Digitized by Google

EX BIBLIOTHECA
PATRUM S. PETRI
DE ALCANTARA
CONVENTUS AM-
BROSIANAE
22. Aprilis 1789.
2.1.78

Digitized by Google

INSTITUTIONES CATHOLICÆ

IN MODUM CATECHESEOS,

IN QUIBUS QUIDQUID AD RELIGIONIS HISTORIAM
ECCLESIÆ DOGMATA, MORES, SACRAMENTA, PRECES, USUS
ET CÆREMONIAS PERTINET,
TOTUM ID BREVI COMPENDIO EX SACRIS FONTIBUS SCRIPTURÆ ET TRADITIONIS EXPLANATUR.
EX GALLICO IDIOMATE IN LATINUM SERMONEM TRANSLATÆ;
Adjectis ſingulis e Scriptura & Traditione petitis probationibus & teſtimoniis.

AUCTORE EODEM ET INTERPRETE
FRANCISCO-AMATO POUGET
MONTISPESSULANÆO, PRESBYTERO CONGREGATIONIS ORATORII GALLICANI,
SACRÆ FACULTATIS PARISIENSIS DOCTORE THEOLOGO
ABBATE BEATÆ MARIÆ DE CAMPO-BONO.

EDITIO SECUNDA VENETA
Præter innumeras alias a mendis expurgata, & ad meliorem frugem redacta.

TOMUS PRIMUS.



VENETIIS
MDCCLXI.
Ex Typographia Jo. BAPTISTÆ PASQUALI.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

ILLUSTRISSIMIS D. D.
BARONI VIGILIO
METROPOLITANÆ SALISBURGENSIS ET PASSAVIENSIS ECCLESIÆ CANONICO,
ET
BARONI CAROLO
FIRMIANIS FRATRIBUS

JOANNES BAPTISTA PASCHALIUS F.

QUÆ me alias, cum libros meis typis cuſos vulgarem, de Patrono eligendo cura diu torſit, valdeque anxium & ſollicitum habuit, ea nunc liber, oblatam, Deorum immortalium beneficio, meæ erga Vos obſervantiæ palam teſtandæ occaſionem alacer ac lætus arripio. Fieri enim non poterat, cum hæ *Catholicæ Inſtitutiones* ob operis præſtantiam, & exemplarium raritatem mihi excudendæ proponerentur ab eruditiſſimo Viro, veſtrique ſtudioſiſſimo, JO. ANDREA CRISTANO Canonico ad Nives & Celſiſſimi Archiepiſcopi Salisburgenſis Excelſi Principis Conſiſtorii a Conſiliis, earumque adornandam editionem ipſius conſilio & juſſu ſuſciperem, quin mihi etiam imprudenti FIRMIANUM ſtatim nomen in mentem incideret. Arctiſſimo ſiquidem caritatis vinculo ita juncti copulatique eſtis, ſtudiorumque ſimilitudine ceu quodam glutine ita compacti colligatique, ut ne cogitatione quidem disjungi poſſitis. Munus itaque ab amiciſſimo Viro profectum ad Vos redire, veſtroque nomine & auſpiciis prodire æquum

erat.

erat. Ad quam obſequentiſſimæ voluntatis meæ ſignificationem animos addidit mirum patrocinium ac benevolentia, qua litteras litteratosque proſequimini, humanitasque incredibilis, qua me, cum Venetiis eſſetis, librorum comparandorum cauſa convenire & alloqui ſolebatis. Memoria etiam teneo, Vos ſermonibus, quos tum pro comitate veſtra mecum ſerebatis, de amico CRISTANO mentionem ſæpe feciſſe, neque volentes ad ejus laudes ſenſim delapſos, amplitudinemque neceſſitudinis, quæ vobis cum illo intercedit, magnifice prædicaſſe. Perbelle hic in rem caderet multa de Familiæ Veſtræ decore, nobilitate, ſplendore, dignitate, opibus, auctoritate dicere; plura de animi magnitudine, moderatione, ingenio, recto atque eleganti in re omni judicio; plurima denique de Italia, aliisque exteris regionibus ſtudiorum cauſſa peragratis, deque omnigenæ eruditionis ſpeciminibus ubique exhibitis; at hæc omnia enarrare, præterquamquod brevis epiſtolæ ambitu contineri neutiquam poſſunt, onus eſt librarii viribus minime par. Quod igitur unum ſupereſt, mearumque eſt partium, oro Vos obſecroque, ut me dignum judicetis, a quo donum animo ac voluntate mea, qui libens do, quam re, majus ampliusque accipiatis.

PRÆLOQUIUM.

QUANTUM viro Chriſtiano neceſſaria ſit ad ſalutem adipiſcendam divinæ quam profitetur Religionis cognitio, non eſt quod pluribus verbis ediſſeram; id ſiquidem omnes ultro confitentur. At proh pudor! nullus fere illius ſtudio ſedulo incumbit. Infantibus quidem vel a teneris unguiculis ſummaria illius capita memoriter addiſcere mos eſt; ſed cum tam ſublimis ſcientia captum teneræ hujuſce ætatis longe ſuperet, e memoria tam cito excidunt, quam ſacile accepta fuerant. Nec id mirum. Ad noſtra ſiquidem tempora, libri qui Ludimagiſtrorum, puerorumve manibus terebantur, adeo dure, ſicceque ſumma fidei capita efferebant, ut ex his modica vel nulla percipi poſſet Religionis notio. Haud multo plura proinde ſciebant magiſtri, quam quos docebant infantes: ſolique, ut ita dicam, Theologi perfectam Religionis ſcientiam, continuis exercitiis, lectionibusve aſſiduis, ſibi poterant comparare. Doctiſſimus Caniſius e Societate Jeſu huic pernicioſo malo mederi cupiens, in gratiam adoleſcentum & eorum quis his inſtiruendis vacant, Catechiſmum adornavit, in quo, rejectis Scolaſticæ Theologiæ tricis, quæ virum Chriſtianum ſcire decet tradere aggreſſus eſt, eaque venerandæ antiquitatis teſtimoniis nititur confirmare. At præterquam quod plurima ſcitu digniſſima omnino prætermiſit, teſtimonia in fine tantum cujusque articuli unum veluti in acervum conglobata conjecit, qua methodo vix internoſci datur, quænam ex præmiſſis propoſitionibus his autoritatibus confirmentur.

His, aliisque rationibus motus Franciſcus Amatus Pouget Oratorii Gallicani Prebyter, ad veteres Carbolicos in ſana doctrina confirmandos, ad erudiendos Catholicam Religionem nuper profeſſos, aut quod erat in votis, profiteri adhuc renuentes ad eam alliciendos, opus quod nunc Latino ſermone ab ipſo donatum publicamus, lingua Gallica vernacula conſcripſit, eoque ſtylo, ea merhodo donavit, ut doctis æque ac indoctis prodeſſet, & cum maximo fructu vel a ſimplicioribus legeretur. Haud vero hoc in opere præcipua tantum doctrinæ capita, ſed & totius Theologiæ inconcuſſa dogmata, quæ cum in Scripruris ſacris, tum in Traditione continentur; id eſt, quæ ab Apoſtolis ad nos ſeu per Conciliorum decreta, ſeu per SS. Patrum, qui diverſis Eccleſiæ ſæculis floruerunt, ſcripra, veluti per manus tranſmiſſa ſunt, tradere aggreſſus eſt. Ut vero omnibus & ſingulis notum eſſet, quæ in rotius operis decurſu exponuntur, ea, non humano ſenſu, ſed Divina Catbolicæ Eccleſiæ, ab ipſo Chriſto edoctæ, autoritate niti, Sacræ Scripturæ loca, Conciliorum Canones, ſingula Patrum capita, quæ eadem iisdem aut ſimilibus verbis efferunt, ſaltem quæ eumdem in ſenſum collimant, ad marginem indicavit. Quanti ex hoc libro fructns, tum ad animarum ſalutem, tum ad Catholicæ vetitatis aſſertionem provenerinr, nemo neſcit. Is ab omnibus tam avide exceptus eſt, ut non in una rantum aut altera Diœceſi, ſed & in ſingulis Galliæ Provinciis, immo & in exteris regnis uberes ex eo fructus

Digitized by Google

emanarint: nec ad infantes ſolum, verum ad matres patreſque-familias, immo ad viros Eccleſiaſticos, ipſoſque etiam Theologos (a pleriſque ſiquidem curioſis oculis pervolvitur) hujuſce operis ita ſeſe extendit utilitas, ut tot editionibus in 4. & in 12. publica aviditas nondum ſit exhauſta.

Latinam hujuſce operis verſionem confici, laudataque in margine teſtimonia non indicari tantum, ſed ex ipſis Autoribus integre deſcribi ſummi nominis cum pietate rum ſcientia viri jamdudum magnis vocibus efflagitabant, tum, ut exteri Gallicæ linguæ ignari ejus lectione non fruſtrarentur diutius, nec jam Gallis hac in parte inviderent; cum ut his quibus eſt curta nimis librorum ſuppellex, Bibliothecæ ut ita dicam Eccleſiaſticæ vicem præberet is liber; ac docti omnes maximo inquirendorum teſtimoniorum labore levarentur. Illorum deſiderio obſequens tandem hujuſce libri Autor opus ſuum ex Gallico Latinum fecit, quod maxima qua potuit elegantia præſtitit, perſpicuitateque ſermonis. Demum ad exſcribenda veterum excerpta ſeſe accingebat, cum laboribus continuis, aſſidua in primis lectione, adeo debilitati ſunt ipſius oculi, ut, uno maxime imbelli remanente, alterum viſus plane defecerit. Mihi itaque ſodali ac convictori ſuo provinciam hanc tam utique laborioſam, quam neceſſariam demandavit. Nunc certe evolvendis laudatorum in margine Gallici exemplaris tot librorum paginis ſuperſedere poſſunt ſtudioſi lectores; his ſiquidem teſtimonia veterum Scriptorum ex editionibus in præfixo Latinæ huic verſioni indice laudatis ſumma fide exſcripta exhibemus, atque altera vice cum eiſdem editionibus collata; ita ut noſtra collectio eas ad amuſſim repræſentet: adeo nulli labori pepercimus, quo lectorum operam levaremus. Plura vero hic quam in Gallico exemplari ſacrorum Bibliorum atque Autorum Eccleſiaſticorum teſtimonia adducuntur. Nonnulla ſcilicet fidei capita, tam certa, claraque per ſe apparent, ut, ad auditorum fidem aſſenſumque iis conciliandum, perſpicuis illa verbis efferre neceſſe tantum videatur. Ea itaque pluribus ratiociniis autoritatibusve probare ſuperſederat Autor. At cum ab aliqua a veritate catholica abhorrente ſocietate oppugnentur, eorum veritatem haud abs re viſum eſt firmiſſimis SS. Patrum teſtimoniis confirmare, quo Heterodoxorum tela his veluti ſcutis armati Catholici tutius repellere poſſent atque infringere. Quædam fateor in Gallico opere laudata teſtimonia, aut quæ nullius fere erant momenti, aut ad rem haud ſatis videbantur accommoda, aut falſo omnino erant indicata, conſulto hic omiſimus. At levem hanc, ſi qua ſit, jacturam, adductis in medium longe pluribus potioribuſque autoritatibus, tanto fœnore compenſavimus, ut uno hoc in opere, veluti in quodam divite penu, totius venerandæ antiquitatis vel ad Religionis dogmata confirmanda, vel ad aſtruendas morum regulas appoſita reperire ſit teſtimonia, in immenſis antea recondita voluminibus: ita ut qui hiſce voluminibus carent (& ſunt ſane permulti) ea nihilominus in uno hocce libro obvia quodammodo habeant, & abſque magno labore valeant evolvere. Ea porro teſtimonia ſic diſpoſita ſunt, ut licet textui ſubjecta, unum veluti corpus cum eo nihilominus conficiant. Textus nempe, caractere quem adhiberi placuit in operum S. Auguſtini editione impreſſus, cujuſque paginæ partem ſuperiorem obtinet: teſtimonia vero, caractere vulgo dicto *Cicero* impreſſa, partem occupant inferiorem, nec caractere ſolum, ſed virga nigra quæ per totius paginæ latitudinem ſe extendit, a textu diſcriminantur. Verum quo facilius teſtimoniorum ad textum relatio cognoſcatur, litera grandioris caracteris tam in textu quam ad ipſius marginem e regione appoſita eſt, quæ initio teſtimoniorum dicto textui correſpondentium repetitur. Contenta itaque ſub una litera teſtimonia unam eamdemque textus propoſitionem, ad cujus marginem & finem eadem viſitur litera, confirmant: Literæ vero mutatio, aliam propoſitionem ſubſequentibus teſtimoniis probandam eſſe demonſtrat. Dum Scripturæ aut Patrum verba in textu allegantur, quibus ex locis ſint deſumpta ad marginem indicatur. Cum vero ſæpe libri ſacri, aut antiquiores Patres ſive in Conciliorum decretis, ſive in allatis SS. Patrum excerptis laudentur; locus citationis in exteriore columnæ margine annotatur.

Latina verſio pro materia elegans, ac perſpicua ubique ſemper incedens, Gallicum omnino ſermonem exhibet, niſi quod auctor pro ſuo jure majorem quando-

que

que vim addidit nonnullis demonſtrationibus: quædam etiam interrogata & reſponſa immo & unum forſan aliumve paragraphum loco movit, poſtrema quandoque prioribus præponens, aut vice verſa. Quæ mutationes, quantumvis leves appareant, plurimum lucis ac methodi videbuntur operi contuliſſe.

Mediam inter Catecheſeon & Theologiæ poſitivæ Scriptores methodum ſequitur hujuſce libri Autor. Quidquid nempe Theologi docent, & ex Scripturis atque Traditione vera eſſe demonſtrant, id omne per colloquia inter Diſcipulum ac Magiſtrum exponit, eiſdemque cum Theologis autoritatibus confirmat. Porro de unaquaque re quemadmodum Theologi ſolent ſingulares haud edit tractatus, ſed uti cæteri Catecheſeon ſcriptores Symbolum, vitia, virtutes, Dei & Eccleſiæ præcepta, Sacramenta, orationemque Dominicam explanare aggreditur; ad eaque capita, quidquid Theologia docet, revocans, quæ per ambages ac nonniſi argumentando per reſponſiones ad objecta apud Theologos efferuntur, ſimplici dilucidaque per Magiſtrum Diſcipulo tradit.

Tres omnino in partes opus diſtribuitur. Pars qualibet in duas pluresve ſectiones; ſectiones rurſus in capita; capita vero ut plurimum in plures paucioresve paragraphos dividuntur, quorum titulos ſubjectus huic præloquio index repræſentat, a quo licet quæcumque hocce opere pertractantur, & quo ordine, facile ſit dignoſcere; paucis tamen hic in anteceſſum Autoris methodum, atque ipſius operis ordinem exponam. Prima pars chriſtianæ Religionis primordia tradit, ejusque progreſſus exponit ab ipſo mundi exordio uſque ad conſummationem vitæ æternæ, ad quam adipiſcendam homines conditi fuerunt. Docet ſecunda pars quo modo nobis in terra vivendum ſit, ut vitam æternam ad cujus poſſeſſionem creari ſumus conſequi certo poſſimus. Tertia denique continet media quibus adjuti terrenam hanc quam degimus vitam ſic ad normam nobis propoſitam componere ſtudeamus, ut æternam ac ſine fine manſuram conſequamur. Hic totius operis ſcopus. Nunc ſingulas illius partes penitius juvat introſpicere.

In prima parte Symbolum Apoſtolorum explanans, primo agit de Deo ejusque attributis, de ejus unitate, ac perſonarum in eo Trinitate: mox de creatione mundi, de Angelis, de peccato primi parentis. Tandem oſtenſa mediatoris neceſſitate, hiſtoriam ſacram ab Adam uſque ad Chriſtum ſuſe perſequitur; ex eaque Chriſtum Jeſum in juſtis ſingulis veluti in totidem figuris expreſſum, nec in juſtis modo ſed in omnibus legis veteris ſacrificiis cæremoniisque repræſentat. Poſtquam veteres prophetias de Chriſto venturo expoſuit, illius deinceps nativitatem, vitam, miracula, paſſionem, mortem, ad mortuos deſcenſum, reſurrectionem, aſcenſionemque in cælum ex novo Teſtamento refert. Ex præcedentibus tandem Hominis-Dei mediatoris noſtri ideam quam poteſt abſolutiſſimam efformat. Nos hic ex ipſo Evangeliorum contextu Salvatoris noſtri vitam ſcripſimus ac concordiam Evangelicam texuimus. Quæ de Spiritu ſancto in Scripturis & Traditione continentur, poſtea exponit. Fuſe deinde agit de Eccleſia, eamque ſolam eſſe a Chriſto fundatam evincit, quæ ſit una, ſancta, catbolica & apoſtolica; eos porro caracteres ſoli Romanæ Eccleſiæ, illiusque fidem ſequentibus probat convenire. Mox quæ paſſa ſit Eccleſia, cum a perſecutoribus, tum ab Hæreticis breviter enarrat. Hic adductis in medium antiqnis Autoribus omnium hæreſeon hiſtoriam, atque Hereticorum impia dogmata ita repræſentamus, ut vix ea in parte quidquam poſſit deſiderari. Tandem ſingulas Eccleſiæ prærogarivas tradit Autor, inter quas maxime elucet remiſſio peccatorum. De ultimo denique judicio, de Antichriſto, de reſurrectione mortuorum, deque vita æterna ſeu Beatorum felicitate, & morti æternæ addictorum miſeriis, quidquid fides nos docet, luculenter ſuo more exponit.

Secunda operis pars totius moralis Chriſtianæ principia morumque ad Evangelii normam dirigendorum regulas tradit: virtutum, peccatorumque non ex humanis placitis, ſed ex Patrum, aut ipſius Scripturæ judicio naturam atque adeo gravitatem, levitatemve dijudicat. Primum itaque tractat de peccato, cum mortali tum veniali, cæteriſque actualis peccati diviſionibus, tum de peccatis capitalibus: mox agit de virtutibus, ac primum de fide; ibique, quæ ſit Eccleſiæ in rebus fidei autoritas, docet; tum de Scripturæ Sacræ, Traditionis, Conciliorum atque SS. Patrum in rebus ad fidem pertinentibus autoritate ac momen-

momento docte differit, deinde de ſignis exterioribus fidei, ac potiſſimum de ſigno crucis. Fuſe poſtea agit de ſpe & charitate; de virtutibus, quas vocant, Cardinalibus, aliisque ad vitam chriſtiane ducendam neceſſariis. Dilucide mox ſingula Dei præcepta per miniſterium Moyſis populo Iſraelitico, immo omnibus promulgata; ſingula etiam Eccleſiæ præcepta, & occaſione primi præcepti, quænam fuerit mens Eccleſiæ tum in feſtivitatibus ſingulis inſtituendis, tum in cæremoniis his in ſolemnitatibus ab ea ſervari ſolitis, explicat. Longe plura hic & in ſequentibus tractatibus de gratia & Sacramentis adduximus ſanctorum Patrum teſtimonia, quam ab Autore laudata fuerant, in gratiam eorum qui prædicationi, aut inſtructioni fidelium incumbunt.

Tertiæ parti præmittitur tractatus de gratia. Poſtea indicantur media quibus ſuam nobis gratiam largitur Deus: ac primo fuſe agit Autor de Sacramentis in genere; tum de ſingulis in ſpecie, rebusque ad ea pertinentibus; verbi gratia, in tractatu de Pœnitentia, quidquid de Purgatorio atque Indulgentiis fides tradit, adverſus Heterodoxos vindicat: erudite etiam de pœnis canonicis, de excommunicatione, ſuspenſione, interdicto, &c. differit. Nos hanc partem illuſtravimus multis autoritatibus tam ex Decreto Gratiani, ſeu ex hodierno corpore juris Canonici deſumptis, quam ex ipſis Conciliorum Canonibus, ſummorumve Pontificum Decretis, & Canoniſtarum placitis. Tractatui de Sacramentis adjungitur Tractatus de oratione; in eo agitur primo de oratione in genere, poſt de oratione mentali, demum de oratione vocali. Hic orationem Dominicam explanat Autor, cumque hæc totius ut ita dicam Religionis Chriſtianæ ſumma ſit, omnes SS. Patrum in eam explanationes exſcripſimus. Autor deinde agit de publicis Eccleſiæ precibus, de cæremoniis, de thure, de cantu, de cereis, &c. Quidquid deinde ad incruentum altaris ſacrificium ſpectat fuſe perſequitur. Ac primum veſtes Sacerdotales & Epiſcopales, altaria, vaſa ſacra, lintea, ſingula ad pompam Sacrificii pertinentia deſcribit, ut cæremonias in eo adhiberis ſolitas, quarum origines, cauſasque exquirit. Singulas demum Sacrificii partes, ſingulas ut ita dicam illius voces explicat. Benedictiones deinde in Eccleſia juxta morem a majoribus traditum adhiberi ſolitas explanat; exorcismos ſcilicet, benedictionem olei & chriſmatis, campanarum, Eccleſiæ aut altaris dedicationem, &c. Ultimo agit de quibusdam piis exercitiis, de proceſſionibus ſcilicet, de peregrinationibus pietatis cauſa ſuceptis, de confraternitatibus, &c. Certe nihil prætermiſit eruditi hujuſce libri Autor quo Religionem & pietatem animis omnium hominum infigeret, Eccleſiæ doctrinam elucidaret, & omnibus amabilem redderet: quod Deus optimus maximus ſua gratia faxit.

Digitized by Google

INDEX

AUTORUM ET EDITIONUM,

quibus in hoc OPERE uſi ſumus.

Hoc opus cum agreſſus ſum, adhuc erat in vivis Jacobus le Long Oratorianæ Bibliothecæ Præfectus; aliquot librorum mihi copia ſuppetebat, multos ipſe R. P. Franciſcus Amatus Pouget mihi commodavit, cæteros a Jacobo le Long mutuari neceſſe fuit; at veteres Patrum editiones, libros pœne uſu obſoletos vix ab eo obtinere potui. Eo e vivis abſumpto, Bibliothecæ præfectura mihi eſt demandata; tunc optimos quoſque libros conſulere mihi fas fuit; at cum jam ſubjectu prælo opus typis mandaretur, ad unam editionem tot teſtimonia expendere non vacabat; hinc in uno eodemque opere laudando tot editionum nata varietas. Hujus porro varietatis aliam nunc cauſam accipe. R. P. Pouget Cong. Orat. D. J. Sacerdos Monspelienſis Eccleſiæ Canonicus, Franciſci Amati Frater, omnia SS. Patrum teſtimonia in opere Gallico laudata ex ipſis Autoribus exſcripſerat; verum cum ullum niſi cum ipſis Autoribus ante collatum edere mihi religio eſſet, nec ea qua uſus erat editio mihi ſuppeteret, tunc in gratiam eorum qui laudatam ab eo editionem poſſident utriuſque paginas adnotavi, & utramque hocce in catalogo retuli. In laudandis Autoribus qui in variis Bibliothecis Patrum leguntur, quorum opera, nec capitibus, nec numeris diſtinguuntur, paginam fere ſemper indicavimus & tomum; quibuſdam vero, cum plura ex eodem tomo loca Patrum exſcriberemus, tomum adnotare obliti ſumus, quæ oblivio hocce Indice facile ſarcietur.

A

Petri *Abælardi Abbatis Ruyenſis* Opera. *Pariſ. Buon* 1616. *in* 4.

Ejuſdem Theologia Chriſtiana, *e tomo* 5. Theſauri novi Anecdotorum, ſtudio *Edmundi Martenne* & *Urſini Durand* Presbyt. & Monachi Ord. S. Bened. Cong. S. Mauri. *Pariſ. Florentini de Laulne*, &c. 1717. *vol.* 5. *in fol.*

Acta Eccleſiæ Mediolanenſis ſub S. Carolo Borromæo &c. *Lugduni, apud Aniſſonium* 1683. *vol.* 2. *fol.*

Acta primorum Martyrum ſincera & ſelecta, ſtudio Domni *Theoderici Ruinart* Presbyt. ac Monach. Bened. e Cong. S. Mauri. *Pariſ. apud Franciſcum Muguet* 1689. *in* 4°.

Recueil des Actes, Titres & Memoires concernant les affaires du Clergé de France, diviſé en 9. parties, par *Jean le Gentil. A Paris, chez Antoine Vitré* 1673. *vol.* 6. *fol.*

- - - Edition plus ample diviſée en douze tomes, *tome* I. *à Paris, chez la veuve de François Muguet* 1716. *Tome II. &c. les années ſuivantes.*

Adami Pramonſtratenſis Opera, ſtudio *Godefridi Ghiſelberti*, &c. *Antuerpiæ, apud Petrum Bellerum* 1659. *fol.*

Adami Abbatis Perſenniæ Epiſt. *e tomo* 2. Theſauri novi Anecdotorum. *Vide* Theſaurus novus Anecdotorum.

Æneæ Sylvii Hiſtoria Bohemica. *Vide* Sylvius.

B. Aelredi Speculum Caritatis, *e tomo* 23. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni, apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Gabrielis Albaſpinæi Aurelianenſis Epiſcopi de veteribus Eccleſiæ ritibus obſervationum libri duo. *Pariſ. Sonnius* 1623. *in* 4.

Ludovici ab Alcaſar Societ. Jeſu, Veſtigatio arcani ſenſus in Apocalypſi. *Lugduni, Antonii Pillehotte* 1618. *fol.*

Ahytonis Baſileenſis Epiſcopi Capitulare, *e tomo* 6. Spicilegii Domni *Lucæ Dacherii* e Cong. S. Mauri. *Pariſ. Savreux* 1664. *in* 4.

Magni Albini Flacci Alchuini Opera, ſtudio *Andreæ Quercetani*. *Pariſ. ex Officina Nivelliana* 1617. *fol.*

Libros de divinis Officiis, e *tomo* 10. Bibliothecæ Patrum *Hittorpii*. Pariſ. 1624. *fol.*

Alexandri Alenſis Angli univerſæ Theologiæ ſumma. *Coloniæ Agrippinæ, Joannis Gymnici* 1622. *vol.* 4. *fol.*

Inſtructions ſur le Rituel d'Alech. *Paris, Savreux* 1670. *in* 12.

Natalis Alexandri Ordinis FF. Prædicatorum Hiſtoria Eccleſiaſtica veteris & novi Teſtamenti. *Pariſ. Antonii Dezallier* 1699. *vol.* 7. *fol.*

Ejuſdem Theologia dogmatica & moralis. *Pariſ. Antonii Dezallier* 1699. *vol.* 2. *fol.*

Leonis Allatii de libris Eccleſiaſticis Græcorum diſſertationes duæ. *Pariſ. Cramoiſy* 1646. *in* 4.

Ejuſdem de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetua conſenſione libri tres. *Coloniæ Agrippinæ, Jod. Kalcovii* 1648. *in* 4.

Ejuſdem Epiſt. ad Bertholdum Nihuſium Epiſcopum *ad calcem libri ſuperioris.*

Guillelmi Alverni Epiſc. Pariſ. Vide *Guillelmus.*

Amalarii Fortunati de divinis Eccleſiæ Offic. *tom.* 10. Biblioth. Patrum *Hittorpii*. Pariſ. 1624. *fol.*

aut *e tomo* 14. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni, apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Ambroſiaſter ſeu *Auctor* Commentariorum in Epiſt. D. Pauli, *tomo* 2. Operum D. Ambroſii, *infra.*

S. Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi Opera, ſtudio Monachorum Ord. S. Bened. e Congr. S. Mauri. *Pariſ. Johan. Bapt. Coignard* 1686. *vol.* 2. *fol.*

Ammiani Marcellini rerum geſtarum libri 18. &c. ab *Henrico Valeſio*. Pariſ. *Dezallier* 1681. *fol.*

Amolonis Lugdunenſis Archiepiſcopi Epiſtolæ ad Goteſchalcum, *e tomo* 2. Operum *Jacobi Sirmondi* Societ. Jeſu. *Pariſ.* 1696. *vol.* 5. *fol.*

Anaſtaſii Sinaitæ Opera, *e tom.* 9. Bibliothecæ PP. *Lugduni, apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Andreæ Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopi Commentaria in D. Joannis Apocalypſim, *e tomo* 5. Bibliothecæ Patrum, *Lugd.* 1677. *fol.*

Digitized by Google

INDEX AUTORUM

Angelomi Luxovienſis Monachi Bened. Stromata in libros Regum, *e tomo* 15. Biblioth. PP. *Lugd.* 1677. *fol.*

La Liturgie Anglicane, *à Londres* 1616. *in* 4°.

Ambroſii Ansberti aut *Autperti*, Monachi Ord. S. Bened. *e tomo* 13. Biblioth. PP. *Lugd.*

S. Anſelmi ex Beccenſi Abbate Cantuarienſis Archiepiſcopi Opera, ſtudio *D. Gabrielis Gerberon*, Monachi Congreg. S. Mauri, *Pariſ. Ludovici Billaine, &c.* 1675. *fol.*

S. Antonini Archiepiſc. Florentini Ord. FF. Prædic. Summa Theologiæ ſacræ, &c. *Venetiis apud Juntas* 1581.

S. Antonii Sermones ex vita ejuſdem a S. Athanaſio conſcripta, e *tomi* 1. *parte ſecunda* Operum *S. Athanaſii* Alexandriæ Archiepiſcopi, ſtudio *Monachorum Ord. S. Bened. e Cong. S. Mauri*, Lut. Pariſ. *apud Joannem Aniſſon* 1698. 3. *vol. fol.*

Verſionis Arabicæ ſacrorum Bibliorum verſio Latina. *Vide* Biblia Polyglotta.

Petri Arcudii Corciræi Presbyteri, de concordia Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis in ſeptem Sacramentorum adminiſtratione. *Lut. Pariſ. Sebaſt. Cramoiſy* 1626. *fol.*

Ariæ Montani Latina verſio ex Hebræo. *Vide* Biblia ſacra.

Ariſtotelis Opera omnia, Græce-Latine. *Lut. Pariſ. typis Regiis* 1619. 2. *vol. fol.*

Hiſtoria & Concordia Evangelica, opera Theologi Pariſienſ. (*Antonii Arnauld*) Pariſ. *apud Carolum Savreux* 1653.

Arnobii Afri adverſus gentes libri ſeptem. *Lugd. Bat. Johann. Mayre* 1621. *in* 4°. aut *e tomo* 3. Biblioth. PP. *Coloniæ Agrippinæ Antonii Hierati* 1618. *fol.*

Arnobii Junioris Opera, *e tomo* 8. Biblioth. PP. *Lugd. apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

S. Aſterii Amaſeæ Epiſc. Opera, *e tomo* 1. Biblioth. Patrum, Gr. Lat. *Pariſ.* 1624. 2. *vol. fol.*

S. Athanaſii Archiepiſcopi Alexand. Opera, Græce-Latine. *Pariſ. apud Michaelem Sonnium* 1627. 2. *vol. fol.* aut ſtudio *Monachorum Ord. S. Bened. e Congr. S. Mauri*. Pariſ. *apud Joannem Aniſſon* 1698. 2. *tom.* 3. *vol. fol.*

Autoris anonymi Liber de modo bene vivendi, *e tom.* 2. Operum *D. Bernardi Abbatis Claravallis*, ſtudio Domini *Johan. Mabillon* Presbyt. ac Monachi Benedictini e Cong. S. Mauri. *Pariſ. Petri Aubouyn* 1690. *fol.* 2. *vol.*

Tractatus de Ordine Vitæ, *ibid.*

Tractatus de Caritate, *ibid.*

Johannis Avenari Lexicon Hebraicum. *Witteberga* 1639. *fol.*

Fr. David de Auguſta. *Vide* David.

S. Aurelii Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi Opera, ſtudio *Monachorum Ord. S. Bened.* e *Congr. S. Mauri*. Pariſ. *Muguet* 1679. &c. 11. *tom. fol.*

Les oeuvres du B. Jean d'Avila, &c. de la traduction de M. *Arnald d'Andilly*. Pariſ. *Pierre le Petit* 1673. *fol.*

Geſta Synodi Aurelianenſis anni 1017. *e tomo* 2. Spicilegii *D. Lucæ Dacherii* Monachi Bened. e Congreg. S. Mauri. *Apud Carolum Savreux* 1657. *in* 4.

Petri Aureoli Franciſcani S.R.E. Card. Archiep. Aquenſis Compend. Script. ſacræ. *Pariſ.* 1508. *in* 8°.

Martini Azpilcuetæ Doctoris Navarri Manuale, *e to.* 3. Operum ejuſdem. *Coloniæ Agrippinæ*, *Johannis Gymnici*, 1616. *fol.*

B

THeodorus Balzamon in Canones Apoſtolor. Gr. Lat. *Pariſ. typis Regiis* 1618. *fol.*

Cæſaris Baronii Notæ in Martyrologium Romanum. *Vide* Martyrolog. Romanum.

Annales Eccleſiaſtici, Autore *Cæſare Baronio Sorano* Cong. Orat. Presbyt. *Romæ e Typograph. Congr. Or. apud S. Mariam in Vallicella* 1593. *fol.* 12. *tom.* aut *Coloniæ Agrippinæ*, *Johannis Gymnici* 1624.

S. Baſilii Magni Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopi Opera cum Appendice, *apud Claudium Morellum* 1618. 3. *vol. fol.*

Baſilii Macedonis Imperatoris Novellæ, e Juris Græco-Romani tam Canonici quam Civilis *Joannis Leunclavii* ſtudio libro 2. *Francofurti Petri Fiſcheri* 1596. *tom.* 2. *vol.* 1.

Venerabilis Bedæ Presbyt. Opera. *Coloniæ Agripp. apud Anton. Hieratum, &c.* 1612. *octo tomis fol.* 4. *vol.*

Ejuſdem Homiliæ quædam & Commentaria in principium Geneſeos, *e tomo* 5. Theſauri novi Anecdotorum, ſtudio *Edmundi Martenne* & *Urſini Durand* Presbyt. & Monach. Bened. e Cong. S. Mauri. *Pariſ. Florentini de Laulne, &c.* 1717. *fol.* 5. *vol.*

Diſputationes *Roberti Bellarmini* Societ. Jeſu, de Controverſiis Chriſtianæ fidei. *Ingolſtadii* 1593. *vol.* 3. *fol.* aut *Pariſ. Triadelphorum* 1608. *vol.* 4. *fol.*

Ejuſdem de Purgatorio, de Indulgentiis, &c. *Vide* Diſputationes de Controverſiis.

Les grandes Annales & Hiſtoire generale de France, &c. par *François de Belleforeſt* Annaliſte du Roy. *Pariſ. Buon*, 1579. 2. *vol. fol.*

Regula ſanctiſs. Patris *Benedicti*. Pariſ. *apud Johannem Billaine* 1647. *in* 32.

Berengarii Epiſtola ad quoſdam Eremitas, *tom.* 1. Theſauri novi Anecdotorum. &c.

Berengaudi Expoſitio in Apocalypſim, *a tomo* 2. Operum *D. Ambroſii* ſtudio Monach. Ord. S. Bened. e Cong. S. Mauri. *Pariſ. Joan. Bapt. Coignard, &c.* 1698. 2. *vol. fol.*

S. Bernardi Abbatis Claravallis Opera, ſtudio Domini *Johannis Mabillon* Presbyt. ac Monach. S. Bened. e Cong. S. Mauri. *Pariſ. Aubouyn* 1690. aut ex prima *D. Mabillon* edit. 1667. aut *Jacobi Merloni Horſtii*, Pariſ. 1658. *vol.* 2. *fol.*

Bernardus Monachus, *e tomo* 2. Operum *D. Bernardi*, ſtudio *D. Johan. Mabillon*, ut ſupra.

Jacobi de Sainte-Beuve. Vide *Sainte-Beuve*.

Biblia ſacra Vulgatæ editionis, *Pariſ. Antonii Vitré* 1666. *in* 4°. aut *Coloniæ Agrippinæ Balthaſaris ab Egmont* 1658. *in* 8.°

Sacra Biblia Polyglotta, ſtudio & opera *Briani Waltoni*. Londini, *apud Thomam Roycroft* 1657. *vol.* 6. *fol.*

Sacra Biblia Polyglotta *Philippi* II. opera potiſſimum *Benedicti Ariæ Montani* in lucem emiſſa. *Antuerpiæ apud Chriſtophorum Plantinum* 1569. *vol.* 6. *fol.*

Hebraici textus Latina verſio *S. Hieronymi* tom. 1. Operum D. Hieronymi, ſtudio Domini *Johan. Martianay*. Vide *S. Hieronymi* opera: *aut* e Bibliis Polyglottis Philippi II. *ut ſupra*.

Septuaginta Interpretum verſio Latina *ex editione* Bibliorum Polyglottorum *Briani Waltoni*, ut ſupra.

Verſio Latina Pentateuchi Samaritani, *e tomo* 1. Bibliorum Polyglottorum *Briani Waltoni*, ut ſupra.

Verſio Latina verſionis Syriacæ ſacrorum Bibliorum *ex editione* Bibliorum Polyglottorum *Briani Waltoni*, ut ſupra.

Verſio Latina verſionis Arabicæ ſacrorum Bibliorum *ex editione* Bibliorum Polyglottorum *Briani Waltoni*, ut ſupra.

Chaldaicæ Paraphraſis ſacrorum Bibliorum, ſeu Targum Onkeloſi verſio Latina *ex editione* Bibliorum Polyglottorum *Briani Waltoni*, ut ſup.

Biblia Magna R. P. *Johannis de la Haye* Ord. FF. Minorum. *Pariſ. Michael Soli, &c.* 1643. *vol.* 5. *fol.*

Biblia Maxima *R. P. de la Haye* Ord. FF. Minorum. *Lut. Pariſ. D. Bechet, &c.* 1660. *vol.* 19. *fol.*

Bibliothecæ Veterum Patrum & Autorum Eccleſiaſticorum tomi novem, per *Margarinum de la Bigne* Doctorem Pariſ. *Pariſ.* 1624. *fol.*

Tomus 10. de divinis Catholicæ Eccleſiæ Officiis & Myſteriis varii vetuſtorum aliquot Eccleſiæ Patrum ac Scriptorum Eccleſiaſticorum libri, &c. per *Melchiorem Hittorpium*. Pariſ. 1624. *fol.*

Nova Bibliotheca veterum Patrum & Scriptorum Eccleſiaſticorum, *ſive* ſupplementum Bibliothecæ Patrum, *Pariſ. Ægidii Morelli* 1639. 2. *vol. fol.*

Bibliotheca veterum Patrum ſeu Scriptorum Eccleſiaſticorum, Græce-Latine, *Pariſ.* 1624. 2. *vol. fol.*

Græco-Latinæ Patrum Bibliothecæ novum auctarium ſtudio R. Patris *Franciſci Combefis* ſacræ Theol. Lectoris Ordinis FF. Prædicat. *Pariſ. Antonii Bertier* 1648. 2. *vol. fol.*

Magna Bibliotheca veterum Patrum & antiquorum Scriptorum Eccleſiaſticorum, opera & ſtudio DD. in alma Univerſitate Coloniæ Agrippinæ Theologorum ac Profeſſorum. *Coloniæ Agrippinæ, Antonii Hierati* 1618 15. *vol. fol.*

Maxima Bibliotheca veterum Patrum & antiquorum Scriptorum Eccleſiaſticorum. *Lugduni apud Aniſſonios* 1677. 27. *vol fol.*

Petri Bleſenſis Bathonienſis in Anglia Archidiaconi Opera. *Pariſ. Simeonis Pigit* 1667. *in fol.*

Decretorum Eccleſiæ Gallicanæ, &c. libri 8. *Laurentii Bochelli* in ſuprema Pariſienſi Curia Advocati ſtudio & diligentia. *Pariſ. Bartholomæi Macei* 1609. *fol.*

Traité hiſtorique de la Liturgie ſacrée ou de la Meſſe, par M. *Lazare André Bocquillot*, Prêtre Licentié en Loix & Chanoine d'Avalon. *Pariſ. Aniſſon* 1701. *in* 8.

De Sacrificio Miſſæ Tractatus Aſceticus *Joannis Bona* S. R. E. Cardinalis. *Pariſ. apud Robertum Pepie* 1689. *in* 12.

Rerum Liturgicarum libri duo, Autore *Johanne Bona* S. R. E. Cardinale, Ordinis Ciſtercienſis. *Par. Lud. Billaine* 1672. *in* 4. aut *Johannis Bonæ Cardinalis* Opera omnia. *Antuerpiæ, Henrici Verduſſen* 1694. *fol.*

De divina Pſalmodia, &c. Tractatus Hiſtoricus, Symbolicus, Aſceticus, Autore *Johanne Bona*, Ordinis Ciſtercienſis. *Pariſ. Ludovici Billaine* 1663. *in* 4. aut *Johannis Bona* Cardinalis opera omnia. *Antuerpiæ, Henrici Verduſſen* 1694. *fol.*

Bonacurſus de vita Hæreticorum, *e tomo* 13. Spicilegii ſtudio Domni *Lucæ Dacherii* Presbyteri ac Monachi Benedictini e Cong. S. Mauri. *Pariſ. apud viduam Edmundi Martini* 1677. *in* 4.

R. P. Jacobi de Bordes Capucini Elucidatio Paraphraſtica in Apocalypſim S Johannis. *Pariſ.* 1658. 2. *vol. fol.*

Acta Eccleſiæ Mediolanenſis ſub *S. Carolo* Borromæo S. R. E. Cardinale Mediolanenſi Archiepiſcopo. *Lugduni apud Aniſſonium, &c.* 1683. 2 *vol. fol.*

S. Caroli Boromæi Opuſculum de Choreis. *Lugduni apud Aniſſonium in* 12.

Ejusdem, Inſtructiones ad Confeſſarios; Inſtructiones Pœnitentiæ, &c. *e tomo* 1. Actorum Eccleſiæ Mediolanenſis, *ut ſupra*.

Inſtructions de *S. Charles Borromée*, *Cardinal du titre de ſainte Praxede*, *Archevêque de Milan*, aux Confeſſeurs de ſa ville & de ſon Dioceſe, traduites d'Italien en François, &c. imprimées par le commandement de l'Aſſemblée génerale du Clergé de France 6. edition. *Paris*, *Antoine Dezallier* 1695. *in* 12. *Ex hac editione* Epiſtolam Cleri Gallicani, *quæ huic præfixa eſt*, *exſcripſimus*.

Meſſire Jacques Benigne Boſſuet, *Evêque de Meaux*, Inſtruction Paſtorale ſur les promeſſes de l'Egliſe. *Paris*, *Aniſſon* 1700. *in* 12.

Ejusdem, Hiſtoire des Variations des Egliſes Proteſtantes. *Paris*, *chez la veuve de Sebaſtien Cramoiſy* 1688. *in* 4. *vol.* 2.

Ejusdem, Conference avec M. Claude ſur la matiere de l'Egliſe. *Paris*, *Sebaſtian Mabre Cramoiſy* 1682. *in* 12.

Ejusdem, Explication de quelques difficultez ſur les prieres de la Meſſe. *Paris*, *Sebaſtien Mabre Cramoiſy* 1689. *in* 12.

Ejusdem, l'Apocalypſe avec une explication. *Paris*, *Sebaſt. Mabre Cramoiſy* 1689. *in* 8.

Ejusdem, Commentaria univerſæ Hiſtoriæ. *Pariſ. Nicol. Pepie* 17. . . . *in* 12.

S. Brunonis Aſtenſis Signienſium Epiſcopi de Eccleſiaſticis ritibus, Opuſculum *e tomo* 20. Bibliothecæ Patrum, *Lugduni apud Aniſſonios* 1677. *f.*

Opera omnia *S. Brunonis Carthuſianorum Patriarchæ Theologi Pariſienſis*, ſtudio *Patris Theodori Petrei* Carthuſiæ Colonienſis Alumni. *Coloniæ apud Bernardum Gualtheri* 1611. *fol.* 2. *vol.*

Brunonis Herbipolenſis Epiſcopi Expoſitio in Pſalterium, *e tomo* 18. Bibliothecæ Patrum, *Lugduni apud Aniſſonios* 1577. *fol.*

Bullas & Conſtitutiones ſummorum Pontificum *paſſim hoc in opere laudatas exſcripſimus vel e* Corpore juris Canonici, *Pariſ.* 1618. *fol.* vel e Bullario *Laertii Cherubini de Nurſia*, Romæ e *Typographia Cameræ Apoſtolicæ* 1617. 4. *vol fol.*

Johannis Buxtorfii Lexicon Chaldaicum, Talmudicum Rabbinicum, *f. Baſileæ, Ludovici Konig* 1640.

Ejusdem Epitome Radicum Hebraicarum, *Baſileæ* 1607. *in* 8.

C

CÆremoniale Pariſienſe *Emin. D. Ludovici Antonii de Noailles S. R. E. Card.* auctoritate, &c. editum *Pariſ. apud Ludovicum Joſſe* 1703. *in* 8.

S. Cæſarii Arelatenſis Epiſcopi Opera, *ex Appendice tom.* 5. Operum *S. Aurelii Auguſtini* Hypponenſis Epiſcopi, ſtudio *Presbit. ac Monach. Ord. S. Benedicti e Congreg. S. Mauri*. Pariſ. *Franciſci Muguet* 1683. *f.* aut *ex* 3. *parte to.* 5. Bibliothecæ Patrum, *Coloniæ*, *apud Antonium Hieratum* 1618. *fol.*

Nicephori Calliſti Eccleſiaſtica Hiſtoria. *Vide* Nicephorus.

Gloſſarium ad Scriptores mediæ & infimæ Græcitatis, &c. Auctore *Carolo du Freſne*, *Domino du Cange*, &c. Lugduni *apud Aniſſonios*, *&c.* 2. *vol. fol.*

Gloſſarium ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis, &c. Auctore *Carolo du Freſne*, *Domino du Cange*, &c. Lutet. *typis Gabrielis Martin* 1678. 3. *vol. fol.*

Capitularia Regum Francorum, &c. *Stephanus Baluzius* colligit, &c. *Pariſ. Franciſci Muguet* 1677. 2. *vol. fol.*

Ægidii Carlerii Oratio de pœnitentia peccatorum publica, *e tomo* 12. Conciliorum *a Philippo Labbe & Gabriele Coſſartio* Societat. Jeſu editorum. *Pariſ.* 1671. *fol.*

Caroli Magni & Ludovici Pii Chriſtianiſſimorum Regum & Impp. Capitula ſive leges Eccleſiaſticæ & civiles ab *Anſegiſo Abbate & Benedicto Levita* collectæ lib. 7. &c. 1613. *f.* aut e Capitularibus Francorum, *ut ſupra*.

S. Caroli Inſtructiones, &c. *Vide* Borromeus.

Ordinarium Carthuſianum, *Lugduni* 1641. *in* 16.

Iſaaci Caſauboni de rebus ſacris & Eccleſiaſticis exercitationes 16. ad Cardinalis Baronii Annales, &c. *Londini*, *Johannis Billii* 1614. *in fol.*

Caſſiani Opera cum Commentariis D. *Alardi Gazæi*, &c. *Atrebati apud Riverios* 1628. *fol.*

Aurelii Caſſiodori Opera, ſtudio *Johannis Garetii* Monachi Ord. S. Bened. e Cong. S. Mauri. *Rotomagi. apud Antonium Dezallier* 1679. 2. *tom. fol.*

Rituale ſeu Manuale Eccleſiæ Catalaunenſis, editum auctoritate *D. Felicis de Vialard* Epiſc. *Pariſ. Antonii Vitré* 1649. *in* 4

Catechiſmus Concilii Tridentini *Pii V. P. M.* juſſu promulgatus, &c. *Coloniæ apud Balthaſ. ab Egmont* 1684. *in* 18.

Catechiſme du Dioceſe de Meaux, par le commandement de M. *Jacques Benigne Boſſuet*, Evêque de Meaux. *Paris*, *Sebaſtien Mabre Cramoiſy* 1687. *in* 12.

Georgii Cedreni Compendium Hiſtoriæ Græco-Latine

Digitized by Google

tine ex verſione *Xylandri*, &c. *e typographia Regia* 1647. *fol.*

Chaldaicæ Paraphraſis verſio Latina. *Vide* Biblia Polyglotta.

Laertii Cherubini de Nurſia Bullarium. *Vide* Bullarium.

Auctor vitæ Ludovici Pii Imperatoris, e *tomo* 2. Scriptorum Hiſtoriæ Francorum, ſtudio *Andreæ du Cheſne*, Geographi Regii. *Lutetiæ, Sebaſtiani Cramoiſy* 1636. *fol.*

S. Petri Chryſologhi Sermones. *Vide* Petrus.

S. Johannis Chryſoſtomi opera. *Vide* Johannes.

Marci Tullii Ciceronis Libri de Divinatione, de natura Deorum, &c. *Amſtelædami, apud Johannem Blaeu* 1659. *in* 8.

Ejusdem Libri de Officiis, &c. *Lugduni Batavorum ex officina Elzeviriana* 1642. *in* 18.

S. Clemens I. Romanus, ſeu *Auctor* Conſtitutionum Apoſtolicarum, e *tomo* 1. Conciliorum a *Philippo Labbe* & *Gabriele Coſſartio* editorum. *Pariſ.* 1671. *fol.* aut ex SS. Patrum qui temporibus Apoſtolicis floruerunt, Græce-Latine a *Joanne Bapt. Coteleria* editorum tom. 1. *Pariſ. Petri le Petit* 1672. *fol.* 2. *vol.*

Ejusdem ſeu *alius cujusvis Autoris* Recognitione, e SS. Patrum qui temporibus Apoſtolicis floruerunt tomo 1. *ut ſupra*.

S. Clementis Alexandrini Opera Greco-Latina, opera *Friderici Silburgii*. Lutetiæ *apud Carolum Morellum* 1629. *fol.* aut ex recenſione *Danielis Heinſii*, &c. *Lugduni Batavorum, Johannis Patii* 1616. *fol.*

Clementinæ ſeu Clementinarum libri 5. *Vide* Corpus Juris Canonici.

Recueil des Actes, Titres & Memoires du Clergé de France. *Vide* Recueil des Actes, *ſupra*.

Procés verbaux de l' Aſſemblée generale du Clergé de France. *Vide* Procés verbaux.

Cenſura Cleri Gallicani, *ex libro cui titulus*: Procés verbal de l'Aſſemblée generale du Clergé de France de l'an 1700. *Paris, François Hubert Maguet* 1703. *fol.*

Jodoci Clichtovei Commentarius in libros orthod. fidei S. Johannis Damaſceni, cum *S. Johannis Damaſceni* Operibus per *Jacobum Billium* editis *Par.* 1619. *fol.*

S. Johannis Climaci opera. *Vide* Johannes.

Code de Louis XIII. *Vide* Louis XIII.

Codex Canonum & Conſtitutionum Eccleſiæ Romanæ. *Vide* Romanæ, &c.

Codicis ſanctiſſimi Imperat. Juſtiniani libri 12. *Lugduni Johannis Pillehotte* 1612. *fol.* aut cum Notis *L. Ruſſardi*. *Lugduni apud G. Rovillium* 1561. *f.*

Jacobi Cohellii Notitia Cardinalatus, &c. *Romæ, Johan. Caſonii* 1653. *fol.*

Græco-Latinæ Patrum Bibliothecæ novum auctarium, ſtudio *R. P. Franciſci Combefis* Ord. FF. Prædicatorum. *Vide* Bibliotheca Patrum.

Conciliorum quorum Canones laudavimus hoc in Indice Catalogum texere ſuperſedemus, cum omnia Tridentino Concilio antiquiora uno tantum Ravennatenſi III. *excepto ex editione* Philippi Labbe; *poſteriora ex editione* Ludovici Odespun, *aut ex* Actis Eccleſiæ Mediolanenſis *exſcripſerimus; ſi quos vero Canones aut ex Corpore Juris Canonici, aut ex Decretis Eccleſiæ Gallicanæ* Bochelli *ſtudio editis allegamus, libros ſemper e quibus eos eruimus indicamus.*

Sacroſancta Concilia, ſtudio *Philippi Labbe* & *Gabrielis Coſſartii* Societat. Jeſu Presbyt. *Lut. impenſis Societatis typographicæ* 1671. 72. 17. *vol. fol.*

Concilia Mediolanenſia ſub. S. Carolo Borromeo, *ex tomo* 1. Actorum Eccleſiæ Mediolanenſis, *Lugduni, apud Aniſſonium, &c.* 1683. 2. *vol. fol.*

Concilia noviſſima Galliæ a tempore Concilii Tridentini celebrata, ſtudio *Ludovici Odespun* Presbyteri Turonenſis. *Pariſ. apud Dionyſium Becher* 1646. *fol.*

Conciliorum Collectio Regia. *Pariſ. e typographia Regia* 1644. *in fol.* 37. *vol.*

Concilium Ravennatenſe III *e tomo* 28. Conciliorum. *Pariſ. e Typographia Regia* 1644. *fol.*

Concordatum inter Leonem X. P. M. & Franciſcum I. Regem Chriſtianiſſimum, e *tomo* 14. Conciliorum, ſtudio *Philippi Labbe* & *Gabrielis Coſſartii* Societ. Jeſu Presbyt. *Lut.* 1671 *fol.*

Conference de l'Ordonnance. *Vide* Guenois.

Conſtitutiones Apoſtolicæ. *Vide* Clemens.

Conſtitutiones Pontificum Romanorum. *Vide* Bullas.

Conventus Melodunenſis anni 1579. *e* Conciliis noviſſimis Galliæ, &c. *Ludovici Odespun*, Pariſ. *Bechet*, 1646. *fol.*

S. Cornelii Papæ ad Fabium Antiochenum Epiſtola, ex *Euſebii* Hiſtoria Eccleſiaſtica, ſtudio *Henrici Valeſii*. Pariſ. *Vitré* 1659. *fol.*

Corpus Juris Canonici emendatum & notis illuſtratum Gregorii XIII. P. M. juſſu editum, &c. *Par.* 1618. *fol.*

Creſconii Epiſcopi Breviarium Canonum, e *tomo* 9. Bibliothecæ Patrum, *Lugduni apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

S. Cecilii Cypriani Opera. *Oxonii e Theatro Sheldoniano* 1700. *fol.*

S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini Opera Græce-Latine, ſtudio *Johannis Auberti*. Lutet. 1638. 6 *vol. fol.*

S. Cyrilli Epiſcopi Hieroſolymitani Opera Græce-Latine, ſtudio *Johannis Prevotii*. Lutet. *Hieronymi Drouart* 1631. *fol.* aut *e tomo* 4. Bibliothecæ Patrum *Lugduni apud Aniſſonios* 1677. aut, Bibliothecæ Patrum *Coloniæ apud Hieratum* 1618. *& etiam ex alia editione quæ nunc non eſt ad manum.*

D

VEterum aliquot Scriptorum qui in Galliæ Bibliothecis, maxime Benedictinorum latuerant, Spicilegium, opera *D. Lucæ Dacherii* Benedictini, *Pariſ. apud Carolum Savreux* 1655. *& ſeq.* 13. *vol. in* 4°.

S. Johannis Damaſceni Opera. *Vide* Joannes.

S. Petri Damiani Opera. Vide *Petrus*.

F. David de Augaſta, Minorita, Opera, *e tomo* 25. Bibliothecæ Patrum, *Lugduni apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

S. Diadochi Epiſcopi Photices de perfectione ſpiritali, *e tomo* 5. ejusdem Bibliothecæ.

Digeſtorum ſive Pandectarum libri 50. *Lugduni, Guilielmi Rovillii* 1571. 5. *vol. in* 12.

S. Dionyſii Areopagitæ Opera Græce Latine cum Scholiis S. Maximi & Paraphraſi Pachymeræ a *Balthaſare Corderio* Societ. Jeſu. *Antuerpiæ, ex officina Plantiniana* 1634. *fol.* 2. *vol.* aut *e tomo* 2. Magnæ Bibliothecæ veterum Patrum. *Coloniæ Antonii Hierati* 1918. *fol.*

S. Dionyſii Alexandriæ Archiepiſcopi Canones, e *tomo* 1. Conciliorum ſtudio *Philippi Labbe, &c. Par.* 1671. *fol.*

La Diſcipline des Egliſes réformées de France. 1658. *fol.*

Chronici Ditmari Epiſcopi Merſepurgenſis libri 7. ſtudio *Reineccii*. Francofurti *Vaechel* 1580. *fol.*

Loix Civiles dans leur ordre naturel, (par *M. Domat*) Paris, *Jean Bapt. Coignard*. 1697. 5. *vol. in* 4.

Dorothei Archimandritæ Doctrinæ, e *to.* 5. Bibliothecæ Patrum *Lugduni apud Aniſſonios*, 1677. *fol.*

M. Duguet, Traité des Spectacles, *tome* 4. des Eſſais de Morale, *Paris, Savreux*, 1679.

Johannis Stephani Duranti Secretarii Regii Conſiſtorii Conſiliarii ampliſſimi, Senatus Tholoſani primi Præſidis, de ritibus Eccleſiæ Catholicæ. *Lugduni, apud ... Landry*, 1606. *in* 8°.

Guil-

Guillelmi Duranti Epiſcopi Mimatenſis Rationale divinorum officiorum. *Venetiis*, *Bernardi de Vitalibus* 1519. *fol.*

E

MAgni Felicis Ennodii Epiſcopi Ticinenſis, Epiſtolæ, e *tomo* 1. Operum *Jacobi Sirmondi* e Societ. Jeſu, *Pariſ. e Typographia Regia* 1696. 5. *vol. fol.*

S. Ephrem Syri Opera ex verſione *Gerardi Voſſii*. Antuerpiæ, *Joh. Keerbergii* 1619. *fol.*

S. Epiphanii Opera Græce Latine, ſtudio *Dionyſii Petavii* Societ. Jeſu. *Pariſ. Michaelis Sonnii* 1622. *fol.* 2. *vol.*

Antonii de Eſcobar & *Mendoza Societ. Jeſu* Commentarii litterales & morales in vetus ac novum Teſtamentum, *Lugduni*, *Philippi Bordes* 1667. 4. *vol. fol.*

Jus Eccleſiaſticum univerſale hodiernæ diſciplinæ præſertim Belgii, Galliæ vicinarum Provinciarum accommodatum, auctore *Zegero Bernardo Van Eſpen* Presbyt. J. V. D. *Lovanii*, *Guillelmi Strickvvant*, *&c.* 1700. *fol.* 2. *vol.*

Guillelmi Eſtii in Epiſtolas B. Pauli & Canonicas Commentaria. *Pariſ. apud Claudium Joſſe* 1661. 2. *vol. fol.* vel ex *editione Pariſ.* 1623. 2. *vol. fol.*

Idem in Libros Sententiarum. *Pariſ. Jacobi Queſnel* 1647. 2. *vol. fol.*

Ejuſdem Annotationes in loca difficiliora Scripturæ ſacræ. *Antuerpiæ Hieronymi Verduſſii* 1655. *fol.* aut e Biblia Maxima *P. Joh. de la Haye*, Pariſ. *Bechet* 1660.

Evagrii Scholaſtici Hiſtoria Eccleſiaſtica Græce Latine poſt Hiſtoriam Eccleſiaſticam. Theodoreti Cyri Epiſcopi, ſtudio *Henrici Valeſii*. Pariſ. *typis Petri le Petit* 1673. *fol.*

S. Eucherii Lugdunenſis Epiſcopi Opera, e *tomo* 6. *&* 27. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni*, *apud Aniſſonios* 1677. *fol.* aut. e *tom.* 2. Bibl. PP. *Pariſ.* 1624. *fol.*

Euchologium, ſive Rituale Græcorum, &c. cum notis *P. Jacobi Goar* Ord. FF. Prædicatorum. *Lut. Simonis Piget* 7647. *in fol.*

Evervini Steinfeldenſis Præpoſiti Epiſt. ad S. Bernardum, inter *D. Bernardi* Opera tom. 1. *Pariſ. Petri Aubouyn*, 1690.

Euſebii Pamphili Cæſareæ Epiſcopi de Demonſtratione Evangelica Græce-Latine. *Pariſ. Sonnius*, *&c.* 1628.

Ejuſdem Præparatio Evangelica Græce-Latine, ſtudio *Franciſci Vigeri* e Societ. Jeſu. *Pariſ. Sonnius*, *&c.* 1628. *fol.*

Ejuſdem Commentarii in Pſalmos nunc primum e MSS. Codicibus eruti, Latine verſi ac notis illuſtrati ſtudio *D. Bernardi de Montfaucon* Presb. & Monachi Ord. S. Bened. e Cong. S. Mauri. *Pariſ. Claudii Rigaud* 1706. *fol.*

Ejuſdem Hiſtoria Eccleſiaſtica, &c. Græce-Latine, *Henrico Valeſio* Interprete. *Pariſ. Vitré* 1659. *fol.*

Ejuſdem Chronicorum Canonum omnimodæ hiſtoriæ Libri duo, Interprete *Hieronymo*, ſtudio *Joſephi Juſti Scaligeri*, &c. *Amſtelodami*; *apud Johannem Janſonium* 1658. *fol.*

Euſebii Epiſcopi Gallicani Opera, e *tomo* 6. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Euthymii Monachi Zigabeni Commentaria in Johannem, e *tomo* 12. ejuſdem Biblioth.

Extravagantes Communes. *Vide* Corpus juris Canonici.

F

FAcundi Epiſcopi Hermianenſis pro defenſione trium Capitulorum Concilii Calcedonenſis lib. 12. &c. e *tomo* 2. Operum *Jacobi Sirmondi* Societ. Jeſu. *Par. e Typographia Regia* 1696. *fol.*

Proſperi Fagnani Commentaria in 5. Libros Decretalium. *Romæ*, *Caſoni* 1661. 6. *vol. fol.*

Minutii Felicis Octavius. *Vide* Minutius.

Ferrandi Diaconi Vita S. Fulgentii, *ante* Opera *D. Fulgentii*. Pariſ. *Desprez* 1684. *in* 4.

In Sacram Apocalypſim Commentaria, auctore *Gregorio Ferrario* Soc. Jeſu. *Mediolani Ludovici Montiæ* 1653. *fol.*

Octavii Ferrarii de re Veſtiaria lib. 7. *e tomo* 6. Theſauri Antiquitatum Romanarum *Johannis Georgii Grævii*. Trajecti ad Rhenum *apud Halman*, *&c.* 1697. *fol.*

In ſacroſancta J. C. Evang. ſecundum Johannem & in Epiſtolam primam ejuſdem Enarrationes per *Johannem Ferum Minoritam*, Moguntiæ, *Franciſ. Behem* 1550. *in fol.*

Julius Firmicus Maternus de errore profanarum Religionum, *e tomo* 4. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Les Edits & Ordonnances des Rois de France, depuis Louis le Gros juſqu'a Henri IV. recueillis par *Antoine Fontanon*, augmentez par *Gabriel Michel*. Paris 1611. *fol.* 3. *vol.*

Amalarii Fortunati de Divinis Eccleſiæ Officiis libri quatuor, e *tomo* 10. Bibliothecæ Patrum *Hittorpii*, Pariſ. 1624 fol. *aut* 14. Bibliothecæ Patrum, *Lugduni*, *apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Venantii Fortunati Pictavienſis Epiſcopi Opera, *e tom.* 10. Bibliothecæ Patrum, *Lugd. ut ſupra*.

Oeuvres de *S. François de Sales*, Evêque & Prince de Geneve, &c. *Paris*, *Frederic Leonard* 1669. 2. *vol. fol.*

Recueil des Actes, &c. du Clergé de France. *Vide* Recueil des Actes.

Proces Verbaux de Aſſemblées générales du Clergé de France. *Vide*. Proces.

Capitularia Regum Francorum. *Vide* Capitularia.

Edicta & Statuta Regum Francorum ex Fontanonis, *&* le Guenois *Collectione fere deſumpta ſunt*, *ultimis exceptis*.

Johannis de Friburgo Ordinis FF. Prædicatorum in S. Raymundi de Pennaforti ſummam Theologicam notæ, *e S. Raymundi* ſumma Theologica, *Romæ* 1602. *fol.*

Liberti Fromondi Commentaria in omnes Epiſtolas B. Pauli & Canonicas. *Lovanii apud Hieron. Nempæum* 1663. *fol.*

S. Fulgentii Ruſpenſis Epiſcopi Opera, *Pariſ. apud Guillelmum Desprez* 1684. 4. aut *Pariſ. Sebaſtiani Cramoiſy* 1623. *fol.*

G

JOh. Gagnai, Commentaria in ſacram Scripturam e Bibliis magnis *Joh. de la Haye* Minoritæ, *Par. Michael Soly*, *&c.* 1643. *fol.* 5. *vol.*

Roberti Gaguini Rerum Gallicarum Annales. *Francofurti apud Vvechelum* 1577. *fol.*

Concilia noviſſima Galliæ. *Vide* Concilia.

Cenſura Cleri Gallicani. *Vide* Cenſura Cleri.

Decreta Eccleſiæ Gallicanæ. *Vide* Bochellus.

Commentaria in Rubricas Miſſalis a *Bartholomæo Gavanto*. Romæ, *apud Franciſ. Caballum* 1628. *fol.*

S. Gaudentii Brixienſis Epiſcopi Opera, *e tomo* v. Bibliothecæ Patrum, *Pariſ.* 1624. *fol.* 10. *vol.* aut *e tomo* 5. Bibl. PP. *Lugduni apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Gauffridi Abbatis Sermones, *e tomo* 2. Operum *D. Bernardi* D. Mabillon. *Pariſ. Aubouyn*, *&c.* 1690. 2. *vol. fol.*

Gelaſii Cyziceni Hiſtoria Concili Niceni, *e tomo* 2. Conciliorum *Philippi Labbe*, &c. *Pariſ.* 1671. *f.*

Gennadii Liber de Eccleſiaſticis Dogmatibus, ex *appendice tomo* 8. Operum *S. Auguſtini*, ſtudio Monachorum

Digitized by Google

INDEX AUTORUM

nachorum Ord. S. Bened. *Pariſ. Muguet* 1688.

Gennadii Scholarii Patriarchæ Conſtantinopolitani Epiſtola de Prædeſtinatione ad Joſephum Latine, *a Federico Morello*, cum ejus notis *Pariſ. Chevalier* 1618. *in* 8

Georgii Scholarii Oratio ad Patres Concilii Florentini, *e tomo* 13. Conciliorum *Philippi Labbe*, *Pariſ.* 1671. *fol.*

Johannis Gerſon Theologi Pariſienſis Opera, *Pariſ.* 1606. *tom.* 4. *fol.*

Gillebertus Abbas in Cantica, &c. *e tomo* 2. Operum Divi *Bernardi* ſtudio D. Mabillon. *Pariſ. Aubouyn* 1690. *fol.*

Michaelis Glycæ Siculi Annales a mundi exordio uſque ad obitum Alexii Comneni Imperat. Gr. Lat. ex verſione *Joh. Leunclavii*, cum notis *Philippi Labbe*, Pariſ. *e Typographia Regia* 1660. *fol.*

Jacobi Goar, Ord. FF. Prædicatorum Notæ in Euchologium *Vide* Euchologium, ſive Rituale Græcorum.

Goffridi Vindocinenſis Abbatis & Cardinalis Tituli S. Priſcæ Opera, *e tomo* 21. Bibliothecæ PP. *Lug.* 1677. *fol.* aut *e tom.* 3. Operum *Jacobi Sirmondi*, Pariſ. *e Typographia Regia* 1696. *fol.*

Euchologium ſive Rituale Græcorum. *Vide* Euchologium,

Pontificale Eccleſiæ Græcæ. *Vide* Pontificale,

Gratiani Decretum, *Vide* Corpus juris Canonici.

S. Gregorii Magni Opera. *Romæ*, *Typis Cameræ Apoſtolicæ* 1613. *in* 8. 5. *vol.* aut ſtudio & labore *Monach. Ord. S. Bened.* e Cong. S. Mauri. *Pariſ. Claude Rigaud.* 1705. 4. *vol. fol.*

Ejuſdem liber Sacramentorum, *e tomo* 3. Operum *D. Gregorii*, ſtudio Monach. Ord. S. Bened. *Par. ut ſupra*. Aut ſtudio *Hugonis Menardi* Presb. ac Monac. Ord. S. Bened. *Pariſ. Claudii Sonnii*, *&c.* 1642. *in* 4.

S. Gregorii Nazianzeni Opera Græce-Latine, ſtudio *Jacobi Billii*. Lutetiæ, *Claud. Morelli* 1609. *&* 1611. 2. *vol. fol.*

S. Gregorii Nyſſeni Opera Græce-Latine, *Pariſ. Michael. Sonnii* 1615. 2. *vol. fol.* Cum Appendice *apud Claud. Morellum* 1618. *fol.* aut *ex editione Pariſienſi* 1638. 3. *vol. fol.*

S. Gregorii Neocæſareæ Epiſcopi, cognomento *Thaumaturgi* Opera Græce-Latine, *Pariſ. Michael. Sonnii* 1622. *f.* aut *e tomo* 3. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

S. Georgii Florentii Gregorii Epiſcopi Turonenſis Opera ſtudio *Theodorici Ruinart* Monach. Bened. e Cong. S. Mauri, *Lutet. Franciſci Muguet*. 1699. *f.*

Gregorii IX. Decretales. *Vide* Corpus Juris Canonici.

Hugonis Grotii opera Theologica. *Amſtelodami apud Hered. Joh. Blaeu* 1679. 3. *tom. fol.* 4. *vol.*

Guarricus. Vide *Guerricus*.

La grande Conference des Ordonnances & Edits Royaux diſtribuée en 12. livres, &c. par M. *Pierre Guenoit*, &c. *Paris*, *Thomas Moette* 1678. 3. *vol. f.*

Guerrici Abbatis Igniacenſis Opuſcula, *e to.* 2. Operum *D. Bernardi*, ſtudio *D. Joh. Mabillon*. Pariſ. *Aubouyn*, 1690. aut *e to.* 23. Bibliothecæ Patrum, *Lugduni apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Vener. Guiberti Abbatis B. M. de Novigento Opera, &c. ſtudio *D. Lucæ Dacherii* Monac. Bened. e Congreg. S. Mauri. *Pariſ. Johan. Billaine* 1651. *fol.*

Guigonis Magnæ Cartuſiæ Prioris Opera, *e tomo* 24. Bibl. PP. *Lugduni apud Aniſſonios* 1677. *fol.* & *e tomo* 2. Operum *D. Bernardi*, ſtudio *D. Joh. Mabillon. Pariſ. Aubouyn* 1690.

Summa aurea in quatuor libros Sententiarum, a Magiſtro *Guillelmo Altiſſiodorenſi*, edita & emendata a *Guillelmo de Quercu*. Pariſ. *Franciſci Regnault* 1500. *in fol.*

Guillelmi I. Epiſcopi Magalonenſis Admonitio ad Clerum, e Serie Præſulum Magalonenſium *Petri Gariel*. Toloſæ 1652. *fol.*

Guillelmi Alverni Epiſcopi Pariſienſis Opera. *Aureliæ*, *Franciſci Hotot* 1674. 2. *vol. fol.*

Guillelmi Abbatis S. Theoderici Opuſcula, *e tom.* 2. Operum *D. Bernardi*, ſtudio *D. Joh. Mabillon*. Pariſ. *Aubouyn*, 1990. *fol* 2. *vol.*

H

Isaaci Haberti Doctoris Sorbonici Notæ in Pontificale Eccleſiæ Græcæ. *Vide* Pontificale.

Biblia Magna, Maxima, *Johan. de la Haye*. Vide *Biblia*.

Heraudi Archiepiſcopi Turonenſis Capitula, *e tomo* 8. Conciliorum, ſtudio *Philippi Labbe*, &c. *Pariſ.* 1671. *f.* aut *e tomo* 1. Capitularium Regum Francorum, ſtudio *Stephani Baluzii* Pariſ. *Muguet* 1677. 2. *vol. in fol.*

Heſychius. Vide *Iſychius*.

Heures imprimées par l'ordre de M. *le Card. de Noailles* Archevêque de Paris, à l'uſage de ſon Dioceſe. *Paris*, *Louis Joſſe* 1707. *in* 12.

S. Hieronymi Stridonienſis Opera, *Pariſ. Sebaſt. Nivellii* 1579. 4. *vol. fol.* aut *Pariſ. Caroli Guillard* 1546. aut *Pariſ.* 1609. potiſſimum vero ſtudio *D. Joh. Martianay* Presbyt. & Monachi Cong. S. Mauri. *Pariſ. Urbani Couſtelier* 1699. 5. *vol. f.*

Ejuſdem Hebraici Textus Latina verſio, *e tomo* 1. ejus Operum, ſtudio *D. Martianay*, aut ex Bibliis Polyglottis Philippi II. *Antuerpiæ*, *Chriſtoph. Plantini* 1569.

S. Hilarii Arelatenſis Epiſcopi Opera, *e tomo* 1. Operum *D. Leonis Magni*. Pariſ. *Johan. Bapt. Coignard* 1675. *in* 4.

S. Hilarii Pictavienſis Epiſcopi Opera, *Pariſ.* 1605. *fol.* aut ſtudio *Monach. Ord. S. Bened.* e Cong. S. Mauri, *Pariſ. Franciſci Muguet* 1693. *fol.*

Venerabilis Hildeberti primo Cenomanenſis Epiſcopi, deinde Turonenſis Archiepiſcopi Opera tam edita quam inedita; acceſſerunt *Marbodi Redonenſis Epiſcopi*, &c. Opera. *Pariſiis Laurentii le Conte* 1708 *fol.*

S. Hildegardis Abbatiſſæ Opera, *e tomo* 23. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni*, *apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Hincmari Rhemenſis Archiepiſcopi Opera. *Lutetiæ*, *Sebaſt. Cramoiſy* 1645. 2. *vol. fol.*

Ejuſdem Capitula, *e tomo* 8. Conciliorum, ſtudio *Philippi Labbe*, &c. *Pariſ.* 1671. *fol.*

S. Hippolyti Portuenſis Epiſcopi & Martyris ſeu alius cujusvis Autoris ſub ejus nomine vulgati Opera, *e to.* 3. Bibliothecæ Patrum. *Coloniæ Agrippinæ*, *Antonii Hierati* 161 . *fol.* aut *tomo* 3. Bibliothecæ Patrum, *Pariſ.* 1624. *fol.*

Melchior Hittorpius, Vide *Bibliotheca veterum Patrum*.

Divinæ fidei Analyſis, ſeu de fidei Chriſtianæ reſolutione, Autore *Henrico Holden*, in ſacra Facult. Theol. Pariſ. Doctore. *Pariſ. Jacobi Villery*, *&c.* 1685. *in* 12.

Honorii Auguſtodunenſis Gemma animæ, *e tomo* 10. Bibl. PP. *Hittorpii*. Pariſ. 1624. *fol.*

Hrabani Mauri ex Abbate Fuldenſi Archiepiſcopi Moguntini Opera. *Coloniæ Agrippinæ*, *Antonii Hierati* 1626. *tom.* 6. *fol.*

Liturgica ejus Opera, *e tomo* 10. Biblioth. Patrum *Hittorpii*. Pariſ. 1624. *fol.*

Ejuſdem Libri adverſus Judæos, *e tomo* 5. Theſauri novi Anecdotorum, ſtudio *Edmundi Martenne*, &c. *Pariſ. Florentini de Laulne* 1717. *fol.* 5. *vol.*

Danielis Huetii Demonſtratio Evangelica. *Pariſ. Daniel. Hortemels* 1690. *fol.*

Hugonis Rotomagenſis Archiepiſcopi Dialogi, *e tomo* 5. Theſauri novi Anecdotorum, *ut ſupra*.

Hugonis a S. Victore Canonici regularis Opera tribus tomis digeſta. *Venetiis*, *apud Joh. Bapt. Somaſchum* 1588.

Ejuſdem Opera Liturgica, *e tomo* 10. Bibliothecæ Patrum *Hittorpii*, Pariſ. 1624. *fol.*

Sancti

ET EDITIONUM.

I

SAncti *Jacobi* Liturgia, e Liturgiis SS. Græce-Latine, *apud Guillelmum Morellum*. Pariſ. 1560.

Cornelii Janſenii Epiſcopi Gandavenſis Commentarii in ſuam Concordiam ac totam Hiſtoriam Evangelicam. *Lugduni, Petri Landry* 1606. *fol.*

Cornelii Janſenii Epiſcopi Iprenſis Pentateuchus. *Pariſ. Jacobi Dalin.* 1660. *in* 4.

Ejusdem Tetrateuchus, ſeu Commenterius in IV. Evangelia. *Pariſ. apud Joh. Joſt* 1655. *in* 4.

Epiſtolæ genuinæ *S. Ignatii Martyris*, ex Bibliotheca Florentina. *Item* S. Ignatii Epiſtolæ quales vulgo circumferuntur. Et *S. Barnabæ* Epiſtola Gr. Lat. ex veteri translatione cum notis *Iſaaci Voſſii*. *Amſtelodami, Joh. Blaeu* 1646. *In* 4°. aut cum *Jacobi Uſſerii* Diſſertatione, Annotetionibus & Appendice Ignatiana. *Oxonii* 1644. *in* 4.

Innocentii, hujus nominis III. Opera. *Coloniæ, Materni Cholini* 1575. *fol.*

S. Johan. Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Opera Latine tantum. *Pariſ.* 1588. aut *Lugduni* 1687. *in fol. vol.* 5.

Eadem Græce-Latine, opera *Frontonis Ducæi* Societ. Jeſu tom. 1. in Geneſim. *Lutet. Antonii Stephani Pauli filii, Henrici Nepotis* 1614. *fol.*

Tom. 2. in Pſalmos & Eſaiam. *Pariſ. Claudii Morelli* 1614. *fol.*

Tom. 3. 4. 5. in Evangelia, Acta Apoſt. & Epiſtolas Pauli, *apud Hieronymum Commelinum*, 1603. *fol.*

Tom. 6. in Epiſtolam ad Galatas & ſequentes. *Pariſ. Hieron. Commelini* 1596. *fol.*

Tom. 7. de diverſis utriusque Teſtamenti locis. *Pariſ. Sebaſtiani Cramoiſy* 1624. *fol.*

Tom. 8. de diverſis novi Teſtamenti locis. *Pariſ. Antonii Stephani* 1616. *fol.*

Tom. 9. & 10. Sermones ad populum Antiochenum; Opera varia & Epiſtolæ. *Pariſ. Claudii Morelli* 1614.

S. Johannis Climaci Opera; Interprete *Matthæo Radero* Societ. Jeſu, Gr. Lat. *Lutetiæ, Sebaſtiani Cramoiſy* 1633. *fol.*

S. Johannis Damaſceni Opera, ſtudio *Jacobi Billii* Græce-Latine, *Pariſ.* 1619. *fol. aut* ſtudio R. P. *Michaelis Lequien* Ord. FF. Prædicatorum. *Pariſ. Joh. Bapt. Dellespine* 1712. *fol. vol.* 2.

Johannis Nepotis Sylvani Hieroſolymit. Epiſcopi Opera omnia, &c. per *Patrum Waſtelium* Carmelitam. *Bruxellæ, Johan. Montmartii* 1643. *fol.*

Johannis Cypariſſiotæ Decedes decem, *e tomo* 21. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni, apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Johann. de Raguſio Ord. Prædic. Oratio de Communione ſub utraque ſpecie, *e tomo* 12. Conciliorum, ſtudio *Philippi Labbe, &c.* 1671. *fol.*

De verbis Uſuardi, quæ in Martyrologio Eccleſiæ Pariſienſis referuntur in feſto Aſſumptionis B. M. V. Diſſertatio, Autore *Claudio Joly* ejusdem Eccleſiæ Canonico. *Senonis, Pruſſurot* 1669. *in* 12.

Flavii Joſephi Opera Græce-Latine &c. *Genevæ, Petri de la Roviere* 1611. *fol.*

S. Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis Opera, ſtudio *Franciſci Feuardentii* Ord. FF. Minorum, Græce-Latine. *Coloniæ Agrippinæ* 1625. *fol. aut* ſtudio *D. Renati Maſſuet* Bened. e Cong. S. Mauri, Græce & Latine. *Pariſ.* 1710. *fol.*

S. Iſidori Peluſiotæ Epiſtolæ ex Interpretetione *Jacobi Billii, &c.* Græce-Latine, *Pariſ. Ægidii Morelli* 1638. *fol. aut e tomo* 7. Bibliothecæ Patrum. *Lugd. apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

S. Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi Opera, per Fratrem *Jacobum du Breul* Monachum S. Germani a Pratis. *Pariſ. Michaelis Sonnii* 1601. *fol.*

Ejusdem Libri de Eccleſiaſticis Officiis, *aut* ex ſupradicta editione, *aut e tom.* 10. Bibliothecæ Patrum *Hittorpii*. Pariſ. 1624. *fol.*

Iſychii Presbyteri, aut, ut aliis videtur, *Heſichii Hieroſolymit. Epiſcopi* Opera *e tomo* 12. Biblioth. Patr. *Lugduni, apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Commentarius Hiſtoricus & Dogmatic. de Sacramentis in genere & in ſpecie, Autore *Gaſpare Juenin* Cong. Oratorii Gallicani Presbyt. *Lugduni, Aniſſon* 1696. *vol.* 2. *fol.*

Ivonis Carnotenſis Epiſcopi Decretum. *Lovanii, Bart. Gravii* 1561. *fol.*

Ejusdem Opera omnia. *Pariſ. Laurentii Cottereau*, 1647. *fol.*

Juſtiniani Imperat. Novellæ poſt 12. Libros Codicis, e volumine Legum parvo quod vocant, cum Commentariis *Accurſii*, &c. *Lugduni, Johan. Pillehotte* 1612. *fol.*

S. Juſtini Martyris Opera Græce-Latine ex verſione *Joannis Langi*, &c. *Pariſ. Nivelle* 1615. *fol. aut e tomo* 2. Biblioth. Patrum. *Coloniæ, Antonii Hierati* 1618. *fol.*

K

R*Everendi Patris Henrici Kalteiſen Ord. FF. Prædicator.* Oratio de libera prædicatione verbi Dei, *e tom.* 12. Conciliorum, ſtudio *Philippi Labbe*, &c. *Pariſ.* 1671. *fol.*

Thomas a Kempis, ſeu *Autor Libri* de Imitat. Chriſti. *Pariſ. e Typographia Regia* 1640. *fol.*

L

L*Ucii Cælii Lactantii* Opera. *Oxonii e Theatro Sheldoniano* 1684. *in* 8. aut *e tom.* 3. Bibliothecæ Patrum. *Coloniæ Agrippinæ, Anton. Hierati* 1618. *fol.*

Ejusdem Librum de Mortibus Perſecutorum, *e tom.* 2. Miſcellaneorum *Baluzii*. Pariſ. *Franciſci Muguet* 1679. *in* 8.

Lanceloti Tabulæ Chronologiæ ſacræ, *in calce* Bibliorum ſacrorum. *Pariſ. Antonii Vitré* 1666. *in* 4.

Ejusdem Notæ Chronologicæ & Hiſtoricæ, *in calce* Bibliorum ſacrorum. *Pariſ. Antonii Vitré* 1662. *fol.*

Diſſertation ſur l'hemine de vin, & ſur le livre de pain de ſaint Benoiſt, & des autres ancienc Religieux; per *M. Lancelot*. Pariſ. *Savreux* 1667. *in* 12.

B. Lanfranci Cantuarienſis Archiepiſcopi Opera omnia edita a *D. Luca Dacherio* Benedictin. cum ejusdem notis, &c. *Pariſ. Ludov. Billaine* 1648. *in fol.* aut *e tomo* 18. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni, apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

R. P. Cornelii a Lapide Societ. Jeſu in Libros Joſue, Judicum, Ruth, Regum & Paralipomenon. *Antverpiæ* 1653. *fol.*

In Epiſtolas D. Pauli. *Pariſ.* 1611. *fol.*

Ritus Eccleſiæ Laudunenſis redivivi. *Vide* Ritus.

S. Leonis Magni Papæ I. Opera omnia, auctiora, Appendicibus, Diſſertationibus, Notis, Obſervationibusq; illuſtrata, &c. edente *Paſchaſio Queſnel* Cong. Oratorii Presbytero. *Pariſ. Johan. Bapt. Coignard* 1675. *vol.* 2. *in* 4.

Leonis Philoſophi Imperatoris Conſtitutiones, e Juris Græci-Romani tam Canonici quam Civilis *Johan. Leunclavii* ſtudio *tomis* 2. *Francofurti, Petri Fiſcheri* 1569. *fol.*

Nicolai de Lyra Poſtillæ in ſacram Scripturam e Bibliis Maximis. *Lutet. Bechet* 1660.

Les Loix civiles. *Vide* Domat.

Petri Lombardi Epiſc. Pariſ. Sententiarum Libri IV. &c. per *Johannem Aleaume* Pariſien. Theologiæ Profeſſorem, &c. *Lovanii, Bartholomæi Gravii* 1546. *fol.*

Ordonnance du Roi Louis XIII. ſur les plaintes des Etats de 1614. du 15. Janvier 1629, (*appellée* le

Code

Digitized by Google

Code de Louis XIII. *ou* le Code Michault.) *Pariſ.* 1629. *in* 8.°

Franciſci Lucæ Brugenſis, Eccleſiæ Cathedralis Audomaropolitanæ Theologi & Decani in ſacroſancta quatuor Evangelia Commentarius. *Antuerp. ex officina Plantiniana* 1606. *fol.*

Ludovici Pii Capitularia. *Vide* Capitularia Regum Francorum.

Statutum S. Ludovici, *e Libro cui titulus:* La grande Conference des Ordonnances, &c. *par Pierre Guenois*.

B. Servati Lupi Abbatis Ferrarienſis Epiſtolæ, &c. *e tomo* 15. Bibliothecæ Patrum. *Lovanii apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

M

DE Liturgia Gallicana libri tres, &c. opera & ſtudio *D. Joh. Mabillon*, Presb. ac Monachi Ord. S. Bened. *e* Congr. S. Mauri. *Lutetiæ, apud viduam Edmundi Martin* 1665. *in* 4.

Traité des Etudes Monaſtiques, par Dom. *Jean Mabillon* Bened. de S. Maur. *Paris, Robuſtel*, 1691. *in* 4.

Ejusdem Commentarius in Ordinem Romanum, *e tomo* 2. Muſei Italici, *ut infra*.

Muſeum Italicum, ſeu collectio veterum Scriptorum ex Bibliothecis Italicis eruta a *Joh. Mabill. & Mich. Germain* Bened. Cong. S. Mauri. *Pariſ. Edmundi Martin & ſoc.* 1687. *vol.* 2. *in* 4.

S. Macarii Senioris Ægyptii Homiliæ, &c. *e tomo* 4. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni, apud Aniſſonios* 1677. *fol.* aut *Pariſ. Michael. Sonnii* 1622. Gr. Lat. cum *S. Gregorio Thaumaturgo*, & *Baſilio* Seleuciæ Epiſc.

Johannis Maldonati Societ. Jeſu Presbyteri Opera varia Theologica, tribus tomis comprehenſa. *Pariſ. Andreæ Pralard* 1677. *fol.*

Ejusdem Commentarii in IV. Evangeliſtas. *Moguntiæ, Arnoldi Mylii* 1602. *fol.*

Conſtantini Manaſſis Breviarium hiſtoricum Græce-Latine ex Interpretat. *Joh. Leunclavii, &c. Pariſ. e Typographia Regia* 1655. *fol.*

Marbodi Epiſcopi Redonenſis Opera, cum operibus *Hildeberti*. Pariſ. *Laurentii le Conte* 1708. *fol.*

Marci Diaconi Vita S. Porphyrii Epiſcopi *ex* Bollandi *tomo* 3. *Menſis Februarii, totius collectionis tomo* 5. Antuerpiæ, *Jacobi Meurſii* 1658. *fol.*

S. Marci Eremitæ Opera, *e tomo* 4. Bibl. PP. *Colon.*

Traité des Droits honorifiques des Seigneurs des Egliſes, par *Matthias Marechal*. Paris, *Jean Guignard*, 1655. *in* 4.

Johannis Marianæ Societ. Jeſu, Scholia in vetus & novum Teſtamentum. *Pariſ. Michael Sonnii*, 1620. *fol.*

F. Antonii Marinarii Carmelitæ Oratio ad Tridentinam Synodum, *e tomo* 14. Concilior. ſtudio *Philippi Labbe*, &c. *Pariſ.* 1671. *fol.*

Marii Victoris Afri adverſus Arium libri, *e tomo* 4. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni, apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

De Antiquis Eccleſiæ ritibus libri quatuor, &c. ſtudio & opera *D. Edmundi Martenne*, Presb. & Monachi Bened. e Cong. S. Mauri. *Rotomagi, Guillelmi Behourt* 1700. *& ſeq. vol.* 4. *in* 4.

Theſaurus Novus Anecdotorum, &c. ſtudio *D. Edm. Martenne & Urſini Durand*, Presb. Monach. Ord. S. Bened. e Congr. S. Mauri, *Pariſ. Florentini de Laulne, &c.* 1717. *fol. vol.* 5.

R. P. *Martini de Lauduno Carthuſienſis* Opera, *e tomo* 27. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni, apud Aniſſon.* 1677. *fol.*

Martyrologium Romanum, &c. Gregorii XIII. P. M. juſſu editum. Acceſſerunt Notationes &c. Auctore *Caſare Baronio Sorano* Cong. Oratorii Presbyt. *Romæ, e Typographia Vaticana* 1598. *fol.*

Joannis Maxentii Monachi & Presbyteri Antiocheni Opera, *e tomo* 9. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni, apud Aniſſonios* 1677.

S. Maximi Confeſſoris Opera, Gr. Lat. ſtudio P. *Franciſci Combefis* Ord. FF. Prædicatorum. *Pariſ. Andreæ Cramoiſy* 1675. *vol.* 2. *fol.*

S. Maximi Taurinenſis Epiſcopi Opera, a *tomo* 5. Bibliothecæ Patrum. *Lugd. &c.* aut *inter* Sermones S. Ambroſio adſcriptos, *e tomo* 2. Operum *D. Ambroſii* ſtudio Monach. Bened. *Pariſ. Joh. Bapt. Coignard* 1686. *vol.* 2. *fol.*

Acta Eccleſiæ Mediolanenſis, Concilia Mediolani habita, &c. *Vide* Acta.

Commentaria in Apocalypſim D. Johannis Evangeliſtæ, Auctore M. F. *Gaſpare a Melo* Auguſtiniano. *Pintiæ, Bernardini a S. Dominico* 1589. *fol.*

Memoires du Clergé de France. *Vide* Actes.

Hugonis Menardi Presb. & Monachi Bened. Notæ in Sacramentarium S. Gregorii. *Vide* Gregorius.

Johannis Stephani Menochii Societ. Jeſu Commentaria ſive explicationes totius ſacræ Scripturæ. *Antuerp. Hieron. Verduſſen* 1678. *fol.* aut *e* Bibliis Maximis *Johannis de la Haye*.

Micrologus de Eccleſiaſticis obſervationibus, *autoris incerti* Opus, *e tomo* 10 Bibliothecæ Patrum *Hittorpii*. Pariſ. 1624. *fol.* aut *e tomo* 18. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni, apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Minutii Felicis Octavius. *Pariſ. Matth. Dupuis* 1643. *in* 4.

Miſſale Eccleſiæ Pariſienſis *Johannis de Bellayo*, S. R. E. Card. & Pariſ. Epiſc. auctoritate, &c. *Pariſ. Guillelmi Bertin, abſque anno, in fol.*

Miſſale Eccleſiæ Pariſienſis reſtitutum Rev. in Chriſto Patris DD. *Petri de Gondy* Pariſ. Epiſc. juſſu, &c. *Pariſ.* Joh. *Charron* 1585. *fol.*

Ludovici Molinæ Societ. Jeſu, de juſtitia, & jure, tomi 6. *Moguntiæ, Joh. Gottofridi Schonvvetteri* 1659. *fol.*

Commentarius de ſacris Eccleſiæ Ordinationibus ſecundum antiquos & recentiores Latinos, Græcos, Syros & Babylonios, &c. Authore *Joh. Morino* Bleſenſi, Cong. Oratorii D. N. J. C. Presbyt. *Pariſ. Gaſparis Meturas*, 1655. *fol.*

Moyſis Bar Cephæ Syri Epiſcopi Commentarius de Paradiſo, *e tomo* 17. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni, apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

N

N*Avarrus*, *Vide* Azpilcueta.

Nemeſii Emeſeni Epiſcopi de Natura hominis, *e tomo* 8. Bibliothecæ Patrum. *Lugduni ut ſupra*.

Nicephori Calliſti Eccleſiaſtica hiſtoria, cum interpretatione *Johannis Langi* a *R. P. Frontone Ducæo*, Societ. Jeſu recognita Græce-Latine. *Lutetiæ, apud Sebaſt. & Gabriel. Cramoiſy* 1630. *vol.* 2. *fol.*

Nicolai I. P. M. Reſponſa ad conſulta Bulgarorum, *ex* Conciliorum *tomo* 22. *Pariſ. e Typographia Regia* 1644. *fol.*

Traité de l'Unité de l'Egliſe, ou Réfutation du nouveau Syſtéme de Jurieu, par M. *Nicole*. Paris, *Guillaume Deſprez* 1687. *in* 12.

Eſſais de Morale de M. *Nicole*, Paris, *Charles Savreux* 1678. & 1679. *vol.* 4. *in* 12.

S. Nili Diſcip. S. Joh. Chryſ. Epiſtolæ, interprete *Leone Allatio*. Romæ, *typis Barberinis* 1668. *fol.*

O

ODO *Epiſcopus Cameracenſis* de Villico iniquitatis, *e tomo* 5. Theſauri novi anecdotorum, ſtudio *Edmundi Martenne*, &c. 1717. *fol.*

Oecumenii Commentaria in Acta Apoſtolor. in omnes Epiſt. Pauli, & Epiſt. Catholicas Græce-Lat. *Pariſ. Claudii Sonnii* 1631. *vol.* 2. *fol.*

INDEX AUTORUM

B. Ogerius Abbas, e tom. 2. Operum Divi Bernardi Abbatis Claravallis, ſtudio Domni Johan. Mabillon Monachi Bened. e Cong. S. Mauri. Pariſ. Petri Aubouyn, &c. 1690. 2. vol. fol.

Olympiodori Commentarius in Eccleſiaſtem, e tomo 18. Biblioth. Patrum, Lugduni, apud Aniſſonios 1677. fol.

Ordinarium Carthuſienſe, continens novæ collectionis Statutorum ejusdem Ordinis partem primam, quæ eſt de divinis officiis, Lugd. Claud. Cayne 1641. in 16.

Ordo Romanus, e tom. 10. Biblioth. Patrum Hittorpii, Pariſ. 1624. in fol.

Ordines Romani, e tomo 2. Muſei Italici Domni Joh. Mabillon. Vide Mabillon.

Origenis Adamantii Opera, ex editione Gilberti Genebrardi, Pariſ. apud Guillelmum Chaudiere, 1574. 2. vol. fol.

Michaelis Oronſuspei Navarii Concio ad Patres Concilii Tridentini, e tomo 14. Conciliorum a Gabriele Coſſartio & Philippo Labbe editorum, Pariſ. 1671. fol.

P

S. Paciani Barcinonenſis Epiſcopi Opera, e tomo 4. Bibliothecæ Patrum, Lugd. apud Aniſſonios 1677. fol. aut tomo 4. Biblioth. Patrum, Coloniæ, Ant. Hierati 1618. fol.

Santis Pagnini Theſaurus linguæ ſanctæ, ſive Lexicon Hebraicum Santis Pagnini Lucenſis Ord. Prædicat. auctum & recognitum a Joh. Mercero, Lugduni. Barthol. Vincenti 1577. fol.

Vera Concilii Tridentini Hiſtoria contra falſam Petri Suavis Polani narrationem, ſcripta a P. Sfortia Pallavicino Card. Italice, & Latine reddita a J. B. Giattino S. J. Antuerpiæ, Baltaſ. Moreti 1670. in 4. 3. vol.

Palladii Epiſcopi Helenopolitani Hiſtoria Lauſiaca, ex tomo 2. Auctarii Biblioth. PP. Græce-Latine. Pariſ. 1624. fol. ejusdem Vita S. Joh. Chryſoſt. ad calcem Homiliarum S. Johannis Chryſ. in Geneſim. Pariſ. Antonii Stephani 1614. fol.

Pamphilii Apologia pro Origene, e tomo 5. Operum D. Hieronymi, ſtudio Domni Joh. Martianay Monach. Bened. e Cong. S. Mauri, Pariſ. apud Ludov. Roulland 1706.

Cæremoniale Pariſienſe. Vide Cæremoniale.

Miſſale Eccleſiæ Pariſienſis. Vide Miſſale.

Rituale Pariſienſe. Vide Rituale.

Synodicon Pariſienſis Eccleſiæ. Vide Synodicon.

S. Paulini Nolani Epiſcopi Opera, &c. ſtudio D. le Brun des Marettes, Pariſ. apud Joh. Couterot 1685. in 4. tom. 2.

Paulini Diaconi Vita S. Ambroſii, ex tomo 2. Operum D. Ambroſii, ſtudio Monach. Bened. e Cong. S. Mauri, Pariſ. apud Joh. Bapt. Coignard. 1686. 2. vol. fol.

S. Raymundi de Pennafoeti Summa Theologica, Romæ 1603. fol.

Verſio Latina Pentateuchi Samaritani, ex editione Polyglottorum Briani Waltoni, Londini, apud Thomam Roycroft 1657. tom. 1. fol.

Dionyſii Petavii Soc. Jeſu Opus de Doctrina temporum, Lutet. apud Sebaſt. Cramoiſy 1627. fol.

Ejusdem Tabulas Chronologicas exſcripſimus ex ejus Rationario temporum, Pariſ. Delaulne 1703. 2. vol. in 12.

Ejusdem Rationarium temporum. Pariſ. ut ſupra.

S. Petri Archiepiſcopi Alexandrini Canones de Pœnitentia, e tom. 1. Conciliorum a Philip. Labbe & Gabriele Coſſartio S. J. editorum, Pariſ. 1671. fol.

S. Petri Chryſologi Epiſcopi Ravennatis Sermones, Pariſ. Chaudiere 1531. in 8. aut e tomo 7. Bibliot. Patrum, Lugd. apud Aniſſonios 1677. fol.

Petri Diaconi de Incarnatione Libros, inter Opera C. Fulgentii. Vide S. Fulgentii Opera.

Petri Venerabilis Abbatis Cluniacenſis Epiſt. e tom. Tom. I.

1. Operum D. Bernardi Abbatis Claravallis, ſtudio Domni Johan. Mabillon Monach. Ord. S. Bened. e Congreg. S. Mauri, Pariſ. Petri Aubouyn 1690. 2. vol. fol.

Alia ejus Opera, e tomo 22. Biblioth. PP. Lugd. apud Aniſſonios 1677. fol.

Ejusdem Epiſtolæ quædam, e tomo 2. Theſauri novi Anecdotorum, ſtudio Edmundi Martenne, &c. Pariſ. Florent. Delaulne, &c. 1717. fol.

Petri Cellenſis Opera, e tomo 24. Biblioth. PP. Lugd. apud Aniſſonios 1677. fol.

Epiſtolæ quædam, e tomo 1. Theſauri novi Anecdotorum, ſtudio Edmundi Martenne, &c. Pariſ. Florent. Delaulne, &c. 1717. fol.

Petri Damiani S. R. E. Card. Epiſc. Oſtienſis Opera. Pariſ. Ægidii Tompere 1663. fol.

Pezron Ordinis Ciſtercienſis, l'Antiquité des tems rétablie & défendue contre les Juifs & les nouveaux Chronologiſtes, par Paul Pezron, &c. Pariſ. Martin 1687. in 4.

Ejusdem Hiſtoire Evangelique, ex editione in 12. quæ nunc non eſt ad manum.

S. Philaſtrii Brixienſis Epiſcopi Librum de Hæreſibus, e tomo 3. Biblioth. PP. Lugd. apud Aniſſonios 1677. fol. aut Coloniæ, Antonii Hierati 1618. fol.

D. Philippi Abbatis Bonæ Spei Ord. Præmonſtrat. Opera, Duaci, apud Baltazarem Bellerum 1621. fol.

Philippus ſeu Autor Commentarii in Librum Job, e tom. 2. Operum S. Hieronymi, ſtudio Domini Martianay Presbyt. ac Monac. Bened. e Cong. S. Mauri, Pariſ. Couſtelier 1699. fol.

Philonis Judæi Opera ex Sigismundi Geleni Interpretatione, partim ab Adriano Turnebo, partim a Davide Hæſchelio edita Græce-Latine, Pariſ. Magnæ navis 1640.

Philonis Carpathii Commentarius in Canticum Canticorum, e tomo 5. Biblioth. Patrum, Lugd. &c.

Bibliotheca Photii, ſive Librorum quos collegit Photius Patriarcha Conſtantinopol. excerpta & cenſuræ Gr. Lat. reddita & ſcholiis aucta ab Andrea Schotto, Rotomagi, David Berthelin 1653. fol.

Pippini Regis Capitularia. Vide Capitularia Regum Francorum.

Pius II. Vide Æneas Sylvius.

Platonis Opera Græce Latine ex nova Johannis Serrarii Interpretatione, &c. Excudebat Henricus Stephanus 1578. 2. vol. fol.

Caii Plinii Secundi Novocomenſis Epiſtolarum Libri decem, &c. Pariſ. apud Johannem Richerium 1588. in 8.

Plutarchi Opera omnia, Gr. Lat. a Mauſſaco &c. Pariſ. typis Regiis 1624. 2. vol. fol.

Synopſis Criticorum aliorumque ſacræ Scripturæ Interpretum, opera Matthæi Poli, Londini, typis Flesher, apud Carolum Smith 1674. 8. vol. fol.

S. Polycarpi Epiſt. ex Euſebii Pamphili Hiſtoria Eccleſiaſtica, Gr. Lat. ſtudio Henrici Valeſii, Pariſ. Petri le Petit 1678. fol.

Julianus Pomerius, ſive ſanctus Proſper de Vita contemplativa, ex editione Operum S. Proſperi, Lugd. apud Sebaſtianum Gryphium 1539.

Liber Pontificalis Eccleſiæ Græcæ nunc primum ex Regiis MSS. Euchologiis, &c. collectus, &c. ſtudio Iſaaci Haberti Eccleſ. Pariſ. Presbyt. Canonici ac Theologi, &c. Græce Latine, Pariſ. Petri Claſii 1643. fol.

Pontificale Romanum Clementis VIII. primum, nunc denuo Urbani VIII. auctoritate recognitum, Pariſ. Societatis Typographicæ 1664.

Vita S. Auguſtini, Autore Poſſidio, ad calcem tomi 10. Operum D. Auguſt. ſtudio Monach. Bened.

Caroli ſeptimi Francorum Regis Pragmatica ſanctio cum Gloſſis D. Coſmæ Guymier Pariſini, &c. ſtudio Franciſci Pinſſonii Advocati Pariſienſ. Pariſ. Franc. Clauſier 1666. fol.

Primaſii Commentaria in Apocalypſim, e tom. 10.

Bibliothecæ Patrum, *Lugd. apud Aniſſonios* 1677. *in fol.*

Procès verbal de l'Aſſemblée generale du Clergé de France de l'an. 1643. *chez Antoine Vitré* 1643. *fol.*

Procès verbal de l'Aſſemblée generale du Clergé de France es années 1655. 1656. & 1657. *Pariſ. Antoine Vitrè* 1655. *fol.*

Cenſura Cleri Gallicani, *ou* Procès verbal de l'Aſſemblée generale du Clergé de France de l' an. 1700. *Paris, François Hubert Muguet* 1703. *fol.*

D. Proſperi Opera, *Lugduni apud Sebaſt. Gryphium* 1539. *fol.* aut *ex Appendice tom.* 10. Operum *D. Auguſtini* ſtudio *Monach. Bened.* e Cong. S. Mauri, *Pariſ. fol.*

Aurelii Prudentii Clementis Opera, *Amſtelodami, apud Johannem Janſſonium* 1631. *in.* 24.

R

S*Ancti Paſchaſii Radberti Abbatis Corbeienſis* Opera, *Lutet. Michael. Sonnii* 1618. *fol.* aut *e tom.* 14. Biblioth. PP. *Lugduni apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Radulphus Flaviacenſis in Leviticum, *e tomo* 17. Bibl. PP. *Lugduni, apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Radulphus de Rivo Decanus Tongrenſis, de Canonum obſervantia, *e tomo* 26. Biblioth. PP. *Lugd. apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

S. Ratherius Veronenſis Epiſcopus, *e tomo* 2. Spicilegii ſtudio Domni *Lucæ Dacherii* e Cong. S. Mauri Monach. Bened. *Pariſ. apud Carolum Savreux* 1657. *in* 4.

Ratramni Corbeienſis Monachi Opera, *e tomo* 1. & 2. Spicilegii ſtudio Domni *Lucæ Dacherii*, &c. *Pariſ. apud Carol. Savreux* 1657. in 4. aut *e tomo* 15. Biblioth. PP. *Lug. &c.* 1677. *fol.*

Concilium Ravennatenſe III. *e tomo* 28. Conciliorum *Pariſ. e Typographia Regia* 1644. *fol.*

Annales Eccleſiaſtici ab anno 1198. ubi Cardinalis Baronius deſinit, Autore *Odorico Raynaldo* Tarviſino Cong. Oratorii Presbyt. *Romæ, e Typographia Varesii* 1663. *fol.*

Autor Recognitionum. *Vide* S. Clemens.

Remigii Epiſcopi Rhemenſis Explanationes Epiſt. B. Pauli Apoſtoli, &c. ſtudio R. P. *Joban. Villalpandi* Societ. Jeſu, *Moguntiæ, Joh. Albini* 1614. *fol.* aut *e tomo* 8. Biblioth. PP. *Lugd. apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Remigii Antiſſiodorenſis in Pſalmos Commentaria, *e tomo* 16. Biblioth. PP. *Lugd.* 1677. *fol.*

Richardi a S. Victore Scoti, Canonici regularis S. Aug. Opera omnia, *Venetiis, Joh. Bapt. Ciotti & ſoc.* 1592. *in fol.*

Rituale Catalaunenſe. *Vide* Catalaunenſe.

Ritus Eccleſiæ Laudunenſis redivivi illuſtriſs. Laudun. Epiſc. &c. conſenſione ex vetuſtiſſimis MSS. Codicibus vindicati, *Antonii Bellotte* Presby. Canonici, S. J. Doctoris, Laudun. Eccleſ. Decani obſervationibus antiquitatis univerſæ illuſtrati, *Pariſ. Caroli Savreux* 1662. *fol.*

Rituale Pariſienſe, &c. *Pariſ. apud Ludovic. Joſſe* 1697. *in* 4.

Rituale Romanum, *Taurini* 1580. aut *Avenione* 1699.

Martyrologium Romanum. *Vide* Martyrologium.

Pontificale Romanum. *Vide* Pontificale.

Vitæ Patrum de vita & verbis ſeniorum, *ſive* Hiſtoriæ Eremiticæ lib. 10. Autoribus ſuis & nitori priſtino reſtituti, ac notis illuſtrati, opera *Heriberti Roſweydi* e Soc. Jeſu, &c. *Antverpiæ, ex officina Plantiniana* 1628. *fol.*

Speculum Curatorum Eccleſiæ Rotomagenſis, 1506.

Acta primorum Martyrum ſincera & ſelecta, ſtudio Domini *Theodorici Ruinart* Presb. ac Monachi Bened. e Cong. S. Mauri, *Pariſ. apud Franciſcum Muguet* 1689. *in* 4.

Ruperti Abbatis Tuitienſis Opera, *Pariſ. apud Carolum Chaſtelain* 1639. 2. *vol. fol.*

Opera vero *ejus* Liturgica *ex tom.* 10. Biblioth. PP. *Hittorpii, Pariſ.* 1624. *fol.*

S

E*Manuel Sa Societ. Jeſu* Notationes in totam Scripturam ſacram, *Lugduni, Arnauld* 1651. *fol.* aut *e* Bibliis Magnis D. *Joh. de la Haye* Pariſ. *Michael Soli, &c.* 1643.

Jacobi de Sainte-Beuve Doct. & Socii Sorbonici, &c. Tractatus de Sacramentis Confirmationis & Unctionis extremæ, *Lut. Pariſ. apud Guillelmum Deſprez* 1686. *in* 4.

Alfonſi Salmeronis Soc. Jeſu Commentarii in Evangelicam Hiſtoriam & in Acta Apoſtolorum, &c. *Colon. Agrip. Antonii Hierati* 1602. *fol. tom.* 16. 7. *vol.*

S. Salviani Maſſilienſis Presbyteri de Gubernatione Dei, &c. *Pariſ. Drouart* 1617. *in* 12. aut etiam *ex tomo* 8. Bibliothecæ Patrum *Lugd. apud Aniſſonios* 1677. *in fol.*

Diſputationes de ſancto Matrimonii Sacramento tomi tres, Autore *Thoma Sanchez* e Soc. Jeſu, &c. *Antverpiæ, apud Heredes Martini Nutii, &c.* 1617. *fol.*

Scholarius. Vide *Gennadius & Georgius.*

Cœlii Sedulii Presb. Collectanea in Epiſt. ad Romanos, *e tom.* 6. Biblioth. PP. *Lugd. apud Aniſſonios* 1677. *in fol.*

Septuaginta Interpretum verſio Latina. *Vid.* Biblia Polyglotta.

Sergii Patriarchæ Conſtantinop. Epiſtolas ad Honorium Pont. Max. & ad Cyrum, & Honorii ad Sergium *excerpſimus ex tomo* 6. Conciliorum a *Philip. Labbe & Gabriele Coſſart* editorum, *Pariſ.* 1671. *fol.*

Nicolai Serarii Soc. Jeſu Libr. de Proceſſionibus, *ex tomo* 3. Opuſculorum Theologicorum, *Moguntiæ, apud Balthaſarem Lippium* 1612. *fol.*

Ejuſdem in Libros Regum & Paralipomenon Commentaria poſthuma, *Lugduni, Claudii Pandey* 1618. *fol.*

S. Sulpicii Severi Hiſtoriæ ſacræ, *Lugd. Batav.* 1647. *in* 8.

Sextum Decretalium, *Vide* Corpus juris canonici.

Simeonis Junioris Presb. Opera, *e tomo* 22. Bibliot. Patrum, *Lugd. apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Jacobi Sirmondi Soc. Jeſu Opera, *Pariſ. Typogr. Regiæ* 2696. 5. *vol. fol.*

Smaragdi Abbatis Opera, *e tomo* 16. Biblioth. PP. *Lugduni, apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Socratis Scholaſtici Hiſtoria Eccleſiaſtica ex editione *Henrici Valeſii*, Pariſ. *apud Antonium Vitrè* 1668. *fol.*

C. Julii Solini Polyhiſtor, *Pariſ. apud Simonem Colinæum* 1533. *in* 8.

Hermiæ Sozomeni Hiſtoria Eccleſiaſtica ex editione *Henrici Valeſii, Pariſ. apud Antonium Vitrè* 1668. *fol.*

Stephani Eduenſis Epiſc. Tractatus de Sacramento altaris, *e tomo* 20. Biblioth. PP. *Lugd. apud Aniſſonios* 1677. *in fol.*

Walafridi Strabonis Abbatis Augiæ Libri de rebus Eccleſiaſticis, *e tomo* 10. Biblioth. PP. *Hittorpii, Pariſ.* 1624. *fol.*

Franciſci Suarez Soc. Jeſu Opera omnia, *Moguntiæ, Hermanni Mylii Birckmanni* 1621. 17. *vol. fol.*

Cajus Suetonius Tranquillus, Amſtelodamni, *apud Johannem Janſſonium* 1646. *in* 24.

Æneæ Sylvii ſeu Pii II. *Pont. Max.* Hiſtoria Bohemica, *Baſileæ, ex officina Henrici Petri* 1501.

Franciſci Sylvii a Brania Comitis S. Theol. Doctoris, &c. Commentarii in Summam S. Thomæ Aquinatis, *Duaci, Gerardi Patte* 1649. *fol.*

Geſta Synodi Aurelianen. an. 1017. *e tomo* 2. Spicilegii

legii Domini *Lucæ Dacherii* e Cong. S. Mauri Monach. Bened.

Synodicon Pariſienſis Eccleſiæ, auctoritate *Franciſci de Harlay* editum, *Pariſ. Muguet* 1674. *in* 8.

Verſionis Syriacæ verſio Latina: *Vide* Biblia Polyglotta.

T

C. *Cornelii Taciti* Opera cum notis & emendationibus *Hugonis Grotii*, Amſtelod. *Elzevir.* 1649. *in* 24.

Tertulliani Opera, *Nicolai Rigaltii* J.C. obſervationibus & notis illuſtrata, &c. *Lutetiæ, Mathurini Dupuis* 1634. *fol.*

Theodoreti Epiſcopi Cyri Opera, ſtudio *Jacobi Sirmondi* Soc. Jeſu, *Lutet. Pariſ. Sebaſtiani Cramoiſy* 1642. 4. *vol. fol.*

Quintus Tomus labore & ſtudio *Johannis Garnerii* ejusd. Societ. *Lutet. Pariſ. Edmundi Martin* 1684.

Ejusdem Hiſtoria Eccleſiaſtica Græce-Latine, ſtudio *Henrici Valeſii*, Pariſ. *Petri le Petit* 1673. *fol.*

Theodori Studitæ Epiſtolæ. &c. *e tom.* 14. Biblioth. PP. *Lugd. apud Aniſſonios* 1677. *fol.* aut 5. operum *Sirmondi*.

Theodulphi Aurelian. Epiſc. Oratio, *e tomo* 2. Operum *Jacobi Sirmondi* Societ. Jeſu, *Pariſ. e Typographia Regia* 1696. *fol.*

Theoduti Cœleſyrienſis Presb. ſeu *cujusvis Autoris* Commentarius in Epiſt. ad Romanos. *e tomo* 8. Biblioth. Patrum, *Lugduni, apud Aniſſonios* 1677. *fol.*

Theophili Alexandrini Archiepiſc. Libri Paſchales, *e tomo* 4. *editionis* S. Hieronymi *Domn. Johan. Martianay* Monach. Bened. e Cong. S. Mauri, *Pariſ. Urbani Couſtelier* 1706. *fol.*

Theophylacti Archiep. Bulgariæ Commentarii in quatuor Evangelia, Græce-Latine, *Lut. Pariſ. apud Carolum Morellum* 1631. *fol.*

Ejusdem in D. Pauli Epiſtolas Commentarii Græce-Latine, *Londini, e Typog. Reg.* 1636. *fol.*

S. Thomæ Aquinatis Summa Theologica, per *R. P. F. Johannem Nicolai* Ord. Frat. Prædicat. *Pariſ. apud Societatem* 1663. *fol.* 2. *vol.*

Ejusdem Summa Catholicæ fidei contra Gentiles, *Antuerpiæ, apud Joannem Keerbergium*, 1612. *fol.*

Ejusdem Scriptum in quatuor Libros Sententiarum, *Venetiis, Hieronymi Scoti* 1586. *fol.*

Ejusdem Opuſcula omnia, *Antuerpiæ, apud Johannem Keerbergium* 1612. *fol.*

Vetus & nova Eccleſiæ Diſciplina circa beneficia & Beneficiarios, Autore & Interprete *Ludovico Thomaſſino* Oratorii Gallicani Presb. *Pariſ. apud Franciſcum Muguet.* 1688. 3. *vol. fol.*

Ejusdem Traité *des* Fêtes de l'Egliſe, *Paris, François Muguet* 1683. *in* 8.

Ejusdem Traité des jeunes de l'Egliſe, *Paris, François Muguet* 1680. *in* 8.

Memoires pour ſervir à l'Hiſtoire Eccleſiaſt. des ſix premiers ſiecles, &c, par le Sieur *de Tillemont*, Paris, *Charles Robuſtel* 1693. *& ſuiv.*

Jacobi Tirini e Societ. Jeſu Commentarius in ſacram Scripturam, &c. *Lugd. Johan. Bapt. de Ville* 1690. *fol.* aut e Bibliis Maximis *Johan. de la Haye*, Pariſ. 1660. *fol.*

Annales ſacri & ex profanis præcipui ab orbe condito ad eumdem Chriſti paſſione redemptum, Autore *Auguſtino Torniello* Congreg. S. Pauli Clerico regulari, *Antuerpiæ, Balthaſaris Moreti, &c*, 1620. 2. *vol. in fol.*

De la meilleure maniere d'entendre la Meſſe, par M. *le Tourneux*, Pariſ. *Lambert Roulland* 1680. *in* 12.

Trajani Imperatoris ad Plinium Epiſtola, inter *Caii Plinii Secundi* Epiſtolas, *Pariſ. apud Johan. Richerium* 1588. *in* 8.

V

COmmentarii ac Diſputationes in 1. 2. & 3. partem D. Thomæ, auctore *Gabriele Vasquez* Soc. Jeſu. *Ingolſtadii, Martii &c.* 1609. 7. *vol. fol.*

Mathæi Vegii Laudenſis Presb. Opuſcula, *e tomo* 26. Bibliothecæ Patrum, *Lugduni apud Aniſſonios* 1677. *fol*

Venantius Fortunatus: Vide *Fortunatus*.

Hiſtoria perſecutionis Vandalicæ in duas partes diſtincta. Prior complectitur Libros *V. Victoris Vitenſis Epiſcopi* & alia antiqua monumenta ad Codices MSS. collata, &c. *Pariſ. Franciſci Muguet* 1794. *in* 8.

Vincentii Lirinenſis Commonitorium, *e tom.* 7. Biblioth. Patrum, *Lugduni apud Aniſſonios* 1677. *fol.* aut *ex* Bibliotheca Patrum, *Coloniæ, Ant. Hierati* 1618. *fol.*

Pub. Virgilii Maronis Opera cum annotationibus *Johan. Minellii*, Roterodami, *ex officina Arnoldi Leers* 1674.

Vitis myſtica, ſeu Tractatus de Paſſione Domini, *inter* Opera *D. Bernardi* tom. 2. ſtudio Domini *Joh. Mabillon* Presb. ac Monach. Bened. e Congreg. S. Mauri, *Pariſ. Petri Aubouyn* 1690. *in fol.* 2. *vol.*

F. Willelmi Redonenſis, Ord. FF. Prædicat. Notæ in ſancti Raymundi de Pennaforti Summam Theologicam, e *S. Raymundi de Pennaforti* Summa Theologica, *Romæ*, 1602. fol.

Z

Z*Achariæ Mytilenenſis Epiſc.* Opuſcula, *e tomo* 9. Bibliothecæ Patrum, *Lugduni apud Aniſſonios* 1677. *in fol.*

Nicolai Zegeri Commentarium in 1. ad Corinth. e Criticorum ſacrorum *tomo* 7. Londini, *Cornelii Bee & Sociorum* 1660. *fol.*

FINIS INDICIS AUTORUM ET EDITIONUM.

Digitized by Google

INDEX
TITULORUM
TOMI PRIMI.

INSTITUTIONES CATHOLICÆ *in modum Catecheſeos; in quibus quidquid ad Religionis Hiſtoriam, & Eccleſiæ Dogmata, Mores, Sacramenta, Preces, Ceremonias, Uſus pertinet, totum id brevi compendio ex ſacris fontibus Scripturæ & Traditionis explanatur.*

CAPUT PRÆVIUM. Totius Religionis ſumma. Elenchus & partitio operis. *pag.* 1

INSTITUTIONES CATHOLICÆ *in modum Catecheſeos*, PRIMA PARS. *In qua exponuntur Principia, Exordium, Progreſſus Religionis, ab orbe condito ad conſummationem vitæ æternæ, ad quam homines creati.*

SECTIO PRIOR. *De Principiis, Exordio, Progreſſu Religionis ad Chriſti Domini adventum.*

CAPUT I. De Dei operibus.

§. 1. *De Exiſtentia Dei.* *pag.* 4
§. 2. *De Dei natura & perfectionibus.* 5
§. 3. *De unitate Dei.* 9
§. 4. *De ſanctiſſima Trinitate.* 10

CAPUT II. De Dei operibus.

§. 1. *De creatione mundi.* 13
§. 2. *De Angelis & Cacodæmonibus.* 14
§. 3. *De creatione hominis.* 22
§. 4. *De paradiſo voluptatis, & de ſtatu innocentiæ.* 16

CAPUT III. De peccato primi hominis, & de iis quæ inde ſubſequuta ſunt.

§. 1. *De peccato primi hominis.* 28
§. 2. *De pœna & effectis peccati primorum Parentum. Item de peccato originali.* 30
§. 3. *De neceſſitate Redemptoris ſeu Meſſiæ. Is hominibus promittitur.* 34

CAPUT IV. Brevis hiſtoria Religionis a peccato hominis ad adventum Meſſiæ.

§. 1. *Cur Deus non miſerit Meſſiam in mundum ſtatim a peccato. Quid interea facto opus eſſet hominibus, ut ſuæ ſaluti conſulerent.* 35
§. 2. *Quomodo Adamus & Eva, eorumque poſteri vixerunt poſt peccatum.* 37
§. 3. *De corruptis hominum moribus: & de diluvio univerſali.* 42
§. 4. *De moribus hominum a diluvio ad vocationem Abrahæ.* 45
§. 5. *De fœdere Deum inter & Abraham inito. Item de poſteris Abrahæ.* 47
§. 6. *De Iſaac & de Jacob, ex quo orti Judæi omnes.* 49
§. 7. *De ſervitute Iſraelitarum apud Ægyptios. Qua id ratione contigerit.* 54
§. 8. *De liberatione Iſraelitarum per Moyſen. Item de Agno Paſchali, & de Maris rubri tranſmiſſione.* 57
§. 9. *Iter Hebræorum ad montem Sinai. Aquæ amaræ. Manna. Fons de petra. Victus Amalec. Conſilium Jethro.* 64
§. 10. *De lege data Iſraelitis per Moyſen, & de ſanguine fœderis.* 67
§. 11. *Moyſes in monte Sinai. Brevis expoſitio eorum omnium quæ præcepit eis Deus circa cultum externum Religionis.* 71
§. 12. *Conflatur vitulus aureus. Hujus ſceleris dant pœnas Iſraelitæ. Velum ante faciem Moyſis. Electio Aaronis in Sacerdotium, & Levitarum in miniſterium Tabernaculi.* 76
§. 13. *Miſſi exploratores. Murmur & ſeditio populi in deſerto. Ob id plectitur. Caleb & Joſue remunerantur.* 78
§. 14. *Aquæ contradictionis. Serpens æneus. Prophetia & conſilium Balaam. Zelus Phinees. Mors Moyſi.* [illegible]4
§. 15. *Sub Joſue duce populus Iſrael terram promiſſam poſſidet, & per Tribus & Familias partitur. Populi ſtatus & mores ſub Judicum imperio.* 87
§. 16. *Populi Iſrael ſtatus & mores ſub Regibus: ac primum de Saul & David imperio.* 90
§. 17. *De Salomone. Item de templo Jeroſolymitano.* 93
§. 18. *De diviſione & ſchiſmate decem Tribuum ſub Jeroboam: ſtatus & mores populi ſub Regibus Juda & Iſrael.* 95
§. 19. *De Prophetis, & de Prophetiis.* 97
§. 20. *De diſperſione decem Tribuum: captivitate Babylonica: reditu & reſtitutione Judæorum.* 102
§. 12. *De temporali regimine Reipublicæ Judaicæ, a reditu ex captivitate Babylonica, uſque ad extremam gentis ruinam & diſperſionem ſub Romanorum imperio.* 107
§. 22. *Qui fuerint mores Judæorum; qui ſtatus Religionis Judaicæ, poſt reditum a captivitate Babylonica ad adventum Meſſiæ.* 110
§. 23. *Status & mores populi Gentilis, a vocatione Abrahæ ad adventum Meſſiæ.* 117

SECTIO ALTERA. *De ſtatu Religionis ab adventu Meſſiæ ad conſummationem ſæculorum.*

CAPUT I. De Chriſto Jeſu.

§. 1. *Probatur adventus Meſſiæ ex oraculis Prophetarum, quæ in JeſuChriſto adimpleta ſunt.* 121
I. *Prophetia Jacob,* ibid.
II. *Prophetia Danielis.* 122
III. *Altera Danielis Prophetia.* 127
IV. *Prophetia Aggæi.* 128
V. *De veritate & certitudine Prophetiarum.* 130

§. 2. Quid

INDEX TITULORUM TOMI PRIMI.

§. 2. *Quid ſit Chriſtus Jeſus.* 132
§. 3. *Hiſtoria Incarnationis Chriſti Jeſu.* 140
§. 4. *Hiſtoria Nativitatis temporalis, & vitæ Chriſti usque ad ſugam in Ægypeum.* 145
§. 5. *Series vitæ Chriſti ad ejus Bap.ismum. Vita Johannis Baptiſtæ.* 147
a. 6. *Series vitæ Chriſti ab ejus ſeceſſu in deſertum & jejunio, ad completum primum annum prædicationis ejus.* 154
§. 7. *Series vitæ Chriſti ad finem ſecundi anni prædicationis ejus.* 157
§. 8. *Series vitæ Chriſti ad ejus Transfigurationem.* 161
§. 9. *De Chriſti Transfiguratione.* 164
§. 10. *Series vitæ Chriſti ad completum annum tertium prædicationis ejus.* 166
§. 11. *Series vitæ Chriſti usque ad inſtitutionem ſacroſanctæ Eucbariſtiæ.* 170
§. 12. *Chriſti ſermo poſt cænam Eucbariſticam, & oratin poſt ſermonem.* 172
§. 13. *Chriſtus in horto.* 175
§. 14. *Chriſtus apud Caipham.* 177
§. 15. *Chriſtus ad Pilatum ductus; hinc ad Herodem; tum eeductus ad Pilatum, a quo morte damnatur.* 180
§. 16. *Crucis bajulatio; crucifixio, & mors Chriſti.* 182
§. 17. *Selectæ quædam de Chriſti paſſione & morte Prophetiæ.* 184
§. 18. *De prodigiis quæ Chriſto moriente acciderunt.*
§. 19. *Cur & pro quibus mortuus ſit in truce Chriſtus. Quomodo per mortem ſatisfecerit Deo Patri. Qui fructus Chriſti mortis fuerint.* 100
§. 20. *Deſcenſus animæ Chriſti ad inferoc. Teansfixin lateris. Sepultura corporis Criſti.* 203
§. 21. *Chriſti reſurrectio: apparitiones & vita uſque ad Aſcenſionem.* 211
§. 22. *Aſcenſio Chriſti. Ejus in cælo dotes & nomina ſummatim proſecuntur.* 216
§. 23. *Explicantur dotes quæ ad Chriſtum pertinent, habita reſpectu ad Pateem, & ad ees creatas in genere.* 210
§. 24. *Explicantur dotes Chriſti quæ ſpectant ad homines.* 224
§. 25. *Series ſuperioris paragraphi.* 234
§. 26. *In quo & quomodo Chriſtus ſit noſtrum in terris exemplae.* 241

Caput II. De Spiritu ſancto, & de Propagatione Religionis Chriſtianæ.

§. 1. *De deſcenſu Spiritus Sancti.* 242
§. 2. *Prædicatio Apoſtolorum. Converſio complurium ex Judæis. Animadverſio divina in reliquam gentem.* 244
§. 3. *Prædicatur Evangelium Samaritanis, ac tandem gentibus toto orbe terrarum diffuſis.* 247
§. 4. *De mira Religionis Chriſtianæ propagatione inter perſecutiones.* 249
§. 5. *Elenchus perſecutionum quas ab Imperatoribus ethnicis paſſi ſunt prioribus ſæculis Chriſtiani.* 252

Caput III. De Eccleſia.

§. 1. *Quid ſit Eccleſia Chriſti; quæ ejus viſibilitas. Qui characteres eam diſcernant ab aliis Socittatibus, quæ Eccleſiæ nomen falſo ſibi vindicant.* 260
§. 2. *De unitate Eccleſiæ, & de variis ejus membris.* 262
§. 3. *De communione membrorum Eccleſiæ, quæ communio Sanctorum dicitur.* 265
§. 4. *De ſanctitate Eccleſiæ.* 269
§. 5. *Cur Eccleſia dicatur Catholica.* 276
§. 6. *Cur Eccleſia dicatur Apoſtolica.* 280
§. 7. *Eccleſiam Catholico Romanam ſolam eſſe Chriſti Eccleſiam, extra quam nulla ſalus.* 283
§. 8. *De præliis militantis Eccleſiæ: & primum de iis quæ ſuſtinet adverſus dæmones.*
§. 9. *De præliis Eccleſiæ militantis adverſus Ethnicos, Judæos, Hæreticos & Schismaticos.* 293
§. 10. *Catalogus præcipuarum Sectarum Hæreticarum vel Schismaticarum, quæ hactenus adverſus Eccleſiam inſurrexerunt: ſimul & nomina Conciliorum in quibus proſcriptæ ſunt, & ſanctorum Patrum qui earum errores confutarunt.* 297
Primum ſæculum. ibid.
Sæculum ſecundum. 306
Tertium ſæculum. 317
Sæculum quartum. 328
Sæculum quintum. 344
Sæculum ſextum. 354
Sæculum ſeptimum. 356
Sæculum octavum. 362
Sæculum nonum. 363
Sæculum decimum. 364
Sæculum undecimum. 365
Sæculum duodecimum. ibid.
Sæculum decimum tertium; 369
Sæculum decimum quartum. 370
Sæculum decimum quintum. 371
Sæculum decimum ſextum. 372
§. 11. *De præliis Eccleſiæ adverſus malos in ejus ſinu degentes.* 375
§. 12. *De prærogativis Eccleſiæ in genere.* 378
§. 13. *De remiſſione peccatorum, quæ eſt prima Eccleſiæ prærogativa, qua patet aditus ad cæteras Eccleſiæ dotes.* ibid.
§. 14. *De iis quæ eventura ſunt ſingulis Eccleſiæ membris, antequam gaudeant æternæ vitæ dotibus: ac primum de morte quæ ſubeunda eſt omnibus omnino hominibus.* 381
§. 15. *De Judicio particulari.* 388
§. 16. *De ſtatu uniuſcujusque animæ poſt judicium.* 392
§. 17. *De fine mundi. De Antichriſto. De adventu Eliæ & Enoch, necnon de converſione Judæorum.* 397
§. 18. *De generali corporum reſurrectione in fine mundi futura.* 407
§. 19. *De ultimo Chriſti adventu, & de Judicio generali.* 412
§. 20. *De vita æterna.* 416
§. 21. *De morte æterna.* 420

Concluſio hujus primæ partis. *De Symbolo Apoſtolorum: quæ eſt velut ſumma & brevis enumeratio eorum quæ hactenus dicta ſunt.* 423
Formula Profeſſionis fidei Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ, edita juſſu Pii IV. en Decretis ſacri Concilii Tridentini excerpta. 424

Institutiones Catholicæ *ad normam Catecheſeos*, Secunda Pars. *In qua expenditur qua ſit ratione vivendum, ut ad vitam perveniatur æternam, ad quam homines conditi.*

Caput Prævium. De vita Chiſtiana in genere. 426

Sectio Prima. *De Peccatis.*

Caput I. De Peccatis in genere.

§. 1. *De peccatis in genere; & de variis peccatorum diviſionibus.* 430

§. 2. *De*

Digitized by Google

§. 2. *De ſingulis peccatorum actualium generibus, ac 1. de mortali ac veniali.* 432
§. 3. *De ceteris peccatorum actualium generibus.* 438

CAPUT II. De Peccatis in ſpecie.

§. 1. *De Superbia.* 441
§. 2. *De Avaritia.* 452
§. 3. *De Luxuria.* 458
§. 4. *De Gula.* 469
§. 5. *De Invidia.* 473
§. 6. *De Ira.* 477
§. 7. *De Deſidia, quam Acediam vocant.* 480

SECTIO SECUNDA. *De Virtutibus.*

CAPUT I. De Virtutibus in genere. 485

CAPUT II. De Virtutibus in ſpecie; ac primo de Fide.

§. 1. *Quid ſit fides.* 485
§. 2. *De auctoritate Eccleſiæ in rebus fidei.* 486
§. 3. *De Scriptura ſacra.* 489
§. 4. *De auctoritate Traditionis in rebus fidei.* 494
§. 5. *De auctoritate Conciliorum & SS. Patrum in rebus fidei.* 498
§. 6. *De neceſſitate fidei.* 502
§. 7. *De peccatis fidei oppoſitis. Item de ſignis fidei maximeque de Signo crucis.* 503

CAPUT III. De Spe.

§. 1. *Quid ſit ſpes.* 508
§. 2. *De peccatis ſpei oppoſitis.* 512

CAPUT IV. De Caritate.

§. 1. *De amore Dei.* 515
§. 2. *De amore ſui ipſius.* 521
§. 3. *De amore proximi.* 523
§. 4. *De Eleemoſyna.* 530
§. 5. *De correctione fraterna.* 540
§. 6. *De condonatione offenſarum.* 545

CAPUT V. De Virtutibus Chriſtianis quæ morales appellantur.

§. 1. *De quatuor virtutibus cardinalibus.* 549
§. 2. *De virtutibus quæ ex virtutibus cardinalibus oriuntur, vel cum ipſis connexæ ſunt. Et de vitiis oppoſitis.* 551

SECTIO TERTIA. *De Præceptis Dei.*

CAPUT I. De præceptis Decalogi.

CAPUT II. De primo præcepto Decalogi.

§. 1. *Quid hoc præcepto præcipiatur.* 564
§. 2. *De peccatis primo Decalogi præcepto prohibitis. Ac primo de Idololatria.* 566
§. 3. *De cultu & invocatione Sanctorum, hoc primo Decalogi præcepto minime prohibito; imo Scriptura & Traditione firmato.* 567
§. 4. *De cultu Reliquiarum.* 579
§. 5. *De cultu Crucis & ſacrarum imaginum.* 587
§. 6. *De ceteris peccatis primo Dei præcepto prohibitis, nimirum ſacrilegio & ſuperſtitione.* 594

CAPUT III. De ſecundo præcepto Decalogi.

§. 1. *Idea generalis hujus præcepti.* 599
§. 2. *De Voto.* ibid.
§. 3. *De Juramento & de blaſphemia.* 602

CAPUT IV. De tertio Dei mandato.

§. 1. *Quem diem ſanctificari a Chriſtianis oporteat.* 607
§. 2. *Qua ratione diem Dominicam ſanctificari oporteat.* 608

CAPUT V. de quarto Dei mandato.

§. 1. *De Officiis inferiorum erga ſuperiores.* 613
§. 2. *De officiis ſuperiorum erga inferiores.* 618

CAPUT VI. De quinto mandato Decalogi. 622

CAPUT VII. De ſexto Dei mandato. 625

CAPUT VIII. De ſeptimo Dei præcepto.

§. 1. *Quot modis aliena rapiantur.* 629
§. 2. *De uſura & fœnore.* 634
§. 3. *De injuſta detentione bonorum proximi, aliiſque damni generibus illatis proximo quantum ad bona fortunæ. Item de participibus furum.* 643
§. 4. *De reſtitutione.* 646

CAPUT IX. De octavo Dei præcepto.

§. 1. *De falſo teſtimonio & de mendacio.* 649
§. 2. *De obtrectatione.* 653
§. 3. *De adulatione, de convitiis & contumeliis, denique de judiciis & ſuſpicionibus temerariis.* 658

CAPUT X. De nono Dei præcepto. 661

CAPUT XI. De decimo Dei præcepto. 664

SECTIO QUARTA. *De Præceptis Eccleſiæ.*

CAPUT I. De præceptis Eccleſiæ in genere. 665

CAPUT II. De primo præcepto Eccleſiæ, quod eſt circa Feſtorum ſanctificationem.

§. 1. *De diebus feſtis in genere, & de poteſtate Eccleſiæ circa Feſtorum inſtitutionem.* 666
§. 2. *De feſtis ſigillatim, ac primo quidem de feſto SS. Trinitatis.* 668
§. 3. *De feſtis Chriſto Domino ſacris, ac primum de Annunciatione Dominica, ejuſque Conceptione.* 674
§. 4. *De tempore Adventus.* 677
§. 5. *De Nativitatis Domini ſolemnitate.* 680
§. 6. *De Circumciſione Chriſti.* 687
§. 7. *De Epiphania Domini.* 690
§. 8. *De præſentatione Domini in templo, & de Purificatione B. M. Virginis.* 697
§. 9. *De majori hebdomada, ac primo quidem de Dominica palmarum.* 699
§. 10. *De Feria quinta & ſexta majoris hebdomadæ.* 704
§. 11. *De Sabbato ſancto.* 713
§. 12. *De die ſancto Paſchæ.* 717
§. 13. *De feſto Aſcenſionis Chriſti.* 723
§. 14. *De feſto Pentecoſtes.* 728
§. 15. *De feſto corporis Chriſti.* 733
§. 16. *De feſtis Sanctorum in genere.* 737
§. 17. *De feſtis B. Mariæ Virginis; ac primo de ejus Conceptione.* 741
§. 18. *De Nativitate B. Mariæ Virginis.* 746
§. 19. *De Aſſumptione B. Mariæ Virginis.* 749
§. 20. *De feſtis Angelorum.* 757
§. 21. *De feſtis S. Joannis Baptiſtæ.* 759

§. 22. De

INDEX TITULORUM TOMI PRIMI.

§. 22. *De feſtis ſanctorum Apoſtolorum, Evangeliſtarum, Martyrum, Epiſcoporum, Confeſſorum; Sanctarumque vel Virginum, vel Viduarum, vel Nuptarum, vel Pœnitentium.* 762
§. 23. *De feſtis Sanctorum omnium.* 771
§. 24. *De die commemorationis omnium fidelium defunctorum.* 772
§. 25. *De feſto Dedicationis Eccleſiæ.* 775

Catut III. De ſecundo Eeleſiæ præcepto: ſcilicet de audiendo Saero diebus Dominicis & Feſtis, & de Miſſa parochiali. 778

Caput IV. De tertio Eeeleſiæ præcepto, circa confeſſionem annuam. 784

Caput V. De quarto præcepto Eccleſiæ, circa communionem Paſchalem. 788

Caput VI. De quinto præcepto Eeeleſiæ, circa jejunia.

§. 1. *De jejunio in genere.* 789
§. 2. *De Quadrageſimali jejunio.* 802
§. 3. *De quatuor temporum, & vigiliarum jejuniis.* 809

Caput VII. De ſexto præcepto Eccleſiæ, circa dies abſtinentiæ. 815

Concluſio hujus ſecundæ Partis. *De perfectione vitâ Chriſtiana, de conſiliis Evangelicis.* 819

FINIS INDICIS TOMI PRIMI.

NOI

Digitized by Google

NOI RIFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOVA.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, & Approvazione del P. Frà Paolo Tomaſo Manuelli Inquiſitore di Venezia nel Libro intitolato: *Inſtitutiones Catholicæ in modum Catecheſeos, Auctore eodem, & Interprete Franciſco Amato Pouget Congregationis Oratorii Gallicani &c.* Tomi due, non v'eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica; & parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concediamo Licenza a Gio: Battiſta Paſquali Stampatore di Venezia, che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gl' ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, & di Padova.

Dat. li 6. Settembre 1741.

{ Gio: Emo Proc. Rif.

{ Z. Alviſe Mocenigo 2.° Rif.

{

Regiſtrato in Libro a carte 12.

Agoſtino Bianchi Segr.

6. Settembre 1841.

Regiſtrato nel Magiſtrato Eccellentiſs. contro la Beſtemmia.

Alviſe Legrenzi Segr.

Digitized by Google

INSTITUTIONES CATHOLICÆ IN MODUM CATECHESEOS,

IN QUIBUS QUIDQUID AD RELIGIONIS HISTORIAM, & Eccleſiæ Dogmata, Mores, Sacramenta, Preces, Cæremonias, Uſus pertinet, totum id brevi compendio ex ſacris fontibus Scripturæ & Traditionis explanatur.

CAPUT PRÆVIUM.

Totius Religionis Summa. Elenchus & Partitio Operis.

Toto hocce Opere Diſcipulus & Magiſter interloquuntur. Interrogat Diſcipulus, Reſpondet Magiſter.

Interrog. Diſcip. QUID eſt quo nos homines magis occupari neceſſe ſit, dum vitam hanc mortalem vivimus?

Reſp. Nihil antiquius nobis eſſe debet, nihil in quod majori ſtudio & cura incumbere oporteat, quam ut noverimus & Deum & Chriſtum & nos ipſos; quid ſimus, cur & quam ob rem vivamus, quid futuri ſimus poſt ſupremum diem, quænam ſit ad ſalutem via: uno verbo, quidquid Religio docet & præcipit, id & ſciamus & opere compleamus.

I. Quodnam id eſt quod Religio docet & præcipit?

R. Eorum omnium quæ ad Religionis notitiam & dogmata pertinent, hæc ſumma eſt.

Exiſtit Deus, ens perfectiſſimum, unum in perſonis tribus a ſe invicem diſtinctis. Ab eo condita ſunt univerſa, cælum & terra, & quidquid horum ambitu continetur.

Angeli & homines cæteras res creatas perfectione ſuperant. Hos Deus creavit æterna felicitate donandos. In eo autem poſita eſt eorum ſumma felicitas, ut Deus æternum ab eis perfecte cognoſcatur, ametur, & poſſideatur.

Ex Angelis alii nunquam a Deo diſceſſerunt, ſecus alii. Illi jam æternum beati, ab jubentis Dei nutu pendent, & ad varia miniſteria mittuntur. Alii jam æternum infelices, & in ſummas miſerias ſua culpa delapſi, dæmones nuncupantur.

Deus hominem & feminam creavit Angelorum inſtar æterna felicitate donandos, nec legi mortis obnoxios: creavit, inquam, ſanctos & juſtos; ſuamque legem ita ſcripſit in cordibus eorum, ut quidquid eſſet agendum & plane cognoſcerent, & facile poſſent opere perficere.

Formatum hominem ſtatim poſuit Deus in Paradiſo voluptatis, præcepitque ipſi rem haudquaquam *difficilem*, de fructu arboris unius ne comederet: *In quocumque enim die*, inquit, *comederis ex eo, morte morieris.* Gen. II. 17.

Verum, proh dolor! Eva mulier a dæmone deluſa, nulla ad id impellente concupiſcentia, contra conſcientiæ ſtimulos de fructu vetito comedit. Adam uxori nimium obſequutus, nequaquam deluſus, nihil ignorans eorum quæ ſcire oportuit, comedit & ipſe contra fas. CAPUT PRÆVIUM.

Hinc prima mali labes. Hinc tot partæ humano generi miſeriæ. Ex Eva quippe matre, & Adam parente prodiere deinceps omnes omnino homines quibuscum ipſi communicarunt & peccatum ſuum & peccati pœnas, ignorantiam, concupiſcentiam, quam in ſe concitaverant offenſionem & inimicitiam Dei, vitæ incommoda, moriendi neceſſitatem. Nec mora, ſtatim expulſi ſunt a paradiſo voluptatis; æternis ſuppliciis addicendi, ni Deo miſerante reſipuiſſent.

Hæc autem prima fuit Dei opt. max. erga homines peccatores miſericordia, ut redemptorem humano generi & liberatorem promitteret. Is non niſi poſt annos circiter quater mille venit.

Interea corrupta peccato originis humana natura, in omni ſcelerum & nequitiæ genus prolapſa eſt. Tot crimina Deus generali diluvio expiari voluit. Omnes omnino homines aquis ſubmerſi periere, excepto Noe cum ſuis. Hic cum uxore & liberis tribus, totidemque eorum uxoribus, aquis mirabiliter ereptus, Pater fuit deinceps omnium hominum; qui intra breve temporis ſpatium aucti numero & multiplicati, demum eos qui ante diluvium vixerant, non æquarunt modo malitia & turpitudine, ſed etiam ſuperarunt.

Unde Deus ſequentibus *generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas; & tamen non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit*: elegitque Abraham ejusque poſteros in populum ſibi peculiari ratione mancipatum. Act. 14. 15.

Populus hic ex uno homine ortus, una veluti familia conſtans, dictus primum Hebræus, dein Iſraeliticus, tum Judaicus, accepit a Deo, miniſtrante Moyſe, legem ſcriptam in tabulis lapideis, Divini cultus publicum & peculiarem

CAPUT PRÆVIUM. civium, promiſſa ſolemnia, prophetias; innumeriſque a Deo beneficiis, etiam præter naturæ ordinem donatus eſt.

Galat. IV. Neque ideo populus hic pietate & morum ſanctitate cæteris gentibus longe antecelluit. Imo ſæpe Dei ſui oblitus, ſæpe gentium exterarum mores & pietatem imitatus, Dei vindictam, nunc hac, nunc illa ratione promeruit; nec variis pœnarum generibus ab ſua impietate revocatus eſt.

Demum, *ubi venit plenitudo temporis* a Propheta longe ante prænuntiati, *miſit Deus Filium ſuum in mundum*; & venit humano generi opem laturus Redemptor & Liberator hominum Filius Dei, natus ex virgine Chriſtus Jeſus. Is cum verbo & exemplo docuiſſet quid agendum, quænam eſſet ad ſalutem via; miraculiſque comprobaſſet eſſe ſe Filium Dei a Patre miſſum, tandem cruci affixus, debitas humano generi pœnas
Proſa Paſch. Symb. Apoſt. luit, & morte ſua *Patri reconciliavit* homines *peccatores*.

Poſt mortem ſepultus, *tertia die reſurrexit a mortuis*, & poſt dies quadraginta, videntibus diſcipulis aſcendit in cælum. Decimo poſt die, miſit Spiritum ſanctum in diſcipulos ſuo juſſu Hieroſolymis congregatos.

Quam porro legem in cordibus hominum Deus conditor initio ſcripſerat, quam legem a Deo, miniſtrante Moyſe, Judæi olim acceperant ſcriptam in tabulis lapideis, hanc Spiritus ſanctus adveniens ſcripſit denuo in cordibus Chriſti diſcipulorum.

Ex iis duodecim præcipui, quos Chriſtus Apoſtolorum nomine nuncupaverat, Judæis primum, tum paſſi a Judæis repulſam, cæteris gentibus toto terrarum orbe diffuſis ea annuntiarunt omnia, quæ a Chriſto didicerant, quæ audierant, quorum ipſi teſtes fuerant.

Horum prædicatione, miraculis, nece, converſi ad Deum infiniti propemodum diſcipuli: quorum rurſus prædicatione, miraculis, fuſo ſanguine, ita diſſeminata eſt, Spiritu ſancto impellente, per orbem univerſum Chriſti doctrina, frementibus nequicquam dæmonis impulſo, & in unum
Pſal. II. 2. veluti convenientibus Regibus & Principibus *adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus*, ut tandem Reges ipſi religionem hanc amplexi ſint, quam antea per humanæ providentiæ leges, toties de medio ſublatam & prorſus extinctam fuiſſe gloriabantur.

Hæc ſocietas hominum quos Apoſtoli & eorum diſcipuli Chriſto pepeçere, quæ toto terrarum orbe diffuſa eſt, quam Apoſtolorum ſucceſſores regunt, Eccleſia catholica nuncupatur.

Eccleſia eſt ſocietas viſibilis ad conſummationem uſque ſæculi permanſura, ſub Chriſto duce & capite viſibili: cujus primas vices gerit in terra ſummus Pontifex Romanus Epiſcopus, Petri Apoſtoli ſucceſſor. Hic caput eſt cæterorum Epiſcoporum, quos *poſuit* Chriſtus *regere Eccleſiam*
Act. XX. 28. *Dei*. His ſubjecti reliqui paſtores, cæterique qui
Epheſ. IV. 12. ad *opus miniſterii*, *ad ædificationem corporis Chriſti* mittuntur.

His notis & veluti characteribus ab aliis ſocietatibus, quæ Eccleſiæ nomen & auctoritatem falſo ſibi vindicant, diſtincta ſemper fuit & erit vera Chriſti Eccleſia, quod nimirum ſit Una, Sancta, Catholica, & Apoſtolica.

Hoſtes habet, & habuit, & habebit ſemper in
Matt. XVI. 18. terris Eccleſia Dei. Verum hos & vincit, & vicit, & vincet ſemper. *Adverſus eam portæ inferi nunquam prævalebunt*. Hanc enim Spiritus Dei vivificat, Chriſtus regit, adjuvat, firmat; huic præſto eſt ſemper, ab ea non recedit, nec receſſit, nec recedet unquam: nec eſt quod tali duce naufragium Eccleſiæ navi inter maris undas & ventorum procellas timeatur.

Nondum ſuis omnibus membris conſtat Eccleſia. Ad finem uſque ſæculi novos ſubinde pariet filios. Horum omnium aggregatione tandem perficietur & conſummabitur. Interea moritur unuſquiſque; & ſtatim a morte rapitur anima ad tribunal Chriſti, rationem reddituta de omnibus quæ geſſit, ſive bona illa ſint, ſive mala. Sequitur ſententia judicis, qua unaquæque vel æterna felicitate donatur, vel æternæ damnationi ſubjacet, vel temporalibus ſuppliciis plectenda veluti detruditur in carcerem.

Tandem ubi in Eccleſiam omnes Electi confluxerint, reſurgent omnes mortui, venietque Chriſtus Jeſus *cum poteſtate magna & majeſtate*, & cum Luc. XXI. 27.
eo Angeli, Sanctique omnes: veniet, inquam, palam & publice judicaturus vivos & mortuos. Tunc pœnæ temporales & purgatoriæ nullæ ſupererunt; ſed ibunt junctæ iterum corporibus animæ, juſtorum quidem in vitam æternam, impiorum Matt. XXV. 46.
vero in ignem æternum.

Juſtos dicimus eos qui eo modo vixere quo vivendum eſt, ut ad vitam perveniatur æternam, ad quam aſſequendam homines conditi. Qui ſecus vixerint, ii omnes, nulla habita ratione originis aut religionis, mali & impii cenſentur.

Ad bene autem & beate vivendum duo hæc omnino neceſſaria, nimirum recedere a malo & facere bonum; fugere peccata, & uni Deo adhæ- Pſ. XXXVI. 27.
rere. Hæc totius morum diſciplinæ ſumma eſt. Ut recedatur a malo, & peccatum omne fugiatur, prorſus vincenda eſt innata cuicumque homini ex radice originali, libido ſentiendi, ſpectandi, & dominandi, quam vocat Joannes Apoſtolus concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ. Ex hoc enim tri- Johan. II. a. 16.
plici fomite derivatur omne peccatorum & ſcelerum genus. Deo adhæſeris ubi in eum credideris & ſperaveris, ipſumque amaveris: nonniſi enim fide, ſpe & caritate conjungi cum Deo humana mens & voluntas poteſt.

Cæterarum virtutum chriſtianarum perfectio & veluti vita, caritas. Hac una qui caruerit, nihil eſt. 1. Cor. XIII. 1. 2. & 3.

Probatio dilectionis executio eſt mandatorum Dei. Hæc ſtricte obſervare neceſſe ſemper fuit hominibus. Nec minori ſtudio obſequendum Eccleſiæ, quæ dum aliquid præcipit, nihil aliud quam obſervandorum mandatorum Dei tempus, locum, rationem pro opportunitate ſingulis aſſignat, & veluti ponit ob oculos.

Uno verbo chriſtiane vivit qui ab omni peccato abſtinet, qui cum Deo fide, ſpe, caritate conjungitur, qui Deo & exinde Eccleſiæ, ut jubet Deus ipſe, in omnibus obſequitur: Qui ita vixerit, vitam æternam, ad quam homines conditi, demum is adipiſcatur neceſſe eſt.

Verum ita vivere nemo poteſt propriis viribus relictus: ad hoc gratia divina prorſus neceſſaria. Gratia autem nemini debetur: nonniſi ex Dei miſericordia conceditur: hanc nemo meritis naturalibus aſſequitur. Hanc largitur Deus cui vult, quando vult, quomodo vult, quantum vult, pro ſuæ omnipotentiſſimæ voluntatis beneplacito, & gratuitis miſericordiæ ſuæ promiſſionibus, quibus ſpes noſtra innititur.

Miſe-

Digitized by Google

2, 1. 38

Miſericordiam hanc morte ſua Chriſtus hominibus promeruit. Et quidquid gratiæ in eos poſt lapſum primi hominis derivatur, totum id a ſanguine Chriſti manat. Ipſius ſolum virtute & meritis fit, ut a ſervitute diabolica, & inimicitia Dei liberati, Dei amici, imo & filii, & hæredes efficiamur.

Duplici via miſericordiam Dei per Chriſtum experimur, Sacramentis nimirum, & Oratione.

Sacramenta ſunt ſigna ſenſibilia gratiæ Dei; omnia a Chriſto Domino inſtituta, alia ad utilitatem ſingulorum, alia ad bonum commune. Septem omnino ſunt. Per Baptiſmum renaſcimur. Vitæ ſpiritualis perfectionem Confirmatio tribuit; Augmentum & conſervationem Euchariſtia. Pœnitentia ſpiritaliter infirmis ſanitatem, imo lethaliter lapſis novum vitæ aditum ſubminiſtrat. Extrema Unctio corporali morbo laborantes quandoque vel reficit, vel ſanat omnino: ſemper a peccatis liberat, ſi rite ſuſcipiatur, & ad mortem æquo animo ferendam vires addit. Ordo Paſtores & Miniſtros, Matrimonium filios ad finem uſque ſæculi Eccleſiæ tribuunt.

Altera ad gratiam Chriſti via Oratio. Hanc Sacramentorum ſolemnis adminiſtratio ſemper conjunctam habet. Per hanc chriſtiana vivitur. Per hanc colitur Deus, & propitius fit hominibus.

Quidquid oratione poſtulare poſſumus & debemus a Deo, totum id ea oratione comprehenditur, quam Dominicam dicimus, quia ipſius auctor Chriſtus Dominus.

Si ſpectetur oratio, prout id omne generatim complectitur, quo ad Deum ferri & ſublevari mens humana poteſt, perfectiſſimum orandi genus ſacrificium. Sacrificiorum ritus & cæremonias in priſca lege Deus ipſe conſtituit; verum vetera hæc ſacrificia umbra erant & figura magni illius ſacrificii, quod ſemel a Chriſto in cruce oblatum, Eccleſia quotidie in altari euchariſtico celebrat.

Sacrificium hoc incruentum a Chriſti cruento ſacrificio nihil differt, quantum ad ſubſtantiam. Offertur ab Eccleſia jam ab Apoſtolorum temporibus tam pro vivis, quam pro defunctis. Id priſco loquendi more Miſſam dicimus.

Quidquid ad Miſſæ apparatum, preces, cæremonias pertinet, totum id ſanctum, auguſtum, rectæ rationi conſentaneum, ſumma dignum veneratione. Id quoque dictum puta de iis ritibus, cæremoniis, orationibus, quæ ſolemni & probato Eccleſiæ uſu obſervantur, quales ſunt Exorciſmi, Benedictiones, Supplicationes, quas Litanias & Proceſſiones vocant. Hæc omnia & veneranda antiquitate commendantur, & firmiſſimis rationibus fulta ſine manifeſta temeritatis, vel levitatis & ignorantiæ, vel obcæcationis labe reprehendi nullatenus poſſunt.

Hæc ſumma eſt eorum omnium, quæ ad Religionem pertinent. Id liquidius patebit ex infra dicendis in ſerie hujus operis.

I. Quot ad capita revocari juvat quidquid pertinet ad Religionem? CAPUT PRÆVIUM.

R. Juxta ſuperius expoſitum ordinem partiemur in partes tres quidquid dicturi ſumus de Religione.

Primo loco agemus de principiis, exordio, progreſſu Religionis, ab orbe condito ad conſummationem vitæ æternæ, ad quam homines creati.

Poſtea explicabimus qua ſit ratione vivendum, ut ad vitam perveniatur æternam, ad quam homines conditi.

Tum dicemus, quibus auxiliis & adjumentis ita vivere poſſimus, ut nobis pateat aditus ad vitam æternam.

Hac fere methodo chriſtianæ Religionis dogmata & præcepta exponi oportere cenſet S. Auguſtinus. (A) A

PRIMA PARS Operis aget de Symbolo.

ALTERA de Præceptis Dei & Eccleſiæ.

TERTIA de Sacramentis & Oratione Dominica.

Ita tamen ut in ſingulis partibus multa ſint, quæ neque ad ſymbolum pertinent, nec ad præcepta Dei & Eccleſiæ, nec ad Sacramenta, nec ad Orationem Dominicam: quanquam & iſt hæc omnia ad unum ex illis quatuor capitibus revocari nihil vetat.

Prima Pars Operis dividetur in ſectiones duas.

In prima exponemus quidquid ſpectat ad dogmata & hiſtoriam Religionis ab orbe condito ad adventum Chriſti.

In altera quæ ſpectant ad Religionem proſequemur, a Chriſto nato ad conſummationem vitæ æternæ.

Altera Pars Operis poſt Caput prævium de vita chriſtiana in genere, ſectiones quatuor complectetur.

Primam de Peccatis.

Alteram de Virtutibus.

Tertiam de Præceptis Dei.

Quartam de Præceptis Eccleſiæ.

Tertia Pars poſt Caput prævium de Gratia, in ſectiones duas diſtribuetur.

In priori quidquid ad Sacramenta.

In poſteriori quidquid ad Orationem pertinet explanabimus.

Atque hæc eſt totius Operis ratio & methodus.

(A) S. AUG. *Lib. de Catechizandis Rudibus cap. 6. n.* 10. Inde jam exordienda narratio eſt ab eo, quod fecit Deus omnia bona valde, & perducenda, ut diximus, uſque ad præſentia tempora Eccleſiæ: ita ut ſingularum rerum atque geſtorum quæ narramus, cauſæ rationeſque reddantur, quibus ea referamus ad illum finem dilectionis, unde neque agentis aliquid, neque loquentis oculus avertendus eſt.

Idem, *Lib. de vera Religione cap. 7. num.* 13. Tenenda eſt nobis chriſtiana Religio & ejus Eccleſiæ communicatio... Hujus hiſtoriæ ſectandæ caput eſt hiſtoria & prophetia temporalis divinæ providentiæ, pro ſalute generis humani in æternam vitam reformandi atque reparandi: quæ cum credita fuerit, mentem purgabit vitæ modus divinis præceptis conciliatus, & idoneam faciet ſpiritualibus percipiendis.

INSTITUTIONES CATHOLICÆ IN MODUM CATECHESEOS,

PRIMA PARS,

IN QUA EXPONUNTUR PRINCIPIA, EXORDIUM, progreſſus Religionis, ab orbe condito ad conſummationem vitæ æternæ, ad quam homines creati.

SECTIO PRIMA

De Principiis, Exordio, Progreſſu Religionis ad Chriſti Domini adventum.

CAPUT PRIMUM.

DE DEO.

§. 1. *De Exiſtentia Dei.*

Interrog. Diſcip. DE Deo Sermonem facturus, dic primum quæſo, de Supremi numinis exiſtentia quid certum ſit, exiſtitne revera Deus?

Reſp. Deum exiſtere ita certum eſt, ita perſpicuum, ut qui id negaverit, vel revocaverit in dubium, næ ille inſipiens fuerit. *Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.* Pſal. 14.

Notanda prorſus hæc verba, dixit inſipiens in corde ſuo, quibus innuitur, cum quis eo inſipientiæ devenerit, ut Deum eſſe neget, hoc in ipſius voluntate magis, quam in mente poſitum, nimirum vellet impius non eſſe Deum. Tunc enim compreſſo & depoſito conſcientiæ pondere, in omne genus libidinis prorumperet liberius. Forte depravatio animi eo denique impium adigit, ut neget prorſus Deum exiſtere. Sed velit nolit, iam alte impreſſa eſt mentibus hominum Dei notitia, ut penitus delere vix ac A ne vix quidem poſſit. (A)

I. Qua ratione ſupremi numinis Exiſtentiam nobis ipſis ita approbare poſſumus, ut omnis deinceps ea de re tollatur animi dubitatio?

R. Omni fere rationum genere illa demonſtratur. Hanc docet internus uniuscujusque animi ſenſus, hanc experientia, hanc fides certiſſimis argumentis ſtabilita, hanc denique ex principiis Metaphyſicis deſumtum ratiocinium multiplex demonſtrat.

I. Quid hic intelligis per intimum uniuscujusque animi ſenſum?

R. Intelligo impreſſam mentibus hominum Divinitatis notitiam.

Hinc nulla gens, quæ Deum aliquem non colat. Hinc in periculis, in adverſis, in improviſis rerum eventibus fertur unusquisque ad Deum etiam non cogitans, ſecutus innatam naturæ propenſionem. Quod Tertullianus vocat teſtimonium animæ naturaliter Chriſtianæ. (B) Tertull. Apol. c. 17. B

Huc revocari nihil vetat quod dicitur in Pſalmo quarto, v. 7. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine.*

I. Quo-

(A) S. Augustinus *Tract.* 106. *in Johan. n.* 4. Quod Deus dicitur, univerſæ etiam creaturæ, etiam omnibus gentibus, antequam in Chriſtum crederent, non omni modo eſſe potuit hoc nomen ignotum, hæc eſt enim vis veræ Divinitatis, ut creaturæ rationali jam ratione utenti non omnino ac penitus poſſit abſcondi. Exceptis enim paucis, in quibus natura depravata eſt, univerſum genus humanum Deum mundi hujus fatetur auctorem. In hoc ergo quod fecit hunc mundum cælo terraque conſpicuum, & antequam imbuerentur in fide Chriſti, notus omnibus gentibus Deus. In hoc autem quod non eſt cum Diis falſis colendus, notus in Judæa Deus. In hoc vero quod pater eſt hujus Chriſti, per quem tollit peccata mundi, hoc nomen eſt prius occultum omnibus, nunc manifeſtavit eis, quos dedit ei pater ipſe de mundo.

(B) Tertullianus *Apologetici cap.* 17. Quod colimus Deus unus eſt, qui totam molem iſtam cum omni inſtrumento, elementorum, corporum, Spirituum, verbo quo juſſit, ratione qua diſpoſuit, virtute qua potuit, de nihilo expreſſit in ornamentum majeſtatis ſuæ. Unde & Græci nomen mundo Coſmon accommodaverunt; inviſibilis eſt, etſi videatur: incomprehenſibilis, etſi per gratiam repræſentetur: inæſtimabilis, etſi humanis ſenſibus æſtimetur. Ideo verus & tantus eſt. Cæterum quod videri communiter, quod comprehendi, quod æſtimari poteſt, minus eſt, & oculis quibus occupatur, & manibus quibus contaminatur, & ſenſibus quibus invenitur. Quod vero immenſum eſt, ſoli ſibi notum eſt. Hoc eſt, quod Deum æſtimari facit, dum æſtimari non capit. Ita eum vis magnitudinis & notum hominibus obiicit & ignotum. Et hoc eſt ſumma delicti nolentium recognoſcere, quem ignorare non poſſunt. Vultis ex operibus ipſius tot ac talibus, quibus continemur, quibus ſuſtinemur, quibus oblectamur, etiam quibus exterremur? Vultis ex animæ ipſius teſtimonio comprobemus? Quæ licet carcere corporis preſſa, licet inſtitutionibus pravis circumſcripta, licet libidinibus ac concupiſcentiis evigorata, licet falſis Deis exancillata, cum tamen reſipiſcit,

Digitized by Google

I. Quomodo experientia demonſtrat Deum exiſtere?

R. 1. Experimur quotidie ſupremi Numinis & paternam erga nos providentiam, & propenſam ad exaudiendas preces benignitatem, & manifeſtum quandoque in puniendis impiorum ſceleribus Judicium; & cæteris in rebus maximi momenti non obſcura omnipotentiæ argumenta.

2. Mirus ordo partium orbis univerſi ſupremum omnium conditorem manifeſte declarat.
A (A) Hoc ut intelligatur operæ pretium eſt advertere ex effectibus ſæpius cognoſci cauſas, ex operibus opifices. Ubi inſpexeris egregiam picturam, magnificas ædes, librum elegantem, ſtatim intelligis ſummi pictoris, egregii architecti, luculenti ſcriptoris opus. Hæc qui fortuito ordine inter ſe comparta, nemine porro manum admovente, dixerit, næ ille inter eos qui ipſi quoque inſaniunt, inſaniſſimus eſſe videatur. At ſi naturam cum arte conferas, ſi ſpectes mirum & perpetuum & nunquam deficientem ordinem partium omnium, ex quibus conſtat orbis univerſus, quid tum ſentire, quid cogitare licebit? ſane, ut ait Tullius, naturæ ſolertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex conſequi poteſt imitando. Hac, inquit alibi Tullius, nihil aptius, nihil deſcriptius, nec quidquam in operibus manufactis tam compoſitum, tamque compactum, & coagmentatum inveniri poteſt. Unius corporis humani conformatio, & mira membrorum compoſitio, & connexio, ut cætera taceam, divinum quid ſonat. Hæc qui forte & caſu fortuito inter ſe juncta, & tam ſtupendum, tam numeris omnibus abſolutum in ordinem coaluiſſe contenderit, qui vel ex his Deum non agnoverit, cum eo nullatenus diſputandum: is, utpote inſipiens, ſuis tenebris permittendus.

Cic. de Nat. Deor. lib. 2.

Cic. lib. 3. de finib.

I. Quibus argumentis ſtabilita fides demonſtrat Deum exiſtere?

R. Deus ipſe ſuam exiſtentiam hominibus manifeſtiſſimis argumentis declaravit. Rem explico. Quidquid Religionis Chriſtianæ veritatem aſſeris, conſequens eſt, ut id quoque ſupremi numinis exiſtentiam probet. Ruit enim prorſus Chriſtiana religio, ſi Deus nullus ſit. At veritas Chriſtianæ Religionis, tam certis, tam perſpicuis rationibus vindicatur, quam quod maxime. Has in ſerie hujus operis ſummatim proferemus. (B) B

I. Quænam ſunt rationes Metaphyſicæ quibus exiſtentia Dei demonſtratur?

R. Eas hoc referre noſtri non eſt inſtituti, certiſſimæ tamen & invictiſſimæ illæ ſunt. Has qui legere voluerit, conſulat Philoſophos, & Theologos, qui ea de re multa & quidem egregie ſcripſerunt.

§. 2. *De Dei natura & perfectionibus.*

I. Quid eſt Deus?

R. Ego ſum qui ſum, inquit Deus ipſe Moyſi illud ipſum interroganti reſpondens. (C) His C verbis dici nihil aut cogitari poteſt accommodatius ad divinam naturam exprimandam quantum capere poſſumus vitæ hujus tenebris relicti.

I. Quis ſenſus eſt hujus locutionis, ego ſum qui ſum?

R. Senſus eſt, Deum eſſe, ut cum Theologis loquar, ens a ſe, hoc eſt ens a nullo alio pendens, ſive ut ſit, ſive ut vivat, ſive ut operetur. Alia omnia entia quæcunque illa ſint, in tempore condita, e nihilo facta pendent ab illo ſupremo ente & Numine, a quo accepere portionem aliquam vitæ illius, cujus Deus perfectionem, & veluti plenitudinem unus habet a ſe, unus in ſe complectitur. (D) D

I. Quare dixiſti, his verbis, Ego ſum qui ſum, dici nihil aut excogitari poſſe accommodatius ad Divinam naturam exprimendam, quantum capere poſſumus vitæ hujus tenebris relicti?

R. Quia ex hac Dei notione & idea, manifeſte

---

piſcit, ut ex crapula, ut ex ſomno, ut ex aliqua valetudine & ſanitatem ſuam potitur, Deum nominat, hoc ſolo nomine, quia proprio Dei veri. Deus magnus, Deus bonus, & quod Deus dederit omnium vox eſt; Judicem quoque conteſtatur illum: Deus videt, & Deo commendo, & Deus mihi reddet. O teſtimonium animæ naturaliter Chriſtianæ! Denique pronuntians hac, non ad Capitolium, ſed ad cælum reſpicit. Novit enim ſedem Dei vivi ab illo & inde deſcendit.

Tom. pol. B

(A) Psalm. xviii. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam. Non ſunt loquelæ, neque ſermones quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

Sapient. xiii. 5. a magnitudine ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horum videri. *Roman.* 1. 20. invisibilia ipſius (Dei) a creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque ejus virtus & divinitas: ita ut ſint inexcuſabiles. Quia cum cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: Sed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum & ſerpentium, propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum.

(B) S. Augustinus *lib.* 22. *de civitate Dei cap.* 7. Reſurrectionem carnis Chriſti utque in cælum aſcenſionem, tanquam id quod fieri non poteſt, mens humana ferre non poſſet, eludensque ab auribus cordibusque reſpueret; niſi eam fieri potuiſſe atque factam eſſe divinitas ipſius veritatis, vel veritas divinitatis, & contestantia miraculorum ſigna monſtrarent; ut terrentibus & contradicentibus tam multis tamque magnis perſecutionibus præcedens in Chriſto, deinde ad novum ſæculum in cæteris ſecutura reſurrectio atque immortalitas carnis & fideliſſime crederetur & prædicaretur intrepide, & per orbem terræ pullulatura fœcundius cum martyrum ſanguine ſereretur. Legebantur enim præconia præcedentia prophetarum, concurrebant oſtenta virtutum, & perſuadebatur veritas nova conſuetudini, non contraria rationi, donec orbis terræ, qui perſequebatur furore, ſequeretur fide. *Vide cap.* 3. §. 7. *ſect.* 11. *part.* 1. *hujus operis.*

(C) Exod. iii. 14. dixit Deus ad Moyſen: Ego ſum qui ſum: ait: ſic dices filiis Iſrael: qui eſt miſit me ad vos.

(D) S. August. *de Doctrina Chriſtiana lib.* 1. *cap.* 37. ille ſumme ac primitus eſt, qui omnino incommutabilis eſt, & qui pleniſſime dicere potuit *Ego ſum qui ſum*. Et dices eis, qui eſt miſit me ad vos, ut cætera quæ ſunt, & niſi ab illo eſſe non poſſunt, & in tantum bona ſunt, in quantum acceperunt ut ſint.

Idem *Tractatu* 38. *in Joannem n.* 10. 2. Domine Deus noſter, quid eſt quod aiſti: niſi credideritis quia ego ſum. Quid enim non eſt eorum quæ feciſti? Numquid cælum non eſt? Numquid terra non eſt? Nunquid non ſunt ea quæ in terra & in cælo ſunt? Nunquid homo ipſe cui loqueris non eſt? Numquid angelus quem mittis non eſt? Si omnia ſunt hæc, quæ per te facta ſunt, quid eſt quod tibi proprium quidquam tenuiſti ipſum eſſe.... Mens capiat, vere eſſe, eſt ſemper.

Eodem modo eſſe... Res enim quælibet prorſus qualicumque excellentia ſi mutabilis eſt, non vere eſt: Non enim eſt ibi verum eſſe, ubi eſt non eſſe. Quidquid enim mutari poteſt, mutatum, non eſt quod erat. Si non eſt quod erat, mors quædam ibi facta eſt, peremptum eſt aliquid ibi quod erat & non eſt. Nigredo mortua eſt in corpore albeſcentis ſenis. mortuæ ſunt vires in corpore languen-

Digitized by Google

nifeſte ſequitur, quidquid perfectionis fingi animo, aut cogitatione comprehendi poteſt, totum id, & longe plura in Deo reperiri.

Ex eo enim quod Deus ſit ens a ſe, quod a nullo alio pendeat, ſequitur hunc eſſe infinitum: id quippe dicitur infinitum, quod nullis terminis circumſcribitur, quod non habet a quo contineatur intra certos limites: at quod a nullo alio pendet, ſive ut ſit, ſive ut operetur, id non habet, a quo contineatur intra certos limites, ergo eſt infinitum, ergo eſt infinitæ perfectionis. Si enim hoc non eſſet perfectionis infinitæ, illius perfectiones intra certos limites coarctarentur, non eſſet itaque infinitum, penderet ab eo, a quo coarctaretur, atque ita non eſſet ens a ſe, ens a nullo alio pendens.

Uno verbo, eſſe infinitum, & omnes omnino perfectiones abſolutiſſime poſſidere, idem ſonat.

Eſſe infinitum, non pendere a quoquam, eſſe ens a ſe, idem ſonat.

Ex eo igitur, quod Deus ſit a ſe nec a quoquam alio pendeat, manifeſte efficitur hunc eſſe infinitæ, & omnimodæ perfectionis.

Videſis hæc fuſius diſputata apud Theologos.

Quænam ſunt divinæ perfectiones?

R. Deus eſt ſumme perfectus, ergo ſpiritus eſt, ergo ſimpliciſſimus, æternus, immenſus, immutabilis, omnia novit, omnia poteſt, & ab ipſius arbitrio pendent univerſa. Ex perfectionibus his, ſive aliis, quas fingere mens humana poteſt, ſi qua deeſſet, non eſſet ſumme
C perfectus, non eſſet Deus. (C)

I. Quid eſt quod ais Deum eſſe ſpiritum?

R. Hoc eſt Deum nec corpore, nec figura, nec colore conſtare, nec ſenſibus humanis percipi poſſe. (D) D

I. Cur Deum voces ſimpliciſſimum?

R. Quia nullas habet partes: ab ipſius natura prorſus alienum eſt ex aliqua compactione ſeu compoſitione coaleſcere.

I. Cur autem in ſcripturis ſacris & brachia & manus & pedes Dei legimus?

R. Tropicum illud eſt & translatum loquendi genus, quo Dei operatio deſignatur. (E) E

I. Cur Deum æternum prædicas?

R. Quia initio & fine caret, eſt, & fuit, & erit ſemper (F) ſine temporis ſucceſſione vivit, F

Totam vitæ plenitudinem, & ſimul & interminate & perfecte poſſidet.

Hæc ut plenius intelligantur, obſervandum quid ſit æternitas. Æternitas definitur Boetio, interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio. In æternitate non eſt prius, & poſterius, non eſt diſtinctio præteriti, præſentis & futuri, omnia ſunt ſimul. Eo itaque ſenſu Deus æternus eſt, quod ſine ſucceſſione vivit. Nihil in ejus vita tranſitorium reperitur. Nullus terminus a quo procedat, nullus ad quem tendat, medium nullum per quod tranſeat: totam vitæ rationem, & plenitudinem ſimul obtinet. Atque id quidem ſolius Dei proprium eſt. (G) G

Boetius lib. 3. de conſolatione.

I. Quomodo Deum immenſum intelligis?

R. Immenſum dico, quia ubique eſt, implet omnia, nullis vel locorum vel temporum ſpatiis circumſcribitur. (H) H

I. Cur

guentis, mortua eſt ſtatio in corpore ambulantis.. mortua eſt locutio in lingua tacentis; quidquid mutatur; & eſt quod non erat; video ibi quamdam vitam in eo quod eſt, & mortem in eo quod fuit. Denique de mortuo cum dicitur, ubi eſt homo ille? Reſpondetur, fuit. O veritas quæ vere es! Vide reliqua hujus eximii teſtimonii infra, ubi eſt de æternitate Dei.

(C) S. AUGUST. *lib.* 1. *confeſſ. cap.* 4. quid es ergo, Deus meus? quid rogo, niſi Dominus Deus? Quis enim Deus præter Dominum, aut quis Deus præter Deum noſtrum? Summe, optime, omnipotentiſſime, miſericordiſſime, & juſtiſſime, ſecretiſſime & præſentiſſime, pulcherrime & fortiſſime, ſtabilis & incomprehenſibilis: immutabilis, mutans omnia, & in vetuſtatem perducens ſuperbos & neſciunt: ſemper agens, ſemper quieſcens; colligens & non egens, portans & implens & protegens, creans & nutriens, & perficiens, quærens cum nihil deſit tibi. Amas nec æſtuas, zelas & ſecurus es; pœnitet te & non doles; iraſceris & tranquillus es: opera mutas, nec mutas conſilium; recipis quod invenis, & nunquam amiſiſti. Nunquam inops, & gaudes lucris: nunquam avarus, & uſuras exigis: ſupererogatur tibi ut debeas: & quis habet quidquam non tuum? reddis debita nulli debens: donas debita nihil perdens.

(D) JOAN. IV. 24. Spiritus eſt Deus.

(E) S. AUGUSTINUS *Quæſt. in Leviticum, quæſt.* 93. Cum dicit (Deus) oculos ſuos & labia ſua, & cætera vocabula membrorum corporalium, non utique accipimus eum forma corporis eſſe definitum, ſed illa omnia membrorum nomina non intelligimus, niſi effectus operationum atque virtutum: ita & cum dicit anima mea, voluntatem ejus debemus accipere. Perfecte quippe ſimplex illa natura, quæ Deus dicitur, non conſtat ex corpore & ſpiritu; nec ipſo ſpiritu mutabilis eſt ſicut anima: Sed ſpiritus eſt Deus, & ſemper idem ipſe, apud quem non eſt commutatio.

IDEM *lib.* 16. *de civitate Dei cap.* 5. non loco movetur Deus, qui ſemper ubique eſt totus; ſed deſcendere dicitur, cum aliquid fecit in terra quod præter uſitatum naturæ curſum mirabiliter factum, præſentiam quodammodo ejus oſtendat.

(F) PSAL. CI. XII. Tu autem Domine in æternum permanes.

IDEM. *verſ.* 27. Initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & ſicut opertorium mutabis eos & mutabuntur. Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.

TERTULLIANUS *lib. contra Hermogenem c.* 4. Quis alius Dei cenſus, quam æternitas? quis alius æternitatis ſtatus, quam ſemper fuiſſe & futurum eſſe, ex prærogativa nullius initii, & nullius finis. Hoc ſi Dei eſt proprium, ſolius Dei erit.

(G) S. AUGUSTINUS *Tract.* 38. *in Joan. n.* 50. poſt verba ſuperius laudata ſic habet, ubi de æternitate Dei. O veritas quæ vere es! nam in omnibus actionibus & motibus noſtris, & in omni prorſus agitatione creaturæ duo tempora invenio, præteritum & futurum. Præſens quæro, nihil ſtat: quod dixi jam non eſt, quod dicturus ſum nondum eſt. Præteritum, & futurum invenio in omni motu rerum: in veritate quæ manet, præteritum, & futurum non invenio, ſed ſolum præſens; & hoc incorruptibiliter, quod in creatura non eſt. Diſcute rerum mutationes, fuit & erit, cogita Deum, invenies eſt, ubi fuit, & erit eſſe non poſſit.

IDEM *in Pſalm.* 9. *n.* 51. In Dei natura non erit aliquid quaſi nondum ſit; aut fuit, quaſi jam non ſit: ſed eſt tantum id quod eſt, & ipſa eſt æternitas.

S. THOMAS 1. *part. Quæſt.* 10. *art.* 1. *in corp.* Quod eſt omnino immutabile ſicut nec ſucceſſionem, ita nec principium aut finem habere poteſt. Ergo ex duobus notificatur æternitas, primo ex hoc, quod id quod eſt in æternitate, & interminabile, id eſt principio & fine carens, ut terminus ad utrumque referatur. Secundo per hoc, quod ipſa æternitas ſucceſſione caret tota ſimul exiſtens.

Et Art. 2. *in corp.* Unde cum Deus ſit maxime immutabilis, ſibi maxime competit eſſe æternum: nec ſolum eſt æternus, ſed eſt ſua æternitas, cum tamen alia nulla res ſit ſua duratio, quia non eſt ſuum eſſe. Deus autem eſt ſuum eſſe.

Et Art. 3. *in corp.* Æternitas vere & proprie in ſolo Deo eſt, quia æternitas immutabilitatem conſequitur; ut ex dictis patet. Solus autem Deus eſt omnino immutabilis.

(H) PSALM. 138. 2. quo ibo a ſpiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum tu illic es: ſi deſcendero in infernum ades. Si ſumſero pennas meas diluculo,

Digitized by Google

I. Cur Deum dicis immutabilem.

R. Quia Deus viciſſitudini nulli, nulli muta-
I tioni eſt obnoxius. (I)

I. In ſacris tamen codicibus dicitur Deus ira, pœnitentia moveri, dicitur mutare ſua opera, quæ omnia viciſſitudinem & mutationem innuunt.

R. Locutionibus iſtiuſmodi captui noſtro accommodatis, & a propria ſignificatione translatis, innuitur ſolummodo quid Deus agat extra ſe, & qua ratione novos ſubinde exerat effectus vel juſtitiæ vel miſericordiæ. Cave ne propterea ſuſpiceris eſſe in Deo varias affectiones animi, ut fit in rebus creatis. *Immutabilis Deus*, inquit S. Auguſtinus, *mutat omnia; amat nec æſtuat; iraſcitur & tranquillus eſt; opera mutat, nec mutat conſilium*. (K)

Lib. 1. Confeſſ. cap. 4.

K

I. Quid hoc eſt, quod ais noſſe omnia Deum? *Pars I. Sect. I. Cap. I. §. 2.*

R. Hoc eſt, nihil abſconditum a conſpectu ejus; futura ſimul & præſentia & præterita uno contuitu videt. Nihil ipſi futurum, nihil præteritum, omnia præſentia. In abſtruſiſſimos cordium receſſus penetrat, intimos animi ſenſus plane intuetur. (L) L

I. Cur Deum dicis omnipotentem?

R. Quia nihil eſt quod potentia ſua non aſſequi poſſit. (M) M

I. Quid? Poteſt Deus mentiri, fallere, peccare, mori, ignorare aliquid?

R. Iſthæc poſſe, non potentiæ, ſed imbecillitatis eſt. Abſit ut defectus, qualeſcumque illi ſint, Deo tribuamus. (N) N

I. Quid eſt quod ais pendere omnia a Deo?

R. Hoc

cælo, & habitavero in extremis maris; etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et dixi, forſitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in deliciis meis. Quia tenebræ non obſcurabuntur a te, & nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus. Quia & tu poſſediſti renes meos: ſuſcepiſti me de utero matris meæ. Non eſt occultatum os meum a te quod feciſti in occulto ..... Imperfectum meum viderunt oculi tui.

JOB XI. 10. Excelſior cælo eſt; & quid facies? profundior inferno; & unde cognoſces? longior terra menſura ejus & latior mari.

ISAI. 64. 1. Hæc dicit Dominus, cælum ſedes mea eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum.

JEREM. XXIII. 24. Si occultabitur vir in abſconditis: & ego non videbo eum, dicit Dominus. Numquid non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus?

ACT. XVII. 28. in ipſo vivimus, & movemur, & ſumus.

S. AUGUSTINUS *lib. 1. confeſs. cap. 3.* ac non opus habes ut a quoquam continearis, qui contines omnia, quoniam quæ imples, continendo imples? ... Sed quæ imples omnia, te toto imples omnia? An quia non poſſunt te totum capere, omnia partem tui capiunt.... an utique totus es, & res nulla te totum capit?

IDEM *Epiſt. 188. alias 57. ad Dardanum, nu. 10.* non eſt autem conſequens, & quod in Deo eſt, ita ſit ubique ut Deus... Ubique (Chriſtus) per id quod Deus eſt... Quamquam & in eo ipſo quod dicitur Deus, ubique diffuſus, carnali reſiſtendum eſt cogitationi, & mens a corporis ſenſibus avocanda, ne quaſi ſpecioſa magnitudine opinemur Deum per cuncta diffundi, ſicut humus aut humor, aut aer, aut lux iſta diffunditur... Eſt ergo Deus per cuncta diffuſus: ipſe quippe ait per prophetam: Cælum & terram ego impleo, attingit a fine uſque ad finem fortiter & diſponit ſuaviter. Spiritus Domini replevit orbem terrarum. Quo ibo a ſpiritu tuo, & a facie tua quo fugiam? Si aſcendero in cælum, tu ibi es, ſi deſcendero in infernum ades. Sed ſic eſt Deus per cuncta diffuſus, ut non ſit qualitas mundi, ſed ſubſtantia creatrix mundi, ſine labore regens, & ſine onere continens mundum. Non tamen per ſpatia locorum, quaſi mole diffuſa .... Sed in ſolo cælo totus & in ſola terra totus & in cælo & in terra totus, & nullo contentus loco, ſed in ſe ipſo ubique totus.... Ideo enim ubique eſſe dicitur, quia nulli parti rerum abſens eſt; ideo totus quia non partem ſuam præſentem præbet, & alteri parti alteram partem, æquales æqualibus: minori vero minorem, majorique majorem: Sed non ſolum univerſitati creaturæ, verum etiam cuilibet parti ejus totus pariter adeſt.... Quomodo enim ubique, ſi in ſe ipſo? ubique ſcilicet, quia nuſquam eſt abſens. In ſe ipſo autem qui non continetur ab iis quibus eſt præſens, tanquam ſine eis eſſe poſſit. Nam ſpatia locorum tolle corporibus, nuſquam erunt, & quia nuſquam erunt, nec erunt. At vero Deus non ſi minus capitur ab illo cui præſens eſt, ideo ipſe minor eſt. Totus enim in ſe ipſo eſt, nec in quibus eſt, ita eſt ut indigeat eis.

IDEM *lib. 7. de civitate Dei, cap. 30.* verus Deus, ſed ſicut Deus; adeſt ubique totus, nullis incluſus locis, nullis vinculis alligatus, in nullas partes ſectilis, ex nulla parte mutabilis, implens cælum & terram præſente potentia non indigente natura.

(I) MALACH. III. 6. Ego enim Dominus, & non mutor.

JACOBI 1. 17. apud quem (Deum) non eſt transmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.

S. AUGUSTINUS *Serm. 7. ſect. 6.* ex Cartuſianis. Deus Pater, Deus Filius; incommutabilis Pater, incommutabilis Filius. Eſſe, nomen eſt incommutabilitatis. Omnia enim quæ mutantur deſinunt eſſe quod erant, & incipiunt eſſe quod non erant. Eſſe verum, eſſe ſincerum, eſſe germanum non habet niſi qui non mutatur. Ille habet eſſe cui dicitur: Mutabis ea & mutabuntur, tu autem idem ipſe es. Quid eſt, Ego ſum qui ſum, niſi æternus ſum.... niſi mutari non poſſum? *Pſ. 101. 27. Exod. III. 14.*

(K) *Vide ſupra litt.* (C) *cap. 4. Lib. 1. Confeſſ. S. Aug.*

S. AUGUSTINUS *Lib. 12. de Civit. Dei cap. 17.* Nobis autem fas non eſt credere, aliter Deum affici cum vacat, aliter cum operatur: quia nec affici dicendus eſt, tanquam in ejus natura fiat aliquid, quod non ante fuerit.... Non itaque in ejus vacatione cogitatur ignavia, deſidia, inertia; ſicut nec in ejus opere labor, conatus, induſtria. Novit quieſcens agere, & agens quieſcere. Poteſt ad opus novum, non novum, ſed ſempiternum adhibere conſilium.... Una eademque ſempiterna & immutabili voluntate res quas condidit, & ut prius non eſſent egit, quamdiu non fuerunt, & ut poſterius eſſent, quando eſſe cœperunt.

Idem. *Lib. 2. ad Simplicianum quæſt. 2. n. 2.* Quis eſt enim hominum, cui non occurrat in Deo cuncta præſciente, pœnitentiam eſſe non poſſe?.... Deus vere ſummeque eſt, nec ulla ex parte mutabilis, nec ullo motu novitio temporalis.... Ira hominis turbida eſt, & non ſine cruciatu animi: Ira vero Dei.... illo in tranquillitate jugiter manente, in creatura ſubdita exercet admirabili æquitate vindictam.

(L) PSAL. CXXXVIII. 1. Domine probaſti me & cognoviſti me: 2. Tu cognoviſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam. 3. Intellexiſti cogitationes meas de longe, ſemitam meam & funiculum meum inveſtigaſti. 4. Et omnes vias meas prævidiſti, quia non eſt ſermo in lingua mea. 5. Ecce Domine tu cognoviſti omnia noviſſima & antiqua: tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. 6. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me; confortata eſt, & non potero ad eam.

ECCLESIASTICI XXIII. 27. Omnia videt oculus illius. 28. Oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, & hominum corda intuentes in abſconditas partes. 29. Domino enim Deo antequam crearentur omnia ſunt agnita; ſic & poſt perfectum reſpicit omnia.

AD ROM. XI. 33. O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei.

AD HEB. IV. 13. Non eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu ejus; omnia autem nuda & aperta ſunt oculis ejus, ad quem nobis ſermo.

(M) GENES. XVIII. 14. Numquid Deo quidquam eſt difficile?

JOB XLII. 2. Scio quia omnia potes.

MATTH. XIX. 26. Apud Deum omnia poſſibilia ſunt.

LUC. I. 37. Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.

(N) 2. TIMOTH. II. 13. (Deus) negare ſeipſum non poteſt.

HEBR. VI. 18. Impoſſibile eſt mentiri Deum.

S. AUGUSTINUS. *Serm. 213. in traditione Symboli 2. alias 119. de tempore, n. 2.* Omnipotens eſt ad facienda majora & minora: omnipotens eſt ad facienda cæleſtia & terreſtria,.... immortalia & mortalia,... ſpiritualia & corporalia,... viſibilia & inviſibilia, magnus in magnis, nec parvus in minimis. Poſtremo omnipotens eſt ad facienda omnia,

Digitized by Google

Pars I. Sect. I. Cap. I.

R. Hoc eſt: Deus omnia creavit, conſervat, gubernat, diſponit pro ſuæ omnipotentiſſimæ voluntatis beneplacito.

I. Quid hoc rei eſt: *Deus omnia creavit?*

Pſal. CXLVIII. 5.

R. Hoc eſt, omnia fecit e nihilo. Prius non erant; *ipſe dixit, & facta ſunt*. (O)

O

I. Quid hoc rei eſt: *Deus omnia conſervat?*

R. Hoc eſt: Deus omnia tuetur, fovet. Quo enim manum, ut ita dicam, admovente, condita omnia ſtant, eadem manum ſubtrahente, eſſe deſinerent, & ad nihilum reverterentur. (P)

P

I. Quid eſt quod ais, *Gubernat & diſponit omnia Deus?*

R. Hoc eſt: Orbem univerſum, & quidquid in eo fit, tam ſingulari Deus providentia adminiſtrat, ut ſine illius vel juſſu vel permiſſione non eveniat quidquam.

Deus itaque eventuum omnium ſupremus ordinator, actiones ſingulas creaturæ rationalis & rerum inſenſibilium motus ſingulari plane providentia diſponit. Ad gloriæ ſuæ manifeſtationem omnia prorſus & ſingula ipſe dirigit. Quidquid boni fit, ipſi tribuendum. Mala non agit quidem, ſed permittit, majora inde bona procuraturus, viros bonos videtur quandoque deſerere, dum ipſi ad extremas anguſtias adiguntur, dum impiorum furori ſubjacent, dum perſecutionem patiuntur propter juſtitiam. Dum e contrario mali luxuriantur, dum rerum omnium copia affluunt, dum ruunt impune in omne ſcelerum genus, videtur Deus res humanas parum curare. Sed vide ne quid tale ſuſpiceris. In proſperis, in adverſis, ſuorum nunquam obliviſcitur Deus. Hos paterna caritate caſtigat corrigendo, & tanquam aurum in fornace probat, ut inveniat dignos ſe. Impios viciſſim temporali & intra breve temporis ſpatium tranſitura felicitate abuti patitur, atque ita in profundum malitiæ demergi ſinit; ſed veniet tandem tempus ultionis, & omnes intelligent, quidquid modo fit, id omne fieri ad laudem & gloriam & manifeſtationem bonitatis & juſtitiæ Dei. (Q) Q

Innumeris ſcripturarum teſtimoniis probatur Providentia divina. Ipſa hiſtoria ſacra recte dici poteſt hiſtoria locuples divinæ Providentiæ. Ex his ſcripturarum teſtimoniis hæc pauca ſubjicio. (R) R

§. 3.

omnia, quæ facere voluerit. Non poteſt mori, non poteſt peccare, non poteſt mentiri, non poteſt falli. Tanta non poteſt: quæ ſi poſſet, non eſſet omnipotens.

Idem. *Serm. 214. Edit. Ben. n. 2.* Idem (Deus) peccatum punit, quod ipſe non fecit; quia eo fœdatur natura, quam fecit. Omnes ergo viſibiles inviſibileſque creaturas fecit omnipotens .... Fecit autem non ex aliqua materia quam ipſe non fecit.. Si quæ in principio fecit, ex nihilo utique fecit, etiam ex his quæ fecit quidquid voluerit facere potens eſt, quia omnipotens eſt. Nec ideo credant iniqui Deum non eſſe omnipotentem, quia multa contra ejus faciunt voluntatem. Quia & cum faciunt quod non vult, hoc de eis facit quod ipſe vult. Nullo modo igitur omnipotentis vel mutant, vel ſuperant voluntatem, ſive homo juſte damnetur, ſive miſericorditer liberetur, voluntas omnipotentis impletur. Quod ergo non vult omnipotens, hoc ſolum non poteſt .... Sed quoniam dixi hoc ſolum omnipotentem non poſſe quod non vult, ne quis me temere dixiſſe arbitretur aliquid omnipotentem non poſſe, hoc & beatus Apoſtolus dixit. Si non credimus, ille qui fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt .... Non enim poteſt juſtitia velle facere quod injuſtum eſt, aut ſapientia velle quod ſtultum eſt, aut veritas velle quod falſum eſt .... Deus omnipotens non poteſt mori, non poteſt mutari, non poteſt falli, non poteſt miſer fieri, non poteſt vinci. Hæc hujuſmodi abſit ut poſſit omnipotens .... Volens enim Deus quidquid eſt; æternus ergo & incommutabilis, & verax, & beatus, & inſuperabilis volens eſt. Si ergo poteſt eſſe quod non vult, omnipotens non eſt, eſt autem omnipotens. Ergo quidquid vult poteſt.

Idem. *Serm. de Symb. ad Catechum. n. 2.* Deus cum ſit omnipotens, mori non poteſt, falli non poteſt, negare ſeipſum non poteſt. Nam ſi mori poſſet, non eſſet omnipotens. Si mentiri, ſi falli, ſi fallere, ſi inique agere, non eſſet omnipotens.

S. EPIPHAN. *Adverſus Hæreſ. Lib. 3. Tom. 1. confut. LXIX. contra Arrium*, n. 1. Quod Deum diximus quæ velit omnia perficere, non eſt quod aliquis objiciat, facere illum quæ minus deceant. Nequaquam vero: nam ille vult, quæ ſeipſa facit, ratione ſuæ dignitatis habita, adeo ut neque poteſtati voluntas, neque voluntati ſit contraria poteſtas; non quod facere nequeat, ſed quod non libeat.

(O) SAP. II. 2. Ex nihilo nati ſumus.

ISAI. XLI. 24. Ecce vos eſtis ex nihilo.

2. MACHAB. VII. 28. Peto nate ut aſpicias ad cœlum & terram, & ad omnia quæ in eis ſunt, & intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus.

(P) PSAL. CIII. 28. Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. 29. Avertente autem te faciem, turbabuntur: auferes ſpiritum eorum & deficient, & in pulverem ſuum revertentur.

SAP. XI. 26. Quomodo autem poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes, aut quod a te vocatum non eſſet conſervaretur.

S. AUGUST. *Lib. 4. de Geneſ. ad litt. cap. 12. n. 22.* Creatoris namque potentia, & omnipotentis & omnitenentis virtus, cauſſa ſubſiſtendi eſt omni creaturæ: quæ virtus ab iis quæ creata ſunt regendis ſi aliquando ceſſaret, ſimul & eorum ceſſaret ſpecies, omniſque natura concideret... Dicimus Deum in iis quæ creavit indeſinenter operari. Unde colligitur, quod ſi hoc opus ſuum rebus ſubſtraxerit, nec vivemus, nec movebimur, nec erimus.

(Q) S. AUGUST. *Lib. 1. de Civit. Dei, cap. 8. n. 1.* Patientia Dei ad pœnitentiam invitat malos, ſicut flagellum Dei ad patientiam erudit bonos. Itemque miſericordia Dei fovendos amplectitur bonos, ſicut ſeveritas Dei puniendos corripit malos. Placuit quippe divinæ Providentiæ præparare in poſterum bona juſtis, quibus non fruerentur injuſti, & mala impiis quibus non excruciabuntur boni. Iſta vero temporalia bona & mala utriſque voluit eſſe communia: ut nec bona cupidius appetantur, quæ mali quoque habere cernuntur; nec mala turpiter evitentur, quibus & boni plerumque afficiuntur.

N. 2. Bonus temporalibus nec bonis extollitur, nec malis frangitur: malus autem ideo hujuſmodi infelicitate punitur, quia felicitate corrumpitur. Oſtendit tamen Deus ſæpe etiam in his diſtribuendis evidentius operationem ſuam. Nam ſi nunc omne peccatum manifeſta plecteret pœna, nihil ultimo judicio ſervari putaretur: rurſus ſi nullum peccatum nunc puniret aperte, divinitas nulla eſſe Providentia divina crederetur. Similiter in rebus ſecundis ſi non eas Deus quibuſdam petentibus evidentiſſima largitate concederet, non ad eum iſta pertinere diceremus: itemque ſi omnibus ea petentibus daret, non niſi propter talia præmia ſerviendum illi eſſe arbitraremur; nec pios nos faceret iſta ſervitus, ſed potius cupidos & avaros.

Idem. *Serm. 125. alias 10. ex Sirmondianis*, n. 5. Non quia videntur perverſæ res humanæ, videatur nobis non eſſe gubernationem rerum humanarum. Omnes enim homines in locis ſuis ordinantur... Non cures ubi te ordinet qui non novit errare, ſcit ubi te ponat .... Noli putare quia turbas conſilium Dei, ſi perverſus eſſe volueris. Qui creare te noverat, ordinare te non noverit? ... (Judas) operante utique divina providentia, quia per malam voluntatem malus eſſe voluit, non autem Deus malum ordinando fecit. Sed quia ipſe malus peccator eſſe voluit, fecit quod voluit, ſed paſſus eſt quod noluit. In eo quod fecit quod voluit, peccatum ejus deprehenditur: in eo quod paſſus eſt quod noluit, ordo Dei laudatur.

(R) TOB. VII. 12. Dixit ei Angelus: Noli timere dare illam iſti, quoniam huic timenti Deum debebatur conjux filia tua. Propterea alius non potuit habere eam. *Lege totum Tobiæ Librum.*

JOB. XXI. 7. Quare ergo impii vivunt, ſublevati ſunt, confortatique divitiis? 8. Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum in conſpectu eorum. 9. Domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper illos... 13. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. 14. Qui dixerunt Deo: Recede

§. 3. *De Unitate Dei.*

I. Unus Deus eſt?

R. Unus omnino eſt: nec fieri poteſt, ut multiplex ſit. *Si non unus eſt, non eſt*, inquit Tertullianus. (A)

Lib. 1. contra Marcion. c. 3. A

I. Cur ais fieri non poſſe, ut Deus multiplex ſit?

R. Quia fieri non poteſt ut in entibus duobus reperiatur ratio ſummi & abſolutiſſimi.

Quod ut planum fiat, adverte de ratione abſolute perfecti id eſſe ut omnibus omnino perfectionibus conſtet, adeoque ut ipſi nihil adæquetur. Siquidem non habere parem perfectio eſt. Itaque Deum negat, qui plura fingit: nec enim Deus eſſet is, cui deeſſet aliqua perfectio. Ita ratiocinatur Tertullianus. (B)

B

I. Id ſi ita planum eſt, qui fieri potuit, ut homines toto terrarum orbe diffuſi plures olim Deos coluerint?

R. Id tribuendum ſupinæ mentis cæcitati & cordis obdurationi, quibus demum traditi fuerant homines in pœnam peccati de quo infra dicemus.

Explico Reſponſionem.

Nemo neſcit quanto in errore verſatus olim fuerit orbis univerſus circa deorum & ſemideorum agmen plane ridiculum. Alii Solem pro Deo coluerunt, alii lunam, alii ſtellas. Ab aliis homines quidam vel mortales, vel vita functi, in Deorum catalogum relati. Fuit fere nulla res tam turpis (proh hominum inſaniam!), cui divinos honores gens aliqua non detulerit. Græcos & Romanos nulla gens & urbanitate & lepore & acumine ingenii & rerum peritia ſuperavit: nec tamen ulla gens circa Pſeudodeorum cultum turpius & ſuperſtitioſius aberravit. Roma quæ ſe lucem orbis terrarum & arcem omnium gentium jactitabat, Roma, inquam, totius orbis ſervivit erroribus; idque maximæ laudis loco ſibi eſſe duxit. Neque is idiotarum ſolum & plebeiorum error fuit, fuit & ſapientum & Philoſophorum. Non alia de cauſa per annos fere quadringentos tot paſſi neces & perſecutiones Chriſtiani, quam quod unicum eſſe Deum plane declararent. Quot ea de re verborum pugnas ſuſtinuere? Quot libros ſcribere neceſſum fuit, ut gentes a ſacrilego Deorum cultu revocarentur? Inter alia quæ ſanctum Auguſtinum impulerunt ut ederet divinum plane opus de civitate Dei, hoc fuit maxime, ut confutatis Idololatrarum fabulis, debitum uni Deo cultum vindicaret. Qui jam priores illius operis libros evolvunt, mirantur ſane cur in refellendis Ethnicorum commentis tantum operæ poſuerit ſanctus Do-

Pars I. Sect. I. Cap. I. §. 2.

---

cede a nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus. 15. Quis eſt omnipotens ut ſerviamus ei? Et quid nobis prodeſt ſi oraverimus illum? 16. Verumtamen, quia non ſunt in manu eorum bona ſua, conſilium impiorum longe ſit a me. 17. Quoties lucerna impiorum extinguetur, & ſuperveniet eis inundatio, & dolores dividet furoris ſui? 18. Erunt ſicut paleæ ante faciem venti, & ſicut favilla quam turbo diſpergit... 30. Quia in diem perditionis ſervatur malus, & ad diem furoris ducetur.

Psal. cxiii. *Hebr.* 3. Deus autem noſter in cælo; omnia quæcumque voluit, fecit.

Proverb. xx. 24. A Domino diriguntur greſſus viri.

Sapient. iii. 1. Juſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis... 4. Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt. 5. In paucis vexati, in multis bene diſponentur, quoniam Deus tentavit eos, & invenit illos dignos ſe. 6. Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos, & in tempore erit reſpectus illorum.

Ecclesiastici ii. 5. In igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis... 11. Reſpicite filii nationes hominum, & ſcitote quia nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt. 12. Quis enim permanſit in mandatis ejus, & derelictus eſt? Aut quis invocavit eum, & deſpexit illum. 13. Quoniam pius & miſericors eſt Deus.... & protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate.

Jerem. x. 23. Scio Domine quia non eſt hominis via ejus; nec viri eſt ut ambulet & dirigat greſſus ſuos.

Idem. xii. 1. Juſtus es Domine, ſi diſputem tecum... Quare via impiorum proſperatur.... 3. Congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis.

Mat. vi. 25. Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini. Nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus plus quam veſtimentum? 26. Reſpicite volatilia cæli.... pater veſter cæleſtis paſcit illa... 28. Conſiderate lilia agri... 30. Si autem fœnum agri... Deus ſic veſtit: quanto magis vos modicæ fidei? 31. Nolite ergo ſolliciti eſſe, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? 32. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater veſter, quia his omnibus indigetis. 33. Quærite ergo primum regnum Dei, & juſtitiam ejus: & hæc omnia adjicientur vobis. 34. Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum.

Joan. v. 17. Pater meus uſque modo operatur, & ego operor.

Plura teſtimonia congeſta vide in Indice Biblico, verbo Providentia.

Qui penitius indagare voluerit quidquid pertinet ad tractatum de Providentia Dei, legat *Libros tres S. Joannis Chryſoſtomi de Providentia; Theodoreti Orationes decem de Providentia; S. Ambroſii Libros V. & VI. in Hexameron, ſeu de opere ſex dierum, & Libri primi Officiorum, cap. 12. 15. & 16. n. 46. 58. & 61. Salviani Libros octo de Gubernatione Dei: S. Auguſtinum in Pſalmos 36. 40. 72. 136. & Lib. 5. de Civitate Dei, capp. 8. 9. Enchirid. capp. 11. 27. 29. Serm. 174. & 175. alias 8. & 9. de verbis Apoſtoli. & Serm. 125. alias 15. ex Sirmondianis: S. Gregorium, Lib. 18. Moralium in Job. cap. 13. & Lib. 29. cap. 4.*

Inter recentiores *Ludovicus Granatenſis de Providentia divina* luculenter admodum loquitur *in Catechiſmo*. Proſtat etiam apud Heliam *Joſſet Libellus* Gallice ſcriptus *de Providentia*: eximius ille quidem.

Nec contemnenda quæ ea de re leguntur apud *Ciceronem, Lib. 1. de natura Deorum circa initium, & lib. 2. circa medium ad finem uſque.*

(A) Deuter. vi. 4. Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Dominus unus eſt.

Idem. xxxii. 39. Videte quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me.

Ephes. iv. 5. Unus Dominus, una fides, unum baptiſma.

(B) Tertull. *Lib. adverſus Hermogenem, cap. 4.* Quis alius Dei cenſus, quam æternitas? ... Hoc ſi Dei eſt proprium, ſolius Dei erit, cujus eſt proprium, quia ſi & alii adſcribatur, jam non erit Dei proprium, ſed commune cum eo cui & adſcribitur .... Quod ſi Deus eſt, unicum ſit neceſſe eſt, ut unius ſit. Aut quid erit unicum & ſingulare: niſi cui nihil adæquabitur? Quid principale, niſi quod ſuper omnia, niſi quod ante omnia, & ex quo omnia? Hæc Deus ſolus habendo eſt, & ſolus habendo, unus eſt. Si & alius habuerit, tot jam erunt Dei, quot habuerint quæ Dei ſunt.

Idem *Adverſus Marcionem, Lib. 1. c. 3.* Deus; ſi non unus eſt, non eſt: quia dignius credimus non eſſe, quodcunque non ita fuerit ut eſſe debebit. Deum autem, ut ſcias unum eſſe debere, quære quid ſit Deus, & non aliter invenies .... Deum ſummum eſſe magnum, in æternitate conſtitutum, innatum, infectum, ſine initio, ſine fine ... Summum magnum & forma, & ratione, & vi, & poteſtate ... Quæ erit jam conditio ipſius ſummi magni? nempe ut nihil illi adæquetur, id eſt, ut non ſit aliud ſummum magnum: quia ſi fuerit, adæquabitur; & ſi adæquabitur, non erit jam ſummum magnum ... Ergo unicum ſit neceſſe eſt, quod fuerit ſummum magnum.

S. Cyprianus. *De Idolorum vanitate*. Oxonii. In fol. *pag.* 10. Unus igitur omnium Dominus eſt Deus: neque enim illa ſublimitas poteſt habere conſortem, cum ſola omnem

Doctor: ſed hæc tum temporis prorſus neceſſaria fuere. Norunt omnes ſanctum Ambroſium Mediolanenſem Epiſcopum id ab Imperatore chriſtiano, & divinæ plane eloquentiæ vi, & rationum pondere, & Pontificiæ dignitatis auctoritate vix tandem obtinuiſſe, ne celebris illa deæ Victoriæ ara reſtitueretur. Legere etiamnum juvat quid vir alioqui præſtantis ingenii, ſummæ eruditionis, eloquentiæ ſingularis Symmachus egerit nomine Senatus apud Imperatorem, ad obtinendam, adverſante Ambroſio, de Victoriæ, cæterorumque pſeudonuminum Romanorum cauſam. (C)

C

Hinc liquido patet, quam denſa caligine obcæcatum habuerint intellectum homines primigeniæ corruptioni relicti. Hinc intelligere licet quam verum ſit, quod ait Apoſtolus, (D) merito peccati tradi quandoque homines in reprobum ſenſum, ut faciant ea quæ non conveniunt & in omne inſipientiæ & nequitiæ genus ultro prorumpant vel ii qui doctiores & ſapientiores eſſe videbantur.

D

§. 4. *De ſanctiſſima Trinitate.*

I. Nonne Deorum pluralitas rurſus invehitur, dum tres in Deo perſonæ eſſe dicuntur?

R. Minime. Deum enim in perſonis tribus unum eſſe & credimus, & aperte profitemur.

I. At, ad inſaniam prope accedere videtur aſſertio hæc, unum in perſonis tribus eſſe Deum?

R. Imo, nil rationi conſentaneum magis quam id aſſerere. Id qui neget, is inſaniae prorſus.

I. Atqui nihil eſt alienum magis a ratione, quam id credere, quod comprehendere animo non poſſis?

R. Ubi Deum aliquid dixiſſe & ſignificaſſe hominibus certo noveris, id credendum prorſus, id pro minime dubio habendum, qualecumque tandem illud ſit, ſive id capias, ſive obſcurum, imo incredibile videatur. Qui ſecus faxit, is & Deum, ſupremam veritatem, parum novit & rectæ rationi non minus adverſatur quam religioni.

Quippe tam anguſti ſunt humanæ intelligentiæ limites, ut plurima ſint in rerum natura quæ revocare non poſſis in dubium, quæ pro certiſſimis teneas; quamvis eorum naturam, cauſas, conditionem, humana mente comprehendi nullatenus poſſe fatearis. Inveſtigandum quidem & diligentius perſcrutandum, num quod dicitur Deus dixiſſe, id revera locutus ſit, ne detur errori vel fraudi locus. Sed ubi certum omnino fuerit Deum eſſe loquutum, quemadmodum id certo affirmari debet de iis omnibus & ſingulis quæ nobis credenda proponuntur ab Eccleſia Dei, falli utique neſcia, ut infra & quidem fuſe demonſtrabimus, (A) tunc, ut cum Apoſtolo loquar, *in captivitatem redigendus eſt omnis intellectus in obſequium fidei*. Tunc credendum prorſus, quod alioqui prorſus incredibile videatur. Id ratio pariter & religio ſuadet. Deus loquutus eſt; Deus, inquam, qui nec falli poteſt, nec fallere. Dei revelationem Eccleſia certiſſimis argumentis ſine erroris formidine declaravit. (B) Id nobis ſufficit. Nunc ut ita dicam pueri, imo & infantes ſumus: *Nondum apparuit quid erimus. Donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filiorum Dei in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Interea *videmus per ſpeculum & in ænigmate: & ex parte cognoſcimus. Cum autem venerit quod perfectum eſt*, tunc ſolummodo *evacuabitur quod ex parte eſt*, & id *videbimus facie ad faciem*, quod jam ne ſuſpicione quidem aſſequi, nedum penitus animo comprehendere datur.

A 2. Cor. x. 5.

B

1. Joan. iii. 2.
Epheſ. iv. 13.
1. Corinth. xiii. 12.
Ibid. 10.

I. Conſtatne Myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis fuiſſe a Deo revelatum?

R. Conſtant omnino. Id enim & ſcriptura plane docet, & traditio manifeſta confirmat, & Eccleſia declaravit ſæpius.

I. Quænam eſt Eccleſiæ fides circa Myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis?

R. Hanc paucis accipe.

Dei natura, ut jam diximus, una eſt. At tres ſunt in Deo Perſonæ a ſe invicem diſtinctæ, (C) Prima dicitur Pater, altera Filius, tertia Spiritus ſanctus. *Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus: & tamen non tres Dii, ſed unus eſt Deus*; quia una in tribus & ſingulis perſonis natura. Hinc ſequitur tres illas perſonas pares eſſe & æquales æternitate, majeſtate, perfectione omnimoda, Nimirum *Hi tres unum ſunt*, ut ait Joannes Apoſtolus.

C

Pater a nulla alia perſona productus fons eſt & origo cæterarum. Pater dicitur, quia ab æterno generat filium ſibi conſubſtantialem, hoc eſt ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ. *Deum*

de

omnem teneat poteſtatem... Mundi eſt unus rector, qui univerſa, quæcumque ſunt, verbo jubet, ratione diſpenſat, virtute conſummat. Hic nec videri poteſt, viſu clarior eſt: nec comprehendi, tactu purior eſt: nec æſtimari, ſenſu major eſt: & ideo ſic eum digne æſtimamus, dum inæſtimabilem dicimus... *Pag. 21.* Nec nomen Dei quæras: Deus nomen eſt illi. Illic vocabulis opus eſt, ubi propriis appellationum inſignibus multitudo dirimenda eſt. Deo qui ſolus eſt, Deus vocabulum totum eſt. Ergo unus eſt, & ubique totus diffuſus eſt... Atque hæc eſt ſumma delicti, nolle agnoſcere quem ignorare non poſſis.

(C) *Vide Symmachi Relationem, & S. Ambroſii Epiſtolas 17. & 18. Tom. II. novæ Edit. alias 30. & 31.*

(D) Rom. i. 23. Mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium. 24. Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam: ut contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis: 25. Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt, & ſervierunt creaturæ potius quam creatori... 26. Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ.

(A) *Hac ipſa Parte, Sect. 1. cap. 3. §. 4.*

(B) *Vide Part. 2. Sect. 2. cap. 2. §. 1. 2. 3. 4. & 5.*

(C) Matth. xxviii. 19. Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

Johan. viii. 16. Solus non ſum: ſed ego, & qui miſit me, Pater.

1. Johan. v. 7. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres unum ſunt.

S. August. *Enar. 1. in Pſ. 68. n. 5.*... Dicamus Patrem & Filium & Spiritum ſanctum unius eſſe ſubſtantiæ... Quidquid eſt Pater quod Deus eſt, hoc Filius, hoc Spiritus ſanctus... Quæris quid ſit Pater: reſpondetur, Deus. Quæris quid ſit Filius: reſpondetur, Deus. Quæris quid ſit Pater & Filius: reſpondetur, Deus. De ſolo Patre interrogatus, Deum reſponde: de ſolo Filio interrogatus, Deum reſponde: de utroque interrogatus, non Deos, ſed Deum reſponde. Quæris quid ſit Abraham, & Iſaac: non reſpondetur, homo, ſed homines. Non ſic

in

Digitized by Google

Symbolum Nicænum. *de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero.* (D)

D Filius ab æterno a Patre genitus. Genitus, inquam, non factus: alio vocabulo, verbum Patris, ſapientia Patris dicitur. Verbum Patri eſſe conſubſtantiale negarunt quovis fere ſæculo Hæretici non pauci: quorum pervicaciam retudit ſæpius Eccleſia, adductis in medium innumeris ſcripturæ ſacræ teſtimoniis juxta unanimem ſanctorum Patrum ſenſum, & certiſſimæ traditionis intelligentiam. (E)

E Spiritus ſanctus a Patre & Filio tanquam ab uno principio procedit: non generatur. Eſt Spiritus ſanctus terminus amoris mutui, quo Pater & Filius ſeſe invicem amant. Negarunt olim Hæretici dicti Macedoniani, Spiritum ſanctum eſſe vere Deum. Ipſi quoque ab Eccleſia damnati, & manifeſtis ſacrorum codicum & traditionis teſtimoniis confutati. (F)

F

Sunt qui contendant etiamnum Spiritum ſanctum a ſolo Patre procedere: atque hic error eſt Græcorum recentiorum, quos ſchiſma ſeparat ab Eccleſiæ Romanæ communione. Verum hi quoque manifeſtis ſcripturæ & traditionis teſtimoniis confodiuntur, unde jure ac merito ab Eccleſia proſcripti. (G) Pars I. Sect. I. Cap. I. §. 4.

G

I. Pater, utpote generans, eſt ergo antiquior Filio; atque ita Pater & Filius antiquiores Spiritu ſancto? Non ſunt ergo tres illæ perſonæ pares & æquales?

R. Vide ne quid tale in animum inducas. In divinis perſonis nihil eſt, quod ſucceſſionem ſonet. Totum æternum eſt. Ab æterno generatur Filius: ab æterno producitur Spiritus ſanctus. Sicut ergo *æternus Pater*, ita *æternus Filius*, *æternus Spiritus ſanctus*. Æterno nihil antiquius. (H) Symbolum Conſtantinop.

H

Nec ſcrupulum moveat, quod principium generans,

in divinis. Tanta enim ibi eſt ſubſtantiæ ſocietas, ut æqualitatem admittat, pluralitatem non admittat. Si ergo ſibi dictum fuerit, cum dicis mihi Filium hoc eſſe quod Pater eſt, profecto & Filius Pater eſt: reſponde, ſecundum ſubſtantiam tibi dixi hoc eſſe Filium quod Pater eſt, non ſecundum quod ad aliud dicitur. Ad ſe enim Deus dicitur, ad Patrem Filius dicitur. Rurſuſque Pater ad ſe Deus dicitur, ad Filium Pater dicitur. Quod dicitur ad Filium Pater, non eſt Filius: quod dicitur Filius ad Patrem, non eſt Pater: quod dicitur ad ſe Pater, & Filius ad ſe, hoc eſt Pater & Filius, id eſt Deus.

(D) Symb. Conc. Nic. *Tom.* 2. *Conc.* Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inviſibilium factorem, & in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei, ex Patre natum unigenitum, id eſt ex ſubſtantia Patris: Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero: natum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, & quæ in cœlo & quæ in terra .... Eos autem qui dicunt: Erat aliquando quando non erat, & antequam naſceretur, non erat; & quia ex iis quæ non ſunt, factus eſt: aut ex alia ſubſtantia vel eſſentia dicunt eſſe, vel creatum, vel mutabilem, vel converſibilem Filium Dei: anathematizat catholica & apoſtolica Eccleſia.

S. Aug. *Lib.* 4. *de Trinit. cap.* 20. *num.* 27. Nullo modo impedit ut credamus æqualem Patri eſſe Filium, & conſubſtantialem, & coæternum, & tamen a Patre miſſum Filium .... Filius a Patre eſt, non Pater a Filio.

(E) Psal. ii. 7. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Prov. viii. 22. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret a principio. 23. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret. 24. Nondum erant abyſſi, & ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant. 25. Necdum montes gravi mole conſtiterant; ante colles ego parturiebar. 26. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. 27. Quando præparabat cœlos, aderam: quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos. 28. Quando æthera firmabat furſum, & librabat fontes aquarum. 29. Quando circumdabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos: quando appendebat fundamenta terræ. 30. Cum eo eram cuncta componens.

Johan. i. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum .... Omnia per ipſum facta ſunt.

Hebr. i. 5. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? & rurſum: Ego ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in Filium?

1. Johan. i. 1. Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ. 2. Et vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis. 3. Quod vidimus & audivimus, annuntiamus vobis, ut & vos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum Patre, & cum Filio ejus Jeſu Chriſto.

(F) Act. v. 3. Anania, cur tentavit ſatanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto ... non es mentitus hominibus, ſed Deo.

S. August. *Tract.* 105. *in Johan. c.* 3. Spiritus ſanctus....

Spiritus eſt Patris & Filii, tanquam caritas ſubſtantialis & conſubſtantialis amborum. Quoniam non duo Dii Pater & Filius, nec tres Dii Pater & Filius & Spiritus ſanctus: ſed ipſa Trinitas unus ſolus verus Deus. Nec idem tamen Pater qui Filius, nec idem Filius qui Pater, nec idem Spiritus ſanctus qui Pater & Filius, quoniam tres ſunt, Pater & Filius & Spiritus ſanctus: ſed ipſa Trinitas unus eſt Deus.

Idem. *Lib.* 6. *de Trinit. cap.* 6. *n.* 7. Quapropter etiam Spiritus ſanctus in eadem unitate ſubſtantiæ & æqualitate conſiſtit. Sive enim ſit unitas amborum, ſive ſanctitas, ſive caritas, ſive ideo unitas quia caritas, & ideo caritas quia ſanctitas, manifeſtum eſt quod non aliquis duorum eſt quo uterque conjungitur, quo genitus a gignente diligatur, generatoremque ſuum diligat .... Ita ſunt illa tria, Deus unus, ſolus, magnus, ſapiens, ſanctus, beatus ..... Spiritus ergo ſanctus commune aliquid eſt Patris & Filii, quidquid illud eſt. At ipſa communio, conſubſtantialis & coæterna: quæ ſi amicitia convenienter dici poteſt, dicatur; ſed aptius dicitur caritas.

Idem. *Lib.* 15. *de Trinit. cap.* 19. *num.* 37. Nullum eſt majus donum Dei quam Spiritus ſanctus: quid conſequentius, quam ut ipſe ſit caritas qui dicitur & Deus & ex Deo? Et ſi caritas qua Pater diligit Filium, & Patrem diligit Filius, ineffabiliter communionem demonſtrat amborum, quid convenientius quam ut ille dicatur caritas proprie, qui Spiritus eſt communis ambobus?

S. Epiphanius. *Tom.* 1. *Lib.* 3. *Hæreſ. c.* 5. Porro Spiritum ſanctum non miniſtrare e ſacrorum Librorum authoritate ita didicimus: Chriſtus a Patre mittitur, mittitur & Spiritus ſanctus: Chriſtus in Sanctis loquitur, loquitur & Spiritus ſanctus: ſanat Chriſtus, ſanat & Spiritus ſanctus: ſanctificat Chriſtus, ſanctificat & Spiritus ſanctus: baptizat in nomine ſuo Chriſtus, baptizat & Spiritus ſanctus.

(G) Johan. xv. 26. Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.

Idem. xvi. 14. Ille (Spiritus) me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. 15. Omnia quæcumque habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

S. August. *Tract.* 99. *in Johan. n.* 4. Pater quippe ſolus de alio non eſt. Nam & Filius de Patre natus eſt, & Spiritus ſanctus de Patre procedit: Pater autem nec natus eſt de alio, nec procedit. Nec ideo ſane aliqua diſparitas in ſumma illa Trinitate cogitationi occurrat humanæ: nam Filius ei de quo natus eſt, & Spiritus ſanctus ei de quo procedit, æqualis eſt.

Et *n.* 6. Filius enim ſolius Patris eſt Filius, & Pater ſolius Filii eſt Pater: Spiritus autem ſanctus non eſt unius eorum ſpiritus, ſed amborum.

Idem. *Lib.* 5. *de Trinit. cap.* 14. *n.* 15. Fatendum eſt Patrem & Filium principium eſſe Spiritus ſancti, non duo principia: ſed ſicut Pater & Filius unus Deus; & ad creaturam relative unus Creator & unus Dominus, ſic relative ad Spiritum ſanctum unum principium: ad creaturam vero Pater & Filius & Spiritus ſanctus unum principium, ſicut unus Creator & unus Dominus.

(H) S. Ambros. *Expoſit. Evang. ſec. Luc. Lib.* 11. *num.* 12..... Solus Pater, quia unus Deus: ſolus Pater, quia ſola Divinitas Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: & quod

PARS I. SECT. I. CAP. I. §. I.

nerans, vel producens effectu genito, ſeu producto antiquius eſſe videtur.

Apage enim hoc in Divinis, quod nec in corporeis quidem ſemper verum eſt. Vis-tu rem totam facili ac familiari ſimilitudine æſtimare? Paucis te volo.

Lumen a Sole producitur & diſtinguitur: at lumen pari antiquitate fulget atque Sol: nec enim poteſt Sol exiſtere quin diffundat radios; nec poſſunt radii Solis exiſtere ſine Sole. Id quoque de quovis alio corpore lucido luminis radios diffundente dictum puta.

Res ita ſe habet in Divinis, ſed ordine longe perfectiori. Nec poteſt Pater exiſtere, quin generet Filium: nec poſſunt Pater & Filius exiſtere, quin producant Spiritum ſanctum. Neque enim poteſt exiſtere Pater, quin ſe ipſum cognoſcat, atque adeo quin generet Filium, qui ipſa Patris cognitione gignitur; ſicut lumen a Sole ipſa radiorum diffuſione producitur. Nec poſſunt Pater & Filius exiſtere, quin ſe ſe ament invicem; neque adeo quin producant Spiritum ſanctum, qui mutuo Patris & Filii amore producitur. (1) I

Ex his intellige ex ratione producentis & producti non innui majorem, minoremve antiquitatem; ſed fieri poſſe, quod & in rebus corporeis uſuvenit, ut effectus coævus ſit ſuo principio.

Nec propterea exiſtimes poſſe cætera quæ ad ſanctiſſimæ Trinitatis Myſterium pertinent, a natura petitis comparationibus plana fieri & demonſtrari. Id porro fateamur neceſſe eſt, myſterium hoc in mentis humanæ ſibi relictæ intelligentiam non cadere, nec poſſe ſine fidei lumine apprehendi. Credimus ergo, quia revelatum. Et revelatum fuiſſe certo ſcimus, quia id ſcriptura & traditione contineri declaravit Eccleſia.

CA-

unum eſt, ſolum eſt. Solus Pater, ſolus Unigenitus, ſolus & Spiritus ſanctus; neque enim qui Filius, & Pater; aut qui Pater, & Filius; aut qui Spiritus ſanctus, & Filius; alius Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus: legimus enim: *Rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis*. Solus Pater, quia unus Deus, ex quo omnia: ſolus Filius, quia unus Dominus, per quem omnia: ſolum Divinitas facit; generatio & Patrem teſtificatur & Filium; ut nuſquam Filius ſine Patre, aut Pater eſſe videatur ſine Filio....

Johan. XIV. 16.

S. AUG. *Serm. 117. de verb. Evang. Johan. t. c. 4. num. 6.* Verbum Dei inviolabiliter, incommutabiliter, ſine temporali nativitate, natum tamen intelligamus a Deo.... Auſi ſunt quidam dicere, major eſt Pater Filio, & præcedit eum tempore; id eſt, major eſt Filio Pater, & minor eſt Patre Filius, & a Patre in tempore præceditur. Et ſic diſputant: ſi natus eſt, utique erat Pater antequam Filius illi eſſet natus..... Hoc ergo illi dicunt, ſi filius Dei eſt, natus eſt. Hoc fatemur. Non enim eſſet filius, ſi natus non eſſet. Manifeſtum eſt, admittit fides, approbat Eccleſia catholica, verum eſt. Adjungunt deinde, ſi natus eſt Patri filius, erat Pater antequam ei filius naſceretur. Hoc reſpuit fides, reſpuunt aures catholicæ, anathematizatur, extra eſt qui hoc ſapit, non pertinet ad participationem ſocietatemque Sanctorum. Ergo ait, Rationem mihi redde, quomodo & filius potuit naſci Patri, & coævus eſſe ei a quo natus eſt?...

Cap. 7. n. 10.... Quia ergo in æternitate ſtabilitas eſt, in tempore autem varietas; in æternitate omnia ſtant, in tempore alia accedunt, alia ſuccedunt: potes invenire minorem filium in varietate temporis ſuccedentem patri, quia etiam patri ſuo ipſe ſucceſſit non æterno patri temporalis. Quid ergo poſſumus in creatura invenire coæternum, quando in creatura nihil invenimus æternum? inveni æternum patrem in creatura, & inveni coæternum filium. Si autem non invenis æternum, & vincunt te in tempore: ſufficit ut ad ſimilitudinem inveniamus coævum.

Cap. 8. num. 11. Legimus in Scripturis de ipſa Sapientia, candor eſt enim lucis æternæ. Item legimus, ſpeculum ſine macula Dei majeſtatis. Ipſa ſapientia dicta eſt candor lucis æternæ, dicta eſt imago Patris: hinc capiamus ſimilitudinem, ut inveniamus coæva, ex quibus intelligamus coæterna. O Ariane! ſi invenero genitorem non præcedere tempore illud quod genuit, ſi genitum non eſſe minorem tempore illo a quo generatus eſt, juſtum eſt, ut concedas mihi poſſe iſta coæterna inveniri in creatore, quando coæva in creatura inveniri potuerunt!... Attende enim qui lucernam accendit; non accenſa lucerna, nondum eſt ignis, nondum eſt & fulgor qui ab igne exit. Interrogo autem ego, & dico, fulgor ab igne exiſtit, an ignis a fulgore?.. Omnis mihi anima reſpondet, & nemo dubitat, quod ſplendor ille de igne exiſtit, non ignis de ſplendore. Ponamus ergo ignem Patrem illius ſplendoris: quia jam prælocuti ſumus coæva nos quærere, non coæterna. Si lucernam accendere cupio, nondum eſt ibi ignis, nondum & ille ſplendor: mox autem ut accendero, ſimul cum igne & ſplendor exiſtit. Da hic mihi ignem ſine ſplendore, & credo tibi Patrem fuiſſe ſine filio.

Sap. VII. 26.

Cap. 9. num. 12.... Ponamus.... aliquid natura ſuper aquam, velut virgultum aut herbam, nonne cum imagine ſua naſcitur? Mox ut incipit exiſtere, incipit cum illo exiſtere imago ejus, non præcedit naſcendo imaginem ſuam: non mihi oſtenditur natum eſſe aliquid ſuper aquam, & poſtea apparuiſſe imaginem ejus, cum illud ſine imagine prius appareret; ſed naſcitur cum imagine ſua: & tamen imago ab illo, non illud ab imagine.... Quod autem de alio eſt, utique natum eſt. Poteſt ergo ſemper eſſe generans, & ſemper cum illo quod de illo natum eſt..... Ergo Filius Dei ſecundum hoc dicitur, quod & Pater eſt, quod habet de quo ſit: non ſecundum hoc, quod prior eſſet Pater, & poſtea Filius. Semper Pater, ſemper Filius de Patre. Et quia quidquid de aliquo eſt, natum eſt; ſemper igitur Filius natus. Semper Pater, ſemper de illo imago; quomodo imago illa virgulti de virgulto nata eſt, etſi ſemper virgultum, ſemper nata eſſet & imago de virgulto?...

Cap. 10. num. 13.... Quid ergo dicemus, ſi dicat aliquis, talis eſt ergo Filius ad Patrem, qualis ad ignem ſplendor, & imago ad virgultum? Ecce intellexi æternum Patrem, intellexi æternum Filium: tamen ſicut effuſum ſplendorem minus igne lucentem, aut ſicut effuſam imaginem minus quam virgultum exiſtentem dicimus? Non: ſed æqualitas omnimoda eſt. Non credo, ait, quia non inveniſti ſimilitudinem. Sed crede Apoſtolo, quia potuit videre quod dixi. Ait enim, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis Deo....

Idem. *Serm. 118. n. 2.*.... *In principio erat Verbum.* Splendor Patris Filius eſt. De ſapientia Patris, quod eſt Filius, dictum eſt, candor eſt enim lucis æternæ. Quæris filium ſine patre? Da mihi lucem ſine candore. Si aliquando non erat Filius, Pater lux obſcura erat. Quomodo enim non obſcura lux erat, ſi candorem non habebat? Ergo ſemper Pater, ſemper Filius. Quæris a me utrum natus ſit Filius? Reſpondeo, Natus. Non enim eſſet filius, ſi non natus. Sed cum dico, ſemper filius, hoc dico, ſemper eſt natus. Et quis intelligit ſemper eſt natus? Da mihi ſempiternum ignem, & do tibi ſempiternum ſplendorem....

Philipp. II. 6.

Idem. *Contra Sermonem Arianorum, cap. 4. n. 4.* Solus Pater non legitur miſſus, quoniam ſolus non habet auctorem a quo genitus ſit, vel a quo procedat. Et ideo non propter naturæ diverſitatem, quæ in Trinitate nulla eſt, ſed propter ipſam auctoritatem ſolus Pater non dicitur miſſus. Non enim ſplendor aut fervor ignem: ſed ignis mittit, ſive ſplendorem, ſive fervorem.

Idem. *De Trinit. lib. 4. cap. 20. n. 29.*... Totius Divinitatis, vel ſi melius dicitur, Deitatis, principium Pater eſt.

S. EPIPHANIUS, *Adverſ. Sabellianos, Lib. II. Tom. I. Hæreſ. 62. num. 3. & 4.* Pater ipſe perpetuo Pater extitit, nec ullum unquam tempus fuit, quo Pater non eſſet: Semper enim perfectus ille Pater eſt, atque ſubſiſtens, ut & perfectus ſemper Filius, ſemperque ſubſiſtens. Vere a Patre genitus, abſque initio tamen ac tempore; eoque modo, quem nulla explicare poteſt oratio. Non is patris velut germanus frater eſt, nec eſſe cœpit unquam, aut aliquando deſiit, ſed legitimus perpetuo Filius eſt, exiſtens cum Patre, ab eoque ſine tempore genitus.... Si Deus Pater eſt, & Filius utique erit, & Spiritus ſanctus. Semper enim cum Patre, Filioque Spiritus eſt.... & cum Patre ac Filio ſubſiſtens ſemper Spiritus ſanctus.

(1) S. AUG. *De Trinit. Lib. 9. cap. 2. n. 2.* Nondum de ſupernis loquimur, nondum de Deo Patre & Filio, & Spi-

CAPUT SECUNDUM.

De Dei operibus.

§. 1. *De creatione Mundi.*

I. Quomodo Deus ſe ipſum extra ſe diffundit & manifeſtum facit?

R. Maxime operibus ſuis.

I. Quænam ſunt Dei opera?

R. Cælum & terra, & quidquid horum ambitu continetur. Hoc mundum dicimus.

I. Quis fecit cælum & terram? An Pater, an Filius, an Spiritus ſanctus?

R. Deus trinus & unus, Pater & Filius & Spiritus ſanctus. Quidquid enim Deus extra ſe
A operatur, id toti Trinitati tribuendum. (A)

I. Cur ergo in Symbolo fidei orbis creatio Patri ſoli tribuitur? *Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ.*

R. Quia creatio ad omnipotentiam pertinet. Patri tribui ſolet quidquid ab omnipotentia Dei manet.

Hoc ut plane intelligas, hæc adverte. Quidquid extra ſe Deus operatur, id omne opus eſſe totius Trinitatis. Sunt tamen quæ ſpecialius tribuantur Patri, ſunt quæ Filio, ſunt quæ Spiritui ſancto.

Patri tribuitur quidquid opus omnipotentiæ cenſetur. Quia nimirum Pater eſt principium cæterarum perſonarum, quibuscum ipſis & naturam ſuam & omnipotentiam & perfectiones omnes communicat.

Filii proprium eſſe dicitur quidquid ſapientiam ſonat; quia ipſe eſt Patris verbum & ſapientia.

Quidquid demum Dei benignitatem, caritatem, gratiam ſapit, id dicitur opus Spiritus ſancti; quia Spiritus ſanctus procedit ex amore mutuo Patris & Filii.

Verum iſthæc omnia, ut dixi, tota Trinitas operatur. Hinc collige mundum univerſum recte dici a Patre conditum, quamvis & Filii & Spiritus ſancti opus ſit.

I. Quomodo Deus condidit cælum & terram?

R. Creavit, id eſt, eduxit a nihilo. Antea non erat quidquam eorum omnium quæ cernimus: *Ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandavit, & creata ſunt.* Pſal.148.5.

I. Quis tandem iſtiusmodi verborum ſenſus, *ipſe dixit?* Quomodo poteſt Deus dicere aliquid, qui nec lingua nec membris conſtat?

R. Voces iſtiusmodi captui noſtro accommodatæ nihil aliud ſonant, quam ſignificationem divinæ voluntatis. Horum ſenſus eſt, facta omnia ad Dei nutum. De ratione omnipotentis eſt, ut quidquid voluerit, ſtatim fiat. (B) B

I. Cur Deus fecit cælum & terram?

R. *Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*, inquit Scriptura. Id eſt, Deus omnia condidit, ut manifeſtaret benignitatem, potentiam, Proverb. xvi.4.
juſtitiam, ſapientiam, cæterasque perfectiones ſuas omnes; atque ita omnia & ſingula ad gloriam ſuam dirigeret; & magnitudo nominis ſui ab omnibus cognoſceretur, coleretur, amaretur. (C) C

I. Ab orbe condito quot jam anni effluxere?

R. Si conſulas Hebraicum ſcripturæ textum, anni effluxere ſeptem decem ſupra quinquies mille ſeptingentos, plus minus. At ſi ſeptuaginta Interpretum translationi fides, anni longe plures elapſi ſunt. Quæſtionem hanc chronologicam planius enodare noſtri non eſt inſtituti. (D) D

I. Intra quale temporis ſpatium creavit Deus cæ-

& Spiritu ſancto; ſed de hac impari imagine, attamen imagine, id eſt homine: familiarius enim eam & facilius fortaſſis intuetur mentis noſtræ infirmitas. Ecce ego qui hoc quæro, cum aliquid amo, tria ſunt, ego, & quod amo, & ipſe amor. Non enim amo amorem, niſi amantem amem; nam non eſt amor ubi nihil amatur. Tria ergo ſunt, amans, & quod amatur, & amor.

Idem. *De Trinit. Lib. 9. cap. 4. n. 4.* Sicut autem duo quædam ſunt, mens & amor ejus, cum ſe amat: ita quædam duo ſunt, mens & notitia ejus, cum ſe novit. Igitur ipſa mens & amor, & notitia ejus, tria quædam ſunt, & hæc tria unum ſunt: & cum perfecta ſunt, æqualia ſunt.

Idem. *De Trinit. Lib. 10. cap. 61. num.* 18. Hæc igitur tria, memoria, intelligentia, voluntas, quoniam non ſunt tres vitæ, ſed una vita; nec tres mentes, ſed una mens: conſequenter utique nec tres ſubſtantiæ ſunt, ſed una ſubſtantia. Memoria quippe, quæ vita & mens & ſubſtantia dicitur, ad ſeipſam dicitur: quod vero memoria dicitur, ad aliquid relative dicitur. Hoc de intelligentia quoque & de voluntate dixerim: & intelligentia quippe & voluntas ad aliquid dicuntur. Vita eſt autem unaquæque ad ſe ipſam, & mens, & eſſentia. Quocirca tria hæc eo ſunt unum, quo una vita, una mens, una eſſentia: & quidquid aliud ad ſe ipſa ſingula dicuntur, etiam ſimul, non pluraliter, ſed ſingulariter dicuntur. Eo vero tria, quo ad ſe invicem referuntur: quæ ſi æqualia non eſſent, non ſolum ſingula ſingulis, ſed etiam omnibus ſingula; non utique ſe invicem caperent. Neque enim tantum a ſingulis ſingula, verum etiam a ſingulis omnia capiuntur.

(A) Psal. xxxii. 6. Verbo Domini cœli firmati ſunt; & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum.

Joan. v. 19. Amen, amen dico vobis: non poteſt Filius a ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem: quæcumque enim ille fecerit, hoc & Filius ſimiliter facit. 20. Pater enim diligit Filium, & omnia demonſtrat ei, quæ ipſe facit: & majora his demonſtrabit ei opera, ut vos miremini.

S. Augustinus. *Serm. 71. alias 11. de verbis Domini, cap. 16. n.* 27. Singulorum quoque in Trinitate opera Trinitas operatur, unicuique operanti cooperantibus duobus, convenientè in tribus agendi concordia, non in uno deficiente efficacia peragendi.

Idem. *Epiſt. 164. alias 99. ad Evodium, cap. 6. n. 17.* Quid facit Filius, ſine Spiritu ſancto, vel ſine Patre, cum inſeparabilia ſint omnia opera Trinitatis?

Idem. *Confeſ. Lib. 12. c. 7. n. 7.* Tu Domine qui non es alias aliud, & alias aliter, ſed idipſum & idipſum & idipſum, ſanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus omnipotens in principio quod eſt de te, in ſapientia tua quæ nata eſt de ſubſtantia tua, feciſti aliquid & de nihilo. Feciſti enim cælum & terram, non de te; nam eſſet æquale unigenito tuo, ac per hoc & tibi: & nullo modo juſtum eſſet, ut æquale tibi eſſet, quod de te non eſſet.

(B) Psal. cxiii. *Heb.* 3. Deus autem noſter in cœlo: omnia quæcumque voluit, fecit.

cxxxiv. 6. Omnia quæcumque voluit, Dominus fecit in cælo, in terra, in mari, & in omnibus abyſſis.

(C) Rom. 20. Inviſibilia enim ipſius, a creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur: ſempiterna quoque ejus virtus, & divinitas.

(D) *Hic textui Hebræo adhærentes, & chronologiæ difficultates devitamus. Si qui vero annos mundi inquirere voluerint, Chronologos conſulant*, Petavium *ſcilicet*, Torniellum, Salianum, Uſſerium, Baronium, Lancelotti chronologiam, *quæ cum ipſa* Scriptura *a* Vitrè *impreſſa eſt*, Pearonium in Antiquitate temporum reſtituta, Martianæi Libros *contra* antiquitatem temporum reſtitutam, *&c.*

Gen.

Digitized by Google

PARS I. SECT. I. CAP. II. §. 1.

cælum & terram, & quidquid horum ambitu continetur?

R. Legimus in ſcriptura intra dies ſex mundum fuiſſe conditum, & die ſeptimo Deum requieviſſe ab operibus ſuis; id eſt, non condidiſſe amplius quidquam novi. (E)

E

Gen. 1. 1. 2. 3. 4.

Prima die, *creavit Deus cælum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi; & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Dixitque Deus: fiat lux. Et facta eſt lux. Et diviſit lucem a tenebris.* (F)

F

Ibid. 7.

Altera die, *fecit Deus firmamentum, diviſitque aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum.* (G)

G

Ibid. 10.

Tertia die, congregavit aquas quæ erant ſub firmamento in locum unum, & apparuit arida: *& vocavit aridam terram, congregationeſque aquarum appellavit maria.* Deinde, jubente Deo, protulit terra omne arborum, plantarum, ſeminum & herbarum genus. (H)

H

Quarta die, fecit Deus ſolem, lunam & ſtellas ſeu errantes, ſeu quas affixas vocant. (I)

I

Quinta die fecit Deus cuncta volatilia & piſces. (K)

K

Sexta die creavit omne animantum & reptilium genus: ac demum fecit hominem maſculum & fæminam qui præeſſent animantibus, & volucribus, & piſcibus, & reptilibus. (L)

L

§. 2. *De Angelis & Cacodæmonibus.*

I. Num & Angelos creavit Deus?

R. Creavit certe. Horum ſæpius meminit Scriptura; nec eſt fere ullus Scripturæ liber, in quo de ipſis mentio non fiat. (A) At de iis tacet Moyſes in primo capite libri Geneſeos ubi creationis hiſtoriam refert; cujus ſilentii alii alias rationes afferre ſolent. (B)

A

B

I. Qua die conditi ſunt Angeli?

R. Ea de re nec ex ſacris codicibus, nec ex ſanctorum Patrum placitis quidquam certi ſtatui poteſt. Id unum nobis conſtat juxta Concilii Lateranenſis definitionem, *Deum ſimul ab initio temporis utramque de nihilo condidiſſe creaturam, ſpiritualem & corporalem, Angelicam videlicet & mundanam, ac deinde humanam, quaſi communem ex ſpiritu & corpore conſtitutam.*

Cap. firmiter Extr. de Summa Trinit. Ex Conc. œcumenico Lateran. 4. an. 1215.

Quibus verbis videtur innui Angelos non ante homines ſolum, ſed & ante cæteras res omnes corporeas fuiſſe conditos: quod & exiſtimavit

(E) GEN. II. 2. Complevit Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat; & requievit die ſeptimo ab univerſo opere quod patrarat.

(F) GEN. 1. 1. In principio creavit Deus cælum & terram. 2. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas: 3. Dixitque Deus: Fiat lux, & facta eſt lux. 4. Et vidit Deus lucem quod eſſet bona: & diviſit lucem a tenebris. 5. Appellavitque lucem diem, & tenebras noctem: factumque eſt veſpere & mane, dies unus.

(G) GEN. 1. 6. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis. 7. Et fecit Deus firmamentum, diviſitque aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum: & factum eſt ita. 8. Vocavitque Deus firmamentum, cælum: & factum eſt veſpere & mane, dies ſecundus.

(H) GEN. 1. 9. Dixit vero Deus: Congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt, in locum unum: & appareat arida. Et factum eſt ita. 10. Et vocavit Deus aridam, terram, congregationeſque aquarum appellavit maria. Et vidit Deus quod eſſet bonum. 11. Et ait: Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus ſuum, cujus ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. 12. Et protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen juxta genus ſuum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quod eſſet bonum. 13. Et factum eſt veſpere & mane, dies tertius.

(I) GEN. 1. 14. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, & dividant diem ac noctem, & ſint in ſigna & tempora, & dies & annos: 15. Ut luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Et factum eſt ita. 16. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare majus ut præeſſet diei: & luminare minus, ut præeſſet nocti: & ſtellas. 17. Et poſuit eas in firmamento cæli, ut lucerent ſuper terram. 18. Et præeſſent diei ac nocti, & dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod eſſet bonum. 19. Et factum eſt veſpere & mane, dies quartus.

(K) GEN. 1. 20. Dixit autem Deus: Producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cæli. 21. Creavitque Deus cete grandia, & omnem animam viventem atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundum genus ſuum. Et vidit Deus quod eſſet bonum. 22. Benedixitque eis, dicens: Creſcite & multiplicamini & replete aquas maris: aveſque multiplicentur ſuper terram. 23. Et factum eſt veſpere & mane, dies quintus.

(L) GEN. 1. 24. Dixit quoque Deus: Producat terra animam viventem in genere ſuo, jumenta, & reptilia, & beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas. Factumque eſt ita. 25. Et fecit Deus beſtias terræ juxta ſpecies ſuas, & jumenta, & omne reptile terræ in genere ſuo. Et vidit Deus quod eſſet bonum. 26. Et ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtiis, univerſæque terræ, omnique reptili quod movetur in terra. 27. Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam; ad imaginem Dei creavit illum, maſculum & feminam creavit eos. 28. Benedixitque illis Deus, & ait: Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubjicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & univerſis animantibus, quæ moventur ſuper terram ... 30. ... Et factum eſt ita. 31. Viditque Deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum eſt veſpere & mane, dies ſextus.

Legendi ſunt DD. Baſilii, & Ambroſii *libri* in Hexamerun, *ſeu* de opere ſex dierum.

(A) PSAL. CXLVIII. 2. Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus; ... 5. Quia ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandavit, & creata ſunt.

DAN. III. 57. Benedicite omnia opera Domini Domino. 58. Benedicite Angeli Domini Domino.

COLOS. 1. 16. Quoniam in ipſo condita ſunt univerſa in cælis & in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive Throni, ſive Dominationes, ſive Principatus, ſive Poteſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt.

(B) S. EPIPHAN. *contra Paulum Samoſatenum lib.* 2. *tom.* 2. *hæreſ.* 65. *n.* 4. & 5. Niſi enim cum cælo terraque creati forent Angeli, non dixiſſet Job: *Cum facta ſunt ſidera, laudaverunt me omnes Angeli voce ſua* ..... Nuſquam aperte Scriptura tempus expreſſit, quo Angeli procreati ſunt: ac tu quidem priores illos ſideribus extitiſſe non male demonſtraſti. Alioqui enim quomodo Deum ob fabricata ſidera prædicarent? .... Atqui illud evidenter divinus ſermo declarat, neque poſt ſidera productos Angelos, neque ante cælum terramque conſtitutos. Eſt enim certa illa & immutabilis ſententia, ante cælum ac terram nihil omnino conditarum rerum extitiſſe: *Quoniam in principio creavit Deus cælum & terram*, ut illud ſit creandi principium, ante quod creatis ex rebus omnino nulla fuerit.

Job. XXXVIII. 7.

Gen. 1. 1.

DECRET. GREGOR. IX. *Tit.* 1. *de Summa Trinitate*, *cap.* 1. *in Concil. Lateran.* IV. *anni* 1215. *ſub. Innocent. III.* Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quod unus ſolus eſt verus Deus, ... qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem & corporalem, Angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam quaſi communem ex ſpiritu & corpore conſtitutam.

ESTIUS *lib.* 2. *Sent. Diſt.* 1. §. 3. De tempore creationis Angelorum imprimis certa fide tenendum eſt, eos aliquando creatos eſſe, ſuæque durationis aliquod habuiſſe initium. *Coloſ.* 1. 16.

S. JOHAN. DAMASC. *lib.* 2. *de Fide orthod. c.* 3. .. Par fuit intellectualem ſubſtantiam primam omnium creari, poſtea ſenſibilem, ac demum hominem ex utraque compoſitum .... Joan. Caſſianus collat. 8. *c.* 7. affirmat, neminem fidelium dubitare quin ante conditionem viſibilis creaturæ, ſpirituales cæleſteſque virtutes Deus fecerit.

S. AM-

C vit ſanctus Auguſtinus. (C) Verum id expreſſe non definivit Eccleſia;

I. Quid ſunt Angeli?

R. Angeli ſunt creaturæ ſpirituales & intellectuales, non ideo conditæ ut cum corporibus copulentur.

I. Cur Angelos vocas creaturas ſpirituales?

R. Quia nec corpore, nec figura, nec colore conſtant, nec ſenſibus externis in propria natura percipi poſſunt. (D) D

I. Cur Angelos vocas creaturas intellectuales?

R. Quia Angeli vim habent cognoſcendi & intelligendi; & quidem longe perfectiorem quam homines. Siquidem homines corpore ſimul & ſpiritu conſtant, Angeli ſolo ſpiritu. Atqui ut Scripturæ verbis utar, *Corpus quod corrumpitur aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem:* id eſt, reddit ad intelligendum tardiorem. Sapientiæ ix. 15.

I. Cur ais, Angelos non ideo conditos, ut cum corporibus copulentur?

R. Quia Angeli ad hoc ſolum conditi ſunt, ut natura ſua intelligant, ſine ullius ſubſtantiæ corporeæ admixtione. Atque hinc patet, quid interſit inter Angelum & animam rationalem. Hæc & ſpiritus eſt & intelligit: at ex natura ſua tendit ad nexum cum corpore humano, Ab ipſo quidem ſeparatur ad tempus; atque hæc ſejunctio mors hominis dicitur; ſed ſeparatur, iterum cum ſuo corpore copulanda per reſurrectionem.

De Angelis idem dici nequit. Poſſunt quidem Angeli movere corpora; poſſunt videri ſub ſpecie humana, & organis humanis uti, ut pluribus exemplis e Scriptura petitis conſtat. (E) E At non ideo conditi ſunt ut cum corporibus copulentur, neque ullus nexus naturalis interceſſit unquam inter eos & corpora ab iis ad tempus quandoque aſſumpta.

I. De Angelorum numero quid certi novimus?

R. Ex Scripturis patet numerum eorum eſſe maximum. Millia millium miniſtrare Domino dicuntur, & decies millies centena millia aſſiſtere ei. (F) Atqui præciſe numero conditi ſint non revelavit Deus: quis itaque definierit? Dan. vii. 10. F

I. Sunt ne omnes Angeli ejusdem ordinis & dignitatis?

R. Hac de re hoc unum certo novimus, inter Angelos eſſe qui in Scripturis dicuntur Seraphim, eſſe qui Cherubim, Throni, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes cælorum, Archangeli, denique qui ſimpliciter Angeli dicuntur. (G) G

Hi novem ordines a ſanctis Patribus in tres Hie-

(C) S. Ambros. *in Hexam. lib. 1. c. 5. n. 19.* Angeli, Dominationes & Poteſtates, etſi aliquando cæperunt, erant tamen jam quando hic mundus eſt factus.

In Pſal. 1. Enarrat. Præf. n. 2. Ante ipſum initium mundi Cherubim & Seraphim cum ſuavitate canoræ vocis ſuæ dicunt: Sanctus, Sanctus, Sanctus.

S. August. *lib. 12. Conf. c. 22.* Duo reperio quæ feciſti carentia temporibus, cum tibi neutrum coæternum ſit. Unum quod ita formatum eſt, ut ſine ullo defectu contemplationis, ſine ullo intervallo mutationis, quamvis mutabile, tamen non mutatum, ſua æternitate atque incommutabilitate perfruatur.

De Civit. Dei lib. 11. cap. 9. Quis porro audebit opinari, poſt omnia iſta quæ ſex diebus enumerata ſunt, Angelos factos? Sed & ſi quiſquam ita deſipit, redarguit iſtam vanitatem illa Scriptura paris auctoritatis, ubi Deus dicit, *Quando facta ſunt ſidera, laudaverunt me voce magna omnes Angeli mei.* Jam ergo erant Angeli quando facta ſunt ſidera. Facta ſunt autem quarto die. Nunquidnam ergo die tertio factos eſſe dicemus? Abſit ... Nunquidnam ſecundo? Ne hoc quidem ... Nimirum ergo ſi ad iſtorum dierum opera Dei pertinent Angeli, ipſi ſunt lux illa quæ diei nomen accepit. Job. xxxviii. 7.

Gennadius *lib. de Eccleſ. Dogmat. c. 10.* Cum adhuc tenebræ aquam occultarent, & aquam terra abſconderet, facti ſunt Angeli & omnes cæleſtes virtutes, ut non eſſet otioſa Dei bonitas; ſed haberet, in quibus per multa ante ſpatia bonitatem ſuam oſtenderet.

S. Isidorus Hispalensis *Sentent. lib. 1. c. 12. n. 3.* Ante omnem creaturam Angeli facti ſunt, dum dictum eſt, Fiat lux. De ipſis enim dicit Scriptura: *Prior omnium creata eſt ſapientia.* Lux enim dicuntur, participando luci æternæ. Sapientia vero dicuntur, ingenitæ inhærendo ſapientiæ. Et dum ſunt mutabiles natura, non tamen ſinit eos contemplatio mutari divina. Eccleſ. 1. 4.

N. 4. Ante omnem creaturam mundi, creati ſunt Angeli.

(D) Psal. ciii. 4. Qui facis Angelos tuos, ſpiritus; & miniſtros tuos, ignem urentem.

Hebr. 1. 7. Ad Angelos quidem dicit: qui facis Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis.

S. Isid. Hispal. *Sent. lib. 1. c. 12. n. 1.* Angelorum nomen officii eſt, non naturæ; nam ſecundum naturam ſpiritus nuncupantur. Quando enim de cælis ad annunciandum hominibus mittuntur, ex ipſa annunciatione Angeli nominantur. Natura enim ſpiritus ſunt. Tunc autem Angeli vocantur, quando mittuntur.

(E) Gen. xviii. 2. Apparuerunt ei (Abrahæ) tres viri ſtantes prope eum: quos cum vidiſſet cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & adoravit in terra.

Tobiæ v. 5. Tobias invenit juvenem ſplendidum, ſtantem præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum. 6. Ignorans quod Angelus Dei eſſet, ſalutavit eum, & dixit: Unde te habemus, bone juvenis?

Daniel ix. 21. Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel quem videram in viſione a principio, cito volans tetigit me in tempore ſacrificii veſpertini. 22. Et docuit me, & locutus eſt mihi, dixitque: Daniel nunc egreſſus ſum, ut docerem te, & intelligeres. 23. Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo: ego autem veni ut indicarem tibi, quia vir deſideriorum es.

Luc. 1. 11. Apparuit autem illi (Zachariæ) Angelus Domini, ſtans a dextris altaris incenſi. 12. Et Zacharias turbatus eſt videns, & timor irruit ſuper eum. 13. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua ... 18. Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc ſciam? ... 19. Et reſpondens Angelus, dixit ei: Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum: & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare.

Idem 1. 26. In menſe ſexto, miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth. 27. Ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph, de domo David, & nomen virginis, Maria. 28. Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus ... 30. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inveniſti enim gratiam apud Deum; ecce concipies in utero, & paries filium... 34. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? 35. Et reſpondens Angelus, dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei.

(F) Dan. vii. 10. Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei.

Apocal. v. 11. Et vidi, & audivi vocem Angelorum multorum in circuitu throni ... & erat numerus eorum millia millium.

(G) Isai. vi. 1. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum: & ea quæ ſub ipſo erant replebant templum. 2. Seraphim ſtabant ſuper illud .... 3. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria ejus.

Genes. iii. 24. Et collocavit (Deus) ante Paradiſum voluptatis Cherubim... ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.

Hebr. ix. 5. Superque eam (*arcam*) erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium.

Coloss. 1. 16. *Vide ſupra hocce §. litt.* (A)

Ephes. 1. 20. Conſtituens (*Deus Chriſtum*) ad dexteram ſuam in cæleſtibus, 21. Supra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem.

Thessal. iv. 15. Quoniam ipſe Dominus in juſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cælo.

Jud.

Digitized by Google

Hierarchias diſtributi ſunt. Quælibet hierarchia in Choros tres diviſa eſt. Prima Hierarchia Cherubim, Seraphim, & Thronos complecti dicitur. Altera Dominationes, Principatus & Poteſtates. Ultima Virtutes cælorum, Archangelos & Angelos.

Angelorum diſtributio hæc in Hierarchias & Choros legitur apud ſanctum Gregorium Magnum & apud ſcriptorem libri de cæleſti Hierarchia, (H) de quo dudum quæſtio fuit, an ſit genuinus ſancti Dionyſii Areopagitæ fœtus; jam fere conſtat apud eruditos, non eſſe. H

I. Cur Deus Angelos creavit?

R. Ut eos æterna felicitate donaret: atque adeo quidquid erat neceſſarium ad illam conſequendam, ipſis ultro & liberaliter conceſſit.

I. In quo poſita eſt æterna felicitas?

R. Jam diximus, in eo poſitam eſſe ut Deus qualis in ſe eſt æternus & perfecte cognoſcatur & ametur & poſſideatur. (I) *In cap. Prævio totius hujus operis.* I

I. Quid Deus Angelis ultro conceſſit ut poſſent vitam æternam adipiſci?

R. Donavit eos Deus intelligendi vi eximia, ut quid facto opus eſſet plane agnoſcerent; voluntate recte diſpoſita, ut ad omne bonum ultro ferrentur; omnibus denique auxiliis, quibus ſi vellent bene uti, poſſent facile perſeverare & æternam conſequi beatitudinem. (K) K

I. Omnes ne Angeli beatitudinem æternam adepti ſunt?

R. Ex iis ſunt qui ſteterunt in via juſtitiæ, & æterna demum felicitate donati ſunt: hos ſanctos Angelos, ſeu ſimplici appellatione Angelos dicimus. (L) Sunt qui ſua culpa exciderunt; L

hos

Jud. verſ. 9. Cum Michael Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, &c.

Luc. I. 11. &c. *Vide ſupra hocce §. litt.* (E)

(H) Pseudo-Dionysius, *ſeu autor libri de cæleſti Hierarchia ſub* S. Dionyſii Areopagitæ *nomine vulgati*, *cap.* VI. Omnis quæ de Deo diviniſque rebus diſſerit ratio & ſcientia, omnes cæleſtes naturas novem nominibus vim explicandi habentibus appellavit. Has divinus noſter ſacrorum initiator, in tres terniones diſtribuit atque diſtinxit: ac primum quidem vult eſſe eorum, qui ſemper Deum circumſtant, & de quibus traditum eſt, cum eo toto animo, & præ cæteris, nulla re interjecta conjungi. Nam & ſanctiſſimos Thronos, & quæ multos oculos, & quæ multas alas habent, Cherubim & Seraphim, Hebræorum ſermone vocata, quam proxime Deum circumſtare, ſcriptis divinis proditum eſſe dicit. Hanc igitur, quæ ex tribus conſtat, diſtinctionem, ut unam & ejuſdem generis, ac vere primam hierarchiam clariſſimus præceptor noſter tradidit, qua non eſt altera Deo ſimilior, & quæ in primis divinitatis in accendo illuſtrationibus, ſine intervallo majore ſtudio occupatur. Alteram eſſe dicit eam, quam Poteſtates, Dominationes, Virtuteſque explicant. Tertiam in extremis cæleſtibus Hierarchiis, Angelorum, Archangelorum, Principatuumque deſcriptionem. *Ezech. I, Iſa. VI.*

S. Gregor. Magn. *Homil.* 34. *in Evang.* Angelorum ſubſtantiam creavit Deus... Novem Angelorum ordines dicimus. Quia videlicet eſſe, teſtante ſacro eloquio, ſcimus Angelos, Archangelos, Virtutes, Poteſtates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubim atque Seraphim. Eſſe namque Angelos & Archangelos pene omnes ſacri eloquii paginæ teſtantur. Cherubim quoque atque Seraphim ſæpe, ut notum eſt, libri Prophetarum loquuntur. Quatuor quoque ordinum nomina Paulus Apoſtolus ad Epheſios enumerat, dicens: *Supra omnem Principatum & Poteſtatem, & Virtutem, & Dominationem*, qui rurſus ait: *Sive Throni, ſive Poteſtates, ſive Principatus, ſive Dominationes*.... Sciendum quoque quod Angelorum vocabulum nomen eſt officii, non naturæ... Hi autem qui minima nuntiant Angeli; qui vero ſumma annuntiant Archangeli vocantur. *Epheſ. I. 21. Coloſſ. I, 16.*

S. Bernard. *L.* 5. *de Conſiderat. c.* 4. *n.* 7. Ad quid cæleſtium nomina innotuerunt, ſi ne opinari quidem ſalva fide aliquid licet de rebus, quarum nomina ſunt? Angeli, Archangeli, Virtutes, Poteſtates, Principatus, Dominationes, Throni, Cherubim, & Seraphim, hæc nomina. Quæ ſignificata eorum? Nulla ne inter illos ſpiritus qui ſimpliciter Angeli, & eos qui Archangeli nuncupantur, diſtantia? a

N. 8. Quid ergo ſibi vult gradualis diſtinctio hæc? Putemus Angelos dici... qui ſinguli ſingulis hominibus dati creduntur: *Miſſi in Miniſterium*, ſecundum Pauli doctrinam, *propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis*. De quibus Salvator: *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris*. Putemus his præeſſe Archangelos, qui conſcii myſteriorum divinorum, nonniſi ob præcipuas & maximas cauſas mittuntur. E quibus magnus ille Archangelus Gabriel miſſus legitur ad Mariam, ob cauſam utique, qua major eſſe non potuit. Putemus ſuper iſtos virtutes eſſe, quorum nutu vel opere ſigna & prodigia in elementis ſive ex elementis facta apparent ad commonitionem mortalium. Inde eſt fortaſſis, quod cum in Evangeliis legas: *Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis*, paulo poſt habes: *Nam virtutes cælorum movebuntur*; hi nimirum ſpiritus, per quos ſigna fiunt. Putemus Poteſtates ſuperiores iſtis, quarum virtute poteſtas tenebrarum comprimitur, & coercetur malignitas aeris hujus, ne quantum vult noceat; ne malignari, niſi ex profit, poſſit. Putemus Principatus his quoque prælatos, quorum moderamine & ſapientia omnis in terris principatus conſtituitur, regitur, limitatur, transfertur, mutilatur, mutatur. Putemus Dominationes adeo cunctis ſupereminere præfatis ordinibus, ut reſpectu horum cæteri videantur omnes adminiſtratorii ſpiritus, & ad iſtos tanquam ad Dominos referri regimina Principatuum, tutamina Poteſtatum, operationes Virtutum, revelationes Archangelorum, curam & providentiam Angelorum. Putemus Thronos alto etiam ab his avolaſſe receſſu, qui ex eo quod ſedent Throni dicuntur; & ex eo ſedent, quod ſedet in eis Deus. Neque enim ſedere in eis, qui non ſederent, poſſet. Quæris quid illam ſentiam ſeſſionem? Summam tranquillitatem, placidiſſimam ſerenitatem, pacem quæ exſuperat omnem intellectum. Talis eſt qui ſedet in Thronis Dominus Sabaoth, judicans omnia cum tranquillitate; placidiſſimus, ſereniſſimus, pacatiſſimus. Et talis ubi conſtituit Thronos, ſimillimos ſibi. Putemus Cherubin ex ipſo ſapientiæ fonte ore Altiſſimi haurientes, & refundentes fluenta ſcientiæ univerſis civibus ſuis. Et vide ne is ſit, quem Propheta loquebatur, fluminis impetus lætificans civitatem Dei. Putemus Seraphim, ſpiritus totos divino igne ſuccenſos, ſuccendere univerſa, ut ſinguli cives ſinguli ſint lucernæ ardentes & lucentes; ardentes caritate, lucentes cognitione. *Lege etiam ejuſdem capitis n.* 10. *& cap.* V. *n.* 1. *Matth. XVIII. 10. Luc. I. 26. Luc. XXI. 25. Ibid. 26. Pſ. XLV. 5.*

Serm. XXVII. *in Cant. n.* 5. Diviſiones autem ſunt... beatitudinum. Nam alios quidem poſuit Angelos, alios autem Archangelos, alios vero Virtutes, alios Dominationes, alios Principatus, alios Poteſtates, alios Thronos, alios Cherubim, atque alios Seraphim.

S. Isid. Hispal. *Sentent. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 14. Inter Angelos diſtantia poteſtatum eſt, & pro graduum dignitate miniſteria eiſdem ſunt diſtributa: aliique aliis præferuntur tam culmine poteſtatis, quam ſcientia virtutis. Subminiſtrant igitur alii aliorum præceptis, atque obediunt juſſis. Unde & ad Prophetam Zachariam Angelus Angelum mittit, & quæcumque annunciare debeat præcipit.

N. 15... Novem eſſe diſtinctiones, vel ordines Angelorum, ſacræ Scripturæ teſtantur, id eſt, Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Virtutes, Principatus, Poteſtates, Cherubim, & Seraphim.

(I) Johan. XVII. 3. Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum.

(K) S. Aug. *lib.* 12. *de Civit. c.* 9. *n.* 2. Sine bona voluntate, hoc eſt, Dei amore, numquam ſanctos Angelos fuiſſe, credendum eſt.

Lib. de Corrept. & Gratia, c. 11. *n.* 32. Angeli ſancti, cadentibus aliis, per liberum arbitrium ſteterunt ipſi, & hujus permanſionis debitam mercedem recipere meruerunt, tantam ſcilicet beatitudinis plenitudinem, qua eis certiſſimum ſit ſemper ſe in illa eſſe manſuros.

(L) Dan. XII. 1. In tempore autem illo conſurget Michael Princeps magnus, qui ſtat pro filiis populi tui.

Apoc. XII. 7. Factum eſt prælium magnum in cælo: Michael & Angeli ejus præliabantur cum dracone.

S. Hieron. *in cap.* 14. *Iſaiæ p.* 155. Nec paſtores ibi requieſcant, Angeli videlicet qui humano præſunt generi, & quotidie vident faciem patris.

In

M (M) hos diabolos & caco-dæmones, & malignos ſpiritus; & poteſtates tenebrarum, & aliis id genus nominibus appellamus; neque enim iſti jam Angeli nuncupantur, niſi adjuncta ſignificatione ma-
N litiæ ſeu miſeriæ. (N)

I. Qua ratione ſancti Angeli vitam æternam adepti ſunt?

R. Hi, cæteris peccantibus, ſtantes in via juſtitiæ coram Deo, ut decebat, proni, demiſſi, humiles, ſubjecti, acceperunt tandem in ſuæ fidelitatis, & virtutis præmium gratiam, qua confirmati in bono pervenere demum ad vitam æter-
O nam. (O)

I. Ubinam ſunt ſancti Dei Angeli; & quid agunt? PARS I.

R. 1. Jam Deo fruuntur: circum ejus thronum SECT. I.
in cælis ſtant, hunc contemplantur, adorant, CAP. II.
amant, laudant, huic benedicunt, intimo nexu §. 2.
adhærent, & conjuncti ſunt, nec ab eo diſcedent unquam. (P)

2. His utitur Deus miniſtris ad omne officii ge- P
nus paratiſſimis, maxime quod ſpectat ad homi-
nes. (Q) Q

I. Quænam ſunt præcipua Angelorum circa homines miniſteria?

R. 1. Orationes hominum, ut ait ſæpius Scri-
ptura, perferunt ad Deum. (R) R

2. Dei

In cap. Iſaiæ 55. *p.* 405. Aliud Angelorum, aliud hominum habitaculum eſt.

Pag. 406. Montes enim & colles, quos Angelos intelligere poſſumus ... gaudebunt ſuper pœnitentibus.

In cap. Iſaiæ 66. *p.* 510. Quod autem unusquisque no-
Matt. 18. 10. ſtrum habeat Angelos multæ ſcripturæ docent, e quibus
Act. 12. 15. illud eſt: *Nolite contemnere unum de minimis iſtis, quia Angeli eorum vident quotidie faciem Patris, qui eſt in cælis.* Et puella Rhode Petrum Apoſtolum nunciante, alii Angelum ipſius eſſe credebant.

In cap. Jerem. xxx. 14. *p.* 673. Omnes amatores tui, obliti ſunt tui: vel Sacerdotes, vel Principes, aut certe Angelorum præſidia, quibus priusquam offenderes Dominum vallabaris.

In cap. 7. *Daniel. p.* 1102. Duplex autem Angelorum officium eſt, aliorum qui juſtis præmia tribuunt; aliorum qui ſingulis præſunt cruciatibus.

In cap. 6. *Michææ, non longe ab init.* Angelis rerum hu-
Deut. 32. 8. manarum commiſſa eſt procuratio, Deuteronomii canti-
Hebr. 1. 14. co in idipſum congruente: Cum divideret excelſus gentes, quum diſſeminaret filios Adam, conſtituit terminos terræ, ſecundum numerum Angelorum Dei. Hi ſunt ad-
Cap. 1. miniſtratorii ſpiritus, miſſi in miniſterium propter eos qui hæreditatem ſalutis poſſeſſuri ſunt ... In (Apocalypſi) laudantur, accuſanturque Angeli Eccleſiarum pro virtutibus, vitiiſque eorum, quibus præeſſe dicuntur.

THEODORET. *qu.* 3. *in Geneſim*. Expertem corporum fatemur Angelorum eſſe ſubſtantiam, circumſcriptam ta-
Dan. v. 1110. men illorum ſubſtantiam dicimus. Quomodo enim millia millium, & decies centena millia, juxta divinum Danielem intelligere quiſquam poſſit, niſi unumquemque in propria circumſcriptione concipiat?
Luc. 15. 7. *In Epiſt. ad Hebr. cap.* 2. *v.* 9. Angeli quoque perpetua lætitia efficiuntur, hominum ſalutem aſpicientes. Si enim gaudent propter unum peccatorem pœnitentiam agentem, multo magis tot millia ſalutem conſecuta cernentes implebuntur lætitia.

(M) JUD. 6. Angelos vero, qui non ſervaverunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in judicium magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſervavit.

S. AUG. *De Corrept. & Grat. cap.* 10. *n.* 27. Angeli quidam, quorum princeps eſt qui dicitur diabolus, per liberum arbitrium a Domino Deo refugæ facti ſunt. Refugientes tamen ejus bonitatem, qua beati fuerunt, non potuerunt ejus effugere judicium, per quod miſerrimi effecti ſunt.

THEODORET. *Serm.* 4. *de materia & mundo*, *tom.* 4. *in fine*, *p.* 537. Quoniam intellectilium quidam in malitiam ſuam ſponte declinarunt, jure optimo e cæleſti regione depulſi ſunt, aeremque ac terram, ubi commorentur ſortiti, non ut omnia perficiant, quæ contra homines doloſe aggrediuntur (hoc enim illi ne faciant, prohibet ſanctorum Angelorum cuſtodia) ſed ut ex locorum mutatione condiſcant, quantorum malorum auctor ſit nequitia.

DECRETAL. GREG. IX. *lib.* 1. *de Summa Trinit. & Fide Cathol. tit.* 1. *c.* 1. firmiter *in Concil. Later.* IV. *anni* 1215. Diabolus enim & alii dæmones a Deo quidem natura creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunt mali.

(N) PSAL. LXXVII. 49. Miſit in eos iram indignationis ſuæ ... immiſſiones per angelos malos.

EPHES. VI. 12. Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem; ſed adverſus principes & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ, in cæleſtibus.

Multi nec infimi nominis Theologi ad id confirmandum adducunt, quæ de Rege Babylonis leguntur apud ISAIAM XIV. 12. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes. 13. Qui dicebas in corde tuo: In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis. 14. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo. 15. Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci. *At qui hæc de diabolo interpretantur, videant quæ ſequuntur* 19. Tu autem projectus es de ſepulchro tuo &c. *quæ de eodem Lucifero dicuntur, & diabolo neutiquam convenire poſſunt.*

APOC. XII. 7. ... Draco pugnabat, & Angeli ejus: 8. Et non prævaluerunt, neque locus inventus eſt eorum amplius in cælo. 9. Et projectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus & Sathanas, qui ſeducit univerſum orbem: & projectus eſt in terram, & Angeli ejus cum illo miſſi ſunt.

(O) S. AUG. *Enchirid. cap.* 28. *n.* 9. Angelis igitur aliquibus impia ſuperbia deſerentibus Deum, & in hujus aeris imam caliginem de ſuperna cæleſti habitatione dejectis, reſiduus numerus angelorum in æterna cum Deo beatitudine & ſanctitate permanſit. Neque enim ex uno angelo lapſo atque damnato cæteri propagati ſunt, ut eos ſicut homines, originale malum obnoxiæ ſucceſſionis vinculis obligaret, atque univerſos traheret ad debitas pœnas: ſed eo, qui diabolus factus eſt, cum ſociis impietatis elato, & in ipſa cum eis elatione proſtrato, cæteri pia obedientia Domino cohæſerunt, accipientes etiam quod illi non habuerunt certam ſcientiam, qua eſſent de ſua ſempiterna, & numquam caſura ſtabilitate ſecuri.

De Civit. Dei, *lib.* 12. *cap.* 9. *n.* 11. Iſtis mala voluntate cadentibus, illi amplius adjuti ad eam beatitudinis plenitudinem, unde ſe numquam caſuros certiſſimi fierent, pervenerunt.

Lib. de Corrept. & Grat. cap. 10. *n.* 27. (Angeli) ceteri autem per ipſum liberum arbitrium in veritate ſteterunt, eamque de ſuo caſu numquam futuro certiſſimam ſcire meruerunt.

Vide ſupra litt. (K) S. AUG. *lib. de Corrept. & Grat. cap.* 11. *num.* 32.

(P) TOBIÆ XII. 15. Ego enim ſum Raphael Angelus, unus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum.

ISAI. VI. 1. *Vide ſupra litt.* (G) *hocce* §.

DAN. VII. 10. *Vide ſup. litt.* (F) *hocce* §.

MATTH. XVIII. 10. Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem patris mei, qui in cælis eſt.

APOCAL. V. 11. *Vide ſupra litt.* (F) *hocce* §.

(Q) PSAL. CII. 20. Benedicite Domino omnes Angeli ejus: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum ejus.

HEBR. I. 14. Nonne omnes ſunt adminiſtratorii Spiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis.

S. BERNARD. *Serm.* 39. *in Cantic. num.* 4. Noveris hujusmodi animam numquam eſſe ſine Angelorum cuſtodia, qui eam æmulantur Dei æmulatione. Et ne dixeris in corde tuo, ubi ſunt, quis eos vidit? vidit eos Propheta Eliſæus &c.

(R) TOB. XII. 12. Quando orabas cum lacrymis, ego obtuli orationem tuam Domino.

APOCAL. VIII. 3. Et alius Angelus venit, & ſtetit ante altare habens thuribulum aureum: & data ſunt illi incenſa multa, ut daret de orationibus ſanctorum omnium, ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei. 4. Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo.

S. HILARIUS *cap.* 18. *in Matth.* 5. Deum Angeli vident, & Angeli puſillorum præſunt fidelium orationibus. Præeſſe Angelos abſoluta auctoritas eſt: ſalvatorum igitur per Chriſtum orationes Angeli quotidie Deo offerunt. Ergo periculoſe ille contemnitur, cujus deſideria ac po-

PARS I. SECT. I. CAP. II. §. 2.

2. Dei mandata, Deo jubente, hominibus quandoque ſignificant. (S)

3. Mirabilia non pauca in gratiam hominum, etiam præter naturæ ordinem, quotieſcumque Deus præcipit, operantur. (T)

4. Ad tutius Eccleſiæ, & ſingulorum fidelium

S

na poſtulationes ad æternum & inviſibilem Deum, ambitioſo Angelorum famulatu ac miniſterio pervehuntur.

S. BERNARD. *Hom.* 3. *ſuper* Miſſus eſt, *num.* 1. Solent Angeli aſtare orantibus, & delectari in his, quos vident levare puras manus in oratione, holocauſtum ſanctæ devotionis gaudent ſe offerre Deo in odorem ſuavitatis. Mariæ autem orationes quantum placuerint in conſpectu altiſſimi Angelus indicavit, qui ingreſſus ad eam, tam reverenter ſalutavit. Nec fuit difficile Angelo per clauſum oſtium penetrare ad abdita Virginis, qui utique ex ſubtilitate ſubſtantiæ ſuæ hoc habet in natura, ut nec ſeris ferreis ejus arceatur ingreſſus, quoque ſuus eum impetus ferat. Angelicis enim ſpiritibus parietes non obſiſtunt, ſed cuncta illis viſibilia cedunt, cuncta æque corpora, quantumlibet ſolida, vel ſpiſſa, penetrabilia ſunt eis, ac pervia. Suſpicandum igitur non eſt, quod apertum invenerit Angelus oſtiolum Virginis, cui nimirum in propoſito erat hominum fugere frequentias, vitare colloquia: ne vel orantis perturbaretur ſilentium, vel continentis caſtitas tentaretur. Clauſerat itaque etiam illa hora ſuum ſuper ſe habitaculum Virgo prudentiſſima, ſed hominibus, non Angelis. Proinde etſi ad eam potuit intrare Angelus; ſed nulli hominum facilis patebat acceſſus.

Serm. 7. *in Cant. num.* 7. Anima ergo in his exercitata cæleſtes ſeſe nuntii familiares exhibent & frequentes, præſertim ſi frequenter orantem perſenſerint. Quis dabit mihi per vos, o benigni Principes, petitiones meas innoteſcere apud Deum? Non enim Deo, cui etiam cogitatio hominis confitetur, ſed apud Deum, hoc eſt ipſis qui cum Deo ſunt, tam virtutibus, quam carne ſolutis ſpiritibus. Hos itaque puto inter orandum alloqui ſponſam, & ipſis, tanquam ſponſi domeſticis ac ſodalibus, deſiderium cor-

Cant. 1. 1. dis ſui aperire, cum ait: *Oſculetur me oſculo oris ſui*. Et vide familiare amicumque colloquium animæ in carne ſuſpirantis cum cæleſtibus poteſtatibus. Geſtit in oſcula, petit quod cupit; non tamen nominat quem amat: quia illos noſſe non dubitat, utpote de quo ſibi frequens cum illis ſoleat eſſe confabulatio.

Serm. 31. *in Cant. n.* 5. Tali animæ ſuſpiranti frequenter, immo ſine intermiſſione oranti, & affligenti ſe præ deſiderio, cum interdum deſideratus ille, qui ita quæritur, miſeratus occurrit; puto illi de propria experientia convenire, ut dicat cum ſancto Jeremia: *Bonus es Domine ſperantibus in te, animæ quærenti te*. Sed & Angelus ejus, qui unus eſt de ſodalibus ſponſi, in hoc ipſum deputatus, miniſter profecto & arbiter ſecretæ mutuæque ſalutationis; is, inquam, Angelus quomodo tripudiat, quo-

Thren. III. 25. modo collætatur & condelectatur, & converſus ad Dominum dicit: gratias ago tibi, Domine majeſtatis, quia *de-*

Pſal. 20. 3. *ſiderium cordis ejus tribuiſti ei, & voluntate labiorum ejus non fraudaſti eam*. Ipſe eſt qui in omni loco ſedulus quidam pediſſequus animæ, non ceſſat ſollicitare eam, & aſſiduis ſuggeſtionibus monere, dicens: *Delectare in Domi-*

Pſal. 36. 4. *no, & dabit tibi petitiones cordis tui*; & rurſum, *Exſpe-*

Ibid. 34. *cta Dominum, & cuſtodi viam ejus*; item: *Si moram fe-*

Habac. 2. 3. *cerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit*.

Pſal. 41. 3. Ad dominum autem: *Sicut cervus*, inquit, *deſiderat ad*

Iſ. 26. 9. *fontes aquarum, ita deſiderat anima iſta ad te Deus. De-*

Pſal. 87. 10. *ſideravit te in nocte, ſed & ſpiritus ſuus in præcordiis ejus*

Matt. 15. 23. *de mane vigilavit ad te*. Et iterum: *Tota die expandit*

Pſal. 89. 13. *ad te manus ſuas, dimitte illam, quia clamat poſt te: convertere aliquantulum, & deprecabilis eſto ſuper eam*; reſpice de cælo & vide, & viſita deſolatam. Fidelis paranymphus, qui mutui amoris conſcius, ſed non invidus, non ſuam quærit, ſed Domini gratiam. Diſcurrit medius inter dilectum & dilectam, vota offerens, referens dona. Excitat illum, placat illum. Interdum quoque, licet raro, repræſentat eos pariter ſibi, ſive hanc rapiens, ſive illum adducens. Siquidem domeſticus eſt & notus in palatio, nec veretur repulſam, & quotidie videt faciem Patris.

(S) GENES. XVI. 7. Cumque inveniſſet eam (Agar) Angelus Domini... 8. Dixit ad illam: Agar ancilla Sarai, unde venis? & quo vadis? Quæ reſpondit: a facie Sarai dominæ meæ ego fugio. 9. Dixitque ei Angelus Domini: revertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius.

XXI. 17. Exaudivit autem Dominus vocem pueri: vocavitque Angelus Dei Agar de cælo, dicens: quid agis, Agar? noli timere: exaudivit enim Deus vocem pueri.

XXIV. 7. Dominus Deus cæli... ipſe mittet Angelum ſuum coram te.

XXXI. 11. Dixitque Angelus Dei ad me in ſomnis: Jacob. Et ego reſpondi, adſum.

EXOD. XIV. 19. Tollenſque ſe Angelus Dei, qui præcedebat caſtra Iſrael, abiit poſt eos.

JOSUE V. 13. Cum autem eſſet Joſue in agro urbis Jericho, levavit oculos, & vidit virum ſtantem contra ſe, evaginatum tenentem gladium, perrexitque ad eum, & ait: Noſter es? an adverſariorum? 14. Qui reſpondit: nequaquam; ſed ſum princeps exercitus Domini, & nunc venio.

3. REG. XIX. 5. Angelus Domini tetigit eum (Eliam) & dixit illi: Surge & comede. 8. Qui cum ſurrexiſſet, comedit & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus...

TOB. V. 5. Egreſſus Tobias, invenit juvenem ſplendidum, ſtantem præcinctum & quaſi paratum ad ambulandum. 6. Et ignorans quod Angelus Dei eſſet, ſalutavit eum, & dixit: unde te habemus, bone juvenis? 7. At ille reſpondit: ex filiis Iſrael... 10. Tobias indicavit univerſa hæc patri ſuo. Super quæ admiratus pater, rogavit ut introiret ad eum. 11. Ingreſſus itaque ſalutavit eum, & dixit: Gaudium tibi ſit ſemper. 12. Et ait Tobias: Quale gaudium?... 13. Cui ait juvenis: Forti animo eſto, in proximo eſt, ut a Deo cureris. 14. Dixit... illi Tobias: Numquid perducere poteris filium meum ad Gabelum?... 20. Dixit... illi Angelus: Ego ſanum ducam, & ſanum tibi reducam filium tuum. 21. Reſpondens autem Tobias, ait: Bene ambuletis, & ſit Deus in itinere veſtro, & Angelus ejus comitetur vobiſcum... 27. Credo enim, quod Angelus Dei bonus comitetur ei, & bene diſponat omnia, quæ circa eum geruntur, ita ut cum gaudio revertatur ad nos.

DAN. IX. 21. Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in viſione a principio, cito volans tetigit me in tempore ſacrificii veſpertini. 22. Et docuit me, & locutus eſt mihi, dixitque: Daniel nunc egreſſus ſum ut docerem te, & intelligeres. 23. Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo: ego autem veni ut indicarem tibi, quia vir deſideriorum es: tu ergo animadverte ſermonem, & intellige viſionem.

MATTH. I. 20. Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei, dicens: Joſeph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.

II. 13. Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph, dicens: Surge & accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & eſto ibi uſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim, ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum... 19. Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph in Ægypto, 20. dicens: Surge, & accipe puerum & matrem ejus, & vade in terram Iſrael: defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri.

XXVIII. 2. Et ecce terræ motus factus eſt magnus. Angelus enim Domini deſcendit de cælo; & accedens revolvit lapidem, & ſedebat ſuper eum. 3. Erat autem aſpectus ejus ſicut fulgur; & veſtimentum ejus ſicut nix... 5. Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos.

LUC. II. 9. Et ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno. 10. Et dixit illis Angelus: Nolite timere; ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; 11. quia natus eſt vobis hodie Salvator... 13. Et ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis, laudantium Deum, & dicentium: 14. Gloria in altiſſimis Deo... 15. Et... diſceſſerunt ab eis Angeli in cælum.

ACT. I. 10. Cumque intuerentur (Apoſtoli) in cælum euntem illum (Jeſum), ecce duo viri aſtiterunt juxta illos in veſtibus albis: 11. Qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum?

X. 3. Is (Cornelius) vidit in viſu manifeſte, quaſi hora diei nona, Angelum Dei introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi: Corneli. 4. At ille intuens eum, timore correptus dixit: quid eſt Domine? Dixit autem illi: Orationes tuæ, & eleemoſinæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei.

XXVII. 23. Aſtitit enim mihi hac nocte Angelus Dei cujus ſum ego, & cui deſervio, 24. dicens: Ne timeas, Paule, Cæſari te oportet aſſiſtere; & ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum.

(T) GENES. XIX. 1. Veneruntque duo Angeli Sodomam veſpere, & ſedente Lot in foribus civitatis. Qui cum

vidiſ-

V lium cuſtodiam præſidium & tuitionem deſtinantur. (V)

I. Sunt ne infidelibus quoque ſui Angeli cuſtodes?

R. Alii

vidiſſet eos, ſurrexit, & ivit obviam eis; adoravitque pronus in terram. 2. Et dixit: Obſecro, Domini, declinate in domum pueri veſtri.... Qui dixerunt: Minime ſed in platea manebimus. Compulit illos oppido, ut diverterent ad eum... 4. Prius autem quam irent cubitum, viri civitatis vallaverunt domum.... 9... Vimque faciebant Lot vehementiſſime... 10. Et ecce miſerunt manum viri.... 11. Et eos qui foris erant percuſſerunt cæcitate a minimo uſque ad maximum... 12. Dixerunt autem ad Lot: Habes hic quempiam tuorum? Generum, aut filios, aut filias, omnes qui tui ſunt, educ de urbe hac. 13. Delebimus enim locum iſtum, eo quod increverit clamor eorum coram Domino, qui miſit nos ut perdamus illos... 15. Cumque eſſet mane, cogebant eum Angeli, dicentes: Surge, tolle uxorem tuam, & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in ſcelere civitatis.

Num. xxii. 22. Stetitque Angelus in via contra Balaam, qui inſidebant aſinæ, & duos pueros habebat ſecum. 23. Cernens Aſina Angelum ſtantem in via, evaginato gladio, avertit ſe de itinere..., 24. Stetit Angelus in anguſtiis duarum maceriarum.... 31. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum ſtantem in via evaginato gladio... 32. Cui Angelus: Ego veni ut adverſarer tibi, quia perverſa eſt via tua... 34. Dixit Balaam: Peccavi.... 35. Ait Angelus: Vade cum iſtis, & cave ne aliud quam præcepero tibi loquaris.

Judic. ii. 1. Aſcendit Angelus de Galgalis ad locum flentium, & ait: Eduxi vos de Ægypto.

vi. 11. Venit autem Angelus Domini.... 12. Apparuit ei (Gedeoni) Angelus Domini, & ait: Dominus tecum, virorum fortiſſime. 13. Dixitque ei Gedeon: Obſecro mi domine, ſi Dominus nobiſcum eſt, cur apprehenderunt nos hæc omnia?... 16. Dixitque ei Dominus: Ego ero tecum, & percuties Madiam quaſi unum virum. 17. Et ille: Si inveni, inquit, gratiam coram te, da mihi ſignum, quod tu ſis qui loqueris ad me... 20. Cui dixit Angelus Domini: Tolle carnes & azymos panes, & pone ſupra petram illam, & jus deſuper funde. Cumque feciſſet ita. 21. Extendit Angelus Domini ſummitatem virgæ, quam tenebat in manu, & tetigit carnes & azymos panes, aſcenditque ignis de petra, & carnes azymoſque panes conſumpſit. Angelus autem Domini evanuit ex oculis ejus. 22. Videnſque Gedeon, quod eſſet Angelus Domini, ait: Heu mi Domine Deus, quia vidi Angelum Domini facie ad faciem. 23. Dixit ei Dominus: Pax tecum; ne timeas, non morieris.

xiii. 3. Cui (uxori Manue) apparuit Angelus Domini.... 6. Quæ cum veniſſet ad maritum ſuum, dixit ei: Vir Dei venit ad me, habens vultum angelicum, terribilis nimis.... 8. Oravit itaque Manue Dominum, & ait: Obſecro, Domine, ut vir Dei, quem miſiſti, veniat iterum, & doceat nos quid debeamus facere... 9. Exaudivitque Dominus deprecantem Manue, & apparuit rurſum Angelus Dei uxori ejus... Quæ cum vidiſſet Angelum, 10. Feſtinavit, & cucurrit ad virum ſuum, nuntiavitque ei... 11. Qui ſurrexit... veniensque ad virum, dixit ei: Tu es qui locutus es mulieri? Et ille reſpondit: Ego ſum.. Dixitque Manue ad Angelum Domini: Obſecro te ut acquieſcas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris. 16. Cui reſpondit Angelus: Si me cogis, non comedam panes tuos; Si autem vis holocauſtum facere, offer illud Domino. Et neſciebat Manue, quod Angelus Domini eſſet. 17. Dixitque ad eum: Quod eſt tibi nomen?... 18. Cui reſpondit ille: Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile? 19. Tulit itaque Manue hœdum ... & libamenta ... offerens Domino... 20. Cumque aſcenderet flamma altaris in cælum, Angelus Domini pariter in flamma aſcendit.

2. Reg. xxiv. 16. Cumque extendiſſet manum ſuam Angelus Domini ſuper Jeruſalem, ut diſperderet eam, miſertus eſt Dominus ſuper afflictione; & ait Angelo percutienti populum: Sufficit; nunc contine manum tuam.

Tob. iii. 25. Et miſſus eſt Angelus Domini ſanctus Raphael, ut curaret eos ambos, (Tobiam & Saram) quorum uno tempore ſunt orationes in conſpectu Domini recitatæ.

Dan. iii. 49. Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria & ſociis ejus in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace.

vi. 22. Deus... miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi.

viii. 16... Gabriel fac intelligere iſtam viſionem. 17. Et venit... 18. Cumque loqueretur ad me, collapſus ſum pronus in terram; & tetigit me, & ſtatuit me in gradu meo. 19. Dixitque mihi: Ego oſtendam tibi quæ futura ſunt.

xiv. 33. Dixitque Angelus Domini ad Habacuc: Fer prandium, quod habes, in Babylonem Danieli... 35. Et apprehendit eum Angelus Domini in vertice ejus, & portavit eum capillo capitis ſui... 38... Porro Angelus Domini reſtituit Habacuc confeſtim in loco ſuo.

2. Machab. iii. 25. Apparuit enim illis quidam equus, terribilem habens ſeſſorem, optimis operimentis adornatus: iſque cum impetu Heliodoro priores calces eliſit, qui autem ei ſedebat, videbatur habere arma aurea. 26. Alii etiam apparuerunt duo juvenes virtute decori, optimi gloria, ſpecioſique amictu; qui circumſteterunt eum, & ex utraque parte flagellabant, ſine intermiſſione multis plagis verberantes.

x. 29... Apparuerunt adverſariis de cœlo viri quinque in equis, frenis aureis decori, ducatum Judæis præſtantes. 30. Ex quibus duo Machabæum medium habentes, armis ſuis circumſeptum incolumem conſervabant; in adverſarios autem tela & fulmina jaciebant.

Matth. i. 20. *Vide ſupra litt.* (S) *hujus* §.

xxiv. 31. Et mittet Angelos ſuos cum tuba & voce magna; & congregabunt electos ejus de quatuor ventis, a ſummis cælorum uſque ad terminos eorum.

xxvi. 53. An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum.

Luc. i. 11. Apparuit autem illi (Zachariæ) Angelus Domini, ſtans a dextris altaris incenſi... 13. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua; & uxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem... 18. Et dixit Zacharias ad Angelum: unde hoc ſciam? Ego enim ſum ſenex, & uxor mea proceſſit in diebus ſuis. 19. Et reſpondens Angelus, dixit ei: Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum; & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare. 20. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui, uſque in diem, quo hæc fiant, pro eo quod non credidiſti verbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo.

Joan. v. 4. Angelus autem Domini deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam, & movebatur aqua, & qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate.

Act. v. 19. Angelus autem Domini aperiens januas carceris, & educens eos, dixit: 20. Ite, & ſtantes loquimini in templo omnia verba vitæ hujus.

xii. 7. Et ecce Angelus Domini aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo; percuſſoque latere Petri, excitavit eum dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus ejus. 8. Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, & calcea te caligas tuas; Et fecit ſic. Et dixit illi: Circumda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me. 9. Et exiens ſequebatur eum, & neſciebat quia verum eſt, quod fiebat per Angelum, exiſtimabat autem ſe viſum videre. 10. Tranſeuntes autem primam & ſecundam cuſtodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem; quæ ultro aperta eſt eis. Et exeuntes proceſſerunt vicum unum; & continuo diſceſſit Angelus ab eo.. 11. Et Petrus ad ſe reverſus, dixit: Nunc ſcio vere quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judæorum.

Ibid. 23. Confeſtim autem percuſſit eum (Herodem) Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo; & conſumptus a vermibus expiravit.

(V) Judith. xiii. 20. Vivit autem ipſe Dominus, quoniam cuſtodivit me Angelus ejus, & hinc euntem & ibi commorantem, & inde huc revertentem, & non permiſit me Dominus ancillam ſuam coinquinari, ſed ſine pollutione peccati revocabit me vobis, gaudentem in victoria ſua, in evaſione mea, & in liberatione veſtra.

Psal. xxxiii. 8. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum; & eripiet eos.

xc. 11. Angelis ſuis mandavit de te: ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

Daniel. xii. 1. In tempore autem illo conſurget Michael princeps magnus, qui ſtat pro filiis populi tui.

Matth. xviii. 10. ... Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei qui in cælis eſt.

Act. xii. 15.... Illi autem dicebant, Angelus ejus eſt.

Origen. *Hom.* 1. *in Pſalm.* 37. Eſt autem quando arguimur a procuratoribus & actoribus, id eſt, ab his Angelis, quibus creditæ ſunt diſpenſandæ & regendæ animæ

PARS I, SECT. I, CAP. II, §. 2,

R. Alii aliud ſentiunt ea de re, de qua nec ſatis conſtat apud ſanctos Patres, nec Scriptura ſacra plane docet quid ſentiendum. (X)

X

I. Quomodo & qua ſua culpa perierunt qui modo vocantur cacodæmones?

R. Per ſuperbiam lapſi ſunt. Nimirum extulerunt ſe ſupra ſe: voluerunt ſimiles eſſe Altiſſimo, & ab illius ſubjectione ſe ſubducere. Hinc, ut ait Scriptura, *Non ſervaverunt ſuum Principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium:* atque

Epiſt. Jud. verſ. 6.

noſtræ: quemadmodum deſcribitur in quodam loco Angelus pœnitentiæ, qui nos ſuſcipit caſtigandos... a procuratoribus Angelis, qui uniuſcujuſque noſtri caſtigandi atque emendandi ſortiuntur officium; & eſt tolerabilius cum ab aliquo horum corripimur.

Hom. 4. in Luc. & Caſſianus *Collat. 9. cap. 17. Hos vide infra Par. 2. Sect. 4. c. 2. §. 19.*

S. CLEM. ALEX. *lib. 7. Stromat. pag. 699. edit. Lugd. Batav. in fol. 16. initio*... Per gentes & civitates ſunt diſtributæ Angelorum præfecturæ: fortaſſe autem etiam ea iis ſunt deputati ſingulis, *Cætera lege infra Part. 2. Sect. 4. c. 2. §. 19.*

S. BASIL. *Serm. 3. adverſus Eunomium.* Angeli omnes ut appellationis unius, ſic ejuſdem etiam ſunt naturæ inter ſe; attamen alii ipſorum gentibus præpoſiti ſunt; alii vero fidelium ſingulos conſequuntur. Quanto autem gens uni viro præponenda eſt, tanto majorem neceſſe eſt Angeli, qui gentis principatum habeat, eſſe dignitatem, dignitate eorum, quibus ſingulorum tutela commiſſa eſt. Quod vero ſingulis fidelium adſit Angelus, ut pædagogus quidam & paſtor ad vitam dirigendam, nemo contradicet, qui verborum Domini recordatur dicentis: *Ne contemnatis unum ex his puſillis: dico enim vobis, quoniam Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt.* Et Pſalmiſta dicit: Caſtrametabitur Angelus Domini in circuitu timentium ipſum; & quæcumque talia. Quod vero rurſus ſint quidam Angeli univerſarum gentium præpoſiti, Moſes nos per Canticum docuit: *Quando dividebat altiſſimus gentes... conſtituit terminos populorum juxta numerum Angelorum ſuorum.*

Matt. XVIII, 10.
Pſ. 33. 8.
Deut. 32. 8.

Serm. in Pſal. 48. non longe a fine. Cuilibet enim fidelium eſt Angelus aſſiſtens & adjunctus, Patrem qui eſt in cælo videre dignus.

In cap. 1. Iſaiæ. Angeli ſancti, quorum ſolerti curæ concredita eſt Eccleſiarum præfectura, qui quæ ſunt priſca norunt, & qui proſpiciunt obſervantque præſentia.

S. AMBR. *Expoſit. in Pſalm. 118. n. 9.* Ut quis intemperantiſſimus captus adulterinæ cupiditatis æſtu.. ſi quem forte ſpectatorem cognoverit facinoris ſui, verecundia ſequeſtrat intemperantiam.... quanto magis ſi quis allevet mentis oculos, & conſideret plena eſſe Angelorum omnia, aera, terras, mare, Eccleſias, quibus Angeli præſunt, (mittit enim Dominus Angelos ſuos ad defenſionem eorum, qui hæredes futuri ſunt promiſſorum cæleſtium) concepto poteſt renuntiare peccato.

S. HIERON. *in cap. 18. Matth. p. 83.* Magna dignitas animarum, ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis in cuſtodiam ſui Angelum delegatum. Unde legimus in Apocalypſ. Johannis: Angelo Epheſi, Thyatiræ; & Angelo Philadelphi, & Angelis quatuor reliquarum Eccleſiarum, ſcribe hæc. Apoſtolus quoque præcipit velari capita in Eccleſiis feminarum propter Angelos.

Cap. 2. & 3.
1. Cor. XI. 10.

S. CHRYSOST. *Hom. 60. ſeu 59. cap. 18. Matth.* Hinc manifeſtum eſt, quia omnes ſancti Angelus habeant. Apoſtolus etiam ait de muliere, quoniam velamen debeat habere in capite propter Angelos.

Ibid.

Hom. 3. in cap. 1. epiſt. ad Coloſſ. Non eſt amplius cælum paries intermedius. Primo congruentes numero gentium erant Angeli. Nunc autem non congruentes numero gentium, ſed congruentes numero fidelium. Unde hoc conſtat, audi Chriſtum dicentem: Videte ne deſpiciatis unum ex iſtis puſillis. Angeli enim eorum perpetuo vident faciem Patris mei, qui eſt in cælis. Unuſquiſque enim fidelis habet Angelum. Nam etiam ab initio unuſquiſque vir probus habebat Angelum, ſicut dicit Jacob: Angelus qui paſcit me, & liberat me a juventute mea. Si ergo habemus Angelus, modeſte nos geramus tanquam nobis adſint quidam pædagogi. Nam adeſt etiam Dæmon. Propterea oramus, & dicimus petentes Angelum pacis.

Matt. 18. 10.
Gen. 48. 16.

THEODORET. *Quæſt. 3. in Geneſ.* Quod autem Angeli ſubſtantiam habeant circumſcriptam, nemo ut arbitror repugnabit, cum Chriſtus Dominus dixerit, ſingulos homines ſubeſſe ſingulorum Angelorum procurationi. (Matt. XVIII. 10.) *Videte enim ne contemnatis unum ex his minimis, qui in me credunt, quia Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei qui in cælis eſt.* Quin etiam cuique genti proprium Angelum præeſſe affirmat Scriptura, qui enim cum Daniele Propheta colloquitur Angelus principem Perſarum nominat, & principem Græcorum, & Michaelem principem Judæorum. Et magnus Moyſes in Cantico: Quando dividebat, inquit, altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, ſtatuit terminos gentium pro numero Angelorum Dei. Si igitur hic iſtis, ille vero illis præfectus eſt, ſinguli vero homines ſub unius cura degunt, certum eſt Angelos circumſcriptæ eſſe ſubſtantiæ.

Dan. X. 20. 21.
Deut. 32. 8.

S. BERNARD. *lib. 5. de Conſid. c. 4. num. 8. Vide ſupra litt.* (H) *hocce §.*

Serm. 12. in Pſal. Qui habitat, *n. 3.* Et ne quid in cæleſtibus vacet ab opera ſolicitudinis noſtræ, beatos illos ſpiritus propter nos mittis in miniſterium, cuſtodiæ noſtræ deputas, noſtros jubes fieri pædagogos. Parum eſt enim quod facis Angelos tuos ſpiritus: facis & Angelos parvulorum. Denique Angeli eorum ſemper vident faciem Patris. Illos utique ſpiritus tam felices, & tuos ad nos, & noſtros ad te Angelos facis... Summa ergo majeſtas mandavit Angelis, & Angelis ſuis mandavit. Illis utique ſublimibus, tam beatis, tam proximis, ſibi cohærentibus, tam familiariter adhærentibus, & vere domeſticis Dei. Mandavit autem de te. Tu quis es?... *Angelis ſuis Deus mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.* Quantam tibi debet hoc verbum inferre reverentiam, afferre devotionem, conferre fiduciam! Reverentiam pro præſentia, devotionem pro benevolentia, fiduciam pro cuſtodia. Caute ambula, ut videlicet cui adſunt Angeli... In quovis diverſorio, in quovis angulo, Angelo tuo reverentiam habe. Tune audeas illo præſente, quod vidente me non auderes! An præſentem eſſe dubitas quem non vides? Quid ſi audires? Quid ſi tangeres? Quid ſi olfaceres? Vide quia non ſolo viſu rerum præſentia comprobatur... Si fidem conſulas, ea tibi Angelicam probat præſentiam non deeſſe... Adſunt igitur, & adſunt tibi, non modo tecum, ſed etiam pro te. Adſunt ut protegant, adſunt ut proſint... Simus ergo devoti, ſimus grati tantis cuſtodibus: redamemus eos, honoremus eos quantum poſſumus, quantum debemus. Totus tamen ei reddatur & amor & honor noſter, a quo tam ipſis quam nobis eſt totum, unde honorare poſſumus vel amare, unde amari honorative meremur... Cæterum etſi tam parvuli ſumus, & tam magna nobis, nec modo tam magna, ſed & tam periculoſa via reſtat: quid tamen ſub tantis cuſtodibus timeamus? Nec ſuperari, nec ſeduci, minus autem ſeducere poſſunt, qui cuſtodiunt nos in omnibus viis noſtris. Fideles ſunt, prudentes ſunt, potentes ſunt: quid trepidamus? Tantum ſequamur eos, adhæreamus eis, & in protectione Dei cæli commoremur. Vide enim quam tibi neceſſaria ſit iſta protectio, iſta cuſtodia in omnibus viis tuis... Quam neceſſarius pædagogus, immo etiam bajulus præſertim parvulo inter hæc gradienti!... Quoties ergo graviſſima cernitur urgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere, invoca cuſtodem tuum, ductorem tuum, adjutorem tuum in opportunitatibus, in tribulatione. Inclama eum... Habetote familiares Angelos, fratres mei, frequentate eos ſedula cogitatione, & devota oratione, qui ſemper vobis adſunt ad cuſtodiam & conſolationem.

Matt. 18. 10.
Pſal. 90. 11.

Serm. 62. in Cant. Canticor. num. 1. Nec puto abs re eſſe, ſi intelligimus Angelorum cuſtodiam vicem exhibere maceriæ in vinea Domini, quæ eſt Eccleſia prædeſtinatorum.

(X) DANIEL. X. 13. *Angelus loquens Danieli, ait:* Princeps... regni Perſarum reſtitit mihi viginti & uno diebus: & ecce Michael unus de Principibus primis venit in adjutorium meum... 20... Nunc revertar ut prælier adverſum principem Perſarum. Cum ego egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens. 21.... Et nemo eſt adjutor meus in omnibus his, niſi Michael princeps veſter.

S. ISID. HISPAL. *Sentent. lib. 1. cap. 12. n. 20.* Singulæ gentes præpoſitos Angelos habere creduntur, quod oſtenditur teſtimonio Angeli Danieli loquentis: Ego, inquit, veni, ut enunciarem tibi; ſed princeps regni Perſarum reſtitit mihi: & poſt alia, Non eſt qui me adjuvet, niſi Michael princeps veſter. Item omnes homines Angelos habere probantur, loquente Domino in Evangelio: Amen dico vobis, quia Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt.

Dan. X. 13.
Ibid. 21.
Matt. 18. 10.

Lege Patres ſupra allatos hocce §. litt. (V)

Isai.

atque ita in omne miſeriarum genus prolapſi ſunt.
Y (Y)

Et juſte quidem. Enim vero nihil iniquius quam rem creatam a ſuo conditore deficere. Summe æquum eſt, ut Deus qui ſuperbis reſiſtit, in perduelles, divinæque majeſtatis reos ſæviat; eosque in ima præcipites agat æternis ignibus cru-
Z ciandos. (Z)

Epiſt. 2. c. 11. v. 4. Hæc cacodæmonum ſors fuit. *His peccantibus*, ut Apoſtoli Petri verbis utar, *non pepercit Deus, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos.*

I. Ergo jam omnes omnino cacodæmones in ima tartari demerſi ſunt?

v. 9. *R.* Hos Deus, ut ait Judas Apoſtolus, *In judicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſervavit.* In his tamen ſunt, qui per aera diffuſi, dicuntur Apoſtolo Paulo aereæ poteſtates.
AA (AA) Hinc obſeſſorum a dæmone mentio tam frequens in Scripturis. (BB) BB

I. Cur & quouſque cacodæmones per aera diffuſi ſunt? *Pars I. Sect. I. Cap. II. §. 2.*

R. Ad ultimum uſque judicii diem per aera diffuſi ſunt, Deo ita permittente, ut ab eorum inſidiis caveant homines, vigilent, orent, induant ſe armaturam Dei, uno verbo ex fide vivant. Nihil enim non moliuntur cacodæmones veteratoria, &, ut ita dicam, ſerpentina calliditate, ut nos ſecum in ruinam trahant.
(CC) CC

Epheſ. vi. 11. & ſeq. *Induite vos armaturam Dei*, inquit Paulus Apoſtolus, *ut poſſitis ſtare adverſus inſidias Diaboli. Quoniam non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus principes & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti*

lum-

(Y) ISAI. XIV. 12. *Vide ſupra litt.* (N) *hocce* §.

S. AUG. *lib.* 11. *de Geneſ. ad lit. c.* 26. *n.* 33. Nunc ſufficiat iſta complexio, ab initio conditionis ſuæ diabolum a beatitudine, quam ſi voluiſſet percepturus fuerat, impia ſuperbia cecidiſſe, aut alios eſſe Angelos inferiores miniſterii in hoc mundo, inter quos ſecundum eorum quamdam non præſciam beatitudinem vixerat, & a quorum ſocietate cum ſibi ſubditis Angelis ſuis tanquam Archangelus cecidit per ſuperbam impietatem.

(Z) 2. PETR. II. 4. Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reſervari.

JUDÆ 6. *Vide ſupra hocce* §. *litt.* (M) *uti & alias tum Scripturæ, tum SS. Patrum auctoritates, litt.* M *&* O *allatas.*

S. AUG. *lib.* 11. *de Civit. c.* 33. Peccaſſe autem quoſdam Angelos, & in hujus mundi ima detruſos, qui eis velut carcer eſt, uſque ad futuram in die judicii ultimam damnationem, Apoſtolus Petrus apertiſſime oſtendit, dicens:
2. Petr. II. 4. Quod Deus Angelis peccantibus non pepercerit, ſed carceribus caliginis inferni detrudens tradiderit in judicio puniendos reſervari.

Lib. de Corrept. & Grat. cap. 10. *num.* 27. *Vide ſupra hocce* §. *litt.* M.

(AA) EPHES. II. 1. Et vos cum eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris, 2. in quibus aliquando ambulaſtis ſecundum ſæculum mundi hujus, ſecundum principem poteſtatis aeris hujus, ſpiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ.

VI. 12. *Vide ſupra litt.* (N) *hocce* §.

S. HIERON. *lib.* 1. *in Epiſt. ad Epheſ. cap.* 2. *p.* 339. Princeps quippe aeris, & ſpiritus poteſtatis qui in aere iſto eſt, Diabolus intelligitur, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ. In his enim qui Domino credunt, non poteſt operari.

Lib. 3. *cap.* 6. Porro non eſt humana tentatio, nec adverſus carnem & ſanguinem pugna, quando aut ipſe Satanas transfiguratus in Angelum lucis, perſuadere nititur ut eum Angelum lucis arbitremur, aut aliquid horum ſimile facit, in omni virtute, ſignis, & portentis mendacibus, in omni deceptione iniquitatis. Nam cum aliquem illaqueavit inimicus ut recipiat ſe, & loquatur in eo, *hæc dicit Dominus*, non quaſi caro & ſanguis eum decipit, aut quaſi humana tentatio: ſed quaſi principatus & poteſtas, rector tenebrarum & nequitia ſpiritualis. Quamobrem non demus locum diabolo; ſed & ſi ſpi-
Epheſ. VI. 12. ritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper nos juxta quod ſcriptum eſt, locum demus ei.... ut intelligamus ex illis, non eſſe nobis pugnam adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus ſpirituales quaſdam & inviſibiles poteſtates; adverſus rectores earum tenebrarum, quæ huic mundo incumbunt, & errorem hominibus incredulitatis offundunt; & adverſus ſpirituales nequitiæ, quæ habitant in cæleſtibus.

S. AUG. *lib.* 3. *de Trinit. c.* 7. *num.* 12. Sed illud eſt admirandum, quomodo magorum illa potentia, quæ ſerpentes facere potuit, ubi ad muſcas minutiſſimas ventum eſt omnino defecit.... Unde intelligi datur, ne ipſos quidem transgreſſores Angelos, & aereas poteſtates, in imam iſtam caliginem tanquam in ſui generis carcerem ab illius ſublimis ætherea puritatis habitatione detruſas, per quas magicæ artes poſſunt, quidquid poſſunt, valere aliquid, niſi data deſuper poteſtate. Datur autem vel ad fallendos fallaces.... ut in eorum ſpirituum ſeductione viderentur admirandi a quibus fiebant a Dei veritate damnandi; vel ad admonendos fideles, ne tale aliquid facere pro magno deſiderent.... vel ad exercendam, probandam, manifeſtandam juſtorum patientiam.

S. BASIL. *Homil.* 9. Quod Deus non eſt author mali. *Vide infra par.* 2. *ſect.* 4. *c.* 2. §. 10.

ESTIUS *l.* 2. *Sententiar. diſt.* 6. §. 12. 13. & 14. Hunc lege: in eo multa reperies ſcitu digniſſima.

(BB) MATTH. VIII. 28. Et cum veniſſet (Jeſus) trans fretum in regionem Geraſenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes ſævi nimis, ita ut nemo poſſet tranſire per viam illam. 29. Et ecce clamaverunt, dicentes: Quod nobis & tibi Jeſu Fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos? 30. Erat autem non longe ab illis grex porcorum multorum paſcens. 31. Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. 32. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos; & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare: & mortui ſunt in aquis.

Idem refert S. LUC. *cap.* VIII. 27. *& ſequ.*

MATTH. XII. 22. Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus, & mutus, & curavit eum, ita ut loqueretur & videret.

LUC. XI. 14. Et erat ejiciens dæmonium, & illud erat mutum; & cum ejeciſſet dæmonium locutus eſt mutus.... 15. Quidam autem ex eis dixerunt in Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. 17. Ipſe autem ut vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet. 18. Si autem & ſatanas in ſeipſo diviſus eſt, quomodo ſtabit regnum ejus? Quia dicitis in Beelzebub me ejicere dæmonia. 19. Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia: filii veſtri in quo ejiciunt? Ideo ipſi judices veſtri erunt. 20. Porro ſi in digito Dei ejicio dæmonia: profecto pervenit in vos regnum Dei.

S. AUGUSTINUS *l.* 14. *de Civit. cap.* 3. *n.* 2. Etſi enim diabolus fornicator, vel ebrioſus, vel ſi quid hujuſmodi mali eſt quod ad carnis pertinet voluptates, non poteſt dici, cum ſit etiam talium peccatorum ſuaſor, & inſtigator occultus: eſt tamen maxime ſuperbus atque invidus. Quæ illum vitioſitas ſic obtinuit, ut propter hanc eſſet in carceribus caliginoſi hujus aeris æterno ſupplicio deſtinatus.. Quis autem illo eſt inimicior ſanctis? Quis adverſus eos contentioſior, animoſior & magis æmulus atque invidus, invenitur?... Ille (Diabolus) ſecundum ſeipſum vivere voluit, quando in veritate non ſtetit; ut non de Dei, ſed de ſuo mendacium loqueretur, qui non ſolum *Joan. 8. 44.*
mendax, verum etiam mendacii pater eſt. Primus eſt quippe mentitus, & a quo peccatum, ab illo cœpit eſſe mendacium.

(CC) LUC. XXII. 31. Ecce ſatanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum.

ACTOR. V. 3. Anania, cur tentavit ſatanas cor tuum.

1. PETR. V. 8. Sobrii eſtote & vigilate, quia adverſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem devoret: cui reſiſtite fortes in fide.

PSAL.

Pars I. Sect. I. Cap. II. §. 2. *lumbos veſtros in veritate, & induti loricam juſtitiæ, & calceati pedes in præparatione Evangelii pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, Per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu; & in ipſo vigilantes in omni inſtantia.*

Eodem recidit, quod ait Petrus Apoſtolus: *Sobrii eſtote & vigilate, quia adverſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem devoret, cui reſiſtite fortes in fide.* Epiſt. 1. c. v. 8.

I. Valent ne plurimum cacodæmones ad perdendos homines?

R. Eorum ante Chriſti mortem maxima poteſtas fuit. Omnes fere homines ſua ſub ditione tenebant: vix erat locus, in quo pro diis non DD colerentur, (DD) Verum eos Chriſtus morte & reſurrectione ſua vicit omnino; abſtulit ab ipſis ſpolia, in quibus confidebant, eos imperio dejecit fugavitque, & cælum conſcendens, inſignem egit de humani generis hoſtibus trium- EE phum. (EE)

Ex eo tempore anguſtis limitibus circumſcribitur cacodæmonum poteſtas & imperium. Nihil jam juris habent in Chriſtianos, niſi ipſi ſe dæmonum imperio lethaliter peccando ultro ſubjiciant. At præſto ſunt ſemper dæmonibus mille nobis nocendi artes, Hi nunquam ab inſidiis de- FF ſiſtunt. (FF)

Sub finem mundi, fervente Antichriſti perſecutione, *ſolvetur*, ut ait Joannes Apoſtolus in Apocalypſi, *Satanas modico tempore*. Ingraveſcente nimirum in dies hominum malitia, futurum eſt ut videatur diabolus late per orbem dominari. At non diu ſtabit illius imperium. *Hoc* Chriſtus intra breve tempus diſſipabit, *& deſtruet illuſtratione adventus ſui*. Tunc mittentur omnes omnino 2. Theſſ. II. 8. cacodæmones in tartarum cum omni impiorum turba æternis ignibus cruciandi: (GG) Ducetque ſecum Chriſtus in cælos ſplendidum plane Sanctorum omnium agmen æterna felicitate cumulandum, vocandumque in triumphi ſui regnique conſortium. GG

§. 3.
De creatione hominis.

I. Poſt Angelos, quænam creatura cæteras res creatas perfectione ſuperat?

R. Homo, rationalis utique creatura ad imaginem & ſimilitudinem Dei condita. (A) A

I. Cur hominem vocas rationalem creaturam?

R. Quia homo & intelligit, & eligit, & novit quid agere debeat, & quid agat.

I. Cur hominem ais ad imaginem & ſimilitudinem Dei fuiſſe conditum?

R. Hoc Deus ipſe revelavit in Scripturis. Idcirco autem dicitur homo conditus ad imaginem Dei, quia & ſpiritu & intelligentia & voluntate & libertate pollet: quod, exceptis Angelis, nulli alteri creaturæ competit, atque ita accedit aliquatenus ad Dei naturam. Deus enim eſt ſpiritus, & in divinis perfectionibus intelligentia, voluntas, libertas eminent maxime ſecundum noſtrum cogitandi modum. (B) B

I. Cur Angeli dicuntur perfectiores hominibus?

R. Quia

(DD) Psal. xcv. 5. Omnes Dii gentium dæmonia.

1. Cor. x. 20. Sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, & non Deo. Nolo autem vos ſocios fieri dæmoniorum; non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. 21. Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.

(EE) Luc. ix. 1. Convocatis autem duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia.

Coloss. ii. 15. Et exſpolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo.

Apoc. xx. 1. Et vidi Angelum deſcendentem de cælo, habentem clavem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. 2. Et apprehendit draconem, ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus & ſatanas, & ligavit illum per annos mille. 3. Miſit illum in abyſſum, & clauſit & ſignavit ſuper illum, ut non ſeducat amplius gentes, donec conſummentur mille anni.

(FF) Luc. xi. 24. Cum immundus ſpiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem, & non inveniens, dicit: Revertar in domum meam unde exivi. 25. Et cum venerit, invenit eam ſcopis mundatam & ornatam. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi: & fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus.

Ephes. vi. 11. Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſus inſidias diaboli.

2. Thess. ii. 8. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione adventus ſui eum. 9. Cujus eſt adventus ſecundum operationem ſatanæ, in omni virtute, & ſignis, & prodigiis mendacibus. 10. Et in omni ſeductione iniquitatis iis qui pereunt: eo quod caritatem veritatis non receperunt, ut ſalvi fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.

Cassianus *Collat. 7. aut 9. cap. 17.* Nam quod unicuique noſtrum duo cohæreant Angeli, id eſt, bonus & malus, Scriptura teſtatur. De bonis quidem Salvator: *Ne contemnatis*, inquiens, *unum ex puſillis iſtis, dico* Matt. 18. 10 *enim vobis, quod Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt*. Illud quoque: *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos*. Pſal. 33. 8. Nec non etiam quod in Actibus Apoſtolorum de Petro dicitur: Quia Angelus ejus eſt, &c. . . Hoc tamen noſſe debemus, non omnes dæmones univerſas hominibus inſerere paſſiones, ſed unicuique vitio certos ſpiritus incubare: & alios quidem immunditiis, ac libidinum ſordibus oblectari; alios blaſphemiis, alios iræ furorique peculiarius imminere: alios pasci triſtitia, alios cenodoxia ſuperbiaque mulceri, & unumquemque illud vitium humanis cordibus, quo ipſe gaudet, inſerere; ſed non cunctos pariter ſuas ingerere pravitates, ſed viciſſim prout temporis, vel loci, vel ſuſcipientis opportunitas provocaverit.

S. Bernard. *Serm. 12. in Pſal.* Qui habitat, *num. 1.* Legimus de eorum (impiorum Angelorum) principe, quoniam *circuit quærens quem devoret* ... *Circuivi*, ait, *terram, & perambulavi eam*. 1. Petr. v. 8. Job. II. 2.

(GG) 2. Thess. ii. 8. *Vide litt. ſuperior.*

Apoc. xx. 9. Et deſcendit ignis a Deo de cælo, & devoravit eos. & diabolus, qui ſeducebat eos miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, ubi & beſtia. 10. Et pſeudo-propheta cruciabantur die ac nocte in ſæcula ſæculorum.

(A) Genes. i. 26. Et ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtiis, univerſæque terræ, omnique reptili, quod movetur in terra. 27. Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem Dei creavit illum, maſculum & feminam creavit eos.

(B) Johan. iv. 24. Spiritus eſt Deus: & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.

S. Ambros. *in Pſal. 117. Expoſit. n. 10.* Non vile igitur, non corporale arbitror, quod pavit Deus. Noſce teipſum, homo; tuæ animæ dicitur in Canticis Canticorum: Niſi cognoveris te formoſam in mulieribus. Cant. I. 7. Cognoſce te, anima, quia non de terra, non de luto es: quia inſufflavit te Deus, & fecit te in animam viventem. Opus es magnificum, Dei generatione inſpiratum ... Ad illum tota intentione feſtina, ex cujus inſpiratione conſiſtis. *Grande*, inquit, *homo, & pretioſum opus vir miſericors: virum autem fidelem opus eſt invenire*. Prov. xx. 6. Diſce, homo, ubi grandis, ubi pretioſus ſis. Vilem te terra demonſtrat; ſed glorioſum

R. Quia Angeli ad Dei naturam & ſimilitudinem accedunt propius. Solo quippe ſpiritu conſtant; homines autem corpore ſimul & ſpiritu. Itaque hi non ſecundum omnem ſui naturam ut Angeli, ſed ex parte ſui tantum, hoc eſt, quantum ad animam Deo aſſimilantur.

I. Quandonam Deus hominem creavit?

§. hujuſce cap. 1. *R.* Jam diximus, hominem fuiſſe a Deo conditum ſexta die.

I. Quomodo Deus hominem creavit?

R. Formavit Dominus Deus, ut ait Scriptura,
Geneſ. 2. 7. *hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ; & factus eſt homo in animam viventem.* Spiraculum hoc animam rationalem intellige, qua corpus humanum vivit, (C)

C

I. Quid eſt anima rationalis?

R. Anima rationalis eſt ſpiritus immortalis, a Deo conditus, ut corpori humano copuletur, ipſiusque vitæ principium ſit.

I. Qua ratione novimus animam rationalem eſſe ſpiritualem & immortalem?

R. Id & fides & ratio docent.

Fides quidem. Hoc enim & Scriptura omnis & totius religionis ſeries manifeſte declarant. Si moritur anima ſimul cum corpore, ruit prorſus Chriſtiana religio; quod quam abſurdum ſit facile quiſque intelliget ex infra dicendis in ſerie totius hujuſce operis.

Id & ratio multiplex demonſtrat. Unum in multis ſeligo.

Illud immortale eſt, quod ſpirituale. Id enim immortale dicimus, quod corrumpi nequit: id vero corrumpi nequit, quod non conſtat partibus a ſe invicem ſeparabilibus. At quod ſpiritale eſt, id nullis omnino partibus conſtat; ergo corrumpi nequit.

At anima rationalis eſt ſpiritalis. Quidquid enim cogitat & ratiocinatur, id ſpiritus eſt, non corpus, non materia. Nec enim materia cogitationis, ſeu ratiocinationis capax eſt. Quocumque materiam vertas, nihil unquam, niſi extenſionem, figuras, motum reperies. Infinite diſtat a corpore mens & cogitatio, corpus a mente & cogitatione. At nemo eſt, qui dubitet quin cogitemus, intelligamus, velimus, ratiocinemur. De eo ſi dubites, næ ipſa dubitatio cogitatio eſt. Ineſt itaque unicuique homini principium ſpiritale quo cogitet. Hoc animam rationalem dicimus. (D)

D

I. Quo-

ſum virtus facit, fides rarum, imago pretioſum. An quidquam tam pretioſum, quam imago eſt Dei, quæ primo tibi fidem debet infundere; ut in corde tuo refulgeat quædam auctoris effigies?

S. Augustin. *Lib. 1. de Geneſi contra Manichæos, c. 17. num. 28.* Noverint in catholica diſciplina ſpiritales fideles non credere Deum forma corporea definitum; & quod homo ad imaginem Dei factus dicitur, ſecundum interiorem hominem dici, ubi eſt ratio & intellectus... omnia animalia cætera ſubjecta ſunt homini, non propter corpus, ſed propter intellectum, quem nos habemus, & illa non habent... Ita intelligitur per animum maxime, atteſtante etiam erecta corporis forma, homo factus ad imaginem & ſimilitudinem Dei.

Lib. de Geneſi ad litt. imperf. c. 16. num. 60. Recte ſecundum hoc, quod interius & principale hominis eſt, id eſt ſecundum mentem accipitur, *Faciamus hominem ad imagi-*
Geneſ. 1. 26. *nem & ſimilitudinem noſtram.* Ex illo enim, quod in homine principatum tenet, quod eum diſtinguit a belluis, totus eſt homo æſtimandus. Cætera in eo quamquam in ſuo genere pulchra ſint, tamen cum pecoribus communia ſunt, ac per hoc in homine parvi pendenda. Niſi forte quod ad intuendum cælum figura humani corporis erecta eſt, valet aliquid etiam ut corpus ipſum ad ſimilitudinem Dei factum credatur.

De Geneſi ad litt. lib. 3. c. 19. nu. 30. Intelligamus in eo factum hominem ad imaginem Dei, in quo irrationalibus animantibus antecellit. Id autem eſt ipſa ratio, vel mens,
Epheſ. 4. 23. vel intelligentia... Unde & Apoſtolus dicit, *Renovamini in ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum hominem*, qui renovatur in agnitionem Dei ſecundum imaginem ejus, qui creavit eum: ſatis oſtendens, ubi ſit homo creatus ad imaginem Dei, quia non corporeis lineamentis, ſed quadam forma intelligibili mentis illuminatæ.

De Catechizandis rudibus, num. 29. Fecit & hominem ad imaginem ſuam; ut quemadmodum ipſe per omnipotentiam ſuam præeſt univerſæ creaturæ, ſic homo per intelligentiam ſuam, qua etiam Creatorem ſuum cognoſcit & colit, præeſſet omnibus terrenis animalibus. Fecit illi etiam adjutorium feminam: non ad carnalem concupiſcentiam; quandoquidem nec corruptibilia corpora tunc habebant, antequam eos mortalitas invaderet pœna peccati, ſed ut haberet & vir gloriam de femina, cum ei præiret ad Deum.

Lib. 12. de Trinit. cap. 7. num. 12. Non ſecundum formam corporis homo factus eſt ad imaginem Dei, ſed ſecundum rationalem mentem... Nulli dubium eſt, non ſecundum corpus, neque ſecundum quamlibet animi partem, ſed ſecundum rationalem mentem, ubi poteſt eſſe agnitio Dei, hominem factum ad imaginem ejus qui creavit eum.

In Pſalm. 54. n. 3. Meminiſſe debemus ad imaginem Dei nos eſſe factos, nec alibi quam in ipſo intellectu. Nam in multis rebus a beſtiis ſuperamur: ubi autem homo imaginem Dei factum ſe novit, ibi aliquid in ſe agnoſcit amplius eſſe, quam datum eſt pecoribus... homo invenit ſe eo proprie diſcretum a pecore, quod ipſe habeat intellectum.

S. Eucherius Epiſc. Lugdun. *De QQ. veteris Teſtam. p. 840. Tom. 6. Biblioth. PP.* In quo Dei ſimilitudinem retinemus? In mente.

(C) S. Ambros. *de bono mortis, c. 9. n. 42.* Nam quomodo ſubſtantia ejus interire poteſt, cum utique anima ſit, quæ vitam infundit? Et cui anima infunditur, vita infunditur: a quo anima diſcedit, vita diſcedit. Anima ergo vita eſt. Quomodo enim poteſt mortem recipere, cum ſit contraria?... Ita & anima, quæ vitam creat, mortem non recipit, & non moritur: anima autem mortem non recipit; anima ergo non moritur.

S. August. *Lib. 13. de Civit. Dei, cap. 24. num. 2.* Sed intelligendum eſt, ſecundum quid dicatur homo ad imaginem Dei, & homo terra, atque iturus in terram. Illud enim ſecundum animam rationalem dicitur, qualem Deus inſufflando, vel ſi commodius dicitur, inſpirando indidit homini, id eſt, hominis corpori: hoc autem ſecundum corpus, qualem hominem Deus finxit ex pulvere, cui data eſt anima, ut fieret corpus animale, id eſt homo in animam viventem.

N. 4. Si ergo & animam viventem, & ſpiritum vitæ etiam in pecoribus invenimus, ſicut loqui divina Scriptura conſuevit: & cum hoc quoque loco, ubi legitur, *omnia quæ habent ſpiritum vitæ*, non Græcus πνεῦμα, ſed πνοὴν dixerit: cur non dicimus, quid opus erat ut adderet, viventem, cum anima, niſi vivat, eſſe non poſſit? aut quid opus erat ut adderet, vitæ, cum dixiſſet ſpiritum? Sed intelligimus ſpiritum vitæ, & animam viventem Scripturam ſuo more dixiſſe, cum animalia, id eſt corpora animata vellet intelligi, quibus ineſſet per animam perſpicuus iſte etiam corporis ſenſus. In hominis autem conditione obliviſcimur, quemadmodum loqui Scriptura conſueverit, cum ſuo prorſus more locuta ſit: quo inſinuaret hominem etiam rationali anima accepta, quam non ſicut aliarum carnium aquis & terra producentibus, ſed Deo flante creatam voluit intelligi; ſic tamen factum, ut in corpore animali, quod fit anima in eo vivente, ſicut illa animalia viveret, de quibus dixit: producat terra animam viventem; & quæ itidem dicit habuiſſe in ſe ſpiritum vitæ; ubi etiam in Græco non dixit πνεῦμα, ſed πνοὴν: non Ibid. 14. utique Spiritum ſanctum, ſed eorum animam tali exprimens nomine.

Lib. de Immortalit. animæ, c. 7. n. 12. Eſt (animus) corpore melior & vivacior, a quo huic vita tribuitur.

(D) S. Aug. *de Immort. animæ, c. 1. n. 1.* Cum ratiocinamur, animus id agit. Non enim id agit, niſi qui intelligit: nec corpus intelligit, nec minus auxiliante corpore intelligit, quia cum intelligere vult, a corpore avertitur.

Cap.

I. Quomodo formavit Deus animam primi hominis?

R. Primi hominis animam creavit Deus, id eſt, eduxit a nihilo. Singulorum hominum animas creat itidem, & cum corporibus connectit.

Explico reſponſionem.

De origine animæ anceps, & dubius hæſit ſanctus Auguſtinus (E). Nec definire voluit unquam, num una anima ſpiritalis & immortalis facta a Deo ſit, ex qua ſingulorum hominum animæ ſpiritales itam & immortales trahantur; an animæ ſingulæ ſigillatim creantur in unoquoque homine. Sancto Auguſtino ſuffragati ſunt Sanctus Gregorius Magnus, nonnullique recentiores, videlicet Sanct. Eucherius E

rius

Cap. 6. n. 10. Ratio eſt adſpectus animi, quo per ſeipſum, non per corpus verum intuetur; aut ipſa veri contemplatio, non per corpus; aut ipſum verum quod contemplatur. Primum illud in animo eſſe nemo ambigit. De ſecundo & tertio quæri poteſt: ſed & ſecundum ſine animo eſſe non poteſt. De tertio magna quæſtio eſt, utrum verum illud quod ſine inſtrumento corporis animus intuetur ſit per ſe ipſum, & non ſit in animo, aut poſſit eſſe ſine animo. Quoquo libet modo autem ſe habeat, non id poſſet contemplari animus per ſe ipſum, niſi aliqua conjunctione cum eo. Nam omne quod contemplamur, ſive cogitatione capimus, aut ſenſu aut intellectu capimus. Sed ea quæ ſenſu capiuntur, extra etiam nos eſſe ſentiuntur ... Ea vero quæ intelliguntur, non quaſi alibi poſita intelliguntur, quam ipſe qui intelligit animus.

Cap. 9. n. 16. Eſt autem animus vita quædam. Unde omne quod animatum eſt, vivere; omne autem inanime quod animari poteſt, mortuum, id eſt vita privatum intelligitur. Non ergo poteſt animus mori. Nam ſi carere poterit vita, non animus, ſed animatum aliquid eſt..., Quidquid enim vita deſertum mortuum dicitur, id ab anima deſertum intelligitur. Hæc autem vita, quæ deſerit ea quæ moriuntur, quia ipſa eſt animus, & ſeipſam non deſerit, non moritur animus,

Lib. de Immort. animæ, c. 16, n. 25. Eſt anima corpore melior & potentior. Quapropter cum per illam, ut dictum eſt, corpus ſubſiſtat, ipſa in corpus nullo modo verti poteſt... At anima ut corpus fieret, non accipiendo ſpeciem, ſed amittendo fieri poſſet, & propter ea fieri non poteſt, niſi forte loco anima continetur, & localiter corpori jungitur ... ſed non ita eſt. Moles quippe omnis quæ occupat locum, non eſt in ſingulis ſuis partibus tota, ſed in omnibus. Quare alia pars ejus alibi eſt, & alibi alia. Anima vero non modo univerſæ moli corporis ſui, ſed etiam unicuique particulæ illius tota ſimul adeſt. Partis enim corporis paſſionem tota ſentit, nec in toto tamen corpore. Cum enim quid dolet in pede, advertit oculus, loquitur lingua, admovetur manus. Quod non fieret, niſi id quod animæ in eis partibus eſt, & in pede ſentiret, nec ſentire quod ibi factum eſt abſens poſſet..., Paſſio, quæ fit non per continuationem molis currit, ut cæteras animæ partes, quæ alibi ſunt, latere non ſinat, ſed illud tota ſentit anima, quod in particula fit pedis, & ibi tantum ſentit ubi fit. Tota igitur ſingulis partib. ſimul adeſt, quæ tota ſimul ſentit in ſingulis.

S. ATHANAS. *Orat. contra gentes, n. 31.* Sentit quiſquis veritatis amator eſt, hominum mentem aliam omnino eſſe a corporis ſenſibus.

N. 33. Neceſſe eſt animam immortalem eſſe, utpote quæ corpori non ſit ſimilis... Anima corpus movet... nec enim anima moritur, ſed ejus diſceſſu corpus moritur... idcirco enim immortalia & æterna cogitat & ſapit, quia immortalis eſt..., Animam res immortales contemplantem & meditantem immortalem quoque eſſe, & ſemper vivere neceſſe eſt.

S. GREGOR. NYSSENUS *de Anima, cap. 6.* Nobis ad demonſtrationem immortalitatis ipſius ſatis ſuperque eſt divinorum oraculorum doctrina, quæ in ſe fidei faciendæ vim habet, ideo quod a Deo inſpirata eſt. Iis vero, qui non admittunt chriſtianorum decreta, ſufficit demonſtrare animam nihil eſſe eorum, quæ pereunt. Nam ſi nihil rerum pereuntium, eſt etiam incorrupta, eademque immortalis.

Videſis hance demonſtrationem, & alias ſimiles apud authores, qui ex profeſſo de Immortalitate animæ ſcripſerunt: qui quidem authores omnium manibus teruntur.

(E) S. AUGUST. *Lib. 1. retract. cap. 1. n. 3.* Originalis regio beatitudinis animi, Deus ipſe eſt, qui eum non quidem de ſe ipſo genuit, ſed de nulla re alia condidit, ſicut condidit corpus e terra. Nam quod attinet ad ejus originem, qua fit ut ſit in corpore, utrum de illo uno ſit, qui primum creatus eſt, quando factus eſt homo in animam vivam, an ſimiliter ita fiant ſingulis ſinguli, nec tunc ſciebam, nec adhuc ſcio.

De Libero arbitrio, Lib. 3. c. 20. n. 56. Si una anima facta eſt, ex qua omnium hominum animæ trahuntur naſcentium, quis poteſt dicere non ſe peccaſſe, cum primus ille peccavit? Si autem ſigillatim fiunt in unoquoque naſcentium, non eſt perverſum, immo convenientiſſimum & ordinatiſſimum apparet, ut malum meritum prioris, natura ſequentis ſit; & bonum meritum ſequentis, natura prioris ſit... Si vero in Dei aliquo ſecreto jam exiſtentes animæ mittuntur ad inſpiranda & regenda corpora ſingulorum quorumque naſcentium, ad hoc utique mittuntur officium, ut corpus quod de pœna peccati, hoc eſt, mortalitate primi hominis naſcitur, bene adminiſtrando... etiam ipſi comparent... cæleſtis incorruptionis locum... Si autem alibi animæ conſtitutæ non mittuntur a Domino Deo, ſed ſua ſponte ad inhabitanda corpora veniunt, facile eſt jam hoc videre, quidquid ignorantiæ, difficultatiſque ſecutum fuerit earum propriam voluntatem, nullo modo creatorem hinc eſſe culpandum. Harum autem quatuor de anima ſententiarum, utrum de propagine veniant, an in ſingulis quibuſque naſcentibus novæ fiant, an in corpore naſcentium jam alicubi exiſtentes vel mittantur divinitus, vel ſua ſponte labantur, nullam temere affirmare oportebit.

Epiſt. 166. alias 28. ad Hieronym. c. 2. n. 3. Anima hominis immortalis eſt, ſecundum quemdam modum ſuum. Non enim omni modo ſicut Deus, de quo dictum eſt, *quia ſolus habet immortalitatem*... Non eſt pars Dei, anima. Si enim hoc eſſet, omni modo incommutabilis atque incorruptibilis eſſet... Incorpoream quoque eſſe animam, etſi difficile tardioribus perſuaderi poteſt, mihi tamen fateor eſſe perſuaſum. 1. Timoth. 6. 16.

N. 4. Per totum quippe corpus, quod animat non locali diffuſione, ſed quadam vitali intentione porrigitur. Nam per omnes particulas tota ſimul adeſt, nec minor in minoribus, & in majoribus major, ſed alicubi intentius, alicubi remiſſius, & in omnibus tota, & in ſingulis tota eſt. Neque enim aliter, quam in corpore etiam non toto ſentit, tamen tota ſentit.

N. 7. Ego quidem ante aliquot annos cum libros quoſdam ſcriberem *de Libero arbitrio*, quatuor opiniones de animæ incarnatione, utrum ex illa una, quæ primo homini data eſt, cæteræ propagentur: an ſingulis quibuſque novæ etiam modo fiant: an alicubi jam exiſtentes, vel mittantur divinitus, vel ſponte labantur in corpora, ita putavi eſſe tractandas, ut quælibet earum vera eſſet, non impediret intentionem meam, qua tunc adverſus eos quantis poterem viribus agebam, qui naturam mali ſuo principio præditam, adverſus Deum conantur inducere, id eſt contra Manichæos... Ex quatuor opinionibus quænam ſit eligenda ſcire deſidero... hoc certe ſentis, quod ſingulas animas ſingulis naſcentibus etiam modo Deus faciat. Cui ſententiæ ne objiciatur, quod omnes creaturas ſexto die conſummaverit Deus, & ſeptimo die requieverit, adhibes teſtimonium ex Evangelio: *Pater meus uſque nunc operatur*... Doce ergo, quæſo, quod doceam, doce quod teneam, & dic mihi, ſi animæ ſingillatim ſingulis hodieque naſcentibus fiunt, ubi in parvulis peccant, ut indigeant in Sacramento Chriſti remiſſione peccati? Quæ cum ita ſint, quærenda cauſa eſt, atque reddenda, quare damnentur animæ, quæ novæ creantur ſingulis quibuſque naſcentibus, ſi præter Chriſti ſacramentum parvuli moriantur! Damnari enim eas, ſi ſic de corpore exierint, & ſancta Scriptura, & ſancta eſt teſtis Eccleſia. Unde illa de animarum novarum creatione ſententia, ſi hanc fidem fundatiſſimam non oppugnat, ſit & mea: ſi oppugnat, non ſit & tua. Nolo mihi dicatur, pro hac ſententia debere accipi, quod ſcriptum eſt: *Qui finxit ſpiritum hominis in ipſo*; &, *Qui finxit ſingillatim corda eorum*. Aliquid fortiſſimum atque inviċtiſſimum requirendum eſt, quod nos non cogat Deum credere ullarum animarum ſine culpa aliqua damnatorem... Hæc autem difficultas etiam illos ſequitur, qui jam exiſtentes alibi animas, & ab initio divinorum operum præparatas, a Deo mitti opinantur in corpora... Illam vero opinionem, quod ex una fiant omnes animæ, nec diſcutere volo, niſi neceſſe ſit: atque utinam iſta, de qua nunc agimus, ſi vera eſt, a te defendatur, ut hoc neceſſe jam non ſit. Johan. 5. 17. Zach. 12. 1. Pſal. 32. 15.

S. GREG.

rius Lugdunenſis; Caſſiodorus, Rhabanus, qui & ipſi ancipites hæſerunt de origine animæ. (F) Pars I. Sect. I. Cap. II. §. 3.

At SS. Hieronymus, Ambroſius, Athanaſius, Gregorius Nyſſenus, Cyrillus Alexandrinus, cæterique Patres fere omnes docent, uniuſcujuſque animam ſingillatim creari; & in ipſo creationis articulo copulari cum corpore (G). Hanc ſententiam omnes jam Theologi G

(F) S. Gregor. *lib. 7. Epiſt.* 54. De origine animæ inter ſanctos Patres requiſitio non parva verſa eſt: ſed utrum ipſa ab Adam deſcenderit, an certe ſingulis detur, incertum remanſit. Eamque in hac vita inſolubilem faſſi ſunt eſſe quæſtionem. Gravis enim eſt quæſtio, nec valet ab homine comprehendi: quia ſi de Adam ſubſtantia, anima cum carne naſcitur, cur non etiam cum carne moritur? Si vero cum carne non naſcitur, cur in ea carne, quæ de Adam prolata eſt, obligata peccatis tenetur? Sed cum hoc ſit incertum, illud incertum non eſt; quia niſi ſacri Baptiſmatis gratia fuerit renatus homo, omnis anima originalis peccati vinculis eſt obſtricta.

S. Eucherius *Comment. in c. 2. Geneſ. Lib. 1. n. 12. Et inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem.* Spiraculum vitæ hoc in loco animam conjunctam corpori intelligimus. Si vero homo ille quando factus eſt ex limo, corpus & anima erat, nunc ipſius anima ex ſuis eſt.

Aurel. Cassiodor. *De Anima cap. 7. p. 632.* Legimus in conditione rerum, mox ut de limo terræ corpus effectum eſt, ſtatim Dominum inſufflaſſe, factumque eſſe Adam in animam viventem. Inſufflavit enim, dictum eſt, ad exprimendam operis dignitatem; ut agnoſceretur aliquid eximium, quod ejus ore prolatum eſt. Cæterum hoc ſignificat inſufflatio ejus, quod mandatum & juſſio. Nam inſufflare quemadmodum poteſt, qui neque ſpiritum reſolvit, neque buccas habet, quæ conſtat eſſe corporea? Hoc nonnulli ſecuti dixerunt, mox ut ſemen humanum coagulatum fuerit in vitalem ſubſtantiam, illico creatas animas corporibus dari diſcretas, atque perfectas. Medendi autem artifices quadrageſimo die humanum atque mortale pecus animam dicunt accipere, cum ſe in utero matris cœperit commovere. Opinione quoque fertur aliquorum, quod creator ille potentiſſimus, ſicut de corpore noſtro ſemen carnis educit, ita & de animæ qualitate animam novam poſſe generari: quatenus originalis illius peccati, quod catholica confitetur Eccleſia, per traducem delicti rea poſſit oſtendi, niſi dono fuerit Baptiſmatis abſoluta. Nam quemadmodum infans, qui peccandi non habet votum, reus debeat ullatenus inveniri, niſi aliqua ratione in ipſa origine animarum culpa videatur eſſe transfuſa! Unde Pater Auguſtinus religioſiſſima dubitatione laudandus, nihil temere dicit eſſe affirmandum: ſed in ipſius eſſe ſecreto, ſicut & alia multa, quæ noſtra non poteſt noſſe mediocritas. Hoc autem veraciter fixeque credendum eſt; & Deum animas creare, & occulta quadam ratione juſtiſſime illis imputare, quod primi hominis peccato teneantur obnoxiæ. Melius eſt enim in tam occultis cauſis confiteri ignorantiam, quam periculoſam aſſumere fortaſſis audaciam.

Rabanus Maurus *Archiepiſcopus Moguntinus, c. 57. §. 2. de Inſtitut. Clericorum.* Quod animæ origo incerta ſit, & quod Angelorum natura vel animæ, non ſit pars divinæ ſubſtantiæ, ſed Dei creatura ex nihilo condita: ideoque incorporea, quia ad imaginem Dei creata eſt.

(G) Ps. xxxii. 15. Qui finxit ſingillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.

Zachar. xii. 1. Dominus extendens cælum, & fundans terram, & fingens ſpiritum hominis in eo.

Ecclesiastis. xii. 7. Et revertatur pulvis in terram ſuam unde erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.

Hebr. xii. 9. ... Non multo magis obtemperabimus Patri ſpirituum & vivemus.

S. Hieron. *Ep. ad Pamm.* 38. *alias* 61. *p.* 318. Omne deinceps humanum genus, quibus animarum cenſetur exordiis? Utrum ea traduce, juxta bruta animalia: ut quomodo corpus ex corpore, ſic anima generetur ex anima? An rationabiles creaturæ deſiderio corporum paulatim ad terram delapſæ, noviſſime etiam humanis illigatæ corporibus ſint? An certe (quod Eccleſiaſticum eſt ſecundum eloquia Salvatoris, *Pater uſque modo operatur, & ego operor*. Et illud Iſaiæ: *Qui format ſpiritum hominis in ipſo*. Et in Pſalmis: Qui fingit per ſingulos corda eorum, quotidie Deus fabricatur animas: cujus velle feciſſe eſt, & conditor eſſe non ceſſat...

Johan. v. 17.

Zach. xii. 1.

Pſ. xxxii. 15.

Ad Marcellinum & Anapſychiam inter Epiſt. S. Aug. 165. *alias* 27. *c.* 1. *num.* 1. Super animæ ſtatum memini veſtræ quæſtiunculæ, immo maximæ eccleſiaſticæ quæſtionis, utrum lapſa de cælo ſit, ut Pythagoras Philoſophus, omneſque Platonici & Origenes putant: an a propria Dei ſubſtantia, ut Stoici ... ſuſpicantur. An in theſauro habeantur Dei olim conditæ, ut quidam eccleſiaſtici ſtulta perſuaſione confidunt: an quotidie a Deo fiant, & mittantur in corpora ſecundum illud: *Pater meus uſque modo operatur & ego operor*: An certe ex traduce, ut Tertullianus, Apollinaris & maxima pars Occidentalium autumat; ut, quomodo corpus ex corpore, ſic anima naſcatur ex anima, & ſimili cum brutis animantibus conditione ſubſiſtat. Job. v. 17.

In cap. 12. & ultimum Eccleſ. p. 78. Ridendi qui putant animas cum corporibus ſeri; & non a Deo, ſed a corporum parentibus generari. Cum enim caro revertatur in terram, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum, manifeſtum eſt Deum parentem animarum eſſe, non homines. Eccl. xii. 7.

S. Gregor. Nyss. *De anima* T. 1. *p.* 934. Dicere nunc providentiæ ratione animas fieri, non autem creationis: (quippe cum non ſit ſubſtantiam communem, nec aliam quæ præter eſt (*ſeu potius ad exiſtentem*) inducere, ſed jam exiſtentem per providentiam complere) eorum eſt qui diſcrimen ignorant creationis & providentiæ. Etenim providentiæ opus eſt conſervare animalium corruptibilium ſubſtantiam viciſſitudine procreationis... Creationis vero præſtantiſſimum opus eſt efficere, ut aliquid ſit ex nihilo. Quamobrem ſi animæ ex mutua procreatione fierent, etiam mortales eſſent, veluti alia quæ generis ſucceſſione fiunt: quod ſi ex iis quæ non ſunt, ducuntur, creatio eſt quod fit.

S. Cyrill. Alexand. *L.* 1. *in Joan. c.* 9. *pag.* 78. *tom.* 4. Aiunt ergo nonnulli, ea corde ſuo eructantes, & non ex ore Domini... antequam corpora conderentur, in cælo fuiſſe hominum animas, longo tempore in incorporea felicitate conſtitutas, & vero bono purius fruentes: Sed melioris ſortis ſatietate, ac deterioris cupiditate ad præpoſteras cogitationes & cupiditates eſſe delapſas. Indignatum jure opificem, eas quidem in mundum mittere, & corporibus implicitas, & ad ferendum onus coactas, ac velut in ſpelunca quadam vehementium cupiditatum incluſas ipſo experimento eas docere, quam acerbum ſit in pejus deflectere, & rectum nihili facere.... Quod autem abſurdiſſimum ſit putare animam ante corpus exiſtere, & ob præcedentia peccata in terrena corpora ipſam demitti, quantum in nobis eſt demonſtrare conabimur.

Si anima hominis ante fabricationem corporis exiſtebat, ſed in vitium delapſa, ut quidam ſuſpicantur pœnæ loco in corpus detruſa eſt: quomodo quæſo Evangeliſta ipſam in hunc mundum venientem illuminari dicit? Honor enim iſtud eſt, opinor, & illuſtrium gratiarum acceſſio. Sed nemo plectitur, dum honoratur, neque punitur, cum divinorum bonorum ſit particeps, ſed cum in punientis iram incurrit. Cum autem veniens in hunc mundum minime puniatur, ſed contra potius illuminetur, patet utique, pœnæ loco ei non eſſe corporationem, qui in carne honoratur... Libenter ab eis quærerem, qui conſentaneum ſit, animam, quæ ante corpora peccavit, in corpus detrudi, ut experimento ipſo diſcat cupiditatum ſuarum turpitudinem: hæc enim docere non verentur. Atqui ab ipſo malorum aſpectu avellenda potius eſſet, quam in ipſum turpiſſimarum voluptatum profundum detrudenda. Illud enim remedii genus eſt potius quam iſtud. Si ergo ut corporeis voluptatibus immergatur, malorum acceſſionem habet, quod in corpus detruditur; nemo laudaverit medicum, qui ægrum adjutum iri putat per ea ipſa, quibus ei nocet. Sin autem ut peccandi finem faciat, quomodo in ipſum cupiditatis delapſa profundum emergere potuit, ac non potius ipſum morbi initium depulit, cum nihil adhuc eſſet quo ad peccandum pertraheretur?

Si ante corpus exiſtens anima peccavit, ut illi volunt, ideoque impacta eſt carni & ſanguini, loco pœnæ id accipiens: quomodo non oporteat credentes in Chriſtum, & idcirco peccati remiſſionem conſequutos, illico de corporibus exire, & ſarcinam iſtam pœnæ loco impoſitam excutere? Quomodo enim, quæſo, perfectam peccati remiſſionem conſecuta eſt anima hominis, ſi pœnæ adhuc tenetur obnoxia? At videmus tantum abeſſe, ut fideles corporibus liberari velint, ut cum fidei Chriſti confeſſione carnis reſurrectionem conjungant. Non erit

PARS I. SECT. I. CAP. I. §. 3.

logi Catholici ſequuntur tanquam veriorem & Scripturæ ſacræ magis conſentaneam.

I. Num fœminam Deus ſicut & virum creavit?

R. Quemamodum vir ita & mulier Eva nomine a Deo condita, ſed non pari ratione, quod ſpectat ad corpus. Neque enim corpus muliebre formavit Deus immediate de limo terræ; ſed, ut ait Scriptura, *Immiſit ſoporem in Adam* (hoc nomen primi hominis): *cumque obdormiſſet, tulit unam de coſtis ejus & replevit carnem pro ea: & ædificavit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* — *Geneſ.* 11. 21.

I. Cur Deus hoc egit?

R. Hinc intelligi voluit Deus quam arctum fore oporteret matrimonii vinculum; quam arcta ſocietas viri cum uxore, quæ *os ex oſſibus* viri dici poſſet, *& caro de carne* ejus; ut dixit Adam ipſe, ubi rem a Deo factam expergefactus intellexit. (H) — *Gen. ſ.* 11. — H

I. Quid erat ſopor ille quem immiſit Deus in Adam, dum formare voluit corpus mulieris?

R. Sopor hic, quem forte verius extaſim dixeris, grande myſterium fuit.

I. Quale myſterium?

R. Myſterium conjunctionis ineffabilis quæ Chriſtum inter & Eccleſiam reperitur, cujus quidem conjunctionis matrimonium ſacramentum eſt. Rem ſic explicat S. Auguſtinus. (I) — I — *L.* 12. *contra Fauſtum c.* 8.

„ Fit viro dormienti conjux de latere, ſic „ Chriſto morienti Eccleſia ſacramento ſanguinis „ qui de latere mortui profluxit....& omnia „ quæ illic leguntur, enucleate minutatim„ que tractata, Chriſtum & Eccleſiam prælo„ quuntur, ſive in bonis chriſtianis ſive in „ malis. Neque enim fruſtra, dixit Apoſto„ lus, *Adam qui eſt forma futuri*, & illud, — *Rom.* v. 14. „ *relinquet homo patrem & matrem & ad hærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.* — *Epheſ.* v. 31. „ *Sacramentum*, inquit, * *hoc magnum eſt; ego* „ *autem dico in Chriſto & in Eccleſia.* Quis enim — * *Epheſ.* v. *Philip.* 11, 6. „ non agnoſcat Chriſtum eo modo reliquiſſe „ Patrem; *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis Deo; ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens;* „ reliquiſſe etiam matrem ſynagogam Judæo„ rum veteri teſtamento carnaliter inhærentem, & adhæſiſſe uxori ſuæ ſanctæ Eccleſiæ; „ ut in pace novi teſtamenti eſſent *duo in carne una*? Quia cum ſit Deus apud Patrem — *Gen.* 11. 24. „ per quem facti ſumus, factus eſt per carnem „ particeps noſtri, ut illius capitis corpus eſſe „ poſſemus.

I. Quod nomen primi hominum parentis & uxoris ejus?

R. Adam & Heva. (K) — K

§. 4. *De paradiſo voluptatis, & de ſtatu innocentiæ.*

I. Formatum hominem ubinam Deus poſuit?

R. *Tulit Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, ut operaretur & cuſtodiret illum.* — *Gen.* 11. 15.

I. Quid erat iſte paradiſus?

R. Is erat ortus amæniſſimus, in quo *produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu & ad veſcendum ſuave: lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni & mali.* (A) — *Gen.* 11. 9. — A

I. Quid erat iſtiusmodi lignum vitæ?

R. Lignum vitæ ideo dictum fuit, inquit S. Auguſtinus, quia de eo propterea guſtandum erat

ergo pœnæ loco id quod fidei quoque confeſſione honoratur, & ad Salvatoris omnipotentiæ teſtimonium affertur, ea eo quod ad vitam redierit... Si ob præcedentia peccata animæ corporibus incluſæ ſunt, & ad eas puniendas excogitata eſt corporis natura, quomodo nos juvit Salvator deſtructa morte? Immo vero nonne potius noſtri mors miſerta eſt ſupplicium noſtrum abolendo, ac iræ in nos intentatæ finem imponendo? ... Non ergo ad ſupplicium datum eſt corpus animæ.

Si ut præcedentium peccatorum pœnas luant, hominum animæ terrenis corporibus immerſæ ſunt, quam quæſo gratiam habebimus Deo reſurrectionem nobis pollicenti? Renovatio enim ſupplicium eſſe videtur, & mali inſtauratio,... Non ergo ad pœnam animæ data ſunt corpora.

S. LEO *Epiſt.* 15. *alias* 93. *c.* x. Catholica fides ..., conſtanter prædicat atque veraciter, quod animæ hominum, priusquam ſuis inſpirarentur corporibus, non fuere, nec ab alio incorporantur niſi ab opifice Deo, qui & ipſarum eſt creator & corporum.

Conſule ESTIUM 2. *Sent. Diſt.* 17. §. 14. 15. 16.

(H) GENES. 11. 23. Dixitque Adam: hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt.

S. AUG. *L.* 12. *de civit. cap.* 27. *nu.* 1. Merito igitur vera religio mundi univerſi eum, (Deum) animalium quoque univerſorum, hoc eſt, & animarum & corporum conditorem agnoſcit & prædicat. In quibus terrenis præcipuus ab illo ad ejus imaginem homo.... factus eſt unus, ſed non relictus eſt ſolus, nihil enim eſt quam hoc genus tam diſcordioſum vitio, tam ſociale natura: neque commodius contra vitium diſcordiæ vel cavendum ne exiſteret, vel ſanandum cum extitiſſet, natura loqueretur humana, quam recordationem illius parentis, quem propterea Deus creare voluit unum de quo multitudo propagaretur, ut hac admonitione etiam in multis concors unitas ſervaretur. Quod vero fœmina illi ex ejus latere facta eſt, etiam hinc ſatis ſignificatum eſt quam cara mariti & uxoris debeat eſſe conjunctio.

(I) EPHES. v. 30. Quia membra ſumus corporis ejus. de carne ejus & de oſſibus ejus ... 32, Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.

S. AUGUST. *Tract.* 9. *in Johan. n.* 2. Quod Dominus invitatus veniat ad nuptias, etiam excepta myſtica ſignificatione, confirmare voluit quod ipſe fecit nuptias.... Nec illæ quæ virginitatem Deo vovent, ... ſine nuptiis ſunt: nam & ipſæ pertinent ad nuptias cum tota Eccleſia, in quibus nuptiis ſponſus eſt Chriſtus: ac per hoc ergo, Dominus invitatus venit ad nuptias, ut conjugalis caſtitas firmaretur, & oſtenderetur ſacramentum nuptiarum: quia & illarum nuptiarum ſponſos perſonam Domini figurabat.

Tract. 15. *nu.* 8. Sub hac rerum imagine Adam qui erat forma futuri, præbuit nobis magnum indicium ſacramenti, immo Deus in illo præbuit. Nam & dormiens meruit accipere uxorem, & de coſta ejus facta eſt ei uxor: quoniam de Chriſto in cruce dormiente futura erat Eccleſia de latere ejus, de latere ſcilicet dormientis: quia & de latere in cruce pendentis lancea percuſſo ſacramenta Eccleſiæ profluxerunt. Sed quare hoc dicere volui, Fratres? Quia infirmitas Chriſti nos facit fortes. Magna ibi imago præceſſit.. Factus eſt Adam in carne tanquam infirmus. Chriſtus eſt & Eccleſia, illius infirmitas noſtra eſt fortitudo.

(K) GENES. 111. 20. Et vocavit Adam nomen uxoris ſuæ, Heva: eo quod mater eſſet cunctorum viventium.

v. 1. Maſculum & feminam creavit eos, & benedixit illis: & vocavit nomen eorum Adam, in die quo creati ſunt.

(A) GEN. 11. 8. Plantaverat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis a principio: in quo poſuit hominem quem formaverat.

S. AUG.

De Civit. Dei l. 13. c. 23. erat ne mors vel ſenectus hominibus ſubreperet. (B)

B *I.* Quid erat lignum ſcientiæ boni & mali?

R. Hoc ſic dictum fuit ab effectis.

Quod ut planius intelligatur, ſcire oportet quid præceperit Deus homini in paradiſo poſito. *Ex omni ligno paradiſi comede*, inquit; *Geneſ. 11. 16. 17.* *de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas; in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.*

Itaque lignum ſcientiæ boni & mali ita dictum fuit, quia futurum erat ut ipſius occaſione vel bonum vel malum homines experientia dignoſcerent. Bonum quidem, hoc eſt vitam beatam, ſi divino juſſui paruiſſent; malum vero, C hoc eſt omne miſeriarum genus, ſi de fructu vetito comedere non vererentur. (C)

I. Fuit ne lignum hoc natura ſua malum?

Geneſ. 1. 31. *R.* Imo natura ſua bonum erat, quemadmodum & cætera omnia. *Vidit Deus*, inquit Scriptura, *cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* *De Civit. Dei l. 14. c. 12.* Sed *obedientia commendata eſt in præcepto*, inquit S. Auguſtinus. Hoc eſt, ideo abſtinendum ab D eo ligno ſanxit Deus, ut obedientiam hominum facili præcepto experiretur. (D)

Facili inquam præcepto: quod ut clarius innoteſcat, operæ pretium eſt in memoriam revocare, cur Deus hominem condiderit, & quibus eum inſtruxerit dotibus.

I. Cur ergo Deus hominem condidit?

R. Jam diximus hominem ad hunc finem fuiſſe conditum, ut æterna beatitudine gauderet quemadmodum & Angeli. Atque adeo ut æternum Deo frueretur: æternum quippe frui Deo, hoc eſt Deum ut in ſe eſt & videre & amare & æternum poſſidere, hanc eſſe ſupremam & ſolam creaturæ intellectualis felicitatem jam ſuperius adnotavimus.

I. Cur ais in eo ſolum poſitam eſſe ſupremam creaturæ intellectualis felicitatem?

R. Quia ad hoc ut quis beatus dici poſſit neceſſe eſt omnem ejus appetitum ita ſatiari, *Part. I. Sect. I.* ut nihil ſit ultra quod cupiat vel metuat. Quoties aliquid vel deſideratur vel timetur, toties *Cap. II. §. 3.* deeſt aliquid ad ſupremam felicitatem.

At extra Deum nihil eſt quod intellectualem appetitum explere poſſit. Deus ſolus ſummum bonum eſt. Cætera bona omnia, quæcunque illa ſint, fluxa ſunt & caduca; mutationi ſubjecent, nec poſſeſſorem ſuum ita afficiunt, ut nihil ſit ultra quod vel cupiat vel metuat.

Itaque in nullius rei extra Deum poſſeſſione poſita eſſe poteſt ſuprema creaturæ intellectualis felicitas.

Feciſti nos Domine ad te, inquit S. Auguſtinus, *& irrequietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te.* (E) *Lib. 1. Confeſ. c. 1. n. 1.* E

I. Qua ratione, qua via poterant Adamus & Eva æternam felicitatem adipiſci?

R. Ipſos Deo ceu ſupremo Numini toto animo adhærere, ſervire, obedire oportuit. Ad tria autem capita revocatur quidquid ad Dei obedientiam tunc temporis pertinebat. Primo Deus erat ab homine ſuper omnia diligendus, Deinde diligendus erat & proximus, quemadmodum & a nobis nunc diligendus eſt. Denique abſtinendum erat a fructu vetito, nimirum a fructu ſcientiæ boni & mali.

I. Qua ratione noverant hæc ſancte & diligenter obſervanda?

R. Nimirum ſcripſerat Deus in cordibus eorum legem ſuam de duplici illa dilectione: & propoſita mortis pœna, ut diximus, expreſſe vetuerat, de fructu ſcientiæ boni, & mali ne comederent. *Vide ſupra Geneſ. 11. 17.*

I. Poterant ne facile iſthæc agere?

R. Facile omnino. Siquidem eos ita condiderat Deus, ut ſive quod ad corpus, ſive quod ad animam pertinet, omnibus inſtructi

eſ-

(B) S. Aug. *de Civit. Dei lib.* 13. *cap.* 20. Qui licet morituri eſſent, niſi peccaſſent; alimentis tamen ut homines utebantur, nondum ſpiritalia, ſed adhuc animalia corpora terrena geſtantes. Quæ licet ſenio non veteraſcerent ut neceſſitate perducerentur ad mortem, (qui ſtatus eis de ligno vitæ, quod in medio paradiſo cum arbore vetita ſimul erat, mirabili Dei gratia præſtabatur) tamen & alios ſumebant cibos præter unam arborem, quæ fuerat interdicta, non quia ipſa erat malum, ſed propter commendandum puræ & ſimplicis obedientiæ bonum,.. profecto ſi prohibitum tangeretur, ſola inobedientia peccabatur. Alebantur ergo aliis quæ ſumebant, ne animalia corpora moleſtiæ aliquid eſuriendo ac ſitiendo ſentirent: de ligno autem vitæ propterea guſtabatur, ne mors eis undecunque ſubreperet, vel ſenectute confecta decurſis temporum ſpatiis interirent.

Lib. 1. de Peccatorum meritis & remiſſione c. 3. nu. 3. Neque metuandum fuit, ne forte diutius hic viveret in corpore animali, ſenectute gravaretur, & paulatim veteraſcendo perveniret ad mortem. Si enim Deus Iſraelitarum veſtimentis & calceamentis præſtitit, quod per tot annos non ſunt obtrita, quid mirum ſi obedienti homini ejuſdem potentia præſtaretur, ut animale ac mortale habens corpus, haberet in eo quemdam ſtatum, quo ſine defectu eſſet annoſus tempora, quo Deus vellet a mortalitate ad immortalitatem, ſine media morte venturus?.. Habebat enim (Adam) quantum exiſtimo, & de lignorum fructibus refectionem contra defectionem, & de ligno vitæ ſtabilitatem contra vetuſtatem.

(C) S. Aug. *lib.* 14. *de Civit. cap.* 17. Patebant ergo oculi eorum (Adam & Hevæ) ſed ad hoc non erant aperti, hoc eſt, non attenti, ut cognoſcerent quid eis indumento gratiæ præſtaretur, quomodo membra eorum voluntati repugnare neſciebant... Unde & ipſum lignum, eo quod iſtam faceret dignoſcentiam, ſi ad veſcendum contra vetitum tangeretur, ex ea re nomen accepit, ut appellaretur lignum hoc ſciendi boni & mali... cognoverunt quia nudi erant, nudati ſcilicet ea gratia qua fiebat, ut nuditas corporis nulla eos lege peccati menti eorum repugnante confunderet.

(D) S. Aug. *de Civit. Dei lib.* 14. *c.* 12. (*Nemo*) debet exiſtimare leve ac parvum illud fuiſſe commiſſum, quia in eſca factum eſt, non quidem mala, nec noxia, niſi quia prohibita. Neque enim quidquam mali Deus in illo tantæ felicitatis loco crearet atque plantaret: ſed obedientia commendata eſt in præcepto. Quæ virtus in creatura rationali mater quodammodo eſt omnium cuſtoſque virtutum: quandoquidem ita facta eſt ut ei ſubditam eſſe ſit utile, pernicioſum autem ſuam, non ejus a quo creata eſt, facere voluntatem.

Cap. XV. n. 1. Quia ergo contemptus eſt Deus jubens.. qui præceptis nec pluribus, nec grandibus, nec difficilibus oneraverat, ſed uno breviſſimo atque leviſſimo ad obedientiæ ſalubritatem adminiculaverat, quo eam creaturam, cui libera ſervitus expediret, ſe eſſe Dominum commonebat: juſta damnatio ſubſecuta eſt, taliſque damnatio, ut homo qui cuſtodiendo mandatum futurus fuerat etiam carne ſpiritalis, fieret etiam mente carnalis, & qui ſua ſuperbia ſibi placuerat, Dei juſtitia ſibi donaretur; non ſic ut in ſua eſſet omnimodis poteſtate, ſed a ſe ipſe quoque diſſentiens, ſub illo cui peccando conſenſit, pro libertate quam concupivit, duram miſeramque ageret ſervitutem; mortuus ſpiritu volens, & corpore moriturus invitus: deſertor æternæ vitæ etiam æterna, niſi gratia liberaret, morte damnatur.

(E) S. August. *de Natura boni cont. Manich. cap.* 7. Tale quippe bonum eſt Deus, ut nemini eum deſerenti bene ſit: & in rebus a Deo factis tam ma-

 gnum

eſſent dotibus & adjumentis, quæ divinæ legis executionem facilem redderent & expeditam. (F)

F *I.* Quibus dotibus inſtructi erant quod ſpectat ad corpus?

R. Integra & nunquam intermittenda valetudine potiebantur. Non erat quod infirmitatem ullam, vel ſenectutis moleſtias, vel mortem pertimeſcerent. Nunquam fuerant interituri ſi non peccaſſent. (G)

G *I.* Quod ad animam pertinet, quibus dotibus & adjumentis inſtructi ſunt?

R. Conditi ſunt, ut cum Theologis loquar, in ſtatu perfectæ juſtitiæ & omnimodæ innocentiæ. (H)

H Rem explico.

Primo. Quidquid ad animi perfectionem conducit, id acceperunt omne. Rerum humanarum divinarumque notitiam habuere quantam eos habere neceſſe fuit; ita ut nulla in mente ignorantia, nullus in judicio defectus, in ratione nebula nulla mentis animique ſerenitatem & candorem vitiarent. Deinde plena, & integra libertate fruebantur. Poterant omnino facere quod liberet, ſive bonum ſive malum, ita tamen, ut voluntas recti, verique, bonique tenax, ultro ad bonum tenderet, nec ullam haberet ad malum propenſionem.

Tum, nullas inviti experiebantur unquam vel animi vel corporis affectiones. Pars inferior ſuperiori ſubjacebat, & ad hujus arbitrium flectebatur. Sedata & tranquilla mens ſedatos ſenſus in æquabili ſemper ſtatione continebat, nec timendum erat ne quid nimis.

Accedit ad hoc quod acceperant a Deo, etiam præter naturæ ordinem, omne gratiarum & auxiliorum genus, quibus ipſis opus erat ut poſſent facile, ſi vellent, vitam æternam adipiſci. (I) I

Denique iſthæc omnia non ſibi ſolis, ſed ſuis etiam poſteris acceperant ſine ulla exceptione tranſmittenda.

CAPUT TERTIUM.

De peccato Primi hominis, & de iis, quæ inde ſubſequuta ſunt.

§. 1. *de Peccato Primi hominis.*

I. Tot acceptis a Deo ad corporis animique perfectionem adjumentis quomodo uſi ſunt homines?

R. Male omnino. Innocentiam primigeniam, proh dolor! contra Dei præceptum peccando perdidere.

I. Quomodo contra Dei præceptum peccaverunt?

R. De fructu vetito comedere non erubuerunt.

I. Qui id factum eſt?

R. Eva

---

quam bonum eſt natura rationalis, ut nullum ſit bonum quo beata ſit niſi Deus.

(F) S. Aug. *de Civit. lib.* 14. *cap.* 15. *num.* 1. Quiſquis hujuſmodi damnationem vel nimiam, vel injuſtam putat, metiri profecto neſcit, quanta fuerit iniquitas in peccando ubi tanta erat non peccandi facilitas... In paradiſo tanto major inobedientia fuit, quanto id quod præceptum eſt, nullius difficultatis fuit... ubi enim magna eſt inobedientiæ pœna propoſita, & res a creatore facilis imperata, quiſnam ſatis explicet, quantum malum ſit, non obedire in re facili, & tantæ poteſtatis imperio, & tanto terrenti ſupplicio? *Vide etiam autoritates infra poſitas ad litt.* G.

(G) Sap. II. 23. Deus creavit hominem inexterminabilem.

S. Aug. *l.* 14. *de Civit. c.* 10. Quid autem timere aut dolere poterant illi homines (Adam & Eva) in tantorum tanta affluentia bonorum, ubi nec mors metuebatur, nec ulla corporis mala valetudo; nec aberat quidquam, quod bona voluntas adipiſceretur, nec inerat quod carnem animumve hominis feliciter viventis offenderet? Amor erat imperturbatus in Deum, atque inter ſe conjugum fida & ſincera ſocietate viventium, ex hoc amore grande gaudium, non deſiſtente quod amabatur ad fruendum. Erat devitatio tranquilla peccati, qua manente nullum omnino aliunde malum quod contriſtaret, irruebat.... Quam igitur felices erant primi homines, & nullis agitabantur perturbationibus animorum, nullis corporum lædebantur incommodis!

L. 14. *de Civit. c.* 19. Hæ inquam partes (ira & libido) in paradiſo ante peccatum vitioſæ non erant. Non enim contra rectam voluntatem ad aliquid movebantur, unde neceſſe eſſet eas rationis tanquam frenis regentibus abſtinere.

(H) Eccle. VII. 30. Solummodo hoc inveni, quod fecerit Deus hominem rectum.

Ephes. IV. 24. Induite novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis.

S. Aug. *Oper. imperf. contra Julian. lib. 6. cap.* Nos autem dicimus tam beatum fuiſſe illum hominem ante peccatum, tamque liberæ voluntatis, ut Dei præceptum magnis viribus mentis obſervans, reſiſtentem ſibi carnem nullo certamine pateretur, nec aliquid omnino ex aliqua cupiditate ſentiret, quod nollet; voluntatemque ejus prius fuiſſe vitiatam venenoſa perſuaſione ſerpentis, ut oriretur cupiditas quæ ſequeretur potius voluntatem, quam reſiſteret voluntati, perpetratoque peccato jam pœna infirmatæ menti etiam carnis concupiſcentia repugnaret.

(I) S. Aug. *lib.* 14. *de Civit. c.* 26. Vivebat itaque homo in paradiſo ſicut volebat... vivebat fruens Deo, ex quo bono erat bonus: vivebat ſine ulla egeſtate, ita ſemper vivere habens in poteſtate. Cibus aderat, ne eſuriret; potus, ne ſitiret, lignum vitæ, ne illum ſenecta diſſolveret. Nihil corruptionis in corpore... Nullus intrinſecus morbus, nullus ictus metuebatur extrinſecus. Summa in carne ſanitas, in anima tota tranquillitas.... nihil omnino triſte, nihil erat inaniter lætum: gaudium verum perpetuabatur ex Deo... non laſſitudo fatigabat otioſum, non ſomnus premebat invitum.

Cont. Fortunat. Manich. diſp. 2. *n.* 22. Liberum voluntatis arbitrium in illo homine dico, qui primus formatus eſt. Ille ſic factus eſt, ut nihil omnino voluntati ejus reſiſteret, ſi vellet Dei præcepta ſervare. Poſtquam autem ipſe libera voluntate peccavit, nos in neceſſitatem præcipitati ſumus, qui ab ejus ſtirpe deſcendimus.

De correptione & gratia, cap. 11. *nu.* 29. Quid ergo? Adam non habuit Dei gratiam? Immo vero habuit magnam... ille in bonis erat, quæ de bonitate ſui conditoris acceperat..... ille nulla (*concupiſcentiæ*) rixa de ipſo adverſus ſe ipſum tentatus atque turbatus, in illo beatitudinis loco ſua ſecum pace fruebatur.

N. 35. Iſtam gratiam non habuit homo primus, qua nunquam vellet eſſe malus: ſed ſane habuit, in qua ſi permanere vellet, nunquam malus eſſet, & ſine qua etiam cum libero arbitrio bonus eſſe non poſſet, ſed eam tamen per liberum arbitrium deſerere poſſet... Quod adjutorium ſi homo ille per liberum non deſeruiſſet arbitrium, ſemper eſſet bonus: ſed deſeruit & deſertus eſt.

N. 32. Tunc dederat homini Deus bonam voluntatem; in illa quippe eum fecerat qui fecerat rectum: dederat adjutorium, ſine quo in ea non poſſet permanere ſi vellet, ut autem vellet, in ejus libero reliquit arbitrio. Poſſet ergo permanere ſi vellet: quia non deerat adjutorium per quod poſſet, & ſine quo non poſſet perſeveranter bonum tenere quod vellet. Sed quia noluit permanere, profecto ejus

cul-

A *R.* Eva mulier a dæmune ſeducta comedit, deditque Adamo, qui & ipſe comedit. (A)

I. Qua ratione mulier a dæmone ſeducta eſt?

R. Is ſuſceptu ſerpentis effigie, Evam adiit aitque: *nequaquam morienmini: ſed in quocunque die comederitis ex eo (fructu) aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dii, ſcientes bonum & malum.* Gen. III. 5.

I. Cur diabolus voluit humines ſeducere?

R. Id egit præ invidia & livore: ut humines ſecum traheret in ruinam, & arceret a conſequenda beatitudine, ad quam Angelorum inſtar eraut homines conditi. (B) B

I. Cur Eva ſe paſſa eſt ab dæmone decipi?

R. Illius peccati naturam rationemque penitius perſerutanti uou obſcure liquet, Evam ſuperbia primum, tum curioſitate, ac demum inordinato cibi appetitu peccaſſe.

Superbia quidem; nimirum voluit eſſe ſimilis altiſſimu: in Deum conditorem ſuum, ut ita dicam, rebellavit.

Curioſitate. Experiri voluit num revera habitura eſſet ſcientiam boni & mali ſtatim utque de fructu comediſſet.

Inordinato cibi appetitu. Pulcher oculis viſus eſt fructus, tentare voluit num eſſet & ad guſtandum ſuavis. (C) C

I. Fuit ne in Adamu principium idem peccandi cauſa & ratio eadem?

R. De eu fuſe & ſæpius loquitur ſanctus Auguſtinus: aitque principium illius peccati fuiſſe ſuperbiam, atque ex eo fonte dein curioſiatem, cibi appetitum nimium in uxorem obſequium fluxiſſe.

Patres cæteri idem cum S. Auguſtino ſentiunt. Nec deſuot in ſacris codicibus teſtimoniu quæ id quoque iuuuant: eo enim tendit quod toties legitur in Scripturis, initium totius peccati fuiſſe ſuperbiam. (D) D

I. Quam grave fuit Adæ peccatum?

R. Peccatum illud immenſum & ineffabile dici poteſt. Ut enim ait S. Auguſtinus: *Et ſuperbia* Enchir. 45. n. 13.

culpa eſt, cujus meritum fuiſſet, ſi permanere voluiſſet.

Vide etiam eundem S. Aug. lib. 14. de Civit. Dei cap. 10. & 19. ſupra litt. G. hucce §.

(A) GENES. III. 6. Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro ſuo, qui comedit .... 12. Dixitque Adam: Mulier, quam dedidi mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. 13. Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit: ſerpens decepit me, & comedi.

1. TIMOTH. II. 14. Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in prævaricatione fuit.

(B) SAPIENT. II. 24. Iuvidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum.

JOHAN VIII. 44. Vos ex patre diabolo eſtis: & deſideria Patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ub initio, & in veritate non ſtetit: quia non eſt veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater ejus.

(C) GENES. III. 5. Scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri: & eritis ſicut Dii, ſcientes bonum & malum. 6. Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit.

S. JOHANN. CHRYSOST. *Homil. 16. in Geneſ. Tom. 4. p. 104. & ſeq.* Quia autem neſcio, quomodo allectu (*Heva*) familiaritatem ſerpentis tulis, per quem, ut iuſtrumentum, pernicioſa diaboli verba ſuſcepit: congruum erat ſtatim ..., ut ipſa averſaretur, & fugeret illius conſuetudinem, abominareturque illum, qui ſuam linguam contra datum illis mandatum acuere audebat. Verum quia non ſeipſam attendebat, non uſt illum averſata, ſed omne mandatum illi detexit.. Ut audivit ab illo, quod ideo uſum hunc prohibuiſſet Deus, quia ſciret, oculos noſtros aperiendos, eoſque ſicut Deos fore, ſcientes bonum & malum: æqualis divinitatis ſpe inflata, magna quædam ſecum concipiebat... Igitur ut divinitatem mente ſua imaginata eſt, ad uſum properavit, & illuc poſtea fixit & cogitationem & mentem: & nihil aliud conſiderabat, quam ut calicem u maligno dæmone temperatum epotaret... Ut vidit...quod lignum eſſet bonum Gen. III. 6. ad veſcendum, & quod oculis gratum ad videndum, & formoſum ad contemplandum, cogitavit ſecum, forte ex diaboli deceptione, quam per ſerpentem ille uſerebat, ſi & ad veſcendum bonum eſt lignum, iu quo tanta formoſitas, & quod tantum oblectare poteſt oculos, inſuper etiam præbebit nobis ejus ſumptio ſummum honorem, & babebimus eandem quam conditor dignitatem, &c.

S. AUG. *De Geneſi ad litteram lib. 8. c. 13. n. 30.* Denique ab peccante nihil aliud appetitum eſt, niſi non eſſe ſub dominatione Dei, quando illud admiſſum eſt, in quo ne admitteretur ſola deberet juſſio dominantis ſadtendi ... Nec fieri poteſt, ut voluntas propria non grandi ruinæ pondere ſuper hominem cadat, ſi eam voluntati ſuperioris extollendo præponat. Hoc expertus eſt homo contemnens præceptum Dei, & hoc experimento dicit, quid intereſſet iuter bonum & malum, bonum ſcilicet obedientiæ, malum autem inobedientiæ, id eſt ſuperbiæ & contumaciæ, perverſæ imitationis Dei & noxiæ libertatis.

Lib. 11. c. 5. n. 7. Nec arbitrandum eſt, quod eſſet hominem dejecturus iſta tentator, niſi præceſſiſſet in anima hominis quædam elatio comprimenda, ut per humiliationem peccati, quam de ſe falſo præſumſerat, diſceret. Veriſſime quippe dictum eſt, ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur. Et hujus forte hominis vox eſt in Pſalmo: Ego dixi in abundantia mea, non movebor in æternum. Deinde jam expertus quid mali habeat ſuperba præſumptio propriæ poteſtatis, & quid boni adjutorium gratiæ Dei: Domine, inquit, in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem: avertiſti autem faciem tuam, & factus ſum conturbatus. Prov. XVI. 18. Pſ. XXIX. 7. Pſ. XXIX. 8.

C. 30. n. 39. Quando his verbis crederet mulier a bona atque utili ſe divinitus ſe fuiſſe prohibitos, niſi jam ineſſet menti amor ille propriæ poteſtatis, & quædam de ſe ſuperba præſumptio, quæ per illam tentationem fuerat convincenda & humilianda? Denique verbis non contenta ſerpentis conſideravit lignum ... atque ſumpſit de fructu ejus, & manducavit, & dedit etiam viro ſuo ſecum: fortaſſis etiam cum verbo ſuaſorio quod Scriptura tacens intelligendum relinquit. Gen. III. 6.

C. 42. n. 50. Ita Adam poſteaquam de ligno prohibito ſeducta mulier manducavit, eique dedit ut ſimul ederent, noluit eam contriſtare, quam credebat poſſe ſine ſuo ſolatio contabeſcere, ſi ab ejus alienaretur animo; & omnino illa interire diſcordia. Non quidem carnis victus concupiſcentia, ... ſed amicali quadam benevolentia, qua plerumque fit ut offendatur Deus, ne homo ex amico fiat inimicus ... ſed etiam virum propter aliquam mentis elationem, quæ Deum internorum ſerutatorem latere non poterat, ſollicitavit aliqua experiendi cupiditas, cum mulierem videret accepta illa eſca non eſſe mortuam.

(D) GENES. III. 1. Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem: cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno Paradiſi? 2. Cui reſpondit mulier: de fructu lignorum, quæ ſunt in Paradiſo, veſcimur. 3. De fructu vero ligni, quod eſt in medio Paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. 4. Dixit autem ſerpens ad mulierem: nequaquam morte moriemini. 5. Scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dii, ſcientes bonum & malum. 6. Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis aſpectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro ſuo, qui comedit. 7. Et aperti ſunt oculi amborum: cumque cognoviſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. 8. Et cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & uxor ejus a facie Domini Dei in medio ligni Paradiſi. 9. Vocavitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: ubi es? 10. Qui ait: vocem tuam audivi in Paradiſo: & timui, eo quod nudus eſſem, & abſcondi me. 11. Cui dixit: quis indicavit tibi quod nudus eſſes,

Digitized by Google

bis eſt illic, quia homo in ſua potius eſſe quam in Dei poteſtate dilexit : & ſacrilegium, quia Deo non credidit ; homicidium, quia ſe præcipitavit in mortem ; & fornicatio ſpiritualis, quia integritas mentis humanæ ſerpentina ſuaſione corrupta eſt ; & furtum, quia cibus prohibitus uſurpatus eſt ; & avaritia, quia plus quam illi ſufficere debuit appetivit ; & ſi quid aliud in uno admiſſo diligenti conſideratione inveniri poteſt. (E)

E

Ut autem intelligatur quanta fuerit illius peccati malitia, operæ pretium eſt attendere quanta fuerit non peccandi facilitas in tam levi præcepto, quanta pœna peccanti propoſita, quanta merces non peccanti, quantus eſſet is qui præceperat, quam liber ab omni cupiditate & libidine is cui præceptum erat ; & quæ demum inde fuerint mala ſubſequuta. (F)

F

§. 2. *De Pœna & effectis peccati primorum Parentum. Item de peccato originali.*

I. Ubi primi Parentes peccavere quid ipſis accidit ?

R. Statim *cognoverunt ſe eſſe nudos : itaque conſuerunt ſibi folia ficus, & fecerunt ſibi* cinctoria & *perizomata. Non quod ipſis ſua nuditas eſſet* prius *incognita, ſed quia turpis nuditas nondum erat*, inquit S. Auguſtinus. Geneſ. III. 7 — Lib. 14. de civit. c. 17.

Nihil quippe fuerat hactenus unde erubeſcerent : at ſtatim a peccato caro concupivit adverſus ſpiritum, hinc pudor ortus eſt. (A) A

Hanc primam ſubiit homo peccati pœnam ; mox cæteræ Deo ulciſcente conſequutæ ſunt.

I. Quænam iſtæ fuere peccati pœnæ ?

R. Iſthæc ut ordine explicentur, agendum primo de pœnis quas ipſi primi Parentes dedere ; deinde de iis quas & in poſteros derivarunt.

I. Quas ipſi pœnas dederunt ?

R. 1. Obnoxii fuere omnibus omnino infirmitatum & ægrotationum generibus, atque ipſius mortis imperio.

2. Ignorantiæ & concupiſcentiæ ſubjecti ſunt. Libertatem arbitrii non amiſere quidem, ſed valde imminutam & debilitatam experti ſunt.

3. Acceptum in omne animatum genus imperium dominiumque perdidere. A Deo defe-

ce-

eſſes, niſi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti ? 12. Dixitque Adam : mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. 13. Et dixit Dominus Deus ad mulierem : Quare hoc feciſti ? Quæ reſpondit : ſerpens decepit me, & comedi. 14. Et ait Dominus Deus ad ſerpentem : quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ : ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. 15. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius : ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo ejus. 16. Mulieri quoque dixit : multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos : in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. 17. Adæ vero dixit : quia audiſti vocem uxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo ; in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. 18. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. 19. In ſudore vultus tui veſceris pane, donec revertaris in terram de qua ſumptus es : quia pulvis es, & in pulverem reverteris. 20. Et vocavit Adam nomen uxoris ſuæ, Heva : eo quod mater eſſet cunctorum viventium. 21. Fecitque Dominus Deus Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos. 22. Et ait : Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum : nunc ergo ne forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum. 23. Et emiſit eum Dominus Deus de Paradiſo voluptatis, ut operaretur terram, de qua ſumptus eſt. 24. Ejecitque Adam : & collocavit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.

Tobiæ IV. 14. Superbiam numquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas : in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio.

Proverb. XVI. 18. Contritionem præcedit ſuperbia : & ante ruinam exaltatur ſpiritus.

Eccli. X. 14. Initium ſuperbiæ hominis, apoſtatare a Deo : 15. Quoniam ab eo, qui fecit illum, receſſit cor ejus : quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia : qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & ſubvertet eum in finem.

S. Aug. *De Geneſ. ad litt. l.* 11. *c.* 5. *n.* 7. Jam expertus eſt quid mali habeat ſuperba præſumptio propriæ poteſtatis.

Caput 30. *n.* 39. *lege ſupra litt.* (C) *hocce* §.

Cap. 39. *n.* 53. Adam factus eſt tamquam unus ex nobis. Verba enim ſunt hæc Dei, non tam huic inſultantis, quam cæteros ne ita ſuperbiant deterrentis. Gen. III. 22.

Lib. 14. *de Civit. cap.* 13. *n.* 1. Malæ voluntatis initium quod potuit eſſe niſi ſuperbia ? Initium enim omnis peccati ſuperbia eſt. Quid eſt autem ſuperbia, niſi perverſæ celſitudinis appetitus ? Eccl. X. 15.

(E) S. Aug. *De Dono Perſeverantiæ*, *c.* 24. *n.* 66. Poſt ingentem & ineffabilem ruinam, qua in uno omnes cecidimus, nemo niſi gratia Dei liberatur.

Operis imperfecti cont. Julian. l. 3. *n.* 56. Tale ac tantum illud ſuis peccatum, ut poſſet in hoc malum tunc ipſam mutare naturam, eamque ineffabilis apoſtaſiæ merito facere cum ſtirpe damnandam.

N. 57. Apoſtaſia primi hominis, in quo ſumma erat, & nullo impediebatur vitio libertas propriæ voluntatis, tam magnum peccatum fuit, ut ruina ejus natura humana eſſet tota collapſa : quod indicat humani generis tanta miſeria, quæ a primis ploratibus vagientium uſque ad expirantium noviſſimos halitus omnibus nota eſt.

Lib. 6. *n.* 13. Verum documento evidentiore vincimini, tam grande illud fuiſſe peccatum primi hominis, ut omni violentia conſuetudinis eſſet majus & pejus.

(F) S. Aug. *De Civit. Dei*, *lib.* 14. *c.* 15. *n.* 1. *Vide ſuper.* §. *litt.* (D) & (F).

De Civit. Dei, *lib.* 14. *c.* 12. Si quem vero movet, cur aliis peccatis ſic natura non mutetur humana, quemadmodum illa duorum primorum hominum prævaricatione mutata eſt... Si quis hoc movetur, ut dixi, non ideo debet exiſtimare leve ac parvum illud fuiſſe commiſſum, quia in eſca factum eſt, non quidem mala, nec noxia, niſi quia prohibita... Sed obedientia commendata eſt in præcepto, quæ virtus in creatura rationali mater quodammodo eſt omnium, cuſtoſque virtutum : quandoquidem ita facta eſt, ut ei ſubditam eſſe ſit utile ; pernicioſum autem ſuam, non ejus a quo creata eſt, facere voluntatem. Hoc itaque de uno cibi genere non edendo, ubi aliorum tanta copia ſubjacebat, tam leve præceptum ad obſervandum, tam breve ad memoria retinendum, ubi præſertim nondum voluntati cupiditas reſiſtebat, quod de pœna tranſgreſſionis poſtea ſubſecutum eſt, tanto majore injuſtitia violatum eſt, quanto faciliore poſſet obſervantia cuſtodiri.

(A) S. Aug. *de Geneſ. ad litt. lib.* 10. *c.* 34. *n.* 46. Quod tamen numquam permiſit advertere nuditatem ſuam, eorum intentionem in ſuperna ſuſtollens, niſi cum poſt peccatum pudendum in membris motum pœnali membrorum lege ſenſiſſent. Sic ergo affecti ſunt, ut ſolent affici homines ſub oculis hominum ; & talis affectio de peccati pœna erat, eum latere velle, quem latere nihil poteſt, & ab eo carnem occultare, qui cordis inſpector eſt.

De Civit. Dei, *lib.* 14. *cap.* 17. *Nudi erant, & non confundebantur* : Non quod eis ſua nuditas eſſet incognita, ſed turpis nuditas nondum erat ; quia nondum libido membra illa præter arbitrium commovebat, nondum ad hominis inobedientiam redarguendam ſua inobedientia caro quodammodo teſtimonium perhibebat... Patebant ergo oculi eorum, ſed ad hoc non erant aperti, hoc eſt, non attenti, ut cognoſcerent quid eis indumento gratiæ præſtaretur, quando membra eorum voluntati repugnare neſciebant. Qua gratia remota, ut pœna reciproca inobedientia plecteretur, extitit in motu corporis quædam impudens novitas, unde eſſet indecens nuditas : & fecit attentos, reddiditque confuſos.. Proinde confuſi inobedientia carnis ſuæ, tanquam teſte pœna inobedientiæ ſuæ, *conſuerunt folia fici, & fecerunt ſibi campeſtria*, id eſt, ſuccinctoria genitalium.. Quod itaque adverſus damna- Gen. II. 25. — Gen. III. 7.

tam

Digitized by Google

erant: defecit quoque ab ipſis quidquid ipſis ſubjectum erat.

Geneſ. III. „ 4. *Adæ dixit Deus*. Quia audiſti vocem uxoris tuæ & comediſti de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ: Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. In ſudore vultus tui veſceris pane, donec revertaris in terram de qua ſumtus es: quia pulvis es & in pulverem reverteris.

Ibid. 16. „ Mulieri quoque dixit: multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.

Ibid. 23. 5. Uterque expulſi ſunt ex Paradiſo voluptatis in eum non amplius introducendi.

6. Subjecti ſunt dæmonis imperio.

7. Aditus omnis ad vitam æternam, ad quam fuerant conditi ipſis plane obſtructus eſt; æternamque damnationem, æterna ſupplicia meruerunt.

I. Quid intelligis per concupiſcentiam cui ſubjectos homines in pœnam peccati fuiſſe dixiſti?

R. Intelligo propenſionem ad malum: ex qua velut ex radice prodeunt tres ut ita dicam ſurculi, ex quibus omne peccatorum genus. Triplicem hanc omnis nequitiæ radicem vocat Joannes Apoſtolus concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ; hoc eſt, appetitum corporeæ voluptatis cujuscumque, curioſitatem & ſuperbiam. (B) PARS I. SECT. I. CAP. III. §. 2. B

I. Cur in pœnam peccati ſubjectus fuit homo tribus iſtis cupiditatum generibus?

R. Quia peccatum primi hominis fuit ſuperbia, curioſitas, & haud legitimus cibi appetitus. (C) C

I. In quo debilitata fuit hominis libertas quam dixiſti valde imminutam fuiſſe per peccatum?

R. In eo quod propenſionem ad bonum ſicut antea non amplius expertus eſt homo poſt peccatum. (D) D

I. Quas Adam & Eva peccati ſui pœnas in poſteros derivarunt?

R. Eaſdem prorſus, quas ipſis dedere. Hinc naſcimur omnimodis infirmitatibus, morti, ignorantiæ, triplici concupiſcentiæ obnoxii, ſervi peccati & diaboli, inimici Dei filii iræ & gehennæ. (E) E

I. Æquum ne eſt ut Adami poſteri pœnas ſuſtineant illius peccati quod non admiſerunt?

R. Æquiſſima tametſi *incomprehenſibilia judicia Dei*. Omnes omnino homines peccati reatu tenentur. Naſcuntur omnes ingenita macula vitiati; æquum eſt ut illius pœnas luant. Rom. XI. 33.

I. Qui fieri poteſt, ut naſcamur illius peccati

Epiſt. 2. c. 33. 16. tam culpa inobedientia voluntatem libido inobedienter movebat, verecundia pudenter tegebat. Ex hinc omnes gentes, quoniam ab illa ſtirpe procreatæ ſunt, uſque adeo tenent inſitum pudenda velare, ut quidam barbari illas corporis partes nec in balneis nudas habeant, ſed cum earum tegumentis lavent. Per opacas quoque Indiæ ſolitudines, cum quidam nudi philoſophentur, unde Gymnoſophiſtæ nominantur; adhibent tamen genitalibus tegmina, quibus per cætera membrorum carent.

(B) I. JOHAN. II. 16. Quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt.

Conſule, ſi lubet, caput prævium ſecundæ partis hujuſce operis.

(C) *Conſule teſtimonia ſuperius allata. §. 1. hujuſce capitis litt.* (C) *&* (D)

(D) CONCIL. ARAUSICANUM 2. *ann.* 529. *Capitul.* 2. Si quis ſoli Adæ prævaricationem ſuam, non & ejus propagini aſſerit nocuiſſe, aut certe mortem tantum corporis, quæ pœna peccati eſt, non autem & peccatum, quod mors eſt animæ, per unum hominem in omne genus humanum tranſiiſſe teſtatur, injuſtitiam Deo dabit, contradicens Apoſtolo dicenti: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt.* Rom. V. 12.

Capit. XIII. Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum niſi per gratiam Baptiſmi non poteſt reparari: quod amiſſum, niſi a quo potuit dari, non poteſt reddi. Unde veritas ipſa dicit: *Si vos filius liberavit, tunc vere liberi eritis.* Joh. VIII. 36.

Capit. XV. Ab eo quod formavit Deus mutatus eſt Adam, ſed in pejus per iniquitatem ſuam.

CONCILIUM TRIDENT. *Seſſ.* V. *Decreto de peccato Originali*, *ann.* 1546. Si quis non confitetur primum hominem Adam, cum mandatum Dei in Paradiſo fuiſſet tranſgreſſus, ſtatim ſanctitatem, & juſtitiam, in qua conſtitutus fuerat, amiſiſſe, incurriſſeque per offenſam prævaricationis hujuſmodi iram & indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captivitatem ſub ejus poteſtate qui mortis deinde habuit imperium, hoc eſt diaboli, totumque Adam, per illam prævaricationis offenſam, ſecundum corpus & animam in deterius commutatum fuiſſe: Anathema ſit.

2. Si quis Adæ prævaricationem ſibi ſoli, & non ejus propagini, aſſerit nocuiſſe; & acceptam a Deo ſanctitatem, & juſtitiam, quam perdidit, ſibi ſoli, & non nobis etiam eum perdidiſſe; aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum, mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudiſſe, non autem & peccatum, quod mors eſt animæ: Anathema ſit: cum contradicat Apoſtolo dicenti: per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt. Rom. V. 12.

3. Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine unum eſt, & propagatione, non imitatione transfuſum omnibus ineſt unicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium aſſerit tolli, quam per meritum unius mediatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui nos Deo reconciliavit in ſanguine ſuo, &c. Anathema ſit.

(E) JOB. XIV. 1. Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis. 2. Qui quaſi flos egreditur, & conteritur: & fugit velut umbra, & numquam in eodem ſtatu permanet. 3. Et dignum ducis ſuper hujuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in judicium?

ACTOR. XVII. 30. Et tempora quidem hujus ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc annuntiat hominibus ut omnes ubique pœnitentiam agant.

ROM. V. 10. Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filii ejus: multo magis reconciliati, ſalvi erimus in vita ipſius .... 12. Propterea ſicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt... 16. Et non ſicut per unum peccatum, ita & donum; nam judicium quidem ex uno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in juſtificationem.

VI. 17. Gratias autem Deo, quod fuiſtis ſervi peccati: obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi eſtis ... 20. Cum enim ſervi eſſetis peccati, liberi fuiſtis juſtitiæ ... 23. Stipendia enim peccati, mors.

VII. 14. Scimus enim quia lex ſpiritualis eſt: ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato ... 23. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. 24. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? 25. Gratia Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Igitur ego ipſe mente ſervio legi Dei; carne autem legi peccati.

EPHES. II. 3. In quibus & nos aliquando converſati ſumus in deſideriis carnis noſtræ, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filii iræ, ſicut & cæteri.

COLOSS. I. 13. Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ,

PARS I. SECT. I. CAP. III. §. 2.

pati macula vitiati, quod tot ante ſæcula admiſſum eſt?

Rom. v. 12. *R.* Omnes in primo parente modo ineffabili concludebamur: *in hoc*, inquit Apoſtolus, *omnes peccaverunt*.

I. At enim quis hoc comprehendere queat, animam uniuscujusque hominis, quæ pura utique & immaculata a Deo creatur, ipſa ſua cum corpore vitiato conjunctione contrahere vitium corporis & maculam peccati tot ante ſæcula commiſſi?

R. Id, fateor, prorſus comprehendi nequit. Peccatum originis myſterium eſt. Captum mentis humanæ ſuperat. Sed nec homo ipſe comprehendi poteſt, ſi neges hanc ipſa fuiſſa origine vitiatum. Quidquid in nobis ipſis videmus & experimur ſublimitatis ſimol & abjectionis, magnitudinem & miſeriam probat entis non ſua natura, ſed peccato vitiati & corrupti. Itaque Peccati originalis veritatem & fide credimus & ratione conjicimus, & ingenita miſeria experimur. Hoc Deus plane revelavit in Scripturis: hoc ſemper Eccleſia docuit: hoc veluti fundamento innititur tota religionis ſeries, & ut ita dicam *εἰκονομία*. (F)

I. Cur ais totam religionis ſeriem, & œcono-

(F) Joa. xiv. 4. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu qui ſolus es?

Psal. l. 7. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Rom. v. 12. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt, 13. Uſque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cum lex non eſſet. 14. Sed regnavit mors ab Adam uſque ad Moyſen etiam in eos, qui non peccaverunt in ſimilitudinem prævaricationis Adæ, qui eſt forma futuri. 15. Sed non ſicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicto multi mortui ſunt: multo magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Jeſu Chriſti in plures abundavit. 16. Et non ſicut per unum peccatum, ita & donum. Nam judicium quidem ex uno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in juſtificationem. 17. Si enim unius delicto mors regnavit per unum: multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & juſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum Jeſum Chriſtum. 18. Igitur ſicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem; ſic per unius juſtitiam in omnes homines in juſtificationem vitæ. 19. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per unius obeditionem juſti conſtituentur multi. 20. Lex autem ſubintravit ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit delictum, ſuperabundavit gratia: 21. Ut ſicut regnavit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per juſtitiam in vitam æternam, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

2. Cor. v. 14. Caritas enim Chriſti urget nos: æſtimantes hoc, quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt.

S. Ambros. martyr *Dialogo cum Tryphone Judæo in fine p.* 315. Ad Amnem eum non ideo veniſſe pro comperto habemus, quod vel Baptiſmi lavatione, vel Spiritus ſancti in ſpecie columbæ adventu opus ei fuerit; ſicuti nec naſci & circumcidi & crucifigi propter functionis ejusmodi indigentiam ſuſtinuit: ſed humani generis cauſa, quod per Adam in mortem, & fraudem ſeductionemque ſerpentis conciderat, ut interim propriam pro ſe maligne agentis cujusque culpam taceam.

S. Irenæus *lib.* 3. *adverſus Hæreſ. c.* 20. *n.* 1. Magnanimus igitur fuit Deus deficiente homine, eam, quæ per Verbum eſſet, victoriam reddendam ei prævidens... Sicut enim patienter ſuſtinuit abſorberi Jonam a ceto... ſic & ab initio fuit patiens Deus hominem abſorberi a magno ceto, qui fuit autor prævaricationis, non ut abſorptus in totum periret, ſed præſtruens & præparans adinventionem ſalutis, quæ facta eſt a Verbo per ſignum Jonæ,... ut inſeparabilem homo a Deo percipiens ſalutem, reſurgat a mortuis, & clarificet Deum, ... & ſine intermiſſione gratias referens pro ea ſalute

1. *Cor.* 1. 29. quam conſequutus eſt ab eo: *Ut non glorietur* in conſpectu Domini omnis caro, nec unquam de Deo contrarium ſenſum accipiat homo, propriam naturaliter arbitrans eam, quæ circa ſe eſſet, incorruptelam, & non tenens veritatem, inani ſupercilio jactaretur,

Rom. xi. 32. quaſi naturaliter ſimilis eſſet Deo... *N.* 2. Quapropter & Paulus ait: *Concluſit autem Deus omnia in incredulitate, ut omnium miſereatur*; non de ſpiritalibus œonibus dicens hoc, ſed de homine, qui fuit inobediens Deo, & projectus de immortalitate, dehinc miſericordiam conſequutus eſt, per Filium Dei eam, quæ eſt per ipſum, percipiens adoptionem.

Lib. 4. *c.* 2. *in fine*. Non aliter ſalvari homines ab antiqua ſerpentis plaga, niſi credant in eum, qui ſecundum

Joh. eq. xii. 32. ſimilitudinem carnis peccati in ligno martyrii exaltatur a terra, & omnia trahit ad ſe, & vivificat mortuos.

Lib. 5. *c.* 17. *n.* 1. Eſt autem hic demiurgus, qui ſecundum dilectionem quidem pater eſt; ſecundum autem virtutem Dominus; ſecundum autem ſapientiam factor & plaſmator noſter: cujus & præceptum tranſgredientes, inimici facti ſumus ejus. Et propter hoc in noviſſimis temporibus in amicitiam reſtituit, &

nos Dominus per ſuam incarnationem, *mediator Dei & hominum* factus; propitians quidem pro nobis Patrem, in quem peccaveramus, & noſtram inobedientiam per ſuam obedientiam conſolatus; nobis autem donans eam, quæ eſt ad factorem noſtrum, converſationem & ſubjectionem. 1. *T.* ii. 5.

Cap. 19. Manifeſte itaque in ſua propria venientem Dominum, & ſua propria eum bajulante conditione, quæ bajulabatur ab ipſo, & recapitulationem ejus quæ in ligno fuit inobedientiæ, per eam quæ in ligno eſt obedientiam, facientem, & ſeductionem illam ſolutam, qua ſeducta eſt male illa, quæ jam viro deſtinata erat virgo Eva, per veritatem evangelizata eſt bene ab Angelo jam ſub viro Virgo Maria. Quemadmodum enim illa per Angelicum ſermonem ſeducta eſt, ut effugeret Deum, prævaricata verbum ejus, ita & hæc per Angelicum ſermonem evangelizata eſt, ut portaret Deum, obediens ejus verbo. Et ſi ea inobedierat Deo; ſed hæc ſuaſa eſt obedire Deo, uti virginis Evæ virgo Maria fieret advocata. Et quemadmodum adſtrictum eſt morti genus humanum per virginem, ſalvatur per virginem æqua lance diſpoſita, virginalis inobedientia per virginalem obedientiam. Adhoc enim protoplaſti peccatum per correptionem primogeniti amandationem accipiens, & ſerpentis prudentia devicta in columbæ ſimplicitate, vinculis autem illis reſolutis, per quæ alligati eramus morti.

S. Cyprianus *Epiſt.* 54. *ad Fidum alias* 59. Univerſi judicavimus, nulli hominum nato miſericordiam Dei &

Luc. ix. 56. gratiam denegandam. Nam cum Dominus in Evangelio ſuo dicat: Filius hominis non venit animas hominum perdere, ſed ſalvare; quantum in nobis eſt, ſi fieri poteſt, nulla anima perdenda eſt... Porro autem ſi etiam graviſſimis delictoribus & in Deum multum ante peccantibus, cum poſtea crediderint, remiſſa peccatorum datur, & baptiſmo atque a gratia nemo prohibetur; quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, niſi quod ſecundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit? Qui ad remiſſam peccatorum accipiendam hoc ipſo facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, ſed aliena peccata.

S. Hilar. *in Pſ.* cxviii. *lit.* 22. *Tom. n.* 6. Vivere ſe in

Pſal. l. 7. hac vita non reputat, quippe qui dixerit: Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea, ſcit ſub peccati origine, & ſub peccati lege ſe eſſe natum.

S. Greg. Nazian. *Orat.* 38. *in Chriſti nativit. circa initium*. Depoſito veteri homine novum induamus, &

Rom. v. 20. quemadmodum in veteri Adamo mortui ſumus, ita in Chriſto vivamus... Ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit & gratia: & ſi guſtus condemnavit, quanto magis Chriſti paſſio juſtificavit?

S. Chrysost. *Hom.* 9. *in Geneſim cap.* 1. *edit. Pariſ. in fol. ann.* 1621. Ubi autem per inobedientiam, fiduciam & gratiam apud Deum amiſimus, etiam principatus noſter mutilatus eſt... *p.* 86. Cæterum ubi peccatum intravit, ablata eſt hæc poteſtas & dignitas.

Homil. 10. *in Epiſt. ad Rom. circa init.* Quomodo mors ingreſſa eſt, & quando obtinuit? Per unius peccatum. Quid vero eſt, in quo omnes peccaverunt illo (Adamo) cadente, etiam qui de ligno non comederunt ex ipſo omnes facti ſunt mortales... Si... ex peccato radicem ſuam mors habuit, lege vero nondum exiſtente peccatum non

Rom. v. 13. imputatur, quomodo prævaluit mors? Unde liquet non hic dici

F

Digitized by Google

dici de peccato, quod ſit ex transgreſſione legis, ſed quod eſt ex inobedientia Adæ. Illud ſcilicet eſt, unde omnia infecta vaſtataque ſunt. Et quæ hujus eſt demonſtratio? *Ibid. 14.* Illa, videlicet, quod ante legem quoque mortui ſunt omnes. Regnabat enim, inquit, mors ab Adam, uſque ad Moſem, etiam in eos qui non peccaverunt. Quomodo regnavit? In ſimilitudine tranſgreſſionis Adæ, qui typus eſt futuri. Propter hoc enim & Chriſti typus eſt Adam. Quomodo illius typus, inquies? Quoniam quemadmodum ille mortis, ex vetito cibo inductæ, cauſa factus eſt omnibus qui ex illo ſunt, licet ex prohibito ligno non comederint: ſic & Chriſtus ſuis quotquot ex ipſo ſunt, tametſi juſtitiam non fecerint, juſtitiæ factus eſt conciliator, quam per crucem omnibus nobis donavit.

S. AMBROS. *in Pſalm.* XLVIII. *num.* 8. Adam dente ſerpentis vulneratus, obnoxiam hæreditatem ſucceſſionis humanæ ſuo vulnere dereliquit, ut omnes illo vulnere claudicemus.

Lib. 4. *in Luc. cap.* 4. *num.* 7. Per mulierem ſtultitia, per Virginem ſapientia. Mors per arborem, vita per crucem. Exuit veterem hominem, novum induit... Alius dux requirendus fuit, quem ſequeremur omnes. Quis autem eſſet dux, qui prodeſſet omnibus, niſi ille, qui ſupra omnes eſt?

1. Corinth. 15. 22. *N.* 67. Omnes in Adam mortui ſunt, illius igitur culpa mors omnium eſt?

Lib. 7. *cap.* 15. *num.* 209. Gaudeamus igitur, quoniam *Matt. 18. 11.* ovis illa quæ perierat in Adam, levatur in Chriſto. *1. Corinth. 15. 22.* Humeri Chriſti, crucis brachia ſunt... Venit itaque Filius hominis ſalvum facere quod perierat, omnes ſcilicet: Quia ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur.

S. HIERONYM. *in cap.* 3. *Jonæ*. Nullus enim abſque *Job 25. 5.* peccato, etſi unius diei fuerit vita ejus... Si enim ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu Dei, quanto magis vermis & putredo, & hi qui peccato offendentis Adam tenentur obnoxii? Non ignoramus jam oportere hominem naſci denuo: nam propter hoc ſecundo natus eſt Dei Filius.

S. AUGUSTIN. *lib.* 1. *de peccatorum meritis & remiſſione cap.* 16. *n.* 21. Poteſt proinde recte dici, parvulos ſine Baptiſmo de corpore exeuntes in damnatione omnium mitiſſima futuros. Multum autem fallit & fallitur, qui eos *Rom. 5. 16.* in damnatione prædicat non futuros, dicente Apoſtolo, judicium ex uno delicto in condemnationem... Ex hac igitur inobedientia carnis, ex hac lege peccati & mortis, quiſquis carnaliter generatur, regenerari ſpiritualiter opus habet; ut non ſolum ad regnum Dei perducatur, verum etiam a peccati damnatione liberetur. Simul itaque peccato, & morti primi hominis obnoxii naſcuntur in carne, & ſimul juſtitiæ vitæque ſecundi hominis ſociati renaſcuntur in Baptiſmo.

Cap. 18. *nu.* 23. Sine iſta ergo regeneratione ſalvos in æternum poſſe parvulos fieri, quis audeat affirmare, tamquam non pro eis mortuus ſit Chriſtus? Etenim Chriſtus *Rom. 5. 6.* pro impiis mortuus eſt. Iſti autem qui... nihil in ſua propria vita impie commiſerunt, ſi nec originaliter ullo impietatis vinculo detinentur, quomodo pro eis mortuus eſt, qui pro impiis mortuus eſt? Si nulla originalis ſunt peccati ægritudine ſauciati, quomodo ad medicum Chriſtum, hoc eſt, ad percipiendum ſacramentum ſalutis æternæ, ſuorum currentium pio timore portantur?

Lib. 1. *de pecc. merit. & remiſſ. cap.* 29. *nu.* 57. Hoc eſt malum peccati, in quo naſcitur omnis homo... Nemo renaſcitur in Chriſti corpore, niſi prius naſcatur in peccati corpore... Solus ſine peccato natus eſt, quem ſine virili complexu, non concupiſcentia carnis, ſed obedientia mentis virgo concepit. Solo noſtro vulneri medicinam parere potuit, quæ non ex peccati vulnere germen piæ prolis emiſit.

Lib. 2. *c.* 4. *nu.* 4. Concupiſcentia igitur tamquam lex peccati manens in membris corporis mortis hujus, cum parvulis naſcitur, in parvulis baptizatis a reatu ſolvitur, ad agonem relinquitur, ... parvulos non baptizatos reos innectit, & tamquam iræ filios, etiam ſi parvuli moriantur, ad condemnationem trahit. In grandibus autem baptizatis... ad agonem interim manet, non ſibi ad illicita conſentientibus nihil omnino nocitura, donec abſorbeatur mors in victoriam, & pace perfecta nihil quod vincatur exiſtat. Conſentientes autem ſibi ad illicita reos tenet, & niſi per medicinam pœnitentiæ & opera miſericordiæ, per cæleſtem ſacerdotem pro nobis interpellantem ſanentur, ad ſecundam mortem, damnationemque perducit.

Lib. 3. *c.* 9. *n.* 17. Credite itaque veritati, & videte quia... de chriſtianis, non chriſtianus, de membris Chriſti, non membrum Chriſti... de conſecratis, non conſecratus... de mundatis, non mundatus naſcatur: quia non facit generatio, ſed regeneratio chriſtianos, ... quia a peccatis nemo naſcendo, ſed omnes renaſcendo mundantur. PARS I. SECT. I. CAP. III. §. 2.

Lib. 1. *de gratia, & peccato originali contra Pelagium & Cœleſtium, c.* 8. *n.* 9. Lex... jubet magis quam juvat; docet morbum eſſe, non ſanat; immo ab ea potius, quod non ſanatur, augetur, ut attentius & ſollicitius gratiæ *2. Corinth. 3. 6.* medicina quæratur. Quia littera occidit, ſpiritus autem vivificat.

Lib. 2. *c.* 37. *n.* 42. Infantes etiam, qui peccare non poſſunt, non tamen ſine peccati contagione naſcuntur... Naturæ naſcentis eſt auctor Deus, qui hominem condidit, & qui virum ac feminam nuptiali jure conjunxit: vitii autem auctor eſt diaboli decipientis calliditas, & hominis conſentientis voluntas.

Cap. 37. *num.* 43. Ubi nihil Deus fecit, niſi quod hominem voluntate peccantem, juſto judicio cum ſtirpe damnavit: & ideo ibi quidquid etiam nondum erat natum, merito eſt in prævaricatrice radice damnatum: in qua ſtirpe damnata tenet hominem generatio carnalis, unde ſola liberat regeneratio ſpiritalis.

Cap. 40. *num.* 45. In damnatione hominem prima nativitas tenet, unde niſi ſecunda non liberat. Tenet ergo diabolus, liberat Chriſtus: tenet deceptor Evæ, liberat filius Mariæ. tenet qui per conjugem venit ad virum, liberat qui de conjuge natus eſt, quæ non pertulit virum: tenet qui cauſam libidinis intulit feminæ, liberat qui ſine libidine eſt conceptus in femina. Omnes ille per unum tenere potuit, nec ab ejus dominatione liberat niſi unus, quem tenere non potuit.

Contra Julian. lib. 5. *cap.* 3. *n.* 8. Concupiſcentia carnis, adverſus quam bonus concupiſcit ſpiritus, & peccatum eſt, quia ineſt illi inobedientia contra dominatum mentis; & pœna peccati eſt, quia reddita eſt meritis inobedientis; & cauſa peccati eſt, defectione conſentientis, vel contagione naſcentis.

C. 11. *n.* 44. Quis dubitaverit parvulos non baptizatos, qui ſolum habent originale peccatum, nec ullis propriis aggravantur, in damnatione omnium leviſſima futuros?

Lib. 6. *cap.* 9. *n.* 26. Nec obnoxia virtute, ſed libera & potentiſſima Deus fœcundas uteros feminarum, etiam vaſa diabolica parituros. Sicut enim hominibus malis, ita & feminibus ex origine vitiatis, in quibus bona eſt ab illo creata ſubſtantia, incrementum, formam, vitam, ſalutemque largitur gratuita bonitate, nulla neceſſitate, inſuperabili poteſtate, irreprehenſibili veritate.

S. LEO, aut S. PROSPER, *lib.* 1. *de Vocatione gentium, c.* 7. Omnes homines in primo homine ſine vitio conditi ſumus, & omnes naturæ noſtræ incolumitatem, ejuſdem hominis prævaricatione perdidimus. Inde tracta mortalitas, inde multiplex corporis animæque corruptio; inde ignorantia, & difficultas, curæ inutiles, illicitæ cupiditates, ſacrilegi errores, timor vanus, amor noxius, injuſta gaudia, pœnitenda conſilia, & non minor miſeriarum multitudo, quam criminum. Hiſce atque aliis malis in naturam humanam irruentibus, fide perdita, ſpe relicta, intelligentia obcæcata, voluntate captiva, nemo in ſe unde repararetur invenit... Cum ſit novum figmentum, novaque creatura, non alia in eo creatur ſubſtantia, ſed eadem quæ fuerat labefactata, reparatur.

Lib. 1. *c.* 22. Cum conſideramus inter Paganos, inter Judæos, inter hæreticos, inter ipſos Catholicos chriſtianos, quam multiplex pereat numerus parvulorum, quos quantum ad proprias pertinet voluntates, neque boni aliquid, neque mali conſtat egiſſe, diſcimus ſuper eos illam manere ſententiam, quam humanum genus in Adæ primi parentis prævaricatione excepit: cujus ſententiæ rigor, dum etiam circa tales non reſolvitur, quam magnum illud peccatum fuerit, demonſtratur.

Serm. 88. *qui eſt* 5. *de jejunio* 7. *menſis, cap.* 1. Habet enim hoc in ſe generaliter humana natura, non a Creatore inſitum, ſed a prævaricatore contractum, & in poſteros generandi lege transfuſum, ut de corruptibili corpore, etiam quod animam corrumpere poſſit, oriatur. Hinc interior homo, tametſi jam in Chriſto regeneratus, & a vinculis captivitatis eſt erutus, aſſiduos habet cum carne conflictus, & dum cohibet concupiſcentem, patitur repugnantem.

Serm. 91. *qui eſt* 8. *de jejunio* 7. *menſis, cap.* 1. Unde hoc deſideriorum conceptum ſit, cui ſemper debeat repugnari, non difficulter intelligunt, qui ſe Adæ filios eſſe noverunt, & peccante humani generis patre, non dubitant in propagine vitiatum eſſe, quod eſt in radice corruptum. Quamvis autem per gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti in novam creaturam tranſierimus ex veteri, & imaginem nos terreni hominis homo cæleſtis exuerit: donec tamen corpus mortale geſtamus, neceſſe eſt, ut contra carnis deſideria dimicemus.

PARS I. SECT. I. CAP. III. §. 2. nomiam peccato originali ceu fundamento inniti?

R. Quia hoc dogmate ceu fundamento innititur neceſſitas Incarnationis, mortis, reſurrectionis, aſcenſionis Jeſu Chriſti; prætetea Baptiſmi infantium, orationis, pœnitentiæ & vigilantiæ chriſtianæ. (G)

G

§. 3.

De neceſſitate Redemptoris, ſeu Meſſiæ, Is hominibus promittitur.

I. Quid accidiſſet hominibus ſi cum ipſis egiſſet Deus pro meritis peccati?

R. Eos quemadmodum & dæmones plane deſeruiſſet Deus æternis ſuppliciis addicendos.

I. Numquid potuiſſent in ſe reverti, agere pœnitentiam, veniam a Deo precibus & gemitibus exorare?

R. Eo corruptionis prolapſa erat humana natura per peccatum, ut ipſa ſua homines peccata fuiſſent ſemper amaturi, nedum flerent. Nec ſua ipſis unquam ſalutariter innotuiſſet miſeria, niſi gratia divina ſubventum eſſet humanæ infirmitati, ita ut eorum aperirentur oculi, cor emolliretur, pateret miſeria, gemitus excitarentur.

Sed eſto ſuam ipſi ſine ſpeciali Dei gratia plane noviſſent miſeriam, & flevisſent; eſto clamaſſent ad Dominum veniam poſtulaturi: fruſtra hæc omnia. Neque enim fieri poterat, ut factam Deo, enti utique infinito, injuriam expiarent unquam. Satisfactionem infinitam Divina juſtitia poſtulabat alioqui numquam placanda. (A)

A

I. Nullum itaque reſtabat humanæ miſeriæ perfugium, ſpes nulla affulgebat?

R. Nulla prorſus. Niſi divina bonitate & miſericordia ſubventum eſſet hominibus.

I. Quare

Epiſt. 15. *alias* 93. *ad Turribium*, *c.* 9. Catholica fides omnem hominem in corporis animæque ſubſtantiam a conditore univerſitatis formari atque animari intra materna viſcera confitetur: manente quidem illo peccati mortalitatiſque contagio, quod in prolem a primo parente tranſcurrit: ſed regenerationis ſacramenti ſubveniente, quo ex Spiritu ſancto promiſſionis filii renaſcuntur, non in utero carnis, ſed in virtute baptiſmatis.

S. BERNARD. *Serm.* 3. *in Circumciſ. Domini*, *num.* 5. In peccatis ſiquidem naſcimur omnes, & neceſſe habemus renaſci in gratia, quam in baptiſmate quidem percepimus.

CONCIL. DIOSPOLIT. *ann.* 415. *ex Cathol. Pelagii confeſſ. ſub Innocent. I.* 1. Quod Adam niſi peccaſſet non fuiſſet moriturus.

2. Quod peccatum ejus non ipſum ſolum læſerit, ſed & genus humanum.

3. Quod infantes nuper nati non ſunt in illo ſtatu, in quo Adam fuit ante prævaricationem.

1. Cor. 15. 21. 22. 4. Ut ad ipſos etiam pertineat, quod breviter ait Apoſtolus: *Per unum hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum; & ſicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes vivificabuntur.*

5. Quod infantes non baptizati, non ſolum regnum cælorum, verum etiam vitam æternam non habere poſſint.

CONCIL. MILEVITAN. *ſub Innocent. I. ann.* 416. *can.* 1. & in CONCIL. *vulgo dicto* AFRICANO, *ſeu collect. varior. Canon. tom.* 2. *Concil. can.* 76. & 77. Quicumque dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ita ut ſive peccaret, ſive non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ, anathema ſit.

Can. 2. Idem placuit, ut quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat; aut dicit, in remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacro expietur: unde fit conſequens, ut in eis forma baptiſmatis, in remiſſionem peccatorum, non vere, ſed falſe intelligatur, anathema ſit. Quoniam non aliter intelligendum eſt, quod ait Apoſtolus: *Per unum hominem peccatum*

Rom. 5. 12. *intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccaverunt*, niſi quemadmodum Eccleſia Catholica ubique diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam parvuli, qui nihil peccatorum in ſemetipſis committere potuerunt, ideo in peccatorum remiſſionem veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

INNOCENTII I. *Epiſt.* 24. *reſcriptum ad Concil. Carthag. pag.* 1285. *To.* 2. *Concil.* Liberum enim arbitrium olim ille perpeſſus, dum ſuis inconſultius utitur bonis, cadens in prævaricationis profunda demerſus eſt: & nihil, quemadmodum exinde ſurgeret, invenit: ſuaque in æternum libertate deceptus huic ruinæ ſuæ jacuiſſet oppreſſus, niſi eum poſtea Chriſti per ſuam gratiam relevaſſet adventus, qui per novæ regenerationis purificationem, præteritum omne vitium ſui baptiſmatis lavacro purgavit.

Epiſt. 25. *reſcrip. ad Milevit. Conc. Tom.* 2. *Concil. p.* 1288. Adverte tandem, quod primum hominem ita libertas ipſa decepit, ut dum indulgentius frænis ejus utitur, in prævaricationem præſumptione conciderit. Neque ex hac potuit erui, niſi providentia ei regenerationis ſtatum priſtinæ libertatis Chriſti Domini reformaſſet adventus.... Illud vero, quod eos (Cæleſtius & Pelagius) veſtra fraternitas aſſerit prædicare, parvulos æternæ vitæ præmiis, abſque baptiſmatis gratia, poſſe donari, perfatuum eſt... Qui autem hanc in eis ſine regeneratione defendunt, videntur mihi ipſum baptiſmum velle caſſare, cum prædicant, hos habere, quod in eos creditur nonniſi baptiſmate conferendum.

Sedis Apoſtol. Epiſcop. auctoritates de Gratia Dei, &c. CÆLESTINO *Papæ I. tributæ*, *Conc. Tom.* 2. *pag.* 1614. *Sent.* 1. In prævaricatione Adæ omnes homines naturalem poſſibilitatem & innocentiam perdidiſſe, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium poſſe conſurgere, niſi eum gratia Dei miſerantis erexerit.

EUGENIUS *Papa IV. in Inſtructione Armenorum*, *in Conc. Florent. ann.* 1439. *p.* 535. Primum omnium ſacramentorum locum tenet ſanctum Baptiſma, quod vitæ ſpiritualis janua eſt: per ipſum enim membra Chriſti, ac de corpore efficimur Eccleſiæ. Et cum per primum hominem Johan. 3. 5.
mors introierit in univerſos, niſi ex aqua & ſpiritu renaſcimur, non poſſumus, ut inquit Veritas, in regnum cælorum introire... Hujus ſacramenti effectus, eſt remiſſio omnis culpæ originalis & actualis.

Vide ſupra litt. (K) *Definitiones Concilii Arauſicani II. ann.* 529. & *Concil. Trident. ann.* 1546. *ſeſſ.* 5. *Decret. de peccato originali*, & *auctoritates ex ſacra Scriptura allatas ſupra litt.* (L)

(G) *Hæc fuſe probantur ſupra allatis Scripturæ & Patrum teſtimoniis litt.* (M), *maxime vero S. Auguſtini, qui fidem Catholicam de peccato originali adverſus Pelagianos acerrime defendit.*

(A) S. LEO *de Vocat. gent. lib.* 1. *c.* 7. His ergo atque aliis malis in naturam humanam irruentibus, fide perdita, ſpe relicta, intelligentia obcæcata, voluptate captiva, nemo in ſe unde repararetur invenit. Quia etſi fuit, qui naturali intellectu conatus ſit vitiis reluctari, hujus tantum temporis vitam ſteriliter ornavit; ad veras autem virtutes æternamque beatitudinem non profecit. Sine cultu enim Dei, etiam quod virtus videtur eſſe, peccatum eſt, nec placere ullus Deo ſine Deo poteſt.

Serm. 50. *in Paſſione Domini* 1. *cap.* 1. Poſt illam humanæ prævaricationis primam & univerſalem ruinam, ex qua *per unum hominem peccatum introivit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes pertranſiit, in quo omnes peccaverunt*; nemo dominationem diaboli, nemo vincula diræ captivitatis evaderet, nec cuiquam aut reconciliatio ad veniam, aut reditus pateret ad vitam, niſi coæternus & coæqualis Patri Deo Filius Dei, etiam hominis filius eſſe dignaretur: veniens *quærere & ſalvare, quod perierat*; ut ſicut per Adam mors, ita per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum eſſet reſurrectio mortuorum. Non enim quia ſecundum inſcrutabile propoſitum ſapientiæ Dei noviſſimis diebus Verbum caro factum eſt, ideo ſalutiferæ Virginis partus, extremi tantum temporis generationibus profuit, & non ſe etiam in præteritas refudit ætates. Omnis prorſus antiquitas colentium Deum verum, omnis numerus apud ſæcula priora ſanctorum, ſacra fide vixit, & placuit; & neque Patriarchis, neque Prophetis, neque cuiquam omnino ſanctorum, niſi in redemptione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſalus, & juſtificatio fuit.

Rom. 5. 12. Luc. 19. 10. 1. Cor. 15. 21. Johan. 1. 14.

S. Las-

Digitized by Google

I. Quam ergo Deus miſericordiam impartitus eſt hominibus?

Joh. III. 16. *R.* Ineffabilem prorſus & quæ vix animo concipi queat. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret* in redemptionem homi-

Joh. I. 14. num peccatorum.

Verbum Caro factum eſt in utero Virginis, *& habitavit in nobis*. Morte ſua reconciliavit nos Patri ſuo. Cæli januam nobis aperuit reſurrectione & in cælum adſcenſione, doctrina ſua nos erudivit, miraculis terruit & commovit, Spiritus ſancti miſſione converſis & immutavit, gratia ſua & ſacramentis vivificavit, roboravit, enutrivit. Suo ſacrificio conſecravit, obtulit Patri, dignos Deo reddidit. Noſter eſt advocatus, mediator, protector, caput. Dæmonem pro nobis in cruce ſuperavit, & in nobis quotidie ſuperat, dum illius tentationibus gratiæ divinæ cooperando reſiſtimus. Faciet demum ut in finem uſque perſeverando, ex hoſte iſto ſimus æternum in cælis triumphaturi.

I. Statim ne a peccato miſericordiam hanc Deus erga homines exercuit?

R. Hanc Deus, mox ut homines peccavere, promiſit quidem; ſed non adimplevit ſtatim. Nonniſi poſt annos circiter quater mille venit in mundum Filius Dei.

I. Quibus verbis promiſit Deus hominibus redemptorem olim mittendum?

R. Maledixit Deus ſerpenti, cujus organo abuſus fuerat diabolus ad perdendos homines. Gen. III. 15
Hanc autem maxime ſententiam dixit: *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius. Ipſa conteret caput tuum.*

I. Hujus ſententiæ quis ſenſus eſt?

R. Alienum fore ſemper animum hominis a ſerpente, quem reipſa abhorret natura humana. Sed & perpetuam & implacabilem fore inimicitiam inter homines & diabolum, cujus figuram gerebat ſerpens. Denique naſciturum olim ex virgine redemptorem mundi, qui dæmonis imperium eſſet everſurus. (B) B

I. Quibus nominibus appellabatur redemptor mundi antequam naſceretur & dum eum homines expectabant?

R. Plura legimus ipſi a Prophetis tributa eſſe nomina, inter hæc ſolemniora & celebriora *Meſſiæ* & *Chriſti* vocabula. (C) C

CAPUT QUARTUM.

Brevis Hiſtoria Religionis a peccato hominis ad adventum Meſſiæ.

§. 1. Cur Deus non miſerit Meſſiam in mundum ſtatim a peccato. Quid interea facto opus eſſet hominibus ut ſuæ ſaluti conſulerent.

I. Cur Deus Meſſiam non miſit in mundum ſtatim a peccato?

R. Id diſpenſatione divina factum eſt varias ob cauſas, eaſque graviſſimas. (A) A

Primo. Voluit Deus homines diuturna experientia cognoſcere quam eſſent infirmi, quam debiles, quantum ipſis opus eſſet auxilio redemptoris ad vincendas cupiditates. (B) B

Dein-

(B) S. IRENÆUS *lib. 4. adverſus Hæreſes*, *c. 74.* Inimicitiam hanc Dominus in ſemetipſum recapitulavit, de muliere factus homo & calcans ejus caput.

S. CYPRIANUS *lib. 2. adverſ. Judæos*, *c. 9.* Hoc ſemen prædixerat Deus de muliere procedere, quod cal-

Gen. III. 15 caret caput diaboli in Geneſ... Et ponam inimicitiam inter te & mulierem, & inter ſemen ejus: Ipſe tuum obſervabit caput, & tu obſervabis calcaneum ejus.

S. LEO *Serm. 21. in Nativit. Domini 2. cap. 1.* Deus enim omnipotens & clemens, cujus natura bonitas, cujus voluntas potentia, cujus opus miſericordia eſt, ſtatim ut nos diabolica malignitas veneno ſuæ mortificavit invidiæ, præparata renovandis mortalibus ſuæ pietatis remedia inter ipſa mundi primordia præſignavit: denuncians ſerpenti futurum ſemen mulieris, quod noxii capitis elationem ſua virtute contereret; Chriſtum ſcilicet in carne venturum, Deum hominemque ſignificans, qui natus ex virgine violatorem humanæ propaginis incorrupta nativitate damnaret.

Serm. 75. in Pentecoſte 3. c. 2. Si homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus in ſuæ honore naturæ manſiſſet, nec diabolica fraude deceptus a lege ſibi poſita per concupiſcentiam deviaſſet, creator mundi creatura non fieret: neque aut ſempiternus temporalitatem ſubiret, aut æqualis Deo Patri Filius Deus formam ſervi & ſimilitudinem carnis peccati aſſuma-

Sap. II. 24. ret. Sed quia *invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum*, & aliter ſolvi captivitas humana non potuit, cauſam noſtram ipſe *ſuſcepit*, qui ſine majeſtatis ſuæ damno & verus homo fieret, & ſolus peccati contagium non haberet.

MENOCHIUS *in c. 3. verſ. 15. Geneſeos.* Ipſa & ſemen ipſius conteret caput tuum, quod potiſſimum per ſemen cum ſerpens necandus eſt. Dæmoni etiam iſta conveniunt, nam mulier per ſemen ſuum, ſcilicet per Chriſtum caput ſerpentis inferni contrivit.

JANSENIUS IPRENS. *in c. 3. v. 15. Geneſ.* Si legamus *ipſe & ipſum*, ſcilicet ſemen, verus ſenſus eſt, quod ipſe Chriſtus ſemen mulieris contriturus ſit caput, id eſt, omnem potentiam diaboli, alligans & ſubjiciens eum poteſtati hominis, qui fuerat victus, ut & ipſe calcaret omnem virtutem ejus, inquit Irenæus l. 3. c. 38. Nec aliud ſibi vult lectio noſtra, *ipſa conteret*, ſcilicet mulier, quia Eva, vel potius virgo Maria ſemen illud Chriſtum protulit, & per illum virtutem ejus contrivit, ut Epiphanius hæreſi 78.

Conſule etiam tam veteres, quam recentiores Scripturæ Interpretes in cap. 3. v. 15. Geneſeos.

(C) JOB. XIX. 25. Scio enim quod redemptor meus vivit.

ISAIÆ LIX. 20. Et venerit Sion Redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Jacob.

DANIEL. IX. 26. Et poſt Hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt.

JOHAN. I. 41. Invenimus Meſſiam. (Quod eſt interpretatum Chriſtus.)

(A) *Vide hæc fuſe tractata apud Thomaſſinum tom. III. Dogmatum Theologicorum Tract. V.*

(B) ROM. VIII. 3. Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne.

XI. 32. Concluſit enim Deus omnia in incredulitate; ut omnium miſereatur.

S. AUGUST. *in Pſ. CII. n. 15.* Idem docet datam legem ut convincerentur peccatores, & ad gratiam accipiendam medicum invocarent... Quia nolebant ſe confiteri peccatores, addita lege facti ſunt & prævaricatores... Ut dicere cœperam, ...in lege magnum myſterium, ideo eam datam ut creſcente peccato humiliarentur ſuperbi, humiliati confiterentur, confeſſi ſanarentur.

Tract. III. in Joh. n. Quoniam ſuis viribus implere non poterant legem, facti rei ſub lege, imploraverunt liberatoris auxilium, & reatus legis fecit ægritudinem ſuper-

Deinde. Hujus auxilii neceſſitate ineluctabili voluit homines moveri ad deſiderandum diu & enixe poſtulandum redemptorem, quod & factum legimus in veteri teſtamento a ſanctis omnibus. (C)

C Tum voluit in anteceſſum ſignificare quis & quantus futurus eſſet hic redemptor, cujus tot ante ſæcula prophetæ prænuntiarent ſingillatim ortum, vitam, mortem ſepulturam, reſurrectionem, cæteraque omnia & ſingula, quæ, ſive dum viveret, ſive poſt mortem, eſſet mirabiliter operaturus. (D)

D Denique voluit Deus ipſos mundi eventus umbram eſſe futurorum, & viventem, ut ita dicam, prophetiam eorum quæ ad Meſſiam pertinebant. Ut quos ad Deum Meſſias per ſe vel per diſcipulos ſuos eſſet adducturus, ii in hiſtoria præteritorum, ſui temporis hiſtoriam adumbratam intelligerent; atque ita moverentur efficacius ad religionem ſumma cum veneratione amplectendam, Chriſtumque tota mentis propenſione colendum. (E)

E *I.* Si Meſſias non niſi poſt annos quater mille venit, ergo qui vixerunt interea, omnes æternæ damnationi addicti ſunt; quidquid enim agerent homines placare non poterant iram Dei, quam omnes peccato originis meruerunt?

R. Huic quoque incommodo divina miſericordia ſubventum eſt. Futurum erat ut Meſſias divinæ juſtitiæ ſatisfaceret pro peccatis omnium hominum, tam eorum qui ante vixerant, quam eorum qui poſtea erant naſcituri.

Hujus ſatisfactionis intuitu, & futuri Meſſiæ meritis, potuerunt homines obtinere remiſſionem peccatorum, & ſancte vivere. Sed non poterat ipſis patere ad cælum introitus niſi per Meſſiam. In cælum ab ipſo prius ingreſſo nos perduci oportuit. Hinc eſt quod ait Apoſtolus, eos qui in veteri teſtamento *teſtimonio fidei probati* ſunt, *non accepiſſe* ante Chriſtum *repromiſſionem*, id eſt, retributionem, *Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non ſine nobis conſummarentur*. (F) *Hebr. xi. 39. 40.* F

Quid

ſuperbis. Ægritudo ſuperborum facta eſt confeſſio humilium: jam confitentur ægroti quia ægrotant; veniat medicus, & ſanet ægrotos.

In cap. III. ad Galat. n. 24. Reſtat ergo, ut qui mediatore ſuperbo diabolo ſuperbiam perſuadente dejectus eſt, mediatore humili Chriſto humilitatem perſuadente erigatur. Superbienti ergo populo lex poſita eſt, ut quoniam gratiam caritatis niſi humiliatus accipere non poſſet, & ſine hac gratia nullo modo præcepta legis impleret, tranſgreſſione humiliaretur, ut quæreret gratiam, nec ſe ſuis meritis ſalvum fieri, quod ſuperbum eſt, opinaretur: ut eſſet non in ſua poteſtate & viribus juſtus, ſed in manu mediatoris juſtificantis impium.... perque illam legem morbos oſtendentem, non auferentem, etiam prævaricationis crimine contrita eſt ſuperbia: *Diſpoſitum eſt per Angelos* *Galat. III. 19.* *ſemen in manu mediatoris*, ut ipſe liberaret a peccatis, jam per tranſgreſſionem legis coactos confiteri, opus ſibi eſſe gratiam & miſericordiam Domini, ut ſibi peccata dimitterentur, & in nova vita per eum, qui pro ſe ſanguinem fudiſſet, reconciliarentur Deo.

(C) GENES. XLIX. 18. Salutare tuum expectabo Domine.

EXOD. IV. 13. At illa: obſecro, inquit, Domine, mitte quem miſſurus es.

ISAI. XVI. 1. Emitte Agnum Domine dominatorem terræ.

LUC. II. 25. Et ecce: homo erat in Jeruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte juſtus, & timoratus, expectans conſolationem Iſrael, & Spiritus ſanctus erat in eo.

38. Et hæc (Anna) ipſa hora ſuperveniens, confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Iſrael.

S. AUGUST. *Serm. 163. alias 3. de verbis Apoſtoli cap.* *Pſ. LXXXIV. 8.* *4. n. 4. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.* Deſiderabant hoc ſalutare antiqui juſti, de quibus Dominus dicebat Diſcipulis: Multi voluerunt videre quæ vos videtis, & non potuerunt. *Matt. XIII. 17.* Et ſalutare tuum da nobis. Dixerunt hoc antiqui juſti, ſalutare tuum da nobis: Chriſtum tuum cum in hac carne vivimus, videamus. Videamus in carne, qui nos liberet a carne: veniat caro mundans carnem; patiatur caro & redimat animam & carnem... In hoc deſiderio erat ſanctus ille ſenex Simeon, &c.

Serm. 370. alias 40. de tempore cap. 3. n. 3. Intelligite fratres, quantum deſiderium habebant antiqui ſancti videndi Chriſtum. Sciebant illum eſſe venturum, & omnes qui pie vivebant, dicebant: O ſi hic me inveniat illa nativitas, o! ſi quod credo in Scripturis Dei, videam oculis meis. Et ut noveritis quantum deſiderium habebant Sancti, qui noverant de Scripturis ſanctis Virginem parituram... Emmanuel quid ſit, Evangelium nobis aperuit dicens, quod interpretatur, nobiſcum Deus. *Matt. I. 23.*

(D) ACTOR. X. 43. Huic (Chriſto) omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum.

S. AUGUST. *Tract. 31. in cap. 7. Johann. n. 5.* Cum autem venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum. Quare non ante venit Chriſtus?.. Quia nondum venerat plenitudo temporis, moderante illo per quem facta ſunt tempora: ſciebat enim quando venire debe- *Galat. IV. 4.* ret. Primo per multam ſeriem temporum & annorum prædicendus fuit. Non enim aliquid parvum venturum fuit. Diu fuerat prædicendus, ſemper tenendus.

(E) I. COR. X. 6. Hæc autem in figura facta ſunt noſtri, ut non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt... 11. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſæculorum devenerunt.

GALAT. IV. 24. Quæ ſunt per allegoriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Unum quidem in monte Sina, in ſervitutem generans: quæ eſt Agar... 26. Illa autem, quæ ſurſum eſt Jeruſalem, libera eſt; quæ eſt mater noſtra.

COLOSS. II. 17. Quæ ſunt umbra futurorum: corpus autem Chriſti.

HEBR. VIII. 5. Qui exemplari & umbræ deſerviunt cæleſtium... 6. Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt.

X. 1. Umbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum... nunquam poteſt accedentes perfectos facere.

S. AUG. *lib. de Catechiz. rudibus c. 19. n. 32.* Prænuntiabatur... diluvii ſacramento, quo per lignum juſti liberati ſunt, futura Eccleſia quam Rex ejus & Deus Chriſtus myſterio ſuæ crucis ab hujus ſæculi ſubmerſione ſuſpendit... Neque tunc ſane defuerunt juſti, qui Deum pie quærerent, & ſuperbiam diaboli vincerent, cives illius ſanctæ civitatis, quos Regis ſui Chriſti ventura humilitas per ſpiritum revelata ſanavit. Ex quibus Abraham pius... Ex illo natus eſt populus, a quo unus Deus verus coleretur... In eo plane populo multo evidentius futura Eccleſia figurata eſt... Horum ſanctorum, qui præceſſerunt tempore nativitatem Domini, non ſolum ſermo, ſed etiam vita & conjugia & filii, & facta prophetia fuit hujus temporis, quo per fidem paſſionis Chriſti ex gentibus congregatur Eccleſia... In his omnibus myſteria ſpiritalia ſignificabantur, quæ ad Chriſtum & Eccleſiam pertinerent.

Cap. 20. n. 34. Quemadmodum per diluvium aquis terra purgata eſt a nequitia peccatorum, qui tunc in illa inundatione deleti ſunt, & juſti evaſerunt per lignum: ſic ex Ægypto exiens populus Dei, per aquas iter invenit, quibus ipſorum hoſtes conſumpti ſunt. Nec ibi defuit ligni ſacramentum... Apertius autem Chriſti paſſio in illo populo figurata eſt, cum juſſi ſunt ovem occidere & manducare... Multa in illa terra promiſſionis geſta ſunt in figuram venturi Chriſti & Eccleſiæ quæ in ſanctis libris paulatim diſcere poteris.

(F) S. AUGUST. *in Expoſitione Epiſt. ad Galat. cap. 3. n. 23.* Simul etiam nos cogit intelligere, omnes antiquos qui juſtificati ſunt, ex ipſa fide juſtificatos... Sanati ſunt ergo ab impietate ſuperbiæ, ut reconciliarentur Deo quicunque homines humilitatem Chriſti, & per revelationem antequam fieret, & per Evangelium poſtea quam facta eſt, credendo dilexerunt, diligendo imitati ſunt.

Tract. 45. in Johann. n. 9. Ante adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, quo humilis venit in carne, præceſſerunt

Digitized by Google

I. Quid erat hominibus faciendum ante Meſſiæ adventum ut ſancte viverent?

R. 1. Unus ipſis Deus credendus, adorandus, colendus, diligendus fuit ſuper omnia.

2. Expectandus erat Meſſias, & in ipſo ſperandum.

3. Diligendus proximus ad inſtar ſui ipſius. Abſtinendum ab omni iniquitate. Denique leges rectæ rationis & conſcientiæ ad amuſſim ſervandæ.

Iſthæc ſancte obſervanda erant ab omnibus omnino gentibus ante adventum Meſſiæ.

Sed præterea Judæi ſeu Iſraelitæ, de quibus agemus in ſerie hujus operis, Moſaicæ legi parere tenebantur; & quidquid ipſis ſpeciatim a Deo revelatum fuerat, id ab ipſis erat neceſſario credendum.

Si ita homines viverent, poterant ante adventum Meſſiæ vitam æternam promereri. Alioqui ruebant in interitum & in damnationem

G æternam. (G)

I. Siccine vixerunt homines?

R. Pauci admodum vel ex Judæis nedum ex cæteris gentibus ante adventum Meſſiæ ſancte & religioſe vixerunt. Id paulo poſt fuſius di-

H cemus. (H)

I. Cur Deus permiſit tot gentes ante adventum Meſſiæ ruere in interitum, & damnationi æternæ ſubjacere?

R. 1. Voluit Deus homines hinc intelligere quam corrupta eſſet humana ratio ſibi relicta; quam imperfecta lex ſcripta ſolum in tabulis lapideis; quam neceſſaria gratia Meſſiæ ad faciendum id quod nec ratio naturalis, nec lex poterant. (I) I

2. Nullam fecit Deus injuriam iis, qui perierunt. Voluntarie utique perierunt, divina juſtitia ſuæ corruptioni relicti. Atque ita miſericordiam ſuam Deus manifeſtius oſtendit erga eos qui ſalvi facti ſunt. Hi pauci numero quidem, eo quod in iis adumbrari ſolum voluerit Deus, quid olim Meſſias eſſet per orbem univerſum operaturus. (K) Æquum erat profecto K gratiam hanc ante ipſius adventum eſſe rariorem, ut vel hinc homines intelligerent quam ardentibus votis, quam intentis precibus eſſet expetendus & poſtulandus.

3. Si conferas paucitatem eorum, qui ſalvi facti ſunt, cum ingenti, ne dicam infinita multitudine vel Judæorum qui ſe ipſos præcipites dederunt in ruinam, hic adumbratum reperies quod ait Meſſias: *Multi vocati, pauci vero electi.*

§. 2. *Quomodo Adamus & Eva, eorumque poſteri vixerunt poſt peccatum.*

I. Quomodo geſſerunt ſe Adamus & Eva ubi expulſi ſunt ex paradiſo voluptatis?

R. Acta, Deo miſerante, pœnitentia, ſalutem adepti ſunt. (A) A

I. Ge-

ſunt juſti, ſic in eum credentes venturum, quomodo nos credimus in eum qui venit. Tempora variata ſunt, non fides.. Eadem fides utroſque conjungit, & eos qui venturum eſſe, & eos qui eum veniſſe crediderunt. Diverſis quidem temporibus, ſed utroſque per unum fidei oſtium, hoc eſt per Chriſtum, videmus ingreſſos. Nos credimus Jeſum Chriſtum natum ex Virgine, veniſſe in carne, paſſum eſſe, reſurrexiſſe, in cælum aſcendiſſe: totum hoc impletum eſſe jam credimus. In ejus ſunt fidei ſocietate nobiſcum & illi patres, qui crediderunt de Virgine naſciturum, paſſurum, reſurrecturum, in cælum aſcenſurum: illos

2. Cor. IV. 13. enim oſtendit Apoſtolus, ubi ait: habentes autem eumdem Spiritum fidei.

(G) *Hoc invictis argumentis & Scripturæ Patrumque evidentiſſimis teſtimoniis fuſe probavit clariſſimus Arnaldus libro Gallice ſcripto, cui titulus: De neceſſitate fidei in J. C.* De la neceſſité de la foy en Jeſus-Chriſt, *qui Lutetiæ proſtat apud D. Oſmont via Jacobæa, editus fuit anno 1701. duobus tomis* in 12.

(H) S. AUG. *in Expoſit. Epiſtolæ ad Galatas cap.* 3. *n.* 24. Hæc juſtitia fidei, quia non pro merito data eſt hominibus, ſed pro miſericordia & gratia Dei, non erat popularis antequam Deus homo inter homines naſce-

Galat. III. 19. retur. Semen autem, *cui promiſſum eſt*, populum ſignificat: Non illos pauciſſimos, qui revelationibus eam futuram cernentes, quamvis per eamdem ſalvi fierent, populum tamen ſalvum facere non poterant... Superbienti ergo populo lex poſita eſt, ut quoniam gratiam caritatis niſi humiliatus accipere non poſſet, & ſine hac gratia nullo modo præcepta legis impleret, tranſgreſſione humiliaretur, ut quæreret gratiam, nec ſe ſuis meritis ſalvum fieri, quod ſuperbum eſt, opinaretur: ut eſſet non in ſua poteſtate & viribus juſtus, ſed in manu Mediatoris juſtificantis impium.

Lib. de Catechiz. rudibus cap. 19. *nu.* 33. Erat enim ibi (in populo Judaico) multitudo carnalis, quæ propter viſibilia beneficia colebat Deum. Erant ibi autem pauci futuram requiem cogitantes & cæleſtem patriam requirentes, quibus prophetando revelabatur futura humilitas Dei, Regis & Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut per eam fidem ab omni ſuperbia & tumore ſanarentur... Eccleſiæ membra erant etiam illi ſancti, quamvis in hac vita fuerint antequam ſecundum carnem Chriſtus Dominus naſceretur.

(I) *Vide ſupra litt.* (B) *cap.* VIII. *v.* 3. *Epiſt. ad Romanos.*

S. AUGUST. *Epiſt.* 145. *alias* 144. *ad Anaſtaſium n.* 3. *Lex* itaque docendo & jubendo quod ſine gratia impleri non poteſt, homini demonſtrat ſuam infirmitatem, ut quærat demonſtrata infirmitas Salvatorem, a quo ſanata voluntas poſſit quod infirma non poſſet.

Serm. 125. *alias* 15. *ex Sirmond. n.* 2. Lex non data eſt quæ ſanaret infirmos, ſed quæ proderet & oſtenderet.. Acceperunt legem quam implere non poterant; didicerunt in quo morbo eſſent, & imploraverunt manus medici: voluerunt ſanari, quia cognoverunt ſe laborare: quod non cognoſcerent, niſi datam legem implere non poſſent.

Serm. 136. *n.* 6. Cucurrit (Giezi) baculum (Eliſei) ſuper faciem pueri mortui poſuit. Sed ut quid? Cui baculum? Si data eſſet lex quæ poſſet vivificare, puer Gal. III. 22. reſuſcitatus eſſet baculo? Sed quia *concluſit Scriptura omnia ſub peccato*, adhuc jacet mortuus. Sed quare concluſit omnia ſub peccato? *Ut promiſſio ex fide Jeſu Chriſti daretur credentibus.* Mortuus eſt qui quare moreretur non habebat, mortuus eſt in mortuis ſolus liber; quoniam univerſa caro hominum erat utique caro peccati.

(K) ROM. IX. 22. Suſtinuit in multa patientia vaſa iræ, apta in interitum, ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparavit in gloriam.

S. LEO Magn. *Serm.* 23. *in Nativit.* 4. *cap.* 1. Promiſſum quidem hoc (*Verbum*) a conſtitutione mundi, & multis ſignificationibus rerum atque verborum ſemper fuerat prophetarum; ſed quantam hominum portionem figuræ illæ & myſteria obumbrata ſalvarent, niſi longa & occulta promiſſa adventu ſuo Chriſtus impleret? Et quod tunc paucis credentibus profuit faciendum, innumeris jam fidelibus prodeſſet effectum. Jam ergo nos non ſignis neque imaginibus ad fidem deducimur, ſed Evangelica hiſtoria confirmati quod factum credimus adoramus: accedentibus ad eruditionem noſtram Propheticis inſtrumentis, ut nullo modo habeamus ambiguum, quod tantis oraculis ſcimus eſſe prædictum.

(A) SAPIENT. X. 1. Hæc (Sapientia) illum, qui primus formatus eſt a Deo pater orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus, cuſtodivit, & eduxit illum a delicto ſuo.

S. IRENÆUS *l.* 3. *adv. Hæreſ. c.* 23. *alias* 33. & 34. Neceſſe ergo fuit, Dominum ad perditam ovem venientem, & tantæ diſpoſitionis recapitulationem facientem, & ſuum plaſma requirentem, illum ipſum hominem ſalvare, qui factus fuerat ſecundum imaginem & ſimilitudinem ejus, id eſt, Adam adimplentem tempora ejus condemna-

PARS I. SECT. I. CAP. IV. §. 2.

I. Genuerunt ne liberos ante peccatum?

R. Non niſi poſt peccatum genuerunt: hinc naſcimur omnes originali macula vitiati. (B)

B *I.* Ergo omnes omnino homines ex Adamo

Gen. III. 20 parente & Eva matre prodiere?

R. Omnes omnino. Eva dicitur in Scriptura *Mater cunctorum viventium*.

I. Cur voluit Deus, omnes ex uno homine naſci?

R. Ut fraterno ſeſe amore diligerent: hinc Chriſtus innuit nomine proximi omnes omnino

Luc. X. 27. homines ſignificari in hoc præcepto, *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum*. (C)

C *I.* Plures ne Adamus & Eva genuere liberos?

R. Plurimos ſane. Nam annos pluſquam nongentos vixerunt, genueruntque interea,

Geneſ. V. 4. ut ait Scriptura, filios & filias. Nimirum be-

Ibid. I. 28. nedixerat illis Deus ut creſcerent & multiplicarentur.

I. Quot præciſe nati ſunt Adamo liberi?

R. Tres ſolum nominat Scriptura, Cain,

D Abel & Seth. Cæteros tacet. (D)

I. Cur aliorum nomina tacet Scriptura?

R. Quia hoc ſolum de hominum hiſtoria docet nos Scriptura, quod ſpectat ad religionis cognitionem. Atqui ad religionis cognitionem ſufficit, ſi noverimus nomina Cain, Abel & Seth; & ſciemus complures alios Adamum ex Eva ſuſcepiſſe liberos, quorum poſteri per totum terrarum orbem, ſuccedente tempore, diffuſi ſunt. (E) E

I. Quid Scriptura docet de Cain?

R. Hunc fuiſſe Adæ primogenitum; fuiſſe agricolam [a]; *Obtuliſſe de fructibus terræ munera Domino* [b]. *Ad illum nec ad ejus munera reſpexiſſe* Deum. Ab illo occiſum fuiſſe fratrem Abel præ livore & invidia [c], eo quod *ad Abel & ad ejus munera* reſpexiſſet Deus [d]: Maledictum a Deo fuiſſe Cain, & in fratricidii pœnam fuiſſe vagum & profugum ſuper terram: *Poſuiſſe Dominum Cain ſignum ut non interficeret eum omnis qui inveniſſet eum*. Denique ædificatam fuiſſe ab eo civitatem, quam vocavit nomine filii ſui Enoch (F) F

a *Gen.* IV. 1. 2.
b *Ibid.* 3.
c *Ibid.* 5. 8.
d *Ibid.* 4.
Ibid. 11. 12.
Ibid. 15.
Ibid. 17.

I. Quid Scriptura docet de Abel?

R. Hunc fuiſſe alterum Adæ filium: fuiſſe paſtorem ovium: *Obtuliſſe Domino de primogenitis gregis ſui & de adipibus eorum*: *Reſpexiſſe Dominum ad Abel, & ad munera ejus*: Interfectum *Ibid.* 2. *Ibid.* 3. *Ibid.*

damnationis, quæ facta fuerat propter inobedientiam.. Cum autem ſalvatur homo, oportet ſalvari eum qui prior formatus eſt homo.

S. AUG. *De Hæreſib. ad Quodvultdeum, hæreſi* 25. Tatiani, a Tatiano quodam inſtituti, qui & Encratitæ appellati ſunt... Saluti primi hominis contradicunt.

Epiſt. 164. *alias* 99. *ad Evodium c.* 3. *nu.* 6. Et de illo quidem primo homine patre generis humani, quod eum inde (de inferno) ſolverit, Eccleſia fere tota conſentit: quod eam non inaniter credidiſſe credendum eſt.

L. 2. *de peccatorum meritis & remiſſione c.* 34. *num.* 55. Statuit Deus ut poſt ejus (Adæ) peccatum propagata caro peccati ad recipiendam juſtitiam laboribus, & moleſtiis enteretur... Illi primi homines poſtea juſte vivendo, merito creduntur per Domini ſanguinem ab extremo ſupplicio liberati.

De natura & gratia, cap. 21. *n.* 23. Commendat Eccleſia & ipſum (Adamum) Domini Chriſti miſericordia liberatum.

(B) GEN. III. 24. Ejecitque Adam: & collocavit ante Paradiſum voluptatis Cherubim... ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.

IV. 1. Adam vero cognovit uxorem ſuam Hevam: quæ concepit & peperit Cain.

ROM. V. 12. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt, &c.

(C) S. AUG. *Lib.* 12. *de Civitate cap.* 21. Non eſt arduum videre multo fuiſſe melius quod factum eſt, ut ex uno homine quem primum condidit, (Deus) multiplicaret genus humanum, quam ſi id inchoaſſet a pluribus... Unum ac ſingulum creavit, non utique ſolum ſine humana ſocietate deſerendum, ſed ut eo modo vehementius ei commendaretur ipſius ſocietatis unitas, vinculumque concordiæ, ſi non tantum inter ſe naturæ ſimilitudine, verum etiam cognationis affectu homines necterentur... Ut omne ex homine uno diffunderetur genus humanum.

C. 27. *n.* 1. Ad ejus (*Dei*) imaginem homo... factus eſt unus, ſed non relictus eſt ſolus. Nihil eſt enim quam hoc genus tam diſcordioſum vitio, tam ſociale natura. Neque commodius contra vitium diſcordiæ vel cavendum ne exiſteret, vel ſanandum cum extitiſſet, natura loqueretur humana, quam recordationem illius parentis, quem propterea Deus creare voluit unum, de quo multitudo propagaretur, ut hac admonitione etiam in multis concors unitas ſervaretur.

Lib. 14. *de Civit. c.* 1. Diximus, ad humanum genus non ſolum naturæ ſimilitudine ſociandum, verum etiam quadam cognationis neceſſitudine in unitatem concordem pacis vinculo colligandum, ex homine uno Deum voluiſſe homines inſtituere.

(D) GENES. IV. 1. Adam vero cognovit uxorem ſuam Hevam, quæ concepit & peperit Cain, dicens: Poſſedi hominem per Deum. 2. Rurſusque peperit fratrem ejus Abel. Fuit autem Abel paſtor ovium, & Cain agricola. 25. Cognovit quoque adhuc Adam uxorem ſuam: & peperit filium, vocavitque nomen ejus Seth, dicens: Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain.

(E) GENES. V. 4. Et facti ſunt dies Adam, poſtquam genuit Seth, octingenti anni; genuitque filios & filias.

S. AUG. *Lib.* 15. *de Civit. c.* 15. *n.* 1. Non hic primogeniti filii commemorati ſunt, ſed quos ſucceſſionis ordo poſcebat, ut perveniretur ad Noe, a quo rurſus ad Abraham videmus eſſe perventum... Prior omnibus Cain... natus eſt, hunc ſecutus Abel, quem major frater occidit præfiguratione quadam peregrinantis Civitatis Dei: quod ab impiis, & quodammodo terrigenis, id eſt terrenam originem diligentibus, & terrenæ civitatis terrena felicitate gaudentibus, perſecutiones iniquas paſſura fuerat, primus oſtendit... Iſtæ duæ ſeries generationum, una de Seth, altera de Cain, has duas... diſtinctis ordinibus inſinuant civitates, unam cæleſtem in terris peregrinantem, alteram terrenam terrenis tanquam ſola ſint gaudiis inhiantem, vel inhærentem... Noluit enim Spiritus Dei in terrenæ civitatis generationibus, tempora notare ante diluvium, ſed in cæleſtis maluit, tanquam eſſent memoria digniores. Porro autem Seth quando natus eſt taciti ſunt anni patris ejus: ſed jam genuerat alios, & utrum ſolos Cain & Abel, affirmare quis audeat? non enim quia ſoli nominati ſunt propter ordines generationum, quas commemorari oportebat, ideo conſequenter videri debet ſolos fuiſſe tunc generatos ex Adam.

N. 2. Intelligi poteſt... eos fuiſſe commemoratos, per quos ſuccedentium ordo generationum ad Noe Patriarcham duceretur.

Cap. 8. *n.* 1. Propoſitum quippe Scripturis illius fuit per quem Spiritus ſanctus id agebat, per ſucceſſiones certarum generationum ex uno homine propagatarum pervenire ad Abraham, ac deinde ex ejus ſemine ad populum Dei; in quo diſtincto a cæteris gentibus præfiguraretur & prænunciarentur omnia quæ de civitate, cujus æternum erit regnum, & de Rege ejus eodemque conditore Chriſto, in ſpiritu prævidebantur eſſe ventura.

(F) GEN. IV. 1. Adam vero cognovit uxorem ſuam Hevam; quæ concepit & peperit Cain, dicens: poſſedi hominem per Deum. 2. Rurſumque peperit fratrem ejus Abel. Fuit autem Abel paſtor ovium, & Cain agricola. 3. Factum eſt autem poſt multos dies ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. 4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum: & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus. 5. Ad Cain vero, & ad munera illius non reſpexit: iratuſque eſt Cain vehementer, & concidit vultus ejus. 6. Dixitque Dominus

Ibid. 10. fectum fuiſſe a Cain fratre ſuo: Et vocem
G ſanguinis ejus clamare ad Dominum de terra, (G)

Ibid. 25. *R.* Quid Scriptura docet de Seth?

I. Hunc natum fuiſſe Adamo poſt necem Abel:
Ibid. 26. ſancte & laudabiliter vixiſſe: Hujus poſteros in
Luc 3. 38. pietate, & religione perſeveraſſe longe diutius, quam poſteros Cain. Tandem ex ejus progenie
H natum eſſe Chriſtum. (H)

I. Quid nobis hiſtoria Cain & Abel ſignificat, quod ſpectet ad religionem?

R. 1. Elucent in his fratribus duobus velut in ſpeculo civitates duæ, hoc eſt, duæ ſocietates hominum in orbe terrarum ſimul ad finem uſque ſæculi permanſuræ. PARS I. SECT. I. CAP. IV. §. 2.

2. Abel Chriſti, Cain Judæorum typus fuit, (I) I

I. Quid intelligis per duas civitates, ſeu ſocietates hominum ſimul ad finem uſque ſæculi permanſuras?

R. Intelligo ſocietatem electorum, & ſocietatem reproborum, quarum diſcretio non niſi in fine ſæculorum fiet. Societatem bonorum vocat Auguſtinus Civitatem Dei, civitatem cæleſtem:

nus ad eum: quare iratus es? & cur concidit facies tua? 7. Nonne ſi bene egeris, recipies: ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum aderit? Sed ſub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius. 8. Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras. Cumque eſſent in agro, conſurrexit Cain adverſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum. 9. Et ait Dominus ad Cain: Ubi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit: neſcio; Num cuſtos fratris mei ſum ego? 10. Dixitque ad eum: quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. 11. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. 12. Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos: vagus & profugus eris ſuper terram. 13. Dixitque Cain ad Dominum: Major eſt iniquitas mea, quam ut veniam merear. 14. Ecce ejicis me hodie a facie terræ, & a facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui invenerit me, occidet me? 15. Dixitque ei Dominus: nequaquam ita fiet; ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur. Poſuitque Dominus Cain ſignum, ut non interficeret eum omnis qui inveniſſet eum. 16. Egreſſusque Cain a facie Domini, habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Edem. 17. Cognovit autem Cain uxorem ſuam, quæ concepit, & peperit Henoch: & ædificavit civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii ſui Henoch.

Gen. 7. 11. S. AUGUSTIN. *in Pſalm.* XXXIX. *n.* 13. Non eſt occiſus Cain,... habet ſignum ſuum, maledictus eſt a terra, quæ aperuit os ſuum accipere ſanguinem fratris ejus de manu ejus. Ille enim fudit ſanguinem, non excepit: ille fudit, alia terra excepit... Et ipſa terra, quæ ore excepit ſanguinem, Eccleſia eſt... Surdus eſt, qui ſanguinem fudit, quia non bibit. Illi ergo (Judæi) ita ſunt, tanquam Cain cum ſigno.

(G) *Caput* IV. *Geneſ. lege ſupra litt.* (F)

MATTH. XXIII. 35. Ut veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, a ſanguine Abel juſti uſque ad ſanguinem Zachariæ, filii Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare.

HEBR. XI. 4. Fide plurimam hoſtiam Abel, quam Cain, obtulit Deo, per quam teſtimonium conſecutus eſt eſſe juſtus, teſtimonium perhibente muneribus ejus Deo; & per illam defunctus adhuc loquitur.

S. EPIPHAN. *Adverſ. Hæreſ. lib.* 55. *Tom. II. Hæreſ.* 66. *num.* 23. Sub initium Mundi anno circiter Adami centeſimo, Abel interfectus eſt, annos natus fere triginta.

(H) GENES. IV. 25. Cognovit quoque adhuc Adam uxorem ſuam: & peperit filium, vocavitque nomen ejus Seth, dicens: poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain. 26. Sed & Seth natus eſt filius quem vocavit Enos: iſte cœpit invocare nomen Domini.

v. 9. Enos... genuit Cainan... 12. Cainan... genuit Malaleel... 15.... Malaleel... genuit Jared.. 18.. Jared.. genuit Henoch... 21... Henoch.. genuit Mathuſalam.. 24. Ambulavitque eum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. 25... Mathuſala.. genuit Lamech... 28. Lamech... genuit filium: 29. Vocavitque nomen ejus Noe, dicens: Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in terra, cui maledixit Dominus... 31... Noe vero cum quingentorum eſſet annorum genuit Sem, Cham & Japhet.

ECCLI. XLIX. 19. Seth & Sem apud homines gloriam adepti ſunt, & ſuper omnem animam in origine Adam.

LUC. III. 38. Qui (Cainan) fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

(I) S. AUGUST. *Serm.* 1. *in Pſal.* 58. *num.* 21. Maneat gens Judæorum: certe victa eſt a Romanis, certe deleta civitas eorum, non admittuntur ad civitatem ſuam Judæi, & tamen Judæi ſunt. Nam omnes iſtæ provinciæ a Romanis ſubjugatæ ſunt... Judæi tamen manent cum ſigno, nec ſic victi ſunt, ut a victoribus abſorberentur. Non ſine cauſa Cain ille eſt, qui cum fratrem occidiſſet, poſuit in eo Deus ſignum, ne quis eum occideret. Hoc eſt ſignum quod habent Judæi: tenent omnino reliquias legis ſuæ, circumciduntur, ſabbata obſervant, Paſcha immolant, azyma comedunt. Sunt ergo Judæi, non ſunt occiſi.

Lib. 15. *de Civit. cap.* 1. *n.* 2. Natus eſt igitur prior Cain ex illis duobus generis humani parentibus, pertinens ad hominum civitatem, poſterior Abel ad civitatem Dei... Quia non *primum, quod ſpirituale eſt, ſed quod animale,* 1. Cor. 15. 46
poſtea ſpirituale. Unde unuſquiſque quoniam ex damnata propagine exoritur, primo ſit neceſſe eſt ex Adam malus atq; carnalis; quod ſi in Chriſtum renaſcendo profecerit, poſt erit bonus & ſpiritualis:... Prior eſt natus civis hujus ſæculi, poſterior autem iſto peregrinus in ſæculo; & pertinens ad civitatem Dei, gratia prædeſtinatus, gratia electus, gratia peregrinus deorſum, gratia civis ſurſum. Nam quantum ad ipſum attinet, ex eadem maſſa oritur, quæ originaliter eſt tota damnata... Scriptum eſt itaque de Cain, quod condiderit civitatem; Abel autem tanquam peregrinus non condidit. Superna eſt enim Sanctorum civitas, quamvis hic pariat cives, in quibus peregrinatur, donec regni hujus tempus adveniat, cum congregatura eſt omnes in ſuis corporibus reſurgentes, quando eis promiſſum dabitur regnum, ubi cum ſuo principe rege ſæculorum ſine ullo temporis fine regnabunt.

Cap. 5. Primus itaque fuit terrenæ civitatis conditor fratricida. Nam ſuum fratrem civem civitatis æternæ in hac terra peregrinantem, invidentia victus occidit.

Lib. 12. *contra Fauſtum, c.* 9. Sicut Cain ſacrificium ex terræ fructibus reprobatur, Abel autem ſacrificium ex ovibus & earum adipe ſuſcipitur, ita novi teſtamenti fides ex innocentia gratiæ Deum laudans, veteris teſtamenti terrenis operibus anteponitur... Occiditur Abel minor natu a fratre majore natu; occiditur Chriſtus, caput populi minoris natu, a populo Judæorum majore natu: ille in campo, iſte in Calvariæ loco.

Cap. 10. Interrogat Deus Cain, non tanquam ignarus eum a quo diſcat, ſed tanquam judex reum quem puniat, ubi ſit frater ejus? Reſpondet ille, neſcire ſe, nec ejus ſe eſſe cuſtodem. Uſque adhuc quid nobis reſpondent Judæi, cum eos Dei voce, hoc eſt, ſanctarum Scripturarum voce interrogamus de Chriſto, niſi neſcire ſe Chriſtum, quem dicimus? Fallax enim Cain ignoratio, Judæorum eſt falſa negatio. Eſſent autem quodammodo Chriſti cuſtodes, ſi Chriſtianam fidem recipere & cuſtodire voluiſſent. Dicit Geneſ. 4. 10.
Deus ad Cain: quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sic arguit in Scripturis ſanctis vox divina Judæos. Habet enim magnam vocem Chriſti ſanguis in terra, cum, eo accepto, ab omnibus gentibus reſpondetur, Amen.

Cap. 11. Dicit Deus ad Cain... maledictus tu a terra, Geneſ. 4. 11.
quæ aperuit os ſuum accipere ſanguinem fratris tui de manu tua. Maledictus eſt enim populus Judaicus infidelis a terra, id eſt, ab Eccleſia, quæ aperuit os ſuum in confeſſione peccatorum, accipere ſanguinem Chriſti, qui fuſus eſt in remiſſione peccatorum: ideo populum Judæorum maledictum agnoſcit & oſtendit Eccleſia. Quoniam occiſo Chriſto adhuc operatur terrenam Circumciſionem, terrenum ſabbatum, terrenum azymum, terrenum Paſcha... Propterea populus ille, ſicut Cain, adhuc operatur terram, adhuc exercet operationem legis carnaliter, quæ non ei dat virtutem ſuam.

Cap. 12. Gemens & tremens erit in terra. Nunc ecce quis non videat, quis non agnoſcat in tota terra, quacumque diſperſus eſt ille populus, quomodo gemat mœrore amiſſi regni, & tremat timore ſub innumerabilibus populis Chriſtianis?

Cap.

Digitized by Google

Pars I. Sect. I. Cap. IV. §. 2.

leſtem: ſocietatem autem malorum terrenam civitatem appellat. (K)

K *I.* Cur S. Auguſtinus ſocietatem bonorum vocat civitatem Dei?

R. Quia in ſacris Scripturis hoc nomine inſignitur ſæpius ſancta hæc ſocietas, quæ in terris peregrina ab omnium rerum temporalium amore libera & vacua eſt, ſoli Deo vivit, cælum ceu patriam ſuſpicit. (L)

L *I.* Cur ſocietatem malorum vocat civitatem terrenam?

R. Quia hoc quaſi ſigno ſecernuntur a cæteris qui pertinent ad hancce ſocietatem, quod terrena ſapiant, & diligant quod ſuam felicitatem in terrenis divitiis, delectationibus, honoribus ponant, quod gaudeant dominatione terrena, ipſique inhient; quod ad hanc felicitatis umbram & imaginem, ſua omnia referant, etiam ipſos religionis actus; quod denique oderint, perſequantur, vexent, exagitent, opprimant quoſcumque putant impedimento eſſe quominus ipſi falſa ſua felicitate fruantur. (M) M

I. In quo civitatis terrenæ Cain imago fuit?

R. In eo, quod 1. prior natus eſt. Prius enim ad

Ibid. 15. *Cap.* 13. Et poſuit Dominus Deus Cain ſignum, ne eum occidat omnis qui invenerit. Hoc revera multum mirabile eſt ... Gens Judæa, ſive ſub Paganis regibus, ſive ſub Chriſtianis, non amiſerit ſignum legis ſuæ, quo a cæteris gentibus populiſque diſtinguitur: & omnis Imperator, vel Rex, qui eos in regno ſuo invenit, nec occidit, id eſt, non efficit, ut non ſint Judæi certo quodam & proprio ſuæ obſervationis ſigno a cæterarum gentium communione diſcreti.

RUPERTUS *L.* 4. *in Geneſ. c.* 6. Illius, de quo hæc hiſtoria texitur, ſtultitia ſimul & procacitas, quantam verbis nemo conſequi valeat, denotatur, dignaque pœna ſcelus fratricidæ percutitur: & præterea myſterium, quod nunc palam omni mundo factum eſt, ea Judæis interfectoribus Chriſti præſignatur.

(K) S. AUG. *in Pſal.* 61. *num.* 6. Una civitas, & una civitas. Babylonia una, Jeruſalem una ... Illa rege diabolo, iſta rege Chriſto ... Omnes qui terrena ſapiunt, omnes qui felicitatem terrenam Deo præferunt, omnes qui ſua quærunt, non quæ Jeſu Chriſti, ad unam civitatem pertinent, quæ dicitur Babylonia myſtice, & habet regem diabolum. Omnes autem qui ea quæ ſurſum ſunt ſapiunt, qui cæleſtia meditantur, qui cum ſollicitudine in ſæculo vivunt ne Deum offendant; qui cavent peccare, quos peccantes non pudet confiteri, humiles, mites, ſancti, juſti, pii, boni, omnes ad unam civitatem pertinent, quæ regem habet Chriſtum. Illa enim in terra quaſi major eſt tempore, non ſublimitate, non honore. Civitas illa prior nata, civitas iſta poſterior nata. Illa enim incepit a Cain, hæc ab Abel. Hæc duo corpora ſub duobus regibus agentia, ad ſingulas civitates pertinentia, advertantur ſibi uſque ad finem ſæculi, donec fiat ex commixtione ſeparatio; & alii ponantur ad dexteram, alii ad ſiniſtram, dicaturque illis: venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab exordio mundi: illis autem: ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis ejus.

Mat. 25. 34. Ibid. 41.

N. 7. Dulcis eſt enim una patria, & vere una patria, ſola patria: præter illam quidquid nobis eſt, peregrinatio eſt ... (Civitas) illa major ætate, iſta major dignitate ... Ædificavit civitatem Cain, ubi non erat civitas. Ædificata eſt & poſtea Jeruſalem, Regnum Dei, civitas ſancta, civitas Dei ... Ea capta (Civitate Jebus) devicta, ſubjecta, ædificata eſt nova civitas tanquam deſtructa vetere, & appellata Jeruſalem, viſio pacis, civitas Dei. Unuſquiſque ergo natus ex Adam, nondum pertinet ad Jeruſalem: portat enim ſecum traducem iniquitatis pœnamque peccati, deputatus morti, & pertinet quodammodo ad veterem quamdam civitatem. Sed ſi futurus eſt in populo Dei, deſtruetur vetus, & ædificabitur novus ... a mortalitate enim, & a malitia quiſque incipit, ut fiat bonus poſtea ... Unuſquiſque noſtrum ab Adam natus eſt. Tranſeat ad Jeruſalem, deſtruetur vetus, & ædificabitur novus. Tamquam devictis Jebuſæis, ut ædificetur Jeruſalem dicitur: Exuite vos veterem hominem, & induite novum ... Mala ergo civitas ab initio uſque ad finem currit: & bona civitas mutatione malorum conditur.

Coloſſ. 3. 9. 10.

N. 8. Et ſunt iſtæ duæ civitates permixtæ interim, in fine ſeparandæ; adverſus ſe invicem confligentes, una pro iniquitate, altera pro juſtitia; una pro vanitate, altera pro veritate ... Omnes iniqui cives erant Babyloniæ, & adminiſtrabant res Jeruſalem: .. Cives Babyloniæ jubentur tolerari a civibus Jeruſalem.

Lib. 14. *de Civit. Dei*, c. 28. Fecerunt itaque civitates duas, amores duo, terrenam ſcilicet amor ſui uſque ad contemptum Dei, cæleſtem vero amor Dei uſque ad contemptum ſui. Denique illa in ſe ipſa, hæc in Domino gloriatur. Illa enim quærit ab hominibus gloriam: huic autem Deus conſcientiæ teſtis, maxima eſt gloria. Illa in gloria ſua exaltat caput ſuum: hæc dicit Deo ſuo, *Gloria mea, & exaltans caput meum.* Illi in principibus ejus, vel in eis quas ſubjugat nationibus dominandi libido dominatur: in hac ſerviunt invicem in caritate, & præpoſiti conſulendo, & ſubditi obtemperando. Illa in ſuis potentibus diligit virtutem ſuam; hæc dicit Deo ſuo: *Diligam te, Domine, virtus mea* ... In illa ſapientes ejus ſecundum hominem viventes, aut corporis, aut animi ſui bona, aut utriuſque ſectati ſunt; aut qui potuerunt cognoſcere Deum, *non ut Deum honoraverunt, vel gratias egerunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes ſe eſſe ſapientes*, id eſt, dominante ſibi ſuperbia in ſua ſapientia ſeſe extollentes, *ſtulti facti ſunt; & immutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentum ... & coluerunt, atque ſervierunt creaturæ potius quam Creatori* .... In hac autem nulla eſt hominis ſapientia, niſi pietas qua recte colitur verus Deus, id expectans præmium in ſocietate Sanctorum, non ſolum hominum, verum etiam Angelorum, *ut ſit Deus omnia in omnibus.*

Pſal. 3. 4. Pſal. 17. 2. Rom. 1. 21. Ibid. 22. 23. 1. Cor. 15. 28

Lib. 15. *c.* 1. *n.* 1. Myſtice appellamus civitates duas, hoc eſt, duas ſocietates hominum: quarum eſt una, quæ prædeſtinata eſt in æternum regnare cum Deo; altera æternum ſupplicium ſubire cum diabolo ... Hoc enim univerſum tempus, ſive ſæculum, in quo cedunt morientes, ſucceduntque naſcentes, iſtarum duarum civitatum ... excurſus eſt.

Cap. 2. Parit autem cives terrenæ civitatis peccato vitiata natura; cæleſtis vero civitatis cives parit a peccato naturam liberans gratia ... Unde illa vocantur vaſa iræ, iſta vaſa miſericordiæ.

(L) PSAL. XLV. 5. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: ſanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus. 6. Deus in medio ejus non commovebitur: adjuvabit eam Deus mane diluculo.

XLVII. 2. Magnus Dominus & laudabilis nimis in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus. 3. Fundatur exultatione univerſæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, civitas regis magni. 4. Deus in domibus ejus cognoſcetur, cum ſuſcipiet eam.

LXXXVI. 3. Glorioſa dicta ſunt de te civitas Dei.

S. AUG. *L.* 11. *de Civ. Dei, c.* 1. Civitatem Dei dicimus ... quæ non fortuitis motibus animorum, ſed plane ſummæ diſpoſitione providentiæ, .. omnia ſibi genera ingeniorum humanorum divina excellens autoritate ſubjecit.

Lib. 15. c. 3. Recte igitur ſignificat Iſaac per repromiſſionem natus filios gratiæ, cives civitatis liberæ, ſocios pacis æternæ, ubi ſit non amor propriæ ac privatæ quodammodo voluntatis, ſed communi eodemque incommutabili bono gaudens, atque ex multis unum cor faciens, id eſt, perfecte concors obedientia caritatis.

Vide ſupra litt. (K) *auctoritates S. Aug. lib.* 14. *&* 15. *de Civit. Dei.*

(M) S. AUG. *Lib. de Civit. Dei, cap.* 4. Terrena porro civitas ſempiterna non erit ... hic habet bonum ſuum. Civitas iſta adverſus ſeipſam plerumque dividitur litigando, bellando, atque pugnando; & aut mortiferas, aut certe mortales victorias requirendo ... quærit eſſe victrix gentium, cum ſit captiva vitiorum, concupiſcit enim terrenam quamdam pro rebus infimis pacem: ad eam namque deſiderat pervenire bellando.

Cap. 7. *n.* 1. Nonne (Cain) conceptum ſcelus in necando fratre, etiam poſt verbum divinæ admonitionis implevit? Et hoc eſt proprium terrenæ civitatis, Deum vel Deos

co-

Digitized by Google

ad civitatem terrenam pertinemus, quam cæleſtis civitatis cives per regenerationem efficiamur. Hinc ait Apoſtolus, *Non prius quod ſpiritale eſt, ſed quod animale: deinde quod ſpiritale.* (1. Cor. xv. 46.)

2. Cain terrena dilexit; ut colligitur maxime ex eo quod primus civitatem condiderit, & tanquam terræ civis, terrenam patriam, terrenam requiem concupierit duntaxat.

3. Intus corruptus & depravatus, religionis actibus, & officiis perfunctorie fungebatur: non hæc ipſi prima & præcipua cura fuit. De fructibus terræ offerebat quidem munera Domino, ſed non quod optimum erat & pinguiſſimum.

4. Superbus & invidioſus fuit.

5. Fratrem odio habuit, inſecutus eſt, occidit. *Et propter quid occidit eum?* inquit Joannes Apoſtolus: *Quoniam opera ejus maligna erant; fratris autem ejus, juſta.* (1. Joan. iii. 12.)

Tales ſunt quicumque pertinent ad civitatem terrenam. (N)

N

I. In quo Abel imago fuit civitatis cæleſtis?

R. In eo quod fuit ab omni prorſus terrena cupiditate liber & vacuus: in terra peregrinus, civitatem nullam condidit, ſoli Deo vixit. Hunc colere, adorare ſumma ipſi religio, prima cura fuit. Morte ſua præfiguravit Chriſtum, imo juſtos omnes qui ab impiis perſecutiones iniquas deinceps ad finem uſque ſæculorum paſſuri erant.

I. In quo Abel Chriſti typus fuit; Cain Judæorum?

R. In multis.

1. Prior Cain, Abel poſterior natus eſt.

Judæi temporalem Chriſti nativitatem præceſſerunt.

2. Cain agricola, eo ipſo Judæos terrenis rebus inhiantes, terrena concupiſcentes adumbravit. (1. Petr. ii. 25. Joh. x. 11. 1. Petr. v. 4. Matt. xv. 8.)

Abel paſtor ovium, Chriſtum *Paſtorem & Epiſcopum animarum noſtrarum bonum paſtorem, Paſtorum principem* expreſſit. (O)

O

3. Cain Deum labiis honorabat, cor autem ejus longe erat a Deo. Hoc ipſum Deus Judæis exprobavit. (P)

P

Abel juſtus ſe ipſum hoſtiam ſanctam & immaculatam exhibebat Deo: munera autem de gregibus ſuis in ſignum interni illius ſacrificii offerebat.

Chriſtus, ut Apoſtoli verbis utar, *per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo*. (Heb. ix. 14.)

4. *Deus ad Cain*, ut fert Scriptura, *& ad munera ejus non reſpexit; reſpexit autem ad Abel & ad munera ejus.* (Gen. iv. 5. Ibid. 4.)

Dicitur quoque de Judæis in prophetia Malachiæ: *Non eſt mihi voluntas in vobis, & munera non ſuſcipiam de manu veſtra.* De Chriſto autem: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Ille *una oblatione conſummavit in ſempiternum ſanctificatos.* (Q) (Malach. i. 10. Matt. iii. 17. Heb. x. 14.)

Q

5. Cain præ livore & invidia, fratrem Abel occidit. (R)

R

Judæi præ livore & invidia Chriſtum Jeſum, fratrem utique ſuum ex ſemine David, occiderunt. (S)

S

6. *Vox ſanguinis Abel clamat ad Dominum de terra contra Cain.* Sanguis Chriſti, ut ait Apoſtolus, melius loquitur quam Abel: veniam enim loquitur & miſericordiam. Nec vindictam poſtulat niſi in Judæos cæteroſque peccatores, qui obduratione ſua virtutem illius reddunt inutilem. (T) (Gen. iv. 10. Heb. xii. 24.)

T

7. Cain in ultionem fratricidii errat vagus & profugus ſuper terram. Judæi in ultionem fratricidii ſimul & Deicidii pulſi a Judæa, & per totum orbem diſperſi ſunt. (V) (Gen. iv. 16.)

V

8. *Poſuit Dominus Cain ſignum, ut non interficeret eum omnis qui inveniſſet eum.* (Gen. iv. 15.)

Judæi ſignum habent circumciſionis, quo diſtinguntur a cæteris gentibus: & ad conſummationem uſque ſæculi permanebunt.

I. Cur fit in ſacris codicibus mentio de Seth potius quam de cæteris Adæ liberis?

R. Quia Sethi familia, & poſteri cæteris omnibus pietate, & religione longe antecellue-

colere, quibus adjuvantibus regnet in victoriis & pace terrena, non caritate conſulendi, ſed dominandi cupiditate. Boni quippe ad hoc utuntur mundo, ut fruantur Deo: mali autem contra ut fruantur mundo uti volunt Deo.

Vide Sancti Auguſtini teſtimonia ſupra allata Litt. (I. K. L.)

(N) *Vide ſupra litt.* (I. K. L. & M.) *varia teſtimonia ex libr. divi Aug. de Civit. Dei deſumpta, conſule etiam lib. 15. integrum, ſed præſertim capita* 2. 3. 6. & 7. & *cap.* 8. *n.* 1.

(O) JEREM. xxxi. 10. Qui diſperſit Iſrael, congregabit eum: & cuſtodiet eum ſicut paſtor gregem ſuum.

EZECHIEL xxxvii. 24. Et ſervus meus David rex ſuper eos & paſtor unus erit omnium eorum: in judiciis meis ambulabunt, & mandata mea cuſtodient. & facient ea.

JOHAN x. 11. Ego ſum Paſtor bonus. Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis.... 14. Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ.

1. PETR. ii. 25. Eratis enim ſicut oves errantes, ſed converſi eſtis nunc ad Paſtorem & Epiſcopum animarum veſtrarum.

v. 4. Et cum apparuerit princeps Paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.

(P) ISAI. xxix. 13. Et dixit Dominus: Eo quod appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem ejus longe eſt a me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis.

MATT. xv. 8. Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe eſt a me.

(Q) DANIEL. ix. 26. Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt. Et civitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo: & finis ejus vaſtitas: & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. 27. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium: & erit in templo abominatio deſolationis: & uſque ad conſummationem, & finem perſeverabit deſolatio.

HEB. viii. 8. Vituperans enim eos dicit: Ecce dies venient, dicit Dominus: & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Juda, teſtamentum novum. 9. Non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum, in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Ægypti: quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus.

(R) *Vide ſupra litt.* (F) GENES. iv. 15. *& ſeq.*

1. JOHAN. iii. 12. Non ſicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera ejus maligna erant: fratris autem ejus, juſta.

(S) MATTH. xxvii. 18. Sciebat enim, quod per invidiam tradidiſſent eum.

(T) HEB. xii. 24. Et teſtamenti novi mediatorem Jeſum, & ſanguinis aſperſionem melius loquentem quam Abel. 25. Videte ne recuſetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recuſantes eum qui ſuper terram loquebatur: multo magis nos, qui de cælis loquentem nobis avertimus.

(V) *Vide S. Auguſtini teſtimonia in Pſalm.* 39. *litt.* (F) *& in Pſal.* 58. *& cap.* 11. *&* 13. *contra Fauſtum litt.* (I)

Digitized by Google

luerant : ex ejus ſtirpe & progenie naſciturus erat Meſſias. (X)

X

§. 3. *De corruptis hominum moribus: & de diluvio univerſali.*

I. Quomodo vixerunt filii Cain, cæterique Adami poſteri?

R. Omnes fere vitam egerunt vitiis & flagitiis

A inquinatam: crevit in dies magis inter eos impietas & oblivio Dei. (A)

I. Siccine vixerunt filii Seth fratris Cain?

R. Non ita. Sed paternam imitati religionem, in pietate perſeverarunt diutius. Tandem vero,

Geneſ. VI. 12. succedente tempore, corruperunt & ipſi viam

B ſuam, ut Scripturæ verbis utar, ſicut & cæteri homines. (B)

I. Qua id ratione factum eſt?

R. Conſortium, ſocietatem, affinitates, fœdera ineundo cum impiis.

I. Ergo non fuit ſuper terram, qui juſte, & ſancte viveret ne unus quidem?

R. Eo uſque corruptio proceſſit, ut vix tandem reperiretur *integer vitæ ſceleriſque purus*, ſi Horat.

Noe, ejuſque familiam exceperis. (C) C

I. Fuit ne iſthæc corruptela morum impunita?

R. Minime. Hanc Deus generali diluvio expiari & elui voluit. (D) D

I. Quid hoc rei fuit quod diluvium generale appellas?

R. *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, &* Gen. VII. 11.

cataractæ cœli apertæ ſunt : & facta eſt pluvia Ibid. 12.

ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta Ibid. 19.

noctibus : & aquæ prævaluerunt nimis ſuper ter- Ibid. 21.

ram : conſumtaque eſt omnis caro volucrum, ani-

mantium, reptilium, univerſi homines & cuncta, Ibid. 22.

in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terra, mortua ſunt. (E) E

I. Non ſuperfuit itaque ne unus quidem homo? Nullom animal?

R. Virum unum cum uxore & filiis tribus, toti-

(X) *Vide ſupra litt.* (H)

(A) GENES. VI. 1. Cumque cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent, 2. Videntes filii Dei filias hominum quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi uxores ex omnibus, quas elegerant. 3. Dixitque Deus: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt: eruntque dies illius centum viginti annorum. 4. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis. Poſtquam enim ingreſſi ſunt filii Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, iſti ſunt potentes a ſæculo viri famoſi.

S. AUGUST. *lib.* 15. *de Civit. Dei*, *c.* 22. Hac itaque libero voluntatis arbitrio genere humano progrediente atque creſcente, facta eſt permixtio, & iniquitate participata quædam utriuſque confuſio civitatis, quod malum a ſexu femineo cauſam rurſus invenit.. Sed ab initio, quæ pravis moribus fuerant in terrena civitate, id eſt in terrigenarum ſocietate, amatæ ſunt a filiis Dei, civibus ſcilicet peregrinantis in hoc ſæculo alterius civitatis, propter pulchritudinem corporis: quod bonum quidem Dei donum eſt; ſed propterea id largitur etiam malis, ne magnum bonum videatur bonis: deſerto itaque magno bono, & bonorum proprio, lapſus eſt factus ad bonum minimum non bonis proprium, ſed bonis maliſque commune: ac ſic filii Dei filiarum hominum amore ſunt capti; atque ut eis conjugibus fruerentur, in mores ſocietatis terrigenæ defluxerunt, deſerta pietate, quam in ſancta ſocietate ſervabant.

(B) *Vide parag. ſuperiori litt.* (H) *caput* V. GENES. *& caput* VI. *ſupra hocce parag. litt.* (A)

S. AUG. *lib.* 15. *Civit. Dei*, *c.* 17. Cum ergo eſſet Adam utriuſque generis pater, id eſt, & cujus ſeries ad terrenam, & cujus ſeries ad cœleſtem pertinet civitatem, occiſo Abel, atque in ejus interfectione commendato mirabili ſacramento, facti ſunt duo Patres ſingulorum generum Cain & Seth.. Porro Seth reſurrectio

Gen. IV. 26. interpretatur, & Enos filius ejus interpretatur homo.

Cap. 18. *Et Seth*, inquit, *natus eſt filius, & nominavit nomen ejus Enos: hic ſperavit invocare nomen Domini Dei*. Nempe clamat atteſtatio veritatis. In ſpe igitur vivit homo filius reſurrectionis: In ſpe vivit, quamdiu peregrinatur hic civitas Dei, quæ gignitur ex fide reſurrectionis Chriſti. Ex duobus namque illis hominibus, Abel, quod interpretatur luctus, & ejus fratre Seth, quod interpretatur reſurrectio, mors Chriſti & vita ejus ex mortuis figuratur. Ex qua fide gignitur hic civitas Dei, id eſt, homo, qui ſperavit

Ibid. 25. invocare nomen Domini Dei.. Nunquid ipſe Seth non ſperavit invocare nomen Domini Dei, de quo dictum eſt: *Suſcitavit enim mihi Deus ſemen aliud pro Abel?* Cur ergo huic proprie tribuitur, quod piorum omnium intelligitur eſſe commune, niſi quia oportebat in eo, qui de patre generationum in meliorem partem, hoc eſt, ſupernæ civitatis ſeparatarum, primus commemoratur exortus, præfigurari hominem, id eſt, hominum ſocietatem, quæ non ſecundum hominem in re felicitatis terrenæ, ſed ſecundum Deum vivit in ſpe felicitatis æternæ.

(C) GENES. VI. 8. Noe vero invenit gratiam coram Domino. 9. Hæ ſunt generationes Noe: Noe vir juſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulavit. 10. Genuit tres filios, Sem, Cham, & Japhet. 11. Corrupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate.

(D) GENES. VI. 5. Videns autem Deus quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore. 6. Pœnituit eum quod hominem feciſſet in terra, & tactus dolore cordis intrinſecus, 7. Delebo, inquit, hominem, quem creavi, a facie terræ, ab homine uſque ad animantia, a reptili uſque ad volucres cœli; pœnitet enim me feciſſe eos.. 12. Cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram) 13. Dixit ad Noe: Finis univerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate a facie eorum, & ego diſperdam eos cum terra. 14. Fac tibi arcam de lignis lævigatis: manſiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinſecus & extrinſecus. 15. Et ſic facies eam. trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo; & triginta cubitorum altitudo illius. 16. Feneſtram in arca facies, & in cubito conſummabis ſummitatem ejus: oſtium autem arcæ pones ex latere; deorſum cœnacula, & triſtega facies in ea. 17. Ecce ego adducam aquas diluvii ſuper terram, ut interficiam omnem carnem, in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cœlum, univerſa quæ in terra ſunt, conſumentur. 18. Ponamque fœdus meum tecum, & ingredieris arcam tu, & filii tui, uxor tua, & uxores filiorum tuorum tecum. 19. Et ex cunctis animantibus univerſæ carnis bina induces in arcam, ut vivant tecum, maſculini ſexus & feminini. 20. De volucribus juxta genus ſuum, & de jumentis in genere ſuo, & ex omni reptili terræ ſecundum genus ſuum; bina de omnibus ingredientur tecum, ut poſſint vivere tecum. 21. Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te: & erunt tam tibi quam illis in cibum. 22. Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi Deus.

VII. 1. Dixitque Dominus ad eum (Noe) Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam, te enim vidi juſtum coram me in generatione hac...4. Adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & delebo omnem ſubſtantiam quam feci, de ſuperficie terræ. 5. Fecit ergo Noe omnia, quæ mandaverat ei Dominus...7. Et ingreſſus eſt Noe & filii ejus, uxor ejus, & uxores filiorum ejus cum eo in arcam propter aquas diluvii.. 10. Cumque tranſiſſent ſeptem dies, aquæ diluvii inundaverunt ſuper terram.

(E) GENES. VII. 11. Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ & cataractæ cœli apertæ ſunt. 12. Et facta eſt pluvia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. 13. In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, & Sem, & Cham, & Japhet, filii ejus; uxor illius, & tres uxores filiorum ejus cum eis, in arcam.. 17. Factumque eſt diluvium quadraginta diebus ſuper terram & multiplicatæ ſunt aquæ, & elevaverunt arcam in ſublime a terra. 18. Vehementer enim inundaverunt & omnia repleverunt in ſuperficie terræ: porro arca ferebatur ſuper aquas. 19. Et aquæ prævaluerunt nimis ſuper terram: opertique ſunt omnes montes excelſi ſub univerſo cœlo. 20. Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes, quos operuerat. 21.

Con-

Digitized by Google

totidemque nuribus, volucrum etiam cujusque ſpeciei, itidemque diverſi generis beſtiarum paria aquis mirabiliter eripuit Deus. Cætera omnia di-
F luvio abſumpta. (F)

I. Quisnam fuit Noe?

R. Noe fuit vir juſtus, & perfectus, ex ſtirpe
G Seth. (G)

I. Quomodo Noe cum ſuis ab aquis ſervatus?

R. Arcam, Dei juſſu, ex lignis contexuit, qua ille cum ſuis, & cum volucribus & beſtiis, & ſufficienti ciborum copia, & annona clauſus, aquis
H ereptus eſt. (H)

I. Quantum temporis in arca ædificanda poſuit Noe?

R. Centum annos ſolidos. Id, jubente Deo, ita factum, ut interea homines toto terrarum orbe de propinquo diluvio admoniti reſipiſcerent, & ad pœnitentiam flecterentur.

I. Egerunt-ne pœnitentiam homines?

R. Non egerunt, Imo ſpretis admonitionibus
Luc. xvii. Noe, *edebant & bibebant; uxores ducebant, & dabantur ad nuptias, uſque in diem, qua intravit Noe in arcam; & venit diluvium, & perdidit omnes.* (I)

I. Quid hoc exemplo nobis innuitur?

R. Id quod Chriſtus ipſe colligit: *Ita erit*, inquit, *adventus Filii hominis. Sicut fur veniet.* Pars I. Sect. I. Cap. IV. §. 3.
Itaque, ſerio parendum conſiliis eorum, qui, I
Chriſti nomine dant nobis monita ſalutis. Præ- Matt. 24. 39. 1. Theſſal. 5. 2.
vertenda ira Dei, quæ utique in impios ex inopinato, fulguris inſtar, irruet. Omni tempore
vigilandum. (K) K

I. Addicti-ne ſunt æternis cruciatibus omnes quotquot diluvio abſumti?

R. Eſt, quod *confidamus meliora, & viciniora ſalutis* de iis, qui prædicationem Noe denunciantis interitum peccatoribus, contempſerant primum: ſuperveniente vero, vel inundante diluvio, pœnitentiam egerunt. Quod multis contigiſſe, opinio eſt non improbabilis. Atque eo ſenſu intelligi nihil vetat, quod ait Petrus Apoſtolus, quod *Chriſtus his qui in carcere erant ſpiritibus veniens prædicavit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam
in diebus Noe, cum fabricaretur arca.* (L) L

I. Fuit-ne arca alicujus rei figura?

R. Ec-

Conſumptaque eſt omnis caro, quæ movebatur ſuper terram... univerſi homines. 22. Et cuncta, in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terra, mortua ſunt. 23. Et delevit omnem ſubſtantiam quæ erat ſuper terram, ab homine uſque ad pecus, tam reptile, quam volucres cœli; & deleta ſunt de terra: remanſit autem ſolus Noe, & qui cum eo erant in arca. 24. Obtinueruntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.

(F) Genes. vii. 7. Et ingreſſus eſt Noe, & filii ejus, uxor ejus, & uxores filiorum ejus cum eo, in arcam propter aquas diluvii. 8. De animantibus quoque mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni, quod movetur ſuper terram. 9. Duo & duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcam, maſculus & femina, ſicut præceperat Dominus Noe.

2. Petr. ii. 5. Et originali mundo non pepercit, ſed octavum Noe juſtitiæ præconem cuſtodivit, diluvium mundo impiorum inducens.

(G) Genes. vi. 9. Noe vir juſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulavit.

(H) *Conſule, ſi lubet, librum Patris Kirkeri e Societate Jeſu* de Arca, *& Librum Domini Pelletarii* de Arca, *editum Rothomagi anno 1700. nec non librum Bernardi Lamy, Congregat. Oratorii Gallicani Sacerdotis* de Templo Hieroſolymitano, *lib.* 2. *cap.* 2. *&* 3. *editum Pariſiis anno 1721.*

(I) Matth. xxiv. 37. Sicut autem in diebus Noe, ita erit & adventus filii hominis. 38. Sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, uſque ad illum diem, quo intravit Noe in arcam. 39. Et non cognoverunt donec venit diluvium, & tulit omnes: ita erit & adventus Filii hominis.

Luc. xvii. 26. Et ſicut factum eſt in diebus Noe, ita erit & in diebus Filii hominis. 27. Edebant, & bibebant: uxores ducebant, & dabantur ad nuptias, uſque in diem, qua intravit Noe in arcam; & venit diluvium & perdidit omnes.

Hebr. xi. 7. Fide Noe, reſponſo accepto de iis, quæ adhuc non videbantur, metuens aptavit arcam in ſalutem domus ſuæ, per quam damnavit mundum: & juſtitiæ quæ per fidem eſt, hæres eſt inſtitutus.

1. Petr. iii. 20. Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca: in qua pauci, id eſt octo animæ ſalvæ factæ ſunt per aquam.

2. Petr. ii. 5. Et originali mundo non pepercit, ſed octavum Noe juſtitiæ præconem cuſtodivit, diluvium mundo impiorum inducens.

(K) *Lege teſtimonia Evangeliſtarum Matth. & Lucæ ſupra litt.* (I)

Matth. xxiv. 27. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret uſque in occidentem; ita erit & adventus Filii hominis... 42. Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit... 44. Ideo & vos eſtote parati, quia qua neſcitis hora Filius hominis venturus eſt.

Marci xiii. 33. Videte, vigilate & orate: neſcitis enim quando tempus ſit... 35. Vigilate ergo, (neſcitis enim quando Dominus domus veniat: ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane) 36. Ne cum venerit repente, inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico: vigilate.

1. Theſſal. v. 2. Ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet. 3. Cum enim dixerint pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperveniet interitus, ſicut dolor in utero habenti, & non effugient. 4. Vos autem fratres non eſtis in tenebris, ut vos dies illa tanquam fur comprehendat. 5. Omnes enim vos filii lucis eſtis, & filii diei: non ſumus noctis, neque tenebrarum. 6. Igitur non dormiamus ſicut & cæteri, ſed vigilemus & ſobrii ſimus induti loricam fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis.

Apocalyps. iii. 3. Si ergo non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, & neſcies qua hora veniam ad te.

xvi. 15. Ecce venio ſicut fur. Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem ejus.

S. Aug. *Ser.* 361. *alias* 120. *de diverſis, cap.* 20. *num.* 19. Luc. 17. 26.
Attendite vos: Tranſit hic mundus, recordamini Evangelium, ubi prædicit Dominus ſic futurum noviſſimum diem, quomodo in diebus Noe. Manducabant & bibebant, emebant & vendebant, uxores ducebant, nubebant, donec intravit Noe in arcam venit diluvium, & perdi-
dit omnes. *Non graventur corda veſtra in crapula & ebrie-* Id. 21. 34.
*tate. Sint lumbi veſtri accincti, & lucernæ ardentes; & ſi-
miles eſtote pueris expectantibus Dominum ſuum, quando* Id. 12. 35.
veniant a nuptiis. Expectemus eum venturum, non nos torpentes inveniat. Turpe eſt mulieri conjugatæ non deſiderare virum ſuum; quanto turpius Eccleſiæ non deſiderare Chriſtum? ... Venturus eſt ſponſus Eccleſiæ ad tradendos æternos amplexus, ad faciendos nos ſibi ſempiternos cohæredes, & nos ita vivimus, ut ejus adventum non ſolum non deſideremus, ſed etiam timeamus. Quam verum eſt quod ſic venturus eſt dies ille, quomodo in diebus Noe? Quam multos ſic inventurus eſt, & eos qui chriſtiani appellantur? Ideo per tot annos ædificatur arca, ut evigilent qui non credunt.

(L) Estius *in c.* 3. *v.* 20. *Epiſt.* 1. *Petri*. Qui increduli fuerant aliquando. Græce ... *iis qui credere noluerant olim, quondam, aliquando*. Eraſmus vertit, *Inobedientibus*. Verum Græca vox paſſim uſurpatur de iis qui fidem veritati ſatis declaratæ adhibere pertinaciter renuunt. Quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca. Græca multa ſic habent: *Quando ſemel expectabant Dei patientia, ſeu longanimitas, in diebus Noe dum apparabatur arca....* quo tempore Noe juſſu divino fabricabat arcam, in qua ipſe cum ſua familia (quæ in octo hominibus conſidebat) ſervaretur, & ſervatus fuit ab aquis diluvii, quod peccatoribus superventurum tam verbo prædicabat quam facto. Nam & ipſa arcæ fabricatio quædam prædicatio erat. Cui tamen prædicationi ac prædictioni credere noluerunt (ſicut & de generis Loth admo-

M

R. Eccleſiæ, & Baptiſmi typus fuit. (M)
Rem explico.
Extra arcam pereunt omnia, extra Eccleſiam nulla ſalus. Peccatores omnes aquis Diluvii ſubmerguntur. Peccata omnia aquis Baptiſmi diluuntur. (N)

N

J, Sta-

admonitis ab eo ſuper everſione Sodomæ, legitur *Geneſ.* 19. 14. quod *viſus eſt eis quaſi ludens loqui*) donec venit diluvium & conſumpſit omnes. Ex quibus tamen multi, ipſius rei, quam credere noluerant experientia & præſenti periculo commoniti, tandem, Deo invocato, ad pœnitentiam converſi ſunt; & cum ſpe ſalutis mortui, propter peccata tamen ſua quoad pœnam adhuc expianda, apud inferos, carceri & cruciatibus addicti remanſerunt, uſque ad Chriſti Redemptoris adventum.

FROMONDUS *Comment. in cap. 3. Epiſt. 1. B. Petri*, v. 19. Præter iſtam ... interpretationem: ... eſt alia etiam probabilis, & fere communis recentiorum, qui de deſcenſu animæ Chriſti ad inferos in triduo mortis etiam exponunt, ajuntque Chriſtum ibi in ſpiritu ſuo creato, ſive in anima prædicaſſe ſpiritibus eorum, qui increduli aliquando fuerant prædicationi Noe, ſed tamen poſtea incipiente jam diluvio credidiſſe, & ad Deum jam converſos eſſe per pœnitentiam, quos cum adhuc in carcere Purgatorii, aut Limbi anima Chriſti inveniſſet, prædicavit illis ſuum adventum, ſe eſſe Meſſiam, & humani generis redemptorem, pœnasque eorum per quamdam indulgentiam remiſiſſe, quorum nondum erat expletum purgatorium, ut omnes una ſecum eveheret in cælum. Unde ſingula verba textus ſic fere exponunt: *In quo* (in quo ſpiritu, ſive anima ſua) *& his, qui in carcere erant* (in Purgatorio, aut Limbo) *ſpiritibus* (animabus defunctorum) *veniens* (in triduo mortis deſcendens ad inferos, id eſt, ad loca ſubterranea, ubi animæ juſtorum expectabant.) Hæc autem loca erant ſinus Abrahæ, ſive Limbus Patrum, & Purgatorium: ſententia enim S. Thomæ, & communis Theologorum eſt, excepto ſolo fere Bellarmino, Chriſtum non deſcendiſſe per realem præſentiam uſque ad inferos damnatorum. *Prædicavit:* evangelizavit, ut *cap. præced. v. 6.* loquitur S. Petrus, ſeu nuncium bonum & lætum iis annunciavit ſe eſſe Chriſtum ac eorum redemptorem, qui paſſione ſua lytrum patri ſolviſſet, & cælum hactenus clauſum reſeraſſet. *Qui increduli fuerant* (noluerant credere Noe annuncianti ipſis generale orbis terræ diluvium) *aliquando* (in principio & toto illo tempore) *cum fabricaretur arca:* poſtea tamen cum vidiſſent erumpentibus a cælo & abyſſo ſubterranea aquis diluvium inundare, ad pœnitentiam & Deum converſi fuerant: idcoque animæ eorum tempore mortis Chriſti in Limbo Patrum, vel forte adhuc quædam in Purgatorio erant.

CORNELIUS a Lapide *in 1. Epiſt. Petri cap. 3. v. 20. in fol. Pariſ. anno* 1631. ... S. Epiphanius hæreſ. *46.* incredulos interpretatur, qui veram Dei fidem habuerunt, ſed illi alios habuerunt errores admixtos.

2. Athanaſius *tract. de Incarn.* & S. Hieronym. *in cap. 9.* Zachariæ, per incredulos accipiunt inobedientes.

3. Alii cenſent incredulos vocari infideles.

4. Noſter Salmeron, incredulos interpretatur homines ævi Noe, qui multa de Deo ignorabant, nec habebant fidem explicitam de Chriſti ortu & morte, ſed tantum implicitam.

6. Et genuine increduli hi intelliguntur, qui non credebant Noe culpanti peccata, & peccatoribus minitanti diluvium: qui aliquando, id eſt, initio ei non crediderunt, poſtea tamen crediderunt; præſertim cum reipſa viderunt diluvium a Noe prædictum: tuncque compuncti & pœnitentes mentem vitamque correxerunt, quia expectabant Dei patientiam.

(M) 1. PETR. III. 20. ... In qua (arca) pauci, id eſt octo animæ ſalvæ factæ ſunt per aquam. 21. Quod & vos nunc ſimilis formæ ſalvos facit baptiſma.

(N) ORIGENES *Homil. 11. in Geneſ.* Sicut ergo tunc dictum eſt ad illum Noe, ut faceret arcam, & introduceret in eam ſecum non ſolum filios, & proximos ſuos, verum etiam diverſi generis animalia: ita etiam ad noſtrum Noe, qui vere ſolus juſtus & ſolus perfectus eſt, Dominum Jeſum Chriſtum in conſummatione ſæculorum dictum eſt a Patre, ut faceret ſibi arcam ex lignis quadratis, & menſuras ei daret cæleſtibus ſacramentis repletas ... Confertur ergo populus hic qui ſalvatur in Eccleſia, illis omnibus, ſive hominibus, ſive animalibus, quæ ſalvata ſunt in arca: verum quoniam non eſt omnium unum meritum, nec unus in fide profectus, idcirco & arca illa non unam præbet omnibus manſionem, ſed ... nidis diſtinguuntur in ea: ut oſtendat, quia & in Eccleſia, licet omnes intra unam fidem contineantur, atque uno baptiſmate diluantur, non tamen unus omnibus atque idem profectus eſt ... Et ſic per ſingulos habitationum gradus aſcendentibus pervenitur ad ipſum Noe, qui interpretatur requies, vel juſtus, qui eſt Jeſus Chriſtus ... Spiritalis ergo Noe Chriſtus in arca ſua, ... humanum genus de interitu liberat, id eſt, in Eccleſia ſua ... Ex ipſa (*arca*) myſterium magnum, quod in Chriſto & in Eccleſia impletur, agnoſce.

S. AMBROS. *de Noe & Arca, cap. 5. n. 11.* In Evangelio Dominus redempturus hominum genus paſſione ſui corporis, & emundaturus ſanguine ſuo, ſacramentoque baptiſmatis, ait: *Pater venit hora, clarifica filium tuum, ut & filius tuus clarificet te.* Ergo quia in diluvio per arcam Noe ſervatæ ſunt reliquiæ generis humani ad ſeminarium reparationis & renovationis futuræ, ideo præmiſit hæc: *Tempus omnis hominis venit; quia repleta eſt terra iniquitatibus ſuis.* Hoc in figura; in veritate autem ait: *Reliquiæ per electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt.* Ideoque exclamat Apoſtolus dicens: *Superabundavit peccatum, ut ſuperabundaret & gratia.* Joh. 12. 23. Gen. 6. 13. Rom. 11. 5. Ibid. v. 20.

Cap. 19. n. 70. At ubi deferbuerint diluvia paſſionum, & auditu verbi compertæque doctrinæ plurimi ſtuduerint eſſe conſortes, jam non unius patrimonium, ſed commune bonum eſſe incipit diſciplina virtutis; & tanquam ſapientiæ poculum hauritur a plurimis, qui ante ſitientes bibere noluerunt, ſicut nunc fervent diluvia in pectoribus Judæorum; & cum aqua cæleſtis doctrinæ exundet, potus exuberet, non putant eſſe potandum. Evangelium legitur, virtus exit de ſermone cæleſti, tractat ſacerdos in Eccleſia. Sed ne forte intra arcam poſitus ſolus non poſſit audiri, interdum & egreſſus Eccleſiam, ubi Judæus occurrerit, monet, exemplum affert cæleſtium Scripturarum. Claudunt aures, ne vel invitos fons abluat, & verbi Dominici humor adſpergat. Si qui vero crediderint, currunt ad fontem, doctrinam expetunt, inſinuari ſibi Evangelium concupiſcunt, nec ſatiantur aſſiduitate potandi.

S. AUGUST. *in Joan. Evang. cap. 1. Tract. 6. n. 19.* Neque dicas, non venio, quia foris ſum Baptizatus. Ecce incipe habere caritatem, incipe habere fructum, inveniatur in te fructus, mittet te columba intro. Invenimus hoc in Scriptura. Imputribilibus lignis arca fuerat fabricata: imputribilia ligna Sancti ſunt, fideles pertinentes ad Chriſtum. Quomodo enim in templo lapides vivi, de quibus ædificatur templum, homines fideles dicti ſunt: ſic ligna imputribilia homines perſeverantes in fide. In ipſa ergo arca ligna imputribilia erant, arca enim Eccleſia eſt: ibi baptizat columba: arca enim illa in aqua ferebatur: ligna imputribilia intus baptizata ſunt. Invenimus quædam ligna foris baptizata, omnes arbores quæ erant in mundo. Ipſa tamen aqua erat, non erat altera: omnis de cælo venerat, & de abyſſis fontium: ipſa erat aqua, in qua baptizata ſunt ligna imputribilia, quæ erant in arca, in qua baptizata ſunt ligna foris. Miſſa eſt columba, & primo non invenit requiem pedibus ſuis: rediit ad arcam; plena enim erant aquis omnia, & maluit redire, quam rebaptizari. Corvus autem ille emiſſus eſt antequam ſiccaret aqua; rebaptizatus redire noluit; mortuus eſt in his aquis. Avertat Deus Corvi illius mortem. Nam quare non eſt reverſus, niſi quia aquis interceptus eſt? At vero columba non inveniens requiem pedibus ſuis, cum ei undique clamaret aqua, veni, veni, hic tingere; quomodo clamant iſti hæretici, veni, veni, hic habes; non inveniens illa requiem pedibus ſuis, reverſa eſt ad arcam. Et miſit illam Noe iterum ſicut vos mittit arca, ut loquamini illis: & quid fecit poſtea columba? Quia erant ligna foris baptizata, reportavit ad arcam ramum de oliva. Ramus ille & folia & fructum habebat: non ſint in te ſola verba, non ſint in te ſola folia, ſit fructus; & redis ad arcam, non per te ipſum, columba te revocat. Gen. 6. 14. Ibid. 8. 8-9. Geneſ. 8. 10. 11.

Tract. 9. in cap. 2. Johan. num. 11. Chriſtus etiam figuratus eſt in Noe, & in illa arca orbis terrarum. Quare enim in arca incluſa ſunt omnia animalia, niſi ut ſignificarentur omnes gentes? Myſterium commendabat ... ut per lignum liberaretur figura orbis terrarum; quia in ligno figenda erat vita orbis terrarum.

De Civit. Dei, lib. 15. cap. 26. num. 1. Jam vero, quod Noe homini juſto imperat Deus, ut arcam faciat, in qua cum ſuis, id eſt, uxore, filiis, & nuribus, & cum animalibus, quæ ad illum ex Dei præcepto in arcam ingreſſa ſunt, liberaretur a diluvii vaſtitate; proculdubio figura eſt peregrinantibus in hoc ſæculo civitatis Dei, hoc eſt Eccleſiæ,

I. Statim atque Noe egreſſus eſt de arca poſt diluvium, quid egit?

R. In gratiarum actionem obtulit Deo ſacrificia de cunctis pecoribus, & volucribus mundis.
O (O) Mox a Deo cum filiis benedicitur. (P) Ac-
P cipitque a Deo promiſſionem, de non ſubmergenda amplius aquis diluvii univerſa terra: cujus pro-
Q miſſionis, & fœderis Iris pro ſigno ponitur. (Q)

§. 4. *De moribus hominum a diluvio ad vocationem Abrahæ.*

I. Quomodo rurſus poſt diluvium multiplicati homines repleverunt terram?

R. Omnes orti ex tribus filii Noe, Sem, Cham & Japhet, per orbem univerſum diſperſi ſunt. (A) A

I. Quomodo vixerunt Noe poſteri?

R. Pauca quæ ea de re narrat hiſtoria ſacra, hæc ſunt.

Benedixit Noe filiis ſuis Sem & Japhet, qui pie utique ſe geſſerant: ſed Cham una cum filio ſuo Chanaam, eo quod ſopitum vino, patrem riſerat,
maledictum a patre meruit. (B) B

Sed cum multiplicaretur humanum genus, voluit præ ſuperbia, inſigni aliquo opere famam quærere, priusquam a ſe invicem deducerentur.

Ita

---

aleſia, quæ fit ſalva per lignum, in quo pependit mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus.

Cap. 27. *num.* 5. Non autem ad præfigurandam Eccleſiam pertinere tam multiplicia rerum ſigna geſtarum, niſi fuerit contentioſus, nemo permittitur opinari. Jam enim gentes ita Eccleſiam repleverunt, mundique & immundi, donec certum veniatur ad finem, ita ejus unitatis quadam compagine continentur, ut ex hoc uno manifeſtiſſimo, etiam de cæteris, quæ obſcurius aliquanto dicta ſunt, & difficilius agnoſci queunt, dubitari fas non ſit.

Lib. 12. *contra Fauſtum*, *cap.* 14. Noe cum ſuis per aquam & lignum liberatur: ſicut familia Chriſti, per baptiſmum, crucis paſſione ſignatum. De lignis quadratis eadem arca fabricatur, ſicut Eccleſia de ſanctis conſtruitur, ad omne opus bonum ſemper parata. Bitumine glutinantur arcæ ligna intrinſecus & extrinſecus, ut in compage unitatis ſignificetur tolerantia caritatis, ne ſcandalis Eccleſiam tentantibus, ſive ab eis qui intus, ſive ab eis qui foris ſunt, cedat fraterna junctura, & ſolvatur vinculum pacis. Eſt enim bitumen ferventiſſimum & violentiſſimum gluten, ſignificans dilectionis ardorem, vi magna fortitudinis ad tenendum ſocietatem ſpiritalem omnia tolerantem.

Act. 10. 11. 12. *Cap.* 15. Cuncta animalium genera in arca clauduntur, ſicut omnes gentes, quas etiam Petro demonſtratus diſcus ille ſignificat, Eccleſia continet. Munda & immunda ibi ſunt animalia: ſicut in Eccleſiæ ſacramentis & boni & mali verſantur.

Cap. 16. Arca collecta ad unum cubitum deſuper conſummatur: ſicut Eccleſia corpus Chriſti in unitatem collecta ſublimatur & perficitur ... aditus ei fit a latere: nemo quippe intrat in Eccleſiam, niſi per ſacramentum remiſſionis peccatorum: hoc autem de Chriſti latere aperto manavit.

Cap. 17. Præter arcam, omnis caro, quam terra ſuſtentabat, diluvio conſumpta eſt: quia præter Eccleſiæ ſocietatem, aqua baptiſmi quamvis eadem ſit, non ſolum non valet ad ſalutem, ſed valet potius ad perniciem.

1. Cor. 1. 23. Ibid. 24. *Cap.* 23. Jam vero illud, quod de vinea quam plantaverat, inebriatus Noe, nudatus eſt in domo ſua: cui non appareat Chriſtus paſſus in gente ſua? Tunc enim nudata eſt mortalitas carnis ejus, Judæis ſcandalum, gentibus ſtultitia, ipſis autem vocatis Judæis & gentibus, tanquam Sem & Japhet Dei virtus & ſapientia: quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt quam homines; & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt quam homines.

Ibid. 25. S. Greg. Magn. *Lib.* 2. *Homil.* 16. *in Ezechiel. circa finem* ... Quid enim per arcam, niſi ſancta Eccleſia figuratur? ... Recte itaque per arcam univerſa Eccleſia deſignatur.

Rupertus *Lib.* 4. *cap.* 17. *in Geneſim*. Ipſa arca antiquam ſignificat omnium electorum Eccleſiam: ligna lævigata, id eſt bitumine lita, viros ſanctos, Patriarchas utque Prophetas.

Cap. 22. ... Corvus emiſſus eſt, & jam non revertitur, quia infidelis Judæorum populus, de Eccleſia Patriarcharum & Prophetarum ejectus, foris vagatur, & veterum ſacrificiorum cadaveribus inhians, de antiquorum Patrum carnali proſapia, vana loquacitate gloriatur. At vero ſancta Eccleſia Spiritu ſancto accepto, miſſa revertitur.

Cap. 38. Igitur Noe de vinea quam plantavit ipſe, inebriatus eſt, & in tabernaculo ſuo nudatus, ipſe eſt Chriſtus, a populo cui legem dedit, ipſe morte affectus, & in eadem gente ſua deſpectui habitus.

(O) Genes. viii. 20. Ædificavit autem Noe altare Domino: tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. 21. Odoratusque eſt Dominus odorem ſuavitatis, & ait: nequaquam ultra maledicam terræ propter homines.

(P) Genes. ix. 1. Benedixitque Deus Noe, & filiis ejus, & dixit ad eos: creſcite & multiplicamini, & replete terram. 2. Et terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ ... 7. Vos autem creſcite & multiplicamini, & ingredimini ſuper terram, & implete eam.

(Q) Genes. ix. 8. Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios ejus cum eo. 9. Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos: 10. Et ad omnem animam viventem ... 11. Statuam pactum meum vobiſcum, & nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluvii, neque erit deinceps diluvium diſſipans terram. 12. Dixitque Deus: hoc ſignum fœderis, quod do inter me & vos, & ad omnem animam viventem, quæ eſt vobiſcum in generationes ſempiternas. 13. Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram. 14. Cumque obduxero nubibus cælum apparebit arcus meus in nubibus. 15. Et recordabor fœderis mei, quod pepigi vobiſcum, & cum omni anima vivente, quæ carnem vegetat: & non erunt ultra aquæ diluvii ad delendum univerſam carnem.

Eccli. xliv. 17. Noe inventus eſt perfectus, juſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio. 18. Ideo dimiſſum eſt reliquum terræ, cum factum eſt diluvium. 19. Teſtamenta ſæculi poſita ſunt apud illum, ne deleri poſſit diluvio omnis caro.

S. Aug. *Lib.* 12. *contra Fauſt. cap.* 22. Quid deinde ſibi vult, Deo loquente ad Noe, & tanquam rurſus ab exordio, quia multis modis eadem ſignificari oportebat, figuram Eccleſiæ commendante, quod progenies ejus benedicitur ad implendam terram, quod dantur eis in eſcam cuncta animalia: ſicut in illo diſco Petro dicitur, macta & manduca? Quod ejecto ſanguine jubentur manducare; ne vita priſtina quaſi ſuffocata in conſcientia teneatur, ſed habeat tanquam effuſionem per confeſſionem. Quod teſtamentum poſuit Deus inter ſe & homines, atque omnem animam vivam, ne perdat eam diluvio, arcum qui apparet in nubibus, qui nunquam niſi de Sole reſplendet: illi enim non pereunt diluvio ſeparati ab Eccleſia, qui in Prophetis, & omnibus divinis Scripturis tanquam in Dei nubibus agnoſcunt Chriſti gloriam, non quærunt ſuam. Act. 10. 13.

(A) Genes. ix. 18. Erant ergo filii Noe, qui egreſſi ſunt de arca, Sem, Cham & Japhet: porro Cham ipſe eſt pater Chanaam. Tres iſti filii ſunt Noe. 19. Et ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper univerſam terram.

(B) Genes. ix. 20. Cœpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantavit vineam. 21. Bibensque vinum inebriatus eſt, & nudatus jacuit in tabernaculo ſuo. 22. Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nunciavit duobus fratribus ſuis foras. 23. At vero Sem & Japhet pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum, operuerunt verenda patris ſui: faciesque eorum averſæ erant, & patris virilia non viderunt. 24. Evigilans autem Noe ex vino, cum didiciſſet quæ fecerat ei filius ſuus minor, 25. ait: Maledictus Chanaan, ſervus ſervorum erit fratribus ſuis. 26. Dixitque: Benedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanaan ſervus ejus. 27. Dilatet Deus Japhet, & habitet in tabernaculis Sem, ſitque Chanaan ſervus ejus.

S. Aug. *de Civitate Dei*, *lib.* 16. *cap.* 1. *num.* 1. In Canonicis libris poſt Noe, qui cum conjuge ac tribus filiis, totidemque nuribus ſuis meruit per arcam a vaſtatione diluvii

luvii

Ità turrim facere aggreſſi, quæ cœlo accederet. Turris hæc Babel dicta, hoc eſt, turris confuſionis, ob linguarum confuſionem. Siquidem nutu Dei ſævientis, ut officia operantium impedirentur inaſſueto ſermonis genere, multa diverſo, neque ulli invicem intellecto linguarum ſitu loqui cœperunt. Atque ita promptius diſperſi ſunt, cum alter alterum velut alienigenam relinqueret. (C)

C

Sic diffuſa eſt per totum orbem hominum multitudo.

I. Permanſit ne diu inter homines ſupremi numinis notitia & cultus?

R. Damnoſa quid non imminuit dies? Ætas
* *Horat.* parentum pejor avis tulit filios nequiores *, qui mox dederunt progeniem vitioſiorem. Sic progredientibus annis ſenſim obſcurata religio. Evanuit pene de mentibus hominum veri numinis notitia. Tandem homines in idololatriam prolapſi ſunt, hoc eſt, cultum ſoli Deo debitum in res creatas transtulerunt.

Pietatem ac religionem coluere diutius aliqui ex poſteris Sem. Sed tandem & ipſi defecerunt a vie juſtitiæ, ſicut & cæteri hominum: nec fuit fere ullus, qui Deum ſancte & digne Deo coleret. (D)

D

I. Quid ad hæc Deus?

R. Tunc *Deus demiſit omnes gentes ingredi vias ſuas*. Suis ipſas tenebris, ſuæ corruptioni reliquit. *Traditi homines in deſideria cordis ſui*, in

luvii liberati, non invenimus uſque ad Abraham cujusquam pietatem evidenti divino eloquio prædicatam, niſi quod Noe duos filios ſuos Sem & Japhet prophetica benedictione commendat, intuens & prævidens, quod longe poſt fuerat futurum. Unde factum eſt etiam illud, ut filium ſuum medium, hoc eſt, primogenito minorem, ultimoque majorem, qui peccaverat in patrem, non in ipſo, ſed in filio ejus ſuo nepote, malediceret his verbis:
Geneſ. 9. 25. *Maledictus Chanaan puer, famulus erit fratribus ſuis*. Chanaan porro natus fuerat ex Cham, qui patris dormientis nec texerat, ſed potius prodiderat nuditatem. Unde etiam, quod ſecutus adjungit benedictionem duorum maximi & minimi filiorum, dicens:
Ibid. 26. *Benedictus Dominus Deus Sem, & erit Chanaan puer illius: lætificet Deus Japhet, & habitet in domibus Sem*. Sicut ipſa ejuſdam Noe & vineæ plantatio, & ex ejus fructu inebriatio, & dormientis nudatio, & quæ ibi cætera facta, atque conſcripta ſunt, propheticis ſunt gravidata ſenſibus, & velata tegminibus.

Cap. 2. n. 1. Non ſolum qui ſunt apertiſſime ſeparati, verum etiam omnes qui chriſtiano vocabulo gloriantur, & perdite vivunt, non abſurde poſſunt videri medio Noe filio figurati: paſſionem quippe Chriſti, quæ illius hominis nuditate ſignificata eſt, & annunciant profitendo, & male agendo exhonorant. De talibus ergo dictum eſt,
Matt. 7. 16. *ex fructibus eorum cognoſcetis eos*. Ideo Cham in filio ſuo maledictus eſt, tanquam in fructu ſuo, id eſt, in opere ſuo. Unde convenienter & ipſe filius ejus Chenaan interpretatur motus eorum: quod aliud quid eſt, quam opus eorum? Sem vero & Japhet tanquam circumciſio, & præputium, vel ſicut alio modo eos appellat Apoſtolus, Judæi & Græ-
1. Cor. 1. 22. ci, ſed vocati & juſtificati, cognita quoquo modo nuditate patris, qua ſignificabatur Paſſio Salvatoris, ſumentes veſtimentum, poſuerunt ſupra dorſa ſua, & intraverunt averſi, & operuerunt nuditatem patris ſui, nec viderunt, quod reverendo texerunt. Quodam enim modo in paſſione Chriſti, & quod pro nobis factum eſt, honoramus, & Judæorum facinus averſamur.

N. 2. Ipſe quippe plantavit vineam, de qua dicit Pro-
Iſai. 5. 7. phete: *Vinea Domini Sabaoth domus Iſrael eſt*. Et bibit de vino ejus: ſive ille calix hic intelligatur, de quo di-
Mat. 20. 22. cit: *Poteſtis bibere Calicem, quem ego bibiturus ſum?* &
Id. 26. 39. *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me Calix iſte*; quo ſuam ſine dubio ſignificat Paſſionem: ſive quia vinum fructus eſt vineæ, hoc potius illo ſit ſignificatum, quod ex ipſa vinea, hoc eſt, ex genere Iſraelitarum, carnem pro nobis & ſanguinem, ut pati poſſet, aſſumpſit: &
Geneſ. 9. 21. *inebriatus eſt*, id eſt, paſſus eſt, & *nudatus eſt*; ibi namque nudata eſt, id eſt, apparuit ejus infirmitas, de qua
2. Cor. 13. 4. dicit Apoſtolus: *Etſi crucifixus eſt ex infirmitate*. Unde i-
1. Cor. 1. 25. dem dicit: *Infirmitas Dei fortius eſt hominibus, & ſtultum*
Gen. 11. 21. *Dei ſapientius eſt hominibus*. Quod vero cum dictum eſſet: *& nudatus eſt*; addidit Scriptura: *in domo ſua*; eleganter oſtendit, quod a ſuæ carnis gente & domeſticis ſanguinis ſui, utique Judæis, fuerat crucem mortemque paſſurus.

Contra Fauſtum, lib. 12. cap. 24. Neque enim eſſet unde vos quoquo modo chriſtianos appellare poſſetis, niſi Chriſtus, ſicut a Prophetis prænunciatus eſt, veniſſet in mundum, bibiſſet de vinea ſua Calicem illum, qui tranſire non potuit, dormiſſet in paſſione ſua, tanquam in ebrietate ſtultitiæ, quæ ſapientior eſt hominibus: atque ita nudaretur mortalis carnis infirmitas per occultum Dei conſilium, fortior hominibus, quam niſi Dei verbum ſuſcepiſſet, nomen omnino chriſtianum, quo & vos gloriamini, non eſſet in terris.

Ibid. Quem autem non excitet, quem non vel informet, vel confirmet in fide, quod ita benedicuntur duo illi, qui nuditatem patris honoraverunt, quamvis averſi; velut quibus factum ſceleratæ vineæ diſplicuerit. *Benedictus*, inquit, *Dominus Deus Sem*. Quamquam enim ſit Geneſ. 9. 26.
Deus omnium gentium, quodam modo tamen proprio vocabulo, & in ipſis jam gentibus dicitur Deus Iſrael. Et unde hoc factum eſt, niſi ex benedictione Japhet? In populo enim Gentium totum orbem terrarum occupavit Eccleſia. Hoc prorſus, hoc prænunciabatur, cum diceretur: lætificet Deus Japhet, & habitet in domibus Geneſ. 9. 27.
Sem.

(C) Gen. xi. 1. Erat autem terra labii unius, & ſermonum eorumdem. 2. Cumque proficiſcerentur de Oriente, invenerunt campum in terra Sennaar, & habitaverunt in eo... 4. Et dixerunt: Venite, faciamus nobis civitatem & turrim, cujus culmen pertingat ad cælum; & celebremus nomen noſtrum antequam dividamur in univerſas terras. 5. Deſcendit autem Dominus, ut videret civitatem & turrim, quam ædificabant filii Adam. 6. Et dixit: Ecce, unus eſt populus, & unum labium omnibus: cœperuntque hoc facere, nec deſiſtent a cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant. 7. Venite igitur deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unuſquiſque vocem proximi ſui. 8. Atque ita diviſit illos Dominus ex illo loco in univerſas terras, & ceſſaverunt ædificare civitatem. 9. Et idcirco vocatum eſt nomen ejus Babel, quia ibi confuſum eſt labium univerſæ terræ; & inde diſperſit eos Dominus ſuper faciem cunctarum regionum.

S. August. *Lib. 16. de Civit. Dei, cap. 4.* Quid noceret Deo quantacumque vel ſpiritalis, vel corporalis elatio? Tutam veramque in cælum viam molitur humilitas, ſurſum levans cor ad Dominum, non contra Dominum... Erigebat ergo cum ſuis populis turrem contra Dominum, qua eſt impia ſignificata ſuperbia. Merito autem malus punitur affectus, etiam cui non ſucceſſit effectus. Genus vero ipſum pœnæ quale fuit? Quoniam dominatio imperantis in lingua eſt, ibi damnata eſt ſuperbia, ut non intelligeretur jubens homini, qui noluit intelligere, ut obediret Deo jubenti. Sic illa conſpiratio diſſoluta eſt, cum quiſque ab eo, quem non intelligebat, abſcederet, nec ſe niſi ei, cum quo loqui poterat, aggregaret: & per linguas diviſæ ſunt gentes, diſperſæque per terras, ſicut Deo placuit, qui hoc modis occultis nobiſque incomprehenſibilibus fecit.

Conſule librum Bernardi Lami Congregationis Oratorii Gallicani Sacerdotis de Templo Hieroſolymitano *libro ſecundo, cap. quarto, ubi plura reperies ſcitu digna, de Turri Babel. Conſule etiam doctiſſimos Bocharti libros, quos inſcripſit* Phaleg, *&* Chanaan, *ubi plura de diſperſione gentium.*

(D) Sap. v. 6. Ergo erravimus a via veritatis, & juſtitiæ lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis.

Rom. 1. 21. Cum cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: 22. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. 23. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, quadrupedum, & ſerpentium... Commutaverunt veritatem Dei in mendacium; & coluerunt & ſervierunt creaturæ potius quam Creatori.

S. Aug. *Lib. 16. de Civit. Dei, c. 11. num. 1.* Sicut lingua una cum eſſet omnium, non ideo filii peſtilentiæ defuerunt;

Digitized by Google

E in omne ſcelerum & facinorum & nequitiæ genus ultra proruperunt. (E) Generalem tot ſcelerum ultionem Deus futuro poſt mundi conſummationem judicio reſervavit. Elegitque unum hominem præ cæteris, ut eſſet pater populi ſibi ſpeciali ratione conſecrandi. (F) F

I. Quis ille fuit præ cæteris electus?

R. Abram, poſtea dictus Abraham, filius Thare, ex ſtirpe Sem, natus in Aſiæ regione celebri, cui nomen Chaldæa. (G) G

I. Cur Abraham Deus præ cæteris elegit?

R. Id ſoli miſericordiæ Dei & gratiæ tribuendum?

I. Quomodo Deus elegit Abraham? Quomodo ſuam ipſi voluntatem ſignificavit?

Gen. XII. 1. *R. Dixit Dominus* ad eum: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrabo tibi.* Ibid. 2. *Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus.* Ibid. 3. *Benedicam benedicentibus tibi, atque in te benedicentur omnes cognationes terræ.* (H) H

I. Cur Deus voluit Abraham egredi de terra & de cognatione ſua?

R. 1. Ut fugeret impiorum conſortium, ne & ipſe eorum ſocietate corrumperetur.

2. Ut cælum ceu patriam ſuſpiceret: terraque univerſa eſſet ei locus peregrinationis & exilii.

3. Ut eſſet pater populi peculiaris quem voluit Deus a cæteris gentibus, religione, moribus, ſtudiis plane ſegregatum. PARS I. SECT. I. CAP. IV. §. 4.

I. Quid egit Abraham?

R. Credidit Abraham Deo; domumque, patriam & patrem relinquens in terram Chananæorum profectus eſt. Nec obedientia ſine præmio fuit, ut mox videbimus. (I) I

§. 5. *De fœdere Deum inter & Abraham inito. Item de poſteris Abrahæ.*

I. Quid præmii dedit Deus Abrahæ pro fide & obedientia?

R. In fidei præmium, ſolemne cum eo fœdus iniit Deus. (A) A

I. Quale fœdus?

R. Totum id poſitum eſt in eo quod Abrahæ Deus ſolemniter, abſolute & gratuito promiſit.

I. Quid promiſit?

R. Tria promiſit. Primum, futurum ſe Deum & protectorem Abrahæ & ſeminis ejus uſque in æternum. (B) Abraham autem patrem fore B multarum gentium, multiplicandumque ejus ſemen ſicut arenam terræ. (C) C

Alterum, daturum ſe Abrahæ & ſemini ejus

in

runt; nam & ante diluvium una erat lingua, & tamen omnes præter unam Noe juſti domum deleri diluvio meruerunt: ita quando merito elatioris impietatis gentes linguarum diverſitate punitæ, atque diviſæ ſunt, & civitas impiorum confuſionis nomen accepit, hoc eſt, appellata eſt Babylon, non defuit domus Heber, ubi ea quæ antea fuit omnium lingua remaneret.

Cap. 12. Una Thare domus erat; de qua natus eſt Abraham, in qua unius veri Dei cultus, & quantum credibile eſt, in qua jam ſola etiam Hebræa lingua remanſerat.. Sicut per aquarum diluvium una domus Noe remanſerat ad reparandum genus humanum, ſic in diluvio multarum ſuperſtitionum per mundum, una remanſerat domus Tharæ, in qua cuſtodita eſt plantatio civitatis Dei.

Cap. 13... Cur Scriptura eum (Nachorem) non commemoravit, quando ex gente Chaldæa cum ſuis profectus eſt Thara? .. Cur putamus, niſi forte quod a paterna & fraterna pietate deſciverat, & ſuperſtitioni adhæſerat Chaldæorum ... Manifeſtum eſt domum Tharæ perſecutionem paſſam fuiſſe a Chaldæis pro vera pietate, qua unus & verus ab eis colebatur Deus.

(E) ROM. 1. 24. Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam: ut contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis.

(F) GENES. XII. 1. Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni ad terram quam monſtravero tibi. 2. Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. 3. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur univerſæ cognationes terræ.

SAP. X. 5. Hæc (Sapientia) & in conſenſu nequitiæ cum ſe nationes contuliſſent, ſcivit juſtum, & conſervavit ſine querela Deo, & in filii miſericordia fortem cuſtodivit.

(G) GENES. XI. 26. Vixitque Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abram, & Nachor & Aran. 27. Hæ ſunt autem generationes Thare: Thare genuit Abram, Nachor & Aran. Porro Aran genuit Lot.

(H) *Vide ſupra litt.* (F) *caput Geneſ.* XII.

S. AUG. *Lib.* XVI. *de civit. Dei*, c. 16. Jam conſiderandæ ſunt promiſſiones Dei factæ ad Abraham.. Advertendum eſt igitur, duas res promiſſas Abrahæ, unam ſcilicet, quod terram Chanaam poſſeſſurum fuerat ſemen ejus... aliam vero longe præſtantiorem, non de carnali, ſed de ſpirituali ſemine, per quod pater eſt, non unius gentis Iſraeliticæ, ſed omnium gentium quæ fidei ejus veſtigia conſequuntur.

(I) GENES. XII. 4. Egreſſus eſt itaque Abram ſicut præceperat ei Dominus...7. Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei: ſemini tuo dabo terram hanc. Qui ædificavit ibi altare Domino qui apparuerat ei... 8. Et invocavit nomen ejus.

(A) GENES. XV. II. 1. Apparuit ei (Abræ) Dominus: Dixitque ad eum: Ego Deus omnipotens: ambula coram me, & eſto perfectus. 2. Ponamque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis. 3. Cecidit Abram pronus in faciem. 4. Dixitque ei Deus: ego ſum, & pactum meum tecum, erisque Pater multarum gentium. 5. Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram: ſed appellaberis Abraham: quia Patrem multarum gentium conſtitui te. 6. Faciamque te creſcere vehementiſſime, & ponam te in gentibus, regesque ex te egredientur. 7. Et ſtatuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis, fœdere ſempiterno: ut ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. 8. Daboque tibi & ſemini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in poſſeſſionem æternam, eroque Deus eorum... 15. Dixit quoque Deus ad Abraham: Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai ſed Saram. 16. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus ſum, eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo.. 19. Et ait Deus ad Abraham: Sara uxor tua pariet tibi filium, vocabiſque nomen ejus Iſaac, & conſtituam pactum meum illi in fœdus ſempiternum, & ſemini ejus poſt eum ... 21. Pactum vero meum ſtatuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sara tempore iſto in anno altero.

XXII. 16. Per memetipſum juravi, dicit Dominus, quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me. 17. Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam quæ eſt in littore maris, poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum. 18. Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ.

(B) GENES. XVII. 7. Statuam pactum meum inter me & te, inter ſemen tuum poſt te, in generationibus ſuis fœdere ſempiterno: ut ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te.

(C) GENES. XVII. 5. Patrem multarum gentium conſtitui te. 6. Faciamque te creſcere vehementiſſime, & ponam te in gentibus, regeſque ex te egredientur.

XXII. 17. Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris.

Genes.

in poſſeſſionem terram Chanaan, terram utique pinguem & optimam. (D)

D Tertium, naſciturum ex ſemine ejus Meſſiam, in quo benedicendæ erant omnes terræ
E nationes. (E)

I. Fuit ne ſignum aliquod hujus fœderis?

R. Fuit utique. Primo ſuam Deus promiſſionem firmavit interpoſito juramento, quo nihil ſanctius. Tum voluit Deus Abraham ejusque poſteros circumcidi, ut eo ſigno ſecernerentur
F a cæteris gentibus, cum quibus pactum ſimile non fecerat Deus. (F)

I. Quinam fuerunt Abrahæ poſteri?

R. Sara uxor ejus ad annum uſque nonageſimum ſterilis permanſit Abrahæ ut Agar ancillam ſuam uxorem duceret, ex qua ſuſcepit filium
G nomine Iſmael. (G)

Non eſt quod mireris; neque enim vetita erat
H tum temporis polygamia. (H)

I. Ergo in Iſmaele & ejus poſteris adimpletæ ſunt promiſſiones, quas fecerat Deus Abrahæ de futuro ejus ſemine?

R. Id quidem exiſtimavit Abraham, cum
I Sara eſſet ſterilis, & annorum nonaginta. (I).
Sed promiſit Deus Abrahæ, naſciturum ipſi ex Sara filium, in quo complendæ eſſent promiſſiones ſupradictæ.

Gen. xv. 6. *Credidit Abraham Deo, reputata eſt* ipſi fides ejus *ad juſtitiam*, & vertente anno natus eſt
K Saræ filius Iſaac nomine. (K)

I. Quomodo geſſerunt ſe Agar, & Iſmael erga Saram, & Iſaac?

R. Agar ancilla poſt partum Iſmaelis ſprevit Saram dominam ſuam ob ejus ſterilitatem: nec impune quidem. Iſmael cum Iſaac luſit, ſeu (ut cum Apoſtolo loquar) eum *perſequebatur* jugiter. Hinc ejecta eſt ancilla cum filio Gen. iv. 29.
ſuo de domo Abrahæ. (L) L

I. Numquid Abrahæ poſt Iſaac alii nati filii?

R. Sara mortua, Abraham tertiam duxit uxorem Cethuram nomine, ex qua liberos ſex ſuſcepit. (M) M

I. Hi nimirum hæreditatem patris cum Iſaac diviſerunt?

R. Imo ſolus Iſaac Abrahæ patris ſui hæres fuit. Cæteris dedit Abraham munera, nec voluit quidem, etiam dum ipſe viveret, ipſos cum
Iſaac hærede commorari. (N) N

I. Cujus rei typus fuit fœdus Deum inter & Abraham initum?

R. Fuit id typus fœderis Chriſtum inter & Chriſtianos olim & quidem in æternum ineundi: cujus fœderis Baptiſmus ſignum eſt; ſicut typus baptiſmi circumciſio; quæ ſignum fuit fœderis Deum inter & Abraham pacti.

I. In quo circumciſio baptiſmi typus fuit?

R. In duobus. 1. In eo quod per Baptiſmum participes efficimur fœderis Deum inter & homines initi per Chriſtum, ſicut circumciſio ſignum fuit pacti Deum inter & Abraham
fœderis. (O) O

2. In

(D) GENES. XVIII. 8. Daboque tibi & ſemini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan poſſeſſionem æternam.

(E) GENES. XXII. 18. Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ.

(F) GENES. XVII. 9. Dixit iterum Deus ad Abraham: Et tu ergo cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te, in generationibus ſuis. 10. Hoc eſt pactum meum, quod obſervabitis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te: circumcidetur ex vobis omne maſculinum. 11. Et circumcidetis carnem præputii veſtri; ut ſit in ſignum fœderis inter me & vos. 12. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne maſculinum in generationibus veſtris ... 13. Eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum. 14. Maſculus, cujus præputii caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit.

Vide ſupra litt. (A) GENES. XXII. 16.

HEBR. VI. 13. Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem juraret, majorem, juravit per ſemetipſum .. 16. Homines enim per majorem ſui jurant: & omnis controverſiæ eorum finis ad confirmationem, eſt juramentum. 17. In quo abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis hæredibus immobilitatem conſilii ſui, interpoſuit juſjurandum.

(G) GENES. XV. 2... Ego vadam abſque liberis.. 3. Mihi autem non dediſti ſemen... 4. Sermo Domini factus eſt ad eum .. qui egredietur de utero tuo, ipſum habebis hæredem. 5... Suſpice cælum, & numera ſtellas, ſi potes .. Sic erit ſemen tuum. 6. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam.

XVI. 1. Igitur Sarai, uxor Abraham, non genuerat liberos: ſed habens ancillam Ægyptiam nomine Agar, 2. dixit marito ſuo: Ecce, concluſit me Dominus, ne parerem; ingredere ad ancillam meam, ſi forte ſaltem ex illa ſuſcipiam filios. Cumque ille acquieſceret deprecanti, 3. tulit Agar Ægyptiam ancillam ſuam .. & dedit eam viro ſuo uxorem, 4. Qui ingreſſus eſt ad eam ... 15. Peperitque Agar Abrahæ filium: qui vocavit nomen ejus Iſmael.

(H) S. AUG. *Lib.* XX. *contra Fauſtum*, c. 47. Alia ſunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta; quæ cum ita ſint, quid tandem criminis eſt quod de pluribus ſimul habitis uxoribus objicitur ſancto viro? Si naturam conſulas, non laſciviendi, ſed gignendi cauſa, illis mulieribus utebatur: ſi morem, illo tempore atque in illis terris hoc factitabatur: ſi præceptum, nulla lege prohibebatur. Nunc vero cur crimen eſt, ſi quis hoc faciat, niſi quia & moribus, & legibus hoc non licet?

(I) GENES. XVII. 18. Dixitque ad Deum (Abraham) utinam Iſmael vivat coram te.

(K) GENES. XVII. 16. Benedicam ei (Saræ) & ex illa dabo tibi filium .. 17. Riſit (Abraham) dicens in corde ſuo: putas ne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? 19. Et ait Deus ad Abraham: Sara uxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen ejus, Iſaac, & conſtituam pactum meum illi in fœdus æternum, & ſemini ejus poſt eum.

XXI. 1. Viſitavit autem Dominus Saram ſicut promiſerat: & implevit quæ locutus eſt. 2. Concepitque & peperit filium in ſenectute ſua, tempore quo prædixerat ei Deus. 3. Vocavitque Abraham nomen filii ſui, quem genuit ei Sara, Iſaac.

(L) GENES. XVI. 4. At illa (Agar) concepiſſe ſe videns, deſpexit Dominam ſuam. 5. Dixitque Sarai ad Abram. Inique agis contra me: ego dedi ancillam meam in ſinum tuum, quæ videns quod conceperit, deſpectui me habet. Judicet Dominus inter me & te. 6. Cui reſpondens Abram: Ecce, ait, ancilla tua in manu tua eſt, utere ea ut libet. Affligente igitur eam Sarai, fugam iniit.

XXI. 9. Cumque vidiſſet Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo, dixit ad Abraham: 10. Ejice ancillam hanc, & filium ejus: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. 11. Dure accepit hoc Abraham pro filio ſuo. 12. Cui dixit Deus: Non tibi videatur aſperum ſuper puero, & ſuper ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem ejus: quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen.

GALAT. IV. 29. Quomodo tunc is, qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eum, qui ſecundum ſpiritum: ita & nunc. 30. Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam, & filium ejus: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.

(M) GENES. XXV. 1. Abraham vero aliam duxit uxorem nomine Ceturam: quæ peperit ei Zamran & Jecſan, & Madan, & Madian, & Jesboc, & Sue.

(N) GENES. XXV. 5. Deditque Abraham cuncta quæ poſſederat, Iſaac. 6. Filiis autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparavit eos ab Iſaac filio ſuo, dum adhuc ipſe viveret, ad plagam Orientalem.

(O) S. AUG. *Lib.* 16. *de Civit. Dei*, c. 26. n. 2. Hic aper-

Digitized by Google

2. In eo quod per Baptiſmum profitemur nos fore corde circumciſos, hoc eſt ab omni hujus ſæculi cupiditate alienos; cujus quidem circumciſionis, circumciſio carnalis ſignum & typus fuit. (P) P

I. Cujus rei typus fuit terra Chanaan Abrahæ & ſemini ejus promiſſa?

R. Typus fuit cæli promiſſi chriſtianis omnibus, quorum Abraham pater fuit, non carne, Q ſed ſpiritu. (Q)

I. Cujus rei Agar & Iſmael, Sara & Iſaac typus fuere?

R. Agar utpote ancilla, Synagogæ, id eſt, Religionis Judaicæ; Sara, utpote libera, Eccleſiæ Chriſti: rurſus Iſmael Judæorum, Iſaac Chri-R ſtianorum typus fuit. (R) Rem explico.

1. Chriſtiani non efficimur niſi per miraculum regenerationis in Baptiſmo; quemadmodum ortus Iſaac ex matre nonagenaria miraculum fuit præter naturæ ordinem.

2. Fœderis æterni, vitæ æternæ promiſſiones ad chriſtianos ſolum pertinent, quemadmodum ad Iſaac ſolum pertinebant promiſſiones factæ de ſemine Abrahæ.

3. Chriſtianos Deus pro filiis habet non pro ſervis. Dedit ipſis legem dilectionis. Exemit eos Chriſtus a ſervitute legis Moſaicæ, quæ non niſi ſervos ſibi ſubjectos habebat. Eos peperit Eccleſia quæ ſterilis diu permanſit, dum Synagoga ancilla multos haberet filios.

4. Judæi Chriſtianis infenſi, hos quantum in ſe fuit perſecuti ſunt & vexaverunt, ſicut Iſaacum Iſmael perſequebatur. Sed ejecit utique Deus ancillam Synagogam cum filiis ſuis.

Iſthæc omnia quam apte conveniant cum Iſmaele & Iſaac, cum Agar & Sara, nemo eſt qui non intelligat. (S) S

I. Cujus rei typus fuere quos ſuſcepit Abraham filios de Cethura?

R. Typus fuere eorum ex Chriſtianis qui non ex fide vivunt, ſed ſecundum carnem ambulant. Hi accipiunt quidem a Deo munera in tempore, ſed non veniunt in partem æternæ hæreditatis. Vultque Deus eos qui fide vivunt, quorum Iſaac utique typus fuit, quantum in ſe eſt, vel ex hac vita ſegregari ab iis, qui, cum chriſtianam profeſſi ſint religionem, Rom. VIII. vivunt tamen *ſecundum carnem, non ſecundum* 4. *ſpiritum*. (T) T

I. Quid eſt vivere ſecundum carnem, quid ſecundum carnem ambulare, quid ſecundum ſpiritum?

R. Id Paulo Apoſtolo idem ſonat quod ſervire cupiditatibus carnis, concupiſcentiis ſubjacere carnis & libidinis deſideria perficere. Secundum ſpiritum vero vivere eſt *carnem crucifigere cum vitiis, & concupiſcentiis*, Deum diligere, Gal. V. 24. Chriſtum imitari, interioribus gratiæ motibus obtemperare. (V) V

§. 6. *De Iſaac & de Jacob, ex quo orti Judæi omnes.*

I. Cur Abraham dicitur in Scripturis pater omnium credentium?

R. Quia

apertiora promiſſa ſunt de vocatione gentium in Iſaac, id eſt, in filio promiſſionis, quo ſignificatur gratia, non natura: quia de ſene & anu ſterili promittitur filius.. & quia hoc non per generationem, ſed per regenerationem futurum erat: ideo nunc imperata eſt circumciſio quando de Sara promiſſus eſt filius & quod omnes non ſolum filios, verum etiam ſervos vernaculos & emptitios circumcidi jubet, ad omnes iſtam gratiam pertinere teſtatur. Quid enim aliud circumciſio ſignificat, quam vetuſtate exuta naturam renovatam? Parentum mutantur & nomina, omnia reſonant novitatem, & in teſtamento vetere obumbratur novum.

Cap. 27. Circumciſio ſignum regenerationis fuit, & non immerito parvulum propter originale peccatum, Gen. XVII. 14. quo primum Dei diſſipatum eſt teſtamentum, generatio diſperdet, niſi regeneratio liberet... Qui non fuerit regeneratus interibit anima illa de populo ejus quia teſtamentum Dei diſſipavit, quando in Adam cum omnibus etiam ipſe peccavit...

(P) ROM. II. 28. Non enim qui in manifeſto, Judæus eſt: neque quæ in manifeſto, in carne, eſt circumciſio: 29. Sed qui in abſcondito, Judæus eſt; & circumciſio cordis in ſpiritu, non littera: cujus laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.

PHILIP. III. 3. Nos enim ſumus circumciſio, qui ſpiritu ſervimus Deo, & gloriamur in Chriſto Jeſu, & non in carne fiduciam habentes.

(Q) HEBR. XI. 13.... Confitentes quia peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram. 14. Qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere. 15. Et ſi quidem ipſius meminiſſent, de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi. 16. Nunc autem meliorem appetunt, id eſt, cæleſtem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum: paravit enim illis civitatem.

(R) GALAT. IV. 22. Scriptum eſt enim: quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla & unum de libera. 23. Sed qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt; qui autem de libera, per repromiſſionem. 24. Quæ ſunt per allegoriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Unum quidem in monte Sina, in ſervitutem generans: quæ eſt Agar. 25. Sina enim mons eſt in Arabia, qui conjunctus eſt ei, quæ nunc eſt Jeruſalem, & ſervit cum filiis ſuis. 26. Illa autem quæ ſurſum eſt Jeruſalem, libera eſt; quæ eſt mater noſtra. 27. Scriptum eſt enim: Lætare ſterilis quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filii deſertæ, magis quam ejus quæ habet virum. 28. Nos autem fratres ſecundum Iſaac promiſſionis filii ſumus... 31. Itaque, fratres, non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberavit.

S. AUG. *Lib.* 15. *de Civit. Dei*, *c.* 2. Hæc forma intelligendi de Apoſtolica autoritate deſcendens nobis locum aperit, quemadmodum ſcripturas duorum teſtamentorum veteris & novi accipere debeamus. Pars enim quædam terrenæ civitatis imago cæleſtis civitatis effecta eſt, non ſe ſignificando, ſed alteram: & ideo ſerviens, non enim propter ſe ipſam, ſed propter aliam ſignificandam eſt inſtituta... Invenimus ergo in terrena civitate duas formas; unam ſuam præſentiam demonſtrantem; alteram cæleſti civitati ſignificandæ ſua præſentia ſervientem. Parit autem cives terrenæ civitatis peccato vitiata natura; cæleſtis vero civitatis cives parit a peccato naturam liberans gratia: unde illa vocantur vaſa iræ, iſta vaſa miſericordiæ. Significatum eſt hoc etiam in duobus filiis Abrahæ, quod unus de ancilla, quæ dicebatur Agar, ſecundum carnem natus eſt Iſmael; alter Gal. IV. 23. autem de Sara libera ſecundum repromiſſionem natus Iſaac. Uterque quidem de ſemine Abrahæ: ſed illum genuit demonſtrans conſuetudo naturam; iſtum vero dedit promiſſio ſignificans gratiam.

Cap. 3. Recte igitur ſignificat Iſaac per repromiſſionem natus filios gratiæ, cives civitatis liberæ ſocios pacis æternæ, ubi ſit non amor propriæ, ac privatæ quodammodo voluntatis: ſed communi eodemque immutabili bono gaudens, atque ex multis unum cor faciens, id eſt, perfecte concors obedientia caritatis.

(S) *Vide SS. Pauli & Aug. teſtimonia litt.* (R) *præcedenti.*

(T) 1. COR. V. 11. Nunc autem ſcripſi vobis non commiſceri, ſi is qui frater nominatur, eſt fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax: cum ejuſmodi nec cibum ſumere.

S. AUG. *Lib.* 16. *de Civit. Dei*, *c.* 34. Quid autem ſibi vult quod Abraham poſt mortem Saræ, Cethuram duxit uxorem? Ubi abſit ut incontinentiam ſuſpicemur, præſertim in illa jam ætate, & in illa jam fidei ſanctitate... Profecto ſi Agar & Iſmael, Doctore Gal. IV. Apoſtolo, ſignificaverunt carnales veteris teſtamenti, cur non etiam Cethura & filii ejus ſignificant carnales, qui ſe ad teſtamentum novum exiſtimant pertinere?.. Habent ergo nonnulla munera filii concubinarum, ſed non perveniunt ad regnum promiſſum; nec hæretici, nec Judæi carnales, quia præter Iſaac nullus eſt hæres.

(V) ROM. VIII. 1. Nihil enim nunc damnationis eſt iis

PARS I. SECT. I. CAP. IV. §. 6.

A

R. Quia non Judæorum ſolummodo, ſed & Chriſtianorum pater fuit. (A)

Judæorum quidem, qui ex Iſaac filio ejus orti ſunt,

Chriſtianorum vero, qui pér fidem nati ſunt ei ex Chriſto, cujus Iſaac & pater & typus fuit.

I. In quo Iſaac typus fuit Chriſti?

R. In plurimis.

1. Quidquid diximus in paragrapho ſuperiori de Iſaac & Iſmaele id apprime accommodari poteſt Chriſto & Judæis, ut cuilibet paulo attentius meditanti facile erit intelligere.

2. Sanctitas & innocentia vitæ Iſaac typus fuit ſanctitatis & innocentiæ vitæ Chriſti.

3. Sacrificium Iſaac perſpicue adumbravit Chriſti mortem & reſurrectionem.

4. Peracto ſacrificio fit Iſaac pater populi Judaici. Poſt mortem & reſurrectionem fit Chriſtus pater populi Chriſtiani.

I. Quale Iſaci ſacrificium narras?

R. Rem accipe. Deus Abrahæ fidem tentans immolandum ſibi a patre filium Iſaac poſcit annos natum fere quinque ſupra viginti, ſi fidem Hebræorum traditioni, referente Joſepho. (B) P.

Credidit Abraham Deo, filiumque pro unigenito dilectum, quem ſenex ex Sara uxore ſterili non ſine miraculo ſuſceperat, quem ſciebat, ſtans Dei verbis, fore hæredem ſibi, & parentem gentis magnæ, nihil cunctatus, *contra ſpem in ſpem credens*, confidens poſſe filium ſuſcitari a mortuis qui potuerit contra naturæ leges, Deo ita diſponente, naſci: (C) filium, inquam, talem aræ ſuperpoſitum; educto gladio jam jam erat immolaturus ſuper unum montium, quem S. Hieronymus ſecutus traditionem Hebræorum ait, fuiſſe mon- Gen. xxii. 2. Rom. iv. 18. C

qui ſunt in Chriſto Jeſu, qui non ſecundum carnem ambulant. 2. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Jeſu liberavit me a lege peccati & mortis. 3. Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne. 4. Ut juſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. 5. Qui enim ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt: qui vero ſecundum ſpiritum ſunt, quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. 6. Nam prudentia carnis mors eſt: prudentia autem ſpiritus, vita & pax. 7. Quoniam ſapientia carnis inimica eſt Deo; legi enim Dei non eſt ſubjecta: nec enim poteſt. 8. Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. 9. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus... 12. Ergo fratres debitores ſumus non carni, ut ſecundum carnem vivamus. 13. Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini; ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. 14. Quicumque enim ſpiritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei.

GALAT. V. 16. Dico autem: ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. 17. Caro enim concupiſcit adverſus ſpiritum: ſpiritus autem adverſus carnem: hæc enim ſibi invicem adverſantur: ut non quæcumque vultis, illa faciatis. 18. Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. 19. Manifeſta ſunt autem opera carnis: quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, 20. Idolorum ſervitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, 21. Invidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. 22. Fructus autem ſpiritus eſt: charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, 23. Manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Adverſus hujuſmodi non eſt lex. 24. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis.

S. AUG. *Lib.* 14. *de Civit. Dei*, *c.* 3. *n.* 2. In operibus carnis... non illa tantum invenimus, quæ ad voluptatem pertinent carnis, ſicuti ſunt fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, ebrietates, comeſſationes, verum etiam illa quibus animi vitia demonſtrantur a voluptate carnis aliena.

Cap. 4. *num.* 1. Cum ergo vivit homo ſecundum hominem non ſecundum Deum, ſimilis eſt diabolo.. Cum itaque vivit homo ſecundum veritatem, non vivit ſecundum ſe ipſum, ſed ſecundum Deum. Cum vero vivit ſecundum ſe ipſum, hoc eſt, ſecundum hominem, non ſecundum Deum, profecto ſecundum mendacium vivit.

Contra duas Epiſt. Pelagianor. *l.* III. *cap.* 2. *num.* 2. Juſtitia legis in eis impletur. qui non ſecundum carnem ambulant,.. ſed ambulant ſecundum ſpiritum. Quis autem ambulat ſecundum ſpiritum, niſi quiſquis agitur Dei ſpiritu? Quotquot enim Dei ſpiritu aguntur, hi ſunt filii Dei.

Rom. VIII. 1. (A) ROM. IV. 9... Dicimus enim quia reputata eſt Abrahæ fides ad juſtitiam. 10. Quomodo ergo reputata eſt? in circumciſione, an in præputio? Non in circumciſione, ſed in præputio. 11. Et ſignum accepit circumciſionis, ſignaculum juſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio: ut ſit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur & illis ad juſtitiam. 12. Et ſit pater circumciſionis, non iis tantum, qui ſunt ex circumciſione, ſed & iis, qui ſectantur veſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ. 13. Non enim per legem promiſſio Abrahæ, aut ſemini ejus, ut hæres eſſet mundi: ſed per juſtitiam fidei. 14. Si enim qui ex lege, hæredes ſunt: exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio. 15. Lex enim iram operatur. Ubi enim non eſt lex: nec prævaricatio. 16. Ideo ex fide, ut ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini, non ei, qui ex lege eſt ſolum, ſed & ei qui ex fide eſt, Abrahæ, qui pater eſt omnium noſtrum. 17. (Sicut ſcriptum eſt: Quia patrem multarum gentium poſui te) ante Deum, cui credidit, qui vivificat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt. 18. Qui contra ſpem in ſpem credidit, ut fieret pater multarum gentium; ſecundum quod dictum eſt ei: Sic erit ſemen tuum. Gen. xvii. 4

(B) JOSEPHUS *Antiquit. Judaic.* *l.* I. *c.* XIV. Volens tamen pietatis ejus (*Abrahami*) periculum facere Deus.. filium Iſacum popoſcit ut ſacrificium, & victimam ſibi offerret. Jubebat autem ut in montem Moriam ſubductum holocauſtum faceret. Sic enim pietatem ejus illuſtriorem fore, ſi vel filii ſalutem voluntati divinæ poſthaberet. Abrahamus vero nefas ducens quavis in re Deo morem non gerere, quin potius per omnia parendum ei per quem omnes viverent, celans uxorem tam Dei mandatum, quam ſuam de pueri cæde ſententiam, ac ne famulorum quidem ulli rem indicans, ne forte aliquis ſibi obſtaculo eſſet, aſſumpto Iſaco cum duobus ſervis,.. proficiſcebatur ad montem.. Relictis aliis in campo cum ſolo puero aſcendit in montem, in quo poſt David templum conſtituit: ferebantque ſecum quicquid ad ſacrificium pertinet, abſque victima. Iſac... tum vigeſimum quintum annum agebat. Ibid. xv. 5.

(C) HEB. XI. 17. Fide obtulit Abraham Iſaac, cum tentaretur, & unigenitum offerebat, qui ſuſceperat repromiſſiones. 18. Ad quem dictum eſt: Quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen. 19. Arbitrans quia & a mortuis ſuſcitare potens eſt Deus: unde eum & in parabolam accepit. Gen. xxi. 12.

S. AUG. *l.* 16. *de Civit. Dei*, *c.* 32. *n.* 1. Tentatur Abraham de immolando dilectiſſimo filio ipſo Iſaac, ut pia ejus obedientia probaretur, ſæculis in notitiam proferenda, non Deo.. Nunquam ſane crederet Abraham, quod victimis Deus delectaretur humanis: quamvis, divino intonante præcepto, obediendum ſit, non diſputandum. Verumtamen Abraham confeſtim filium cum fuiſſet immolatus, reſurrecturum credidiſſe laudandus eſt. Dixerat enim illi Deus.. In Iſaac vocabitur tibi ſemen.. Hanc ergo promiſſionem pater pius fideliter tenens, quia per hunc oportebat impleri, quem Deus jubebat occidi, non hæſitavit quod ſibi reddi poterat immolatus, qui dari potuit non ſperatus. Gen. xxi. 12

S. CHRYSOST. *in cap.* 22 *Geneſ. homil.* 47... Hæc autem omnia figura fuerunt crucis, propterea & Chriſtus Judæis dicebat: Abraham pater veſter exultavit ut videret diem meum & vidit, & gaviſus eſt. Quomodo vidit qui temporibus præceſſit? Per figuram, per umbram. Sicut enim hic ovis oblata eſt pro Iſaac: ita & rationalis agnus oblatus eſt pro mundo. Oportebat enim in umbra deſcribi & præſignari veritatem. Vide obſecro, quomodo omnia per umbram præfigurata ſunt. Unigenitus ille & uni- Johan. VIII. 56.

montem Moria, monti Calvariæ vicinum. (D) Iſaac autem patris fidem, & obedientiam
Iſ. LIII. 7. imitatus, ligna holocauſti tulit, ſuper ſtruem lignorum ligari ſe paſſus eſt; *tanquam agnus coram tondente ſe obmutuit*. Jam jam erat immolandus.

Sed Deus, ſatis ſuper probata utriusque fide & obedientia, noluit ſacrificium morte Iſaac conſummari. Vox Abrahæ miſſa de cælo eſt, puero ut parceret. Redditus eſt ergo patri tamquam ex mortuis filius, ut qui Chriſti patientis & morientis in cruce typus fuerat, fieret & typus reſurgentis.

Mox, Dei juſſu, aries in vepribus cornu hærens Abrahæ præſto fuit. Hoc immolatu
E Abraham ſacrificium conſummavit. (E) Hic intueri licet alterum typum Chriſti, qui pro hominibus obtulit ſe ſacrificium Deo patri, diciturque *Agnus Dei qui tollit peccata mundi*. Hoc in ſerie hujus operis fuſius explicabimus, ſcilicet *parte 3. ſect. 2. cap. 7. parag.* 5. Part. I. Sect. I. Cap. IV. §. 6. *Johan.* I. 29

I. Quot fuerunt Iſaac liberi?

R. Geminos uno partu ex Rebecca uxore filios ſuſcepit. Prior dictus Eſau, minori Jacob nomen fuit. Ille antequam naſceretur a Deo reprobatus eſt. Hic nullis precendentibus meritis a Deo dilectus. (F) F

I. In quo Eſau reprobatus a Deo fuit?

R. In eo quod non hunc, ſed Jacob elegit Deus, ut eſſet pater populi Judaici, factæ Abrahamo promiſſionis hæres, unus ex progenitoribus Meſſiæ.

I. Cujus rei Eſau & Jacob typus fuere?

R Eſau Judæorum & reproborum typus fuit: Jacob Chriſtianorum & Electorum. (G) G

I. Quot

---

unigenitus hic; dilectus ille, & germanus, dilectus & hic ac germanus. Hic enim eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. A Patre ille in holocauſtum offertur, & hunc Pater tradidit. Et clamat Paulus dicens: Qui ſane proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.

S. BERNARD. *Serm. 41. de diverſis n.* 2. Cum accepiſſet (Abraham) filium in ſenectute ſua, in quo totius mundi benedictio fuerat cumulanda, dicit ei Deus: *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Iſaac, & offer illum mihi in holocauſtum.* O quanta in verbis iſtis amaritudo, quanta a corde patris ſeparatio pietatis! Jubetur namque filium occidere .... filium magnæ promiſſionis; extremæ ſenectutis, propriæ mulieris: filium mirabiliter promiſſum, feliciter natum, educatum innocenter, & ne quid deeſſet, ut tenerrimum intra paterna viſcera doloris incendium exundaret, additur unigenitum ... Iſte ſic eſt filius, ut & unigenitus, iſte unicus patris, unigenitus matri, hæreditati reſervatus .... Ad exagerandam in corde patris tribulationem, & comprobandam in mente juſti obedientiam, Dominus ſubjungit. *quem diligis?* .. Vides quantis tribulationum malleis Abrahæ pietas feriatur, cui præcipitur, ut filium tollat, occidat unigenitum, quem diligit immolet, Iſaac percutiat? Multum tentatus, multum probatus, adultus eſt multum. Dulcis relatio filii ad patrem, patris ad filium. Hanc dulcedinem & omnium affectus neceſſitudinum obliviſcitur Abraham; ſternit aſinum ſuum, ligna componit, ignem accendit, eximit gladium. Non a Domino quærit quare; non murmurat, non conqueritur, non ſaltem vultum dolentis oſtendit: ſed omnium quæ præcipiuntur ignarus, in mortem filii pia crudelitate feſtinat. Ideo ſumma, & admirabilis obedientiæ virtus in Abraham, & ſingularis excellentiæ laudibus prædicanda.

(D) S. HIERONYM. *Lib. Quæſt. Hebraic. in Geneſ. c. 22. n. 2. p.* 525. In Hebræo habet Moria ... ajunt ergo Hebræi hunc montem eſſe, in quo poſtea templum conditum eſt in area Ornæ Jebuſæi ..... qui idcirco illuminans interpretatur, & lucens; quia ibi eſt oraculum Dei: & lex & Spiritus ſanctus, qui docet homines veritatem & inſpirat prophetias.

(E) GENES. XXII. 1........ Tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille reſpondit: adſum. 2. Ait illi: Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Iſaac, & vade in terram viſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper unum montium quem monſtravero tibi. 3. Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtravit aſinum ſuum: ducens ſecum duos juvenes, & Iſaac filium ſuum: cumque concidiſſet ligna in holocauſtum, abiit ad locum quem præceperat ei Deus ... 6. Tulit quoque ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum: ipſe vero portabat in manibus ignem & gladium. Cumque duo pergerent ſimul. 7. Dixit Iſaac patri ſuo: Pater mi. At ille reſpondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: ubi eſt victima holocauſti? 8. Dixit autem Abraham: Deus providebit ſibi victimam holocauſti, fili mi. Pergebant ergo pariter, 9. Et venerunt ad locum quem oſtenderat ei Deus, in quo ædificavit altare, & deſuper ligna compoſuit, cumque alligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum. 10. Extenditque manum, & arripuit gladium, ut immolaret filium ſuum. 11. Et ecce Angelus Domini de cælo clamavit, dicens: Abraham, Abraham. Qui reſpondit: adſum. 12. Dixitque ei: Non extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quidquam: nunc cognovi quod times Deum, & non pepercisti unigenito filio tuo propter me. 13. Levavit Abraham oculos ſuos, viditque poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio. 14. Appellavitque nomen loci illius: Dominus videt.

S. AUG. *l. 16. de Civit. Dei*, c. 32. *n.* 1.... Propterea & Iſaac, ſicut Dominus crucem ſuam, ita ſibi ligna ad victimæ locum, quibus fuerat imponendus ipſe portavit ... Quis erat ille aries, quo immolato impletum eſt ſignificativo ſanguine ſacrificium? Nempe quando vidit eum Abraham, cornibus in frutice tenebatur. Quis ergo illo figurabatur, niſi Jeſus, antequam immolaretur, ſpinis Iudaicis coronatus?

S. CÆSARIUS *in append. S. Aug. edit. B. ſerm. 6. alias 71. de tempore numer.* 2. *&* 3. Abraham enim quando filium ſuum obtulit, typum habuit Dei Patris, Iſaac vero figuram Domini ſalvatoris ... Aries vero, qui inter ſpinas cornibus tenebatur, & ipſe typum Domini habuiſſe videtur.

(F) GENES. XXV. 21. Deprecatuſque eſt Iſaac Dominum pro uxore ſua, eo quod eſſet ſterilis, qui exaudivit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. Sed collidebantur in utero ejus parvuli, quæ ait: Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere? Perrexitque Rebecca ut conſuleret Dominum, qui reſpondens ait: Duæ gentes ſunt in utero, & duo populi ex ventre tuo dividentur, populuſque populum ſuperabit, & major ſerviet minori.

ROM. IX. 11. Cum enim nondum nati fuiſſent, (Eſau & Jacob) aut aliquid boni egiſſent, aut mali, (ut ſecundum electionem propoſitum Dei maneret) 12. non ex operibus, ſed ex vocante, dictum eſt *Gen.* XXV. 23.
ei: 13. Quia major ſerviet minori, ſicut ſcriptum eſt: *Mal.* 1. 2. 3.
Jacob dilexi, Eſau autem odio habui.

MALACH. 1. 2. Dilexi vos, dicit Dominus, & dixiſtis: in quo dilexiſti nos? Nonne frater erat Eſau Jacob, dicit Dominus, & dilexi Jacob. 3. Eſau autem odio habui? Et poſui montes ejus in ſolitudinem, & hæreditatem ejus in dracones deſerti.

(G) ROM. IX. 6. Non enim omnes qui ex Iſrael ſunt, ii ſunt Iſraelitæ. 7. Neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filii, ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen.

S. AUGUST. *de Civitate Dei, lib. 16. cap.* 35. Quod *Gen.* XXV. 23.
autem dictum eſt, *Major ſerviet minori*, nemo fere noſtrum aliter intellexit, quam majorem populum Judæorum minori populo Chriſtiano ſerviturum. Et revera quamvis in gente Idumæorum, quæ nata eſt de majore ... hoc videri poſſit impletum; quia poſtea ſuperanda fuerat a populo, qui ortus ex minore, .. tamen in aliquid majus intentam fuiſſe iſtam prophetiam qua dictum eſt, *Populus populum ſuperabit*, *Ibid.*
& major ſerviet minori, convenientius creditur. Et quid eſt hoc niſi quod in Judæis, & Chriſtianis evidenter impletur?

Cap. 37. Benedictio igitur Jacob, prædicatio Chriſti eſt in omnibus gentibus. Hoc fit, hoc agitur: lex & prophetia eſt Iſaac: etiam per os Judæorum Chriſtus ab illa benedicitur velut a neſciente, quia ipſa neſcitur. Odore nominis Chriſti, ſicut ager mundus impletur: ejus eſt bene- *Geneſ.* XXVII.
dictio de rore cæli, hoc eſt, de verborum pluvia divino- 28.
rum; & de ubertate terræ, hoc eſt, de congregatione

Digitized by Google

I. Quot Jacob liberos habuit?

R. Ex uxoribus quatuor, filios duodecim & filiam unam ſuſtulit. Hi dicti Patriarchæ duodecim, ex quibus tota Judæa gens.

I. Quod nomen fuit uxoribus & liberis Jacob?

R. Is uxorem unicam Rachelem nomine expetierat. Prius per fraudem ſuppoſita eſt ipſi ſoror primogenita Rachelis Lia, quæ peperit ei filios ſex; quorum nomina hæc ſunt: Ruben,
H Simeon, Levi, Judas, Iſſachar, Zabulon; & filiam unam Dinam nomine. (H) Rachel ut ſterilitatis ſuæ tædium levaret aliquatenus, obtinuit a marito, ut Balam ancillam ſuam duceret uxorem; ex qua geniti filii duo Dan & Nephtali. Exemplo Rachelis Lia cum ceſſaſſet parere, ancillam ſuam Zelpham nomine; tradidit viro ſuo uxorem, ex qua nati Gad, & Aser. Tandem & Rachelis preces exaudivit Deus, deditque ei filios duos Joſeph
& Beniamin. (I) I

I. Quam ob rem filii Jacob dicuntur Patriarchæ?

R. Sic dicti ſunt, quia ab ipſis ortum & nomen habuere duodecim principes familiæ Judæorum, ex quibus cæteræ omnes prodiere. *Patriarcha* vox Græca eſt, quæ ſignificat idem quod *Pater familias*

Hæ

populorum: ejus eſt multitudo frumenti & vini, hoc eſt, multitudo quam colligit frumentum & vinum in
Ibidem 9. ſacramento corporis & ſanguinis ejus. Ei ſerviunt gentes, ipſum adorant Principes. Ipſe eſt Dominus fratris ſui, quia populus ejus dominatur Judæis. Ipſum adorant filii patris ejus, hoc eſt, filii Abrahæ ſecundum carnem. Ipſum qui maledixerit maledictus; & qui benedixerit benedictus eſt....

Serm. 4. alias de diverſis 44. integrum perlege. Ex eo quædam tantum excerpſimus. c. 11. n. 11. Mater typum geſtat Eccleſiæ. Eccleſiam autem accipite non in iis ſolis qui poſt Domini adventum & nativitatem eſſe cœperunt ſancti, ſed omnes quotquot fuerunt ſancti ad ipſam Eccleſiam pertinent.. Eccleſia ſignificatur in Rebeca uxore Iſaac: hæc Eccleſia erat in ſanctis etiam Prophetis, qui intelligebant vetus Teſtamentum, quia promiſſiones illæ carnales ſpiritale neſcio quid ſignificabant. Si ſpiritales ergo ad minorem filium: quia prior eſt carnalis, & poſtea ſpiritalis... In benedictione majorem intendebat, & benedictio ad minorem perveniebat. Quid eſt ergo quod ſub ſpecie majoris benedicitur minor, niſi quia ſub figuris veteris Teſtamenti promiſſi populo Judæorum, pervenit benedictio ſpiritalis ad populum Chriſtianorum?... Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui ad Judæos & Gentes venerat, repudiatus eſt a Judæis, qui pertinebant ad filium majorem: elegit tamen quoſdam, qui pertinebant ad filium minorem, qui ſpiritaliter cœperant deſiderare & intelligere promiſſa Domini, non carnaliter illam terram, quam deſiderabant accipientes, ſed ſpiritalem illam civitatem deſiderantes, ubi nemo naſcitur carnaliter; quia nemo ibi carnaliter, nemo ſpiritaliter moritur.

Cap. 12. num. 12. Vendidit primogenita ſua minori. Abſtulit ille voluptatem temporalem, abſtulit ille dignitatem ſempiternam. Ergo qui temporalibus voluptatibus ſerviunt in Eccleſia, lentem manducant... Per lentem omnes errores gentium ſignificantur.

Cap. 13. num. 12. In populo Chriſtiano illi primatum tenent qui pertinent ad Jacob. Qui vero carnaliter vivunt, carnaliter credunt, carnaliter ſperant, carnaliter diligunt, adhuc ad vetus teſtamentum pertinent, nondum ad novum; adhuc in ſorte ſunt Eſau, nondum in benedictione Jacob.

Cap. 16. num. 16. Portat aliena peccata & portat cum tolerantia quamvis aliena: hoc eſt enim habere pelles hœdinas: id eſt, patienter aliena portat, non hæret ſuis. Sic omnes qui pro unitate Eccleſiæ tolerant aliena peccata, Jacob imitantur. Quia & ipſe Jacob in Chriſto eſt: ſiquidem Chriſtus in ſemine Abrahæ. Dominus ergo noſter Jeſus Chriſtus qui nullum peccatum fecit, portavit aliena peccata, & dedignatur portare aliena peccata, cui peccata dimiſſa ſunt.

Serm. 5. alias 1. ex Sirmondianis num. 4. Jacob.... populum ſignificat Chriſtianum, ipſe eſt enim minor filius; quia populus Judæorum Eſau eſt. De Jacob quidem nata eſt gens Judæorum, ſed in figura magis Eſau Judæi intelliguntur: quia populus major reprobatus eſt, populus autem minor primatum accepit.... Perſonam legis ſerebat Iſaac. Videtur lex data Judæis: & ipſum regnum datum eſt Chriſtia-
Math. xxi. 43. nis... Judæis dicitur propterea: Auferetur a vobis regnum, & dabitur genti facienti juſtitiam. Auferetur ab Eſau, & dabitur Jacob. Hirſutus natus erat, & piloſus Eſau, id eſt, plenus peccatis; hærebant in illo peccata: ille autem ut acciperet primatum, accepit pelles hœdorum in brachiis, & ſic illum benedixit pater, palpans brachia ipſius, & inveniens hirſutum. Sed illi capilli & peccata portabantur a Jacob, non hærebant in Jacob. Sic ergo & Eccleſia Dei aliena peccata portat, non ſua tolerans uſque in finem; ſicut & Dominus noſter Jeſus Chriſtus aliena portavit.

N. 5. Minor filius accepit primatum, & major filius perdidit primatum. Ecce Jacob implevit terram, tenuit gentes & regna. (Judæi) ſparſi per orbem terrarum facti ſunt quaſi cuſtodes librorum noſtrorum... Ideo ergo ſparſi ſunt, ut nobis libros ſervent.

In Pſal. XLVI. num. 6. Major ſerviet minori..... *Gen. xxv. 23*
ſed minor in bonis chriſtianis, electis, piis, fidelibus; major in ſuperbis, indignis peccatoribus, contumacibus, ſua peccata defendentibus, magis quam confitentibus; qualis etiam ipſe populus Judæorum
fuit, ignorans Dei juſtitiam, & ſuam volens conſti- *Rom. x. 3.*
tuere. Sed quia dictum eſt, major ſerviet minori: *Gen. xxv. 23*
manifeſtum eſt, quia piis ſubduntur impii, & humilibus ſubduntur ſuperbi...,

(H) Genes. xxix. 16. Habebat vero (Laban) duas filias nomen majoris Lia: minor vero appellabatur Rachel. 17. Sed Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, & venuſto aſpectu. 18. Quam diligens Jacob, ait: Serviam tibi pro Rachel filia tua minore, ſeptem annis. 19. Reſpondit Laban: Melius eſt ut tibi dem eam quam alteri viro, mane apud me. 20. Servivit ergo Jacob pro Rachel ſeptem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. 21. Dixitque ad Laban: Da mihi uxorem meam... 22. Qui.... fecit nuptias. 23. Et veſpere Liam filiam ſuam introduxit ad eum. 25.... Ad quam cum ex more Jacob fuiſſet ingreſſus, facto mane vidit Liam. 25. Et dixit ad ſocerum ſuum: Quid eſt quod facere voluiſti? Nunne pro Rachel ſervivi tibi?... 26. Reſpondit Laban: Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, ut minores ante tradamus ad nuptias. 27. Imple hebdomadam dierum hujus copulæ: & hanc quoque dabo tibi pro opere quo ſerviturus es mihi ſeptem annis aliis. 28. Acquievit placito: & hebdomada tranſacta, Rachel duxit uxorem..... 30. Tandemque potitus optatis nuptiis, amorem ſequentis priori prætulit, ſerviens apud eum ſeptem annis aliis. 31. Videns autem Dominus quod deſpiceret Liam, aperuit vulvam ejus, ſorore ſterili permanente. 32. Quæ conceptum genuit filium, vocavitque nomen ejus Ruben... 33. Ruſumque concepit & peperit filium.... vocavitque nomen ejus Simeon. 34. Concepitque tertio, & genuit alium filium,.... & appellavit nomen ejus Levi. 35. Quarto concepit, & peperit filium, & ... vocavit eum Judam. Ceſſavitque parere.

xxx. 17. Et exaudivit Deus preces ejus: (Liæ) concepitque, & peperit filium quintum, 18.... appellavit nomen ejus, Iſſachar. 19. Rurſus Lia concipiens peperit ſextum filium. 20.... & appellavit nomen ejus, Zabulon. 21. Poſt quem peperit filiam nomine Dinam.

(I) Genes. xxx. 1. Cernens autem Rachel quod infœcunda eſſet, invidit ſorori ſuæ, & ait marito ſuo: Da mihi liberos, alioquin moriar. 2. Cui iratus reſpondit Jacob: Num pro Deo ego ſum, qui privavit te fructu ventris tui? 3. At illa: Habeo, inquit, famulam Balam: ingredere ad illam, ut.... habeam ex illa filios. 4. Deditque illi Balam in conjugium: quæ, 5. ingreſſo ad ſe viro, concepit & peperit filium. 6. Rachel.... appellavit nomen ejus Dan. 7. Ruſumque Bala concipiens peperit alterum. 8.... Rachel.... vocavit eum Nephtali. 9. Sentiens Lia quod parere deſiiſſet, Zelpham ancillam ſuam marito tradidit. 10. Qua poſt conceptum edente filium, 11..... vocavit nomen ejus Gad. 12. Peperit quoque Zelpha alterum. 13. Lia.... appellavit eum, Aſer.... 22. Recordatus quoque Dominus Rachelis exaudivit eam, & aperuit vulvam ejus. 23. Quæ concepit & peperit filium, dicens: Abſtulit Deus opprobrium meum. 24. Et vocavit nomen ejus, Joſeph.

xxxv.

Digitized by Google

Hæ familiæ principes, notæ omnibus ſub nomine Tribuum duodecim. Sed id obſervandum, quod familia Joſeph Tribus duas conſtituit, quia Ephraim & Manaſſen ex Joſeph genitos Jacob in filios adoptavit, voluitque caput fieri Tribubus duabus; immo minorem prætulit majori. (K)
K

Nec propterea tredecim Tribus, ſed duodecim ſolummodo numerantur; quia Tribus Levi, quæ, tempore Moſis, divino miniſterio conſecrata eſt, non accepit cum cæteris diſtinctam terræ portionem; ſed aſſignatæ ſunt in ſingulis Tribubus urbes Levitis. Id ita factum ut ipſi liberius ſervirent Deo, poſſentque facilius verbo & exemplo fratribus ſuis, in his quæ Dei ſunt, adjumento eſſe. (L)
L

I. Fuit ne in Tribubus una cæteris illuſtrior?

R. Tribus Levi omnibus antecelluit, utpote ad Sacerdotium & miniſterium ſacrum ſegregata. Sed Tribus Judn cæteris illuſtrior fuit: tum quia pluribus a Deo cumulata beneficiis; tum quia ex ea natus eſt Meſſias; tum quia ipſa toti genti poſtea nomen dedit.

Poſtea, inquam, hoc eſt poſt reditum a captivitate Babylonica: antea enim Judæorum nomen ſolius Regni Juda incolis competebat, & antequam totius nationis imperium in Regna duo ſcinderetur, de qua ſciſſione agemus infra, poſteri Jacob dicebantur Iſraelitæ ſeu Hebræi.

I. Cur Iſraelitæ, cur Hebræi?

R. Iſraelitæ quidem, quia Jacob & Iſrael dictus eſt, mutato ipſi Dei juſſu nomine. (M)
M

De origine nominis Hebræorum non ita conſtat. Alii putant Abraham dictum fuiſſe Hebræum, eo quod eſſet ex progenie Heber patris Phaleg, quo vivente facta eſt confuſio linguarum Babylonica: ita ut lingua Phaleg in filio ejus Heber ejuſque poſteris Abrahamo & Iſraelitis perſeveraverit, qui propterea dicti ſint Hebræi.

Aliis placet nomen Hebræorum derivari a voce *Heber*, quæ lingua Chananæorum idem ſonabat quod *trans*; ita ut Chananæis dictus fuerit primum Abraham *Hebræus*, id eſt alienigena, a tranſmiſſo Euphrate. (N) N

I. Cujus rei typus fuit populus hic ex uno homine ortus?

R. Typus fuit populi Chriſtiani ex uno Chriſto formandi.

I. Cujus rei typus fuere Patriarchæ duodecim, ex quibus gens tota Judæorum prodiit?

R. Typus fuere Apoſtolorum duodecim, ex quibus tota gens Chriſtianorum prodiit itidem. Hinc dicimur Apoſtolo Paulo: *Ædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu.*

I. Cujus rei typus fuere Lia & Rachel?

R. His duabus ſororibus præfiguratas intellexerunt ſancti Patres vitas duas, alteram quæ in actione, alteram quæ in contemplatione, veritatis poſita eſt; utramque laudabilem, ſed illam tem-

xxxv. 16. (Jacob) Egreſſus inde, venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam; in qua cum parturiret Rachel, 17. ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitque ei obſtetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filium. 18. Egrediente autem anima præ dolore, & imminente jam morte, vocavit nomen filii ſui Benoni, id eſt, filius doloris mei: Pater vero appellavit eum Benjamin, id eſt, filius dextræ.

xxxv. 23. Filii Liæ primogenitus Ruben, & Simeon, & Levi & Judas & Iſſachar, & Zabulon. 24. Filii Rachel: Joſeph & Benjamin. 25. Filii Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Nepthali. 26. Filii Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aſer; hi ſunt filii Jacob qui nati ſunt ei, in Meſopotamia Syriæ.

S. August. *de Civit. Dei*, *lib.* 16. c. 38. *n.* 3. Perrexit Jacob in Meſopotamiam, ut inde acciperet uxorem. Unde autem illi acciderit, quatuor habere feminas, de quibus duodecim filios & unam filiam procreavit, cum earum nullam concupiſceret illicite, divina Scriptura indicat. Ad unam quippe accipiendam venerat; ſed cum illi altera pro altera ſuppoſita fuiſſet, nec ipſam dimiſit, qua neſciens uſus fuerat in nocte, ne ludibrio eam videretur habuiſſe; & eo tempore, quando multiplicandæ poſteritatis cauſa plures uxores lex nulla prohibebat, accepit etiam illam, cui uni jam futuri conjugii fidem fecerat. Quæ cum eſſet ſterilis, ancillam ſuam, de qua filios ipſa ſuſciperet, marito dedit: quod etiam major ſoror ejus, quamvis peperiſſet, imitata, quoniam multiplicare prolem cupiebat, effecit. Nullam Jacob legitur petiiſſe præter unam, nec uſus plurimis niſi gignendæ prolis officio, conjugali jure ſervato ut neque hoc faceſſet, niſi uxores ejus id fieri flagitaſſent, quæ corporis viri ſui habebant legitimam poteſtatem.

(K) Gen. xlviii. 1.... Nuntiatum eſt Joſeph, quod ægrotaret pater ſuus: qui, aſſumptis duobus filiis Manaſſe & Ephraim, ire perrexit. 2. Dictumque eſt ſeni: Ecce filius tuus Joſeph venit ad te. Qui confortatus ſedit in lectulo. 3. Et ingreſſo ad ſe ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ eſt in terra Chanaan: benedixitque mihi, 4. Et ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: daboque tibi terram hanc, & ſemini tuo poſt te, in poſſeſſionem ſempiternam. 5. Duo ergo filii tui... mei erunt: Ephraim & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. 6. Reliquos autem quos genueris poſt eos, qui erunt... 13. Et poſuit (Jacob) Ephraim ad dexteram ſuam.. Manaſſen vero in ſiniſtra ſua.. 14. Et extendens manum dexteram, poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris: ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe qui major natu erat... 17. Videns autem Joſeph quod poſuiſſet pater ſuus dexteram manum ſuper caput Ephraim graviter accepit: & apprehenſam manum patris levare conatus eſt de capite Ephraim, & transferre ſuper caput Manaſſe. 18. Dixitque ad patrem: Non ita convenit, pater: quia hic eſt primogenitus, pone dexteram tuam ſuper caput ejus. 19. Qui renuens, ait: Scio, fili mi, ſcio: & iſte quidem erit in populos, & multiplicabitur: ſed frater ejus minor, major erit illo: & ſemen illius creſcet in gentes. 20.... Conſtituitque Ephraim ante Manaſſen.

(L) Numer. 1. 48. Locusus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 49. Tribum Levi noli numerare, neque pones ſummam eorum cum filiis Iſrael: 50. Sed conſtitue eos ſuper tabernaculum & cuncta vaſa ejus, & quidquid ad cæremonias pertinet... 52. Metabuntur autem caſtra filii Iſrael unuſquiſque per turmas... 53. Porro Levitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria... & excubabunt in cuſtodiis tabernaculi teſtimonii.

xxxv. 2. Præcipe filiis Iſrael, ut dent Levitis de poſſeſſionibus ſuis. 3. Urbes ad habitandum, & ſuburbana earum per circuitum: ut ipſi in oppidis maneant, & ſuburbana ſint pecoribus ac jumentis.

Josue xxi. 2.... Dominus præcepit per manum Moyſi ut darentur nobis urbes ad habitandum; & ſuburbana earum ad alenda jumenta. 3. Dederuntque filii Iſrael de poſſeſſionibus ſuis, juxta imperium Domini, civitates & ſuburbana earum. *Vide ſi lubet caput integrum.*

(M) Genes. xxxii. 28. Nequaquam Jacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines prævalebis?

(N) S. Aug. *Lib. 16. de Civit. Dei*, c. 11. *num.* 1.... Non defuit domus Heber, ubi ea quæ antea fuit omnium lingua, remaneret.... quæ lingua prius humano generi non immerito creditur fuiſſe communis, ideo deinceps Hebræa eſt nuncupata.

N. 2. Cum legitur unam fuiſſe linguam primitus omnium & ante omnes filios Sem commendatur Heber, quamvis ab illo quintus orietur; & Hebræa vocatur lingua, quam Patriarcharum & Prophetarum, non ſolum in ſermonibus ſuis, verum etiam in litteris ſacris cuſtodivit autoritas: profecto cum quæritur in diviſione linguarum, ubi lingua illa remanere potuerit, quæ fuit ante communis... quid aliud occurrit, niſi quod in

temporalem & laborioſam hanc æternam & beatam. Lia ob fœcunditatem typus dicitur vitæ illius quæ in actione & exercitiis caritatis tota verſatur. Rachel ob ſterilitatem ſimul & pulchritudinem, vitam quæ contemplationi veritatis magis quam exercitiis caritatis vacat, adumbraſſe legitur. (O) O

§. 7. *De ſervitute Iſraelitarum apud Ægyptios. Qua id ratione contigerit.*

I. Incoluerunt ne ſemper Iſraelitæ terram Chanaan Abrahæ promiſſam?

R. Hanc Abraham, Iſaac & Jacob incoluerunt ut advenæ & peregrini. Non venerunt in ejus poſſeſſionem horum poſteri niſi poſt annos quadringentos computandos a tempore promiſſionis factæ Abrahamo. (A) A

I. Cur tamdiu dilata promiſſionis executio eſt?

R. Quia diu ſervierunt Ægyptiis: nec a ſervitute Ægyptiaca liberati ſunt ad terram promiſſam introducendi, niſi poſt annos quadringentos a vocatione Abrahæ (B) B

I. Qua ratione factum eſt ut Iſraelitæ ſervirent Ægyptiis?

R. Urgente fame diuturna, deſcendit Jacob in Ægyptum cum tota familia, quæ tum temporis erat hominum ſeptuaginta. Ibi incredibile memoratu eſt quam cito numero aucti ſint, multiplicataque progenie Ægyptum repleverint. His ſuccedente tempore Pharao Rex Ægypti afflixit multum, dire vexavit & redegit in ſervitutem. (C) C

I. Cur in Ægyptum potius quam in aliam regionem profectus eſt Jacob urgente fame?

R. Quia accepit ſupereſſe etiamnum quinque annos famis, quæ jam a biennio graſſabatur; ſummam rerum Ægypti penes Joſeph eſſe, unum ex filiis ſuis: hujuſque providentia factum, ut maxima frumenti copia in horreis regiis congregata, res eſſent ibi adverſus futuram famem bene compoſitæ. (D) D

I. Cur Joſeph ipſe deſcenderat in Ægyptum?

R. Carus plus cæteris Joſeph Patri: ob idque fratribus inviſus; qui conſilium necis ejus cæperunt. Sed obſiſtente Ruben horum primogenito, in ciſternam veterem demiſſus. Mox ſuadente Juda deducti ad mitius conſilium, negotiatoribus eum, qui tum Ægyptum petebant, vendiderunt. Atque ab his Putiphari Ægyptio traditus eſt. Factum id, Deo permittente, ut hujus ſceleris occaſione Joſeph exaltatus, fieret familiæ ſuæ columen. (E) E

I. Quid egit Joſeph in Ægypto?

R. Ser-

in hujus gente remanſerit, a cujus nomine nomen accepit.

Daniel Huetius doctiſſimus Abrincenſium Epiſcopus, *in Demonſtr. Evangel. propoſit.* 4. c. 13. *num* 1. Probabilior hæc eſt ſententia, & doctorum hominum, ac ſanctorum etiam Patrum aliquot conſenſu receptiſſima, linguam Hebraicam mundo ipſi coævam eſſe, & Adami priorumque Patriarcharum uſu concelebratam, poſt Babelicam linguarum diviſionem in Semi, ac deinde Heberi familia integram ad Abrahamam uſque & Iſraeliticam gentem perſeveraſſe.

(O) S. Aug. L. 22. *contra Fauſtum* c. 52. Quamquam enim duas liberas uxores Jacob ad novum teſtamentum, quo in libertatem vocati ſumus, exiſtimem pertinere, non tamen fruſtra duæ ſunt: niſi forte quia ... duæ vitæ nobis in Chriſti corpore prædicantur, una temporalis in qua laboramus, alia æterna, in qua delectationem Dei contemplabimur. Iſtam Dominus paſſione, illam reſurrectione declaravit ... Actio ergo humanæ mortaliſque vitæ in qua vivimus ex fide, multa laborioſa opera facientes, incerti quo exitu proveniant ad utilitatem eorum quibus conſulere volumus, ipſa eſt Lia prior uxor Jacob: ac per hoc & infirmis oculis fuiſſe commemoratur. Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ providentiæ noſtræ. Spes vero æternæ contemplationis Dei, habens certam & delectabilem intelligentiam veritatis, ipſa eſt Rachel: unde etiam dicitur bona facie, & pulchra ſpecie.

Hanc enim amat omnis pie ſtudioſus, & propter hanc ſervit gratiæ Dei ... Vellet homo, ſi fieri poſſet, ſine ulla tolerantia laboris, quæ in agendo patiendoque amplectenda eſt, ſtatim ad pulchræ atque perfectæ ſapientiæ delicias pervenire: ſed hoc non poteſt in terra morientium ... Prior eſt autem in recta hominis eruditione labor operandi quæ juſta ſunt, quam voluptas intelligendi quæ vera ſunt. Ad unum ergo tendendum, ſed propter hoc multa ferenda ſunt.

S. Greg. Magn. *Lib. 6. Moral. in Job.* c. 18. ... Quid per Rachelem, niſi contemplativa: quid per Liam, niſi activa vita deſignatur? ... Unde & Rachel pulchra, ſed ſterilis. Lia autem lippa eſt, ſed fœcunda: quia nimirum mens cum contemplando otia appetit, plus videt, ſed minus Deo filios generat; cum vero ad laborem prædicationis ſe dirigit, minus videt, ſed amplius parit. Poſt Liæ ergo amplexus ad Rachelem Jacob pervenit: quia perfectus quiſque ante activæ vitæ ad fœcunditatem jungitur, & poſt contemplativæ ad requiem copulatur ... Activæ vitæ opera cum corpore tranſeunt. contemplativæ autem gaudia melius ex fine convaleſcunt.

(A) Genes. xv. 13. Dictumque eſt ad eum (Abraham) ſcito prænoſcens quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubjicient eos ſervituti, & affligent quadringentis annis.

Act. vii. 6. Locutus eſt autem ei (Abraham) Deus: quia erit ſemen ejus accola in terra aliena, & ſervituti eos ſubjicient, & male tractabunt eos annis quadringentis.

Hebr. xi. 9. Fide demoratus eſt (Abraham) in terra repromiſſionis, tanquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac & Jacob cohæredibus repromiſſionis ejuſdem. 10. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex & conditor Deus. (B) *Vide ſupra litt.* (A)

(C) Genes. xlvi. 27. ... Omnes animæ domus Jacob, quæ ingreſſæ ſunt in Ægyptum, fuere ſeptuaginta.

xlvii. 11. Joſeph vero patri & fratribus ſuis dedit poſſeſſionem in Ægypto in optimo terræ loco, Rameſſes ... 12. Et alebat eos omnemque domum patris ſui, præbens cibaria ſingulis. 13. In toto enim orbe panis deerat, & oppreſſerat fames terram, maxime Ægypti & Chanaan.

Deuter. x. 22. In ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres tui in Ægyptum: & ecce nunc multiplicavit te Dominus Deus tuus ſicut aſtra cæli.

Act. vii. 11. Venit autem fames in univerſam Ægyptum, & Chanaan, & tribulatio magna, & non inveniebant cibos patres noſtri. 12. Cum audiſſet autem Jacob eſſe frumentum in Ægypto: miſit patres noſtros primum. 13. Et in ſecundo cognitus eſt Joſeph a fratribus ſuis, & manifeſtatum eſt Pharaoni genus ejus. 14. Mittens autem Joſeph accerſivit Jacob patrem ſuum, & omnem cognationem ſuam in animabus ſeptuaginta quinque. 15. Et deſcendit Jacob in Ægyptum, & defunctus eſt ipſe, & patres noſtri ... 17. Cum autem appropinquaret tempus promiſſionis, quam confeſſus erat Deus Abrahæ, crevit populus, & multiplicatus eſt in Ægypto, 18. quoadusque ſurrexit alius rex in Ægypto, qui non ſciebat Joſeph. 19. Hic circumveniens genus noſtrum, afflixit patres noſtros, ut exponerent infantes ſuos ne vivificarentur.

S. Aug. *de Civit. Dei*, *lib.* 16. c. 40. Ingreſſi itaque referuntur in Ægyptum ſimul cum ipſo Jacob ſeptuaginta quinque homines, annumerato ipſo cum filiis ſuis. Sed res diligenter conſiderata non indicat, quod tantus numerus fuerit in progenie Jacob, die vel anno quo ingreſſus eſt Ægyptum. Commemorati ſunt quippe in eis etiam pronepotes Joſeph, qui nullo modo jam tunc eſſe potuerunt ... Sed nimirum introitus Jacob in Ægyptum, *Act. vii. 14.*
quando eum in ſeptuaginta quinque animabus Scriptura commemorat, non unus dies, vel unus annus, ſed totum illud eſt tempus quandiu vixit Joſeph, per quem factum eſt ut intrarent.

(D) Genes. xlv. 5. ... Pro ſalute veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum. 6. Biennium eſt enim quod cœpit fames eſſe in terra, & adhuc quinque anni reſtant, quibus nec arari poterit, nec meti. 7. Præmiſitque me Deus, ut reſervemini ſuper terram, & eſcas ad vivendum habere poſſitis. 8. Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum: qui fecit me quaſi patrem Pharaonis, & dominum univerſæ domus ejus, ac principem in omni terra Ægypti. 9. Feſtinate, & aſcendite ad patrem meum, & dicetis ei.

(E) Genes. xxxvii. 3. Iſrael autem diligebat Joſeph ſuper

R. Servivit diu Putiphari ; a quo benigne habitus, ejus domum & familiam procuravit. Mox ob ſervatam ſancte pudicitiam, falſo ſcelere infamatus ab uxore Putipharis, in carcerem conjicitur. Inde, poſt biennium Deo res ita diſponente, eductus, toti Ægypto præficitur. (F)

F

I. Mira & ſtupenda narras : ſed perge quæſo. Quomodo tranſiit Ioſeph a carcere ad ſummam rerum Ægypti?

R. Somnium Pharaoni regi objectum eſt, Quod cum a nemine ſolvi poſſet, audivit rex, Joſeph eſſe mirum ſomniorum interpretem. Ita Joſeph ſolvitur, & regi præ objecta ſibi imagine conturbato ſomnium interpretatur. Tum rex Joſephi ſapientiam & prudentiam admiratus, hunc rebus Ægypti præficit. (G)

G

I. Qua ratione innotuit Pharaoni Joſeph eſſe mirum ſomniorum interpretem?

R. Id accepit ab uno e miniſtria ſuis, qui, cum fuiſſet in eadem cuſtodia, Joſeph in ſomniis interpretandis peritiam fauſto exitu expertus fuerat. (H)

H

I. Quo-

ſuper omnes filios ſuos, eo quod in ſenectute genuiſſent eum : fecitque ei tunicam polymitam. 4. Videntes autem fratres ejus, quod a patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui.. 12. Cumque fratres illius in paſcendis gregibus patris morarentur in Sichem, ... 17... pergeit Joſeph poſt fratres ſuos, & invenit eos in Dothain. 18. Qui cum vidiſſent eum procul, .. 19... mutuo loquebantur : ... 20. ... Occidamus eum, & mittamus in ciſternam veterem : dicemusque : fera peſſima devoravit eum ... 21. Audiens autem hoc Rubeo, .. dicebat : 22. Non interficiatis animam ejus, nec effundatis ſanguinem : ſed projicite eum in ciſternam hanc, .. manusque veſtras ſervate innoxias: hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri ſuo. 23. Confeſtim igitur ut pervenit ad fratres ſuos ... 24. miſerunt eum in ciſternam veterem, quæ non habebat aquam. 25. Et ſedentes ut comederent panem, viderunt Iſmaelitas viatores ... 26. Dixit ergo Judas fratribus ſuis : Quid nobis prodeſt, ſi occiderimus fratrem noſtrum? ... 27. Melius eſt ut venundetur Iſmaelitis, & manus noſtræ non polluantur : frater enim, & caro noſtra eſt. Acquieverunt fratres ſermonibus illius, 28. Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de ciſterna, vendiderunt eum Iſmaelitis, viginti argenteis : qui duxerunt eum in Ægyptum ... 36. Madianitæ vendiderunt Joſeph in Ægypto Putiphari eunucho Pharaonis, magiſtro militum.

XLV. 5. & ſeq. *Vide ſupra hoc §. litt.* (D)

ACT. VII. 9. Et Patriarchæ æmulantes, Joſeph vendiderunt in Ægyptum, & erat Deus cum eo. 10. Et eripuit eum ex omnibus tribulationibus ejus: & dedit ei gratiam & ſapientiam in conſpectu Pharaonis regis Ægypti, & conſtituit eum præpoſitum ſuper Ægyptum, & ſuper omnem domum ſuam.

(E) GENES. XXXIX. 1. Igitur Joſeph ductus eſt in Ægyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Iſmaelitarum a quibus perductus erat. 2. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis proſpere agens .. 4. Invenitque Joſeph gratiam coram Domino ſuo, & miniſtrabat ei, a quo præpoſitus omnibus gubernabat creditam ſibi domum, & univerſa quæ ei tradita fuerant. 5. Benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Joſeph, & multiplicavit tam in ædibus quam in agris cunctam ejus ſubſtantiam. 6... Erat autem Joſeph pulchra facie, & decorus aſpectu. 7. Poſt multos itaque dies injecit domina ſua oculos ſuos in Joſeph, & ait: Dormi mecum. 8. Qui nequaquam acquieſcens operi nefario, dixit ad eam : Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua : 9. Nec quidquam eſt quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ uxor ejus es : quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum? 10. Hujuſcemodi verbis per ſingulos dies & mulier moleſta erat adoleſcenti, & ille recuſabat ſtuprum. 11. Accidit autem quadam die, ut intraret Joſeph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret. 12. Et illa apprehenſa lacinia veſtimenti ejus, diceret : Dormi mecum. Qui relicto in manu ejus pallio fugit, & egreſſus eſt foras. 13. Cumque vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptam ... 16. In argumentum fidei retentum pallium oſtendit marito, .. 17. Et ait: Ingreſſus eſt ad me ſervus Hebræus quem adduxiſti, ut illuderet mihi. 18. Cumque audiſſet me clamare, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. 19. His auditis Dominus, & nimium credulus verbis conjugis, iratus eſt valde. 20. Tradiditque Joſeph in carcerem, ubi vincti regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus. 21. Fuit autem Dominus cum Joſeph, & miſertus illius dedit ei gratiam in conſpectu principis carceris. 22. Qui tradidit in manu illius univerſos vinctos qui in cuſtodia tenebantur: & quidquid fiebat, ſub ipſo erat. 23. Nec noverat aliquid, cunctis ei creditis : Dominus enim erat cum illo, & omnia opera ejus dirigebat.

S. AUG. *in Pſ.* LXI. n. 5. Jam Joſeph ... poſt venditionem a fratribus, poſt tranſlationem de patria ſua ... in Ægyptum, poſt humiliationem carceris, poſt factionem falſæ teſtis, poſtquam factum eſt quod de illo dictum eſt : Ferrum pertranſivit animam ejus : jam honorificatus eſt ; jam non eſt ſubditus fratribus vendentibus, ſed frumenta erogat eſurientibus, victis ejus humilitate, & caſtitate, & incorruptione tentationibus, paſſionibus, jam eum honoratum vident. *Pſ.* CIV. 18.

(G) GENES. XLI. 7... Evigilans Pharao poſt quietem. 8. Et facto mane, pavore perterritus, miſit ad omnes conjectores Ægypti, cunctoſque ſapientes : & accerſitis narravit ſomnium, nec erat qui interpretaretur. 9. Tunc demum reminiſcens pincernarum magiſter, ait : Confiteor peccatum meum. 10. Iratus rex ſervis ſuis, me & magiſtrum piſtorum retrudi juſſit in carcerem principis militum : 11. Ubi una nocte uterque vidimus ſomnium præſagum futurorum. 12. Erat ibi puer Hebræus, ejuſdem ducis militum famulus : cui narrantes ſomnia, 13. audivimus quidquid poſtea rei probavit eventus. Ego enim redditus ſum officio meo : & ille ſuſpenſus eſt in cruce. 14. Protinus ad regis imperium eductum de carcere Joſeph totonderunt : ac veſte mutata, obtulerunt ei. 15. Cui ille ait : Vidi ſomnia, nec eſt qui edifferat : quæ audivi te ſapientiſſime conjicere. 16. Reſpondit Joſeph : Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni .. 25... Somnium regis unum eſt : quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni. 26. Septem boves pulchræ, & ſeptem ſpicæ plenæ, ſeptem ubertatis anni ſunt eamdemque vim ſomnii comprehendunt. 27. Septem quoque boves tenues atque macilentæ, quæ aſcenderunt poſt eas, & ſeptem ſpicæ tenues, & vento urente percuſſæ : ſeptem anni venturæ ſunt famis. 28. Qui hoc ordine complebuntur. 29. Ecce ſeptem anni venient fertilitatis magnæ in univerſa terra Ægypti : 30. Quos ſequentur ſeptem anni alii tantæ ſterilitatis, ut oblivioni tradatur cuncta retro abundantia : conſumptura eſt enim fames omnem terram, 31. & ubertatis magnitudinem perditura eſt inopiæ magnitudo. 32. Quod autem vidiſti ſecundo ad eamdem rem pertinens ſomnium : firmitatis indicium eſt, eo quod fiat ſermo Dei, & velocius impleatur. 33. Nunc ergo provideat rex virum ſapientem & induſtrium, & præficiat eum terræ Ægypti: 34. Qui conſtituat præpoſitos per cunctas regiones : & quintam partem fructuum per ſeptem annos fertilitatis, 35. qui jam nunc futuri ſunt, congreget in horrea : & omne frumentum ſub Pharaonis poteſtate condatur, ſerveturque in urbibus, 36. & præparetur futuræ ſeptem annorum fami, quæ oppreſſura eſt Ægyptum ; & non conſumetur terra inopia. 37. Placuit Pharaoni conſilium, & cunctis miniſtris ejus. 38. Locutusque ad eos : Num invenire poterimus talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit? 39. Dixit ergo ad Joſeph: Quia oſtendit tibi Deus omnia quæ locutus es, numquid ſapientiorem & conſimilem tui invenire potero? 40. Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet : uno tantum regni ſolio te præcedam. 41. Dixitque rurſus Pharao ad Joſeph : Ecce conſtitui te ſuper univerſam terram Ægypti. 42. Tulitque annulum de manu ſua, & dedit eum in manu ejus : veſtivitque eum ſtola byſſina, & collo torquem auream circumpoſuit. 43. Fecitque eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genu flecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent univerſæ terræ Ægypti. 44. Dixit quoque rex ad Joſeph : Ego ſum Pharao : abſque tuo imperio non movebit quiſquam manum aut pedem in omni terra Ægypti. 45. Vertitque nomen ejus, & vocavit eum lingua Ægyptiaca, Salvatorem mundi.

(H) GENES. XL. 1. His ita geſtis, accidit ut peccarent duo eunuchi, pincerna regis Ægypti, & piſtor, domino ſuo. 2. Iratuſque contra eos Pharao, .. 3. miſit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus & Joſeph. 4. At cuſtos carceris tradidit eos Joſeph, qui & miniſtrabat eis. 5. Videruntque ambo ſomnium nocte una juxta interpre-

I, Quomodo nunciatum eſt Jacob ſummam rerum in Ægypto penes Joſeph eſſe?

R. Urgente frumenti inopia, filios ſuos Jacob in Ægyptum ad comparandam annonam mittere cogitur. Hi Joſephum penes quem annonæ arbitrium erat adeunt, Qui ſe fratribus cognoſcendum præbuit, acceptam ab iis injuriam condonavit, oneratos frumento domum remiſit; præmonens quinque adhuc annos famem futuram; proinde cum patre atque omni progenie ac familia ad ſe commigrarent, Hoc audito Jacob lubens deſcendit in Ægyptum. (I) I

I, Ubinam mortus eſt Jacob?

R. In Ægypto deceſſit, prænunciato prius tempore quo venturus erat Meſſias. Tum quoque Ephraim, & Manaſſen, quos Joſeph ex filia Putipharis genuerat, Jacob moriens adoptavit. Cæteros item filios luſtravit benedictione, Corpus ejus in ſepulchro majorum condendum, Joſeph tranſtulit in terram Chanaan. (L) L

I. Ubinam Joſeph ſupremum diem obiit?

R. Deceſſit quoque in Ægypto, ſumma rerum

pretationem congruam ſibi. 6. Ad quos cum introiſſet Joſeph mane, & vidiſſet eos triſtes, 7. ſciſcitatus eſt eos, dicens: Cur triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra? 8. Qui responderunt: Somnium vidimus, & non eſt qui interpretetur nobis... 12. Reſpondit Joſeph: (pincernæ) Hæc eſt interpretatio ſomnii: Tres propagines, tres adhuc dies ſunt: 13. Poſt quos recordabitur Pharao miniſterii tui, & reſtituet te in gradum priſtinum: dabisque ei calicem juxta officium tuum, ſicut ante facere conſueveras. 14. Tantum memento mei, cum bene tibi fuerit, & facias mecum miſericordiam. ut ſuggeras Pharaoni ut educat me de iſto carcere. 15. Quia furto ſublatus ſum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum miſſus ſum. 16. Videns piſtorum magiſter, quod prudenter ſomnium diſſolviſſet, ait: Et ego vidi ſomnium... 18. Reſpondit Joſeph: Hæc eſt interpretatio ſomnii: Tria caniſtra, tres adhuc dies ſunt: 19. Poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. 20. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande convivium pueris ſuis, recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum, & piſtorum principis. 21. Reſtituitque alterum in locum ſuum, ut porrigeret ei poculum: 22. Alterum ſuſpendit in patibulo, ut conjectoris veritas probaretur. 23. Et tamen ſuccedentibus proſperis, præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.

(I) GENES. XLII. 1. Audiens autem Jacob quod alimenta venderentur in Ægypto, dixit filiis ſuis: Quare negligitis? 2. Audivi quod triticum venundetur in Ægypto: deſcendite, & emite nobis neceſſaria, ut poſſimus vivere, & non conſumamur inopia. 3. Deſcendentes igitur fratres Joſeph decem, ut emerent frumenta in Ægypto, ... 5. ingreſſi ſunt terram Ægypti cum aliis qui pergebant ad emendum.. 6. Et Joſeph erat princeps in terra Ægypti, atque ad ejus nutum frumenta populis vendebantur. Cumque adoraſſent eum fratres ſui, 7. & agnoviſſet eos, quaſi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos: Unde veniſtis? Qui reſponderunt: De terra Chanaan, ut emamus victui neceſſaria. 8. Et tamen fratres ipſe cognoſcens, non eſt cognitus ab eis. 9. Recordatusque ſomniorum, quæ aliquando viderat, ait ad eos: Exploratores eſtis... 19. Frater veſter unus ligetur in carcere: vos autem abite, & ferte frumenta quæ emiſtis in domos veſtras, & fratrem veſtrum minimum ad me adducite... 21. Et locuti ſunt ad invicem: Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audivimus: idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio. 22. E quibus unus Ruben, ait: Numquid non dixi vobis: Nolite peccare in puerum. & non audiſtis me? En ſanguis ejus exquiritur. 23. Neſciebant autem quod intelligeret Joſeph: eo quod per interpretem loqueretur ad eos. 24. Avertitque ſe parumper, & flevit... 25. Tollensque Simeon, & ligans illis præſentibus, juſſit miniſtris ut implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias ſingulorum in ſacculis ſuis, datis ſupra cibariis in viam: qui fecerunt ita.

XLIII. 1. Interim fames omnem terram vehementer premebat. 2. Conſumptisque cibis quos ex Ægypto detulerant dixit Jacob ad filios ſuos: Revertimini, & emite nobis pauxillum eſcarum.. 11... Sumite de optimis terræ fructibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera... 12. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiſcum, & illam, quam inveniſtis in ſacculis, reportate, ne forte errore factum ſit.. 15. Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Benjamin: deſcenderuntque in Ægyptum, & ſteterunt coram Joſeph. 16. Quos cum ille vidiſſet, & Benjamin ſimul, præcepit diſpenſatori domus ſuæ, dicens: Introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue convivium: quoniam mecum ſunt comeſturi meridie.. 16. Igitur ingreſſus eſt Joſeph domum ſuam, obtuleruntque ei munera, tenentes in manibus ſuis: & adoraverunt proni in terram... 29. Attollens autem Joſeph oculos, vidit Benjamin fratrem ſuum uterinum... 30. Feſtinavitque, quia commota fuerant viſcera ejus ſuper fratre ſuo, & erumpebant lachrymæ, & introiens cubiculum flevit. 31. Rurſumque lota facie egreſſus, continuit ſe, & ait: Ponite panes.

XLV. 1. Non ſe poterat ultra cohibere Joſeph multis coram aſtantibus: unde præcepit ut egrederentur cuncti foras... 3. Et dixit fratribus ſuis: Ego ſum Joſeph: adhuc Pater meus vivit? Non poterant reſpondere fratres nimio terrore perterriti. 4. Ad quos ille clementer: Accedite, inquit, ad me. Et cum acceſſiſſent prope: Ego ſum, ait, Joſeph, frater veſter, quem vendidiſtis in Ægyptum. 5. Nolite pavere, neque vobis durum eſſe videatur quod vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum... 9. Feſtinate, & aſcendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hæc mandat filius tuus Joſeph: Deus fecit me Dominum univerſæ terræ Ægypti: deſcende ad me, ne moreris. 10. Et habitabis in terra Geſſen: erisque juxta me tu, & filii tui, & filii filiorum tuorum, oves tuæ, & armenta tua, & univerſa, quæ poſſides. 11. Ibique te paſcam (adhuc enim quinque anni reſidui ſunt famis) ne & tu pereas & domus tua, & omnia quæ poſſides... 13. Nunciate patri meo univerſam gloriam meam; ... feſtinate, & adducite eum ad me. 14. Cumque amplexatus recidiſſet in collum Benjamin fratris ſui, flevit: illo quoque ſimiliter flente ſuper collum ejus. 15. Oſculatusque eſt Joſeph omnes fratres ſuos, & ploravit ſuper ſingulos. 21. Feceruntque filii Iſrael ut eis mandatum fuerat. Quibus dedit Joſeph plauſtra, ſecundum Pharaonis imperium: & cibaria in itinere.

XLVI. 1. Profectusque Iſrael cum omnibus quæ habebat... 3. Ait illi Deus: Ego ſum fortiſſimus Deus Patris tui: noli timere, deſcende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. 4. Ego deſcendam tecum illuc, & ego inde adducam te revertentem: Joſeph quoque ponet manus ſuas ſuper oculos tuos. 5. Surrexit Jacob.. 6.. Venitque in Ægyptum cum omni ſemine ſuo.

(L) GENES. XLVIII. *Vide §. ſuper litt.* (K)

XLIX. 8. Juda, te laudabunt fratres tui: manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui. 9. Catulus Leonis Juda: ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti ut leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum? 10. Non auferetur ſceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. 11. Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, o fili mi, aſinam ſuam. Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum. 12. Pulchriores ſunt oculi ejus vino, & dentes ejus lacte candidiores... 18. Salutare tuum expectabo Domine... 28... Hæc locutus eſt eis,... benedixitque ſingulis, benedictionibus propriis. 29. Et præcepit eis, dicens: Ego congregor ad populum meum: ſepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici, quæ eſt in agro Ephron Hethæi, 30. contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in poſſeſſionem ſepulchri. 31. Ibi ſepelierunt eum, & Saram uxorem ejus: ibi ſepultus eſt Iſaac cum Rebecca conjuge ſua: ibi & Lia condita jacet. 33. Finitisque mandatis, quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum & obiit, appoſitusque eſt ad populum ſuum.

L. 1. Quod cernens Joſeph, ruit ſuper faciem patris flens & deoſculans eum. 2. Præcepitque ſervis ſuis medicis, ut aromatibus condirent patrem. 3. Quibus juſſa explentibus, tranſierunt quadraginta dies.. flevitque eum Ægyptus ſeptuaginta diebus. 4. Et expleto planctus tempore.. 13. portantes eum in terram Chanaan, ſepelierunt eum

Digitized by Google

rum ad mortem uſque potitus. Juſſit moriens oſſa ſua transferri itidem in terram Chanaan, in M ſepulchro majorum condenda. (M)

I. Quo in pretio Iſraelitæ ab Ægyptiis habiti?

R. Quandiu Joſeph vixit, bene actum eſt cum eis. Sed defuncto Rege, qui eos ob meritum Joſeph benigne fovebat, ſuccedentium Regum imperio depreſſi ſunt, dire vexati, & redacti in ſervitutem. (N) N

I. Joſeph a fratribus venditus, cujus rei typus fuit?

R. Præfiguravit Chriſtum, qui a Juda venditus, & a Principibus ſacerdotum traditus eſt Romanis ut crucifigeretur. (O) O

I. Cujus rei typus fuit Joſeph miſſus in carcerem, & inde ad faſtigium evectus?

R. Typus fuit utique Chriſti, qui morte, & reſurrectione ſua futurus erat cauſa ſalutis æternæ Judæis & gentibus in hiſtoria Joſeph luculenter adumbratis. (P) P

§. 8. *De liberatione Iſraelitarum per Moyſen. Item de Agno Paſchali, & de Maris Rubri tranſmiſſione.*

I. Quot annos Iſraelitæ commorati ſunt in Ægypto?

R. An-

eum in ſpelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Hethæo contra faciem Mambre. 14. Reverſuſque eſt Joſeph in Ægyptum cum fratribus ſuis ... 18. Veneruntque ad eum fratres ſui, & proni adorantes in terram, dixerunt: Servi tui ſumus. 19. Quibus ille reſpondit: Nolite timere: num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? 20. Vos cogitaſtis de me malum: ſed Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me, ſicut in præſentiarum cernitis, & ſalvos faceret multos populos. 21. Nolite timere: ego paſcam vos & parvolos veſtros, conſolatuſque eſt eos, & blande ac leniter eſt locutus.

S. August. *Lib. 16. de Civit. Dei, cap. 41.* Quoniam veritas prophetiæ hujus elucet: ubi & mors Chriſti prædicata eſt verbo dormitionis, & non neceſſitas, ſed poteſtas in morte, nomine Leonis .... Ipſum autem genus mortis, hoc eſt, ſublimitas crucis in uno verbo intelligitur, quod ait, *adſcendiſti*: Quod vero addidit, *recumbens dormiſti*, Evangeliſta exponit, ubi dicit, *& inclinato capite tradidit Spiritum*: aut certe ſepultura ejus agnoſcitur, in qua recubuit dormiens .... Stola porro ejus quam lavat in vino, id eſt, mundat a peccatis in ſanguine ſuo, cujus ſanguinis ſacramentum baptizati ſciunt ... quid eſt Eccleſia?

Gen. XLIX. 9.
Joh. XIX. 30.
Gen. XLIX. 11.

Cap. XLII. Sicut autem duo Iſaac filii, Eſau & Jacob, figuram præbuerunt duorum populorum in Judæis & Chriſtianis: ... ita factum eſt etiam in duobus filiis Joſeph: nam major geſſit typum Judæorum, Chriſtianorum autem minor. Quos cum benediceret Jacob, manum dexteram ponens ſuper minorem, quem habebat ad ſiniſtram, ſiniſtram ſuper majorem, quem habebat ad dexteram: grave viſum eſt patri eorum, & admonuit patrem velut corrigens ejus errorem, & quiſnam eorum eſſet major oſtendens. At ille mutare manus noluit, ſed dixit: *Scio, fili, ſcio. Et hic erit in populum, & hic exaltabitur: ſed frater ejus junior major illo erit, & ſemen ejus erit in multitudinem gentium.* Etiam hic duo illa promiſſa demonſtrat. Nam iſte *in populum*, ille, *in multitudinem gentium*: quid evidentius quam in his duabus promiſſionibus contineri populum Iſraelitarum, orbemque terrarum in ſemine Abrahæ, illum ſecundum carnem, iſtum ſecundum fidem.

Ib. XLVIII. 19.

(M) Genes. L. 23. .. Locutus eſt (Joſeph) fratribus ſuis: Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram quam juravit Abraham, Iſaac, & Jacob. 24. Cumque adjuraſſet eos atque dixiſſet: Deus viſitabit vos: aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto: 25. Mortuus eſt. ...... & conditus aromatibus, repoſitus eſt in loculo in Ægypto.

(N) Exod. I. 7. Filii Iſrael creverunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt: ac roborati nimis, impleverunt terram. 8. Surrexit interea rex novus ſuper Ægyptum, qui ignorabat Joſeph. 9. & ait ad populum ſuum: Ecce populus filiorum Iſrael multus, & fortior nobis eſt. 10. Venite, ſapienter opprimamus eum ne forte multiplicetur: & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatiſque nobis egrediatur de terra. 11. Præpoſuit itaque eis magiſtros operum, ut affligerent eos oneribus ..... 12. Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & creſcebant. 13. Oderantque filios Iſrael Ægyptii, & affligebant illudentes eis: 14. Atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur. 15. Dixit autem rex Ægypti obſtetricibus Hebræorum: quarum una vocabatur Sephora, altera Phua, 16. præcipiens eis: Quando obſtetricabitis Hebræas, & partus tempus advenerit: ſi maſculus fuerit, interficite eum: ſi femina, reſervate. 17. Timuerunt autem obſtetrices Deum, non fecerunt juxta præceptum regis Ægypti, ſed conſervabant mares .... 20. Bene ergo fecit Deus obſtetricibus: & crevit populus, confortatuſque eſt nimis.

v. 4. Ait ad eos rex Ægypti .... Ite ad opera veſtra. 5. Dixitque Pharao: Multus eſt populus terræ, videtis quod turba succreverit: quanto magis ſi dederitis eis requiem ab operibus? .... 7. Nequaquam ultra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres ſicut prius: ſed ipſi vadant, & colligant ſtipulas. 8. Et menſuram laterum, quam prius faciebant, imponetis ſuper eos, nec minuetis quidquam: vacant enim ... 9. opprimantur operibus & expleant ea.

(O) Tertul. *Adverſus Judæos cap. 10.* Iſaac cum a patre hoſtia duceretur, & lignum ſibi ipſi portaret, Chriſti exitum jam tunc denotabat, in victimam conceſſi a patre, lignum paſſionis ſuæ bajulantis. Joſeph & ipſe Chriſtum figuravit, vel hoc ſolo quod perſecutionem a fratribus paſſus eſt, & venundatus eſt in Ægyptum, ſicut & Chriſtus a Judæis carnalibus fratribus venundatus, a Juda cum traditur. *Eadem ratione inculcat adverſus Marcionem, lib. III. cap. XVIII.*

S. Aug. *in Pſ. LXXX. num. 8.* Joſeph interpretatur augmentatio. Meminiſtis, noſtis Joſeph in Ægyptum venditum: Chriſtus ad gentes tranſiens. Ibi Joſeph poſt tribulationes exaltatus, & hic Chriſtus, poſt paſſionem Martyrum glorificatus. Ergo ad Joſeph magis gentes pertinent: & ideo augmentatio; *quia multi filii deſertæ, magis quam ejus quæ habet virum.*

Gal. IV. 27.

In Pſ. CIV. num. 40. Porro ſi in ſervum venundatus Joſeph & humiliatus & exaltatus, locum fecit ad temporalia bona populo Dei, ut firmaretur ſuper inimicos ejus: quanto magis Jeſus venundatus, & humiliatus a fratribus ſuis ſecundum carnem, & exaltatus in cælis, locum facit ad æterna bona populo Dei, triumphans de diabolo & angelis ejus? ... Si tentationes duræ ſunt in hoc ſæculo, Joſeph in carcere, Jeſum in cruce cogitate.

Pſ. CIV. 17.

S. Caesarius *Serm. 7. in append. S. Aug. 13. alias de temp. 81. n. 2.* Joſeph per conſilium Judæ triginta argenteis diſtrahitur, & Chriſtus per conſilium Judæ Iſcariotis eodem numero venundatur . . . Joſeph deſcendit in Ægyptum & Chriſtus in mundum. Joſeph a penuria frumenti ſalvat Ægyptum: & Chriſtus a fame verbi Dei liberat mundum. Niſi enim Joſeph fratres ſui vendidiſſent, defecerat Ægyptus. Fratres, verum eſt, niſi Chriſtum Judæi crucifixiſſent, perierat mundus.

(P) S. Ambros. *De Joſeph. cap. 3. nu. 9.* Ut & perſonam juſti repræſentaret (*Joſeph*) & populi, quod Dei filius venturus eſſet in terras, qui & diligeretur a juſtis, & necaretur a perfidis. Videbat igitur futuræ incarnationis myſteria, qui filium mittebat ad fratres .... Ergo Joſeph a patre miſſus eſt ad fratres, ab illo magis patre, qui *proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*: ab illo patre de quo ſcriptum eſt: *Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati.*

Rom. VIII. 32.
Ibid. 3.

N. 10. Errabat Joſeph, quia fratres ſuos invenire non poterat. Non immerito errabat, qui quærebat errantes; eos enim agnoſcit Dominus qui ſunt ipſius. Denique & *Jeſus fatigatus ex itinere ſedebat ſupra puteum*. Fatigabatur, quia non inveniebat Dei populum quem quærebat.

Johan. IV. 6.

N. 12. *Videbimus quid proderunt ſomnia illius.* Hoc ſcriptum eſt de Joſeph, completum eſt de Chriſto, quando Judæi in ejus paſſione dixerunt: *Si Rex Iſrael eſt deſcendat de cruce nunc.*

Gen. XXXVII. 20.
Mat. XXVII. 42.

N. 14. Ut cognoſcamus omne hoc de populo. & Ju-

A R. Annos fere ducentos : quibus elapſis ſuſcitavit Deus Moyſen, qui eos eriperet a tyrannica Ægyptiorum ſervitute. (A)

I. Quis erat Moyſes?

R. Moyſes unus fuit ex poſteris Levi filii Jacob . Cum eſſet menſium trium, eum mater ſua Nili aquis exponere & divinæ providentiæ permittere cogitur : impio nempe Regis edicto cautum erat , ne quis parvulos ex Hebræis recens editos vivere ſineret . Infantem in flumine repertum filia Pharaonis miſericordia commota ſuſtulit , nutriendum curavit , puero , *Moyſes* , nomen dedit , quod ſalvationem ex aquis ſignificat . Itaque Moyſes ſumma cura *eruditus eſt in omni ſapientia Ægyptiorum* , Act. vii. 22. & a filia regis adoptatus in filium . (B) Sed B *grandis factus negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis ; magis eligens affligi cum populo Dei , quam temporalis peccati habere jucunditatem : majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum , improperium Chriſti* . Heb. 11. 24. & ſeqq. Annos natus quadraginta fratres ſuos inviſit filius Iſrael . Sed non diu manſit apud eos ; nam intereмto , nec ſine Dei nutu , Ægyptio , in ultionem injuriæ uni ex fratribus ſuis irrogatæ , ſupplicium ex facto metuens , in terram Madian profugit , (C) C & apud Jethro ſacerdotem regionis illius diverſatus , filiam ejus Sephoram in matri-

Gen. xxxvii. 27. Domino Jeſu Myſterium eſſe. *Venite*, inquit, *vendamus Joſeph Iſmaelitis* ... Quis igitur venditur niſi ille qui *cum in forma Dei eſſet , non rapinam arbitratus* Philip. ii. 6. *eſt eſſe ſe æqualem Deo : ſed ſemetipſum exinanivit , formam ſervi accipiens*? Neque enim nos eum emiſſemus, niſi vendidiſſent eum . Quem ſui male vendiderunt, alieni pejus emerunt .... Vendidit eum Judas, emerunt Iſmaelitæ... Hic quoque ut dominicæ paſſionis figuram advertas, ait Judas Patriarcha : Gen. xxxvii. 27. *Tradamus Joſeph Iſmaelitis .... manus autem noſtræ in-* Joh. xviii. 31. *ferre illi*. Quod Judæi in Domini paſſione dixerunt : *Nobis non licet interficere quemquam*.

N. 15. Jam tunc ergo crucis futura præfigurabatur inſigne ; ſimul & quia cantus eſt tunica, id eſt, carne quam adſumpſit natus eſt, decora diverſitate virtutum. Ergo tunica ejus, id eſt caro, non divinitas cruentata eſt, & indumentum ei carnis, non immortalitatem vitæ auferre potuerunt. Hanc tunicam Judaicæ beſtiæ cruentaverunt , illæ de quibus dicit : Luc. x. 3. *Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos*.

N. 16. Quod autem lacus ſiccus erat, quid mirum, ſi Judæorum lacus aquam non habet, qui dereliquerunt fontem aquæ vivæ & fecerunt ſibi lacus contritos ? Et ut ſcias verum hoc eſſe myſterium , ipſe de Jer. ii. 3. ſe Dominus ait : *Poſuerunt me in lacu inferiori , in te-* Pſalm. lxxxvii. 7. *nebris , & in umbra mortis* ...

Gen. xxxvii. 31. N. 18. Illud quoque , hœdi ſanguine reſperſerunt tunicam ejus , videtur ſignificare quoniam falſis teſtimoniis appetentes , in invidiam deduxere peccati omnium peccata donantem . Nobis agnus eſt , illis hœdus . Nobis agnus Dei occiſus eſt , quibus abſtulit peccatum mundi : Illis hœdus , quorum acervavit errores, delicta cumulavit.

S. Cæsarius *Serm. 7. in Append. S. Aug. 13. alias de tempore* 81. n. 1. Beatus Jacob figuram habuit Dei Patris , ſanctus quoque Joſeph typum geſſit Domini Salvatoris . Diligebat ergo Jacob filium ſuum ; quia & Deus Pater diligit unigenitum ſuum , ſicut ipſe Mat. iii. 17. dixit : *Hic eſt filius meus dilectus*. Jacob miſit filium ſuum, ut de fratribus ſollicitudinem gereret ; & Deus Pater miſit unigenitum ſuum , ut genus humanum peccatis languidum viſitaret . Joſeph dum fratres ſuos quæreret , errabat in eremo ; & Chriſtus genus humanum requirebat , quod errabat in mundo .... Sicut fratres Joſeph invidia percuſſi , fraternæ dilectioni dorſum magis quam facies offerebant : ita & infelices Judæi , veniente ad eos ſalutis auctore , invidere potius quam diligere maluerunt.

N. 2. Videntes ergo Joſeph Fratres ſui , de morte illius tractaverunt : ſicut videntes Judæi verum Joſeph Dominum Chriſtum , ut eum crucifigerent uno Gen. xxxvii. 23. omnes conſilio ſtatuerunt . Joſeph expoliaverunt fratres ſui tunica polymita & talari ; & Judæi Chriſtum per mortem crucis expoliaverunt tunica corporali . Joſeph exutus tunica mittitur in ciſternam, id eſt in lacum , & Chriſtus exſpoliatus carne humana deſcendit in infernum . Joſeph poſtquam de ciſterna levatur , Iſmaelitis , id eſt , gentibus venditur ; & Chriſtus poſtea quam de inferno regreditur , ab omnibus gentibus fidei commercio comparatur .

(A) Exod. xii. 40. Habitatio autem filiorum Iſrael qua manſerunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum.

Chronologia Biblica. *Antonii Vitrè* , c. 8. Jacob deſcendit in Ægyptum anno mundi , 2298. Exodus contigit anno mundi, 2513. Ergo captivitas Hebræorum in Ægypto fuit 215. annorum, ut exploranti facile erit proſpicere.

Cap. 7. annos 215. Iſraelitas in Ægypto manſiſſe demonſtramus.

Nota Bibliorum. *in fol. Antonii Vitrè* . Hebræum itaque hujus verſ. 40. cap. 12. Exodi , ſic vertendum putant eruditi : Peregrinatio autem filiorum Iſrael , qui (*non* qua) manſerunt in Ægypto , fuerunt 430. annorum . Quod firmant cum Septuaginta , tum codex Samaritanus , qui hos 430. a peregrinatione Abraham numerandos exprimunt , ut volunt etiam omnes fere Patres . Immo idipſum eodem modo accepiſſe patet Apoſtol. Galat. iii. 16. 18.

Jansenius Iprensis *hic* .... 215. anni tranſacti in Ægypto .

Menochius *hic* . In Ægypto fuerunt 215. anni , qui ..... *fuerunt* magnis calamitatibus Hebræorum *inſignes* .

Omnes fere Interpretes idem ſentiunt , eorum itaque teſtimonia afferre ſuperſedemus , quæ ſupervacuum nobis parerent laborem & tædium Lectori .

(B) Exod. ii. 1. Egreſſus eſt .... vir de domo Levi : & accepit uxorem ſtirpis ſuæ . 2. Quæ concepit , & peperit filium : & videns eum elegantem , abſcondit tribus menſibus .

Actor. vii. 19. Hic (Rex Ægypti) circumveniens genus noſtrum , afflixit patres noſtros , ut exponerent infantes ſuos ne vivificarentur . 20. Eodem tempore natus eſt Moyſes , & fuit gratus Deo , qui nutritus eſt tribus menſibus in domo patris ſui . 21. Expoſito autem illo , ſuſtulit eum filia Pharaonis , & nutrivit eum ſibi in filium . 22. Et eruditus eſt Moyſes omni ſapientia Ægyptiorum , & erat potens in verbis , & in operibus ſuis .

(C) Exod. ii. 11. In diebus illis poſtquam creverat Moyſes , egreſſus eſt ad Fratres ſuos : viditque afflictionem eorum , & virum Ægyptium percutientem quemdam de Hebræis fratribus ſuis . 12. Cumque circumſpexiſſet huc atque illuc , & nullum adeſſe vidiſſet , percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo . 13. Et egreſſus die altero conſpexit duos Hebræos rixantes : dixitque ei qui faciebat injuriam : Quare percutis proximum tuum ? 14. Qui reſpondit : Quis te conſtituit principem & judicem ſuper nos ? Num occidere me tu vis , ſicut heri occidiſti Ægyptium ? Timuit Moyſes , & ait : Quomodo palam factum eſt verbum iſtud ? 15. Audivitque Pharao ſermonem hunc , & quærebat occidere Moyſen : qui fugiens de conſpectu ejus , moratus eſt in terra Madian .

Act. vii. 23. Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus , aſcendit in cor ejus ut viſitaret fratres ſuos filios Iſrael . 24. Et cum vidiſſet quemdam injuriam patientem , vindicavit illum : & fecit ultionem ei , qui injuriam ſuſtinebat , percuſſo Ægyptio . 25. Exiſtimabat autem intelligere fratres , quoniam Deus per manum ipſius daret ſalutem illis : at illi non intellexerunt . 26. Sequenti vero die apparuit illis litigantibus : & reconciliabat eos in pace , dicens : Viri fratres eſtis , ut quid nocetis alterutrum ? 27. Qui autem injuriam faciebat proximo repulit eum , dicens : Quis te conſtituit principem & judicem ſuper nos ? 28. Numquid interficere me tu vis, quemadmodum interfeciſti heri Ægyptium ? 29. Fugit autem Moyſes in verbo iſto : & factus eſt advena in terra Madian ... 35. Hunc Moyſen , quem negaverunt , dicentes : Quis te conſtituit principem & judicem ? Hunc Deus principem & redemptorem miſit, cum manu Angeli , qui apparuit illi in rubo .

S. August. *lib. 2. qq. in Exod. Quæſt.* 2. De facto Moyſi , cum occidit Ægyptium ad defendendos fratres ſuos , jam diſputavimus ; utrum indoles in eo laudabilis fuerit , quia hoc peccatum admiſerit : ... an omnino ipſum factum juſtificandum ſit. Quod ideo non videtur, quia nullam

matrimonium accepit, ex eaque filios duos Gerſam, & Eliezer ſuſcepit. (D) Cum eſſet annorum octoginta, apparuit ipſi Deus paſcenti oves ſoceri ſui. Juſſitque ut iter ſuſciperet ad
D Pharaonem Ægypti regem, aſſumpto in ſocium fratre Aaron, ducemque ſe populi in libertatem reſtituendi præſtaret. Cunctantem Deus poteſtate confirmat, virtutem ei ſignorum faciendorum impertiens. (E)

I. Qua ratione Moyſes filios Iſrael a ſervitute vindicavit?

E

R. Tot edidit ſigna, tot Ægyptum percuſſit plagis, ut filios Iſrael coactus ſit demum vel invitus Rex dimittere.

I. Quot & quibus Ægyptum percuſſit plagis?

R. Plagæ decem in Scriptura referuntur. 1. Aqua in ſanguinem verſa. 2. Ranæ. 3. Sciniphes. 4. Muſcæ. 5. Mors jumentorum totius Ægypti. 6. Ulcera. 7. Grando miſta igne. 8. Locuſtæ. 9. Tenebræ. 10. Mors primogenitorum. (F) F

I. Quid

nullam adhuc legitimam poteſtatem gerebat, nec ac-
Act. VII. 25 ceptam divinitus, nec humana ſocietate ordinatam. Tamen, ſicut Stephanus dicit in Actis Apoſtolorum, putabat intelligere fratres ſuos, quod per eum Deus daret illis ſalutem: ut per hoc teſtimonium videatur Moyſes jam divinitus admonitus... hoc audere potuiſſe.

Lib. 22. *contra Fauſtum*, *cap.* 70. Ut interim omittam, quod eum percuſſiſſet (*Moyſes*) Ægyptium quanquam illi Deus non præceperit, in perſona tamen prophetica ad hoc divinitus fieri permiſſum eſt, ut futurum aliquid præſignaret... Ille animi motus, quo Moyſes peregrinum fratrem a cive improbo injuriam perpetientem, non obſervato ordine poteſtatis, inultum eſſe non pertulit, non virtutum fructibus inutilis erat, ſed adhuc incultus, vitioſa quidem, ſed magnæ fertilitatis ſigna fundebat... Uterque enim (Petrus & Moyſes) non deteſtabili immanitate, ſed emendabili animoſitate juſtitiæ regulam exceſſit: uterque odio improbitatis alienæ, ſed ille fraterno, ille Dominico, licet adhuc carnali, tamen amore peccavit.

(D) EXOD. II. 21. Juravit ergo Moyſes quod habitaret cum eo (Raguela ſeu Jethro) accepitque Sephoram filiam ejus uxorem. 22. Quæ peperit ei filium, quem vocavit Gerſam... Alterum vero peperit, quem vocavit Eliezer.

ACT. VII. 29. Et factus eſt (*Moyſes*) advena in terra Madian, ubi generavit filios duos.

(E) EXOD. III. 1. Moyſes autem paſcebat oves Jethro ſoceri ſui ſacerdotis Madian: cumque minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei Horeb. 2. Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quod rubus arderet, & non combureretur. 3. Dixit ergo Moyſes: Vadam, & videbo viſionem hanc magnam... 7. Cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem ejus audivi propter duritiam eorum qui præſunt operibus: 8. Et ſciens dolorem ejus, deſcendi ut liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & ſpatioſam, in terram quæ fluit lacte & melle... 10. Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum, filios Iſrael, de Ægypto.

Cap. IV. 1. Reſpondens Moyſes ait: Non credent mihi, neque audient vocem meam... 2. Dixit ergo (Dominus) ad eum: Quid eſt quod tenes in manu tua? Reſpondit: Virga. 3. Dixitque Dominus: Projice eam in terram. Projecit, & verſa eſt in colubrum, ita ut fugeret Moyſes. 4. Dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam ejus. Extendit, & tenuit, verſaque eſt in virgam. 5. Ut credant, inquit, quod apparuerit tibi Dominus... 13. At ille: Obſecro, inquit, Domine, mitte quem miſſurus es. 14. Iratus Dominus in Moyſen, ait: Aaron frater tuus Levites, ſcio quod eloquens ſit: ecce ipſe egreditur in occurſum tuum... 15. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore ejus: & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & oſtendam vobis quid agere debeatis.

ACT. VII. 30. Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deſerto montis Sina Angelus in igne flammæ rubi. 31. Moyſes autem videns, admiratus eſt viſum. Et accedente illo ut conſideraret, facta eſt ad eum vox Domini, dicens... 34. Videns vidi afflictionem populi mei, qui eſt in Ægypto, & gemitum eorum audivi, & deſcendi liberare eos. Et nunc veni, & mittam te in Ægyptum.. 36. Hic eduxit illos faciens prodigia & ſigna in terra Ægypti.

(F) EXOD. VII. 1. Dixitque Dominus ad Moyſen: Ecce conſtitui te Deum Pharaonis... 3. Sed ego indurabo cor ejus, & multiplicabo ſigna & oſtenta mea in terra Ægypti, 4. & non audiet vos: immittamque manum meam ſuper Ægyptum, & ducam exercitum & populum meum filios Iſrael de terra Ægypti per judicia maxima... 7. Erat autem Moyſes octoginta annorum, & Aaron octoginta trium... 10... Tulitque Aaron virgam coram Pharaone & ſervis ejus, quæ verſa eſt in colubrum. 11. Vocavit autem Pharao ſapientes & maleficos: & fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam ſimiliter. 12. Projeceruntque ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones: ſed devoravit virga Aaron virgas eorum. 13. Induratumque eſt cor Pharaonis, & non audivit eos, ſicut præceperat Dominus.. 20.... Et elevans virgam (Aaron) percuſſit aquam fluminis coram Pharaone & ſervis ejus, quæ verſa eſt in ſanguinem. 21. Et piſces, qui erant in flumine, mortui ſunt: computruitque fluvius, & non poterant Ægyptii bibere aquam fluminis, & fuit ſanguis in tota terra Ægypti. 22. Feceruntque ſimiliter malefici Ægyptiorum incantationibus ſuis; & induratum eſt cor Pharaonis, nec audivit eos, ſicut præceperat Dominus.

VIII. 6. Et extendit Aaron manum ſuper aquas Ægypti, & aſcenderunt ranæ, operueruntque terram Ægypti. 7. Fecerunt autem & malefici per incantationes ſuas ſimiliter... 13. Fecitque Dominus juxta verbum Moyſi: & mortuæ ſunt ranæ de domibus, de villis, & de agris. 14. Congregaveruntque eas in immenſos aggeres, & computruit terra. 15. Videns autem Pharao quod data eſſet requies, ingravavit cor ſuum, & non audivit eos, ſicut præceperat Dominus. 16. Dixitque Dominus ad Moyſen.... Sint ſciniphes in univerſa terra Ægypti... 17.... Et facti ſunt ſciniphes in hominibus, & in jumentis: omnis pulvis terræ verſus eſt in ſciniphes per totam terram Ægypti: 18. Feceruntque ſimiliter malefici incantationibus ſuis, ut educerent ſciniphes, & non potuerunt.... 19. Et dixerunt malefici ad Pharaonem: Digitus Dei eſt hic. Induratumque eſt cor Pharaonis & non audivit eos... 24... Et venit muſca graviſſima in domos Pharaonis & ſervorum ejus, & in omnem terram Ægypti: corruptaque eſt terra ab hujuſcemodi muſcis... 30... Moyſes... oravit Dominum. 31. Qui fecit juxta verbum illius: & abſtulit muſcas a Pharaone, & a ſervis ſuis, & a populo ejus: non ſuperfuit ne una quidem. 32. Et ingravatum eſt cor Pharaonis, ita ut nec hac quidem vice dimitteret populum.

IX. 1. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Ingredere ad Pharaonem & loquere ad eum:... Dimitte populum meum... 2... Si adhuc renuis... 3. ecce manus mea erit ſuper agros tuos: & ſuper equos & aſinos, & camelos, & boves, & oves, peſtis valde gravis... 6. Fecit ergo Dominus verbum hoc altera die: mortuaque ſunt omnia animantia Ægyptiorum: de animalibus vero filiorum Iſrael nihil omnino periit... 7... Ingravatumque eſt cor Pharaonis, & non dimiſit populum. 8. Et dixit Dominus ad Moyſen & Aaron:... 9. Sit pulvis ſuper omnem terram Ægypti: erunt enim in hominibus & jumentis ulcera, & veſicæ turgentes in univerſa terra Ægypti. 10. Tuleruntque cinerem de camino,.. & ſparſit illum Moyſes in cælum: factaque ſunt ulcera veſicarum turgentium in hominibus & jumentis: 11. Nec poterant malefici ſtare coram Moyſe propter ulcera quæ in illis erant & in omni terra Ægypti. 12. Induravitque Dominus cor Pharaonis..... 22. Et dixit Dominus ad Moyſen: Extende manum tuam in cælum, ut fiat grando in univerſa terra Ægypti, ſuper homines, & ſuper jumenta, & ſuper omnem herbam agri in terra Ægypti. 23. Extenditque Moyſes virgam in cælum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac diſcurrentia fulgura ſuper terram: pluitque Dominus grandinem ſuper terram Ægypti. 24. Et grando & ignis miſta pariter ferebantur: tantaque fuit magnitudinis, quanta ante numquam apparuit in univerſa terra Ægypti, ex quo gens illa condita eſt. 25. Et percuſſit grando in omni terra Ægypti cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine uſque ad jumentum: cunctamque herbam agri percuſſit grando, & omne lignum regionis confregit. 26. Tantum in terra Geſſen, ubi erant filii Iſrael,

PARS I. SECT. I. CAP. IV. §. 8.

I. Quid cauſæ fuit cur tandem Ægyptii filios Iſrael dimitterent?

R. Mors primogenitorum.

I. Quomodo contigit mors primogenitorum?

R. Deo per Moyſen jubente, unuſquiſque per familias & domos ſuas agnum anniculum immaculatum tulit, immolavit, aſſum igni comedit, ex ejuſque ſanguine aſperſit ſuperliminaria & poſtes domus ſuæ. Tum media nocte venit Angelus Domini, & in quacumque Ægypti domo non invenit ſanguinis aſperſionem, in ea percuſſit omne primogenitum, tam ex hominibus quam ex jumentis. (G)

G

I. Quæ tum temporis præcepta a Deo ſunt, ſi paulo fuſius narrare te non pigeat, libenter audiemus.

R. Lubens exponam. 1. Præcepit Deus per Moyſen filiis Iſrael, ut *peteret* unuſquiſque *ab Ægyptiis vaſa argentea & aurea, veſtemque plurimam. Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptiis, ut commodarent eis; & ſpoliaverunt Ægyptios.* Exod. XII. 35. 36.

2. Voluit Deus agnum quartadecima *die* primi menſis ad veſperam immolari, carnes ejus non crudas, non coctas aqua, ſed aſſas igni, manducari, caput una cum inteſtinis, & pedibus vorari, item & azymos panes cum lactucis agreſtibus. Si quid ex eo reſiduum fuerit, igne comburi: *Sic autem*, inquit, *comedetis illum. Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus; & comedetis feſtinanter.* Simul & lege divina cautum eſt, ne oſſa agni confringerentur, ne de carnibus ejus extra efferretur, ne Exod. XII. 11.

grando non cecidit... 33. Moyſes... tetendit manus ad Dominum: & ceſſaverunt tonitrua & grando, nec ultra ſtillavit pluvia ſuper terram. 34. Videns autem Pharao... auxit peccatum: 35. & ingravatum eſt cor ejus, & ſervorum illius, & induratum nimis: nec dimiſit filios Iſrael.

X. 13. Et extendit Moyſes virgam ſuper terram Ægypti: & Dominus induxit ventum urentem tota die illa, & nocte: & mane facto, ventus urens levavit locuſtas. 14. Quæ aſcenderunt ſuper univerſam terram Ægypti: & ſederunt in cunctis finibus Ægyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec poſtea futuræ ſunt. 15. Operueruntque univerſam ſuperficiem terræ, vaſtantes omnia. Devorata eſt igitur herba terræ, & quidquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiſerat: nihilque omnino virens relictum eſt in lignis, & in herbis terræ, in cuncta Ægypto... 18. Moyſes... oravit Dominum. 19. Qui flare fecit ventum ab occidente vehementiſſimum, & arreptam locuſtam projecit in mare rubrum: non remanſit ne una quidem in cunctis finibus Ægypti. 20. Et induravit Dominus cor Pharaonis... 22. Extenditque Moyſes manum in cælum: & factæ ſunt tenebræ horribiles in univerſa terra Ægypti tribus diebus. 23. Nemo vidit fratrem ſuum, nec movit ſe de loco in quo erat: ubicumque autem habitabant filii Iſrael, lux erat... 27. Induravit autem Dominus cor Pharaonis.

XII. 1. Dixit quoque Dominus ad Moyſen.... 12. Tranſibo per terram Ægypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra Ægypti, ab homine uſque ad pecus: & in cunctis diis Ægypti faciam judicia, ego Dominus. 13. Erit autem ſanguis vobis in ſignum in ædibus in quibus eritis: & videbo ſanguinem, & tranſibo vos: nec erit in vobis plaga diſperdens quando percuſſero terram Ægypti... 23. Tranſibit enim Dominus percutiens Ægyptios: cumque viderit ſanguinem in ſuperliminari, & in utroque poſte, tranſcendet oſtium domus, & non ſinet percuſſorem ingredi domus veſtras & lædere. 29. Factum eſt autem in noctis medio: percuſſit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, a primogenito Pharaonis, qui in ſolio ejus ſedebat, uſque ad primogenitum captivæ quæ erat in carcere, & omne primogenitum jumentorum. 30. Surrexitque Pharao nocte, & omnes ſervi ejus cunctaque Ægyptus: & ortus eſt clamor magnus in Ægypto: neque enim erat domus in qua non jaceret mortuus. 31. Vocatiſque Pharao Moyſe & Aaron nocte, ait: Surgite & egredimini a populo meo, vos & filii Iſrael: Ite, & immolate Domino ſicut dicitis. 32....Et abeuntes benedicite mihi. 33. Urgebantque Ægyptii populum (*Iſrael*) de terra exire velociter, dicentes: Omnes moriemur.

PSAL. LXXVII. 43. Poſuit in Ægypto ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Taneos. 44. Et convertit in ſanguinem flumina eorum, & imbres eorum, ne biberent. 45. Miſit in eos cœnomyiam, & comedit eos: & ranam, & diſperdidit eos. 46. Et dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locuſtæ. 47. Et occidit in grandine vineas eorum & moros eorum in pruina. 48. Et tradidit grandini jumenta eorum, & poſſeſſionem eorum igni. 49. Miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immiſſiones per Angelos malos. 50. Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ, non pepercit a morte animabus eorum: & jumenta eorum in morte concluſit, 51. Et percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti; primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.

SAPIENT. XVI. 9. Illos enim locuſtarum & muſcarum occiderunt morſus, & non eſt inventa ſanitas animæ illorum: quia digni erant ab hujuſmodi exterminari. 10. Filios autem tuos, nec draconum venenatorum vicerunt dentes: miſericordia enim tua adveniens ſanabat illos... 16. Negantes enim te noſſe impii, per fortitudinem brachii tui flagellati ſunt: novis aquis, & grandinibus, & pluviis perſecutionem paſſi, & per ignem conſumpti.

XVII. 2. Dum enim perſuaſum habent iniqui poſſe dominari nationi ſanctæ: vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti, incluſi ſub tectis, fugitivi perpetuæ providentiæ jacuerunt. 3. Et dum putant ſe latere in obſcuris peccatis, tenebroſo oblivionis velamento diſperſi ſunt, paventes horrende, & cum admiratione nimia perturbati. 4. Neque enim quæ continebat illos ſpelunca, ſine timore cuſtodiebat: quoniam ſonitus deſcendens perturbabat illos, & perſonæ triſtes illis apparentes pavorem illis præſtabant. 5. Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec ſyderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam. 6. Apparebat autem illis ſubitaneus ignis, timore plenus: & timore percuſſi illius, quæ non videbatur, faciei, æſtimabant deteriora eſſe quæ videbantur: 7. Et magicæ artis appoſiti erant deriſus, & ſapientiæ gloriæ correptio cum contumelia. 8. Illi enim qui promittebant timores & perturbationes expellare ſe ab anima languente, hi cum deriſu pleni timore languebant. 9. Nam etſi nihil illos ex monſtris perturbabat: tranſitu animalium, & ſerpentium ſibilatione commoti, tremebundi peribant: & aerem, quem nulla ratione quis effugere poſſet, negantes ſe videre. 10. Cum ſit enim timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis: ſemper enim præſumit ſæva perturbata conſcientia.... 17. Una enim catena tenebrarum omnes erant colligati.... 19. Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur. 20. Solis autem illis ſuperpoſita erat gravis nox, imago tenebrarum quæ ſuperventura illis erat. Ipſi ergo ſibi erant graviores tenebris.

XVIII. 1. Sanctis autem tuis maxima erat lux.

(G) EXOD. XII. 3....Decima die menſis hujus (*id eſt*, Abib) tollat unuſquiſque Agnum per familias & domos ſuas. 4. Sin autem minor eſt numerus ut ſufficere poſſit ad veſcendum agnum, aſſumet vicinum ſuum qui junctus eſt domui ſuæ, juxta numerum animarum quæ ſufficere poſſunt ad eſum agni. 5. Erit autem agnus abſque macula, maſculus, anniculus: juxta quem ritum tolletis & hœdum. 6. Et ſervabitis eum uſque ad quartam decimam diem menſis hujus; immolabitque eum univerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam. 7. Et ſument de ſanguine ejus, ac ponent ſuper utrumque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedent illum...13. Erit autem ſanguis vobis in ſignum in ædibus in quibus eritis: & videbo ſanguinem, & tranſibo vos: nec erit in vobis plaga diſperdens, quando percuſſero terram Ægypti... 21. Vocavit autem Moyſes omnes ſeniores filiorum Iſrael, & dixit ad eos: Ite tollentes animal per familias veſtras, & immolate phaſe. 22. Faſciculumque hyſſopi tingite in ſanguine qui eſt in limine, & aſpergite ex eo ſuperliminare, & utrumque poſtem: nullus veſtrum egrediatur oſtium *In Martium & Aprilem incidit.*

ne comederet ex eo omnis alienigena non circumciſus. Ne quis per dies ſeptem ab agni immolatione panes fermentatos vel comederet vel
H in domo ſervaret. (H)

3. In memoriam mox futuræ liberationis juſſit Deus, annis ſingulis, eadem die, eodem plane ritu celebrari immolationem, & eſum agni. Et ſequenti die ſollemnem feſtum diem agi in recordationem tanti miraculi. Tum ſeptem diebus Azyma comedi. Nomenque Paſchatis, tum victimæ immolandæ, tum feſto, dedit; ſumto
I vocabulo a tranſitu. (I)

I. Cur voluit Deus manducationem agni Paſchalis hoc ritu celebrari?

R. Dum id Iſraelitis prima vice præceptum eſt, urgente mox futuræ progreſſionis ex Ægypto neceſſitate, ſic erat fere faciendum. Neque enim poterant, niſi ſumpto prius ad reficiendas vires cibo & viatico, ſe ſe dare itineri. Neque per Ægyptios urgentes exire velociter, licuit ſolitum tempus præparandis panibus & carnibus dare. Hinc Iſraelitis præceptum eſt, ut manducarent azymos panes non fermentatos, agnumque non coctum aqua, ſed aſſum igni; ut accincti renes ad iter, baculum tenentes in manibus, calceati pedes, & feſtinanter mandu-
K carent. (K)

Cum ſemel id, urgente neceſſitate, ita faciendum eſſet, voluit Deus Agni Paſchalis eſum eodem prorſus ritu quotannis celebrari, ne excideret unquam tanti beneficii memoria.

Adde quod his ritibus & cæremoniis res magnæ præfigurabantur.

I. Num & in memoriam ſervatorum a morte primogenitorum quid ſancitum a Deo eſt Iſraelitis per Moyſen?

R. Imo ſancitum voluit Deus, ut ſibi conſecraretur, ritu perpetuo, ab Iſraelitis omne primogenitum, tam ex hominibus, quam ex jumentis. (L) L

I. Quid cauſæ fuit cur Deus præceperit Iſraelitis, ut divitias ab Ægyptiis commodatas ſecum aſportarent?

R. Voluit Deus hac ratione & expoliare Ægyptios in pœnam omnium quæ ab ipſis paſſi erant Iſraelitæ; & Iſraelitas his augere ſpoliis in mercedem operum quæ a populo libero per vim Ægyptii extorſerant. (M) M

I. Quid egerunt Ægyptii poſt mortem primogenitorum?

R. Mox ipſi urgere vehementer Iſraelitas ut exirent velociter de terra Ægypti. Sed brevi mutato conſilio, jam egreſſos perſecuti ſunt; ut eos vel revocarent in Ægyptum, vel delerent prorſus. Tunc accidit grande illud miraculum tranſitus per aquas rubri maris.

I. Quale miraculum narras.

R. Nullus patebat exitus Iſraelitis, obſiſtente mari rubro. Inſtabant Ægyptii; jamque eorum acies viſebantur, cum Hebræis metu trepidis & cælum adſpectantibus, Moyſes a Deo monitus, percuſſum virga mare diſcidit. Ita

po-

oſtium domus ſuæ uſque mane. 23. Tranſibit enim Dominus percutiens Ægyptios: cumque viderit ſanguinem in ſuperliminari, & in utroque poſte, tranſcendet oſtium domus, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras, & lædere.... 29. Factum eſt autem in noctis medio; percuſſit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti.

(H) Exod. xii. 1. Dixit Dominus ad Moyſen:.. 2. Menſis iſte, vobis principium menſium: primus erit in menſibus anni ... 3..... Decima die menſis hujus tollat unusquisque agnum per familias & domos ſuas.... 6. Et ſervabitis eum uſque ad quartam decimam die menſis hujus: immolabitque eum univerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam ..... 8. Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes cum lactucis agreſtibus. 9. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed tantum aſſum igni: caput cum pedibus ejus & inteſtinis vorabitis. 10. Nec remanebit quidquam ex eo usque mane. Si quid reſiduum fuerit igne comburetis. 11. Sic autem comedetis illum: Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter: eſt enim Phaſe (id eſt, tranſitus) Domini .... 15. Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus veſtris: quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Iſrael, a primo die uſque ad ſeptimum .... 43. .... Hæc eſt religio Phaſe: omnis alienigena non comedet ex eo. 44. Omnis autem ſervus emptitius circumcidetur, & ſic comedet .... 45. Advena & mercenarius non edent ex eo. 46. In una domo comedetur, nec efferetis de carnibus ejus foras, nec os illius confringetis.

(I) Exod. xii. 14. Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eum ſolemnem Domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno .... 16. Dies prima erit ſancta atque ſolemnis, & dies ſeptima eadem feſtivitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad veſcendum pertinent. 17. Et obſervabitis azyma: in eadem enim ipſa die educam exercitum veſtrum de terra Ægypti, & cuſtodietis diem iſtum in generationes veſtras ritu perpetuo. 18. Primo menſe, quarta decima die menſis ad veſperam, comedetis azyma, uſque ad diem vigeſimam primam ejuſdem menſis ad veſperam. 19. Septem diebus fermentum non invenietur in domibus veſtris: qui comederit fermentatum, peribit anima ejus de cœtu Iſrael, tam de advenis, quam de indigenis terræ. 20. Omne fermentatum non comedetis: in cunctis habitaculis veſtris edetis azyma... 24. Cuſtodi verbum iſtud legitimum tibi & filiis tuis uſque in æternum. 25. Cum introieritis terram, quam Dominus daturus eſt vobis ut pollicitus eſt, obſervabitis cæremonias iſtas. 26. Et cum dixerint vobis filii veſtri: Quæ eſt iſta religio? 27. Dicetis eis: Victima tranſitus Domini eſt, quando tranſivit ſuper domos filiorum Iſrael in Ægypto, percutiens Ægyptios, & domos noſtras liberans.

(K) Exod. xii. 34. Tulit igitur populus conſperſam farinam antequam fermentaretur: & ligans in palliis, poſuit ſuper humeros ſuos... 39. Coxeruntque farinam, quam dudum de Ægypto conſperſam tulerant: & fecerunt ſubcinericios panes azymos: neque enim poterant fermentari cogentibus exire Ægyptiis, & nullam facere ſinentibus moram: nec pulmenti quidquam occurrerat præparare.

(L) Exod. xiii. 2. Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam in filiis Iſrael, tam de hominibus, quam de jumentis: mea ſunt enim omnia .... 11. Cumque introduxerit te Dominus in terram Chananæi...., 12. ſeparabis omne quod aperit vulvam Domino, & quod primitivum eſt in pecoribus tuis: quidquid habueris maſculini ſexus, conſecrabis Domino .... 13. .... Omne primogenitum hominis de filiis tuis pretio redimes. 14. Cumque interrogaverit te filius tuus cras, dicens: Quid eſt hoc? Reſpondebis ei: In manu forti eduxit nos Dominus de terra Ægypti; de domo ſervitutis. 15. Nam cum induratus eſſet Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, a primogenito hominis uſque ad primogenitum jumentorum: idcirco immolo Domino omne quod aperit vulvam maſculini ſexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo.

Numer. xviii. 15. Quidquid primum erumpit e vulva cunctæ carnis, quam offerunt Domino, ſive ex hominibus, ſive de pecoribus fuerit, tui juris erit: ita duntaxat, ut pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal quod immundum eſt, redimi facias.

(M) Exod. iii. 20. Extendam manum meam, & percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus ſum in medio eorum: poſt hæc dimittet vos. 21. Daboque gratiam populo huic coram Ægyptiis: & cum egrediemini, non exibitis vacui: 22. Sed poſtulabit mulier a vicina ſua & ab hoſpita ſua, vaſa argentea & aurea, ac veſtes: ponetisque eas ſuper filios & filias veſtras, & ſpoliabitis Ægyptum.

xi.

populo, cadentibus in latera aquis, velut in continenti iter pervium fuit, Nec cunctatus Pharao ſuæ obdurationi relictus gradientes inſequi, mare qua patebat ingreſſus, mox coeuntibus aquis cum omni exercitu deletus eſt, ne uno quidem ſuperſtite. Sic Hebræi ab Ægyptiorum ſervitute plane liberati ſunt. (N)

I. Pauci numero Hebræi egreſſi ſunt?

R. Imo vero ad millia hominum ſexcenta mare tranſierunt, non computatis mulieribus, uti nec adoleſcentibus infra vigeſimum ætatis annum. (O)

I. Qui fieri potuit ut Hebræi ex hominibus ſeptuaginta, qui in Ægyptum deſcenderant, tam ſtupendum in numerum, quantumvis ab Ægyptiis afflicti, & vexati, intra ducentorum annorum ſpatium excreverint?

R. Non eſt quod miremur. Voluit Deus rem ita fieri, ut adimpleret quod promiſerat Abrahamo, futurum ſemen ejus ſicut ſtellas cæli & ſicut arenam maris, quæ numerari non poteſt. (P)

I. Fuit ne rei alicujus typus ſtupenda hæc multiplicatio gentis Iſraeliticæ?

R. Typus fuit non ſtupendæ minus multiplicationis gentis Chriſtianæ, quæ inter perſecu-

XI. 1. Et dixit Dominus ad Moyſen: Adhuc una plaga tangam Pharaonem & Ægyptum, poſt hæc dimittet vos, & exire compellet. 2. dices ergo omni plebi, ut poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier a vicina ſua vaſa argentea, & aurea. 3. Dabit autem Dominus gratiam populo ſuo coram Ægyptiis.

XII. 35. Feceruntque filii Iſrael ſicut præceperat Moyſes: & petierunt ab Ægyptiis vaſa argentea & aurea, veſtemque plurimam. 36. Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptiis, ut commodarent eis: & ſpoliaverunt Ægyptios.

S. IRENÆUS *Lib. IV. contr. Hæreſ. c. 30. alias 49. n. 1.* Qui vero exprobrant & imputant, quod profecturus populus juſſu Dei vaſcula omnis generis, & veſtimenta acceperit ab Ægyptiis, & ſic abierit, ex quibus & tabernaculum factum eſt in eremo; Ignorantes juſtificationes Dei, & diſpoſitiones ejus, ſemetipſos arguunt .... Ægyptii populi erant debitores non ſolum rerum, ſed & vitæ ſuæ, propter Patriarchæ Joſeph præcedentem benignitatem ....

N. 2. Ad hoc populus peſſimam ſervitutem ſerviebat Ægyptiis, ... & ædificaverunt eis civitates munitas, multum laborantes, & augentes eorum ſubſtantias annis multis, & per omnem modum ſervitutis, cum illi non ſolum ingrati eſſent adverſus eos, verum & univerſos perdere vellent. Quid igitur injuſte geſtum eſt, ſi ex multis pauca ſumpſerunt, & qui potuerunt multas ſubſtantias habere, ſi non ſerviſſent eis, & divites abire, pauciſſimam mercedem pro magna ſervitute accipientes, inopes abierunt?

S. AUGUST. *Lib. 22. contra Fauſtum cap. 71.* Quid ergo jam de expoliatis Ægyptiis Fauſtus objicit, neſciens quid loquatur? Quod faciendo Moyſes uſque adeo non peccavit, ut non faciendo peccaret. Deus enim juſſerat, qui utique novit non ſolum ſecundum facta, verum etiam ſecundum cor hominis, quid unuſquiſque, vel per quem perpeti debeat. Carnalis itaque adhuc ille populus erat, & rerum terrenarum cupiditate occupatus: Ægyptii vero ſacrilegi & iniqui; nam & auro illo, hoc eſt, Dei creatura male utentes ad Creatoris injuriam, ſuis idolis ſerviebant, & homines peregrinos labore gratuito injuſte ac vehementer afflixerant. Digni ergo erant & iſti quibus talia juberentur, & illi qui talia paterentur: & forte ſecundum ſuas voluntates, & cogitationes Hebræi magis permiſſi ſunt facere iſta, quam juſſi; ſed eis Deus permiſſionem ſuam per famulum ſuum Moyſen innoteſcere voluit...

Cap. 72. Quid abſurdum eſt, ſi Ægyptii ab Hebræis, homines inique dominantes ab hominibus liberis, quorum etiam mercedis pro eorum tam duris & injuſtis laboribus fuerant debitores, rebus terrenis, quibus etiam ritu ſacrilego in injuriam Creatoris utebantur privari meruerunt? Quod tamen ſi Moyſes ſua ſponte juſſiſſet, aut hoc Hebræi ſua ſponte feciſſent, profecto peccaſſent: quamquam illi, non quidem hoc faciendo, quod vel juſſerat vel permiſerat Deus, ſed tamen talia fortaſſe cupiendo peccaverunt. Quod autem hoc facere divina diſpenſatione permiſſi ſunt, illius judicio juſto bonoque permiſſi ſunt, qui novit, & pœnis coercere improbos, vel erudire ſubjectos; & præcepta validiora dare ſanioribus, & quoſdam medicinales gradus infirmioribus ordinare.

(N) EXOD. XII. 33. Urgebantque Ægyptii populum (Iſrael) de terra exire velociter.

XIV. 4. Et indurabo cor ejus (Pharaonis) ac perſequetur vos: & glorificabor in Pharaone & in omni exercitu ejus ..... 5 .... Immutatumque eſt cor Pharaonis & ſervorum ejus ſuper populo, & dixerunt: Quid voluimus facere ut dimitteremus Iſrael, ne ſerviret nobis? 6. Junxit ergo currum, & omnem populum ſuum aſſumpſit ſecum. 7. Tulitque ſexcentos currus electos, & quidquid in Ægypto curruum fuit: & duces totius exercitus; 8.... Et perſecutus eſt filios Iſrael... 13. Et ait Moyſes ad populum: Nolite timere: ſtate, & videte magnalia Domini quæ facturus eſt hodie: Ægyptios enim quos nunc videtis, nequaquam ultra videbitis uſque in ſempiternum ... 15. Dixitque Dominus ad Moyſen ... 16. ... Extende manum tuam ſuper mare, & divide illud: ut gradiantur filii Iſrael in medio mari per ſiccum.... 19. Tollenſque ſe Angelus Dei, qui præcedebat caſtra Iſrael, abiit poſt eos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, poſt tergum 20. ſtetit inter caſtra Ægyptiorum, & caſtra Iſrael: & erat nubes tenebroſa, & illuminans noctem, ita ut ad ſe invicem toto noctis tempore accedere non valerent. 21. Cumque extendiſſet Moyſes manum ſuper mare, abſtulit illud Dominus flante vento vehementi & urente tota nocte, & vertit in ſiccum: diviſaque eſt aqua. 22. Et ingreſſi ſunt filii Iſrael per medium ſicci maris: erat enim aqua quaſi murus a dextra eorum & læva. 23. Perſequentesque Ægyptii ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus ejus & equites, per medium maris. 24. Jamque advenerat vigilia matutina, & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum. 25. Et ſubvertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Ægyptii: Fugiamus Iſrael: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. 26. Et ait Dominus ad Moyſen: Extende manum tuam ſuper mare, ut revertantur aquæ ad Ægyptios ſuper currus & equites eorum. 27. Cumque extendiſſet Moyſes manum contra mare, reverſum eſt primo diluculo ad priorem locum: fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, & involvit eos Dominus in mediis fluctibus. 28. Reverſæque ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare: nec unus quidem ſuperfuit ex eis. 29. Filii autem Iſrael perrexerunt per medium ſicci maris, & aquæ eis erant quaſi pro muro a dextris & a ſiniſtris. 30. Liberavitque Dominus in die illa Iſrael de manu Ægyptiorum. 31. Et viderunt Ægyptios mortuos ſuper littus maris, & manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moyſi ſervo ejus.

(O) EXOD. XII. 37. Profectique ſunt filii Iſrael .. ſexcenta fere millia peditum virorum: abſque parvulis. 38. Sed & vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis...

(P) GENES. XVI. 10. Multiplicans multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine.

XXII. 17. Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris.

EXOD. I. 12. Quantoque magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur & creſcebant.

S. AUGUST. *Lib. 16. de Civit. Dei, c. 43. n. 1.* Defuncto Jacob, defuncto etiam Joſeph ... in modum incredibilem illa gens crevit, etiam tantis adtrita perſecutionibus, ut quodam tempore nati maſculi necarentur, cum mirantes Ægyptios nimia populi illius incrementa terrerent.

Lib. 18. c. 7. Poſt cujus (Joſephi) mortem populus Dei mirabiliter creſcens manſit in Ægypto centum quadraginta quinque annos, tranquille prius, donec morerentur, quibus Joſeph notus fuit. Deinde quia invidebatur incrementis ejus, eratque ſuſpecta, quouſque inde liberaretur, perſecutionibus (inter quas tamen divinitus ſe-

Q ſecutiones acerbiſſimas mirum in modum erat augenda numero. (Q)

I. Cujus rei typus fuit liberatio Iſraelitarum per Moyſen?

R. Typus fuit liberationis Chriſtianorum per Chiiſtum. (R)

R *I.* Quem præfigurabat Agnus Paſchalis?

R. Chriſtum Jeſum agnum Dei, cujus fuſo ſanguine factum eſt ut & liberemur a morte æterna, & ejus cruce in fronte ſignatis pateat
1. Cor. v. 7. aditus ad cælum, *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus*. (S)

S *I.* Quod lege cautum erat, ne quis oſſa agni paſchalis comminueret, fuit ne rei alicujus typus?

Johan. xxix. 32. 33. 36. *R.* Fuit: ſiquidem Joannes Evangeliſta, *Venerunt milites*, inquit, *& primi quidem fregerunt crura & alterius qui crucifixus erat cum Jeſu. Ad Jeſum autem cum veniſſent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura ... Facta ſunt hæc ut Scriptura impleretur; Os non comminuetis ex eo*. (T)

T *I.* Cujus rei typus fuit cœna Paſchalis?

R. Typus fuit cœnæ Euchariſticæ. In qua vere manducamus carnem Chriſti, cujus ſanguine liberati ſumus; ſicut Iſraelitæ in Ægypto manducaverunt carnes agni illius, cujus ſanguine a

V morte fuerant liberandi. (V)

I. Cujus rei typus erant ritus obſervandi in comeſtione agni paſchalis? Pars I. Sect. I. Cap. IV. §. 8.

R. Typus fuere eorum quæ obſervanda ſunt in communione Euchariſtica.

1. Ad agni paſchalis cœnam non admittebantur alienigenæ, ſed Judæi ſolum vel origine vel religione.

Ad comunionem Euchariſticam admittuntur ſolum Chriſtiani.

2. Qui manducabant Agnum typicum debebant eſſe accincti renes ad iter, calceati pedes, tenentes baculum in manibus.

Qui manducant Chriſtum in Euchariſtia debent ſicut peregrini *abſtinere ſe a carnalibus deſideriis*, quæ iter ad cælum præpediunt. 1. Pet. 11.

3. Debebant illi manducare feſtinanter, cum panibus Azymis & lactucis agreſtibus.

Debent hi manducare Chriſtum cum fide & caritate fervida: debent mortificare per pœnitentiam carnem peccati: debent tandem epulari *non in fermento nequitiæ aut malitiæ, ſed in* 1. Cor. v. 8.
azymis ſinceritatis & veritatis. (X) X

I. Cujus rei typus fuit tranſitus Hebræorum per mare rubrum?

R. Typus fuit Baptiſmi. Sicut enim tranſeundum fuit Hebræis per aquas rubri maris, ut pervenirent ad terram Abrahæ promiſſam: ita tranſeundum eſt Chriſtianis per aquas Baptiſmi

---

fœcundata multiplicatione creſcebat) & laboribus premebatur intolerabilis ſervitutis.

THEODORET. *Quæſt. 1. in Numeros*. Quare juſſit Deus numerari populum? ut veritatem ſuæ promiſſionis demonſtraret. Oſtendit autem ſuæ promiſſionis veritatem, quia ex ſeptuaginta quinque qui deſcenderant in Ægyptum, ſexcenta tria millia quingenti quinquaginta viri intra paucos annos numerati ſunt bello idonei, ſemota ætate tum immatura, tum provectiore, ſimiliter & genere femineo, & Tribu Levitica. Neque enim hæc annumerata eſt cum cæteris. Hanc Deus ſuam potentiam docens per Iſaiam quoque Prophetam ait: *Attendite ad Abraham Patrem*
Iſai. LI. 2. *veſtrum & ad Saram, quæ peperit vos: quia unum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicabo eum*.

(Q) S. CÆSARIUS *Serm. 9. append. S. Aug. nunc*
Exod. I. 7. *16. alias de tempore 84. n. 1.* Mortuo Joſeph, filii Iſrael creverunt & multiplicati ſunt nimis, & quaſi herba germinaverunt. Quid eſt hoc? Donec viveret Joſeph, non referuntur creviſſe filii Iſrael, nec quod multiplicati ſunt nimis: ſed poſteaquam mortuus eſt, ſic germinaſſe dicuntur ſicut herba. Sed hæc in illo Joſeph figurata ſunt; in noſtro autem Joſeph, id eſt, Domino Chriſto, veritate completa ſunt. Prius enim quam moreretur, id eſt, quam crucifigeretur Joſeph noſter, pauci in eum crediderunt. Poſtquam vero mortuus eſt, & reſurrexit, in univerſo mundo multiplicati ſunt, & creverunt Iſraelitæ, id eſt, populi Chriſtiani.

(R) S. AUGUST. *in Pſal.* LXXII. *num. 5.*... Liberatur populus ab Ægyptiis per Moyſen: liberatur populus a præterita vita peccatorum per Dominum noſtrum Jeſum-Chriſtum. Tranſit populus ille per mare rubrum: iſte per Baptiſmum. Moriuntur in mari rubro omnes inimici populi illius: moriuntur in Baptiſmo omnia peccata noſtra: .... omnia præterita peccata deleta ſunt in Baptiſmo.

Tract. 45. in Joan. n. 9. Mare rubrum ſignificat Baptiſmum; Moyſes ductor per mare rubrum ſignificat Chriſtum; populus tranſiens ſignificat fideles; mors Ægyptiorum ſignificat abolitionem peccatorum.

(S) JOHANN. I. 29. Altera die vidit Johannes Jeſum venientem ad ſe, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.

S. AUG. *Lib. 12. contra Fauſtum, c. 30.* Fit Paſcha in occiſione ovis: occiditur Chriſtus, de quo in Evangelio dicitur: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit
Johan. I. 29. peccatum mundi.

Tract. 50. in Joan. n. 2. Occiſus eſt Agnus, ... ille qui de cælo venerat pati .... Habebant ergo Judæi Paſcha in umbra, nos in luce. Quid enim opus erat ut eis Dominus præciperet per ipſum feſtum diem ovem occidere, niſi quia ille erat de quo prophetatum eſt, ſicut ovis ad immolandum ductus eſt? Sanguine occiſi pecoris Judæorum poſtes ſi- Iſai. LIII. 7.
gnati ſunt: ſanguine Chriſti frontes noſtræ ſignantur ... Signum Chriſti a nobis expellit exterminatorem, ſi cor noſtrum recipiat Salvatorem.

De Catechizandis rudibus c. 20. num. 34. Apertius autem Chriſti paſſio in illo populo figurata eſt, cum juſſi ſunt ovem occidere & manducare, & de ſanguine ejus poſtes ſuos ſignare, hoc celebrare omni anno, & appellare Paſcha Domini. Manifeſtiſſime quippe Supra.
prophetia de Domino Jeſu Chriſto dicit, quia *tanquam ovis ad immolandum ductus eſt*. Cujus paſſionis & crucis ſigno in fronte hodie tanquam in poſte ſignandus es, omneſque Chriſtiani ſignantur.

(T) S. AUG. *contra Fauſtum l. 12. c. 30.* Prohibentur qui Paſcha faciunt oſſa frangere; non franguntur in cruce oſſa Domini. Atteſtatur Evangeliſta hinc eſſe dictum, Os ejus non comminuetis. Sanguine illiniuntur poſtes, ut pernicies depellatur; ſignantur Job. XIX. 36.
ſigno Dominicæ paſſionis in frontibus populi ad tutelam ſalutis.

(V) 1. COR. v. 7. Expurgate vetus fermentum, ut ſitis nova conſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. 8. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis.

(X) EXOD. XII. *Vide ſupra litt.* (H) & (I)

S. GREG. NAZIANZ. *Orat. 42. quæ eſt 2. in Paſcha, n.* 25. Magna illa, & quantum ad primam naturam immactabilis victima (ut ita loquar) legalibus ſacrificiis immixta eſt, illa, inquam, non exiguæ cujuſdam partis orbis terrarum, nec ad exiguum tempus ſed totius mundi nunquam intermoritura expiatio.

N. 37. Ne modus quidem manducationis prætereunda eſt. Victimam enim feſtinanter abſumemus, & azymos panes cum lactucis ſylveſtribus comedentes, & lumbis accincti, & calceamentis inſtructi, ac denique ſenum more baculum geſtantes. Feſtinanter quidem, ne in eam culpam incidamus a qua divino interdicto Loth avocabatur, ne circumſpiciamus, ne ſtemus in omni circumjacente regione, in montem ſalutis cauſa confugiamus, ne Sodomitico illo, & inuſitato igne ſimul involvamur, nec propter noſtram in deterius converſionem quæ ex cunctatione naſci ſolet, in ſalis ſtatuam concreſcamus.

N. 38. Cum lactucis autem agreſtibus, quoniam vita divinæ legi conſentanea, iis præſertim qui incipiunt ardua, & acclivis eſt.

N. 39. Mortificatis membris quæ ſunt ſuper terram... State ergo ſuccincti lumbos in veritate.

N. 42. Qui Ægyptum ac res Ægypti fugit, calceos ſumat,

Digitized by Google

PARS I. SECT. I. CAP. IV. §. 8.

ptiſmi tinctas, ut ita dicam, Chriſti ſanguine, ut ipſis pateat aditus ad vitam æternam. (Y)

Y *I.* Cujus rei typus fuere ſubmerſi in mari rubro Ægyptii?

R. Typus fuere peccatorum, qui aquis Baptiſmi diluuntur, & veluti ſubmerguntur. (Z)

Z

§. 9. *Iter Hebræorum ad montem Sinai. Aquæ amaræ. Manna. Fons de Petra. Victus Amalec: conſilium Jethro.*

I. Transmiſſo mari rubro, quo Moyſes perduxit Hebræos?

R. Per viam deſertam duxit eos ad radices montis Sinai, quo pervenerunt tandem poſt ſeptem ſupra quadraginta dies ab exitu ex Ægypto. (A)

A *I.* Ergone Moyſes noverat viam quæ ducebat ad montem Sinai?

R. Noſſet viam nec ne parum intererat. Deus enim ipſe viæ dux Hebræis fuit. Propter egreſſis columna nubis interdiu, noctu columna ignis præferebatur. Stante columna ſtabant: progrediente incedebant. (B) B

I. Quo cibi genere uſi ſunt in eremo?

R. Miſit eis Deus panem de cælo, quem Manna appellaverunt. (C) C

I. Properantibus ad montem accidit ne aliquid notatu dignum?

R. Tria maxime memorabilia contigerunt. 1. Murmur Hebræorum. 2. Victoria in Amalec. 3. Adventus Jethro ad ſocerum ſuum Moyſen.

I. Qua occaſione contigit murmur Hebræorum?

R. Ter eo in itinere adverſus Moyſen murmurarunt ac pene rebellarunt Hebræi. Primo, inventis poſt dierum trium penuriam aquis, quæ ob amaritudinem uſui non erant. Deinde, deficiente pane. Denique, deficiente iterum aqua.

I. Quomodo Moyſes ortas ſeditiones compeſcuit?

R. Oravit

mat, ut tutus ſit cum ab aliis rebus, tum a ſcorpiis, & ſerpentibus, quos permultos Ægyptus alit. Sic fiet ut ab iis qui calcaneum obſervant, & quos calcare juſſi ſumus minime vulneremur.

N. 43. Jam de baculo atque ejus ſignificatione ita ſentio. Nam cum alter fulciendi vim habeat, alter Paſtoris, & Doctoris proprius ſit, atque oves ratione præditas caſtiget in viamque redocat: hic lex fulcientem baculum tibi præſcribit, nec ibi animo titubes dum ſanguinem Dei & paſſionem ac mortem audis... Quin potius ſine pudore, ac dubitatione corpus ede, ſanguinem bibe, ſi modo vitæ æternæ deſiderio teneris. Nec ſermonibus de carne fidem abrogans, nec ad eos qui de paſſione habentur impingens, innixus ſta, firmus, & ſtabilis, atque ita comparatus ut nulla in re quatiaris ab adverſariis, nec verborum lepore ac illecebris abripiaris. In faſtigio tuo ſta, in atriis Jeruſalem pedes ſtatue, in petra ſuffulci, ut tui ſecundum Deum greſſus non moveantur...

S. GREG. MAG. Papa, *Homil.* 22. *in Evang.* Quid namque ſit ſanguis agni, non jam audiendo, ſed bibendo didiciſtis? Qui ſanguis ſuper utrumque poſtem ponitur, quando non ſolum ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur. In utroque etenim poſte ſanguis agni eſt poſitus, quando ſacramentum paſſionis illius cum ore ad redemptionem ſumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur.. Quid enim ſpiritaliter domos, niſi mentes noſtras accipimus, in quibus per cogitationem inhabitamus? .. Et in ſuperliminari domus agni ſanguinem ponimus; quia crucem paſſionis illius in fronte portamus.... Sed ſola Redemptoris noſtri percepta ſacramenta ad veram ſolemnitatem mentis non ſufficiunt, niſi eis quoque & bona opera jungantur. Quid enim prodeſt corpus & ſanguinem illius ore percipere, & ei perverſis moribus contraire ... Panis ſine fermento comedit, qui recta opera ſine corruptione vanæ gloriæ exercet, qui mandata miſericordiæ ſine admixtione peccati exhibet ... Carnes ergo agni cum lactucis agreſtibus ſunt edendæ, ut cum corpus Redemptoris accipimus, nos pro peccatis noſtris in fletibus affligamus, quatenus ipſa amaritudo pœnitentiæ abſtergat a mentis ſtomacho perverſæ humorem vitæ ... Qui ergo Paſcha comedit, habere renes accinctos debet: ut ... corruptioni jam per vitia nulla ſubjaceat, voluptates edomet, carnem a luxuria reſtringat.. Calceamenta ergo in pedibus habere, eſt mortuorum vitam conſpicere, & noſtra veſtigia a peccati vulnere cuſtodire.. Notate.... *feſtinantes*: Mandata Dei, myſteria Redemptoris, cæleſtis patriæ gaudia cum feſtinatione cognoſcite, & præcepta vitæ cum feſtinatione implere curate..... Ad ſolemnitatem patriæ cæleſtis anhelate. Nemo in hujus vitæ itinere torpeat, ne in patria locum perdat. Nemo moras ad appetenda ſtudia innectat, ſed cœpta perficiat, ne minime liceat implere quod inchoat.

THEODORET. *Quæſt.* 24. *in Exod.* Perpetuam ſervari voluit ſalutis memoriam. Hac de cauſa præcepit feſtum hoc celebrantes habitu indui viatorum ...., Cum lactucis agreſtibus ipſum (Paſcha) manducari juſſit, in memoriam duriſſimæ ſervitutis & acerbiſſimæ vitæ in Ægypto tranſactæ. Per azyma vero indicat non tantum feſtinationem profectionis & cibi tumultuarium apparatum; ſed etiam quod nullum Ægyptiacæ vitæ veſtigium inferre conveniebat. Cavere a fermento Scribarum & Phariſæorum. Præcepit quoque numero ſufficientes ad eſum agni ſimul immolare Paſcha, docens eos fraternam caritatem & erga pauperes miſericordiam. Idcirco admonet ut reliquiæ carnium comburantur, nec ſerventur in poſterum diem: hoc pacto compellens illos acceſſire egenos ad feſtum communiter celebrandum. Hæc autem univerſa myſteriorum noſtrorum ſunt ænigmata. Nam & nos ungimus agni noſtri ſanguine non tantum limen, ſed utrumque poſtem, purgantes & ſanctificantes exterius linguam & labia, interius autem & ſecundum intellectum pro limine, rationalem partem.... Fideles in ſola Eccleſia divina ſumunt myſteria, exſecrationi habentes Hæreticorum cœtus. Matth. xvi. 6.

(Y) 1. COR. x. 1. Nolo vos ignorare, fratres, quoniam Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt. 2. Et omnes in Moyſe baptizati ſunt, in nube, & in mari.... 6. Hæc autem in figura facta ſunt noſtri.

AUTOR. SERM. *ad Catech. de Cataclyſmo inter opera S. Aug. cap.* 3. *n.* 3. Virga, extenſa manu, aquas percutit Moyſes; & ſtatim cogunt fluctus in cumulum, & unda in ſemetipſa repreſſa curvatur: ſoliditatem recipit liquor, & ſolum maris areſcit in pulveres. Ingreſſi ſunt alii ſalvandi, alii damnandi. Unum elementum aquarum, autore totius creaturæ jubente, judicavit utroſque: ſeparavit pios ab impiis, illos abluit, iſtos obruit; illos mundavit, iſtos occidit. Moyſes figuram habuit Domini Chriſti quoniam dux fuit populi. In virga agnoſcite crucem: mare rubrum agnoſcite Baptiſmum Chriſti ſanguine purpuratum: Regem Ægyptiorum populumque ejus, autorem peccatorum diabolum cum miniſtris ejus.

Vide ſupra litt. (R) S. AUG. *in Pſ.* LXXII.

(Z) S. AUGUST. *Lib. de Catechiz. rud. c.* 20. *n.* 34. Ex Ægypto exiens populus Dei, per aquas iter invenit, quibus ipſorum hoſtes conſumpti ſunt. Nec ibi defuit ligni ſacramentum. Nam virga percuſſit Moyſes, ut illud miraculum fieret. Signum eſt ſancti Baptiſmi, per quod fideles in novam vitam tranſeunt, peccata vero eorum tanquam inimici delentur atque moriuntur.

AUTOR. SERM. *ad Catech. de Cataclyſmo inter opera S. Auguſt. num.* 4. Exclamate ad Moyſen veſtrum Dominum Chriſtum, & virga crucis percutiat mare Baptiſmi, revertatur aqua & operiat Ægyptios: ut quemadmodum nullus remanſit Ægyptiorum, nihil remaneat etiam veſtrorum peccatorum.

(A) EXOD. XIX. 1. Menſe tertio egreſſionis Iſrael de terra Ægypti in die hac venerunt in ſolitudinem Sinai 2.... Ibique Iſrael fixit tentoria e regione montis.

(B) EXOD. XIII. 21. Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: ut dux eſſet itineris utroque tempore. 22. Numquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.

PSAL. LXXVII. 14. Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.

(C) EXOD. XVI. 3. Dixerunt filii Iſrael ad eos: (Moyſen & Aaron) utinam mortui eſſemus... quando ſedebamus

Digitized by Google

R. Oravit ad Dominum, & populo miſericordiam impetravit.

Prima vice, Dei juſſu lignum Moyſes aquis intulit, cujus hæc vis fuit, ut dulcem ſaporem fluentis redderet. (D)

D

Altera, gregem coturnicum Deus ſuperne miſit, caſtra his opplevit, ſimulque miſit de cælo manna quod exin quotidie cecidit, in quocunque loco caſtra conſiſterent. Nec alio Hebræi cibo uſi ſunt per annos quadraginta. (E)

E

Tertia, Moyſes, mandante Domino, virga petram percutiens, largam populo ſitienti aquæ copiam fecit. (F)

F

I. Quandonam victus Amalec fuit? Et quid tandem notatu dignum contigit eo in prælio?

R. Ubi Raphidim perventum eſt, Amalecitæ populum incurſionibus vexabant. Moyſes ſuis in prælium eductis, cum Joſue bellantibus præfeciſſet, ipſe precandi Deum gratia montem conſcendit: *cumque levaret Moyſes manus vincebat Iſrael, ſin autem* præ laſſitudine *paululum remitteret, ſuperabat Amalec.* Juſſit ergo ſibi manus ad veſperam ſuſtentari, atque ita Amalecitas Iſrael ad noctem cecidit, dejecitque. (G)

Exod. xvii. 11.

G

I. Quod ſpectat ad adventum Jethro, quid eſt quod memoriæ commendemus?

R. Jethro Moyſi ſocer, cum filia ſua Sephora, quæ Moyſi nupta cum liberis ſuis domum ex Ægypto remiſſa fuerat, cognitis rebus quæ per Moyſen gerebantur, ad eum venit. Hujus conſilio Moyſes partem oneris & curarum communicavit cum magiſtratibus inferioribus, quos judices populo præfecit. Ad id muneris elegit, ut monuerat Jethro, viros ex omni plebe ſtrenuos & potentes, & timentes Deum, & veri rectique tenaces, & qui odiſſent avaritiam. Tales o utinam eſſent omnes omnino magiſtratus! (H) H

I. Cujus rei typus fuit manſio Iſraelitarum in deſerto?

R. Typus fuit temporis quo peregrinamur ſuper terram, antequam perveniamus ad patriam cæleſtem. (I) I

I. Cujus

mus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate ... 4. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Ecce, ego pluam vobis panes de cælo .... 12..... Veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus .... 13. Factum eſt ergo veſpere, & aſcendens coturnix, cooperuit caſtra: mane quoque ros jacuit per circuitum caſtrorum. 14. Cumque operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum, in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram. 15. Quod cum vidiſſent filii Iſrael, dixerunt ad invicem: Manhu? Quod ſignificat: quid eſt hoc? Ignorabant enim quid eſſet. Quibus ait Moyſes: Iſte eſt panis quem Dominus dedit vobis ad veſcendum. 16. Hic eſt ſermo quem præcepit Dominus: Colligat unusquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum: gomor per ſingula capita, juxta numerum animarum veſtrarum .... 17. Feceruntque ita filii Iſrael: & collegerunt, alius plus, alius minus. 18. Et menſi ſunt ad menſuram gomor: nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus paraverat, reperit minus: ſed ſinguli juxta id quod edere poterant, congregaverunt. 19. Dixitque Moyſes ad eos: Nullus relinquat ex eo in mane. 20. Qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis uſque mane, & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit ..... 21. Colligebant autem mane ſinguli, quantum ſufficere poterat ad veſcendum: cumque incaluiſſet ſol, liquefiebat. 22. In die autem ſexta collegerunt cibos duplices ..... 27. Venitque ſeptima dies: & egreſſi de populo ut colligerent, non invenerunt .... 31. Appellavitque domus Iſrael nomen ejus Man: quod erat quaſi ſemen coriandri album, guſtuſque ejus quaſi ſimilæ cum melle. 32 .. Præcepit Dominus: Imple gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras retro generationes, ut noverint panem, quo alui vos in ſolitudine ... 33. Sume vas unum, & mitte ibi Man, quantum poteſt capere gomor: & repone coram Domino, ad ſervandum in generationes veſtras. 34... Poſuitque illud Aaron in tabernaculo reſervandum. 35. Filii autem Iſrael comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem: hoc cibo aliti ſunt, uſquequo tangerent fines terræ Chanaan.

(D) Exod. xv. 22. .... Ambulaveruntque tribus diebus per ſolitudinem, & non inveniebant aquam. 23. Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod eſſent amaræ: unde & congruum loco nomen impoſuit, vocans illum Mara, id eſt, amaritudinem. 24. Et murmuravit populus contra Moyſen, dicens: Quid bibemus? 25. At ille clamavit ad Dominum. Qui oſtendit ei lignum: quod cum miſiſſet in aquas, in dulcedinem verſæ ſunt.

(E) Exod. xvi. *Vide ſupra litt.* (C)

(F) Exod. xvii. 1.... Caſtrametati ſunt in Raphidim ubi non erat aqua ad bibendum populo. 2. Qui jurgatus contra Moyſen, ait: Da nobis aquam, ut bibamus ... 4. Clamavit autem Moyſes ad Dominum ... 5. Et ait Dominus ad Moyſen: .. Virgam qua percuſſiſti fluvium, tolle in manu tua, & vade. 6. En ego ſtabo ibi coram te, ſupra petram Horeb: percutieſque petram, & exibit ex ea aqua, ut bibat populus. Fecitque Moyſes ita coram ſenioribus Iſrael.

(G) Exod. xvii. 8. Venit autem Amalec, & pugnabat contra Iſrael in Raphidim ... 10 ... Joſue ... pugnavit contra Amalec: Moyſes autem & Aaron & Hur aſcenderunt ſuper verticem collis. 11. Cumque levaret Moyſes manus, vincebat Iſrael: ſin autem paulum remiſiſſet, ſuperabat Amalec. 12. Manus autem Moyſi erant graves: ſumentes igitur lapidem, poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit: Aaron autem & Hur ſuſtentabant manus ejus ex utraque parte. Et factum eſt ut manus illius non laſſarentur uſque ad occaſum ſolis. 13. Fugavitque Joſue Amalec, & populum ejus in ore gladii. 14. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Joſue: delebo enim memoriam Amalec ſub cælo.

(H) Exod. xviii. 1. Cumque audiſſet Jethro, Sacerdos Madian, cognatus Moyſi, omnia quæ fecerat Deus Moyſi ... 2. Tulit Sephoram uxorem Moyſi quam remiſerat, 3. ... & duos filios ejus ... 5. Et venit ad Moyſen in deſertum, ubi erat caſtrametatus juxta montem Dei ... 7. Cumque intraſſet tabernaculum. 8. Narravit Moyſes cognato ſuo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni, & Ægyptiis propter Iſrael; univerſumque laborem, qui accidiſſet eis in itinere, & quod liberaverat eos Dominus. 9. ... Lætatuſque eſt Jethro ſuper omnibus bonis, quæ fecerat Dominus Iſraeli, eo quod eruiſſet eum de manu Ægyptiorum. 10. Et ait ... 11. Nunc cognovi, quia magnus Dominus ſuper omnes Deos ..... 12. Obtulit ergo Jethro cognatus Moyſi holocauſta & hoſtias Deo ... 13. Altera autem die ſedit Moyſes ut judicaret populum, qui aſſiſtebat Moyſi a mane uſque ad veſperam. 14. Quod cum vidiſſet cognatus ejus, omnia ſcilicet quæ agebat in populo, ait: Quid eſt hoc quod facis in plebe? Cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur de mane uſque ad veſperam? 15. Cui reſpondit Moyſes: Venit ad me populus quærens ſententiam Dei. 16. Cumque acciderit eis aliqua diſceptatio, veniunt ad me ut judicem inter eos, & oſtendam præcepta Dei, & leges ejus. 17. At ille: Non bonam, inquit, rem facis: 18. Stulto labore conſumeris tu & populus iſte qui tecum eſt: ultra vires tuas eſt negotium, ſolus illud non poteris ſuſtinere. 19. Sed audi verba mea atque conſilia, & erit Deus tecum. Eſto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, ut referas quæ dicuntur ad eum: 20. Oſtendaſque populo cæremonias & ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. 21. Provide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, 22. qui judicent populum omni tempore: quidquid autem majus fuerit, referant ad te, & ipſi minora tantummodo judicent: leviuſque ſit tibi, partito in alios onere. 23. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta ejus poteris ſuſtentare: & omnis hic populus revertetur ad loca ſua cum pace. 24. Quibus auditis, Moyſes fecit omnia quæ ille ſuggeſſerat.

(I) Origen. *Homil.* 11. *in cap.* 17. & 18. *Exod.* Quoniam omnis qui vult pie vivere in Chriſto, perſecu-

I. Cujus rei typus fuit columna nubis per diem, & ignis columna per noctem, quæ Iſraelitis præibant?

R. Typus fuere Chriſti, qui ait: *Ego ſum via; Ego ſum lux mundi, nemo venit ad Patrem niſi per me.* (K)

Johan. xiv. 6. Ib. viii. 12.

K *I.* Cujus rei typus fuere labores, ærumnæ, tædia quibus in eremo preſſi & afflictati ſunt Iſraelitæ?

R. Typus fuere miſeriarum quas in hac vita ideo experimur, ut hinc ad patriam ſuſpiremus

L ardentius. (L)

I. Cujus rei typus fuit lignum, cujus virtute factum eſt ut aquarum amaritudo in dulcedinem verteretur?

R. Typus fuit crucis Chriſti, cujus virtute fit

Joh. iv. 14. ut quidquid amaritudinis in hauſtu *aquæ ſalientis in vitam æternam*, natura corrupta experitur, totum id palato cordis ſapiat & dulceſcat. Hoc eſt, ut mandatorum divinorum obſervatio non gravis

M ſed levis & ſuavis eſſe videatur. (M)

I. Cujus rei typus fuit Manna?

Joh. vi. 41. *R.* Typus fuit Chriſti *panis vivi, qui de cœlo deſcendit*, ut nos in hujus vitæ deſerto ſuſtentaret, non gratia ſua ſolum, ſed proprio etiam corpore

N & ſanguine. (N)

I. Cujus rei typus fuit Petra ex qua aquæ miſi-culo manarunt?

1. Cor. x. 4. *R.* Typus fuit Chriſti. *Petra erat Chriſtus*, inquit Apoſtolus, Chriſtus inquam fons omnium

Joh. iv. 14. gratiarum. Petra ex qua manat, (Chriſti ipſius verbis utor) *Fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* (O) O

I. Cujus rei typus fuere Amalecitæ adverſus Iſrael in eremo pugnantes?

R. Typus fuere dæmonum & diaboli, & eorum omnium quibus diabolus utitur, ut Chriſtianos ad Patriam properantes præpediat dejiciatque. (P) P

I. Cujus rei typus fuit Joſue cum exercitu Hebræorum dimicans adverſus Amalecitas?

R. Typus fuit Chriſtianorum, qui ſub Paſtorum imperio pugnare debent adverſus hoſtes cum quibus ipſis eſt colluctatio. *Non eſt nobis colluctatio*, Epheſ. vi. 12.

inquit Apoſtolus, *adverſus carnem, & ſanguinem, ſed adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.* (Q) Q

I. Cujus rei typus fuit Moyſes, expanſis manibus & ſublatis brachiis in monte orans?

R. Typus fuit Chriſti, qui expanſis in cruce manibus, de hoſte diabolo triumphavit. Tum, & iſtiuſmodi corporis habitu ſignificavit Moyſes orare ſe in nomine & virtute Chriſti pro populo præliante. (R) R

I. Quid

ſecutionem patitur, & ab hoſtibus impugnatur, agens iter vitæ hujus ſemper debet eſſe armatus, & ſtare ſemper in

Exod. xvii. 1. caſtris. Ideo & de populo Dei refertur, *Profecta eſt*, inquit, *omnis ſynagoga filiorum Iſrael de deſerto Sin, ſecundum caſtra ſua, per verbum Domini.*

S. Aug. *in Pſ.* lxxii. *n.* 5. Intendite fratres: Poſt mare illud rubrum non continuo patria datur, nec tanquam jam hoſtes deſint, ſecure triumphatur, ſed reſtat eremi ſolitudo, reſtant hoſtes inſidiantes in via: ſic & poſt Baptiſmum reſtat vita chriſtiana in tentationibus. In illa eremo ſuſpiratur patriæ promiſſæ: quid aliud Chriſtiani ſuſpirant jam abluti Baptiſmo? Numquid jam regnant cum Criſto? Nondum ventum eſt ad terram promiſſionis noſtram, ſed non defuturam ... Audiant omnes fideles, ſciant ubi ſint: in eremo ſunt, patriæ ſuſpirant ... In eremo quidquid paſſus eſt ille populus, & quidquid eis Deus largitus eſt, quæcumque illa flagella fuerunt, quæcumque dona, ſignificationes ſunt rerum, quas in hac ſolitudine hujus vitæ ambulantes in Chriſto, quærentes patriam, & accipimus ad conſolationem, & patimur ad probationem.

(K) S. Greg. Mag. Papa, *Homil.* 21. *in Evang.* Unde recta quoque populum per deſerta gradientem, antumna ignis in nocte, & columna nubis præibat in die. In igne enim terror eſt, in nube autem viſionis lene blandimentum: dies vero vita juſti, & nox accipitur vita pec-

Epheſ. v. 8. catoris. Unde & converſis peccatoribus Paulus dicit: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. In die ergo per nubem columna monſtrata eſt, & in nocte per ignem: quia omnipotens Deus, & blandus juſtis, & terribilis apparebit injuſtis. Iſtos in judicio veniens per lenitatis manſuetudinem demulcet, illos vero per juſtitiæ diſtrictionem terret.

(L) *Vide ſupra litt.* (I) S. Aug. *in Pſ.* 72. n. 5.

(M) S. Aug. *Quæſt.* 57. *in Exod.* Per lignum aquas dulces fecit, præfigurans gloriam & gratiam crucis.

S. Hieronym. *Epiſtola critica ad Fabiolam alias* 127. *manſione* 5. Pervenerunt ad Mara, quæ ex amaritudine nomen accepit. Habebat fons aquam, & dulcedinem non habebat. Murmurat populus videns aquas, & potare non ſuſtinens. Intellige Mara, aquas occidentis litteræ: quibus ſi immittatur confeſſio crucis, & paſſionis dominicæ ſacramenta jungantur: omne quod impotabile & triſte videbatur ac rigidum, vertitur in dulcedinem.

(N) Johan. vi. 49. Patres veſtri manducaverunt manna in deſerto, & mortui ſunt ... 51. Ego ſum Panis vivus, qui de cœlo deſcendi. 52. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

(O) Joann. i. 16. Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

iv. 14. Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

1. Cor. x. 4. Et omnes eundem potum ſpiritalem biberunt: (bibebant autem de ſpiritali, conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus.)

Origen. *Homil.* 11. *in Exod. c.* 17. *&* 18. Verum quia Deus vere eruditor eſt infantium, & magiſter inſipientium, corrigit culpas, & emendat errores, & dicit ad Moyſem, ut ſumat virgam, & percutiens petram, educat eis aquam. Vult enim eos jam de petra bibere, vult eos proficere; & ad interiora venire myſteria. Murmuraverunt enim adverſus Moyſen, & propterea jubet Dominus ut oſtendat eis petram ex qua bibant. Si quis eſt, qui legens Moyſem murmurat adverſus eum, & diſplicet ei lex, quæ ſecundum litteram ſcripta eſt, quod in multis non videtur ſervare conſequentiam, oſtendit ei Moyſes petram, quæ eſt Chriſtus, & adducit eum ad ipſam, ut inde bibat, & reficiat ſitim ſuam. Sed hæc petra, niſi fuerit percuſſa, aquas non dabit: percuſſa vero fontes producit: percuſſus enim Chriſtus, & in crucem actus, novi teſtamenti fontes produxit.

1. Cor. x. 4. S. August. *Tract.* 45. *in Joan. n.* 9. *Bibebant* enim de *ſpirituali ſequente petra: Petra autem erat Chriſtus* ... Ibi petra Chriſtus, nobis Chriſtus quod in altari Dei ponitur: & illi pro magno ſacramento ejuſdem Chriſti biberunt aquam profluentem de petra, nos quid bibamus norunt fideles. Si ſpeciem viſibilem intendas, aliud eſt; ſi intelligibilem ſignificationem, eumdem potum ſpiritalem biberunt.

(P) S. August. *de Trinit. lib.* 4. *cap.* 15. Superbiſſimus ſpiritus ... per populum deficientem, quod interpretatur Amalec, aperte ſæviens, & ad terram promiſſionis repugnando tranſitum negans, per crucem Domini, quæ Moyſi manibus extenſis eſt præfigurata, ſuperatur.

(Q) Origen. *Homil.* 11. *in cap.* 17. *&* 18. *Exod.* Moyſes vocat Jeſum, ita vocat Chriſtum, ut eligat ſibi ipſi viros potentes de populo. Non poterat Moyſes eligere, ſed Jeſus ſolus eſt qui poſſit potentes viros eli-

Joh. xv. 16. gere, qui dixit: Non vos me elegiſtis, ſed ego vos elegi. Ipſe enim electorum dux, ipſe potentium princeps, ipſe qui confligit cum Amalec. Ipſe eſt enim qui intrat in domum fortis, & alligat fortem, & vaſa ejus diripit.

(R) Origenes *Homil.* 11. *in Exod.* Moyſes quidem elevat manus, non extendit: Jeſus autem qui univerſum orbem terræ exaltatus in cruce complexurus erat bra-

Rom. x. 21. chiis ſuis, dicit: Extendi manus meas ad populum non

Exod. xvii. 11. credentem, & contradicentem mihi. Moyſes ergo elevat manus ſuas, & cum elevaret manus vincebatur Amalec. Elevare manus, hoc eſt opera & actus elevare ad Deum, &

non

I. Quid cauſæ fuit cur Populus, Moyſe extollente manus, vinceret, vinceretur autem, Moyſe manus remittente?

R. Ut hinc intelligeremus: 1. Virtute Chriſti ſolum & perſeverantia vinci poſſe eos qui ſaluti noſtræ adverſantur.

2. Sic dimicandum ut ad prælium & vigilantiam accedat oratio, alioquin eſſe nos a dæmone vincendos.

3. Eos qui remotis arbitris puras ad Deum manus extollunt, & ferventer orant in nomine Chriſti pro Paſtoribus & cæteris qui præliantur in Eccleſia bella Domini, non modicum dignos veneratione, utpote quibus debetur maxime, quem refert Eccleſia de hoſtibus triumphum. (S) S

§. 10.

De lege data Iſraelitis per Moyſen, & de ſanguine fœderis.

I. Ubi ad montem Sinai perventum eſt, quid egerunt Iſraelitæ?

R. Moyſes a Domino monetur, populus ut per biduum ſanctificaretur, auditurus Dei legem: Tum in radice montis termini conſtituti per circuitum quos prætererire nefas fuit propoſita mortis pœna.

Tandem die tertio (is erat quinquageſimus ab exitu de Ægypto) cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes denſiſſima montem operuit, atque ita attonitis, & tremebundis lex Domini dicta eſt. (A) A

I. Cur Deus voluit tam terribilem in modum intonare, dum legem ſuam Iſraelitis ſignificavit?

R. Ut terror illius eſſet in populo carnali & duræ cervicis, qui propterea erat metu ſuppliciorum coercendus: nondum enim tempus advenerat, quo ſcribenda erat in cordibus lex amoris. (B) B

I. Quos ſermones locutus eſt Dominus de monte?

R. Locutus eſt verba decem, hoc eſt decem præcepta quæ Decalogo continentur. *Ego ſum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti*, &c. Reliqua verba referemus & explicabimus in ſerie hujus operis parte 2. Sect. 3. cap. 1. *Exod. xx. 2.*

I. Novane erant hæc præcepta Iſraelitis?

R. Minime. Immo nota erant hominibus longe ante Moyſen: & jam tum conſtabat apud eos hæc ſancte obſervari oportere. Quod patet

---

non habere actus deorſum dejectos, & humi jacentes, ſed Deo placitos, & ad cælum erectos. Elevat ergo manus, qui theſaurizat in cælum, ubi enim theſaurus ejus,
Pſ. cxl. 2. ibi & oculus ejus, ibi & manus ſejus. Elevat manus & ille qui dicit: Elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Si ergo eleventur actus noſtri, & non ſint in ter-
2. Timoth. ii. 8. ra, vincitur Amalec. Sed & Apoſtolus præcipit levare ſanctas manus ſine ira & diſceptatione, & ad quoſdam di-
Iſai. xxxv. 3. cebat: Demiſſas manus, & diſſoluta genua erigite, & rectos greſſus facite pedibus veſtris. Si ergo ſervat populus
Epheſ. vi. 12. legem, elevat Moyſes manus, & adverſarius vincitur. Si non ſervat legem, invaleſcit Amalec. Quia igitur & nobis pugna eſt adverſus principes, & poteſtates, & mundi hujus rectores tenebrarum, ſi vis vincere, ſi vis obtinere, eleva manus, & eleva actus tuos, & converſatio tua
Ibid. iii. 20. non ſit in terris, ſed ſicut dixit Apoſtolus: Super terram ambulantes, converſationem habemus in cælo. Et ita poteris ſuperare populum adverſantem tibi Amalec ... Populus Dei non tam manu & armis, quam voce & lingua pugnabat: id eſt, orationem fundens ad Deum, proſternebat inimicos. Ita ergo & tu ſi vis vincere inimicos,
Coloſſ. iv. 2. eleva actus tuos, clama ad Deum, ut dicit Apoſtolus: Orationi inſtantes, & vigilantes in ea. Hæc enim eſt Chriſtiani pugna qua ſuperet inimicum.

S. Irenæus *Lib. 4. adverſus Hæreſ. cap. 24. alias 41.* Per extenſionem manuum diſſolvebat Amalec, & vivificabat hominem de ſerpentis plaga per fidem, quæ erat in eum.

Cap. 33. alias 53. n. 1. Sicut ovis ad victimam adductus, & per extenſionem manuum diſſolvens quidem Amalec, congregans autem diſperſos filios a terminis terræ in ovile patris.

Tertul. *Lib. 3. adverſ. Marcion. c. 18.* Jam vero Moyſes quid utique tunc tantum, cum Jeſus adverſus Amalec præliabatur, expanſis manibus orabat reſidens; quando in rebus tam attonitis magis utique genibus depoſitis, & manibus cædentibus pectus, & facie humi volutante, orationem commendare debuiſſet, niſi quia illic ubi nomen Domini Jeſu dimicabat, dimicaturi quandoque adverſus diabolum, crucis quoque erat habitus neceſſarius, per quam Jeſus victoriam eſſet relaturus.

S. Greg. Naz. *Orat. 3. quæ eſt 1. in Julianum invectiva, n. 21.* Amalec per orationem atque arcanam & myſticam manuum figuram victus & profligatus.

Vide S. Augustin. *Lib. de Trinit. c. 15. num. 20. ſupra litt.* (P)

(S) S. Matth. xxvi. 41. Vigilate, & orate ut non intretis in tentationem.

Luc. xxi. 36. Vigilate itaque, omni tempore orantes ut digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante Filium hominis.

1. Petri iv. 7. Omnium autem finis appropinquavit. Eſtote itaque prudentes, & vigilate in orationibus.

v. 8. Sobrii eſtote, & vigilate: quia adverſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret. 9. Cui reſiſtite fortes in fide.

S. Greg. Naz. *Orat. 8. ad patrem ſuum, num. 4.* Illud Aaronis, & Hur qui Moyſis manus in monte ſuffulciebant, ut per crucem tanto ante adumbratam Amalec opprimeretur ...

N. 5. Eos Moyſes habebat ſocios in orationis adjumentum manuumque feſſarum ſubſidium aſciſcebat.

Orat. 30. in electione Eulalii, num. 3. Hic per arcanam, & myſticam manuum figuram Amalecitarum copias fregit ac profligavit. Hoc enim Sacerdotis manus in monte ſublatæ, atque ad precationem compoſitæ potuerunt quod multa hominum millia perficere nequiverunt.

Vide ſupra litt. (R) *Origen. Hom. 11. in Exod.*

(A) Exod. xix. 10. Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie & cras ... 11 ... In die enim tertia deſcendet Dominus coram omni plebe ſuper montem Sinai. 12. Conſtituesque terminos populo per circuitum, & dices ad eos: Cavete ne aſcendatis in montem: nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur ... 16. Jamque advenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clangorque buccinæ vehementius perſtrepebat: & timuit populus qui erat in caſtris ... 18. Totus autem mons Sinai fumabat: eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace: eratque omnis mons terribilis. 19. Et ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in majus, & prolixius tendebatur .... 20. Deſcenditque Dominus ſuper montem Sinai in ipſo montis vertice, & vocavit Moyſen in cacumen ejus.

S. Hieronym. *Epiſt. critica ad Fabiolam, de 42. manſionibus Iſraelitarum in deſerto, manſione 12.* Deſcendit Dominus in montem (Sinai): quo fumante, & fulgore, tonitruo, caligine, voce tubæ, mortalium corda terrentibus, Moyſes loquebatur & Dominus reſpondebat ei.

(B) Exod. xx. 20. Ait Moyſes ad populum: Nolite timere: ut enim probaret vos venit Deus, & ut terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis. 21. Stetitque populus de longe. Moyſes autem acceſſit ad caliginem in qua erat Deus.

S. Aug. *De ſpiritu & littera cap. 16. n. 28.* Dies quinquaginta computantur a celebratione Paſchæ, ... uſque ad diem qua Moyſes legem accepit in tabulis digito Dei conſcriptis: ſimiliter ab occiſione, & reſurrectione illius, qui ſicut ovis ad immolandum ductus eſt, quinquaginta *Iſai. liii. 7.*
diebus completis, congregatos in unum fideles digitus Dei,

 hoc

Part. I. Sect. I. Cap. IV. §. 10.

patet ex Scripturis. Nec mirum; nihil enim erant aliud hæc præcepta, quam ipſa lex naturalis, hoc eſt, cordibus hominum impreſſa lex ab ipſo Deo creatore. (C)

C *I.* Si jam nota erant hæc præcepta hominibus, cur ea Deus ſollemni ſanctione ſignificavit Iſraelitis?

R. Quia non erat fere quiſquam inter homines, qui ea obſervaret. Nimirum ea ex cordibus hominum peccatum fere deleverat. (D)

D *I.* Num aliam poſuit Deus legem Iſraelitis quam eam quæ Decalogo continetur?

R. Alia multa per Moyſen ſancivit, quæ ſive ad res judiciales, ſive ad exteriores ritus & cæremonias religionis pertinebant. (E) E

I. Iſthæc præcepta, ſive quæ Decalogo continentur, ſive quæ ad forum aut ad ritus religionis ſpectant, ſunt ne Chriſtianis aliiſque hominibus poſita, ſicut & Iſraelitis fuerunt?

R. Præcepta Decalogi ſunt omnibus omnino hominibus poſita; ſunt enim, ut diximus, ipſa naturæ lex.

Leges aliæ per Moyſen datæ, duplicis generis ſunt,

Sunt nempe quæ connexionem habent neceſſariam cum præceptis Decalogi: quale eſt quod præcipitur judicibus, ut reddant unicuique quod ſuum eſt, nulla habita pauper-

tatis

hoc eſt, Spiritus ſanctus implevit .... Ibi populus accedere ad locum ubi lex dabatur, horrendo terrore prohibetur: hic autem in eos ſupervenit Spiritus ſanctus... Ibi in tabulis lapideis digitus Dei operatus eſt, hic in cordibus hominum. Ibi ergo lex extrinſecus poſita eſt, qua injuſti terrerentur: hic intrinſecus data eſt, qua juſtificarentur.

1. *Præcep.* (C) GENES. XXXI. 34. Illa (Rachel) feſtinans abſcondit idola ſubter ſtramenta cameli, & ſedit deſuper: ſcrutantique omnia tentorium, & nihil invenienti, 35. ait: Ne iraſcatur Dominus meus, quod coram te aſſurgere nequeo: quia juxta conſuetudinem feminarum nunc accidit mihi. Sic deluſa ſollicitudo quærentis eſt.

XXXV. 2. Jacob vero convocata omni domo ſua, ait: Abjicite Deos alienos qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra.

2. *Præcep.* XXI. 23. Jura per Deum, ne noceas mihi, & poſteris meis, ſtirpique meæ: ſed juxta miſericordiam, quam feci tibi, facies mihi, & terræ in qua verſatus es advena.

XXIV. 3. Ut adjurem te per Dominum, Deum cæli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito.

3. *Præcep.* II. 3. Et benedixit diei ſeptimo; & ſanctificavit illum: quia in ipſo ceſſaverat ab omni opere ſuo, quod creavit Deus ut faceret.

EXOD. XVI. 23. Qui (Moyſes) ait eis (Judæis:) Hoc eſt quod locutus eſt Dominus: Requies Sabbati ſanctificata eſt Domino cras. Quodcumque operandum eſt, facite: & quæ coquenda ſunt, coquite: Quidquid autem reliquum fuerit, reponite uſque in mane.

4. *Præcep.* GENES. IX. 25. (Noe) ait: Maledictus Chanaan, ſervus ſervorum erit fratribus ſuis. 26. Dixitque: Benedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanaan ſervus ejus.

5. *Præcep.* IV. 10. Dixitque ad eum: (Deus ad Cain) Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.

IX. 6. Quicumque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.

6. *Præcep.* XX. 9. Vocavit autem Abimelech etiam Abraham, & dixit ei: Quid feciſti nobis? Quid peccavimus in te, quia induxiſti ſuper me & ſuper regnum meum peccatum grande? Quæ non debuiſti facere, feciſti nobis.

XXXIV. 31. Reſponderunt: (Simeon & Levi) Numquid ut ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?

XXXVIII. 24. Nuntiaverunt Judæ: dicentes: Fornicata eſt Thamar nurus tua, & videtur uterus illius intumeſcere. Dixitque Judas: Producite eam ut comburatur.

7. *Præcep.* XLIV. 7. Qui reſponderunt: (fratres Joſaph) Quare ſic loquitur Dominus noſter, ut ſervi tui tantum flagitii commiſerint? 8. Pecuniam, quam invenimus in ſummitate ſaccorum, reportavimus ad te de terra Chanaan: & quomodo conſequens eſt ut furati ſimus de domo Domini tui aurum vel argentum.

8. *Præcep.* XX. 10. Ruſumque expoſtulans, (Abimelech) ait: Quid vidiſti ut hoc faceres? 11. Reſpondit Abraham: Cogitavi mecum, dicens: Forſitan non eſt timor Dei in loco iſto: interficient me propter uxorem meam. 12. Alias autem & vere ſoror mea eſt, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in uxorem.

XXXVIII. 20. Miſit autem Judas hædum per paſtorem ſuum Odollamitam, ut reciperet pignus quod dederat mulieri: qui eum non inveniſſet eam, ... 22. reverſus eſt ad Judam, & dixit ei: Non inveni eam .... 23. ait Judas: Habeat ſibi, certo mendacii arguere nos non poteſt, ego miſi hædum quem promiſeram.

9. & 10. *Præcep.* XII. 14. Cum ingreſſus eſſet Abraham Ægyptum, viderunt Ægyptii mulierem quod eſſet pulchra nimis: 15... & ſublata eſt mulier in domum Pharaonis. 16. Abram vero bene uſi ſunt propter illam .... 18. Flagellavit autem Dominus Pharaonem plagis maximis & domum ejus propter Sarai uxorem Abram. 18. Vocavitque Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam eſt hoc quod feciſti mihi? Quare non indicaſti quod uxor tua eſſet? 19. Quam ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam, ut tollerem eam mihi in uxorem? Nunc igitur ecce conjux tua, accipe eam & vade.

XX. 3. Venit Deus ad Abimelech per ſomnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem quam tuliſti: habet enim virum. 4. Abimelech vero non tetigerat eam, & ait: Domine, num gentem ignorantem, & juſtam interficies? ... 6. Dixitque ad eum Deus: Et ego ſcio quod ſimplici corde feceris: & ideo cuſtodivi te ne peccares in me, & non dimiſi ut tangeres eam. Nunc ergo redde viro ſuo uxorem, quia propheta eſt: & orabit pro te, & vives; ſi autem nolueris reddere, ſcito quod morte morieris tu, & omnia quæ tua ſunt.

ROM. II. 14. Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt, ejuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: 15. Qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe invicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus.

Hæc omnia Scripturæ teſtimonia evincunt, decem Decalogi præcepta ab ipſo mundi exordio vim legis habuiſſe. Nonnulli tamen ſabbati ſanctificationem contendunt, non niſi vivente Moſe præceptam, proindeque præceptis legis naturæ non eſſe annumerandam. Vide hujuſce operis Part. II. Sect. III. Cap. I. *ubi hæc fuſius pertractantur.*

(D) S. AUG. *Enar. in Pſ.* LVII. *n.* 1. Manu formatoris noſtri in ipſis cordibus noſtris veritas ſcripſit, Quod tibi non vis fieri, ne facias alteri. Hoc & antequam lex daretur, nemo ignorare permiſſus eſt ... Sed ne ſibi homines aliquid defuiſſe quererentur, ſcriptum eſt, & in tabulis, quod in cordibus non legebant. Non enim ſcriptum non habebant, ſed legere nolebant. Oppoſitum eſt oculis eorum quod in conſcientia videre cogerentur: & quaſi forinſecus admota voce Dei, ad interiora ſua homo compulſus eſt. Sed quia homines appetentes ea quæ foris ſunt, etiam a ſe ipſis exules facti ſunt, data eſt etiam conſcripta lex: non quia in cordibus ſcripta non erat, ſed quia tu fugitivus eras cordis tui, ab illo qui ubique eſt comprehenderis, & ad te ipſum intro revocaris. Propterea ſcripta lex quid clamat eis qui deſeruerunt legem ſcriptam in cordibus ſuis? Redite prævaricatores ad cor. Quis enim te docuit, nolle accedi ab altero ad uxorem tuam? Quis te docuit, nolle tibi furtum fieri? Qui te docuit, nolle injuriam pati .... Quod ergo tibi non vis fieri, noli alteri facere ... Furtum bonum eſt? Non. Interrogo, adulterium bonum eſt? omnes clamant, non. Homicidium bonum eſt? omnes clamant deteſtari ſe. Concupiſcere rem proximi bonum eſt? non, vox omnium eſt.

(E) EXOD. XX. 23. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis.

XXI. 12. Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur. 13. Qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus ejus: conſtituam tibi locum in quem fugere debeat. 14. Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias: ab altari meo avelles eum, ut moriatur. 15. Qui percuſſerit patrem ſuum aut matrem morte moriatur.... 17. Qui maledixerit patri ſuo vel matri morte moriatur. 18. Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed jacuerit in lectulo: 19. ſi ſurrexerit, &

am-

Digitized by Google

tatia aut divitiarum ratione. Leges iſtiuſmodi ad omnia tempora, ad gentes omnes pertinent, ſuum enim habent in ipſa lege naturæ fondamentum. (F) F

Sunt aliæ leges quæ nullum habent in ipſa natura, ſed in ſolo legislatoris arbitrio fundamentum, eæque poſitivæ dicuntur. Quale eſt quod præceptum eſt Judæis de ſeptimi cujusque anni quiete, de facienda anno quinquageſimo, qui Jubilæus dicebatur, debitoribus remiſſione & condonatione. Tale eſt etiam quidquid circa religionis ritus & purificationes in lege Moſaica ſancitum eſt. Leges iſtiusmodi Judæis ſolum erant poſitæ: & hoc eſt jugum, hæc eſt ſervitus legis Moſaicæ, a quibus ſumus per Chriſtum, referente Apoſtolo, liberati. (G) G

I. Cur Deus voluit tot obſervationum grave jugum a Chriſto tollendum, Judæis imponere?

R. 1. Ut accommodaret ſe ingenio populi Judaici, qui, utpote carnalis & rudis & cervicis duræ, hoc jugo indigebat. (H) H

2. Ut his ritibus & cæremoniis prænotiarentur ea quæ erant, ſtante novo fœdere, complenda. (I) I

I. Demiſſis ne animis promptique ad obſequium accepere Iſraelitæ Moſaicæ legis promulgationem?

R. Reſ-

ambulaverit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit qui percuſſerit, ita tamen ut operas ejus & impenſas in medicos reſtituat ... 23. Sin autem mors ejus fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, 25. oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, 25. aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore ... 29. Quod ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & conteſtati ſunt Dominum ejus, nec recluſerit eum, occideritque virum aut mulierem: & bos lapidibus obruetur & Dominum ejus occident. 30. Quod ſi pretium fuerit ei impoſitum, dabit pro anima ſua quidquid fuerit poſtulatus. 31. Filium quoque & filiam ſi cornu percuſſerit, ſimili ſententiæ ſubjacebit.

XXII. 1. Si quis furatus fuerit bovem, aut ovem, & occiderit vel vendiderit: quinque boves pro uno bove reſtituet, & quatuor oves pro una ove. 2. Si effringens fur domum, ſive ſuffodiens fuerit inventus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percuſſor non erit reus ſanguinis ... 16. Si ſeduxerit quis virginem necdum deſponſatam, dormieritque cum ea: dotabit eam, & habebit eam uxorem. 17. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere conſueverunt. 18. Maleficos non patieris vivere. 19. Qui coierit cum jumento, morte morietur. 20. Qui immolat Diis, occidetur, præterquam Domino ſoli. 21. Advenam non contriſtabis, neque affliges eum ... 22. Viduæ & pupillo non nocebitis. 23. Si læſeritis eos vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum ... 25. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non urgebis eum quaſi exactor, nec uſuris opprimes ... 28. Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. 29. Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere.

XXIII. 1. Non ſuſcipies vocem mendacii: nec ... pro impio dicas falſum teſtimonium. 2. Non ſequeris turbam ad faciendum malum: nec in judicio, plurimorum acquieſces ſententiæ, ut a vero devies. 3. Pauperis quoque non miſereberis in judicio. 4. Si occurreris bovi inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum. 5. Si videris aſinum odientis te jacere ſub onere, non pertranſibis, ſed ſublevabis cum eo. 6. Non declinabis in judicium pauperis. 7. Mendacium fugies. Inſontem & juſtum non occides ... 8. Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſubvertunt verba juſtorum. 9. Peregrino moleſtus non eris ...

Hæc pauca præcepta ex multis decerpſimus, cætera tacuimus, quod non tam Chriſtianis quam Judæis convenire viſa ſint. Qui plura cupit, legat Scripturæ allata capita: & ipſum Deuteronomium.

(F) S. Aug. *de Spiritu & litt.* c. 14. n. 23. In illis igitur decem præceptis, excepta ſabbati obſervatione, dicatur mihi quid non ſit obſervandum a Chriſtiano, ſive de non faciendis colendisque idolis aliisque ullis Diis præter unum verum Deum, ſive de non accipiendo nomine Dei in vanum, ſive de honore parentibus deferendo, ſive de cavendis fornicationibus, homicidiis, furtis, falſis teſtimoniis, adulteriis, re aliena concupiſcenda. Quid horum quisquam dixerit Chriſtianum non debere ſervare?

N. 24. Porro autem præcepta ipſa tam ſunt utilia facienti atque ſalubria, ut niſi quis ea fecerit, vitam habere non poſſit. An vero propter unum præceptum quod ibi de ſabbato eſt poſitum, dictus eſt Decalogus littera occidens; quoniam quisquis illum diem nunc uſque obſervat ſicut littera ſonat, carnaliter ſapit; ſapere autem ſecundum carnem mors eſt; & illa novem præcepta quæ ſic recte obſervantur ut ſcripta ſunt, non ad legem operum ex qua nemo juſtificatur, ſed ad legem fidei ex qua juſtus vivit, pertinere putanda ſunt.

N. 26. Apparet igitur literæ vetuſtatem, ſi deſit novitas ſpiritus, reos facere potius cognitione peccati, quam liberare a peccato ... Non quia ipſa lex malum eſt, ſed quia mandatum bonum habet in litera demonſtrante, non in adjuvante ſpiritu; quod mandatum ſi fit timore pœnæ, non amore juſtitiæ, ſerviliter fit, non liberaliter, & ideo nec fit. Non enim fructus eſt bonus, qui de charitatis radice non ſurgit. Porro autem ſi adſit fides, quæ per dilectionem operatur, incipit condelectari legi Dei ſecundum interiorem hominem, quæ delectatio non litteræ, ſed ſpiritus donum eſt.

(G) Rom. VII. 6. Nunc autem ſoluti ſumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita ut ſerviamus in novitate ſpiritus, & non in vetuſtate litteræ.

Galat. IV. 31. Itaque, fratres, non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberavit.

V. 1. State, & nolite iterum jugo ſervitutis contineri.

S. Aug. *Lib.* 10. *contra Fauſtum*, c. 2. Judæo autem dicenti mihi, cur tenes vetus Teſtamentum, cujus præcepta non ſervas? Reſpondeo, ſervari a Chriſtianis etiam ex ipſis libris præcepta vitæ agendæ; præcepta vero vitæ ſignificandæ tunc recte obſervata, cum pronuntiabantur iſta, quæ nunc revelata ſunt. Quapropter etiam ipſa ſic non obſervo ad religionem, ut teneam tamen ad teſtificationem.

Cap. 3. Omnia enim quæ in vetere ſcripta ſunt nos & vera eſſe dicimus, & divinitus mandata, & congruis temporibus diſtributa.

(H) Exod. XXXIII. 3. & 5. Populus duræ cervicis es.

XXXIV. 9. Populus duræ cervicis eſt.

Deuter. XXIX. 4. Et non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ poſſunt audire, uſque in præſentem diem.

XXXI. 27. Ego ſcio contentionem tuam, & cervicem tuam duriſſimam. Adhuc vivente me & ingrediente vobiſcum, ſemper contentioſe egiſtis contra Dominum: quanto magis cum mortuus fuero?

S. Aug. *Quæſt.* 73. *in Exod.* Multum & ſolide ſignificatur; ad vetus teſtamentum timorem potius pertinere, ſicut ad novum dilectionem; quamquam & in vetere novum lateat, & in novo vetus pateat.

(I) Cor. X. 11. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſæculorum devenerunt.

S. Aug. *de Civit. Dei*, l. 7. c. 32. Hoc myſterium vitæ æternæ jam inde ab exordio generis humani per quædam ſigna & ſacramenta temporibus congrua, quibus oportuit, per Angelos prædicatum eſt. Deinde populus Hebræus in unam quamdam rempublicam, quæ hoc ſacramentum ageret, congregatus eſt; ubi per quosdam ſcientes, per quosdam neſcientes, id quod ex adventu Chriſti usque nunc & deinceps agitur, prænuntiaretur eſſe venturum: ſparſa etiam poſt eadem gente per gentes propter teſtimonium Scripturarum, quibus æterna ſalus in Chriſto futura prædicta eſt. Omnes enim non ſolum prophetiæ, quæ in verbis ſunt; nec tantum præcepta vitæ, quæ mores pietatemque formant, atque illis litteris continentur; verum etiam ſacra, ſacerdotia, tabernaculum, ſive templum, altaria, ſacrificia, cæremoniæ, dies feſti, & quidquid aliud ad eam ſervitutem pertinet, quæ Deo debetur & græce proprie λατρεία dicitur, ea ſignificaverunt, & prænuntiaverunt, quæ propter æternam vitam fidelium in Chriſto & impleta credimus, & impleri cernimus, & implenda confidimus.

De Spirit. & litt. c. 21. n. 36. Quid ſunt ergo leges Dei ab ipſo Deo ſcriptæ in cordibus, niſi ipſa præſentia Spiritus ſancti, qui eſt digitus Dei, quo præſente diffunditur charitas

R. Reſpondit omnis populus ſimul, cuncta quæ locutus eſt Dominus faciemus. (K)

K Ait autem Dominus per Moyſen ad populum: *Si audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, mea eſt enim omnis terra. Et vos eritis mihi in regnum ſacerdotale & gens ſancta. Inimicus ero inimicis, affligam affligentes vos. Venientque ſuper vos univerſæ benedictiones* terræ. (L)

Exod. XIX. 5

Exod. XXIII. 22.

Deuteron. 28. 2.

L *I.* His hinc inde promiſſis quid egit Moyſes?

Exod. XXIV. 4.

Ibid. 6, 7, 8.

R. Scripſit Moyſes univerſos ſermones Domini: & ædificavit altare ad radices montis; Immolatiſque victimis, *tulit dimidiam partem ſanguinis & miſit in crateras: partem autem reſiduam fudit ſuper altare. Aſſumenſque volumen fœderis legit audiente populo, qui dixerunt. Omnia quæ locutus eſt Dominus faciemus, & erimus obedientes. Ille vero ſumptum ſanguinem reſperſit in populum & ait: Hic eſt ſanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his.* (M)

M Poſtea Moyſes accerſitus a Domino montem conſcendit, accepturus tum tabulas duas lapideas, in quibus digito Dei ſcribenda erant decem præcepta Decalogi, tum cætera quæ juſſu Dei erant obſervanda in religione Iudaica. (N) N

I. Cujus rei typus fuit lex data Judæis die ipſo quinquageſimo ab exitu ex Ægypto?

R. Typus fuit deſcenſus Spiritus ſancti in Apoſtolos cæteroſque Chriſti Diſcipulos Ieroſolymis congregatos. Illapſus eſt enim in eos cum fragore magno, die ipſa Pentecoſtes; hoc eſt, quinquageſima die, ex quo per Chriſti reſurrectionem a ſervitute diabolica fuimus liberati. Illapſus eſt, inquam, legem Dei ſcripturus *non in tabulis lapideis,* 2.Cor. III. 3.
ſed in tabulis cordis. (O) O

I. Cujus rei typus fuere lapides in quibus ſcripſit Deus legem ſuam?

R. His præfigurabantur corda Judæorum, corda, inquam, lapidea, ut cum Scripturis loquar. *Auferam cor lapideum de carne veſtra,* inquit Deus Ezech. 36.
apud Ezechielem, *& dabo vobis cor carneum. Et* 26.
Spiritum meum ponam in medio veſtri: & faciam ut in præceptis meis ambuletis. (P) P

I. Cujus rei typus fuit ſanguis victimarum a Moyſe fuſus ſuper altare, & reſperſus in populum in ſignum fœderis quod pepigerat Dominus cum Iſraelitis?

R. Typus fuit Sanguinis CHRISTI, quo a

pecca-

tas in cordibus noſtris, quæ plenitudo legis eſt, & præcepti finis. Nam quia veteris Teſtamenti terrena ſunt, licet (exceptis ſacramentis, quæ umbra erant futurorum, ſicut eſt circumciſio, & ſabbatum, & aliæ dierum obſervationes, & quarumdam eſcarum cærimoniæ, & multiplex ſacrificiorum ſacrorumque ritus, quæ vetuſtati carnalis legis jugoque ſervili congruebant,) talia contineat præcepta juſtitiæ, qualia nunc quoque obſervare præcipimur, quæ maxime duabus illis tabulis ſine figura adumbratæ ſignificationis expreſſa ſunt, ſicuti eſt, *Non adulte-*
Matt. XIX. 18. *rabis, non homicidium facies, non concupiſces,* & ſi quod aliud eſt mandatum quod in hoc ſermone recapitulatur,
Ibid. 19. *diliges proximum tuum ſicut teipſum:* tamen quia in eo, ſicut dixi, promiſſa terrena & temporalia recitantur, quæ bona ſunt hujus corruptibilis carnis, quamvis eis ſempiterna atque cæleſtia ad novum ſcilicet teſtamentum pertinentia figurentur.

(K) S. AUG. *Quæſt. 96. in Exod.* Notandum eſt, quod
Exod. XXIV. 3. iterum populus ita reſpondet, *Omnia verba, quæ locutus eſt Dominus, faciemus, & audiemus:* cum videatur ordo poſtulare, ut diceretur, audiemus & faciemus. Sed mirum niſi aliquis ſenſus hic latet. Nam ſi *audiemus,* pro eo poſitum eſt, quod eſt intelligemus, prius oportet verbis Dei reddere faciendi ſervitutem, ut ad intelligentiam earum rerum, quæ ipſo præcipiente fiunt, merito devotionis, qua non contemptæ, ſed factæ ſunt, ipſe perducat.

(L) EXOD. XXIII. 22. Quod ſi .... feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te ..... 25 ...... benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. 26. Non erit infœcunda, nec ſterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo. 27. Terrorem meum mittam in præcurſum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris: cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam.

DEUTER. XXVIII. 1. Si autem audieris vocem Domini Dei tui, ut facias atque cuſtodias omnia mandata ejus, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus, quæ verſantur in terra. 2. Venientque ſuper te univerſæ benedictiones, ...& apprehendent te.... 15. Quod ſi audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut cuſtodias & facias omnia mandata ejus, & cæremonias, quas ego præcipio tibi hodie, venient ſuper te omnes maledictiones, ... & apprehendent te.

(M) GAL. IX. 18. Unde nec primum (teſtamentum) quidem ſine ſanguine dedicatum eſt. 19. Lecto enim omni mandato legis a Moyſe univerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccinea, & hyſſopo; ipſum quoque librum, & omnem populum aſperſit, 20. Dicens: Hic ſanguis teſtamenti quod mandavit ad vos Deus.

(N) EXOD. XXIV. 12. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Aſcende ad me in montem, & eſto ibi: daboque tibi tabulas lapideas, & legem ac mandata quæ ſcripſi, ut doceas eos.

(O) JEREM. XXXI. 33. Hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael: Poſt dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum.

ACTOR. II. 1. Cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco: 2. Et factus eſt repente de cælo ſonus, tamquam advenientis Spiritus vehementis, & replevit totam domum ubi erant ſedentes. 3. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tamquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum. 4. Et repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis.

HEBR. X. 16. Hoc autem teſtamentum, quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum ſuperſcribam eas.

S. HIERONYM. *Epiſt. critic. ad Fabiol. Manſ.* 12. Supputemus numerum, & inveniemus quinquageſimo die egreſſionis Iſrael in Ægypto in vertice montis Sinai legem datam. Unde & Pentecoſtes celebratur ſolemnitas, & poſtea Evangelii ſacramentum Spiritus ſancti deſcenſione completur: ut ſicut priori populo quinquageſimo die, vero Jubilæo & vero anno remiſſionis .... lex data eſt: ad Apoſtolos quoque & qui cum eis erant, in centum viginti Moſaicæ ætatis numero conſtitutis, deſcenderit Spiritus ſanctus, & diviſis linguis credentium, totus Evangelica prædicatione mundus impletus ſit.

Vide ſupra litt. (B) S. AUG. *de Spirit. & litt. cap.* 16. *num.* 28.

(P) S. AUG. *Enarr. in Pſalm.* CII. n. 21. In lapide legem ſcripſerat, ſignificans duritiam Judæorum: in terra ſcripſit, ſignificans fructum Chriſtianorum.

Lib. de grat. & liber. arbitr. cap. 14. *num.* 29. Niſi poſſet Deus etiam duritiam cordis auferre, non diceret per Prophetam, *Auferam ab eis cor lapideum, &* Ezec. XI. 19.
dabo eis cor carneum. Quod de novo teſtamento fuiſſe prædictum, ſatis Apoſtolus oſtendit, ubi ait, *Epi-* 2. Cor. III.
ſtola noſtra vos eſtis, ſcripta non atramento, ſed Spiri- 2. 3.
tu Dei vivi; non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Quod non ideo dictum putemus, ut carnaliter vivant qui debent ſpiritualiter vivere: ſed quia lapis ſine ſenſu eſt, cui comparatum eſt cor durum, cui niſi carni ſentienti cor intelligens debuit comparari.

Hæc.

peccatis abluimur, velut ſigno novi & æterni fœde-
Q ris quod pepigit nobiſcum Deus. (Q)

I. Cujus rei typus fuere promiſſiones temporales factæ Iſraelitis, ſi tamen in præceptis divinis ambularent?

R *R.* Typus fuere promiſſionum ſpiritualium quæ Chriſtianis factæ ſunt. (R)

§ 11. *Moyſes in monte Sinai. Brevis expoſitio eorum omnium quæ præcepit ei Deus circa cultum externum Religionis.*

I. Quid egit Moyſes in Monte Sinai?

R. Ibi per dies quadraginta edoctus a Deo eſt de exemplari, juxta quod faciendum eſſet, 1. Tabernaculum, 2. Arca fœderis, 3. Propitiatorium, 4. Menſa panum propoſitionis, 5. Candelabrum, 6. Altare thymiamatis, 7. Altare holocauſtorum, 8. Labrum æneum, 9. Pontifi-
Exod. xxv. 40. calia & ſacerdotalia indumenta. *Inſpice*, inquit, non ſemel Deus Moyſi, *& fac ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt*. Tandem completis ſermonibus, quæ ad iſthæc omnia pertinebant, dedit Dominus ipſi duas tabulas teſtimonii lapideas ſcriptas digito Dei, quas ferret ad populum.

I. Quodnam exemplar Moyſi monſtratum eſt in monte, ut ſecundum illud iſthæc omnia operaretur?

R. Hoc exemplari ſignificavit Spiritus ſanctus quod docet Apoſtolus, Tabernaculum, Arcam, Propitiatorium, cæteraque ejusmodi umbram fuiſſe & figuram eorum quæ erant in nova lege complenda. (A) A

I. Quid hoc rei fuit, quod Tabernaculum appellas?

R. Tabernaculum erat veluti templum ambulatorium, uſui futurum populo Dei uſque ad ædificationem templi Jeroſolymitani. (B) B

a Partibus duabus conſtabat expanſo velo a ſe invicem diſtinctis. Prima pars tabernaculi Sanctum vocabatur, altera Sanctum ſanctorum. (C) C

I. Cu-

(Q) Hebr. x. 4. Impoſſibile enim eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata. 5. Ideo ingrediens mundum dicit: Hoſtiam, & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi. 6. Holocauſtomata pro peccato non tibi placuerunt. 7. Tunc dixi: Ecce venio .... ut faciam, Deus, voluntatem tuam ... 10. In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Jeſu Chriſti ſemel. 11. Et omnis quidem ſacerdos præſto eſt quotidie miniſtrans, & easdem ſæpe offerens hoſtias, quæ nunquam poſſunt auferre peccata. 12. Hic autem unam pro peccatis offerens hoſtiam ... 14. una ... oblatione conſummavit in æternum ſanctificatos .... 19. Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti .... 22. Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda a conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda ... 26. Voluntarie enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hoſtia .... 29. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?

(R) 1. Petr. II. 9. Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis: ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen ſuum. 10. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non conſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſecuti.

(A) Hebr. viii. 5. Qui exemplari & umbræ deſerviunt cœleſtium. Sicut reſponſum eſt Moyſi, cum conſummaret tabernaculum. Vide, inquit, omnia facito ſecundum
Exod. xxv. 40. exemplar, quod tibi oſtenſum eſt in monte.

(B) Exod. xxvi. 1. Tabernaculum vero ita facies: decem cortinas de byſſo retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto variatas opere plumario facies. 2. Longitudo cortinæ unius habebit viginti octo cubitos: latitudo, quatuor cubitorum erit. Unius menſuræ fient univerſa tentoria. 3. Quinque cortinæ ſibi jungentur mutuo, & aliæ quinque nexu ſimili cohærebunt. 4. Anſulas hyacinthinas in lateribus, ac ſummitatibus facies cortinarum, ut poſſint invicem copulari. 5. Quinquagenas anſulas cortina habebit in utraque parte, ita inſertas, ut anſa contra anſam veniat, & altera alteri poſſit aptari. 6. Facies & quinquaginta circulos aureos, quibus cortinarum vela jungenda ſunt, ut unum tabernaculum fiat. 7. Facies & ſaga cilicina undecim, ad operiendum tectum tabernaculi. 8. Longitudo ſagi unius habebit triginta cubitos: & latitudo, quatuor: æqua erit menſura ſagorum omnium. 9. E quibus quinque junges ſeorſum, & ſex ſibi mutuo copulabis, ita ut ſextum ſagum in fronte tecti duplices. 10. Facies & quinquaginta anſas in ora ſagi unius, ut conjungi cum altero queat: & quinquaginta anſas in ora ſagi alterius, ut cum altero copuletur. 11. Facies & quinquaginta fibulas æneas, quibus jungantur anſæ, ut unum ex omnibus operimentum fiat. 12. Quod autem ſuperfuerit in ſagis quæ parantur tecto, id eſt, unum ſagum quod amplius eſt, ex medietate ejus operies poſteriora tabernaculi. 13. Et cubitus ex una parte pendebit, & alter ex altera, qui plus eſt in ſagorum longitudine, utrumque latus tabernaculi protegens. 14. Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis: & ſuper hoc rurſum aliud operimentum de janthinis pellibus. 15. Facies & tabulas ſtantes tabernaculi de lignis ſethim. 16. Quæ ſingulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine ſingulos ac ſemiſſem. 17. In lateribus tabulæ, duæ incaſtraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur: atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur. 18. Quarum viginti erunt in latere meridiano, quod vergit ad auſtrum. 19. Quibus quadraginta baſes argenteas fundes, ut binæ baſes ſingulis tabulis per duos angulos ſubjiciantur. 20. In latere quoque ſecundo tabernaculi, quod vergit ad aquilonem, viginti tabulæ erunt. 21. quadraginta habentes baſes argenteas. Binæ baſes ſingulis tabulis ſupponentur. 22. Ad occidentalem vero plagam tabernaculi facies ſex tabulas, 23. & rurſum alias duas quæ in angulis erigantur poſt tergum tabernaculi. 24. Eruntque conjunctæ a deorſum uſque ſurſum, & una omnes compago retinebit. Duabus quoque tabulis, quæ in angulis ponendæ ſunt, ſimilis junctura ſervabitur. 25. Et erunt ſimul tabulæ octo, baſes earum argenteæ ſexdecim, duabus baſibus per unam tabulam ſupputatis. 26. Facies & vectes de lignis ſethim quinque ad continendas tabulas in uno latere tabernaculi, 27. & quinque alios in altero, & ejuſdem numeri ad occidentalem plagam. 28. qui mittentur per medias tabulas a ſummo uſque ad ſummum. 29. Ipſas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata contineant: quos operies laminis aureis.

Porro quod in eo cap. 26. faciendum jubet Deus Moyſi, cap. 36. totidem verbis factum eſſe narratur, illud itaque hic prætermittimus.

S. Aug. *Lib.* 15. *de Civitate Dei*, *c.* 10. *n.* 4. In tabernaculo teſtimonii, quod erat in itinere populi Dei velut templum ambulatorium, undecim vela cilicina fieri præcepta ſunt.

(C) Exod. xxvi. 31. Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumario & pulchra varietate contextum. 32. Quod appendes ante quatuor columnas de lignis ſethim, quæ ipſæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, ſed baſes argenteas. 33. Inſeretur autem velum per circulos, intra quod pones Arcam teſtimonii, quo & Sanctuarium & Sanctuarii Sanctuaria dividentur. 34. Pones & Propitiatorium ſuper Arcam teſtimonii in Sancto Sanctorum. 35. Menſamque extra velum: & contra menſam candelabrum in latere tabernaculi meridiano: menſa enim ſtabit in parte aquilonis. 36. Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumarii. 37. Et quinque columnas deaurabis lignorum ſethim, ante quas ducetur tentorium: quarum erunt capita aurea, & baſes æneæ.

Hebr. ix. 2. Tabernaculum enim factum eſt primum, in quo erant candelabra & menſa & propoſitio panum, quæ dicitur ſancta. 3. Poſt velamentum autem ſecundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum .... 6. His vero ita compoſitis; in priori quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes, ſacrificiorum officia conſummantes. 7. in ſecundo autem ſemel in anno ſolus

Pon-

Digitized by Google

PARS I. SECT. I. CAP. IV. §. 12.

I. Cujus rei typus tabernaculum fuit?

R. Sanctum ſanctorum typus fuit Regiæ cæleſtis. Sanctum typus fuit Chriſti in carne mortali, & Eccleſiæ quamdiu in terris exulat & peregrinatur. (D)

D

I. Quid eſt quod Arcam fœderis appellas?

R. Arca fuit capſæ genus ex lignis ſethim corruptionis expertibus compactæ, laminis ex auro puriſſimo interius exteriusque veſtitæ. In ea reconditæ ſervabantur tabulæ duæ lapideæ, in quibus ſcripſerat Deus verba Decalogi. Hinc Arcæ fœderis, ſeu Arcæ teſtimonii nomen: continebat enim Arca leges & teſtimonia Domini, & conditiones fœderis Deum inter & Judæos initi. In ſancto ſanctorum erat collocanda. (E)

E

I. Cujus rei typus fuit Arca fœderis?

F *R.* Humanitatis Chriſti. (F)

I. Propitiatorii nomine quid intelligis?

R. Propitiatorii nomen Arcæ operculo datum. Id erat ex auro ſolido mundiſſimo. Poſiti deſuper ex utraque parte propitiatorii duo Cherubim ex auro ductili, extendentes alas, & tegentes propitiatorium, ſeque mutuo reſpicientes verſis vultibus. Ex propitiatorio Deus dabat oracula: atque hæc cauſa eſt, cur dicatur ſæpius in Scripturis, Deus ſediſſe ſuper Cherubim. Hinc quoque propitiatorii nomen, a propitiatione ductum: quia Deus ex propitiatorio loquens, in homines propitius & benignus eſſe videbatur. (G)

G

I. Cujus rei typus Propitiatorium fuit?

R. Typus fuit humanitatis Chriſti, quæ tegit ejus divinitatem. Nimirum, ut ait Apoſtolus, *In ipſo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis* hominum. *Per ipſum acceſſum habemus ad Deum, & miſericordiam conſequimur.* (H)

Coloſſ. II. 9. Joann. II. 2. Rom. V. 2. & Epheſ. II. 18 Hebr. IV. 16.

H

I. Quam ob rem ſuper propitiatorium poſiti fuere Cherubim duo, ex utraque parte expanſis alis tegentes propitiatorium, ſeque invicem reſpicientes?

R. Ut aliqua ratione adumbrarent ſedem majeſtatis Dei, qui dicitur ſuper alas Cherubim quieſcere, atque ita Dei in Angelos imperium ſignaretur. Quoties in Scripturis majeſtas Dei deſcribitur, toties legitur magna circum ejus thronum ſtare Angelorum ipſi miniſtrantium frequentia. (I)

I

Quin & duobus illis CHERUBIM ſe ſe invicem

Pontifex, non ſine ſanguine, quem offert pro ſua & populi ignorantia.

(D) HEBR. IX. 8. Hoc ſignificante Spiritu ſancto, nondum propalatam eſſe ſanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum.... 11. Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non hujus creationis. 12. Neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem, introivit ſemel in ſancta, æterna redemptione inventa.

Exod. XXV. 10. VENERAB. BEDA *in cap. 25. Exodi. De lignis imputreſcentibus fabricatur arca*. De ſanctis mente & corpore ædificatur Eccleſia: quaſi aurum radiare debet tam interius ex vitæ ſplendore, quam exterius doctrinæ claritate. *Corona aurea per circuitum*, unitas Eccleſiæ eſt. *Quatuor circulis*, quatuor Evangelia, quæ in unitate Eccleſiæ prædicantur..... Fortes, perſeverantesque doctores veluti imputribilia quærendi ſunt, qui inſtructione ſacrorum voluminum ſemper inhærentes ſanctæ Eccleſiæ, ſemper unitatem denuncient.... Hæc arca habet in ſe duas tabulas. Et Eccleſia habet in ſe duo teſtamenta, & urnam auream, quam intelligimus carnem Chriſti: purumque reconditum in ſe habet perpetuæ divinitatis manna. Virga autem Aaron, veri Pontificis Jeſu ſceptrum quod ſanctæ Eccleſiæ commiſit. Propitiatorium ſuper arcam, ipſe Chriſtus inſinuatur, qui inter Deum & hominem medius propitiator intervenit. Hoc propitiatorium arcæ ſuperponitur: ſic Chriſtus caput Eccleſiæ eſt, cujus a dextris & a ſiniſtris duo Cherubim conſiſtunt, quod eſt plenitudo ſcientiæ, id eſt, dilectio Dei & proximi. Alii Cherubim duo teſtamenta intelligunt, quod ſacram Chriſti humanitatem obumbrant.... Menſa, fides eſt Eccleſiæ vel Scripturæ, in qua paſcitur diverſis alimoniis.

Ibid. 11. Ibid. 12.

(E) EXOD. XXV. 10. Arcam de lignis ſethim compingito, cujus longitudo habeat duos & ſemis cubitos: latitudo, cubitum & dimidium: altitudo, cubitum ſimiliter ac ſemiſſem. 11. Et deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris: faciesque ſupra coronam per circuitum, 12. & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos: duo circuli ſint in latere uno, & duo in altero. 13. Facies quoque vectes de lignis ſethim, & operies eos auro. 14. Inducesque per circulos qui ſunt in arcæ lateribus ut portetur in eis. 15. Qui ſemper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis. 16. Ponesque in arca teſtificationem quam dabo tibi.

XXVI. 33. Inſeretur autem velum per circulos, intra quod pones arcam teſtimonii, quo & Sanctuarium, & ſanctuarii ſanctuaria dividentur. 34. Pones & Propitiatorium ſuper arcam teſtimonii in Sancto ſanctorum.

HEBR. IX. 3. Poſt velamentum autem ſecundum, tabernaculum, quod dicitur ſancta ſanctorum. 4. Aureum habens thuribulum, & arcam teſtamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti. 5. Superque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium.

(F) S. GREG. MAGN. *Lib. 2. Homil. 22. & ult. in Ezechiel.* Arca quippe teſtamenti ipſe nobis factus eſt, de quo ſcriptum eſſe novimus: In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ abſconditi. Arca intra velum eſt, Redemptor noſter in cælo. Coloſſ. II. 3.

(G) EXOD. XXV. 17. Facies & Propitiatorium de auro mundiſſimo: duos cubitos & dimidium tenebit longitudo ejus, & cubitum ac ſemiſſem latitudo. 18. Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies, ex utraque parte oraculi. 19. Cherub unus ſit in latere uno, & alter in altero. 20. Utrumque latus propitiatorii tegant, expandentes alas, & operientes oraculum, reſpiciantque ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium quo operienda eſt arca.... 22. Inde præcipiam, & loquar ad te ſupra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt ſuper arcam teſtimonii, cuncta quæ mandabo per te filiis Iſrael.

XXXVII. 6. *& ſeq. narratur factum quod cap. 25. v. 17. imperaverat Deus Moyſi.*

NUMER. 7. 89. Cumque ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis, ut conſuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad ſe de propitiatorio, quod erat ſuper arcam teſtimonii inter duos Cherubim, unde & loquebatur ei.

PSAL. LXXIX. 2... Qui ſedes ſuper Cherubim, manifeſtare.

XCVIII. 1. Qui ſedet ſuper Cherubim.

ISAIÆ XXXVII. 16. Domine exercituum Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubim: tu es Deus ſolus omnium regnorum terræ, tu feciſti cælum & terram.

(H) ROM. V. 2. Juſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: per quem & habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.

EPHES. II. 18. Per ipſum habemus acceſſum ambo in uno ſpiritu ad Patrem.

HEBR. IV. 16. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.

1. JOHAN. II. 1... Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jeſum Chriſtum juſtum. 2. Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.

(I) ISAI. VI. 1. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum: & ea quæ ſub ipſo erant, replebant templum. 2. Seraphim ſtabant ſuper illud.... 3.... Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria ejus.

DANIEL. VII. 10. Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant illi.

APO-

Digitized by Google

cem reſpicientibus forte adumbratum fuit vetus
K & novum teſtamentum. (K)

I. Menſa panum propoſitionis quid fuit?

R. Menſa hæc fuit ex ligno ſethim corruptionis experte compacta undique auro mundiſſimo circumtecta, excipiendis ſolummodo panibus
L propoſitionis deſtinata. (L)

I. Panes illi, quos propoſitionis vocas, quid fuere?

R. Sic dicti panes duodecim, qui indeſinenter expoſiti erant ante altare Thymiamatis. Hi a ſacerdotibus ſeni, & ſeni ſuper menſam
M poſiti, ſemel in ſabbatho mutabantur novis ſuccedentibus. (M)

I. Cujus rei typus fuit menſa hæc cum panibus?

R. Typus fuit Altaris Euchariſtici, in quo Sacerdotes novæ legis Chriſtum ſub ſpecie panis quotidie offerunt; imo in quo Chriſtus ipſe Sacerdotum miniſterio offert ſemetipſum Deo patri pro peccatis hominum. PARS I. SECT. I. CAP. IV. §. II.
(N) N

I. Cur panes in menſa ponebantur numero duodecim?

R. Propter duodecim Tribus Iſrael, quibus præfigurabatur ſocietas univerſa Eccleſiæ, quæ per Chriſtum, & cum Chriſto, & in Chriſto offert ſe quotidie Deo ſacrificium in altari Euchariſtico. (O) O

I. Candelabrum quid fuit?

R. Id erat ductile ex auro puriſſimo eximia arte elaboratum. Ex ejus medio ſtipi-
te

APOCAL. IV. 5. De throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & ſeptem lampades ardentes ante thronum, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei.

V. II. Et vidi, & audivi vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & ſeniorum: & erat numerus eorum millia millium.

(K) S. AUGUST. *Quæſt.* 105. *in Exod.* In propitiatorio ſunt duo Cherubim, hinc atque inde alterutrum attendentes, ita ut vultus eorum in propitiatorium eſſent, & pennis ſuis obumbrarent propitiatorium: quod magnum eſt ſacramentum. Aurum quippe ſignificat ſapientiam, arca ſignificat ſecretum Dei. In arca juſſa ſunt poni lex, & manna, & virga Aaron: in lege præcepta ſunt, virga poteſtas ſignificatur, manna gratia; quia niſi cum gratia non eſt poteſtas præcepta faciendi. Verumtamen quia lex a quovis perficiente non ex omni parte completur, propitiatorium eſt deſuper.... Duo vero Cherubim pennis ſuis obumbrant propitiatorium, id eſt, honorant velando; quoniam myſteria iſta ibi ſunt: & invicem ſe attendunt, quia conſonant; duo quippe ibi teſtamenta figurantur.

S. GREG. PAPA Magn. *Hom.* 17. *in Evang.* Labrum quippe æneum Moyſes ponit, in quo Sacerdotes lavari debeant, & ſancta ſanctorum ingredi: quia lex Dei prius nos lavari per compunctionem præcipit, ut noſtra immunditia ad penetrandum ſecretorum Dei munditiam non ſit indigna... Ira Sacerdotis nequaquam debet eſſe præceps & perturbata, ſed magis ex conſilii gravitate metuenda. Et portare ergo debemus quos corrigimus, & corrigere quos portamus: ne ſi ex utroque unum defuerit, vel in fervore, vel in manſuetudine actio ſacerdotalis non ſit. Hinc namque eſt quod in templi miniſterio, in baſibus templi ſculptorio opere leones, & boves & Cherubim expreſſa ſunt. Cherubim quippe eſt plenitudo ſcientiæ. Sed quid eſt, quod in baſibus nec leones ſine bobus, nec boves ſine leonibus fiunt? Quid enim aliud deſignant baſes in templo, niſi Sacerdotes in Eccleſia, qui dum ſollicitudinem regiminis tolerant, quaſi more baſium, ſuper impoſitum onus portant? In baſibus ergo Cherubim exprimuntur, quia decet nimirum, ut Sacerdotum pectora plenitudine ſcientiæ ſint referta. Per leones autem terror ſeveritatis; per boves vero patientia manſuetudinis figuratur. Itaque in baſibus nec leones ſine bobus, nec boves ſine leonibus exprimuntur: quia ſemper in ſacerdotali pectore cum terrore ſeveritatis cuſtodiri debet virtus manſuetudinis: ut & iram manſuetudo condiat, & eandem manſuetudinem, ne fortaſſe diſſoluta ſit, zelus diſtrictionis accendat.

(L) EXOD. XXV. 23. Facies & menſam de lignis ſethim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac ſemiſſem. 24. Et inaurabis eam auro puriſſimo: faciesque illi labium aureum per circuitum. 25. Et ipſi labio coronam interraſilem altam quatuor digitis: & ſuper illam, alteram coronam aureolam. 26. Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis ejuſdem menſæ per ſingulos pedes. 27. Subter coronam erunt circuli aurei, ut mittantur vectes per eos, & poſſit menſa portari. 28. Ipſos quoque vectes facies de lignis ſethim, & circumdabis auro ad ſubvehendam menſam . . . 30. Et pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper.

(M) EXOD. XXV. 30. Pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper.

XXXV. 13. & XXXIX. 35. Menſam cum vectibus, & vaſis, & propoſitionis panibus.

LEVIT. XXIV. 5. Accipies quoque ſimilam, & coques ex ea duodecim panes, qui ſinguli habebunt duas decimas; 6. quorum ſenos altrinſecus ſuper menſam puriſſimam coram Domino ſtatues: 7. & pones ſuper eos thus lucidiſſimum, ut ſit panis in monimentum oblationis Domini. 8. Per ſingula ſabbata mutabuntur coram Domino ſuſcepti a filiis Iſrael fœdere ſempiterno: 9. Eruntque Aaron, & filiorum ejus, ut comedant eos in loco ſancto: quia ſanctum ſanctorum eſt de ſacrificiis Domini jure perpetuo.

I. REG. XXI. 6. Dedit ergo ei (David) ſacerdos ſanctificatum panem. Neque enim erat ibi panis; niſi tantum panes propoſitionis, qui ſublati fuerant a facie Domini, ut ponerentur panes calidi.

(N) S. CYRILL. HIEROSOL. *Catech. Eccleſ. & myſtagog. num.* 13. Panis propoſitionis ſanctificatus indicat eximias divitias bonitatis Dei: quod filius Dei homo factus eſt, & ſeipſum propoſuit corpusque obtulit hoſtiam, oblationem redemptivam, propitiationem pro mundi vita quemadmodum ait Johannes: Ego ſum *Joban.* VI.
panis qui de cœlo deſcendi, & qui manducat carnem 51.
meam vivet in æternum. De quo etiam Jeremias: *Jerem.* XI.
Venite & immittamus lignum in panem ejus: oſten- 19.
dens lignum crucis in quo corpus ejus infixum.

S. HIERONYM. *in cap.* I. *Malachiæ*. Vultis ergo ſcire in quo deſpexiſtis nomen meum? Offertis ſuper altare meum panem pollutum: Panes videlicet propoſitionis, quos juxta traditiones Hebraicas, ipſi terere, ipſi demetere, ipſi molere, ipſi coquere debebatis, & nunc ſumitis quoſcumque de medio, & voce temeraria reſpondetis, & dicitis: *In quo polluimus eos, ſive* *Mal.* I. 7.
te? Dum enim ſacramenta violantur, ipſe cujus ſunt ſacramenta violatur... Corripit ſermo divinus Epiſcopos, atque Presbyteros, & Diaconos negligentes, ſive quoniam genus ſacerdotale, & regale ſumus, omnes qui baptizati in Chriſto, Chriſti cenſentur nomine, cur deſpiciant nomen Dei?.. Offertis, inquit,
ſuper altare meum panem pollutum. Polluimus panem, *Ibid.*
id eſt, corpus Chriſti, quando indigni accedimus ad altare, & ſordidi mundum ſanguinem bibimus, & dicimus; menſa Domini deſpecta eſt; ..opera peccatorum deſpiciunt menſam Dei.

S. JOHANN. DAMASCEN. *Lib.* 4. *orthodoxæ fidei cap.* 14. Quemadmodum naturaliter panis per cibum, & vinum, & aqua per potum, in comedentis ac bibentis corpus, & ſanguinem immutantur, corpusque alterum fiunt atque a priori ipſius corpore diverſum: ſic propoſitionis panis ac vinum, & aqua, per ſancti Spiritus invocationem, & adventum, mirabili modo in Chriſti corpus, & ſanguinem vertuntur, nec ſunt duo ſed unum & idem. Quocirca iis qui ſacramentum iſtud per fidem digne percipiunt, in peccatorum remiſſionem, & vitam æternam animique, & corporis præſidium cedit: iis contra qui perfide indigneque ſuſcipiunt, in pœnam ac ſupplicium.... Hunc panem panes figurabant propoſitionis.

(O) S. AUG. *Lib.* 10. *de Civit. Dei*, *c.* 20. Unde venit ille mediator, in quantum formam ſervi accipiens, mediator effectus eſt Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus, cum
in forma Dei ſacrificium cum patre ſumat, cum quo & I. *Timoth.*
unus Deus eſt; tamen in forma ſervi ſacrificium maluit II. 5.
eſſe quam ſumere, ne vel hac occaſione quiſquam exiſtimaret cuilibet ſacrificandum eſſe creaturæ. Per hoc & ſa-

ac procedebant ſex calami, nimirum ex utraque parte tres; in ſummitate ſtipitis, & cujusque calami lampas una, atque ita lampades ſeptem.

Iſtæ lampades ardebant coram altari Thymiamatis e regione menſæ. Erat enim candelabrum in parte meridiana tabernaculi, menſa panum propoſitionis in parte ſeptentrionali; & medium altare thymiamatis contra velum. (P)

I. Cujus rei typus fuit candelabrum cum lampadibus?

R. Typus fuit Chriſti, & Paſtorum Eccleſiæ. (Q)

I. Altare thymiamatis quid erat?

R. Eo nomine deſignatur arca minor ex lignis ſethim, auro undequaque tecta, poſita in medio tabernaculi contra arcam fœderis, extra velum, quod ſanctum ſanctorum a ſancto dividebat, ita ut intermedium expanderetur. In ea offerebant ſacerdotes mane & veſpere thymiama coram Domino concremandum. Nec alius fuit hujus altaris uſus. (R)

I. Cujus rei typus fuere altare & thymiamata?

R. Altare typus fuit Chriſti; thymiamata, orationis. Nimirum Chriſtus pro nobis indeſinenter orat; & diriguntur quotidie ſicut incenſum ſuave-olens in conſpectu Domini, quas ad Deum pro ſemetipſis & pro populo fundunt Sacerdotes per Chriſtum orationes. (S)

I. Altare holocauſtorum quid erat?

R. Sic dictum altare majus de lignis ſethim, veſtitum undequaque laminis æneis; offerendis holocauſtis cæteriſque omnibus ſacrificiis deſtinatum. Poſitum autem erat altare holocauſti foris in atrio contra velum, quo tabernaculum claudebatur. (T)

I. Cujus rei typus fuit altare holocauſtorum?

R. Ty-

cerdos eſt, ipſe offerens, ipſe & oblatio. Cujus rei ſacramentum quotidianum eſſe voluit Eccleſiæ ſacrificium: quæ cum ipſius capitis corpus ſit, ſe ipſam per ipſum diſcit offerre. Hujus veri ſacrificii multiplicia variaque ſigna erant ſacrificia priſca ſanctorum, cum hoc unum per multa figuraretur, tamquam verbis multis res una diceretur, ut ſine faſtidio multum commendaretur. Huic ſummo veroque ſacrificio cuncta ſacrificia falſa ceſſarunt.

(P) Exod. xxv. 31. Facies & candelabrum ductile de auro mundiſſimo, haſtile ejus, & calamos, ſcyphos, & ſpherulas, ac lilia, ex ipſo procedentia. 32. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex uno latere, & tres ex altero. 33. Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos, ſpherulaque ſimul & lilium: & tres ſimiliter ſcyphi inſtar nucis in calamo altero, ſphærulaque ſimul & lilium. Hoc erit opus ſex calamorum, qui producendi ſunt de haſtili: 34. In ipſo autem candelabro erunt quatuor ſcyphi in nucis modum, ſpherulæque per ſingulos & lilia. 35. Spherulæ ſub duobus calamis per tria loca, qui ſimul ſex fiunt, procedentes de haſtili uno. 36. Et ſpherulæ igitur & calami ex ipſo erunt, univerſa ductilia de auro puriſſimo. 37. Facies & lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrum, ut luceant ex adverſo. 38. Emunctoria quoque, & ubi quæ emuncta ſunt extinguantur, fiant de auro puriſſimo. 39. Omne pondus candelabri cum univerſis vaſis ſuis habebit talentum auri puriſſimi.

(Q) Matth. v. 14. Vos eſtis lux mundi: non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita. 15. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt. 16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.

Johann. viii. 12.... Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.

Apoc. i. 20. Sacramentum ſeptem ſtellarum, quas vidiſti in dextera mea, & ſeptem candelabra aurea, ſeptem ſtellæ, Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum: & candelabra ſeptem Eccleſiæ ſunt.

S. Greg. Papa Magnus *Hom. 6. in Ezechel. lib.* 1. Quis in candelabro, niſi redemptor humani generis deſignantur? Qui in natura humanitatis infulſit lumine divinitatis, ut mundi candelabrum fieret, quatenus in ejus lumine omnis peccator, in quibus jaceret tenebris videret. Qui pro eo quod naturam noſtram ſine culpa ſuſcepit: candelabrum tabernacoli ex auro puriſſimo fieri jubetur. Ductile autem feriendo producitur, quia & redemptor noſter, qui ex conceptione & nativitate perfectus Deus & homo extitit, paſſionum ictus pertulit, & ſic ad reſurrectionis gloriam pervenit. Ex auro ergo mundiſſimo ductile candelabrum fuit; quia & peccatum non habuit, & tamen ejus corpus per paſſionis contumelias ad immortalitatem profecit.

Venerab. Beda *in cap.* 25. *Exod.* Candelabrum Spiritus ſancti gerebat imaginem, qui ſeptiformi gratia illuſtrat Eccleſiam.... Alii candelabrum intelligunt Chriſtum geſtantem ſeptem Eccleſias, in quibus ſeptiformis ſplendor Spiritus ſancti emicat. Hoc candelabrum habuit emunctoria, quæ duo teſtamenta ſignificare poſſunt, quibus vitia purgantur.

(R) Exod. xxx. 1. Facies quoque altare ad adolendum thymiama, de lignis ſethim, 2. habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id eſt, quadrangulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipſo procedent. Veſtieſque illud auro puriſſimo, tam craticulam ejus, quam parietes per circuitum, & cornua. Facieſque ei coronam aureolam per gyrum, 4. & duos annulos aureos ſub corona per ſingula latera, ut mittantur in eos vectes, & altare portetur. 5. Ipſos quoque vectes facies de lignis ſethim, & inaurabis. 6. Poneſque altare contra velum, quod ante arcam pendet teſtimonii coram propitiatorio, quo tegitur teſtimonium, ubi loquar tibi. 7. Et adolebit incenſum ſuper eo Aaron, ſuave fragrans, mane. Quando componet lucernas, incendet illud. 8. Et quando collocabit eas ad veſperum, uret thymiama ſempiternum coram Domino.

Luc. i. 9. Secundum conſuetudinem ſacerdotii, ſorte exiit (Zacharias) ut incenſum poneret, ingreſſus in templum Domini: 10. Et omnis multitudo populi erant orans foris hora incenſi.

(S) Psal. cxl. 2. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo: elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

Apocalyps. *verſ.* 8. Viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram agno, habentes ſinguli ...... phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum.

viii. 3. Angelus ... ſtetit ante altare habens thuribulum aureum: & data ſunt illi incenſa multa, ut daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei. 4. Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum de manu Angeli coram Deo.

Origen. *in Num. cap.* 4. *homil.* 5. *pag.* 109..... Alii ſiunt altare incenſi, quicumque orationibus & jejuniis die ac nocte vacant in templo Dei, orantes non ſolum pro ſemetipſis, ſed & pro univerſo populo.

S. Aug. *Enarr. in Pſal.* cxl. *n.* 5. Oratio ergo pure directa de corde fideli, tamquam de ara ſancta ſurgit incenſum.

(T) Exod. xxvii. 1. Facies & altare de lignis ſethim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id eſt, quadrum, & tres cubitos in altitudine. 2. Cornua autem per quatuor angulos ex ipſo erunt: & operies illud ære. 3. Facieſque in uſus ejus lebetes ad ſuſcipiendos cineres, & forcipes atque fuſcinulas, & ignium receptacula. Omnia vaſa ex ære fabricabis. 4. Craticulamque in modum retis æneam: per cujus quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei, 5. quos pones ſubter arulam altaris: eritque craticula uſque ad altaris medium. 6. Facies & vectes altaris de lignis ſethim duos, quos operies laminis æneis: 7. Et induces per circulos, eruntque ex utroque latere altaris ad portandum. 8. Non ſolidum, ſed inane & cavum intrinſecus facies illud,

Quid

R. Typus fuit crucis in qua immolatus eſt Chriſtus, victima veteribus illis holocauſtis & victimis adumbrata. Atque hæc quidem ratio eſt cur extra fores taberaaculi in atrium poſitum ſit altare holocauſtorum. Chriſtus enim paſſurus erat extra portas Jeruſalem in monte Calvariæ. (V)

V

I. Quid hoc rei eſt quod labrum æneum appellaſti?

R. Sic appello vas æneum miræ amplitudinis, in quo ponebatur aqua apta lavandis manibus & pedibus Sacerdotum antequam ingrederentur in ſanctuarium. Ideoque poſitum fuit labrum hoc in veſtibulo intee altare holocauſti & tabernaculum. (X)

X

I. Cur Sacerdotes lavabant pedes & manus antequam ingrederentur in ſanctuarium?

R. Ut vel inde intelligerent quam deberent eſſe mundi corde & conſcientia ad obeunda ſacra ſacerdotii ſui munia. Juxta hunc ritum ponitur etiamnum in introitu Eccleſiarum aqua benedicta. (Y)

Y

I. Quænam erant indumenta Pontificis dum in tabernaculo miniſtraret?

R. Erant hæc magnifica prorſus. Horum autem nomina hæc ſunt: Feminalia linea, Tunica linea ſtrictior, ſuperhumeralis tunica hyacinthina, Balteus, Ephod, Rationale & Tiara. (Z)

Z

I. Quænam erant indumenta cæterorum Sacerdotum dum ſacris miniſtrarent?

R. Feminalia linea, tunica item linea, Balteus, & Tiara. Porro nec Sacerdotibus, nec Pontifici fas erat extra ſacrum miniſterium uti veſtibus ſacris. (AA)

AA

I. Cujus rei typus fuere iſthæc indumenta?

R. In his adumbratas cernere licet virtutes quibus inſtructos eſſe miniſtros Domini neceſſe ſemper fuit. (BB)

BB

§. 12.

Quid erant holocauſtum, quid cætera apud Judæos uſurpata ſacrificia, pete infra in ſect. 2. tertiæ partis hujuſce operis c. 7. in quo agitur de ſacrificio Miſſæ, §. 4.

(V) HEB. XIII. 11. Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in Sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra. 12. Propter quod & Jeſus, ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. 13. Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium ejus portantes.

(X) EXOD. XXX. 18. Facies & labrum æneum cum baſi ſua ad lavandum: ponesque illud inter tabernaculum teſtimonii & altare. Et miſſa aqua, 19. lavabunt in ea Aaron, & filii ejus manus ſuas ac pedes, 20. quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonii, & quando acceſſuri ſunt ad altare, ut offerant in eo thymiama Domino, 21. ne forte moriantur.

(Y) *Vide ſupra littera* (K) S. GREGOR. *homil.* 17. *in Evang.*

VENERAB. BEDA *lib.* 3. *de Tabernaculo cap.* 14. *& ultimo.* Poteſt quidem hoc labio five labro.... principaliter aqua Baptiſmatis intelligi: cujus lavacro neceſſe eſt purgentur omnes, qui Eccleſiæ januas ingrediuntur,..... Conſequentius labrum hoc oblationem nobis compunctionis & lacrymarum commendat, qua ſemper opus habemus, maxime autem cum myſteriis cæleſtibus miniſtraturi appropitiemus. Quia enim altare holocauſti, in quo carnes victimarum Domino incendebantur, extinctionem deſignat carnalium concupiſcentiarum per ignem Spiritus ſancti: altare vero thymiamatis puritatem ſignificat eorum, qui ſopitis per omnia carnis illecebris, ac certamine vitiorum pacato, pro ſola expectatione ac deſiderio cæleſtis introitus lacrymas fundunt amoris: recte prope altare holocauſti labrum ponitur, in quo abluti Sacerdotes ingrediantur tabernaculum.

Vide quæ de eadem re dicemus infra ſub titulo de aqua benedicta in tertia parte hujus operis, ſectione 2. cap. 8. §. 6.

(Z) EXOD. XXVIII. 2. Faciesque veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. 4. Hæc autem erunt veſtimenta quæ facient: rationale & ſuperhumerale, tunicam & lineam ſtrictam, cidarim & balteum..... 6. Facient autem ſuperhumerale de auro & hyacintho & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere polymito. 7. Duas oras junctas habebit in utroque latere ſummitatum, ut in unum redeant. 8. Ipſa quoque textura & cuncta operis varietas erit ex auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto & byſſo retorta. 9. Sumesque duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael: 10. Sex nomina in lapide uno, & ſex reliqua in altero, juxta ordinem nativitatis eorum. 11. Opere ſculptoris & cælatura gemmarii, ſculpes eos nominibus filiorum Iſrael, incluſos auro atque circumdatos: 12. & pones in utroque latere ſuperhumeralis memoriale filiis Iſrael. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino ſuper utrumque humerum, ob recordationem. 13. Facies & uncinos ex auro, 14. & duas catenulas ex auro puriſſimo ſibi invicem cohærentes, quas inſeres uncinis. 15. Rationale quoque judicii facies opere polymito juxta texturam ſuperhumeralis, ex auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta. 16. Quadrangulum erit & duplex: menſuram palmi habebit tam in longitudine, quam in latitudine. 17. Ponesque in eo quatuor ordines lapidum: in primo verſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmaragdus: 18. In ſecundo carbunculus, ſapphirus, & jaſpis: 19. In tertio ligurius, achates, & amethyſtus. 20. In quarto chryſolythus, onychinus, & beryllus, incluſi auro erunt per ordines ſuos. 21. Habebuntque nomina filiorum Iſrael: duodecim nominibus cælabuntur, ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim Tribus. 22. Facies in rationali catenas ſibi invicem cohærentes ex auro puriſſimo: 23. & duos annulos aureos, quos pones in utraque rationalis ſummitate: 24. Catenasque aureas junges annulis, qui ſunt in marginibus ejus: 25. & ipſarum catenarum extrema duabus copulabis uncinis in utroque latere ſuperhumeralis, quod rationale reſpicit. 26. Facies & duos annulos aureos, quos pones in ſummitatibus rationalis, in oris, quæ e regione ſunt ſuperhumeralis, & poſteriora ejus aſpiciunt. 27. Nec non & alios duos annulos aureos, qui ponendi ſunt in utroque latere ſuperhumeralis deorſum, quod reſpicit contra faciem juncturæ inferioris, ut aptari poſſit cum ſuperhumerali, 28. & ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhumeralis vitta hyacinthina, ut maneat junctura fabrefacta, & a ſe invicem rationale & ſuperhumerale nequeant ſeparari. 29. Portabitque Aaron nomina filiorum Iſrael in rationali judicii ſuper pectus ſuum, quando ingredietur ſanctuarium, memoriale coram Domino in æternum. 30. Pones autem in rationali judicii Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino: & geſtabit judicium filiorum Iſrael in pectore ſuo, in conſpectu Domini ſemper. 31. Facies & tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam, 32. In cujus medio ſupra erit capitium, & ora per gyrum ejus textilis, ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus, ne facile rumpatur. 33. Deorſum vero, ad pedes ejuſdem tunicæ per circuitum, quaſi mala punica facies, ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto mixtis in medio tintinnabulis. 34. Ita ut tintinnabulum ſit aureum & malum punicum. 35. Et veſtietur ea Aaron in officio miniſterii, ut audiatur ſonitus quando ingreditur & egreditur ſanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur. 36. Facies & laminam de auro puriſſimo: in qua ſculpes opere cælatoris Sanctum Domino. 37. Ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram, 38. imminens fronti Pontificis. Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerint & ſanctificaverunt filii Iſrael in cunctis muneribus & donariis ſuis. Erit autem lamina ſemper in fronte ejus, ut placatus ſit eis Dominus. 39. Stringesque tunicam byſſo, & tiaram byſſinam facies, & balteum opere plumarii.

(AA) EXOD. XXVIII. 40. Porro filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos ac tiaras, in gloriam & decorem...... 42. Facies & feminalia linea, ut operiant carnem turpitudinis ſuæ, a renibus uſque ad femora: 43. & utentur eis Aaron, & filii ejus..... ne iniquitatis rei moriantur.

(BB) S. AUG. *Quæſt.* 119. *in Exod.* Teſtimonia quædam ſignificari voluit in veſte ſacerdotali, quia utique ſignificatur Eccleſia per hæc tintinnabula, ut nota ſit converſa-

PARS I. SECT. I. CAP. IV. §. 12.

§. 12. *Conflatur vitulus aureus. Hujus ſceleris dant pœnas Iſraelitæ. Velum ante faciem Moyſis. Electio Aaronis in ſacerdotium, & Levitarum in miniſterium tabernaculi.*

I. Quid egerant Iſraelitæ in radice montis Sinai, dum Moyſes in ſummitate montis moraretur per dies quadraginta?

R. Immorante diutius Moyſe, populus deſperato ejus reditu Aaronem compulit ſimulacra facere, Is præ ignavia plebi nimium obſequutus, fecit ex auro vitulum conflatilem, quem populus adoravit. (A) A

I. Quid egit Moyſes e monte redux?

R. *Cum appropinquaſſet ad caſtra, vidit vitulum, & choros, iratusque valde projecit de manu tabulas*, quas ferebat ad populum ſcriptas digito Dei, *& confregit eas ad radicem* Exod. XXXII. 19. 20. *montis: arripienſque vitulum quem fecerant, combuſſit & contrivit uſque ad pulverem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Iſrael*. Tum increpavit graviter Aaronem ob tantum nefas. Congregatiſque ad ſe omnibus filiis

Tit. II. 7. 2.Tim. II. 2. verſatio ſacerdotis; ſicut Apoſtolus dicit, circa omnes te ipſum honorum operum præbens exemplum: aut illud: Quæ audiſti a me per multos teſtes, hæc eadem commenda fidelibus, & iis qui idonei ſunt & alios docere.

Quæſt. 122. Quid eſt quod ait: Femoralia facies linea tegere turpitudinem corporis eorum, quaſi apparere poſſet tanta deſuper veſte adhibita? Niſi quia ſignum eſſe voluit in hoc caſtitatis, vel continentiæ: quæ ideo per indumentum ſignificatur, ut non a ſeipſo habita, ſed data intelligatur.

S. HIERON. *Epiſt. ad Fabiolam*, t. 12. p. 583. Legimus in Levitico, juxta præceptum Dei, Moyſen laviſſe Aaron & filios ejus. Jam tunc purgationem mundi, & rerum omnium, ſanctitatem baptiſmi ſacramenta ſignabant. Non accipiunt veſtes, niſi lotis prius ſordibus, nec ornantur ad ſacra, niſi in Chriſto novi homines renaſcantur.. Præceptis Dei lavandi ſumus, & cum parati ad indumentum Chriſti, tunicas pelliceas depoſuerimus, tunc induemur veſte linea nihil in ſe mortis habente, ſed tota candida: ut de baptiſmo conſurgentes, cingamus lumbos in veritate, & tota priſtinorum peccatorum turpitudo celetur..... Poſt feminalia, & lineam tunicam induimur hyacinthino veſtimento, & incipimus de terrenis ad alta conſcendere. Hæc ipſa hyacinthina tunica, a ſeptuaginta ὑποδύτης, id eſt, ſubucula nominatur, & proprie Pontificis eſt, ſignificatque rationem ſublimium non patere omnibus, ſed majoribus atque perfectis.... Nec ſufficit nobis priorum ablutio peccatorum, baptiſmi gratia, doctrinæ ſecretior, niſi habuerimus & opera. Unde jungitur & Ephod, id eſt, ſuperhumerale, quod rationali copulatur: ut non ſit laxum, neque diſſolutum, ſed hæreant ſibi invicem, & auxilio ſint. Ratio enim operibus, & opera ratione indigent; ut quod mente percipimus, opere perpetremus. Duoque lapides in ſuperhumerali, vel Chriſtum ſignificant & Eccleſiam, duodecim Apoſtolorum, qui ad prædicationem miſſi ſunt, nomina continentes, vel literam & ſpiritum, in quibus continentur legis univerſa myſteria. In dextera ſpiritus, in læva litera eſt: per literas ad verba deſcendimus; per verba venimus ad ſenſum ... In rationali veritas eſt, id eſt, ſcientia ut noverit quæ docenda ſint: & manifeſtatio atque doctrina, ut poſſit inſtruere alios, quod mente concepit .... Lamina aurea rutilat in fronte: nihil enim nobis prodeſt omnium rerum eruditio, niſi Dei ſcientia coronemur.... Tanta debet eſſe ſcientia & eruditio Pontificis Dei, ut & greſſus ejus, & motus, & univerſa vocalia ſint; veritatem mente concipiat, & toto eam habitu reſonet & ornatu: ut quidquid egit, quidquid loquitur, ſit doctrina populorum. Abſque tintinnabulis enim & diverſis coloribus, & gemmis floribuſque virtutum, nec ſancta ingredi poteſt, nec nomen Antiſtitis poſſidere.

S. GREGOR. MAGNUS Papa, 1. *Paſtoralis curæ Part.* 2. c. 3. Sit rector operatione præcipuus, ut vitæ viam ſubditis vivendo denunciet, & grex qui paſtoris vocem moreſque ſequitur, per exempla melius quam per verba gradiatur. Qui enim loci ſui neceſſitate exigitur ſumma dicere, hac eadem neceſſitate compellitur ſumma monſtrare. Illa namque vox libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat: quia quod loquendo imperat, oſtendendo adjuvat ut fiat: ...... nulla præſentis vitæ appetat, nulla pertimeſcat: blandimenta mundi reſpecto intimo terrore deſpiciat, terrores autem conſiderato internæ dulcedinis blandimento contemnet. Unde ſupernæ quoque vocis imperio in utroque humero Sacerdos velamine ſuperhumeralis adſtringitur: ut contra adverſa ac proſpera, virtutum ſemper or-
2.Cor. VI. 7. namento muniatur: quatenus juxta vocem Pauli per arma juſtitiæ a dextris ſiniſtriſque gradiens, cum ad ſola quæ interiora ſunt nititur, in nullo delectationis infimæ latere flectetur: non hunc proſpera elevent, non adverſa perturbent; non blanda uſque ad voluptatem demulceant, non aſpera ad deſperationem premant: ut dum nullis paſſionibus intentionem mentis humiliat, quanta in utroque humero ſuperhumeralis pulchritudine tegatur oſtendat. Quod recte etiam ſuperhumerale ex auro, hyacintho, purpura bis tincto cocco, & torta fieri byſſo præcipitur: ut quanta Sacerdos clareſcere virtutum diverſitate debet, demonſtretur. In Sacerdotis quippe habitu ante omnia aurum fulget, ut in eo intellectus ſapientiæ principaliter emicet. Cui hyacinthus, qui aereo colore reſplendet, adjungitur; ut per omne quod intelligendo penetrat, non ad favores infimos, ſed ad amorem cæleſtium ſurgat: ne dum ſuis incautus laudibus capitur, ipſe etiam veritatis intellectu vacuetur. Auro quoque & hyacintho purpura permiſcetur; ut videlicet ſacerdotale cor, cum ſumma quæ prædicat ſperat, in ſemetipſo etiam ſuggeſtiones vitiorum reprimat ... Auro autem hyacintho ac purpuræ bis tinctus coccus adjungitur; ut ante interni judicis oculos omnia virtutum bona ex charitate decoretur; & cuncta quæ coram hominibus rutilant, hæc in conſpectu occulti arbitri flamma intimi amoris accendat: quæ ſcilicet charitas, quia Deum ſimul ac proximum diligit, quaſi ex duplici tinctura fulgeſcit. Qui igitur ſic ad auctoris ſpeciem anhelat, ut proximorum curam negligat, vel ſic proximorum curam exequitur, ut a divino amore torpeſcat: quia unum horum quodlibet negligit, in ſuperhumeralis ornamento habere coccum bis tinctum neſcit. Sed cum mens ad præcepta charitatis tenditur, reſtat proculdubio, ut per abſtinentiam caro maceretur. Unde & bis tincto cocco torta byſſus adjungitur, de terra etenim byſſus nitenti ſpecie oritur; & quid per byſſum, niſi candens decore munditiæ corporalis caſtitas deſignatur? Quæ videlicet torta, pulchritudini ſuperhumeralis innectitur; quia tunc caſtimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur, cum per abſtinentiam caro fatigatur.

VENERAB. BEDA *in cap.* 28. *Exodi*. Moraliter in Pontificis habitu aurum fulget, dum ſenſu emicat: cui hyacinthinus jungitur, ut per omne quod tractat, ad amorem ſurgat ſupernorum. Huic admiſcetur regalis purpura, ut vitiorum ſuggeſtiones veluti ex poteſtate regia comprimat. Coccus quoque bis tinctus eſt, ut ante interni judicis oculos omnium virtutum bona decorentur charitate ..... De terra byſſus nitenti ſpecie oritur, per quod candens eſt: & munditiæ corporalis caſtitas deſignatur, quæ torta pulchritudini ſuperhumeralis innectitur: quia tunc caſtimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur, cum per abſtinentiam carnem affligit, ſiquidem & balteo præcingitur, per quod incentiva & luxuriæ libidinum reſtringuntur. Sacerdos autem tabernaculum ingrediens in tunica tintinnabulis ambitur, ut vocem prædicationis habeat..... Malum quoque punicum jungitur tintinnabulis, ut per illa doctrinæ fidei unitas deſignetur.

(A) EXOD. XXXII. 1. Videns autem populus quod moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, congregatus adverſus Aaron, dixit: Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant: Moyſi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit. 2. Dixitque ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de uxorum, filiorumque & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me. 3. Fecitque populus quæ juſſerat, deferens inaures ad Aaron. 4. Quas cum ille accepiſſet, formavit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem, dixeruntque: Hi ſunt dii tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti. 6. Surgenteſque mane obtulerunt holocauſta & hoſtias pacificas: & ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.

In

Digitized by Google

a Ibid. 27. Ibid. 28. 29. filiis Levi, juſſit ut irent & redirent [a] *de porta ad portam per medium caſtrorum, & occideret unuſquiſque fratrem & amicum, & proximum ſuum*. Quod cum factum eſſet, (B) *ceciderunt in die illa quaſi viginti tria millia hominum; & ait Moyſes Levitis: conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, unuſquiſque in filio & in fratre ſuo, ut detur vobis benedictio*. B

Ibid. 30. *I.* Quid egit poſthæc Moyſes?

R. Poſtera die *locutus eſt ad populum: Peccaſtis peccatum maximum*. Placataque precibus ira Dei, conſcendit iterum in montem, *fuitque ibi cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes, panem non comedens, & aquam non bibens*. Inde reverſus tulit novas ex lapide tabulas duas ſcriptas ſicut prius; perfecitque omnia quæ præceperat ei Deus circa tabernaculi conſtructionem, & miniſterium. Cum autem deſcenderet de monte, apparuit facies ejus radians ex conſortio Domini, oſtenderat enim ipſi Deus ex parte gloriam ſuam. Hinc factum eſt ut ipſa velamen ſuper faciem ſuam ponere cogeretur quoties loquebatur ad populum. (C) C

I. Cujus rei typus fuit velamen illud?

2. Cor. III. 13. 14. 15. 16. *R.* Rem ſic explicat Apoſtolus: *Sicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam ut non intenderent filii Iſrael in faciem ejus:* Sic *obtuſi ſunt ſenſus eorum* (Judæorum): *Uſque in hodiernum enim diem id ipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet non revelatum, quoniam in Chriſto evacuatur. Sed uſque in hodiernum diem cum legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum: cum autem converſus fuerit ad Dominum auferetur velamen*. (D)

PARS I. SECT. I CAP. IV. §. 12. D

I. Quis in Iſraelitis electus eſt ad Pontificatum, ad ſacerdotium, ad miniſterium tabernaculi?

R. Aaronem Moyſes a Domino juſſus in Pontificem conſecravit; filii Aaron omnes in ſacerdotium conſecrati. Tribus Levi tota ſegregata in inferiora tabernaculi miniſteria. (E) E

Non affectu humano ductus, Aaronem fratrem & filios ejus & Tribum Levi, ſuam utique, in ſacerdotium miniſteriumve ſelegit Moyſes; id enim ſi feciſſet impellente natura, quid ni filios ſuos eorumque poſteros elegit potius in ſacerdotium?

Id itaque fecit Dei juſſu, quod & Iſraeli miraculo duplici inſigniter declaratum voluit Deus.

Core, Dathan, & Abiron, aliique ex filiis Iſrael ducenti quinquaginta viri proceres ſteterunt adverſus Moyſen, & Aaron, de uſurpato, ut ipſis videbatur, ſacerdotio conqueſti. Seditionis auctores terra abſorbuit, reliquos murmurantes conſumſit ignis egreſſus a Domino. (F) F

Tum Moyſes juſſu Dei virgas duodecim intulit in tabernaculum, ſingulas pro ſingulis Tribubus, inſcripto nomine uniuſcujuſque in virga ſua; ſcripto ſeorſim nomine Aaron in virga una virgaque alia pro omnibus Levitarum familiis ſepoſita. Reverſuſque poſtera die in tabernaculum, invenit virgam Aaron ex omnibus unam & flores & folia, & amygdalas emiſiſſe. At-

(B) *In texta operis vulgatam verſionem retuli, quæ viginti tria hominum millia a Levitis interempta refert: ſed textus Hebræus, Interpretes 70. Pentateuchus Samaritanus, Paraphraſis Chaldaica, verſiones Syriaca & Arabica non viginti tria millia, ſed ter mille tantum Iſraelitas occiſos fuiſſe a Levitis aſſerunt*.

EXOD. XXXII. 28. Feceruntque filii Levi juxta ſermonem Moyſi, occideruntque in die illa quaſi viginti tria millia hominum.

Verſio hebraica S. HIERONYMI. Feceruntque filii Levi juxta ſermonem Moyſi: cecideruntque in die illa quaſi tria millia hominum.

CHALD. PARAPHRASIS. Et fecerunt filii Levi juxta verbum Moyſi, cecideruntque ex populo quaſi tria millia virorum.

SEPTOAGINTA. Et fecerunt filii Levi, ſecundum quod locutus eſt eis Moyſes: & ceciderunt ex populo in die illa tria millia virorum.

Hebr. ARIAS MONTANI. Et fecerunt filii Levi ſecundum verbum Moſeh, & cecidit a populo in die illa ferme tria millia viri.

VERSIO SYRIACA. Feceruntque filii Levi juxta verbum Moſis, & ceciderunt ex populo in die illa circiter tria millia virorum.

VERS. SAMARITANA. Feceruntque filii Levi juxta verbum Moſis, & ceciderunt de populo in die illa circiter tria millia hominum.

VERS. ARABICA. Et fecerunt filii Levi ſicuti præceperat eis Muſa, & ceciderunt ex populo in illo die tria millia virorum.

(C) EXOD. XXXIV. 29. Cumque deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonii, & ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini. 30. Videntes autem Aaron, & Filii Iſrael cornutam Moyſi faciem, timuerunt prope accedere... 33. Impletiſque ſermonibus, poſuit velamen ſuper faciem ſuam. 34. Quod ingreſſus ad Dominum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Iſrael omnia, quæ ſibi fuerant imperata. 35. Qui videbant faciem egredientis Moyſi eſſe cornutam, ſed operiebat ille rurſus faciem ſuam, ſi quando loquebatur ad eos.

(D) 2. COR. III. 7. Quod ſi miniſtratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit in gloria; ita ut non poſſent intendere filii Iſrael in faciem Moyſi, propter gloriam vultus ejus, quæ evacuatur: 8. Quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria?... 11. Si enim quod evacuatur, per gloriam eſt: multo magis quod manet, in gloria eſt...13. Et non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam, ut non intenderent filii Iſrael in faciem ejus, quod evacuatur, 14. ſed obtuſi ſunt ſenſus eorum. Uſque in hodiernum enim diem idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet non revelatum (quoniam in Chriſto evacuatur:) 15. Sed uſque in hodiernum diem cum legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. 16. Cum autem converſus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. 17. Dominus autem ſpiritus eſt: ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas. 18. Nos vero omnes, revelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini ſpiritu.

(E) EXOD. XXVIII. 1. Applica ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis de medio filiorum Iſrael, ut ſacerdotio fungantur mihi.

Ibid. 41. Cunctorum (Aaron & filiorum ejus) conſecrabis manus, ſanctificabiſque illos, ut ſacerdotio fungantur mihi.

XXIX. 4. Aaron, & filios ejus applicabis ad oſtium tabernaculi teſtimonii, cumque laveris patrem cum filiis ſuis aqua, 5. indues Aaron veſtimentis ſuis, 7. Et oleum unctionis fundes ſuper caput ejus: atque hoc ritu conſecrabitur. 8. Filios quoque illius applicabis, & indues...9...Eruntque ſacerdotes mihi religione perpetua. Poſtquam initiaveris manus eorum.. 29. Veſtem autem ſanctam, qua utetur Aaron, habebunt filii ejus poſt eum, ut ungantur in ea, & conſecrentur manus eorum... 35... Septem diebus conſecrabis manus eorum.

NUM. III. 6. Applica tribum Levi, & fac ſtare in conſpectu Aaron ſacerdotis, ut miniſtrent ei... 8. Et cuſtodiant vaſa tabernaculi.. 10... Aaron autem & filios ejus conſtitues ſuper cultum ſacerdotii. Externus qui ad miniſtrandum acceſſerit, morietur.. 12. Ego tuli Levitas a filiis Iſrael pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filiis Iſrael, eruntque Levitæ mei.

(F) NUM. XVI. 1. Ecce autem Core... & Dathan, atque Abiron... Hon quoque... 2. Surrexerunt contra Moyſen aliique filiorum Iſrael ducenti quinquaginta viri proceres ſynagogæ... 3. Et dixerunt: Sufficiat vobis quia omnis multi-

Pars I. Sect. I. Cap. IV. §. 12.

Atque hoc inſigni miraculo declaravit Deus a ſe fuiſſe Aaronem ejuſque poſteros in ſacerdotium electos. (G)

G

I. Voluit ne Deus, & Aaronis electione, & ſupplicio eorum qui ſacerdotium uſurpare tentarunt, ſignificari nobis aliquid?

Heb. v. 4.

R. Id ſignificare voluit Deus, quod ait Apoſtolus: *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem* (ſacerdotii), *ſed qui vocatur a Deo tamquam Aaron.* Si quis ſecus fecerit, graviori hunc utique ſupplicio plectendum quam Core, Dathan & Abiron, quos terra vivos abſorbuit.

I. Cujus rei typus fuere Core, Dathan, & Abiron?

R. Eorum omnium qui vel in ſacerdotium vel in miniſterium ſacrum, nemine vocante, nemine mittente, ſe intrudunt: ſed præſertim eorum qui ab unitate Eccleſiæ ſchiſmate disjunguntur. (H)

§. 13. *Miſſi exploratores. Murmur & ſeditio populi in deſerto. Ob id plectitur. Caleb & Joſue remunerantur.*

I. Quid egit Moyſes poſtquam in deſerto perfecit omnia quæ ad cultum Domini pertinebant?

R. Miſit exploratores duodecim, aſſumtos ex ſingulis Tribubus, qui terram Chanaan genti promiſſam luſtrarent, & ex ea fructus afferrent populo. (A)

A

I. Quid fuit ab exploratoribus relatum?

R. Renuntiarunt illi felicem omni copia eſſe regionem, idque probarunt vel ex palmite abſciſſo cum uva ſua, qui tam ingens fuit, ut ponderis cauſa neceſſe fuerit hunc a duobus in vecte deferri. Sed in his exploratoribus decem fuere, qui populi animum fregerunt prorſus ſermonibus iſtis. Terra hæc opima quidem, inquiebant, ſed cultores habet fortiſſimos, quos non poterimus unquam ſuperare. (B)

B

Hoc audito populus vociferans contra Moyſen murmuratus eſt, & inſurrexit: *Utinam*, inquit, *mortui fuiſſemus in Ægypto*. Eo denique mali ventum, ut ſpreto Moyſis imperio ducem ſibi conſtituere pararent, cujus ductu in Ægyptum reverterentur. Nu. xiv. 3.

Tum Joſue & Caleb, qui inter exploratores terræ fuerant, populum obteſtantur ne exploratoribus credant formidoloſa referentibus, nihil metuendum, promiſſis illos Dei confidere oportere.

Sed gens indomita, ſanis conſiliis male renitens, credebat potius cæteris exploratoribus pergen-

multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus: cur elevamini ſuper populum Domini? 4. Quod cum audiſſet Moyſes, ... 5. locutus ad Core ... Mane, inquit, notum faciet Dominus, qui ad ſe pertineant, & ſanctos applicabit ſibi: & quos elegerit, appropinquabunt ei. 6. Hoc igitur facite: tollat unusquisque thuribula ſua, ... 7. & hauſto cras igne, ponite deſuper thymiama coram Domino: & quemcumque elegerit, ipſe erit ſanctus ... Et ait Dominus ad Moyſen: 24. Præcipe univerſo populo ut ſeparetur a tabernaculis Core, & Dathan & Abiron. 25. Surrexitque Moyſes, & ... 26. dixit ad turbam: Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum ... 30. Si novam rem fecerit Dominus, ut aperiens terra os ſuum deglutiat eos, ... deſcenderintque viventes in infernum, ſcietis quod blaſphemaverint Dominum. 31. Confeſtim igitur ut ceſſavit loqui, dirupta eſt terra ſub pedibus eorum; 32. & aperiens os ſuum devoravit illos cum tabernaculis ſuis & univerſa ſubſtantia eorum. 33. Deſcenderuntque vivi in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis .... 35. Sed & ignis egreſſus a Domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incenſum ... 48. Et ſtans (Aaron) inter mortuos ac viventes, pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſavit. 49. Fuerunt autem qui percuſſi ſunt, quatuordecim millia hominum, & ſeptingenti, abſque his qui perierant in ſeditione Core.

(G) Num. xvii. 2. Loquere ad filios Iſrael, & accipe ab eis virgas ſingulas per cognationes ſuas, a cunctis principibus tribuum virgas duodecim, & uniuscujusque nomen ſuperſcribes virgæ ſuæ. 3. Nomen autem Aaron erit in tribu Levi, & una virga cunctas ſeorſum familias continebit. 4. Ponesque eas in tabernaculo fœderis coram teſtimonio ... 5. Quem ex his elegero, germinabit virga ejus ... 8. Sequenti die regreſſus (Moyſes) invenit germinaſſe virgam Aaron in domo Levi: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui, foliis dilatatis, in amygdalas deformati ſunt ... 10. Dixitque Dominus ad Moyſen: Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonii, ut ſervetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſrael, & quieſcant querelæ eorum a me, ne moriantur.

(H) S. Aug. *Epiſt. 87. alias 164. ad Emerit. n. 4.* Neque enim vobis objicimus, niſi ſchiſmatis crimen, quam etiam hæreſim male perſeverando feciſtis. Quanti autem divino judicio pendatur hoc facinus, lege quod te legiſſe non ambigo. Invenies Dathan & Abiron hiatu terræ devoratos, cæterosque omnes, qui eis conſenſerant, igne de medio eorum exiſtente conſumtos. Illud ergo ad exemplum devitandi Dominus Deus præſenti ſupplicio denotavit, ut cum talibus patientiſſime parcit, quale ultimo judicio reſervet, oſtenderet.

Epiſt. 93. alias 48. ad Vincent. Rogatiſt. c. 9. nu. 28. Nos autem ideo certi ſumus, neminem ſe a communione omnium gentium juſte ſeparare potuiſſe, quia non quisque noſtrum in juſtitia ſua, ſed in Scripturis divinis quærit Eccleſiam, & ut promiſſa eſt, reddi conſpicit. Ipſa eſt enim de qua dicitur: *ſicut lilium in medio ſpinarum, ita proxima mea in medio filiarum*: quæ nec ſpinæ dici poſſunt niſi malignitate morum; nec filiæ, niſi communione ſacramentorum ... Id eſt, quod alibi dicitur: *Dexteram tuam ſic notam fac mihi, & eruditos corde in ſapientia*; in quibus luce fulgentibus & caritate ferventibus quaſi in meridie requieſcis; ne forte velut operta, id eſt occulta & ignota irruam, non in gregem tuum, ſed in greges ſodalium tuorum, id eſt, hæreticorum. Quos ita ſodales dicit, ſicut ſpinas illas filias, propter communionem ſacramentorum. De quibus alibi dicitur: *Tu vero unanimis meus, & dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo Domini ambulavimus cum conſenſu: veniat mors ſuper illos & deſcendant in infernum viventes*, ſicut Dathan & Abiron, impiæ ſeparationis auctores.

Cant. II. 2.

Pſ. LXXXIX. Cant. 1. 6.

Pſ. LIV. 14. 15. 16.

Cap. 13. n. 52. Deſcendunt in infernum viventes, id eſt, ſuam perditionem ſentientes, quos Dathan & Abiron & Chore hiatu terræ abſorpti tanto ante futuros figuraverunt.

(A) Numer. xiii. 3. Mitte viros, qui conſiderent terram Chanaan, quam daturus ſum filiis Iſrael, ſingulos de ſingulis tribubus, ex principibus. 4. Fecit Moyſes quod Dominus imperaverat, de deſerto Pharan mittens principes viros, ... 7. De tribu Juda, Caleb filium Jephone ... 9. De tribu Ephraim, Oſee filium Nun .... 17. Vocavitque Oſee filium Nun, Joſue. 18. Miſit ergo eos Moyſes ad conſiderandam terram Chanaan, & dixit ad eos: ... 19. Conſiderate Terram, qualis ſit: & populum qui habitator eſt ejus, utrum fortis ſit an infirmus: ſi pauci numero an plures: 20. Ipſa terra, bona an mala: urbes quales, muratæ an abſque muris: 21. Humus, pinguis an ſterilis, nemoroſa an abſque arboribus. Confortamini, & afferte nobis de fructibus terræ. Erat autem tempus, quando jam præcoquæ uvæ veſci poſſunt.

(B) Num. xiii. 22. Cumque aſcendiſſent, exploraverunt terram .. 24. Pergentesque usque ad torrentem botri, abſciderunt palmitem cum uva ſua, quem portaverunt in vecte duo viri. De malis quoque granatis & de ficis loci illius tulerunt ... 26. Reverſique exploratores terræ poſt quadraginta dies, omni regione circuita, 27. venerunt ad Moyſen & Aaron ... Locutique eis & omni multitudini oſtenderunt fructus terræ: 28. Et narraverunt, dicentes: Venimus in terram, ad quam miſiſti nos, quæ revera fluit lacte & melle, ut ex his fructibus cognoſci poteſt: 29. Sed cultores fortiſſimos habet, & urbes grandes atque muratas,

xiv.

gentibus popolum a ſuſcepto itinere deflectere, contendentibusque magna Moyſen, & ſupra vires moliri. Jamque lapidibus erant obruendi Caleb & Joſue, ob defenſam viriliter cauſam Dei, niſi apparens ſubito gloria Domini ſuper tectum fœderis, ſeditionem mox compeſcuiſſet. (C) C

I. Manſit ne impunita rebellio?

R. Non manſit. Exploratores decem ſeditionis auctores, percuſſi a Domino, mortui ſunt. Juravitque Dominus in ira ſua, neminem eorum qui contra Dominum murmuraverant in terram Chanaan intraturum; omnes qui ab annis viginti, & ſupra numerati rebellionem fecerant, per annos quadraginta erraturos in ſolitudine, ibique morituros. Præter Joſue & Caleb nullum eorum in terram eſſe introducendum. Quin & populum rebellem Deus, jam jam erat peſtilentia conſumturus, niſi Moyſes precibus obſtitiſſet & veniam exoraſſet. (D) Pars I. Sect. I. Cap. IV. §. 13. D

I. Cujus rei typus fuere exploratores duodecim miſſi ad terram Chanaan?

R. Typus fuere Paſtorum, qui a Prophetis dicuntur ſpeculatores poſiti domui Iſrael. (E) E

I. Cujus rei typus fuit palmes cum uva ſua a viris duobus in vecte delatus?

R. Typus fuit Chriſti cruci affixi a Judæis & gentibus. (F) F

I. Cujus rei typus fuit rebellio Iſraelitarum, inde orta quod præ difficultatibus deſperarent, poſſe ſe unquam pervenire ad terram Chanaan ſemini Abrahæ promiſſam?

R. Hic figuram advertere licet eorum, qui ut ait Apoſtolus, Deſperantes ſemetipſos tradunt corpora ſua in immunditiam & in omne genus libidinum, ſpreto Chriſti imperio. (G) *Epheſ.* IV. G

I. Cujus rei typus fuere Caleb & Joſue?

R. Typus fuere Paſtorum qui recte miniſterio ſuo

(C) XIV. 1. Igitur vociferans omnis turba flevit nocte illa, 2. & murmurati ſunt contra Moyſen & Aaron cuncti filii Iſrael ..... 4. Dixeruntque alter ad alterum: Conſtituamus nobis ducem .... 6. At vero Joſue filius Nun, & Caleb filius Jephone, qui & ipſi luſtraverant terram, ſciderunt veſtimenta ſua, 7. & ad omnem multitudinem filiorum Iſrael locuti ſunt: Terra, quam circuivimus, valde bona eſt. 8. Si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem. 9. Nolite rebelles eſſe contra Dominum: neque timeatis populum terræ hujus ... Dominus nobiſcum eſt, nolite metuere. 10. Cumque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini ſuper tectum fœderis cunctis filiis Iſrael .... 13. Et ait Moyſes ad Dominum .... 19. Dimitte, obſecro, peccatum populi hujus .... 20. Dixitque Dominus: Dimiſi juxta verbum tuum .... 22. Attamen omnes homines, qui viderunt majeſtatem meam, & ſigna quæ feci in Ægypto & in ſolitudine, & tentaverunt me jam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, 23. non videbunt terram pro qua juravi Patribus eorum, nec quiſquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. 24. Servum meum Caleb, qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me, inducam in terram hanc, quam circuivit: & ſemen ejus poſſidebit eam.

(D) Num. XIV. 29. In ſolitudine hac jacebunt cadavera veſtra. Omnes qui numerati eſtis a viginti annis & ſupra, & murmuraſtis contra me, 30. non intrabitis Terram, ſuper quam levavi manum meam, ut habitare vos facerem, præter Caleb .... & Joſue ... 33. Filii veſtri erunt vagi in deſerto annis quadraginta, & portabunt fornicationem veſtram ... 36. Igitur omnes viri, quos miſerat Moyſes ad contemplandam Terram, & qui reverſi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes Terræ quod eſſet mala, 37. mortui ſunt, atque percuſſi in conſpectu Domini. 38. Joſue autem .... & Caleb.. vixerunt ex omnibus, qui perrexerant ad conſiderandam Terram.

Psal. XCIV. 11. Et iſti non cognoverunt vias meas: ut juravi in ira mea: ſi introibunt in requiem meam.

Hebr. III. 10. Infenſus fui generationi huic, & dixi: Semper hi errant corde. Ipſi autem non cognoverunt vias meas, 11. Sicut juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam. 12. Videte fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis, diſcedendi a Deo vivo: 13 Sed adhortamini vosmetipſos per ſingulos dies, donec Hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati .... 16. Quidam enim audientes exacerbaverunt, ſed non univerſi, qui profecti ſunt Ægypto per Moyſen. 17. Quibus autem infenſus eſt quadraginta annis? Nonne illis, qui peccaverunt, quorum cadavera proſtrata ſunt in deſerto? 18. Quibus autem juravit non introire in requiem ipſius, niſi illis, qui increduli fuerunt? 19. Et videmus, quia non potuerunt introire propter incredulitatem.

IV. 1. Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem ejus, exiſtimetur aliquis ex vobis deeſſe. 2. Etenim & nobis nuntiatum eſt, quemadmodum & illis: ſed non profuit illis ſermo auditus, non admiſtus fidei ex iis, quæ audierunt. 3. Ingrediemur enim in requiem, qui credidimus.... 6. Quoniam ergo ſupereſt introire quoſdam in illam, & ii, quibus prioribus annuntiatum eſt, non introierunt propter incredulitatem ... 9. Itaque relinquitur ſabbatiſmus populo Dei. 10. Qui enim ingreſſus eſt in requiem ejus; ipſe etiam requievit ab operibus ſuis, ſicut a ſuis Deus. 11. Feſtinemus ergo ingredi in illam requiem: ut ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplum.

(E) Isai. LVI. 10. Speculatores ejus cæci omnes, neſcierunt univerſi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia.

Ezech. III. 17. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me.

XXXIII. 6. Quod ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam, illa quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem ejus de manu ſpeculatoris requiram. 7. Et tu fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: audiens ergo ex ore meo ſermonem annunciabis eis ex me. 8. Si me dicente ad impium; Impie, morte morieris: non fueris locutus, ut ſe cuſtodiat impius a via ſua: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem ejus de manu tua requiram. 9. Si autem annuntiante te ad impium, ut a viis ſuis convertatur, non fuerit converſus a via ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur: porro tu animam tuam liberaſti.

(F) S. Hieronym. *Epiſt. Criticæ ad Fabiolam manſ.* 15. *alias* 127. Duodecim exploratores mittuntur ad Terram Sanctam: botrus refertur in ligno, & Chriſti breviter paſſio demonſtratur.

S. Aug. *in Pſal.* VIII. *nu.* 2. Dictus eſt enim & Dominus botrus uvæ, quem ligno ſuſpenſum, de terra promiſſionis, qui præmiſſi erant a populo Iſrael, tanquam crucifixum, attulerunt.

S. Caesarii, *Serm.* 14. *qui eſt apud S. Aug. in Append. Ser.* 18. *alias* 100. *de temp. n.* 2. Uva illa Chriſtum Deum figuravit, ... & de ipſa ſcriptum eſt: .. Vino ſtolam ſuam, & amictum ſuum in ſanguine uvæ. *Gen.* XLIX. 11. Hæc ... uva in ligno ſuſpenſa duorum defertur obſequio, quæ nobis ... duum Teſtamentorum repreſentatur oraculis, quæ in ligno crucis pependit, cujus vinum in pretium noſtrum, paſſionis expreſſione profluxit.

S. Maxim. *Homil.* 1. *de S. Cyprian. t.* 5. *Bibliot. Patr.* Vinum plane eſt ſpiritale Dei illa uva, quæ pro ſalute omnium pependit in ligno. Sicut enim botrus redditurus vinum, prius in vinea quadam naturæ arte ſuſpenditur: ita, & Chriſtus editurus vinum ſpirituale, martyrii in crucem quadam providentia divinitatis aptatur. Ipſe eſt plane botrus, quem duo exploratores illi, hoc eſt, Jeſus Nave, & Caleph filius Jephone in phalanga ad filios Iſrael propriis humeris detulerunt. Quod quidem factum jam tunc præfigurabat adventum Domini Salvatoris: nam botrus in phalanga ſuſpenſus, in cruce Chriſtus appenſus oſtenditur. Duo autem in phalanga portantes uvam, duo populi demonſtrantur, Chriſtianus utique, & Judæus.

(G) Ephes. IV. 18. Tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei, per ignorantiam, quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum: 19. qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam. 20. Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum.

S. August.

Pars I. Sect. I. Cap. IV. §. 13. 1. Pet. v. 7.

ſuo funguntur, populoſque ſibi creditos adhortantur, ut ponant in Deo ſolo ſpem ſuam, *omnem ſolicitudinem projicientes* in Chriſtum, cujus gratia vincimus quidquid occurrit contrarium ſaluti.

I. Cujus rei typus fuit excitata ſeditio adverſus Caleb & Joſue, inſtigantibus præſertim decem aliis exploratoribus?

R. Typus fuit eorum quæ patiuntur identidem Paſtores Chriſtiani, qui Dei ſolius intuitu ſine ulla perſonarum acceptione ſuo rite funguntur miniſterio; quæ patiuntur, inquam, inſtigantibus præſertim Paſtoribus aliis, qui præ ignavia vel cupiditate rerum temporalium non ex fide vivunt. Hujus rei extitere exempla non pauca quolibet ſæculo, incipiendo a Chriſto & Apoſtolis. (H)

H

I. Cujus

Mat. xxiii. 38.

S. Auguar. *in Pſ.* xl. *n.* 4. Illum inimicum cogitate, de quo dicit Dominus *inimicus : homo hoc fecit*. Ipſe eſt enim qui ſuggerit ut propter res terrenas colatur, quia non poteſt evertare nomen Chriſtianum inimicus iſte : vidit anim ſe victum fama & laudibus Chriſti; vidit in eo quod occidit martyres Chriſti, illos coronatos, & ſe triumphatum; & cœpit non poſſe hoc perſuadera hominibus, quod nihil ſit Chriſtus: & quia vituperando Chriſtum, jam difficile decipit; laudando Chriſtum, conatur decipere. Antea quid dicebat? Quem colitis? Judæum mortuum, crucifixum, nullus momenti hominem, qui oon potuit a ſe mortem depellere. Ubi in nomine ejus vidit correre genus humanum, vidit quia in oomine crucifixi templa ſubvertuntur, idola franguntur, ſacrificia extinguuntur : & hæc omnia prædicta in Prophetis adtenduntur ab hominibus admirationu ſtupentibus, & claudentibus jam enr adverſus vituperationem Chriſti : induit ſe laudibus Chriſti, & cœpit a fide alio modo deterrere. Magna lex eſt Chriſtiana, potens illa lex, divina, ineffabilis : ſed quis illam implet? In nomine Salvatoris noſtri conculcate leonem & draconem. Aperte reprehendendo fremebat leo, aſtute laudando inſidiatur Draco. Vaniaot ad fidem qui debitabant : non dicant qois hoc implet? Si de viribus ſuis præſumunt, non implebunt, Præſumendo de gratia Dei credant, præſumendo veniant, adjuvandi vaniant, non judicandi...

In *Pſ.* cvi. n. 5. Invenit ergo ſe ligatum difficultatibus cupiditatum, & non poſſe viam propter compedes ambulare : incluſum ſe ſentit difficultate vitiorum; & tanquam muro impoſſibilitatis erecto, portiſque clauſis, qua evadat ut recte vivat, non invenit. Jam ſcit quomodo vivere debeat. prius enim in aerore erat, & famem veritatis patiebatur. accepit aotem jam cibum veritatis, & poſitus eſt in via : audit, viva bene, ſecundum quod noſti... Conatur, non poteſt; ligatum ſe ſentit, exclamat ad Dominum. Secunda ergo tentatio eſt difficultatis in bene operando... Eaclamat & in hac ad Dominum : liberat Dominus de neceſſitatibus, rumpit vincula difficultatis, conſtituit in operatione æquitatis. Incipit ai jam facile eſſe quod difficile fuciat, abſtinere a malis, noo adulterare, non furtum facere, non homicidium, non ſacrilegium, non alienum concupiſcere : facta eſt facultas quæ antea fuerat difficultas. Potuit hoc Dominus ſine difficultate præſtare : ſed ſi hoc ſine difficultate haberemus, largitorem hujus boni non agnoſceremus. Si eoim primitus cum vellet poſſet, & non ſentiret adverſus ſe obtinentes cupiditates, nec vinculis ſuis geavata anima collideretur, ſuis viribus tribueret quod ſe poſſe ſentiret, & non confiterentur Domino miſerationes ejus.

(H) *Pauca ex eis quæ tum Chriſtus, tum Apoſtoli tam a Judæis, quam a malis Chriſtianis perpeſſi ſunt hic ex Evangelio Matth. præſertim, Act. Apoſt. & Epiſtolis, ubi fuſe narrantur depromam.*

Matth. ii. 13.... Surge & accipe puerum & matrem ajus, & fuge in Ægyptum : ... futurum eſt enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum.

ix. 3. Ecce quidam de Scribis dixerunt intra ſe : Hic blaſphemat... 34. Phariſæi autem dicebant : In principe dæmoniorum ejicis dæmones.

x. 17. Caveta autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos : 18. Et ad præſides & ad reges ducemini propter me in teſtimonium illis & gentibus... 22. Et eritis odio omnibus propter nomen meum.

xi. 18. Venit Johannes neque manducans, neque bibens, & dicunt : Dæmonium habet. 19. Venit Filius hominis manducans & bibens, & dicunt : Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et juſtificata eſt ſapientia a filiis ſuis.

xiv. 3. Herodes tenuit Johannem, & alligavit eum, & poſuit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris ſui. 4. Dicebat enim illi Johannes : Non licet tibi habere eam... 10. Miſitque & decollavit Johannem in carcere. 11. Et allatum eſt caput ejus in diſco.

xx. 18. Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte, 19. & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die reſurget.

xxi. 15. Videntes autem Principes Sacerdotum, & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo & dicentes : Hoſanna filio David : indignati ſunt ... 46. ... Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam ſicut Prophetam eum habebant.

xxiii. 34. Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & ſapientes & ſcribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de civitate in civitatem.

xxvi. 3. Tunc congregati ſunt Principes Sacerdotum, & ſeniores populi, in atrium Principis Sacerdotum, ... 4. & conſilium fecerunt, ut Jeſum dolo tenerent, & occiderent. *Cætera vide infra. §. 13. & ſeq. cap. 1. ſect. 2. hujuſce partis.*

Johan. vi. 61. Multi audientes ex Diſcipulis ejus, dixerunt : Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire... 67. Ex hoc multi Diſcipulorum ejus abierunt retro, & jam non cum illo ambulabant.

vii. 1. Poſt hæc autem ambulabat Jeſus in Galilæam, non enim volebat in Judæam ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere.... 12. Et murmur multum erat in turba de eo, quidam enim dicebant, quia bonus eſt, alii autem dicebant, non : ſed ſeducit turbas. 13. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Judæorum.

viii. 59. Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum : Jeſus autem abſcondit ſe, & exivit de templo.

ix. 22.... Conſpiraverunt Judæi, ut ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynagogam fieret.. 28. .. Maledixerunt ergo ei (cæco), & dixerunt : Tu diſcipulus illius ſis : nos autem Moyſi diſcipuli ſumus... 34.... & ejecerunt eum foras.

Actor. iv. 1. Loquentibus autem illis ad populum, ſupervenerunt ſacerdotes, & magiſtratus templi, & Sadducæi, 2. dolentes quod docerent populum, & annunciarent in Jeſu reſurrectionem ex mortuis : 3. Et injecerunt in eos manus, & poſuerunt eos in cuſtodiam in craſtinum .... 18. Et vocantes eos, denuntiaverunt ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Jeſu.

v. 17. Exurgens autem princeps ſacerdotum, & omnes qui cum illo erant (quæ eſt hæreſis Sadducæorum) repleti ſunt zelo : 18. & injecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica ..... 40. Et convocantes Apoſtolos, cæſis denuntiaverunt ne omnino loquerentur in nomine Jeſu, & dimiſerunt eos. 41. Et illi quidem ibant gaudentes a conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati.

vi. 9. Surrexerunt autem quidam de ſynagoga, quæ appellatur Libertinorum, ... diſputantes cum Stephano : Et .... 11. ſummiſerunt viros, qui dicerent ſe audiviſſe eum dicentem verba blaſphemiæ in Moyſen, & in Deum. 12. Commoverunt itaque plebem, & ſeniores, & ſcribas : & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in concilium, 13. & ſtatuerunt falſo teſtes, qui dicerent : Homo iſte non ceſſat loqui verba adverſus locum ſanctum, & legem. 14. Audivimus enim eum dicentem : Quoniam Jeſus Nazarenus hic, deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyſes...

vii. 54. Audientes autem hæc diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum...... 56. Exclamantes autem voce magna ...... impetum fecerunt unanimiter in eum. 57. Et ejicientes eum extra civitatem lapidabant : & teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus. 58. Et lapidabant Stephanum invocantem, & dicentem : Domine Jeſu ſuſcipe ſpiritum meum.

viii. 1. Facta eſt autem in illa die perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Jeroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Judææ.

ix. 1. Saulus autem adhuc ſpirans minarum & cædis in diſci-

diſcipulos Domini, acceſſit ad Principem ſacerdotum, 2. & petiit ab eo epiſtolas in Damaſcum ad ſynagogas, ut ſi quos inveniſſet hujus viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Jeruſalem.

IX. 23. Cum autem implerentur dies multi, conſilium fecerunt in unum Judæi, ut eum interficerent. 24. Nota autem factæ ſunt Saulo inſidiæ eorum.

XII. 1. Eodem autem tempore miſit Herodes rex manus, ut affligerent quoſdam de Eccleſia. 2. Occidit autem Jacobum fratrem Johannis gladio. 3. Videns autem quia placeret Judæis, appoſuit ut apprehenderet & Petrum ... 4. Quem cum apprehendiſſet, miſit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum, volens poſt Paſcha producere eum populo.

XIII. 45. Videntes autem turbas Judæi, repleti ſunt zelo, & contradicebant his, quæ a Paulo dicebantur, blaſphemantes ... 50. Judæi autem concitaverunt mulieres religioſas & honeſtas, & primos civitatis, & excitaverunt perſecutionem in Paulum & Barnabam; & ejecerunt eos de finibus ſuis.

XIV. 2. Qui vero increduli fuerunt Judæi, ſuſcitaverunt, & ad iracundiam concitaverunt animas Gentium adverſus fratres. ... 5. Cum autem factus eſſet impetus Gentilium, & Judæorum cum principibus ſuis, ut contumeliis afficerent, & lapidarent eos: 6. Intelligentes confugerunt ad civitates Lycaoniæ, Lyſtram, & Derben ... & ibi evangelizantes erant ... 18. Supervenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Judæi; & perſuaſis turbis lapidanteſque Paulum, traxerunt extra civitatem, æſtimantes eum mortuum eſſe.

XVI. 19. .... Apprehendentes Paulum, & Silam, perduxerunt in forum ad principes: 20. Et offerentes eos magiſtratibus, dixerunt: Hi homines conturbant civitatem noſtram, cum ſint Judæi: 21. Et annunciant morem, quem non licet nobis ſuſcipere, neque facere, cum ſimus Romani. 22. Et cucurrit plebs adverſus eos; & magiſtratus ſciſſis tunicis eorum, juſſerunt eos virgis cædi. 23. Et cum multas plagas impoſuiſſent, miſerunt eos in carcerem, præcipientes cuſtodi, ut diligenter cuſtodiret eos. 24. Qui cum tale præceptum accepiſſet, miſit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno.

XXI. 30. Commotaque eſt civitas tota, & facta eſt concurſio populi. Et apprehendentes Paulum, trahebant eum extra templum; & ſtatim clauſæ ſunt januæ. 31. Quærentibus autem eum occidere, nunciatum eſt tribuno cohortis, quia tota confunditur Jeruſalem. 32. Qui ſtatim aſſumptis militibus, & centurionibus, decurrit ad illos. Qui cum vidiſſent tribunum, & milites, ceſſaverunt percutere Paulum. 33. Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & juſſit eum alligari catenis duabus; & interrogabat, quis eſſet, & quid feciſſet?

XXII. 22. ... Audiebant autem eum uſque ad hoc verbum, & levaverunt vocem ſuam, dicentes: Tolle de terra hujuſmodi, non enim fas eſt eum vivere. 23. Vociferantibus autem eis, & projicientibus veſtimenta ſua, & pulverem jactantibus in aerem, 24. juſſit tribunus induci eum in caſtra, & flagellis cædi, & torqueri eum, ut ſciret propter quam cauſam ſic acclamarent ei. 25. Et cum aſtrinxiſſent eum loris, dicit aſtanti ſibi centurioni Paulus: Si hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare? ... 29. Protinus ergo diſceſſerunt ab illo, qui eum torturi erant. Tribunus quoque timuit poſtquam reſcivit, quia civis Romanus eſſet, & quia alligaſſet eum. 30. Poſtera autem die volens ſcire diligentius, qua ex cauſa accuſaretur a Judæis, ſolvit eum, & juſſit ſacerdotes convenire, & omne concilium, & producens Paulum, ſtatuit inter illos. . .

XXIII. 2. Princeps autem ſacerdotum Ananias præcepit aſtantibus ſibi percutere os ejus ... 12. Facta autem die collegerunt ſe quidam ex Judæis, & devoverunt ſe, dicentes: Neque manducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum. . .

XXIV. 1. Poſt quinque autem dies deſcendit princeps ſacerdotum, Ananias, cum ſenioribus quibuſdam, & Tertullo quodam oratore, qui adierunt (Felicem) præſidem adverſus Paulum. Et citato Paulo, cœpit accuſare Tertullus, dicens: ... 5. Invenimus hunc hominem peſtiferum, & concitantem ſeditiones omnibus Judæis in univerſo orbe, & auctorem ſeditionis ſectæ Nazaræorum. 6. Qui etiam templum violare conatus eſt, quem & apprehenſum voluimus ſecundum legem noſtram judicare . . . 27. . . . Biennio autem expleto, accepit ſucceſſorem Felix Portium Feſtum. Volens autem gratiam præſtare Judæis Felix, reliquit Paulum vinctum . . .

XXV. 2. Adieruntque eum (Feſtum) principes ſacerdotum, & primi Judæorum adverſus Paulum; & rogabant eum, 3. poſtulantes gratiam adverſus eum, ut juberet perduci eum in Jeruſalem, inſidias tendentes, ut interficerent eum in via. . . 7. Qui cum perductus eſſet, circumſteterunt eum, qui ab Jeroſolyma deſcenderant Judæi, multas & graves cauſas objicientes, quas non poterant probare &c. Part. I. Sect. I. Cap. IV. §. 13.

1. Cor. IV. 9. Puto enim, quod Deus nos Apoſtolos noviſſimos oſtendit, tamquam morti deſtinatos; quia ſpectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus. 10. Nos ſtulti propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. 11. Uſque in hanc horam & eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus. 12. Et laboramus operantes manibus noſtris; maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur & ſuſtinemus. 13. Blaſphemamur & obſecramus, tamquam purgamenta hujus mundi facti ſumus, omnium peripſema uſque adhuc.

2. Cor. I. 4. (Deus) qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, ut poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipſi a Deo. 5. Quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. 6. Sive autem tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute, ſive conſolamur pro veſtra conſolatione, ſive exhortamur pro veſtra exhortatione & ſalute, quæ operatur tolerantiam earumdem paſſionum, quas & nos patimur. 7. Ut ſpes noſtra firma ſit pro vobis: ſcientes, quod ſicut ſocii paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis. 8. Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione noſtra, quæ facta eſt in Aſia, quoniam ſupra modum gravati ſumus ſupra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere.

IV. 8. In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur. 9. Perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur; dejicimur, ſed non perimus. 10. Semper mortificationem Jeſu in corpore noſtro circumferentes, ut & vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris. 11. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jeſum, ut & vita Jeſu manifeſtetur in carne noſtra mortali.

VI. 4. Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, 5. in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis ... 8. Per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam; ut ſeductores, & veraces, ſicut qui ignoti & cogniti. 9. Quaſi morientes, & ecce vivimus; ut caſtigati, & non mortificati.

XI. 23. Miniſtri Chriſti ſunt, (ut minus ſapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter. 24. A Judæis quinquies, quadragenas, una minus, accepi. 25. Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, 26. in itineribus ſæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus. 27. In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in jejuniis multis, in frigore & nuditate ... 32. Damaſci præpoſitus Gentis Aretæ regis cuſtodiebat civitatem Damaſcenorum, ut me comprehenderet. 33. Et per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum, & ſic effugi manus ejus.

XII. 10. Placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto: cum enim infirmor, tunc potens ſum.

Philipp. I. 28. Et in nullo terreamini ab adverſariis: quæ illis eſt cauſa perditionis, vobis autem ſalutis, & hoc a Deo. 29. Quia vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolum ut in eum credatis, ſed ut etiam pro illo patiamini.

Coloss. I. 24. Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea, pro corpore ejus, quod eſt Eccleſia.

2. Timoth. I. 15. Scis hoc, quod averſi ſunt a me omnes, qui in Aſia ſunt, ex quibus eſt Phigellus, & Hermogenes.

III. 8. Quemadmodum autem Jannes, & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem ... 12. Et omnes qui pie volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patientur.

IV. 14. Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit:

reddet illi Dominus ſecundum opera ejus: 15. Quem & tu devita; valde enim reſtitit verbis noſtris.

Hebr. x. 32. Rememoramini autem priſtinos dies, in quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum. 33. Et in altero quidem opprobriis, & tribulationibus ſpectaculum facti: in altero autem ſocii taliter converſantium effecti. 34. Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam.

1. Petr. ii. 19. Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens injuſte. 20. Quæ enim eſt gloria, ſi peccantes & colaphizati ſuffertis? Sed ſi bene facientes patienter ſuſtinetis; hæc eſt gratia apud Deum. 21. In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum ut ſequamini veſtigia ejus.

3. Johan. verſ. 9. Scripſiſſem forſitan Eccleſiæ, ſed is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos. 10. Propter hoc ſi venero, commonebo ejus opera, quæ facit, verbis malignis garriens in nos, & quaſi non ei iſta ſufficiant; neque ipſe ſuſcipit fratres: & eos qui ſuſcipiunt, prohibet, & de Eccleſia ejicit.

Apoc. i. 9. Ego Johannes frater veſter, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Chriſto Jeſu: fui in Inſula, quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei, & teſtimonium Jeſu.

ii. 9. Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, ſed dives es: & blaſphemaris ab his, qui ſe dicunt Judæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt ſynagoga ſatanæ. 10. Nihil horum timeas quæ paſſurus es. Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem. Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

Quæ ſequuntur eiſdem fere verbis referunt Socrates *Hiſt. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 27. 28. 29. 32. 35.* Sozomenus *lib. 11. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 22. 23. 25. 28. & lib. 111. cap. 2. 5. 6.*

Theodoretus *Eccleſ. hiſt. l. 1. cap. 26.* Cum in magno illo Concilio Niceno pro Apoſtolicæ doctrinæ defenſione certamen ſubiiſſet, (*Athanaſius*) a propugnatoribus quidem veritatis laudem retulit: eorum vero qui veritati adverſabantur, ut pote æmulus, hoſtis atque inimicus extitit... Hanc igitur ejus in tuenda veritate alacritatem cum experti eſſent ii, qui unigenito Deo bellum inferre decreverant: ſimulatque eum Alexandrinæ Eccleſiæ gubernaculis admotum eſſe didicerunt, ejus prælatum averſionem eſſe potentiæ ſuæ judicarunt. Hac de cauſa tale quidpiam machinantur. Cum Meletius, is quem ſynodus Nicæna abdicaverat, motus ac turbas in Thebaide & per Ægyptum et vicinam excitare non deſiſteret, illi conductis quibusdam ex illius factione, ut ſuſpicione careret accuſatio, perſuadent iis, ut ad Imperatorem contendant, crimenque confingant, Athanaſium Ægypto vectigal imponere, & aurum inde collectum, cuidam viro imperium invadere meditanti ſubminiſtrare. Hac ratione cum imperatorem decepiſſent, effecerunt ut Athanaſius Conſtantinopolim accerſeretur. Qui cum veniſſet, criminum falſitatem coarguit, & Eccleſiam ſibi a Deo commiſſam recepit.

Cap. 28. Verum ne ſic quidem impios illos puduit: ſed aliam denuo fabulam compoſuerunt, cujusmodi nullos unquam Tragicorum aut Comicorum Poetarum commentus eſt. Accuſatores enim ex eadem illa factione iterum conductos, ad Imperatorem adducunt, inſignem illum virtutis athletam multa infanda patraſſe vociferantes. Eorum duces erant Euſebius ac Theognius & Theodorus Perinthius, (eſt autem Perinthus civitas, quæ nunc Heraclea vocitatur) affirmantes ea eſſe intolerabilia, ac ne ſimplici quidem auditu ferenda. Perſuadent igitur Principi, ut Cæſareæ in Palæſtina Synodum cogat, ubi plures erant infenſi Athanaſio; ibique cauſam illius jubeat judicari. Imperator vero fidem illis habens, ut Sacerdotibus (fraudulenta enim eorum conſilia penitus ignorabat) id fieri præcepit. Verum divinus Athanaſius cum perſpectam haberet Judicum malevolentiam, ad Concilium non venit. Hinc validiorem anſam calumniandi arripientes ii, qui veritati bellum indixerant, præter alia crimina, tyrannidis etiam, & contumaciæ coram Imperatore eum inſimulant. Neque vero ſpe ſua prorſus fruſtrati ſunt: etenim Imperator, alioqui clementiſſimus, eorum verbis exaſperatus, ſcripſit ad Athanaſium, iram ſuam ſatis ei prodens, & ut Tyrum pergeret, mandavit.

Cap. 30. Arſenius quidam erat Meletianæ factionis Epiſcopus: hunc Meletiani cum occultaſſent, ut diutiſſime in latebris manere vellet orarunt. Dextra deinde mortui cujusdam abſciſſa, eam ſale conditam, & in arca lignea repoſitam, ubique circumtulerunt, Arſenio præciſam eſſe dicentes, & Athanaſium vocantes homicidam. Sed ille qui omnia intuetur providentiæ oculus, Arſenium diu latere haudquaquam paſſus eſt. Nam primum quidem in Ægypto ac Thebaide compertus eſt vivere: deinde vero in Tyrum quoque eum adduxit divina providentia, ubi deceptoria illa manus coram Judicibus proferebatur. Hunc ergo cum deprehendiſſent contubernales Athanaſii, adduxerunt, & in diverſorio aliquandiu delitescere coegerunt. Ipſe vero magnus Athanaſius prima luce ad Concilium venit, ac primo quidem introducta eſt quædam impuræ vitæ muliercula. Hæc impudenter vociferari cœpit, ſe quidem virginitatem Deo voviſſe dicens, Athanaſium vero quem hoſpitio exceperat, vim ſibi intuliſſe, & invitam violaſſe. Quæ cum dixiſſet, ingreſſus eſt is qui accuſabatur, & una cum illo presbyter quidam egregius, Timotheus nomine. Cumque Judices Athanaſium objecto crimini reſpondere juſſiſſent, ipſe quidem conticuit, perinde ac ſi non eſſet Athanaſius. Timotheus vero mulierem alloquens: Egone, inquit, tecum aliquando confabulatus ſum, mulier, aut in ædes tuas unquam ingreſſus? Tum illa multo impudentius clamare cœpit, contendens adverſus Timotheum, & manum exercens, eumque digito demonſtrans: Tu, inquit, mihi virginitatem eripuiſti, tu me caſtitate ſpoliaſti: & alia ejusmodi addens, quæ dici ſolent a mulieribus propter intemperantiam omni prorſus verecundia deſtitutis. Hunc in modum pudore confuſis iis qui fabulam compoſuerant, erubeſcentibus quoque Judicibus qui conſcii erant, dimiſſa eſt mulier. Tunc magnus Athanaſius mulierem dimittendam non eſſe dixit, ſed inquirendum, quis iſta concinnaviſſet. Illi vero clamarunt, alia ſupereſſe crimina longe graviora, quæ nulla arte ac ſolertia diſſolvi poſſent: oculis enim, non auribus judicanda eſſe, quæ proferentur. His dictis famoſam illam arcam in medium protulerunt, & manum ſale conditam monſtrarunt. Tum vero ſpectantium ſinguli clamorem ſuſtulerunt; alii id ſcelus verum eſſe exiſtimantes; alii id quidem falſum eſſe minime dubitantes: Arſenium vero adhuc occultum eſſe credentes. Tandem vero ægre impetrato modico ſilentio, reus judices percontatur, num quis ex ipſis Arſenium noſſet. Cumque multi reſpondiſſent ſe hominem probe noſſe, eum adduci juſſit; ac rurſus interrogavit, num is ipſe eſſet Arſenius, quem ipſe quidem peremiſſet, illi autem requirerent, & qui poſt cædem contumelia affectus & dextra manu truncatus eſſet. Illis confirmantibus hunc Arſenium eſſe, Athanaſius reducto ejus pallio, utramque illius manum oſtendit, dextram ac ſiniſtram. Aliam vero, inquit, nemo præterea requirat: duas enim dumtaxat manus a conditore omnium Deo ſinguli homines acceperunt. Quibus in hunc modum demonſtratis, cum accuſatores & Judices qui fraudis conſcii erant, occultare ſe debuiſſent, & optare ut tellus ipſis dehiſceret, tumultu ac ſeditione Concilium compleverunt; præſtigiatorem vocantes Athanaſium, qui artibus quibusdam, ac machinamentis oculos hominum deciperet, eumque diſcerpere ac jugulare conabantur, quem paulo ante cædis reum egerant.

Cap. 31. Et quoniam Athanaſius ipſum (*Imperatorem*) adierat de iniquitate judicii graviter conquerens, Epiſcopos, de quibus querebatur, ad Comitatum venire juſſit. Qui cum adeſſent, apertiſſime ſe convincendos eſſe prævidentes, priores quidem calumnias miſſas fecere: Imperatori vero ſuggeſſerunt, comminatum eſſe Athanaſium, prohibiturum ſe exportationem annonæ. His ſermonibus inductus Imperator, in urbem quandam Galliarum, cui nomen eſt Treviris, Athanaſium relegavit.

Lib. 2. *cap.* 3. & 4. Cum Imperatorem, (*Epiſcopi Ariani*) ut pote vicini, crebrius viſerent, Athanaſii reditum ab exilio plurima mala importaſſe dixerunt: nec Ægyptum ſolum, ſed Palæſtinam præterea ac Phœnicem & finitimas provincias ea tempeſtate involvi. His & ſimilibus aliis ſermonibus cum leviſſimum Imperatoris animum expugnaſſent, perſuaſerunt ei, ut Athanaſium Eccleſia expelleret. Verum Athanaſius cognitis ante inſidiis ſeceſſit, & in occidentales partes ſe contulit. Namque Euſebiani Julio Epiſcopo, qui tunc temporis Romanam Eccleſiam adminiſtrabat, compoſitas adverſus Athanaſium calumnias perſcripſerant. Is vero Eccleſiaſticam legem ſecutus, & ipſos Romam venire juſſit, & Athanaſium ad dicendam cauſam evocavit. Et Athanaſius quidem citationi obtemperans, ſtatim iter arripuit. Ii vero qui fabulam compoſuerant, Romam venire noluerunt, eo quod mendacium facile deprehenſum iri cernerent. Ceterum cum oves Paſtore ſuo deſtitutas viderent, lupum illis verius quam Paſtorem præfecerunt, Gregorium nomine: qui cum per ſex annos inſtar feræ belluæ gregem omni crude-

litate

I. Cujus rei typus fuere quas dedere pœnas ſeditionis tam exploratores quam reliqui de populo?

R. His adumbratam cernere licet, quam Deus ſemper vel occulte, quod ſæpius, vel manifeſte, quod quandoque fit, vindictam exerit in eos qui perſecutiones adverſus bonos Eccleſiæ Paſtores vel movent, vel fovent, vel approbant: vel tandem qui malorum exemplo Paſtorum ſermonibusve ſeduci ſe patiuntur. (I) PARS I. SECT. I. CAP. IV. §. 13.

I

I. Ex viris plus millies ſexcentis de Iſrael, qui

litate vaſtaſſet, pœnas tandem improbitatis ſuæ dedit, ab ipſis ovibus miſere diſcerptus.

Cap. 13. Tum vero ii qui Conſtantii animum pro arbitratu ſuo impellebant, revocarunt illi in memoriam diſſidium, quod ipſi cum fratre interceſſeret propter Athanaſium: & quemadmodum parum abfuiſſet, quin ruptis naturæ vinculis ad bellum civile prorumperent, his ſermonibus inductus Conſtantius, non expelli tantum, verum etiam mactari Athanaſium juſſit. Miſſoque cum ingentibus copiis Sebaſtiano Duce, Athanaſium tanquam ſceleratum, e medio tolli præcepit ... Jam nox erat, & ex plebe quidam pernoctabant, cum collecta expectaretur. Cum repente ſupervenit Dux cum quinque & amplius militum millibus, qui arma & ſtrictos gladios habebant, & ſagittas ac tela geſtabant & clavas, uti jam antea dictum eſt. Et ipſe quidem Eccleſiam circumſedit, militibus quam proxime collocatis, ne quis forte egredientium ex Eccleſia eos effugere poſſet. Ego vero cum abſurdum exiſtimarem plebem in tanta perturbatione deſerere ac non potius pro ſalute illius fortiter propugnare, ſedens in cathedra mandavi Diacono, ut Pſalmum recitaret, utque populus reſpon-
cxvii. 1. deret: Quoniam in ſæculum miſericordia ejus: ac deinde, ut omnes abſcederent ac domum ſuam redirent. Sed cum Dux tandem irrupiſſet, & milites altare circumſepiſſent ad me intercipiendum, Clerici quidam & laici qui tunc ibi remanſerant, clamabant rogabantque, ut nos jam abſcederemus. Ego vero pertinacius refragabar, me non ante diſceſſurum affirmans, quam univerſi ſe ſubduxiſſent. Cumque ſurrexiſſem & orationem fieri juſſiſſem, & rogabam ut poſtea univerſi diſcederent: ſatius eſſe dicens, ut ipſe diſcrimen ſubirem, quam ut ulli ipſorum quidpiam accideret incommodi. Proinde cum jam plurimi exceſſiſſent, ac reliqui ſubſequerentur, Monachi qui illic nobiſcum erant, & quidam ex Clericis adſcendentes abſtraxerunt me: atque ita, veritatem ipſam teſtor, per medios milites, quorum alii altare circumdederant, alii per Eccleſiam oberrabant, tranſivimus Domino ducente nos ac protegente; & clam illis exceſſimus, Deum ipſum glorificantes quod non prodiſſemus plebem. Sed illa ante dimiſſa, ipſi ſalutem nobis quærere, & manus inſidiatorum effugere potuiſſemus.

Cap. 14. Cum Athanaſius hoc modo ex cruentis illorum manibus evaſiſſet, Georgio, alteri poſt Gregorium lupo, cura gregis illius commiſſa eſt. Hic vero crudelius quam quivis lupus, aut urſus, aut pardus, in oves graſſatus eſt. Etenim puellas, quæ perpetuam virginitatem voverant non ſolum Athanaſii communionem ejurare compulit, verum etiam fidem Patrum anathemate damnare. Porro miniſtrum ac ſocium crudelitatis ſuæ habebant Sebaſtianum quemdam, ducem rei militaris: qui media in urbe accenſo rogo, virgines nudas igni propius admotas, abnegare fidem jubebat. Verum illæ, triſte ac miſerandum ſpectaculum Chriſtianis ſimul ac Gentilibus præbentes, & ignominiam hanc maximi honoris inſtar habuerunt, & inflicta pro fide verbera libenti animo ſuſtinuerunt ..... Hæc & hujuſmodi alia a Georgio perpetrata ſunt Alexandriæ. Divinus autem Athanaſius nullum ſibi locum ſatis tutum exiſtimabat, cum Imperator juſſiſſet, ut aut vivus adduceretur, aut mortui ad ſe adportaretur caput, eique qui iſtud faceret maximam mercedem promiſiſſet.

Lib. 3. *cap.* 9. Dæmones cum efficaciam linguæ & precationum Athanaſii ferre non poſſent, miniſtros ſuos ad maledicta in eum congerenda incitarunt: ac multa quidem in eum dixerunt, poſcentes ab impietatis patrono (*Imperatore Juliano*), ut Athanaſium urbe expelleret: ... His ſupplicationibus admiſſis, Julianus Athanaſium non modo pelli juſſit, verum etiam morte multari. Ea re conterritis chriſtianæ religionis ſectatoribus prædixiſſe fertur, motum illum brevi ceſſaturum: Nubem enim eſſe dixit, quæ celerrime diſſolveretur. Subduxit ſe tamen, cum eos qui contra ipſum miſſi fuerant, adveniſſe jam comperiſſet; nactuſque in ripa fluminis navigium, ſubvectus eſt in Thebaidem. Is vero cui cædes Athanaſii mandata fuerat, audita ejus fuga, quantocius eum perſequi cœpit. Quem præveniens quidam ex familiaribus Athanaſii, cum feſtinare illum nunciaſſet, nonnulli ex comitibus orabant, ut in ſolitudinem deflecteret. Ipſe vero Gubernatori præcepit, ut navigium recta Alexandriam dirigeret. Sic igitur cum contra perſecutorem ipſum navigarent, occurrit is, qui mandatum cædis acceperat; & quantum inde abeſſet Athanaſius, ſciſcitatur. Ille haud procul abeſſe eum reſpondit: eoque dimiſſo Alexandriam profectus, reliquo tempore Imperii Juliani ibi delituit.

Lib. 4. *cap.* 19. Baſilius primum Valentis impetum devitavit. Poſtea vero cum illuc reverſus eſſet Valens, priorum oblitus: quippe mens ejus a ſeductoribus obſeſſa tenebatur, Baſilium denuo hortatus eſt, ut adverſariorum partibus ſeſe adjungeret. Cumque perſuadere ei non potuiſſet, præceptum de exilio ſcribi juſſit. Quod manus propriæ ſubſcriptione firmare conatus, nullius literæ apicem potuit exarare: calamus enim contritus eſt. Cumque ſecundo ac tertio calamo idem contigiſſet, & nihilominus Valens impium illud præceptum confirmare niteretur, dextra ſubito concuti ac tremere cœpit. Cumque animus terrore ac metu perculſus eſſet, utraque manu chartam dilaceravit.

Eadem habet SOCRATES *hiſt. r. Eccleſiaſt. Lib.* 4. *c.* 26. *Hæc fuſiori ſtylo proſequitur* SOZOMENUS *hiſt. Eccleſiaſt. lib.* 6. *cap.* 15. & 16.

Lib. 5. *Cap.* 34. Hi ergo (*invidi Chryſoſtomi*) cum diverſas haberent odii ac ſimulatis cauſas, coruſcantem quidem ejus viri virtutem intueri noluerunt. Infelices vero quoſdam accuſatores nacti, cum calumnias manifeſtas eſſe perſpicerent, procul ab urbe Synodum congregarunt, & ſententiam tulerunt. Porro Imperator credens Sacerdotibus, eum procul ab urbe regia relegavit. Johannes igitur cum nec audiſſet accuſationem, nec defenſionem attuliſſet, quaſi convictus fuiſſet de criminibus, quæ ipſi objecta erant, coactus eſt urbe excedere, & ad navale in oſtio Ponti ſitum, quod Hieron vocant, perrexit. Sed cum noctu ingens terræ motus contigiſſet, ipſamque Auguſtam gravis invaſiſſet terror, legati primo diluculo ad exulem mittuntur, rogaturi ut quam primum ad urbem rediret, & civitatem periculo liberaret. Poſt hos ſecundi miſſi ſunt, & poſt ſecundos tertii; adeo ut Boſphorus legatorum multitudine compleretur. Quod cum cognoviſſet fideliſſimus populus, ſtatim oſtium Propontidis navigiis obtexit. Univerſi enim obviam proceſſerunt, cereas faces præferentes: ac tum quidem caterva inimicorum diſſipata eſt. Paucis vero menſibus elapſis, iterum convenerunt, pœnaſque ab eo exegerunt non jam falſorum criminum illorum, ſed quod poſt depoſitionem miniſterio ſuo functus fuiſſet. Verum ille ajebat ſe judicatum non fuiſſe, & nec crimina objecta audiiſſe, nec iis reſpondiſſe, nec præſentem condemnatum eſſe; ſed ab Imperatore expulſum, ac denuo eſſe revocatum. Altera igitur Synodo congregata, judicio opus non habuerunt Johannis inimici: ſed cum Imperatori perſuaſiſſent juſtam ac legitimam fuiſſe ſententiam, non urbe ſolum regia eum expulerunt, ſed in parvum quoddam ac deſertum Armeniæ oppidum relegarunt, cui nomen eſt Cucuſo. Mox inde eductum, Pityuntem tranſportarunt: oppidum eſt ſitum in extremis finibus Ponti, & imperii Romani, quod accolunt crudeliſſimi barbari. Verum clemens Dominus invictum athletam ad hanc inſulam non permiſit abduci: nam cum veniſſet Comana, ad vitam ſenii ac doloris expertem eum tranſtulit.

Hæc fuſius refert SOZOMENUS *Hiſtoria Eccleſiaſt. lib.* 8. capitibus 16. 17. 20. 21. 22.

(I) THEODORETUS *Eccleſiaſt. hiſtor. lib.* 1. *cap.* 14. Cum hoc modo digreſſus (Arius) eſſet a Principe, Euſebiani conſueta ipſis violentia utentes, eum in Eccleſiam introducere voluerunt. Sed beatæ memoriæ Alexander Conſtantinopolitanus Epiſcopus reclamabat, negans, auctorem hæreſeos in communionem ſuſcipi oportere. Tandem Euſebiani minati ſunt Alexandro, ita dicentes: Quemadmodum te invito perfecimus, ut ab Imperatore Arius evocaretur, ſic craſtino die, quamvis renuente te, nobiſcum in hac Eccleſia collectas aget. Erat tunc dies ſabbati cum hæc dicerent: quibus auditis Epiſcopus Alexander, incredibili mœrore affectus, manibus ad Deum ſublatis

qui egreſſi ſunt ex Ægypto, dixiſti præter Caleb, & Joſue ne unum quidem fuiſſe qui intraverit in terram Abrahæ promiſſam, cæteros omnes in ſolitudine mortuos, fuit ne hoc rei alicujus typus?

R. Hic adumbratum videmus (horreſco referens) quod Chriſtus ipſe docuit, paucos admodum eſſe qui ſalutem æternam conſequuntur, præ multitudine eorum qui pereunt. Horret, inquam, animus, & tremebundus dico: ſed quid ni dixerim, cum Paulus ipſe dicat?
1. Cor. x. 1. Verba ejus accipe: *Nolo vos ignorare, fratres, quoniam Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, &*
Ibid. 2. *omnes Mare tranſierunt, & omnes in Moyſe ba-*
Ibid. 3. *ptizati ſunt in nube & in mari: & omnes eandem eſcam ſpiritalem manducaverunt, & omnes*
Ibid. 5. *eundem potum ſpiritalem biberunt*... *ſed non*
Ibid. 6. *in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo: nam pro-*
Ibid. 11. *ſtrati ſunt in deſerto. Hæc autem in figura facta*
Ibid. 12. *ſunt noſtri... Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram... Itaque qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat.*

§. 14. *Aqua contradictionis. Serpens Æneus. Prophetia & conſilium Balaam. Zelus Phinees. Mors Moyſis.*

I. Quid egerunt Iſraelitæ per annos quadraginta in ſolitudine?

R. Erraverunt in ſolitudine, nunc huc nunc illuc, Dei nutu, progrediendo. Inſigni Dei miraculo factum eſt ut interea eorum nec calceamenta nec veſtes uſu attererentur. Nec defecit eis ulla die, exceptis ſabbatis, manna cibus eis e cælo miſſus. (A) A

I. Deum ne interea majori fide, & ſubjectione coluerunt quam prius?

R. Nullatenus. Imo duro ſemper & indocili ingenio, tot laborum pertæſi, ſæpius contra Deum & Moyſen murmurarunt. Tunc, ut jam antea ſæpius, ob aquæ penuriam populi exorta ſeditio eſt. Poſtea mannæ ſatietas eos & faſtidium cæpit: *Nauſeat*, inquiunt, N. xxi. 5.
anima noſtra ſuper cibo iſto leviſſimo. Quid plura? non deſtiterunt unquam a rebellione contra Dominum. (B) B

I. Quomodo orta ob aquæ penuriam ſeditio ſedata eſt?

R. Petram Moyſes virga ſemel atque iterum percuſſit: unde egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ. In quo quidem Moyſes a Domino reprehenſus legitur, quaſi de divino auxilio dubitaverit. Putant alii culpam Moyſis in gemina ſilicis percuſſione poſitam: alii aliud interpretantur. Quidquid ſit, ob murmur, & contradictionem populi, aquæ illæ dictæ ſunt aquæ contradictionis. (C) C

I. Fuit ne culpa Moyſis impunita? Deut. xxxii.
R. Non fuit. Sed iratus Dominus dixit Moyſi: 52.
Videbis oculis tuis terram Abrahæ promiſſam, ſed non ingredieris in eam: alius populum illuc introducet.

lamentari cœpit: pronuſque humi jacens intra ſepta altaris Deum orabat. Aderat una cum illo Macarius, ipſe quoque Deum orans, & Alexandri vocem audiens. Porro ille duo poſtulabat a Deo ita dicens: Si Arius cras communicaturus eſt, dimitte me ſervum tuum nec pium cum impio ſimul perdas. Si vero parcis Eccleſiæ tuæ: novi autem quod ei parcas: reſpice ad verba Euſebianorum, & noli tradere hæreditatem tuam in ruinam & opprobrium. Tolle e medio Arium, ne illo in Eccleſiam ingreſſo, hæreſis quoque ſimul ingreſſa eſſe videatur, neve impietas deinceps eodem loco habeatur, quo pietas. Hæc precatus Epiſcopus Eccleſia abceſſit mirum in modum ſollicitus. & continuo res accidit mira prorſus, atque horrenda, & inexpectata. Nam cum Euſebiani minas intentaſſent, Epiſcopus quidem preces ad Deum fuderat: Arius vero Euſebianorum præſidio confidebat. & multa inaniter jactans, ob urgentem alvi neceſſitatem latrinas petiit: ſtatimque pronus, ſicut ſcriptum eſt, crepuit medius, collapſuſque protinus animam exhalavit, & utroque pariter, communione ſcilicet ac vita privatus eſt.

Eadem referunt SOCRATES *lib. 1. hiſtor. Eccleſiaſt. c.* 38. & SOZOMENUS *hiſtoria Eccleſ. lib. 2. cap. 29. Vide infra ſect.* II. *cap.* III. §. 20. *ſeculo* IV. EPIPHANIUM *lit.* (EE) *adverſus Arjomanitas.*

(A) DEUTER. VIII. 2. Recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per deſertum, ut affligeret te, atque tentaret, & nota fierent, quæ in tuo animo verſabantur, utrum cuſtodires mandata illius an non. 3. Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu, & patres tui, ut oſtenderet tibi quod non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei. 4. Veſtimentum tuum quo operiebaris, nequaquam vetuſtate defecit, & pes tuus non eſt ſubtritus, en quadrageſimus annus eſt.

XXIX. 5. Adduxit vos quadraginta annis per deſertum: non ſunt attrita veſtimenta veſtra, nec calceamenta pedum veſtrorum vetuſtate conſumpta ſunt.

(B) NUMER. XX. 2. Cumque indigeret aqua populus, convenerunt adverſum Moyſen, & Aaron: 3. Et verſi in ſeditionem, dixerunt: Utinam periiſſemus inter fratres noſtros coram Domino... 6. Ingreſſuſque Moyſes, & Aaron, dimiſſa multitudine, tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamaveruntque ad Dominum, atque dixerunt: Domine Deus audi clamorem hujus populi, & aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ vivæ, ut ſatiati, ceſſet murmuratio eorum: & apparuit gloria Domini ſuper eos. 7. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 8. Tolle virgam, & congrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & jumenta ejus... 11. Cumque elevaſſet Moyſes manum, percutiens virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ, ita ut populus biberet & jumenta. 12. Dixitque Dominus ad Moyſen & Aaron: Quia non credidiſtis mihi, ut ſanctificaretis me coram filiis Iſrael, non introducetis hos populos in Terram, quam dabo eis. 13. Hæc eſt aqua contradictionis, ubi jurgati ſunt filii Iſrael contra Dominum & ſanctificatus eſt in eis.

XXI. 4. Tædere cœpit populum itineris ac laboris. Locutuſque contra Deum, & Moyſen, ait: Cur eduxiſti nos de Ægypto, ut moreremur in ſolitudine? Deeſt panis, non ſunt aquæ: anima noſtra jam nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo. Quamobrem miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes, ad quorum plagas, & mortes plurimorum, 7. venerunt ad Moyſen, atque dixerunt: Peccavimus, quia locuti ſumus contra Dominum & te: ora ut tollat a nobis ſerpentes. Oravitque Moyſes pro populo, 8. & locutus eſt Dominus ad eum: Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno, qui percuſſus aſpexerit eum, vivet. 9. Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno: quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur.

DEUTERON. XXXI. 27. Ego enim ſcio contentionem tuam, & cervicem tuam duriſſimam. Adhuc vivente me, & ingrediente vobiſcum, ſemper contentioſe egiſtis contra Dominum: quanto magis cum mortuus fuero?

(C) *Vide ſupra lit.* (B) NUM. *c.* XX.

S. AUG. *Quæſt.* 19. *in Numer.* Ei (Moyſi) exprobravit Dominus quod ad petram, unde aqua profluxit, videtur de poteſtate Domini dubitaſſe...., Deus non de verbis, ſed de cordibus judicat. Alioquin & ad illam petram, unde aqua profluxit, poterant excuſari verba Moyſi, niſi in eum clara aſſet divina ſententia, quod diffidendo talia dixerit.

THEODOR. *Quæſt.* 37. *in Numer.* Propterea Dominus contra eos (Moyſen & Aaron) ſententiam tulit: Quia Num. xx. 12.
non credidiſtis mihi, ut ſanctificaretis me coram filiis Iſrael, idcirco vos non introducetis multitudinem hanc in terram, quam dedi illis. Et vexatus eſt Moy- Pſal. cv. 32. 33.
ſes propter illos, quia exacerbaverunt ſpiritum ejus & diſtinxit in labiis ſuis: nam iratus illis ambigue ſermonem

Digitized by Google

I. Cur Deus permiſit, Moyſen in culpam hanc incidere?

R. Ut ex hac culpa factus humilior, intelligeres hominem ſe eſſe: idque ipſum populus
D intelligeret. (D) Tum ut ex injuncta huic culpæ pœna, grande Myſterium paulo poſt explicandum ſignificaretur.

I. Cur Deus culpam hanc noluit impunitam diu relinquere?

R. Ut Moyſes pœna levi, dum hic viveret,
Heb. xii. 6. pœnam utique graviorem quam fuiſſet poſt mortem pro culpa daturus, Deo miſerante, compenſaret. *Quos enim Deus diligit caſtigat*, &
E corrigit in tempore miſericors pater. (E)

I. Deditne populus pœnas aliquas ob murmur illud ultimum, ſimulque ob ſignificatam de Manna ſatietatem & nauſeam?

R. Dedit utique; immiſit enim propterea Dominus in populum ignitos ſerpentes: quorum morſibus aduſti plurimi de populo, vel mortui ſunt, vel graviſſime vulnerati ceciderunt. (F)

I. Quis fuit hujus plagæ & ſupplicii modus?

R. Clamavit populus ad Dominum, miſeri-
Num. xxi. 9. cordiam pro peccato precatus: oravitque Moyſes pro populo. Mox exaudita oratione, *fecit*, Dei juſſu, *ſerpentem æneum, poſuitque eum pro ſigno. Quem cum percuſſi aſpicerent ſanabantur.*

I. Cujus rei typus fuit ſerpens æneus?

R. Serpens æneus, figuram, non venenum ſerpentis habens, typus fuit Chriſti in cruce exaltati, qui aſſumpta carnis peccati ſimili- Pars I.
tudine ſine peccato, fuit una ſalus peccato- Sect. I.
ribus. Id ipſum Chriſtus docet his verbis: Cap. IV.
Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita §. 14.
exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui Joan. iii. 14.
credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æter- 15.
nam. (G) G

I. Numquid poſtea ad mortem uſque Moyſis, Deum ad iracundiam provocarunt Iſraelitæ?

R. Adhuc ſemel provocarunt peccando cum mulieribus Madianitis. Rem explico.

Balac rex Moabitarum Balaam Ariolum ad ſe vocat, ut is malediceret populo Iſrael. Venit Balaam. Sed Deo prophetæ linguam movente factum eſt, ut benedictiones pro maledictionibus promeret, multa de populo imo & de Chriſto venturo prænuncians. Tum veritus ne promiſſa mercede fraudaretur, Regi conſilium hoc plane deteſtandum dedit. Mitte, inquit, ad caſtra Iſrael feminas de Madian, quarum blanditiis victus populus in peccatum & exinde in indignationem Dei incurrat. Tunc populum facile debellabis. Res ita ſeſe habuit, ut dixerat: mittuntur feminæ; vincitur populus blanditiis, fornicatur, & in idololatriam, qua nulla execrabilior, prolabi-
tur. (H) H

I. Qua ratione Deus tot ſcelera ultus eſt?

R. Iratus Deus jubet, principes populi fornicantis patibulo ſuſpendi, cæteros omnes qui fornicati fuiſſent, ſine diſcrimine occidi: & cæ-

monem protulit. Eratque non mentis ambiguitas, ſed linguæ. *Moyſen itaque excuſat Theodoretus.*

(D) THEODORET. *Quæſt.* 43. *in Deuteron. Vide infra hocce §. lit.* (M)

(E) PROVERB. III. 11. Diſciplinam Domini, fili mi, ne abjicias: nec deficias cum ab eo corripieris:
Proverb. iii. 12. 12. Quem enim diligit Dominus, corripit: & quaſi pater in filio complacet ſibi.

HEBR. XII. 5. Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. 6. Quem enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. 7. In diſciplina perſeverate. Tanquam filiis vobis offert ſe Deus: quis enim filius quem non corrigit Pater? 8. Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cujus participes facti ſunt omnes: ergo adulteri, & non filii eſtis. 9. Deinde patres quidem carnis noſtræ, eruditores habuimus, & reverebamur eos: non multo magis obtemperabimus Patri ſpirituum, & vivemus? 10. Et illi quidem in tempore paucorum dierum, ſecundum voluntatem ſuam erudiebant nos: hic autem ad id, quod utile eſt in recipiendo ſanctificationem ejus. 11. Omnis autem diſciplina, in præſenti quidem videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris: poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam, reddet juſtitiæ.

APOCAL. III. 19. Ego quos amo, arguo, & caſtigo. Æmulare ergo & pœnitentiam age.

(F) *Vide ſupra lit.* (B) NUM. *c.* XXI.

(G) S. AUG. *Lib.* 1. *de peccator. meritis & remiſſ. c.* 32. *num.* 60. Serpentium morſibus multi moriebantur; tunc populus peccata ſua confitens, per Moyſen deprecatus eſt Dominum, ut hoc ab eis virus auferret. Ac ſic Moyſes ex præcepto Domini exaltavit in deſerto æneum ſerpentem, admonuitque populum, ut illum exaltatum, quiſquis a ſerpente morderetur, attenderet: hoc facientes continuo ſanabantur. Quid eſt exaltatus ſerpens, niſi mors Chriſti? ... Dominus in carnem ſuam non peccatum tranſtulit, tanquam venenum ſerpentis: ſed tamen tranſtulit mortem, ut eſſet in ſimilitudine carnis peccati pœna ſine culpa, unde in carne peccati & culpa ſolveretur & pœna. Sicut ergo tunc, qui conſpiciebat exaltatum ſerpentem, & a veneno ſanabatur, & a morte liberabatur: ſic nunc, qui conformatur ſimilitudini mortis Chriſti per fidem baptiſmumque ejus, & a peccato per juſtificationem, & a morte per reſurrectionem liberatur.

THEODORET. *Quæſt.* 38. *in Numeros.* Illud etiam ſalutarem paſſionem præfigurat. Nam per ſerpentem natum eſt peccatum, unde maledictionem accepit a Deo
omnium. Erat itaque ſerpens figura tum peccati, tum Iſai. liii. 9.
maledictionis. Quoniam igitur Dominus Chriſtus in
ſimilitudinem carnis peccati apparuit: corpus enim 1. Pet. ii. 22.
vere ſumpſit, peccatum autem non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus: præſignatur paſſio ſalutaris per ſerpentem æneum. Quemadmodum enim ſerpens æneus erat imago ſerpentum, non tamen illorum venenum gerebat; ita filius unigenitus corpus quidem habebat humanum, ſed peccatorum macula carebat. Et ficut a ſerpentibus morſi ſerpentem intuentes ſanabantur: ita qui vulnerati ſunt a peccato, paſſioni ſalvatoris noſtri ſine ulla dubitatione credentes, morte potentiores fiunt, & vitam æternam conſequuntur.

(H) NUMER. XXII. 2. Videns autem Balac ... omnia quæ fecerat Iſrael Amorrhæo, 3. & quod pertimuiſſent eum Moabitæ, & impetum ejus ferre non poſſent: 4. Dixit ad majores natu Madian: Ita delebit hic populus omnes ... 5. Miſit ergo nuncios ad Balaam ... ariolum ... ut vocarent eum, & dicerent: ... 6. Veni, & maledic populo huic ... 12. Dixitque Deus ad Balaam: Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus eſt ... 18. Reſpondit Balaam: Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, ut vel plus, vel minus loquar ... 20. Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei: Si vocare te venerunt homines iſti, ſurge, & vade cum eis ... 21. Surrexit Balaam mane, & ſtrata aſina ſua profectus eſt cum eis. 22. Et iratus eſt Deus. Stetitque Angelus Domini in via contra Balaam, qui inſidebat aſinæ ... 23. Cernens aſina Angelum ſtantem in via, evaginato gladio, avertit ſe de itinere, & ibat per agrum. Quam cum verberaret Balaam, & vellet ad ſemitam reducere, 24. ſtetit Angelus in anguſtiis duarum maceriarum ... 25. Quem videns aſina junxit ſe parieti, & attrivit ſedentis pedem. At ille iterum verberabat eam: 26. & nihilominus Angelus ad locum anguſtum tranſiens, ubi nec ad dextram, nec ad ſiniſtram poterat deviare obvius ſtetit. 27. Cumque vidiſſet aſina ſtantem Angelum, concidit ſub pedibus ſedentis. Qui iratus, vehementius cædebat fuſte latera ejus. 28. Aperuitque Dominus os aſinæ, & locuta eſt: Quid feci tibi? cur percutis me? ecce jam tertio? ... 30. ... Nonne animal tuum ſum, cui ſemper ſedere conſueviſti uſque in præſentem diem? Dic quid ſimile unquam fecerim tibi? 31. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit angelum ſtantem in via evaginato gladio,

Pars I. Sect. I. Cap. IV. §. 14.

& cæſa ſunt eo die viginti quatuor millia. Tunc Phinees Aaronis ex patre nepos, divino zelo accenſus, cum vidiſſet virum Iſraelitam cum muliere Moabitide peccantem, ſimul utrumque arrepto pugione confodit: atque ita ceſſavit ira Dei. (I)

I. Nunquid & Madianitæ pœnas dederunt ſceleris?

R. Dederunt utique. Miſit enim, Deo jubente, Moyſes Phineen cum duodecim millibus expeditorum ad pugnam contra Madianitas. Hi ab Iſraelitis prælio victi, omnes occiſi ſunt, Balac quoque & Balaam interfecti. Quin & mulieres gladio cæſæ ſunt. Solæ puellæ virgines, juſſu Moyſis, ab internecione ſervatæ. (K)

K

I. Poſt hanc expeditionem, quid egit Moyſes?

R. Juſue ſibi juſſu Dei ſuffecit in ducem populi, mandavitque ut populum introduceret in terram Chanaan. Acceptam a Deo legem populo iterum denuntiavit, Judæorum futuram reprobationem, & cæterarum gentium vocationem prædixit. Benedixit ſingulis tribubus Iſrael. Scripſit hæc omnia in volumine, quod Levitis tradidit in Sanctuario cum tabulis lapideis recondendum. Tandem montem ſolus conſcendit, ibique oſtendit ei Dominus omnem terram Abrahæ promiſſam: quam cum fuiſſet contemplatus, nec in eam ingreſſus, in eo ipſo monte mortuus eſt jubente Domino, & ſepultus annos natus centum & viginti: nec quiſquam hominum cognovit unquam ſepulchrum ejus, nec mortui corpus invenit. (L) L

I. Quod Moyſes in pœnam culpæ ad aquas contradictionis admiſſæ, in terram Chanaam non ſit ingreſſus, illucque Joſue populum, non

Moyſes

gladio, adoravitque eum pronus in terram. 32. Cui Angelus... Ego veni ut adverſarer tibi, quia perverſa eſt via tua, mihique contraria.... 34. Dixit Balaam: Peccavi, neſciens quod tu ſtares contra me: & nunc ſi diſplicet tibi ut vadam, revertar. 35. Ait Angelus: Vade cum iſtis... Ivit igitur cum principibus.

XXIII. 7. Aſſumptaque parabola ſua, dixit: De Aram adduxit me Balac Rex Moabitarum... Veni, inquit, & maledic Jacob: propera, & deteſtare Iſrael. 8. Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? Qua ratione deteſter quem Dominus non deteſtatur? 11. Dixitque Balac ad Balaam: Quid eſt hoc quod agis? Ut maledіceres inimicis meis vocavi te: & tu e contrario benedicis eis. 12. Cui ille reſpondit: Num aliud poſſum loqui, niſi quod juſſerit Dominus? ... 19. Non eſt Deus quaſi homo, ut mentiatur: nec ut filius hominis, ut mutetur. Dixit ergo, & non faciet? Locutus eſt, & non implebit? 20. Ad benedicendum adductus ſum, benedictionem prohibere non valeo.

XXIV. 15. Sumpta igitur parabola, rurſum ait... 17. Videbo eum, ſed non modo: intuebor illum, ſed non prope. Orietur ſtella ex Jacob, & conſurget virga de Iſrael... 19. De Jacob erit qui dominetur, & perdat reliquias civitatis.

XXV. 1. Morabatur autem eo tempore Iſrael in Settim, & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab... 3. Initiatuſque eſt Iſrael Beelphegor: & iratus Dominus 4. ait ad Moyſen: Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra Solem in patibulis: ut avertatur furor meus ab Iſrael. 5. Dixitque Moyſes ad judices Iſrael: Occidat unuſquiſque proximos ſuos, qui initiati ſunt Beelphegor.

XXXI. 16. Nonne iſtæ ſunt, quæ deceperunt filios Iſrael ad ſuggeſtionem Balaam, & prævaricari vos fecerunt in Domino ſuper peccato Phogor, unde percuſſus eſt populus?

Josue XXIV. 9. Surrexit autem Balac filius Sephor rex Moab, & pugnavit contra Iſraelem: miſitque & vocavit Balaam filium Beor, ut malediceret vobis: 10. Et ego nolui audire eum, ſed e contrario per illum benedixi vobis, & liberavi vos de manu ejus.

2. Petri II. 14. Oculos habentes plenos adulterii, & inceſſabilis delicti. Pellicientes animas inſtabiles, cor exercitatum avaritia habentes maledictionis filii: 15. Derelinquentes rectam viam erraverunt, ſecuti viam Balaam ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amavit: 16. Correptionem vero habuit ſuæ veſaniæ: ſubjugale mutum animal, hominis voce loquens prohibuit prophetæ inſipientiam.

Judæ 11. Væ illis, quia in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt.

Apocalyps. II. 14. Habeo adverſus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum coram filiis Iſrael, edere, & fornicari.

(I) Numer. XXV. 6. Et ecce unus de filiis Iſrael, intravit coram fratribus ſuis ad ſcortum Madianitidem, vidente Moyſe, & omni turba filiorum Iſrael, qui flebant ante fores tabernaculi. 7. Quod cum vidiſſet Phinees filius Eleazari filii Aaron Sacerdotis, ſurrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione 8. ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitam in lupanar, & & perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet & mulierem, in locis genitalibus. Ceſſavitque plaga a filiis Iſrael, 9. & occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum. 10. Dixitque Dominus ad Moyſen: 11. Phinees... avertit iram meam a filiis Iſrael: quia zelo meo commotus eſt contra eos, ut non ipſe delerem filios Iſrael in zelo meo. 12... Ecce do ei pacem fœderis mei, 13. & erit tam ipſi quam ſemini ejus pactum ſacerdotii ſempiternum, quia zelatus eſt pro Deo ſuo, & expiavit ſcelus filiorum Iſrael. 14. Erat autem nomen viri Iſraelitæ, qui occiſus eſt cum Madianitide, Zambri: .... 15. Porro mulier Madianitis, quæ pariter interfecta eſt, vocabatur Cozbi.

Psal. CV. 28. Et initiati ſunt Beelphegor: & comederunt ſacrificia mortuorum. 29. Et irritaverunt eum in adinventionibus ſuis: & multiplicata eſt in eis ruina. 30. Et ſtetit Phinees, & placavit: & ceſſavit quaſſatio. 31. Et reputatum eſt ei in juſtitiam, in generationem & generationem.

1. Machab. II. 54. Phinees Pater noſter, zelando zelum Dei, accepit teſtamentum ſacerdotii æterni.

(K) Numer. XXXI. 2. Ulciſcere filios Iſrael de Madianitis... 3. Statimque Moyſes: Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui poſſint ultionem Domini expetere de Madianitis. 4. Mille viri de ſingulis Tribubus eligantur ex Iſrael, qui mittantur ad bellum. 5. Dederuntque millenos de ſingulis Tribubus, id eſt, duodecim millia expeditorum ad pugnam: 6. Quos miſit Moyſes cum Phinees.... 7. Cumque pugnaſſent contra Madianitas atque viciſſent, omnes mares occiderunt, 8. & reges eorum Evi, & Recem, & Sur, & Hur, & Rebe, quinque principes gentis: Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio. 9. Ceperuntque mulieres eorum, & parvulos:... Quidquid habere poterant depopulati ſunt.... 14. Iratuſque Moyſes... 15. ait: Cur feminas reſervaſtis? 16. Nonne iſtæ ſunt quæ deceperunt filios Iſrael?... 17. Ergo cunctos interficite quidquid eſt generis maſculini, etiam in parvulis: & mulieres, quæ noverunt viros in coitu, jugulate: 18. Puellas autem & omnes feminas virgines reſervate vobis.

Josue XIII. 22. Et Balaam filium Beor ariolum occiderunt filii Iſrael gladio cum cæteris interfectis.

(L) Deuter. III. 28. Præcipe Juſue, & corrobora eum atque conforta: quia ipſe præcedet populum iſtum, & dividet eis terram quam viſurus es.

IV. 1. Et nunc Iſrael audi præcepta, & judicia, quæ ego doceo te: ut faciens ea vivas, & ingrediens poſſideas terram, quam Dominus Deus Patrum veſtrorum daturus eſt vobis.... 6.... Hæc eſt enim veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, ut audientes univerſa præcepta hæc, dicant: En populus ſapiens & intelligens, gens magna. 7. Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. 8. Quæ eſt enim alia gens ſic inclyta, ut habeat cæremonias, juſtaque judicia, & univerſam legem, quam ego proponam hodie ante oculos veſtros? 9. Cuſtodi igitur temetipſum, & animam tuam ſollicite. Ne obliviſcaris verborum, quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus

bus

Digitized by Google

Moyſes introduxerit, dixiſti ſuperius grende eo ſigoificatum fuiſſe myſterium a te ioſra explicandum. Jam ergo tandem quale id fuerit myſterium dicas velim.

R. Lubens exponam.

Homioes peccaodo inciderant in diaboli ſervitutem, cojus Ægypeiaca ſervitus typus fuit. Ut ex ea Deus homines eximeret, ſcripſit eis legem, dabitque mioiſterio Moyſis. Ea lex patefecit quidem hominibus ipſorum ſervitutem, & corruptionem, docuit eos quid eſſet agendum, ot in libertatem aſſererentur; oſtendit eis booa, ad quæ tenderent, promiſſam patriam demunſtravit. Sed infirmior ea lex fuit, quam ut homines a corruptione liberaret, & ad patriam introduceret. Id fuit Chriſto Jeſu reſervatum unico liberatori, cojus Joſue & nomen & typum geſſit. Is Moyſe legis mioiſtro potentior, gratia efficaciori legis infirmitatem adjuvante, nos ſanat, nos liberat, nos roborat, nos ad patriam cæleſtem introducit, quæ utique terra Abrahæ promiſſa præfigurabatur. (M) M

§. 15.

Sub Joſue Duce populus Iſrael terram promiſſam poſſidet, & per Tribus & familias partitur. Populi ſtatus & mores ſub Judicum Imperio.

I. Quid factum eſt in Iſrael, mortuo Moyſe?

R. Moyſe mortuo, ſumma rerum penes Joſue fuit. Hunc Deus juſſit fieri gentis Ducem, promiſitque ipſi populus omnimodam ſubjectionem & obedientiam. Hoc Duce venit Iſrael in poſſeſſionem terræ promiſſæ. (A) A

I. Numquid nemine impediente, & adverſante miſſi ſunt filii Iſrael in terræ poſſeſſionem?

R. Plurimi obſtiterunt, pugnarunt multi: ſed Duce Joſue ſuperati omnes, & devicti ſunt, gen-

---

bus vitæ tuæ. Docebis ea filios, ac nepotes tuos.... 20. Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti, ut haberet populum hæreditarium... 21. Iratuſque eſt Dominus contra me propter ſermones veſtros, & juravit, ut non tranſirem Jordanem, neque ingrederer terram optimam, quam daturus eſt vobis. 22. Ecce morior in hac humo, non tranſibo Jordanem: vos tranſibitis, & poſſidebitis terram egregiam. 23. Cave nequando obliviſcaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum.

XXXI. 2... Centum viginti annorum ſum hodie, non poſſum ultra egredi, & ingredi, præſertim cum & Dominus dixerit mihi: Non tranſibis Jordanem iſtum... 7. Vocavitque Moyſes Joſue, & dixit ei coram omni Iſrael: Confortare, & eſto robuſtus; tu enim introduces populum iſtum in terram, quam daturum ſe patribus eorum juravit Dominus, & tu eam ſorte divides. 8. Et Dominus, qui ductor eſt veſter, ipſe erit tecum: non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paveas. 9. Scripſit itaque Moyſes legem hanc, & tradidit eam Sacerdotibus filiis Levi ... 25. ... dicens: 26. Tollite librum iſtum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei veſtri, ut ſit ibi contra te in teſtimonium.

XXXII. 15. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitravit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit a Deo ſalutari ſuo. 16. Provocaverunt eum in diis alienis... 17. Immolaverunt dæmoniis, & non Deo... 18. Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui. 19. Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt... 49. Aſcende in montem iſtum Abarim.... & vide terram Chanaan, quam ego tradam filiis Iſrael obtinendam, & morere in monte. 50. Quem conſcendens jungeris populis ejus, ſicut mortuus eſt Aaron frater tuus in monte Hor, & appoſitus populis ſuis. 51. Quia prævaricati eſtis contra me, in medio filiorum Iſrael, ad aquas contradictionis ... & non ſanctificaſtis me inter filios Iſrael. 52. E contra videbis terram, & non ingredieris in eam.

XXXIV. 5. Mortuuſque eſt ibi Moyſes ſervus Domini, in terra Moab, jubente Domino. 6. Et ſepelivit eum in valle terræ Moab contra Phogor; & non cognovit homo ſepulchrum ejus uſque in præſentem diem. 7. Moyſes centum & viginti annorum erat quando mortuus eſt.

(M) GALAT. III. 11. Quoniam autem in lege nemo
Hab. 2. 4. juſtificatur apud Deum, manifeſtum eſt: quia juſtus ex fide vivit. 12. Lex autem non eſt ex fide, ſed qui fecerit ea, vivet in illis. 13. Chriſtus nos redemit de ma-
Levit. 18. 5. ledicto legis, factus pro nobis maledictum; quia ſcriptum
Deut. 21. 23. eſt: Maledictus omnis qui pendet in ligno; 14. ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Jeſu, ut pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem... 18. Si ex lege hæreditas, jam non ex promiſſione. Abrahæ autem per repromiſſionem donavit Deus. 19. Quid igitur lex? Propter tranſgreſſiones poſita eſt, donec veniret ſemen, cui promiſerat, ordinata per Angelos in manu mediatoris... 21. Lex ergo adverſus promiſſa Dei? Abſit. Si enim data eſſet lex, quæ poſſet vivificare, vere ex lege eſſet juſtitia. 22. Sed concluſit Scriptura omnia ſub peccato, ut promiſſio ex fide Jeſu Chriſti daretur credentibus. 23. Prius autem quam veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi, in eam fidem, quæ revelanda erat. 24. Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, ut ex fide juſtificaremur. At ubi venit fides, jam non ſumus ſub pædagogo.

HEBRÆOR. VII. 18. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem ejus, & inutilitatem. 19. Nihil enim ad perfectum adduxit lex; introductio vero melioris ſpei, per quam proximamus ad Deum.

THEODORET. *Quæſt. 43. in Deuteronom.* Docet nos Dominus ſe ſummam virtutem a perfectis exigere, & cum erga alios homines graviter peccantes ſit longanimis, ſanctis tamen hanc veniam non concedere. Tenuiſſimus Sap. 6. 7.
venia & miſericordia dignus: potentes autem potenter torquebuntur; cui modicum datum fuerit, modicum exi- Luc. 12. 48.
getur ab eo... Deus non permiſit hunc ſummum prophetam introducere populum in terram promiſſionis, ne illum tanquam Deum colerent Iſraelitæ... Eadem de cauſa ſepulchrum ejus latere voluit, qui noſtra ſapienter adminiſtrat Deus. Porro ſciendum eſt, Moyſem repræſentare legem... Jeſus autem filius Nave typum geſſit Salvatoris univerſæ terræ. Quemadmodum ergo Moyſes eduxit populum ab Ægypto, Joſue vero ipſum in terram promiſſam introduxit; ita lex quidem ab impietate liberat obedientes, Evangelica autem gratia introducit in regnum cælorum.

Præfatione in Jeſum Nave. Docuit nos ſapientiſſimus Paulus teſtamentum veteris novi fuiſſe figuram: hæc enim 1. Cor. 10.
omnia in figura contingebant illis. Per Moyſem debemus intelligere legem; per Jeſum ejuſdem cum illo nominis, Salvatorem... Quemadmodum igitur defuncto ſecundum hiſtoriam Moyſe, Jeſus populum introduxit in terram promiſſam; ita finita lege Jeſus noſter apparens populo pro regnum cælorum aperuit.

S. AUG. *Quæſt. 53. in Numeros.* Ambobus (Aaron & Moyſi) hoc ante prædixerat, quod ideo non intrarent cum populo Dei in terram promiſſionis, quia non eum ſanctificaverunt coram populo ad aquam contradictionis, id eſt, quia dubitaverunt de dono ejus, quod poſſet aqua de petra profluere.... Hujus autem rei myſterium datur intelligi, quia nec ſacerdotium quod prius inſtitutum eſt, cujus perſonam gerebat Aaron, nec ipſa lex, cujus perſonam gerebat Moyſes, introducunt populum Dei in terram hæreditatis æternæ; ſed Jeſus, in quo typus erat Domini Jeſu Chriſti, id eſt, gratia per fidem.

(A) JOSUÆ I. 1. Et factum eſt poſt mortem Moyſi... ut loqueretur Dominus ad Joſue filium Nun... & diceret ei: 2... Surge, & tranſi Jordanem iſtum tu, & omnis populus tecum, in terram, quam ego dabo filiis Iſrael... 9... noli metuere, & noli timere, quoniam tecum eſt *Dominus* Deus tuus in omnibus ad quæcumque perrexeris. 10. Præcepitque Joſue Principibus populi, dicens... Imperate populo, ac dicite: 11. Præparate vobis cibaria, quoniam poſt diem tertium tranſibitis Jordanem... 16. Reſponderuntque ad Joſue, atque dixerunt: Omnia quæ præcepiſti nobis, faciemus; & quocumque miſeris, ibimus. 17. Sicut obedivimus in cunctis Moyſi, ita

genteſque in ea ragione commorantes extermina-
tæ, (B)

I. Numquid terræ hujus incolæ ita deleti, ut ne unus quidem ſuperfuerit?

B
R. Non omnes duce Joſue nec ſimul, & eodem tempore, ſed paulatim, & ſuccedentibus annis deleti: Deo ita permittente, tum ne vacua & inculta terra remaneret, donec poſſet Iſrael, multiplicata progenie, ſingulas terræ partes teplete; tum ut exerceretur Iſraelitarum vigilantia, ne ſecuri ab hoſtium metu torperent o-
C tio. (C)

I. Quomodo Joſue diviſit terram Chanann inter filios Iraël?

R. Sorte diviſit. Et quam unicuique familiæ, divina Providentia diſponente, ſors dedit terræ portionem, hanc unaquæque ſumpſit in poſſeſſionem
D ſibi. (D)

I. Quod multa fuerunt Iſraelitis impedimenta ſuperandn antequam terræ poſseſſionem obtinerent, quod cum hoſtibus multis dimieandum, quod non niſi paulatim, & ſuccedente tempore omnes omnino hoſtes plane debellari; fuit ne id typus alieujus rei?

R. His omnibus velut in imagine ndumbratum cernere licet, quot Eccleſiæ ſingulisque adeo Chriſtianis ſuperanda veniant impedimenta, quot prælia ſuſtinenda, quot hoſtes vincendi, antequam venire liceat in poſſeſſionem patriæ cæleſtis, terræ utique viventium.

Hæc omnia non ſimul, ſed paulatim ſuperant Chriſtiani: ſupereſt ſemper, quod dimicent, quod vincant, quod timeant; Deo ita diſponente, ut exerceatur jugiter eorum virtus, ut metu, & tremore contineantur, ne torpeant deſidia, ne extol-
lantur ſuperbia. (E) E

I. Cur

ita obediemus & tibi: tantum ſit Dominus Deus tuus tecum, ſicut fuit cum Moyſe.

(B) *Lege librum* Josue, *ſi tanti viri hiſtoriam cupis perноſcere.*

(C) Exod. xxiii. 29. Non ejiciam eos a facie tua anno uno: ne terra in ſolitudinem redigatur, & creſcant contra te beſtiæ. 30. Paulatimque expellam eos de conſpectu tuo, donec augearis, & poſſideas tarram.

Deuter. vii. 21.... Deus magnus & terribilis. 22. Ipſe conſumet nationas has in conſpectu tuo paulatim atque per partes. Non poteris eos delere pariter, ne forte multiplicentur contra te beſtiæ terræ.

Josue xxiii. 4.... Multæ adhuc ſuperſunt nationes. 5. Dominus Deus veſter diſperdet eas, & auferet a facie veſtra, & poſſidebitis terram ſicut vobis pollicitus eſt. 6. Tantum confortamini, & eſtote ſoliciti, ut cuſtodiatis cuncta quæ ſcripta ſunt in volumine legis Moyſi... 9. Et tunc auferet Dominus Deus in conſpectu veſtro gentes magnas & robuſtiſſimas, & nullus vobis reſiſtere poterit.

Judicum iii. 1. Hæ ſunt gentes, quas Dominus dereliquit, ut erudiret in eis Iſraelam, & omnes qui non noverant bella Chananæorum; 2. Ut poſtea diſcerent filii eorum certare cum hoſtibus, & habere conſuetudinem præliandi.

S. August. *Quæſt.* 17. *in Judices*, *num.* 3. Ne putaretur
hoc Jeſus conſilio ſuo tanquam humano egiſſe, ut gen-
Judic. 2. 23. res illæ relinquerentur, ſubjungit Scriptura: *& dimiſit*
Dominus gentes has, ut non auferret illas celeriter ....
Ibid. 3. 1. Deinde ſequitur: *Et hæ gentes, quas reliquit Jeſus, ut*
tentaret in illis Iſrael ... Erat ergo iſta cauſa in eorum
tentatione, ut bellare diſcerent, id eſt, ut tanta pietate & obedientia legis Dei bellarent, quanta patres eorum, qui Domino Deo etiam bellando placuerunt; non quia optabile aliquid aſt bellum, ſed quia pietas laudabilis & in bello.

N. 4. Dictum eſt autem in Deuteronomio ... Non
Exod. 23. 29 ejiciam illos in anno uno, ne fiat terra deſerta, & mul-
tiplicentur in te beſtiæ feræ ... Poterat hanc promiſſio-
Deut. 7. 22. nem ſuam ſervare Dominus erga obedientes, ut exterminatio gentium illarum, creſcentibus Iſraelitis partibus, fieret, cum eorum multitudo terras unde adverſarii exterminarentur deſertas non ſineret. Quod autem ait, *ne multiplicentur in te beſtiæ feræ*, mirum ſi non beſtiales quodammodo cupiditates, & libidines intelligi voluit, quæ ſolent de repentino ſucceſſu terrenæ felicitatis exiſtere. Nequa enim Deus homines exterminare poterat, & beſtias non poterat vel perdere, vel paſci potius non permittere.

(D) Numer. xxvi. 55... Sors terram Tribubus dividat & familiis. Quidquid ſorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores.

Josue xxiii. 4. Vobis diviſit omnem terram, ab orientali parte Jordanis uſque ad mare magnum.

Psal. lxxvii. 54. Et ejecit a facie eorum gentes, & ſorte diviſit eis terram in funiculo diſtributionis.

Id intellige de Iſraelitis, qui ultra Jordanem habitaverunt, ſi quidem Tribus Ruben, Gad, & dimidia Tribus Manaſſes terras cis Jordanem ab ipſo Moyſe deſignatas, non ſorte ductas incoluerunt, ut patet ex

Numeror. xxxii. 1. Filii autem Ruben & Gad.... 2. Venerunt ad Moyſem, & ad Eleazarum Sacerdotem, & principes multitudinis, atque dixerunt: 3. Atarothi & Dibon, & Jazer, & Nemra, & Heſebon, & Eleale, & Saban, & Nebo, & Beon, 4. Terra, quam percuſſit Dominus in conſpectu filiorum Iſrael, regio uberrima eſt ad paſtum animalium; & nos ſervi tui habemus jumenta plurima. 5. Precamurque ſi invenimus gratiam coram te, ut des nobis famulis tuis eam in poſſeſſionem, nec facias nos tranſire Jordanem... 33. Dedit itaque Moyſes filiis Gad & Ruben, & dimidiæ tribui Manaſſe filii Joſeph regnum Sehon regis Amorrhæi, & regnum Og regis Baſan, & terram eorum cum urbibus ſuis per circuitum. *Id etiam probatur ex*

Josue i. 12. Rubenitis quoque & ex Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe ait: (Joſue) ... 14. Uxores veſtræ, & filii, ac jumenta manebunt in terra, quam tradidit vobis Moyſes trans Jordanem.

(E) S. Hieron. *Epiſt. ad Dardanum*, *Tom.* 2. *p.* 609. Quod ſi objeceris terram repromiſſionis dici, quæ in Numerorum volumine continetur, ... ego fatebor hæc tibi repromiſſa non tradita: ſi obſervaſſes mandata Dei, & in præceptis illius ambulaſſes: ſi non pro omnipotente Deo coluiſſes Beelphegor & Baalim, Beelzebub & Chamos: quos quia prætuliſti Deo, omnia quæ tibi promiſſa fuerant perdidiſti. Et mihi in Evangelio promittuntur regna cælorum, quæ inſtrumentum vetus omnino non nominat. Sed ſi non fecero quæ præcepta ſunt, nequaquam erit culpa in promittente, ſed in me qui promiſſum accipere non merui. Ubi enim optio proponitur ad eligendum, qui operari renuis, fruſtra cupias quod promiſſum eſt. Lege librum Joſue & Judicum, & quantis poſſeſſionum anguſtiis ſis coarctatus, intelliges. Quid diverſarum urbium alienigenas commemorem, quos populus Judæorum non quivit expellare de urbibus, & ſedibus ſuis, quum ipſa metropolis tua prius Jebus, poſtea Salem, tertio Jeroſolyma, & nunc Ælia, Jebuſæos expellere non valuerit, ſed manſerint cum eis in ſcandalum exemplumque vicinorum... Si... occidentem tantum ſequuntur litteram, & non ſpiritum vivificantem, oſtendant terram repromiſſionis lacte & melle manantem. Sin autem per tropologiam dictum putant, pro rerum omnium abundantia: & nos terram confeſſionis terramque viventium, terræ veprium præferemus, dicente Do-
mino ad Moyſen de abjectione Iſraelis, & aſſumtione Gen- Exod. 32. 10
tium: *Dimitte me, ut deleam populum iſtum, & faciam te*
in gentem magnam ... Ex quo perſpicue demonſtratur, 1. Cor. 10.
omnia illius populi in umbra & typo & imagine præceſſiſ- 11.
te, ſcripta autem eſſe pro nobis.

Epiſt. 50. *aliàs* 103. *ad Paulinum*. Veniam ad Jeſum Nave, qui typus Domini non ſolum in geſtis, ſed etiam in nomine, tranſiit Jordanem, hoſtium regna ſubvertit, diviſit terram victori populo, & per ſingulas urbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia, Eccleſiæ, cæleſtiſque Hieruſalem ſpiritualia regna deſcribit.

S. Aug. *Lib.* 2. *de peccat. meritis*, *& remiſſione*, *c.* 19. *n.* 32. Nos quantum conceſſum eſt, ſapiamus, & intelligamus, ſi poſſumus, Dominum Deum bonum, ideo etiam ſanctis ſuis alicujus operis juſti aliquando non tribuere vel certam ſcientiam, vel victricem delectationem,

ut

Digitized by Google

I. Cur voluit Deus terram Chanaan ſorte diſtribui?

R. 1. Ut ſic murmurationibus & contentionibus & rixis occurreretur.

2. Ut hinc intelligerent filii Iſrael, quam quisque habuiſſet terræ portionem, hanc ſibi, non hominum, ſed Dei nutu contigiſſe.

3. Ut terram hanc licet armis quæſitam, licet obtentam victoriis, ſentirent tamen nonniſi ex mera & gratuita Dei miſericordia poſſideri. (F)

F

4. Denique, ut ex hoc typo intelligerent quoque Chriſtiani, licet Patria cæleſtis ſit merces a juſto judice tribuenda *bonum certamen certaturis*, *gratiam* tamen *Dei* eſſe *vitam æternam*, ad quam *ſorte*, inquit Apoſtolus, hoc eſt ex mera Dei miſericordia *vocati ſumus*. (G)

a 2. Timot. IV. 7.
b Rom. VI. 23.
c Ephe. I. 11.

G

I. Quomodo geſſerunt ſe filii Iſrael poſtquam miſſi ſunt in poſſeſſionem terræ?

Judic. II. 7. *R. Servierunt Domino cunctis diebus Joſue & ſeniorum qui longo poſt eum vixerunt tempore: & noverant omnia opera Domini quæ fecerat cum Iſrael.* Sed ipſis vita functis, *fecerunt* ſæpius *malum filii Iſrael in conſpectu Domini, & ſervierunt diis alienis.*

PARS I. SECT. I. CAP. IV. §. 15.
Ibid. 11.

I. Quid cauſæ fuit cur in Idololatriam prolaberentur?

R. Id ita paulatim factum eſt, ob ſpretam legem, qua cautum erat ne fœdus & connubia jungerent filii Iſrael cum gentibus exteris, in terra Chanaan relictis. (H)

H

I. Manſit ne tantum nefas impunitum?

R. Adfuit mox pœna peccantibus: nam *iratus Dominus contra Iſrael tradidit eos in manus diripientium: nec potuerunt reſiſtere adverſariis ſuis, ſed manus Domini ſuper eos erat, & vehementer afflicti ſunt*, juxta ſermones Moyſi & Joſue. (I)

Judic. II. 14. 15.

I

I. Quandiu perſeveravit iſta calamitas?

R. Quandiu ipſi in peccatis permanſerunt. Si quando in ſe reverſi clamabant ad Dominum, Deus exaudiebat eos, ſuſcitabatque Judices

ut cognoſcant non a ſe ipſis, ſed ab illo ſibi eſſe lucem, qua illuminentur tenebræ eorum, & ſuavitatem qua det fructum ſuum terra eorum.

N. 33. Dominus idcirco etiam ſanctos & fideles ſuos in aliquibus vitiis tardius ſanat, ut in his eos minus quam implendæ ex omni parte juſtitiæ ſufficit, delectet bonum, ſive cum latet, ſive cum etiam manifeſtum eſt: ut quantum pertinet ad integerrimam regulam veritatis ejus, non juſtificetur in conſpectu ejus omnis vivens. Nec in eo ipſo vult nos damnabiles eſſe, ſed humiles, commendans nobis eamdem gratiam ſuam: ne facilitatem in omnibus aſſecuti, noſtrum putemus eſſe quod ejus eſt: qui error multum eſt religioni pietatique contrarius. Nec adeo tamen in eiſdem vitiis nobis permanendum eſſe exiſtimemus, ſed adverſus ipſam maxime ſuperbiam, propter quam in eis humiliamur, & nos vigilanter conemur, & ipſum deprecemur ardenter, ſimul intelligentes & quod ſic conamur, & quod ſic deprecamur, dono illius nos habere.

S. GREGOR. MAGN. *Lib.* 4. *moral. in Job, cap.* 22. Unde & bene cum Iſraelitico populo percepta repromiſſionis terra partiretur, Ephraim Tribus Chananæus gentilis populus non occiſus, ſed factus tributarius dicitur ... Quid enim Chananæus ... niſi vitium ſignificat? ... Qui tamen nobis tributarius efficitur, quia hoc ipſum vitium quod ſubigere non poſſumus, ad uſum veſtræ humilitatis utiliter retorquemus ... Ad hoc namque quædam minima vitia noſtra retinentur, ut ſeſe noſtra intentio ſollicitam in certamine ſemper exerceat; & eo de victoria non ſuperbiat, quo vivere in ſe hoſtes conſpicit, a quibus adhuc vinci formidat. Iſrael ergo reſervatis gentibus eruditur, quando in quibusdam minimis vitiis elatio virtutis noſtræ comprimitur, & in parvis ſibi reſiſtentibus diſcit, quod ex ſe majora non ſubigit.

(F) THEODORET. *Quæſt.* 46. *in Numeros*. Cur Deus mandavit ſorte dividi terram? Ut litem & controverſiam omnem tolleret, tamquam Deo per ſortem terram dividente. Neque enim alicui fortunæ rem committi præcepit. Hoc ipſum fecerunt etiam divini Apoſtoli, antequam Spiritus ſanctus adveniſſet, mittentes enim ſortes, Deum omnia cognoſcentem deprecati ſunt, ut demonſtraret uter eſſet dignior: In quo ſorte vocati ſumus, prædeſtinati ſecundum voluntatem ejus qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.

Act. I. 23. & ſeq.
Ephes. I. 11.

(G) ROM. VI. 23. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna, in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

EPHES. I. 11. In quo etiam & nos ſorte vocati ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum ejus, qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.

COLOSS. I. 12. Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine.

S. AUG. *Epiſt.* 194. *ad Sixtum, alias* 105. *c.* 3. *n.* 14. Quærimus namque meritum obdurationis, & invenimus. Merito namque peccati univerſa maſſa damnata eſt; nec obdurat Deus impertiendo malitiam, ſed non impertiendo miſericordiam. Quibus enim non impertitur, nec digni ſunt, nec merentur: at potius ut non impertiatur, hoc digni ſunt, hoc merentur. Quærimus autem meritum miſericordiæ, nec invenimus, quia nullum eſt, ne gratia evacuetur, ſi non gratia donatur, ſed meritis redditur.

Cap. 5. *n.* 19. Quod eſt ergo meritum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam, cum omne bonum meritum noſtrum, non in nobis faciat niſi gratia; & cum Deus coronat merita noſtra, nihil aliud coronet quam munera ſua? Sicut enim ab initio fidei miſericordiam conſecuti ſumus, non quia fideles eramus, ſed ut eſſemus: ſic in fine, quo erit vita æterna, coronabit nos, ſicut ſcriptum eſt, *in miſeratione & miſericordia*. Non itaque fruſtra Deo cantatur, *& miſericordia ejus præveniet me*: &, *miſericordia ejus ſubſequetur me*. Unde & ipſa vita æterna, quæ utique in fine ſine fine habebitur, & ideo meritis præcedentibus redditur; tamen quia eadem merita quibus redditur, non a nobis parata ſunt per noſtram ſufficientiam, ſed in nobis facta per gratiam, etiam ipſa gratia nuncupatur, non ob aliud, niſi quia gratis datur; nec ideo quia non meritis datur, ſed quia data ſunt & ipſa merita quibus datur.

Pſal. CII. 4.
Pſ. LVIII. 11.
Pſ. XXII. 6.

Cap. 6. *num.* 23. Satis ſit interim Chriſtiano ex fide adhuc viventi, & nondum cernenti quod perfectum eſt, ſed ex parte ſcienti, noſſe vel credere, quod neminem Deus liberet niſi gratuita miſericordia per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & neminem damnet niſi æquiſſima veritate per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Cur autem illum potius quam illum liberet aut non liberet, ſcrutetur qui poteſt judiciorum ejus tam magnum profundum, verumtamen caveat præcipitium. Nunquid enim eſt iniquitas apud Deum? Abſit. Sed inſcrutabilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus.

Rom. IX. 14.
Ibid. XI. 33.

(H) JUDIC. II. 1. Pollicitus ſum, ut non facerem irritum pactum meum vobiscum in ſempiternum: 2. Ita dumtaxat ut non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ hujus, ſed aras eorum ſubverteretis: & noluiſtis audire vocem meam: cur hoc feciſtis?

III. 6. Et duxerunt uxores filias eorum, ipſique filias ſuas filiis eorum tradiderunt, & ſervierunt diis eorum.

(I) DEUT. XXVIII. 15. Quod ſi audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut cuſtodias, & facias omnia mandata ejus, .. venient ſuper te maledictiones iſtæ, & apprehendent te. 16. Maledictus eris in civitate, maledictus in agro. 17. Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ. 18. Maledictus fructus ventris tui.... 20. Mittet Dominus ſuper te famem & eſuriem, & increpationem in omnia opera tua, quæ tu facies: donec conterat te, & perdat velociter, propter adinventiones tuas peſſimas in quibus reliquiſti me ... 59. Augebit Dominus plagas tuas, & plagas ſeminis tui, plagas magnas & perſeverantes, infirmitates peſſimas & perpetuas ... 61... donec te conterat.

JOSUE XXIV. 20. Si dimiſeritis Dominum, & ſervieritis diis alienis, convertet ſe, & affliget vos, atque ſubvertet poſtquam vobis præſtiterit bona.

dices qui eos liberatent de vaſtantium manibus. Sed poſtquam mortuus eſſet Judex, vulgo immemor beneficii populus & tebellis, tevertebatut ad priſtina ſcelera, atque ita tradebatur denuo hoſtium furori. (K)

K

Lib. 18. de Civit. Dei. c. 13.

Itaque ut ait S. Auguſtinus, *His temporibus alternaverunt apud eos & humilitates laborum pro eorum peccatis, & proſperitates conſolationum propter miſerationem Dei.* (L)

L

I. Cur Judices dicti ſunt, quos Deus identidem liberatores ſuſcitabat?

R. Sic dicti, quia nomine Dei & Judices & Duces fuerunt populi.

I. Si Duces fuerunt populi, quid ni vel Reges dicti, vel alio nuncupati nomine quod ſupremum imperium ſonaret?

R. Quoniam non tam illi, quam Deus ipſe per eos populi Rex fuit. Hoc ipſum Deus ſignificari voluit Iſraeli per Samuelem, cum gens dari ſibi Regem poſtularet. (M) Judices ergo Interpretes Dei fuere: non alius Judicum tempore populi Rex, quam Deus ipſe, qui populum, ut peculiari ratione ſuum, fovebat juxta fœdus pactum cum Abraham, & ſub Moyſe renovatum. (N)

M

N

I. Nunquid & alii Judices fuere quam quos ipſis Deus pro beneplacito ſuſcitavit?

R. Mortuis Judicibus a Deo miſſis, factum eſt quandoque ut filii Iſrael alios ſibi Duces eligerent, quos & Judices nuncuparunt. Itaque inter Hebræorum Judices, alii a Deo ſuſcitati & miſſi; quales fuere primus omnium Othoniel, Aod, Samgar, Debbuta femioa, Gedeon, Samſon: alii electi a populo; quales fuere Thola, Jair, Jephte, Abeſan, Ahialon qui & Ælon, Abdon, Heli, Samuel. Sunt tamen in iis de quibus ignoratur an miſſi a Deo, an electi a populo, Judices fuerint.

Ad hos ſi acceſſerit Abimelech Gedeonis filius, qui dignitatem hanc vi & armis occupavit, tenebis nomina Judicum omnium, qui quindecim numero fuere. Singulorum hiſtoriam legeſis in Scriptura; eam hic referre nihil juvat, ut intelligatur ſeries & progreſſus Religionis: itaque ab ea conſulto abſtinemus.

§. 16. *Populi Iſrael ſtatus & mores ſub Regibus: ac primum de Saul & David imperio.*

I. Quis fuit Judicum ultimus?

R. Samuel, vir ſanctiſſimus & magnus Propheta. (A) A

I. Cur nullus poſt eum Judex fuit?

R. Quia contra primam Dei mentem Iſraelitæ dari ſibi Regem poſtularunt.

I. Quis fuit primus Rex Iſraelitis conſtitutus?

R. Saul de tribu Benjamin.

I. Quo-

(K) JUDIC. II. 16. Suſcitavitque Dominus Judices, qui liberarent eos de vaſtantium manibus; ſed nec eos audire voluerunt, 17. Fornicantes cum diis alienis, & adorantes eos. Cito deſeruerunt viam, per quam ingreſſi fuerant patres eorum. & audientes mandata Domini, omnia fecere contraria. 18. Cumque Dominus Judices ſuſcitaret, in diebus eorum flectebatur miſericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vaſtantium. 19. Poſtquam autem mortuus eſſet Judex, revertebantur, & multo faciebant pejora quam fecerant patres eorum, ſequentes deos alienos, ſervientes eis, & adorantes illos. Non dimiſerunt adinventiones ſuas, & viam duriſſimam per quam ambulare conſueverunt. 20. Iratuſque eſt furor Domini in Iſrael, & ait: Quia irritum fecit gens iſta pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire contempſit: 21. & ego non delebo gentes, quas dimiſit Joſue ... 22. ut in ipſis experiar Iſrael, utrum cuſtodiant viam Domini, ... an non.

(L) S. AUG. *Lib. 16. de Civit. Dei, c. 43. n. 24.* Temporibus autem Judicum, ſicut ſe habebant & peccata populi & miſericordia Dei, alternaverunt proſpera & adverſa bellorum.

(M) 1. REG. VIII. 7. Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi. Non enim te abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.

(N) GENES. XVII. 7. Statuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno: ut ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te.

EXOD. VI. 7. Aſſumam vos mihi in populum, & ero veſter Deus.

XIX. 5. Si ergo audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea eſt enim omnis terra. 6. Et vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta.

JOSEPHUS *Antiquit. Judaicar. lib. 6. c. 4.* Populus autem videns Rempublicam cura & diligentia Prophetæ optime conſtitutam, labefactari per filiorum ejus impotentiam, ... quodque ipſe jam ſenio debilis, more ſolito præeſſe adminiſtrationi rerum non poſſet, obnixe precabatur, ut Regem aliquem declararet, qui toti genti cum imperio præſit, & a Palæſtinis illatæ toties injuriæ pœnas debitas exigat. Hæc populi voluntas vehementer Samuelem contriſtavit, qui propter innatam juſtitiam non ſamabat regiam poteſtatem, ut nimiam. Valde enim optimatum gubernatione delectabatur, non aliam ad felicitatem populi conducibiliorem exiſtimans. Adeoque res hæc hominem ſolicitum habuit, ut nec cibum nec ſomnum præ cura caperet, ſed per totam noctem ſe in lecto verſaret, multa interim animo volutans. Sic affecto Deus ſe videndum præbuit, conſolatus eum ne poſtulata populi ægre ferat: dicens non tam ad ipſum pertinere hanc contumeliam, quam ad ſe, quem nolint ſibi ſolum eſſe Regem: idque moliri cœpiſſe jam inde ex quo primum ope ſua ex Ægypto ſunt educti. Verum non multo poſt futurum eſt, inquit, ut eos conſilii hujus ſero pœniteat: quando nec factum infectum eſſe poterit, & ipſi ſuam erga me æque ac te ingratitudinem damnabunt.

THEODORET. *Quæſt. 14. in. 1. Libr. Regnum.* Quam ob rem doluit Deus cum Regem petiiſſet populus? Quoniam petitio erat præter legem divinam. Dominus enim Deus & Dei & Regis implebat munus. Propheta autem erat Adminiſter, & veluti quidam Præfectus, aut Magiſter militum, aut Tribunus plebis. Atque hoc Deus ei ſignificavit. *Vide* 1. REG. VIII. 7. *ſupra litt.* (M) *hujus* §.

(A) *Ipſius præclara facinora fuſe narrantur 24. primis capitibus libri* Samuelis, *ſeu* 1. Regum. *De eo loquens Deus ad Heli Prophetam, ait.*

1. REG. II. 35. Suſcitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus.

Porro laudes ejus auctor Eccleſiaſtici *compendioſe narrat, quem hic juvat exſcribere.*

ECCLESIASTIC. XLVI. 16. Dilectus a Domino Deo ſuo Samuel Propheta Domini, renovavit imperium, & unxit principes in gente ſua. 17. In lege Domini congregationem judicavit, & vidit Deus Jacob, & in fide ſua probatus eſt Propheta. 18. Et cognitus eſt in verbis ſuis fidelis, quia vidit Deum lucis: 19. & invocavit Dominum omnipotentem, in oppugnando hoſtes circumſtantes undique, in oblatione agni inviolati. 20. Et intonuit de cælo Dominus, & in ſonitu magno auditam fecit vocem ſuam, 21. & contrivit principes Tyriorum, & omnes duces Philiſthiim: 22. & ante tempus finis vitæ ſuæ & ſæculi, teſtimonium præbuit in conſpectu Domini, & Chriſti; pecunias & uſque ad calceamenta ab omni carne non accepit, & non accuſavit illum homo. 23. Et poſt hoc dormivit, & notum fecit regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ, & exaltavit vocem ſuam de terra in prophetia delere impietatem gentis.

1. REG.

Digitized by Google

I. Quomodo electus eſt?

R. Hunc elegit Deus, objurgato prius populo quod Regem poſtularent. Electum unxit oleo Samuel. Ducta autem ſorte innotuit quis eſſet electus a Domino. Cum enim ad ſortem a Samuele, juſſu Dei, vocata electio fuiſſet, ſors cecidit in tribum Benjamin: hinc per omnes Benjamitarum familias ducta, pervenit ad familiam Cis cui pater Abiel, & filius Saul fuit. Inde ex ſingulis hujus familiæ capitibus ſors a Domino temperata deſignavit Saul, quem jam Samuel ſecreto in Regem in-
B unxerat. (B)

I. Fuit ne in poſteros Saul regia poteſtas hæreditaria ſucceſſione transmittenda?

R. Erat utique transmittenda. Sed cum mandatis Dei non paruiſſet Saul, Regnum ejus a Deo ad aliam familiam fuit, & ad Tribum aliam
C translatum. (C)

I. Quem ergo Saul regni ſucceſſorem habuit?

R. David, filium Jeſſe de Tribu Juda. Is paſcebat pecora patris ſui, cum a Deo electus eſt ut in Regem a Samuele inungere-
D tur. (D)

I. Quomodo vixit David?

R. Hunc elegit Deus Principem ſecundum cor ſuum. Rex magnus fuit, magnus item Propheta. Cum hunc Saul præ livore & invidia fuiſſet dire inſectatus, multis gravibusque objectus periculis, variiſque preſſus anguſtiis, ſingulari tum temporis animi magnitudine & virtute enituit. Summa rerum potitus, & Regnum Saul nemine contradicente poſſidens, incidit in adulterium & homicidium. Sed per Nathan Prophetam juſſu Dei monitus increpitusque, ſubjecit ſe ex intimis præcordiis Domino, peccatum confeſſus eſt, pœnitentiam egit, veniam exoravit. Sic tamen a Deo condonata eſt pœnitenti Regi culpa, ut pœnis temporalibus iiſque graviſſimis & acerbiſſimis plecteretur. Tandem in timore Dei David & juſtitia perſeverans ſancte obiit, Salomone filio ſuo regni ſucceſſore pacifice
E conſtituto. (E)

I. Quibus potiſſimum beneficiis David a Deo donatus eſt?

R. Multa hæc & magna fuere. 1. Dedit ei Dominus cor veri rectique tenax. 2. Hunc ex fratribus plurimis natu minimum elegit Regem. 3. Eripuit eum ab omnibus periculis, quibus inſectante Saul objectus eſt. 4. Dedit ei victoriam ab omnibus inimicis & hoſtibus. 5. Peccantem non deſeruit, ſed miſertus, dedit ei ſpiritum compunctionis, patientiæ, humilitatis, ejusque delicta temporalibus malis expiari conceſſit. 6. Ex ejus ſtirpe naſciturum Meſſiam pollicitus eſt. 7. Regiam poteſtatem ejus poſteris transmiſit, & ſervavit. 8. Prophetiæ dono auxit eum divinoque afflavit Spiritu, ut Pſalmos ederet & Cantica in perpetuam Eccleſiæ doctrinam & conſolationem.

I. Quomodo vixerunt Iſraelitæ regnantibus Saul & David?

R. Regum ſuorum exempla ſecuti, prout illi vel bene vel male operati ſunt, ita populus Domini præceptis vel paruit vel inobſequens fuit. Sed non videtur fuiſſe tum temporis in Idololatriam prolapſus.

§. 17.

(B) 1. Reg. x. 1. Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput ejus, (Saulis) & deoſculatus eſt eum, & ait; Ecce, unxit te Dominus ſuper hereditatem ſuam in principem, & liberabis populum ſuum de manibus inimicorum ejus... 17. Et convocavit Samuel populum ad Dominum in Maſpha: 18. & ait ad filios Iſrael... 19. Vos... hodie projeciſtis Deum veſtrum,... & dixiſtis: Nequaquam; ſed regem conſtitue ſuper nos. Nunc ergo ſtate coram Domino per tribus veſtras, & per familias. 20. Et applicuit Samuel omnes tribus Iſrael, & cecidit ſors tribus Benjamin. 21. Et applicuit tribum Benjamin & cognationes ejus, & cecidit cognatio Metri, & pervenit uſque ad Saul filium Cis. Quæſierunt ergo eum, & non eſt inventus. 22. Et conſuluerunt poſt hæc Dominum, utrum nam venturus eſſet illuc. Reſponditque Dominus: Ecce abſconditus eſt domi. 23. Cucurrerunt itaque, & tulerunt eum inde: ſtetitque in medio populi, & altior fuit univerſo populo ab humero & ſurſum. 24. Et ait Samuel ad omnem populum; Certe videtis quem elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo. Et clamavit omnis populus, & ait: Vivat Rex.

(C) 1. Reg. xiii. 13. Dixitque Samuel ad Saul: Stulte egiſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod ſi non feciſſes, jam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſrael in ſempiternum. 14. Sed nequaquam regnum tuum ultra conſurget. Quæſivit Dominus ſibi virum juxta cor ſuum: & præcepit ei Dominus, ut eſſet dux ſuper populum ſuum, eo quod ſervaveris quæ præcepit Dominus.

xv. 22..... Numquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potius ut obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia quam victimæ, & auſcultare magis, quam offerre adipem arietum. 23. Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. Pro eo ergo quod abjeciſti ſermonem Domini, abjecit te Dominus ne ſis Rex. 24. Dixitque Saul ad Samuelem: Peccavi.... 25. Sed nunc porta quæſo peccatum meum, & revertere mecum, ut adorem Dominum. 26. Et ait Samuel ad Saul: Non revertar tecum, quia projeciſti ſermonem Domini, & projecit te Dominus ne ſis ſuper Iſrael. 27. Et converſus eſt Samuel ut abiret: ille autem apprehendit ſummitatem pallii ejus, quæ & ſciſſa eſt. 28. Et ait ad eum Samuel: Sciſſit Dominus regnum Iſrael a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. 29. Porro triumphator in Iſrael non parcet & pœnitudine non flectetur: neque enim homo eſt ut agat pœnitentiam.

(D) 1. Reg. xvi. 1..... Uſquequo tu luges Saul, cum ego projecerim eum ne regnet ſuper Iſrael? Imple cornu tuum oleo, & veni: ut mittam te ad Iſai Bethlehemitem: providi enim in filiis ejus mihi regem .... 10..... Et ait Samuel ad Iſai: Non elegit Dominus ex iſtis. 11...... Numquid jam completi ſunt filii? Qui reſpondit: Adhuc reliquus eſt parvulus, & paſcit oves. Et ait Samuel: Mitte, & adduc eum ... 12. Miſit ergo, & adduxit eum. Erat autem rufus, & pulcher aſpectu, decoraque facie. Et ait Dominus: Surge, unge eum, ipſe eſt enim. 13. Tulit ergo Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrum ejus: & directus eſt ſpiritus Domini a die illa in David, & deinceps.

(E) *Hiſtoriam Davidis ſi cupis pernoſcere, legendus tibi eſt* liber primus Regum *a c.* xvi. *ad finem.* Liber ſecundus *a capite ad calcem. Legenda etiam* tertii libri Regum *duo priora capita, nec non primi* Paralipom. *cap.* xi. *cum ſequentibus. Sed non me pigebit hic attexere quæ de eo dicuntur* Eccleſ. *c.* 47.

Eccleſiaſtic. xlvii. 2. Quaſi adeps ſeparatus a carne, ſic David a filiis Iſrael. 3. Cum leonibus luſit quaſi cum agnis: & in urſis ſimiliter fecit ſicut in agnis ovium, in juventute ſua. 4. Numquid non occidit gigantem, & abſtulit opprobrium de gente? 5. In tollendo manum, ſaxo fundæ dejecit exultationem Goliæ. 6. Nam invocavit Dominum omnipotentem, & dedit in dextera ejus tollere hominem fortem in bello, & exaltare cornu gentis ſuæ. 7. Sic in decem millibus glorificavit eum, & laudavit eum in benedictionibus Domini, in offerendo illi coronam gloriæ. 8. Contrivit enim inimicos undique, & extirpavit Philiſthiim contrarios uſque in hodiernum diem: contrivit cornu ipſorum uſque in æternum. 9. In omni opere dedit confeſſionem Sancto, & Excelſo in verbo gloriæ. 10. De omni corde ſuo laudavit Dominum,

Digitized by Google

§. 17. *De Salamone. Item de templo Jeroſolymitano.*

I. Quomodo vixit Salamon?

R. Cum poſtulaſſet a Domino ſapientiam, ſic exauditus eſt, ut nemo fuerit eo ſapientior nemo ſcientior opulentiorque: in Regibus vero nemo potentior, nemo majori apud omnes in pretio. Sed nimium eheu! elatus proſperis, in luxum & mollitiem, hinc in vitia eo uſque delapſus eſt, ut vehementiſſimo mulierum amore captus, ipſis impellentibus, idolis gentium litare non erubuerit. (A)
A

I. Egit ne pœnitentiam hujus tanti ſceleris?

R. Id vero valde incertum eſt. Sunt qui aſſerant, ſunt qui negent. Suæ ſunt utrique opinioni rationes. (B)
B

I. In rebus a Salomone geſtis quid potiſſimum fuit quod notemus, quod miremur?

R. Ædificatio templi Jeroſolymitani; quo non fuit ædificium aliud magnificentius unquam, nec forte templum anterius uſlibi in honorem ſupremi Numinis conditum.

Hujus ædificii lapides omnes extra civitatem juſſu Saldmonis ſecti, ita ut malleus & ſecuris & omne ferramentum non ſint audita in domo cum ædificaretur. Sed lapides jam politi & dolati in ſuo quique loco poſiti ſunt.

Ædificatum templum Salomon ſolemni ritu dedicavit. (C)
C

I. Ad quem typum accommodata eſt templi hujus ſtructura?

R. Ad typum tabernaculi a Moyſe juſſu Dei conſtructi. In eo itaque quemadmodum & in tabernaculo erat, 1. Sanctum Sanctorum, in quo arca fœderis; idque velo expanſo claudebatur. 2. Sanctum, in quo Altare Thymiamatis, menſæ panum propoſitionis, & candelabra aurea. 3. Atrium, ſeu veſtibulum Sacerdotum, expanſo item velo diviſum a Sancto; ibique Mare, ſeu labrum æneum, poſitum erat: & in eo exſtructum Altare holocauſtorum ex lapidibus impolitis. 4. Porticus undequaque in uſum populi, amplæ illæ & multiplices. (D)
D

I. Cujus rei typus fuit Salomon in omni gloria ſua?

R. Typus fuit Chriſti. Imo ubi de Salomone mentio fit in Scripturis, multa dicuntur, quæ, juxta propium & literalem ſenſum, non

de

num, & dilexit Deum, qui fecit illum: & dedit illi contra inimicos potentiam: 11. & ſtare fecit cantores contra altare, & in ſono eorum dulces fecit modos. 12. Et dedit in celebrationibus decus, & ornavit tempora uſque ad conſummationem vitæ, ut laudarent nomen ſanctum Domini, amplificarent mane Dei ſanctitatem. 13. Dominus purgavit peccata ipſius, & exaltavit in æternum cornu ejus: & dedit illi teſtamentum regni, & ſedem gloriæ in Iſrael.

(A) ECCLI. XLVII. 14. Poſt ipſum (David) ſurrexit filius ſenſatus, & propter illum dejecit omnem potentiam inimicorum. 15. Salomon imperavit in diebus pacis, cui ſubjecit Deus omnes hoſtes, ut conderet domum in nomine ſuo, & pararet ſanctitatem in ſempiternum: quemadmodum eruditus es in juventute tua, 16. & impletus es, quaſi flumen, ſapientia, & terram retexit anima tua. 17. Et repleſti in comparationibus ænigmata: ad inſulas longe divulgatum eſt nomen tuum, & dilectus es in pace tua. 18. In cantilenis, & proverbiis, & comparationibus, & interpretationibus, miratæ ſunt terræ ... 20. Collegiſti quaſi aurichalcum aurum, & ut plumbum compleſti argentum, 21. & inclinaſti femora tua mulieribus: poteſtatem habuiſti in corpore tuo, 22. dediſti maculam in gloria tua, & profanaſti ſemen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & incitari ſtultitiam tuam, ut faceres imperium bipartitum.

Si plura de Salomonis hiſtoria ſcire aves, lege libri Regum III. *undecim priora capita.*

(B) *Vide ſuper hanc quæſtionem Interpretes Scripturæ ſacræ in Libri* III. Regum *cap.* XI. *Et Serrarii viri e Societate Jeſu doctiſſimi diſſertationem, de qua hic quædam attexere viſum eſt, indicatis tantum teſtimoniis quibus utramque opinionem adſtruere nititur.*

SERRARIUS Societatis JESU, *Lugduni in fol. ann.* 1618. *in lib.* 3. *Reg. cap.* 11. Quæritur: an pœnitentiam fecerit Salomon? an vero æternum damnatus ſit? Prima opinio: Eum non egiſſe pœnitentiam, damnatumque cenſet D. Auguſtinus ut videtur *Lib.* 22. *contra Fauſtum cap.* 81. *&* 88. *Lib.* 17. *de Civit. Dei, cap.* 8. *&* 20. D. Cyprianus *Epiſt.* 7. *& Lib. de unitate Eccleſiæ*; Tertullianus *Lib. de Præſcriptionibus cap.* 2. *Lib.* 2. *contra Marcionem*; Chryſoſtomus *Serm. de Pœnitent.* Rabanus 4. *Reg.* 23. Beda 3. *Reg.* 6. Iſidorus *de vita & morte cap.* 24. Lyra *hic*. Cyrillus *contra Julianum*, & ex eo Glycas *p.* 2.

Probatur 1. quia nulla ejus pœnitentia ſcripta eſt. 2. Quia Joſephi tempore delubra ejus adhuc extabant.

Secunda opinio: Egiſſe pœnitentiam, ſalvatumque eſſe.

Probatur 1. ex Scriptura tripliciter: 1. *Proverb.* XXIV. *Poſui in corde meo &c.* Hæc in corde poſitio non eſt qualiſcumque cogitatio, ſed pœnitentiæ, ut Iſaiæ XXXVIII. 15. *Recogitabo tibi.* Docent hoc LXX. qui verterunt: *Ὕστερον ἐγὼ μετενόησα*, id eſt, ut in Ezechiel. 43. vertit D. Hieronymus: Noviſſime egi pœnitentiam, & reſpexi ut eligerem diſciplinam. *Eccli.* 47. tantum dicitur gloriam ſuam aliquantulum maculaſſe, ſtatimque ſubditur: Deum miſericordiam ſuam non derelicturum. *Eccli.* XLV 24. 3. Dixerat Dominus 2. *Reg.* 7. Si peccaret Salomon, fore ut virga virorum, & plagis hominum caſtigaretur; quibus ſi videlicet ad meliorem frugem revocantur, ut *Apoc.* 3. *Heb.* 12.

2. Probatur auctoritate D. Irenæi *Lib.* 4. *cap.* 45. Thaumaturgi *in* 2. *Eccleſiaſtæ*; D. Hieronymi *loco citato*: D. Ambroſii ter ſanctum eum vocantis: S. Macarii *Epiſt. ad Januarium*: Ruperti *Lib* 7. *Glorificationis Trinitatis cap.* 1. D. Antonini *Summa*: 3. *Reg.* 3. Vincentii *in Speculo Hiſtor. Lib.* 2. *cap.* 84. omniumque Rabbinorum etiam vetuſtiſſimorum, ut oſtendit D. Hieronymus *in cap.* 1. *Eccleſiaſtæ*: atque hinc eum eo afficiunt titulo, quo beatos cenſuerunt, & quidem excellentes, verbi cauſa Moyſen: dum dicunt, Salomon rex, ſuper quem pax. Ita enim ſuos in Exodum commentarios orditur Rabbi Bochai.

3. Dominus Deus et ſe futurum in Patrem promiſerat, 2. *Reg.* 7. Nomen indiderat *Legdidia*, id eſt, Dilectus Domino: Chriſti Domini noſtri typus expreſſiſſimus fuit: Canonicorum Librorum eſt Scriptor: in Davidis ſepulchro tumulatus eſt: pro ipſo tam ſæpe, tamqua ſerio precatus eſt David. An fruſtra hæc omnia? An talis probabiliter in infernorum barathrum collocetur?

(C) III. REG. V. 17. Præcepitque rex, ut tollerent lapides grandes, lapides pretioſos in fundamentum Templi & quadrent eos.

VI. 7. Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata eſt: & malleus, & ſecuris, & omne ferramentum, non ſunt audita in domo cum ædificaretur .... 14. Igitur ædificavit Salomon domum, & conſummavit eam.

VIII. 13. Ædificans ædificavi domum tabernaculum tuum, firmiſſimum ſolium tuum in ſempiternum.

(D) *Qui Salomonici templi ſtructuram omnem, ædificiorum ipſius diviſionem & uſum noſcere cupiet, legat librum* BERNARDI LAMY *Congregat. Oratorii* D. J. *Sacerdotis* de Templo Salomonis, *in fol. ann.* 1720. *apud DD. Lepine & Mariette, &* VILLALPANDI *e Societate Jeſu* Tom. 2. in Ezechielem, *aut ſaltem* VVALTONI Prolegomena Biblica, *&* Introductionem ad Scripturam ſacram *præfati* B. LAMY.

3. Reg.

Digitized by Google

de Salomone ipſo, ſed de Chriſto ſolum intelligi poſſunt. (E) E

I. Cujus rei typus ſuit templum a Salomone conditum?

Typus fuit ædificii illius ſpiritualis, quod Chriſtus in cælo perficiendum & dedicandum hic inchoavit.

Rem explico.

Templum hoc nonniſi in cælo, Jeruſalem cæleſti, per Chriſtum, verum utique Salomonem, regem pacificum, perficietur. Hujus ædificii lapides nos ſumus. Non poſſumus in ædificio collocari, niſi prius ad nutum Architecti dolati, & politi fuerimus, ſumus enim multiplici peccato & vitio inquinati, atque adeo, ſi ſas ita loqui, rudes & impoliti lapides. Nihil autem inquinatum, imperfectum & vitioſum nihil intrabit in regnum cælorum. Extra ædificii ambitum, extra cælum, in terris ſcilicet fit lapidum ſectio. Nullus malleorum ictus in templo Salomonis, dum ædificaretur, auditus eſt. In cælo *neque luctus, neque clamor, neque dolor erit*

Apoc. xxi. 4. *ultra*, inquit Joannes Apoſtolus. In terris ergo dolantur, & ut ita dicam ſecantur vivi lapides; dolantur, inquam, per ſacramenta, per afflictiones, dolores, moleſtias, macerationes, aliaque id genus, quæ neceſſaria unicuique lapidi judicat Architectus ad ædificii perfectionem. Si qui lapides nulla ratione tunduntur, premuntur, dolantur, ſignum eſt eos ab Architecto rejici, nec ad ædificii ſtructuram deſtinari. Omnes vero quicunque electi ſunt, ubi ſecti, & perpoliti fuerint, in ſuo quique loco ab Architecto collocantur. Pars I.

Junguntur autem omnes, & ſinguli inter ſe Sect. I.

arctiſſimo vinculo caritatis, quæ quidem in Cap. IV.

terris inchoata nonniſi in cælo perficitur. Ibi §. 17.

Sanctuarium Dei; cujus typus fuit Arca fœderis. Velum quo Sanctum Sanctorum a Sancto Hebr. ix. 8.

dividebatur in templo Salomonis, hoc præſignabat, ex Apoſtolo, quod nondum propalata eſſet cæleſtis Sanctuarii via, donec Chriſtus, rupto per mortem velo carnis ſuæ, æternitatis nobis aditum reſurrectione & adſcenſione reſeraſſet. Altare Thymiamatis typus fuit Chriſti in cælo, per quem jugiter diriguntur orationes Sanctorum ſicut incenſum in conſpectu Domini. Altare ex lapidibus impolitis, in exteriori atrio ad immolandas victimas poſitum, typus fuit Chriſti in carne mortali, qui obtulit in cruce ſemetipſum Deo extra urbem in monte calvario. Ex lapidibus impolitis ædificatum eſt, ut intelligeremus, Chriſtum primarium hujus templi lapidem, nulla indigere ſectione ſeu expolitione, ut ſuum in ædificio locum obtineret; quippe qui nihil haberet peccati, vitii nihil. Itaque Chriſtus templi hujus & Deus, & Architectus, & Altare, & Sacerdos, & victima, & præcipuus lapis. Templum autem a Chriſto non perficietur niſi in fine ſæculorum ubi lapides omnes ædificio aptandi, in ſuo quique loco poſiti fuerint. Tunc dedicabitur domus æternum manſura. Quam æternam ſtabilitatem in quadro poſita ædificatio templi præſignavit. (F) F

I. Nunquid aliud in univerſa Salomonis di-

(E) 1. Reg. vii. 14. & 1. Paralip. xxii. 10. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium.

Psal. xliv. 3. Speciosus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum... 5. Specie tua & pulchritudine tua intende, proſpere procede, & regna, propter veritatem & manſuetudinem, & juſtitiam... 7. Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi: virga directionis, virga regni tui. 8. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ conſortibus tuis... 12. Et concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus: & adorabunt eum. 13. Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur, omnes divites plebis.... 17. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii: conſtitues eos principes ſuper omnem terram 18. Memores erunt nominis tui in omni generatione & generationem. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi.

Heb. 1. 5. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rurſum: Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium? ..... 8. Ad filium autem: Thronus tuus Deus, in ſæculum ſæculi: virga æquitatis, virga regni tui. 9. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis præ participibus tuis.

S. August. *Lib. 16. de Civit. Dei, c. 8. n. 1.* Hanc tam grandem promiſſionem qui putat in Salomone fuiſſe completam, multum errat... Non deberemus ambigere... in Chriſto Domino noſtro, qui factus eſt ex ſemine David ſecundum carnem... iſta compleri. Facta eſt quidem nonnulla imago rei futuræ etiam in Salomone: ... ſed eadem ſua perſona per umbram futuri prænuntiabat etiam ipſe Chriſtum Dominum noſtrum, non exhibebat. Unde quædam de illo ita ſcripta ſunt, quaſi de ipſo iſta prædicta ſint... Pſalmus 71. titulo nominis ejus inſcriptus eſt in quo tam multa dicuntur, quæ omnino ei convenire non poſſunt, Domino autem Chriſto aptiſſima perſpicuitate conveniunt, ut evidenter appareat, quod in illo figura qualiſcumque adumbrata ſit, in ipſo autem ipſa veritas præſentata. Notum eſt enim quibus terminis regnum concluſum fuerit Salomonis: & tamen in eo Pſalmo legitur... *Dominabitur a mari uſque ad mare, & a flumine uſque ad terminos orbis terræ:* quod in verſ. 8.

Chriſto videmus impleri.

N. 3. Suſcitabo ſemen tuum poſt te, alius pacificus 2. Reg. vii. 12.

intelligitur eſſe promiſſus, qui non ante, ſicut iſte, (Salomon) ſed poſt mortem David prænuntiatus eſt ſuſcitandus. Quamlibet enim longo interpoſito tempore Jeſus Chriſtus veniret, procul dubio poſt mortem regis David, cui ſic eſt promiſſus, eum venire oportebat, qui ædificaret domum Deo, non de lignis, & lapidibus, ſed de hominibus, qualem illum ædificare gaudemus. Huic enim domui dicit Apoſtolus, hoc eſt, fidelibus Chriſti: *Templum enim Dei ſanctum* 1. Cor. iii. 17.

eſt, quod eſtis vos.

(F) S. Hieron. *Comment. in Ezechiel. cap. xl. p. 977. T. 3.* Hoc templum quod nunc deſcribitur, & ordo ſacerdotii, terræque diviſio, & fertilitas, multo auguſtius eſt, quam fuit quod Salomon extruxerat .... In viſionibus Dei ponitur ſuper montem excelſum nimis, de quo Iſaias & Michæas vaticinantur: *Venite aſcendamus in montem Domini, ad domum Dei* Iſai. ii. 3.

Jacob. Qui mons excelſus eſt nimis, ad comparatio- Mich. vi. 2.

nem montium cæterorum... De quo & Iſaiæ dicitur: *In montem excelſum aſcende tu qui evangelizas* Iſai. xl. 9.

Sion. Super hunc montem oſtenditur .... *quaſi ædifi-* Pſ. lxxxvi.

cium civitatis,... de qua ſcriptum eſt: Glorioſa dicta 3.

ſunt de te, civitas Dei,... quæ loquitur in Iſaia: Ego civitas firma, civitas quæ oppugnatur. Non dixit quæ expugnatur, ſed oppugnatur; quæ ædificata eſt ſuper petram, & nulla tempeſtate concutitur... Et ecce, inquit, vir, cujus erat ſpecies ſive viſio, Ezech. i. 7.

quaſi ſpecies æris fulgentis, ille videlicet de quo ſcri- Zach. vi. 12.

ptum eſt: Ecce vir Oriens nomen ejus .... Funiculus quoque erat lineus, ſive cæmentariorum in manu ejus.... Cæmentariorum autem (*ſupple* intellige) vel Angelorum qui Dei imperio miniſtrabant; vel Moyſi, & omnium Prophetarum, atque Apoſtolorum qui ædificant civitatem Dei, & adjutores vel miniſtri ſunt dominicæ voluntatis. Unde & Paulus Apoſtolus loquebatur: *Dei agricultura, Dei ædificatio ſumus.* Quodque ſequitur: *Et calamus menſuræ in manu ejus*, 1. Cor. iii. 9.

deſignat gratiam prophetalem... Stabat autem in por- Ezech. xl. 3.

ta, quia per ipſum ad Patrem ingredimur; & ſine ipſo civitatem Dei intrare non poſſumus: ut dignos ſuſcipiat, indignos abjiciat... Hic vir loquutus ad Prophetam... Loquutus eſt ad Ezechielem verus archite-

Digitized by Google

Pars I. Sect. I Cap. IV. §. 17.

ditione templum fuit omnipotenti Deo ſacrum?

R. Hoc unicum non in regno Salomonis ſolum ſed & in toto terrarum orbe templum fuit, in quo voluerit Deus ſollemni ritu coli & adorari. Et in eo templo Altare unum fuit, in quo hoſtias immolari fas eſſet, ut jam diximus, ubi de tabernaculo Moſaico.

§. xi. Hujuſce cap.

I. Quid nobis unico hoc templo, & altari præſignabatur?

R. Unam eſſe Eccleſiam, unum Sacerdotium, unum Sacrificium novæ legis, unum cultum ſoli Deo debitum, in una catholica Eccleſia ritè; extra Eccleſiam illegitime tribuendum.

§. 18.

chitectus, quem imitabatur & Paulus Apoſtolus, dicens: *Quaſi ſapiens architectus fundamentum poſui* ... 1. Cor. III. 10. Loquutus eſt autem quæ ſequuntur: *Fili hominis vide oculis tuis, & auribus tuis audi*: non oculis carnis, ſed Ezech. XL. 4. ſpiritus: nec auribus corporis, ſed animæ: *Levate*, Joh. IV. 35. inquit, *oculos veſtros, & videte quia meſſes jam albæ ſunt ad metendum*... Deſcriptionem templi myſtici... nos ad Chriſti referimus Eccleſiam, & quotidie in ſanctis ejus ædificari cernimus... Apoſtolus Paulus volens Epheſios ſacratiora cognoſcere... ad eumdem loquitur: *Ergo nequaquam eſtis peregrini, ſed cives ſan-* II. 19. *ctorum & domeſtici Dei, ædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo angulari lapide Jeſu Chriſto: in quo omnis ædificatio compacta, creſcit in templum ſanctum in Domino: in quo & vos ſuperædificati eſtis in habitaculum Dei*... Ex quo perſpicuum eſt Dominum ſalvatorem, qui verus architectus eſt, probare lapides qui poſſint poni in templi fundamentis, qui in medio, qui in ſuperioribus locis, & inferioris menſuræ; vel non tam ſolidæ firmitatis in muro, & extra templum in circuitu τῷ περιβόλῳ collocari... Ingreditur igitur vir cui Oriens nomen eſt, per portam orienta- Pſ. CXVII. 20 lem, ut illuminet eos quos in prima veſtibuli fron- Johan. X. 9. te repererit... Iſtam arbitror portam, de qua & in 2. Cor. VI. 11 Pſalmis canitur: *Hæc porta Domini, juſti intrabunt per eam*..... Poteſt autem porta liminis..... vel ipſe Dominus intelligi, qui dicit: Ego ſum oſtium; vel certe omnes ſancti per quos ingredimur ad notitiam Dei, quorum Apoſtolus Paulus loquebatur: Os meum patet ad vos, o Corinthii, & dilatamini & vos.... Quum enim omnia fecerimus, agentes prioris erroris pœnitentiam, tunc vicini & proximi efficimur Deo, ut in exteriori atrio, notitiam creatoris creaturarum ordo nos doceat atque conſtantia: & in interiori, verus jubileus in quo omnia nobis debita dimittuntur, inſtruat Θεολογίαν & introducat ad Sancta ſanctorum. Notandum quoque quod interius atrium plures feneſtras habeat, non directas & æquales, ſed obliquas, & anguſtas exterius, & ſe intrinſecus dilatantes, ut per parva quædam foramina poſſimus ad interiora penetrare, & ad clariſſimi luminis, quod verſatur in templo, plenitudinem pervenire. Denique... Prov. XIII. 8 palmarum nobis cælatura vel pictura monſtratur, ut 1. Cor. I. 5. de mundo victoriam poſſidentes, digni efficiamur palmas videre virtutum ... Gazophylacia autem appellantur quæ plena ſunt ſpiritualibus divitiis, de quibus ſcriptum eſt: *Redemtio animæ viri, propriæ divitiæ*. Super quibus, & Paulus Apoſtolus gratulatur diſcipulis ſuis, *quod pleni ſint omni verbo, & omni ſcientia*.. vel certe thalami qui Græce dicuntur παστοφόρια oſtendunt ſponſi adventui cubicula præparata... Et pavimentum ſtratum erat lapide: ne luto, & terra, & pulvere peccatorum habitantium pollurentur veſtigia; Gal. II. 9. ſed ut ſuper vivos incederent lapides, quibus ædificatur templum Dei: ſive intercolumnia erant ante tha- III. 12. lamorum fores, quæ impoſitum deſuper ædificium ſuſtentarent. Iſtæ ſunt columnæ de quibus & Paulus Apoſtolus ſcribit: *Dexteras dederunt mihi & Barnabæ*, Jerem. I. 14. Petrus & Johannes *qui videbantur columnæ eſſe*... Et in Johannis Apocalypſi legimus: *Qui vicerit, faciam eum columnam in templo Dei mei*... Primum introducitur per portam aquilonis: ſecundo, per portam auſtri: tertio, per portam orientalem: *Ab aquilone enim exardeſcunt mala ſuper habitatores terræ*. Pulchreque qui habitator terræ eſt, & non advena atque peregrinus, patet jaculis ejus qui venit ab aquilone, cujus ignita ſunt jacula, quæ juxta Apoſtolum ſcuto fidei extinguuntur. Et ad aquilonem exterius atrium nominatur: ad meridiem vero, hoc eſt, ad auſtrum, non exterius, ſed interius ... primus enim ad virtutem ingreſſus eſt, aquilonem calcare pedibus, ... deinde introduci ad auſtralem plagam, & aquilonis frigus expellere, & tunc ad perfectam venire virtutem, id eſt, ad portam orientalem, in qua oritur ſol juſtitiæ... Nunc... introducit Prophetam per viam portæ interioris, ſive per atrium, ad quod itur per viam orientalem. Via juxta 70. in hoc tantum habetur loco, in ſeptentrionali, & auſtrali plaga omnino tacita eſt, ut poſſimus intelligere in orientali tantum Joh. XIV. 6. portam illam intelligendam viam, quæ dicit: *Ego ſum via, veritas & vita*. Per ipſum enim venimus ad Pa- Pſ. XCVIII. 1. trem, & de ipſo ſcriptum eſt: *Beati immaculati in via*, qui nihil de Chriſto ſiniſtrum ſapiunt, ſed fides eorum pura eſt, & nequaquam hæreticorum ſorde polluta... In eo quod in conſequentibus dicitur: *Veſtibulum ejus reſpiciebat in atrium exterius*, oſtenditur hoc atrium fuiſſe intrinſecus per quæ profectus ingredientis oſtenditur ... ut in veſtibulo atrii interioris poſiti exteriora videamus: præteritorum, & præſentium notitiam contemplantes, per quam veniamus ad duplices palmas atque victorias... introgreſſi gazophylacia, in quibus templi divitiæ continentur, & lavantur orationes noſtræ ab omni ſorde peccati: menſæque ex utraque parte binæ ſunt poſitæ, ut primum immoletur holocauſtum, quod totum ſacer ignis abſumat, deinde pro peccato, & ad extremum pro ignorantia: quod vel ſcientes commiſimus, vel ignorantes.... Quodque inferuntur quatuor menſæ de lapidibus quadris extructæ, & hæ ipſæ ad ſacrificium, & holocauſtum, iſti ſunt vivi lapides qui volvuntur ſuper terram, & habent ſecum angularem lapidem; quo veteris & novi inſtrumenti parietes continentur... Super ipſas autem quatuor menſas holocauſtorum de vivis lapidibus extructas ... ponuntur vaſa in quibus immolatur holocauſtum Martyrum, de quibus dicitur: *Pretioſa in con-* Pſ. CXV. 6. *ſpectu Domini mors ſanctorum ejus*; & eorum victimæ, qui continentia, & corporis ſanctitate, animas ſuas immolant Domino ... *Et ipſæ menſæ tectæ erant deſuper*, propter imbrium violentiam, & æſtivi ſolis nimiam ſiccitatem: ut carnes deſuper poſitæ, poſſint dicere cum Propheta: *Per diem ſol non uret nos, neque* Pſ. CXX. 6. *luna per noctem*: quorum alterum, nimiis pluviis, & tempeſtatibus tribulationum diſſolvit oblationes; alterum vehementi æſtu perſecutionum areſacit quidquid oblatum eſt.

Lib. 1. Comment. in Epiſt. ad Epheſ. cap. 2. V. 3. p. 346. Quod ſi univerſa ædificatio compaginata, creſcit in templum ſanctum in Domino, omni labore nitendum eſt, ut fiamus illi lapides de quibus ſcriptum eſt: *Lapides ſancti volvuntur ſuper terram*. Et quum fuerimus vivi lapides, ex omni parte dolati, leves, politi, nullam habentes ſcabredinem, ædificemur in templum, & ſiamus habitaculum Deo; condaturque in nobis arca teſtamenti cuſtos legis Domini, & Cherubim ſcientiæ multitudo;... dicamurque *oraculum*, ſive ... *locutorium*; ut cum Apoſtolo erumpamus in vocem: An experimentum quæritis ejus qui 2. Cor. XIII. 3. in me loquitur Chriſtus?.. Summus autem angularis lapis, qui populum utrumque contineat; ſive juxta *aliam* interpretationem cæleſtia jungat atque terrena, Chriſtus eſt Dominus noſter, lapis præciſus de monte ſine manibus; de quo & Pſalmiſta teſtatur, dicens: *Lapidem quem reprobaverunt* ædificantes, hic fa- Pſ. CXVII. 22. ctus eſt in caput anguli. A Domino factum eſt iſtud. Reprobatus quippe eſt a Phariſæis, qui videbantur legis habere notitiam, Deique templum legalibus ædificare mandatis. & aſſumptus a Deo in angularem lapidem; ut duos parietes ipſe medius contineret; & per illum uterque populus ad Deum haberet acceſſum.

S. HIERON. *vel potius* Pelagius *in c. 2. ad Epheſ. verſ.* 20. Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu ... Prophetarum novi teſtamenti Chriſtus eſt etiam fundamentum; qui etiam lapis dicitur angularis, duos conjungens & continens parietes. Ideo autem fundamentum, & ſummus eſt: quia in ipſo fundatur, & conſummatur Eccleſia: *Creſcit in templum ſanctum Domino*. In templo ſancto non poſſunt lapides niſi ſancti poni: ad comparationem templi Jeruſalem, dixit extrui corpus Chriſti, id eſt, Eccleſiam: & multo majorem munditiam & ſanctitatem habet veritas, quam imago. In quo & vos coædificamini in tabernaculum Dei, in Spiritu ſancto, ut cum Apoſtolis & Prophetis, ſitis habitaculum Dei ſpirituale, non manufactum.

S. Greg.

Digitized by Google

§. 18. *De Diviſione & ſchiſmate decem Tribuum ſub Jeroboam. Status & mores populi ſub Regibus Juda & Iſrael.*

I. Mortuo Salomone quis regnum ejus tenuit?

A *R.* Roboam filius ejus. (A)

I. Hoc Rege accidiтne aliquid notatu dignum?

R. Deo ita permittente factum eſt, quod Deus Salomoni prænuntiandum mandaverat, ut in pœna ſcelerum ipſius regnum Roboam in duo regna ſcinderetur. (B) B

I. Qua ratione facta hæc diviſio eſt?

R. Roboam regno potitus, populum quem ſibi conciliare debuerat, imprudens irritavit, Deo rem ita, pro æquiſſimo judicio, diſponente. Hinc factum eſt ut decem tribus ab eo deficerent, & Jeroboam Regem renuntiarent. Tribus duæ, Juda nimirum & Benjamin, penes Roboam ſolæ reſederunt. Atque hæc illa fuit Iſraelitici Imperii in duas partes diſtractio. (C) C

I. Nunquid Roboam interceſſit, & obſtitit quominus hæc regni ſui diſtractio fieret?

R. Delectu centum octoginta millium habito, conaturus erat decem tribus ad ſe vi retrahere. Sed interceſſit Deus per Prophetam, admonens prælio abſtinendum; Divino nutu Jeroboam regnum accepiſſe. Itaque bellum inter eos tum temporis nullum fuit. Sed triennio poſt renato inter utrumque regem bello, non eſt amplius inter eos confecta pax. (D) D

I. Quod nomen utrique regno datum?

R. Regnum Roboam, Regnum Juda, dictum eſt Regno Jeroboam, Regnum Ephraim, Regnum Iſrael, nomen fuit. (E) E

I. Quænam urbes fuera uniuſcujuſque regni caput?

R. Regni Juda Jeruſalem caput ſemper fuit. Regni Iſrael Therſa primum caput fuit, deinde Samaria. (F) F

I. Quo-

S. GREG. MAGN. Papa *Lib.* 34. *Moral. in Job cap.* 20. Quid domus illa, niſi ſanctam Eccleſiam, quam in cæleſtibus Dominus inhabitat, figurabat? Ad cujus ædificationem electorum animæ, quaſi quidam expoliti lapides, deterguntur. Quæ cum ædificatur in cælis, nullus illic jam diſciplinæ malleus reſonat; quia dolati atque perfecti illuc lapides ducimur, ut locis juxta meritum congruis diſponamur. Hic enim foris tundimur, ut illuc ſine reprehenſione veniamus. Hic malleus, hic ſecuris, hic omnia tuſionum reſonant ferramenta. In domo autem Dei nulli ictus audiuntur, quia in æterna patria omnes jam percuſſionum ſtrepitus conticeſcunt. Nequaquam ibi malleus percutit; quia nulla animadverſio affligit. Nequaquam ſecuris incidit; quia receptos interius nulla foras ſeveritatis ſententia projicit. Nequaquam ferramenta perſtrepunt: quia nec quælibet minima ultra jam flagella ſentiuntur.

Vide etiam autores de quibus ſupra præfati ſumus litt. (D) *Et ſanctum Auguſtinum, aliosque SS. Patres quos exſcribemus infra hujuſce operis parte 2. ſect. IV. cap.* 2. de Feſtis §. 24. de Dedicatione *ſeu* Conſecratione Eccleſiæ.

(A) 3. REG. XI. 43. Dormivitque Salomon cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in civitate David patris ſui, regnavitque Roboam filius ejus pro eo.

(B) 3. REG. XI. 31. Et ait ad Jeroboam: Tolle tibi decem ſciſſuras: hæc enim dicit Dominus Deus Iſrael: Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem Tribus.

(C) 3. REG. XII. 13. Reſponditque Rex populo dura derelicto conſilio ſeniorum, quod ei dederant, 14. & locutus eſt eis ſecundum conſilium juvenum, dicens: Pater meus aggravavit jugum veſtrum, ego autem addam jugo veſtro. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus. 15. & non acquievit rex populo: quoniam averſatus fuerat eum Dominus, ut ſuſcitaret verbum, quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ, ad Jeroboam filium Nabat ... 20. Factum eſt autem cum audiſſet omnis Iſrael, quod reverſurus eſſet Jeroboam, miſerunt & vocaverunt eum congregato cœtu, & conſtituerunt eum Regem ſuper omnem Iſrael, nec ſecutus eſt quiſquam domum David præter tribum Juda ſolam, 21.... & tribum Benjamin.

S. AUG. *de gratia & libero arbitrio*, *cap.* 21. *n.* 42. Quis non iſta judicia divina contremiſcat, quibus agit Deus in cordibus etiam malorum hominum quidquid vult, reddens eis tamen ſecundum merita eorum? Roboam filius Salomonis reſpuit conſilium ſalubre ſeniorum, quod ei dederant, ne cum populo dure ageret, & verbis coævorum ſuorum potius acquievit, reſpondendo minaciter quibus leniter debuit. Unde hoc, niſi propria voluntate? Sed hinc ab eo receſſerunt decem Tribus Iſrael, & alium Regem ſibi conſtituerunt Jeroboam, ut irati Dei voluntas fieret, quod etiam futurum eſſe prædixerat ... Nempe ſic factum eſt illud per hominis voluntatem, ut tamen converſio eſſet a Domino ... Agit enim omnipotens in cordibus hominum etiam motum voluntatis eorum, ut per eos agat quod per eos agere ipſe voluerit, qui omnino injuſte aliquid velle non novit.

(D) 3. REG. XII. 21. Venit autem Roboam Jeruſalem, & congregavit univerſam tribum Juda, & tribum Benjamin, centum octoginta millia electorum virorum bellatorum, ut pugnarent contra domum Iſrael, & reducerent regnum Roboam filio Salomonis. 22. Factus eſt autem ſermo Domini ad Semeiam virum Dei, dicens: 23. Loquere ad Roboam filium Salomonis, ... dicens ... 24. Hæc dicit Dominus: Non aſcendetis, neque bellabitis contra fratres veſtros filios Iſrael: revertatur vir in domum ſuam, a me enim factum verbum hoc. Audierunt ſermonem Domini, & reverſi ſunt de itinere, ſicut eis præceperat Dominus.

XIV. 30. Fuitque bellum inter Roboam, & Jeroboam cunctis diebus.

S. AUGUST. *Lib.* 17. *de Civit. Dei*, *c.* 21. Cæteri poſt Salomonem Reges Hebræorum vix inveniuntur per aliqua ænigmata dictorum ſuorum rerumve geſtarum, quod ad Chriſtum, & Eccleſiam pertineat, prophetaſſe, ſive in Juda, ſive in Iſrael. Sic enim appellatæ ſunt illius populi partes, ex quo propter Salomonis offenſam tempore filii ejus Roboam, qui patri ſucceſſit in regnum, Deo vindicante diviſus eſt. Proinde tribus decem, quas accepit Jeroboam ſervus Salomonis, Rex eis in Samaria conſtitutus, proprie vocabantur Iſrael, quamvis hoc univerſi populi illius nomen eſſet. Duabus vero tribubus, Judæ ſcilicet & Benjamin, quæ propter David, ne penitus regnum ſtirpis ejus fuiſſet eradicatum, remanſerant ſubjacentes civitati Jeruſalem, Judæ nomen fuit: quia ipſa erat tribus unde David. Benjamin vero tribus altera ad idem Regnum .... pertinens, erat unde fuit Saul rex ante David ... Verumtamen etiam tribus Levi ad regnum Jeroſolymitanum pertinebat magis, ubi erat Dei templum, cui ſerviebat. Diviſo igitur populo, primus regnavit in Jeruſalem Roboam rex Juda, filius Salomonis; & in Samaria Jeroboam rex Iſrael ſervus Salomonis. Et cum voluiſſet Roboam tanquam tyrannidem diviſæ illius partis bello perſequi, prohibitus eſt populus pugnare cum fratribus ſuis, dicente Deo per Prophetam, ſe hoc feciſſe. Unde apparuit nullum in ea re, vel Regis Iſrael, vel populi fuiſſe peccatum, ſed voluntatem Dei vindicantis impletam. Qua cognita, pars utraque inter ſe pacata conquievit: non enim religionis, ſed regni fuerat facta diviſio.

(E) 3. REG. XV. 17. Aſcendit quoque Baaſa rex ISRAEL in Judam, & ædificavit Rama, ut non poſſet quiſpiam egredi vel ingredi de parte Aſa regis JUDA.

ISAIÆ VII. 17. Adducet Dominus ſuper te, & ſuper populum tuum, & ſuper domum patris tui, dies qui non venerunt a diebus ſeparationis EPHRAIM a JUDA cum rege Aſſyriorum.

(F) 3. REG. XV. 33. Anno tertio Aſa regis Juda, regnavit Baaſa filius Ahiæ, ſuper omnem Iſrael, in THERSA.

ISAIÆ X. 10. Quomodo invenit manus mea regna idoli, ſic & ſimulacra eorum de JERUSALEM, & de SAMARIA.

3. Reg.

I. Quomodo vixit populus Judaicus ſub Roboam Rege?

R. Fecit Roboam quod rectum erat coram Domino per tres annos ab initio regni ſui; populuſque ejus exempla ſecutus eſt. Sed elapſo triennio, Roboam, & cum eo populus Juda dereliquit legem Domini, & impie ambulavit. Idcoque traditi ſunt ad tempus in manus Seſac
G Regis Ægypti. (G)

I. Quomodo vixit Jeroboam?

R. Impie vixit & ſcelerate: veritus ne ſi Jeroſolymam, ſacrificandi cauſa, ſubditi ſui juxta legem ſubinde proficiſcerentur, eos ad ſe Roboam religionis obtentu retraheret; ſtatuit eos ſuperſtitione occupare. Itaque vitulos aureos conſtituit, quibus populus litaret; ut ſic decem Tribubus a reliquis duabus & religione, & dominatione ſecretis, implacabile hinc inde odium, & bellum naſceretur.
H (H)

I. Nunquid omnes prorſus Iſraelitæ in hanc idololatriam prolapſi ſunt?

R. Omnes fere impii Regis exemplum ſecuti. Qui nunquam a Dei cultu legitima receſſerunt, ii fuere ſemper præ aliis numero pauciſſi-
I mi. (I)

I. Cujus rei typus fuit ſchisma decem Tribuum?

R. Typus fuit ſchiſmatum & hæreſeon, quibus in unoquoque ſeculo plurimi Chriſtianorum ſegregandi erant ab Eccleſia Catholica, extra quam nulla ſalus.

I. Quandiu duravit hoc ſchiſma?

R. Quandiu ſtetit regnum Iſraeliticum. Nec tamen diſperſis in varias terræ regiones decem Tribubus, ſchisma Samaritanorum penitus extinctum eſt, ut infra dicemus. Ad Chriſti uſque tempora, imo ad ultimum templi Jeroſolymitani excidium, implacabile inter Judæos & Sama-
K ritanos odium fuit. (K)

I. Quot fuerunt Reges Juda?

R. Viginti: quorum hæc nomina ſunt. 1. Roboam. 2. Abias. 3. Aſa. 4. Joſaphat. 5. Joram. 6. Ochoſias. 7. Athalia Regina. 8. Joas. 9. Amaſias. 10. Oſias. 11. Joathan. 12. Achas. 13. Ezechias. 14. Manaſſes. 15. Amon. 16. Joſias. 17. Joachas. 18. Joachim.
19. Jechonias. 20 Sedecias. (L.) L

I. Quot fuerunt Reges Iſrael?

R. Undeviginti, quorum nomina hæc ſunt. 1. Jeroboam. 2 Nadab. 3. Baſa. 4. Ela. 5. Zambri regni invaſor. 6. Amri. 7. Achab. 8. Ochoſias. 9. Joram. 10. Jehu. 11. Joachas. 12. Joas. 13. Jeroboam alter. 14. Zacharias. 15. Sellum. 16. Manahem. 17. Phaceia filius Manahem. 18. Phacee filius Romeliæ. 19. Ozee.

I. Quomodo vixerunt Reges Juda?

R. Ezechias & Joſias ſanctitate, & pietate
& zelo, & juſtitia cæteris antecelluerunt. (M) M
Joſaphat, immo Oſias & Joathan pietas laudatur. Verum maxima fuere in pleriſque vitia. Ob id præſertim complures notati ſunt in Scriptûris, quod erecta contra Dei legem in excelſis locis altaria non abſtulerint. Denique multi inter eos ſceleribus & impietate notiſſimi. Quales fuere Roboam, Abias, Joram, Ochoſias, Athalia Regina, Joas non initio quidem, ſed in fine regni ſui; Amaſias, Achas, Manaſſes, qui in pœnam impietatis vinctus ab Aſſyriis Babylonem deductus eſt, ubi ad Deum converſus, pœnitentiam egit, & regno reſtitutus ſancte obiit. Amon qui Manaſſem parentem peccantem non pœnitentem ſecutus eſt. Joachas, Joachim, & Sedecias, qui captivus abductus eſt in Babyloniam cum omni populo Judaico, fuit-
que Regum ultimus. (N) N

I. Quomodo vixerunt Reges Iſrael?

R. Omnes impie vixerunt. Omnes Jeroboami veſtigia ſecuti, vitulos aureos coluerunt, & decem Tribuum ſchisma & idololatriam vel impie tuiti ſunt, vel accommodata ad proprias utilitates religione, foverunt.

I. Quo-

(G) 3. Reg. xiv. 22. Et fecit Judas malum coram Domino, & irritaverunt eum ſuper omnibus, quæ fecerant patres eorum in peccatis ſuis, quæ peccaverunt. 23. Ædificaverunt enim & ipſi aras, & ſtatuas, & lucos, ſuper omnem collem excelſum, & ſubter omnem arborem frondoſam. 24. Sed, & effœminati fuerunt in terra, feceruntque omnes abominationes gentium .... 25. In quinto autem anno regni Roboam, aſcendit Seſac rex Ægypti in Jeruſalem, 26. & tulit theſauros domus Domini, & theſauros regios, & univerſa diripuit.

2. Paralipom. xi. 17. Et roboraverunt regnum Juda, & confirmaverunt Roboam filium Salomonis per tres annos: ambulaverunt enim in viis David & Salomonis annis tantum tribus.

xii. 1. Cumque roboratum fuiſſet regnum Roboam & confortatum, dereliquit legem Domini, & omnis Iſrael cum eo. 2. Anno autem quinto regni Roboam, aſcendit Seſac rex Ægypti in Jeruſalem, quia peccaverant Domino .... 4. Cepitque civitates munitiſſimas in Juda, & venit uſque in Jeruſalem. 5. Semeias autem Propheta ingreſſus eſt ad Roboam, & principes Juda, ... dixitque ad eos: hæc dicit Dominus: Vos reliquiſtis me, & ego reliqui vos in manu Seſac.

(H) 3. Reg. xii. 26. Dixitque Jeroboam in corde ſuo: Nunc revertetur regnum ad domum David, 27. ſi aſcenderit populus iſte ut faciat ſacrificia in domo Domini in Jeruſalem: .... 28. Et excogitato conſilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite ultra aſcendere in Jeruſalem: ecce dii tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

(I.) 3. Reg. xii. 30. Factum eſt verbum hoc in peccatum: ibat enim populus ad adorandum vitulum.

2. Paralipom. xi. 16. Sed, & de cunctis Tribubus Iſrael, quicumque dederant cor ſuum ut quærerent Dominum Deum Iſrael, venerunt in Jeruſalem ad immolandum victimas ſuas coram Domino Deo patrum ſuorum.

Tobiæ i. 5. Denique cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboam fecerat rex Iſrael, hic (Tobias) ſolus fugiebat conſortia omnium, 5. ſed pergebat in Jeruſalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Iſrael.

(K) Johan. iv. 9. Dicit ergo ei (Jeſu) mulier illa Samaritana: Quomodo tu Judæus cum ſis, bibere a me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? non enim coutuntur Judæi Samaritanis .... 20. Patres noſtri in monte hoc adoraverunt, & vos dicitis, quia Jeroſolymis eſt locus ubi adorare oportet.

(L) *Qui Regum Iſrael & Regum Juda bella & præclara vel nefanda facinora, omnem denique vitæ ipſorum hiſtoriam noſcere cupit, legat librum* 3. *&* 4. Regum *& ſecundum* Paralipomenon.

(M) Ecclesiastici xlviii. 25. Fecit Ezechias quod placuit Deo, & fortiter ivit in via David patris ſui.

xlix. 1. Memoria Joſiæ in compoſitionem odoris facta opus pigmentarii ... 2. In omni ore quaſi mel indulcabitur ejus memoria, & ut muſica in convivio vini. 3. Ipſe eſt directus divinitus in pœnitentiam gentis, & tulit abominationes impietatis. 4. Et gubernavit ad Dominum cor ipſius, & in diebus peccatorum corroboravit pietatem.

(N) *Hæc fuſe narrantur in libris* Regum 3. *& in* 2. Paralipomenon, *quos legere non pigebit.*

Eccli. xlix. 5. Præter David, Ezechiam, & Joſiam, omnes peccatum commiſerunt: 6. Nam reliquerunt legem Altiſſimi Reges Juda, & contempſerunt timorem Dei.

3. Reg.

Digitized by Google

I. Quomodo vixit interea populus Dei in utroque regno?

R. Omnes fere Regum ſuorum exempla ſecuti ſunt. Sed ſervavit ſibi Deus in utroque regno qualibet ætate viros aliquot, qui nulla habita ratione impietatis Regum ſuorum, Deum ſancte colere & legis præcepta ſervare non deſtiterunt unquam. (O)

O

I. Quomodo tot inter exempla vitiorum, in recta religione permanſit populus Dei?

R. Populus Juda ſuos ſemper habuit Sacerdotes, qui cuſtodiebant ſcientiam, & legem. Miſit inſuper Deus quolibet tempore Prophetas, qui populum ab impietate vel arcerent vel revocarent, & ad ſancte vivendum hortarentur.

Nec populus Iſraelitici regni fuit plane ſibi relictus. Miſit & ad eos Deus jugiter Prophetas, qui populum ad pœnitentiam vocarent, & ab vitulorum aureorum impietate & ſuperſtitione ad veram religionem traducerent: regerentque & in pietate firmarent eos, qui nunquam a legitimo Dei cultu defecerant. Elias & Eliſæus magni illi Prophetæ, per quos Deus tot & tanta præter naturæ ordinem operatus eſt, vixerunt in regno Iſraelitico. (P)

P

§. 19. *De Prophetis & Prophetiis.*

I. Prophetarum nomine, quos homines intelligis?

R. Prophetæ fuerunt homines ſancti, extraordinaria miſſione a Deo ſuſcitati in ſalutem populi: qui divino afflatu multa fortiter & libere loquebantur, arcana & abſcondita noverant, futura prænuntiabant, grandia ſæpius miracula faciebant.

I. Qui fuerunt celeberrimi Prophetarum ſub Regibus?

R. Elias, Eliſæus, & Iſaias. Priores duo nihil ſcripſere.

I. Quænam fuere facta illuſtriora Eliæ Prophetæ?

R. Oratione cælum concluſit ne pluviam terræ daret per triennium, quo elapſo pluviam precibus impetravit. Invocato Domino, obtinuit ut ignis de cælo delapſus, hoſtiam altari impoſitam abſumeret, quo ingenti miraculo populus ab impio & ſacrilego Baal cultu abductus eſt: tum Eliæ juſſu prophani ſacerdotes Baal quadringenti quinquaginta necati ſunt. Corvi cibum ei miniſtrarunt. Filium viduæ a mortuis ſuſcitavit. Angelus ei panem appoſuit in remotiora ſecedenti, dum eum quæreret ad necem Jeſabel, Regis uxor impia & ſacrilega, cui & prædixit Elias futurum ut cadaver ejus canes abſumerent. Mira animi firmitate, & verborum libertate Reges allocutus eſt. Quinquaginta hominum turmas duas cum ſuis ducibus, accito de cælo igne, delevit. Jordanis fluvii aqua pallio diviſa, amnem ſicco veſtigio tranſmiſit. In cælum igneo curru raptus eſt. Inde in fine ſæculorum reverſurus, ut filios Iſrael convertat ad Dominum. (A)

A

I. Quænam fuere facta illuſtriora Eliſæi Prophetæ?

R. Jordanem fluvium, quemadmodum & Elias, ſicco veſtigio tranſmiſit. Aquas Jericho ſanavit. Pueris irridentibus ſibi maledixit, qui mox ab urſis duobus ad duo ſupra quadraginta devorati ſunt. Moabitas a Regibus Juda, Iſrael, & Edom prælio vincendos prædixit, tribusque his Regibus aquam impetravit. Viduæ oleum multiplicavit. Mulieri Sunamitidi ſterili fœcunditatem obtinuit. Mortuum illius filium vitæ reddidit. Naaman lepra purgavit. Gieſi ſervum ſuum, ob munera a Naaman, occaſione illius curationis, ſuſcepta, a ſe expellit, perpetuaque eum & poſteros ejus lepra infecit. Ferrum ſecuris in aquas delapſum natare fecit. Quidquid in ſecretiori Regis Syriæ conſilio ſtatuebatur, Regi Iſrael patefecit. Oculos pueri aperuit, ut videret in monte equos & currus igneos. Miſſos contra

ſe

(O) 3. Reg. xix. 18. Derelinquam mihi in Iſrael ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incurvata ante Baal, & omne os, quod non adoravit eum oſculans manus.

Rom. xi. 4. .... Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal.

(P) *Lege capita 17. 18. 19. 21. lib.* 3. Regum *& lib. 4. novem priora capita & caput decimum tertium, in quibus Eliæ & Eliſæi Prophetarum geſta narrantur, & virtutes laudantur: vide etiam paragrapho ſequenti* Eccleſiaſtici *cap. 48. litt.* (A & B)

S. August. *Lib. 17. de Civit. Dei, c.* 22. Verum Rex Iſrael Jeroboam mente perverſa non credens Deo, quem veracem promiſſo ſibi regno, datoque probaverat, ... inſtituit idololatriam in regno ſuo, & populum Dei ſecum ſimulacrorum cultu obſtrictum nefanda impietate decepit. Nec tamen omni modo ceſſavit Deus non ſolum illum regem, verum etiam ſucceſſores ejus, & impietatis imitatores, populumque ipſum, arguere per Prophetas. Nam ibi exſtiterunt, & magni illi inſignesque Prophetæ, qui

3. Reg. xix. 14. etiam mirabilia multa fecerunt, Elias & Eliſæus diſcipulus ejus. Etiam ibi dicenti Eliæ, *Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua ſuffoderunt, & ego*

Ibid. 18. *relictus ſum ſolus* .... reſponſum eſt, illic eſſe ſeptem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal.

Cap. 23. Itemque in regno Juda pertinente ad Jeruſalem, etiam ſuccedentium Regum temporibus non defuerunt Prophetæ: ſicut Deo placebat eos mittere, vel ad prænuntiandum quod opus erat, vel ad corripienda peccata, præcipiendamque juſtitiam.

(A) *Vide cap. 17. 18. 19. 21. lib.* 3. Regum *& lib. 4. duo priora capita.*

Eccli. xlviii. 1. Surrexit Elias Propheta quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat. 2. Qui induxit in illos famem, & irritantes illum invidia ſua pauci facti ſunt. 3. Verbo Domini continuit cælum, & dejecit de cælo ignem ter. 4. Sic amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis. Et quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi? 5. Qui ſuſtuliſti mortuum ab inferis de ſorte mortis in verbo Domini Dei. 6. Qui dejeciſti reges ad perniciem, & confregiſti facile potentiam ipſorum, & glorioſos de lecto ſuo. 7. Qui audis in Sina judicium, & in Horeb judicia defenſionis. 8. Qui ungis reges ad pœnitentiam, & Prophetas facis ſucceſſores poſt te. 9. Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum. 10. Qui ſcriptus es in judiciis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & reſtituere tribus Jacob .... 13. Elias quidem in turbine tectus eſt, & in Eliſæo completus eſt ſpiritus ejus.

Malach. iv. 5. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. 6. Et convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam, & percutiam terram anathemate.

Matth. xi. 14. Ipſe eſt Elias qui venturus eſt.

xvii. 10. Et interrogaverunt eum diſcipuli, dicentes: Quid ergo ſcribæ dicunt, quod Eliam oporteat primum venire? 11. At ille reſpondens, ait eis: Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia.

Jacob. v. 17. Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis: & oratione oravit ut non plueret ſuper terram,

 & non

Digitized by Google

Pars I. Sect. I. Cap. IV. §. 19.

ſi Regis Syriæ milites excæcavit. Victoriasque quas ex Syris Iſraelitæ, Deo mirabiliter protegente, erant reportaturi, prædixit. Tandem ad tactum oſſium ejus in ſepulcro quieſcentium ſuſcitatum
B eſt mortui cadaver. (B)

I. Quid Iſaias notatu dignum egit?

R. Scripſit librum, in quo de Chriſto & Eccleſia tot & tam perſpicue vaticinatus eſt, ut Evangeliſta potius quam Propheta jure merito
C dici poſſit. (C)

I. Quod vitæ genus agebant Prophetæ?

R. Vivebant ſanctiſſime, & ut plurimum parce ac duriter, & longe ab hominum frequentia. Si quando, Deo vocante, munus & officium aliquod eſſet obeundum, tunc, nec prius, relicta ſolitudine, prodibant in medium.
(D) D

I. Quomodo gerebant ſe Prophetæ erga Reges & populos?

R. Procul omni aſſentatione poſita, procul omni ignavo obſequio, libere & audacter crimina denuntiabant, detegebant, arguebant, non verebantur, adducta in medium veritate, frangere ſuperbiam Regum, & Optimatum, & vel duriſſima nuntiare. Non eos adverſitatis aut periculi tempeſtas, non honoris aura potuit unquam ab obſequio divino, a ſtudio veritatis avo-
care. (E) E

I. Quo-

& non pluit annos tres, & menſes ſex. 18. Et rurſum oravit: & cælum dedit pluviam, & terra dedit fructum ſuum.

(B) *Vide hæc fuſius enarrata lib.* 4. Regum *cap.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 13.

Eccli. xlviii. 13. Elias quidem in turbine tectus eſt & in Eliſæo completus eſt ſpiritus ejus: in diebus ſuis non pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum. 14. Nec ſuperavit illum verbum aliquod, & mortuum prophetavit corpus ejus. 15. In vita ſua fecit monſtra, & in morte mirabilia operatus eſt.

Luc. iv. 27. Multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſæo Propheta: & nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus.

(C) Ecclesiastici xlviii. 25... Iſaias Propheta magnus, & fidelis in conſpectu Dei. 26. In diebus ipſius retro rediit Sol & addidit regi (Ezechiæ) vitam. 27. Spiritu magno vidit ultima, & conſolatus eſt lugentes in Sion uſque in ſempiternum 28. oſtendit futura, & abſcondita antequam evenirent.

S. Hieronym. *Prolog. in Expoſit. Iſaiæ Tom.* 3. Sic exponam Iſaiam, ut illum non ſolum Prophetam ſed Evangeliſtam & Apoſtolum doceam...... Quidquid ſanctarum eſt ſcripturarum, quidquid poteſt humana lingua proferre, & mortalium ſenſus accipere, iſto volumine continetur.

Præf. in Iſaiam. Primum de Iſaia ſciendum, quod in ſermone ſuo diſertus ſit: quippe ut vir nobilis & urbanæ eloquentiæ, nec habens quidpiam in eloquio ruſticitatis admiſtum.... Deinde etiam hoc adjiciendum, quod non tam Propheta, quam Evangeliſta dicendus ſit. Ita enim univerſa Chriſti Eccleſiæque myſteria ad liquidum proſecutus eſt, ut non eum putes de futuro vaticinari, ſed de præteritis hiſtoriam texere.... Prophetavit autem Iſaias in Jeruſalem, & in Judæa, necdum decem Tribubus in captivitatem ductis: ac de utroque regno, nunc commiſtim, nunc ſeparatim texit oraculum. Et cum interdum ad præſentem reſpicias hiſtoriam, & poſt Babyloniam captivitatem reditum populi ſignificet in Judæam: tamen omnis ei cura de vocatione gentium & adventu Chriſti eſt.

S. August. *Lib.* 18. *de Civit. Dei, c.* 29. *n.* 1. Iſaias Propheta non eſt in libro duodecim Prophetarum, qui propterea dicuntur minores, quia ſermones eorum ſunt breves, in eorum comparatione, qui majores ideo vocantur, quia prolixa volumina condiderunt: ex quibus eſt hic Iſaias... Iſaias ergo inter illa quæ arguit iniqua, & juſta præcepit, & peccatori populo mala futura prædixit, etiam de Chriſto & Eccleſia, hoc eſt, de Rege & ea quam condidit civitate, multo plura quam cæteri prophetavit: ita ut a quibuſdam Evangeliſta, quam Propheta potius diceretur.

(D) *Lege librum Gallice ſcriptum, cui titulus: Vitæ Prophetarum.* (Vies des Prophetes) *Iſte liber totus quantus eſt, ex ſacris Scripturis eſt contextus.*

Luc. i. 70. Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui a ſæculo ſunt, Prophetarum ejus.

xi. 47. Væ vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum: Patres autem veſtri occiderunt illos.

Hebr. xi. 32. .... Deficiet me tempus enarrantem de... David, Samuel, & Prophetis: 33. Qui per fidem vicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obturaverunt ora leonum, 34. extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum: 35. acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alii autem diſtenti ſunt non ſuſcipientes redemptionem, ut meliorem invenirent reſurrectionem. 36. Alii vero ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres: 37. Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti: 38. Quibus dignus non erat mundus: in ſolitudinibus errantes, in montibus, & ſpeluncis, & in cavernis terræ. 39. Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſſionem. 40. Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non ſine nobis conſummarentur.

2. Petr. i. 21. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia: ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.

iii. 2. Ut memores ſitis eorum, quæ prædixi, verborum a ſanctis Prophetis.

(E) 1. Reg. xv. 17. Et ait Samuel (ad Saul:) Nonne cum parvulus eſſes in oculis tuis, caput in Tribubus Iſrael factus es? unxitque te Dominus in Regem ſuper Iſrael? ... 19. Quare ergo non audiſti vocem Domini: ſed verſus ad prædam es, & feciſti malum in oculis Domini? *Cætera vide ſupra hujuſce capitis §. 16. litt.* (C)

3. Reg. xii. 7. Dixit Nathan ad David: ..... 9. Quare ergo contempſiſti verbum Domini, ut faceres malum in conſpectu meo? Uriam Hethæum percuſſiſti gladio, & uxorem illius accepiſti in uxorem tibi, & interfeciſti eum gladio filiorum Ammon. 10. Quamobrem non recedet gladius de domo tua uſque in ſempiternum, eo quod deſpexeris me, & tuleris uxorem Uriæ Hethæi, ut eſſet uxor tua. 11. Itaque hæc dicit Dominus: Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis... 12. Tu enim feciſti abſcondite: Ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael... 14. Verumtamen, quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus eſt tibi, morte morietur.

xxiv. 13. Cumque veniſſet Gad ad David, nuntiavit ei, dicens: Aut ſeptem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus menſibus fugies adverſarios tuos, & illi te perſequentur: aut certe tribus diebus erit peſtilentia in terra tua.

1. Paralip. xxi. 11. Cumque veniſſet Gad ad David, dixit ei: Hæc dicit Dominus: Elige quod volueris: 12. Aut tribus annis famem: aut tribus menſibus te fugere hoſtes tuos, & gladium eorum non poſſe evadere: aut tribus gladium Domini, & peſtilentiam verſari in terra, & Angelum Domini interficere in univerſis finibus Iſrael.

3. Reg. xiv. 7. Vade, & dic Jeroboam: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Quia exaltavi te de medio populi, & dedi te ducem ſuper populum meum Iſrael..... 9...... Operatus es mala ſuper omnes qui fuerunt ante te, & feciſti tibi deos alienos & conflatiles, ut me ad iracundiam provocares, me autem projeciſti poſt corpus tuum: 10. Idcirco ecce ego inducam mala ſuper domum Jeroboam, & percutiam de Jeroboam mingentem ad parietem, & clauſum, & noviſſimum in Iſrael: & mundabo reliquias domus Jeroboam ſicut mundari ſolet fimus uſque ad purum. 11. Qui mortui fuerint de Jeroboam in civitate, comedent eos canes; qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aves cæli.... Conſtituit autem ſibi Dominus Regem ſuper Iſrael, qui percutiet domum Jeroboam in hac die, & in hoc tempore.

xviii. 18. Et ille (Elias) ait: Non turbavi Iſrael, ſed tu & domus patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini, & ſecuti eſtis Baalim.

xxi. 19 Et loqueris ad eum, (Achab) dicens: Hæc di-
cit

Digitized by Google

I. Quomodo geſſerunt ſe Reges erga Prophetas?

R. Eos Reges boni & coluerunt, & amaverunt, ceu miniſtros, & homines Dei. Mali autem Reges, eos averſati ſunt plerumque, & perſecuti ſunt, immo quandoque occiderunt, tanquam homines audaces, & importunos, qui nonniſi mala nunciarent, qui populorum animis

PART. I. SECT. I. CAP. IV. § 19.

cit Dominus: Occidiſti, inſuper & poſſediſti. Et poſt hæc addes: Hæc dicit Dominus: In loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum. 20. Et ait Achab ad Eliam: Num invenisti me inimicum tibi? Qui dixit: Inveni, eo quod venundatus ſis, ut faceres malum in conſpectu Domini. 21. Ecce ego inducam ſuper te malum, & demetam poſteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clauſum, & ultimum in Iſrael. 22. Et dabo domum tuam ſicut domum Jeroboam ... & ſicut domum Baaſa ... quia egiſti, ut me ad iracundiam provocares, & peccare feciſti Iſrael. 23. Sed & Jezabel locutus eſt Dominus, dicens: Canes comedent Jezabel in agro Jezrael. 24. Si mortuus fuerit Achab in civitate, comedent eum canes: ſi autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli.

4. REG. I. 3. Angelus Domini locutus eſt ad Eliam Thesbiten, dicens: Surge & aſcende in occurſum nuntiorum regis Samariæ, dices ad eos: Numquid non eſt Deus in Iſrael, ut eatis ad conſulendum Beelzebub deum Accaron? 4. Quamobrem hæc dicit Dominus: De lectulo, ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes; ſed morte morieris.

2. PARALIP. XVI. 7. In tempore illo venit Hanani Propheta ad Aſa regem Juda, & dixit ei: Quia habuiſti fiduciam in rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, idcirco evaſit Syriæ regis exercitus de manu tua ... 9. Stulte igitur egiſti, & propter hoc ex præſenti tempore adverſum te bella conſurgent.

3. REG. XXII. 8. Ait rex Iſrael (Achab) ad Joſaphat: Remanſit vir unus, per quem poſſumus interrogare Dominum: ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum, Michæas filius Jemla ..... 14..... Michæas ait: Vivit Dominus, quia quodcumque dixerit mihi Dominus, hoc loquar ... 17. Et ille ait: Vidi cunctum Iſrael diſperſum in montibus, quaſi oves non habentes paſtorem. Et ait Dominus: Non habent iſti Dominum: revertatur unuſquiſque in domum ſuam in pace. 18. Dixit ergo rex Iſrael ad Joſaphat: Numquid non dixi tibi, quia non prophetas mihi bonum, ſed ſemper malum.

2. PARALIP. XIX. 2. Cui (Joſaphat) occurrit Jehu .... Videns, & ait ad eum: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia jungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris.

4. REG. III. 13. Dixit autem Eliſæus ad regem Iſrael: (Joram) Quid mihi & tibi eſt? Vade ad Prophetas patris tui, & matris tuæ ... 14.... Vivit Dominus exercituum, in cujus conſpectu ſto, quod ſi non vultum Joſaphat regis Judæ erubeſcerem, non attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem.

XX. 1. In diebus illis ægrotavit Ezechias uſque ad mortem: & venit ad eum Iſaias filius Amos, Propheta, dixitque ei: Hæc dicit Dominus Deus: Præcipe domui tuæ: morieris enim tu, & non vives.

JEREM. XXI. 3. Et dixit Jeremias ad eos: (nuntios Sedeciæ regis Judæ) Sic dicetis Sedeciæ: 4. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ecce ego convertam vaſa belli, quæ in manibus veſtris ſunt, & quibus vos pugnatis adverſum regem Babylonis, & Chaldæos, qui obſident vos in circuitu murorum & congregabo ea in medio civitatis hujus. 5. Et debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grandi. 6. Et percutiam habitatores civitatis hujus, homines, & beſtiæ peſtilentia magna morientur. 7. Et poſt hæc ait Dominus: Dabo Sedeciam regem Juda, & ſervos ejus, & populum ejus, & qui derelicti ſunt in civitate hac a peſte, & gladio, & fame, in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, & in manu quærentium animam eorum, & percutiet eos in ore gladii, & non flectetur, neque parcet, nec miſerebitur.

XXII. 17. Tui oculi, & cor ad avaritiam, & ad ſanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad curſum mali operis. 18. Propterea hæc dicit Dominus ad Joakim filium Joſiæ regem Juda: Non plangent eum: væ frater & væ ſoror: non concrepabunt ei: Væ Domine, & væ inclyte. 19. Sepultura aſini ſepelietur, putrefactus & projectus, extra portas Jeruſalem.

XXXIV. 2..... Loquere ad Sedeciam regem Juda; & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam civitatem hanc in manus regis Babylonis, & ſuccendet eam igni. 3. Et tu non effugies de manu ejus, ſed comprehenſione capieris, & in manu ejus traderis ... 21. Et Sedeciam regem Juda, & principes ejus, dabo in manus inimicorum ſuorum, & in manu quærentium animas eorum, & in manus exercituum regis Babylonis, qui receſſerunt a vobis, 22..... & reducam eos in civitatem hanc, & præliabuntur adverſus eam, & capient eam, & incendent igni: & civitates Juda dabo in ſolitudinem, eo quod non ſit habitator.

DANIEL IV. 16. Tunc Daniel, cujus nomen Baltaſſar ... (regi Nabuchodonoſor) dixit: Domine mi, ſomnium his qui te oderunt, & interpretatio ejus hoſtibus tuis ſit ... 21. Hæc eſt interpretatio ſententiæ Altiſſimi, quæ pervenit ſuper Dominum meum regem. 22. Ejicient te ab hominibus, & cum beſtiis feriſque erit habitatio tua, & fœnum ut bos comedes, & rore cæli infunderis: ſeptem quoque tempora mutabuntur ſuper te, donec ſcias quod dominetur Excelſus ſuper regnum hominum ... 24. Quamobrem, rex, conſilium meum placeat tibi, peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum: forſitan ignoſcet delictis tuis.

V. 17.... Daniel ait coram rege: (Baltaſſare) Munera tua ſint tibi, & dona domus tuæ alteri da: Scripturam autem legam tibi, rex, & interpretationem ejus oſtendam tibi. 18. O rex, Deus altiſſimus regnum & magnificentiam ... dedit Nabuchodonoſor patri tuo ... 20. Quando autem elevatum eſt cor ejus, & ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiam, depoſitus eſt de ſolio regni ſui, & gloria ejus ablata eſt: 21. Et a filiis hominum ejectus eſt, ſed & cor ejus cum beſtiis poſitum eſt, & cum onagris erat habitatio ejus: fœnum quoque ut bos comedebat, & rore cæli corpus ejus infectum eſt, donec cognoſceret quod poteſtatem habet Altiſſimus in regno hominum ... 22. Tu quoque filius ejus Baltaſſar, non humiliaſti cor tuum, cum ſcires hæc omnia. 23. Sed adverſum Dominatorem cæli elevatus es; & vaſa domus ejus allata ſunt coram te: & tu, & optimates tui, & uxores tuæ, & concubinæ tuæ, vinum bibiſtis in eis; deos quoque argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneoſque & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque ſentiunt, laudaſti: porro Deum, qui habet flatum tuum in manu ſua, & omnes vias tuas non glorificaſti. 24. Idcirco ab eo miſſus eſt articulus manus, quæ ſcripſit hoc, quod exaratum eſt ... 26. Et hæc eſt interpretatio ſermonis. *Mane:* numeravit Deus regnum tuum, & complevit illud. 27. *Thecel:* appenſus es in ſtatera, & inventus es minus habens. 28. *Phares:* diviſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis ... 30. Eadem nocte interfectus eſt Baltaſſar Rex Chaldæus.

JEREM. XXXIV. 13. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ego percuſſi fœdus cum patribus veſtris, in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de domo ſervitutis, dicens: 14. Cum completi fuerint ſeptem anni, dimittat unuſquiſque fratrem ſuum Hebræum, qui venditus eſt ei, & ſerviet tibi ſex annis; & dimittes eum a te liberum; & non audierunt patres veſtri me, nec inclinaverunt aurem ſuam. 15. Et converſi eſtis vos hodie, & feciſtis quod rectum eſt in oculis meis, ut prædicaretis libertatem unuſquiſque ad amicum ſuum: & iniſtis pactum in conſpectu meo, in domo, in qua invocatum eſt nomen meum ſuper eam. 16. Et reverſi eſtis, & commaculaſtis nomen meum: & reduxiſtis unuſquiſque ſervum ſuum, & unuſquiſque ancillam ſuam, quos dimiſeratis, ut eſſent liberi & ſuæ poteſtatis; & ſubjugaſtis eos, ut ſint vobis ſervi & ancillæ. 17. Propterea hæc dicit Dominus: Vos non audiſtis me, ut prædicaretis libertatem unuſquiſque fratri ſuo, & unuſquiſque amico ſuo: ecce ego prædico vobis libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad peſtem, & ad famem; & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ. 18. Et dabo viros, qui prævaricantur fœdus meum, & non obſervaverunt verba fœderis, quibus aſſenſi ſunt in conſpectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, & tranſierunt inter diviſiones ejus: 19. Principes Juda, & principes Jeruſalem, eunuchi, & ſacerdotes, & omnis populus terræ, qui tranſierunt inter diviſiones vituli: 20. & dabo eos in manu inimicorum ſuorum, & in manus quærentium animam eorum:

Psal. I. Sect. I. Cap. IV. §. 19.

mis trepidationem, metumque incutientes, omnia ſusque deque verterent. (F)

F

I. Reges Juda, & Iſrael dubitare utique non poterant, quin a Deo ipſo miſſi fuiſſent Prophetæ; cur ergo eos vexabant, & perſequebantur?

Terentius.

R. Quia *obſequium amicos, veritas odium parit*. Nullis Prophetæ Regum cupiditatibus favebant: arguebant eos jugiter, audacter & libere, ut homines miſſos a Deo decet, loquebantur. Stabant autem ex adverſo Pſeudoprophetæ non pauci, qui populi peccatis indulgebant, falſa prophetabant, loquebantur placentia, nihilque non moliebantur, ut & Principes, & populus ſuſpectos haberent Prophetas Domini. Hinc fiebat, ut corrupti corde Reges averſarentur veritatem, diligerent mendacium, opprimerentque eos, qui ſine aſſentatione dabant monita ſalutis. (G)

G

Illud ipſum Paſtoribus, & Miniſtris Chriſti, qui

& erit morticinum eorum in eſcam volatilibus cæli, & beſtiis terræ.

Plurima ejuſmodi occurrunt in Scripturis, quæ cuilibet legenti obvia ſunt; ea idcirco hic referre ſuperſedemus.

(F) 3. Reg. xiii. 4. Cumque audiſſet rex (Jeroboam) ſermonem hominis Dei, . . . extendit manum ſuam . . . dicens: Apprehendite eum. Et exaruit manus ejus, quam extenderat contra eum; nec valuit retrahere eam ad ſe . . . 6. Et ait rex ad virum Dei: Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, ut reſtituatur manus mea mihi. Oravitque vir Dei faciem Domini, & reverſa eſt manus regis ad eum, & facta eſt ſicut prius fuerat.

2. Paralip. xvi. 10. Iratusque Aſa adverſus Videntem, juſſit eum mitti in nervum: valde quippe ſuper hoc fuerat indignatus.

3. Reg. xviii. 13. Numquid non indicatum eſt tibi Domino meo, (Eliæ) quid fecerim (*ego Abdias*) cum interficeret Jezabel Prophetas Domini, quod abſconderim de Prophetis Domini centum viros . . . in ſpeluncis, & paverim eos pane & aqua? 16. . . . Venit Achab in occurſum Eliæ. 17. Et . . . ait: Tu ne es ille, qui conturbas Iſrael.

xix. 1. Nunciavit Achab Jezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidiſſet univerſos Prophetas gladio. 2. Miſitque Jezabel nuncium ad Eliam, dicens: Hæc mihi faciant dii, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animam tuam ſicut animam unius ex illis.

3. Reg. xxii. 8. Et ait rex Iſrael (*Achab*) ad Joſaphat: Remanſit vir unus, per quem poſſumus interrogare Dominum: ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum, Michæas filius Jemla . . . 24. Acceſſit autem Sedecias, . . & percuſſit Michæam in maxillam . . . 26. Et ait rex Iſrael: Tollite Michæam, & . . . 27. . . mittite . . . in carcerem, & ſuſtentate eum pane tribulationis, & aqua anguſtiæ.

4. Reg. vi. 31. Et ait rex: (Joram) Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, ſi ſteterit caput Eliſæi . . . ſuper ipſum hodie.

2. Paralip. xxiv. 22. Et non eſt recordatus Joas rex miſericordiæ, quam fecerat Jojada pater illius (Zachariæ) ſecum, ſed interfecit filium ejus. Qui cum moreretur, ait: Videat Dominus, & requirat.

Matth. xxiii. 35. Ut veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, a ſanguine Abel juſti uſque ad ſanguinem Zachariæ, filii Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare.

Jeremiæ xxvi. 20. Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini, Urias filius Semei de Cariathiarim; & prophetavit adverſus civitatem iſtam, & adverſus terram hanc, juxta omnia verba Jeremiæ. 21. Et audivit rex Joakim, & omnes potentes & principes ejus, verba hæc: & quæſivit rex interficere eum. Et audivit Urias, & timuit, fugitque, & ingreſſus eſt Ægyptum. 22. Et miſit rex Joakim viros in Ægyptum . . . 23. Et eduxerunt Uriam de Ægypto: & adduxerunt eum ad regem Joakim, & percuſſit eum gladio; & projecit cadaver ejus in ſepulcris vulgi ignobilis.

Jerem. xx. 2. Et percuſſit Phaſſur Jeremiam Prophetam, & miſit eum in nervum.

xxvi. 7. Et audierunt Sacerdotes, & Prophetæ, & omnis populus Jeremiam loquentem . . . . 8. Cumque compleſſet Jeremias, loquens omnia quæ præceperat ei Dominus, . . . apprehenderunt eum Sacerdotes, & Prophetæ, & omnis populus, dicens: Morte moriatur . . 11. Et locuti ſunt Sacerdotes, & Prophetæ ad principes, & ad omnem populum, dicentes: Judicium mortis eſt viro huic, quia prophetavit adverſus civitatem iſtam.

xxxii. 3. Clauſerat eum (*Jeremiam*) Sedecias rex Juda, dicens: Quare vaticinaris, dicens: Hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo civitatem iſtam in manus regis Babylonis, & capiet eam?

xxxviii. 4. Et dixerunt principes regi: Rogamus ut occidatur homo iſte, . . . ſiquidem . . . non quærit pacem populo huic, ſed malum. 5. Et dixit rex Sedecias: Ecce ipſe in manibus veſtris eſt: nec enim fas eſt regem vobis quidquam negare. 6. Tulerunt ergo Jeremiam, & projecerunt eum in lacum, . . . qui erat in veſtibulo carceris; & ſubmiſerunt Jeremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua, ſed lutum: deſcendit itaque Jeremias in cœnum. 7. Audivit autem Abdemelech Æthiops vir eunuchus, . . quod miſiſſent Jeremiam in lacum . . . 8. . . Et locutus eſt ad regem, dicens: 9. Domine mi Rex, malefecerunt viri iſti omnia quæcumque perpetrarunt contra Jeremiam Prophetam, mittentes eum in lacum ut moriatur ibi fame . . . 10. Præcepit itaque rex Abdemelech Æthiopi, dicens: . . . Leva Jeremiam Prophetam de lacu antequam moriar . . . 13. Et extraxerunt Jeremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu: manſit autem Jeremias in veſtibulo carceris. 14. Et miſit rex Sedecias, & tulit ad ſe Jeremiam Prophetam ad oſtium tertium . . . Et dixit rex ad Jeremiam: Interrogo ego te ſermonem, ne abſcondas a me aliquid. 15. Dixit autem Jeremias ad Sedeciam: Si annunciavero tibi, numquid non interficies me? Et ſi conſilium dedero tibi, non me audies . . . 28. Manſit vero Jeremias in veſtibulo carceris uſque ad diem, quo capta eſt Jeruſalem.

(G) 3. Reg. xxii. 21. Egreſſus eſt ſpiritus, & ſtetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illum (*Achab*.) Cui locutus eſt Dominus: In quo? 22. Et ille ait: Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus. Et dixit Dominus: Decipies, & prævalebis: Egredere, & fac ita. 23. Nunc igitur ecce dedit Dominus ſpiritum mendacii in ore omnium Prophetarum tuorum, qui hic ſunt, & Dominus locutus eſt contra te malum.

Jerem. xiv. 13. Et dixi, a, a, a, Domine Deus, Prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, ſed pacem veram dabit vobis in loco iſto. 14. Et dixit Dominus: Falſo Prophetæ vaticinantur in nomine meo: non miſi eos, & non præcepi eis, neque locutus ſum ad eos; viſionem mendacem, & divinationem, & fraudulentiam, & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis. 15. Idcirco hæc dicit Dominus de Prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non miſi, dicentes: Gladius, & fames non erit in terra hac: in gladio & fame conſumentur Prophetæ illi. 16. Et populi, quibus prophetant, erunt projecti in viis Jeruſalem præ fame & gladio, & non erit qui ſepeliat eos . . . & effundam ſuper eos malum ſuum.

xxiii. 1. Væ paſtoribus, qui diſperdunt, & dilacerant gregem paſcuæ meæ, dicit Dominus. 2. Ideo hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad paſtores, qui paſcunt populum meum: Vos diſperſiſtis gregem meum, & ejeciſtis eos, & non viſitaſtis eos: ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum, ait Dominus . . . 4. Et ſuſcitabo ſuper eos paſtores, & paſcent eos: non formidabunt & nullus quæretur ex numero, dicit Dominus . . . 11. Propheta namque & Sacerdos polluti ſunt: & in domo mea inveni malum eorum, ait Dominus. 12. Idcirco via eorum erit quaſi lubricum in tenebris: impellentur enim, & corruent in ea: afferam enim ſuper eos mala, annum viſitationis eorum, ait Dominus. 13. Et in Prophetis Samariæ vidi fatuitatem: prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Iſrael. 14. Et in prophetis Jeruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacii: & confortaverunt manus peſſimorum, ut non converteretur unuſquiſque a malitia ſua: facti ſunt mihi omnes ut Sodoma, & habitatores ejus quaſi Gomorrha. 15. Propterea hæc dicit Dominus exercituum ad Prophetas: Ecce ego cibabo eos abſinthio, & potabo eos felle:

qui digne Deo functi ſunt ſuo munere, ſæpius contigiſſe conſtat ex hiſtoria Eccleſiaſtica.
II (H)

I. Quid Prophetæ prænunciabant?

R. Ea prænunciabant omnia, quæ eventura erant populo Dei, imo & cæteris gentibus, ſi forte futura iſthæc ad populum Dei aliquatenus pertinerent. Sed loquebantur potiſſimum de Meſſia a Judæis expectato, per quem ſolum fieri poterat, ut gentes ſalutem conſequerentur.

I. De Judæis quid prænunciarunt Prophetæ?

R. Quidquid Judæorum genti, non vicinis modo temporibus, ſed & futuris retro ſæculis ad finem uſque, eventurum eſſet, totum id Prophetæ prænunciarunt.

Rem explico.

Non ſolum prænunciarunt Judæis Prophetæ imminentia qualibet ætate bella, mox futuras victorias, & clades; ſed prædixerunt in genere, Regnum Iſrael omnino delendum; evertendam urbem Jeruſalem; Templum ſolo æquandum; urbem iterum & templum eſſe ad tempus ædificanda; Judæos abducendos eſſe in Babyloniam; dein in patriam reverſuros: ab iis Meſſiam rejiciendum & occidendum; mox eos a Deo deſerendos, & toto terrarum orbe diſpergendos. Interea futurum ut Deus cum gentibus, quæ Deum hactenus ignoraverant, fœdus æternum iniret. Tandem Judæos ad Dominum in fine ſæculorum eſſe convertendos.

I. De

le: a Prophetis enim Jeruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram. 16. Hæc dicit Dominus exercituum: Nolite audire verba Prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos; viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore Domini. 17. Dicunt his, qui blaſphemant me: Locutus eſt Dominus: Pax erit vobis; & omni, qui ambulat in pravitate cordis ſui, dixerunt: Non veniet ſuper vos malum ... 19. Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum veniet. 20. Non revertetur furor Domini, uſque dum faciat, & uſque dum compleat cogitationem cordis ſui; in noviſſimis diebus intelligetis conſilium ejus. 21. Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant; non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. 22. Si ſtetiſſent in conſilio meo, & nota feciſſent verba mea populo meo, avertiſſem utique eos a via ſua mala, & a cogitationibus ſuis peſſimis ... 25. Audivi quæ dixerunt Prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes: Somniavi, ſomniavi. 26. Uſquequo iſtud eſt in corde Prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium ſeductiones cordis ſui? 27. Qui volunt facere, ut obliviſcatur populus meus nominis mei propter ſomnia eorum .... 30. Propterea ... 32. ecce ego ad Prophetas ſomniantes mendacium, ait Dominus: Qui narraverunt ea, & ſeduxerunt populum meum in mendacio ſuo, & in miraculis ſuis; cum ego non miſiſſem eos, nec mandaſſem eis, qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dominus ... 39. Propterea ... 40. dabo vos in opprobrium ſempiternum, & in ignominiam æternam, quæ numquam oblivione delebitur.

xxvii. 14. ... Nolite audire verba Prophetarum dicentium vobis. Non ſervietis regi Babylonis, quia mendacium ipſi loquuntur vobis. 15. Quia non miſi eos, ait Dominus; & ipſi prophetant in nomine meo mendaciter, ut ejiciant vos, & pereatis tam vos, quam Prophetæ, qui vaticinantur vobis. 16. ... Nolite audire verba Prophetarum veſtrorum, qui prophetant vobis ... mendacium enim prophetant vobis. 17. Nolite ergo audire eos.

xxviii. 15. Et dixit Jeremias Propheta ad Hananiam Prophetam: Audi Hanania, non miſit te Dominus, & tu confidere feciſti populum iſtum in mendacio. 16. Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego mittam te a facie terræ: hoc anno morieris; adverſum enim Dominum locutus es. 17. Et mortuus eſt Hananias Propheta in anno illo, menſe ſeptimo.

xxix. 8. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Non vos ſeducant Prophetæ veſtri, qui ſunt in medio veſtrum, & divini veſtri; & ne attendatis ad ſomnia veſtra, quæ vos ſomniatis, 9. Quia falſo ipſi prophetant vobis in nomine meo; & non miſi eos, dicit Dominus. 31. ... Hæc dicit Dominus ad Semeiam ... Pro eo quod prophetavit vobis Semeias, & ego non miſi eum; & fecit vos confidere in mendacio. 32. Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego viſitabo ſuper Semeiam ... & ſuper ſemen ejus; non erit ei vir ſedens in medio populi hujus, & non videbit bonum, quod ego faciam populo meo, ait Dominus; quia prævaricationem locutus eſt adverſus Dominum.

Thren. ii. 14. Prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent: viderunt autem tibi aſſumptiones falſas, & ejectiones.

iv. 12. Non crediderunt reges terræ, & univerſi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hoſtis & inimicus per portas Jeruſalem. 13. Propter peccata Prophetarum ejus, & iniquitates Sacerdotum ejus, qui effuderunt in medio ejus ſanguinem juſtorum.

Ezechiel. xiii. 3. Hæc dicit Dominus Deus: Væ Prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident. 4. Quaſi vulpes in deſertis, Prophetæ tui Iſrael erant. 5. Non aſcendiſtis ex adverſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, ut ſtaretis in prælio in die Domini. 6. Vident vana, & divinant mendacium, dicentes: Ait Dominus; cum Dominus non miſerit eos, & perſeveraverunt confirmare ſermonem. 7. Numquid non viſionem caſſam vidiſtis, & divinationem mendacem locuti eſtis? Et dicitis, Ait Dominus; cum ego non ſim locutus. 8. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia locuti eſtis vana, & vidiſtis mendacium; ideo ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus: 9. & erit manus mea ſuper Prophetas, qui vident vana, & divinant mendacium; in conſilio populi mei non erunt, ... 10. eo quod deceperint populum meum, dicentes: Pax, & non eſt pax ... 17. Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde ſuo; & vaticinare ſuper eas, 18. & dic: Hæc dicit Dominus Deus: Væ quæ conſuunt pulvillos ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas; & cum caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum. 19. Et violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei, & fragmen panis, ut interficerent animas, quæ non moriuntur, & vivificarent animas, quæ non vivunt, mentientes populo meo credenti mendaciis ... 22. Pro eo quod mœrere feciſtis cor juſti mendaciter, quem ego non contriſtavi; & confortaſtis manus impii, ut non reverteretur a via ſua mala, & viveret; 23. propterea vana non videbitis, & divinationes non divinabitis amplius, & eruam populum meum de manu veſtra; & ſcietis quia ego Dominus.

xxxiv. 2. ... Hæc dicit Dominus Deus: Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos; nonne greges a paſtoribus paſcuntur? 3. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis; gregem autem meum non paſcebatis. 4. Quod infirmum fuit non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis, quod confractum eſt non alligaſtis, & quod abjectum eſt non reduxiſtis, & quod perierat non quæſiſtis; ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia. 5. Et diſperſæ ſunt oves meæ, eo quod non eſſet paſtor; & factæ ſunt in devorationem omnium beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt, 6. ... & non erat qui requireret. 7. Propterea .. 8. Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo quod facti ſunt greges mei in rapinam, & oves meæ in devorationem omnium beſtiarum agri, eo quod non eſſet paſtor; neque enim quæſierunt paſtores mei gregem meum, ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant. 9. Propterea Paſtores, audite verbum Domini. 10. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipſe ſuper Paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam eos, ut ultra non paſcant gregem, nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos; & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in eſcam. 11. ... Ecce ego ipſe requiram oves meas, & viſitabo eas, 12. ... & liberabo eas ... 16. Quod perierat requiram, & quod abjectum erat, reducam; & quod confractum fuerat, alligabo; & quod infirmum fuerat conſolidabo, & quod pingue & forte, cuſtodiam; & paſcam illas in judicio ... 22. Salvabo gregem meum, & non erit ultra in rapinam.

(H) *Vide exempla ſuperius allata ex Hiſtor. Eccleſiaſtica, hujuſce cap. §. 13. litt. (H) verſ. fin.*

Vide-

PARS I. SECT. I CAP. IV. §. 19.

I. De cæteris gentibus quid prænuntiarunt Prophetæ?

R. Quidquid vicinis gentibus, quibus ad eruditionem populi Iſraelitici Deus utebatur, tunc temporis eveniebat, id prænunciarunt omne. Præterea de futura vocatione omnium gentium ad Chriſti fidem, non obſcure, ſed palam, & aperte locuti ſunt. Prædixerunt futurum ut Deus, quem hactenus non alia fere gens, quam Iſraelitica, noverat & coluerat, ab omnibus omnino nationibus & cognoſceretur tandem, & coleretur, & adoraretur.

I. Quid prædixerunt Prophetæ de Meſſia?

R. Prædixerunt tempus, & circumſtantias ipſius adventus, nativitatis, vitæ, miniſterii, paſſionis, mortis, reſurrectionis, & rerum omnium quæ inde erant toto terrarum orbe ſecuturæ. Tandem prædixerunt hunc ipſum denuo venturum ad judicandum vivos & mortuos, faciendamque æternam impiorum a bonis ſegregationem. (I)

I

I. Cur Deus voluit a Prophetis prænunciari, non ſolum ea omnia, quæ ad ſeriem & progreſſum religionis pertinebant, ſed etiam ſingulares eventus bellorum tum populi Judaici, tum vicinarum gentium?

R. Ut quotidiana experientia eventuum ante prædictorum, Judæi intelligerent, implendas quoque certiſſime ſuo tempore Prophetias graviores.

Nos quoque dum cernimus impletum, quod Prophetæ, quod Chriſtus, quod Apoſtoli prædixerant de excidio templi Jeroſolymitani, de diſperſione Judæorum, de vocatione & converſione gentium; hinc certo colligimus complenda quoque haud dubie ſuo tempore, quæ prenunciata ſunt de ultima Judæorum converſione, de Antichriſto, de corporum reſurrectione, de iterato Chriſti adventu, & de judicio generali. (K) K

§. 20.

De Diſperſione decem Tribuum; Captivitate Babylonica; Reditu & Reſtitutione Judæorum.

I. Quandiu filiorum Iſrael imperium penes Reges fuit?

R. Series imperii Saul, David, & Salomonis centum annorum fuit.

Regnum Iſrael ſtetit annos ducentos quinquaginta quinque. Regnum Juda annos trecentos octoginta ſeptem. Itaque filiorum Iſrael impe-

(I) *Videſis has omnes Prophetias luculenter explanatas apud* EUSEB. *in* Demonſtratione *ſua* Evangelica *ab initio lib. 2. ad finem.* 10. *Has omnes refert Doctiſſimus* HUETIUS *Abrincenſium Epiſcopus*, in Demonſtratione Evangelica, *quam, Euſebii exemplum æmulatus, adornavit. Harum Prophetiarum præcipuas exſcribit* S. CYPRIANUS *in primo & ſecundo libro* Teſtimoniorum adverſus Judæos. *Idem præſtitit* S. AUGUST. *lib.* 17. de Civitate Dei, *a c.* 3. *ad* 20. *& lib.* 18. *a c.* 27. *ad* 35. *Sed operæ pretium eſt legere Doctiſſimi & eloquentiſſimi* DD. BOSSUET *Meldenſium Epiſcopi partem ſecundam ferme integram ſermonis in Hiſtoriam univerſalem: Gallice*, Diſcours ſur l'Hiſtoire univerſelle.

(K) S. AUG. *Epiſt. ad Voluſian.* 137. *alias* 3. *cap.* 4. n. 16. Venit & Chriſtus, complentur in ejus ortu, vita, dictis, factis, paſſionibus, morte, reſurrectione, aſcenſione, omnia præconia Prophetarum ... Prædicationem pietatis veræque religionis ſigna congruentia & miracula conſequuntur. Excitatur adverſus eos ſæva infidelitas, tolerant prædicta, ſperant promiſſa, docent præcepta ... Templa & ſimulacra dæmonum, ritusque ſacrilegi paulatim, atque alternatim ſecundum prædicta prophetica ſubvertuntur. Hæreſes adverſus nomen Chriſti, ſub velamento tamen nominis Chriſti, ad exercendam doctrinam ſanctæ religionis, ſicut prænunciatæ ſunt pullulant. Hæc omnia ſicut leguntur prædicta, ita cernuntur impleta, atque ex his jam tot & tantis, quæ reſtant exſpectantur implenda.

De fide rerum, quæ non videntur cap. 5. *num.* 8. *Tom.* 3. Quemadmodum voluntates amicorum quæ non videntur, creduntur per indicia quæ videntur; ſic Eccleſia quæ nunc videtur, omnium quæ non videntur, ſed in eis litteris ubi & ipſa eſt prædicta monſtrantur, & index eſt præteritorum, & prænuncia futurorum. Quia & præterita quæ jam non poſſunt videri, & præſentia quæ nunc poſſunt videri, omnia cum prænunciarentur, nihil horum poterat tunc videri. Cum ergo fieri prædicta cœperunt, ex illis quæ facta ſunt uſque ad iſta quæ fiunt, de Chriſto & Eccleſia quæ prædicta ſunt ordinata ſerie cucurrerunt: ad quam ſeriem pertinent de die judicii, de reſurrectione mortuorum, de impiorum æterna damnatione cum diabolo, & de piorum æterna remuneratione cum Chriſto, quæ ſimiliter prædicta ventura ſunt. Cur ergo res primas & noviſſimas, quas non videmus non credamus, cum teſtes utrarumque res medias quas videmus habeamus, atque in propheticis libris & primas & medias & noviſſimas vel audiamus prænunciatas antequam fierent, vel legamus?

Vide ſupra hujuſce capitis, §. 10. *litt.* (I) S. AUGUST. *lib.* 7. *de Civit. Dei*, *cap.* 32.

Lib. 18. *c.* 46. Regnante Herode in Judæa, apud Romanos autem jam mutato Reipublicæ ſtatu, imperante Cæſare Auguſto, & per eum orbe pacato, natus eſt Chriſtus, ſecundum prophetiam, in Bethleem Judæ, homo manifeſtus ex homine virgine, Deus occultus ex Deo Patre ... Qui ut in ſe commendaret Deum, miracula multa fecit, ex quibus quædam, quantum ad eum prædicandum ſatis eſſe viſum eſt, Scriptura Evangelica continet. Quorum primum eſt, quod tam mirabiliter natus eſt: ultimum autem, quod cum ſuo reſuſcitato a mortuis, corpore aſcendit in cælum. Judæi autem, qui eum occiderunt, & in eum credere noluerunt, quia oportebat eum mori & reſurgere, vaſtati infelicius a Romanis, funditusque a Regno ſuo, ubi jam eis alienigenæ dominabantur, eradicati, diſperſique per terras, (quandoquidem ubique non deſunt,) per Scripturas ſuas teſtimonio nobis ſunt, prophetias nos non finxiſſe de Chriſto; quas plurimi eorum conſiderantes, & ante paſſionem, & maxime poſt ejus reſurrectionem crediderunt in eum; ... cæteri vero excæcati ſunt .... Proinde cum Scripturis noſtris non credunt, complentur in eis ſuæ, quas cæci legunt ... Nobis quidem illæ ſufficiunt, quæ de noſtrorum inimicorum codicibus proferuntur, quos agnoſcimus propter hoc teſtimonium, quod nobis inviti perhibent eoſdem codices habendo, atque ſervando, per omnes gentes etiam ipſos eſſe diſperſos, quaqua verſum Chriſti Eccleſia dilatatur. Demonſtravit ... Deus Eccleſiæ in ejus inimicis Judæis gratiam miſericordiæ ſuæ, quoniam, ſicut dicit Apoſtolus, *delictum illorum, ſalus gentibus*. Et ideo non eos occidit, id eſt, non in eis perdidit, quod ſunt Judæi, quamvis a Romanis fuerint devicti & oppreſſi; ne obliti legem Dei, ad hoc, de quo agimus, teſtimonium nihil valerent. Ideo parum fuit, ut diceret, *Ne occideris eos, nequando obliviſcantur legem tuam:* niſi etiam adderet, *diſperge eos:* quoniam ſi cum iſto teſtimonio Scripturarum in ſua tantummodo terra, non ubique eſſent, profecto Eccleſia, quæ ubique eſt, eos prophetiarum, quæ de Chriſto præmiſſæ ſunt, teſtes in omnibus gentibus habere non poſſet.

Mich. 5. 2.

Rom. 11. 11.

Pſ. 58. 12.

AUGU.

imperium per annos quadringentos octoginta ſeptem penes Reges fuit. (A)

A

I. Cur regnum Iſrael tandiu non ſtetit quandiu regnum Juda?

R. Id factum eſt propter obdurationem & continuum ſchiſma, & jugem idololatriam populi Iſraelitici. Cum enim diu *teſtificatus eſſet Dominus* Regibus & populis *Iſrael per manum omnium Prophetarum, dicens: Revertimini a viis veſtris peſſimis, & cuſtodite præcepta mea; ipſi non audierunt, ſed induraverunt cervicem ſuam, ut facerent malum coram Domino, & irritarent eum. Iratusque eſt Dominus vehementer Iſraeli, & abſtulit eos a conſpectu ſuo:* Et juxta propheticum ſermonem regnum eorum penitus delevit. Itaque decem Tribus Iſrael omnes translatæ ſunt in Aſſyrios, unde per ſeptentrionales Aſiæ partes ſingulæ diffuſæ, numquam poſtea in terram Iſrael ſimul in unum collectæ redierunt. Regnum autem Juda ſtetit adhuc annos plusquam centum, Iſraelitis jam in captivitate conſtitutis. (B)

IV. Reg. XVII. 13. — Ibid. 14. — Ibid. 17. — Ibid. 18.

Pars I. Sect. I. Cap. IV. §. 10.

B

I. Quomodo regnum Juda finem habuit?

R. Cum peccata Judæorum perveniſſent ad cumulum; ſuſcitavit Dominus regem Babylonis, qui, juxta Prophetarum vaticinia, Judæam terram armis occupavit, Jeruſalem expugnavit, urbem incendit flammis, mœnia diruit, templum Salomonis funditus ſubvertit, & Judæos omnes cum rege Sedecia captivos abduxit Babylonem. (C)

C

I. Quan-

(A) AUGUSTIN. TORNIEL *Annales ſacri & prophani, anno mundi* 3446.
Igitur hactenus regnaverunt ſuper toto Iſraele

1. Saul. — 2. David. — 3. Salomon. } *annis* { 20. 40. 40.

Poſt diviſionem regni regnaverunt

In Juda.

1. Roboam.	*ann.* 17.
2. Abias.	3.
3. Aſa.	41.
4. Joſaphat.	25.
5. 6. Joram & Ochoſias.	5.
7. Athalia.	6.
8. Joas.	40.
9. Amaſias.	29.
10. Ozias.	52.
11. Jonathan. } 12. Achaz.	52.
13. Ezechias.	29.
14. Manaſſes.	55.
15. Amon.	2.
16. Joſias. } 17. Joachaz.	31.
18. Joachin. } 19. Jechonias. } 20. Sedecias.	21.
In Summa ...	387.

In Iſrael.

1. Jeroboam.	*ann.* 22.
2. Nadab. } 3. Baſa. } 4. Ela. } 5. Zambri.	35.
6. 7. Achab & Ochoſias.	22.
8. Joram.	12.
9. Jehu.	28.
10. Joachaz. } 11. Joas.	32.
12. Jeroboam II.	41.
Interregnum.	12.
13. 14. Zacharias & Sellum.	1.
15. Manahem.	10.
16. Phaceia F. Manahem.	2.
17. Phacee F. Romeliæ.	20.
18. Oſee.	18.
In ſumma ...	255.

Deſiit hoc regnum ſub finem anni Regni Ezechiæ ſexti.

Communem & ab omnibus fere Chronologis receptam opinionem hic ſequimur. Nonnulli tamen, atque non ineruditi, ab hoc calculo longe recedunt. In primis R. P. PEZRON *in libro Gallice ſcripto ſub hoc titulo: antiquitas temporum reſtituta:* L'antiquité des tems retablie. *Is* Reges Juda per 533. annos imperium tenuiſſe *aſſerit: quem conſule.*

(B) IV. REG. XV. 29. In diebus Phacee regis Iſrael venit Theglathphalaſar rex Aſſur, ... & tranſtulit eos in Aſſyrios.

XVII. 6. Anno autem nono Oſee, cepit rex Aſſyriorum Samariam, & tranſtulit Iſrael in Aſſyrios: poſuitque eos ... in civitatibus Medorum ... 20. Projecitque Dominus omne ſemen Iſrael, & afflixit eos & tradidit eos in manu diripientium, donec projiceret eos a facie ſua. 21. Ex eo jam tempore, quo ſciſſus eſt Iſrael a domo David, & conſtituerunt ſibi regem Jeroboam filium Nabat: ſeparavit enim Jeroboam Iſrael a Domino, & peccare eos fecit peccatum magnum. 22. Et ambulaverunt filii Iſrael in univerſis peccatis Jeroboam ... & non receſſerunt ab eis, 23. uſquequo Dominus auferret Iſrael a facie ſua: .... translatusque eſt Iſrael de terra ſua in Aſſyrios.

(C) IV. REG. XXIII. 26. Verumtamen non eſt averſus Dominus ab ira furoris ſui magni, quo iratus eſt furor ejus contra Judam; propter irritationes quibus provocaverat eum Manaſſes. 27. Dixit itaque Dominus: Etiam Judam auferam a facie mea, ſicut abſtuli Iſrael: & projiciam civitatem hanc, quam elegi, Jeruſalem, & domum, de qua dixi: Erit nomen meum ibi ... 31. Viginti trium annorum erat Joachas, cum regnare cœpiſſet, & tribus menſibus regnavit.

XXIV. 1. In diebus ejus aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & factus eſt ei Joakim ſervus tribus annis ... 3. Factum eſt autem hoc per verbum Domini contra Judam, ut auferret eum coram ſe, propter peccata Manaſſe univerſa quæ fecit, 4. & propter ſanguinem innoxium, quem effudit, & implevit Jeruſalem cruore innocentium: & ob hanc rem noluit Dominus propitiari. 5... Et dormivit Joakim cum patribus ſuis: 6. & regnavit Joakim filius ejus pro eo ... 8. Decem & octo annorum erat Joakim, cum regnare cœpiſſet, & tribus menſibus regnavit in Jeruſalem ... 10. In tempore illo aſcenderunt ſervi Nabuchodonoſor regis Babylonis in Jeruſalem, & circumdata eſt urbs munitionibus. 11. Venitque Nabuchodonoſor rex Babylonis ad civitatem cum ſervis ſuis, ut oppugnarent eam. 12. Egreſſusque eſt Joakim rex Juda ad regem Babylonis: .. & ſuſcepit eum rex Babylonis .. 13. Et protulit inde omnes theſauros domus Domini, & theſauros domus regiæ: & concidit univerſa vaſa aurea, quæ fecerat Salomon rex Iſrael in templo Domini. 14. Et tranſtulit omnem Jeruſalem, & univerſos principes & omnes fortes exercitus, decem millia, in captivitatem; & omnem artificem & clusorem: nihilque relictum eſt, exceptis pauperibus populi terræ. 15. Tranſtulit quoque Joakim in Babylonem, & matrem regis, & uxores regis, & eunuchos ejus: & judices terræ duxit in captivitatem de Jeruſalem in Babylonem ... 17. Et conſtituit Matthaniam patruum ejus pro eo: impoſuitque nomen ei Sedeciam. 18. Vigeſimum & primum ætatis habebat Sedecias cum regnare cœpiſſet, & undecim annis regnavit in Jeruſalem.

XXV. 1. Factum eſt autem anno nono regni ejus, menſe decimo, decima die menſis, venit Nabuchodonoſor rex

D

I. Quandonam a captivitate reverſi ſunt?

R. Reverſi ſunt poſt annos ſeptuaginta captivitatis, ut Judæis Deus per Jeremiam Prophetam prænuntiaverat. (D)

I. Quomodo vixerunt Judæi apud Babylonios?

R. In ſe reverſi, Deo fideliter ſervierunt ſub ſpirituali regimine Prophetarum, quos dedit illis Deus in ſubſidium & levamen captivitatis.

I. Quos Prophetas miſit Deus ad eos tum temporis?

R. Hos cæteris illuſtriores novimus: Ezechielem, Danielem, Habacuc, Sophoniam, Aggæum, Zachariam & Malachiam.

I. Quis Judæos libertate donavit?

R. Cyrus Perſarum Rex, rerum Orientis potitus, poteſtatem Judæis fecit revertendi in patriam, urbemque & templum Jeruſalem iterum ædificandi: quin & vaſa omnia ſacra templi Domini, quæ olim aſportata fuerant Babylonem, ipſis reddidit, magniſque eos donavit muneribus. (E)

E

I. Cur Cyrus tam clementer egit cum Judæis?

R. Quia ubi primum ad ſummam rerum pervenit, oſtenderunt ipſi Judæi, ipſum ab Iſaia Propheta, ante annos ducentos, proprio nomine deſignatum fuiſſe futurum olim Orientis Principem, urbiſque & templi Jeroſolymorum reſtauratorem. (F)

F

I. Quo Duce, quo numero Judæi Babylone reverſi ſunt in Judæam?

R. Reverſi ſunt quadraginta duo millia trecenti ſexaginta de populo, cum ſervis & ancillis

rex Babylonis, ipſe & omnis exercitus ejus, in Jeruſalem, & circumdederunt eam: & extruxerunt in circuitu ejus munitiones. 2. Et clauſa eſt civitas, atque vallata uſque ad undecimum annum regis Sedeciæ, 3. nona die menſis: prævaluitque fames in civitate, nec erat panis populo terræ. 4. Et interrupta eſt civitas:..., fugit itaque Sedecias... 5. Et perſecutus eſt exercitus Chaldæorum regem, comprehenditque eum in planitie Jericho: & omnes bellatores, qui erant cum eo, diſperſi ſunt, & reliquerunt eum. 6. Apprehenſum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha: qui locutus eſt cum eo judicium. 7. Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos ejus effodit, vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylonem. 8. Menſe quinto, ſeptima die menſis, ipſe eſt annus nonus decimus regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps exercitus, ſervus regis Babylonis, in Jeruſalem. 9. Et ſuccendit domum Domini, & domum regis, & domos Jeruſalem omnemque domum combuſſit igni. 10. Et muros Jeruſalem in circuitu deſtruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe militum. 11. Reliquam autem populi partem, quæ remanſerat in civitate, & perfugas, qui transfugerant ad regem Babylonis, & reliquum vulgus, tranſtulit Nabuzardan princeps militiæ.

JEREM. LII. 3. Quoniam furor Domini erat in Jeruſalem & in Juda, uſquequo projiceret eos a facie ſua: & receſſit Sedecias a rege Babylonis... 10. Et jugulavit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis ejus: ſed & omnes principes Juda occidit in Reblatha. 11. Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, & adduxit eum rex Babylonis in Babylonem, & poſuit eum in domo carceris uſque ad diem mortis ejus. 12. In menſe autem quinto, decima menſis, ipſe eſt annus nonus decimus Nabuchodonoſor regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps militiæ,... 13. & incendit domum Domini, & domum regis, & omnes domos Jeruſalem, & omnem domum magnam igne combuſſit. 14. Et totum murum Jeruſalem per circuitum deſtruxit.... 15. De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo, quod remanſerat in civitate,... tranſtulit Nabuzardan... 27... Et tranſlatus eſt Juda de terra ſua.

(D) 2. PARALIP. XXXVI. 21. (*Donec*) compleretur ſermo Domini ex ore Jeremiæ, & celebraret terra ſabbata ſua: cunctis enim diebus deſolationis egit ſabbatum, uſque dum complerentur ſeptuaginta anni.

JEREM. XXV. 11. Et erit univerſa terra hæc in ſolitudinem, & in ſtuporem: & ſervient omnes gentes iſtæ regi Babylonis ſeptuaginta annis. 12. Cumque impleti fuerint ſeptuaginta anni, viſitabo ſuper regem Babylonis & ſuper gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & ſuper terram Chaldæorum: & ponam illam in ſolitudines ſempiternas.

XXIX. 10. Hæc dicit Dominus: Cum cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos: & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, ut reducam vos ad locum iſtum.

DANIEL. IX. 2. Anno uno regni ejus, (*Darii*) ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus eſt ſermo Domini ad Jeremiam Prophetam, ut complerentur deſolationis Jeruſalem ſeptuaginta anni.

(E) 2. PARALIP. XXXVI. 22. Anno autem primo Cyri regis Perſarum, ad explendum ſermonem Domini, quem locutus fuerat per os Jeremiæ, ſuſcitavit ſpiritum Cyri regis Perſarum: qui juſſit prædicari in univerſo regno ſuo, etiam per ſcripturam, dicens: 23. Hæc dicit Cyrus rex Perſarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipſe præcepit mihi ut ædificarem ei domum in Jeruſalem, quæ eſt in Judæa; quis ex vobis eſt in omni populo ejus? Sit Dominus Deus ſuus cum eo & aſcendat.

1. ESDRÆ I. 1. In anno primo Cyri regis Perſarum, ut compleretur verbum domini ex ore Jeremiæ, ſuſcitavit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum, & traduxit vocem in omni regno ſuo, etiam per ſcripturam, dicens: 2. Hæc dicit Cyrus rex Perſarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipſe præcepit mihi ut ædificarem ei domum in Jeruſalem, quæ eſt in Judæa. 3. Quis eſt in vobis de univerſo populo ejus? ſit Deus illius cum ipſo. Aſcendat in Jeruſalem, quæ eſt in Judæa, & ædificet domum Domini Dei Iſrael... 5. Et ſurrexerunt principes patrum de Juda, & Benjamin, & Sacerdotes, & Levitæ, & omnis cujus Deus ſuſcitavit ſpiritum, ut aſcenderent ad ædificandum templum Domini, quod erat in Jeruſalem. 6. Univerſique qui erant in circuitu, adjuverunt manus eorum in vaſis argenteis, & aureis, in ſubſtantia, & jumentis, in ſupellectili, exceptis his quæ ſponte obtulerant. 7. Rex quoque Cyrus protulit vaſa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonoſor de Jeruſalem, & poſuerat in templo Dei ſui.

(F) ISAI. XLIV. 28. Qui dico Cyro: Paſtor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Jeruſalem: Ædificaberis; & templo: Fundaberis.

XLV. 1. Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut ſubjiciam ante faciem ejus gentes, & dorſa regum vertam, & aperiam coram eo januas, & portæ non claudentur.

FLAV. JOSEPH. *de Antiquitat. Judaic. lib.* 11. *cap.* 1. Primo autem anno regni Cyri, qui fuit transmigrationis noſtræ Babylonicæ ſeptuageſimus, miſeratus eſt Deus captivitatem & calamitatem ærumnoſi illius populi; & ſicut illis per Hieremiam Prophetam ante dirutam urbem prædixerat, quod poſtquam ſervierint Nabuchodonoſoro ejuſque poſteris per annos ſeptuaginta, rurſum eos reſtituturus eſſet in patriam, & ædificato templo redituri eſſent ad felicitatem priſtinam; ita eis omnia præſtitit. Excitato enim ad id Cyri animo, effecit ut ille in hunc modum per univerſam Aſiam ſcriberet: Hæc dicit Cyrus Rex: Quoniam me Deus maximus orbis Regem conſtituit, hunc illum eſſe credo quem Iſraelitarum adorat populus. Is enim meum nomen per ſuos Prophetas prædixit, & quod templum ejus ædificaturus ſim Hieroſolymis in terra Judæa. Hoc autem Cyrus cognovit ex lectione libri, qui Eſaiæ Prophetias continet, ducentis & decem annis ante ipſius ætatem conſcriptas. Hic enim ſecretum hoc Deum ſibi indicaſſe dixit, quod vellet Cyrum, quam multarum ac magnarum gentium Regem declaraturus eſſet, remittere populum ſuum in terram Judæam, & templum ſuum ædificare denuo. Hæc Eſaias prædixit centum quadraginta annis antequam templum devaſtatum eſt. Quibus lectis Rex admiratus Vatis divinitatem, correptus eſt cupidine exequendi quæ ſcripta legerat: convocatiſque clarioribus apud Babylonem Judæis, ait, ſe illis permittere ut proficiſcantur in patriam, urbemque Hieroſolyma, & Dei templum ædificent denuo. Nam & ipſum Deum futurum illis auxilio, & ſe ſcripturum vicinis Judææ Ducibus ac Satrapis, ut conferant eis aurum

Digitized by Google

ciliis 7337. ſub Ducibus Joſue filio Joſedech ſummo Sacerdote, & Zorobabele Salathielis filio tribus Juda Principe. (G).

G

I. Numquid ex ſolis tribubus Juda & Benjamin Judæi reverſi ſunt?

R. Ex decem tribubus ſorte multi cum tribubus Juda, & Benjamin reverſi: ſed nulla fuit amplius Tribuum diſtinctio. Et Iſraelitica gens, ſumpto nomine a tribu Juda, deinceps Judæa gens toto terrarum orbe dicta eſt. (H)

H

I. Urbis & templi iterata ædificatio fuit ne celeriter abſoluta?

R. Quominus perficeretur a Judæis ædificatio urbis & templi graviſſime intercеſſum eſt, ex parte gentium vicinarum quæ Samariam incolebant, apud Cambyſen Cyri filium, a quo, præ invidia ſubreptis per dolum litteris, obtinuerunt ut inceptum opus interrumperetur. Manſitque, (quidquid moliretur Judæi) opus interruptum annis ſexaginta, ad annum ſeptimum imperii Artaxerxis Longimani. (I) Nec niſi vigeſimo anno regni ejuſdem, annis circiter ſeptuaginta poſt primum Cyri edictum, facultatem obtinuerunt ædificandi iterum muros Jeruſalem; quod quidem factum eſt duce Nehemia, ſed in tanta anguſtia temporum, & tam anxie prementibus hoſtibus, ut Judæi manu altera muros ædificare, altera gladium ad defenſionem tenere cogerentur. (K)

I

Pars I. Sect. I. Cap. IV. §. 20.

K

I. Poſterius hoc templum acceſſit ne ad magnificentiam templi prioris?

R. Si ſpectes magnificentiam exteriorem, hoc illo longe inferius fuit. Attamen longe *major fuit gloria domus hujus noviſſimæ plus quam primæ*. Hoc enim præſentia ſua corporali ſanctificavit Chriſtus ipſe, cujus umbram ſolummodo, & typum habuerat templum Salomonis. (L) Aggai II. 10.

L

I. Cujusnam typus fuere Jeſus filius Joſedech, & Zorobabel filius Salathiel?

R. Typus fuere Chriſti Jeſu. In eo enim quod cum alter eſſet ſummus Sacerdos, alter caput Regiæ domus David, ambo in unum convenerunt, ut populum Judaicum a captivitate Babylonica reducerent: Sic Chriſtus ſummum Sacerdotium, & Regiam ſtirpis David dignitatem ſimul in ſe conjunxit, ut nos a captivitate diabolica liberaret, perduceretque ad cæleſtem Jeruſalem. (M)

M

I. Cujus rei typus fuere impedimenta quibus

aurum & argentum ad templi fabricam, & victimas ad ſacrificia.

(G) 1. Esdræ II. 2. .... Venerunt cum Zorobabel, Joſue, Nehemia, &c. .... 64. omnis multitudo quaſi unus, quadraginta duo millia trecenti ſexaginta, 65. exceptis ſervis eorum & ancillis, qui erant ſeptem millia trecenti triginta ſeptem.

(H) 1. Esdræ IV. 4. Factum eſt igitur, ut populus terræ impediret manus populi Judæ, & turbaret eos in ædificando.

Luc. II. 36. Et erat Anna Propheteſſa, filia Phanuel, de Tribu Aser.

Actor. XXVI. 7. In quam (ſpem) duodecim tribus noſtræ, nocte ac die deſervientes, ſperant devenire.

Duobus his novi Teſtamenti teſtimoniis evidens fit cum viris de tribu Juda, uniuscujusque tribus viros commiſtus e Babylone Judæam reverſos fuiſſe.

(I) 1. Esdræ IV. 4. Factum eſt igitur, ut populus terræ impediret manus populi Judæ, & turbaret eos in ædificando ..... 21. ... Prohibeatis viros illos, ut urbs illa non ædificetur ... & prohibuerunt eos in brachio & robore. 24. Tunc intermiſſum eſt opus Domini in Jeruſalem, & non fiebat usque ad annum ſecundum regni Darii, regis Perſarum.

v. 3. .... Quis dedit vobis conſilium, ut domum hanc ædificaretis, & muros ejus inſtauraretis?

(K) 1. Esdræ VI. 12. Deus autem ... diſſipet omnia regna, & populum qui extenderit manum ſuam ut repugnet, & diſſipet domum Domini illam, quæ eſt in Jeruſalem ... 14. ... Et ædificaverunt & conſtruxerunt, jubente Deo, & jubente Cyro & Dario & Artaxerxe Regibus Perſarum: 15. & compleverunt domum Dei iſtam usque ad diem tertium menſis Adar, qui eſt annus ſextus regni Darii Regis.

2. Esdræ II. 19. .... Subſannaverunt nos, & deſpexerunt, dixeruntque: Quæ eſt hæc res quam facitis? nunquid contra regem vos rebellatis? 20. Et reddidi eis ſermonem, dixique ad eos: Deus cæli ipſe nos juvat, & nos ſervi ejus ſumus: ſurgamus & ædificemus.

IV. 7. ... Cum audiſſet Sanaballat, ... & Arabes, & Ammanitæ, ... quod obducta eſſet cicatrix muri Jeruſalem & quod cœpiſſent interrupta concludi, irati ſunt nimis. 8. Et congregati ſunt omnes pariter, ut venirent, & pugnarent contra Jeruſalem, & molirentur inſidias. 9. Et oravimus Deum noſtrum, & poſuimus cuſtodes ſuper murum die ac nocte contra eos... 16. Et factum eſt a die illa, media pars juvenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum, & lanceæ, & ſcuta, & arcus, & loricæ, & principes poſt eos in omni domo Juda. 17. Et ædificantium in muro, & portantium onera, & imponentium: una manu ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium: 18. Ædificantium enim unusquisque gladio erat accinctus renes.

Aggæi I. 1. In anno ſecundo Darii regis, in menſe ſexto, in die una menſis, factum eſt verbum Domini in manu Aggæi Prophetæ, ad Zorobabel filium Salathiel. Ducem Juda, & ad Jeſum, filium Joſedec, Sacerdotem magnum, dicens: 2. ... Populus iſte dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ ... 5. Et nunc hæc dicit Dominus exercituum. ... 8. Aſcendite in montem, portate ligna & ædificate domum: & acceptabilis mihi erit ... 14. Et ſuſcitavit Dominus ſpiritum Zorobabel, ... & ſpiritum Jeſu, & ingreſſi ſunt, & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei ſui.

S. Aug. *lib.* 18. *de Civit. Dei*, *cap.* 26. Per idem tempus Cyrus Rex Perſarum, quia etiam Chaldæis & Aſſyriis imperabat, relaxata aliquanta captivitate Judæorum, quinquaginta millia hominum ex eis, ad inſtaurandum templum, regredi fecit; a quibus tantum prima cœpta fundamina, & altare conſtructum eſt: incurſantibus autem hoſtibus, nequaquam progredi ædificando valuerunt, dilatumque opus eſt usque ad Darium .... Sub Dario ergo Rege Perſarum, impletis ſeptuaginta annis, quos Jeremias Propheta prædixerat, reddita eſt Judæis ſoluta captivitate libertas, regnante Romanorum ſeptimo Rege Tarquinio.

(L) Aggæi II. 8. Et movebo omnes gentes: & veniet deſideratus cunctis gentibus: & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum. 9. Meum eſt argentum, & meum eſt aurum ..... 10. Magna erit gloria domus iſtius noviſſimæ plus quam primæ: ... & in loco iſto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.

S. Hieronym. *Comment. in cap.* II. *Aggæi*, *t.* 3. *p.* 1625. Veniet deſideratus cunctis gentibus, vere enim poſtquam ille venit, impleta eſt gloria domus Domini: & quantum Dominus diſtat a ſervo, tantum domus Domini melior eſt cui præeſt Dominus, a domo priore cui præfuit ſervus.

(M) S. Hieronym. *in cap.* I. *Aggæi t.* 3. Zorobabel de tribu Juda, hoc eſt David ſtirpe deſcendens, typus eſt Salvatoris: qui vere deſtructum ædificavit templum, id eſt, Eccleſiam, & reduxit populum de captivitate: & tam de veteris templi lapidibus, quam de novis, qui prius fuerant impoliti, ædificavit Eccleſiam: id eſt, & de reliquis populi Judaici, & de Gentium multitudine, Deo Patri extruxit tabernaculum... Zorobabel ... juxta altiorem intelligentiam, Dominum noſtrum Jeſum ſonat: quia ipſe quoque natus ſit in confuſione hujus ſæculi ... Ut quomodo Jeſus filius Nave, qui & ipſe in typo Salvatoris fuit, de ſolitudine populum in terram repromiſſionis induxit: ſic & iſte, ... ut eos qui erant in Babylone reduceret in terram repromiſſionis de qua captivi adducti fuerant, & his qui erant in vinculis diceret: *Exite*, & qui ſedebant in tenebris: *Illuminamini*: ... Quantum ad hiſtoriam pertinet, alter eſt

bus præpediti ſunt Judæi in iterata ædificatione urbis & templi?

R. Typus fuere perſecutionum quas identidem ſuſcitat diabolus contra Chriſti diſcipulos, & illius præſertim quam noviſſimo tempore ſuſcitaturus eſt, ut impediat quominus ipſi veniant in poſſeſſionem cæleſtis Jeruſalem, in qua dedicabitur, & conſecrabitur templum Dei viventis; ut jam fuſe explicuimus ubi de templo Salomonis. (N)

N

I. Cujus rei typus fuit poſterius templum poſt liberationem a ſervitute Babylonica conditum?

R. Typus fuit Eccleſiæ Chriſti, & novi teſtamenti, cujus gloria, quæ præcipue eſt ab intus, longe ſuperat gloriam Synagogæ Judæorum, quæ tota in exteriori cultu poſita eſt. (O)

O

I. Quod Judæi altera manu muros ædificare, altera gladium ad defenſionem tenere cogebantur, fuit ne id typus rei alicujus?

R. Hinc intellige Chriſtianos non poſſe muros conſtruere cæleſtis ædificii, cujus fundamentum Chriſtus; quin ſimul manu, ut ita dicam, altera gladium teneant dimicaturi contra *adverſarium diabolum*, qui *tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret*, & abducat ab opere cæleſtis ædificii (P) 1. Petr. v. 8.

P

§. 21.

Zorobabel de tribu regia, & alter Jeſu de tribu Sacerdotali. Quantum vero ad intelligentiam ſpiritualem, unus atque idem eſt Dominus noſter atque ſalvator, Rex & magnus Sacerdos, cujus typum, ſecundum id quod Rex erat, portabat Zorobabel; ſecundum id autem quod pontifex erat, poſtulabat omonymus ejus Jeſus, qui interpretatur ... ſalus, id eſt, Domini ſalus... Et vere eſt Jeſus magnus Sacerdos, cui omnes Dei Antiſtites comperati, parvi ſunt & nihil.

S. Aug. *lib.* 12. *contra Fauſtum c.* 36. Jam ipſa in Babyloniam tranſmigratio, quo etiam Spiritus Dei, per Jeremiam Prophetam, jubet ut pergant, & orent pro eis ipſi, in quorum regno peregrinantur, quod in illorum pace etiam pax eſſet iſtorum, & ædificarent domos, & novellarent vineas, & plantarent hortos; quis non agnoſcat quid præfiguraverit, qui attenderit veros Iſraelitas, in quibus dolus non eſt,
Joh. 1. 47. per Apoſtolicam diſpenſationem cum Evangelico ſacramento, ad regnum gentium tranſmigraſſe? Unde
1. Tim. 11. nobis Apoſtolus: ..... Volo primum omnium fieri
1. & ſeq. deprecationes, adorationes, & interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & his qui in ſublimitate ſunt, ut quietam, & tranquillam vitam agamus, in omni pietate, & caritate: hoc enim bonum & acceptum eſt coram ſalvatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Ex hoc quippe illis credentibus conſtructa ſunt domicilia pacis, baſilicæ Chriſtianarum congregationum, & novellatæ vineæ populi fidelium ... Nam quod etiam poſt ſeptuaginta annos, ſecundum ejuſdem Jeremiæ Prophetiam, reditur ex captivitate, & templum renovatur; quis fidelis Chriſti non intelligat, poſt evoluta tempora, quæ ſeptenerii dierum numeri repetitione tranſcurrunt, etiam nobis, id eſt, Eccleſiæ Dei, ad illam cæleſtem Jeruſalem ex hujus ſæculi peregrinatione redeundum? Per quem, niſi per Jeſum Chriſtum, vere Sacerdotem magnum, cujus figuram gerebat ille Jeſu Sacerdos magnus illius temporis, quo templum
Zach. 111. 3. ædificatum eſt poſt captivitatem? Quem Propheta Zacharias vidit in ſordido habitu, devictoque diabolo, qui ad ejus accuſationem ſtabat, ablatam illi ſordidam veſtem, & datum indumentum honoris & gloriæ: ſicut corpus Jeſu Chriſti, quod eſt Eccleſia, adverſario in fine temporum per judicium ſuperato, a luctu peregrinationis in gloriam ſempiternæ ſalutis aſſumitur.

Vide Teſtimonia SS. Aug. & Hieronym. *ſequenti littera* (O) *afferenda.*

(N) *Vide Teſtimonia* SS. Aug. & Hieronym. *littera* (M) & (O) *hocce* §. *Vide etiam hujuſce capitis* §. 17.

(O) S. Hieronym. *Comment. in Aggæi Proph. c.* 2. *t.* 3. *p.* 1693. Quando primum teſtamentum dabam, ... commovi cælum & terram: ..... nunc autem polliceor vobis me adhuc ſemel cælum & terram ... commoturum, ut.... moveantur omnes gentes, & veniant, juxta 70. *quæ electa ſunt Domini* de cunctis gentibus; juxta Hebraicum vero, *veniet deſideratus gentibus* cunctis, Dominus noſter atque ſalvator.... Dabo in loco iſto pacem, dicit Dominus exercituum, ut pax quæ exuperat omnem ſeoſum, cuſtodiat do-
Oſee 1. mum meam, & ſit in pace locus meus ...... Fuit quondam in Iſrael domus Dei, quæ nunc ita deſertus eſt, ut nec fuiſſe credatur: ex quo, quæ fuerat dilecta, facta eſt non dilecta; qui non populus Dei, cœpit eſſe populus Dei. Veruntamen quia facta eſt prior domus quaſi non ſubſiſtens, provocatus & Jeſus Sacerdos, ut regnum Chriſti & ſacerdotium roboretur; & populus ejus ... faciat opera in domo Domini, & ſciat Deum ſibi eſſe præſentem. In hoc autem univerſitatis tremore, commotæ ſunt etiam omnes gentes: quia in omnem terram exivit ſonus Apoſtolorum Domini .... Ob id autem omnes motæ Pſ. xviii. ſunt nationes, ut ex earum motu veniret electa gentium multitudo, & quæ ubicunque præclara ſunt... Quid plura? Omnes gentes commotæ ſunt, ad quas ſalvator Apoſtolos miſerat, dicens: *Euntes*, docete Matt. xxviii omnes gentes, & ex multis vocatis pauci electi, pri- 19. mitivorum Eccleſiam conſtruxerunt... Commotis ergo gentibus, ... venerunt electa omnium gentium, & repleta eſt gloria domus Domini, quæ eſt Eccleſia Dei viventis, columna & firmamentum veritatis ... *Veniet deſideratus cunctis gentibus.* Vere enim poſtquam ille venit, impleta eſt gloria domus Domini ... Ego argentum, quo domus Dei ornatur, exiſtimo eloquia Scripturarum, de quibus dicitur: *Eloquia Domini*, Pſ. xi. 7. *eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum*; & aurum, quod in occulto ſanctorum ſenſu, & in cordis verſatur arcano, & ſplendet vero lumine Dei ... ut in auro ſenſus occultus ſit, in argento ſermo decens, in lapide pretioſo opera Deo placentia. Hic metallis illuſtrior ſit Eccleſia ſalvatoris, quam quondam Synagoga fuerat ... His lapidibus vivis ædificatur domus Chriſti, & pax ei præbetur æterna.

S. Aug. *lib.* 18. *de Civit. Dei*, *c.* 48. Hæc domus Dei majoris eſt gloriæ, quam fuerat illa prima lignis & lapidibus, cæteriſque pretioſis rebus metalliſque conſtructa. Non itaque Aggæi prophetia in templi illius inſtauratione completa eſt. Ex quo enim inſtauratum eſt, numquam oſtenditur habuiſſe tantam gloriam, quantam habuit tempore Salomonis: immo potius oſtenditur, primum ceſſatione prophetiæ fuiſſe domus illius gloriam diminutam, deinde ipſius gentis cladibus tantis uſque ad ultimum excidium, quod factum eſt a Romanis ... Hæc autem domus ad novum pertinens teſtamentum, tanto utique majoris eſt gloriæ, quanto meliores ſunt lapides vivi, quibus credentibus renovatiſque conſtituitur. Sed ideo per inſtaurationem templi illius ſignificata eſt, quia ipſa renovatio illius ædificii ſignificat, eloquio prophetico alterum teſtamentum, quod appellatur novum .... Illo loco inſtaurato ſignificata eſt Eccleſia, quæ fuerat ædificanda per Chriſtum ... Major eſt itaque gloria domus hujus novi teſtamenti, quam domus prioris veteris teſtamenti: & tunc apparebit major cum dedicabitur: tunc enim *veniet deſideratus cunctis gentibus* ... Nam prius ejus adventus, nondum erat deſideratus omnibus gentibus. Non enim quem deberent deſiderare ſciebant, in quem non crediderant. Tunc etiam ſecundum ſeptuaginta Interpretes: (quia & ipſe propheticus ſenſus eſt) *Venient quæ electa ſunt Domini de* Agg. 11. 8. *cunctis gentibus.* Tunc enim vere non venient niſi electa, de quibus dicit Apoſtolus: *Sicut elegit nos in ipſo* Epheſ. 1. 4. *ante mundi conſtitutionem.* Ipſe quippe architectus, qui dixit: *Multi vocati, pauci autem electi*, non de his, Mat. xxii. qui vocati, ſic venerunt ut de convivio projicerentur, ſed de electis, demonſtraturus eſt ædificatam 14. domum, quæ nullam deinceps formidabit ruinam.

(P) 1. Cor. 111. 9. Dei enim ſumus adjutores: Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. 10. Secundum gratiam Dei, quæ data eſt mihi, ut ſapiens architectus fundamentum poſui: alius autem ſuperædificat. Unuſquiſque autem videat quomodo ſuperædificet. 11. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus. 12. Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, 13. uniuſcujuſque opus manifeſtum erit: dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur: & uniuſcujuſque opus quale ſit, ignis probabit. 14. Si cujus opus manſerit quod ſuperædificavit, mercedem accipiet. 15. Si cujus opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſalvus erit; ſic tamen

quaſi

§. 21. *De temporali regimine Reipublicæ Judaicæ a reditu ex captivitate Babylonica, uſque ad extremam gentis ruinam, & diſperſionem ſub Romanorum imperio.*

I. Judæi a captivitate Babylonica reduces vixerunt ne ſicut prius ſub Regum imperio?

R. Vixerunt ſicut fecerant dum Babylone morarentur, ſub ditione Perſarum, ac deinde ſub imperio Alexandri Magni, qui devicto Dario Perſarum Rege totius Orientis potitus eſt. Mortuo Alexandro imperium amici ejus inter ſe partiti ſunt. Ptolemæus Ægypti regnum adeptus eſt. Seleucus Babyloniam & Syriam obtinuit. Ille Judæam occupavit, Judæosque ad centum millia captivos in Ægyptum traduxit. Succeſſorem habuit Ptolemæum Philadelphum, a quo Judæi perbenigne excepti ſunt. Is enim & Judæis omnibus redeundi in patrium ſolum copiam fecit, & ut fert communis opinio, is ipſe eſt, cujus juſſu Libri Sacri in Græcum a ſeptuaginta duobus Interpretibus verſi ſunt. Atque hæc eſt illa tam celebris in Eccleſia verſio ſeptuaginta Interpretum. Hoc mortuo, regnum Ægypti tenuerunt hæreditaria ſucceſſione, poſt parentes filii Ptolemæus Evergetes, Ptolemæus Philopator, & Ptolemæus Epiphanes. Philopator & Epiphanes multum vexarunt Judæos, ut eos a vero Dei cultu averterent.

Tum temporis regnabat in Syria Antiochus, cognomento Magnus, qui adſcito ſibi Philippo Macedoniæ Rege, Ptolemæum Epiphanem Regem Ægypti voluit regno ſpoliare. Tunc continua in vexatione fuit Judæa gens; ſive enim vinceret Antiochus, ſive vinceretur, Judæi, a victoribus male mulctabantur.

Antiochus Syriæ Rex ſucceſſorem habuit Seleucum Philopatorem. Is ob inſignem ſummi Pontificis Oniæ pietatem, ſuppeditavit omnes ſumptus ad miniſteria publica ſacrificiorum.

Huic ſucceſſit Antiochus dictus Epiphanes, hoc eſt illuſtris: qui revera fuit famoſus impietate & ſceleribus. Nam Oniam Pontificem, virum ſanctum, exauctoravit & expulit; & quaſi ſumma rerum quæ ad religionem pertinebant, penes eum eſſet, ſummum ſacerdotium pro arbitrio, alteri nunc dedit, nunc abſtulit. Subſtituit anim. loco Oniæ Jaſonem, quo pulſo Menelaum, ac poſtea Lyſimachum ſummum Pontificem renuntiavit. Templi Jeroſolymitani theſauros diripuit. Judæos compellere voluit, ut, relicta patria religione, ſecundum ritum gentium viverent. Ob idque ſanctum ſenem Eleazarum morti tradidit, & ſeptem fratres Machabæos una cum matre exquiſitis ſuppliciis cruciatos, item trucidavit. Omnes qui die ſabbathi ad ſacra convenerant una die confodi juſſit, & civitatem incendit. Tandem percuſſus a Deo, miſere mortuus eſt. Pars I. Sect. I. Cap. IV. §. 21.

Dum hæc ageret Antiochus, Judas Machabæus, Mathathiæ filius, aliique novem cum eo ſeceſſerunt in montes, declinandæ perſecutionis cauſa, ubi ferarum more vitam tranſigebant, gramineo veſcentes alimento, *ne participes eſſent coinquinationis.* 2. *Machab.* v. 27.

Poſtea in defenſionem gentis & religionis Mathathias, & hoc defuncto, Judas Machabæus vivente adhuc Antiocho, arma ſumpſerunt. (A) A

Etiamſi Judæa gens ad Mathathiam uſque vixerit ſub imperio Principum quos ſupra memoravimus, ſumma tamen poteſtas penes gentem aliquatenus fuit. Ad inſtar Reipublicæ gens regebatur per ſummos Sacerdotes & conſilium ſupremum, quod Sanedrin nuncupabant. Tenebantur ſolum annua tributa pendere Regibus, a quibus bello victi fuerant.

I. Nunquid Mathathiæ & filio ejus Judæ Maccabæo fas erat adverſus Antiochum arma ſumere, obtentu vindicandæ religionis quam Rex impius perſequebatur?

R. 1. Nunquam licet adverſus ſupremam & legitimam Regum auctoritatem rebellare, obtentu perſecutionis aut religionis. Petro gladium ad Chriſti defenſionem arripienti reſpondit Chriſtus: *Mitte gladium tuum in vaginam.* (B) Religionem ab Ethnicorum Imperatorum furore armis vindicare numquam Jo. xviii. 11. B

ſibi

quaſi per ignem. 16. Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? 17. Si quis autem templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.

1. Petr. v. 8. Sobrii eſtote, & vigilate: quia adverſarius veſter diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret: 9. Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eamdem paſſionem ei, quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitati fieri. 10. Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Jeſu, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque.

2. Cor. vii. 5. Nam & cum veniſſemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro noſtra, ſed omnem tribulationem paſſi ſumus: foris pugnæ, intus timores.

Ephes. vi. 10. De cætero, fratres, confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus. 11. Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſus inſidias diaboli. 12. Quoniam non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem; ſed adverſus principes, & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ, in cæleſtibus. 13. Propterea accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. 14. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam juſtitiæ, 15. & calceati pedes in præparatione Evangelii pacis: 16. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: 17. & galeam ſalutis aſſumite; & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.

(A) *Lege Libros* Machabæorum, *&* Josephi *Libros* 11. & 12. Hiſtoriæ Judaicæ, *ubi eadem fuſiori ſtylo deſcripta leges.* *Tom. I.*

S. Aug. *Lib.* 18. *de Civitate Dei*, *c.* 45. *n.* 1. Poſtea quam gens Judæa cœpit non habere Prophetas, procuIdubio deterior facta eſt.... Propter hoc ergo nec Prophetas ex illo tempore habuit illa gens, & multis cladibus afflicta eſt ab alienigenis Regibus, ipſiſque Romanis.

N. 2. Non multo enim poſt, adveniente Alexandro, ſubjugata eſt; quando etſi nulla facta eſt vaſtatio: quoniam non ſunt auſi ei reſiſtere, & ideo placatum, facillime ſubditi, receperunt... Deinde Ptolemæus Lagi filius, poſt Alexandri mortem, captivos inde in Ægyptum tranſtulit, quos ejus ſucceſſor Ptolemæus Philadelphus benevolentiſſime inde dimiſit: per quem factum eſt,... ut ſeptuaginta Interpretum Scripturas haberemus. Deinde contriti ſunt bellis, quæ in Machabæorum libris explicantur. Poſt hæc capti a Rege Alexandriæ Ptolemæo, qui eſt appellatus Epiphanes; inde ab Antiocho Rege Syriæ multis & graviſſimis malis ad idola colenda compulſi, templumque ipſum repletum ſacrilegis ſuperſtitionibus gentium, quod tamen Dux eorum ſtrenuiſſimus Judas, qui etiam Machabæus dictus eſt, Antiochi Ducibus pulſis, ab omni illa idololatriæ contaminatione mundavit.

N. 3. Non multo poſt Alcimus quidam per ambitionem, cum a genere ſacerdotali eſſet alienus, quod nefas erat, Pontifex factus eſt.

(B) Matt. xxvi. 52. Tunc ait illi (Petro) Jeſus: Converte gladium tuum in locum ſuum: omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt.

ſibi licitum putarunt primævi Chriſtiani. Potuiſſent quidem & facillime vim vi repellere ſi voluiſſent, data ſæpius occaſione: ſed acerbiſſimis perſecutionibus non alia unquam oppoſuerunt arma quam patientiam & orationes ad Deum. Neque inter cæteros ſubjectos Regibus homines diſtinctionem ullam affectarunt unquam, quam eam quæ a majori ſubjectione & fide, & erga
C Reges obſequio peti poterat. (C)

Judæis eadem religio fuit. Ipſis ad Babylonios translatis a Domino præceptum eſt, ut ſuam patienter ferrent captivitatem, & orarent pro pace Babylonis, & pro vita & incolumitate & proſperitate Regum quibus ſervie-
D bant. (D)

Dum ergo Mathathias, &, hoc mortuo, Judas Macchabæus arma ſumpſere in gentis & religionis oppreſſæ defenſionem adverſus Antiochum, quem ſupponas per me licet fuiſſe legitimum Judæorum Regem, id egerunt Deo præter naturæ ordinem & conſuetas leges inſpirante, & certiſſime præcipiente: id egerunt zelo illo accenſi, quo accenſus olim fuerat Phinees contra legis violatores Iſraelitas, Id patet ex ſacris codicibus ubi tria leguntur: 1. Mathathiam zelatum fuiſſe zelum legis, eo ipſo quod adverſus Antiochum inſurrexit. 2. Deum ipſum pro Macchabæis pugnantibus ſtetiſſe, editis de cælo miraculis. 3. Judam Macchabæum a Deo ipſo, ſupremo rerum Domino, recepiſſe gladium ad dejiciendos adverſa-
E rios populi Dei. (E)

2. His adde, & hæc altera reſponſio eſt, quod Antiochus Judæorum Rex legitimus non fuit: regnum enim per vim contra fas occupaverat. Quin nec legitime Syriæ regnum obtinuit: hoc enim ad Demetrium Seleuci Regis filium hæreditario jure pertinebat. (F) F

Potuerunt itaque Judæi ab illius ſervitute ſe eximere, ubi ſeſe dedit occaſio & per vires licuit; ſicuti fecerant olim Iſraelitæ, duce Gedeone, cæteriſque Judicibus a Domino ſuſcitatis, ad excutiendum jugum Madianitarum, Ammonitarum, Philiſtinorum, &c. (G) G

I. Ex qua Tribu & progenie fuit Mattathias?

R. Ex Tribu Levi & ex progenie Aaron. Judas enim Macchabæus Mathathiæ filius, ut ex Scripturis conſtat, officium Sacerdotale obiit, Et Jonathas Macchabæi frater in ſummum Pontificem eſt inauguratus: quod ſolis ex Aaron progenie Levitis competebat. (H) H

I. Dic velim, quænam fuerint geſta illuſtriora Judæ Macchabæi?

R. Horum hæc ſumma eſt. Plures victorias retulit ab Antiocho, a *R*egibus Syriæ Antiochi ſucceſſoribus, a finitimis gentibus non paucis. Expugnavit Jeruſalem, templum purgavit a ſordibus Ethnicorum, & purgatum ſolemni ritu dedicavit. Feſtum diem inſtituit anniverſaria in perpetuum celebritate recolendum in memoriam hujus dedicationis; quod feſtum Chriſtus ipſe celebravit. (J) I

Con-

(C) 2. MACHAB. I. 27. Congrega diſperſionem noſtram, libera eos qui ſerviunt gentibus, & contemptos & abominatos reſpice: ut ſciant gentes, quia tu es Deus noſter.. 3. Et cum probaſſet, (rex Perſarum) Sacerdotibus donavit multa bona, & alia atque alia munera, & accipiens manu ſua tribuebat eis.

III. 1. Igitur cum ſancta civitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optime cuſtodirentur, propter Oniæ pontificis pietatem, & animos odio habentes mala, 2. fiebat ut & ipſi reges & principes locum ſummo honore dignum ducerent. & templum maximis honoribus illuſtrarent: 3. ita ut Seleucus Aſiæ rex de reddiribus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinentes.

V. 19. Verum non propter locum, ſed propter gentem, locum Deus elegit.. 25. Qui (Apollonius) cum veniſſet Jeroſolymam, pacem ſimulans, quievit uſque ad diem ſanctum ſabbati: & tunc feriatis Judæis arma capere ſuis præcepit. Omneſque qui ad ſpectaculum proceſſerant, trucidavit: & civitatem cum armatis diſcurrens, ingentem multitudinem peremit.

TERTULL. *cap.* 38. *Apologet.* Proinde nec paulo lenius inter licitas factiones ſectam iſtam deputari oportebat, a qua nihil tale committitur, quale de illicitis factionibus timeri ſolet. Niſi fallor enim, prohibendarum factionum cauſa de providentia conſtat modeſtiæ publicæ, ne civitas in partes ſcinderetur, quæ res facile comitia, concilia, curias, conciones, ſpectacula etiam æmulis ſtudiorum compulſationibus inquietaret, cum jam & in quæſtu habere cœpiſſent venalem & mercenariam homines violentiæ ſuæ operam.

(D) JEREM. XXIX. 7. Quærite pacem civitatis, ad quam tranſmigrare vos feci, & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis.

BARUCH. I. 11. Orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babylonis, & pro vita Balthaſar filii ejus, ut ſint dies eorum ſicut dies cæli ſuper terram: 12. Et ut det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos noſtros, ut vivamus ſub umbra Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſub umbra Balthaſar filii ejus, & ſerviamus eis multis diebus, & inveniamus gratiam in conſpectu eorum.

(E) 1. MACHAB. II. 26. (Mathathias) zelatus eſt legem, ſicut fecit Phinees... 27. Et clamavit Mathathias voce magna in civitate, dicens: omnis, qui zelum habet legis ſtatuens teſtamentum, exeat poſt me.

2. MACHAB. X. 29. Sed, cum vehemens pugna eſſet, apparuerunt adverſariis de cælo viri quinque in equis, frænis aureis decori, ducatum Judæis præſtantes. 30. Ex quibus duo Machabæum medium habentes, armis ſuis circumſeptum incolumem conſervabant: in adverſarios autem tela & fulmina jaciebant, ex quo & cæcitate confuſi, & repleti perturbatione cadebant.

XV. 12. Erat autem hujuſcemodi viſus: Oniam, qui fuerat ſummus Sacerdos, virum bonum & benignum, verecundum viſu, modeſtum moribus, & eloquio decorum, & qui a puero in virtutibus exercitatus ſit, manus protendentem, orare pro omni populo Judæorum. 13. Poſt hoc apparuiſſe & alium virum, ætate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine circa illum: 14. Reſpondentem vero Oniam dixiſſe: Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael, ... Jeremias Propheta Dei. 15. Extendiſſe autem Jeremiam dextram, & dediſſe Judæ gladium aureum, dicentem: 16. Accipe ſanctum gladium, munus a Deo, in quo dejicies adverſarios populi mei Iſrael.

(F) 1. MACHAB. VII. 2. Et factum eſt ut ingreſſus eſt (Demetrius) domum regni patrum ſuorum, comprehendit exercitus Antiochum & Lyſiam, ut adducerent eos ad eum.. 4. Et occidit eos exercitus. Et ſedit Demetrius ſuper ſedem regni ſui.

(G) 1. MACHAB. XV. 33. Neque alienam terram ſumpſimus, neque aliena detinemus; ſed hæreditatem patrum noſtrorum, quæ injuſte ab inimicis noſtris aliquo tempore poſſeſſa eſt. 34. Nos vero tempus habentes, vindicamus hæreditatem patrum noſtrorum.

Librum JUDICUM, *& Librum primum* MACHAB. *de his conſule.*

(H) 1. MACHAB. IV. 42. Et elegit (Judas) Sacerdotes ſine macula, voluntatem habentes in lege Dei.

X. 20. Nunc conſtituimus te (Jonathan) hodie ſummum Sacerdotem gentis tuæ... 21. Et induit ſe Jonathas ſtola ſancta.

2. MACHAB. X. 1. Machabæus & qui cum eo erant. ... 3. purgato templo, aliud altare fecerunt: & de ignitis lapidibus igne concepto ſacrificia obtulerunt, ... & incenſum, & lucernas, & panes propoſitionis poſuerunt.

(I) JOAN. X. 22. Facta ſunt autem Encænia in Jeroſolymis: & hiems erat. 23. Et ambulabat Jeſus in templo, in porticu Salomonis.

Hæc

Digitized by Google

K Confortatus in Domino & in potentia virtutis ejus, animum habuit ſupra vires humanas intrepidum: virtutibus, & victoriis toto terrarum orbe claruit. Tandem habito cum octingentis pugnatoribus adverſus exercitum formidabilem prælio, cum ſtupendum hac ipſa die dediſſet virtutis & fidei ſpecimen, occubuit. (K)

I. Quis in locum Judæ Machabæi electus eſt Dux exercitus & populi Judaici?

L *R.* Primus poſt Judam Jonathas ejus frater electus eſt. Is poſtea ſupremam poteſtatem cum ſummo Sacerdotio conjunxit, & transmiſit ad ſucceſſores. (L)

M Mortuo Jonatha, Judæis præfuit Simon frater ejus, vir magnitudine animi & virtutibus celebris. Is primus Judæorum fuit, a captivitate Babylonica, qui totam Judæam cum ſuprema poteſtate, ſine bello, obtineret. Poſt annos circiter octo, inſidiis in convivio circumventus periit. (M)

N Huic Joannes filius ſucceſſit, cognomento Hircanus. (N)

Poſt hunc Ariſtobulus Pontifex ſubſtitutus, primus omnium poſt captivitatem, regium nomen aſſumſit, & capiti diadema impoſuit.

Alexander deinde nomine Jannæus filius ejus, Rex pariter & Pontifex fuit. Hic Ariſtobolum & Hircanum teneros filios ex Alexandra uxore reliquit.

Itaque Alexandra regnum, marito mortuo, tenuit. Deinde Hircanum majorem natu filium Pontificem declaravit, & ſucceſſorem deſignavit.

Sed mortua matre, cum inter fratres dira fuiſſent de regno certamina, Hircanus ab Ariſtobulo fratre vincitur, & regno ſpoliatur.

Regno pulſus confugit ad Pompejum, qui tum temporis Mitridatico bello confecto, pacataque Armenia, Damaſci conſederat.

Pompejus Hircanum libens excipit, Judæam aggreditur, capit urbem & templum; Judæos populi Romani tributarios facit; Hircano Pontificatum, & Principatum reddit, interdicto ſolum Regis nomine. Denique Ariſtobulum vinctum Romam ſecum abducit cum duabus ejus filiabus, totidemque filiis, quorum unus Alexander ex itinere aufugit, minor vero Antigonus Romam cum ſororibus, & patre in Pompeii triumphum deducitur. Alexander poſtea Romam repetit.

Ariſtobulus Roma cum filio Antigono elapſus, illuc iterum mittitur. Hunc Senatus in vincula conjicit, & filios Judæam remittit.

Alexander demum Antiochiæ, juxta litteras Pompeii, a Scipione ſecuri percutitur.

Antigonus in locum Hircani ſubſtituitur a Pachoro, Parthorum Rege, qui Syria accepta, in Paleſtinam profectus, Hircanum depoſuit, amputatiſque auriculis captivum abduxit.

Mox Herodes, cognomento Magnus, non Judæus, ſed Idomæus genere, Romam pergit, & favente Cæſare & Antonio, Judæorum Rex omnium ſuffragiis appellatur; Antigonus autem hoſtis Romanæ Reipublicæ declaratur.

Herodes igitur in Judæam revertitur, Antigonum poſt triennium bello ſuperat, Jeroſolymam expugnat. Captus bello Antigonus, inſtigante Herode, juſſu Antonii, Antiochiæ ſecuri percutitur.

Herodes victo Antigono, pacate regnum habuit. Sub finem regni ejus natus eſt Chriſtus Jeſus, hominum *Redemptor*. (O) O

Mortuo Herode regnum ejus in partes tres ab Auguſto Romanorum Imperatore ſciſſum eſt. Major portio, quæ dimidia pars regni erat, Archelao Herodis filio aſſignata ſub titulo Ethnarchiæ (nam interdictum eſt Regis nomen). Altera autem dimidia portio, in duas diviſa, data partim Antipæ, partim Philippo, fratribus Archelai, ſub titulo Tetrarchiæ,

Poſt annos novem & menſes aliquot deponitur Archelaus ab Auguſto, Viennamque Galliæ urbem in exilium mittitur, ubi ſupremum diem obiit. Tum Archelai ditio in Provinciam Romanam redacta eſt.

Hoc fere in ſtatu res erant, cum Chriſtus publicum miniſterium obiit, anno circiter vigeſimo

(K) *Hæc fuſius narrantur in libris* Machab. *quos legere operæ pretium eſt.*

(L) 1. Machab. x. 20. Nunc conſtituimus te (Jonathan) hodie ſummum Sacerdotem Gentis tuæ.... *65.* Et magnificavit eum rex (Alexander), & ſcripſit eum inter primos amicos, & poſuit eum ducem, & participem principatus.

(M) 1. Machab. xiii. 3. Et adhortans (Simon) dixit: Vos ſcitis quanta ego & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro legibus, & pro ſanctis prælia, & anguſtias quales vidimus....5. Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior ſum fratribus meis. *6.* Vindicabo itaque gentem meam & ſancta... 8. Et reſponderunt voce magna dicentes: Tu es dux noſter loco Judæ & Jonathæ fratris: *9.* Pugna prælium noſtrum: & omnia, quæcumque dixeris nobis, faciemus.

xiv. 4. Siluit omnis terra Juda omnibus diebus Simonis, & quæſivit bona genti ſuæ: & placuit illis poteſtas ejus, & gloria ejus, omnibus diebus...*6.* Et dilatavit fines gentis ſuæ, & obtinuit regionem. *7.*... Et non erat qui reſiſteret ei. Et unusquisque colebat terram ſuam cum pace... 47. Et ſuſcepit Simon, & placuit ei ut ſummo ſacerdotio fungeretur, & eſſet dux & princeps gentis Judæorum, & Sacerdotum, & præeſſet omnibus.

xv. *6.* Permitto tibi (Simoni) facere percuſſuram proprii numiſmatis in regione tua ... 21. Si qui ergo peſtilentes refugerunt de regione ipſorum ad vos, tradite eos Simoni principi Sacerdotum, ut vindicet in eos ſecundum legem ſuam.

xvi. 11. Ptolemæus filius Abobi ... 13 ... cogitabat dolum adverſus Simonem & filios ejus, ut tolleret eos ... 15. Et ſuſcepit eos filius Abobi: .. cum dolo: .. & fecit eis convivium magnum, & abſcondit illic viros. *16.* Et cum inebriatus eſſet Simon, & filii ejus, ſurrexit Ptolomæus cum ſuis, & ſumpſerunt arma ſua, & intraverunt in convivium, & occiderunt eum, & duos filios ejus, & quosdam pueros ejus. *17.* Et fecit deceptionem magnam in Iſrael.

(N) 1. Machab. xvi. 21. Et præcurrens quidam nuntiavit Johanni, ..quia periit pater ejus, & fratres ejus, & quia miſit te quoque interfici. 22... Et (Johannes Hircanus) comprehendit viros, qui venerant perdere eum, & occidit eos: cognovit enim quia quærebant eum perdere. 23. Et cætera ſermonum Johannis, & bellorum ejus, .. & rerum geſtarum ejus, 24. ecce hæc ſcripta ſunt in libro dierum ſacerdotii ejus, ex quo factus eſt princeps Sacerdotum poſt patrem ſuum.

(O) S. August. *Lib.* 18. *de Civit. Dei*, *c.* 45. *n.* 3. Hinc poſt annos ferme quinquaginta, in quibus eis tamen pax non fuit, quamvis & aliqua proſpere geſſerint, primus apud eos Ariſtobulus, aſſumto diademate, & Rex & Pontifex factus eſt. Antea quippe, ex quo de Babyloniæ captivitate reverſi ſunt, templumque inſtauratum eſt, non Reges, ſed Duces vel Principes habuerunt ... Cui ſucceſſit Alexander, etiam ipſe Rex & Pontifex, qui crudeliter in ſuos regnaſſe traditur. Poſt hunc uxor ejus

Digitized by Google

geſimo poſt pulſum exilio Archelaum. Tunc enim, ut refert Lucas Evangeliſta, terra ſancta diviſa erat in partes quatuor (P); quarum prima erat Judæa proprie dicta, quæ & Idumæam & Samariam provinciam continebat; atque hæc erat ditio quondam Archelai, quæ a Romanis, Præſide Pontio Pilato, regebatur. Altera pars Galilæa dicebatur, ejuſque Tetrarcha tunc erat Herodes Antipas, Archelai pater; is ipſe Herodes de quo in paſſione Dominica mentio fit. Tertia Pars Trachonitis regio, cujus Tetrarcha erat Philippus, Antipæ & Archelai frater. Quarta pars Abylina, cujus Lyſanias erat Tetrarcha: ſed ad Syriam magis quam ad Judæam Abylina pertinebat.

P

Itaque Romani tum temporis urbem Jeruſalem & dimidiam Judæam occupabant. Parum aberat quin & totam obtinerent: iis enim fere ſubjecti erant Tetrarchæ, licet alioqui illi & ſupremi Principes eſſent, & Reges vulgo dicerentur, ut patet ex ſacris Codicibus. (Q)

Q

Herodes magnus præter filios tres ſupra memoratos alios habuerat, in primis Antipatrum, Alexandrum & Ariſtobulum, quos pater ipſe morti tradidit.

Ariſtobulo filius fuit nomine Agrippa. Is egeſtate compulſus, Tiberio Imperante, Romam petiit, a quo primum male acceptus, mox in amicitiam recipitur, tandem in carcerem conjicitur; eo quod in Cajum Caligulam propenſior eſſet. Mortuo Tiberio, Cajus Caligula rerum potitus ſolvit ſtatim Agrippam, & ei totum Herodis avi Regnum cum Regio nomine reddit.

Mortuus erat tum temporis ab annis aliquot Philippus Trachonitidis Tetrarcha, Agrippæ patruus. Antipas Tetrarcha Galilææ & Philippi frater adhuc ſupererat. Is ſtatim Romam pergit, pro obtinenda regia dignitate interceſſurus. Sed juſſu Imperatoris, Lugdunum Galliæ urbem in exilium mittitur, & Tetrarchia ſpoliatur.

Poſt mortem Caligulæ, a Claudio Imperatore confirmatus in regno Agrippa & auctus eſt. Is Jacobum Apoſtolum occidit, Petrum vinxit, & percuſſus ab Angelo Cæſareæ interiit. (R)

R

Huic ſucceſſit filius Agrippa junior, primum Rex Chalcidis, mox etiam paterni regni.

Hoc regnante, cum Judæi, Chriſto jam ab annis pluribus occiſo, jugum Romanorum excutere voluiſſent, pulſi a Judæa ſunt; & funditus diruto templo, per omnes terræ regiones a Romanis diſperſi. Agrippa autem, ſervata ad mortem Romanorum benevolentia, regno tamen ſpoliatus, Romæ mortuus eſt.

Quænam fuerit cauſa ruinæ & diſperſionis Judæorum, quæ etiamnum juxta Prophetarum & Chriſti ipſius oracula perſeverat, infra videbimus, Sect. II. cap. II. §. 2. &c.

Interim non abs re fuiſſe credidimus, continuata ſerie narrare quodnam fuerit regimen & imperium gentis Judaicæ a captivitate Babylonica ad ultimam uſque gentis ruinam, & deſolationem. (S)

S

§. 22. *Qui fuerint mores Judæorum, qui ſtatus Religionis Judaicæ, poſt reditum a captivitate Babylonica, ad adventum Meſſiæ.*

I. Poſt reditum e captivitatem Babylonica habueruntne Judæi Prophetas ſicut prius?

R. Malachias, qui eodem fere tempore prophetabat quo Aggæus, & Zacharias, id eſt, circa finem ædificationis templi poſterioris, Malachias, inquam, fuit Prophetarum ultimus. Exinde ad Joannem Baptiſtam Prophetæ nulli extitere. (A)

A

I. Quot anni elapſi ſunt a Malachia uſque ad Joannem Baptiſtam?

R. Anni circiter quadringenti quinquaginta.

I. Interea quomodo vixerunt Judæi?

R. Poſtea quam gens Judæa cœpit non habere Prophetas, procul dubio deterior facta eſt, eo ſcilicet tempore, quo ſe ſperabat, inſtaurato templo poſt captivitatem, quæ fuit in Babylonia, futuram eſſe meliorem. Verba ſunt ſancti Auguſtini. Id patet quoque ex libris Machabæorum, & ex hiſtoria Joſephi. Fuerunt tamen inter eos tum temporis viri ſanctiſſimi. Lib. XVIII. de Civ. Dei, c. 45. n. 1.

I. Quinam inter Judæos tunc temporis ſanctitate claruerunt?

R. Onias ſummus Pontifex, Simon ejus filius, Eleazar & ſeptem fratres Machabæi, a una

ejus Alexandra Regina Judæorum fuit, ex cujus tempore & deinceps mala ſunt eos ſecuta graviora. Filii quippe hujus Alexandræ Ariſtobulus & Hircanus, inter ſe de imperio dimicantes, vires adverſus Iſraeliticam gentem provocavere Romanas. Hircanus namque ab eis contra fratrem popoſcit auxilium. Tunc jam Roma ſubjugaverat Africam, ſubjugaverat Græciam, lateque etiam aliis orbis partibus imperans, tamquam ſeipſam ferre non valens, ſua ſe quodam modo magnitudine fregerat. Pervenerat quippe ad ſeditiones domeſticas graves, atque inde ad bella ſocialia, moxque civilia, tantumque ſe comminuerat atque attriverat, ut ei mutandus Reipublicæ ſtatus, quo regeretur Regibus, immineret. Pompejus ergo populi Romani clariſſimus Princeps, Judæam cum exercitu ingreſſus, civitatem capit, templum reſerat, non devotione ſupplici, ſed jure victoris, & ad Sancta Sanctorum, quo niſi ſummum Sacerdotem non licebat intrare, non ut venerator, ſed ut profanator accedit. Confirmatoque Hircani Pontificatu, & ſubjugatæ genti impoſito cuſtode Antipatro, quos tunc Procuratores vocabant, vinctum ſecum Ariſtobulum ducit. Ex illo Judæi etiam tributarii Romanorum eſſe cœperunt. Poſtea Caſſius etiam templum exſpoliavit. Deinde poſt paucos annos etiam Herodem alienigenam habere meruerunt, quo regnante natus eſt Chriſtus.

(P) Luc. III. 1. Anno autem quintodecimo imperii Tiberii Cæſaris, procurante Pontio Pilato Judæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus Tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilinæ Tetrarcha, 2. ſub principibus Sacerdotum Anna & Caipha.

(Q) Marc. VI. 14. Et audivit Rex Herodes.

Act. XII. 1... Miſit Herodes Rex manus, ut affligeret quoſdam de Eccleſia.. 21. Herodes veſtitus veſte Regia *dicitur*.

(R) Act. XII. 19. Herodes... deſcendens a Judæa in Cæſaream, ibi commoratus eſt... 21. Statuto autem die Herodes veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. 22. Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis. 23. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo: & conſumptus a vermibus, expiravit.

(S) *Cum Hiſtoria Machabæorum, ad Johannis Hircani Pontificatum, Judæorum res attingat; quæ hic compendioſe narravimus de vario regimine Reipublicæ Judaicæ, tum ex* Josephi *Antiquitatibus Judaicis, tum ex* S. Augus. *cap.* 45. *lib.* 18. *de Civitate Dei mutuati ſumus.*

(A) Psal. LXXIII. 9. Signa noſtra non vidimus, jam non eſt Propheta: & nos non cognoſcet amplius.

1. Ma-

Digitized by Google

una cum matre Martyrio coronati, Mattathias totaque nobilis Machabæorum proſapia, aliique plurimi, quorum nomina & hiſtoria legi

B poſſunt in libris Machabæorum. (B)

I. Poſt reditum e captivitate Babylonica ſervierunt ne Judæi diis alienis ſicut prius?

R. Ptolomæorum & impii Regis Antiochi perſecutionibus plurimi adducti ſunt ut diis alienis litarent. Sed tota gens in idololatriam ultro prolapſa fuiſſe non legitur, poſt reditum e captivitate Babylonica, ſicut antea fecerat ſæ-

C pius. (C)

I. Quam paſſi ſunt Judæi ſub Antiocho perſecutio, cujus rei typus fuit?

R. Illius perſecutionis typus fuit, quam ſub finem mundi ab Antichriſto paſſuri ſunt Chri-

D ſtiani. (D)

I. In illa temporum confuſione & corruptela, gente Prophetarum auxilio deſtituta, quis fuit ſtatus religionis Judaicæ?

R. Mortuo Juda Machabæo & fratribus ejus, ortæ ſectæ plures religionem obſcurarunt. (E) E

I. Quænam fuere tum temporis ſectæ Judæorum?

R. Hæ præ cæteris notiores. Phariſæorum, Sadducæorum & Eſſenorum. (F) F

I. Quid Phariſæi?

R. Phariſæi objurgationibus Jeſu Chriſti ſatis cogniti, ſeveriorem affectabant vitæ diſciplinam, interius autem erant corrupti & perditi moribus: multas addebant legi Dei interpretationes humanas, vel indifferentes, vel ſuperſtitioſas, imo in multis ſanctitatem legis adulterabant. (G) G

I. Quid Sadducæi?

R. Sad-

I. MACHAB. IV. 46. Et repoſuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadusque veniret Propheta, & reſponderet de eis.

IX. 27. Et facta eſt tribulatio magna in Iſrael, qualis non fuit ex die, qua non eſt viſus Propheta in Iſrael.

XIV. 41. Judæi & Sacerdotes eorum conſenſerunt eum (Simonem) eſſe ducem ſuum, & ſummum Sacerdotem in æternum, donec ſurget Propheta fidelis.

(B) ECCLI. L. 1. Simon Oniæ filius, Sacerdos magnus, qui in vita ſua ſuffulſit domum, & in diebus ſuis corroboravit templum... 4. Qui curavit gentem ſuam, & liberavit eam e perditione. 5. Qui prævaluit amplificare civitatem, qui adeptus eſt gloriam in converſatione gentis..... 7. Quaſi ſol refulgens, ſic ille effulſit in templo Dei.

(C) *Vide Libros* MACHAB. *& dum nonnullos ex Judæis idolis ſacrificia obtuliſſe, alios vero ad mortem uſque reſtitiſſe, & extrema paſſos fuiſſe, ne tantillum a cultu Dei vel exteriore recederent, invenies, ad tanta fidei, caritatis, & fortitudinis exempla obſtupeſces.*

Dan. VII. 8. (D) S. HIERONYM. *in cap. 7. Daniel, pag.* 1101. edit. Bened. *Et ecce, ait, oculi quaſi oculi hominis erant in cornu iſto.* Ne eum putemus, juxta quorumdam opinionem, vel diabolum eſſe vel dæmonem; ſed unum de hominibus, in quo totus ſatanas habitaturus ſit corporaliter. *Et os loquens ingentia.* Eſt enim homo peccati, filius perditionis; ita ut in templo Dei ſedere audeat faciens ſe quaſi Deum,... *Et ſermones contra Excelſum loquetur*: ſive ut interpretatus eſt Symmachus, *Sermones quaſi Deus loquetur*, ut qui Dei aſſumit potentiam, verba quoque Divinæ ſibi vindicet majeſtatis. *Et ſanctos Altiſſimi conteret, & putabit quod poſſit mutare tempora & leges.* Præliabitur enim Antichriſtus contra ſanctos, & ſuperabit eos, in tantamque erigetur ſuperbiam, ut leges Dei, & cæremonias mutare conetur, & elevetur ſupra omne quod dicitur Deus, religionem cunctam ſuæ ſubjiciens poteſtati. *Et tradentur in manu ejus uſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Tempus annum ſignificat. Tempora juxta Hebraici ſermonis proprietatem, qui, & ipſi dualem numerum habent, duos annos præfigurant. Dimidium autem temporis, ſex menſes: quibus Sancti poteſtati Antichriſti permittendi ſunt: ut condemnentur Judæi, qui non credentes veritati, ſuſceperunt mendacium. De quo tempore, & Salvator in Evangelio loquitur: *Niſi abbreviati eſſent dies illi, nequaquam ſalva eſſet omnis caro.... Et judicium ſedebit, ut auferatur potentia; & conteratur, & diſpereat uſque in finem.* Hoc de Antichriſto, id eſt, de cornu parvulo quod grandia loquebatur: quia regnum ejus deſtruendum ſit in perpetuum.

[Margin: Ibid. — Ibid. 25. — Ibid. — Ibid. — Matth. XXIV. 22. Dan. VII. 26.]

Dan. VIII. 13. *In cap. 8. Daniel. pag.* 1195. *Uſquequo viſio, & juge ſacrificium, & peccatum, deſolationis, quæ facta eſt, & ſanctuarium, & fortitudo conculcabitur* .... Hunc locum plerique noſtrorum ad Antichriſtum referunt: & quod ſub Antiocho in typo factum eſt, ſub illo in veritate dicunt eſſe complendum.

In cap. 11. Daniel. pag. 1127. Cum multa quæ poſtea lecturi & expoſituri ſumus, ſuper Antiochi perſona conveniant, typum eum volunt Antichriſti habere: & quæ in illo ex parte præceſſerint, in Antichriſto ex toto eſſe complenda... Sicut igitur Salvator habet, & Salomonem & cæteros Sanctos, in typum adventus ſui: ſic & Antichriſtus, peſſimum Regem Antiochum, qui Sanctos perſecutus eſt, templumque violavit, recte typum ſui habuiſſe credendus eſt.

In cap. 12. Daniel. pag. 1133. Tempore autem Antichriſti talem tribulationem fore, qualis numquam fuit ex quo gentes eſſe cœperunt, verius intelligitur. Ponamus enim viciſſe Lyſiam, qui victus eſt; & penitus oppreſſos Judæos eſſe, qui vicerunt, numquid fuit talis tribulatio, qualis eo tempore quo Jeruſalem capta eſt a Babyloniis, templumque ſubverſum, & omnis populus ductus in captivitatem? Oppreſſo igitur Antichriſto, & ſpiritus Salvatoris extincto, ſalvabitur populus qui ſcriptus fuerit in libro Dei: & pro diverſitate meritorum, alii reſurgent in vitam æternam, & alii in opprobrium ſempiternum.

Pag. 1134. Fruſtra Porphyrius, quæ in typo Antiochi de Antichriſto dicta ſunt, vult omnia referre ad Antiochum. Cujus calumniæ... plenius reſponderunt Euſebius Cæſarienſis, & Apollinarius Laodicenus, & ex parte diſertiſſimus vir martyr Methodius.

Idem legere eſt apud omnes fere Scripturæ ſacræ Interpretes, qui in ea re S. Hieronymi & antiquorum veſtigia ſecuti ſunt.

(E) JOSEPH. *Antiquit. Judaic. lib.* 13. *cap.* 9. *pag.* 442. Hoc tempore tres Judæorum ſectæ erant, quæ de rebus humanis inter ſe diſſentiebant: una Phariſæorum dicta, altera Sadducæorum, tertia Eſſenorum.

Lib. 18. *cap.* 2. *p.* 617. Judæi patriæ ſapientiæ ſtudioſi jam inde a multis retro ſæculis in tres ſectas erant diviſi, Eſſenorum, Sadducæorum, & eam quæ Phariſæorum vocata eſt.

Lib. 2. *de bello Judaico cap.* 12. *p.* 784. Tria ſunt apud Judæos genera Philoſophiæ. Horum unum Phariſæi profitentur, alterum Sadducæi; Tertium vero quod etiam probabilius habetur, Eſſeni colunt.

S. HIERONYM. *Dialog. adverſ. Luciferianos, tom.* 4. *parte* 2. *pag.* 1304. *edit. Ben.* Taceo de Judaiſmi Hæreticis, qui ante adventum Chriſti, legem traditam diſſiparunt: Quod Doſitheus Samaritanorum princeps, Prophetas repudiavit: Quod Sadducæi, ex illius radice naſcentes, etiam reſurrectionem carnis negaverunt: Quod Phariſæi, a Judæis diviſi propter quaſdam obſervationes ſuperfluas, nomen quoque a diſſidio ſuſceperunt: Quod Herodiani Herodem regem ſuſcepere pro Chriſto.

(F) *Vide Librum* NICOLAI SERARII *Societatis Jeſu*, De tribus ſectis Judæorum, *in fol. Mogunt. ann.* 1611. *& doctiſſimi* PETAVII *ejuſdem Societ.* Notas in S. Epiphanium.

(G) MATTH. XV. 3.... Quare & vos (Scribæ & Phariſæi) tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Nam Deus dixit: 4. Honora patrem & matrem; &: Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. 5. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri vel matri, Munus quodcumque eſt ex me, tibi proderit; 6. & non honorificabit patrem ſuum aut matrem ſuam: & irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram. 7. Hypocritæ, bene prophetavit de vobis Iſaias, dicens: 8. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe eſt a me.

9. Sine

Digitized by Google

PARS I. SECT. I. CAP. IV. §. 19.

R. Sadducæorum ſecta impia & licentior, negabat immortalitatem animæ, exiſtentiam ſpirituum, corporum reſurrectionem, & proinde alterius vitæ ſupplicia. Hanc ſectam profitebantur nobiliſſimi, & opulentiſſimi, & ſpectatiſſimi Judæorum. (H).

I. Quid Eſſeni?

R. Eſſenorum ſecta nihil habebat, ſive in doctrina, ſive in moribus, quod jure merito reprehenderetur, niſi forte nimium ſervilem legis & Scripturarum intelligentiam. Alioqui toti genti recte factorum exemplo prælucebant. Habebant inter ſe victus & vitæ communitatem. Alii vitam agebant cælibem; alii, ad-

9. Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum... 12... Scis quia Phariſæi audito verbo hoc, ſcandalizati ſunt? 13. At illa reſpondens ait: Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cæleſtis, eradicabitur. 14. Sinite illos: cæci ſunt, & duces cæcorum.

XXIII. 2. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. 3. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſervate & facite: ſecundum opera vero eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. 4. Alligant enim onera gravia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea movere. 5. Omnia vero opera ſua faciunt ut videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias. 6. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, 7. & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi..., 13. Væ autem vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia clauditis regnum cælorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. 14. Væ vobis: ... quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis judicium. 15. Væ vobis.... quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proſelytum, & cum fuerit factus facitis eum filium gehennæ duplo quam vos. 16. Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Quicumque juraverit per Templum, nihil eſt: qui autem juraverit in auro Templi, debet. 17. Stulti, & cæci: quid enim majus eſt, aurum, an Templum, quod ſanctificat aurum? 18. Et quicumque juraverit in altari, nihil eſt: quicumque autem juraverit in dono, quod eſt ſuper illud, debet. 19. Cæci: quid enim majus eſt, donum, an altare, quod ſanctificat donum? 23. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt legis, judicium, & miſericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. 24. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. 25. Væ vobis:... quia mundatis quod deforis eſt calicis & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapina, & immunditia. 26. Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis, & paropſidis, ut fiat id, quod deforis eſt, mundum. 27. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. 28. Sic & vos a foris quidem paretis hominibus juſti: intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate. 29. Væ vobis... qui ædificatis ſepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta juſtorum, 30. & dicitis: Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocii eorum in ſanguinem Prophetarum. 31. Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quia filii eſtis eorum, qui Prophetas occiderunt. 32. Et vos implete menſuram patrum veſtrorum. 33. Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis a judicio gehennæ? 34. Ideo ecce mitto ad vos Prophetas, & ſapientes, & ſcribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de civitate in civitatem.

LUC. XVIII. 11. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, injuſti, adulteri: velut etiam hic publicanus. 12. Jejuno bis in ſabbato: decimas do omnium quæ poſſideo.

FLAV. JOSEPH. *Antiquit. Judaic. lib.* 13. *cap.* 9. *pag.* 442. Phariſæi quædam, at non omnia, fato tribuunt; quædam vero in ſua poteſtate eſſe aiunt, ut vel fiant, vel non fiant.

Cap. 18. *p.* 453. Multas conſtitutiones a majoribus per manus acceptas Phariſæi tradiderunt populo, quæ non ſunt ſcriptæ inter leges Moſaicas: & ideo Sadducæi his autoritatem abrogant, dicentes oportere eas tantum ſervari, quæ ſcripto continentur. Atque hinc magna inter utroſque exorta eſt controverſia, dum ditiores ſtant a Sadducæorum partibus; Phariſæi cæteræ multitudinis utantur favoribus.

Lib. 18. *cap.* 2. *p.* 617. Phariſæorum victus ſimplex eſt, nullis mollitus deliciis: & quidquid his ratio dictavit, id ſequuntur pertinaciter. Majores natu venerantur, nec audent eis reſponſare monentibus aut obloqui. Fato quæcunque geruntur tribuunt, nec tamen homini voluntatis abſolutum adimunt, hoc temperamento Deum uti dicentes, ut cum omnia fiant ex ipſius conſilio, in homine tamen ſit voluntas accedendi ad virtutem aut vitium. Animas credunt eſſe immortales, & ſub terris earum judicia fieri: tum præmia quoque contingere ex virtutis aut malitiæ merito: & has perpetuis damnari carceribus, illis facilem eſſe ad vitam reditum. Per hæc placita magnam ſibi autoritatem paraverunt apud populum. Et quidquid ad ſolemnes precationes ac cultum divinum attinet, juxta horum interpretationem ac præſcriptum ſolet fieri: tantum habent a civitatibus ſapientiæ, temperantiæ, & vitæ honeſtioris teſtimonium.

Quartæ autem ſtudium ſapientiæ ſectantium viæ primus auctor fuit Judas Galilæus. Hi cætera cum Phariſæis conſentiunt, niſi quod conſtantiſſimo libertatis amore flagrant, credentes ſolum Deum Dominum habendum ac principem, facilius vel exquiſitiſſima pœnarum genera laturi una cum cognatis ſuis ac cariſſimis, quam mortalem aliquem appellaturi dominum.

De Bello Judaic. lib. 2. *c.* 12. *p.* 788. Phariſæi dicuntur, qui certiorem legalium rituum notitiam profitentur: & hi primum dogma habent, ut fato & Deo univerſa deputent: & quidem vel agere quæ juſta ſunt, vel negligere, ſecundum majorem partem eſſe in hominibus profitentur: adjuvare tamen in ſingulis & fatum. Animam autem omnem quidem incorruptam eſſe, tranſire autem in alia corpora ſolas bonorum, improborum vero interminabili ſupplicio cruciari.

S. EPIPHAN. *Lib.* 1. *adverſ. Hæreſes, hæreſ.* 16. *num.* 1. Phariſæi... ſeverioribus ſe inſtitutis adſtrinxerant. Quidam enim cum iſtas illas exercitationes adhiberent, decem, vel octo, vel quatuor annorum ſibi ſpatia præfigebant, quibus virginitatem aut caſtimoniam colerent. Hoc tempus continuis precibus traducebant, & id certaminis frequentius inſtaurabant, ne ullam corporis labem contraherent, neve forte turpe aliquod in ſomnis profluvium obreperet. Ergo alii ſabulas ad eum uſum parabant latitudine non amplius dodrantali: in quibus poſt veſperam jacebant; ut ſi fortaſſe dormirent in pavimentum prolapſi, rurſum ſe ad orandum excitarent; quo ſomni quoad liceret expertes ætatem tranſigerent. Alii collectos calculos ſubſternebant, quorum vellicatio profundiorem ſomnum arceret, ut vel inviti pervigiles eſſe conſueſcerent. Nec deerant qui iiſdem de cauſis ſpinas ſubjicerent. Cæterum bis hebdomada quaque jejunare mos illis fuit, ſecunda videlicet ac quinta die. Ad hæc decimarum decimas dabant; primitias offerebant, triceſimas & quinquageſimas: ſacrificia votaque ſua accuratiſſime perſolvebant. Cultus idem illis... & Scribis... veſtis ſcilicet ac reliquus corporis habitus. Sed & muliebria palliola geſtabant, & cum latioribus crepidis, ac ſolearum ligulis procedere ſolebant. Qui ideo Phariſæi dicti ſunt, quod eſſent propter adſcititiam illam ſuperſtitioſamque diſciplinam a reliquis ſejuncti. Phares enim Hebraice ſeparationem ſignificant.

N. 2. Mortuorum porro reſurrectionem perſuaſam habebant. Angelos, ac ſpiritum eſſe credebant: ſed ut cæteri Dei filium ignorarunt. Qui etiam fato & aſtronomiæ plurimum tribuebant.

(H) MATTH. XXII. 23. In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionem.

ACTOR. XXIII. 8. Sadducæi enim dicunt non eſſe reſurrectionem, neque angelum, neque ſpiritum: Phariſæi autem utraque confitentur.

FLAV. JOSEPH. *Antiq. Judaic. lib.* 13. *c.* 9. *p.* 442. Sadducæi fatum omnino negant, & e rebus tollunt, dicentes nihil fataliter evenire hominibus: & omnia in noſtra ipſorum poteſtate eſſe, ut tam felicitatis nobis ipſi au-

adhibita prius exactiſſima & maxime laudabili cautione, ducebant uxores. Omnes a volupta-
I te perquam alieni. (I)

Multi contendunt, quod Joſephus & Philo de Eſſenis ſcripſerunt, id intelligendum de ſolis Judæis, qui ad Chriſtum converſi ſunt, Part. I. Sect. I. Cap. IV. §. 22.

autores ſimus, quam infortunii, ſi deteriora conſilia ſecuti fuerimus.

Vide c. 18. *ſupra litt.* (G)

Lib. 18. *c.* 2. *p.* 617. At Sadducæorum opinio cum corpore extinguit ſimul & animas: nec quicquam præter legem ſervandam exiſtimant: nam de ſapientia cum præceptoribus diſceptare ad virtutem reputant. Hujus ſectæ pauci ſunt, ſed fere dignitate præcipui. Ex horum tamen ſententia vix quicquam agitur: nam quoties magiſtratus, licet inviti, ſuſcipiunt, Phariſæorum decretis aſſentiunt, ni facerent non ferendi a Plebeiorum multitudine.

De bello Jud. lib. 2. *cap.* 12. *p.* 788. Sadducæi porro, ſecundus ordo, fatum omnino negant: & Deum extra omnem mali patrationem inſpectionemque conſtituunt. Aiunt autem electioni hominum vel bonum, vel malum eſſe propoſitum; & ſecundum voluntatem propriam, alterutrum unicuique contingere. Animarum autem generaliter vel ſupplicia denegant vel honores. Et Phariſæi quidem ſociales: & qui ſtudeant ſe mutua dilectione complecti: Sadducæi vero & inter ſe feris moribus diſcrepantes, & converſatio eorum circa exteros inhumana.

S. EPIPHAN. *lib.* 1. *adverſ. Hæreſes*, *hæreſ.* 14. Sadducæi a Doſithæo propagati. Qui nimirum Sadducæos a juſtitia ſe nominant.... Verum iſti a Magiſtri doctrina deſciverunt. Etenim mortuorum reſurrectionem ſuſtulerunt; in quo cum Samaritanis conveniunt: ſed Angelos, contra quam Samaritani repudiant, ac Spiritum Sanctum ignorant, quem nec accipere meruerunt. Eadem porro cum Samaritanis inſtituta cuſtodiunt: quamquam Judæi, non Samaritani fuerunt.

(I) FLAV. JOSEPH. *Antiq. Judaic. Lib.* 13. *cap.* 9. *p.* 441. Eſſeni omnia in fati poteſtate eſſe affirmant, nec quicquam hominibus præter fati decretum accidere.

Lib. 18. *c.* 2. *p.* 617. Eſſenorum vero placitum univerſitatis regimen citra exceptionem Deo aſſerit, immortalitatem animis: nec aliud quicquam æque ac juſtitiam omni contentione expetendum exiſtimat. Ad templum autem donaria mittentes, ſacra ibi non faciunt, quod ſanctioribus utantur cæremoniis; quapropter excluſi a communi fano, ſeorſum ſacrificant. Moribus alioqui ſunt probatiſſimis, agris colendis in totum dediti. Miranda etiam eſt eorum juſtitia, qua omnes Græcos & Barbaros longe ſuperant, multis jam ſeculis trita in ejus continuis ſtudiis. Facultates in commune poſſident, nec aliquis dives magis utitur ſuis bonis, quam quivis nihil poſſidens. Atque hoc inſtituto vivunt virorum ſupra quatuor millia, nec uxores habentium, nec ſervos; quod alterum ad injuriam communis naturæ pertinere cenſeant, alterum tranquillitati vitæ parum commodum. Quare per ſe ipſi viventes, invicem ſibi miniſtrant. Quæſtores creant viros probos ex Sacerdotum numero, qui ex agrorum redditibus, & frugum proventu, cibos eis conficiant. In ſumma eandem fere vivendi rationem ſequuntur, quam hi qui apud Dacos Pliſti nominantur.

De bello Judaico, *Lib.* 2. *cap.* 12. *p.* 784. Eſſeni gente quidem Judæi, verum inter ſe mutuo amore conjunctiſſimi: & qui præter cæteros voluptates quidem quaſi maleficia vitarent: continentiam vero ſervare, neque cupiditati ſuccumbere, virtutem maximam ducerent. Itaque nuptias quidem faſtidiunt, alienos vero filios, dum adhuc molles ſunt, eruditioni traditos pro cognatis habentes, ſuis moribus diligenter inſtituunt: non quia conjugia vel humani generis ſucceſſionem cenſeant perimendam: ſed quia cavendam putent intemperantiam feminarum, nullam earum uni viro fidem ſervare credentes. Quin & divitiarum contemptores ſunt, rerumque apud eos communicatio admirationi habetur; neque invenias alteri alterum opulentia præſtare. Legemque ſibi dixerunt, ut qui diſciplinam ſuam ſectari vellent, bona contubernio publicarent: ita enim fore, vel paupertatis humilitas, vel divitiarum dignitas appareret: ſed permixtis facultatibus, velut inter fratres, unum eſſet omnium patrimonium. Probro autem ducunt oleum, & ſi quis vel invitus unctus fuerit, munditiis corpus abſterget: quoniam ſqualorem decorem putant, dummodo ſemper iis veſtes ſint candida. Deſignatos autem communium rerum procuratores habent, & ad uſum omnium ſingulos indiviſos. Non eſt autem illis una civitas certa, ſed in ſingulas multi domicilia transferunt, & aliunde advenientibus ſectæ ſuæ profeſſoribus, quicquid habeant promptum exhibent, quaſi proprium. Denique tanquam conſuetiſſimi ad eos ingrediuntur, quos nunquam ante viderunt. Hinc eſt quod cum peregrinantur, propter latrocinia tantum armantur, neque præterea quicquam ferant. In ſingulis autem civitatibus, ex eodem collegio ſpecialis curator hoſpitum conſtituitur: qui eorum veſtimenta cæteraque uſui neceſſaria tueatur. Amictus autem cultusque corporis omnibus pueris, in metu & ſub cura magiſtri agentibus par eſt. Nec vero veſtitum ſive calceos mutant, niſi aut omnino conſciſſis prioribus aut longi temporis uſu conſumptis. Nihil autem inter ſe mercantur aut vendunt: ſed egenti quiſque quod habet præbens, refert ab eo quod ipſe non habet: quamvis etiam ſine permutatione cunctis libera ſit facultas a quibus libuerit accipiendi quod opus ſit. Præcipue circa Deum religioſi ſunt. Namque ante ſolis ortum nihil profani loquuntur, ſed ei patria quædam vota celebrant, quaſi ut oriatur precantes. Dein ad ea quae noverunt ſinguli artes, a curatoribus dimittuntur: cumque ad horam quintam ſtudioſe fuerint operati, rurſus in unum congregantur; linteisque præcincti velaminibus ita corpus aquis frigidis abluunt. Atque hac luſtratione facta, in eadem ſecreta coeunt, quo neminem alterius ſectæ hominem ſpirare conceſſum eſt: ipſique purificati, velut in ſanctum quoddam templum in cœnaculum veniunt: quibus ibi cum ſilentio reſidentibus, piſtor quidem panes ordine, unum autem vaſculum ex uno pulmento ſingulis cocos apponit. Deinde voce cibum ſacerdos antevenit: neque guſtare quemquam fas eſt, niſi prius Deo celebretur oratio. Poſt finem quoque prandii vota repetunt: nam & cum incipiunt, & cum deſinunt, quaſi datorem victus, Deum laudibus canunt. Tunc veluti ſacris illic depoſitis veſtimentis in opere uſque ad veſperam verſantur: ſimiliterque inde reverſi cœnant, conſidentibus etiam hoſpitibus, ſi quos forte intervenire repererint. Neque vero clamor unquam tectum illud, neque tumultus inquietat: cum etiam loquendi ordine aliis alii cedant: eorumque ſilentium extra tectum conſtitutis arcanum quoddam videatur venerabile. Cujus quidem rei perpetua ſobrietas cauſa eſt, quodque apud eos edendi aut potandi modus ſaturitate definitur. Sed quamvis aliarum rerum nihil ſine præcepto faciunt curatoris, tamen in his duobus, hoc eſt juvando & miſerendo ſui juris ſunt: nam & ſubvenire dignis cum opus eſt, ſuo arbitrio cuique licet, & indigentibus alimenta porrigere. Sane cognatis dare aliquid ſine curatoribus, interdictum. Iidem iracundiæ moderatores juſti ſunt, indignationem cohibent, fidem tuentur, paci obſecundant: & omne quod dixerint, jurejurando fortius habent. Ipſum autem juſjurandum quaſi perjurio deterius vitant. Jam enim mendacii condemnatum arbitrantur, cui ſine Deo non creditur. Summum autem ſtudium veterum ſcriptis adhibent: ea maxime inde, quæ animæ & corpori expediant, eligentes. Hinc illis morborum remedia, ſtirpes medicæ, quamque vim propriam ſinguli lapides habeant, rimantibus, conquiruntur. Sectæ vero ſuæ ſtudioſis non ſtatim continuo eis una collectio: ſed per annum integrum extrinſecus commoranti cuique eundem victus ordinem tribuunt: dolabellam quoque, & quod prædictum eſt perizoma, & albam veſtem tradentes. Cum vero proceſſu temporis experimentum continentiæ dederit, accedit etiam ad communem cibum: & puritatibus, ob caſtificationem ſcilicet, aquis participat: neque tamen in convictum aſſumitur. Poſt oſtenſionem quippe continentiæ, duobus annis aliis mores ejus probantur: cumque dignus apparuerit, tunc demum in conſortium aſſumitur. Prius vero quam incipiat communem habere cibum, magnis execrationibus adjurat, ſe primum quidem colere Deum, deinceps quoque erga homines ſervare juſtitiam, & neque propria ſponte nocere cuiquam, neque ex præcepto obeſſe: quin imo iniquos omnes odiſſe, & collaborare ſemper juſtitiæ ſectatoribus, fidem omnibus ſervare, maxime vero principibus: neque enim abſque voluntate Dei, cuiquam poſſe principatus potentiam contingere. Si vero ipſe cæteris præſit, nunquam ſe abuſurum viribus poteſtatis ad contumeliam ſubjectorum, ſed neque veſte aut ambitioſo aliquo ornato reliquis eminere: veritatem ſemper diligere, & habere propo-

Pars I. Sect. I. Cap. IV. §. 20.

ſitum convincere mentientes. Manus vero a furto, & animam puram ſervare ab injuſtis compendiis; & neque aliquid de myſteriis conſectaneos celare, neque profanis eorum quippiam publicare, etiamſi intentata quiſpiam morte compellat. Super hæc autem addunt, nihil ſe de dogmatibus aliud quam ipſi ſuſceperint, tradere. Fugere autem latrocinia, & conſervaturum ire ſimul & dogmatis ſui libros, & Angelorum nomina. His quidem execrationibus explorant, & quaſi præmuniunt accedentes. Deprehenſos vero in peccatis a ſua congregatione depellunt: & qui taliter fuerit condemnatus, miſerabili plerumque morte conſumitur. Illis quidem ſacramentis, ac ritibus obligatus, neque capere ab aliis oblatum cibum poteſt: herbas vero pecudum more decerpens, & fame exeſus per membra corrumpitur. Ob quod etiam plurimos plerumque miſerati, extremum ſpiritum agentes receperunt: ſufficientem pro peccatis eorum, quæ uſque ad mortem adduxerit, pœnam fuiſſe cenſentes. In judiciis vero ſunt diligentiſſimi atque juſtiſſimi: diſceptant autem non minus quam centum in unum coacti: quod autem his decretum fuerit, immobile manet. Veneratio quoque apud eos poſt Deum magna legiſlatoris eſt: ita ut ſi quis eum blasphemaverit, morte damnetur. Senibus vero obedire & plurium quorumque decreto, probabile arbitrantur officium. Cum ſimul denique ſederint decem, nullus unus novem loquitur invitis. Expuere quoque in medium eorum, vel in dexteram ſui partem quiſque devitat. Sabbatis quoque operationem aliquam contigiſſe, omnibus Judæis diligentius cavent: neque cibum ſibi ſolum pridie præparant, ne videlicet illo die ignem accendant: ſed neque vas aliquod tranſponere audent, imo nec alvum purgant. Aliis autem diebus fodientes foveam uno pede altam σκαλίδι, hoc eſt, illa dolabella quam tradi nuper accedentibus diximus, dimiſſa veſte ſeſe diligentiſſime contegentes, ne ſcilicet ſplendori divino injuriam faciant, in eadem fovea ab onere ventris levantur, ac deinceps terram quam effoderant, reducunt: idque ipſum faciunt in locis ſecretiſſimis: & cum naturalis ſit iſta purgatio, nihilominus tamen ſolemne habent, ut quaſi ab immunditia diluantur. Diſcernuntur autem inter ſe, ſecundum ſuſceptæ abſtinentiæ tempora, in ordines quatuor: tantumque hi qui juniores ſunt, inferiores præcedentibus æſtimantur, ut ſi aliquis eorum contigerint, quaſi a contrectatu alienigenæ diluantur. Vivunt autem quam longiſſime, ita ut plurimi eorum uſque ad centenariam proferantur ætatem, propter ſimplicitatem victus, ut equidem puto, & inſtitutionem bene in omnibus ordinatam. Sunt etiam contemptores adverſorum: cruciatus ſiquidem vincunt firmitate conſilii. Mortem vero, ſi cum decore obeunda ſit, judicant etiam immortalitate meliorem. Prodidit autem eorum in omnibus negotiis animos, bellum quod geſtum eſt cum Romanis. Tunc ſiquidem per artuum confractiones, & ignes, ac per tormenta omnigena tranſeuntes, ut videlicet vel in legiſlatoris aliquid loquerentur injurium vel ciborum quippiam quod non ſolent ederent, ad neutrum horum potuerunt compelli: ſed neque deprecari ſuos tortores, aut inter ipſa flere ſupplicia: in mediis quin imo cruciatibus ſubridentes, & eis qui tormenta admoverant illudentes, conſtanter animas cum quadam hilaritate reddebant, ſcilicet quaſi qui eas eſſent denuo recepturi. Opinio quippe apud illos firmata conſiſtit, corruptibilia quidem eſſe corpora, materiamque eorum non eſſe perpetuam: animas autem immortales ſemper manere, & de æthere ſubtiliſſimo commeantes, quaſi carceribus ita corporibus implicari, velut quas illecebra naturalis attraxerit: cum vero fuerint a carnalibus relevatæ vinculis, quaſi de ſervitute longiſſima liberatas, ita illico lætari eas, ſublimeſque ferri: & quidem bonas concinentes in hoc Græcorum ſententias, pronuntiant ultra Oceanum degere, ubi eis ſit repoſita perfruitio: illic quippe eſſe regionem, quæ neque imbribus, neque nivibus, neque æſtibus aggravetur: ſed quam Oceano oriens zephyrus, & leniter aſpirans amœnet. Malis autem animabus procelloſa loca & hyberna delegant, plena gemitibus exercendarum ſine fine pœnarum. Videntur autem mihi ſecundum hanc ipſam intelligentiam Græci quoque fortibus ſuis, quos heroas & ſemideos vocaverunt, beatorum inſulas tequeſtraſſe: improborum autem animabus locum apud inferos impiorum: in quo etiam cruciari quoſdam commentati ſunt, Syſiphos videlicet, & Tantalos, & Ixiones, & Tytios: principio quidem immortales eſſe animas exiſtimentes, ob adhortationem utique virtutis, dehortationemque nequitiæ: bonos quippe fieri in hujus vitæ converſatione meliores, per ſpem bonorum etiam poſt lucem redhabendorum: improborum autem impetum retardari æſtimantes: quoniam etſi hujus vitæ ſpatio latuerint, poſt obitum tamen ſint immortalia tormenta paſſuri. Hæc ſunt ergo quæ Eſſeni de divinitate animæ philoſophantur, plane illecebram inevitabilem eis qui ſemel de eorum ſapientia guſtaverint, reponentes. Sunt autem in eis qui etiam futura noſſe promittant, ſacris videlicet libris, & variis ſanctificationibus, Prophetarumque dictis a primis ætatibus adhærentes: raro autem accidit ut prædictiones eorum fruſtratio conſequatur. Eſt autem aliud etiam Eſſenorum collegium, cibos quidem & mores legeſque ſimiles cum prioribus habens, diſtans vero opinione de conjugio. Maximam ſiquidem vitæ hominum partem, ſucceſſionem ſcilicet, amputare eos qui abſtineant nuptiis, arbitrentur: quippe ſi in candem velint omnes ire ſententiam, defecturum confeſtim genus humanum. Nihilominus autem cum tanta ipſi moderatione conveniunt, ut per triennium explorent valetudinem fœminarum: & ſi conſtanti purgatione apparuerint idoneæ partui, ita eas in matrimonia aſciſcunt. Nemo tamen eorum cum prægnante concumbit: ut oſtendant, quod nuptias non voluptatis, ſed liberorum cauſa inierint. Lavantibus autem fœminis, ita ut viris perizomatum ineſt amictus.

Philo Judæus, *Quod liber ſit quiſquis virtuti ſtudet, edit. Lugd. in 8. ann. 1561. tom. 2. pag. 212.*

Nec Paleſtinæ Syriæque deeſt hoc genus hominum virtutem ſectantium, cujus regionis non parvam partem populoſa Judæorum gens incolit. In his quidam nominantur Eſſeni, circiter quatuor millia, a ſanctitate dicti, quia ſumma religione Deo ſerviunt, non mactando victimas, ſed ſuas metipſorum mentes componendo ad ſanctimoniam. Hi vicatim habitant, urbes fugiunt, propter familiaria civibus earum vitia, gnari non minus periculi eſſe ab eorum convictu, quam ab aeris intemperie peſtifera, propter contagium incurabile: vivuntque partim ex agricultura, partim ex opificiis in pace florentibus; benefici erga ſuos & proximos, nullam condentes pecuniam, nec parantes ampli reditus latifundia, ſed quotidianis neceſſitatibus quærentes remedium: nam pene ſoli hominum degunt ſine prædiis, ſine pecuniis, & propter vitæ inſtitutum divites habentur magis quam ob rerum copiam, frugalitatem non vana exiſtimatione ducentes eſſe quæſtum maximum. Tela, jacula, gladios, galeas, thoraces, ſcuta, nemo apud eos fabricat ſicut nec arma cætera, nec machinas, aut aliud quidquam bello utile: imo ne ea quidem ſtudia reperias ibi, quibus in pace facile abutuntur homines. Negociatores, inſtitores, naucleros, ne in ſomnis quidem viderunt, ſubtrahendo materiam avaritiæ. Nemo ex illis ſervit, omnes liberi miniſtrant ſibi invicem: dominationem damnant ut injuſtam atque impiam, repugnantem juri naturæ, quæ omnes ex æquo genuit educavitque tamquam mater germanos fratres revera, non ſolo nomine. eam cognationem labefactam convulſamque inſidiis avaritiæ, hujus opera inductam pro familiaritate abalienationem animi, & odium pro benevolentia. Philoſophiæ partem ratiocinatoriam, ut parandæ virtuti non neceſſariam, relinquunt verborum captatoribus: eam vero quæ naturam ſcrutatur, diſputatoribus, ut humanu captu ſublimiorem, niſi quatenus de creatore mundi, & ejus creatione diſſerit. In ſola morali ſe exercent ſub pædotribis legibus patriis, quas non poteſt concipere humanus animus abſque afflatu numinis. Has edilcunt & alio tempore, ſed præcipue recurrente die ſeptimo, quem ſacratum exiſtimant, feriunturque tunc ab omnibus aliis negotiis: quoties ſacras ædes, quas ſynagogas vocant, adeunt, pro ætatis ordine juniores ad ſeniorum pedes conſidunt, & ad audiendum ſe componunt. Ibi alius ex libro prælegit, alius quiſpiam unus ex peritioribus accedens, quæ obſcura ſunt, explicat: nam pleraque per figuras, more veterum philoſophorum, eis ſunt tradita. Diſcunt autem ſanctitatem, juſtitiam, curam rei vel domeſticæ vel publicæ, verorum bonorum malorumque ſcientiam, atque rerum indifferentium inſuper, quid expetendum, quid contra fugiendum; quæ triplici regula examinant amore Dei, & virtutis, & hominum. Pietatis erga Deum argumenta præ ſe ferunt plurima, caſtitatem in tota vita perpetua, a jurejurando mendacioque abſtinentiam, & quod ad Deum auctorem bona omnia, malum vero nullum referunt. Virtutem quoque ſibi eſſe cordi ſatis declarant, dum pecunias, honores, voluptateſque contemnunt fortiter, vivuntque continenter in laboribus, complexi frugalitatem, ſimplicitatem, facilitatem, modeſtiam, legum reverentiam, conſtantiam, & id genus cætera. Caritatem porro eorum erga homines indicat benevolentia, mira

ſtu

Digitized by Google

dictu æquabilitas & omnium rerum ſocietas, de qua non intempeſtivum fuerit nunc paucis dicere. Patent eorum ſodalitia hominibus etiam advenis, idem inſtitutum ſervantibus. Omnibus unum eſt promptuarium, unde veſtitus & menſa communis ſumitur: nam contubernium victusque ac menſæ ſocietas apud alios laudatur magis quam recipitur: nec mirum. Quidquid enim lucrantur e quotidianis operæ mercedibus, non ſibi quisque ſervat, ſed in medium conferendo cuicumque volenti fruendi poteſtatem faciunt. Tum ſi qui valetudinarii nequeunt victum quærere, non negliguntur, paratum habentes e publico infirmitati ſubſidium, quam ſecure ſuſtentant e communi copia. Senioribus juniores debitam curam, honorem, reverentiam exhibent, tamquam germani filii, labantem eorum ætatem fulcientes modis omnibus, tam conſiliis, quam miniſteriis. Tales virtutis athletas reddit Philoſophia absque omnibus curioſis & ambitioſis Græcorum vocabulis, exercens eos in laude dignis actionibus, quibus certa, perpetuaque libertas conſtabilitur. Id compertum eſt in multis & variis temporum difficultatibus, ſub tyrannide potentiorum diverſis præditorum ingeniis: ex quibus alii conati feroces beſtias immanitate ſuperare, nullam omiſerunt crudelitatis ſpeciem, gregatim mactando ſubditos, aut laniorum more vivos fruſtatim concidendo.... Alii vero ſuam rabiem celantes diverſo malitiæ genere, acerbas clades dederunt, placido ſermone, ſuſurrisque clancularіis diſſimulantes odium, canum maleficorum more blandiendo, moxque infigendo morſus inſanabiles, ut oppidatim monumenta impietatis ſuæ relinquerent ad perpetuam afflictorum memoriam. Nemo tamen e crudelibus illis, vel ex alteris ſuffocatis ac ſubdolis, valuit modo dictos cœtus Eſſenorum ſive ſanctorum in culpam inducere; ſed omnes diſceſſerunt victi virtute horum virorum, laudantes eos ut liberos cives, & ſuo jure viventes accepto a natura, prædicantesque illorum ſodalitia, ſocietatemque inenarrabilem, in qua exemplum felicis & perfectæ vitæ videre liceat.

Eadem legere eſt ex Philone apud Euſebium *Lib.* 8. Præparat. Evang. *c.* 12.

De vita contemplativa, ſive ſupplicum virtutibus, initio, pag. 232. Poſtquam de Eſſenis diſſeruimus, qui vitam activam exercent omnibus, aut quod minus invidioſum dictu eſt, plerisque felicius: ordo poſtulat ut deinceps dicamus quæ dicenda ſunt de contemplationi deditis.... Inſtitutum autem hujus philoſophiæ mox apparet ex ipſis appellationibus. Vocantur enim Therapeutæ, Therapeutidesque; hoc eſt, curatores & curatrices, ſive cultores & cultrices, vero nomine: vel quia profitentur medicinam præſtantiorem iſta vulgata per oppida omnia. Hæc enim medetur ſolis corporibus: illa & animas liberat morbis gravibus, & adverſus medelas contumacibus, quos inflixerunt voluptates, concupiſcentiæ, dolores, timores, avaritiæ, inſipientiæ, injuſtitiæ, & ceteræ perturbationes, vitiorumque agmen innumerabile: vel quia didicerunt a natura & e ſacris legibus colere illud ens & bono melius, & uno ſincerius, & unitate ta generando antiquius, atque ut ita dicam principalius ... Huic vitæ inſtituto qui ſe addicunt, non ex more, aut rogati, id faciunt, ſed amore correpti rerum cæleſtium, & quaſi furore divino perciti, donec ad contemplationem illam deſideratiſſimam perveniant. Deinde præ immortalis beatæque vitæ cupidine, quaſi jam hac mortali defuncti, facultates ſuas relinquunt liberis, aut cognatis, ultro eis poſſeſſione cedendo, atque etiam ſociis & amicis, ſi cognati deſint .... Relictis igitur facultatibus & avocamentis omnibus, fugiunt ſine reſpectu fratrum, liberorum, parentum, uxorumque; & deſerunt numeroſas cognationes, ſocietates, amicitias, ipſasque denique patrias in quibus geniti educatique ſunt; quandoquidem conſuetudo magnum momentum habet ad allectandos animos. Demigrant autem non in aliam civitatem: ... ſed extra mœnia degunt in hortis aut villis ſolitariis, amantes ſolitudinem, non hominum odio, ſed ad cavendos congreſſus cum diſſimilibus, quos ſciunt moribus bonis officere. Hoc genus reperitur in multis orbis regionibus, merito ut abſolutæ probitatis receptum a Græcis atque Barbaris. Maxime tamen in Ægypto frequentatur per præfecturas ſingulas, præſertim circum Alexandriam.... Domicilia vero conventarum ſunt admodum frugalia, parata contra æſtum tantummodo & frigora; non contigua ut in urbibus, non enim placet id amantibus ſolitudinem; nec tamen longe remota, quia ſocietatem diligunt, ut ſibi poſſint invicem ſuccurrere contra latronum incurſus fortuitos. Singuli autem habent ſacras ædiculas, quæ ſemnea vocant ſive monaſteria, ubi ſolitarii ſanctæ vitæ myſteriis dant operam; nec cibi potusve quidquam eo inferunt, aliudve in uſum corporis; ſed legem tantum & Prophetarum oracula divinitus prodita, hymnosque, & quædam alia pietati ſcientiæque promovendæ utilia. Itaque perpetuam habent Dei memoriam, ut ne in ſomnis quidem aliud eis obverſetur quam imagines divinarum pulcritudinum... Quotidie bis precari ſolent, mane ac ſub veſperam, oriente ſole petentes diem vere felicem, utque mentes eorum cæleſti repleantur lumine: occidente vero, ut anima in totum exonerata ſenſibus, moleque rerum ſenſibilium, veritatem veſtiget in conſiſtorio domeſtico. Medium vero matutini veſpertinique temporis interſtitium totum meditationi attribuitur. Verſantes enim ſacra volumina, dant operam philoſophiæ per manus acceptæ a majoribus.... Habent etiam priſcorum commentarios, ... ad quorum imitationem poſteri ſe accommodant. Itaque non ſolum contemplantur, ſed etiam cantica, hymnosque in Dei laudem componunt, vario metrorum carminumque genere, rythmis concinnatos in anguſtiorem ac religioſam ſpeciem. Per ſex dies ſeorſum quisque in ſuis illis modo dictis monaſteriis philoſophantur, non progredientes foras, imo ne proſpicientes quidem. Septima vero conveniunt in cœtum communem, & juxta ætatis ordinem conſidunt, decenti habitu, manus continentes ſub pallio, dextram inter pectus barbamque, ſiniſtram applicatam lateri. Tum progreſſus in medium natu maximus, & dogmatum ejus ſectæ peritiſſimus, diſſerit vultu ad gravitatem compoſito, voce moderata, non ſine multa prudentia... Reliqui omnes auſcultant per ſummum ſilentium, annutantes oculis tantum aut capite. Id commune ſemneum, in quod ſeptimo quoque die conveniunt, ſepto clauditur duplici, ſeparatis virorum & mulierum cœtibus: nam mulieres quoque ſimul auſcultant ex more, duntaxat quæ inſtitutum idem ſectantur: medius autem paries a ſolo ſurgit tribus quatuorve cubitis, in modum loriculæ, ſuperiora usque ad tectum patent: unde gemina provenit commoditas, & quod pudori feminei ſexus conſulitur, & quod verba doctoris exaudiuntur facile absque ullis obſtaculis, quæ vocem ejus intercipiant. Temperantiæ tamquam fundamento in anima jacto, virtutes ceteras ſuperſtruunt. Nec cibum nec potum quisquam ſumit ante ſolis occaſum, quod ſapientiæ ſtudium luci convenire judicent, tenebris vero curam corporis. Ideo totos dies alteri; alteri vero exiguam noctis partem tribuunt. Nonnulli ex his vix tertio quoque die famem ſentiunt, attenti magis ad diſciplinarum ſcientiam. Nec deſunt, qui prælaute accepti epulo ſapientiæ, copioſe præbentis ſua placita, perdurant duplum ejus temporis, & vix ſexto die deguſtant cibum neceſſarium, aſſueti ſicut cicadæ rore vivere, canticis opinor ſolantes inediam. Septimum vero diem ut feſtum ſacratumque honore dignantur eximio, quo poſt curam animi corpus quoque reficiunt, ſicut jumenta relaxantes laborem continuum. In cibatu utuntur pane ſimplici, ſal vicem ſupplet obſonii: qui delicatiores ſunt hyſſopum pro condimento adjiciunt. Potum e fluentis hauriunt, contenti placare dominas a natura mortalibus additas, famem, ſitimque: absque omnibus lenociniis fruendo rebus ſine quibus non licet vivere. Edunt igitur ne eſuriant, bibunt ne ſitiant, ſaturitatem cavendo, ut inimicam animo pariter ac corpori: & quoniam teguminis quoque duæ ſunt ſpecies, veſtis, tectumque, de ædibus jam dixi, eſſe inculta & extemporaneas, factas ad præſentem uſum tantummodo: In veſte autem eadem apparet ſimplicitas, ad arcendos calores & frigora, pro pelliccia craſſa tunica in hieme, æſtate vero exomis, aut interula linea: in univerſum enim exercent modeſtiam, ut fontem veritatis, ſicut e faſtu mendacium prognatum autumant.. Dicam aliquid & de ſodalitiis eorum... Vinum ... non præbetur, ſed aqua limpidiſſima, ceteris frigida, calida vero his qui inter ſeniores tractantur delicatius. Menſa pura eſt a cruentis dapibus, pro cibo panis apponitur, ſal pro obſonio, & pro condimento hyſſopus in delicatorum gratia. Operantur enim ut Sacerdotes ſacris abſtemii, tota victus ratione caſtigata ad eamdem frugalitatem. Nam vinum habent pro veneno afferente dementiam: opiparis autem obſoniis aiunt irritari concupiſcentiam, belluam inſaturabilem... Dicat aliquis ... Nulla ne ſequitur comporatio? Imo ſilentio magis quam antea, ita ut ne mutire quidem cuiquam liceat, aut reſpirare vehementius. Proponit quispiam quæſtionem e ſacris literis, aut ſolvit ab alio propoſitam, nihil de ſolutione ſollicitus: nec enim captat laudem argutiarum, aut eloquentiæ. Hoc tantum agit, ut rem diligentius perſpiciat, tum perſpectam non invideat mi-

K

ſunt, miniſterio Apoſtolorum, ſtatim a deſcenſu Spiritus ſancti, juxta id quod in Actorum ſecundo capite legitur. (K)

I. Quænam fuerunt aliæ inter Judæos ſectæ?

R. Samaritanorum, Hemerobaptiſtarum & Herodianorum.

I. Quid Samaritani.

R. Samaritani in Judæa fuere quod nos ſchis-

nus perſpicacibus, ſed non minus diſcendi cupidis... Ubi vero convenere candidati & læti cum ſumma gravitata, ad ſignum datum a quopiam Ephemereuta, (ſic hujusmodi miniſtros nominant) priusquam diſcumbant ſtantes una ſerie decentes, ſublatisque ad cælum manibus atque oculis, his quoniam didicerunt ſpectare cæleſtia, illis utpota incorruptis a muneribus, & a quæſtu illicito, precantur ut Deo placeat id convivium. Abſolutis precibus ſeniores diſcumbunt, ac mox alii pro cujusque dignitate: nec enim ſeniores ex annis æſtimant; ſed quantumlibet grandævos habent pro pueris, ſi ſero inſtitutum hoc complexi ſunt: honorem vero ſenectutis tribuunt his, qui exercuerunt ſe a juventute in hac pulcherrima divinaque parte contemplativæ philoſophiæ. Adhibentur menſæ feminæ quoque, anus pleræque ſed virgines, non coactæ caſtitatis, ſicut apud Græcos quædam Sacrificulæ, ſed ſponte continentes præ amore ſapientiæ, cujus ſtudio per totam vitam contempſerunt voluptates corporis, nimirum divinæ non mortalis prolis cupidæ...

Pag. 241. Diſcubitus ita diſtribuitur, ut ſeorſum viri dextrum latus, ſeorſum feminæ ſiniſtrum teneant. Quod ſi quis ſuſpicatur lectiſternia, etſi non ſumptuoſa, certe molliuſcula parari hominibus ingenuis & philoſophiæ deditis; ſciat eſſe tegetes rudes a vili contextas materia, videlicet e papyro indigena, ſic humi aggeſta ut eminendo fulciant cubitos. Remittunt enim paululum illam Laconicam diſciplinæ duritiam, ſemper & ubique probantes liberalem frugalitatem, totis viribus averſando voluptatis illecebras. In miniſterio non utuntur mancipiis, quandoquidem ſervitutem cum natura omnino pugnare autumant. Nam ea liberos omnes genuit, ſed hujus legum contemptrix avaritia, fontem malorum inæqualitatem ei præferens, infirmioribus neceſſitatem impoſuit, ut juſſa potentiorum facerent. Cæterum in hoc ſacro convivio nemo, ut dixi, ſervus adeſt: miniſtrant ingenui, & ſponte quicquid opus eſt faciunt, juſſa non expectando, ſed præveniendo alacritate voluntaria. Non enim quibuslibet ingenuis delegatur id officium, ſed habito delectu ab omni ſodalitatis hujus juventute, ut quisque aliquod præclarum indolis ac virtutis ſpecimen edidit. Hi tamquam germani filii libenter & certatim miniſtrant, haud ſecus ac parentibus publicis, hanc conjunctionem arctiorem ducentes quam ſanguinis; quandoquidem recte ſapientibus virtute nihil eſt antiquius. Diſcincti autem & promiſſis tunicis accedunt ad miniſtrandum, ut abſit omnis ſervilis ſpecies ab hoc convivio... Totum vero auditorium attentum auſcultat in uno eodemque habitu, intelligere ſe nutu vultuque indicans, probare vero, hilaritate ac exporrectis frontibus: interdum & dubitare hæreréque, moto leniter capita ſummoque dextræ digito. Nec minore attentione juniores qui adſtant audiunt. Enarrationes autem ſacrarum literarum conſtant ex allegoriis: nam hi viri totam legem exiſtimant habere animalis ſimilitudinem, quod præcepta corpus referunt, animam vero ſententiæ retruſiores ſub velamine verborum abditæ, in quibus rationalis anima egregie ſeipſam contemplatur tamquam in ſpeculo... Ubi vero præſes viſus eſt rem bene tractando ſatisfeciſſe auditorum deſiderio, plauſus propalam editur ab omnibus. Tum ille aſſurgens hymnum in laudem Dei primus canit, aut recens a ſe compoſitum, aut deſumptum ab aliquo Vatum veterum. Extant enim hujus generis carmina priſca verſu trimetro, & hymni cum ſuis accentibus inter ſacra canendi ante altaria, vel a ſtantibus vel a choreas ducentibus moderatas variis flexibus, atque reflexibus. Præſulem mox imitantur cæteri decenti ordine, omnibus intente quieteque auſcultantibus, præterquam in fine hymni extremaque clauſula: tunc enim univerſi vocem extollunt ſine ſexus diſcrimine. Abſolutis hymnis ſingulorum, juniores paulo ante dictam menſam efferunt, in qua rite cibus ille ſacratiſſimus, panis fermentatus cum ſale apponitur, & hyſſopo... Cœnam vero ſequitur ſacrum pervigilium his ritibus. Ubi omnes conſurrexere, duo chori fiunt in medio cœnaculo, alter virorum, alter feminarum. Cuique ſuus incentor præficitur, honore præſtans, & canendi peritia. Deinde cantant hymnos in laudem Dei, compoſitos variis metrorum carminumque generibus, nunc ore uno, nunc alternis, non ſine decoris, & religioſis geſtibus atque accentibus, modo ſtantes, modo prorſum retrorſumve gradum moventes, utcumque res poſtulat. Deinde poſtquam uterque chorus ſeorſum explevit ſe his deliciis, velut amore divino ebrii, unum chorum faciunt promiſcuum, ... & mixtis ad graves virorum acutis feminæ vocibus concinne temperatus, concentum reddit ſuaviſſimum vereque muſicum. Pulcherrimis enim verbis includuntur ſententiæ pulcherrimæ, religioſis choreis accedentibus. Horum porro univerſorum finis unus & idem eſt pietas: itaque perducta usque ad matutinum hac comeſſatione honeſtiſſima, neque gravati crapula, neque nictantes, ſed excitatiores quam cum venirent ad convivium, verſo ad auroram vultu totoque corpore, quamprimum ſolem orientem aſpiciunt felicem diem & veritatem perſpicacemque mentem ſibi comprecantur: atque ita precationibus abſolutis ad ſuum quisque ſemneum ſecedit, & ad negotiationem culturamque conſuetæ philoſophiæ.

Eusebius *Lib.* 8. *Præparat. Evangelicæ*, *c.* 11.... Eſſenorum nomine.. a ſanctitate appellantur... Nullus inter eos aut puer admodum eſt, aut in prima adhuc pubertate, vel etiam adoleſcentia, conſtitutus: ... at viri jam perfecti, quique nonnihil in ſenectam vergentes..., Peculiare cujusquam ac proprium nihil eſt, non domus, non ſervus, non prædium, non pecus, non aliud quidquam eorum unde opes ac divitiæ comparantur. At ex promiſcua rerum inter ſe omnium communione, omnium etiam in ſingulos fructus atque utilitas redundat. Eodem in loco domicilium habent; conſiliaque ſua omnia in publicum, & communem uſum aſſidua opera, & ſtudio conferunt. Aliorum tamen alia occupatio eſt, in quam diligenter, & impigre nemo non incumbit, ut non modo neque vim frigoris, neque æſtum, neque alias cæli mutationes injuriasque cauſentur, ſed ipſum quoque ſolis ortum operis ſui tractatione antevertant, vixque poſt occaſum ſeſe tandem recipiant... Ex iis alii agricolæ ſunt, ac ſementis faciendæ, & ſubigendæ terræ periti ſſimi. Alii paſcendis gregibus omnis generis operam impendunt ſuam. Aliis apum examina & alvearia curæ ſunt. Alii quotidianas artes factitant, ut moleſtiis omnibus quas afferre neceſſitas & inopia ſolet, expediti vivant, adeoque nullam omnino functionem, ſi modo culpa vacet, quæ ad tuendam vitam commoda ſit, obire detrectant. Jam quidquid ſinguli ex tanta operum varietate pretii acceperint, id totum communibus ſuffragiis creato Quæſtori tradunt in manus. Quod ille continuo in neceſſariis coemendis expendit, quæque vel ad victum, vel ad reliquum humanæ vitæ commeatum opus fuerint prolixe ſuppeditat. Atque illi eodem quotidie cibo, communique menſa utuntur, & victus ſimilitudine delectati, frugalitatem amant, luxum tamquam animi corporisque peſtem averſantur. Quamquam non minus apud eos veſtium eſt, quam menſæ communio; nam hieme hirſutis ac villoſis omnes lænis induuntur, æſtate vero ſimplicioribus ac levioribus palliolis... Quod ſi quispiam in morbum inciderit, is communibus curatur impenſis, atque omnium ſtudiis officiisque recreatur..., Ita nuptias repudiare ſolent, ut integerrimæ continentiæ laudem ſibi præcipuam defendant... Hæc Philo in Apologia, *quam Euſebius ad verbum in ſequentibus exſcribit*.

C. Jul. Solini *Polyhiſt. cap.* 38.... Interiora Judææ quæ Occidentem contuentur, Eſſeni tenent, qui præditi memorabili diſciplina, receſſerunt a ritu gentium univerſarum, majeſtatis (ut reor) providentia ad hunc morem deſtinati. Nullæ ibi feminæ: venere ſe penitus abdicarunt. Pecuniam neſciunt. Palmis victitant. Nemo ibi naſcitur, nec tamen deficit hominum multitudo. Locus ipſe addictus pudicitiæ eſt, ad quem plurimi licet undique gentium properent, nullus admittitur, niſi quem caſtitatis fides, & innocentiæ meritum proſequatur. Nam qui reus eſt vel levis culpæ, quamvis ſumma ope adipiſci ingreſſum velit, divinitus ſummovetur. Ita per immenſum ſpatium ſæculorum (incredibile dictu) æterna gens eſt, ceſſantibus puerperiis.

(K) *Hanc quæſtionem doctiſſime pertractavit* Nicol. Serrarius *e Societate Jeſu*, *in ſuo* De tribus ſectis Ju-

ſchiſmaticos dicimus. Suum enim habuere templum, ſuum altare ab altari legitimo ſegregatum, ſuos Sacerdotes minime ſubjectos legitimæ ſummi Judæorum Sacerdotis auctoritati.

Reſponſionem paulo ſuſius explico.

Hujuſce capitis §. 18. Hoc ſchiſma, ut jam diximus, initium habuit ſub Jeroboamo, ſtetitque, nulla facta mutatione, uſque ad diſperſionem decem tribuum.

Facta decem tribuum diſperſione, cum gentes, quæ Samariæ ad cuſtodiam ab Aſſyriis relictæ fuerant, a beſtiis devorarentur; idque ita fieri comperiſſent, quod in ea terra Deus rerum omnium Dominus non coleretur; miſſus eſt a Rege Aſſyriorum Samariam unus Sacerdos, qui cultum reſtitueret. Id ita factum ab eo Sacerdote, ut ſimul ſuperſtitiones gentilium ſervarentur. Fuit igitur tunc temporis religio Samaritanorum mixta ex Gentili & Judaica.

Regnante Alexandro magno, Sanaballat Samaritanorum Princeps obtinuit a Rege facultatem ædificandi templi juxta Samariam, in monte Gariſim, ad inſtar templi Jeroſolymitani; tum in illius templi miniſterium vocavit ad ſe Sacerdotes ex progenie Aaron. Nec defuere qui Principis impii voluntati, ſacri miniſterii religione poſthabita, morem geſſerint. Ipſe Manaſſes, Jaddi ſummi Judæorum Sacerdotis frater, indignis illis & ſchiſmaticis Sacerdotibus præpoſitus fuit, & ſummum Samaritanorum ſacerdotium a Sanaballat oblatum non recuſavit. Exin Judæos inter & Samaritanos perpetuæ contentiones, nondum Chriſti ætate ſopitæ, de loco in quo Deo litari oporteret; fuitque inter utrumque populum diſſenſio implacabilis.

Samaritani non alios codices pro ſacris habebant, quam Pentateucum Moyſi. Negabant in ſolo templo Jeroſolymorum Deo ſacrificari oportere. In cæteris fere conveniebant cum Judæis, qui multos Samaritanis errores falſo adſcripſerunt. (L) *Pars I. Sect. I. Cap. IV. §. 22.* L

I. Quid Hemorobaptiſtæ?

R. Hemerobaptiſtæ a vocabulo græco ἡμεροβαπτιστῶν, quod quotidianam lotionem ſignificat. Sic dicti, quia corpus quotidie abluere ſumma imo una ipſis ſanctitas fuit. Cum Sadducæis negabant corporum reſurrectionem. In cæteris idem ſentiebant quod Phariſæi. (M) M

I. Quid Herodiani?

R. Herodiani ſic dicti quod contenderent Herodem eſſe Meſſiam Judæis promiſſum.

Sunt qui exiſtiment, ubi in Evangelio ſermo eſt de Herodianis, id intelligendum de Judæis hujus dogmatis ſectatoribus. Alii melius ſentiunt, ibi Herodianorum nomine deſignari vel domeſticos Herodis Tetrarchæ, vel ab Herode præpoſitos ad colligenda tributa Romanis debita. (N) N

I. Unde orta eſt Herodianorum ſecta?

R. Ex certiſſima perſuaſione, quæ Judæorum animis inſita erat, jam adveniſſe tempus, quo ex vaticiniis Prophetarum venturus erat Meſſias. (O) Hæc Prophetarum vaticinia inferius referemus, & explicabimus. O *Partis 2. ſect. 2. c. 1. §. 1.*

§. 23. *Status & Mores Populi Gentilis, a vocatione Abrahæ, ad adventum Meſſiæ.*

I. Ex iis quæ hactenus dixiſti, patet corruptiſſimos fuiſſe mores Judæorum cum Chriſtus ad homines venit. (A) Quinam erant interea toto terrarum orbe mores cæterarum gentium, quas ſimplici appellatione Gentes dicimus? A

R. Jam diximus gentes omnes traditas fuiſſe pravis cordis ſui deſideriis, cum Deus elegit *Supra §. 4.*

git

Judæorum *tractatu, in fol. Moguntiæ ann. 1611. edito, Libro tertio integro. Sed in primis legendæ tibi ſunt* Epiſtolæ Gallicanæ *doctiſſimi & politioris elegantiæ viri Domini* BOHYER *Præſidis ſupremæ Curiæ Divionenſis, ad Dominum Bernard. de Montfaucon, in quibus* Therapeutas de quibus Philo loquitur, non Chriſtianos, ſed Judæos fuiſſe *contendit: Et* Diſſertatio *Domini* BERNARD. DE MONTFAUCON, *qua* eos non ſolum Chriſtianos, ſed & primo aſcetas, ſeu monachos *contendit: Et ipſius ad D. Bohyer* Reſponſio *Gallice ſcripta, quæ cum Epiſtolis Domini Bohyer excuſa eſt apud Jacob. Eſtienne in 12. 1712. ſub hoc titulo:* Lettres pour, & contre ſur la fameuſe queſtion, ſi les Solitaires appellez Therapeutes, dont a parlè Philon le Juif, etoient Chrètiens.

(L) 2. ESDRÆ XIII. 28. De filiis autem Joiada filii Eliaſib Sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quem fugavi a me. 29. Recordare Domine Deus meus, adverſum eos qui polluunt Sacerdotium, juſque Sacerdotale & Leviticum.

JOHAN. IV. 9. Dicit ergo ei (Jeſu) mulier illa Samaritana: Quomodo tu Judæus cum ſis, bibere a me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? Non enim coutuntur Judæi Samaritanis ..... 20. Patres noſtri in monte hoc adoraverunt, & vos dicitis, Jeroſolymis eſt locus ubi adorare oportet.

De Samaritanis loquitur ESDRAS *cap. 4. 5. Lib. 1. & cap. 4. & 6. Lib. 2. Lege etiam Lib. 11. 12. 13.* JOSEPHI De antiquitat. Judaic. *& omnes auctores qui ſupra Scripturam ſacram Prolegomena ſcripſerunt.*

(M) S. EPIPHAN. *Lib. 1. adverſ. Hæreſes, Hæreſ. 17.* Hemerobaptiſtarum ſecta ..... eadem dogmata cum Scribis & Phariſæis amplectitur. Cum Sadducæis in neganda mortuorum reſurrectione convenit ..... Hoc vero præcipuum habent, quod tam verno autumnoque, quam æſtate atque hyeme quotidie lavant: unde & Hemerobaptiſtarum appellationem adepti ſunt.

(N) MATT. XXII. 16. Mittunt ei diſcipulos cum Herodianis.

MARC. XII. 13. Mittunt ad eum quoſdam ex Phariſæis & Herodianis.

S. EPIPHAN. *Lib. 1. adverſ. Hæreſes, hæreſ. 20. numer. 1.* Herodiani Judæi meri ſunt inertes, iidem ac ſimulatores, qui Herodem Chriſtum Dominum eſſe dicebant.

(O) S. HIERONYM. *Dial. adverſ. Luciferian. tom. 4. p. 2. pag. 304. edit. Ben.* Herodiani Herodem Regem ſuſcepere pro Chriſto.

(A) Rom. II. 5. Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei, 6. qui reddet unicuique ſecundum opera ejus ..... 9. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum & græci .... 11. Non eſt enim acceptio perſonarum apud Deum. 12. Quicumque enim ſine lege peccaverunt, ſine lege peribunt, & quicumque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. 13. Non enim auditores legis juſti ſunt apud Deum, ſed factores legis juſtificabuntur ..... 17. Si autem tu Judæus cognominaris, & requieſcis in lege, & gloriaris in Deo: 18. Et noſti voluntatem ejus & probas utiliora, inſtructus per legem, 19. Confidis teipſum eſſe ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt, 20. eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, habentem formam ſcientiæ & veritatis in lege. 21. Qui ergo alium doces, teipſum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: 22. Qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, ſacrilegium facis: 23. Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras. 24. Nomen enim Dei per vos blaſphematur inter Gentes.

III. 10... Non eſt juſtus quiſquam: 11. Non eſt intelligens, non eſt requirens Deum. 12. Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat *Pſ. XIII. 3.*

ciat

Digitized by Google

PARS I, SECT. I, CAP. IV, §. 23. git Abraham in parentem populi Judaici. Ex eo tempore gentes omni vitiorum & ſcelerum genere inquinatæ idola coluerunt. Tot ſcelera vivis ſed horridis coloribus expreſſit Paulus Apoſtolus capite primo Epiſtolæ ad Romanos. (B)

B

I. Num gentes ita ſuis tenebris, ſuæ pravitati, eo uſque relictæ ſunt, ut a vocatione Abrahæ ne unus quidem homo fuerit qui Deum & noverit & coluerit?

Lib. 18. de Civit. Dei, c. 47. *R. Populus revera qui populus Dei diceretur nullus alius fuit* (præter Judæos.) *Homines autem quoſdam, non terrena, ſed cæleſti ſocietate, ad veros Iſraelitas ſupernæ cives patriæ pertinentes, etiam in aliis gentibus fuiſſe, negare non poſſunt* (vel ipſi Judæi.) Verba ſunt S. Auguſtini. (C)

C

I. Quid erat his gentibus faciendum, ante Chriſti adventum, ut ſancte viverent?

* §. 8. Hujuſce capitis. *R.* Quod jam diximus * fuiſſe hominibus faciendum ante vocationem Abrahæ. Oportuit nempe Deum unum credere, adorare, colere, amare ſuper omnia: expectare Meſſiam & in ipſo ſperare: diligere proximum ſicut ſeipſum, abſtinere ab omni iniquitate, vivere juxta leges rectæ rationis & conſcientiæ.

I. Plures ne ex gentibus novimus qui ante Chriſtum ita vixerint?

R. Legimus in Scripturis Job & Melchiſedech inter alios fuiſſe pietate & ſanctitate maxime celebres. Imo uterque Chriſtum ſingulari ratione, velut in typo, expreſſit & adumbravit. Nec illi ſolum, ſed & alii nonnulli ex gentibus, leguntur Deum & noviſſe, & coluiſſe. Talis fuit Jethro ſocer Moyſi. Tales & Ninivitæ, qui pœnitentiam egerunt ad vocem Jonæ, divinamque ultionem a ſe deprecando averterunt.

Quin & conjicere licet Judæos ideo forte Divina providentia fuiſſe diſperſos per Aſſyriam, Babyloniam, totamque adeo Aſiam, ac deinde per Ægyptum, Græciam, Italiam; ut ex Sacrorum Codicum, quos Judæi ſecum deferebant, lectionem, gentes toto terrarum orbe effuſæ haurirent notitiam Meſſiæ, atque ita ad eum expectandum & poſtulandum diſponerentur. (D)

D

I. Job quis fuit?

R. Job fuit ex terra Hus *vir ſimplex & timens Deum*, prædives opibus, & inter Principes Orientis clariſſimus: atque eo illuſtrior, quod bonis neque integris corruptus, neque amiſſis depravatus eſt. Nam cum per diabolum fuiſſet, Deo permittente, exutus bonis, filiis etiam orbatus, ad extremum diris ulceribus affectus, non potuit vinci ut præ doloris impatientia aliqua in parte peccaret. Mercedem denique patientiæ conſecutus, ſanitati redditus, omnia quæ amiſerat in duplum recepit, annisque & meritis plenus obiit. (E) *Job. 1. 1.*

E

I. In quo Job Chriſti typus fuit?

R. Job innocens, tentatus, afflictus, patiens; & poſt ignominias & dolores acerbiſſimos in priſtinam gloriam, cum maximo incremento, ob meritum patientiæ reſtitutus, typus fuit Chriſti innocentis, afflicti, patientis, morientis, ac poſtea reſurgentis. (F)

F

I. Quis

ciat bonum, non eſt uſque ad unum. 13. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant: venenum aſpidum ſub labiis eorum: 14. Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt. 15. Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem: 16. Contritio & infelicitas in viis eorum: 17. Et viam pacis non cognoverunt: 18. Non eſt timor Domini ante oculos eorum.

(B) ROM. 1. 18. Revelatur enim Ira Dei de cælo, ſuper omnem impietatem & injuſtitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injuſtitia detinent ... 20... Ita ut ſint inexcuſabiles. 21. Quia cum cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: 22. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. 23. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium. 24. Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam: ut contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis: 25. Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt, & ſervierunt creaturæ potius quam creatori .... 26. Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. Nam feminæ eorum immutaverunt naturalem uſum, in eum uſum qui eſt contra naturam. 27. Similiter autem & maſculi relicto naturali uſu feminæ, exarſerunt in deſideriis ſuis in invicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris ſui in ſemetipſis recipientes: 28. Et ſicut non probaverunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum ſenſum: ut faciant ea quæ non conveniunt, 29. Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones. 30. detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes, 31. inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia. 32. Qui cum juſtitiam Dei cognoviſſent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: & non ſolum qui ea faciunt ſed etiam qui conſentiunt facientibus.

(C) S. AUG. *Lib.* 18. *de Civit. Dei*, c. 47. Nec ipſos Judæos exiſtimo audere contendere, neminem pertinuiſſe ad Deum, præter Iſraelitas, ex quo propago Iſrael eſſe cœpit, reprobato ejus fratre majore ... Quia ſi negant, faciliime convincuntur de ſancto & mirabili viro Job, qui nec indigena, nec proſelytus, id eſt, advena populi Iſrael fuit; ſed ex gente Idumæa genus ducens, ibi ortus, ibidem mortuus eſt: qui divino ſic laudatur eloquio, ut quod ad juſtitiam pietatemque pertinet, nullus ei homo ſuorum temporum coæquetur ... Divinitus autem proviſum fuiſſe non dubito, ut ex hoc uno ſciremus etiam per alias gentes eſſe potuiſſe, qui ſecundum Deum vixerunt, eique placuerunt, pertinentes ad ſpiritalem Jeruſalem.

Epiſt. 102. *alias* 92. *ad Deogratias*, *quæſt.* 2. *num.* 15. Ab initio generis humani, alias occultius, alias evidentius, ſicut congruere temporibus divinitus viſum eſt, nec prophetari deſtitit Chriſtus, nec qui in eum crederent defuerunt, ab Adam uſque ad Moyſen, & in ipſo populo Iſrael, quæ ſpeciali quodam myſterio gens prophetica fuit, & in aliis gentibus antequam veniſſet in carne. Cum enim nonnulli commemorantur in ſacris Hebraicis libris jam ex tempore Abrahæ, nec de ſtirpe carnis ejus, nec ex populo Iſrael, nec ex adventitia ſocietate in populo Iſrael, qui tamen hujus ſacramenti participes fuerunt: cur non credamus etiam in ceteris hac atque illac gentibus, alias alios fuiſſe, quamvis commemoratos in eiſdem autoritatibus non legamus.

(D) *Vide ſupra* §. 1. *hujuſce capitis autoritates in eam rem ex* S. AUG. *allatas*, *litt.* (C)

(E) S. GREG. *Lib.* 1. *Moral. in Job*, *cap.* 3. *nu.* 4. Numquam ſine dolore amittitur, niſi quod ſine amore poſſidetur. Itaque dum ſubſtantia magna deſcribitur, & tamen paulo poſt patienter amiſſa perhibetur, quam ſine dolore perdidit, conſtat quia ſine amore poſſedit.

Lege Librum Job *integrum*, *ſi ſanctiſſimi viri non geſta ſolum*, *ſed & animum ipſum pernoſcere velis*.

(F) JACOBI v. 11... Sufferentiam Job audiſtis, & finem Domini vidiſtis.

S. JOHAN. CHRYSOST. *De patientia Job Homil.* 4. *pag.* 679. Exivit civitate, non humanum habens cer-

Digitized by Google

I. Quis fuit Melchiſedech?

R. Illius ortum, & ganralogiam, & mortem ignoramus. Hoc ſolum nuvimus, Melchiſedach fuiſſe & Sacardotem Dei altiſſimi, & Rrgam Salem; procaſſiſſe nbviam Abrahæ revertenti a cæde quinque Regum; Panem & vinum nbtuliſſe Den ſacrificium in gratiarum actionem hujus victoriæ; benedixiſſe Abrahæ, & ab eo prædæ decimas accepiſſe. (G)

I. In quo Melehiſedech typus fuit Chriſti?

R. In en quod Chriſti regium & æratnum Sacardotium adumbravit. Et quidquid de Melehiſedech ſeriptum eſt, id Chriſtum maxima reſpieiebat, ut Paulus Apoſtolus in Epiſtola ad Hebræos fuſe & egregie demonſtrat. Paxs I. Saar. I. Cap. IV. §. 23. G

certamen, ſed vim noſtram valda ſaperans: nam & exrra aivitatem eſſe, Chriſti imago erat. Propterea Hebr. xiii. 11. Paulus dicit: Quorum enim animalium inferis ſanguinem in ſancta, horum carpora cremantur exira caſtra. Propterea Jeſu ut ſanctificaret populum, axtra portam paſſus aſt. Chriſtus axtra portam, Job axtra civitatem ſeder in ſterquilinio, expectar ſuſcirantem de terra inopem, de ſtercore arigentam pau- Pſ. cxii. 7. perem.

S. Greg. Moralium in Job lib. 1. cap. 9. Cunctis diebus Job ſacrificium offarre non ceſſat; quia ſine intermiſſiona pro nobis holocauſtum Redemptor immolat; qui ſina ceſſatione Patri ſuam pro nobis incarnationem demonſtrar: ipſa quippe ejus incaroatio noſtræ emundationis oblatio eſt. Cumque ſe hominem nſtendir, delicta hominis iaterveniens diluir, & humanitatis ſua myſterio perennr ſacrificium immolar; quia & hæc ſunt æterna, quæ mundat.

Job 1. 8. *Lib. 2. cap. 17. Nunquid conſideraſti ſervum meum Job, quod non ſir ei ſimilis in terra?* Quod Job interpretetur dolens, pauln ante jam diximus. Dolans vero ipſe veraciter per figuram dicitur, qui portare dolo- Iſai. liii. 4. res noſtros, Propheta atteſtanta, perhibetur. Cui in terra ſimilis non eſt; quia omnis bomo tantummodo homo eſt, ipſa autem Deus, & homo. In terra ai ſimilis non eſt, qnia etſi adoptivus quisque filius ad percipiendam divinitatem proficir, nequaquam tamen ur Deus nsturaliter ſir accipit. Qui bene etiam ſervus dictus eſt, quia formam ſervi ſnſcipere dignatus eſt. Nec majeſtati injuriam intulit aſſumpta hnmilitas aarnis: quia & ut ſervanda ſnſciperet, nec tamen habita permutarer. Nec divina humaniſtste minuit, nec humana divini- Philip. ii. 6. & 7. tate conſumpſit: quia etſi per Paulum dicitur: *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens:* ai ſemetipſum exinaniviſſe, eſt ab inviſibilitstis ſua magnirudine ſe viſibilem demonſtraſſa: nt ſervi forma tegeret hoc, quod incircumſcripre omnia ex divinitate penetrarent. Dei antem ad Sathan per figuram dicere: Numquid conſideraſti ſervum meum Job, eſt unigenitum filium contra eum in forma ſervi admirabilem demonſtrare. Eo enim ipſo, quo illum tantæ virtutis in carne innotuit, quaſi ſuperbienti adverſario, quod dolens conſideraret, indicavir. Sed quia bonum quod miraretur intulerar, reſtat, nt ad reprimendam ejus ſuperbiam virtutes illius adhuc enumerando ſubjungar. Sequitur:

Job 1. 8. *Homo ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo.* Venit namque inter homines mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus Jeſus ad prabendum exemplum vita hominibus, ſimplex: ad non parcendum malignis ſpiritibus, rectus: ad debellandam ſuperbiam, timens Deum: ad detergendam vero in aleſtis ſuis vitæ immundiriam, recedens a malo: de ipſo Iſai. xi. 3. enim per Iſaiam principaliter dicitur: *Et replebit eum ſpiritus timoris Domini.* Et ipſe a maln ſingulariter teceſſir; quia facta imitari noluit, quæ in homini- 1. Pet. ii. 22. bus invenir, quoniam atteſtante Petro: *Peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus.*

Job 2. 3. *Lib. 3. cap. 11. Commoviſti me adverſus eum, ut affligerem illum fruſtra.* Si beatus Jnb Redemptoris noſtri in paſſione poſiti ſpeciem tanet, quomodo a Domino ad ſathan dicitur: Commoviſti me adverſus eum? Mediator quippe Dei & hominum, homo Chriſtus Jeſus, ut culpas noſtræ transgreſſionis extingueret, venir mortalitatis noſtræ flagella tolerare.

Lib. 6. c. 1. Quia cunctia vara ſcientibus liquet, quod Redemptorem mundi totis ſuis allegationibus curar ſancta Scriptura promittere, eumque per electos omnes, ut per ejus ſcilicet membra, ſtuduir deſignare. Unde & idem beatus Job latino aloquin Dolens dicitur: ut per ejus & nomen, & valnera, Redemptoris noſtri paſſio deſignetur, de quo Propheta ait: *Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros* Iſai. liii. 4. *ipſe portavit.* Cui tentator, ablatis omnibus, & ſervos & liberos occidir: quia non ſolum Judaicum populum ak timore ſervientem, ſed ipſos quoque Apoſtolos in ſuo amore regeneratos, paſſionia ajus tempora telo perfidiæ perculit. Vulneribus beati Job corpus attaritur; quia Redamptor noſter configi clavis in crucis patibulo non dedignatur. A planta autem pedis uſque ad verticem vulnera ſuſcepir: quia ſanctam Eccleſiam, quæ corpus ejus eſt, non ſolum per extrema & ultima, ſed uſqua ad ſumma membra perſecutione ſæviens tentator afflixit. Unde etiam Paulus dixir: *Compleo ea que deſunt paſſionum Chriſti in* Coloſ. 1. 24. *carne mea.*

Lib. 23. c. 1. Si igitur Redemptoris ſpeciem petra tenuit: cur non figuram illius beatus Job inſinuet, qui eum quem voce prætulit, etiam paſſione ſignavir? Unde, & non immerito, Job videlicet dolens dicitur, quia illius in ſe imaginem exprimit, de quo per Iſaiam longe ante annuntiatur, quod *dolores noſtros ipſe portavit.* Iſ. liii. 4. Sciendum quoque eſt, quod Redemptor noſter unam ſe perſonam cum ſancta Eccleſia, quam aſſumpſit, exhibuir: da ipſo enim dicitur: *Qui* Ephes. iv. 15. *eſt caput Chriſtus.* Rurſumque de ejus Eccleſia ſcriptum eſt: *Et corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia.* Coloſ. 1. 24. Beatus igitur Job, qui mediatoris typum eo verius tenuit, quo paſſionem illius non loquendo tantummodo, ſed etiam patiendo propheravir, cum in dictis factisque ſuis expreſſioni Redemptoris innititur, repente ad ſignificationem corporis aliquando derivatur: ut quod Chriſtum & Eccleſiam unam perſonam aredimus, hoc etiam unius perſonæ actibus ſignificari videamus.

Philippus, *ſeu autor comment. in Lib. Job falſe S. Hieronym. adſcript. in fine. T. 5. edit. B. in append. p. 114.* Beatus vero Job ax ſuis verbis & paſſionibus, Chriſti expreſſit imaginem... Quod antem ait: *Do-* Job xlii. 9. *minus ſuſcepit faciem Job*, & reliqua; ut Johannes 1. Johan. ii. 2. ait: *Ipſe eſt propitiator apud Patrem.* Sic itaque facies Salvatoris a Patre ſuſcipitur, dum & ipſe exaudir & exauditur pro nobis. *Et adjecit Dominus*, & reliqua. Job xxxix. 31. Illa igitur addita ſunt Chriſtn Domino, qnum populo Judæorum, gentium multitudo additur. *Omnes fra-* Id. xlii. 11. *tres, & ſorores.* Omnis cognatio populi Judæorum, de quorum familia Chriſtus natus eſt: ſive generaliter omnium gentium multitudinem intelligere poſſumus: *Qui prius noverant eum.* Omnes Sancti & Prophetæ qui eundem videbant in ſpiritu, quem etiam in carne venturum annuntiabant, *Comederunt cum eo.* Nunc in domo Eccleſiæ Salvatoris, omnes fideles Scripturarum axhortationibus reficiuntur. *Et moverunt ſuper eum caput.* Omnes ſancti exſultantes quod ſpiritalis & ſacri Chriſti convivii effecti ſunt participes. *Et conſolati ſunt eum.* Salvatorem noſtrum non mediocriter conſolatur, quod per ejus paſſionem mundus redemtus eſt. Intuliſſe autem dicit Filio ſuo Deum Patrem malum paſſionis, & mortis, ut air Apoſtolus: *Qui proprio filio ſuo non pepercit. Et dederunt ei unuſquiſ-* Rom. viii. 32. *que ovem unam.* Unusquisque per fidem ad Chriſtum venientium, offeret ei innocentiam ſuam, mentisque Job xlii. 12. obedientiam. *Dominus autem noviſſimis Job benedixit magis quam principio ejus.* Principia Chriſti Dei & Domini noſtri, legis Moyſi exordia eſſe ſignificat, noviſſima vero ejus Evangalium eſſa monſtrat, & melior eſt manifeſtatio veritatis in Evangelio, quam allegoriarum umbra in veteri teſtamento ... Quemadmodum vero beatus Job poſt damnum ditatus eſt in filiis; ita & Salvator poſt amiſſionem infidelium Judæorum, ditatus eſt in gentibus.

(G) Genes. xiv. 18. At vero Melchiſedech rex Salem, proferens panem & vinum, arat enim Sacerdos Dei altiſſimi, 19. benedixir ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelſo, qui areavit cælum & terram: 20. & benedictus Deus excelſus, quo protegente, hoſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas ax omnibus.

Hebr. vii. 1. Hic enim Melchiſedech, rex Salem, Sacerdos Dei ſummi, qui obviavit Abrahæ regreſſo a cæde regum, & benedixit ei. 2. Cui & decimas omnium diviſit Abraham: primum quidem qui interpretatur rex juſtitiæ: deinde autem & rex Salem, quod eſt, rex pacis. 3. Sine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque ini-

Digitized by Google

PARS I. SECT. I. CAP. IV. §. 23.

ſtiat. Hinc Chriſtus dicitur in Scripturis *Sacerdos* * *in æternum ſecundum ordinem Melchiſed.* (H)

* *Pſ.* CIX. 4.

H

I. Cur Deus permiſit & gentes omnes & ipſum populum Hebræum in tanta fuiſse corruptione verſatos ante Domini adventum?

R. Ut omnium miſereretur; & ſuperbiam humanam frangeret; hac diuturna experientia ſignificando, quam infirma eſſet ratio humana ſuis viribus relicta, quam infirma lex, redemptionis gratia deſtituta: atque ita homines moverentur ad deſiderandum & totis viribus poſtulandum Meſſiæ adventum; cujus neceſſitatem tot mala, alia ratione protſus inſanabilia, demonſtrabant. (I)

I

initium dierum, neque finem vitæ habens, aſſimilatus autem filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum. 4. Intuemini autem quantus ſit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha ... 6. Cujus autem generatio non annumeratur in eis, decimas ſumſit ab Abraham, & hunc, qui habebat repromiſſiones, & benedixit. 7. Sine ulla autem contradictione, quod minus eſt, a meliore benedicitur ... 17. Conteſtatur enim: quoniam tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

(H) *Vide hæc fuſiori ſtylo demonſtrata inferius hujuſce operis parte tertia, ſect. 2. cap. 7.* De Sacrificio Miſſæ, §. 7.

(I) Rom. III. 9. Cauſati enim ſumus Judæos, & Græcos omnes ſub peccato eſſe.

VIII. 3. Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne.

Vide, quæ diximus, §. 1. hujuſce capitis.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO ALTERA

De ſtatu Religionis ab Adventu Meſſiæ ad conſummationem ſæculorum.

CAPUT PRIMUM.

De Chriſto Jeſu.

§. 1. *Probatur adventus Meſſiæ ex oraculis Prophetarum, quæ in Jeſu Chriſto adimpleta ſunt.*

Interrogatio. MESSIAM jam veniſſe, & fruſtra etiamnum a Judæis expectari, num certiſſime novimus?

Reſponſio. Certiſſime. Jam diu enim elapſa ſunt tempora, quibus venturum eſſe Meſſiam Prophetæ prænunciaverant: omniaque, quæ de Meſſiæ adventu prædixerant Pnophetæ, in Chriſto adimpleta eſſe conſtat.

I. Quænam extant in Scripturis ſacris oracula de adventu Meſſiæ?

R. Multa extant. Sed in his nulla perſpicua magis & illuſtria, quam quæ Jacob, Daniel, & Aggæus prænunciarunt.

I. PROPHETIA JACOB.

I. Quid Jacob prænunciavit?

R. Jacob jam jam moriturus, ſingulis filiis benedixit, prædixitque eis aliqua quæ ad ſingulorum poſteritatem pertinerent. Ubi ad Judam ventum eſt, hæc de adventu *Meſſiæ* prænunciavit: *Non auferetur*, inquit, *ſceptrum de Juda, & Dux de femore ejus; donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.* [Gen. xlix. 10.]

I. Probant ne hæc verba, Meſſiam jam veniſſe?

R. Probant, & luculentiſſime quidem. Nam ex verbis hujus Prophetiæ colligitur, tum temporis Meſſiam fuiſſe venturum, cum ab Judæis auferendum eſſet penitus & ſceptrum & ſupremum dominium. At jam anni pluſquam ſeptingenti ſupra mille elapſi ſunt, ex quo nullum vel Regem vel Ducem ex gente ſua Judæi habuerunt: & ab annis pluſquam mille ſexcentis ſic pulſi ſunt a Judæa, ut in ejus poſſeſſionem deinceps venire rurſus nunquam potuerint. Ergo venit jam diu Meſſias.

I. Venitne revera Meſſias, eo præciſe tempore, quo ſceptrum a Judæis ablatum eſt?

R. Eo ipſo tempore venit. Cum enim natus eſt Chriſtus Jeſus, quem utique Meſſiam eſſe demonſtrabimus, Herodes, non Judæus ſed Idumæus genere, Judæorum Imperium cum Regin numine obtinebat. Penes Romanos autem erat tum temporis ſumma rerum Judaicarum. Ipſi poteſtatem Herodi fecerant, ut Regium nomen aſſumeret. Ipſi, Herode mortuo, Judæorum terram in partes tres diviſerunt, majoremque regionis portionem conceſſerunt primum Archelao, mox eam, miſſo in exilium Archelao, per Præſides adminiſtrarunt; quin & vivente Chriſto abſtulerunt a Judæis jus vitæ & necis. Hoc ipſum Judæi coram Pilato confeſſi ſunt: *Nobis non licet*, inquiunt, *interficere quemquam. Non habemus Regem niſi Cæſarem.* [Job. xviii. 31. Ibid. xix. 15] Ab Judæis exinde ſupremam poteſtatem nunquam recuperatam fuiſſe manifeſtum eſt. (A) [A]

At ad hæc tempora conſtat, Judæos obtinuiſſe ſemper, vel ex toto, vel ex parte ſupremam in ſuos auctoritatem: nec ea excidiſſe unquam niſi ad breve tempus. Captivitatem nullam diuturniorem experti ſunt quam Babylonicam: hæc autem non niſi ſeptuaginta annorum fuit: neque eo tempore ademptum ipſis omnino fuit jus vitæ & necis, ut liquet ex hiſtoria Suſannæ. Poſt captivitatem Babylonicam coacti ſunt quidem annua tributa pendere Medorum, Perſarum, Græcorum, Syrorum, vel Ægyptiorum Regibus. Regebantur tamen interea a ſummis Sacerdotibus, cum ſumma fere auctoritate, ita ut ipſi excuſſo gentium jugo regium nomen, & Diadema ſibi tandem impoſuerint. Duravitque præciſe horum Imperium ad Chriſti adventum; ut adimpleretur quod Jacob prædixerat: *Non auferetur ſceptrum de Juda, & Dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus aſt.* (B) [Gen. xlix. 10.] [B]

II. PRO-

(A) *Vide quæ diximus ſupra ſect. 1. cap. 4. §. xi.*

(B) EUSEBIUS *Demonſtrat. Evang. Lib.* 8. *cap.* 1. *Non deficiet Princeps de Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniant, quæ ipſi repoſita ſunt: & ipſe expectatio gentium.* [Gen. xlix. 10.] Conſidera quæſo primum, quænam ea eſſe dicat, quæ ipſi repoſita ſunt: & vide num ea ſint, quæ ad Abraham & ad veteres eidem ſimiles patres, de vocatione gentium Deus olim canens reſponderit. *Mox allegatis Dei ad Abrahamum, Iſaacum, & Jacob promiſſis de nationibus in ſemine eorum benedicendis, addit.* Cum tam multa de vocatione gentium oracula Jacob autem percepiſſet, & liberos mares duodecim numero genuiſſet, omnibus illis extremo ſuo tempore convocatis, circumſpiciebat, de cujus illorum propagatione divina oracula finem ſuum eſſent acceptura. Deinde cum tribus primis crimina propria objeciſſet, docuit deinceps quemadmodum propter ſcelera, quæ ipſi auſi fuerant, non in ipſis complenda eſſent, quæ in prioribus oraculis eventa continebantur. Cum autem veniſſet ad quartum qui Judas fuit, tum vero oraculum quod ipſi olim reſponſum fuerat, REGES DE LUMBIS TUIS EGREDIENTUR, ex hujus poſteritate ſuum finem accepturum planiſſime cecinit... Atque ex eo proditurum eſſe docuit eum, qui eſſet omnibus gentibus, cunctiſque tribubus terræ ſimilis ipſi Abraham benedictionis auctor futurus. [Gen. xxxv. 11.] Hæc igitur univerſa fuerunt quæ ipſi Judæ repoſita erant, ea videlicet quæ de ipſis gentibus olim reſponſa fuerant: & illud, *Reges de lumbis tuis egredientur*, quare etiam reliquis fratribus antepoſitus regiam ipſam, cæteriſque illuſtriorem tribum ſortitus eſt? Continuo enim in totius populi ordinatione ipſius Moyſis temporibus reliquis tribubus hanc præeſſe imperat Deus.... Et in libro Jeſu Nave cum ter-

Pars I. Sect. I. Cap. IV. §. 2.

II. Prophetia Danielis.

I. Quid prædixit Daniel de adventu Meſſiæ?

Dan. ix. 24. 25. 26. 27.

R. Dum Judæi Babylone captivi detinerentur, miſſus ad Danielem a Deo Gabriel Angelus hæc dixit:

Septuaginta hebdomades abbreviatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper urbem ſanctam tuam, ut conſummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur juſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum. Scito ergo & animadverte: Ab exitu ſermonis, ut iterum ædificetur Jeruſalem, uſque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt; & rurſum ædificabitur platea & muri, in anguſtia temporum. Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt. Et civitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum Duce venturo: & finis ejus vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una: & in medio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium; & erit in templo abominatio deſolationis: & uſque ad conſummationem & finem perſeverabit deſolatio.

I. Probatur ne hac Prophetia Meſſiam jam veniſſe?

R. Probatur utique. Si enim accipiantur Danielis Hebdomades, pro dierum hebdomadis, dies efficiunt non amplius quam quadringentos nonaginta: ſi autem ſumantur pro annorum hebdomadis, uſu loquendi in Scripturis non inſolenti, annos efficiunt item quadringentos ſupra nonaginta, nec plures. (C) C

At anni effluxerunt pluſquam mille ſexcenti, ex quo, urbe & templo Jeruſalem funditus everſis, Judæi per totum terrarum orbem diſperſi, non obſcura ſigna præ ſe ferunt reprobationis tum hic tum alibi ſæpius a Prophetis prænunciatæ. (D) D

Ergo jam a multis ſæculis Chriſtus venit.

Et certe cum Pompejus urbem & templum Jeroſolymitanum occupavit, tunc, ut colligitur ex omnibus antiquitatis monumentis, id apud Judæos omnes conſtabat, Meſſiam ex Prophetarum oraculis jam jam eſſe venturum; quin & per orbem univerſum diſſeminata eſt fama hæc, oriturum mox ex Orientis partibus Regem, qui gentes omnes ſuo ſubjiceret imperio; ſuſcitandum a natura Romanis Regem ſparſus tum temporis per orbem Romam rumor annuntiavit. Conſentiebant & Sybillarum oracula a Romanis magno in pretio habita. Atque hinc orta eſt Herodianorum ſecta, de qua ſuperius diximus. (E) E

I. Probatur-ne ex hac Danielis prophetia Chriſtum Jeſum eſſe Meſſiam?

R. Probatur & luculentiſſime quidem. Cohærent

---

terra promiſſionis ſorte cæteris tribubus diſtributa eſſet, ſine ſorte, omniumque prima tribus Juda propriam terræ partem accepit... Itaque cum in libro Judicum, diverſis temporibus (tametſi diverſarum tribuum eſſe videbantur,) Judices populo præeſſent, tribus tamen Juda in univerſum totius gentis dux erat: idipſum vero temporibus David ſucceſſorumque ejus multo magis, quippe cum plane de tribu Juda illi exiſterent, & regnum uſque ad Babylonicam ipſorum cladem produxerint, poſt quam cladem iis qui de illa ſervitute in patriam terram reverſi ſunt, rurſus præfuit Zorobabel, Salathiel filius de tribu Juda.. Verumtamen & fama & ratio dictabit duraſſe tam diu tribum Juda, quamdiu tota gens libertate & ſuis legibus utens, ſub domeſticis Principibus Ducibusque vitam egit: porro hoc illis contigit ab initio uſque ad tempora Auguſti, in quibus cum Salvator noſter Jeſus hominibus ſe videndum præbuerit, tum vero in ſervitutem Romanis univerſa gens ceſſit: pro patriis ac legitimis Ducibus primus Herodes externus illis præfuit, & Rex Auguſtus, &c.

S. Aug. *Lib.* 18. *de Civitate Dei*, *c.* 45. *num.* 3. *circa finem*. Ex illo (*Pompejo*) Judæi etiam tributarii Romanorum eſſe cœperunt. Poſtea Caſſius etiam templum exſpoliavit. Deinde poſt paucos annos etiam Herodem alienigenam habere meruerunt, quo regnante natus eſt Chriſtus. Jam enim venerat plenitudo temporis ſignificata prophetico ſpiritu per os Patriarchæ Jacob: *Non de-*

Gen. xlix. 10. *ficiet Princeps ex Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat cui repoſitum eſt, & ipſe expectatio gentium.* Fieri autem non poſſet ut exſpectarent gentes eum venturum, ſicut eum cernimus exſpectari, ut veniat ad faciendum judicium in claritate potentiæ; niſi prius in eum crederent, cum venit ad patiendum judicium in humilitate patientiæ.

S. Cyrill. Alexand. *Lib.* 8. *contra Julianum*, *p.* 260. *tom.* 6. *edit. Pariſ. in fol. ann.* 1638. Quomodo (Julianus) aſſerit deſiiſſe Regnum Davidis in Sedecia, cum Zorobabel... poſt captivitatis tempus in regni ſolio conſederit, ſitque ex tribu Juda & David, & per ſucceſſores ſceptrum ad regnum Herodis uſque tranſmiſerit, qui matre quidem Judæa natus eſt, patre autem alienigena? Sic enim cum defeciſſent ex tribu Juda, qui principatum gererent, natus eſt Chriſtus, qui & fuit expectatio gentium: nam ipſæ quoque per fidem vocatæ ſunt... Natus eſt ergo... Dominus noſter Jeſus Chriſtus cum defeciſſent omnino Reges ex Juda, & factus eſt exſpectatio Gentium. Iſtud enim ipſi repoſitum erat.

Ad pleniorem hujuſce prophetiæ intelligentiam comparandam, poſt Euſebium & Cyrillum, quos ſupra exſcripſimus, adi, ſi lubet, omnes & ſingulos Scripturæ ſacræ Interpretes, tam veteres, quam recentiores in caput 49. Genes. *Singulos etiam Theologos, præſertim qui de* Incarnatione Domini *tractatus ediderunt: & in primis Librum quem* D. Ferrandus *ad elucidationem hujuſce prophetiæ & prophetiæ Danielis elucubravit: Illuſtriſſimi etiam* Huetii *Abrincenſium Epiſcopi doctiſſimum opus* de Demonſtratione Evangelica. R. P. Natalis Alexandri *Ord. Prædicatorum tom.* 2. Hiſtoriæ veteris Teſtamenti: *omnes denique qui ſcripſerunt de Chriſtianæ Religionis veritate.*

(C) Levit. xxiii. 15. Numerabitis ergo ab altero die ſabbati, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum, ſeptem hebdomadas plenas, 16. uſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ, id eſt, quinquaginta dies.

xxv. 8. Numerabis quoque tibi ſeptem hebdomadas annorum, id eſt, ſepties ſeptem, quæ ſimul faciunt annos quadraginta novem.

(D) Isai. vi. 9. Vade & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere: & videte viſionem, & nolite cognoſcere. 10. Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude: ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & convertatur, & ſanem eum. 11. Et dixi: Uſquequo Domine? Et dixit: Donec deſolentur civitates abſque habitatore, & domus ſine homine, & terra relinquetur deſerta. 12. Et longe faciet Dominus homines, & multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ.

Osea i. 9. Et dixit: Voca nomen ejus non populus meus: quia vos non populus meus, & ego non ero veſter.

iii. 4. Quia dies multos ſedebunt filii Iſrael ſine rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine ephod, & ſine theraphim.

ix. 17. Abjiciet eos Deus meus, quia non audierunt eum: & erunt vagi in nationibus.

(E) Flav. Joseph *de Bello Jud. l.* 7. *c.* 12. *p.* 960. Certis vero prodigiis & futuram ſolitudinem prænunciantibus, neque attendebant animo, neque credebant: ſed velut attoniti, nec aut oculos habentes, aut animas, edicta

edicta Dei diſſimulavere : modo cum ſupra civitatem ſidus ſtetit ſimile gladio, & per annum perſeveravit cometes; modo cum ante defectionem, primique belli motus, ad diem feſtum azymorum populo conveniente (octavus autem dies erat aprilis menſis) nona hora nocturna, circum aram itemque templum tantum lumen effulſit, ut clariſſimus dies putaretur: & hoc uſque ad mediam permanſit horam. Quod imperitis quidem bonum augurium eſſe videbatur: ſacrorum vero peritis, priuſquam eveniret, ſtatim dijudicatum eſt. Eodemque feſto die etiam bos cum ad hoſtiam duceretur, agnum in medio fani peperit. Orientalis autem porta interioris templi, cum aſſet ænea atque graviſſima, & ſub veſperam vix a viginti viris clauderetur, ſeriſque ferro vinctis obſeraretur, peſſuloſque altos haberet in ſaxeum limen demiſſos uno perpetuo lapide fabricatum, viſa eſt noctis hora ſexta ſponte pateſcere: His autem curriculo per cuſtodes templi magiſtratui nuntiatis, aſcendit ille, vixque eam potuit claudere. Verum & hoc iterum ignaris quidem ſignum optimum videbatur: Deum namque bonorum portam aperuiſſe dicebant. Prudentiores vero templi tutamen ſponte ſua diſſolutum iri cogitabant; & hoſtium donum eſſe, portas aperiri: ſolitudinemque illo oſtento ſignari inter ſe pronunciabant. Poſt dies autem feſtos diebus paucis, viceſimo primo die menſis Maii, viſio quædam apparuit fidem excedens: pro fabula autem fortaſſe quod dicturus ſum haberetur, niſi qui viderunt ſupereſſent, & clades dignæ præſagiis ſecutæ fuiſſent. Namque ante Solis occaſum viſi ſunt per inane ferri currus totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, & civitati circumfuſæ. Feſto autem die, quem Pentecoſtem vocant, nocte Sacerdotes intimum templum more ſuo ad divinas res celebrandas ingreſſi, primum quidem motum quemdamque ſtrepitum ſenſerunt; poſtea vero ſubitam vocem audiere, quæ diceret: Migremus hinc. Quod autem his horribilius fuit, Jeſus quidam, filius Anani, plebeius & ruſticus, quadriennio prius quam bellum gereretur, in ſumma civitatis pace atque opulentia, cum ad feſtum diem veniſſet, quo ategias in honorem Dei componi in templo ab hominibus mos eſt, repente exclamare cœpit: Vox ab Oriente; vox ab Occidente; vox a quatuor ventis; vox in Hieroſolymam & Templum; vox in maritos novos novaſque nuptas; vox in omnem hunc populum: atque hæc interdiu noctuque clamitans omnes civitatis vicos circuibat. Nonnulli autem virorum inſignium, adverſum omen indigne ferentes, corripiunt hominem, multiſque verberibus afficiunt. Ille autem neque pro ſe, nec ad eos qui ſe mulctabant, ſecreto quicquam loquutus, eademque prius vociferans perſeverabat. Magiſtratus autem rati, quod erat verum, magis divinum eſſe hominis motum, ducunt eum ad Romanorum Præfectum: ubi plagis uſque ad oſſa laceratus, neque ſupplex cuiquam fuit, neque lacrymavit; ſed ut poterat inclinans maxima flebiliter vocem ad ſingulos ictus reſpondebat: Veh, veh Hieroſolymis. Albino autem interroganti (is namque Judex erat) quis eſſet, vel unde ortus, aut cur iſta diceret, nihil retulit. Non prius autem ceſſavit a luctu miſeræ civitatis, donec eum Albinus furere judicatum dimiſit. Ille autem ad belli uſque tempus neque adibat quemquam civium, neque loqui viſus eſt: ſed quotidie velut orationem quandam meditatus, veh, veh Hieroſolymis querebatur. Sed neque imprecatus eſt cuiquam, cum in dies ſingulos mulctaretur, nec victum offerentibus benedicebat: ſola vero ejus reſponſio ad omnes erat, Triſte præſagium. Maxime autem diebus feſtis vociferabatur; idque per annos ſeptem & quinque menſes continuos faciens, neque voce raucior fuit, neque delaſſatus eſt; donec, obſidionis tempore, ipſa re perſpectis auguriis ipſe quievit. Supra murum enim circumiens iterum, Veh, veh civitati ac fano ac populo, voce maxima clamitabat. Cum autem ad extremum addidit, Veh etiam mihi, lapis tormento miſſus eum ſtatim peremit, animamque adhuc omnia illa lugentem dimiſit. Hæc ſi quis reputet, profecto inveniet, Deum quidem hominibus conſulere, modiſque omnibus præmonſtrare quæ ſint eorum generi ſalutaria: ipſos autem ob dementiam ſuam malis voluntariis interire .... Judæi poſt Antoniam captam, quadratum fanum fecerant: cum in ſacris libris ſcriptum haberent, capiendam civitatem ac templum, ſi fanum quatuor angulis eſſet effectum. Sed quod maxime eos ad bellum excitaverat, reſponſum erat ambiguum, itidem in ſacris libris inventum, quod eo tempore quidam eſſet ex eorum finibus orbis terræ habiturus imperium: id enim illi quidem quaſi proprium acceperunt, multique ſapientes interpretatione decepti ſunt.

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 1.

Cicero *Lib. 2. de Divinatione num. 165. pag. 279. edit. Roberti Stephani in fol. ann.* 1538. Sibyllæ verſus obſervamus, quos illa furens fudiſſe dicitur, quorum interpres nuper falſa quadam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, eum quem re vera Regem habebamus, appellandum quoque eſſe Regem, ſi ſalvi eſſe vellemus.

Virgilius *Ecloga IV.*

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.
Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo . . .
Jam nova progenies cœlo demittitur alto, &c.

Cornel. Tacitus *Lib. 5. Hiſtor. cap.* 13. Evenerant prodigia, quæ neque hoſtiis, neque votis piare fas habet gens ſuperſtitioni obnoxia, religionibus adverſa. Viſæ per cælum concurrere acies, rutilantia arma, & ſubito nubium igne collucere templum. Expanſæ repente delubri fores, & audita major humana vox, Excedere Deos: ſimul ingens motus excedentium. Quæ pauci in metum trahebant: pluribus perſuaſio inerat, antiquis Sacerdotum litteris contineri, eo ipſo tempore fore, ut valeſceret Oriens, profectique Judæa rerum potirentur: quæ ambages Veſpaſianum ac Titum prædixerant. Sed vulgus, more humanæ cupidinis, ſibi tantam fatorum magnitudinem interpretati, ne adverſis quidem ad vera mutabantur.

Suetonius, *Vita Auguſti, num. 94. circa initium* ... Denuntiabatur Regem populo Romano naturam parturire.

In Vita Veſpaſiani, n. 4. Percrebuerat Oriente toto vetus & conſtans opinio: eſſe in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur.

Cap. 5. . . . . Apud Judæam Carmeli Dei oraculum conſulentem ita confirmavere ſortes, ut quidquid cogitaret, volveretque animo, quamlibet magnum, id eſſe proventurum. Et unus ex nobilibus captivis Joſephus, cum conjiceretur in vincula, conſtantiſſime aſſeveravit fore, ut ab eodem brevi ſolveretur, verum jam Imperatore.

Doctiſſimus Bossuetus, *Meldenſium Epiſcopus in ſecunda Parte Commentarii univerſæ Hiſtor. cap.* 23. Sic certiſſimo eo ſigno experrecti (*Judæi*) crediderunt novum eum Regem, cujus imperio cunctæ gentes ſubjiciendæ erant, brevi adventurum. Id divulgatum eſt, atque in omni Oriente creditum, brevi e Judæa totius orbis devictores erupturos. Hæc fama a Tacito & Suetonio, quaſi conſtans opinio, pervetuſto oraculo, in ſacris Judææ gentis ſcriptis jacenti, nixa refertur. Quod Joſephus iiſdem verbis recitat, atque ut Judæi iiſdem contineri litteris aſſerit: quorum authoritas in omni Oriente valida. Sed Judæi, ad ea quæ ſibi conducibilia, & propter ſe facta eſſe credebant, aptanda perſpicaciores, Meſſiæ tempora ſuis detrimentis, & occaſu a Jacob deſignato, cognoverunt: ſic recte de ſuo ſtatu cogitantes, neque vanis ambagibus ſe implicantes, eodem tempore, quo advenit, eum eſſe venturum crediderunt. Sed, ob humanæ mentis miſeram imbecillitatem! o ſuperbiam errorum fontem inexhauſtum! his ſuperbis vera magnitudo, quæ in abjectione Salvatoris latebat, haud affulſit. Regem inſtar Regum terræ volunt: quapropter primi Herodis adulatores, ejus magnitudine & magnificentia (is licet tyrannide infamis Judæam tamen ditaverat) obſtupefacti, eum Regem eſſe promiſſum dixerunt. Hinc Herodianorum hæreſis ab omnibus nota, exorta.

La R. P. Pezron *Preface ſur l'Hiſt. Evangel.* Judæi, rude & voluptuoſum hominum genus, arbitrati ſunt, Meſſiam ſuum terreſtrem quidem Regem fore, ſed Salomone potentiorem ac illuſtriorem, qui gentes omnes ſubjecturus eſſet, cujuſque ope ipſi hoſtes omnes ſuos eſſent debellaturi. In horum numerum ipſi referebant Chaldæos, qui primum ſub Nabuchodonoſor ipſorum Templum deſtruxerant; neque minus Græcos, qui alterum ipſorum Templum temporibus Antiochi Epiphanis fœde violarunt. Attamen nullibi legitur, Judæos, tunc cum deſtrueretur & violaretur Templum, Meſſiam præſtolatos eſſe; quia ex Scripturis compertum habebant, ipſius tempus nondum adveniſſe. Verum ubi Pompeium, Syria, pluribuſque aliis Provinciis ſubactis, exercitu ſuo in ſanctam civitatem irruiſſe, Dei templum poſt trium menſium obſidionem cepiſſe, auguſtique Dei majeſtatem cædibus, ſacrilegiiſque polluiſſe viderunt, tunc Chriſtum ſe quamprimum manifeſtaturum palam dicere & credere aggreſſi ſunt. Eoque majorem adhibuere fidem, quod hujus adventus tempus a Prophetis præmonſtratum minime diſtabat; atque ita ipſum veluti harum prophanationum vindicem, ſuæque libertatis aſ-

rent enim verba omnia prophetiæ cum Chriſto; nec eſt alius, cui accommodari queant. Id liquido conſtabit ex nuda expoſitione verborum, quibus conſtat prophetia, quam hic ſubjicere juvat.

Expoſitio literalis Prophetiæ.

Dan. 9. 24. *Septuaginta hebdomades*, annorum ſcilicet, *abbreviatæ ſunt*, hoc eſt, determinatæ, & ad breve hoc annorum 490. ſpatium redactæ; *ſuper populum tuum*, hoc eſt, ſuper populum Judaicum, qui jam ob reprobationem futuram, non amplius populus Dei dicitur; *Et ſuper Urbem ſanctam tuam*, urbem Jeruſalem; *ut conſummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum*; duplex hic ſenſus: primus, ut prævaricatio & peccatum accedant ad cumulum, ſcilicet per occiſionem Chriſti; ſecundus, ut per Chriſti mortem tollatur de medio peccatum, & prævaricatio: juxta quem ſenſum verba hæc idem ſonant, quod ſequentia, *Et deleatur iniquitas*, per eum de quo
Joh. 1. 29. in Evangelio dicitur, (*Ecce qui tollit peccatum mundi*): *& adducatur juſtitia ſempiterna*, per Chriſti reſurrectionem; nam, ut ait Apoſtolus,
Rom. 4. 25. (*Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram*): *& impleatur viſio & prophetia* omnis, quæ de Chriſto eſt; jux-
Luc. 24. 44. ta illud Chriſti ipſius, (*Neceſſe eſt impleri omnia*
Joh. 19. 30. *quæ ſcripta ſunt in Lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me.*) Ipſeque jam jam moriturus in cruce ait, *Conſummatum eſt*:) id eſt, adimpleta eſt viſio omnis & prophetia: *Et ungatur Sanctus Sanctorum*, id eſt, mittatur Chriſtus hominibus, juxta illud Iſaiæ LXI. quod Chriſtus in ſe impletum fuiſſe declaravit; (*Spiritus Do-*
Luc. 4. 18. *mini ſuper me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde... prædicare annum Domini acceptum, diem retributionis.*)

Dan. 9. 25. *Scito ergo & animadverte*. Hactenus Angelus totam prophetiam Danieli ſignificavit in genere; nunc diſtinctius & enucleatius exponit; ideoque majorem attentionem poſtulat.

Ab exitu ſermonis, ut iterum ædificetur Jeruſalem, id eſt, ab anno vigeſimo Artaxerſis Longimani, a quo obtinuere illo ipſo anno Judæi edictum iterum ædificandi Jeruſalem, de quo ſupra diximus. Par. 1. Sect. 1. c. 4. § 10.

Uſque ad Chriſtum Ducem; id eſt, uſque ad Baptiſmum Chriſti; quo tempore Jeſus Chriſtus Ducem ſe populi & Meſſiam exhibuit: nam ad hæc tempora latuit, nec manifeſtavit gloriam ſuam hominibus.

Hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt; hoc eſt, hebdomades ſexaginta novem annorum, quæ annos efficiunt quadringentos octoginta tres, qui revera effluxerunt ab anno vigeſimo Artaxerxis Longimani ad Chriſti Baptiſmum; ut videre licet in chronologiis fuſioribus Uſſerii, Petavii, Lanceloti, qui ſacram chronologiam videntur omnium accuratiſſimum tractaſſe.

Et rurſum ædificabitur platea in anguſtia temporum; hoc eſt, poſt edictum, quod vigeſimo anno regni ſui, Artaxerſes Longimanus Judæis conceſſurus eſt, muri Jeruſalem iterum ædificabuntur; ſed *in* tanta *anguſtia temporum*, impedientibus nimirum hoſtibus populi Judaici, ut muros una manu conſtruere, gladium altera manu ad defenſionem tenere cogendi ſint; quod & factum eſſe ſupra advertimus.

Et poſt hebdomades ſexaginta duas ſupra ſeptem, Ibid. Dan. 9. 26.
de quibus ſuperius dixit *hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt*. Igitur poſt hebdomades ſexaginta duas ſupra ſeptem, hoc eſt, poſt hebdomadam ſexageſimam nonam tranſactam, & hebdomada ſeptuageſima jam inchoata, ut infra diſtinctius declarabit.

Occidetur Chriſtus, cruci affigetur.

Et non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt; hoc eſt, populus Judaicus, qui hunc traditurus

ſertorem expectabant; Pompejus ſiquidem vectigales Romanis fecerat.

Expectati Meſſiæ rumor Judæam tunc, Syriamque pervaſit, perſerebatque, naſciturum Regem, qui toti terræ dominaretur; ea etenim de ipſo opinio erat. Rumor hic ab Aſia Romam venit paulo antequam Auguſtus naſceretur; ortus namque iſte eſt nono aut decimo menſe poſt captam Jeroſolymam, Divinique Templi pollutionem. Tantus Senatum cepit timor, ut ipſius decreto caveretur, ne infantes alerentur, qui Antonio & Cicerone Coſs. nati eſſent. Verum potentiorum hominum, quorum uxores uterum gerebant, auctoritas interceſſit ne Senatus conſulto obtemperaretur. Hæc omnia non a me dicis cauſa conficta litteris a Suetonio ſunt conſignata; eaque ab Julio Maratho acceperat, qui cum Auguſti libertus eſſet, accurate ipſius hiſtoriam conſcripſerat.

Cæterum rumor a Judæa profectus, qui anſam mira hæc credendi dedit, idem erat ac ille, de quo Cæſarum hiſtoricus verba facit, dum alius Imperatoris vitam perſequitur. Pro certo affirmat, per totum Orientem eam veterem atque conſtantem opinionem percrebuiſſe, a ſacris Oraculis per ea tempora mundi imperium ab Judæa profecturis promiſſum eſſe. Joſephus prædictionem hanc ſacris libris contineri ait, Judæoſque de ſua gente interpretatos eſſe, quæ Judæa excedens per totum terrarum orbem imperium ſuum dilatare deberet. Magnus hic Regis naſcituri, totique terræ imperaturi rumor nullo alio fundamento nitebatur quam Judæorum vocibus, quibus per Orientem proximum Meſſiæ adventum prædicabant. Res hæc eſt extra omnem dubitationem poſita, & de qua inter Eruditos omnes video convenire. In dubium itaque vocari minime poteſt, Chriſtum tunc temporis in Judææ regione expectatum eſſe.

Hæc Judaici populi expectatio, præterquam quod Prophetarum prædictionibus nitebatur, quæ adimpleri debebant, Sibyllarum quoque oraculis firmabatur; atque hinc eſt, quod Divus Apoſtolus Paulus Gentiles, quos ad fidem vocare ſatagebat, ad libros Sibyllinos lectitandos hortaretur. In iis multa de Meſſiæ regno atque adventu ſatis aperte dicebantur, quæ, cum nonnulla etiam de Roma ac Ægypto interſerta eſſent, primores Patrum reique publicæ magis ſtudioſos ſollicitos habebant. Quod adeo verum eſt, ut quinto aut ſexto poſt captam Jeroſolymam anno diu multumque in Senatu de Ptolomæo Aulete Ægypti Rege in regnum ſuum reſtituendi diſputatum, qui cum a ſuis de throno deturbatus eſſet, Romam tanquam ad aſylum confugerat. Tribunus plebis Cato magna contentione intercedens, ea potiſſimum ſe duci ratione dictitabat, quod a libris ſibyllinis maxima Romæ infortunia denunciarentur, ſi exercitu populus Romanus Ægyptum ingrederetur. Lucanus in ſuo de bello Pharſalico poemate nos docet, Cumæam Sibyllam mira ac fatalia hæc prædixiſſe; atque pluribus Ciceronis locis, qui tunc Senatorum albo aſcriptus erat, deque ea re multum diſceptaverat, exploratum eſſe, nulla re magis tum homines, quam Regis terrarum orbi dominatori prædictione perculſos.

Timor hic neque vanus neque fictus erat; Oraculum ſiquidem Sibyllæ habebatur, quod nunc quoque legere licet, quo non obſcure indicabatur, *magnum immortalis Regis regnum* tum futurum, cum in Romæ ditionem Ægyptus veniſſet; *regem hunc fore ſanctum*, totique univerſo imperaturum. Illud inſuper addebatur, quod ſine admiratione legi minime poteſt, implacabili tunc temporis odio Latinos flagraturos, treſque ex iis homines, fato quodam urgente, Romam, Remquepublicam everſuros. Oraculi hujus religio obſtitit, ne in Ægyptum Ptolomæus reduceretur; quam tamen poſtea nihil fecit Julius

Digitized by Google

diturus eſt Pontio Pilato crucifigendum, clamando: * (*Tolle, tolle, crucifige eum, non habemus Regem, niſi Cæſarem.*) Populus ergo Judaicus, qui ſic Chriſtum negaturus eſt, ab eo reprobabitur, nec amplius erit populus Dei.

* Joh. xix. 15.

Et civitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo. In pœnam tanti ſceleris populus Romanus, ſub duce Tito Veſpaſiani Imperatoris filio, urbem & templum Jeruſalem funditus evertet.

Et finis ejus vaſtitas, civitatis nimirum, & regionis, & templi, & populi.

Et poſt finem belli ſtatuta deſolatio; hoc eſt, poſt finem hujus belli populus, ut a Domino conſtitutum eſt, deſolabitur, diſſipabitur, & per omnes terræ regiones diſpergetur, in ſtatum priſtinum nunquam reſtituendus, ut infra mox patebit.

Dan. 9. 27. *Confirmabit autem pactum multis hebdomada una*; hoc eſt, hebdomada ſeptuageſima, quæ & ultima, præ cæteris eſt notatu digna; quia in ſerie hujus hebdomadæ multi tum ex Judæis, tum ex Gentibus miſericordiam conſequentur, & confirmationem pacti Deum inter & homines per Chriſtum iterum ſanciendi. Nam Chriſtus multos ex Judæis ad ſe adducet per prædicationem & miracula tribus quatuorve prioribus annis hujus hebdomadæ a ſe perpetrata. *In medio hebdomada*; hoc eſt anno quarto, pactum Deum inter & homines, morte ſua, & fuſo ſanguine novum conſtituet & confirmabit, & reliquis hebdomadæ annis, miſſo in Apoſtolos Spiritu ſancto, multos tam ex Judæis, quam ex Gentibus ad ſe trahet.

Et in media hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium; hoc eſt, evacuabuntur omnes hoſtiæ, omnia ſacrificia legis Moſaicæ, ſuccedente ſacrificio vero; cujus vetera hæc erant ſolum umbra & figura, Chriſtus occidetur in medio hebdomadis: in medio, inquam, nam baptizatus eſt, ut jam diximus, initio hebdomadis ſeptuageſimæ; annos tres cum menſibus tribus quatuorve Evangelium annuntiavit, dein crucifixus eſt. Itaque in ipſo anno hebdomadis ſeptuageſimæ quarto, proindeque in medio hebdomadis, mortuo Chriſto defecit hoſtia & ſacrificium.

Et erit in templo abominatio deſolationis. Hoc ipſum Chriſtus Judæis prædixit, impletumque eſt dum obſideretur a Romanis Jeruſalem; tunc enim viſa ſunt in templo Dei, Idolorum inſignia, quæ a Romanis circumferebantur: templumque aliis modis pluribus, referente Joſepho Scriptore Judæo, prophanatum eſt. (F) F

Et

Julius Cæſar. Armis ſiquidem Ægypto occupata poſt Pompeii necem, Alexandriam ingreſſus eſt, ubi parum abfuit quin moreretur, regnumque hoc celebre Cleopatræ dono dedit. Numquam alias Romana Reſpublica acerbioribus diſſidiis agitata, gravioraque mala perpeſſa eſt, juxta Oraculi vaticinium. Tres enim e Latio viri, vel Romani, *Octavianus*, *Antonius*, *Lepidus* Triumviratum conſtituerunt, quo lethala rei publicæ vulnua inflictum eſt. Mira res! ſtatim ac *Octavianus Cæſar*, rerum potitus, armis Ægyptum ſubegit, Meſſias *Chriſti* nomine inſignitus Mundo apparuit. Dubio procul is erat *Rex ſanctus & immortalis* a Sibylla prænuntiatus, ſub cujus imperio totus terrarum orbis in ſæcula futurus erat.

Advertas, quæſo (nam hæc omnia a fictione abſunt, & mirabilia prodigioſaque ſunt) immortalem hunc Regem mundo tum ſolummodo apparuiſſe cum *Sceptrum*, vel ſuprema poteſtas de Judæorum manibus ablata eſſet, juxta celebratam Jacob Patriarchæ prædictionem. Suprema porro poteſtas hæc a duobus Triumviris erepta eſt, Marco Antonio & Octaviano, qui Cæſaris nomen ferebat.

Ab ipſo Idumæus vel Aſcalonita *Herodes* Judææ Rex declaratus, in poſſeſſionem denuo miſſus eſt; atque ita Judæ ſceptrum ad alienigenam translatum eſt. *Meſſias* itaque apparere tunc debuit, ac nexus imperante Auguſto, atque hoc ipſo Herode regnante apparuit; Jacob enim prophetia hiſce concepta erat verbis.

Nonne hæc mirabilium factorum quæ aliquo modo ad *Meſſiam* referebantur ſeries ac nexus adventum clare demonſtrant? Percurras enim licet omnes Judæorum, Græcorum, ac Romanorum hiſtorias, numquam deprehendes, ante Auguſti ſæculum *Meſſiam* homines præſtolatos eſſe; quos vero poſtea Judæi ſpecioſo Meſſiæ nomine honeſtarunt, eos brevi flagitioſos homines ac deceptores eſſe ſenſerunt. Nullus itaque Meſſias unquam fuit, unquamque erit alius a *Jeſu* Mariæ filio, qui in Bethleem juxta Prophetas, verum Auguſto imperante, cum pace Mundus frueretur, ortus eſt.

(F) FLAV. JOSEPH. *de Bello Judaic. lib.* 4. *cap.* 5. Ananus ... equidem, inquit, mori potius deberem, quam Dei domicilium videre tantis refertum piaculis: atque inacceſſa, & ſancta loca ſceleratorum pedibus frequentari.

Lib. 5. *cap.* 11. Vetus enim quidam ſermo ferebatur, tunc demum civitatem captum iri, ſancta quoque flammis exurenda eſſe lege belli, cum ſeditio fuiſſet exorta, fanumque Dei propriæ manus ante violaſſent: quibus Zelotæ, nihil de eorum fide dubitantes, miniſtros ſe præbuerunt.

Lib. 6. *cap.* 1. Horum ſingulos Zelotæ non exigui ſequebantur: occupatoque interiore templi aditu, ſuper ejus portas in ſacris foribus arma ponunt, & abundare quidem ſe ſuis neceſſariis confidebant. Sacrarum enim rerum copia ſuppetebat, nihil impium exiſtimantibus ... totumque polluebatur cædibus templum .... Quippe baliſtis & non paucis lanceis utebatur, ſaxorumque tormentis: quibus non ſolum bellantes ulciſcebatur, ſed multos etiam ſacra celebrantium perimebat. Quanquam enim ad omne impietatis genus rabidi ferebantur, tamen eos, qui ſacrificare cuperent recipiebant, cum ſuſpicione & cuſtodibus indigenas perſcrutando ... Miſſilia namque machinarum vi ad aram uſque templumque pervenientia, in Sacerdotes ſacra celebrantes cadebant: ac multi, qui properantes ab ultimis finibus terræ ad ſanctiſſimum locum veniſſent, ante ipſas hoſtias procubuerunt: aramque univerſis Græcis & Barbaris adorandam, ſuo ſanguine imbuere. Indigenis autem mortuis alienigenæ, ac Sacerdotibus profani miſcebantur: perque atria divina, ſtagnum fecerat diverſorum cadaverum ſanguis. Quid tantum paſſa es, o miſerrima civitas a Romanis, qui tua inteſtina ſcelera purgaturi flammis introiere? Jam enim Dei locus non eras, neque manere poteras, domeſticorum funerum facta ſepulchrum, & quæ fanum civili bello tumulum conſtitueras.

Cap. 4. *pag.* 910. Azymorumque inſtante die .... Eleazarus quidem cum ſociis portam ſubaperiens, introire cupiebat ex populo qui templum adorare cuperent. Joannes autem die feſto ad protegendas inſidias uſus eſt: & ſuorum quoſdam ignotiores, armis ſub veſte latentibus inſtructos, quorum plerique impuri erant, occulte inter alios fani occupandi gratia ſubmittit. Illi autem poſtquam intravere, veſtimentis abjectis, ſubito armati apparuerunt. Magna vero ſtatim turba circa templum ac tumultus erat, cum alienus quidem a ſeditione populus, omnibus ſine diſcrimine putaret, Zelotæ vero ſibimet ſolum inſidias comparatas. Verum hi quidem relicta portarum cuſtodia, & alii ex propugnaculis deſilientes, priuſquam manus conſererent, in templi cloacas confugere. Populares autem ad aram delati, & circum templum appulſi conculcabantur, cum lignis paſſim ferroque cæderentur. Multos autem occiſorum inimici privato odio, quaſi diverſæ factionis ſocios interficiebant: & quicumque antehac inſidiatorem aliquem offenderat, tunc agnitus quaſi Zelotes ducebatur ad mortem.

Cap. 16. *pag.* 940. Joannes autem, ubi rapinæ ex populo defuere, ad ſacrilegium ſeſe convertit: multaque donaria templi retinens, multaque vaſa divinæ rei miniſterio neceſſaria, crateras, & lances, & menſas, ne urceolis quidem abſtinuit, quos Auguſtus ejuſque uxor miſerat. Romanorum quidem Imperatores honoraverunt

ſemper

PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 1. G

Et uſque ad conſummationem & finem perſeverabit deſolatio: hoc eſt, Judæorum ſtrages, diſperſio, reprobatio ad finem ſæculorum perſeverabit. Idipſum prænuntiavit Paulus Apoſtolus; (G) & impletum cernimus. Et quidquid exinde tentaverint Judæi, nunquam potuerunt vel Jeroſolymam recuperare, vel iterum ædificare templum, adjuvantibus licet, & omni ratione faventibus Imperatoribus Ethnicis in odium Chriſtianæ Religionis, ut de Juliano Apoſtata referunt non Chriſtiani ſolum, ſed & Ethnici Scriptores coætanei. (H) H

III.

ſemper templum atque ornaverunt; tunc autem Judæus etiam alienigenarum dona diſtrahebat: ad ſocios autem dicebat, ſine metu divinis abuti debere, qui pro Deo, qui pro templo militarent, & ex ipſo alii: propterea que ſacrum vinum & oleum, quod Sacerdotes ſacrificiis reſervabant, totum erat effudiſſe. Namque in templo & multitudini diſtribuit, & illi ſine horrore ungebantur, & potabant. Non equidem recuſabo dicere, quæ dolor jubet. Puto ſi Romani contra noxios venire tardaſſent, aut hiatu terræ devorandam fuiſſe civitatem, aut diluvio perituram, aut fulminum ac Sodomæ incendia paſſuram; multo enim magis impiam progeniem tulit, quam quæ illa pertulerat.

Lib. 7. cap. 4. p. 949. Cum lacrymis atque ululatu ſeditioſos rogabant, primo quidem ut in civitatem Romanos ſuſciperent, patriamque ſervarent; ſi hoc diſpliceret, ſaltem de fano exirent, templumque ſibi liberarent: nec enim auſuros ſine maxima neceſſitate Romanos ignem ſanctis immittere. His illi magis adverſabantur, multaque in transfugas vociferati convitia, ſupra ſacras portas jacula & baliſtas & ſaxorum diſpoſuere tormenta, ut omne quidem circum ſanum ſpatium multitudine mortuorum ſepulchro, templum vero ipſum caſtello ſimile videretur. In loca vero ſancta & inacceſſa, cum armis adhuc & manibus Gentili cæde calentibus inſiliebant: & ad hanc proceſſere legis injuriam, ut quam Judæos indignationem oporteret exercere, ſi hæc Romani admitterent, ea tunc in Judæos propria ſacra temerantes, uterentur Romani milites. Nemo ſane fuit eorum, qui non cum honore templum aſpiceret, atque adoraret: latroneſque optaret, antequam immedicabile malum contingeret, pœnitere. Titus autem dolens vicem eorum, iterum Joannem ejuſque ſocios increpabat, dicens: Nonne vos, o ſceleratiſſimi, cancello ſanctum locum protexiſtis? Nonne literis Græcis ac noſtris incitas tabulas conſtituiſtis, quibus ne ſepta cuiquam transgredi liceret edicitur? Nonne eos qui tranſiſſent, quamvis Romanus quis eſſet, vobis necare permiſimus? Quid igitur in eo etiam mortuos conculcaſtis, o nocentiſſimi? aut cur templum & externi & Gentilis ſanguinis confuſione polluiſtis?

Cap. 5. pag. 952. Porticus enim parte, quæ ab aquilone in Orientem pertinens Antoniæ jungebatur, Incenſa, deinde ad xx. fere cubitos abrupere, immiſſo ſanctis incendio manibus ſuis. Biduo autem poſt, prædicti menſis viceſimo & quarto die, Romani porticum inflammavere: & uſque ad quartum decimum cubitum igne progreſſo, Judæi ſimiliter culmen abjiciunt, neque omnino recedentes ab operibus, & Antoniæ continentia dirimentes, cum liceret eis ac deberent incendium prohibere. Itaque immiſſo igne, curſum ejus ordine pro ſua utilitate metiebantur.

Cap. 8. p. 958. Circum aram quidem ingens mortuorum numerus congerebatur; per gradus vero templi, & ſanguis multus profluebat, & eorum corpora, qui ſupra ceciderant, delabebantur. Cnſas autem ubi neque impetum inſanientium militum, continere poterat, & flamma dominabatur, intro cum rectoribus ingreſſus, & ſanctum templi, & quæcumque illic erant aſpexit.

Hæ ſunt procul dubio abominationes, quæ prædictæ fuerant a DANIELE *Propheta, immo ab ipſo domino* MATTH. XXIV. 15. MARC. XIII. 14. *Ea tamen vaticinia de aquilis, quas Romani in ſuis vexillis præferebant, interpretatus eſt doctiſſimus* BOSSUETUS; *ſed minus probabiliter, ſi quidem in loco ſancto, id eſt, in templo non introducta ſunt. Suam vero opinionem ſtabilire nititur eruditiſſimus Epiſcopus* Parte II. Comment. in Univerſ. Hiſtor. *cap. 12. his verbis*: (*Chriſtus*) priſcis vaticiniis, quorum Interpres, ut finis erat, innixus, locum Danielis recolens, hæc palam dicit: *Cum ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele Propheta, qui legit intelligat, ſtantem in loco ſancto*; aut, ut apud Marcum habetur, *Stantem ubi non debet, tunc, qui in Judæa ſunt, fugiant ad montes*. Idem Divus Lucas aliis verbis: *Cum videritis circumdari ab exercitu Jeruſalem: tunc ſcitote, quia appropinquat deſolatio. Tunc qui in Judæa ſunt, fugiant ad montes.*

Matth. XXIV. 15. Marc. XIII. 14. Luc. 21. 22.

Alter Evangeliſta alterius locum explicat: Hæc a Daniele prænuntiata deſolatio, idem eſt ac exercitus Jeroſolymam circumdantes. Hæc loci hujus Patrum genuina interpretatio. ORIGENES *Tract. 29. in Matth.* S. AUGUST. *Epiſt. 80. ad Heſych.*

Verbum abominationis, in uſu Scripturæ Idolum ſonat. Et quis neſcit ab exercitibus Romanis Deorum & Cæſarum imagines, geſtari ſolitas fuiſſe? Et quia terram ſanctam Idolorum expertem, juxta divinum præceptum, eſſe oportebat, ab ea vexilla Romana exulabant.

Etiam hiſtoriis compertum eſt, quandiu a Romanis Judæis aliquantulum gratiæ fuit appoſitum, ibi oſtentata non fuiſſe. Propterea Vitellius hanc provinciam, Arabiæ bellum illaturus, trajiciens, exercitum abſque vexillis traduci juſſit. Sed tempore ultimi belli Judaici, genti, quam a medio ſublatam volebant Romani, haud pepercerunt. Sic tunc obſeſſa Jeroſolyma, tot idolis, quot vexillis Romanis circumdabatur. Nec tantopere abominatio in loco, ubi eſſe non debebat, apparuit: id eſt in terra ſancta, & circa templum.

(G) ACT. XIII. 40. Videte ergo ne ſuperveniat vobis, quod dictum eſt in Prophetis. 41. Videte contemptores, & admiramini, & diſperdimini: quia opus operor ego in diebus veſtris, opus quod non credetis, ſi quis enarraverit vobis. Habacuc. 1. 5.

(H) S. GREGOR. NAZIANZ. *Orat. 4. adverſ. Julianum, non longe ab initio.* Julianus Judæorum nationem in nos immiſit, tum veteri eorum levitate, tum inveterato noſtri odio in ipſorum pectoribus flagrante, ad id quod moliebatur perficiendum adjutoribus uſus ipſis, nimirum in patriam redire, ac templum inſtaurare, patriorumque rituum vigorem renovare.... Ut vero ſævo turbine, ac repentino æſtuantis terræ tremore compulſi, ad propinquum quoddam templum perrexerunt partim orationis cauſa.... Hoc autem uno jam ore referunt ac pro certo habent, quod eos, ſumma vi atque contentione ingreſſum ſibi aperire conantes, ignis e templo occurrens inhibuit, eoſque partim exuſſit & abſumpſit, ut ſimile quoddam ipſis, quod Sodomitis acciderit, aut etiam quod Nadab & Abiud, qui inuſitato more & thus adolevarunt & oppreſſi ſunt, partim præcipuis corporis partibus truncatos, vivam columnam divinæ adverſus peccatores comminationis & monitionis reliquit.

S. CHRYSOSTOM. *Homil. 4. in Matth. p. 35.* Sub Principe Juliano, qui omnes impietate ſuperavit, ſigna frequenter oſtenſa ſunt. Judæis enim Templum Hieroſolymis reædificare conantibus, de fundamentis ignis exiliens, a cœpta illos ædificatione deterruit.

AMMIANUS MARCELLINUS *lib. 23. c. 1.* Julianus (Apoſtata) Imperii ſui memoriam magnitudine operum geſtiens propagare, ambitioſum quondam apud Hieroſolymam templum, quod poſt multa & interneciva certamina obſidente Veſpaſiano, poſteaque Tito, ægre eſt expugnatum, inſtaurare ſumptibus cogitabat immodicis: negotiumque maturandum Alypio dederat... Cum itaque rei idem fortiter inſtaret Alypius, juvaretque provinciæ rector, metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris aſſultibus erumpentes, fecere locum exuſtis aliquoties operantibus inacceſſum: hocque modo elemento deſtinatius repellente, ceſſavit inceptum.

M. DE TILLEMONT *tom. 7. de l'Hiſtor. Eccleſ. perſecution de Julien l'Apoſtat. art. 35.* (*Julianus qui*) Chriſti Effatum, quo Templum (Jeroſolymæ) reædificatum non iri aſſeveraverat, irritum reddere ſe poſſe credebat, (Judæis ut reficerent præcepit.)

Art. 36. Judæi laborare aggreſſi eo loci, ubi antea Templum fuerat, ipſius reliquias, quæ adhuc reſtabant, demoliti ſunt, ut opus omnino novum perficerent; atque ita Jeſu Chriſti prædictionem, lapidem ſuper lapidem non remanſurum, magis veram fecerunt; illud ſiquidem minime adimpletum erat anno 347. cum S. Cyrillus ſuis Catecheſibus operam daret, in quibus hoc vaticinari videtur. Nova fundamenta jacturi terram dein fodere eum cœpiſſent, innumeraque hominum multitudo per totum diem opus urſiſſent, terra rurſus foſſæ noctu opplebantur; collectamque immanem gypſi, & calcis vim ſubita tempeſtas, quam validiſſimi venti ac turbines conſecuti, repente diſperſit.

Hiſce viſis eorum pertinacia minime fracta, Deique patien-

Digitized by Google

III. ALTERA DANIELIS PROPHETIA.

I. Fuit-ne a Daniele quid aliud de Meſſia prænunciatum?

R. Fuit, rem accipe. Narrat Propheta; revelatum ſibi fuiſſe a Domino myſterium ſomnii cujusdam quod Nabuchodonoſor Rex habuerat. Objecta fuerat Regi dormienti ſtatua quædam magna & terribilis; cujus caput aureum, pectus autem & brachia argentea, venter & femora ærea, tibiæ ferreæ, pedum quædam pars ferrea, quædam autem fictilia. Hæc viderat Rex; donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus ejus ferreis & fictilibus, & comminuit eos. Tunc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argentum & aurum: lapis autem qui percuſſerat ſtatuam factus eſt mons magnus, & implevit terram.

Hoc Regis ſomnium fuit: hanc autem ſomnii interpretationem Daniel accepit a Domino.

Statua grandis ex variis metallorum generibus conflata imperium ſignificabat præſertim Regum illorum quibus populus Dei vel jam erat ſubjectus, vel erat tempore ſuccedente ſubjiciendus. Aurum Babylonios, Argentum Medos & Perſas, Æs Alexandrum Magnum, Ferrum Romanos, qui gentes omnes ſuo erant Imperio ſubdituri, Ferrum autem Teſta miſtum Seleucidarum & Ptolemæorum Imperium, de quibus ſupra quod ſpectaret ad hiſtoriam religionis ſatis diximus, adumbrabant.

De lapide autem abſciſſo ſine manibus hæc habet Propheta. *In diebus autem regnorum illorum, ſuſcitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non diſſipabitur: & regnum ejus alteri populo non tradetur: comminuet autem, & conſumet univerſa regna hæc: & ipſum ſtabit in æternum. Secundum quod vidiſti, quod de monte abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus oſtendit Regi quæ ventura ſunt poſtea.* (I) PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 1. Par. 1. Sect. 1. Cap. IV. §. 21. Dan. 2. 44. 45.

I. Quis ſenſus eſt hujus prophetiæ?

R. Senſum accipe ex ſubjecta interpretatione verborum ſingulorum quibus conſtat prophetia: ſimulque adverte quam luculenter in Chriſto Jeſu adimpleta ſint omnia.

In diebus regnorum illorum; id eſt, ſtante adhuc imperio Romanorum, quo, velut ferro cætera omnia imperia conterenda & comminuenda erant, ut prædixerat Propheta.

Suſcitabit Deus cæli regnum; regnum utique Meſſiæ, regnum Chriſti. Chriſtus natus eſt regnante Cæſare Auguſto Romanorum Imperatore: mortuus eſt & reſurrexit regnante Tiberio. Regnum ejus ſenſim crevit regnante Nerone cæteriſque imperatoribus ad Conſtantinum uſque.

Quod in æternum non diſſipabitur; & regnum ejus alteri populo non tradetur, ... & ſtabit in æternum. Id ipſum Gabriel Angelus Mariæ virgini ſignificavit loquendo de Chriſti regno. (*Regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis.*)

Comminuet autem & conſumet univerſa regna hæc.

patientia ad reſipiſcendum eos minime moventem cum poſt cavata fundamenta ad ædificandum in promptu eſſent omnia, ea, quæ caſtructionem præceſſit, nocte adeo magnus terræ motus factus eſt, ut iis etiam, quos Dei timor minus tangeret, maximum terrorem incuteret, qua non modo quæcumque ad fundamenta diſpoſita erant longe diſjecta, verum etiam proxima quæque ædificia diruta ſunt. Inter alia plures publicæ porticus dejectæ, in quibus quamplurimi Judæorum ex iis, qui templo ædificando operam dabant, ſomnum capiebant, quos ipſarum ruina oppreſſere.

Judæi.... opus redintegrarunt, cum terra quati deſiiſſet. Verum cum foſſas, quas terræ motus oppleverat, iterum foderent, ignis e fundamentis egreſſus & in operarios irruens quamplurimos eorum conſumpſit. Eos, qui ut ignem aut terræ motum caverent, in proximam quamdam Eccleſiam, vel orandi ergo, vel quia opportunior ſeceſſus non erat, vel quia præcurrentium multitudine abripiebantur, proripere ſe voluerunt, ſunt qui dicant Eccleſiam recipere noluiſſe, foreſque apertas inviſibili manu fuiſſe clauſas: verum omnes pro certo habent affirmantque, cum ſe mutuo homines urgerent, Eccleſiamque petere conarentur, flammam egreſſam eſſe, quæ alios quidem combuſſit conſumpſitque, aliis vero membra diminuit, ut viva Juſtitiæ Dei in peccatores exſtarent ſimulacra.

Neque id eo loci tantum evenit. In inferiore veteris Templi parte cavum erat inter duas porticus ex iis, quæ præcedenti nocte corruerant, in quod machinas & inſtrumenta ad uſum ædificii Judæi recondebant, cum diluculo eorum corpora inſpecturi, quos porticuum caſus oppreſſerat, eo concurriſſent, ignis globus e cavo exiens, atque huc illucque procurrens quamplurimos interfecit; neque id ſemel aut iterum, ſed illius diei ſpatio ſæpius evenit. Adeo ut qui aderant fateri pavore coacti vel invicti fuerint, Jeſum Chriſtum unicum atque verum Deum eſſe. Ignem de cœlo deſcendiſſe, machinaſque omnes & inſtrumenta abſumpſiſſe, Socrates addit.

Factum hoc per ſe non vulgare, maximi vero ponderis ac momenti, ſi Jeſu Chriſti gloriam attendas, non modo omnes Eccleſiaſtici Hiſtorici, Rufinus & Theodoretus Catholici, Socrates & Sozomenus errorum Novatianorum inſimulati, ac Philoſtorgius Eunomii ſectæ addictus; non modo illius ævi præſtantiſſimi Patres fideque digniſſimi Gregorius Nazianzenus Cappadociæ, Ambroſius Italiæ, Chryſoſtomus Syriæ teſtati ita ſunt, ut recentior ex iis vigeſimo aut vigeſimo quinto anno vix elapſo coram magna audientium turba, quorum juniores oculis uſurpare potuiſſent, illud commemoraret; verum ipſi Chriſtianæ religionis hoſtes ſuo comprobant teſtimonio. Ammianus enim cum reliquis pro rato habet. Alypium ædificio inſtaurando præfectum, nervos licet omnes intenderet, ab opere ceſſare debuiſſe, quia e fundamentis flammarum globi erumpebant, quibus operæ urebantur, locuſque minime pervius reddebatur. Sozomenus refert, cum ſcriberet, plures adhuc ſuperſtites fuiſſe, qui miraculum hoc ab iis qui viderant acceperant, omniumque teſtium inſtar eſſe operis imperfecti reliquias, quæ tunc quoque Jeroſolymæ viſebantur; quod etiam D. Chryſoſtomus ſuo tempore teſtatum reliquit. Cavata nempe fundamenta vacua, & aperta tunc cernebantur, ne in dubium vocari poſſet, quod homines moliri tentabant Deum deturbaſſe.

Ad alias quas ad Chriſtum hæc Prophetia habet relationes penitius cognoſcendas, auctores qui de ea ſimul & de prophetia Jacob ſcripſerunt lege: hos laudavimus ſupra liv. (8) Videſis etiam PETAVIUM, USSERIUM, *& alios qui de* Chronologia *ſcripſerunt, in iis locis, in quibus computandis Danielis hebdomadis dant operam.*

(I) DANIEL. 2. 37. Tu rex regum es: & Deus cæli, regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi: 38. Et omnia in quibus habitant filii hominum & beſtiæ agri: volucres quoque cæli dedit in manu tua, & ſub ditione tua univerſa conſtituit: tu es ergo caput aureum. 39. Et poſt te conſurget regnum aliud minus te argenteum: & regnum tertium aliud æreum, quod imperabit univerſæ terræ. 40. Et regnum quartum erit velut ferrum. Quomodo ferrum comminuit & domat omnia, ſic comminuet & conteret omnia hæc. 41. Porro quia vidiſti pedum, & digitorum partem teſtæ figuli, & partem ferream: regnum diviſum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, ſecundum quod vidiſti ferrum miſtum teſtæ ex luto. 42. Et digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles: ex parte regnum erit ſolidum, & ex parte con-

Digitized by Google

PARS I. SECT. II. CAP. I. §. I.

hæc: Chriſtus gentes omnes, Reges univerſos ſuo ſubjecturus erat imperio, maxime vero eos de quibus ſpeciatim mentio fit in hac prophetia. Jam pridem id de Babyloniis, Syris, Græcis, Ægyptiis, Romanis Regibus adimpletum eſt. Alios item ſubjiciet, a (*omnia* a Joh. III. 35. enim *dedit pater in manu ejus*,) juxta illud Pſalmi ſecundi, b (*Dabo tibi gentes hæreditatem* b Pſ. II. 8. *tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*. c *Re-* c Ibid. 9. Ib. 10. 11. *ges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos. Et nunc Reges intelligite… erudimini,… ſervite Domino.*

Secundum quod abſciſſus eſt lapis ſine manibus & comminuit teſtam &c. Chriſtus lapidi comparatur ſæpius in Scripturis. Dicitur lapis angularis. (K) *Bibebant* Judæi, inquit Apoſto- K 1. Cor. X. 4. lus, *de ſpiritali, conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus*). Hic *lapis abſciſſus de monte ſine manibus* percuſſit & contrivit omnia regna. Quod omnia regna contriverit, jam diximus. Quod abſciſſus ſit de monte ſine manibus, patet ex eo quod Chriſtus de cælo miſſus genitus eſt ex Maria virgine ſine patre. Crevit autem ſenſim & ſine humano auxilio Chriſti regnum; imo frementibus & adverſantibus omnibus Regibus & Principibus terræ, paulatim diffuſum eſt per univerſum orbem, non armorum vi, non humana induſtria, non Apoſtolorum eloquentia, ſed fuſo ſanguine Martyrum & ad ſeminis inſtar fœcundato.

Lapis autem factus eſt mons magnus & replevit terram. Regnum Chriſti, quod eſt Eccleſia, initio parvum fuit, ſuccedente tempore crevit, & per totum orbem diffuſum eſt. *Simile eſt regnum cælorum*, inquit Chriſtus, *grano ſi-* Matt. XIII. 31. 32. *napis, quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus: cum autem creverit, majus eſt omnibus oleribus, &* (in Paleſtina) *fit arbor, ita ut volucres*, id eſt, omnes Chriſti diſcipuli, *habitent in ramis ejus*. Quod autem Eccleſia mons ſit, legitur ſæpius in Scripturis. Notiſſima ſunt verba hæc Iſaiæ: *Erit in noviſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes*. (L) L

Conſentiunt itaque verba omnia prophetiæ cum Chriſto. Nec conſentiunt cum alio quoquam. Percurre quantumvis omnes præteritorum temporum hiſtorias; nullum reperies Regem, qui poſſit dici lapis miſſus de monte ſine manibus, qui regna omnia contriverit, ſubdideritque, regnetque etiamnum per orbem univerſum, & regnaturus ſit in æternum. (M) M

IV. DE PROPHETIA AGGÆI.

I. Quid prædixit Aggæus circa Meſſiæ adventum?

R. Seniores ex Judæis qui viderant templum a Salomone conditum, & a Babyloniis ante annos ſeptuaginta deſtructum, contriſtabantur plurimum, facta comparatione primi illius templi cum novo, a Zorobabele ſurſus ædificato. Multum enim aberat quin accederet templum poſterius ad gloriam & magnificentiam prioris. Horum ad conſolationem Deus hæc ipſis per Aggæum Prophetam prænunciavit:

Hæc dicit Dominus exercituum. Adhuc unum Agg. II. 7. 8. 10. *modicum eſt; & ego commovebo cælum, & terram, & mare, & aridam, & movebo omnes gentes*: ET VENIET DESIDERATUS CUNCTIS GENTIBUS: *& implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum… Magna erit gloria domus iſtius noviſſimæ plus quam primæ; & in loco iſto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.*

I. Probant ne hæc verba, Meſſiam jam veniſſe?

R. Probant. *Adhuc modicum*, inquit Propheta, *& veniet deſideratus cunctis gentibus*, id eſt Meſſias. At ſupra duo annorum millia effluxerunt ex quo hæc ſcripta ſunt. Deinde hæc

contritum. 43. Quod autem vidiſti ferrum miſtum teſtæ ex luto, commiſcebuntur quidem humano ſemine, ſed non adhærebunt ſibi, ſicuti ferrum miſceri non poteſt teſtæ. *Cetera in ipſo textu ſupra relata ſunt.*

(K) PSAL. CXVII. 22. Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.

ISAI. XXVIII. 16… Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretioſum, in fundamento fundatum.

EPHES. II. 20. Ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu.

1. PETR. II. 6. Propter quod continet Scriptura: Ecce pono in Sion lapidem ſummum angularem, ele- Iſai. XXVIII. 16. ctum pretioſum: & qui crediderit in eum non confundetur. 7. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, 8. & lapis offenſionis, & petra ſcandali his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & poſiti ſunt.

S. EPIPHAN. *de laudibus B. V. Mariæ Tom.* 2. *p.* 294. Manſit in virginitate ſancta, & præclara puella Maria, quæ eſt nubes lucida, habens intus Deum verbum: ad quam vocaliſſimus Eſais: *Ecce nubes levis,* Iſai. XIX. 1. *& veniet in Ægyptum*. Mons nullatenus inciſus, præruptam habens petram Chriſtum; de qua ſapientiſſi- Dan. II. 45. mus Daniel ait: *Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus*: hoc eſt abſque viro ſolidam petram Chriſtum virgo peperit, ipſa templum minime compoſitum, quæ lapidem cæleſtem habet Chriſtum; ipſa nubes tonitruiformis, quæ fulgur interius in utero geſtat.

S. GREGORIUS NYSS. *in Baptiſmum Chriſti t.* 2. *pag.* Iſai. XXVIII. 16. 806. Quis eſt impoſitus lapis alius, atque ipſe Chriſtus? De quo dicit Eſaias: *& immittam in fundamenta Sion lapidem pretioſum, honoratum, electum*. Et Daniel ſimiliter: *Sectus eſt lapis abſque manu*, id eſt, Dan. II. 45. natus eſt Chriſtus abſque viro. Ut enim novum, inauditum & inuſitatum eſt lapidem ab rupe abſcindi ſine opera latomi, atque inſtrumentis latomicis: ita ſuperat omne miraculum, videri partum ex virgine INNUPTA.

(L) ISAI. II. 3. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite & aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias ſuas: & ambulabimus in ſemitis ejus: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jeruſalem. 4. Et judicabit gentes, & arguet populos multos: & conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra in prælium. 5. Domus Jacob venite, & ambulemus in lumine Domini. 6. Projeciſti enim populum tuum, domum Jacob.

MICHÆ. IV. 1. Et erit: in noviſſimo dierum erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, & ſublimis ſuper colles: & fluent ad eum populi. 2. Et properabunt gentes multæ, & dicent: Venite, aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob: & docebit nos de viis ſuis, & ibimus in ſemitis ejus: quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Jeruſalem. 3. Et judicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes uſque in longinquum: concident gladios ſuos in vomeres, & haſtas ſuas in ligones: non ſumet gens adverſus gentem gladium: & non diſcent ultra belligerare. 4. Et ſedebit vir ſubtus vitem ſuam, & ſubtus ficum ſuam, & non erit qui deterreat: quia os Domini exercituum locutum eſt.

(M) MENOCHIUS *in cap.* 2. *Daniel. verſ.* 44. *In diebus*

hæc verba : *implebo domum iſtam gloria ; magna erit gloria domus iſtius noviſſimæ plus quam prima ; in loco iſto dabo pacem* ; ad Meſſiam referuntur, qui dumum poſteriorem, hoc eſt, templum poſterius præſentia ſua erat illuſtraturus, atque ita poſteriorem domum ſupra templum Salomonis glorificaturus. At ab annis plus quam ſexcentis ſupra mille templum hoc deſtructum eſt. Itaque Meſſias jam venit.

I. Probant ne verba prophetiæ hujus Jeſum Chriſtum eſſe Meſſiam?

R. Probant luculenter : id patet ex ſubjecta interpretatione verborum ſingulorum, quæ cum Chriſto quidem optime cohærent ; alteri autem nemini poſſunt convenire, ut cuilibet patebit :

Adhuc unum modicum eſt, anni nimirum circiter quingenti, a tempore hujus prophetiæ computandi : modicum utique temporis intervallum, habita ratione temporis ex quo Meſſiam homines expectabaot. Anni nimirum jam tunc ter mille quingenti & amplius effluxerant.

Et ego commovebo cælum, & terram, & mare, & aridam. Propheticum loqnendi genus, quo innuitur, inſtauranda omnia per Chriſtum,
Ephes. 1. 10. *ſive quæ in terris ſunt, ſive quæ in cælis*, ut ait
N Apoſtolus. (N)

Et movebo omnes gentes. Hic habes vocationem omnium gentium ad Chriſti fidem.

Et veniet deſideratus cunctis gentibus. Hoc nomine jam Meſſias deſignatus fuerat in ſuperius
Gen. 49. 10. expoſita prophetia Jacob. *Ipſe erit*, inquit Jacob, *expectatio gentium.* Porro gentes igoorabant quidem tum temporis Meſſiam : dicuntur tamen illum expectaſſe, quemadmodum terra ſterilis, & arida dicitur imbrem deſiderare & expectare : ſic itaque gentes Meſſiam ignorantes ſitiebant & expectabant, ut ab ipſo ad Dei cognitiooem adducerentur.

Et implebo domum iſtam gloria : non quemadmodum templum Salomonis impletum fuerat gloria Domini, igoe & fumo de cælo miſſis, ſed quia futurum erat, ut veniret ad templum hoc juxta vaticinium aliud Malachiæ, *Dominator*, quem Judæi quærebant, *& Angelus teſtamenti*, quem volebant, id eſt, Chriſtus, Meſſias. (O) O
Id impletum eſt primo eum Chriſtus in templo oblatus eſt, & ulnis Simeonis ſuſceptus. 2. Cum ſedit ibidem in medio Doctorum, tum ſæpius poſtea eum io templo oravit & docuit.

Magna erit gloria domus iſtius noviſſimæ plus quam primæ. Hæc verba vel intelliguntur ſenſu literali, ita ut ob præſeotiam Chriſti Salvatoris templum poſterius gloriam prioris longe ſuperaturum eſſet ; vel ſenſu ſpirituali & allegorico, ita ut gloria Eccleſiæ, quæ tota ab intus eſt, & cujus templum poſterius typus fuit, longe ſuperatura eſſet glotiam Synagogæ io templo Salomonis adumbratæ.

Et in loco iſto dabo pacem. In hoc enim templo oraturus erat non ſemel Chriſtus pro ſalute hominum ; in hoc erat annuntiaturus Evangelium pacis ; hoc denique ſtante moriturus erat pro omnium pace & ſalute concilianda, & per aſcenſionem in cælum, veri ſanctuarii nobis aditum reſeraturus. (P) P

Itaque

bus regnorum illorum ; id eſt, poſtquam tempus, & ſæcula regnis illis tributa evoluta fuerint : *Regnum quod in æternum non diſſipabitur* ; id eſt, quintum regnum Chriſti ſpiritale, & æternum : *Comminuet, & conſumet &c.* Chriſti regnum omnia illa regna comminuit ; quia Romanum comminuit, Romanum autem Macedonicum, Macedonicum vero Perſicum, Perſicum autem Babylonicum. Porro Chriſti regnum comminuit Romanum Imperium, quia illud ad veram religionem pertraxit ; pluſque Martyrum ſanguis & patientia, ad propagandum regnum Chriſti, quam ferrum, quam ignes, quam beſtiæ, & omnis Romanorum crudelitas & ſævitia potuerunt, ut illud opprimerent .... *De monte abſciſſus eſt lapis ſine*
Dan. 2. 45. *manibus* : Chriſtus ſcilicet e virgine natus abſque humana opera, ſed ex Spiritu ſancto. Dicitur autem Beata Virgo mons ; quia omnium habuit virtutum ſublimitatem.

Doctiſſimus BOSSUETUS *Meldenſium Epiſcop. Comment. in univerſ. Hiſtor. part. 2. cap. 9.* In diebus captivitatis, præſertim fine ejus inſtante, Daniel, quem Reges infideles ob pietatem ejus reverebantur, Regnique ſui, ob ejus in rebus gerendis ſolertiam, negotiis etiam difficillimis præfecerant : pluribus vicibus & ſub variis formis, quatuor Imperia, ſub quibus Iſraelitis vivandum erat, ordine vidit : quæ propriis deſignat coloribus & ingeniis. Imperium Regis Græcorum (Alexandrum intellige) præcipiti curſu, more torrentis, elabitur : a cujus ruina acce aliud priori minus potens, & diſſidiis imminutum. Penes ſucceſſores Alexandri ſumma hujus fuit : quatuor Principes, videlicet, Antipater, Saleucus, Ptolomæus, & Antigonus deſignantur. Hiſtoria liquet, quod iſti cæteris poteſtate præſtiterint, ſolique liberis ſuis regnum transmiſerint. Hic apparent eorum atrociſſima bella, infeſtiſſimæ æmulationes, fœdera fraudulenta, Regum Syriæ adamantina corda ; Antiochi illuſtris, populi Dei hoſtis implacabilis, ambitio inexplebilis, & intolerabilis ſuperbia, teterrima lineamenta, quibus exprimitur regni ejus brevitas, & ſcelerum velox vindicta. Tandem circa finem, & quaſi e ſinu horum Imperiorum, Filii hominis, id eſt, Jeſu Chriſti Regnum emergit.

Illud etiam ſanctorum Altiſſimi eſt Imperium : cujus ſub poteſtatem, in æternum manſuri, gentes ſubjiciuntur : huic ſoli æternitas competit, & alteri non tradetur.

LE R. P. PEZRON *Præf. Hiſt. Evang.* (Daniel) cæleſtis hic homo in alio ſuarum prophetiarum loco aſſerit, Deum ſibi Imperiorum ſeriem, quæ invicem ſucceſſura erant a Nabuchodonoſore ad Meſſiæ tempus, aperuiſſe ; Babyloniorum ſcilicet, Perſarum, Græcorum & Romanorum. Poſtremum hoc ferro, quod omnia domat & conterit, comparabatur ; miraque Romanorum formidandaque potentia, qua omnia ſubegerunt, deſignabatur. Poſtquam Propheta diſtincte ſucceſſionem Imperiorum, quæ ſibi invicem exitio fuerunt, indicavit, ſtatim addit : *horum Imperiorum tempore* hiſce verbis tertium Græcorum, quartumque Romanorum innuit ; quaſi dicat, ſtatim ac Græcorum Imperio deleto Romanorum imperium florere cæperit, *Cælorum Deus regnum ſuſcitabit*, quod nuſquam deſtruetur, æternumque durabit. Regnum hoc, quod Deus Græcorum imperio declinante, Romanorum vero exoriente ſuſcitavit, regnum Chriſti eſt ; imperium nempe Meſſiæ eſt, quod poſt mille & ſeptingentos annos adhuc durat, & in ſæcula duraturum eſt. Neque humanæ, neque infernæ poteſtates illud delere unquam poterunt.

(N) EPHES. 1. 10. In diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis & quæ in terra ſunt in ipſo.

(O) MALAC. III. 1. Et ſtatim veniet ad templum ſuum dominator, quem vos quæritis ; & Angelus teſtamenti, quem vos vultis.

(P) *Vide ſupr. par. 1. ſect. 1. c. IV. §. 20. lit.* (L) *&* (M)

S. CYRILLUS ALEXAND. *in Agg. c. 2. nu. 13.* Redit ad Eccleſiam ex gentibus, & ad tempora adventus Salvatoris noſtri. Tunc nimirum promittit ipſum agitaturum cælum & terram, mare quoque & inſuper omnes gentes... Iſtiuſmodi motum futurum dicit tempore adventus Salvatoris noſtri : quippe nemine ignoraturo, quæ per illum evenient bona. Cognovit enim cælum hoc myſterium... cognovit ſimiliter omnis terra, & mare, hoc eſt,

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 1.

Itaque apprime conveniunt Chriſto verba ſingula prophetiæ. Nec alteri cuivis poſſunt convenire.

V. De Veritate, & Certitudine Prophetiarum.

I. Numquid & alia notatu digna prædixerunt Prophetæ circa Meſſiam?

R. Quidquid pertinet ad Meſſiæ ortum, nativitatem, vitam, mortem, cæteraque quæ exinde futura erant, id omne fuit a Prophetis prænonciatum: ut ſigillatim patebit inferius, ubi vitam Chriſti proſequemur.

I. Si quis forte prophetias omnes, quæ de Chriſto ſunt, a Chriſtianis fuiſſe confictas calumniaret, poſſet ne certiſſimis argumentis depelli & revinci talis calumnia?

R. Tam aperta & perſpicua ſunt, quæ de Chriſto vaticinati ſunt Prophetæ; ut parum abfuerit quin ex Ethnicis nonnulli prophetias omnes, quæ de Chriſto ſunt, a Chriſtianis fuiſſe confictas, & ſuppoſitas ſuſpicarentur. Sed tam certum eſt, vera hæc & ſincera eſſe, ut id nemo ſanæ mentis potuerit hactenus revocare prorſus in dubium. (Q) *Habemus* itaque, ut Petri Apoſtoli verbis utar, *firmiorem propheticum* Q 2.Pet.1.19.
ſermonem, quo inconcuſſis literis hactenus, & æternum ſtabit, veritas religionis Chriſtianæ. (R) R

I. Qui-

inſulæ. Quis enim tandem hujus cognitionis expers cernitur? Quod mare, quæ gens, quæ pars orbis ſub Sole? Prædicatum eſt enim Evangelium per omnes gentes, juxta vocem Salvatoris. Et nunc *adhuc*, inquit, *ſemel &* Mat. xxvi. 13. &c.
movebo cœlum & terram, & tunc veniet electa omnium gentium, & implebo domum iſtam gloria. Fuerunt enim in- Hebr. xii. 26.
numeri ex omni gente inſignes, & electi qui crediderunt, & quaſi ſplendida quædam anathemata, ſeu donaria in Agge. ii. 7. 8.
domum Dei congregati, & illi ita decus conciliantes, eamque glorioſam & celebrem reddentes, a Chriſto viciſſim glorificati ſunt.

N. 14. Tempore adventus Salvatoris noſtri glorioſius abſque ulla comparatione divinum templum apparuit, tantoque illo veteri præclarius, & excellentius, quanto quis cultum religionis legalem a cultu in Chriſto, & Evangelico, & veritatem ab umbris differre judicaverit. Ad hæc illud quoque dici poſſe arbitror. Unum erat templum, & Hieroſolymis tantum, & gens Iſraelitica in eodem ſacrificiis fungebatur. Poſtquam vero noſtrum ſimilis factus eſt unigenitus, cum eſſet *Deus & Domi-* Pſ. cxvii. 27.
nus, & illuxit nobis, ut ait Scriptura, de cætero orbis terrarum domibus ſanctis & adoratoribus innumerabilibus, qui ſpiritualibus ſacrificiis, & odoribus univerſorum Deum venerantur, impletus eſt .... Verum eſt igitur, gloriam noviſſimi templi, Eccleſiæ puta, majorem fore.

Idem ſentiunt omnes Scripturæ Interpretes, tam veteres, quam recentiores, quos conſule.

(Q) S. August. *Lib. 13. contra Fauſt. cap. 6.* Si ergo nec Scripturarum auctoritatis antiquitas, nec miraculorum poteſtas, nec morum ſanitas, nec rationis veritas, vos afferit; abite confuſi, & redite confeſſi, ipſum eſſe Chriſtum omnium in ſe credentium Salvatorem; cujus nomen, & cujus Eccleſiam ita exhibent præſentia tempora, ſicut præterita nuntiarunt; non per quemlibet de cavernoſis latebris procedentem, ſed quadam gente, & quodam regno ad hoc propagato & inſtituto, ut ibi de illo cuncta figuris prænotarentur, quæ nunc expreſſa rebus agnoſcerentur; & ibi per Prophetas prædicta ſcriberentur, quæ nunc per Apoſtolos prædicata præſentarentur.

Cap. 7. Si dixerimus homini gentili, crede Chriſto, quia Deus eſt; & reſponderit, unde credo? Prolataque auctoritate Prophetarum, eis ſe non credere dixerit, quod illi Hebræi ſint, ipſe Paganus; oſtendimus fidem Prophetarum ex iis quæ ventura cecinerunt, & veniſſe cernuntur.... Credo moveretur, cum hinc & alia multa ex Prophetis audiret.... Videret etiam ipſos Reges terræ Chriſti Imperio jam ſalubriter ſubjugatos, omneſque gen-
Pſ. 71. 11. tes eidem ſervientes; & legeretur ei de Pſalmo tanto ante prædictum: Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſervient ei: .... illum itidem Pſalmum, ubi Deus unctus a Deo dicitur, & utique Chriſtus ipſa unctione declaratur; idemque Chriſtus Deus apertiſſime oſtenditur, cum Deus unctus inſinuatur; ſi conſi-
Pſalm. 44. derare vellet quæ ibi de Chriſto, quæ de ipſa Eccleſia dicta ſunt, quæ ibi quidem prædicta legeret, in orbe autem terrarum impleta conſpiceret; videret quoque ipſa ſimulacra gentium per Chriſti nomen ſic perire de orbe terrarum, idque ipſum a Prophetis prædictum eſſe diſceret.

Cap. 9..... Quomodo ergo dicat, non credo Prophetis Hebræis, cum & in ſe ipſo completum forte cognoſcat, quod olim prædictum eſt a Prophetis Hebræis?

Cap. 10. Magis verendum erat, ne tanta rerum evidentia circumfuſus fortaſſe diceret, poſteaquam iſta per mundum fieri cœperunt, Chriſtianos has litteras compoſuiſſe, ut ante divinitus prædicta putarentur, ne quaſi temere humanitus facta contemnerentur. Hoc verendum erat, niſi eſſet late ſparſus lateque notus populus Judæorum: Cain ille ſigno accepto, ne ab aliquo interficiatur, Geneſ. iv. 5.
& ille Cham ſervus fratrum ſuorum portando libros, quibus illi erudiantur, ipſe oneretur. Per eorum quippe co- 15. 25.
dices probamus non a nobis tanquam de rerum eventu commonitis iſta eſſe conſcripta, ſed olim in illo regno prædicta atque ſervata, nunc autem manifeſtata & impleta.

Cap. 11. Forte etiam hinc ſe diceret permoveri, quod ipſi, in quorum libris hæc inveniuntur eſſe prænuntiata quæ nunc cernuntur impleta, non nobiſcum tenent ejuſdem Evangelii ſocietatem. Cum vero doceretur etiam hoc ab eiſdem Prophetis eſſe prædictum, quantum moveretur ad fidem, quia tam demens eſt, ut non videat?

Cap. 12. Porro ſi hoc gentilis ille moveretur, cur etiam ipſi qui appellantur Chriſtiani, in multas hæreſes variaſque diſcedunt? neque hoc a Prophetis Hebræis prætermiſſum eſſe doceremus.

Cap. 13. Et tanquam ille quem catechizamus, quæreret & diceret. Quo ergo ſigno manifeſto adhuc parvulus, & nondum valens liquidam diſcernere a tot erroribus veritatem, quo manifeſto indicio tenebo Eccleſiam Chriſti, in quam jam credere tanta rerum antea prædictarum manifeſtatione compellor? .... Propheta .... docet eum, Eccleſiam Chriſti ipſam eſſe prædictam, quæ omnibus eminet, & apparet ... Cum illa civitas ſuper montem ſit; quem montem, niſi eum qui ſecundum prophetiam Danie- Dan. ii. 35.
lis ex parvo lapide crevit, & factus eſt mons magnus, ita ut impleret univerſam terram.

Cap. 14. Cum ergo gentilis iſte his atque hujuſmodi aliis teſtimoniis Prophetarum de perſecutione Regum & populorum, de fide Regum & populorum, de abolitione idolorum, de cæcitate Judæorum, de probatione codicum ab ipſis cuſtoditorum, de amentia hæreticorum, de excellentia ſanctæ Eccleſiæ verorum & germanorum Chriſtianorum, ante prædicta & nunc impleta conſpiceret, quid inveniret fide dignius, quam illos Prophetas, quibus de divinitate Chriſti eligeret credere? Etenim ſi antequam iſta fierent, ingererem gentili Prophetas Hebræos, quibus ea futura crederet, quæ facta nondum videret, merito fortaſſe diceret: Quid mihi eſt cum iſtis Prophetis, quos unde veraces probem non mihi oſtenditis? Cum vero tam magna & tam multa quæ prædixerunt, jam ad effectum manifeſtationemque perducta ſint, plane ille, ſi perverſus eſſe nollet, nec iſta ullo modo contemneret, quæ tanto ante, & tanto apparatu, prævidenda & prænuntianda commendari meruerunt, nec illos a quibus prævideri & prænuntiari potuerunt. Nullis enim prudentius credimus, vel de præteritis, quæ olim facta ſunt, vel de futuris, quæ nondum facta ſunt, quam eis qui nobis fidem verborum ſuorum tam multis tamque magnis, quæ ab eis prædicta jam facta ſunt, probaverunt.

(R) 2. Petr. 1. 19. Et habemus firmiorem propheticum ſermonem: cui benefacitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies eluceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. 20. Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit. 21. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiri-

Digitized by Google

Part. I. Sect. II. Cap. I. §. 5.

I. Quibus potiſſimum argumentis demonſtrari poteſt vera & ſincera eſſe Prophetarum oracula?

R. Judæis Chriſtianorum hoſtibus infenſiſſimis credita ſunt Prophetarum oracula. Hæc ab illis & gentes omnes, & Chriſtiani ipſi accepere. Hæc Judæi non ſecus ac Chriſtiani ſancte colunt, & pro divinis oraculis habent, quamquam plena illa ſint objurgationibus, & minacibus vaticiniis ad frangendam infidæ plebis ſuperbiam, contumaciam, obſtinationem. Hæc in Græcum ſermonem longe ante Chriſti tempora translata ſunt, atque ita per orbem univerſum omnium trita manibus hominum, apud quos pervulgare tunc fuit græce loqui. Si quid vel leviſſimum in ſcriptis Propheticis tentaſſent adulterare, vel interpolare Chriſtiani, id ſtatim animadverti potuiſſet, non a Judæis ſolum, ſed & ab ipſis Ethnicis. Judæi poſtremo illo maxime tempore tantam habuerunt tuendæ legis, & ſacræ Scripturæ religionem, ut ob id vitam non ſemel in diſcrimen adducere non dubitaverint. Adde implacabile eorum in Chriſtum, & Chriſtianos odium. Quanto itaque ſtudio Judæi detexiſſent palam & publice falſitatem, ſi pro ſinceris Prophetarum oraculis Chriſtiani vel alienas interpretationes, vel ſuppoſita vaticinia protuliſſent. Qui hæc ſuſpicetur ſi fuiſſent facta potuiſſe a Judæis diſſimulari, næ ille parum novit hominum ingenium, mores, affectiones. Itaque, ut egregie notat ſanctus Auguſtinus, Chriſtianæ veritatem religionis toto terrarum orbe Judæi adverſus Ethnicos, Ethnici adverſus Judæos firmiter aſſerunt. Adverſus Ethnicos probant Judæi ſincera eſſe Prophetarum oracula, nec a nobis conficta; quod ſuſpicari potuerunt Ethnici quidam cæci & pertinaces. Adverſus Judæos probant iidem Ethnici perſpicua eſſe Prophetarum oracula, nec a nobis in ſenſum alienum detorqueri; quod tandem contenderunt Judæi ſuæ obdurationi relicti. Atque ita & elucet ſplendidiſſime, & certum tam de Judæis, quam de Ethnicis triumphum agit Chriſtiana religio. (S)

I. Si tanta eſt prophetiarum perſpicuitas, quidni Judæi, viri utique perſpicaces ſicut & cæteri hominum, earum evidentiam agnoſcunt & eventum?

R. Id fit æquiſſimo Dei judicio, quo in ſcelerum pœnam ſuis homines tenebris relinquuntur. Id eſt, ſapientiſſimo fit divinæ providentiæ conſilio, ut maneat inconcuſſa veritas Scripturarum, quæ & Judæos obcæcationis & obdurationis arguunt, & a Judæis tamen religioſe ſervantur, & per ipſos ad Chriſtianos venerunt illibatæ; ut nulla poſſit ſuboriri ſuſpicio colluſionis Chriſtianos inter & Ju-

Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.

(S) S. AUGUSTIN. *Epiſtol.* 137. *alia.* 3. *ad Voluſianum, cap.* 4. *num.* 16. Venit & Chriſtus, complentur in ejus ortu, vita, dictis, factis, paſſionibus, morte, reſurrectione, aſcenſione, omnia præconia Prophetarum. Reproba per infidelitatem gens ipſa Judæorum a ſedibus exſtirpata, per mundum usquequaque diſpergitur, ut ubique portet codices ſanctos, ac ſic Prophetiæ teſtimonium, qua Chriſtus & Eccleſia prænunciata eſt, ne ad tempus a nobis fictum exiſtimaretur, ab ipſis adverſariis præferatur, ubi etiam ipſos prædictum eſt non fuiſſe credituros.

In Pſal. LVIII. *Serm.* 1. *num.* 21. *Ne occideris eos, nequando obliviſcantur legis tuæ*... Poteſt hoc & de Judæis intelligi... Iſtos inimicos meos ipſos qui me occiderunt, noli tu occidere. Manet gens Judæorum: certe victa eſt a Romanis, certe deleta eſt civitas eorum, non admittuntur ad civitatem ſuam Judæi, & tamen Judæi ſunt... Judæi manent cum ſigno; nec ſic victi ſunt, ut a victoribus abſorberentur. Non ſine cauſa Cain ille eſt, qui cum fratrem occidiſſet, poſuit in eo Deus ſignum, ne quis eum occideret. Hoc eſt ſignum, quod habent Judæi: tenent omnino reliquias legis ſuæ, circumciduntur, ſabbata obſervant, paſcha immolant, azyma comedunt: ſunt ergo Judæi, non ſunt occiſi, neceſſarii ſunt credentibus gentibus.

Gen. 4. 15.

N. 22. *Diſperge eos in virtute tua.* Jam factum eſt: per omnes gentes diſperſi ſunt Judæi, teſtes iniquitatis ſuæ, & veritatis noſtræ. Ipſi habent codices, de quibus Prophetatus eſt Chriſtus, & nos tenemus Chriſtum. Et ſiquando forte aliquis paganus dubitaverit, cum & dixerimus Prophetias de Chriſto, quarum evidentiam obſtupeſcit, & admirans putaverit a nobis eſſe conſcriptas; de codicibus Judæorum probamus, quia hoc tanto ante prædictum eſt.

Serm. 202. *alias* 31. *de tempore in Epiphan.* 3. *n.* 3. Ad hoc ſunt interrogati (*a Magis*) Judæi, ut demonſtraretur eos non ad ſuam, ſed ad gentium ſalutem & agnitionem teſtimonia divina portare. Propter hoc enim illa gens regno ſuo pulſa eſt & diſperſa per terras, ut ejus fidei, cujus inimici ſunt, ubique teſtes fieri cogerentur. Perdito quippe templo, ſacrificio, Sacerdotio, ipſoque regno, in paucis veteribus ſacramentis nomen genusque cuſtodiunt, ne permixti gentibus ſine diſcretione diſpereant, & teſtimonium veritatis amittant... In eis quippe inimicis fidei Chriſtianæ demonſtratur gentibus quomodo prophetatus eſt Chriſtus: ne forte, cum vidiſſent tanta manifeſtatione impleri prophetias, putarent eaſdem Scripturas a Chriſtianis eſſe confictas, cum de Chriſto prædicta recitarentur, quæ completa cernuntur. Proferuntur ergo codices a Judæis, atque ita Deus demonſtrat nobis in inimicis noſtris.

Serm. 374. *alias* 67. *de Diverſis*, *n.* 2.... Judæi dum oſtendunt in quem non credunt, ipſa ſua demonſtratione damnantur... O magnum ſacramentum! hodie per Judæorum codices convincimus: ſunt fideles per eorum codices. Oſtendimus Paganis quod nolunt credere; nam aliquando pagani faciunt nobis hujuſmodi quæſtionem, cum vident quæ ſcripta ſunt ſic impleri, ut negare omnino non poſſint, quod ea per Chriſti nomen in omnibus gentibus præſentantur, quæ in ſanctis codicibus prædicta recitantur, in fide Regum, in everſione idolorum, in mutatione rerum humanarum; & aliquando audent, ut dicant: Vidiſtis ita fieri, & tanquam prædicta ſint conſcripſiſtis... O gloria Regis noſtri! merito Judæi a Romanis victi ſunt, nec deleti... Everſo etiam templo ſuo, extincto... Sacerdotio priſtino... ſervant tamen circumciſionem & morem quemdam, quo a cæteris gentibus diſtinguuntur. Propter quid, niſi propter teſtimonium veritatis? Sparſi ſunt ubique Judæi, portantes codices, quibus Chriſtus prædicatur, & ſicut prædictus eſt præſentatur, ut jam Paganis poſſit oſtendi. Profero codicem, lego Prophetam: oſtendo impletam eſſe Prophetiam. Dubitat Paganus, ne forte ipſe confinxerim. Inimicus meus habet hunc codicem, antiquitus ſibi a majoribus commendatum. Ambos inde convinco: Judæum, quia id prophetatum & completum ego cognovi; Paganum, quia non ego hoc confinxi.

De fide rerum quæ non videntur, *tom.* 6. *cap.* 5. *num.* 8. Forte arbitrantur homines infideles, a Chriſtianis illa (Prophetias) eſſe conſcripta, ut iſta quæ jam credebant majus haberent pondus auctoritatis, ſi antequam venirent putarentur eſſe promiſſa.

Cap. 6. *num.* 9. Quod ſi ſuſpicantur, inimicorum noſtrorum Judæorum codices perſcrutentur. Ibi legant... prænunciata de Chriſto, in quem credimus, & Eccleſia quam cernimus ab initio laborioſo fidei uſque ad ſempiternam beatitudinem regni... Diſperſa eſt (Judæorum ſecta) ſuper terras, ut portans in nos collatæ gratiæ Prophetias, ad convincendos firmius infideles, nobis ubique prodeſſet... Ergo occiſi non ſunt, ſed diſperſi: ut... unde nos adjuvaremur, memoria retinerent, in libris ſuffragatores, in cordibus noſtri hoſtes, in codicibus teſtes.

Vide S. Auguſt. lib. 18. *de Civit. Dei*, *c.* 46. *ſupra Part.* 1. *Sect.* 2. *cap.* 4. *paragr.* 19. *litt.* (X) *& ejuſdem lib.* 53.

PART. II. SECT. II. CAP. I. §. 1.

& Judæos, horum hoſtes infenſiſſimos, a quibus Chriſtiani ſacros codices accepere.

Adde, quod ipſa Judæorum obcœcatio & obduratio evidenter probat & ſinceritatem propheticarum, & Chriſtianæ veritatem religionis. Perſpicue enim prædictum eſt a Prophetis, tantam ad finem uſque ſæculorum fore Judæorum obdurationem & obcœcationem, *ut oculis ſuis non videant, & auribus non audiant, & corde non intelligant. Et ſit viſio omnis ſicut verba libri ſignati: & palpent ſicut cæci parietem, & impingant in meridie quaſi in tenebris.* (T)

Iſa.6.10.29. 11.59.10.

T

§. 2. *Quid ſit Chriſtus Jeſus.*

I. Quem Meſſiam Deus ad homines miſit?

R. Chriſtum Jeſum, ut ſuperiori paragrapho probavimus.

I. Quid Chriſtus Jeſus?

R. Verbum æternum caro factum, id eſt, Filius Dei factus homo, ut homines liberaret a peccato & a ſervitute diabolica, & reconciliaret cum Deo, & ad vitam æternam redintegraret, imo eos ad eam introduceret; uno verbo, ut eſſet Redemptor hominum tamdiu promiſſus, & expectatus.

I. Ergo Chriſtus Jeſus Deus eſt ſimul & homo?

R. Eſt utique. Atque idipſum Prophetæ prædixerant. Propter naturam divinam dictus eſt a Prophetis Filius Dei, vel ſimpliciter Deus, (A) Propter naturam humanam dictus eſt filius David. (B) Propter utriuſque naturæ in una perſona conjunctionem, dictus eſt Emmanuel, hoc eſt, nobiſcum Deus. (C) A B C

I. Cum ais Chriſtum Jeſum Deum eſſe ſimul & hominem, quid intelligis?

R. Intelligo duas eſſe in Chriſto naturas, divinam & humanam.

Quantum ad naturam divinam, conſubſtantialis Patri, cum Patre & Spiritu ſancto unus Deus eſt, (D) ut ſupra explicuimus, ubi de Verbo æterno dicendum fuit, in expoſitione myſterii ſanctiſſimæ Trinitatis. *Par.1.Sect.1.c.1.§.4.* D

Quan-

contra Fauſtum varia teſtimonia ſupra litt. (Q) *hujus paragr.*

(T) DEUTER. XXVIII. 28. Percutiat te Dominus amentia & cæcitate, ac furore mentis, 29. & palpes in meridie ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Omnique tempore calumniam ſuſtineas, & opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te.

PSAL. LXVIII. 24. Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurva.

ISAI. I. 3. Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: Iſrael autem me non cognovit, & populus meus non intellexit.

VI. ... Audite audientes, & nolite intelligere; & videte viſionem, & nolite cognoſcere. 10. Excæca cor populi hujus & aures ejus aggrava: & oculos ejus claude, ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & convertatur, & ſanem eum.

XXIX. 10. Quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis, claudet oculos veſtros, Prophetas & principes veſtros, qui vident viſiones, operiet. 11. Et erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati, quem cum dederint ſcienti litteras, dicent; Lege iſtum; & reſpondebit: Non poſſum, ſignatus eſt enim. 12. Et dabitur liber neſcienti litteras, diceturque ei: Lege; & reſpondebit: Neſcio litteras. 13. Et dixit Dominus: Eo quod appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem ejus longe eſt a me, & timuerunt me mandato hominum, & doctrinis. 14. Ideo ecce ego addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo: peribit enim ſapientia a ſapientibus ejus, & intellectus prudentium ejus abſcondetur.

XLII. 18. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. 19. Quis cæcus, niſi ſervus meus? & ſurdus, niſi ad quem nuncios meos miſi? Quis cæcus, niſi qui venundatus eſt? & quis cæcus, niſi ſervus Domini?

LIX. 9... Elongatum eſt judicium a nobis, & non apprehendet nos juſtitia: expectavimus lucem, & ecce tenebræ; ſplendorem, & in tenebris ambulavimus. 10. Palpavimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectavimus: impegimus meridie quaſi in tenebris, in caliginoſis quaſi mortui.

Vide varia teſtimonia ex Libris S. AUG. *ſuperius laudata litt.* (Q) & (S) *hujus paragr.*

(A) I. PARALIP. XVII. 13. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium: & miſericordiam meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli ab eo qui ante fuit. 14. Et ſtatuam eum in domo mea, & in regno meo uſque in ſempiternum: thronus ejus erit firmiſſimus in perpetuum.

PSAL. II. 7. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. 8. Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. 9. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.

LXXXVIII. 27. Ipſe invocabit me: Pater meus es tu; Deus meus, & ſuſceptor ſalutis meæ. 28. Et ego primogenitum ponam illum excelſum præ regibus terræ. 29. In æternum ſervabo illi miſericordiam meam: & teſtamentum meum fidele ipſi. 30. Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen ejus, & thronum ejus ſicut dies cæli.

ISAI. VIII. 13. Dominum exercituum ipſum ſanctificate, ipſe pavor veſter, & ipſe terror veſter. 14. Et erit vobis in ſanctificationem. In lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali, duabus domibus Iſrael; in laqueum & in ruinam habitantibus Jeruſalem ... 17. Et expectabo Dominum, qui abſcondit faciem ſuam a domo Jacob, & præſtolabor eum.

IX. 6. Parvulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum ejus: & vocabitur nomen ejus, admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, Pater futuri ſæculi, princeps pacis. 7. Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis: ſuper ſolium David, & ſuper regnum ejus ſedebit: ut confirmet illud, & corroboret in judicio & juſtitia, amodo & uſque in ſempiternum.

XXXV. 4. ... Ecce Deus veſter ultionem adducet retributionis: Deus ipſe veniet, & ſalvabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt. 6. Tunc ſaliet ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum.

LIV. 5... Dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituum nomen ejus; & redemptor tuus ſanctus Iſrael, Deus omnis terræ vocabitur, &c.

(B) ISAI. XI. 1. Et egredietur virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet, 2. & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini.

JEREM. XXIII. 5. & XXXIII. 15. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & ſuſcitabo David germen juſtum; & regnabit Rex, & ſapiens erit: & faciet judicium & juſtitiam in terra. 6. In diebus illis ſalvabitur Juda, & Iſrael habitabit confidenter: & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Dominus juſtus noſter.

XXX. 9. Servient Domino Deo ſuo, & David Regi ſuo, quem ſuſcitabo eis.

EZECH. XXXIV. 23. Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem unum, qui paſcat eas, ſervum meum David: ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem. 24. Ego autem Dominus ero eis in Deum, & ſervus meus David Princeps in medio eorum.

(C) ISAI. VII. 14. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel.

(D) JOHAN. I. 1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. 2. Hoc erat in principio apud Deum. 3. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. 4. In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum: 5. & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. 9. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. 10. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt; & mundus eum non cognovit. 11. In propria venit, & ſui eum non receperunt. 12. Quotquot autem receperunt eum dedit

eis

Digitized by Google

Quantum ad naturam humanam, corpus habet & animam ſicut & cæteri hominum. Verbumque æternum aſſumendo pro ſalute noſtra corpus & animam, ſimul induit omnes infirmitates noſtras, excepto peccato, ignorantia, & concupiſcentia; quæ in ipſum cadere non poterant. (E)

I. Cum ais conjunctam fuiſſe in una perſona utramque Chriſti naturam, quid intelligis? Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 2.

R. Intelligo in Chriſto copulatam eſſe naturam divinam cum humana, ſine ulla naturarum confuſione, ſervatis utriuſque naturæ proprietatibus; ita ut hic nexus in unica perſona Filii Dei recipiatur. Quod quidem imperfecte explicati

E eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus. 13. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. 14. Et Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis: & vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti a Patre, plenum gratiæ & veritatis. 15. Johannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat dicens: Hic erat, quem dixi: qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt, quia prior me erat. 16. Et de plenitudine ejus nos omnes accipimus, & gratiam pro gratia. 17. Quia lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. 18. Deum nemo vidit unquam: unigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit... 26... Ego baptizo in aqua. Medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. 27. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt: cujus ego non ſum dignus ut ſolvam ejus corrigiam calceamenti... 29... Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. 30. Hic eſt de quo dixi: Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt: quia prior me erat. 31. Et ego neſciebam eum, ſed ut manifeſtetur in Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizans. 32. Et teſtimonium perhibuit Johannes dicens: Quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, & manſit ſuper eum. 33. Et ego neſciebam eum: ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. 34. Et ego vidi; & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei... 41. Invenit hic (*Andreas*) fratrem ſuum Simonem, & dicit ei: Invenimus Meſſiam, (quod eſt interpretatum Chriſtus)... 45. Invenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem ſcripſit Moyſes in lege, & Prophetæ, invenimus Jeſum filium Joſeph a Nazareth... 49. Reſpondit ei (Jeſu) Nathanael, & ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Iſrael. 50. Reſpondit Jeſus:... 51. Amen, amen dico vobis: videbitis cælum apertum, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſupra Filium hominis.

x. 7... Amen, amen dico vobis, quia ego ſum oſtium ovium... 9. Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit, ſalvabitur: & ingredietur, & egredietur, & paſcua inveniet. 10. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. 11. Ego ſum Paſtor bonus. Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis... 14. Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ. 15. Sicut novit me Pater, & ego agnoſco Patrem; & animam meam pono pro ovibus meis. 16. Et alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili; & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus Paſtor. 17. Propterea diligit me Pater, quia pono animam meam, ut iterum ſumam eam. 18. Nemo tollit eam a me, ſed ego pono eam a me ipſo, & poteſtatem habeo ponendi eam: & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam; hoc mandatum accepi a Patre meo... 25. Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me... 27. Oves meæ vocem meam audiunt; & ego cognoſco eas, & ſequuntur me. 28. Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea. 29. Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus eſt; & nemo poteſt rapere de manu Patris mei. 30. Ego & Pater unum ſumus... 36. Quem Pater ſanctificavit, & miſit in mundum, vos dicitis: Quia blaſphemas: quia dixi, Filius Dei ſum? 37. Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. 38. Si autem facio, & ſi mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoſcatis, & credatis quia Pater in me eſt, & ego in Patre.

Qui tantum myſterium penitius volet ſcrutari, adeat Patres IV. *&* V. *ſæculi, qui adverſus Arianos pro fide catholica ſcripſerunt, in primis vero* SS. Athanasium, Hilarium, Basilium, *&* Augustin. *Legat etiam, quæ adverſus impiam Socinianorum doctrinam præterito ſæculo conſcripta ſunt.*

(E) Philip. II. 5. Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Jeſu: 6. Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. 7. Sed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. 8. Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. 9. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. 10. Ut in nomine Jeſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum; 11. & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.

Hebr. IV. 14. Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit cælos, Jeſum filium Dei: teneamus confeſſionem. 15. Non enim habemus pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris; tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. 16. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.

S. Athanasius *Epiſt. ad Epictetum Epiſcop. Corinthi ann.* 371. *n.* 2. Quis iſta in Eccleſia, aut a Chriſtianis unquam audivit, Dominum fictione non natura, geſtaſſe corpus?

Num. 4. Ipſa (Scriptura ſacra) Deum in humano fuiſſe corpore affirmant; ſed etiam Patres, qui Nicææ convenerunt, non corpus, ſed ipſum Filium dixerunt eſſe Patri conſubſtantialem. Et hunc quidem ex ſubſtantia Patris, corpus vero ex Maria eſſe ex Scripturis item declararunt.

N. 9.... Quemadmodum enim Filius, juxta Patrum doctrinam, quamvis ſit Patri conſubſtantialis, non eſt ipſe Pater, ſed Filius dicitur Patri conſubſtantialis... Porro Trinitas etiam Verbo ex Maria corpus ſumente, Trinitas ſemper eſt, neque acceſſionem admittens, neque diminutionem, ſed perfecte ſemper eſt, & in Trinitate una Deitas agnoſcitur, & ſic unus Deus Verbi Pater in Eccleſia prædicatur.

N. 10. Qui (Thomas,) cum in illo (Chriſto) clavorum veſtigia conſpexiſſet, exclamavit: Dominus meus & Deus meus. Filius enim Deus & Dominus gloriæ cum *Jo.* 20. 28.
eſſet, erat tamen in corpore ignominioſe clavis affixo, & contumeliis affecto. Corpus autem in ligno quidem vulneribus confoſſum patiebatur, & ab ejus latere ſanguis & aqua manabat... Quocirca ſol quidem, cum creatorem ſuum in corpore contumeliis affectum tolerantem videret, radios contraxit, terramque tenebris effudit. Ipſum vero corpus natura præditum mortali, ſupra ſuam naturam, propter Verbum quod in ipſo erat, reſurrexit; & amiſit quidem naturalem ſuam corruptibilitatem: induto autem quod ſupra hominem erat Verbo, incorruptibile factum eſt.

N. 12... Nos Verbum agnoſcentes adoramus, nec Filium a Verbo dividimus, ſed agnoſcimus ipſum Verbum eſſe Filium, per quem omnia facta ſunt, & per quem nos redempti ſumus.

S. Greg. Nazianz. *Orat.* 4. *adverſus Julian.* Oſtendamus quid Chriſtus nos erudiat, qui cum per ea quæ paſſus eſt gloriam ac ſplendorem habeat, non minus tamen per id ſuperavit.

S. Ambros. *de Fide lib.* 2. *c.* 5. *n.* 44. Deus in corpore conſtitutus fragilitatem carnis exponit, ut eorum qui ſacramentum incarnationis abjurant, excluderetur impietas. *N.* 45. Eouſque autem hominem quem veritate corporis demonſtrabat, æquabat affectus, ut diceret: *ſed* *Mat.* 26. 39.
tamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis; cum utique ſimiliter ſit Chriſti velle, quod Pater vult; cujus ſimiliter eſt facere, quod Pater facit.

Cap. 7. *num.* 53. Suſcepit ergo voluntatem meam, ſuſcepit triſtitiam meam... Ut homo ſuſcepit triſtitiam meam, ut homo loquutus eſt, & ideo ait: *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis*.... Ergo pro me & in me doluit, qui pro ſe nihil habuit quod doleret... *N.* 56. Ut homo ergo dubitat, ut homo turbatur. Non turbatur ejus virtus, non turbatur ejus divinitas; ſed turbatur anima ſecundum humanæ fragilitatis aſſumtionem. Et ideo quia ſuſcepit animam, ſuſcepit & animæ paſſiones; non enim Deus, eo quod Deus erat, aut turbari, aut mori potuiſſet.

De Incarnation. Dominic. ſacram. c. 3. *num.* 16. Quomodo.

Digitized by Google

PARS II. SECT. I. CAP. I. §. 2.

...ſci poteſt, ſumta comparatione ex anima & corpore; *Sicut enim anima rationalis & caro, unus eſt homo, ita Deus & homo unus eſt Chriſtus*. (F) Symb. S. Athan. adſc.

Ex hac duplicis naturæ in una perſona connexio-

modo poſſum Verbi invenire principium, a quo omne principium non ſolum creaturarum, ſed etiam cogitationum noſtrarum omnium prævenitur.

N. 18. Verbi eſſe apud Patrem eſt: Patris eſſe cum Ver-
Johan. 1. 1. bo eſt. legimus enim, quia *Verbum erat apud Deum*. Itaque ſi... aliquando non erat; ergo ... & in principio non erat, apud quem erat Verbum. Per Verbum enim audio, per Verbum intelligo, quia Deus erat. Nam ſi ſempiternum Verbum eſſe credidero, quod credo; non poſſum de Patris æternitate dubitare, cujus æternus eſt Filius.

N. 20. Incorporeus eſt Deus: vocem utique incorporeus corporalem non habet. Si vox corporalis non eſt in Patre, nec Filius Verbum eſt corporale ... Si tempus in Patre non eſt, utique nec in Verbo eſt. Quod ſi nullum principii tempus in Verbo, nec numerus utique, nec gradus Verbi eſt. Quia ſi numerus in Verbo, ergo multa verba. Si multa verba, multi & filii. Sed unum Verbum eſt, quod & gradum excludit & numerum: unum ſecundum naturam.

N. 22. Sed quia ſecundum naturam ſuam videri non poterat, ſuſcepit quod erat præter naturam divinitatis, ut ſecundum naturam corporis videretur.

S. EPIPHAN. *adverſus Hæreſes*, *lib.* 3. *tom.* 2. *hæreſ.* 69. *num.* 49. ... Dei Filium non modo carnem, ſed & animam, & mentem, & omnia denique, quæ ſunt hominis propria, ſuſcepiſſe, præter peccatum; neque hoc e viri ſemine, ſed ex virgine Maria, per Spiritum ſanctum.

THEODORETUS Immutabilis *Dial.* 2. *pag.* 27. (Verbum) carnem aſſumens & animam rationalem, caro factum eſſe dicitur. Quod ſi nihil ex noſtra natura aſſumpſit Deus Verbum, veræ non ſunt Patriarchis a Deo univerſorum jurejurando ſancitæ promiſſiones. Inutilis item Judæ benedictio, falſa quæ Davidi facta promiſſio. Supervacanea vero etiam Virgo, quæ Deo incarnato nihil naturæ noſtræ contulit. Prophetarum quoque prædictiones finem non habent. Quare inanis eſt prædicatio noſtra, inanis fides noſtra; vana quoque ſpes reſurrectionis. Men-
Ephеſ. 2. 6. titur enim, ut apparet, Apoſtolus dicens: *Conreſuſcitavit & conſedere nos fecit in cæleſtibus in Chriſto Jeſu*. Si enim noſtræ naturæ Chriſtus Dominus nihil habuit, falſo primitiæ noſtræ appellatus eſt: corporis porro natura ex mortuis excitata non eſt, neque in cælo ſedem a dextris conſecuta ... Ipſe Evangeliſta (Joannes) ſeipſum in-
Johan. 1. 14. terpretatur. Cum enim dixiſſet, *Verbum caro factum eſt*, ſubjunxit, *& habitavit in nobis*. Hoc eſt, fixo in nobis tabernaculo, carneque ex nobis aſſumpta quaſi templo quodam utens, caro factum dicitur. Et docens quod
Ibid. immutabile manſerit, adjecit, *Et vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti a Patre, plenum gratiæ & veritatis*. Etenim carne amictus paternam nobilitatem præferebat, divinitatiſque radios ſpargebat, & dominicæ poteſtatis fulgorem evibrabat, latentem naturam miraculis patefaciens ... Vide prædicationis conſonantiam. Evangeliſta dixit: *Verbum caro factum eſt, & habitavit in*
Philip. 2. 7. *nobis*. Apoſtolus, *ſervi formam accipiens*. Rurſus dixit Evangeliſta: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unige-*
Philip. 2. 6. *niti a Patre*. Apoſtolus, *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*. Et ut paucis dicam, ambo docent, quod cum Deus eſſet, Deique Filius, & Patris gloria ornatus, eandemque haberet cum genitore naturam & potentiam, & cum eſſet in principio, & eſſet apud Deum, & Deus eſſet, creaturaſque eſſet fabricatus, ſervi formam accepit; & videbatur quidem hoc ſolum eſſe quod cernebatur, erat autem
Ibid. 7. Deus humana natura indutus, & hominum reparans ſalutem. Hoc ſignificat illud, *Verbum caro factum eſt*, & illud, *in ſimilitudinem hominum factus*, &, *habitu inventus ut homo*, ... Id quod aſſumpſit non ſimilitudo hominis eſt, ſed hominis natura. Nam forma ſervi natura ſervi, ſicut & forma Dei natura Dei intelligitur. Ipſe vero hac aſſumpta in ſimilitudine hominis factus eſt, & habitu inventus ut homo. Cum enim Deus eſſet, homo eſſe videbatur propter aſſumptam naturam.

S. AUGUST. *Serm.* 231. *alias de temp.* 141. *in diebus Paſchal.* 11. *cap.* 2. *n.* 2. Homo factus eſt, ne periret homo; non enim legibus mortis venit obſtrictus; ideo dici-
Pſal. 87. tur in Pſalmo, *inter mortuos liber*. Quem ſine concupiſcentia virgo concepit, quem & virgo peperit, & virgo permanſit. Qui vixit ſine culpa, qui non eſſet mortuus propter culpam: communicans nobiſcum pœnam, non communicans culpam, .. Dominus Jeſus Chriſtus mori venit, peccare non venit.

Vide infra litt. (H) *hocce* §. S. LEONIS *Epiſt.* 24. *cap.* 3.

(F) SYMBOLUM Quicumque, *quod vulgo* S. ATHANASII *nomine circumfertur*, & VIGILII Tapſenſis *fœtus eſſe creditur*. Eſt ergo fides recta, ut credamus & confiteamur, quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus Dei filius, Deus & homo eſt. Deus ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus; & homo ex ſubſtantia matris in ſæculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens. Æqualis Patri ſecundum divinitatem: minor Patre ſecundum humanitatem. Qui licet Deus ſit & homo, non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus: unus autem non converſione divinitatis in carnem, ſed aſſumptione humanitatis in Deum. Unus omnino non confuſione ſubſtantiæ, ſed unitate perſonæ. Nam ſicut anima rationalis & caro unus eſt homo, ita Deus & homo unus eſt Chriſtus.

CONCIL. CALCHEDON. œcumen. *ſub S. Leone I. ann.* 451. *act.* 5. Sancta Maria Theotocos ſcribatur... Sancta Maria Theotocos eſt ... Virgo Maria Theotocos eſt ... Maria Theotocos. Chriſtus Deus eſt ... Sanctiſſimus autem Archiepiſcopus Leo duas naturas eſſe dicit in Chriſto unitas inconfuſe, inconvertibiliter, & indiviſibiliter in uno unigenito Filio Salvatore noſtro ... Reverendiſſimi Epiſcopi clamaverunt: Ut Leo, ſic credimus .... Ergo addite definitioni ſecundum judicium ſanctiſs. Patris noſtri Leonis, duas eſſe naturas unitas in Chriſto inconvertibiliter, & inſeparabiliter, & inconfuſe ... Sequentes igitur ſanctos Patres, unum eumdemque confiteri filium & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum conſona voce omnes edocemus: eumdem perfectum in Deitate, eumdem perfectum in Humanitate; eumdem Deum verum, eumdem Deum hominem verum ex anima rationali & corpore; eumdem coeſſentialem Patri ſecundum Deitatem, eumdem coeſſentialem nobis ſecundum humanitatem; per omnia nobis ſimilem abſque peccato. ante ſæcula quidem genitum de Patre, ſecundum Deitatem, in noviſſimis autem diebus eumdem propter ſalutem noſtram ex Maria virgine Theotoco ſecundum humanitatem; unum eumdemque Chriſtum Filium Dei unigenitum, in duabus naturis inconfuſe, immutabiliter, indiviſe, inſeparabiliter agnoſcendum: nuſquam ablata ſubſtantia naturarum propter unitionem ... magiſque ſalva proprietate utriuſque naturæ, & in unam perſonam atque exiſtentiam concurrente: non in duas perſonas partitum atque diviſum, neque disjunctum, ſed unum eumdem Filium unigenitum, Deum Verbum Jeſum Chriſtum, ſicut ante Prophetæ de eo dixerunt. & ipſe nos Jeſus Chriſtus erudivit, & Patrum nobis Symbolum tradidit.

S. AUGUST. *Epiſt.* 137. *alias* 3. *ad Voluſianum*, *cap.* 3. *n.* 10. Ille igitur ſibi hominem ſine ſemine operatus eſt, qui in rerum natura ſine ſemine operatur & ſemina. Ille in ſuo corpore numeros temporum menſuraſque ſervavit ætatum, qui ſine ulla ſui mutabilitate mutando contexit ordinem ſæculorum. Hoc enim crevit in tempore, quod cœpit ex tempore. Verbum autem in principio, per quod facta ſunt tempora, tempus elegit, quo ſuſciperet carnem, non tempori ceſſit ut verteretur in carnem. Homo quippe Deo acceſſit, non Deus a ſe receſſit.

N. 11. Sic autem quidam reddi ſibi rationem flagitant, quomodo Deus homini permixtus ſit, ut una fieret perſona Chriſti, cum hoc ſemel fieri oportuerit; quaſi rationem ipſi reddant de re, quæ quotidie ſit, quomodo miſceatur anima corpori, ut una perſona fiat hominis. Nam ſicut in unitate perſonæ anima unitur corpori, ut homo ſit; ita in unitate perſonæ Deus unitur homini, ut Chriſtus ſit. In illa ergo perſona mixtura eſt animæ & corporis, in hac perſona mixtura eſt Dei & hominis ... Cum enim Verbum Dei permixtum eſt animæ habenti corpus, ſimul & animam ſuſcepit & corpus. Illud quotidie ſit ad procreandos homines: hoc ſemel factum eſt ad liberandos homines.

N. 12. Verbum igitur Dei, idemque Dei Filius, Patri coæternus, eademque virtus & ſapientia Dei, a ſuperno fine creaturæ rationalis uſque ad infimum finem creaturæ corporalis adtingens fortiter, & diſponens omnia ſuaviter, præſens & latens, nuſquam concluſa, nuſquam diſciſſa,

nexione, ſequitur primo, Chriſtum, juxta alterutrius naturæ proprietates, modo dici poſse æqualem Patri, modo minorem Patre. Ipſe
Joh. x. 30. Chriſtus ait, *Ego & Pater unum ſumus*. Hoc verum eſt de natura divina. Ait quoque, *Pater major me eſt*. Hoc verum eſt de natura humana. (G) *Jo.* xiv. 28.

Sequitur ſecundo, in Chriſto de Deo dici poſſe

G

ſeſſa, nuſquam tumida, ſed ſine mole ubique tota, longe alio modo quodam, quam eo quo creaturis cæteris adeſt, ſuſcepit hominem, ſeque & illo fecit unum Jeſum Chriſtum, mediatorem Dei & hominum, æqualem Patri
1.*Tim.* ii. 5 ſecundum divinitatem, minorem autem Patrem ſecundum carnem, hoc eſt, ſecundum hominem; incommutabiliter immortalem ſecundum æqualem Patri divinitatem, eumdemque mutabilem atque mortalem ſecundum cognatam nobis infirmitatem... Quæ veritas & antequam hominem aſſumeret, ipſa aderat omnibus, qui ejus participes eſſe potuerunt.

S. CHRYSOST. *Homil.* 10. *in codice Græco* 11. *in cap.* 1. *Johan. pag.* 62. *edit. Pariſ. in fol. ann.* 1633. Factus eſt enim Filius hominis dilectiſſimus Dei Filius, ut filios hominum filios Dei faceret. Supernum namque eum homini copulatum eſt, illud quidem nullo in propriam gloriam detrimento affectum: hoc autem ex multa elatum humilitate, quod certe in Chriſto factum eſt. Suam namque naturam deſcenſu ſuo nihilo inferiorem reddidit, nos autem cum in ignominia ante & in tenebris eſſemus, ad ſupernam erexit gloriam. Non aliter quam cum rex inopem mendicumque ſtudio, & benevolentia quadam alloquitur, nihil ſe indignum facit, illum vero omnibus admirandum reddit. Quod ſi in contingenti hominum dignitate nihil honoratiorem abjectioris conſuetudo offendit, multo minus immortalem illam ſubſtantiam, cum nihil non proprium habeat quod adſit, nihil, quod abſit, eum omnia bona firma, ſtabiliaque in æternum poſſideat. Itaque cum audieris:
Johan. i. 14. *Et Verbum caro factum eſt*, ne perturberis, neve titubes: non enim ſubſtantia tranſivit in carnem, hoc etiam cogitatu impium eſt; ſed eadem permanens, *Servi for-*
Philipp. ii. 7. *mam accepit*... Hoc verbo *factum eſt* utitur, ut hæreticorum os obſtruat. Cum enim ſint qui dicant imaginationem quandam & figmentum eſſe, quæcumque de Incarnatione feruntur; ab ipſo principio eorum perceptam blaſphemiam eſſe aſſerit, neque ſubſtantiæ mutationem, quod abſit, ſed veræ carnis vult acceptionem oſtendere. Quem-
Gal. iii. 13. admodum enim, cum inquit: *Chriſtus nos redemit ex maledicto legis, factus pro nobis maledictum*: non intelligit ſubſtantiam ejus a propria gloria ſeparatam in maledictum verſam: hoc enim neque dæmones ipſi, neque ſtultiſſimi & naturali ſenſu penitus carentes opinarentur, tantam & opinio saperet una cum impietate ſtultitiam. Non igitur hoc dicit, ſed quod pro nobis maledictum accipiens, non ſinit nos amplius maledictos eſſe. Itidem hoc in loco carnem, inquit, ipſum factum eſſe: non quod mutaverit carne ſubſtantia, ſed quod carnem accepit, nulla parte coinquinata ſubſtantia... Hoc enim ſubſtantia omni mutatione ſuperior: ideoque ad hoc venit, ut prodeſſet. Sed quid dico præſtantius, neque eſt quicquam Deo præſtantius, nihil ei, ne minima quidem in re æquiparetur. Sequitur ergo ipſum in deterius mutatum eſſe, ſi mutatus eſſet. Hoc autem nullo pacto Deus eſſet, ſed blaſphemia, quæ in eorum qui hæc dicerent, caput verteretur... Nihil abſurdum ſuſpiceris, cum factum dicimus... unitate namque & conjunctione unum eſt, Deus Verbum, & caro: non confuſione, aut interitu ſubſtantiarum, ſed arcana quadam & inexplicabili unitate. Quomodo autem hoc ſit, noli diſquirere, factum eſt ut ipſe novit. Sed quamnam habitationem habitavit, audi Prophetam: *Su-*
Amos ix. 11. *ſcitabo tabernaculum David, quod cecidit*. Cecidit profecto natura noſtra, eo caſu ut reſtitui nullo pacto a quoquam, niſi ab illa potentiſſima manu poſſet: neque enim aliter exurgere poterat, niſi qui a principio eam finxerat, manum porrexiſſet, & cælitus aquæ & ſpiritus regeneratione informaſſet. Et animadverte, quæſo, admirandum, atque arcanum myſterium: perpetuo enim hoc habitat tabernaculum. Carnem noſtram induit, non ut rurſum dimitteret, ſed omni cum ea tempore habitaturus.

THEODORETUS, Inconfuſus, *Dial.* 2. *p.* 70. Ego vero diſerte clamo, divinam incarnationem mutationis liberam fuiſſe. Si enim alteratione quapiam & mutatione incarnatus eſt, nullo modo ipſi poſt mutationem vel res vel nomina divina conveniunt... Alia quidem eſt incarnata Dei Verbi natura, alia ipſius carnis, quam aſſumens Dei Verbi natura incarnata eſt & homo facta.... Si ergo non converſus (Deus Verbum) ſed carne aſſumpta incarnatus eſt, ... non confuſæ naturæ, ſed integræ manſerunt.... Sic igitur & de Chriſto habenda eſt oratio, ut cum de naturis loquamur, ſua cuique tribuamus, ſciamusque divinitatis quædam eſſe propria, & quædam humanitatis. At cum de perſona verba facimus, communia facienda ſunt quæ naturarum ſunt propria, Chriſtoque ſervatori & hæc & illa tribuenda, ut idem & Deus & homo appelletur, Filius Dei, & Filius hominis, Filius Davidis, & Dominus Davidis, ſemen Abrahæ, & conditor Abrahæ, & alia omnia ſimiliter. *Et paulo poſt*: An vero ne animæ quidem & corpori exæquas divinitatem & humanitatem Chriſti? Sed animæ quidem & corpori tribuis inconfuſam unionem: commiſtionem vero & confuſionem paſſas dicere audes divinitatem Chriſti & humanitatem?

(G) S. AUG. *Tract.* 78. *in Johann.* n. 1. Per quod ergo Filius non eſt æqualis Patri, per hoc iturus erat ad Patrem, a quo venturus eſt vivos judicaturus & mortuos; per illud autem, in quo æqualis eſt gignenti unigenitus, numquam receſſit a Patre; ſed cum illo eſt ubique totus pari divinitate, quam nullus continet locus. *Cum enim in forma Dei* *Philipp.* ii. 6. & 7.
eſſet.... non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis Deo. Quomodo enim rapina poſſet eſſe natura, quæ non erat uſurpata, ſed nata? *Semetipſum autem exinanivit, formam* *Ibid.* 7.
ſervi accipiens: non ergo amittens illam, ſed accipiens iſtam..... Forma quippe ſervi acceſſit, non forma Dei receſſit: hæc eſt aſſumta, non illa conſumta. Propter hanc dicit, *Pater major me eſt*: propter illam vero, *Ego & Pater unum ſumus*. *Jo.* xiv. 28. *Id.* x. 30.

N. 2.... Ipſe ergo Chriſtus Filius Dei, æqualis Patri in forma Dei, quia ſemetipſum exinanivit, non tantum Dei amittens, ſed formam ſervi accipiens, major eſt & ſeipſo: quia major eſt forma Dei, quæ amiſſa non eſt, quam ſervi quæ accepta eſt. Quid itaque mirum, vel quid indignum, ſi ſecundum hanc formam ſervi loquens, ait Dei Filius, *Pater major me eſt*: & ſecundum Dei formam loquens, ait idem ipſe Dei Filius, *Ego & Pater unum ſumus*? Unum ſunt enim ſecundum id quod Deus erat Verbum: major eſt Pater, ſecundum id quod Verbum caro factum eſt.... Secundum hanc formam ſervi puer Chriſtus etiam parentibus ſuis minor erat, quando parvus majoribus, ſicut ſcriptum eſt, *ſubditus erat*. *Luc.* ii. 51.

N. 3. Agnoſcamus geminam ſubſtantiam Chriſti, divinam ſcilicet qua æqualis eſt Patri, humanam qua major eſt Pater. Utrumque autem ſimul non duo, ſed unus eſt Chriſtus.... Sicut enim unus eſt homo anima rationalis & caro, ſic unus eſt Chriſtus Deus & homo: ac per hoc Chriſtus, eſt Deus anima rationalis & caro, Chriſtum in his omnibus, Chriſtum in ſingulis confitemur. Quis eſt ergo, per quem factus eſt mundus? Chriſtus Jeſus, ſed in forma Dei. Quis eſt ſub Pontio Pilato crucifixus? Chriſtus Jeſus, ſed in forma ſervi. Item de ſingulis, quibus homo conſtat. Quis non eſt derelictus in inferno? Chriſtus Jeſus, ſed in anima ſola. Quis reſurrecturus triduo jacuit in ſepulchro? Chriſtus Jeſus, ſed in carne ſola. Dicitur ergo & in his ſingulis Chriſtus. Verum hæc omnia non duo, vel tres, ſed unus eſt Chriſtus.

Lib. 1. *de Trinit. c.* 7. *n.* 14. Sed quam multa in ſanctis libris propter Incarnationem Verbi Dei, quæ pro ſalute noſtra reparanda facta eſt, ut mediator Dei & hominum eſſet homo Chriſtus Jeſus, ita dicuntur, ut majorem Filio Patrem ſignificent, vel etiam apertiſſime oſtendant; erraverunt homines minus diligenter ſcrutantes, vel intuentes univerſam ſeriem Scripturarum, & ea quæ de Chriſto Jeſu ſecundum hominem ſcripta ſunt, ad ejus ſubſtantiam quæ ante Incarnationem ſempiterna erat, & ſempiterna eſt, transferre conati ſunt. Et illi quidem dicunt, minorem Filium eſſe quam Pater eſt, quia ſcriptum eſt ipſo Domino dicente, *Pater major me eſt*. Veritas autem oſtendit ſe- *Joh.* xiv. 28.
cundum iſtum modum etiam ſe ipſo minorem Filium. Quo- *Phil.* ii. 6.
modo enim non etiam ſe ipſo minor factus eſt, qui ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens? Neque enim ſic accepit formam ſervi, ut amitteret formam Dei, in qua erat æqualis Patri. Si ergo ita accepta eſt forma ſervi, ut non amitteretur forma Dei, cum & in forma ſervi, & in forma Dei idem ipſe ſit Filius unigenitus Dei Patris, in forma Dei æqualis Patri, in forma ſervi mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus; quis non intelligat quod in forma Dei etiam ipſe ſe ipſo major eſt, in forma autem ſervi etiam ſe ipſo minor eſt? Non itaque immerito Scriptura utrumque dicit, & æqualem Patri Filium, & Patrem majorem Filio. Illud enim propter formam Dei, hoc autem propter formam ſervi, ſine ulla confuſione intelligitur. Et hæc nobis regula per omnes ſacras Scripturas diſſolvendæ

hujus

Digitized by Google

ſe quæ hominis ſunt, de homine dici poſſe quæ Dei ſunt, quia perſona eadem Deus & homo eſt. Itaque recte dicitur Deum paſſum eſſe, mortuum eſſe, reſurrexiſſe. Recte dicitur quoque eſſe hominem, eſſe filium Dei, imo & Deum. Atque hoc eſt, quod Theologi vocant communicationem idiomatum. (H)

H

I. Poteſt ne ſimili ratione dici Pater, aut Spi-

hujus quæſtionis, ex uno capitulo Epiſtolæ Pauli Apoſtoli promitur, ubi manifeſtius iſta diſtinctio commendatur. Phil. II. 6. & 7. Ait enim, *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis Deo; ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.* Eſt ergo Dei Filius Deo Patri natura æqualis, habitu minor. In forma enim ſervi quam accepit, minor eſt Patre: in forma autem Dei, in qua erat etiam antequam hanc accepiſſet, æqualis eſt Patri. In forma Dei, Verbum per quod facta ſunt omnia; in forma autem ſervi, factus ex muliere, factus ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeret. Proinde in forma Dei fecit hominem, in forma ſervi factus eſt homo... Ergo quia forma Dei accepit formam ſervi, utrumque Deus & utrumque homo: ſed utrumque Deus propter accipientem Deum, utrumque autem homo propter acceptum hominem. Neque enim illa ſuſceptione, alterum eorum in alterum converſum atque mutatum eſt: nec divinitas quippe in creaturam mutata eſt, ut deſiſteret eſſe divinitas; nec creatura in divinitatem, ut deſiſteret eſſe creatura.

1. Cor. 15. *Cap.* 8. *num.* 15. Illud autem quod dicit Apoſtolus, *Cum autem ei omnia ſubjecta fuerint, tunc & ipſe Filius ſubjectus erit ei qui illi ſubjecit omnia*, aut ideo dictum eſt, ne quiſquam putaret habitum Chriſti, qui ex humana creatura ſuſceptus eſt, converſum iri poſtea in ipſam divinitatem, vel ut certius expreſſerim, deitatem, quæ non eſt creatura, ſed eſt unitas Trinitatis incorporea, & incommutabilis, & ſibimet conſubſtantialis & coæterna natura.

Cap. 11. *n.* 22. Quapropter cognita iſta regula intelligendarum Scripturarum de Filio Dei, ut diſtinguamus quid in eis ſonet ſecundum formam Dei, in qua æqualis eſt Patri, & quid ſecundum formam ſervi quam accepit, in qua minor eſt Patre, non conturbabimur tamquam contrariis ac repugnantibus inter ſe ſanctorum librorum ſententiis. Nam ſecundum formam Dei æqualis eſt Patri, & Filius, & Spiritus ſanctus, quia neuter eorum creatura eſt: . . ſecundum autem formam ſervi, minor Johan. XIV. 28. eſt Patre, quia ipſe dixit, *Pater major me eſt.* minor eſt ſeipſo, quia de illo dictum eſt, ſemetipſum exinaniPhil. II. 7. vit ... Secundum formam Dei, omnia per ipſum facta ſunt: ſecundum formam ſervi, ipſe factus eſt ex muliere, factus ſub lege. Secundum formam Dei, ipſe & Pater unum ſunt: ſecundum formam ſervi, non venit facere voluntatem ſuam, ſed voluntatem ejus qui eum miſit. Joh. V. 26. Secundum formam Dei, ſicut habet Pater vitam in ſemetipſo, ſic dedit & Filio vitam habere in ſemetipſo: ſecunMatt. XXVI. 38. 39. dum formam ſervi. *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*, & *Pater*, inquit, *ſi fieri poteſt tranſeat a me calix iſte.* Secundum formam Dei, ipſe eſt verus Deus; & vita æterna: Phil. II. 8. ſecundum formam ſervi, *factus eſt obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis.*

N. 23. Secundum formam Dei, omnia quæ habet Pater, ipſius ſunt: & *omnia mea tua ſunt*, inquit, *& mea tua.* Joh. 17. 10. Secundum formam ſervi, non eſt doctrina ipſius, ſed illius qui eum miſit.

Cap. 12. Et de die & hora nemo ſcit, neque Angeli in cælo, neque Filius niſi Pater. Hoc enim neſcit, quod neſcientes facit, id eſt, quod non ita ſciebat, ut tunc Diſcipulis indicaret.

N. 24. Secundum formam Dei dictum eſt, *ante omnes* Prov. 8. 25. *colles genuit me*, id eſt, ante omnes altitudines creatu- Pſal. 109. 3. rarum; &, *ante luciferum genui te*, id eſt, ante omnia tempora & temporalia: ſecundum autem formam ſervi Job 40. 14. dictum eſt, *Dominus creavit me in principio viarum ſuaJoan. 14. 6. rum.* Quia ſecundum formam Dei dixit, *Ego ſum veritas*; Ibid. & ſecundum formam ſervi, *Ego ſum via* .... Secundum formam enim Dei, principium eſt quod & loquitur nobis; Geneſ. 1. 1. in quo principio fecit Deus cælum & terram: ſecundum Pſal. 18. 6. autem formam ſervi, *ſponſus procedens de thalamo ſuo.* Coloſſ. 1. 15. Secundum formam Dei, *primogenitus omnis creaturæ*, & ipſe ante omnes eſt, & omnia in illo conſtant: ſecundum Epheſ. V. 23. formam ſervi, ipſe *eſt caput* corporis *Eccleſiæ*. Secundum 1. Cor. II. 8. formam Dei, *Dominus eſt gloriæ*. Unde manifeſtum eſt, quod ipſe glorificet ſanctos ſuos... Secundum tamen formam ſervi . . . reſpondit, *Sedere ad dexteram vel ad ſi-* Matt. 20. 23. *niſtram meam non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt a Patre meo.*

De Trinitate lib. 2. *cap.* 1. *n.* 2. Quamquam firmiſſime teneamus de Domino noſtro Jeſu Chriſto, & per Scripturas diſſeminatam, & a doctis Catholicis earumdem Scripturarum tractatoribus demonſtratam tanquam canonicam regulam, quomodo intelligatur Dei Filius, & æqualis Patri ſecundum Dei formam in qua eſt, & minor Patre ſecundum ſervi formam quam accepit: in qua forma non ſolum Patre, ſed etiam Spiritu ſancto, neque hoc tantum, ſed etiam ſeipſo minor inventus eſt, non ſeipſo qui fuit, ſed ſeipſo qui eſt, quia forma ſervi accepta, formam Dei non amiſit .... Sunt tamen quædam in divinis eloquiis ita poſita, ut ambiguum ſit, ad quam potius regulam referantur, utrum ad eam qua intelligimus minorem Filium in aſſumta creatura, an ad eam qua intelligimus non quidem minorem eſſe Filium, ſed æqualem Patri, tamen ab illo hunc eſſe *Deum de Deo, lumen de lumine.* Synod. Nic. Filium quippe dicimus Deum de Deo, Patrem autem Deum tantum non de Deo. Unde manifeſtum eſt, quod Filius habeat alium de quo ſit, & cui Filius ſit. Pater autem non Filium de quo ſit habeat, ſed tantum cui Pater ſit.

N. 3. Quædam itaque ita ponuntur in Scripturis de Patre & Filio, ut indicent unitatem æqualitatemque ſubſtantiæ, ſicuti eſt, *Ego & Pater unus ſumus*: &, *Cum* Johan. X. 30. *in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqua-* Phil. II. 6. *lis Deo*: & quæcumque talia ſunt. Quædam vero ita, ut minorem oſtendant Filium propter formam ſervi, id eſt, propter aſſumtam creaturam mutabilis humanæque ſubſtantiæ, ſicuti eſt quod ait, *Quoniam Pater major me eſt*, Joh. XIV. 28. & *Pater non judicat quemquam, ſed omne judicium dedit* Joh. V. 22. *Filio.* Nam paulo poſt conſequenter ait: *Et poteſtatem* Ibid. 27. *dedit ei & judicium facere, quoniam Filius hominis eſt.* Quædam porro ita, ut nec minor, nec æqualis tunc oſtendatur, ſed tantum quod de Patre ſit intimetur, ut eſt illud, *Sicut habet Pater vitam in ſemetipſo, ſic de-* Ibid. 26. *dit Filio vitam habere in ſemetipſo*; & illud, *Neque enim* Ibid. 19. *poteſt Filius a ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem.* Quod ſi propterea dictum acceperimus, quia in forma accepta ex creatura minor eſt Filius, conſequens erit, ut prior Pater ſuper aquas ambulaverit, aut alicujus alterius cæci nati de ſputo & luto oculos aperuerit, & cætera quæ Filius in carne apparens inter homines fecit, ut poſſet ea facere qui dixit, non poſſe Filium a ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem..... Reſtat ergo, ut hæc ideo dicta ſint, quia incommutabilis eſt vita Filii ſicut Patris, & tamen de Patre eſt; & inſeparabilis eſt operatio Patris & Filii, ſed tamen ita operari Filio de illo eſt, de quo ipſe eſt, id eſt, de Patre; & ita videt Filius Patrem, ut quo eum videt hoc ipſo ſit Filius. Non enim aliud illi eſt eſſe de Patre, id eſt, naſci de Patre, quam videre Patrem; aut aliud videre operantem, quam pariter operari; ſed ideo non a ſe, quia non eſt a ſe. Et ideo quæ viderit Patrem facientem, hæc eadem facit & Filius ſimiliter, quia de Patre eſt.

(H) S. HILARIUS *Lib.* 9. *de Trinit. n.* 3. ... Neſcit plane vitam ſuam, neſcit: qui Chriſtum Jeſum, ut verum Deum, ita & verum hominem ignorat; & ejuſdem periculi res eſt, Chriſtum Jeſum, vel ſpiritum Deum, vel carnem noſtri corporis denegare..... Mediator ipſe in ſe ad ſalutem Eccleſiæ conſtitutus: & ipſo illo inter Deum & homines mediatoris ſacramento, utrumque unus exiſtens, dum ipſe ex unitis in idipſum naturis, naturæ utriuſque res eadem eſt: ita tamen, ut neutro careret in utroque, ne forte Deus eſſe homo naſcendo deſineret, & homo rurſus Deus manendo non eſſet. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides vera eſt, Deum & hominem prædicare, Verbum & carnem confiteri: neque Deum neſcire, quod homo ſit; neque carnem ignorare, quod Verbum ſit.

S. LEO MAGN. Papa I. *Epiſt.* 134. *alias* 97. *ad Leonem Auguſtum ann.* 458. 20. *Auguſti*, *cap.* 2. .... Anathematizetur ergo Neſtorius, qui beatam Virginem Mariam non Dei, ſed hominis tantummodo credidit genitricem, ut aliam perſonam carnis, aliam faceret Deitatis: nec unum Chriſtum in Verbo Dei & carne ſentiret, ſed ſeparatim atque ſejunctim alterum Filium Dei, alterum hominis prædicaret.

Cap. 3. Non dubium eſt eam nos fidem prædicare atque defendere, quam ſancta Synodus Nicæna confirmavit, dicens: *Credimus .... in unum Dominum noſtrum Jeſum* Chri-

Digitized by Google

Chriſtum Filium Dei, natum de Patre unigenitum, hoc eſt, de ſubſtantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, unius ſubſtantiæ cum Patre, (quod Græci dicunt ὁμοούσιον) per quem omnia facta ſunt, ſive quæ in cœlo, ſive quæ in terra. Qui propter nos & noſtram ſalutem deſcendit, incarnatus eſt, & homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die; aſcendit in cœlum venturus judicare vivos & mortuos. In qua profeſſione hoc evidentiſſime continetur, quod etiam nos de Domini Incarnatione confitemur & credimus, qui ad ſalutem humani generis reformandam, veram carnem noſtræ fragilitatis non de cœlo ſecum detulit, ſed in utero Virginis matris aſſumpſit.

Cap. 6. Licet in uno Domino Jeſu Chriſto vero Dei atque hominis Filio, Verbi & carnis una perſona ſit, quæ inſeparabiliter atque indiviſe communes habeat actiones, ... ſine Verbi potentia nec conciperet Virgo, nec pareret, & ſine veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret. Sine Verbi potentia non adorarent Magi puerum, ſtella indice declaratum: & ſine veritate carnis non juberetur in Ægyptum transferri puer, & ab Herodis perſecutione ſubduci. Sine Verbi potentia non diceret
Mat. 3. 17. vox Patris miſſa de cœlo: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*; & ſine veritate carnis non pro-
Job. 1. 29. teſtaretur Johannes: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi* ... Poſtremo ſine Verbi potentia non ſe Dominus Patri profiteretur æqualem, & ſine veritate carnis, non idem diceret Patrem ſe eſſe majorem: cum Catholica fides utrumque ſuſcipiat, utrumque defendat, quæ ſecundum confeſſionem beati Apoſtoli Petri, unum
Mat. 16. 16. Chriſtum Dei vivi Filium & hominem credit, & Verbum.

Sequuntur teſtimonia Patrum ex ejuſdem S. Leonis *Epiſt. cap.* x. *deprompta*.

S. Hilar. *Lib.* 2. *de Fide cap.* 3. Qui inviſibilis & incomprehenſibilis eſt, nunc viſu, ſenſu, tactuque mortalium, cunis eſt obvolutus ... Non illi eguit homo effici, per quem homo factus eſt: ſed nos eguimus, ut Deus caro fieret, & habitaret in nobis .... Humilitas ejus, noſtra nobilitas eſt: contumelia ejus, noſter honor eſt.

S. Ambros. *Lib.* 2. *de Fide* ... Idem Deus, idem homo, per divinitatem Deus, per ſuſceptionem carnis homo, Chriſtus Jeſus Dominus majeſtatis dicitur crucifixus, quia conſors utriuſque naturæ, id eſt, humanæ atque divinæ, in natura hominis ſubiit paſſionem.

Philip. 2. 6 *Epiſt. lib.* 7. *Epiſt.* 47. Pulchre Apoſtolus: ... *Cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens.* Quid eſt in forma Dei, niſi in plenitudine Deitatis, in illa perfectionis divinæ expreſſione? Ergo cum eſſet in plenitudine, exinanivit ſe, & accepit plenitudinem naturæ & perfectionis humanæ ... Homo ſecundum carnem, ſed ultra hominem ſecundum divinam operationem: Denique cum Leproſum tangeret homo videbatur; ſed ultra hominem cum mundaret. Et cum Lazarum mortuum fleret, mortuum quaſi homo flebat, ſed ſupra hominem erat cum mortuum vinctis juberet pedibus exire. Homo videbatur, cum penderet in cruce: ſed ſupra hominem, cum reſeratis tumulis mortuos ſuſcitaret.

S. August. *Epiſt. ad Dardanum*. Noli itaque dubitare, ibi nunc eſſe hominem Chriſtum, unde venturus eſt; memoriterque recole, & fideliter tene Chriſtianam confeſſionem, quoniam *reſurrexit a mortuis, aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris*: nec aliunde quam inde
Act. 1. 11. *ad judicandos venturus eſt vivos & mortuos*: & *ſic venturus eſt*, illa angelica voce teſtante, *quemadmodum eſt ire in cœlum*, id eſt, in eadem forma carnis atque ſubſtantia, cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abſtulit.

Epiſt. ad Voluſianum. Nunc vero ita inter Deum & homines mediator apparuit, ut in unitate perſonæ copulans utramque naturam, & ſolita ſublimaret inſolitis, & inſolita ſolitis temperaret.

S. Johannes Conſtantinop. Epiſcop. *Homilia de Cruce & Latrone*. Quid mirum eſt, ſi crucem portans adveniet, quando & vulnera corporis ipſe demonſtrat? *Tunc enim*,
Zac. 12. 10. inquit, *videbunt, quem confixerunt*. Et ſicut poſt reſur-
Job. 19. 37. rectionem, Thomæ voluit diffidentiam confutare, & illi clavorum loca monſtravit, & lateris vulnera de-
Job. 20. 27. claravit, & dixit: *Mitte manum tuam, & vide, quo-*
Luc. 24. 39. *niam ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me vides habere*: ſic & tunc oſtendet vulnera, crucemque demonſtrabit: ut oſtendat illum ſe eſſe, qui fuerat crucifixus.

Homilia de Aſcenſione Domini. Deus nobis juſte iraſcebatur, & nos contemnebamus iratum, & clementem Dominum declinabamus: & in medium Chriſtus ingeſſit, & ſociavit utramque naturam, & nobis quod imminebat a Patre ſupplicium, ipſe ſuſtinuit ... Chriſtus igitur noſtræ naturæ primitias obtulit Patri, & oblatum donum miratus eſt Pater, quod & tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur, nulla macula fœdabatur.

Theophil. *de Epiſt. Paſchali*. *Domine, inclina cœlos* Pſ. 143. 5.
tuos, & deſcende. Non ut mutaret locum, in quo omnia ſunt, ſed ut propter ſalutem noſtram carnem humanæ fragilitatis aſſumeret, Paulo Apoſtolo eadem con- 2. Cor. 8. 9.
cinente, *Cum eſſet dives, pauper factus eſt, ut nos illius paupertate divites eſſemus*. Venitque in terram, & de virginali utero, quem ſanctificavit, egreſſus homo, interpretationem nominis ſui Emmanuel, id eſt, Nobiſcum Deus, diſpenſationis confirmans, mirum in modum cœpit eſſe quod nos ſumus, & non deſiit eſſe quod erat: ſic aſſumens naturam noſtram, ut quod erat ipſa non perderet. Quanquam enim Johannes ſcribat: *Verbum caro* Joh. 1. 14.
factum eſt; id eſt aliis verbis, Deus homo factus eſt; Verbum tamen non eſt verſum in carnem, quia nunquam Deus eſſe ceſſavit.

In alia Epiſtola Paſchali contra Origenem. Unus Filius Patris, noſtrique mediator, nec æqualitatem ejus amiſit, nec a noſtro conſortio ſeparatus eſt: inviſibilis Deus, & viſibilis homo, in forma ſervi abſconditus, & Dominus gloriæ confeſſione credentium comprobatus. Neque enim privavit eum Pater naturæ ſuo nomine, poſtquam propter nos homo, & pauper effectus eſt ... Nec ſimilitudo noſtra in divinitatis eſt mutata naturam, nec divinitas in noſtræ naturæ verſa eſt ſimilitudinem.

S. Gregor. Nazianz. *in Homilia in Epiphan.* Cum proceſſiſſet ex Virgine Deus, in ea quam aſſumpſerat humana natura, unum ex duobus ſibi invicem contrariis exiſtens, carne & ſpiritu, aliud in Deum aſſumitur, aliud Deitatis gratia præſtat ... Miſſus eſt quidem, ſed ut homo. Duplex enim erat in eo natura. Inde denique & laboravit ex itinere, inde & eſuriit, & ſitivit, & contriſtatus eſt, & flevit humani corporis lege.

S. Basil. Cum ergo quædam in Chriſto ita videmus humana, ut nihil a communi mortalium fragilitate diſtare videantur; quædam ita divina, quæ nulli alii, niſi illi ineffabili naturæ conveniant Deitatis: .... ut in uno eodemque ita utriuſque naturæ veritas demonſtretur, ut neque aliquid indignum & indecens de divina illa & ineffabili ſubſtantia ſentiatur: neque rurſum quæ humanitus geſta ſunt, falſis illuſa imaginibus æſtimentur.

S. Cyril. Alexand. *in Orat.* 2. *de recta fide ad Reginas c.* 9. Homo nominatus eſt, cum ſit natura Deus Dei Patris Verbum, quoniam ſimiliter ut nos ſanguini communicavit & carni. Sic enim in terris apparuit, non amittens id quod erat, ſed aſſumens humanitatis naturam in ſua ratione perfectam.

Ex Scoliis de Incarnatione unigeniti. Unus igitur eſt, & ante Incarnationem Deus verus, & qui in divinitate manſit, in qua erat, eſt, & erit. Non diſcernendum igitur unum Dominum Jeſum Chriſtum in hominem ſeorſum, & ſeorſum in Deum, ſed unum eumdemque Jeſum Chriſtum eſſe dicimus, non ignorantes differentias naturarum, ſed eas inconfuſas inter ſe ſervantes.

Cap. 25. Intelligitur namque certa aliud in alio inhabitare, id eſt, Divinam naturam in humanitate non perpeſſam commiſtionem aut commutationem, ut eſſet quod non erat. Quidquid enim in alio habitare dicitur non ipſum fit tale, quale eſt id, in quo habitat, ſed aliud in eo magis intelligitur. At vero in Verbi natura & humanitatis, nobis ſolam differentiam deſignat diverſitas naturarum. Unus enim ex utraque intelligitur Chriſtus. Ergo inconfuſione, ut ante dixi, ſervata inhabitaſſe ait Verbum in nobis. Scit enim unum eſſe Filium unigenitum, carnem factum & hominem.

Epiſtola ad Neſtorium 1. *parte Concil. Epheſini t.* 8. Ait igitur ſancta & magna Synodus ipſum, qui eſt ex Deo Patre natus naturaliter, Filium unigenitum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem & cum quo omnia fecerit Pater, hunc deſcendiſſe, incarnatum eſſe, & hominem factum, paſſum eſſe, reſurrexiſſe tertia die, & aſcendiſſe rurſus ad cœlos. Hæc nos ſequi verba debemus; his non convenit obtemperare dogmatibus: conſiderantes quid ſit incarnatum eſſe, & hominem factum Dei Verbum. Non enim dicimus, quod Dei natura converſa vel immutata, facta ſit caro; nec quod in totum hominem, qui eſt ex anima & corpore, transformata ſit, ſed illud magis, quod carnem animatam anima rationali ſibi copulaverit Verbum ſubſtantialiter, & ineffabiliter factus ſit homo, & nuncupatus ſit etiam Filius homi-

Spiritus ſanctus carnem humanam aſſumpſiſſe, paſſus fuiſſe, mortuus eſſe; quia Pater & Spiritus ſanctus eamdem habent naturam divinam cum filio, de quo hæc omnia dici poſſunt?

R. Nullatenus. Hæc de ſolo Filio, non item

de

nis, non nuda tantummodo voluntate, ſed nec aſſumptione ſola perſonæ, ſed quod diverſæ quidem naturæ in unum convenerint, unus tamen ex ambabus Chriſtus & Filius, non evacuata aut ſublata diverſitate naturarum per conjunctionem, ſed quia ſimul nobis effecerunt unum Dominum, & Chriſtum, & Filium, id eſt, divinitas & humanitas, per arcanam illam ineffabilemque copulationem ad unitatem. Itaque is, qui ante ſæcula omnia eſt natus a Patre, etiam ex muliere carnaliter dicitur procreatus in tempore. Non quia divina ipſius natura de ſacra Virgine ſumpſit exordium ... ſed quia propter nos & propter noſtram ſalutem naturam ſibi copulavit humanam, & proceſſit ex muliere, idcirco dicitur natus eſſe carnaliter ... in ipſa vulva uteroque virginali, ſe cum carne conjunxit, & ſuſtinuit generationem carnalem, carnis ſuæ nativitatem, faciens ſuam. Sic illum dicimus & paſſum eſſe & reſurrexiſſe, non quia Deus Verbum in ſua natura paſſus ſit, aut plagas, aut clavorum transfixiones, aut alia vulnera ſuſceperit: (Deus namque incorporalia extra paſſionem eſt) ſed quia corpus illud, quod ipſius proprium factum eſt, paſſum eſt; ideo hæc omnia pro nobis dicitur paſſus. Inerat enim in eo corpore, quod patiebatur, Deus qui pati non poterat. Simili modo & mortem illius intelligimus. Immortale enim & incorruptibile eſt naturaliter, & vita, & vivificans Dei Verbum.. Sed quia corpus ipſius proprium, *Gratia* Heb. 11. 9. *Dei*, juxta Pauli vocem, *pro omnibus mortem guſtavit*, idcirco ipſe dicitur mortem paſſus eſſe pro nobis. Non quod in ſe mortem eſſet expertus, quantum ad ipſius naturam pertinet ... ſed quod ... caro ipſius mortem guſtavit. Ita & reſurgente carne, ipſius rurſus reſurrectionem dicimus: non quia in corruptionem ceciderit, abſit; ſed quia ejus reſurrexit corpus. Ita Chriſtum unum & Dominum confitemur non tanquam hominem cum Verbo coadorantes; ne diviſionis quædam ſpecies inducatur, ſed unum jam & eumdem adorantes, quia non eſt alienum a Verbo corpus ſuum, cum quo ipſi etiam aſſidet Patri ... Id autem eſt oſtendere Dei Verbum, ſimiliter ac nos participationem habuiſſe carnis & ſanguinis, & corpus noſtrum propria ſuum feciſſe, & hominem ex muliere proceſſiſſe, non abjecta, nec depoſita deitate, aut generatione illa, quam habebat ex Patre; ſed manſiſſe etiam in aſſumptione carnis Deum, quod erat ... Ideo illi (ſancti Patres) non dubitaverunt ſanctam Virginem dicere Θεοτόκον, non quod Verbi natura, deitasque in ſancta Virgine ſumpſit exordium, ſed quod ex ea natum ſit ſacrum illud corpus animatum anima rationali, cui ſubſtantialiter adunatum Dei Verbum, carnaliter natum eſſe dicitur.

S. LEO *Epiſt.* 24. *alias* 10. *ad Flavianum c.* 2. Fidelium univerſitas profitetur credere ſe ... in Jeſum Chriſtum Filium ejus (Dei Patris) unicum, Dominum noſtrum, qui natus eſt de Spiritu ſancto & Maria Virgine ... Cum Deus & omnipotens & æternus creditur Pater, conſempiternus eidem Filius demonſtretur, in nullo a Patre differens, quia de Deo Deus, de omnipotente omnipotens, de æterno natus eſt coæternus; non poſterior tempore, non inferior poteſtate, non diſſimilis gloria, non diviſus eſſentia; idem vero ſempiterni genitoris unigenitus ſempiternus natus eſt de Spiritu ſancto & Maria Virgine. Quæ nativitas temporalis illi nativitati divinæ & ſempiternæ nihil minuit, nihil contulit, ſed totam ſe reparando homini, qui erat deceptus, impendit: ut & mortem vinceret, & diabolum, qui mortis habebat imperium, ſua virtute deſtrueret.

Cap. 3. Salva igitur proprietate utriuſque naturæ & ſubſtantiæ, & in unam coeunte perſonam, ſuſcepta eſt a majeſtate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas; & ad reſolvendum conditionis noſtræ debitum, natura inviolabilis naturæ eſt unita paſſibili, ut, quod noſtris remediis congruebat, unus atque idem Mediator Dei & hominum, homo Jeſus Chriſtus, & mori poſſet ex uno, & mori non poſſet ex altero. In integra ergo veri hominis perfectaque natura verus natus eſt Deus, totus in ſuis, totus in noſtris. Noſtra autem dicimus, quæ in nobis ab initio Creator condidit, & quæ reparanda ſuſcepit. Nam illa, quæ deceptor intulit, & homo deceptus admiſit, nullum habuere in Salvatore veſtigium. Nec quia communionem humanarum ſubiit infirmitatum, ideo noſtrorum fuit particeps delictorum. Aſſumpſit formam ſervi ſine ſorde peccati, humana augens, divina non minuens, quia exinanitio illa, qua ſe inviſibilis viſibilem præbuit, & Creator ac Dominus omnium rerum unus voluit eſſe mortalium, inclinatio fuit miſerationis, non defectio poteſtatis. Proinde qui manens in forma Dei fecit hominem, idem in forma ſervi factus eſt homo. Tenet enim ſine defectu proprietatem ſuam utraque natura: & ſicut formam ſervi Dei forma non adimit, ita formam Dei ſervi forma non minuit.

Cap. 4. Ingreditur ergo hæc mundi infima Filius Dei, de cæleſti ſede deſcendens, & a paterna gloria non recedens, novo ordine, nova nativitate generatus. Novo ordine, quia inviſibilis in ſuis, viſibilis factus eſt in noſtris: incomprehenſibilis voluit comprehendi; ante tempora manens, eſſe cœpit ex tempore: univerſitatis Dominus ſervilem formam, obumbrata majeſtatis ſuæ immenſitate, ſuſcepit. Impaſſibilis Deus non dedignatus eſt eſſe homo paſſibilis, & immortalis mortis legibus ſubjacere. Nova autem nativitate generatus, quia inviolata virginitas concupiſcentiam neſcivit, carnis materiam miniſtravit. Aſſumpta eſt de Matre Domini natura, non culpa; nec in Domino Jeſu Chriſto, ex utero Virginis genito, quia nativitas eſt mirabilis, ideo noſtri eſt natura diſſimilis. Qui enim verus eſt Deus, idem verus eſt homo: & nullum eſt in hac unitate mendacium, dum invicem ſunt, & humilitas hominis, & altitudo deitatis. Sicut enim Deus non mutatur miſeratione, ita homo non conſumitur dignitate. Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium eſt; Verbo ſcilicet operante quod Verbi eſt, & carne exequente quod carnis eſt. Unum horum coruſcat miraculis, aliud ſuccumbit injuriis. Et ſicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recedit, ita caro naturam noſtri generis non relinquit. Unus enim idemque eſt ... vere Dei Filius, & vere hominis Filius. Deus per id, quod *in Principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum,* Johan. 1. 1. *& Deus erat Verbum*. Homo per id, quod *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*. Deus per id, quod *omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*. Id. 14. Id. 2. Homo per id, quod *factus eſt ex muliere, factus ſub lege*. Gal. 4. 4. Nativitas carnis, manifeſtatio eſt humanæ naturæ: partus Virginis, divinæ eſt virtutis indicium. Infantia parvuli, oſtenditur humilitate cunarum. Magnitudo altiſſimi, declaratur vocibus Angelorum. Similis eſt rudimentis hominum, quem Herodes impie molitur occidere: ſed Dominus eſt omnium, quem Magi gaudent ſuppliciter adorare. Jam cum ad Præcurſoris ſui Johannis baptiſmum venit, ne lateret quod carnis velamine divinitas tegeretur, vox Patris de cælo intonans, dixit: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*. Matt. 3. 17 Quem itaque ſicut hominem diabolica tentat aſtutia, eidem ſicut Deo angelica famulantur officia. Eſurire, ſitire, laſſeſcere, atque dormire evidenter humanum eſt. Sed quinque panibus, quinque millia hominum ſatiare, & largiri Samaritanæ aquam vivam, cujus hauſtus bibenti præſtet, ne ultra jam ſitiat; ſupra dorſum maris plantis non deſidentibus ambulare, & elationes fluctuum increpata tempeſtate conſternere, ſine ambiguitate divinum eſt. Sicut ergo non ejuſdem naturæ eſt, flere miſerationis affectu amicum mortuum, & eumdem remoto quatriduanæ aggere ſepulturæ, & ad vocis imperium excitare redivivum; aut in ligno pendere, & in noctem luce converſa, omnia elementa tremefacere; aut clavis transfixum eſſe, & paradiſi portas fidei Latronis aperire: ita non ejuſdem naturæ eſt, dicere: *Ego & Pater unum ſumus*; & dicere, *Pater major me eſt*. Joh. 10. 30. Id. 14. 28. Quamvis enim in Domino Jeſu Chriſto Dei & hominis una perſona ſit: aliud tamen eſt, unde contumelia in utroque communis, aliud unde communis eſt gloria. De noſtro enim illi minor eſt Patre humanitas; de Patre illi eſt æqualis cum Patre divinitas.

Cap. 5. Propter hanc ergo unitatem perſonæ in utraque natura intelligendam, & Filius hominis legitur deſcendiſſe de cælo, cum Filius Dei carnem de ea Virgine, de qua eſt natus, aſſumpſerit. Et rurſus, Filius Dei crucifixus dicitur ac ſepultus, cum hæc non in divinitate ipſa, qua unigenitus conſempiternus & conſubſtantialis eſt Patri, ſed in naturæ humanæ ſit infirmitate perpeſſus. Unde unigenitum Filium Dei crucifixum & ſepultum omnes etiam in Symbolo confitemur, ſecundum illud Apoſtoli: *Si enim cognoviſſent, nunquam Dominum majeſtatis crucifixiſſent*. 1. Cor. 2. 8.

S. AUG.

de Patre aut Spiritu ſancto dici nequeunt. Quia in ſola Filii perſona, non in perſona Patris aut Spiritus ſancti, facta naturarum conjunctio eſt. Solus Filius, non Pater aut Spiritus ſanctus factus eſt homo. (I)

I

I. Quomodo fieri poteſt ut natura utraque divina & humana in una Filii perſona conjuncta ſit; & Filius Dei, qui unam utique cum Patre & Spiritu ſancto naturam divinam habet, homo factus fuerit, nec tamen idem de Patre & Spiritu ſancto dici poſſit?

R. Hæc omnia captum humanæ mentis omnino ſuperant: credimus tamen, & firmiter, & ſine ulla dubitationis umbra; quia Deus id perſpicue revelavit, & Eccleſia pro hæreticis habuit ſemper eos qui hæc omnia & ſingula non crediderunt.

I. Numquid in Chriſto ſicut duæ naturæ ſunt, ita & voluntates duæ?

R. Sunt duæ diſtinctæ voluntates. Nam utraque natura, ut jam diximus, in Chriſto eſt ſine confuſione cum utriuſque naturæ proprietatibus, at proprium imo de eſſentia eſt naturæ intelligentis ſuam habere voluntatem. At perfectiſſima ſemper interceſſit inter utramque Chriſti voluntatem cohærentia; ita ut divinæ voluntati voluntas humana paruerit & ſubjecta fuerit ſemper. (K) K

I. Cælum ne reliquit Filius Dei ut ad naturam humanam deſcenderet?

R. Nullatenus. Deus enim eſt ubique. Itaque neceſſe non fuit ut relicto cælo veniret ad nos. Cum ergo dicitur Filius Dei de cælo deſcendiſſe in terram, tranſlata locutio eſt, qua id ſolum innuitur, Filium Dei in terris aſſumſiſſe naturam humanam, quam prius non aſſumſerat, & a qua infinite diſtabat, ſi ſpectes perfectionem. Itaque aſſumta humanitate in terris viſus eſt, qui divinitate ſua cælum & terram implet modo ineffabili. (L) L

I. Quo-

(I) S. Aug. *Epiſt.* II. *ad Nebridium*, *alias* 118. n. 2. Miror te eſſe commotum, cur non Pater ſed Filius dicatur hominem ſuſcepiſſe, ſed etiam Spiritus ſanctus. Nam iſta Trinitas Catholica fide ita inſeparabilis commendatur & creditur, ... ut quidquid ab ea fit, ſimul fieri ſit exiſtimandum, & a Patre, & a Filio, & a Spiritu ſancto... Ex quo videtur eſſe conſequens ut hominem Trinitas tota ſuſceperit: nam ſi Filius ſuſcepit, Pater autem & Spiritus ſanctus non ſuſceperunt, aliquid præter invicem faciunt. Cur ergo in myſteriis & ſacris noſtris hominis ſuſceptio Filio tributa celebratur?

N. 4. Nunc accipe quomodo poſſit non movere illud quod movet. Species quæ proprie Filio tribuitur, ea pertinet etiam ad diſciplinam & ad artem quamdam, ſi bene hoc vocabulo in his rebus utimur, & ad intelligentiam qua ipſe animus rerum cogitatione formatur. Itaque quoniam per illam ſuſceptionem hominis id actum eſt, ut quædam nobis diſciplina vivendi, & exemplum præcepti, ſub quarumdam ſententiarum majeſtate ac perſpicuitate inſinuaretur, non ſine ratione hoc totum Filio tribuitur.... Demonſtranda igitur prius erat quædam norma & regula diſciplinæ, quod factum eſt per illam ſuſcepti hominis diſpenſationem, quæ proprie Filio tribuenda eſt, ut eſſet conſequens & ipſius Patris, id eſt, unius principii, ex quo ſunt omnia, cognitio per Filium, & quædam interior & ineffabilis ſuavitas atque dulcedo, in iſta cognitione permanendi contemnendique omnia mortalia, quod donum & munus proprie Spiritui ſancto tribuitur. Ergo cum agantur omnia ſumma communione & inſeparabilitate, tamen diſtincte demonſtranda erant propter imbecillitatem noſtram, qui ab unitate in varietate lapſi ſumus. Nemo enim quemquam erigit ad id in quo ipſe eſt, niſi aliquantum ad id in quo eſt ille deſcendat.

S. Leo *Serm.* 61. *de paſſione Domini* XII. *c.* 2. Scimus, dilectiſſimi, & toto corde profitemur, Patris & Filii & Spiritus ſancti unam eſſe deitatem, & conſubſtantialem ſempiternæ Trinitatis eſſentiam: in nullo a ſe diviſam, in nullo eſſe diverſam, quia ſimul eſt intemporalis, ſimul eſt incommutabilis, ſimul quod eſt, eſſe non deſinens. In hac autem ineffabili unitate Trinitatis, cujus in omnibus communia ſunt opera atque judicia, reparationem humani generis proprie Filii perſona ſuſcepit: ut quoniam ipſe eſt,
Joan. 1. 3. *per quem omnia facta ſunt, & ſine quo factum eſt nihil*, quique plaſmatum de limo terræ hominem flatu vitæ rationalis animavit, idem naturam noſtram ab æternitatis arce dejectam, amiſſæ reſtitueret dignitati, & cujus erat conditor, eſſet etiam reformator.

(K) S. Leo *Serm.* 54. *de Paſſione Dom.* V. *c.* 2. Oportuit in unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum & divinam & humanam convenire ſubſtantiam: ut mortalitati noſtræ per Verbum carnem factum, & origo novi hominis ſubveniret, & paſſio.

Matt. 26. 39. *Cap.* 2. *Pater, ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte, Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Prima petitio infirmitatis eſt, ſecunda virtutis: illud optavit ex noſtro, hoc elegit in proprio. Nec enim æqualis Patri Filius omnia eſſe Deo poſſibilia neſciebat, aut ad ſuſcipiendum crucem ſine ſua in hunc mundum deſcenderat voluntate, ut hanc diverſarum affectionum compugnantiam perturbata quodammodo ratione pateretur. Sed ut ſuſcipientis ſuſceptæque naturæ eſſet manifeſta diſtinctio, quod erat hominis, divinam deſideravit potentiam, quod erat Dei, ad cauſam reſpexit humanam. Superiori igitur voluntati voluntas ceſſit inferior.

Conſule Act. 6. Syn. Oecum. *ſeu* Conc. Constant. III. *adverſus Monothelitas. Relege etiam ſi lubet Sanctorum Patrum teſtimonia ſupra relata, præſertim litt.* (H) & (I).

(L) S. Epiph. *adverſus Hæreſ. lib.* 2. *tom.* 2. *hæreſ.* 69. *n.* 61. Cum ille ipſe Filius, ac Deus verbum in terra conſiſteret, cælum interim attingebat, & inimicos omnes gloriæ ſuæ ſplendore complebat; & in Mariæ quidem utero concluſus erat, ac naturam hominis induebat, ſed virtute ſua replebat univerſa.

S. Aug. *Serm.* 187. *alias de tempore* 27. *in natali Domini* IV. *c.* 1. *n.* 1. Laudent Domini loquuturos meum, ejus Domini per quem facta ſunt omnia, & qui factus eſt inter omnia: qui eſt Patris revelator, matris Creator: Filius Dei de Patre ſine matre, Filius hominis de matre ſine patre .... Verbum Deus ante omnia tempora, Verbum caro opportuno tempore. Conditor ſolis conditus ſub ſole: cuncta ſæcula ordinans de ſinu Patris ....., Effector cæli & terræ, ſub cælo exortus in terra: ineffabiliter ſapiens, ſapienter infans: mundum implens, in præſepio jacens: ſydera regens, ubera lambens: ita magnus in forma Dei, brevis in forma ſervi; ut nec iſta brevitate magnitudo illa minueretur, nec illa magnitudine iſta brevitas premeretur. Neque enim quando membra humana ſuſcepit, opera divina deſeruit: nec attingere a fine uſque ad finem fortiter, & diſponere omnia ſuaviter deſtitit; quando infirmitate carnis indutus, virginali utero receptus eſt, non incluſus; ut nec Angelis ſubtraheretur ſapientiæ cibus, & nos guſtaremus quam ſuavis eſt Dominus.

Cap. 2. *nu.* 2. Verbum Dei, per quod facta ſunt omnia, & quod in ſe manens innovat omnia; quod nec locis concluditur, nec temporibus tenditur, nec morulis brevibus, longiſque variatur, nec vocibus texitur, nec ſilentio terminatur; quanto magis hoc tantum & tale Verbum potuit matris uterum aſſumto corpore fœcundare, & de ſinu Patris non emigrare? Hinc ad oculos humanos exire, inde mentes angelicas illuſtrare? Hinc ad terras procedere, inde cælos extendere?

Cap. 3. *n.* 3. Nemo ergo credat Dei Filium converſum & commutatum eſſe in hominis Filium: ſed potius credamus & non conſumta divina & perfecte aſſumta humana ſubſtantia, manentem Dei Filium, factum hominis Filium.

Serm. 244. *in diebus Paſchal.* V. *alias* 17. *ex Sirmondianis*, *num.* 3..... Chriſtum & Deum & hominem, Chriſtum & factorem rerum, & factum in rebus, Chriſtum & Creatorem hominis & creatum hominem non novimus..... Deus Chriſtus æqualis eſt Patri: tantus eſt, quantus ille: talis eſt, qualis ille: hoc eſt, quod ille: non hic eſt, qui ille. Hoc eſt quod ille Deus, & ille Deus: ille enim omnipotens, & ille omnipotens; ille immutabilis, & ille immutabilis: hoc eſt quod ille. Non hic eſt qui ille; quia ille Pater, hic Filius.

I. Quomodo vocatur conjunctio perſonæ Filii Dei cum natura humana?

R. Dicitur Theologis unio hypoſtatica, hoc eſt conjunctio perſonalis. Hypoſtaſis enim græca vox eſt, quæ perſonam ſignificat. Et ſola perſona Filii Dei, ut jam diximus, non perſona Patris aut Spiritus ſancti, fuit terminus hujus conjunctionis. (M) M

§. 3. *Hiſtoria Incarnationis Chriſti Jeſu.*

I. Quomodo Verbum caro factum eſt?

R. Rem ſic narrat Lucas Evangeliſta. „ Miſſus eſt, inquit, Angelus Gabriel a Deo in „ civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, „ ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen „ erat Joſeph de domo David, & nomen Virginis Maria. Et ingreſſus Angelus ad eam „ dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: „ Benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audiſſet turbata eſt in ſermone ejus, & cogitabat „ qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait Angelus ei: „ Ne timeas Maria, inveniſti enim gratiam „ apud Deum: Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum. „ Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus ſedem David „ Patris ejus: & regnabit in domo Jacob in „ æternum, & regni ejus non erit finis. *Luc. 1. 26.*

„ Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? „ (Quibus verbis deſignatum fuiſſe factum antea votum virginitatis aſſerunt omnes ſancti Patres unanimi conſenſu.) (A) A

„ Et reſpondens Angelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod „ naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius „ Dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua & ipſa „ concepit filium in ſenectute ſua: & hic „ menſis ſextus eſt illi, quæ vocatur ſterilis: „ quia non erit impoſſibile apud Deum omne „ verbum.

„ Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, „ fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et diſceſſit ab illa Angelus. " Hactenus Lucas.

Mox ſuperveniente in Virginem Spiritu ſancto, & Altiſſimi obumbrante virtute, deſcendit in uterum Virginalem Filius Dei, & aſſumpto ex Virginis ſanguine corpore, *Verbum caro factum eſt & habitavit in nobis*, (B) *Joh. 1. 14.* B

I. De qua domo & progenie erat virgo Maria?

R. De domo David ſicut & Joſeph ſponſus ejus. (C) C

I. Fuit

(M) *Si quis penitus, quæ myſterium Incarnationis ſpectant, ſcrutari voluerit, attente legat* Acta Epheſini, Calcedonenſis, *&* trium primorum Conſtantinopolitanorum Conciliorum, *& quæ his adjunxit* P. Labbæus *in ſua Conciliorum editione*: S. Cyrilli Alexandrini *Libros* adverſus Neſtorium; *Theologos omnes Scholaſticos, ubi agunt* de Incarnatione, *præſertim vero doctiſſimorum virorum* Petavii *&* Thomassini Dogmata theologica, *in quibus omnia Eccleſiæ dogmata de Incarnationis myſterio fuſius & enucleatius pertractantur.*

(A) S. Gregor. Nyssen. *in diem nat. Chriſti, p.* 779. Angelus partum nuntiat. At illa virginitati inhæret, & integritatem Angelicæ demonſtrationi anteponendam judicat: nec Angelo fidem non habet; nec a propoſito recedit ſuo ...... Verum quia carnem Deo conſecratam, tamquam ſanctum aliquod oblatum munus oportebat intactam integramque præſtare, idcirco, licet, inquit, Angelus ſis, licet e cælo venias, licet id quod oſtenditur, naturam ſuperet humanam, tamen me virum cognoſcere nefas eſt.

S. Aug. *De Sanct. Virginit. cap.* 4. *num.* 4. Ipſa quoque virginitas ejus ideo gratior & acceptior, quia non eam conceptus Chriſtus viro violaturo quam conſervaret ipſe præripuit, ſed prius quam conciperetur jam Deo dicatam de qua naſceretur elegit. Hoc indicant verba, quæ ſibi fœtum annuntianti Angelo Maria reddidit. *Quomodo*, inquit, *fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Quod profecto non diceret, niſi Deo Virginem ſe ante voviſſet. Sed quia hoc Iſraelitarum mores adhuc recuſabant, deſponſata eſt viro juſto, non violenter ablaturo, ſed potius contra violentes cuſtodituro, quod illa jam voverat. *Luc. 1. 34.*

S. Bernardo. Abbas *de laudibus Virginis Matris, Hom.* 4. *nu.* 3. *Quomodo fiet iſtud? quoniam virum non cognoſco.* Non dubitat de facto, ſed modum requirit & ordinem. Nec enim quærit an fiet iſtud, ſed quomodo; quaſi dicat: Cum ſciat Dominus meus, teſtis conſcientiæ meæ, votum eſſe ancillæ ſuæ non cognoſcere virum; qua lege, quo ordine placebit ei, ut fiat iſtud? Si oportuerit me frangere votum, ut pariam talem filium & gaudeo de filio, & doleo de propoſito: fiat tamen voluntas ejus: ſin vero Virgo concipiam, Virgo & pariam, quod utique ſi placuerit ei, impoſſibile non erit; tunc ſcio vere, quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. *Ibid.* *Ibid.* 38. *Ibid.* 48.

Venerab. Beda Presbyt. *Homil. in feriam* IV. *Quatuor temporum t.* 7. *p.* 19. Dixit autem Maria ad Angelum: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Propoſitum ſuæ mentis reverenter expoſuit, vitam videlicet virginalem ſe ducere decreviſſe. Quæ quia prima feminarum tantæ ſe virtuti mancipare curavit, jure ſingulari præ cæteris feminis beatitate meruit excellere.

Jansenius Iprensis Epiſc. *Comment. in Evangel. Luc. cap.* 1. *verſ.* 24. *Quoniam virum*, ſcilicet meum Joſeph, *non cognoſco*. Hæc eſt ratio, cur quærat modum, non ſcilicet curioſitas, ſed quia ipſius magnopere intererat. Porro illud, *cognoſco*, non poteſt intelligi tantum de facto: futilis enim eſſet interrogatio, quia poſſet in futurum cognoſcere, nec de nuda conſuetudine aut propoſito, ſicuti dicimus, non bibo vinum; quia poſſet conſuetudinem, propoſitum, pro re tanti momenti, propria & prudenti voluntate mutare; ſed de conſuetudine ſeu propoſito ita firmato, ut reſilire non poſſet: quaſi diceret, non poſſum, haud licet mihi virum cognoſcere. Quod cum fieri non ſoleat, niſi ex voto, hinc eſt quod Bernardus Homil. IV. in Miſſus eſt, Beda, Nyſſenus Oratione in Nativitatem Chriſti, & in primis Aug. libro de Virginit. cap. 4. conſtanter inde colligant, eam fuiſſe voto Virginitatis adſtrictam, antequam Angelus ei loqueretur: imo antequam nuberet, ut Auguſtinus.

M. de Tillemont *art.* 1. *ſur la ſainte Vierge, tom.* 1. *des Memoir. ſur l' Hiſt. Eccleſiaſt.* Maximum, quo a Deo S. Virgo affecta eſt, beneficium illud eſt, quod Virginitatem amplecteretur, quam in ipſa duo peculiaria privilegia ſunt comitata. Omnium enim feminarum prima Virginitatem vovit: atque hinc Virginum dignitas ortum traxit; hujus virtutis primitiæ ipſi acceptæ referri debent; ipſaque, ut ita dicam, integerrimæ puritatis vexillum erexit, cujus quidem archetypum in Cœlis reconditum ipſa invenit, pauciſſima vero ante ipſam exemplaria in terris habebantur (imo quod ad nos pervenerit nullum.) Altero deinde privilegio fuit decorata, quo, pari modo ac Eccleſia, virgo & mater effecta eſt, Dei ſui Creatoriſque mater; ut verba de ſpiritnali maternitate faciam, per quam Jeſu Chriſti in ſuis membris mater etiam efficitur, cum charitate ſua, ut in Eccleſia naſceremur, effecerit.

(B) Luc. 1. 31. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum. 32. Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum: 33. & Regni ejus non erit finis ..... 35. Spiritus Sanctus ſuperveniet in te & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei .... 42.... Benedictus Fructus ventris tui. 43. Et unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me? ... 78. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri in quibus viſitavit nos Oriens ex alto. 79. Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

(C) S. Aug. *Lib.* 23. *contra Fauſtum cap.* 9. Nos ergo credimus etiam Mariam fuiſſe in cognatione David,

qui4

Digitized by Google

I. Fuit ne inter Mariam & Joſeph verum matrimonium, an ſponſalia ſolum fuere?

R. Sanctus Auguſtinus aliqua ex ſanctis Patribus complures verum fuiſſe matrimonium exiſtimarunt. (D) Contrarium tamen innuere videtur apud Matthæum vox græca *μνηστευθείσης*, quæ non matrimonium ſed nudam desponſationem ſignificat. Hinc non defuere ex SS. Patribus qui ſponſalia ſolum inter eos, non matrimonium interceſſiſſe putaverint. (E)

D

PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 3.

E

I. Si Maria virgo ſancto Joſeph vel nupſit vel desponſata uxor fuit, cur turbata eſt & mirata, cum audivit ab Angelo ſe matrem fore?

R. Quia

quia ſcripturis eis credimus, quæ utrumque dicunt, & Chriſtum ex ſemine David ſecundum carnem, & ejus matrem Mariam, non cum viro concumbendo ſed virginem.

Cap. 10. Mariam fuiſſe de cognatione David.. oſtendo clariſſimo plane fortiſſimoque documento, quod Scriptura confirmatiſſimæ autoritatis & Chriſtum dicit ex ſemine *David*, & ejus matrem ſine ullius concubitu Virginem.

MENOCHIUS *in c.* 1. *verſ.* 16. *Matth.* Cum beata Virgo nullos habuerit fratres, & paternorum bonorum hæres, viro nupſerit familiæ ſuæ, texens Evangeliſta catalogum primogenitorum Joſephi, & illum a Davide genus duxiſſe oſtendens, eadem opera B. Virginem ejusdem ſtirpis & familiæ fuiſſe oſtendit.

Idem ſentiunt omnes Scripturæ Interpretes.

PHILIP. CHAOUC *Librum ſcripſit ad conciliandam Chriſti genealogiam, quam diverſe, ut videtur, referunt SS. Matthæus & Lucas, quem Librum conſulere ea de re opera pretium eſt.*

M. DE TILLEMONT *Note* 1. *ſur la ſainte Vierge*, *T.* 1. *des Mem. ſur l'Hiſt. Eccleſ.* Dubitari non poteſt, quin Virgo de ſtirpe David fuerit, cum ipſa ſola opus generationis Chriſti perfecerit, qui haud dubie ex eadem ſtirpe fuit juxta Scripturas... D. Auguſtinus cur Evangeliſtæ S. Joſeph potius genealogiam quam Virginis retulerint, inquirens tantum ait, id idcirco factum eſſe ut viri ſexui honor haberetur, nec non ipſius matrimonio, quod licet caſtum non minus tamen ideo verum fuit. S. Ambroſius eandem rationem affert inquiens, quia qui ſe hominem fecit hominum voluit ſervare inſtituta, *ſæculi debuit more deſcribi*, ſecundum quæ vere filius erat Joſeph. Rationem etiam in medium adducit Virginis cum S. Joſeph affinitatis.

S. Auguſt. cont. Fauſt. l. 23. *c.* 8.

(D) S. AUGUST. *Lib.* 23. *contra Fauſtum*, c. 8. Quid moveat ſancti Evangelii ſectatorem, quod ſine concubitu Joſeph Chriſtus natus ex Virgine, filius tamen David appellatur, cum generationum ſeriem non usque ad Mariam, ſed usque ad Joſeph Matthæus Evangeliſta perducat? Primo, quia mariti ejus fuerat, propter virilem ſexum, potius honoranda perſona. Neque enim quia concubitu non permixtus, ideo non maritus, cum ipſe Matthæus narret ab Angelo Mariam conjugem ipſius appellatam, qui narrat quod non ipſius concubitu, ſed de Spiritu ſancto conceperat.

De nupt. & concupiſ. lib. 1. *c.* 11. *n.* 12. *&* 13. Neque enim fallaciter ab Angelo dictum eſt ad Joſeph, *noli timere accipere Mariam conjugem tuam*. Conjux vocatur ex prima fide desponſationis, quam concubitu nec cognoverat, nec fuerat cogniturus: perierat, nec mendax manſerat conjugis appellatio, ubi nec fuerat, nec futura erat carnis ulla commixtio. Erat quippe illa Virgo, ideo & ſanctius & mirabilius jocunda ſuo viro, quia etiam fecunda ſine viro, prole diſpar, fide compar. Propter quod fidela conjugium parentes Chriſti vocari ambo meruerunt, & non ſolum illa mater, verum etiam ille pater ejus, ſicut conjux matris ejus, utrumque mente, non carne... Unde & ſeries generationum, cum parentes Chriſti connexione ſucceſſionis commemorantur, usque ad Joſeph potius ſicut factum eſt, fuerat perducenda; ne in illo conjugio, virili ſexui utique potiori fieret injuria, cum veritati nihil periret, quia ex ſemine David, ex quo venturus prædictus eſt Chriſtus, & Joſeph erat, & Maria. Omne itaque nuptiarum bonum impletum eſt in illis parentibus, Chriſti proles, fides, ſacramentum. Prolem cognoſcimus ipſum Dominum Jeſum: fidem, quia nullum adulterium; ſacramentum, quia nullum divortium.

Matt. 1. 20.

JANSEN. IPRENS. *in c.* 1. *Luc. verſ.* 27. *Deſponſatam viro*, id eſt, recenter nuptam, licet incognitam. Nam quamvis vox tam latina quam græca ſignificet promiſſam, uſurpari tamen ſolet pro nupta, ut patet ex cap. 21. 5. ubi eodem modo, *deſponſata* vocatur, cum jam eſſet prægnans, & in mariti poteſtate. *Deſponſatam* ergo maluit quam *nuptam* vocare, ut incognitam ſignificaret: quo loquendi uſu ſponſus & ſponſa vocantur, quandiu nullus intercesſit concubitus.

Iisdem fere verbis utuntur quotquot Lucam interpretati ſunt.

In cap. 1. *Matt. verſ.* 18. *Cum eſſet deſponſata Mater ejus*; id eſt, promiſſa tamquam ſponſa, inquiunt quidam quibus favet proprietas verbi Græci *μνηστευθεῖσα*, & acceptio conjugis, de qua verſ. 20. Sed rectius *deſponſata* dicitur tamquam ſponſa tradita & recenter nupta: nam & Lucæ 11. 5. dicitur Joſeph iviſſe *cum Maria deſponſata ſibi uxore* in Bethleem, & hic verſ. 20. vocatur conjux, prout hoc urget Auguſtin. lib. 1. de nuptiis cap. 11. Et ſane niſi eo tempore, quo jam gravida noſci poterat, fuiſſet vera conjux, atque ita tradita viro, ut ſine infamiæ nota cognoſci potuiſſet, non ſatis fuiſſet conſultum bonori & famæ Virginis, ne ſtupri in domo patris perpetrati rea putaretur, & juxta legem Deuter. XXII. 21. lapidaretur; nec auctoritati Chriſti, ne tamquam ſpurius a Judæis rejiceretur; nec Joſeph idoneus fuiſſet cuſtos, ac teſtis integritatis Virginis, cui tamquam marito, adeoque zelotypo in cauſis iſtis, pro uxore maxime creditur. Nam præter adjutorium in educanda prole, iſtæ præcipuæ erant illius conjugii cauſæ, ab Hieron. & Ambroſ. initio lib. 2. in Lucam, & aliis paſſim, notatæ. Unde pulchre Ambroſ. Maluit Chriſtus, inquit, aliquos de ſuo ortu, quam de Matris pudore dubitare; ſciebat enim teneram eſſe Virginis & lubricam famam, nec putavit ortus ſui fidem Matris injuriis aſtruendam. Satius quippe erat Joſephi filium quam inhoneſtæ mulieris, videri. Alia ab iisdem cauſa & pena ab omnibus traditur. Origenes homil. in diverſos. Baſilius hom. de humana Chriſti generat. ut myſterium conceptus & partus Diabolum lateret: quæ deſumpta eſt ex Ignatio Epiſt. ad Epheſ.

M. DE TILLEMONT, *note* 7. *ſur la ſainte Vierge t.* 1. *des Mem. ſur l'Hiſt. Eccleſ.* Qui inter Patres doctrinæ fama magis illuſtres ſunt, affirmate pronuntiant, Dei voluntate Virginem marito fuiſſe ſociatam, ut ipſius bonum nomen, & partus prodigium communis matrimonii velo obtegeretur.

In eadem ſunt ſententia omnes S. Scripturæ Interpretes.

(E) TERTUL. *Apologet. c.* 21. Etenim Dei Filius nullam de impudicitia habet matrem: etiam quam videtur habere, non nupſerat.

S. HIERON. *in cap.* 1. *Matth. T.* IV. *novæ edit. Virum Mariæ, de qua natus eſt Jeſus*... Quum virum audieris, ſuſpicio tibi non ſubeat nuptiarum: ſed recordare conſuetudinis Scripturarum; quod ſponſi viri, & ſponſæ vocentur uxores.

Adverſus Helvid. tom. IV. *parte* 2. *pag.* 131. *novæ edit.* (*Helvidium*) pugnantia inter ſe dixiſſe, doceamus. *Deſponſatam* (*Mariam*) confitetur: & ſtatim *uxorem* vult eſſe, quam confeſſus eſt ſponſam: rurſum quam uxorem nominat, dicit non ob aliud desponſatam, niſi quandoque nupturam.... Igitur cum Evangeliſta dicat: *Priusquam convenirent*, proximum nuptiarum tempus oſtendit: & in eo jam tam fuiſſe, ut quæ prius ſponſa fuerat, eſſe uxor inciperet... Non tamen ſequitur, ... eum cum Maria conveniſſe poſt partum, cujus conveniendi deſiderium, uteri conceptione ſublatum eſt. Quod autem in ſomnis dicitur ad Joſeph: ne timeas accipere Mariam uxorem tuam; rurſum: & accepit uxorem ſuam, nullum movere debet, quaſi ex eo quod uxor eſt appellata, ſponſa eſſe deſierit: quum banc eſſe Scripturæ Divinæ conſuetudinem noverimus, ut ſponſas appellet uxores.

Matth. 1. 18.

Id. 20.

Id. 24.

S. HILARIUS. *Comm. in Matt. Can.* 1. *p.* 467. Igitur ne qua de partu ejus (*Mariæ*) ambiguitas exiſteret, ipſa (*Joſeph*) concepti ex Spiritu ſancto Chriſti teſtis aſſumitur. Dehinc quia desponſata eſſet, in conjugem recipitur. Cognoſcitur itaque poſt partum: id eſt, tranſit in conjugis nomen. Cognoſcitur enim, non admiſcetur... Et quotieſcunque de utroque (*Joſeph & Maria*) fit ſermo, mater potius Chriſti, quia id erat, non uxor Joſeph eſt nuncupata, quia non erat.

S. GREGORIUS NYSS. *in diem natal. Chriſti*, *p.* 779. Deliberantes igitur in hanc ſententiam divinitus convenerunt,

Digitized by Google

PARS I. SECT. II. CAP. I. § 3.

R. Quia votum virginitatis perpetuæ emiſerat, ut unanimi conſenſu tradunt ſancti Patres. (F)

F *I.* Cur ergo poſt emiſſum virginitatis votum nupſit viro?

R. Id ſpeciali Dei juſſu factum eſt, multiplici de cauſa.

1. Ut Myſterium incarnationis Dominicæ occultum permaneret, quantum juſtitiæ & miſericordiæ Dei conveniens eſſe videbatur. (G) G

2. Ut obtentu matrimonii vindicaretur honos & pudicitia virginis a malignitate calumniæ, & a furore Judæorum, qui ipſam alioqui lapidare voluiſſent. (H) H

3. Ut in variis afflictionibus, quibus Deo miſerante probanda ſubinde erat ipſius ſanctitas, conveniens haberet ſolatium. (I) I

4. Martyr Ignatius, referente Hieronymo, quartam addit rationem, ut partus ejus, inquiens, celaretur diabolo; dum putat Chriſtum non de Virgine ſancti Spiritus operante virtute, ſed de conjugata ex viri conſortio generatum. Atque ita non impediretur mors Chriſti a Deo decreta. (K) K

I. Quid intelligis dum ais Chriſtum Spiritus ſancti operante virtute ex virgine genitum?

R. Intelligo Chriſti corpus non ex viri con-

narunt, (*Judæorum Sacerdotes*) ut eam (*Mariam*) connubii *nomine* cuipiam deſponderent, qui tamen ad cuſtodiam virginitatis ejus duntaxat eſſet idoneus. Ad hoc autem munus aptiſſimus inventus eſt Joſeph, ex eadem cum Virgine tribu & familia, qua erat Virgo. Sacerdotum ergo conſilio Joſeph puellam ſponſam accipit. Quæ tamen conjunctio ſponſalia non eſt egreſſa.

(F) *Vide SS. Patrum & aliquot Scripturæ Interpretum auctoritates allatas litt.* (A)

(G) S. AMBROS. *Lib.* 2. *in Luc. n.* 1. Latent quidem divina myſteria, nec facile juxta Propheticum dictum quiſquam hominum poteſt ſcire conſilium Dei: ſed tamen ex cæteris factis atque præceptis Domini Salvatoris poſſumus intelligere & hoc perpenſioris fuiſſe conſilii, quod ea potiſſimum electa eſt ut Dominum pareret, quæ erat deſponſata viro.

(H) S. AMBROS. *Lib.* 2. *in c.* 1. *Luc. verſ.* 27. *n.* 1. Cur autem non antequam deſponſaretur, impleta eſt (Maria?) Fortaſſe ne diceretur, quod conceperat ex adulterio. Et bene utrumque poſuit Scriptura, ut & deſponſata eſſet, & virgo: virgo, ut expers virilis conſortii videretur; deſponſata, ne temeratæ virginitatis adureretur infamia, cui gravis alvus corruptelæ videretur inſigne præferre. Maluit autem Dominus aliquos de ſuo ortu, quam de matris pudore, dubitare, ſciebat enim teneram eſſe Virginis verecundiam, & lubricam famam pudoris: nec putavit ortus ſui fidem matris injuriis aſtruendam.

(I) S. HIERON. *Adverſus Helvidium t.* IV. *parte* 11. *p.* 132. *novæ edit.* Si cui autem ſcrupulus commovetur, quare deſponſata, & non potius ſine ſponſo, ſive (ut Scriptura appellat) marito, Virgo conceperit, ſciat triplicem fuiſſe rationem. Primo, ut per genealogiam Joſeph, cujus Maria cognata erat, origo quoque Mariæ monſtraretur. Secundo, ne juxta legem Moyſi ut adultera lapidaretur a populo. Tertio, ut in Ægyptum fugiens haberet ſolatium, cuſtodis potius quam mariti. Quis enim tempore illo crediſſet Virgini de ſancto eam Spiritu concepiſſe, veniſſe Angelum Gabriel, Dei detuliſſe mandatum; ac non magis quaſi adulteram juxta exemplum Suſannæ ſententiæ omnium condemnaſſent: quum hodie toto jam credente mundo argumententur Judæi, Iſaia dicente,
Iſ. VII. 14. *Ecce Virgo in utero concipiet, & pariet filium* in Hebræo *juvenculam* ſcriptum eſſe, non *Virginem*.

(K) S. IGNAT. MARTYR, *Epiſt. ad Epheſ. num.* 19. Et latuit principem hujus ſæculi virginitas Mariæ, & partus ejus.

ORIGENES, *hom.* 6. *in Lucam t.* 1. Quæro quare Deus cum ſemel Salvatorem judicaret naſci ex Virgine, non elegit puellam abſque ſponſo, ſed eam potiſſimum quæ jam fuerat deſponſata: & niſi fallor hæc cauſa eſt. Debuit de ea Virgine naſci quæ non ſolum ſponſum haberet, ſed ut Matthæus ſcribit jam viro tradita fuerat, licet eam vir needum noſſet, ne turpitudinem Virginis habitus ipſe monſtraret, ſi virgo videretur utero tumenti. Unde eleganter in ejuſdem Martyris epiſtola ſcriptum reperi, Ignatium dico Epiſcopum Antiochiæ poſt Petrum ſecundum, qui in perſecutione Romæ pugnavit ad beſtias: *Principem ſæculi hujus latuit virginitas Mariæ:* latuit propter Joſeph, latuit propter nuptias, latuit quia habere virum putabatur: ſi enim non habuiſſet ſponſum, & ut putabatur virum, nequaquam potuiſſet principi mundi hujus abſcondi. Statim enim cogitatio diaboli tacita ſubrepſiſſet: Quomodo iſta quæ non concubuit cum viro prægnans eſt? Debet iſte conceptus eſſe divinus, debet aliquid humana natura eſſe ſublimius.
Epiſt. ad Epheſ. n. 19.

E contrario diſpoſuerat Salvator, diſpenſationem ſuam, & aſſumptionem corporis ignorare diabolum: unde & in generatione ſua celavit eam: & diſcipulis poſtea præcipiebat, ne manifeſtum eum facerent.

S. BASIL. *Homilia* 25. *de hum. Chriſti generat.* Evangelii verba parumper audi: *cum eſſet*, inquit, *Maria mater ipſius deſponſata Joſeph, priuſquam convenirent, inventa eſt in utero habens de Spiritu ſancto.* Et virgo erat, & viro deſponſata, & apta conjugali officio obeundo putata; ut & Virginitas in honore ante omnia haberetur, & matrimonium non propterea improbaretur. Virginitas enim ut apta, proximaque ſanctitati electa eſt. Per deſponſationem vero nuptiarum initia expreſſa ſunt. Simul autem ut & Joſeph domeſticus puritatis Mariæ teſtis eſſet: & ne propterea calumniatoribus illa foret obnoxia, ut Virginitatem commaculans, ſponſum habuit, vitæ ſanctæ cuſtodem. Sed poſſum & aliam hujus rei rationem reddere, priore non admodum inferiorem, videlicet quod aptum ad incarnationem Dominicam tempus, jam diu inde a mundi conſtitutione proviſum atque ordinatum tum venerat: ex quo Spiritum ſanctum & Altiſſimi virtutem, Deiparam illam conſtituere carnem oportebat. Quoniam vero ea tempeſtate nulla puritate par Mariæ virginitas, inter homines ad effectum ſancti Spiritus excipiendum eſt reperta, & illa jam deſponſatione erat occupata, electa eſt beata Virgo, ita ut nihil detrimenti ex deſponſatione acceſſerit virginitati. Affertur & alia ratio a quodam ex antiquis: ut Mariæ virginitas, ſæculi hujus principem diabolum lateret, nupta Joſeph fuit: ut nuptiarum nomine ſuſpenſus facile deciperetur. Virgines namque in primis obſervabat, a quarum unam parituram ex Propheta cognoverat, dicente: *Ecce virgo concipiet & pariet filium.* Virginitatis igitur inſidiator obſervatorque, ſub matrimonii ſpecie factus ignorans, a malignitate abſtinuit. Sciebat enim ſuum imperium ob Dominicam carnis generationem perditum iri.
Matt. 1. 18.
S. Ignat. Martyr. Epiſt. ad Epheſ. n. 19.
Iſ. VII. 14.

S. AMBROS. *in Luc. lib.* 2. *n.* 3. Non mediocris quoque cauſa eſt. (*cur deſponſata Joſeph Maria*) ut virginitas Mariæ falleret principem mundi: qui cum deſponſatam viro cerneret, partum non potuit habere ſuſpectum. Fallendi autem principis mundi fuiſſe conſilium, ipſius Domini verba declarant, cum Apoſtoli jubentur tacere de Chriſto, cum ſanati prohibentur gloriari de remedio, cum dæmones præcipiuntur ſilere de Dei filio.

S. HIERONYM. *in cap.* 1. *Matth.* Quare non de ſimplici Virgine, ſed de deſponſata concipitur? Primum, ut per generationem Joſeph origo Mariæ monſtraretur. Secundo, ne lapidaretur a Judæis ut adultera. Tertio, ut in Ægyptum fugiens haberet ſolatium maritale. Martyr Ignatius quartam addidit cauſam, cur a deſponſata conceptus ſit: ut partus, inquiens, ejus celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine, ſed de uxore generatum.

S. JOHAN. DAMASC. *Orthod. fidei lib.* 4. *cap.* 25. *circa med.* Quia ergo obſervabat Virgines noſtræ ſalutis inimicus, propter Eſaiæ prædictionem dicentis, *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus;* ut deciperet eum qui ſemper in ſapientia gloriatur: ipſe qui deprehendit ſapientes in aſtutiam eorum in deſponſationem puella Joſeph a ſacerdotibus traditur, ut novus liber literas ſcienti. Nam deſponſatio, cuſtodia Virginis erat, & virgines obſervantis depulſio.
Iſ. VII. 14.
Id. XXIX. 11.

M. DE TILLEMONT *hiſtoire Eccleſiaſtique, ſur la ſainte*

conſortio, ſed Spiritu ſancto mirabiliter & ſupra naturam operante in utero Virginis, & ex ipſo virginis ſanguine fuiſſe formatum. (L)

I. Numquid & operante Patre, & operante Filio formatum fuit?

R. Formatum fuit tota Trinitate mirabiliter operante. Idcirco autem ſoli Spiritui ſancto operatio illa tribuitur, quia Incarnatio Verbi opus eſt

Joh. 3. 16. Sect. 1. 1. 2. §. 1. divinæ dilectionis, juxta illud Chriſti, *Sic Deus dilexit Mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret.* Atqui, ut ſupra diximus, ſicut opera quæ potentiam divinam innuunt, Patri; & quæ ſapientiam, filio; ſic quæ gratiam & benevolentiam, & charitatem, Spiritui ſancto tribuuntur, quia Spiritus ſanctus procedit ex amore infinito Patris & Filii.

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 3.

I. Itaque Chriſtum Jeſum Maria virgo concepit, virgo peperit?

R. Res ita ſe habet. Maria ante partum virgo, virgo in partu, virgo poſt partum fuit. Hæc eſt & fuit ſemper Eccleſiæ fides, juxta vaticinium

Iſai. 7. 14. Matt. 1. 23. Iſaiæ: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel*, id eſt, nobiſcum Deus. Id in beata Maria Virgine adimpletum fuiſſe ſcripſit Matthæus Apoſtolus. (M) Eoſque, qui perpetuam Mariæ virginitatem impugnarunt, pro hæreticis habuit, & e ſinu ſuo ſemper expulit Eccleſia. (N)

M

N

I. Numquid vere mater Dei fuit Maria virgo?

R. Fuit vere. Nam peperit filium, qui Deus eſt; & caro Filii Dei ex carne Virginis matris facta

ſainte Vierge, *art. 2. tom. 1.* Minime obſtante propoſito ac voto, quo ſe (Maria) obſtrinxerat virginitatem per totum vitæ ſuæ ſpatium colendi, S. Joſeph in ſponſum accepit, ut Scriptura certiores nos facit, (licet myſterium nos ignorare velit...) Eccleſiæ Traditio inſuper nos docet, quæ mens Deo fuerit, cum ipſam elegit. Tradit enim, ſapientiam æternam, quæ niſi ex Virgine naſci non debebat, Virginem hanc deſponſatam eſſe voluiſſe, ut ipſius fama a maledicentiæ jaculis tuta eſſet, potiuſque homines de miraculo ſuæ nativitatis, quam de caſtitate ſuæ matris ambigerent; noſque admonuiſſe, ut neque in iis, quæ per nos recte fiunt, ullus obtrectandi locus relinquatur. Voluit etiam Deus, ut homo aliquis Virgini opitularetur, conſorſque curarum & laborum eſſet, quorum immunem eam eſſe nolebat; utque Diabolus, quem Divinitatis ſuæ ignarum Jeſus Chriſtus ſemper voluerat, nihil in hac nativitate inſolitum atque extra ordinem videret, juxta celebre S. Ignatii effatum.; Principem hujus ſæculi Virginitas Mariæ latuit ratioque, qua filium genuit.

Neque vero timebat, omnem Dæmonum virtutem ſuæ erga homines miſerationis affectus impedire poſſe; ipſique admodum proclive erat filii ac matris famam adverſus Judæorum calumnias tueri, aut ne calumniis impeterentur, cavere; verum (ſupremus hic ordo) qui in omnibus ordinis pulchritudinem amat, alio quidem tempore potentiam ſuam elucere, alio vero ſapientiam ſuam admirari nos vult. Silentium itaque magis conveniebat myſterio, quo noſtram curare vanitatem, noſque levitatem & humilitatem docere mens erat; & quia dæmonis aſtutia vicerat primum hominem, eum ſeducens per virginem, conveniens erat, ut ipſe ab alia Virgine deciperetur, ac deinceps ab alio homine vinceretur.

(L) S. August. *Enchir. cap. 38. n. 12. & ſeq.* Numquid ideo dicturi ſumus patrem hominis Chriſti eſſe Spiritum ſanctum, ut Deus Pater Verbum genuerit, Spiritus ſanctus hominem, ex qua utraque ſubſtantia Chriſtus unus eſſet, & Dei Patris filius ſecundum verbum, & Spiritus ſancti filius ſecundum hominem: quod eum Spiritus ſanctus tanquam pater ejus de matre Virgine genuiſſet? Quis hoc dicere audebit?... Quomodo ergo dicimus, Chriſtum natum de Spiritu ſancto, ſi non eum genuit Spiritus ſanctus? An quia fecit eum? Quoniam Dominus noſter Je-

Joh. 1. 3. Rom. 1. 3. ſus Chriſtus, in quantum Deus eſt, *omnia per ipſum facta ſunt*; in quantum autem homo eſt, ipſe factus eſt, ſicut Apoſtolus dicit: factus eſt ex ſemine David ſecundum carnem. Sed cum illam creaturam, quam Virgo concepit & peperit, quamvis ad ſolam perſonam Filii pertinentem, tota Trinitas fecerit, neque enim ſeparabilia ſunt opera Trinitatis, cur in ea facienda ſolus Spiritus ſanctus nominatus eſt? An & quando unus trium in aliquo opere nominatur, univerſa operari Trinitas intelligitur? Ita vero eſt, & exemplis doceri poteſt. Hic ergo, cum confiteamur natum de Spiritu ſancto & Virgine Maria, quomodo non ſit filius Spiritus ſancti, & ſit filius Virginis Mariæ, cum & de illo & de illa ſit natus, explicare difficile eſt. Procul dubio quippe non ſic de illo, ut de patre, ſic autem de illa ut de matre natus eſt... Sicut non omnes qui dicuntur alicujus filii, conſequens eſt, ut de illo etiam nati eſſe dicantur; ſicut ſunt qui adoptantur... Cum itaque de aliquo naſcatur aliquid etiam non eo modo ut ſit filius, nec rurſus omnis qui dicitur filius, de illo ſit natus, cujus dicitur filius; profecto modus iſte, quo natus eſt Chriſtus de Spiritu ſancto non ſicut filius, & de Maria Virgine ſicut filius, inſinuat nobis gratiam Dei, qua homo nullis præcedentibus meritis, in ipſo exordio naturæ ſuæ quo eſſe cœpit Verbo Deo copularetur in tantam perſonæ unitatem, ut idem ipſe eſſet Filius Dei qui filius hominis, & filius hominis qui Filius Dei: ac ſic in naturæ humanæ ſuſceptione fieret quodammodo ipſa gratia illi homini naturalis, quæ nullum peccatum poſſet admittere. Quæ gratia propterea per Spiritum ſanctum fuerat ſignificanda, quia ipſe proprie ſic eſt Deus, ut dicatur etiam Dei donum.

(M) *In ea ſententia ſunt omnes Scripturæ Interpretes tam antiqui quam recentiores, qui in Iſai. & in Matth. ſcripſerunt, quos conſule.*

(N) S. Hieronym. *Lib. 1. adverſ. Jovinianum, pag. 273. tom. 4. p. 2. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa: hortus concluſus, fons ſignatus.* Quod clauſum eſt atque ſignatum, ſimilitudinem habet matris Domini, matris & virginis... Et tamen hæc Virgo perpetua multarum eſt mater Virginum. Loquatur Iſaias ſpei noſtræ fideique myſterium: *Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabis nomen ejus Emmanuel.* Scio Judæos opponere ſolere, in Hebræo verbum *alma*, non virginem ſonare, ſed adoleſcentulam. Et revera Virgo proprie *bethula* appellatur, adoleſcentula autem vel puella, non *alma* dicitur, ſed *naara*. Quid eſt igitur, quod ſignificat *alma*? Abſconditam Virginem, id eſt, non ſolum virginem, ſed cum ἐπιτάσει *Virginem*: quia non omnis virgo abſcondita eſt, nec ab hominum fortuito ſeparata conſpectu.

Cant. 4. 12.

Iſ. 7. 14.

S. Gregor. Nyss. *in diem natalem Chriſti, pag. 776.* Audis Eſaiam clamantem: *puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Diſce ab eodem Propheta, quomodo natus ſit puer, quomodo datus ſit filius. Num juxta naturæ legem? Minime vero, inquit: legibus enim naturæ non paret, qui naturæ Dominus eſt. Quomodo igitur natus eſt puer? Dic. *Ecce*, inquit, *Virgo in utero concipiet, & pariet, & vocabunt nomen ejus Emmanuel*... O rem admirandam! Virgo mater efficitur, & permanet virgo: cernis novum naturæ ordinem? In aliis mulieribus quamdiu aliqua eſt virgo, non eſt mater. Nam poſtea quam eſt facta mater virginitatem non habet. Hic autem utrumque nomen in idem concurrit. Eadem enim & mater & virgo eſt. Nec virginitas partum ademit, nec partus virginitatem ſolvit. Decebat enim, ut qui in vitam humanam introibat, ut homines integros incorruptoſque ſervaret, ab incorrupta ſibi deſerviente integritate initium duceret... Hoc mihi ante magnus ille Moſes per eam lucem, in qua ſibi Deus apparuit, videtur cognoviſſe, qui, cum rubus arderet, nec tamen conſumeretur, *Tranſiens*, inquit, *videbo viſionem hanc magnam*... Quod enim tunc per flammam & rubum ſignificabatur,... perſpicue in myſterio Virginis apertum fuit. Quemadmodum enim illic eſt rubus, & accendit ignem, & non comburitur; ita hæc eſt Virgo, quæ lucem parit, & non corrumpitur.

Iſ. 9. 6.

Id. 7. 14.

Exod. 3. 3.

S. August. *Epiſt. 137. alias 3. ad Voluſian. cap. 2. n. 8.* Ipſa virtus per inviolatæ matris virginea viſcera, membra infantis eduxit, quæ poſtea per clauſa oſtia membra juvenis introduxit. Hic ſi ratio quæritur, non erit mirabile: ſi exemplum poſcitur, non erit ſingulare. Demus Deum aliquid poſſe, quod nos fateamur inveſtigare non poſſe. In talibus rebus tota ratio facti eſt potentia facientis.

Enchirid. cap. 34. num. 10. De virgine naſci oportebat, quem fides matris, non libido conceperat: quo ſi vel naſcente corrumperetur ejus integritas, non jam ille de Vir-

Digitized by Google

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 3. facta eſt, ut ait Apoſtolus: *Miſit Deus filium ſuum in mundum factum ex muliere*. (O)

O

I. Quod vitæ genus agebat Joſeph ſponſus Virginis?

R. Quamvis ex ſemine David Regio, in egeſtate tamen conſtitutus, labore manuum victum quærere cogebatur. (P) Ex Evangelio conſtat hunc fuiſſe fabrum. At cujus geneſis faber fuerit non liquet. Sunt ex Patribus plurimi, qui aſſerant hunc fuiſſe fabrum lignatium; alii fabrum ferrarium: res valde incerta eſt. (Q) P Q

§. 4.

Virgine naſceretur; eumque falſo, quod abſit, natum de Virgine Maria tota confiteretur Eccleſia; quæ imitans ejus matrem quotidie parit membra ejus, & virgo eſt.

Serm. 186. *in natali Domini* III. *alias de temp.* 19. *n.* 1. (*Jeſum*) viſceribus fœcundis, & genitalibus integris Virgo mater effudit. Concipiens virgo, patiens virgo, virgo gravida, virgo fœta, virgo perpetua. Quid miraris hæc, o homo? Deum ſic naſci oportuit, quando eſſe dignatus eſt homo, ... qui genitrici ſuæ præſtitit, ne deſiſteret virgo eſſe, cum peperit.

Serm. 197. *in natali Domini* 5. *alias de temp.* 25. *num.* 4. Peperit Maria Salvatorem, conjugata conjugii creatorem, virgo virginum principem; & data marito, & mater non de marito; virgo ante conjugium, virgo in conjugio; virgo prægnans, virgo lactans. Sanctæ quippe matri omnipotens filius nullo modo virginitatem natus abſtulit, quam naſciturus elegit.

Serm. 188. *in natali Domini* 5. *alias de temp.* 25. *num.* 4. Celebremus ergo cum gaudio diem, quo peperit Maria Salvatorem, ... Virgo virginum principem, ... virgo ante conjugium, virgo in conjugio, virgo prægnans, virgo lactans. Sanctæ quippe matri omnipotens filius nullo modo virginitatem natus abſtulit, quam naſciturus elegit.

Serm. 215. *In redditione ſymboli, alias ex Vignerianis* 16. *n.* 3. Quis enim digne æſtimare poteſt Deum propter homines naſci voluiſſe, ſine virili ſemine virginem concepiſſe, ſine corruptione peperiſſe, & poſt partum in integritate permanſiſſe? Dominus enim noſter Jeſus Chriſtus uterum Virginis intravit, membra feminæ immaculatus implevit, matrem ſine corruptione fœtavit, a ſe ipſo formatus exivit, atque integra genitricis viſcera reſervavit; ut eam de qua naſci dignatus eſt, & matris honore perfunderet, & virginis ſanctitate ... Eligens virginem, quam ſibi faceret matrem, faciens matrem quam ſervaret & virginem; Dei filius nulla matre concipiente, hominis filius nullo homine ſeminante; fœcunditatem feminæ veniendo afferens, integritatem naſcendo non auferens.

S. Leo, *Serm.* 20. *in nativit. Domini* 1. *cap.* 2. Merito igitur virgineæ integritati nihil corruptionis intulit partus ſalutis: quia cuſtodia fuit pudoris, editio veritatis.

Serm. 21. *in nativit. Dom.* 21. *c.* 2. Nova autem nativitate genitus eſt, conceptus a virgine, natus ex virgine, ſine paternæ carnis concupiſcentia, ſine maternæ integritatis injuria: quia futurum hominum Salvatorem talis ortus decebat, qui & in ſe haberet humanæ ſubſtantiæ naturam, & humanæ carnis inquinamenta neſciret. Auctor enim Deo in carne naſcenti Deus eſt, teſtante Archangelo ad beatam Virginem Mariam: *quia Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei*. Origo diſſimilis, ſed natura conſimilis: humano uſu & conſuetudine quod credimus caret, ſed divina poteſtate ſubnixum eſt, quod virgo conceperit, quod virgo pepererit, & virgo permanſerit. Non hic cogitetur parientis conditio, ſed naſcentis arbitrium, qui ſic homo natus eſt, ut volebat & poterat. Si veritatem quæris naturæ, humanam cognoſce materiam: ſi rationem ſcrutaris originis, virtutem confitere divinam.

S. Johan. Damasc. *Orthod. fidei*, *lib.* 4. *cap.* 15. *verſ. finem*. Cujus enim voluptas non præceſſit, neque pariendi dolor ſubſecutus eſt; ſecundum Prophetam dicentem: Priuſquam dolorem partus ſenſerit, peperit ... Quemadmodum vero qui conceptus eſt, virginem concipientem ſervavit: ſic & natus, ipſius virginitatem ſervavit

Iſa. 66. 7. illæſam: ſolum tranſivit per eam, & clauſam ſervavit ipſam. Per auditum quidem conceptio, ſed nativitas per conſuetum parientium egreſſum ... Non enim impoſſibile illi erat, per clauſam portam tranſire, & illius non lædere ſignacula. Manet igitur & poſt partum virgo, & ſemper virgo.

Nat. Alex. *Hiſt. Eccleſiaſt. ſec.* IV. *diſſert.* 44. Beatam Mariam ante partum, & in ipſo partu, & poſt partum virginem fuiſſe, id eſt ab omni viri conſortio & uſu conjugii perpetuo ſegregatam; & integris virgineis corporis clauſtris benedictum uteri ſui fructum Jeſum effudiſſe, Traditio docet: cui citra hæreſim refragari nemo poteſt. De virginitate ante partum, nemo unquam dubitavit hæreticus. Virginitatem in partu Jovinianus violatam fuiſſe, temere & impie effutiit: quem confodiunt Calchedonenſes Patres in ſermone proſphonetico ad Marcianum Imperatorem, ubi Filium Dei ſuæ genitrici virginitatem poſt conceptum largitum eſſe dicunt, atque, ut Deo dignum erat, uterum ejus obſignaſſe. Quæ verba manifeſte indicant obſignationem illam uteri virginalis etiam in ipſo partu perſtitiſſe.

Si plura Patrum teſtimonia ſcire aveas, tota hæc diſſertatio tibi erit legenda.

(O) Rom. 1. 3. De filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine David ſecundum carnem.

S. Ignat. Mart. *Epiſt. ad Epheſ.* Deus noſter Jeſus Chriſtus a Maria in utero geſtatus eſt.

S. Irenæus *lib.* 3. *c.* 31. Verbum exiſtens ex Maria, quæ adhuc erat virgo, recte accipiebat generationem Adæ recapitulationis. *Laudatur* a Theodoreto *Dial.* 1.

S. Hyppolit. Mart. a Theodoreto *laudatus*. Dic mihi, o beata Maria, quid erat, quod a te in utero conceptum eſt, & quid a te in virginea matrice geſtabatur? Verbum enim erat Dei primogenitum, a cælo in te delapſum.

S. Dionys. Alexand. *Epiſt. contra Paulum Samoſaten.* Una ſola virgo filia vitæ, genuit vivens Verbum, & ſubſiſtens ... Quinam tu dicis hominem eximium Chriſtum, & non Deum verum exiſtentem, & adoratum ab univerſa creatura cum Patre & Spiritu ſancto incarnatum e ſancta Virgine & Dei genitrice Maria?

Tertull. *Lib. de Præſcript. cap.* 13. Regula autem eſt fidei ... qua creditur ... Verbum filium *Dei* ... delatum ex Spiritu Dei Patris, & virtute in virginem Mariam, carnem factum in utero ejus.

Lib. de carne Chriſti, *cap.* 17. Ante omnia commendanda erit ratio, quæ præfuit, ut Dei Filius de Virgine naſceretur.

S. Athan. *Orat.* 4. *contra Arianos*. Divinæ ſcripturæ ſcopus iſte eſt, & formula propria, ut duplicem agnoſcamus in ea de Salvatore loquendi rationem: primorum filium fuiſſe ſemper, & eſſe Deum, qui ſit verbum & ſplendor ac ſapientia Patris: tum poſtea propter nos eumdem illum aſſumpta carne, de virgine Dei genitrice Maria, hominem eſſe factum.

S. Cyrillus Hierosolym. *Catech.* 4. Crede hunc unigenitum Dei Filium ... ex ſancta Virgine ac Spiritu ſancto eſſe genitum.

S. Hilarius *Lib.* 9. *de Trinit.* Natus igitur Deus ex Virgine homo.

Julius Firmicus. *Lib. de errore profanarum Religionum*, *c.* 26. Ex genere Abrahæ deſcendens Maria virgo Deum concipit.

S. Ambros. *Lib. de Incarnat. cap.* 5. Non enim alter ex patre, alter ex virgine, generatio generationi non præjudicat.

S. Hieron. *Lib. contra Helvid.* Natum Deum eſſe de virgine credimus.

Adi R. P. Nat. Alexandri *Artic.* 2. *Diſſert.* 212. in Hiſt. Eccleſ. *Sæc.* V. *ubi plurima Patrum teſtimonia congeſta reperies: nos plura exſcribere ſuperſedemus. Sed conſule in primis ea de re* Acta Concil. Epheſ. *adverſus Neſtorium habiti*, *& quæ de ea quæſtione ſcripſerunt* RR. PP. Petavius & Thomassinus *in* Dogmatibus *ſuis* Theologicis.

(P) Matt. XIII. 55. Nonne hic eſt Fabri filius?

(Q) M. de Tillemont *Note* 2. *ſur S. Joſeph*, *tom.* 1. *des Memoir. ſur l'Hiſt. Eccleſ.* Sanctorum Juſtini & Ambroſii dictis, quibus aſtruitur S. Joſeph fabrum lignarium fuiſſe, addi poteſt & illud Theodoreti, quo refertur, a Libanio, Jeſum Chriſtum ludibrio habendi cauſa, chriſtianum interrogatum, ecquid artificis filius faceret, ſandapilam facere reſpondiſſe. S. Hilarius & S. Petrus Chryſologus ipſum fabrum ferrarium fuiſſe crediderunt; ipſeque S. Ambroſius eo loci, ubi eum curruum artificem repræſentat, aſſerit etiam, vento & igne laboraſſe; quo faber ferrarius indigitatur, ipſiuſque verba a Beda citantur & referuntur ... Verſiones. Ex verſionibus Orientalibus nonnullæ lignarium, nonnullæ ferrarium Fabrum fuiſſe volunt.

Digitized by Google

§. 4. *Hiſtoria Nativitatis temporalis & Vitæ Chriſti uſque ad fugam in Ægyptum.*

I. Quandonam & quo anno Chriſtus natus eſt?

R. Eo præciſe tempore natus eſt quo Meſſiam venturum Prophetæ prædixerant, anno ab orbe condito circiter quater milleſimo, juxta communem opinionem.

Explico reſponſionem.

Norunt omnes diſcrepare Chronologorum ſententias, tum in computandis annis quæ ab orbis creatione ad Chriſtum effluxerunt, aliis ſtantibus pro textu Hebraico, in quo anni fere quater mille ſtatuuntur; aliis pro interpretatione ſeptuaginta Interpretum, in qua anni multo plures reperiuntur; quippe ſupputantur annorum fere ſex millia ad Chriſti ortum. Tum etiam in ſtatuendo ipſo anno nativitatis Chriſti. Alii enim, quorum ſententia nobis verior videtur, Chriſtum aſſerunt natum fuiſſe anno Juliano quadrageſimo primo deſinente, quadriennio ante æram vulgarem. Sic ſentiunt Petavius, Uſſerius, Lancelotus, Natalis Alexander. Alii cum Calviſio aliud ſentiunt. Has opiniones, quæ dogmata catholica nihil juvant, inveſtigare & diſcutere noſtri non
A eſt inſtituti. (A)

I. Ubinam Chriſtus natus eſt?

R. In Bethlehem civitate tribus Juda, in qua naſciturum eſſe Meſſiam Prophetæ prædixerant; ut Judæi ipſi Magis declararunt co-
B ram Herode. (B)

§.Superiori. *I.* Maria habitabat Nazareth civitate Galileæ ut ſuperius dixiſti. Qua ergo ratione contigit, ut Chriſtus in oppido Bethlehem naſceretur? Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 4.

R. Exiit edictum a Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis, Romano imperio ſubjectus tum temporis. Hoc edicto factum eſt Luc. 2. 1.
ut Judæi ire cogerentur ſinguli in ſuam civitatem, ibi nomen daturi, ubi caput ſuæ fa- Ibid. 4. 5. 6.
miliæ eſſet. Profectus ergo eſt & *Joſeph a Galilæa de civitate Nazareth, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, eo quod eſſet de domo & familia David, cum Maria deſponſata ſibi uxore prægnante.* Factum eſt autem, cum eſſent *ibi, impleti ſunt dies ut pareret.* Et cum non inveniſſent locum in diverſorio, ſive propter confluxum populi ſimul deſcribendi cauſa adventantis, ſive propter odioſam paupertatem & inſtans puerperium; ſecedere coacti ſunt in ſpeluncam quæ erat diverſorii ſtabulum: ibi in loco humili & abjecto peperit virgo Maria Chriſtum Salvatorem, & pannis involutum ipſa reclinavit in præſepio tanquam in
cunis. (C) C

I. Cur Cæſar Auguſtus voluit orbem univerſum Romano ſubjectum imperio deſcribi?

R. Pace orbi conceſſa, voluit hoc cenſu vel augere publicum ærarium, (ſimul enim unusquiſque & nomen dabat & ſolvebat tributum) vel imperii Romani vires omnino cognoſcere. Sed quicquid cogitaverit Cæſar Auguſtus, facta certe eſt hæc deſcriptio, Deo ita ordinante, ut tam Judæi quam gentes authenticum haberent inſtrumentum, quo probaretur Chriſtum juxta vaticinia Prophetarum in Bethlehem de domo & familia David natum eſſe. Libri enim hujus cenſus Romam allati ſunt

(A) APPENDIX *ad Chronologiam Sacram ex Bibliis Antonii Titre*. Chriſtus itaque natus eſt Coſſ. Auguſto Cæſare XI. ſive XII. & Lucio Cornelio Sylla II.

Per. Jul.	a mundi creatione	a Diluvio	Olympiadis	ANNO Urbis conditæ	Correct. Julianæ	Imperii Auguſti.	Regni Herodis	ante Æram vulgar.	Hebdomada Danielis.
4709. cadente,	4000. a præcedente autumno inchoato.	3244.	193. ann. IV.	749.	41. deſinente	40. a conducto exercitu ſeu 26. a morte Cleopatræ.	34. a morte Antigoni vel 37. a conceſſo ſibi regno	5. deſinente ita ut 4. anni ſolidi ſuperſint ad hujus æræ initium.	450.

(B) MICHÆ. V. 2. Et tu Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur qui ſit Dominator in Iſrael, & egreſſus ejus ab initio a diebus æternitatis.

MATTH. II. 5. At illi (Sacerdotes & Scribæ) dixerunt ei: (Herodi) in Bethlehem Judæ: ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam: 6. Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſrael.

(C) M. DE TILLEMONT *art.* 2. *ſur Jeſus-Chriſt tom.* 1. *de l'Hiſt. Eccleſ.* Bethlem modo Civitas David, modo ſuburbium ſeu pagus dicitur. Duabus ferme leucis ab Jeruſalem diſtabat. In loco itaque ita humili ac vili Chriſtus naſci voluit, vel in ipſo ſuburbio, vel prope; utque amplius hominum vanitatem proſterneret, permiſit, ut Joſeph & Mariæ, cum eo perveniſſent, locus in diverſorio non eſſet; quia inſtitutus cenſus quamplurimos homines in Bethleem coegerat. Itaque juxta traditionem multorum Patrum, qui Palæſtinæ commorati ſunt, & aliorum, in cavernam ſe recipere coacti ſunt, quæ loco ſtabuli fortaſſe erat. Ædificata enim Bethleem erat ſupra montem cautibus plenum e quibus plures domus cavatæ fuerant. Caverna hæc deinde celebris facta eſt, non modo cum Chriſtianis permiſſum fuit eam omnibus pietatis officiis colere; verum etiam apud Gentiles, cum Eccleſiam affligebant, locique reverentiam idolis, quibus immolabantur, fœdare ſatagebant. Indigenæ etiam advenis illuc adventantibus honoris ergo monſtrabant præſepe, quod Chriſtianorum Deo cuna fuit.

In hac igitur caverna adeo hominibus deſpicabili ſalvator naſci voluit; natusque eſt ſtatim ac Virgo & Joſeph Bethleem pervenerat, ut vera hujus itineris ratio pateret. Natus eſt verſus mediam noctem 25. Decembris, juxta antiquam Eccleſiæ traditionem, in primis Latinæ; vulgatiorque opinio eſt, natum eſſe anno a Roma condita 749. Auguſto duodecimum, & Lucio Sylla Conſulibus. Si noſtram annos Jeſus Chriſti ſuppotandi rationem ſequamur, quatuor poſt annos natus eſſe dicendus erit. Ipſa ſancta Virgo eum pannis involvit, cum communibus auxiliis minime egeret, quia Deum peperit ſuæ virginitatis privilegia non amittens.

ſunt & in Archivis imperii reconditi, in quibus & temporibus Tertulliani ſervabantur. (D)

D *I.* Prædixerant ne Prophetæ pacatum imperium fore cum Chriſtus naſceretur?

R. Id ipſum aperte prænuntiaverat Iſaias
II. 3. 4. his verbis: *Exibit & verbum Domini de Jeruſalem. Et judicabit gentes, & arguet populos multos: & conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad*
E *prælium.* (E)

I. Cur Deus naſci voluit in præſepi?

R. Chriſtus ideo natus eſt & ad hoc venit ut ſanaret humani cordis corruptionem, doceretque in quo poſita eſſent vera bona.

In eo corrupti homines erant quod ſubjecti eſſent concupiſcentiæ carnis, concupiſcentiæ oculorum & ſuperbiæ vitæ: voluit ergo Chriſtus vel naſcens eos erudire, ut abnegarent triplicem hanc cupiditatem. Ad hoc efficacius nihil eſſe duxit, quam ſi naſceretur parentibus ex totius urbis & nobiliſſimo & illuſtriſſimo genere ad ſtatum maxime obſcurum & ſummam paupertatem redactis, ob idque coactis, relicto aliis hoſpitibus diverſorio, in ſtabulum &
F præſepe divertere. (F)

I. Prædixerant ne Prophetæ Meſſiam in humili & obſcuro ſtatu naſciturum?

R. Id etiam prædixerant. Vocat eum Iſaias LIII. 3.
deſpectum & noviſſimum virorum. Zacharias IX. 9.
autem ſic de Meſſia vaticinatus eſt: *Exulta ſatis filia Sion, jubila filia Jeruruſalem; Ecce Rex tuus veniet tibi juſtus, & Salvator: ipſe pauper.*

I. Qua die, qua hora Chriſtus natus eſt?

R. Natus eſt octavo Kalendas Januarii, hoc eſt 25. Decembris, ipſa media nocte, ut fert traditio celebriorum Eccleſiarum. (G) G

I. Prædixerant ne Prophetæ hac ipſa hora Chriſtum naſciturum?

R. In libro Sapientiæ hæc leguntur ubi ſermo eſt de Angeli adventu in Ægyptum ad liberandos filios Iſrael & exterminandos primo- XVIII. 14.
genitos Ægyptiorum. *Cum quietum ſilentium* 15.
contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus de cælo a regalibus ſedibus ... proſilivit. Hæc autem verba Eccleſia ad ortum Chriſti accommodat.

I. Nunquid Chriſtus ſtatim atque natus eſt, ortum ſuum hominibus ſignificavit?

R. Ubi Chriſtus natus eſt, mox Angeli vicinis paſtoribus Judæis ortum hunc annuntiarunt. Idque ipſum Magi gentiles, viſa in oriente ſtella & Deo revelante, intellexerunt: ſtatimque & paſtores & Magi accurrerunt Chriſtum recens natum adoraturi. (H) H

I. Cir-

(D) Tertul. *Lib. 4. adverſ. Marcionem, c. 7.* Quomodo in ſynagogam potuit admitti tam repentinus, tam ignotus? Cujus nemo adhuc certus de tribu, de populo, de domo, de cenſu denique Auguſti? Quem teſtem fideliſſimum Dominicæ nativitatis Romana archiva cuſtodiunt?

S. Joh. Chrysost. *Homil. 8. in Matth. c. II. initio.* Quemadmodum igitur Lucas ait, quod in præſepio poſitus eſſet? Quia ſcilicet cum fuiſſet enixa, ibi eum continuo reclinavit. Erat enim valde difficillimum vacantem reperire alicubi domum, propter conventum ac frequentiam Judæorum, quos in unum eadem tunc deſcriptionis cauſa collegerat: quod cer-
Luc. II. 7. te Lucas evidenter expreſſit, dicens: *& reclinavit eum in præſepio, quia non erat ei locus in diverſorio.* Poſtea vero eum ſuſtulit, in ſuo gremio collocavit. Siquidem ut Bethlehem ingreſſa eſt, partum celeriter abſolvit: ut hinc quoque totam diſpenſationem agnoſceres, quia ſcilicet non fortuito iſta, nec ſimpliciter acciderunt: ſed ſecundum providentiam Dei, & prophetiæ conſequentiam univerſa completa ſunt.. *Paulo ante finem.* Et Auguſtus ipſe futuro in Bethlehem partui per deſcriptionis ſervit imperium.

(E) S. Hieronym. *Lib. 1. Comment. in Iſai. cap. 2. verſ. 4.* Omne bellandi ſtudium vertetur ad pacem; & pro diſcordia erit in toto orbe concordia. Gladii mutabuntur in vomeres, & lanceæ in falces; ut omiſſo furore bellandi, agriculturæ ſerviant, & uberrimas falcibus meſſes ſecent... Veteres revolvamus hiſtorias; & inveniemus uſque ad viceſimum octavum annum Cæſaris Auguſti (cujus quadrageſimo primo anno Chriſtus natus eſt in Judæa) in toto orbe terrarum fuiſſe diſcordiam; & ſingulas nationes contra vicinas gentes arſiſſe ſtudio præliandi: ita ut cæderent & cæderentur. Orto autem Domino Salvatore, quando ſub Præſide Syriæ Cyrino prima eſt in orbe terrarum facta deſcriptio, Evangelicæ doctrinæ pax Romani imperii præparata; tunc omnia bella ceſſaverunt: & nequaquam per oppida & vicos exercebantur ad prælia; ſed ad agrorum cultum, militibus tantum legionibuſque Romanis contra barbaras nationes bellandi ſtudio delegato: quando impletus eſt Angelorum ille concentus: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, & in diebus ejus orta eſt juſtitia & multitudo pacis.

(F) Tit. II. II. Apparuit enim gratia Dei Salvatoris noſtri omnibus hominibus, 12. erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobrie, & juſte, & pie vivamus in hoc ſæculo.

S. Johann. Chrysost. *in cap. 2. Matt. Homil. 9. circa med.* Herodis inſidias fugit, & natus in præſepio collocatur, & in diverſorio manet, & matrem elegit humilem: nos videlicet erudiens, ne quid horum eſſe erubeſcendum putemus. Itaque ab ipſis principiis humanis faſtum calcans, ſolius nos ſectatores præcipit eſſe virtutis.

S. August. *in Pſ. XVIII. Enarrat. II. n. 15.* Propter hoc vitium, propter hoc magnum ſuperbiæ peccatum, Deus humilis venit. Hæc cauſſa, hoc peccatum magnum iſte ingens morbus animarum, omnipotentem medicum de cælo deduxit, uſque ad formam ſervi humiliavit, contumeliis egit, ligno ſuſpendit: ut per ſalutem tantæ medicinæ curetur hic tumor. Jam tandem erubeſcat homo eſſe ſuperbus, propter quem factus eſt humilis Deus.

Vide quæ dicemus infra De Feſto nativ. Dom. *p. 2. Sect. 4. c. 2. §. 5.*

(G) M. de Tillemont *Note 4. ſur Jeſus Chriſt, t. 1. des Mem. ſur l' Hiſt. Eccleſ.* Noctu natus creditur Chriſtus, quia noctu Angelus nativitatem Paſtoribus annuntiavit; atque ita ad amuſſim impletum Davidis dictum inquit D. Auguſtinus: *Ante Luciferum genui te.* Conſtans Eccleſiæ traditio, id in viceſimam quintam Decembris diem rejicit; Cataubonus negat opinionem hanc ex eo infirmari, quod tempus illud valde frigidum minime aptum animalibus ſtercorandis, cum inter hanc & Judææ regionem magnum diſcrimen interſit; ipſeque Angliæ vaccas per totum anni tempus ſub dio relinqui aſſeverat.

S. Chryſoſtomus multa in medium affert argumenta ut probet, Jeſum Chriſtum vere natum eſſe 25. Decembris nocte; quæ tamen valde infirma ſunt, præter illud quod aſſerit, in hac ſemper opinione fuiſſe Occidentis Eccleſias. Divus Chryſoſtom. certo certius affirmat, a longo tempore [illegible] ex antiquiſſima traditione nativitatem celebratam eſſe 25. Decembris die in Occidente, nempe in omnibus regionibus quæ ſunt a Gadibus ad Thraciam uſque & extremas Hiſpaniæ oras; idque ſingillatim de Roma affirmat, ubi credit potuiſſe inveniri hujuſce rei probationes in publicis tabulis Judææ per id temporis factis, quæ, ut ipſe opinatur, etiam tum ſervabantur. Feſtivitas hæc 25. Decembris die celebrata apparet in veteri Calendario Romano, quod certe poſt annum 354. factum eſt. Paulus Emeſenus in ſermone, quem habuit Alexandriæ anno 432. die 29. Coiac, quæ eſt 25. Decembris, ait eam fuiſſe diem, in qua Chriſtus natus erat... Si nativitatem Domini noſtri 25. Decembris die fuiſſe admittimus, eam referre neceſſe eſt in quartum ante communem æram, quam ſequimur, annum, hoc eſt in finem anni, quo Auguſtus duodecimum fuit Conſul cum Lucio Sylla, qui erat Julianus 41. vel poſt correctionem Calendarii per Julium Cæſarem factam, 40. Auguſti poſt Cæſaris mortem, vel 27. poſt pugnam Actiacam; 36. poſt Herodem Judææ Regem declaratum; 749. a Roma condita; 4. centeſimæ nonageſimæ tertiæ Olympiadis; 4000. a mundi creatione, juxta Uſſerium, qui præcedente autumno inceperat; aut 5509. juxta ſupputationem, quam omnes a ſeptimo ſæculo Græci ſequuntur, & 4709. periodi Julianæ. Sententiam hanc omnes ferme docti modo amplexantur; eamque ſuo etiam ſuffragio Eminentiſſimus Norisius comprobat.

(H) Luc. II. 8. Et Paſtores erat in regione eadem

I. Circumciſus ne eſt Chriſtus octavo poſt ortum die ſicut & cæteri Judæorum?

R. Poſtquam impleti ſunt dies octo, circum-
Gal. vi. 4. ciſus eſt pro more Judæorum, *factus ſub lege*,
inquit Apoſtolus, *ut eos qui ſub lege erant, redi-*
I *meret*. (I)

I. Manſit ne diu Chriſtus in Bethlehem poſtquam ibi natus eſt?

R. Manſit ibi dies quadraginta, ut daret interea locum Judæis de hoc tanto & tamdiu expectato eventu quid credendum eſſet inquirendi.
K (K)

Poſt dies quadraginta intulit Chriſtum virgo Maria in templum; ut & offerret Domino Primogenitum ſuum, & ipſa ſe ſacrificiis ex lege purgaret, quamquam lex iſta quæ de purgatione matrum erat, ad Virginem nullatenus pertine-
L ret. (L)

I. Pervenerunt ne Magi ad Chriſtum ante an poſt purgationem Mariæ?

R. Ipſo tertio decimo poſt nativitatem die pervenerunt, ut fert communis opinio, quo die feſtum Epiphaniæ celebrat Eccleſia Latina. (M)

I. Magorum adorationem prædixerant ne Prophetæ?

R. Hanc Iſaias verbis apertis prædixerat. Reperitur & in Pſalmis non obſcura ea de re prophetia.

Hæc habet Iſaias: *Ambulabunt gentes in lumi-* Part. I.
ne tuo, & Reges in ſplendore ortus tui... Omnes Sect. II.
de Saba venient, aurum & thus deferentes, & Cap. I.
laudem Domino annuntiantes. §. 4.
Is. lx. 3. 6.

Pſalmus vero ſeptuageſimus primus ſic fert: Pſ. lxxi. 10.
Rege Tharſis & inſulæ munera offerent; Reges Arabum & Saba dona adducent. De Salomone videtur ibi loqui David juxta primum litteræ ſenſum: ſed verba totius Pſalmi paullo attentius legenti facile conſtat ad Meſſiam, cujus Salomon typus fuit, verba hæc cæteraque eſſe referenda. Et certe multa ſunt in hoc ipſo Pſalmo quæ non de Salomone, ſed de Meſſia ſolummodo ad litteram intelligi poſſunt, alioqui
falſa dici debent; Quale eſt quod dicitur. *Et* Ibid. 5. & 11
permanebit cum ſole & ante lunam, & illud, *Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſervient ei*. (N) N

I. Fuerat ne prædicta ſtellæ apparitio?

R. His verbis fuerat prædicta a Balaam. *Orie-* Nu. xxiv.
tur ſtella ex Jacob, & conſurget virga de Iſrael 17. 19.
.... De Jacob erit qui dominetur.

§. 5. *Series vitæ Chriſti ad ejus Baptiſmum. Vita Johannis Baptiſtæ.*

I. Peracto purgationis ritu, ſunt ne Maria & Joſeph cum puero Jeſu reverſi in civitatem Nazareth?

R. Non

dem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. 9. Et ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno. 10. Et dixit illis Angelus: Nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. 11. Quia natus eſt vobis hodie Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus, in civitate David. 12. Et hoc vobis ſignum; invenietis infantem pannis involutum, & poſitum in præſepio. 13. Et ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis, laudantium Deum, & dicentium: 14. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. 15. Et factum eſt, ut diſceſſerunt ab eis Angeli in cælum: Paſtores loquebantur ad invicem: Tranſeamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum eſt, quod Dominus oſtendit nobis. 16. Et venerunt feſtinantes: & invenerunt Mariam, & Joſeph, & infantem poſitum in præſepio. 17. Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc.

Matth. ii. 1. Cum ergo natus eſſet Jeſus in Bethlehem Juda in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab oriente venerunt Jeroſolymam, 2. dicentes: Ubi eſt qui natus eſt Rex Judæorum? Vidimus enim ſtellam ejus in oriente, & venimus adorare eum. 3. Audiens autem Herodes Rex, turbatus eſt & omnis Jeroſolyma cum illo: 4. & congregans omnes principes Sacerdotum & ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis ubi Chriſtus naſceretur. 5. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Judæ: ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam:
Mich. v. 2. 6. Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael. 7. Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis: 8. Et mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inveneritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum. 9. Qui cum audiſſent Regem, abierunt. Et ecce ſtella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, usque dum veniens ſtaret ſupra, ubi erat puer. 10. Videntes autem ſtellam gaviſi ſunt gaudio magno valde: 11. & intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum: & apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. 12. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam.

Vide quæ dicuntur infra part. 2. *ſect.* 4. *c.* 2. De Feſto Nativitatis Domini, *& de Adoratione Magorum dum primum Eccleſiæ præceptum interpretamur*, §. 5. *&* 7.

(I) Luc. ii. 21. Et poſtquam conſummati ſunt dies octo ut circumcideretur puer, vocatum eſt nomen ejus Jeſus, quod vocatum eſt ab Angelo priusquam in utero conciperetur.

Philipp. ii. 9. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: 10. Ut in nomine Jeſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: 11. & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.

Conſule de Feſto Circumciſionis *hujuſce operis partem* 2. *ſect.* 4. *c.* 2. §. 6.

(K) S. Chrysost. *Hom.* 7. *in Matth. cap.* 7. *non longe ab initio*. Et idcirco non continuo ut natus eſt in civitatem ſuam venit, ſed in Bethlehem quadraginta remoratus eſt diebus: ut his qui diligentius vellent de ipſo cuncta rimari, occaſionem inquiſitionis ingereret.

(L) *De his fuſius infra in tractatu* De Feſtis, *part. hujus operis* 2. *Sect.* 4. *c.* 2. §. 8. *ubi agimus de* Die Feſto Præſentationis J. C. D. N. in templo, *&* Purificationis B. Mariæ Virginis.

(M) M. de Tillemont *Note* 9. *ſur Jeſus-Chriſt*, *t.* 1. *des Mem. ſur l'Hiſt. Eccleſ.* S. Auguſtinus in ea fuit opinione ut crederet Magos ante purificationem in Bethlehem veniſſe .... Florentinus propenſus eſt ad credendum, Magos non 6. Januarii die ſed aliquanto poſt Purificationem veniſſe. Neque vero nova eſt hæc opinio, cum eam quoque admittat vetuſtiſſima Evangelii Concordantia, quæ Ammonii eſſe creditur adeo celebris tertio ſæculo ineunte. Idem dicitur a Juvenco qui quarto floruit ſæculo, & ab Origene & Euſebio in Græcis Catenis. S. Leo ab hoc ordine non diſcedit in ſua 16. Epiſtola cap. 2. pag. 467. *Hoſtia pro eo* (*Jeſu*) *legalis offertur: aliud cum tres Magi, claritate novi ſyderis incitati, & in Bethlehem ab Oriente perveniunt, & adoratum parvulum myſtica munerum oblatione venerantur.*

D. Hieronymi Chronica in ſecundum poſt Chriſti nativitatem annum Innocentium ſtragem rejicit; quod concordat cum S. Epiphanii & aliorum ſcatentia opinantium, Magos per id temporis veniſſe, eoque fundamento ſe tuentium, quod Herodes de tempore, quo ſtellam viderant, edoctus, pueros omnes a bimatu in Bethlehem ortos occidi juſſit. D. Chryſoſtomus reponit, ſtellam potuiſſe videri multo ante Chriſti nativitatem, Herodemque timore ac rabie percitum plus temporis comprehendiſſe, ut tutiori modo ſuæ ſecuritati conſuleret ... Manifeſte patet Eccleſiæ Græcæ ac Latinæ conſilium jubentis, ut Magorum adoratio, ac Innocentium martyrum ſimul cum Salvatoris nativitate celebraretur, quia hæc duo ipſum myſterium ſunt conſecuta.

(N) S. Aug. *in Pſ.* lxxi. *n.* 8. *Permanebit cum ſole.* Quid autem magnum eſt permanere cum ſole, ei per quem facta

R. Non. Sed fugerunt in Ægyptum ad declinandam perſecutionem Herodis, qui quærebat puerum ad perdendum eum. (A)

A *I.* Cur Herodes quærebat Jeſum ad perdendum eum?

R. Quia Magi ad Jeſum properantes ut eum adorarent, venerunt primum ad Herodem, ut ſcirent ab eo ubinam eſſet recens natus Rex Judæorum. Quo audito Rex ſuſpicioſus & crudelis, veritus ne regnum ſibi olim ab hoc infante eriperetur, quæſivit eum ad necem. Hoc autem fruſtra quæſito, occidit omnes pueros a bimatu & infra in Bethlehem & in omnibus finibus ejus. Ratus ſcilicet puerum hunc, quisquis eſſet, eum cæteris periturum: ſed deluſa Herodis impietas eſt. Nondum venerat hora Chriſti, itaque fugiens in Ægyptum, ſe ſe neci

B præripuit. (B)

I. Prædixerant ne Prophetæ futuram cædem Innocentium?

R. Hanc velut in imaginem adumbraverat cædes infantium Hebræorum ab impio Rege Pharaone olim decreta. Et fugam Chriſti in Ægyptum Moyſes, Chriſti typus, a Pharaonis filia ereptus neci, & educatus, adumbraverat. Sed præterea hæc leguntur in Jeremia Propheta, xxxi. 15.
Vox in excelſo audita eſt lamentationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios ſuas, & nolentis conſolari ſuper eis, quia non ſunt. Quod in cæde Innocentium adimpletum fuiſſe declarat Matthæus Apoſtolus. (C) C

I. Prædixerunt ne Prophetæ fugam Chriſti in Ægyptum?

R. Typum hujus fugæ præeuntium jam vidimus in Moyſe aquis erepto per filiam Regis Ægypti. Illud ipſum in typo adumbravit Jacob, cum univerſa familia deſcendens in Ægyptum, ad declinandam imminentem ex ſame mortem. Unde quod de Iſraelitis apud Oſee legitur: *Ex* Oſee. xi. 1.
Ægypto vocavi filium meum, id Matthæus refert Matt. 11. 15.
tanquam prophetiam de reditu Chriſti ex Ægypto. (D) D

His adde quod legitur in Iſaia, cujus verba hæc ſunt: *Ecce Dominus aſcendit ſuper nubem le-*

facta ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil, niſi quia hæc prophetia propter eos præmiſſa eſt, qui putant religionem nominis Chriſtiani uſque ad certum tempus in hoc ſæculo victuram, & poſtea futuram? *Permanebit* ergo *cum ſole*, quandiu ſol oritur & occidit: hoc eſt quandiu tempora iſta volvuntur, non deerit Eccleſia Dei, id eſt, Chriſti corpus in terris. Quod vero adjungit, & ante lunam, generatione generationum: potuit dicere, & ante ſolem; id eſt, cum ſole, & ante ſolem: quod intelligeretur, & cum temporibus, & ante tempora. Quod ergo tempus antecedit, æternum eſt: & hoc vere habendum eſt æternum, quod nullo tempore variatur, ſicut in principio erat Verbum.

(A) MATTH. II. 13.... Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph, dicens: Surge & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & eſto ibi uſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. 14. Qui conſurgens, accepit puerum, & matrem ejus nocte, & receſſit in Ægyptum. 15. Et erat ibi uſque ad obitum Herodis: ut adimpleretur quod dictum eſt a Do-
Oſee. xi. 1. mino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi Filium meum.

S. AUGUST. *de Conſ. Evang. lib.* 2. c. 5. n. 16. Quæritur quando fieri potuerint quæ contexit Matthæus de profectione in Ægyptum atque inde regreſſione poſt Herodis mortem, ut jam in civitate Nazareth habitarent, quo eos Lucas, poſteaquam perfecerunt in templo circa puerum omnia ſecundum legem Domini, reverſos eſſe commemorat. Hic proinde cognoſcendum eſt ... ſic unumquemque Evangeliſtam contexere narrationem ſuam, ut tanquam nihil prætermittentis ſeries digeſta videatur: tacitis enim quæ non vult dicere, ſic ea quæ vult dicere, illis quæ dicebat adjungit, ut ipſa continuo ſequi videantur: ſed cum alter ea dicit quæ alter tacuit, diligenter ordo conſideratus indicat locum ubi ea potuerit, a quo prætermiſſa ſunt, tranſilire, ut ea quæ dicere intenderat ita ſuperioribus copularet, tanquam ipſa nullis interpoſitis ſequerentur. Ac per hoc intelligitur Matthæus, ubi ait ſomno admonitos Magos ne redirent ad Herodem, & per aliam viam regreſſos in regionem ſuam; illic prætermiſiſſe quæ Lucas narravit geſta circa Dominum in templo, & dicta a Simeone & Anna: ubi rurſus Lucas prætermittens profectionem in Ægyptum, quam narrat Matthæus, tanquam continuam contexuit regreſſionem ad civitatem Nazareth.

M. DE TILLEMONT *Tom.* 1. *des Memoires ſur l'Hiſt. Eccleſ.* S. Auguſtinus ſupponere videbatur, Virginem & S. Joſeph nonniſi poſt ſuum ex Ægypto reditum in Nazareth regreſſos eſſe: revera videntur in Ægyptum profecti non a Nazareth, ſed a Bethleem, quo conſequenter a Jeruſalem redierant poſt Purificationem; Angelus enim ut in Ægyptum irent juſſerat, quia Herodes puerum ad necem quæſiturus erat. Porro Herodes in Bethleem eum tantummodo, & in finibus ejus quæſivit; atque ita veriſimile admodum eſt, S. Joſeph ibi tum cum tota familia fuiſſe.

(B) *Vide* MATTH. II. 13. *ſupra litt.* (A)

II. 16. Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet a Magis, iratus eſt valde: & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus a bimatu & infra, ſecundum tempus quod exquiſierat a Magis.

(C) MATTH. II. 17. Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per Jeremiam Prophetam dicentem: 18. Vox in Rama audita eſt, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari quia non ſunt.

JANSENIUS GAND. *Comment. in Concordiam Evangelicam c.* 11. *p.* 85. Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt, &c. Teſtimonium illud legitur Jeremiæ 31. & ipſum nequaquam proprie de his infantibus propter Chriſtum occiſis a Propheta prædictum eſt, ſed de decem tribubus in captivitatem cum magno mœrore abductis: ut teſtatur etiam Hieronymus. Hæc autem tribus illo capite, & alibi ſæpe nomine Ephraim deſignantur, quoniam earum princeps erat tribus Ephraim. Itaque a Propheta, Rachel quæ avia erat Ephraim, dicitur deplorare Iſraelitas, tanquam filios ſuos; quo ſignificatur populum Iſraeliticum amare ploraturum, ob captivitatem, & necem ſuorum. Quoniam autem ſub Herode nunc non minor tyrannis & ejulatus factus eſt in Iſraelitico populo, quam olim cum populus in captivitatem abduceretur, idque eo loco ut proprie Rachel dici poſſit ploraſſe jam bos interfectos pueros tanquam filios ſuos, ob id Evangeliſta hunc Jeremiæ locum nunc dicit adimpletum, hoc eſt, nunc vere id dici potuiſſe quod olim dixerat Jeremias etſi de aliis, & in ſenſu nonnihil diverſo. Proinde non videtur dicendum, quemadmodum tamen communiter dicitur, teſtimonium iſtud a Matthæo hic adduci, ut oſtenderetur hanc Infantum cædem non contigiſſe ſine diſpenſatione divini conſilii, ſed Deo ita providente, & per Prophetam prædicente, & ſic fieri permittente ſecundum ſuam gubernationem, ut adimpleretur quod prædixerat. Potius enim dicendum, Matthæum Hebræis ſcribentem, quod gratum illis eſſe ſciebat feciſſe, atque ob id ſcripturam, quæ facto huic adaptari commode potuit, deſumpſiſſe, ſicut & alibi. Non enim ad oſtendendam divinam diſpenſationem citaſſe hoc teſtimonium hinc conſtare videtur, quod de his pueris hæc a Jeremia non ſint dicta, neque ſecundum ſenſum litteralem, neque ſecundum ſenſum myſticum, cum calamitas illa de qua ad litteram loquitur Propheta, non videatur allegoria apta poſſe oſtendi fuiſſe figura hujus cædis infantum. Dici tamen poteſt Spiritum ſanctum, illo Jeremiæ loco ſub typo calamitatis populi Iſraelitici, voluiſſe etiam ſignificare martyrum omnium necem, & Eccleſiæ per Rachelem ſignificare luctum, ac proinde recte de his martyribus citaſſe, qui omnium Martyrum primitiæ ſunt, & quibus locus ille proprie quodammodo competit.

(D) S. JOH. CHRYSOST. *Homil.* 8. *in cap.* 2. *Matth. paulo poſt initium.* Et cujus tandem, inquies, rei gratia in Ægyptum parvulus mittitur? Prima quidem illa cauſa, quam Evangeliſta ſignavit, ut impleretur, inquit, quod ſcriptum eſt: *Ex Ægypto vocavi Filium meum.* Et Oſee. xi. 1.
aliquanto poſt. Si vero de prophetia Judæi ambigerent, dicentes: *Ex Ægypto vocavi Filium meum*, de ſe di-

Digitized by Google

levem, & ingredientur Ægyptum, & commove-
E *buntur ſimulachra Ægypti a facie ejus.* (E)

I. Numquid revera commota ſunt univerſa Ægypti ſimulacra, ubi primum Ægyptum Chriſtus ingreſſus eſt?

R. Etiamſi in ipſo Chriſti in Ægyptum adventu ſimulacra univerſa non corruiſſent, adimpletam tamen prophetiam hanc fuiſſe conſtat: corruerunt enim certiſſime non ita multo
F poſt; cum Chriſti religio per Ægyptum univerſam mirifice propagata eſt, & floruit. (F)

Sed prætermiſſa ea reſponſione; id univerſis ſæculi quarti Scriptoribus certiſſimum fuit, ex receptiſſima in hac regione traditione conſtare, omnia Ægypti ſimulacra ſtatim corruiſſe ubi Chriſtus Ægyptum ingreſſus eſt, quemadmodum corruerat olim in templo Philiſtæorum ſimulacrum Dagon in conſpectu Arcæ Domini. Quod & ad præſentiam Martyrum aliquando poſtea ſimulacris Pſeudo-deorum contigiſſe certiſſimum eſt. (G) G

PART. I. SECT. II. CAP. I. §. 5.

I. Quandiu Chriſtus commoratus eſt in Ægypto?

R. Id omnino non conſtat. Hoc tamen certum

dictum potius quam de Chriſto eſſe prædictum: Reſpondebimus profecto eſſe hunc quoque prophetiæ morem, ut multa ſæpe de aliis dicantur quidem, ſed in aliis impleantur: ut illud quod de Simeone & Le-
Gen. XLIX. 7. vi dicitur: *Dividam eos in Jacob, & diſpergam eos in Iſrael.* Hoc enim non in ipſis, ſed in eis etiam factum eſt, qui de illorum ſtirpe proceſſerunt..... Hoc igitur etiam in præſenti poteſt quæſtione defendi. Quis enim magis ac proprie Dei filius eſſe dicitur? Ille ne populus qui adorabat vitulum, qui
Exod. XXXII *Num.* XXV. 3 *Beelphegor initiabatur*, quique filios ſuos dæmoniis immolabat: an vero Dominus Jeſus Chriſtus, qui natura Filius Dei eſt, & toto Patrem honore veneratur? itaque niſi advenisſet iſte, nequaquam prophetia dignum finem habere potuiſſet. Conſidera igitur quemadmodum iſtud ipſe Evangeliſta deſignet, dicendo: *Ut impleretur.* Oſtendit enim quoniam niſi veniſſet iſte, non utique fuiſſet impletum.

(E) S. HIERON. *Lib.* 5. *Comment. in Iſai. Proph. c.* 19. *verſ.* 1. *T. III. p.* 127. Ad ipſam comminans Ægyptum loquitur, quod nequaquam per Angelos, ſed ipſe Dominus veniat ſuper nubem levem, id eſt, velocem, & ingrediatur Ægyptum: & idola Ægypti contremiſcant, tabeſcatque cor fortium: & Ezechie-
Exod. XXX. 13. lis vaticinium compleatur: *Diſperdam ſimulacra, & ceſſare faciam idola de Memphis.* Quidam totam hanc prophetiam ad Salvatoris tempora referunt, quando ingreſſus eſt ſuper nubem levem, id eſt, corpus humanum, quod ex Virgine aſſumpſerat, nullo humanæ commixtionis ſemine prægravatum, ſive quod a nube levi portatus ſit, id eſt, corpore virginali: & ad ingreſſum ejus omnes dæmones contremuerint, tuncque prima idolorum ruina fuerit, præſentiam Domini ferre non ſuſtinens.

S. CYRILL. ALEXANDR. *Lib.* 2. *Tom.* 4. *in Iſai. c.* 19. *verſ.* 1. Quidam Interpretes levem dixerunt eſſe nubem, ſanctam Domini carnem, id eſt, ex Virgine ſumptum templum, quod propterea forſan nubi conferuor, quod a terrenis motionibus ac cupiditatibus liberetur, & ſurſum velut ac in altum evolet. Eſt enim omnino puriſſimum, omnique terreſtri immunditia liberum ac immune ſanctum corpus omnium noſtrum Salvatoris Chriſti. Alii rurſus levem nominari nubem autumarunt, ſanctam Virginem ... Nihil obſtat ... Chriſtum in levi nube conſpectum intelligere: .... etenim nubes typum pluviæ, & roris ſpiritualis, ipſiusque ſalutaris lavacri nobis plane repræſentat ..... Decebat itaque Dominum, cum ad emundationem & mutationem Ægyptiorum ſe conferret, divino ſcilicet & ſpirituali more, in nube levi apparere.

THEODORET. *in Iſai. c.* 19. *verſ.* 1. Prophetiæ teſtimonium dat ſacrorum Evangeliorum hiſtoria. Angelus enim Domini præcepit Joſeph, ut in Ægyptum iret cum puero, & matre ejus..... Exploſus eſt error multorum deorum: & qui ſuper nubem levem ſedet ab eis adoratur.

Iſai. XIX. 1. EUSEBIUS *Lib.* 9. *Demonſtrat. Evang. cap.* 2. Ecce Dominus ſedet ſuper nube levi, & veniet in Ægytum: & commovebuntur manufacta Ægypti a facie ejus, & cor eorum vincetur ab ipſis. Cauſa porro cur Dominus ita in Ægyptum deſtinetur venturus, hæc mihi videtur. Primi ſiquidem omnium Ægyptii errori colendi multos deos ac dæmones invitum dediſſe dicuntur, & reliquis univerſis mortalibus ſuperſtitionis auctores extitiſſe, quin etiam omnium aliorum maxime dæmoniacis operationibus & curioſitatibus ſtuduiſſe: iidem præterea ab ipſa Scriptura divina, hoſtes populi Dei fuiſſe perhibentur. Sed antiquus quoque ipſorum Rex fateri ſe non noſſe Do-
Exod. V. 5. minum, palam deſcriptus eſt, dum ſic ait: *Non novi Dominum, & Iſrael non emittam.* Ergo ingens quoddam divinæ Chriſti virtutis miraculum exhibeta nobis volens Prophetica oratio, Domini in Ægyptum canit adventum, ſub quem non levem futuram Ægyptiorum mutationem, divinat deinceps ſic di-
cens: *Et cognoſcent Ægyptii Dominum*, qui videli- *Iſa.* XIX. 21.
cet non cognoſcebant illum prius, *& vovebunt* *Ibid.*
Domino vota, & quæ his ſimilia ſequuntur. Superiori quidem proximo capite hæreditas ejus, qui venturus canitur, Edom & Eſau dicebatur, quippe cum alieni ab Iſrael eo modo ſignificarentur. Hic vero & Ægyptus & Ægypti populus, non ſimulacrorum amplius cultor futurus canitur, ſed ejus Domini, qui apud Judæorum Prophetas pro Deo celebratur. Quæ ſi oculis completa non cernuntur, ne dicamus ſana adventum illum Domini qui in Ægyptum futurus prædicitur, fuiſſe adhuc. Sed ſi ſupra omnem rationem rebus fidem ipſa veritas facit, ... ipſos Ægyptios ab ea ſuperſtitione receſſiſſe quam uſque ab initio a patribus ſuis acceperant, illique Deo adhæſiſſe, qui a Prophetis hæc ipſa divinantibus celebatur, & unum hunc interim colere, neque ullam mortem recuſare pro cultu & pietate erga illum: Quid aliud jam ſupereſt, niſi ut fateamur non aliter iſta contigiſſe, quam per Domini in Ægyptum adventum, ſicut vaticinium proxime expoſitum ſignificabat?

(F) S. CHRYSOST. *Homil.* 8. *in Matth. pag.* 81. Si quis nunc ad Ægypti veniat ſolitudines, paradiſo quovis omnem illam videbit eremum digniorem factam eſſe, & innumerabiles Angelorum cœtus in corporibus fulgere mortalibus, & populos Martyrum & choros Virginum: & omnem quidem tyrannidem diaboli diſſolutam, Chriſti autem regnum coruſcans: .... & hæc omnia bona non in urbibus ſolum, ſed etiam in deſertis magis florent locis, quam in ipſis urbibus. Eſt enim cernere tota illa regione diffuſum exercitum Chriſti, & admirabilem illum regium gregem, virtutumque cæleſtium converſationem in terris micantem. Atque hoc non in viris tantum, verum etiam in fœminis ſplendere conſpicias. Nam illæ quoque non minori quam viri virtute decorantur ... Communis enim illis ac viris adverſus diabolum pugna eſt, contraque hujus mundi poteſtates, nec uſpiam teneritudo ſexus his congreſſibus impares facit. Non enim natura corporis, ſed voluntate animi exercentur iſta certamina. Propterea ſæpe in hujus modi acie fortius viris fœminæ decertarunt, ac trophæis inſignioribus claruerunt. Non ita variis aſtrorum choris cælum refulget, ut Ægypti eremus ſcenas ubique nobis oſtendens monachorum ... Propterea cum hac (*Apoſtolicorum*) dogmatum veritate, plurimo etiam virtutis ſtudio ornantur: cunctis quippe præſentibus rebus exuti, mundoque crucifixi, nihilominus ad perfectionis ulteriora contendunt: proprii ſiquidem operis corporis ad indigentium utuntur alimoniam. Neque enim quia jejunant, aut vigilant, idcirco otium ſibi indulgent diurnum: ſed noctes quidem ſacris hymnis, ac vigiliis; dies vero orationibus, manuumque operibus exercent, apoſtolicæ curſum virtutis imitantes.

(G) 1. REG. V. 2. Tuleruntque Philiſtiim arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & ſtatuerunt eam juxta Dagon. 3. Cumque ſurrexiſſent diluculo Azotii altera die, ecce Dagon jacebat pronus in terra ante arcam Domini: tulerunt Dagon, & reſtituerunt eum in locum ſuum. 4. Rurſumque mane die altera conſurgentes, invenerunt Dagon jacentem ſuper faciem ſuam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum ejus abſciſſæ erant ſuper limen. 5. Porro Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo. Propter hanc cauſam non calcant Sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum ejus, ſuper limen Dagon in Azoto, uſque in hodiernum diem ... 7. ..... Non maneat arca Dei Iſrael apud nos: quoniam dura eſt manus ejus ſuper nos, & ſuper Dagon Deum noſtrum.

M. DA

Digitized by Google

Pars I. Sect. II. Cap. I. § 5.

tum eſt, non diu fuiſſe commoratum, ſed inde reverſum ſtatim atque Herodes mortuus eſt. At mortuus eſt Herodes poſt annum circiter a Nativitate Chriſti. (H) H

I. Quo profectus eſt Jeſus ex Ægypto?

R. Profectus eſt primum Joſeph cum Jeſu & Mat. II. 22. Maria *in terram Iſrael. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre ſuo, timuit illo ire: Et admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galileæ*, ubi regnabat Antipas Arche- Ibid. 23. lai frater. *Et veniens habitavit in civitate Nazareth*, ubi jam ante partum Virginis morabatur. (I) I

I. Quandiu Chriſtus commoratus eſt in civitate Nazareth?

R. Ad annum quaſi trigeſimum.

I. Quomodo tranſacta eſt infantia, & pueritia & adoleſcentia Chriſti Jeſu? Quid egit tot annorum continuata ſerie?

R. Hæc ſunt præter ſupra dicta, quæ novimus:

1. Chriſtus *proficiebat ſapientia & ætate & gratia apud Deum & homines*: quod intelligendum quantum ad ſigna & effecta ſapientiæ & gratiæ; non quantum ad ſapientiam ipſam & gratiam, quæ utique creſcere & augeri non potuit in homine Deo. Sed potuit homo Deus majora in dies ſigna ſapientiæ & gratiæ exercere. Luc. II. 52.

2. Mariæ & Joſepho ſubditus fuit in omnibus. (K) K

3. Cum eſſet annorum duodecim aſcendit cum parentibus in Jeruſalem, ipſiſque inſciis, manſit in templo; ibique poſt triduum inventus eſt tandem, ſedens in medio Doctorum, audiens illos, & interrogans & rapiens eos in admirationem ſui. (L) L

4. De-

M. DE TILLEMONT *art. 4. ſur Jeſus Chriſt, Tom. I. des Memoir. ſur l'Hiſt. Eccleſ.* Poſtquam Magi a Bethleem profecti ſunt, Angelus Joſepho præcepit, ut cum puero & Matre in Ægyptum fugeret ibique moraretur, uſque dum reverti juberetur, quia Herodes quærere puerum debebat ad perdendum eum. Joſeph promptus & alacer parere non diſtulit præcepto adeo moleſto, quod dignitati Infantis minus convenire videbatur: a quo tamen docemur, nos, cum noſmetipſos Deo damus, ad perferendas tentationes atque perſecutiones paratos eſſe debere. Inſuper quia Jeſus Chriſtus univerſam terram ſanctificandi, veniæque ſpem omnibus peccatoribus dandi ergo veniebat, a duabus regionibus impietate ſua magis notis initium facere volebat, & in Ægyptum ire, poſtquam a Babylonis finibus Magos accerſiviſſet.

Iſti itaque virtuti præſentiæ Jeſu Chriſti a D. Chryſoſtomo tribuuntur progreſſus quos poſtea Chriſtianorum religio in Ægypto fecit, ingentes Martyrum turbæ, ſanctarum Virginum cœtus, innumera Anachoretarum & Monachorum multitudo, qui deſerta populati ſunt, magiſque illuſtria reddidere, quam præclariſſimæ civitates provincias alias. Antequam vero Ægypti celebres Anachoretæ fierent, Euſebius animadvertit, Dei verbum majori vi operatum eſſe in hac, quam in cæteris provinciis; idque Jeſu Chriſti infantis præſentiæ acceptum refert, juxta Iſaiæ prophetiam cap. XIX. I. D. Athanaſius idem fortaſſe annuit, cum dicit, præſentiam infantis Jeſus concidiſſe & deturbaſſe ſtatuas, quæ veluti idola colebantur: fierique poteſt, in eodem ſenſu locutum Auctorem, qui ſub Origenis nomine latet, nec non D. Cyrillum Hieroſolymitanum; quorum eadem fere verba ſunt.

Nihilominus ſæculo quarto traditio in Ægypto erat, in Thebaidem Jeſu Chriſto profecto cum Maria & Joſeph, inque Templum urbis Hermopolis in hac provincia ingreſſo, cuncta illius Templi idola corruiſſe & fracta fuiſſe. Rufinus, aur is, cujus nomine loquitur, ſe templum hoc vidiſſe aſſerit. D. Hieronymus affirmare non dubitat, ad adventum Jeſu Chriſti in Ægyptum omnes dæmones contremuiſſe, idolaque tunc corruere cœpiſſe. Sozomenus innuere videtur, cuncta Ægypti idola concuſſa fuiſſe; atque etiam aſſerit, Ægyptios pro certo habuiſſe, Jeſum Chriſtum Hermopolim in Thebaide veniſſe, atque ad ipſius ingreſſum magnam malum perſicam, quæ prope portam erat, quæque probabiliter ſuperſtitioſo cultu colebatur, quaſi ipſum adoraturam ſe curvaſſe ad terram uſque. Addit, arborem hanc ſuo quoque tempore fuiſſe, vulguſque perſuaſum fuiſſe, ipſius folia, corticem, vel ligni fruſtum ægris admotum ipſos priſtinæ ſanitati reſtituiſſe, ſi fide præditi eſſent.

LE P. PEZRON *Hiſtoire Evangelique ſur l'an I. de Jeſus-Chriſt, p.* 123. Certum minime eſt, in quo Ægypti loco Jeſus Chriſtus moratus ſit: veterum nonnulli ſcriptum reliquerunt, Thebaidem uſque profectum eſſe, videturque quarto ſæculo quædam traditio viguiſſe apud Ægyptios, Jeſum Chriſtum Hermopoli in Thebaide moratum eſſe; idque Sozomeno anſam dicendi dedit quinto hiſtoriæ ſuæ libro: *Ajunt Ægyptii Joſephum, cum præ metu Herodis fugeret, aſſumpto ſecum Chriſto, cum Sancta Maria Deipara Hermopolim veniſſe.* Traditionem hanc ſecutus Pallas in D. Chryſoſtomi vita inquit, Eccleſiam quandam poſtea Hermopoli fuiſſe, quæ Jeſu Chriſti præſentia conſecrata fuerat. Hæc & alia teſtimonia pervincerent, mundi Servatorem uſque Thebaidem profectum eſſe, nempe pluſquam ducentas leucas a Jeruſalem. In Ægypto quarto ſæculo, Jeſu in templum ipſius civitatis ingreſſo, corruiſſe omnia Idola in terram, & comminuta eſſe memorabantur. Neque id incredibile videri debet, ſi conferas cum iis quæ a Scriptura de fœderis Arca referuntur, qua in Dagon templo collocata, Idolum corruit, quod etiam caſus ſui pondere comminutum eſt. Si arca Domini, quæ ideo ſolummodo ſancta erat, quia res ſalvas continebat, tantum potuit in Philiſtæorum Idolum, quid credi non poteſt de omnipotente Domino hujus arcæ Deo? Certæ ſola Jeſu præſentia debuit evertere & in fruſta comminuere omnia Idola templi Jeruſalem, ſi verum eſt, in locum hunc prophanum unquam ipſum veniſſe. Illud certum compertumque eſt, atque ab Eccleſiæ Patribus probatum, a præſentia Jeſu Chriſti in Ægypto manaſſe gratias omnes, ac benedictiones, quæ poſtea regnum hoc locupletarunt; præſentiam hanc veluti originem ac principium fuiſſe eximiarum virtutum, quæ haſce provincias illuſtrarunt, quibuſque celebres facti ſunt quamplurimi ſancti Anachoretæ, ac præſtantiſſimæ Virgines. Qui adeo magno numero fuerunt, ut non modo urbes, verum etiam horrida deſerta, ac vaſtas ſolitudines frequentarent; dicique potuit, ab hiſce hominibus cæleſti gratia præditis execrandum Idolorum cultum, qui per tot ſæcula duraverat, penitus ſubverſum ſublatumque fuiſſe. n

(H) MATTH. II. 19. Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph in Ægypto, 20. dicens: Surge, & accipe Puerum, & matrem ejus, & vade in terram Iſrael: defuncti ſunt enim, qui quærebant animam Pueri. 21. Qui conſurgens, accepit Puerum, & matrem ejus, & venit in terram Iſrael.

(I) LUC. I. 26. . . . . Miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.

II. 4. Aſcendit autem & Joſeph a Galilæa de civitate Nazareth.

MATTH. II. 23. Et veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.

LUC. II. 39. Et ut perfecerunt omnia ſecundum legem Domini, reverſi ſunt in Galilæam in civitatem ſuam Nazareth . . . . 51. Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth.

(K) LUC. II. 51. Et erat ſubditus illis.

(L) LUC. II. 41. Et ibant parentes ejus per omnes annos in Jeruſalem, in die ſolemni Paſchæ. 42. Et cum factus eſſet annorum duodecim, aſcendentibus illis Jeroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti, 43. conſummatiſque diebus, cum redirent, remanſit Puer Jeſus in Jeruſalem, & non cognoverunt parentes ejus. 44. Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. 45. Et non invenientes, regreſſi ſunt in Jeruſalem, requirentes eum. 46. Et factum eſt, poſt triduum invenerunt illum in templo, ſedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. 47. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, ſuper prudentia & reſponſis ejus. 48. Et videntes admirati ſunt, & dixit mater ejus ad illum: Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. 49. Et ait ad illos: Quid eſt quod me quærebatis? Neſciebatis quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? 50. Et ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus eſt ad eos.

Luc. II.

Digitized by Google

4. Deſcendit cum parentibus, & venit Nazareth: & erat ſicut antea ſubditus illis, ut exemplo ſuo doceret debitam parentibus reverentiam
M & ſubjectionem: (M) Et probabile eſt cum S.
N Joſeph artem exercuiſſe. (N)

Hæc vitæ Chriſti ſeries fuit ad annum fere triceſimum.

Cum autem eſſet quaſi annorum triginta, venit ad Johannem Baptiſtam in deſertum locum ad Jordanis fluvii ripam, ut ab ipſo ba-
O ptizaretur. (O)

I. Quem nobis hominem narras? Johannes Baptiſta quis fuit, quomodo vixit?

Joh. 1. 6. *R.* Johannes Baptiſta *Fuit homo miſſus a Deo*, ut pararet viam Chriſto Domino, ipſumque velut præcurſor annuntiaret, juxta prophetias Iſaiæ & Malachiæ. (P) P

Ortum ipſus, Zachariæ Sacerdoti ſanctiſſimo, futuro Johannis patri, Gabriel Angelus annuntiavit: ipſumque concepit Elizabeth ſterilis in ſenectute ſua, non ſine miraculo. (Q) Q

Hunc nondum natum Chriſtus Jeſus Virginis matris utero clauſus viſitavit, ut ſanctificaret. Atque ea quidem præcipua cauſa fuit, inquiunt ſancti Patres, cur Maria virgo concepto in utero Chriſto Jeſu, mox, non ſine Dei nutu, perrexerit ad Elizabeth cognatam ſuam Johanne gravidam. (R) R

Occaſione ortus ipſius multa miracula Deus edidit. (S) In deſertum jam a teneris ſeceſſit; S ibique vitam transegit parce ac duriter. Cibus ejus

(M) Luc. II. 51. Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth: & erat ſubditus illis.

(N) Joan. VII. 15. Quomodo hic litteras ſcit, cum non didicerit?

S. Justinus Mart. *Dialogo cum Tryphone Judæo*. Cum Jeſus Joſephi fabri lignarii filius haberetur, ... faberque adeo & ipſe putaretur eſſe (fabrilia namque, cum in hominibus eſſet, faciebat opera, aratra & juga conficiens, per hæc & juſtitiæ docens ſigna, & vitam non otioſam.)

(O) Matth. III. 13. Tunc venit Jeſus a Galilæa in Jordanem ad Johannem, ut baptizaretur ab eo. 14. Johannes autem prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? .... 16. Baptizatus autem Jeſus confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. 17. Et ecce vox de cælis dicens: Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi complacui.

Luca III. 21. Factum eſt autem cum baptizaretur omnis populus, & Jeſu baptizato, & orante, apertum eſt cælum: 22. & deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum: & vox de cælo facta eſt: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi. 23. Et ipſe Jeſus erat incipiens quaſi annorum triginta.

(P) Isai. XL. 3. Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. 4. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aſpera in vias planas. Et revelabitur gloria Domini.

Malach. III. 1. Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam: & ſtatim veniet ad Templum ſuum Dominator, quem vos quæritis; & Angelus Teſtamenti, quem vos vultis.

(Q) Luc. I. 5. Fuit in diebus Herodis, Regis Judææ, Sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia: & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen ejus Elizabeth. 6. Erant autem juſti ambo ante Deum, incedentes omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela, 7. & non erat illis filius, eo quod eſſet Elizabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis ..... 13. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua: & uxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Johannem: 14. & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt: 15. Erit enim magnus coram Domino: & vinum & ſiceram non bibet, & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ: 16. & multos filiorum Iſrael convertet ad Dominum Deum ipſorum: 17. Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ: ut convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam juſtorum, parare Domino plebem perfectam.

(R) Luc. I. 39. Exurgens autem Maria ... abiit in montana cum feſtinatione: ... 40. & intravit in domum Zachariæ, & ſalutavit Elizabeth. 41. Et factum eſt ut audivit ſalutationem Mariæ Elizabeth, exultavit infans in utero ejus: & repleta eſt Spiritu ſancto Elizabeth: 42. & exclamavit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. 43. Et unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me? 44. Ecce enim ut facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo.

Origenes *Homil. 7. in cap. 1. Luc.* Salvator venit ad Johannem ut ſanctificaret baptiſma illius ... Jeſus vero qui in utero ejus (Mariæ) erat, feſtinabat adhuc in ventre matris Johannem poſitum ſanctificare .... Statim ut Maria locuta eſt verbum, quod Filius Dei in ventre matris ſuggeſſerat, exultavit in gaudio, & tunc primum Præcurſorem ſuum Prophetam fecit Jeſus .... Sancta erat anima beati Johannis, & adhuc in matris utero clauſa, venturaque in mundum quaſi per experientiæ ſenſum ſciebat quæ Iſrael ignorabat. Unde exilivit: & non ſimpliciter exilivit, ſed in gaudio. Senſerat enim veniſſe Dominum ſuum, ut ſanctificaret ſervum ſuum, antequam de matris utero procederet.

S. Ambros. *Lib. 1. in Luc. 1. verſ. 15. num. 33. Spiritu ſancto replebitur adhuc in utero matris ſuæ.* Non eſt dubium, verum hoc Angeli eſſe promiſſum; ſiquidem ſanctus Johannes, antequam naſceretur, matris adhuc in utero poſitus, Spiritus accepti gratiam deſignavit. Nam ..... in utero parentis exiliens, parenti Domini evangelizavit adventum .... Nondum enim erat illi ſpiritus vitæ, ſed ſpiritus gratiæ.

S. Ambros. *Expoſ. Evang. ſec. Luc. cap. 1. verſ. 39. 40. l. 2. n. 22. & 23.* .... Superior venit ad inferiorem, ut inferior adjuvetur: Maria ad Elizabeth, Chriſtus ad Johannem. Denique poſtea, ut ſanctificaret baptiſmum Johannis, Dominus venit ad baptiſmum, cito quoque adventus Mariæ, & præſentiæ dominicæ beneficia declarantur. *Simul enim ut audivit ſalutationem Mariæ Elizabeth, exultavit infans in utero ejus: & repleta eſt Spiritu ſancto.* Vide diſtinctionem, ſingulorumque verborum proprietates. Vocem prior Elizabeth audivit, iſte exultavit ratione myſterii: illa Mariæ, iſte Domini ſenſit adventum: femina mulieris, & pignus pignoris. Iſtæ gratiam loquuntur, illi intus operantur, pietatiſque myſterium maternis adoriuntur profectibus; duplicique miraculo prophetant matres ſpiritu parvulorum. Exultavit infans, repleta eſt mater: non prius mater repleta, quam filius: ſed cum filius eſſet repletus Spiritu ſancto, replevit & matrem. Luc. 1. 41.

(S) *Luc. 1. 57.* Elizabeth autem impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium. 58. Et audierunt vicini & cognati ejus, quia magnificavit Dominus miſericordiam ſuam cum illa, & congratulabantur ei: 59. Et factum eſt in die octavo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. 60. Et reſpondens mater ejus, dixit: Nequaquam, ſed vocabitur Johannes. 61. Et dixerunt ad illam: Quia nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. 62. Innuebant autem patri ejus, quem vellet vocari eum. 63. Et poſtulans pugillarem ſcripſit, dicens: Johannes eſt nomen ejus. Et mirati ſunt univerſi. 64. Apertum eſt autem illico os ejus, & lingua ejus, & loquebatur benedicens Deum. 65. Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorum: & ſuper omnia montana Judææ divulgabantur omnia verba hæc: 66. & poſuerunt omnes qui audierant in corde ſuo, dicentes: Quis, putas, puer iſte erit? Etenim manus Domini erat cum illo. 67. Et Zacharias pater ejus repletus eſt Spiritu ſancto: & prophetavit, dicens: ... 76. Et tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus, 77. ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus in remiſſionem peccatorum eorum ... 80. Puer autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu: & erat in deſertis usque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.

S. Am-

ejus locuſtæ & mel ſylveſtre, veſtitus quaſi cilicium ex pilis camelorum. (T)

T Cum eſſet annorum circiter triginta, factum eſt ad eum verbum Domini, & venit in omnem regionem Jordanis, prædicans baptiſmum pœnitentiæ. Judæis omnibus admirationi fuit. Ad eum undique concurſum eſt. Quin & miſſa ad eum ſolemnis legatio eſt a

Johan. I. 20. Synagoga Judæorum, ſuſpicantibus omnibus hunc eſſe Meſſiam. Ipſe autem *confeſſus eſt & non negavit*, *& confeſſus eſt* non eſſe ſe Chriſtum, ſed miſſum eſſe ſe juxta vaticinium Iſaiæ ad præparandam Chriſto viam. (V) Ut autem homines ad Chriſtum ſuſcipiendum præpararet, dabat ſingulis monita juxta ſuum cuique ſtatum ſeu munus, omnes ad pœnitentiam hortatus eſt. Pœnitentes autem & confitentes peccata ſua in Jordane baptizabat. Hinc Baptiſtæ nomen. (X) Baptizabat autem non ut remiſſionem peccatorum hoc ritu conferret, ſed ut baptiſmo ſuo veluti ſolemni profeſſione pœnitentiæ, ad peccatorum remiſſionem per Chriſtum accipiendam præpararet. (Y) Prædicabat omnibus Chriſtum jam veniſſe. V X Y

S. AMBROS. *Expoſ. Evang. ſec. Luc. c.* 5 *verſ.* 3. *l.* 1. *n.* 29. Plena ſemper, & redundantia ſunt divina beneficia: non exiguo conſtricta numero, ſed uberi bonorum coacervata congeſtu; ut hic primo precationis fructus, deinde ſterilis partus uxoris, tum lætitia plurimorum, & magnitudo virtutis. Altiſſimi quoque Propheta promittitur: quin etiam, ne qua eſſet dubitatio, futuri quoque vocabulum deſignatur.

Lib. 2. *n.* 31. *&* 35. *in verſ.* 60. 64. Ille mutus intimare vocabulum filii nequivit uxori; ſed per prophetiam Elizabeth didicit, quod non didicerat a marito: *Johannes eſt*, inquit, *nomen ejus*, hoc eſt, non nos ei nomen imponimus, qui jam a Deo nomen accepit ..... Nec mireris ſi nomen mulier quod non audivit, adſeruit, quando Spiritus ei ſanctus qui Angelo mandaverat, revelavit. Neque poterat Domini ignorare prænuntiatum, quæ prophetaverat Chriſtum. Et bene additur, quia nemo in cognatione ejus vocabatur hoc nomine; ut intelligas nomen non generis eſſe, ſed Vatis. Zacharias quoque nutu interrogatur: ſed quia incredulitas ei affatum eripuerat & auditum, quod voce non poterat, manu & litteris eſt locutus; ſcripſit enim dicens: *Johannes eſt nomen ejus*. Et hoc nomen non imponitur, ſed adſtruitur: meritoque continuo reſoluta eſt lingua ejus; quia quam vinxerat incredulitas, fides ſolvit.

Iſai. XL. 3. (T) MATTH. III. 3. Hic eſt enim qui dictus eſt per Iſaiam Prophetam dicentem; Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini: rectas facite ſemitas ejus. 4. Ipſe autem Johannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos; eſca autem ejus erat locuſtæ, & mel ſylveſtre.

LUC. VII. 24. Et cum diſceſſiſſent nuntii Johannis, cœpit (Jeſus) de Johanne dicere ad turbas; Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? 25. Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtimentis indutum? Ecce qui in veſte pretioſa ſunt & deliciis, in domibus Regum ſunt. 26. Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Utique dico vobis, & plus quam Prophetam .... 33. Venit ... Johannes Baptiſta, neque manducans panem, neque bibens vinum.

(V) JOAN. I. 19. Et hoc eſt teſtimonium Johannis, quando miſerunt Judæi ab Jeroſolymis Sacerdotes & Levitas ad eum, ut interrogarent eum: Tu quis es? 20. Et confeſſus eſt, & non negavit: & confeſſus eſt: Quia non ſum ego Chriſtus. 21. Et interrogaverunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit: Non. 22. Dixerunt ergo ei: Quis es, ut reſponſum demus his qui miſerunt nos? Quid dicis de te ipſo? 23. Ait: Ego vox clamantis in deſerto: Dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias Propheta .... 25. .... Et dixerunt ei: Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta? Reſpondit Johannes, dicens eis: Ego baptizo in aqua: medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. 27. Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt: cujus ego non ſum dignus ut ſolvam ejus corrigiam calceamenti.

ISAI. XL. 3. *Vide hocce* §. *litt.* (P)

(X) MATTH. III. 1. In diebus autem illis venit Johannes Baptiſta prædicans in deſerto Judææ, 2. & dicens: Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cælorum ... 5. Tunc exibat ad eum Jeroſolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem, 6. & baptizabantur ab eo in Jordane, confitentes peccata ſua.

LUC. III. 2.... Factum eſt verbum Domini ſuper Johannem, Zachariæ filium, in deſerto. 3. Et venit in

Iſai. XL. 3. 4. 5. omnem regionem Jordanis prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, 4. ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Iſaiæ Prophetæ: Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini: rectas facite ſemitas ejus: 5. Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt prava in directa, & aſpera in vias planas: 6. & videbit omnis caro ſalutare Dei. 7. Dicebat ergo ad turbas quæ exibant ut baptizarentur ab ipſo: Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere a ventura ira? 8. Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ... 9. Jam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. 10. Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? 11. Reſpondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. 12. Venerunt autem & Publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magiſter, quid faciemus? 13. At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quam quod conſtitutum eſt vobis, faciatis. 14. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? & ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti eſtote ſtipendiis veſtris. 15. Exiſtimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Johanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus: 16. Reſpondit Johannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus ... 18. Multa quidem & alia exhortans evangelizabat populo.

ACT. XIX. 3.... In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerunt: In Johannis baptiſmate. 4. Dixit autem Paulus: Johannes baptizavit baptiſmo pœnitentiæ populum, dicens: In eum qui venturus eſſet poſt ipſum, ut crederent, hoc eſt, in Jeſum.

S. AMBROS. *Lib.* 1. *in Luc.* I. *verſ.* 16. n. 35. Non egemus teſtimonio quod plurimorum ſanctus Johannes corda converterit, in quo nobis propheticæ Scripturæ & Evangelicæ ſuffragantur. *Vox enim clamantis in deſerto: Parate viam Domino, rectas facite ſemitas ejus:* *Iſai.* XL. 3. & baptiſmata populis frequentata declarant converſæ plebis non mediocres factos eſſe proceſſus; quia dum creditur Johanni, creditur Chriſto. Non enim de ſe, ſed de Domino prædicabat prænuntius Chriſti. Numquam ſine virtute Spiritus, nec ſine Spiritu virtus eſt .... In deſerto Elias, in deſerto Johannes: ille corvis paſcebatur, hic dumis, & calcata omni voluptatis illecebra, parcimoniam prætulit, luxumque contempſit: ille Achab regis gratiam non quæſivit; hic ſprevit Herodis: ille Jordanem diviſit, hic ad lavacrum ſalutare convertit: hic cum Domino verſatur in terris, ille cum Domino apparet in gloria: hic prioris, ille ſequentis Dominici præcurſor adventus.

(Y) MATTH. III. 11. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam. Qui poſt me autem venturus eſt, fortior me eſt, cujus non ſum dignus calceamenta portare: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni.

S. AUG. *Lib.* 5. *de Baptiſmo contra Donatiſt. c.* 9. *n.* 10. Accepit hoc (*Baptiſmi munus*) certæ diſpenſationis gratia, non diu manſurum, ſed quantum ſatis eſſet ad parandam viam Domino, cujus eum eſſe Præcurſorem oportebat .... Nulli Prophetarum, nulli prorſus hominum in Scripturis divinis legimus conceſſum eſſe, baptizare in aqua pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, quod Johanni conceſſum eſt: qua mirabili gratia ſuſpendens in ſe corda populorum, viam præpararet in eis illi quem ſe tanto prædicaret eſſe majorem. Sed Dominus Jeſus Chriſtus tali baptiſmo mundat Eccleſiam, quo accepto nullum alterum requiratur. Johannes autem tali baptiſmo prætingebat, quo accepto eſſet baptiſma etiam Dominicum neceſſarium; non ut illud repetatur, ſed ut eis qui baptiſmum Johannis acceperant, etiam Chriſti baptiſmus, cui viam præparabat ille, traderetur.

Cap. 10. *num.* 12. Quæro itaque, ſi baptiſmo Johannis peccata dimittebantur, quid amplius præſtare potuit baptis-

Digitized by Google

niſſe. Nondum tamen hunc viderat, cum venit ad eum Chriſtus ut baptizaretur. (Z) Creſcebat in dies magis ac magis fama Johannis Baptiſtæ. Tunc Herodes Antipas Tetrarcha Galilææ magni faciebat. Cui cum dixiſſet Johannes, non licet tibi habere uxorem fratris tui, (tulerat enim ille Herodiadem Philippi fratris ſui uxorem) miſit eum impulſu ſacrilegæ feminæ Princeps impius in carcerem, & tandem decollavit. (AA)

Z

AA

I. Cur voluit Chriſtus a Johanne baptizari?

R. Non eo certe quod baptiſmo hoc indigeret, qui innocens, impollutus & ſegregatus a peccatoribus, nullius erat inquinamenti capax. Sed

1. Ut Johannis Præcurſoris ſui baptiſmo & prædicationi auctoritatem conciliaret. Part. I. Sect. II. Cap. I. §. 5.

2. Ut daret exemplum humilitatis.

3. Ut ſanctificaret aquas baptiſmatis, ipſiſque ſpiritualem gratiam & fecunditatem ad regenerandum impertiret.

4. Ut populis ad Johannem venientibus comprobaret eſſe ſe Filium Dei a Patre miſſum, probaret, inquam, teſtimonio cælitus ea in occaſione demittendo. (BB) BB

I. Quale teſtimonium prædicas hic cælitus miſſum?

R. Jeſu baptizato & orante apertum eſt cælum: & deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum: & vox de cælo facta eſt: Luc. III. 21. 22.

Tu

baptiſmus Chriſti eis quos Apoſtolus Paulus poſt baptiſmum Johannis Chriſti baptiſmo voluit baptizari ... Tamen ne quiſque contendat etiam in baptiſmo Johannis dimiſſa eſſe peccata, ſed aliquam ampliorem ſanctificationem eis quos juſſit Paulus denuo baptizari, per baptiſmum Chriſti eſſe collatam, non ago pugnaciter.

(Z) Johann. I. 31. Et ego neſciebam eum, ſed ut manifeſtetur in Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizans .... 33. Et ego neſciebam eum: ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto. 34. Et ego vidi: & teſtimonium perhibui quia hic eſt Filius Dei.

(AA) Matth. XIV. 2. (Herodes ait:) Hic eſt Johannes Baptiſta: ipſe ſurrexit a mortuis & ideo virtutes operantur in eo. 3. Herodes enim tenuit Johannem, & alligavit eum: & poſuit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris ſui. 4. Dicebat enim illi Johannes: Non licet tibi habere eam. 5. Et volens illum occidere timuit populum, quia ſicut Prophetam eum habebant ... 8. Da mihi, inquit, hic in diſco caput Johannis Baptiſtæ. 9. Et contriſtatus eſt Rex: propter juramentum autem & eos qui pariter recumbebant, juſſit dari. 10. Miſitque & decollavit Johannem in carcere: 11. & allatum eſt caput ejus in diſco, & datum eſt puellæ, & attulit matri ſuæ. 12. Et accedentes diſcipuli ejus tulerunt corpus ejus & ſepelierunt illud: & venientes nuntiaverunt Jeſu.

Eadem legere poteris Marci VI. 14. *& ſeq.*

Vide apud D. de Tillemont *in Tomo* 1. *Commentar. ad Hiſtor. Eccleſiaſtic.* Vitam D. Johannis Baptiſtæ.

(BB) S. Hilar. *in Matth. cap.* 2. *pag.* 271. Ad Johannem venit ex muliere natus, conſtitutus ſub lege, & per Verbum caro factus. Ipſe quidem lavacri egenus non erat: ... Sed aſſumtum ab eo creationis noſtræ fuerat & corpus & nomen, atque ita non ille neceſſitatem habuit abluendi, ſed per illum in aquis ablutionis noſtræ erat ſanctificanda purgatio. Denique & a Johanne baptizari prohibetur, ut Deus: & ita ſe fieri oportere, ut homo edocet. Erat enim per eum omnis implenda juſtitia, per quem ſolum lex poterat impleri: atque ita .... exempli ſui auctoritate humanæ ſalutis ſacramenta conſummat, hominem & aſſumptione ſanctificans & lavacro. Ordo etiam in eo arcani cæleſtis (SS. *Trinitatis*) exprimitur.

S. Epiphan. *in Expoſit. fidei Cathol. num.* 14. Ad Jordanem profectus eſt, ibidemque a Johanne baptizatus, cum lotione nihil opus haberet: ſed ut ea quæ ſuſceptæ hominis naturæ conſentanea ſunt ſervaret, juſtitiæ legem perturbare noluit: *Ut impleretur*, quemadmodum ipſe dicit, *omnis juſtitia*: atque veram a ſe carnem, veramque hominis naturam ſuſceptam eſſe monſtraret. Igitur ad aquas deſcendit: ita tamen, ut conferret aliquid potius, quam acciperet; largiretur magis, quam rei cujuſpiam indigeret. Quippe eaſdem illas aquas ſua luce colluſtravit, & ad eorum, quæ in ſeſe perficienda erant, adumbrandam imaginem, quandam vim illis impertiit: ut qui ipſi revera crederent, ac veritatis eſſent fide præditi, intelligerent non illum ficte humanam induiſſe naturam, neque ficte eſſe aquis intinctum: eademque & ipſi ratione per eam, quam ille præ ſe tulerat, accommodationem accedentes, inditam illius deſcenſione vim ſeſe transferant, ejuſdemque luce perfundantur. Matt. III. 15

Maldonatus S. J. *Commentar. in Matth. cap.* III.

verſ. 13. Cur Chriſtus a Johanne, Dominus a ſervo baptizari voluerit unam ipſe rationem declarat, ut juſtitiam omnem impleret; alias valde probabiles antiqui Theologi tradiderunt. Primam, ut hac ratione teſtimonium Chriſto de cælo præberetur, ut Hieronymus ait. Hac enim potiſſimum de cauſa Johannes juſſus eſt baptizare, ut confluentibus undique ad eum populis, Chriſtum illis oſtenderet. Secundam, ut Johannis baptiſmo auctoritatem daret. Tertiam, ut ea re ad ſuum baptiſmum homines alliceret, & ut ait Auguſtinus, ne homines gravarentur ad baptiſmum Domini venire, cum non gravaretur Dominus venire ad baptiſmum ſervi. Quartam, ut aquas ſuſcipiendo baptiſmum ſanctificaret. Epiphanius. Addere poſſumus, voluiſſe Chriſtum, antequam doceret, quodammodo initiari, & (ut ita dicam) ſeipſum Chriſtum docturus Chriſtianus fieri, ſi quo modo Johannis baptiſmus facere Chriſtianum poterat, quia viam ad Chriſtum præmonſtrabat. Illud certum, non neceſſitate ulla agendæ pœnitentiæ baptiſmum accepiſſe eum, qui peccatum non fecit, neque inventus eſt dolus in ore ejus; ſed potius, ut peccata noſtra in deſertum, ſicut olim hircus, deportaturus, in pœnitentiam, & peccatorum baptiſmo peccatoris perſonam indueret. Matt. III. 15. In Anchor. I. Pet. II. 22. Levit. XVI. 7. 8.

Eadem fere legere eſt apud omnes S. Scripturæ Interpretes tam veteres quam recentiores.

Janſenius Iprenſis *in cap.* 3. *Matth. verſ.* 15 ... Ut ſic exemplo ſuo humilitatem quam efficaciſſime commendaret, quod paſſim a Patribus notatum eſt: ut aquas purificatione ſua purificaret, inquit Nazianz. Orat. 34. & eis vim regenerandi daret, ad baptiſmum ſcilicet eas deſtinando: ut medicus ægris ſimilis factus, ægrotis eo eſſet gratior, quo familiarior: ut homines ad ſuum baptiſmum invitaret: ut Johannis baptiſma tanquam a Deo inſtitutum comprobaret: ut teſtimonium de cælo in baptiſmo ei redderetur: denique ut per deſcenſum columbæ, Spiritus ſancti adventum in baptiſmo fidelium ſignificaret, inquit Hieronymus.

verſ. 16 .... Ut ipſe Chriſtus redderetur certus ſigno externo de ſua ad munus Evangelicum vocatione.

Janſen. Gandav. *Concordiæ cap.* 14. Congruum erat Chriſtum baptizari ... a Johanne, ... ut factus ceu unus ex ægrotis, eo gratior illis, quo ſimilior .... medicus admitteretur. Præterea ut ſuo baptiſmo noſtra peccata, quæ in ſe ſuſceperat ablueret, & ut tamquam peccator baptizatus diabolum falleret: ... ut Johannis baptiſma comprobaret, ut nobis fluenta mundaret, ſanctificantesque aquas relinqueret poſtea baptizandis, quod eſt contactu corporis Chriſti omnes aquas accepiſſe vim regenerativam, & factas efficaces in remiſſionem peccatorum: ... ut ſuæ humilitatis exemplo demonſtraret quanta cum alacritate omnes accurrere debeant ad baptiſma Domini quoniam ipſe non eſt dedignatus accipere baptiſma ſervi.

Menochius *in Matth. cap.* 3. *verſ.* 13. Ut ipſi hac ratione teſtimonium de cælo præberetur. Ut Johannis baptiſmo auctoritatem daret. Ut ea re ad ſuum baptiſmum homines alliceret, & ut ait Auguſt. ne gravarentur homines ad Domini baptiſmum venire, cum non gravaretur Dominus venire ad baptiſmum ſervi: quia cum baptiſmus populi fidelis ſignum & teſſera futurus eſſet, voluit etiam Chriſtus hujus populi princeps & caput, illo inſigniri & in hoc fratribus aſſimilari, quibus in nullo, niſi in ſolo peccato debebat eſſe diſſimilis, ut dicitur Hebræorum 2.

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 5.

Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi. (CC)

I. Cur Deus teſtimonium hoc tum temporis mitium voluit?

CC *R.* 1. Ut ſic Trinitatis myſterium inciperet in baptiſmo aperiri; Pater in voce, Filius in carne, Spiritus ſanctus in columba.

2. Ut Chriſtus declararetur eſſe Meſſias de quo teſtes Johannes.

3. Ut delapſa de cælo voce firmaretur miſſio Chriſti, qui jam jam erat miniſterium ſuum adorturus. (DD)

DD

I. Illuſtria ſigna & miracula edidit Johannes?

Joh. x. 41. *R. Johannes quidem ſignum fecit nullum*, ut fert Evangelium. Deo ita diſponente, ut Judæi præcurſorem tanti facientes ob ſingularem ſanctimoniam & inſolitam vivendi rationem, vel hinc intelligerent ipſum non eſſe Meſſiam: Meſſiam enim plurima ſigna facturum Prophetæ prædixerant. (EE)

EE

§. 6. *Series vitæ Chriſti ab ejus receſſu in deſertum & jejunio ad completum primum annum prædicationis ejus.*

I. Quid egit Chriſtus poſtquam baptizatus fuit?

Matt. iv. 1. *R. Ductus eſt in deſertum a ſpiritu*, manſitque ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus jejunans, (id eſt ab omni prorſus cibo & potu abſtinens) & orans. (A)

A

I. Cur Chriſtus receſſit in deſertum ſtatim a baptiſmate?

R. 1. Ut hinc intelligeremus miniſterium Evangelicum & munia Eccleſiaſtica non eſſe obeunda, niſi ab iis qui, ſegregando ſe ab hominum frequentia, & jejunando, & orando, ad ea ſeſe præparaverint. (B) B

2. Ut renati fonte baptiſmatis, vel pœnitentiæ lavacro abluti, amarent exemplo Chriſti ſeceſſum, jejunium, orationem, Scripturarum meditationem: atque his armis inſtruerent ſe adverſus varias tentationes; alioqui vincendi a tentatore ſi prodirent in aciem incauti & inermes. (C) C

3. Ut quemadmodum Moyſes olim quadraginta dies noctesque jejunaverat, antequam juſſu Dei promulgaret legem veterem, ita lex nova non promulgaretur, niſi poſt quadraginta dierum jejunium.

Ad typum hujus Chriſti jejunii, Apoſtoli a Chriſto edocti quadrageſimale jejunium obſervandum ab Eccleſia tradiderunt, ut unanimi conſenſu aſſerunt SS. Patres. (D) D

I. Tranſacto jejunio quid egit Chriſtus?

R. Poſtea eſuriit, permiſitque ſe tentari a diabolo: cujus tentationes omnes cum verbo Dei repuliſſet, receſſit ab eo diabolus, & Angeli acceſſerunt & miniſtrarunt ei. (E) E

I. Cur Chriſtus tentari ſe paſſus eſt a diabolo?

R. 1. Ut demonſtraret eſſe ſe verum hominem, & humani a ſe nihil habuiſſe alienum, excepto peccato. (F) F

2. Ut victoria ſua mereretur nobis gratiam & ro-

(CC) Matt. iii. 16. Baptizatus autem Jeſu confeſtim aſcendit de aqua. Et ecce aperti ſunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cælis dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

(DD) S. Hilar. *in Matth. Can.* 2. *p.* 471. Baptizato eo, reſeratis cælorum aditibus, Spiritus ſanctus emittitur, & ſpecie columbæ viſibilis agnoſcitur, & iſtiuſmodi paternæ pietatis unctione perfunditur. Vox

Pſal. ii. 8. deinde de cælis ita loquitur: *Filius meus es tu: ego hodie genui te.* Filius Dei auditu conſpectuque monſtratur.

S. Epiphan. *in Exp. fid. Cath. num.* 16. .... Ergo Chriſtus aſcendit e Jordane: vocem Patris audit, quam & diſcipuli qui aderant, audierunt, ut quia ille foret, cui teſtimonium illud præberetur, agnoſcerent. Tum etiam Spiritus ſanctus columbæ ſpecie delapſus eſt .... Ac ne Trinitas ipſa in unum redacta confuſaque crederetur, Spiritus propria in perſona figuram illam induit, & ſuper illum reſedit, ſeque in ipſum inſinuavit: ut is, cui teſtimonium illud ſuffragabatur, conſpicuus eſſet, utque ſacroſanctam illam carnem amicam eſſe, Deoque placere, Patris, ac Spiritu auctoritate conſtaret: ut illud prædicari palam poſſet, incarnationem Filii volente, ac probante Patre eſſe perfectam: ac denique verus ut appareret Filius, & illud Prophetæ vaticinium

Baruc. iii. 38. expleret: *Et poſt hæc in terra viſus eſt, & cum hominibus converſatus.*

Jansen. Iprens. *in cap.* 3. *Matth. verſ.* 13. Ut baptizaretur ab eo, & hac occaſione ipſe Chriſtus manifeſtaretur in Iſrael, in tanta hominum affluentia: ... & ut magiſterium ejus erga genus humanum coram tanta turba cæleſti voce declararetur.

(EE) Isai. xxxv. 4. Deus ipſe veniet & ſalvabit vos. 5. Tunc aperientur oculi cæcorum & aures ſurdorum patebunt. 6. Tunc ſaliet ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ & torrentes in ſolitudine. 7. Et quæ erat arida erit in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum.

(A) Matth. iv. 1. Tunc Jeſus ductus eſt in deſertum a ſpiritu, ut tentaretur a diabolo. 2. Et cum jejunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. 3. Et accedens tentator dixit ei: Si Filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. 4.

Deut. viii. 3. Qui reſpondens dixit: Scriptum eſt: Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. 5. Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam civitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, 6. Et dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorſum. Scriptum eſt enim, Quia Angelis ſuis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. 7. Ait illi Jeſus: Rurſum ſcriptum eſt: Non tentabis Dominum Deum tuum. 8. Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde: & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, 9. & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me. 10. Tunc dicit ei Jeſus: Vade Satana: ſcriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. 11. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. (Pſ. xc. 11. — Deut. vi. 16. — Ibid. 13.)

Eadem lege apud Marc. i. 12. & Luc. iv. 1.

(B) M. de Tillemont, *Tom.* 1. *des Mem. ſur l'Hiſt. Eccleſ. Vie de Jeſus-Chriſt. art.* 6. Poſtquam Chriſtus baptizatus eſt, ſtatim in deſertum ivit, ubi quadraginta dies ſubſtitit, nihil omnino edens; ut nos doceret, nonniſi poſt ſolitudinem ac jejunium debere nos ad functiones Eccleſiaſticas, Evangeliique miniſterium accedere.

(C) Ephes. vi. 11. Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſus inſidias diaboli. 12. Quoniam non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus principes, & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ, in cæleſtibus. 13. Propterea accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. 14. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam juſtitiæ, 15. & calceati pedes in præparatione Evangelii pacis: 16. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: 17. & galeam ſalutis aſſumite; & gladium ſpiritus, (quod eſt verbum Dei.) 18. Per omnem orationem, & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu: & in ipſo vigilantes in omni inſtantia.

(D) *Lege §. ſecundum capitis ſexti ſectionis quartæ, ſecundæ partis hujuſce operis, ubi de* Jejunio quadrageſimali *fuſe agitur.*

(E) *Vide ſupra litt.* (A) *Evangeliſtarum ea de re teſtimonia.*

(F) Hebræorum iv. 15. Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris; tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato.

Hebr.

& robur ad vincendum exemplo ſuo tentatorem
G & adverſarium noſtrum diabolum. (G)

3. Ut intelligeremus jejunium, orationem,
verbum Dei arma eſſe ſpiritualia, ſine quibus
H vinci diabolus non poteſt. (H)

4. Ut oſtenderet diabolum ad perfectiora ten-
dentibus invidere; ipſisque magis eſſe cavendum,
quia gravioribus quandoque tentationibus appe-
I tuntur a diabolo. (I)

I. Quid egit Chriſtus e deſerto reverſus?

R. Publicam vitam adortus eſt, miniſterio
verbi vacare cœpit. Ideoque ad Johannem Ba-
ptiſtam rediit ad Jordanem. Cum autem vidiſ-
ſet eum Johannes venientem ad ſe, ait circum-
Joh. 1. 29. ſtantibus: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit pec-*
30. 34. *catum mundi. Hic eſt, de quo dixi: .... Hic eſt*
Filius Dei. Illud ipſum poſtera die teſtificatus
eſt. Hinc Jeſum ſecutus eſt Andreas hactenus
Johannis diſcipulus: adduxitque Simonem fra-
trem ſuum ad Jeſum, qui ipſi Petri nomen im-
K poſuit. (K)

I. Quot annis Chriſtus Evangelium prædica-
vit?

R. Annis circiter tribus cum menſibus toti-
L dem juxta communiorem ſententiam. (L)

I. Quod vitæ genus egit Chriſtus toto hocce
triennio?

R. Non verbis ſolum ſed & exemplo do-
cuit quam eſſet paupertatis amans, quam alie-
nus ab omni concupiſcentia carnis, concupi-
ſcentia oculorum & ſuperbia vitæ. *Filius ho-*
minis (verba ſunt Chriſti ipſius) *non habet ubi*
caput reclinet. Famem tolerabat & ſitim; non Matt. 8. 20.
ad voluptatem ſed ad neceſſitatem comedebat
quidquid ſibi apponeretur. Quem primum re-
periebat benevolum hoſpitem ad eum in iti-
nere divertebat, pauper dives ne hoſpes eſſet,
perinde ipſi erat: apud pauperes tamen ho-
ſpitabatur libentius. Quin & peccatorum non
dedignabatur conſortium, arrepta enim qua-
cunque occaſione docebat omnes, & ut Sal-
vatorem decebat, dabat unicuique monita ſa-
lutis. Quacunque tranſiret ibi ſigna multa fa-
ciebat. ſanabatque omnes infirmos & oppreſ-
ſos a diabolo. Horum fama permotus Hero-
des Antipas Tetrarcha Galilææ, anxie deſi-
deravit videre Chriſtum. (M) Chriſtus autem M
nunquam ad eum ſe contulit: intellexit ni-
mirum Herodem ſolo curioſitatis ſtudio id velle.
Ideoque cum ad eum paſſionis ſuæ tempore miſ-
ſus eſt, ſiluit omnino, nec quidquam egit in
conſpectu ejus. (N) Noluit humanæ curioſitati N
ſervire, qui concupiſcentiam oculorum damna-
turus & ſanaturus advenerat.

I. Quid egit Chriſtus anno primo prædicatio-
nis ſuæ?

R. Profectus in Galilæam vocavit ad ſe Phi-
lippum, qui adduxit ad Jeſum Nathanaelem.
(O) O

Inde petiit Canam Galilææ, ubi interfuit
nu-

(G) HEBR. II. 18. In eo enim, in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt & eis, qui tentantur, auxiliari.

S. HIERONYMUS *Epiſtola 97. alias 8. ad Demetriadem.* Salvator generis humani, qui virtutum & converſationis ſuæ nobis reliquit exemplum, poſt baptiſmum ſtatim aſſumitur, ut repugnet contra diabolum, & oppreſſum atque contritum, tradat diſcipulis conculcandum.

S. AUGUST. *Serm.* 2. *in Pſalm.* XC. *num.* I. Ideo tentatus eſt Chriſtus, ne vincatur a tentatore Chriſtianus. Ille quippe Magiſter in omnibus tentari voluit, quia tentamur: ſicut mori voluit, quia morimur: ſicut reſurgere voluit, quia reſurrecturi ſumus.

(H) MATT. XVII. 20. Hoc autem genus (*dæmoniorum*) non ejicitur niſi per orationem, & jejunium.

EPHES. VI. *Vide ſupra litt.* (C)

(I) S. AMBROSIUS *Lib.* 4. *in Lucam*, *num.* 10. Multi laquei quacumque progredimur: ..... Laqueus in religione, laqueus in ſtudio caſtitatis .... Videt aliquem diabolus religioſum virum, Deo venerabiliter deſerentem, & quod ſacroſanctum eſt æſtimantem, nullius capacem injuriæ; in ipſa eum religione ſupplantat.

N. 26. Cognovit (diabolus) aliquem attentum religioni, virtutibus clarum, ſignis & operibus præpotentem: jactantiæ tendit laqueum, ut hujuſmodi virum inflet tumore; quo pietati ſe non credat, ſed credat jactantiæ: nec Deo deputet, ſed ſibi arroget.

(K) JOHANN. I. 29. Altera die vidit Johannes Jeſum venientem ad ſe, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. 30. Hic eſt, de quo dixi: Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt: quia prior me erat ...., 34. Et ego vidi: & teſtimonium perhibui quia hic eſt Filius Dei. 35. Altera die iterum ſtabat Johannes, & ex diſcipulis ejus duo: 36. & reſpiciens Jeſum ambulantem, dicit: Ecce Agnus Dei. 37. Et audierunt eum duo diſcipuli loquentem, & ſecuti ſunt Jeſum ...... 40. Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, qui audierant a Johanne, & ſecuti fuerant eum. 41. Invenit hic primum fratrem ſuum Simonem, & dicit ei: Invenimus Meſſiam. (quod eſt interpretatum Chriſtus) 42. Et adduxit eum ad Jeſum. Intuitus autem eum Jeſus, dixit: Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephas, (quod interpretatur Petrus.)

(L) CHRONOLOGIA BIBLIÆ *Antonii Vitrè cap.* 29. Chriſtum tres integros prædicationis ac miniſterii ſui annos, atque adeo quatuor Paſchata celebraſſe jam ab antiquis temporibus recepta ſententia eſt. Nam Euſebius in Chronicis græcis expreſſe ait Evangelium Johannis trium annorum tempus prædicationis Chriſti extitiſſe teſtari. Quod etiam confirmat Chronicum Alexandrinum...... Hinc eſt quod Beda *Lib. de temp. ratione cap.* 45. ex vulgari fidelium & Eccleſiæ ſenſu aſſerit Chriſtum tres & ſemi annos poſt baptiſma prædicaſſe, ſicut Johannes in Evangelio ſuo commemorato redeuntis Paſchæ tempore prædocet.

CONCORDIA EVANGELICA *cap.* 37. *nota* I. Per diem feſtum, Paſcha vulgo intelligunt, ... hujus ſententiæ antiquiſſimus auctor Irenæus. *Lib.* 2. *cap.* 39.

(M) LUC. IX. 7. Audivit autem Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæſitabat eo quod diceretur a quibuſdam: 8. Quia Johannes ſurrexit a mortuis: a quibuſdam vero: Quia Elias apparuit: ab aliis autem: Quia Propheta unus de antiquis ſurrexit. 9. Et ait Herodes: Johannem ego decollavi: Quis eſt autem iſte, de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.

(N) LUC. XXIII. 6. Pilatus autem..... 7. ut cognovit quod (*Jeſus*) de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe Jeroſolymis erat illis diebus. 8. Herodes autem viſo Jeſu gaviſus eſt valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo, & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri. 9. Interrogabat autem eum multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpondebat..... 11. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu ſuo: & illuſit indutum veſte alba & remiſit ad Pilatum.

(O) JOANN. I. 43. In craſtinum voluit exire in Galilæam, & invenit Philippum. Et dicit Jeſus: Sequere me .... 45. Invenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem ſcripſit Moyſes in lege, & Prophetæ, invenimus Jeſum filium Joſeph a Nazareth. 46. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus: Veni, & vide. 47. Vidit Jeſus Nathanael venientem ad ſe, & dicit de eo: Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt. 48. Dicit ei Nathanael: Unde me noſti? Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Priuſquam te Philippus vocaret, cum eſſes ſub ficu, vidi te. 49. Reſpondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Iſrael. 50. Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te ſub ficu, credis: majus his videbis. 51. Et dicit ei: Amen amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes ſupra filium hominis.

PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 6.

nuptiis, & orante Virgine matre, primum miraculum edidit aquæ in vinum mutatæ, cujus quidem miraculi memoriam celebrat Eccleſia ſolemni ritu die Epiphaniæ. (P)

P Hinc deſcendit Capharnaum, tum Jeroſolymam ſe contulit inſtante Paſchate. Signa multa fecit Jeroſolymis. Ementes & vendentes templo expulit, multos ad ſe adduxit & erudivit, in primis Nicodemum Phariſæum unum ex primoribus Judæorum, qui venerat ad eum nocte. (Q)

Q Hinc Judæam peragravit populosque per miniſterium diſcipulorum baptizavit. Cumque ad eum omnes undique concurrerent, id ægre tulerunt Diſcipuli Johannis, ab id reprehenſi a magiſtro ſuo, qui ſumpta hinc occaſione docuit eos Chriſtum debere creſcere, ſe autem minui.

R (R)

Huc fere tempore Herodes miſit Johannem in carcerem; quo audito Chriſtus ſeceſſit a Judæa in Galilæam, ut declinaret furorem Phariſæorum, qui jam tum in eum erant æmulatione perciti. (S) S

Tranſiens autem per Samariam mulierem Samaritanam convertit, populumque Samaritanum per biduum docuit. Inde digreſſus, a Galilæis honorifice excipitur, & in Cana filium Reguli febricitantem ſanat. (T) T

Ex Cana patriam ſuam Nazareth declinans, venit Capharnaum. Non multo poſt vocavit ad ſe iterum vel tertio Petrum & Andream, qui relictis omnibus ſecuti ſunt eum. Jacobus filius Zebedæi & Johannes frater ejus a Chriſto quoque vocati, relictis item omnibus, ſecuti ſunt eum. (V) V

§. 7.

(P) JOANN. II. 1. Et die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ: & erat mater Jeſu ibi. 2. Vocatus eſt autem & Jeſus, & Diſcipuli ejus, ad nuptias. 3. Et deficiente vino, dicit mater Jeſu ad eum: Vinum non habent. 4. Et dicit ei Jeſus: Quid mihi, & tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea. 5. Dicit mater ejus miniſtris: Quodcunque dixerit vobis, facite. 6 Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Judæorum, capientes ſingulæ metretas binas vel ternas. 7. Dicit eis Jeſus: Implete hydrias aqua. Et impleverunt eas uſque ad ſummum. 8. Et dicit eis Jeſus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. 9. Ut autem guſtavit architriclinus aquam vinum factam, & non ſciebat unde eſſet, miniſtri autem ſciebant, qui hauſerant aquam: vocat ſponſum architriclinus, 10. & dicit: Omnis homo primum bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt: tu autem ſervaſti bonum vinum uſque adhuc. 11. Hoc fecit initium ſignorum Jeſus in Cana Galilææ: & manifeſtavit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli ejus.

(Q) JOHANN. II. 12. Poſt hoc deſcendit Capharnaum ipſe, & mater ejus, & fratres ejus, & diſcipuli ejus: & ibi manſerunt non multis diebus. 13. Et prope erat Paſcha Judæorum, & aſcendit Jeſus Jeroſolymam: 14. & invenit in templo vendentes boves, & oves, & columbas, & nummularios ſedentes. 15. Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque, & boves, & nummulariorum effudit æs, & menſas ſubvertit: 16. & his, qui columbas vendebant, dixit: Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. 17. Recordati ſunt vero diſcipuli ejus quia ſcriptum eſt: Zelus domus tuæ comedit me...

Pſ. 68. 10. 23. Cum autem eſſet Jeroſolymis in Paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomine ejus, videntes ſigna ejus, quæ faciebat.

JOHANN. III. 1. Erat autem homo Phariſæus, Nicodemus nomine, Princeps Judæorum. 2. Hic venit ad Jeſum nocte.

(R) JOHANN. III. 22. Poſt hæc venit Jeſus, & diſcipuli in terram Judæam: & illic demorabatur cum eis, & baptizabat .... 26. Et (Diſcipuli Johannis) venerunt ad Johannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. 27. Reſpondit Johannes, & dixit: Non poteſt homo accipere quidquam, niſi fuerit ei datum de cælo. 28. Ipſi vos teſtimonium mihi perhibetis, quod dixerim: Non ſum ego Chriſtus: ſed quia miſſus ſum ante illum. 29. Qui habet ſponſam ſponſus eſt: amicus autem ſponſi, qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Hoc ergo gaudium meum impletum eſt. 30. Illum oportet creſcere, me autem minui. 31. Qui deſurſum venit, ſuper omnes eſt.

(S) MATTH. IV. 12. Cum autem audiſſet Jeſus quod Johannes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilæam.

MARC. I. 14. Poſtquam autem traditus eſt Johannes, venit Jeſus in Galilæam, prædicans Evangelium regni Dei.

(T) JOAN. IV. 5. Venit ergo in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar ..... 6. Erat autem ibi fons Jacob. Jeſus ergo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem. Hora erat quaſi ſexta. Venit mulier Samaritana haurire aquam. Dicit ei Jeſus: Da mihi bibere . . . 9. Dicit ... ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Judæus cum ſis, bibere a me poſcis? ... 10. Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam .... 13. .... Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. 14. Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam .... 19. Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu .... 25...... Scio quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus: cum ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia. 26. Dicit ei Jeſus: Ego ſum, qui loquor tecum ..... 39. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia quæcumque feci. 40. Cum veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret. Et manſit ibi duos dies. 41. Et multo plures crediderunt in eum propter ſermonem ejus. 42. Et mulieri dicebant: Quia jam non propter tuam loquelam credimus: ipſi enim audivimus, & ſcimus, quia hic eſt vere Salvator mundi. 43. Poſt duos autem dies exiit inde: & abiit in Galilæam....45. Cum ergo veniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi .... 46. Venit ergo iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam Regulus cujus filius infirmabatur Capharnaum. 47. Hic cum audiſſet quia Jeſus adveniret a Judæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum ut deſcenderet, & ſanaret filium ejus: incipiebat enim mori. 48. Dixit ergo Jeſus ad eum: Niſi ſigna & prodigia videritis non creditis. 49. Dicit ad eum Regulus: Domine, deſcende priuſquam moriatur filius meus. 50. Dicit ei Jeſus: Vade, filius tuus vivit, credidit homo ſermoni, quem dixit ei Jeſus, & ibat. 51. Jam autem eo deſcendente, ſervi occurrerunt ei, & nuntiaverunt dicentes, quia filius ejus viveret. 52. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit, & dixerunt ei: Quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. 53. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Jeſus: Filius tuus vivit: & credidit ipſe, & domus ejus tota.

(V) MATTH. IV. 13. (*Jeſus*) relicta civitate Nazareth, venit, & habitavit in Capharnaum maritima ..... 18. Ambulans autem Jeſus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare, (erant enim piſcatores) 19. & ait illis: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. 20. At illi continuo relictis retibus ſecuti ſunt eum. 21. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi, & Johannem fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia ſua: & vocavit eos. 22. Illi autem ſtatim relictis retibus, & patre, ſecuti ſunt eum.

MARC. I. 16. Et præteriens ſecus mare Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrem ejus, mittentes retia in mare (erant enim piſcatores.) 17. Et dixit eis Jeſus: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. 18. Et protinus relictis retibus, ſecuti ſunt eum. 19. Et progreſſus inde puſillum, vidit Jacobum Zebedæi, & Johannem fratrem ejus, & ipſos componentes retia in navi: 20. & ſtatim vocavit illos: & relicto patre ſuo Zebedæo in navi cum mercenariis, ſecuti ſunt eum.

LUC. V. 1. ... Stabat (Jeſus) ſecus ſtagnum Gene-

§. 7. *Series vitæ Chriſti ad finem ſecundi anni prædicationis ejus.*

I. Quid egit Chriſtus altero prædicationis ſuæ anno?

R. Capharnai in Galilæa aliquandiu commo-
A ratus eſt. Ibi Synagogam ingreſſus dæmonium
B ejecit. (A) Petri ſocrum febricitantem ſana-
C vit. (B) Multa alia ſigna fecit, (C) manen-
tibus tamen in incredulitate Capharnaitis. Unde
D ipſi terribilem a Chriſto maledictionem audie-
runt. (D)

Inde Jeſus Galilæam peragrans ubique mira-
cula edidit inſignia. Trans Jordanem ſe contulit
transmiſſo mari Galilææ, hoc eſt lacu Tiberia-
dis. Inter trajiciendum obdormiit, ortamque
tempeſtatem verbo ſedavit. (E) E

Cum appuliſſet ad regionem Geraſenorum,
duos dæmoniacos liberavit. (F) Hinc Caphar- F
naum reverſus, paralyticum per tectum demiſ-
ſum ſanavit. (G) Matthæum a telonio voca- G
vit & ſuis diſcipulis adjunxit: a quo vocatus
ad cœnam, Phariſæos convivas multa docuit. H
(H) Deinde a Jairo vocatus ad filiam cu-
randam, ſanavit in via tactu fimbriæ He-
morroiſſam, (I) & domi filiam Jairi a morte I
ſu-

neſareth: 2. & vidit duas naves ſtantes ſecus ſtagnum: piſcatores autem deſcenderant, & lavabant retia. 3. Aſcendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum a terra reducere puſillum. Et ſedens docebat de navicula turbas. 4. Ut ceſſavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam: 5. & reſpondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. 6. Et cum hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam, rumpebatur autem rete eorum. 7. Et annuerunt ſociis, qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eos: & venerunt, & impleverunt ambas naviculas, ita ut pene mergerentur. 8. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Jeſu, dicens: Exi a me, quia homo peccator ſum, Domine. 9. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piſcium quam ceperant: 10. Similiter autem Jacobum, & Johannem filios Zebedæi, qui erant ſocii Simonis. Et ait ad Simonem Jeſus: Noli timere; ex hoc jam homines eris capiens. 11. Et ſubductis ad terram navibus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum.

(A) MARC. I. 21. Et ingrediuntur Capharnaum ... 23. Erat in ſynagoga eorum homo in ſpiritu immundo: & exclamavit, 24. dicens: Quid nobis, & tibi Jeſu Nazarene: veniſti perdere nos? Scio qui ſis, Sanctus Dei. 25. Et comminatus eſt ei Jeſus, dicens: Obmuteſce, & exi de homine. 26. Et diſcerpens eum ſpiritus immundus, & exclamans voce magna, exiit ab eo.

Eadem refert LUCAS IV. 31.

(B) MATTH. VIII. 14. Et cum veniſſet Jeſus in domum Petri, vidit ſocrum ejus jacentem, & febricitantem. 15. Et tetigit manum ejus, & dimiſit eam febris, & ſurrexit, & miniſtrabat eis.

MARCI I. 30. LUCÆ IV. 38. *eadem leguntur.*

(C) MATTH. IV. 23. Et circuibat Jeſus totam Galilæam docens in ſynagogis eorum, & prædicans evangelium regni: & ſanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo.

(D) MATTH. XI. 20. Tunc cœpit exprobrare civitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes ejus, quia non egiſſent pœnitentiam. 21. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. 22. Verumtamen dico vobis: Tyro & Sidoni remiſſius erit in die judicii, quam vobis. 23. Et tu Capharnaum, numquid usque in cœlum exaltaberis? Usque in infernum deſcendes. Quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, forte manſiſſent usque in hanc diem. 24. Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die judicii, quam tibi.

LUCAS X. 13. *eadem prorſus refert.*

(E) MATTH. VIII. 23. Et deſcendente eo in naviculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli ejus: 24. Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus, ipſe vero dormiebat. 25. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus & ſuſcitaverunt eum dicentes: Domine, ſalva nos, perimus. 26. Et dicit eis Jeſus: Quid timidi eſtis, modicæ fidei? Tunc ſurgens, imperavit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna. 27. Porro homines mirati ſunt, dicentes: Qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei?

Eadem referunt MARCUS IV. 35. & LUCAS VIII. 22.

(F) MATTH. VIII. 28. Et cum veniſſet trans fretum in regionem Geraſenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, ſævi nimis ita ut nemo poſſet tranſire per viam illam. 29. Et ecce clamaverunt, dicentes: Quid nobis, & tibi, Jeſu Fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos? 30. Erat autem non longe ab illis grex multorum porcorum paſcens. 31. Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. 32. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare: & mortui ſunt in aquis.

MARC. V. 1. *Eadem leguntur.*

(G) MATTH. IX. 1. Et aſcendens in naviculam, transfretavit, & venit in civitatem ſuam. 2. Et ecce offerebant ei paralyticum jacentem in lecto: & videns Jeſus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. 3. Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra ſe: Hic blaſphemat. 4. Et cum vidiſſet Jeſus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris? 5. Quid eſt facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua; an dicere: Surge & ambula? 6. Ut autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. 7. Et ſurrexit, & abiit in domum ſuam.

Eadem vide MARC. II. 3. LUC. V. 18.

(H) MATT. IX. 9. Et cum tranſiret inde Jeſus, vidit hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine: & ait illi: Sequere me: & ſurgens, ſecutus eſt eum. 10. Et factum eſt diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, diſcumbebant cum Jeſu, & diſcipulis ejus. 11. Et videntes Phariſæi, dicebant Diſcipulis ejus: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter? 12. At Jeſus audiens, ait: Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus. 13. Euntes autem diſcite quid eſt: Miſericordiam volo, & non ſacrificium: non enim veni vocare juſtos, ſed peccatores. 14. Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Johannis, dicentes: Quare nos, & Phariſæi jejunamus frequenter? Diſcipuli autem tui non jejunant. 15. Et ait illis Jeſus: Numquid poſſunt filii ſponſi lugere quamdiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies cum auferetur ab eis ſponſus: & tunc jejunabunt.

Eadem refert MARCUS II. 14. & LUCAS V. 27.

(I) MATTH. IX. 20. Et ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus. 21. Dicebat enim intra ſe: Si tetigero tantum veſtimentum ejus, ſalva ero. 22. At Jeſus converſus & videns eam dixit: Confide filia, fides tua te ſalvam fecit: & ſalva facta eſt mulier ex illa hora.

Eadem leguntur MARC. V. 25. LUC. VIII. 43.

EUSEBIUS *Lib. 7. Hiſt. Eccleſ. c. 18.* Sed quandoquidem hujus urbis mentionem fecimus, non incongruum fuerit rem quandam memoria inprimis dignam poſteris tradere. Etenim mulierem illam ſanguinis profluvio laborantem, quam ex ſacris Evangeliis didicimus a Servatore noſtro curatam fuiſſe, ex hac civitate originem traxiſſe ferunt; domumque ejus ibidem conſpici; & collocata in eam a Servatore noſtro beneficii illuſtria extare monumenta. Quippe juxta januam domus illius, ænea mulieris effigies ſtare dicitur columnæ lapideæ impoſita, genibus flexis, protenſiſque manibus inſtar ſupplicantis. Ex adverſo autem effigies viri ex eodem metallo conflata, ſtantis ac diploide decenter induti, manumque mulieri porrigentis. Ad cujus pedes in ipſa baſi ignota quædam naſci dicitur planta: quæ ad fimbriam usque æneæ diploidis aſſurgens, depellendis omnis generis morbis præſentiſſimum remedium eſt. Hanc ſtatuam Jeſu Chriſti ſpeciem referre aiebant. Manſit porro ad noſtra uſque tempora: noſque adeo urbem illam ingreſſi ipſam conſpeximus.

Eadem

Digitized by Google

ſuſcitavit. (K) Alia multa miracula edidit. (L)

K L M Poſt hæc aſcendit Jeroſolymam ad celebrandum Paſcha; quod ſecundum fuit ab ejus baptiſmate. Ibi multa Judæos grandia & ſublimia docuit: Paralyticum qui triginta annos infirmus fuerat, ſabbato ſanavit. (M) Hinc per ſata tranſiit cum diſcipulis ſuis, qui fame cogente cœperunt vellere ſpicas ad comedendum grana frumenti; ipſe autem manum cujuſdam aridam ſanavit. Quæ cum ſabbato fieri ægre ferrent Phariſæi, ipſe docuit talibus operibus, quæ urgente vel caritate, vel neceſſitate fierent, minime ſabbatum violari. (N) Phariſæi tamen in æmulatione permanentes, ceperunt inde conſilium perdendi Chriſtum, quorum ipſe furori ut cederet, nondum enim venerat hora ejus, ſeceſſit ad mare Galilææ. N

Eo ſecutæ ſunt eum turbæ multæ: quas cum docuiſſet, & curaviſſet languidos plurimos, mox relictis turbis, aſcendit in montem. Ibi cum pernoctaſſet in oratione; (ad eruditionem eorum quibus committenda erat, ſuccedentibus deinceps ſæculis, cura eligendi miniſtros Evangelii) ex diſcipulis ſuis elegit duodecim,

Eadem leguntur apud NICEPHOR. *Lib.* VI. *c.* 15. *Hiſtoriæ Eccleſiaſt.*

SOZOMEN. *Hiſt. Eccleſ. Lib.* 5. *c.* 21... Cum Imperator (Julianus apoſtata) didiciſſet, Cæſareæ Philippi (urbs eſt Phœnices; quam Paneadem nominant) inſignem eſſe ſtatuam Chriſti, quam mulier ſanguinis profluvio, quo jam dudum laborabat, liberata, ibi dedicavit: ea ſubverſa imaginem ſuam ejus loco poſuit. Statim vero ignis ſumma vi e cælo delapſus, pectus ſtatuæ & vicinas pectori partes diſcidit; caputque una cum collo dejecit, & pronum humi infixit quatenus pectoris pars dirupta erat. Atque ex eo tempore ſtatua ad hunc uſque diem ejuſmodi ſpecie perſeverat, fuligine fulminis obſita. Chriſti vero ſtatuam tunc quidam Pagani trahentes per urbem confregerunt. Poſtea vero Chriſtiani collectam in Eccleſia repoſuerunt, ubi etiamnum ſervatur. Cæterum ex baſi cui impoſita erat hæc ſtatua, planta quædam ad omnes languores & morbos curandos potentiſſima, ut refert Euſebius, naſcebatur: cujus ſpeciem nullus ex Medicis aut Empiricis noverat.

M. DE TILLEMONT *Hiſt. Eccleſiaſt. tom.* 7. *Perſecut. de Julien l'Apoſtat. art.* 17. Tertio quartoque ſæculo traditio vigebat, Hemorrhoiſſam, quæ tactu fimbriæ Jeſu curata fuerat, a Cæſarea vel Paneade originem traxiſſe. In ea domus oſtendebatur, in qua morata eſſe ferebatur, atque ante hujus domus fores trophæum admirabile, ac illuſtre monumentum ſion ram beneficii a ſervatore accepti, quam grati ſui animi videbatur. Etenim ut gratum animum, fidemque ſuam quæ beneficii amplitudini reſponderet teſtaretur, eo modo ſtatuam æream conflari juſſit, quæ mulierem genibus flexa, manibus in modum ſupplicis protenſis repræſentaret; contra vero ſtatuam pariter æream hominis ſtantis longa ac veneranda veſte induti, qui mulieri manum porrigebat. Hæ duæ ſtatuæ in eadem Urbe erant prope fontem inter plures alias ſtatuas, quæ locum ornabant.

Prope baſim ſtatuæ Salvatoris ſpecialis quædam herba Medicis ac diligentibus Herbariis minime nota naſcebatur, quæ ad veſtis fimbriam aſſurgebat, morboſque omnes, præcipue eos, qui a corruptione oriebantur, depellebat. Ruffinus nullam herbæ virtutem ineſſe vult, niſi cum fimbriam veſtis attingeret. Nonnulli defendunt Euſebium dixiſſe, herbam numquam altius aſſurrexiſſe. Rufinus addit, tum herbam facultate medendi fuiſſe præditam, cum aqua, in quam erat immiſſa, bibebatur.

Statua hæc ſupra ſtylobatem valde altum collocata erat, cui, inquit Philoſtorgius, rei hiſtoria erat inſcripta. Prope finem imperii Conſtantini, vel imperante Conſtantio in ſacrarium Eccleſiæ, velut in digniorem commodioremque locum eis qui ad eam viſendam ventitabant, tranſlata eſſe perhibetur; magna ſiquidem hominum multitudo confluebat amoris oſtendendi ergo, quo eum, quem ſtatua hæc repræſentabat, proſequebantur.

Quidquid ſit, certum illud eſt, celebrem hanc imaginem uſque ad Juliani regnum duraſſe, qui ut odium, quo Chriſti perſonam habebat, in ipſius imaginem exerceret, eam extra civitatem a gentilibus incolis abſtrahi voluit. Qui a baſi ſua dimotam, funeque ligatam per vias trahentes confregerunt. Fruſta vero a Chriſtianis collecta in Eccleſia repoſita fuerunt, in qua ſervabantur. Philoſtorgius caput ſolummodo fuiſſe ſervatum, ſeque vidiſſe affirmat. Sanctus Aſterius tantum aſſerit, clam hanc ſtatuam aſportatam fuiſſe; quod certe non impedit, quominus ſupra relato modo male habita ſit; videturque eorum, quæ tum facta fuerunt, minime conſcius.

(K) MATTH. IX. 18. Ecce princeps unus acceſſit, & adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta eſt: ſed veni, impone manum tuam ſuper eam, & vivet. 19. Et ſurgens Jeſus ſequebatur eum, & diſcipuli ejus..... 23. Et cum veniſſet Jeſus in domum principis, & vidiſſet tibicines, & turbam tumultuantem; dicebat: 24. Recedite: non eſt enim mortua puella, ſed dormit: & deridebant eum. 25. Et cum ejecta eſſet turba, intravit: & tenuit manum ejus: & ſurrexit puella.

Hæc etiam leges MARC. V. 22. & LUC. VIII. 14.

(L) MATTH. IX. 35. Et circuibat Jeſus omnes civitates, & caſtella, docens in Synagogis eorum, & prædicans evangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem.

(M) JOAN. V. 1. Poſt hæc erat dies feſtus Judæorum, & aſcendit Jeſus Jeroſolymam. 2. Eſt autem Jeroſolymis probatica piſcina, quæ cognominatur hebraice Bethſaida, quinque porticus habens. 3. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. 4. Angelus autem Domini deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam: & movebatur aqua: & qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate. 5. Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate ſua. 6. Hunc cum vidiſſet Jeſus jacentem, & cognoviſſet quia jam multum tempus haberet, dicit ei: Vis ſanus fieri? 7. Reſpondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam: dum venio enim ego, alius ante me deſcendit. 8. Dicit ei Jeſus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. 9. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. Erat autem ſabbatum in die illo. 10. Dicebant ergo Judæi illi qui ſanatus fuerat: Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. 11. Reſpondit eis: Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. 12. Interrogaverunt ergo eum: Quis eſt ille homo, qui dixit tibi, tolle grabatum tuum, & ambula? 13. Is autem, qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Jeſus enim declinavit a turba conſtituta in loco. 14. Poſtea invenit eum Jeſus in templo, & dixit illi: Ecce ſanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. 15. Abiit ille homo, & nuntiavit Judæis, quia Jeſus eſſet, qui fecit eum ſanum. 16. Propterea perſequebantur Judæi Jeſum, quia hæc faciebat in ſabbato. 17. Jeſus autem reſpondit eis: Pater meus uſque modo operatur & ego operor. 18. Propterea ergo magis quærebant eum Judæi interficere: quia non ſolum ſolvebat ſabbatum, ſed & patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo.

(N) MATTH. XII. 10. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum, dicentes: Si licet ſabbatis curare, ut accuſarent eum. 11. Ipſe autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo, qui habeat ovem unam, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foveam, nonne tenebit & levabit eam? 12. Quanto magis melior eſt homo ove? Itaque licet ſabbatis benefacere. 13. Tunc ait homini: Extende manum tuam: & extendit, & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera. 14. Exeuntes autem Phariſæi conſilium faciebant adverſus eum quomodo perderent eum. 15. Jeſus autem ſciens receſſit inde, & ſecuti ſunt eum multi, & curavit eos omnes. 16. Et præcepit eis ne manifeſtum eum facerent. 17. Ut adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam prophetam, dicentem: 18. Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam ſpiritum meum ſuper eum, & judicium gentibus nuntiabit. 19. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus. 20. Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec ejiciat ad victoriam judicium. 21. Et in nomine ejus gentes ſperabunt. *Iſai.* 43. 1. 2. 3. & 4.

Digitized by Google

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 7.

O decim, quos & Apoſtolos nominavit, (O) id eſt miſſos, quia mittendi mox erant ab eo per univerſam Judæam, ac inde per orbem univerſum.

Apoſtolorum autem nomina hæc ſunt. Primus Simon Petrus, Andreas frater ejus; Jacobus filius Zebedæi & Johannes frater ejus; Philippus; Bartholomæus, qui & Nathanael pleriſque fuiſſe creditur; Matthæus publicanus, qui & Levi; Thomas qui & Didymus; Jacobus filius Alphæi, cognatus Domini, & minor dictus ad differentiam Jacobi alterius qui major dicitur; Judas Jacobi minoris frater; Simon Cananæus & Zelotes dictus, & Jacobi minoris item frater, denique Judas Iſcariotes, qui fuit proditor.

Hi omnes fuere viri rudes & illiterati. Tales elegit Deus ut omnipotentiam ſuam manifeſtaret evidentius, & progreſſus Evangelii non Apoſtolorum induſtriæ, ſed divinæ virtuti palam & liquido videretur eſſe tribuendus. (P) P

Poſtquam elegit Apoſtolos, habuit ad eos & ad circumſtantem turbam ſermonem hunc egregium, qui ſermo Domini in monte dicitur, continetque Evangelicæ diſciplinæ compendium. Hujus hæc ſumma eſt.

Primo veræ beatitudinis novam prorſus & hactenus inauditam hominibus notionem & viam tradens, ait beatos eſſe pauperes, mites, lugentes, ſitientes juſtitiam, miſericordes, mundos corde, pacificos, eos denique qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam. (Q) Q

Item ait diſcipulos ſuos eſſe ſal terræ & lumen mundi.

Tum juſtitiam noſtram abundantiorem eſſe oportere juſtitia Scribarum & Phariſæorum, quæ non niſi ad actum externum reſpiciebat: cum ad legem Dei conformari maxime oporteat cor noſtrum, ex quo actus externi prodeunt. Verbi gratia non ſufficere ad obſervationem legis de non occidendo, ſi quis reipſa non occidat; ſed nec licere mala cuiquam imprecari, nec iraſci quidem ſine cauſa. Hujus exempli occaſione præcipit amorem inimicorum, & tradit regulas quæ obſervari debent circa externam cum iis reconciliationem.

Non eos ſolum eſſe adulterii reos qui reipſa mœchati ſint, ſed & qui viderint mulierem ad concupiſcendum eam. Fugiendas eſſe prorſus peccati occaſiones, quidquid in contrarium natura ſuggeſſerit. Abſcindendam manum, eruendum oculum dextrum, ſi manus, ſi oculus dexter ſcandalo fuerint. Hoc eſt, nihil eſſe homini tam carum, tam delectabile, tam neceſſarium, quod abjici & contemni non debeat, ſi occaſio ruinæ fuerit.

Matrimonii vinculum eſſe indiſſolubile, nec niſi morte alterutrius conjugis ſolvi poſſe.

Abſtinendum ab omni juramento, impatientia, violentia.

Fugiendam omnem oſtentationem in eleemoſyna, jejunio & oratione.

Tradidit divinam orandi formulam, quam nos Dominicam orationem dicimus.

De contemtu divitiarum egit & de ſervanda in omnibus recta intentione.

Poſſe neminem duobus dominis Deo & pecuniæ ſervire.

Abjiciendam omnem circa vitæ neceſſaria ſollicitudinem anxiam & ſuperfluam. Divinæ providentiæ plane confidendum, quærendum primum omnium regnum Dei & juſtitiam ejus, cætera a Deo adjicienda.

Vetuit ne quis unquam temere judicaret: & ne daretur ſanctum canibus.

Monuit inſtanter & perſeveranter orandum. Intrandum eſſe per anguſtam portam, gradiendum arcta via quæ ſola ducit ad vitam, cum lata & ſpatioſa & maxime trita via ſit quæ ducit ad perditionem. Hoc eſt facillimum eſſe deſcenſum averni, illuc enim ſponte deſcendit quiſquis torrente multitudinis abreptus ſequitur naturæ corruptæ inſitam unicuique propenſionem: Regnum autem cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud.

Tandem concludit non ex verbis ſed ex operibus homines cognoſcendos, ex operibus judicandos. Verbaque ſupra dicta omnia non auribus ſolum eſſe excipienda ſed factis ſedulo ad praxim reducenda. (R) R

Com-

(O) Luc. vi. 12. Factum eſt autem in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. 13. Et cum dies factus eſſet, vocavit Diſcipulos ſuos: & elegit duodecim ex ipſis (quos & Apoſtolos nominavit.) 14. Simonem, quem cognominavit Petrum, & Andream fratrem ejus, Jacobum, & Johannem, Philippum, & Bartholomæum, 15. Matthæum, & Thomam, Jacobum Alphæi, & Simonem, qui vocatur Zelotes. 16. Et Judam Jacobi, & Judam Iſcariotem, qui fuit proditor.

(P) S. Hilarius *Lib. 2. de Trinitate n. 13.* Expectate nihil minus claudorum curſu, cæcorum viſu, fuga dæmonum, vita mortuorum ... Piſcator egens, ignotus, indoctus, manibus limo occupatus, veſte rugida, pedibus limo oblitus, totus e navi. Quærite & intelligite, circumſpicite utrum mirabilius fuerit mortuos excitaſſe, an imperito ſcientiam doctrinæ iſtius ſomnaſſe. Ait enim: *In principio erat Verbum.* Johan. 1. 1.

(Q) *Vide fuſiorem octo Beatitudinum explicationem in fine tertiæ Partis, in recapitulatione ſcilicet & concluſione totius operis.*

(R) Matth. v. 1. Videns autem Jeſus turbas, aſcendit in montem, & cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus. 2. Et aperiens os ſuum docebat eos, dicens: 3. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. 4. Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. 5. Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur. 6. Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. 7. Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. 8. Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt. 9. Beati pacifici: quoniam Filii Dei vocabuntur. 10. Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. 11. Beati eſtis cum maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſum vos mentientes propter me: 12. Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. Sic enim perſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. 13. Vos eſtis ſal terræ: quod ſi ſal evanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet ultra, niſi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. 14. Vos eſtis lux mundi: non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita. 15. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo ſunt. 16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt. 17. Nolite putare quoniam veni ſolvere legem, aut Prophetas: non veni ſolvere ſed adimplere. 18. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cælum & terra, iota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. 19. Qui ergo ſolverit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. 20. Dico enim vobis, quia niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. 21. Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides; qui autem occiderit, reus erit judicio. 22. Ego autem dico vobis: Quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis. 23. Si ergo offers Exod. xx. 13.

Pars I. Secv. II. Cap. I. §. 7.

fers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adverſus te: 24. relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. 25. Eſto conſentiens adverſario tuo cito dum es in via cum eo: ne forte tradat te adverſarius judici, & judex tradat te miniſtro: & in carcerem mittaris. 26. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas noviſſimum quadrantem. 27. Audiſtis quia dictum
Exod. xx. 14. eſt antiquis: Non mœchaberis. 28. Ego autem dico vobis: Quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo. 29. Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. 30. Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & projice abs te; expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in
Deut. xxiv. 1. gehennam. 31. Dictum eſt autem: Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, det ei libellum repudii. 32. Ego autem dico vobis: Quia omnis, qui dimiſerit uxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit, adulterat. 33. Iterum audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non per-
Exod. xx. 7. jurabis: reddes autem Domino juramenta tua. 34. Ego autem dico vobis, non jurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei eſt: 35. neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus: neque per Jeroſolymam, quia civitas eſt magni regis: 36. neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum. 37. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt; non, non: quod autem his abundantius eſt, a malo eſt. 38. Audiſtis quia di-
Exod. xxi, 24. ctum eſt: Oculum pro oculo, & dentem pro dente: 39. Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. 40. Et ei, qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. 41. Et quicumque te angariaverit mille paſſus, vade cum illo & alia duo. 42. Qui petit a te, da ei: & volenti mutuari a te, ne averteris. 43. Audiſtis quia dictum eſt: Diliges proximum tuum,
Lev. xix. 18. & odio habebis inimicum tuum. 44. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos; 45. Ut ſitis filii patris veſtri, qui in cælis eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: & pluit ſuper juſtos & injuſtos. 46. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? 47. Et ſi ſalutaveritis fratres veſtros tantum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? 48. Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt.

Matth. vi. 1. Attendite ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum, qui in cælis eſt. 2. Cum ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis, & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. 3. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: 4. Ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. 5. Et cum oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, ut videantur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. 6. Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito; & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. 7. Orantes autem nolite multum loqui, ſicut Ethnici: putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur. 8. Nolite ergo aſſimilari eis. Scit enim pater veſter, quid opus ſit vobis, antequam petatis eum. 9. Sic ergo vos orabitis: Pater noſter, qui es in cælis: ſanctificetur nomen tuum. 10. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. 11. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie. 12. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. 13. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen. 14. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis pater veſter cæleſtis delicta veſtra. 15. Si autem non dimiſeritis hominibus: nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. 16. Cum autem jejunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: exterminant enim facies ſuas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam. 17. Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, 18. ne videaris hominibus jejunans, ſed patri tuo, qui eſt in abſcondito: & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. 19. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra: ubi ærugo, & tinea demolitur; & ubi fures effodiunt & furantur. 20. Theſaurizate autem vobis theſauros in cælo: ubi neque ærugo, neque tinea demolitur; & ubi fures non effodiunt, nec furantur. 21. Ubi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. 22. Lucerna corporis tui oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. 23. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebroſum erit. Si ergo lumen, quod in te eſt, tenebræ ſunt: ipſæ tenebræ quantæ erunt? 24. Nemo poteſt duobus Dominis ſervire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum ſuſtinebit, & alterum contemnet: non poteſtis Deo ſervire & mammonæ. 25. Ideo dico vobis, ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro, quid induamini. Nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus plus quam veſtimentum? 26. Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater veſter cæleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis? 27. Quis autem veſtrum cogitans poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum? 28. Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt: non laborant, neque nent. 29. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut unum ex iſtis. 30. Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quanto magis vos modicæ fidei? 31. Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? 32. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis. 33. Quærite ergo primum regnum Dei, & juſtitiam ejus: & hæc omnia adjicientur vobis. Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi. Sufficit diei malitia ſua.

Matth. vii. 1. Nolite judicare, ut non judicemini. 2. in quo enim judicio judicaveritis, judicabimini: & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. 3. Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides? 4. Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine ejiciam feſtucam de oculo tuo: & ecce trabs eſt in oculo tuo? 5. Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere feſtucam de oculo fratris tui. 6. Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & converſi dirumpant vos. 7. Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulſate, & aperietur vobis. 8. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, invenit; & pulſanti aperietur. 9. Aut quis eſt ex vobis homo, quem ſi petierit filius ſuus panem, nunquid lapidem porriget ei? 10. Aut ſi piſcem petierit, nunquid ſerpentem porriget ei? 11. Si ergo vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quanto magis pater veſter, qui in cælis eſt, dabit bona petentibus ſe? 12. Omnia ergo quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim lex, & Prophetæ. 13. Intrate per anguſtam portam: quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. 14. Quam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt, qui inveniunt eam. 15. Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. 16. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Numquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus? 17. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. 18. Non poteſt arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere. 19. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. 20. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. 21. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. 22. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? 23. Et tunc confitebor illis: Quia numquam novi vos: diſcedite a me, qui operamini iniquitatem. 24. Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſupra petram. 25. Et deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſupra petram. 26. Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam. 27. Et deſcendit plu-

via,

Completo ſermone deſcendit Jeſus de monte, & ſigna multa operatus eſt.

S Leproſum mundavit, (S) ſanavit ſervum Centurionis: cujus quidem Centurionis fidem Jeſus ipſe
T miratus eſt. (T)

Hoc fere tempore Herodes decollavit Johan-
V nem Baptiſtam. (V) Qui miſerat non ita pridem duos e diſcipulis ſuis ad Jeſum, ut interrogarent eum: Tu quis es? hoc eſt, ut ipſi certo intelligerent Jeſum eſſe Meſſiam. Quod quidem Chriſtus ipſis plane demonſtravit, operando coram eis ſigna quæ a Meſſia eſſe facienda
X Iſaias prædixerat. (X)

Circa id quoque tempus contigit hiſtoria molieris peccatricis, quæ ad Deum converſa unxit pedes Jeſu apud Simonem Phariſæum; quam quidem alii affirmant fuiſſe Mariam Magdalenam, alii ne-
Y gant. (Y)

Jeſus autem cum pergeret facere & docere, ſanavit dæmoniacum cæcum & mutum: quod mirantibus turbis, ægre ferentes Phariſæi ſumſerunt inde blaſphemandi occaſionem. Hos Chriſtus argumentis efficacibus modeſte tamen con-
Z futavit. (Z) Interea cognati Chriſti adveniunt: quorum adventus cum annuntiaretur, docuit Chriſtus omnes facientes Dei voluntatem eſſe matrem & fratres ſuos. Hæc Capharnai geſta ſunt. Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 7.

Hinc ad mare egreſſus, productis parabolis ſeminis, zizaniorum, ſinapis, fermenti, theſauri, margaritæ, ſagenæ, docuit turbas, nec fere ſine parabolis loquebatur eis, ut ſic petitis ex rerum natura comparationibus ab imperita plebe facilius intelligeretur; ſimulque doctrinam ſuam miraculis firmabat.

Inde venit Nazareth ubi fuerat & enutritus & ad annum vitæ trigeſimum commoratus: ſed contemptus & rejectus eſt a ſuis, in eo nihil aliud contueri aſſuetis, quam fabrum & fabri Marci. vi. filium. Quo factum eſt ut Chriſtus diceret, *Non* 4.
eſſe prophetam ſine honore niſi in patria ſua. Itaque brevi inde diſceſſit. (AA) AA

§. 8. *Series vitæ Chriſti ad ejus Transfigurationem.*

I. Quid egit Chriſtus tertio prædicationis ſuæ anno?

R. Cir-

via, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. 28. Et factum eſt: cum conſummaſſet Jeſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrinam ejus. 29. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum, & Phariſæi.

Si moralis Chriſtianæ tribus his capitibus contentæ pleniorem cognitionem adipiſci velis, lege D. Augustini *libros* de Sermone Domini in monte: S. Chrysost. *Sermones, & aliorum Patrum & Interpretum commentaria ſuper Matth. c.* v. vi. vii.

(S) Matthæi viii. 1. Cum autem deſcendiſſet de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ. 2. Et ecce leproſus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, ſi vis, potes me mundare. 3. Et extendens Jeſus manum, tetigit eum, dicens: Volo: Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra ejus. 4. Et ait illi Jeſus: Vide, nemini dixeris: ſed vade, oſtende te Sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyſes, in teſtimonium illis.

(T) Matt. viii. 5. Cum autem introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum; 6. & dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur. 7. Et ait illi Jeſus: Ego veniam, & curabo eum. 8. Et reſpondens Centurio, ait: Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum; ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus. 9. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic: Vade, & vadit; & alii, Veni, & venit; & ſervo meo, Fac hoc, & facit. 10. Audiens autem Jeſus miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Iſrael. 11. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Jacob in regno cælorum: 12. Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium. 13. Et dixit Jeſus Centurioni: Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora.

(V) *Vide* §. 5. *litt.* (AA) Matth. xiv. 2.

(X) Matth. xi. 2. Johannes autem cum audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis, 3. ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? 4. Et reſpondens Jeſus ait illis: Euntes renuntiate Johanni quæ audiſtis, & vidiſtis. 5. Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes evangelizantur. 6. Et beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me.

(Y) Luc. vii. 37. Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod accubuiſſet in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum unguenti: 38. Et ſtans retro ſecus pedes ejus, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes ejus, & unguento ungebat. 39. Videns autem Phariſæus, qui vocaverat eum, ait intra ſe dicens: Hic ſi eſſet Propheta, ſciret utique, quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix eſt. 40. Et reſpondens Jeſus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magiſter, dic. 41. Duo debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. 42. Non habentibus illis unde redderent, donavit utriſque. Quis ergo eum plus diligit? 43. Reſpondens Simon dixit: Æſtimo quia is, cui plus donavit. At ille dixit ei: Recte judicaſti. 44. Et converſus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti: hæc autem lacrymis rigavit pedes meos & capillis ſuis terſit. 45. Oſculum mihi non dediſti: hæc autem ex quo intravit, non ceſſavit oſculari pedes meos. 46. Oleo caput meum non unxiſti: hæc autem unguento unxit pedes meos. 47. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. 48. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. 49. Et cœperunt qui ſimul accumbebant, dicere intra ſe: Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? 50. Dixit autem ad mulierem: Fides tua te ſalvam fecit: vade in pace.

Qui Quæſtionem hanc penitius ſcrutari voluerit, legat Libros DD. Anquetin & de Tillemont, Mauduit & Lamy, *&c. in quibus utrinque doctiſſime agitata fuit.*

(Z) Matth. xii. 22. Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus & mutus, & curavit eum ita ut loqueretur, & videret. 23. Et ſtupebant omnes turbæ & dicebant: Numquid hic eſt filius David? 24. Phariſæi autem audientes dixerunt: Hic non ejicit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmoniorum. 25. Jeſus autem ſciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum diviſum contra ſe, deſolabitur: & omnis civitas, vel domus diviſa contra ſe, non ſtabit. 26. Et ſi ſatanas ſatanam ejicit, adverſus ſe diviſus eſt: quomodo ergo ſtabit regnum ejus? 27. Et ſi ego in Beelzebub ejicio dæmones: filii veſtri In quo ejiciunt? Ideo ipſi judices veſtri erunt. 28. Si autem ego in ſpiritu Dei ejicio dæmones, igitur pervenit in vos regnum Dei. 29. Aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa ejus diripere, niſi prius alligaverit fortem? Et tunc domum illius diripiet. 30. Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non congregat mecum ſpargit. 31. Ideo dico vobis. Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus: ſpiritus autem blaſphemia non remittetur. 32. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſæculo, neque in futuro.

(AA) Matth. xiii. 53. Et factum eſt, cum conſummaſſet

Digitized by Google

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 8.

R. Circuivit omnes civitates & caſtella Galilææ, docens in Synagogis, & prædicans Evangelium, & ſanans omnem languorem, & duodecim apoſtoli cum illo, ſuppeditantibus neceſſaria mulieribus quas ſanaverat. (A)

Poſtea duodecim Apoſtolos miſit in eandem regionem annuntiandi Evangelii cauſa. Antequam autem proficiſcerentur dedit eis monita egregia, 1. Quoad eorum converſationem, 2. De perſecutionibus tolerandis. 3. De morte ferenda. 4. De pietate in Deum. (B) Ipſe autem & Galilæam iterum docendo peragravit.

Reverſis a prædicatione Apoſtolis ſeceſſit cum eis in deſertum trans mare Galilææ. Illuc accurrerunt virorum fere quinque millia: quos cum docuiſſet & jam cœpiſſet dies declinare, multiplicatis quinque panibus & piſcibus duobus pavit univerſos. (C) Quo miraculo ſtupefacti cogitaverunt eum tollere ut facerent eum Regem; ipſe autem cognito eorum conſilio fugit in montem oraturus, (D) miſſis prius diſcipulis trans fretum ad Bethſaidam.

Orta autem tempeſtate venit Chriſtus nocte ambulans ſupra mare ad Apoſtolos multum in remigando laborantes, juſſit eos habere fiduciam, Petrum fecit ambulare ſuper aquas, aſcendit ipſe cum Apoſtolis naviculam, & ſedata tempeſtate ſtatim appulit non longe a Capharnao. (E)

Poſtera die habuit ad Capharnaitas ſermonem hunc eximium in quo ait eſſe ſe panem cælitus miſſum, promiſitque daturum ſe carnem ſuam manducandam & ſanguinem ſuum bibendum. (F) Sermonem hunc alibi explicabimus. *Par. 3. Sect. 1. c. IV. §. 3.*

Prope erat Paſcha Judæorum. Chriſtus tamen hoc anno manſit in Galilæa, (G) nec pro more profectus eſt Jeroſolymam ad celebrandum feſtum; tum ut diſcipuli ſui paululum requieſcerent a laboribus; tum ut ipſe de-

maſſet Jeſus parabolas iſtas, tranſiit inde. 54. Et veniens in patriam ſuam, docebat eos in ſynagogis eorum; ita ut mirarentur, & dicerent: Unde huic ſapientia hæc, & virtutes? 55 Nonne hic eſt fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria; & fratres ejus, Jacobus, & Joſeph, & Simon & Judas? 56. Et ſorores ejus, nonne omnes apud nos ſunt? Unde ergo huic omnia iſta? 57. Et ſcandalizabantur in eo, Jeſus autem dixit eis: Non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua. 58. Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.

(A) Luc. viii. 1. Et factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per civitates & caſtella, prædicans & evangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo, 2. & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ a ſpiritibus malignis, & infirmitatibus: Maria quæ vocatur Magdalene, de qua ſeptem dæmonia exierant, 3. & Johanna uxor Chuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.

(B) Luc. ix. 1. Convocatis autem duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & ut languores curarent, 2. Et miſit illos prædicare regnum Dei, & ſanare infirmos. 3. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. 4. Et in quamcumque domum intràveritis, ibi manete, & inde ne exeatis. 5. Et quicumque non receperint vos, exeuntes de civitate illa, etiam pulverem pedum veſtrorum excutite in teſtimonium ſupra illos. 6. Egreſſi autem circuibant per caſtella, evangelizantes & curantes ubique.

(C) Luc. ix. 10. Et reverſi Apoſtoli, narraverunt illi quæcumque fecerunt; & aſſumptis illis ſeceſſit ſeorſum in locum deſertum, qui eſt Bethſaidæ. 11. Quod cum cognoviſſent turbæ, ſecutæ ſunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos, qui cura indigebant, ſanabat. 12. Dies autem cœperat declinare: & accedentes duodecim dixerunt illi: Dimitte turbas, ut euntes in caſtella villaſque quæ circa ſunt, divertant, & inveniant eſcas: quia hic in loco deſerto ſumus. 13. Ait autem ad illos: Vos date illis manducare. At illi dixerunt: Non ſunt nobis plus quam quinque panes, & duo piſces: niſi forte nos eamus & emamus in omnem hanc turbam eſcas. 14. Erant autem fere viri quinque millia. Ait autem ad diſcipulos ſuos: Facite illos diſcumbere per convivia quinquagenos. 15. Et ita fecerunt, & diſcumbere fecerunt omnes. 16. Acceptis autem quinque panibus, & duobus piſcibus, reſpexit in cælum, & benedixit illis: & fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis, ut ponerent ante turbas. 17. Et manducaverunt omnes, & ſaturati ſunt. Et ſublatum eſt quod ſuperfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.

(D) Johan. vi. 14. Illi ergo homines cum vidiſſent quod Jeſus fecerat ſignum, dicebant: Quia hic eſt vere Propheta, qui venturus eſt in mundum. 15. Jeſus ergo cum cognoviſſet, quia venturi eſſent, ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus.

(E) Matthæi xiv. 22. Et ſtatim compulit Jeſus Diſcipulos aſcendere in naviculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. 23. Et dimiſſa turba, aſcendit in montem ſolus orare. Veſpere autem facto ſolus erat ibi. 24. Navicula autem in medio mari jactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. 25. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans ſuper mare. 26. Et videntes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt, dicentes: Quia phantaſma eſt. Et præ timore clamaverunt. 27. Statimque Jeſus locutus eſt eis, dicens: Habete fiduciam: ego ſum, nolite timere. 28. Reſpondens autem Petrus dixit: Domine, ſi tu es, jube me ad te venire ſuper aquas. 29. At ipſe ait: Veni. Et deſcendens Petrus de navicula, ambulabat ſuper aquam ut veniret ad Jeſum. 30. Videns vero ventum validum, timuit: & cum cœpiſſet mergi, clamavit dicens: Domine, ſalvum me fac. 31. Et continuo Jeſus extendens manum, apprehendit eum: & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitaſti? 32. Et cum aſcendiſſent in naviculam, ceſſavit ventus. 33. Qui autem in navicula erant, venerunt & adoraverunt eum, dicentes: Vere filius Dei es.

(F) Joann. vi. 24. Cum ergo vidiſſet turba, quia Jeſus non eſſet ibi, neque Diſcipuli ejus, aſcenderunt in naviculas, & venerunt Capharnaum quærentes Jeſum 25. Et cum inveniſſent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc veniſti? 26. Reſpondit eis Jeſus, & dixit: Amen, amen dico vobis: quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. 27. Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater ſignavit Deus. 28. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus ut operemur opera Dei? 29. Reſpondit Jeſus, & dixit eis: Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum quem miſit ille. 30. Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis ſignum ut videamus, & credamus tibi? quid operaris? 31. Patres noſtri manducaverunt Manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: Panem de cælo dedit eis manducare. 32. Dixit ergo eis Jeſus: Amen, amen dico vobis: non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed Pater meus dat vobis panem de cælo verum, &c. *Exod. xv. 4.*

Sublimiſſimum hunc Chriſti ſermonem fuſiori commentario illuſtrabimus infra parte III. *ſect.* 1. *cap.* IV. §. 3. *ubi loquemur* de Sermone Chriſti *a Johanne cap.* VI. *relato, in quo corpus ſuum Diſcipulis ſe daturum promittit.*

(G) Johann. vii. 1. Poſt hæc autem ambulabat Jeſus in Galilæam, non enim volebat in Judæam ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere.

Luc-

declinaret præſentiam Herodis, qui præ curioſi-
H tate cupiebat videre eum. (H)

Hinc ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis, ubi venit ad eum mulier illa Chananæa, quæ fide, humilitate & perſeverantia impetravit filiæ ſuæ ſanitatem, & exemplo docuit quæ eſſent conditiones ad orationem requiſitæ.
I (I)

Inde rediit ad mare Galilææ, & ſanatis infirmis plurimis, cibavit ſeptem panibus paucisque piſcibus quatuor millia virorum præter mu-
K lieres & parvulos. (K)

Poſt hoc miraculum transfretavit cum diſcipulis, & venit in partes Dalmanuta, & Magedam, ubi Phariſæos ſignum de cælo pe-
L tentes refellit. (L) Mox transfretavit iterum,
M & venit Bethſaidam, ubi cæcum curavit. (M)
Mat.xvi.13 Inde profectus *in partes Caſareæ Philippi, interrogavit* in via *Diſcipulos ſuos, dicens: Quem dicunt homines eſſe Filium hominis? 14. At illi dixerunt: Alii Johannem Baptiſtam, alii autem Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex Prophetis. 15. Dicit illis Jeſus: Vos autem quem me eſſe dicitis? 16. Reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei vivi. 17. Reſpondens autem Jeſus dixit ei: Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui in cælis eſt. 18. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam; & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. 19. Et tibi dabo claves regni cælorum. Et quodcumque ligaveris ſuper terram erit ligatum & in cælis: & quodcumque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cælis...*

21. Exinde cœpit Jeſus oſtendere Diſcipulis ſuis quia oporteret eum ire Jeroſolymam, & multa pati a ſenioribus, & Scribis, & principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere. 22. Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum dicens: Abſit a te Domine, non erit tibi hoc. 23. Qui converſus dixit Petro: Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ ſunt hominum. PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 8.

Tunc Jeſus convocata turba cum Diſcipulis ſuis dixit ei: *Si quis vult poſt me venire,* Luc. 11. 23.
abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie & ſequatur me. 24. Qui enim voluerit animam ſuam ſalvam facere perdet illam. Qui autem perdiderit animam ſuam propter me & Evange-
lium, *ſalvam faciet eam. Quid enim prodeſt ho-* Mat. xvi. 26
mini ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit ho-
mo commutationem pro anima ſua? Nam qui me Marc. viii 38.
erubuerit, & *non confeſſus fuerit, & verba mea in generatione iſta adultera & peccatrice, hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in majeſtate*
ſua & Patris, & ſanctorum Angelorum. Filius Luc. 12. 26.
enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet unicuique ſecundum Mat. xvi. 37.
opera ejus.

Tum ſubjecit hæc verba. Id. 28.

Sunt de hic ſtantibus qui non guſtabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno ſuo.

Non diu diſtulit Chriſtus promiſſum. Nam
octavo poſt die *aſſumſit* ſecum *Petrum & Jaco-* Mat. xvi. 1.
bum & Johannem fratrem ejus, & duxit illos in
montem excelſum ſeorſum (N) (qui creditur fuiſ- N
ſe mons Thabor, ut affirmat S. Hieronymus ex traditione Eccleſiæ & regionis.) Ibique *transfi-*
guratus eſt ante eos. (O) O

§. 9.

(H) Luc. ix. 7. Audivit autem Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæſitabat eo quod diceretur a quibuſdam: 8. Quia Johannes ſurrexit a mortuis; a quibuſdam vero: quia Elias apparuit; ab aliis autem: quia Propheta unus de antiquis ſurrexit. 9. Et ait Herodes: Johannem ego decollavi: quis eſt autem iſte de quo ego talia audio? & quærebat videre eum.

(I) Matth. xv. 21. Et egreſſus inde Jeſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sydonis, 22. Et ecce mulier Chananæa a finibus illis egreſſa clamavit, dicens ei: Miſerere mei, Domine, fili David: filia mea male a dæmonio vexatur. 23. Qui non reſpondit ei verbum. Et accedentes Diſcipuli ejus rogabant eum dicentes: Dimitte eam quia clamat poſt nos. 24. Ipſe autem reſpondens ait: Non ſum miſſus niſi ad oves, quæ perierunt domus Iſrael. 25. At illa venit, & adoravit eum, dicens: Domine, adjuva me. 26. Qui reſpondens ait: Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. 27. At illa dixit: Etiam Domine; nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. 28. Tunc reſpondens Jeſus, ait illi: o mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia ejus ex illa hora.

(K) Matth. xv. 29. Et cum tranſiſſet inde Jeſus, venit ſecus mare Galilææ & aſcendens in montem, ſedebat ibi. 30. Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ, habentes ſecum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & projecerunt eos ad pedes ejus, & curavit eos: 31. Ita ut turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabant Deum Iſrael. 32. Jeſus autem convocatis diſcipulis ſuis, dixit: Miſereor turbæ, quia triduo jam perſeverant mecum, & non habent quod manducent: & dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via. 33. Et dicunt ei diſcipuli: Unde ergo nobis in deſerto panes tantos, ut ſaturemus turbam tantam? 34. Et ait illis Jeſus: Quot habetis panes? At illi dixerunt: Septem, & paucos piſciculos. 35. Et præcepit turbæ, ut diſcumberent ſuper terram. 36. Et accipiens ſeptem panes, & piſces, & gratias agens, fregit, & dedit Diſcipulis ſuis, & Diſcipuli dederunt populo. 37. Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt. Et quod ſuperfuit de fragmentis, tulerunt ſeptem ſportas plenas. 38. Erant autem qui manducaverunt, quatuor millia hominum, extra parvulos & mulieres.

(L) Marc. viii. 10. Et ſtatim aſcendens navim cum Diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha. 11. Et exierunt Phariſæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo ſignum de cælo, tentantes eum. 12. Et ingemiſcens ſpiritu, ait: Quid generatio iſta ſignum quærit? Amen dico vobis, ſi dabitur generationi iſti ſignum. 13. Et dimittens eos aſcendit iterum navim, & abiit trans fretum.

(M) Marc. viii. 22. Et veniunt Bethſaidam, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum ut illum tangeret. 23. Et apprehenſa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos ejus impoſitis manibus ſuis, interrogavit eum ſi quid videret. 24. Et aſpiciens, ait: Video homines velut arbores ambulantes. 25. Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos ejus: & cœpit videre, & reſtitutus eſt ita ut clare videret omnia. 26. Et miſit illum in domum ſuam, dicens: Vade in domum tuam: & ſi in vicum introieris, nemini dixeris.

(N) S. Hieronym. *Epiſt.* 86. *alias* 27. *p.* 677. *ad Euſtochium.* Scandebant montem Tabor, in quo transfiguratus eſt Dominus.

Isaaci Casauboni *Exercitat.* xv. §. 18. *initio.* Montem in quo facta eſt Chriſti transfiguratio, fuiſſe Montem Tabor, certum eſt: ... Eſt enim vetuſtiſſima in Eccleſia traditio, mutationem illam in eo monte factam eſſe.

(O) Luc. ix. 28. Factum eſt autem poſt hæc verba fere dies octo, & aſſumpſit Petrum, & Jacobum, & Johannem, & aſcendit in montem ut oraret. 29. Et facta eſt, dum oraret, ſpecies vultus ejus altera: & veſtitus ejus albus & refulgens.

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 9. Ibid. 2.

§. 9. *De Chriſti Tranſfiguratione.*

I. Quid ſibi volunt hæc verba, *Chriſtus transfiguratus eſt?*

R. Hoc eſt: Reſplenduit vultus ejus ſicut ſol, & veſtimenta ejus facta ſunt alba ſicut nix. Hoc quantumvis tenui claritatis gloriæ ejus veluti radio & ſpecimine, eo uſque ſtupuerunt & admirati ſunt Apoſtoli, ut extra ſe pene rapti fuerint.

I. Transfiguratio Chriſti fuit ne grande miraculum?

R. Si proprie loquamur, non tam miraculum fuit quam ceſſatio miraculi. Siquidem ex ipſa connexione naturæ Divinæ cum humana redundare debuerat in corpus Chriſti claritas & gloria Divinitatis. Ideo autem non redundavit quandiu Chriſtus vitam egit mortalem, ut æterna Dei decreta de liberandis hominibus per ignominiam crucis adimplerentur, quod ut fieret neceſſe fuit ipſum per omnia nobis aſſimilari. (A)

A

I. In transfiguratione Chriſti quid præterea miraculi accidit?

Luc. ix. 30. 31.

R. Apparuerunt Apoſtolis *Moyſes & Elias cum Jeſu loquentes de exceſſu quem completurus erat Jeruſalem.* Qui cum diſceſſiſſeos *ecce nubes lucida obumbravit* Jeſum & Apoſtolos, *& facta eſt vox de nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite.* (B) *Et audientes Diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam & timuerunt valde. Et acceſſit Jeſus & tetigit eos, dixitque eis: Surgite & nolite timere. Et deſcendentibus illis de monte præcepit eis Jeſus dicens: Nemini dixeritis viſionem, donec a mortuis reſurgat Filius hominis.*

Mat. 17. 5.

B

Ibid. 6. verſ. 7. verſ. 9.

I. Cur Chriſtus transfigurari voluit coram Apoſtolis?

R. Ut ipſis hac viſione demonſtraret veritatem eorum omnium quæ ante dies octo dixerat. Adeoque eos confirmaret in fide divinitatis ſuæ, præmuniret adverſus futurum de paſſione ſua ſcandalum, accederet demum ad omnia toleranda pro ſalute animæ, ſpe immenſæ illius gloriæ, cujus & radium in monte præmonſtravit, & plenitudinem erat pro laborum mercede conceſſurus. (C)

C

Secundo. Ut idipſum Chriſtiani colligerent ex Chriſti transfiguratione, cujus hiſtoriam erant accepturi a teſtibus tribus oculatis omni exceptione majoribus, Petro, Jacobo & Johanne, qui teſtimonii ſui veritatem ſuſo ſanguine aſſeruerunt.

I. Cur Chriſtus noluit transfigurationis ſuæ teſtes habere Apoſtolos omnes & Populum Judaicum?

R. Ut res non temere divulgaretur. Poterat quidem Chriſtus exhibere ſe Judæis cum ea gloriæ majeſtate, cum eo ſplendore; tantam potuit dare miraculis ſuis efficaciam, ut omnes prorſus nemine excepto traheret in cognitionem & reverentiam ſui, ut omnibus omnino Meſſias eſſe videretur. Sed maluit vitæ & mortis humilitate hominum ſuperbia perditorum ſaluti conſulere. Sic itaque miraculorum ſuorum ſplendorem & gloriam temperavit, ut hæc abunde ſufficerent humilibus, & divina gratia mundis corde. Superbi autem, quibus in exterioris magnificentiæ faſtu Meſſiæ gloria collocanda eſſe videbatur, ſpreto & rejecto præ humilitate Chriſto, in cordis duritiem eo uſque prolapſi ſunt, ut nullo potuerint miraculorum ſplendore a ſuis tenebris & impietate revocari.

Ut ergo adimplerentur æterna Dei decreta circa Chriſtum & homines, ſatis fuit ſi manifeſtaret gloriam ſuam Chriſtus Apoſtolis tribus, quorum teſtimonio graviſſimo & locupletiſſimo certa fieret hujus rei fides iis omnibus qui præ cordis rectitudine & humilitate digni erant qui rem cognoſcerent, & ex ejus cognitione fructum caperent.

I. Cur Chriſtus advocavit Moyſen & Eliam, quibuſcum in monte diſſereret de morte ſua?

R. Ut Apoſtolis & per eos nobis planum faceret.

1. Eſſe ſe ſuperiorem Moyſi & Eliæ; ſiquidem ipſi tanquam ſervi advocati ſunt ad magiſtri ſui triumphum.

2. Legem & Prophetas Chriſto teſtimonium perhibere, ejusque paſſionem fuiſſe per eos adumbratam & prænunciatam. Siquidem per Moyſen lex, per Eliam Prophetæ deſignabantur.

3. Per nefas & calumniam a Judæis Chriſtum identidem accuſati tanquam prævaricatorem legis; cum Moyſes ipſe legis miniſter & lator, & Elias legis zelator maximus, teſtimonio hic præſentia ſua reddito, Chriſti ſermones & doctrinam firmarent. (D)

D

§. 10.

(A) S. Thom. 3. *part. quæſt.* 45. *art.* 2. *in corp.* Quod a principio conceptionis Chriſti, gloria animæ non redundaret ad corpus, ex quadam diſpenſatione divina factum eſt, ut in corpore paſſibili, noſtræ redemptionis expleret myſteria.

(B) 2. Petr. 1. 16. ..... Speculatores facti illius magnitudinis. 17. Accipiens enim a Deo Patre honorem & gloriam, voce delapſa ad eum hujuſcemodi a magnifica gloria: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite. 18. Et hanc vocem nos audivimus de cælo allatam, cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto.

(C) S. Ambr. *Lib. 7. Exp. Evang. Luc. n.* 1. Difficile quippe videtur hominibus, ut ſpem periculis emant: damnoque præſentium futuræ lucrum mercentur ætatis. Ergo bonus & moralis magiſter, ne quis deſperatione frangatur aut tædio, quoniam vitæ dulcis illecebra conſtantem quoque mulcet affectum, continuos vivendi ſucceſſus fidelibus pollicetur; frigent enim ſolatia ſub metu mortis, magnusque amor vitæ ægre blanditias ſpei cum apperitæ ſalutis terrore compenſat. Non habes igitur quod queraris, non habes quod excuſes: & arbiter omnium dedit & virtutum præmium, & infirmitati remedium; ut præſentibus ſuſtineatur infirmitas, virtus futuris.

S. Hilarius *in Matth. can.* 17. Docet Dominus & rebus & verbis: & fidem ſpei noſtræ, æqualiter ſermo atque opus inſtruunt. Grave enim onus infirmitati humanæ impoſuerat, ut cum ſenſum vitæ homines ex vivendi affectu habere cœpiſſent, fructum ejus qui præſens corporibus blandiebatur amitterent: negarentque ſe ſibi... Deinde opinionem ſpei ambiguæ incertæque ſequerentur: cum his quæ præſentia haberentur, illecebræ gaudii blandientis exiſterent. Opus ergo erat veri ac manifeſti exempli autoritate, ut contram vim ſenſumque judicii optabile fieret præſentium damnum, lucro deinceps non ambiguo futurorum.

(D) S. Hilar. *in Matth. can.* 17. Tribus aſſumtis, de trium origine, Sem, Cham, Japhet, futura electio populi oſtenditur. Quod autem Moyſes & Elias ex omni ſanctorum numero aſſiſtunt, medius inter legem & Prophetas Chriſtus in regno eſt. Cum his enim Iſraelem, quibus teſtibus prædicatus eſt, judicabit. Simulque ut & humanis corporibus decreta eſſe reſurrectionis gloria doceatur, cum Moyſes conſpicabilis adſtitiſſet ... Hunc eſſe filium, hunc dilectum, hunc complicitum, hunc audiendum vox de nube ſignificat: ut idoneus ipſe præceptorum talium auctor eſſet,

qui

Digitized by Google

qui poſt ſeculi damnum, poſt crucis voluntatem, poſt obitum corporeum regni cæleſtis gloriam ex mortuorum reſurrectione facti confirmaſſet exemplo. Territos deinde & conſternatos elevavit: ut ſolum conſpicerent, quem medium conſtituiſſe inter Moyſen & Heliam viderant.

S. JOH. CHRYSOST. *Homil.* 57. *in Matth. c.* 16. & 17. *Initio.* Quoniam multa de periculis, multa de morte, multa de paſſione ſua & de cæde Diſcipulorum locutus eſt, & aſpera complura atque ardua eis injunxit: quæ omnia cum præſentem vitam ſpectarent, imminere jam atque incumbere videbantur: bona vero quæ pollicebatur, longiore ſpe erant expectanda, ut puta quia ſervarent animam ſuam ſi perderent eam: quia in gloria Patris ſui venturus ſit & præmia redditurus: ut viſu etiam certiores faceret *Matt.* 10. 39. quantum capere poſſint; gloriam ſuam qua cum venturus eſt, in præſenti vita ipſis vult oſtendere, & jam viſuros pollicetur, ne aut ſua, aut Domini morte poſthac doleant ..... Et vide quid agit, cum de regno & gehenna diſſeruerit: .... regnum quidem ut oculis cernatur concedit, gehenna autem minime. Quare ſic? Quoniam rudioribus ac ineptioribus id neceſſarium erat, probis vero & jam perſpicacibus ſatis fuit a melioribus confirmari: præterea hoc multo magis ipſum decebat: non tamen omnino illam partem prætermiſit, ſed eſt quando atrocitatem gehennæ quaſi ante oculos oratione proponit: veluti quando Lazari effigiem deſcripſit, & ejus meminit qui denarios centum repetit, &c. ... Cujus autem rei gratia Moſem & Heliam produxit? Multas quidem dicere quis cauſas poſſet, & primum quoniam turbæ, alii Heliam, alii Hieremiam, alii priſcorum Prophetarum unum opinabantur, idcirco Moſem & Heliam cæterorum Prophetarum vertices producit, ut quam magnum ſit inter ſervos & Dominum diſcrimen oculis cernerent, utque recte laudatum crederent Petrum, qui filium Dei eum confeſſus eſt. Deinde quoniam aſſidue quaſi transgreſſorem legis Judæi accuſabant, & blaſphemare putabant, quaſi gloriam Patris nihil ad eum pertinentem vendicaret: ... ut ipſa re monſtretur, quod ex invidia hæc criminabantur, quodque neutri horum criminum ſubjiceretur, nec legis prævaricator eſſet, nec alienam gloriam ſibi acquireret, æqualem ſe Patri faciendo: eos produxit in medium, quorum alteruter in alterutra iſtarum rerum perfulſit. Moſes enim legem *Deut.* 5. dedit, quare non fuiſſet paſſus conculcari legem, ut Judæi credebant, nec prævaricatorem ejus, & legumlatori hoſtem lator ipſe unquam coluiſſet. Helias autem pro gloria Dei zelo utique commotus fuiſſet, quare non aſtitiſſet ei qui æqualem ſe Patri dicebat, ſi non eſſet; nec paruiſſet illi qui ſibi quod non habebat vendicaret. Ad hæc omnia illud etiam poſſumus dicere, ut tam mortis quam vitæ habere poteſtatem liquido ac vere crederetur, utque ſupernorum & infernorum Dominus oſtenderetur, idcirco Moyſen jam mortuum, & Heliam, qui nondum id paſſus eſt in medium produxit. Quartam vero cauſam .... Evangeliſta quoque ipſe tetigit. Quænam igitur illa eſt? Ut crucis gloriam oſtendat, & tam Petrum quam reliquos, qui paſſionem formidabant, conſolaretur, & ad ſublimius erigerat. Non enim tacebant, inquit, *Matth.* 16. *Luc.* 9. ſed loquebantur de gloria quam completurus erat in Jeruſalem, de cruce videlicet ac paſſione. Sic enim ipſam ſemper appellabant. Accedit ad hæc omnia virtus quoque virorum illorum ſingularis atque præcipua, quam maxime a Diſcipulis flagitabat .... Ad hæc omnia ſuæ quoque gloriæ Apoſtolos admonebat, cum aſſiſtere feciſſet, non ut ad ſimilem ſolum, ſed ut ad majorem certando ſtatum conſcenderent ...... Ad hæc igitur omnia ipſos confirmans, viros adduxit, quorum virtus apud veteres rutilavit. Quid igitur ait ferventiſſimus ille Petrus? *Bonum eſt nos hic eſſe.* *Matth.* 17. *Luc.* 9. 33. Nam quoniam audivit iturum ad Hieroſolymam ut pateretur, metuens adhuc illi ac tremens, & poſt increpationem accedere quidem non audet ... præ metu tamen illo eadem aliis verbis occultius ſuggerit. Nam cum montem & ſolitudinem viderit, exiſtimavit quod multam haberet a loco ſecuritatem. Nec ſolum propter locum, verum etiam propterea quod ipſe amplius Hieroſolymam non accederet. Volebat enim ipſum ibi perpetuo manere: quocirca & tabernaculorum mentionem fecit. Cogitabat enim ſi non aſcenderet in Hieroſolymam, non moriturum Chriſtum, quia ibi audivit Scribas eum aggreſſuros: hæc cum dicere non auderet aperte, occultius adſtruit, dicens: *Bonum eſt nos ſic eſſe*, ubi Moſes & Helias quoque adſunt. Helias qui de cælo fecit ignem deſcendere: Moſes qui ingreſſus in caliginem cum Deo collocutus eſt: præterea nullus ſciet hic nos eſſe. Vides quanto Chriſti ardore incendebatur. Non enim quærere debes quam prudenter hortabatur, ſed quam fervens caritate Chriſti, quamque inflammatus eſſet ... Non pro ſe, ſed pro magiſtro expaveſcebat. Deinde quoniam bonum eſt nos hic eſſe, abſolute dixerat, timens ne iterum increparetur, amendavit ſe ipſum dicens: *Si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, & Heliæ unum.* Quid facis Petre? Nonne paulo ante a ſervis eum ſeparaſti, cur ſervis modo connumeras? Perpendis quomodo ante crucem erant imperfectiores. Nam etſi Pater ei revelavit, ſed non continuo revelationem ſecum tenebat, ſed pavore, non quo diximus ſolum, ſed etiam eo qui tunc viſu ipſum invaſit, turbatus fuit ... Quid deinde? Ipſe quidem nihil locutus eſt, ſed nec Moſes, nec Helias, Pater autem omnibus major, & fide dignior magnam ex nube vocem emittit. Quam ob rem ex nube? Sic fere ſemper Deus videtur: *Nubes enim & caligo in circuitu ejus ... & qui poſuit nubem aſcenſum ſuum ...* Ut igitur credant ab ipſo Deo vocem venire, a nube vox emittitur quæ lucidiſſima erat. *Adhuc enim*, inquit, *eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit illos, & ecce vox de nube, dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite.* Quando enim minatur tenebroſam nubem oſtendit, quemadmodum in Sina ... hic vero, quia non terrere, ſed docere volebat, lucida nebula videtur ... Ut autem nulla dubitatio emergeret, de quonam e tribus vox emitteretur, utque de Chriſto ſolum dictum eſſe intelligerent, illis jam duobus, Moſe ſcilicet & Helia remotis, vox fertur: *Hic eſt Filius meus dilectus.* Nullo metu Petre movearis, oportet enim jam te omnipotentiam ejus non ignorare, ac de reſurrectione certiorem eſſe: verum quoniam adhuc dubitare videris, ſaltem a voce Patris ſilentior eſto. Si enim omnipotens Pater eſt, proculdubio etiam Filius omnipotens eſt: quod ſi adhuc formidas & paveſcis, non ſolum filium eſſe, verum etiam dilectum ſcito. Noli ergo turbari, non potes tu magis ipſum diligere, quam a parente amatur: *In quo bene mihi complacui.* Non enim quia genuit, idcirco tantummodo diligit, verum etiam quia cum ſit ipſi æqualis in omnibus, ejuſdem etiam penitus eſt voluntatis. Duplex igitur, immo vero triplex dilectio eſt, quia filius, quia dilectus, quia bene in ipſo ſibi complacuit. Quid porro ſignificat, in quo mihi bene complacui? Ac ſi diceret, in quo requieſco, in quo acquieſco, & oblector. Quæ ideo ita ſe habent, quia per omnia Patri æqualis una cum Patre voluntatem habet; & cum permaneat Filius, unum omnino eſt cum Patre. *Ipſum*, inquit, *audite:* quare ſi crucis patibulum ſuſtinere vult, non contradicas .... *Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis a mortuis reſurgat.* Nam quanto majora de ipſo dicebantur, tanto difficiliora tunc creditu multis videbantur, & ſcandalum quod a cruce oriebatur, multo magis inde creſcebat: idcirco ſilentium juſſit, neque id ſimpliciter, ſed cum paſſionis mentione, quaſi cauſam exponat, quare opus ſilentio ſit. Non enim perpetuum indixit ſilentium, ſed donec a mortuis reſurrexit: atque hic quod jucundum erat, ſolum dixit: aſperum verum atque amarum ſilentio tradidit. Quid igitur poſtea? Nonne id poſt reſurrectionem ſcandalum paſſi ſunt? Minime: de tempore enim quod crucem præcedebat, agitur. Nam poſtea & Spiritu recepto, & ſignis clara voce atteſtantibus, cæteriſque rebus omnibus ad declarandam omnipotentiam ipſius undique confluentibus, nullo ſcandalo poterant commoveri.

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 9.

4. Reg. 1. 10. 12. 14.

Exod. 20. 21.

Matt. 17. 4.

Pſ. 106. 2.

Pſ. 103. 3.

Mat. 17. 5.

Luc. 9. 35.

Mat. 17. 9.

S. AMBROS. *Lib.* 7. *in Luc. c.* 9. *verſ.* 30. *n.* 10. Inde apparent Moyſes & Elias, hoc eſt, Lex & Prophetia cum Verbo; neque enim lex poteſt eſſe ſine Verbo: neque Propheta, niſi qui de Dei Filio prophetavit.

S. LEO, *Serm.* 94. *qui eſt de Transfiguratione cap.* 3. In transfiguratione illud quidem principaliter agebatur, ut de cordibus Diſcipulorum crucis ſcandalum tolleretur, nec conturbaret eorum fidem voluntariæ humilitas paſſionis, quibus revelata eſſet abſconditæ excellentia dignitatis. Sed non minore providentia ſpes ſanctæ Eccleſiæ fundabatur, ut totum corpus Chriſti agnoſceret, quali eſſet commutatione donandum: ut ejus ſibi honoris conſortium membra promitterent, qui in capite præfulſiſſet. De quo idem Dominus dixerat, cum de adventus ſui majeſtate loqueretur: *Tunc juſti fulgebunt ſicut ſol in regno Patris ſui.* *Mat.* 13. 43.

Cap. 4. Moyſes ... & Elias, lex ſcilicet & prophetæ, apparuerunt cum Domino loquentes, ut veriſſime in illa quinque virorum præſentia compleretur, quod dictum eſt: *In duobus aut tribus teſtibus ſtat omne verbum.* *Deut.* 19. 15. Quid

hoc

Digitized by Google

§. 10. *Series vitæ Chriſti ad completum annum tertium prædicationis ejus.*

I. Quid egit Chriſtus ſtatim a transfiguratione?

R. Cum deſcendiſſet de monte ejecit dæmonium a lunatico, quod Diſcipuli non potuerant. Sciſcitantibus autem illis quid cauſæ fuiſſet cur dæmonium ipſi ejicere non potuiſſent, propter incredulitatem veſtram, inquit: tum ſubjecit, hoc
Matt. xvii. 20. genus dæmoniorum non ejici niſi per orationem
A & jejunium. (A)

Inde progreſſus peragravit Galilæam: quo in itinere multa egregia docuit, multa mirabiliter & præter naturæ ordinem operatus eſt; uno verbo, pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes. (B) B

Non ita multo poſt reliquit Galilæam illuc ultra non reverſurus, (C) & Jeroſolymam ſe C
contulit ad feſtum Scenopegiæ ſeu tabernaculorum, quod menſe Septembri quotannis celebrabatur per dies ſeptem: quo tempore Judæi commorari tenebantur ſub tentoriis, in memoriam illius temporis quo patres eorum commorati fuerant in deſerto: atque hinc feſtum hoc, feſtum tabernaculorum dictum fuit,

Dum

hoc ſtabilius, quid firmius verbo, in cujus prædicatione veteris & novi teſtamenti concinit tuba, & cum Evangelica doctrina antiquarum proteſtationum inſtrumenta concurrunt. Adſtipulantur enim ſibi invicem utriusque fœderis paginæ, & quem ſub velamine myſteriorum præcedentia ſigna promiſerant, manifeſtum atque perſpicuum præſentis gloriæ ſplendor oſtendit. Quia ſicut ait beatus Johannes: *Lex per Moyſen data eſt, gratia autem & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt.*

Johan. I. 17. *Cap. 6.* .... Hic eſt filius meus, cui ex me & mecum eſſe ſine tempore eſt. Quia nec genitor genito prior, nec genitus eſt genitore poſterior: hic eſt Filius meus quem a me non ſeparat deitas, non dividit poteſtas, non diſcernit æternitas. Hic eſt Filius meus; non adoptivus, ſed proprius; non aliunde creatus, ſed ex me genitus; nec de alia natura factus mihi comparabilis, ſed de mea eſſentia mihi natus æqualis. Hic eſt Filius meus, *per quem omnia facta ſunt,*
Johan. I. 3. *& ſine quo factum eſt nihil*: quia omnia, quæ facio, ſimiliter facit, & quidquid operor, inſeparabiliter mecum atque indifferenter operatur. In Patre enim eſt Filius, & in Filio Pater, nec unquam unitas noſtra dividitur: & cum alius ego ſim, qui genui, alius ille quem genui .... Hic eſt Filius meus, qui
Phil. II. 6. 7. eam quam mecum habet æqualitatem, non rapina appetiit, nec uſurpatione præſumpſit, ſed manens in forma gloriæ meæ, ut ad reparandum genus humanum exequeretur commune conſilium, uſque ad formam ſervilem inclinavit incommutabiliter deitatem.

Cap. 7. Hunc ergo in quo mihi bene per omnia placeo, & cujus prædicatione manifeſtor, cujus humilitate clarificor, incunctanter audite, quia ipſe eſt veritas & vita, ipſe virtus mea & ſapientia. Ipſum audite quem legis myſteria pronunciaverunt, quem Prophetarum ora cecinerunt. Ipſum audite qui
Joh. XIV. 6. ſanguine ſuo mundum redimit, qui diabolum ligat,
I. Cor. I. 25. & vaſa ejus rapit, qui peccati chirographum & prævaricationis pacta dirupit. Ipſum audite qui viam aperit ad cælum.

Vide interpretes Scripturæ in Matthæi *c.* 17. Lucæ *c.* 9. *&* 2. Epiſt. Petri *caput primum. Sequentes inſtar omnium hic adduco.*

Maldonatus S. *J. Comm. in Matth. c.* XVII. Multa hic quæri poſſunt. Primo, cur Chriſtus transfigurari voluerit. Ad quam quæſtionem Hilarius, Chryſoſtomus, & Euthymius reſpondent id feciſſe, ut diſcipulos mentione futuræ mortis ſuæ mœrentes conſolaretur. Theophylactus vero, ut probaret quod ſuperiore capite dixerat, ſe in gloria Patris ſui venturum eſſe.... Cur tribus non pluribus, non paucioribus gloriam ſuam oſtenderit? Ideo, ut opinor, quia volebat futuræ ſuæ gloriæ teſtes aliquos extare: *in*
Deut. XIX. 15. *ore autem duorum, aut trium teſtium ſtabit omne verbum.*

2. *Et transfiguratus eſt* ... Manifeſtum eſt, ut Hieronymus admonet, Chriſtum non corporis ſui naturam, ſed externam tantum ſpeciem, figuramque mutaviſſe ... Fuerunt .... qui exiſtimaverunt, Apoſtolos in Transfiguratione Chriſti vidiſſe divinitatem.. Minime tamen illis aſſentior, neque ullum veterem auctorem ita ſenſiſſe credo, & ita ſentire periculoſum eſſe arbitror. Nam omnes illi, qui citantur veteres auctores nihil aliud dicere voluerunt, quam Apoſtolos, Chriſti divinitatem, id eſt divinitatis ſignum oculis conſpexiſſe .... Non igitur Chriſtum divinitatem ſuam, quæ corporeis oculis videri non potuit, ſed divinitatis ſpeciem & corporis gloriam oſtendit.

3. *Moyſes & Elias.* Cur voluerit Chriſtus aliquos ex alio mundo ſuæ Transfigurationis teſtes adeſſe merito quæri poteſt ... Duabus de cauſis interfuiſſe arbitror: altera, ne res Apoſtolis ficta videretur: altera, ut futurum Chriſti regnum ad vivum repræſentaretur, ſub cujus adventum duos teſtes mittendos eſſe Apoc. XI. 3.
teſtatur Johannes. Cur autem hos potius duos, quam alios voluerit adeſſe, omnes veteres auctores hanc cauſam fuiſſe putant, ut per Moyſen lex, & per Eliam Prophetæ ſignificarentur, legemque & Prophetas in Chriſtum tendere, in eoque terminari doceremur, Tertullianus hinc Marcioniſtas refellens, Chri- L. 4. adverſ. Marcion.
ſtum legi & Prophetis non eſſe contrarium.

Menochius S. *J. Comment. in Evang. Matth.* XVII. 3. *Moyſes & Elias.* Adfuit verus Moyſes & verus Elias... Apparuerunt autem Moyſes veteris Teſtamenti promulgator, & Elias Propheta, Chriſtumque adorantes venerati ſunt & Dominum confeſſi, ut intelligerent Diſcipuli Chriſtum & Prophetarum & Moyſis Dominum eſſe; non autem eſſe Eliam, aut Jeremiam, aut Johannem Baptiſtam, aut unum ex Prophetis, ut populus ajebat. II. Ut agnoſcerent tam legem a Moyſe promulgatam, quam Prophetas illi teſtimonium perhibere. III. Ut futuri ſui adventus imaginem repræſentaret; nam ante ſecundum ejus adventum Moyſes & Elias venturi ſunt, ut ex Apocal. XI. non obſcure colligitur.

9. *Nemini dixeritis*, &c. *Non vult hoc*, inquit D. Hieronymus, *in populos prædicari*, *ne & incredibile* eſſet pro rei magnitudine, & poſt tantam gloriam apud rudes animo ſequens crux ſcandalum faceret, &c.

Janſenius Iprensis *in cap.* 17. *verſic.* 3. *Matthæi.* Ut Chriſtus ſe vitæ, ac mortis Dominum oſtenderet, unum adducit vivum, alterum mortuum ſuſcitat, ut Diſcipulis manſuetudo Moſis & Eliæ zelus imprimeretur.

(A) Luc. IX. 37. Factum eſt autem in ſequenti die, deſcendentibus illis de monte, occurrit illis turba multa. 38. Et ecce vir de turba exclamavit, dicens: Magiſter, obſecro te, reſpice in filium meum, quia unicus eſt mihi: 39. Et ecce ſpiritus apprehendit eum, & ſubito clamat, & elidit, & diſſipat eum cum ſpuma, & vix diſcedit dilanians eum: 40. & rogavi diſcipulos tuos ut ejicerent illum, & non potuerunt. 41. Reſpondens autem Jeſus, dixit: O generatio infidelis, & perverſa, uſquequo ero apud vos, & patiar vos? Adduc huc filium tuum. 42. Et cum accederet, eliſit illum dæmonium, & diſſipavit. 43. Et increpavit Jeſus ſpiritum immundum, & ſanavit puerum, & reddidit illum patri ejus.

Eadem leguntur Matthæi XVII. 12. *& ſequent. & verſic.* 18. Tunc acceſſerunt Diſcipuli ad Jeſum ſecreto, & dixerunt: Quare nos non potuimus ejicere illum? 19. Dixit illis Jeſus: Propter incredulitatem veſtram. Amen quippe dico vobis, ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, Tranſi hinc illuc, & tranſibit; & nihil impoſſibile erit vobis. 20. Hoc autem genus non ejicitur niſi per orationem & jejunium.

(B) Marc. VI. 55. Et percurrentes univerſam regionem illam, cœperunt in grabatis eos, qui ſe male habebant, circumferre, ubi audiebant eum eſſe. 59. Et quocumque introibat, in vicos, vel in villas, aut civitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, ut vel fimbriam veſtimenti ejus tangerent: & quotquot tangebant eum, ſalvi fiebant.

(C) Matth. XIX. 1. Et factum eſt, cum conſummaſſet Jeſus ſermones iſtos, migravit a Galilæa, & venit in fines Judææ trans Jordanem, 2. Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & curavit eos ibi.

Luc.

Dum iret Jeruſalem ad diem feſtum occurrerunt ei decem leproſi, quos eum ſanaſſet, unus ex eis genere Samaritanus gratias egit pro acce-
D pto beneficio. (D)

Jam die feſto mediante, cum perveniſſet Jeſus Jeruſalem, aſcendit in templum; ibique rapuit
E omnes in admirationem ſuæ doctrinæ. (E) Miſſos ad capiendum eum in ſermone, cepit ipſe & redegit ad incitas; & Phariſæorum malignitatem repreſſit, liberata de manibus eorum muliere in adulterio deprehenſa, quam ipſe judex miſericors
F & ſapiens dimiſit. (F)

Ea occaſione multa docuit populum; divinitatem ſuam editis miraculis, & productis in medium Prophetarum teſtimoniis, comprobavit. Cum vellent eum lapidare, manibus eorum ela-
G pſus, exiit de templo. (G) Præteriens vidit cæcum a nativitate, quem cum ſanaſſet die Sabbati, hinc crevit in eum odium & æmulatio Pha-
H riſæorum. (H)

Egreſſus Jeroſolymis peragravit Judæam, de-
Luc. x. 1. ſignatoſque *alios ſeptuaginta duos* Diſcipulos *miſit binos ante faciem ſuam in omnem locum, quo erat ipſe venturus*. Antequam autem proficiſcerentur dixit illis:

2. *Meſſis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam. 3. Ite, ecce ego mitto vos ſicut oves inter lupos. 4. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta; & neminem per viam ſalutaveritis. 5. In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui; 6. & ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad vos revertetur. 7. In eadem autem domo manete edentes & bibentes, quæ apud illos ſunt: dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum. 8. Et in quamcumque civitatem intraveritis, & ſuſceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis; 9. & curate infirmos qui in illa ſunt, & dicite illis: Appropinquavit in vos regnum Dei. 10. In quamcumque autem civitatem intraveritis, & non ſuſceperint vos, exeuntes in plateas ejus, dicite: 11. Etiam pulverem qui adhæſit nobis de civitate veſtra extergimus in vos: tamen hoc ſcitote, quia appropinquavit regnum Dei. 12. Dico vobis, quia Sodomis in die illo remiſſius erit quam illi civitati... 16. Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me.*

17. *Reverſi ſunt autem* Diſcipuli ad Chriſtum *cum gaudio dicentes: Domine, etiam dæmonia ſubjiciuntur nobis in nomine tuo. 18. Et ait illis... 20. In hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubjiciuntur: gaudete autem, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. 21. In ipſa hora exultavit ſpiritu ſancto, & dixit: Confitebor tibi Pater, quod abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis...*

23. *Converſus autem ad Diſcipulos, dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. 24. Dico enim vobis, quod multi Prophetæ & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt*. Tum, *venite ad* Mat. xi. 28.
me omnes qui onerati eſtis, & ego reficiam vos. 29. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde; & invenietis requiem animabus veſtris. 30. Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve.

Hinc

(D) Luc. xvii. 11. Et factum eſt, dum iret in Jeruſalem, tranſibat per mediam Samariam & Galilæam. 12. Et cum ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt a longe: 13. & levaverunt vocem, dicentes: Jeſu præceptor, miſerere noſtri. 14. Quos ut vidit, dixit: Ite, oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt, dum irent, mundati ſunt. 15. Unus autem ex illis, ut vidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt, cum magna voce magnificans Deum, 16. & cecidit in faciem ante pedes ejus, gratias agens: & hic erat Samaritanus. 17. Reſpondens autem Jeſus, dixit: Nonne decem mundati ſunt? & novem ubi ſunt? 18. Non eſt inventus qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena. 19. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te ſalvum fecit.

(E) Johan. vii. 2. Erat autem in proximo dies feſtus Judæorum, Scenopegia .... 14. Jam autem die feſto mediante, aſcendit Jeſus in templum, & docebat, & mirabantur Judæi, dicentes: Quomodo hic litteras ſcit, cum non didicerit?

(F) Johan. viii. 1. Jeſus autem perrexit in montem Oliveti: 2. & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & ſedens docebat eos. 3. Adducunt autem Scribæ & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam: & ſtatuerunt eam in medio. 4. Et dixerunt ei: Magiſter, hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. 5. In lege autem Moyſes mandavit nobis hujuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? 6. Hoc autem dicebant tentantes eum, ut poſſent accuſare eum. Jeſus autem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terra. 7. Cum ergo perſeverarent interrogantes eum, erexit ſe, & dixit eis: Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. 8. Et iterum ſe inclinans, ſcribebat in terra. 9. Audientes autem unus poſt unum exibant, incipientes a ſenioribus; & remanſit ſolus Jeſus, & mulier in medio ſtans. 10. Erigens autem ſe Jeſus, dixit ei: Mulier, ubi ſunt, qui te accuſabant? nemo te condemnavit? 11. Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autem Jeſus: Nec ego te condemnabo: vade, & jam amplius noli peccare.

(G) Johan. viii. 12. Iterum ergo locutus eſt eis, dicens: Ego ſum lux mundi; qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. 13. Dixerunt ergo ei Phariſæi: Tu de te ipſo teſtimonium perhibes: teſtimonium tuum non eſt verum. Reſpondit Jeſus, & dixit eis: Etſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, verum eſt teſtimonium meum ... 16. ... quia ſolus non ſum: ſed ego, & qui miſit me Pater.... 20. Hæc verba locutus eſt Jeſus in gazophylacio docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora ejus. 21. Dixit ergo iterum eis Jeſus: Ego vado & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini... 24... Si enim non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro. 25. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit Jeſus: Principium, qui & loquor vobis..... 51. Amen, amen dico vobis: ſi quis ſermonem meum ſervaverit, mortem non videbit in æternum. 52. Dixerunt ergo Judæi: Nunc cognovimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt, & Prophetæ .... 53. Numquid tu major es patre noſtro Abraham.... Quem te ipſum facis? 54. Reſpondit Jeſus: Si ego glorifico me ipſum, gloria mea nihil eſt: eſt Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus veſter eſt.... 56. Abraham pater veſter exultavit ut videret diem meum: vidit & gaviſus eſt... 58... Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego ſum. 59. Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum: Jeſus autem abſcondit ſe, & exivit de templo.

(H) Johan. ix. 1. Et præteriens Jeſus vidit hominem cæcum a nativitate: 2. Et interrogaverunt eum diſcipuli ejus: Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus naſceretur? 3. Reſpondit Jeſus: Neque hic peccavit, neque parentes ejus; ſed ut manifeſtentur opera Dei in illo.... 6. Hæc cum dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos ejus. 7. Et dixit ei: Vade, lava in natatoria Siloe (quod interpretatur Miſſus.) Abiit ergo, & lavit, & venit videns .... 14. Erat autem ſabbatum, quando lutum fecit Jeſus, & aperuit oculos ejus. 15. Iterum ergo interrogabant eum Phariſæi quomodo vidiſſet? Ille autem dixit eis: Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & lavi, & video. 16. Di-

Digitized by Google

Hinc Scribam arrogantiorem docuit, quis eſſet proximus, adducto exemplo Samaritani. (I)

I Paulo poſt, in Bethania, hoſpitio exceptus a Martha eſt, cui ſatagenti circa frequens miniſterium, poſtulantique adjutorium Mariæ ſororis ſuæ, quæ, ſpreto miniſterio, ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius; ſic reſpondit Chriſtus, ut otium Mariæ Marthæ negotio præferret; hac tamen minime reprehenſa. (K) K

Hinc Chriſtus Diſcipulos orare docuit, & perſeverandum in oratione demonſtravit. (L) L
Invitatus ad prandium a Phariſæo, reprehendit Phariſæorum hypocriſim, præpoſterum munditiæ ſtudium, aliaque vitia. (M) Deinde hæreditatis diviſionem a ſe rejecit, ab M
avari-

16. Dicebat ergo ex Phariſæis quidam: Non eſt hic homo a Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Alii autem dicebant: Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos. 17. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia Propheta eſt. 18. Non crediderunt ergo Judæi de illo, quia cæcus fuiſſet, & vidiſſet, donec vocaverunt parentes ejus, qui viderat: 19. & interrogaverunt eos, dicentes: Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis, quia cæcus natus eſt? Quomodo ergo nunc videt? 20. Reſponderunt eis parentes ejus, & dixerunt: Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt; 21. quomodo autem nunc videat, neſcimus: aut quis ejus aperuit oculos, nos neſcimus; ipſum interrogate: ætatem habet ipſe de ſe loquatur. 22. Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Judæos: jam enim conſpiraverant Judæi, ut ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynagogam fieret.... 24. Vocaverunt ergo rurſum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo, nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt. 25. Dixit ergo eis ille: Si peccator eſt, neſcio; unum ſcio, quia cæcus cum eſſem, modo video... 31. Scimus autem quia peccatores Deus non audit; ſed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit.... 34. Reſponderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et ejecerunt eum foras. 35. Audivit Jeſus quia ejecerunt eum foras; & cum inveniſſet eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei? 36. Reſpondit ille, & dixit ei: Quis eſt, Domine, ut credam in eum? 37. Et dixit ei Jeſus: Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. 38. At ille ait: Credo Domine. Et procidens adoravit eum. 39. Et dixit Jeſus: In judicium ego in hunc mundum veni; ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.

(I) Luc. x. 25. Et ecce quidam Legiſperitus ſurrexit tentans illum, & dicens: Magiſter, quid faciendo vitam æternam poſſidebo? 26. At ille dixit ad eum: In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? 27. Ille reſpondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua; & proximum tuum ſicut teipſum. Dixitque illi: Recte reſpondiſti; hoc fac & vives. 29. Ille autem volens juſtificare ſe ipſum, dixit ad Jeſum: Et quis eſt meus proximus? 30. Suſcipiens autem Jeſus, dixit: Homo quidam deſcendebat ab Jeruſalem in Jericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliaverunt eum: & plagis impoſitis abierunt ſemivivo relicto. 31. Accidit autem ut Sacerdos quidam deſcenderet eadem via, & viſo illo præterivit. 32. Similiter & Levita, cum eſſet ſecus locum, & videret eum, pertranſiit. 33. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ſecus eum; & videns eum, miſericordia motus eſt. 34. Et appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum & vinum; & imponens illum in jumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam ejus egit. 35. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: Curam illius habe; & quodcumque ſupererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi. 36. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi, qui incidit in latrones? 37. At ille dixit: Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Jeſus: Vade, & tu fac ſimiliter.

(K) Luc. x. 38. Factum eſt autem, dum irent, & ipſe intravit in quoddam caſtellum; & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam; 39. & huic erat ſoror nomine Maria, quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini audiebat verbum illius. 40. Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium; quæ ſtetit, & ait: Domine, non eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi, ut me adjuvet. 41. Et reſpondens dixit illi Dominus: Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima. 42. Porro unum eſt neceſſarium. 43. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

S. Aug. *Serm. 103. alias 26. de Verbis Domini, cap. 2. n. 3.* Martha Dominum paſcere diſponens & præparans, circa multum miniſterium occupabatur; Maria ſoror ejus paſci a Domino magis elegit. Deſeruit quodammodo ſororem ſuam circa multum miniſterium laborantem, & ſedit ipſa ad pedes Domini, & vacans audiebat verbum ejus.... utrumque officium bonum.... Martha, Martha. Repetitio nominis indicium eſt dilectionis, aut certe movendæ intentionis.

Cap. 4. num. 5. Bona ſunt miniſteria circa pauperes, & maxime circa ſanctos Dei ſervitia debita, obſequia religioſa.... nolite pigri eſſe ad ſuſcipiendos ſanctos.... Bona ſunt hæc, melius eſt tamen quod elegit Maria; illud enim habet ex neceſſitate occupationem, iſtud autem ex caritate ſuavitatem... Marthæ autem quid ait Dominus? *Maria meliorem partem elegit.* Non tu malam, ſed illa meliorem... a te auferetur aliquando onus neceſſitatis, æterna eſt dulcedo veritatis.

Serm. 104. alias 27. de Verbis Domini, cap. 1. num. 1. Laborabat illa, vacabat iſta; illa erogabat, hæc implebatur... erat intenta Maria dulcedini verbi Domini. Intenta erat Martha quomodo paſceret Dominum; intenta Maria quomodo paſceretur a Domino. A Martha convivium Domino parabatur, in cujus convivio Maria jam jucundabatur.

Cap. 2. num. 3. Non tu malam, ſed illa meliorem... Neceſſarium eſt miniſterium corpora refecturis... Miſericordia miſeris neceſſaria eſt. Frangis panem eſurienti, quia inveniſti eſurientem: tolle famem, cui frangis panem? Tolle peregrinationem, cui exhibes hoſpitalitatem? Tolle nuditatem, cui præparas veſtem? Non ſit ægritudo, quem viſitas? Non ſit captivitas, quem redimis? Non ſit rixa, quem concordas? Non ſit mors, quem ſepelis?... Maria *meliorem partem elegit*.... Hoc enim elegit, quod ſemper manebit: *Non auferetur ab ea.* Circa unum ſe voluit occupari. Jam tenebat: Mihi autem adhærere Deo, bonum eſt.... Non ergo Dominus opus reprehendit, ſed munus diſtinxit: *Circa multa es occupata: porro unum eſt neceſſarium.* Jam hoc ſibi Maria elegit, tranſit labor multitudinis, & remanet caritas unitatis.

Cap. 3. n. 4.... In duabus feminis duæ vitæ, ambæ innocentes, ambæ laudabiles: ſed una laborioſa, altera otioſa; nulla facinoroſa, quam cavere debet laborioſa; nulla deſidioſa, quam cavere debet otioſa.

(L) Luc. xi. 1. Et factum eſt: cum eſſet in quodam loco orans, ut ceſſavit, dixit unus ex diſcipulis ejus ad eum: Domine, doce nos orare, ſicut docuit & Johannes diſcipulos ſuos. 2. Et ait illis: Cum oratis, dicite: Pater, ſanctificetur nomen tuum: Adveniat regnum tuum. 3. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. 4. Et dimitte nobis peccata noſtra, ſiquidem & ipſi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. 5. Et ait ad illos: Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, 6. quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum; 7. & ille de intus reſpondens dicat: Noli mihi moleſtus eſſe, jam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere, & dare tibi. 8. Et ſi ille perſeveraverit pulſans: Dico vobis, & ſi non dabit illi ſurgens, eo quod amicus ejus ſit: propter improbitatem tamen ejus ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios. 9. Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis; quærite, & invenietis; pulſate, & aperietur vobis. 10. Omnis enim qui petit, accipit; & qui quærit, invenit: & pulſanti aperietur.

Matt. vi. 9. & ſeq.

(M) Luc. xi. 37. Et cum loqueretur, rogavit illum quidam Phariſæus, ut pranderet apud ſe. Et ingreſſus recubuit. 38. Phariſæus autem cœpit intra ſe reputans dicere, quare non baptizatus eſſet ante prandium? 39. Et ait Dominus ad illum: Nunc vos Phariſæi, quod deforis eſt calicis & catini, mundatis: quod autem intus eſt veſtrum, plenum eſt rapina, & iniquitate. 40. Stulti, nonne qui fecit quod deforis eſt, etiam id, quod

avaritiâ & ſollicitudine rerum temporalium re-
N vocans multis argumentis. (N)

Tum occaſione Galilæorum quorumdam, quorum ſanguinem Pilatus miſcuerat cum ſacrificiis, docuit Chriſtus agendam eſſe omnibus pœnitentiam, ne tanquam ficus infructuoſæ excidantur &
O pereant. (O)

Tandem cum mulierem octodecim annis inclinatam ſabbato erexiſſet, murmurantesque
P compreſſiſſet, (P) ad templum Jeroſolymitanum ſe contulit, celebraturus Encæniorum, id eſt, Dedicationis feſtum a Juda Machabæo inſtitutum. Ibi cum Judæis in porticu Salomonis diſputans, Deum eſſe ſe & a Patre miſſum demonſtravit. Hinc crevit Phariſæorum furor in Chriſtum, tulerunt ergo lapides Judæi ut lapidarent eum, volueruntque eum apprehendere: ipſe autem exivit de manibus eo-
Q rum. (Q)

Abiitque in fines Judææ trans Jordanem, & ſicut conſueverat docuit turbas & ſigna multa edidit. Ibi propoſuit hiſtoriam ſeu parabolam divitis epulonis & Lazari, (R) Publicani & R
Phariſæi in templo ſimul orantium, (S) aliasque aliquot. Occaſione adoleſcentis cujusdam S
divitis, qui propoſita paupertate a ſequendo Chriſto deterritus fuerat, docuit quam difficile eſſet divitem intrare in regnum cœlorum, ob amorem divitiarum, a quo tamen alienum eſſe divitem omnino neceſſe eſt ad ſalutem. (T) T

Inde rediit in Bethaniam ad ſuſcitandum a mortuis Lazarum, fratrem Marthæ & Mariæ apud quas diverſatus fuerat. Hoc miraculo maxime conſpicuo multis credentibus, mors ejus præ livore & odio decernitur a Sacerdotibus & Phariſæis. Itaque Jeſus abiit in fines Judææ juxta deſertum in civitatem Ephrem. (V) V

PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 10.

§. 11.

quod deintus eſt, fecit? 41. Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia munda ſunt vobis, &c.

(N) Luc. XII. 13. Ait autem ei quidam de turba: Magiſter, dic fratri meo ut dividat mecum hæreditatem. 14. At ille dixit illi: Homo, quis me conſtituit judicem aut diviſorem ſuper vos? 15. Dixitque ad illos: Videte, & cavete ab omni avaritia: quia non in abundantia cujusquam vita ejus eſt, ex his quæ poſſidet.

(O) Lucæ XIII. 1. Aderant autem quidam ipſo in tempore, nuntiantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorum. 2. Et reſpondens dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt. 3. Non, dico vobis: ſed niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis ..... 6. Dicebat autem & hanc ſimilitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit. 7. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres ſunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio: ſuccide ergo illam: ut quid etiam terram occupat?

(P) Luc. XIII. 11. Et ecce mulier, quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere. 12. Quam cum videret Jeſus, vocavit eam ad ſe, & ait illi: Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua. 13. Et impoſuit illi manus, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum. 14. Reſpondens autem archiſynagogus, indignans quia ſabbato curaſſet Jeſus, dicebat turbæ: Sex dies ſunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite & curamini, & non in die ſabbati. 15. Reſpondens autem ad illum Dominus dixit: Hypocritæ, unusquisque veſtrum ſabbato non ſolvit bovem ſuum, aut aſinum a præſepio, & ducit adaquare? 16. Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligavit ſatanas, ecce decem & octo annis, non oportuit ſolvi a vinculo iſto die ſabbati? 17. Et cum hæc diceret, erubeſcebant omnes adverſarii ejus: & omnis populus gaudebat in univerſis, quæ glorioſe fiebant ab eo.

(Q) JOHAN. X. 22. Facta ſunt autem Encænia in Jeroſolymis: & hyems erat. 23. Et ambulabat Jeſus in templo, in porticu Salomonis. 24. Circumdederunt ergo eum Judæi, & dicebant ei: Quousque animam noſtram tollis? ſi tu es Chriſtus, dic nobis palam. 25. Reſpondit eis Jeſus: Loquor vobis, & non creditis: opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me: 26. ſed vos non creditis, quia non eſtis ex ovibus meis. 27. Oves meæ vocem meam audiunt: & ego cognoſco eas, & ſequuntur me: 28. & ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. 29. Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus eſt: & nemo poteſt rapere de manu Patris mei. 30. Ego & Pater unum ſumus ... 39. Quærebant ergo eum apprehendere: & exivit de manibus eorum. 40. Et abiit iterum trans Jordanem in eum locum, ubi erat Johannes baptizans primum: & manſit illic.

(R) Luc. XVI. 19. Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura & byſſo; & epulabatur quotidie ſplendide. 20. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus, 21. cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa divitis, & nemo illi dabat: ſed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus. 22. Factum eſt autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem dives, & ſepultus eſt in inferno. 23. Elevans autem oculos ſuos, cum eſſet in tormentis, vidit Abraham a longe, & Lazarum in ſinu ejus: 24. Et ipſe clamans dixit: Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. 25. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris. 26. Et in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt: ut hi, qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, neque inde huc tranſmeare. 27. Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei. 28. Habeo enim quinque fratres, ut teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum. 29. Et ait illi Abraham: habent Moyſen, & Prophetas: audiant illos. 30. At ille dixit: Non, Pater Abraham: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. 31. Ait autem illi: Si Moyſen & Prophetas non audiunt: neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

(S) Luc. XVIII. 9. Dixit autem & ad quosdam, qui in ſe confidebant tamquam juſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtam: 10. Duo homines aſcenderunt in templum ut orarent: unus Phariſæus, & alter publicanus. 11. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi quia non ſum ſicut cæteri hominum: raptores, injuſti, adulteri: velut etiam hic Publicanus. 12. Jejuno bis in ſabbato: decimas do omnium quæ poſſideo. 13. Et Publicanus a longe ſtans, nolebat nec oculos ad cælum levare: ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. 14. Dico vobis, deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam ab illo: quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur.

(T) Luc. XVIII. 18. Et interrogavit eum quidam princeps, dicens: Magiſter bone, quid faciens vitam æternam poſſidebo? 19. Dixit autem ei Jeſus: Quid me dicis bonum? nemo bonus niſi ſolus Deus. 20. Mandata noſti: non occides, non mœchaberis; non furtum facies; non falſum teſtimonium dices; honora patrem tuum & matrem. 21. Qui ait: Hæc omnia cuſtodivi a juventute mea. 22. Quo audito, Jeſus ait ei: Adhuc unum tibi deeſt: omnia quæcumque habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni ſequere me. 23. His ille auditis, contriſtatus eſt: quia dives erat valde. 24. Videns autem Jeſus illum triſtem factum, dixit: Quam difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. 25. Facilius eſt enim camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in regnum Dei.

(V) JOHAN. XI. 11. Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado ut a ſomno excitem eum ... 14. Lazarus mortuus eſt ... 17. Venit itaque Jeſus, & invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem .... 21. Dixit ergo Martha ad Jeſum: Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. 22. Sed & nunc ſcio,

§. 11. *Series vitæ Christi uſque ad Inſtitutionem Sacro-ſanctæ Euchariſtiæ.*

I. Quid egit Chriſtus poſt tertium annum ſuæ prædicationis?

R. Inſtante eo Paſchate, quod ipſe ad mortem ſubeundam præfinierat, Jeroſolymam tetendit, præmonens Diſcipulos conſummanda ibi omnia quæ de ipſo fuiſſent a Prophetis prænuntiata. Tum Paſſionem ſuam & crucifixionem &
A reſurrectionem aperte prædixit. (A)

Pergens ingreditur Jericho, ubi hoſpitio exceptus a Zachæo publicano, ſalutem domui fa-
B ctam annuntiat. (B) Egreſſus inde cæcis duo-
C bus viſum reſtituit. (C) Hinc venit Bethaniam ante ſex dies Paſchæ. Poſtridie fit ei cœna in domo Simonis leproſi, Lazaro, qui fuerat mortuus, ſimul accumbente, Martha miniſtrante, Maria unguentum pretioſiſſimum ſuper pedes ejus effundente: quod cum reprehenderent Diſcipuli, præſertim Judas Iſcariotes, Chriſtus Mariæ fa-
D ctum laudat. (D)

Die craſtina quæ erat Dominica, Jeroſolymam aſino inſidens quaſi triumphans ingreſſus eſt, juxta prophetiam Zachariæ. (E) Turba E
autem multa venit obviam Jeſu, & fauſtis acclamationibus præibat & ſequebatur. Alii euntem illo ſubſternebant veſtimenta ſua in via; alii cædebant frondes de arboribus & ſternebant in via; alii accipientes ramos palmarum procedebant. Omnium ea vox fuit: *Oſanna filio* Matt. XXI. 9.
David. Benedictus qui venit in nomine Domini. Oſanna in excelſis. Oſanna, Hebræa vox eſt, quæ juxta quosdam idem ſignificat quod *ſalva quæſo*; aliis idem ſonat quod *ſalus, honor & gloria*. (F) F

Turbis ita exclamantibus, Jeroſolymam Chriſtus ingreſſus eſt. Sed antequam ingrederetur, mox ut vidit urbem, flevit ſuper eam, prædixitque proximum ejus excidium. (G) G

Mox ad templum ſe contulit, ejecit iterum ex eo vendentes & ementes: cæcos claudoſque ſanavit, & indignantibus Phariſæis os obturavit. (H) H

Interim gentiles quidam ex his qui venerant ad

quia quæcumque popoſceris a Deo, dabit tibi Deus. 23. Dicit illi Jeſus: Reſurget frater tuus. 24. Dicit ei Martha: Scio quia reſurget in reſurrectione in noviſſima die. 25. Dixit ei Jeſus: Ego ſum reſurrectio, & vita: qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, vivet: 26. & omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? .. 32.... Domine, ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus... 35. Et lacrymatus eſt Jeſus ... 39. Ait Jeſus: Tollite lapidem .... 40.... Nonne dixi tibi, quoniam ſi credideris, videbis gloriam Dei? 41. Tulerunt ergo lapidem: Jeſus autem elevatis ſurſum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi quoniam audiſti me .....43. Hæc cum dixiſſet, voce magna clamavit: Lazare veni foras. 44. Et ſtatim prodiit qui erat mortuus, ligatus pedes, & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ſignata. Dixit eis Jeſus: Solvite eum, & ſinite abire ... 53. Ab illo ergo die cogitaverunt (Judæi) ut interficerent eum (Jeſum) 54. Jeſus ergo jam non in palam ambulabat apud Judæos, ſed abiit in regionem juxta deſertum, in civitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

(A) MATTH. 20. 17. Et aſcendens Jeſus Jeroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, & ait illis: 18. Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte. 19. Et tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die reſurget.

(B) LUC. XIX. 1. Et ingreſſus perambulabat Jericho. 2. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipſe dives; 3. & quærebat videre Jeſum, quis eſſet: & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat. 4. Et præcurrens aſcendit in arborem ſycomorum ut videret eum: quia inde erat tranſiturus. 5. Et cum veniſſet ad locum, ſuſpiciens Jeſus vidit illum; & dixit ad eum: Zachæe feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere. 6. Et feſtinans deſcendit: & excepit illum gaudens. 7. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem diverti
ſſet. 8. Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus; & ſi quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. 9. Ait Jeſus ad eum: Quia hodie ſalus domui huic facta eſt; eo quod & ipſe filius ſit Abrahæ. 10. Venit enim Filius hominis quærere & ſalvum facere quod perierat.

(C) MATTH. 20. 29. Et egredientibus illis ab Jericho, ſecuta eſt eum turba multa: 30. Et ecce duo cæci ſedentes ſecus viam, audierunt quia Jeſus tranſiret; & clamaverunt, dicentes: Domine, miſerere noſtri, fili David. 31. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miſerere noſtri, fili David. 32. Et ſtetit Jeſus, & vocavit eos, & ait: Quid vultis ut faciam vobis? 33. Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi noſtri. 34. Miſertus autem eorum Jeſus, tetigit oculos eorum, & confeſtim viderunt, & ſecuti ſunt eum.

(D) JOHAN. XII. 1. Jeſus ergo ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitavit Jeſus. 2. Fecerunt autem ei cœnam ibi: & Martha miniſtrabat, Lazarus vero unus erat ex diſcumbentibus cum eo. 3. Maria ergo accepit libram unguenti nardi piſtici pretioſi, & unxit pedes Jeſu, & extersit pedes ejus capillis ſuis: & domus impleta eſt ex odore unguenti. 4. Dixit ergo unus ex diſcipulis ejus, Judas Iſcariotes, qui erat eum traditurus: 5. Quare hoc unguentum non veniit trecentis denariis, & datum eſt egenis? 6. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. 7. Dixit ergo Jeſus: Sinite illam, ut in diem ſepulturæ meæ ſervet illud. 8. Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum: me autem non ſemper habetis.

(E) ZACHAR. 9. 9. Ecce Rex tuus veniet tibi juſtus, & Salvator: ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ.

(F) MATTH. XXI. 1. Et cum appropinquaſſent Jeroſolymis, & veniſſent Betphage ad montem Oliveti; tunc Jeſus miſit duos diſcipulos, 2. dicens eis: Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & ſtatim invenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea: ſolvite, & adducite mihi; 3. Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet: & confeſtim dimittet eos. 4. Hoc autem totum factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem: 5. Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubjugalis. 6. Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut præcepit illis Jeſus. 7. Et adduxerunt aſinam, & pullum: & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua: & eum deſuper ſedere fecerunt. 8. Plurima autem turba ſtraverunt veſtimenta ſua in via: alii autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via: 9. Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant, dicentes: Hoſanna filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini: hoſanna in altiſſimis.

(G) LUC. 19. 41. Et ut appropinquavit, videns civitatem flevit ſuper illam, dicens: 42. Quia ſi cognoviſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. 43. Quia venient in te: & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique. 44. Et ad terram proſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem: eo quod non cognoveris tempus viſitationis tuæ.

(H) MATTH. XXI. 10. Et cum intraſſet Jeroſolymam, commota eſt univerſa civitas, dicens: Quis eſt hic? 11. Populi autem dicebant: Hic eſt Jeſus Propheta a Nazareth Galilææ. 12. Et intravit Jeſus in templum Dei & ejiciebat omnes vendentes, & ementes in templo; & menſas numulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit. 13. Et dicit eis: Scriptum eſt; Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem feci-

Digitized by Google

ad templum ut adorarent in die feſto, voluerunt videre Jeſum, quibus ipſe ſe præbuit videndum; eaque occaſione glorificatus a Patre eſt voce cælitus delapſa inſtar tonitrus. (I) Tum
I Chriſtus ſignificans qua morte eſſet moriturus, & futuram inde gentium converſionem, ait;
Joh. xii. 31. 32. *Nunc judicium eſt mundi: nunc princeps hujus mundi ejicietur foras, & ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum.*

Veſpere urbe egreditur in Bethaniam non longe ab urbe diſtantem, mane vero die ſequente rediens maledixit ficui quæ ſtatim aruit, Die in docendo tranſacta, rediit iterum veſpere in Bethaniam. Poſtridie, hoc eſt feria ter-
K tia rediit Jeruſalem, mirantes Diſcipulos ficum aruiſſa docuit vim fidei & orationis. (K) In
L templum veniens tranſlationem regni Dei a Judæis ad Gentiles prædixit. (L) Docuit reddenda Cæſari quæ Cæſaris ſunt, & quæ ſunt Dei, Deo. (M) Phariſæos & Scribas ſuper cathedram Moyſi ſedentes juſſit audire, tamen ab operibus eorum malis abſtinendum. Graviſſime reprehendit eorum vitia, & contra eos octies *væ* ingeminavit. (N) Quibus abſolutis, M N
cum ſederet contra Gazophylacium, prætulit muneribus divitum eleemoſynam viduæ pauperis minuta duo ex iis quæ ſibi erant neceſſaria largientis. (O) O

Sub veſperam templo egreſſus, Diſcipulis ſtructuram ejus mirantibus, prædixit excidium ejus. Unde in montem uſque progreſſus oliveti, cum ſediſſet ex adverſo urbis ſpectiſſimis prædixit iterum & urbis & templi excidium, (P) item ſigna dedit ultimi adventus P
ſui, cujus typus fuit excidium Jeroſolymæ. Addidit incertum diem adventus ſui, adeoque omnibus vigilandum, quod declaravit fuſius adductis in medium variis Parabolis. (Q) Tandem Q

feciſtis illam ſpeluncam latronum. 14. Et acceſſerunt
Pſ. viii. 3. ad eum cæci, & claudi in templo, & ſanavit eos. 15. Videntes autem principes Sacerdotum, & Scribæ, mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hoſanna filio David: indignati ſunt. 16. Et dixerunt ei: Audis quid iſti dicunt? Jeſus autem dixit eis: Utique nunquam legiſtis: quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?

(I) JOHAN. XII. 20. Erant autem quidam Gentiles ex his, qui aſcenderant, ut adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, qui erat a Bethſaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Jeſum videre. 21. Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rurſum, & Philippus dixerunt Jeſu. 23. Jeſus autem reſpondit eis, dicens: Venit hora, ut clarificetur Filius hominis. 24. Amen, amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, 25. ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. 26. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & ubi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtraverit, honorificabit eum Pater meus. 27. Nunc anima mea turbata eſt. Et quid dicam? Pater, ſalvifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. 28. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo: Et clarificavi, & iterum clarificabo. 29. Turba ergo, quæ ſtabat, & audierat, dicebat tonitrum eſſe factum. Alii dicebant: Angelus ei locutus eſt. 30. Reſpondit Jeſus, & dixit: Non propter me hæc vox venit, ſed propter vos.

(K) MATT. XXI. 17. Et relictis illis, abiit foras extra civitatem in Bethaniam: ibique manſit. 18. Mane autem revertens in civitatem, eſuriit. 19. Et videns fici arborem unam ſecus viam, venit ad eam,
Iſai. v. 2. & nihil invenit in ea niſi folia tantum; & ait illi:
Jer. 11. 21. Numquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum. Et areſacta eſt continuo ficulnea. 20. Et videntes diſcipuli, mirati ſunt, dicentes: Quomodo continuo aruit? 21. Reſpondens autem Jeſus, ait eis: Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, & non hæſitaveritis non ſolum de ficulnea facietis, ſed & ſi monti huic dixeritis, Tolle, & jacta te in mare, fiet. 22. 23. Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. 23. Et cum veniſſet in templum, acceſſerunt ad eum docentem, Principes Sacerdotum, & ſeniores populi.

Eadem fere leguntur MARC. XI. 13. *& ſeq.*

(L) MATTH. XXI. 33. Aliam parabolam audite: Homo erat pater familias, qui plantavit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, & peregre profectus eſt. 34. Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſervos ſuos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus. 35. Et agricolæ apprehenſis ſervis ejus, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidaverunt. 36. Iterum miſit alios ſervos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter. 37. Noviſſime autem miſit ad eos filium ſuum, dicens: Verebuntur filium meum. 38. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem ejus. 39. Et apprehenſum eum ejecerunt extra vineam, & occiderunt. 40. Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? 41. Ajunt illi: Malos male perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis. 42. Dicit illis Jeſus: Numquam legiſtis in Scripturis: Lapidem quem re- Pſ. cxvii. 22.
probaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli; a Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. 43. Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus. 44. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur; ſuper quem vero ceciderit, conteret eum. 45. Et cum audiſſent Principes Sacerdotum & Phariſæi parabolas ejus, cognoverunt quod de ipſis diceret. 46. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam ſicut Prophetam eum habebant.

Eadem legere eſt MARC. I. 1. LUCÆ XX. 9.

(M) MATTH. XXII. 15. Tunc abeuntes Phariſæi, conſilium inierunt ut caperent eum in ſermone. 16. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis dicentes: Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo; non enim reſpicis perſonam hominum; 17. Dic ergo nobis quid tibi videtur, licet cenſum dare Cæſari? an non? 18. Cognita autem Jeſus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? 19. Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. 20. Et ait illis Jeſus: Cujus eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? 21. Dicunt ei: Cæſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo. 22. Et audientes mirati ſunt, & relicto eo, abierunt.

Eadem vide apud MARCUM XII. 13. *& apud* LUCAM XX. 20.

(N) *Vide ſupra hujuſce partis ſect.* I. *cap.* IV. §. 22. *littera* (G)

(O) MARC. XII. 41. Et ſedens Jeſus contra gazophylacium, aſpiciebat quomodo turba jactaret æs in gazophylacium, & multi divites jactabant multa. 42. Cum veniſſet autem vidua una pauper; miſit duo minuta, quod eſt quadrans. 43. Et convocans diſcipulos ſuos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit, qui miſerunt in gazophylacium. 44. Omnes enim ex eo, quod abundabat illis miſerunt; hæc vero de penuria ſua omnia quæ habuit miſit totum victum ſuum.

(P) MATTH. XXIV. 1. Et egreſſus Jeſus de templo, ibat. Et acceſſerunt diſcipuli ejus, ut oſtenderent ei ædificationes templi. 2. Ipſe autem reſpondens dixit illis: Videtis hæc omnia? amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. 3. Sedente autem eo ſuper monte Oliveti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecreto, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt? & quod ſignum adventus tui, & conſummationis ſæculi? 4. Et reſpondens Jeſus, dixit eis: Videte ne quis vos ſeducat; 5. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus; & multos ſeducent. 6. Audituri enim eſtis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini; oportet enim hæc fieri, ſed nondum eſt finis.

MARC. XIII. 1. *Eadem fere habentur.*

(Q) MATT. XXIV. 29. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum, Sol obſcurabitur, & Luna non dabit Ezec. xxxii. 7.
lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo, & virtutes cæ- Iſ. xiii. 10. Joel. iii. 15.

dem ſubjunxit formam futuri judicii genera-
lis. (R)

R Feria quarta mane prædixit Diſcipulis poſt
biduum ipſo die Paſchatis eſſe ſe in cruce mo-
S riturum. (S)

Hac ipſa die Judas, pacto inito cum principi-
bus Sacerdotum, promiſit Magiſtri ſui traditio-
nem, conſtituta proditori triginta argenteorum
ſumma, quæ triginta circiter libras juxta noſtram
computandi rationem conficit.

T (T) Idipſum Zacharias prædixerat. (V)

V Poſtera die, feria quinta pridie mortis ſuæ
miſit duos e Diſcipulis ſuis ad parandam ſibi
cœnam agni Paſchalis, dans eis indicium in-
X veniendæ domus. (X) Illuc ipſe ſe contulit
Luc. xxii. 15. cum cæteris Diſcipulis ſuis, atque: *Deſiderio
deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum an-
tequam patiar.*

Y (Y) Peracta cœna lavit pedes omnium Apo-
ſtolorum; mox cum accubuiſſet iterum men-
ſæ, inſtituit Sacroſanctum corporis & ſangui-
Z nis ſui ſacrificium & ſacramentum ſub ſpecie
Par. 3. Sect. 1. c. 4. & Sect. 2. c. 7. panis & vini. (Z) De quibus infra fuſius di-
ſputabimus in tractatibus de Eucharistia & de
ſacrificio Miſſæ.

§. 12. *Chriſti Sermo poſt cœnam Euchariſticam, & Oratio poſt ſermonem.*

I. Quid egit Chriſtus poſtquam inſtituit Sa-
croſanctam Euchariſtiam?

R. Prædixit hac ipſa nocte tradendum eſſe
ſe ab uno e Diſcipulis ſuis; ſciſcitantibusque
ſingulis quiſnam is eſſet, notavit Judam Iſca-
riotem, ut is vel hac ipſa notatione reſipi-
ſceret. Ille autem non reſipuit; ſed cum in-
traſſet diabolus in cor ejus, ſtatim exiit ad
conſummandum jam conceptum animo tan-
tum nefas. Exeunti dixit Jeſus: *Quod facis* Joh. 13. 27.
fac citius. (A) A

Mox dicto cum Diſcipulis ſuis hymno quod
a Judæis dici conſueverat poſt eſum agni Pa-
ſchalis; cum contenderent inter ſe Diſcipuli
quis eorum videretur eſſe major, horum Chri-
ſtus contentionem diremit commendata hu-
militate, (B) additoque mandato novo mu- B
tuæ dilectionis. (C) Deinde oraſſe ſe ait ne C
non deficeret fides Petri. (D) Cui jactanti D
conſtantiam ſuam prædixit trinam negationem,
ſicut & converſionem, & perſeverantiam in fi-
de.

lorum movabuntur: 30. Et tunc parebit ſignum Filii hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa, & majeſtate. 31. Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a ſummis cælorum uſque ad terminos eorum. 32. Ab arbore autem fici diſcite parabolam: Cum jam ramus ejus tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia prope eſt æſtas. 33. Ita & vos cum videritis hæc omnia, ſcitote quia prope eſt in januis. 34. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant. 35. Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præ-
Gen. xxx. 5. teribunt. 36. De die autem illa & hora nemo ſcit, neque Angeli cælorum, niſi ſolus Pater. 37. Sicut autem in diebus Noe, ita erit & adventus Filii hominis. 38. Sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, uſque ad eum diem quo intravit Noe in arcam; 39. & non cognoverunt donec venit diluvium, & tulit omnes: ita erit & adventus Filii hominis. 40. Tunc duo erunt in agro: unus aſſumetur, & unus relinquetur. 41. Duæ molentes in mola: una aſſumetur, & una relinquetur. 42. Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit.

Eadem fere leges Marc. xiii. 24. Luc. xxi. 25.

(R) Matth. xxv. 31. Cum autem venerit Filius hominis in majeſtate ſua, & omnes Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem majeſtatis ſuæ. 32. Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab invicem ſicut paſtor ſegregat oves ab hœdis. 33. Et ſtatuet oves quidem a dextris ſuis, hœdos autem a ſiniſtris. 34. Tunc dicet rex his, qui a dextris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei, &c.... 41. Tunc dicet & his qui a ſiniſtris erunt: Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis ejus...46. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam.

(S) Matt. xxvi. 1. Et factum eſt: cum conſummaſſet Jeſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis: 2. Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur ut crucifigatur. 3. Tunc congregati ſunt principes Sacerdotum & ſeniores populi in atrium principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: 4. Et conſilium fecerunt ut Jeſum dolo tenerent, & occiderent. 5. Dicebant autem: Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo.

Idem leges Marc. xiv. 1. Luc. xxii. 1.

(T) Matth. xxvi. 14. Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iſcariotes, ad principes Sacerdotum. 15. Et ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. 16. Et exinde quærebat opportunitatem ut eum traderet.

Marci xiv. 10. Luc. xxii. 3. *eadem fere leguntur.*

(V) Zach. xi. 12. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteis.

(X) Matth. xxvi. 17. Prima autem die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum, dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Paſcha? 18. Et dixit: Ite in civitatem ad quemdam, & dicite ei: Magiſter dicit: Tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis. 19. Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Jeſus, & paraverunt Paſcha.

Eadem vide Marc. xiv. 12. & Luc. xxii. 7.

(Y) Johan. xiii. 2. Et cœna facta,...3. ſciens quia omnia ei tradidit pater in manus, & quia a Deo exivit, & ad Deum vadit: 4. Surgit a cœna, & ponit veſtimenta ſua: & cum accepiſſet linteum præcinxit ſe. 5. Deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.... 12. Poſtquam ergo lavit pedes eorum, & accepit veſtimenta ſua; cum recubuiſſet iterum.

(Z) Luc. xxii. 17. Accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite, & dividite inter vos, 18. Dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. 19. Et accepto pane gratias egit, & fregit & dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. 20. Similiter & calicem, poſtquam cœnavit, dicens: Hic eſt calix novum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur.

(A) Johann. xiii. 21.... Amen, amen dico vobis: Quia unus ex vobis tradet me. 22. Aſpiciebant ergo ad invicem diſcipuli, hæſitantes, de quo diceret. 23. Erat ergo recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu Jeſu, quem diligebat Jeſus. 24. Innuit ergo huic Simon Petrus: & dixit ei: Quis eſt, de quo dicit? 25. Itaque cum recubuiſſet ille ſupra pectus Jeſu, dicit ei: Domine, quis eſt? 26. Reſpondit Jeſus: Ille eſt, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxiſſet panem, dedit Judæ Simonis Iſcariotæ. 27. Et poſt buccellam, introivit in eum ſatanas. Et dixit ei Jeſus: Quod facis, fac citius.

(B) Luc. xxii. 24. Facta eſt autem & contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe major. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur. 26. Vos autem non ſic: ſed qui major eſt in vobis, fiat ſicut minor: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.

(C) Johan. xiii. 34. Mandatum novum do vobis: ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos. 35. In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.

(D) Luc. xxii. 31. Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce ſatanas expetivit vos ut cribraret ſicut triticum. 32. Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua: & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.

Matth.

Digitized by Google

E de prædixerat. (E) Cum autem videret Diſcipulos ſuos triſtes. & proditionis Judæ, & Petri negationis, & mox futuræ paſſionis mortiſque prædictione angi vehementer animo & conſternari, conſolatur & erigit eorum animos ſermone eximio, & vere paterno, qui dicitur Sermo poſt cœnam: cujus hæc ſumma eſt.

Hujus ſermonis initium peti poteſt ab iis quæ mox retulimus, Mox jubet Apoſtolos

F

Johan. xiv. v. 3. æquo animo eſſe, nec turbari, (F) *quia* inquit, *vado parare vobis locum,... & iterum venio, & accipiam vos ad me ipſum, ut ubi ſum*

Ibid. 6. *ego & vos ſitis. Ego* enim *ſum via, veritas & vita.* Tum ſubjecit quædam de ineffabili unione

Ibid. 14. ſua cum patre: *Ego*, inquit, *in Patre, & Pater in me eſt.* Diſcipulis pollicetur id ſi crederent eos opera majora facturos quam ipſe fe-

G

Ibid. 14. ciſſet: (G) Et *ſi quid petieritis*, inquit, *Patrem in nomine meo, hoc faciam.*

Tum ſubdit, miſſurum ſe ipſis Spiritum ſanctum, ſpiritum veritatis, qui docturus eos eſſet omnem veritatem, Spiritum ſanctitatis, quem mundus non poteſt cognoſcere: miſſurum,

H

Joh. xv. 23. inquam, ut maneret apud eos in æternum. (H) Hæc addit poſtea:

Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit:

Ibid. 26. *& Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus...*

Spiritus ſanctus ... docebit vos omnia & ſuggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis. 27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis ... 28. Si diligeretis me, gauderetis utique quia ad Patrem vado ... 30. Jam non multa loquar vobiſcum, venit enim princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam. 31. Sed ... ſicut mandatum dedit mihi Pater ſic facio.

Hactenus locutus fuerat Chriſtus ſedens eo

Ibid. 31. in loco ubi celebrata fuerat cœna Paſchalis.

Joh. xv. 1. His dictis: *ſurgite*, inquit, *eamus hinc.* Tum continuato in via ſermone diſſerens:

Ego ſum, inquit, *vitis vera, & Pater meus agricola eſt. 2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum; & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat ... 4. Sicut palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis. 5. Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum; quia ſine me nihil poteſtis facere. 6. Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet...*

9. Manete in dilectione mea. 10. Si præcepta mea ſervaveritis manebitis in dilectione mea..... 12. Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem ſicut dilexi vos. 13. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Quibus verbis clare docet, quemadmodum ipſe pro nobis erat animam mox daturus, ita & nos debere pro fratribus animas ponere. Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 12.

Tum ſubdidit, *Vos amici mei eſtis ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. 15. Jam non dicam vos ſervos; quia ſervus neſcit quid faciat Dominus ejus: vos autem dixi amicos; quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. 16. Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos & poſui vos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat; ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo det vobis.* Ibid. 14.

17. Hæc mando vobis ut diligatis invicem. 18. Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. 19. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret; quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. 20. Mementote ſermonis quem ego dixi vobis: non eſt ſervus major Domino ſuo. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur... 22. Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent; nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo... 24. Si opera non feciſſem ... quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent ... 26. Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, ſpiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. 27. Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.

1. Hæc locutus ſum vobis, ut non ſcandalizemini. 2. Abſque ſynagogis facient vos: ſed venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo... Johan. xvi.

5. Et nunc vado ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me: Quo vadis? 6. Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia implevit cor veſtrum. 7. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, ut ego vadam: ſi enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos. 8. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato & de juſtitia & de judicio. 9. De peccato quidem, quia non crediderunt in me: 10. De juſtitia vero, quia ad Patrem vado, & jam non videbitis me: 11. De judicio autem, quia princeps hujus mundi jam judicatus eſt. 12. Adhuc multa habeo vobis dicere; ſed non poteſtis portare modo. 13. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem...

16. *Ma-*

Zach. xiii. 7. (E) MATTH. XXVI. 31. Tunc dicit illis Jeſus: Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. Scriptum eſt enim: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gregis. 32. Poſtquam autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. 33. Reſpondens autem Petrus, ait illi: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego numquam ſcandalizabor. 34. Ait illi Jeſus: Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. 35. Ait illi Petrus: Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.

LUC. XXII. 34... Et dixit eis: 35. Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? 36. At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc, qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram: & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium. 37. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod ſcriptum eſt, oportet

Iſ. liii. 12. impleri in me: Et cum iniquis deputatus eſt. Etenim ea, quæ ſunt de me, finem habent. 38. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladii hic. At ille dixit eis: Satis eſt.

(F) JOHAN. XIV. 1. Non turbetur cor veſtrum. Creditis in Deum, & in me credite. 2. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.

(G) JOHAN. XIV. 12. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora horum faciet: quia ego ad Patrem vado. 13. Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio. 14. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

(H) JOHAN. XIV. 15. Si diligitis me, mandata mea ſervate. 16. Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, 17. Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum: vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. 18. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.

S. AUG.

Digitized by Google

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 12.

16. *Modicum, & jam non videbitis me; & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem... 20. Amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos vero contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. 21. Mulier cum parit, triſtitiam habet... Cum autem pepererit puerum, jam non meminit preſſuræ propter gaudium... 22. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum; & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis...*

23. *Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis: 24. Uſque modo non petiſtis quidquam in nomine meo: petite & accipietis, ut gaudium veſtrum ſit plenum 25. Hæc in proverbiis locutus ſum vobis: venit hora cum jam non in proverbiis loquar vobis, ſed palam de Patre annunciabo vobis... 27. Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia ego a Deo exivi. 28. Exivi a Patre & veni in mundum: iterum relinquo mundum & vado ad Patrem.*

29. *Dicunt ei Diſcipuli ejus: Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis. 30. Nunc ſcimus quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi ut quis te interroget: in hoc credimus, quia a Deo exiſti.*

31. *Reſpondit eis Jeſus: Modo creditis? 32. Ecce venit hora, & jam venit, ut diſpergamini unuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis: & non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt. 33. Hæc locutus ſum vobis ut in me pacem habeatis, ſed confidite, ego vici mundum.*

Atque ita finem loquendi fecit.

I. Iſthæc omnia ſoliſne Apoſtolis a Chriſto dicta ſunt?

R. Non Apoſtolis ſolum ſed & omnibus omnino Chriſtianis ad finem uſque ſæculorum dicta ſunt. In perſona Apoſtolorum nobis Chriſtus locutus eſt. Hæc ideo ſcripta ſunt ut nobis dicta putemus, & mores noſtros ad hæc omnia
I componamus. (I)

I. Quid egit Chriſtus peracto ſermone memorato?

R. Sublevatis ad cœlum oculis, eximia oratione Patrem precatus eſt; Primo pro ſemetipſo; Deinde pro Apoſtolis; Tum pro iis omnibus qui credituri erant per verbum Apoſtolorum, & quibus ipſe daturus erat vitam æternam.

I. Quid Patrem pro ſe rogavit?

R. Dixit 1. *Pater venit hora, clarifica filium*
Joh. XVII. *tuum, ut filius tuus clarificet te: 2. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, ut omne quod dediſti ei, det eis vitam æternam... 4. Ego te clarificavi ſuper terram: opus conſummavi quod dediſti mihi ut faciam. 5. Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum claritate, quam habui, priuſquam mundus eſſet apud te.*

I. Quid Patrem oravit pro Apoſtolis?

R. 6. *Manifeſtavi*, inquit, *nomen tuum homi-* Ibid.
nibus quos dediſti mihi de mundo: tui erant, & mihi eos dediſti; & ſermonem tuum ſervaverunt. 7. Nunc cognoverunt quia omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt: 8. quia verba quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt, & cognoverunt vere quia a te exivi, & crediderunt quia tu me miſiſti. 9. Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt: 10. & mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt; & clarificatus ſum in eis, 11. Et jam non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt; & ego ad te venio. Pater ſancte ſerva eos in nomine tuo quos dediſti mihi, ut ſint unum ſicut & nos. 12. Cum eſſem cum eis, ego ſervabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi, cuſtodivi; & nemo ex eis periit niſi filius perditionis, ut Scriptura impleatur. 13. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. 14. Ego dedi eis ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. 15. Non rogo ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerves eos a malo. 16. De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo. 17. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt. 18. Sicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum. 19. Et pro eis ego ſanctifico me ipſum, ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate.

I. Quid ſibi volunt hæc verba Chriſti: *non pro mundo rogo?*

R. His verbis ſignificatur Chriſtum non oraſſe oratione ſpeciali pro iis qui vivunt ſecundum concupiſcentiam mundi, in eoque vivendi ratione uſque ad obitum ſuum perſeveraturi. Quicunque enim a mundi concupiſcentia ante obitum alieni futuri ſunt, pro his ſpecialiter orovit Chriſtus. (K) K

I. Quid petiit Chriſtus pro iis qui credituri erant per verbum Apoſtolorum, & quibus ipſe daturus erat vitam æternam?

R. Poſtquam oravit pro Apoſtolis, hæc addidit:

20. *Non pro eis autem rogo tantum, ſed &*
pro iis qui credituri ſunt per verbum eorum in Joh. XVII.
me: 21. ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint; ut credat mundus, quia tu me miſiſti, 22. Et ego claritatem quam dediſti mihi, dedi eis; ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus. 23. Ego in eis, & tu in me; ut ſint conſummati in unum; & cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos ſicut & me dilexiſti. 24. Pater quos dediſti mihi, volo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum; ut videant claritatem meam, quam dediſti mihi: quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. 25. Pater juſte, mundus te non cognovit; ego autem te cognovi: & hi cognoverunt quia tu me miſiſti. 26. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam; ut dilectio,

Joh. XIV. 12. (I) S. Aug. *Tract. 73. in Johann. Evang. c. 14. num. 2.* Numquid in eum ſoli Apoſtoli crediderunt? Ad eos itaque loquebatur dicendo: *qui credit in me*, in quibus eo donante etiam nos ſumus.

Tract. 76. num. 2. Diſcipulus magiſtrum interrogavit, ut non ſolum illi qui tunc audiebant per os ejus, ſed etiam nos per Evangelium ejus hoc noſſe poſſemus.

Tract. 104. num. 2.... Poterat Dominus unigenitus & coæternus Patri.... orare ſilentio: ſed ita ſe Patri exhibere voluit precatorem, ut meminiſſet noſtrum ſe eſſe Doctorem. Proinde eam fecit orationem pro nobis, notam fecit & nobis.

Si quis horum ſermonum Chriſti pleniorem vult intelligentiam adipiſci, legat S. Cyrilli *libros 9. & 10. & duo priora capita libri undecimi in Johannis Evangelium, & S.* Augustini *tractatus eximios in Johannem, a tractatu 63. ad 104.*

(K) S. August. *in Johann. Ev. cap. 17. tract. 107. nu. 1. Non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi.* Joh. XVII. 9.
Mundum vult modo intelligi, qui vivunt ſecundum con-

Digitized by Google

lectio, qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in
L *ipſis*. (L)

§. 13. *Chriſtus in horto.*

I. Quid egit Chriſtus poſtquam hæc locutus eſt?

R. His dictis egreſſus eſt trans torrentem Cedron, quem & David, Chriſti figuram præferens, tranſierat olim pedes & mœſtus dum fu-
A geret rebellem filium Abſalonem. (A)

Tranſmiſſo torrente aſcendit in montem Olivarum non longe ab urbe diſſitum, venitque in prædium cui nomen Gethſemani, ubi erat hortus, in quem introivit præſciens illuc venturum eſſe Judam, ut traderet eum Judæis.

Matt. xxvi. 36. 41. Tunc dixit Diſcipulis, *Sedete hic donec orem; orate ne intretis in tentationem*; ipſe autem aſſumto ſecum Petro & Jacobo & Johanne, qui teſtes fuerant transfigurationis, dixit
Ibid. 38. illis, *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem:*
B *ſuſtinete hic & vigilate mecum*. (B) Mox progreſſus puſillum ab eis ut ſolus oraret, tantum excitavit in ſe angorem & mœrorem, ut factus in agonia, in faciem proſtratus, ter Pa-
Luc. xxii. 42. trem oraverit, *Pater ſi fieri poteſt transfer Calicem iſtum a me: verumtamen*, inquit, *non mea voluntas ſed tua fiat*. Tunc factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis decurrentis ſuper terram. Et apparuit Angelus de cælo confortans eum. (C) Pars I. Sacr. II. Cap. I. §. 13.
C

I. Cur Chriſtus utique homo Deus tantopere contriſtatus eſt imminente morte quam toties prædixerat, quam tam ardenter concupierat?

R. 1. Hos humanæ infirmitatis affectus, inquit ſanctus Auguſtinus, Dominus Jeſus, non conditionis neceſſitate, ſed miſerationis voluntate ſuſcepit. Qui peccata noſtra tulerat, voluit confuſionem & pœnam omnem peccati debitam ſuſtinere; & infirmiores ex membris ſuis conſolari, ut, ſi cui eorum inter humanas tentationes contriſtari & dolere contingeret, is intelligeret non eſſe iſta peccata, ſed infirmitatis humanæ indicia, ſi tamen, exemplo Chriſti, voluntas humana divinæ ſubjiciatur. (D) In Pſal. 87. n. 3.
D

2. Hinc evidenter ſignificare voluit Chriſtus, eſſe ſe hominem verum & mortalem, nec humani a ſe quidquam, excepto peccato, habuiſſe alienum: quod negaturi erant Manichæi & Apollinariſtæ Hæretici. (E)
E

I. Poſt agoniam & orationem quid egit Chriſtus in horto?

R. Di-

concupiſcentiam mundi, & non ſunt in eis forte gratiæ, ut ab illo eligantur ex mundo. Non itaque pro mundo, ſed pro his quos ei Pater dedit, rogare ſe dicit: per hoc enim quod eos illi Pater jam dedit, factum eſt ut non pertineant ad eum mundum, pro quo non rogat.

(L) *Ad hujuſce Chriſti precationis pleniorem cognitionem, lege* S. CYRILLI *librum* 11. *in Johannis Evangelium, a capite tertio ad medium duodecimi, &* S. AUG. *in eumdem Evangeliſtam tractatus a* 104. *ad* 112.

(A) JOANN. xviii. 1. Hæc cum dixiſſet Jeſus, egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron.

(B) MATTH. xxvi. 36. Tunc venit Jeſus cum illis (diſcipulis) in villam, quæ dicitur Gethſemani, dixit diſcipulis ſuis: Sedete hic, donec vadam illuc, & orem. 37. Et aſſumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cœpit contriſtari & mœſtus eſſe. 38. Tunc ait illis: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: ſuſtinete hic, & vigilate mecum. 39. Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam, orans, & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte: verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. 40. Et venit ad diſcipulos ſuos, & invenit eos dormientes ... 42. Iterum ſecundo abiit, & oravit, dicens: Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum, fiat voluntas tua.

Eadem fere leges apud MARCUM xiv. 32. *Et apud* LUCAM xxii. 39.

(C) LUC. xxii. 43. Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. 44. Et factus eſt ſudor ejus, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. 45. Et cum ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, invenit eos dormientes præ triſtitia. 46. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationem.

(D) S. AUG. *in Pſalm.* LXXXVII. *n.* 3. *ſup. verſ.* 4. Hos autem humanæ infirmitatis affectus, ſicut ipſam carnem infirmitatis humanæ, ac mortem carnis humanæ Dominus Jeſus, non conditionis neceſſitate, ſed miſerationis voluntate ſuſcepit; ut transfiguraret in ſe corpus ſuum, quod eſt Eccleſia, cui caput eſſe dignatus eſt, hoc eſt, membra ſua in ſanctis & fidelibus ſuis: ut ſi cui eorum inter humanas tentationes contriſtari & dolere contingeret, non ideo ſe ab ejus gratia putaret alienum; & non eſſe iſta peccata, ſed humanæ infirmitatis indicia .... ex ipſo ſuo capite addiſceret.

Enarrat. in Pſal. XCIII. *n.* 19.... Quoſdam ergo infirmos in ſe præfigurans, vel in corpore ſuo, ex per-
Mat. xxvi. 39. ſona infirmorum compatiens illis, ait: Pater, ſi fieri poteſt tranſeat a me calix iſte. Oſtendit hominis voluntatem: ſi in ipſa voluntate maneret, jam pravum cor videretur oſtendere. Sed ſi compaſſus eſt tibi, & te liberat in ſe; imitare quod ſequitur, dicens; Verum non quod ego volo, ſed quod tu vis, Pater... Ibid.
Ergo triſtis fuit? Prorſus triſtis, ſed voluntate ſuſcipiens triſtitiam, quomodo voluntate ſuſcipiens carnem; quomodo voluntate carnem veram, ſic voluntate triſtitiam veram. Sic ergo voluntate oſtendit in ſe, ut ſi foris ſubrepſerit tibi humana infirmitas, & cœperit aliud velle quam Deus vult, videas pravitatem cordis tui extra regulam, ſigas illud ad regulam & dirigatur in Deum cor tuum, quod in homine cœ- Ibid. 38.
perat eſſe pravum. Sic ergo Dominus te oſtendens dixit, Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: & dixit, Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte. Sed ſtatim fac, quod ideo fecit, ut te doceret: Verum non quod ego volo, ſed quod tu vis, Pater. Si enim hoc feceritis, juſtitiam habebitis: ſi juſtitiam habebitis, rectum eſt cor: ſi rectum eſt cor, juſtitia illa quæ modo tolerat, convertetur in judicium; & poſtea judicante Domino tuo, non ſolum non expaveſces mala, ſed etiam gloriaberis de corona.

Enarrat. in Pſalm. CXLI. *ſerm.* III. *n.* 11.... Cum videret multos pronos & gaudentes ituros ad martyrium paſſionis, exultaturos in ipſa paſſione, fortes, centenarios maturos ad horreum; quorumdam tamen infirmorum, quos videbat poſſe conturbari ventura paſſione, ne deficerent tamen, ſed potius voluntatem humanam voluntati Creatoris conjungerent, ipſorum perſonam voluit ſuſcipere in paſſione Chriſtus, dicens, Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: & iterum, Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte. Docuit quid eſſet dicturus infirmus, ſed ſecutus oſtendit quid facere deberet infirmus: Verumtamen non quod ego volo, ſed quod tu vis, Pater. Ibid. ut ſupra.

De conſenſu Evang. lib. 3. *cap.* 4. *num.* 14. Oportuit enim ut bonus magiſter & verus Salvator infirmioribus compatiens, in ſe ipſo demonſtraret, non debere ſuos martyres deſperare, ſi qua forte cordibus eorum irreperet ſub tempus paſſionis ex humana fragilitate triſtitia, cum eam vincerent voluntati ſuæ præponendo voluntatem Dei; quia ille ſcit quid expediat quibus conſulit.

(E) S. AMBROS. *Lib.* 10. *in Lucam, num.* 56. Confidenter ergo triſtitiam nomino, quia crucem prædico; neque enim ſpeciem Incarnationis ſuſcepit, ſed veritatem. Debuit ergo & dolorem ſuſcipere, ut vinceret triſtitiam, non excluderet. Neque enim habent fortitudinis laudem, qui ſtuporem magis vulnerum tulerint quam dolorem.

N. 57. Nos vult erudire; ut quia in Joſeph didiceramus carcerem non timere, mortem vincere diſceremus in Chriſto..... Quomodo enim te imitaremur, Domine Jeſu, niſi ſequeremur ut hominem, niſi mortuum crederemus, niſi vulnera vidiſſemus? .... Doles ergo, Domine, non tua, ſed mea vulnera: non tuam mortem, ſed noſtram infirmitatem.

N. 60.

Digitized by Google

Part. I. Sectio II. Cap. I. §. 13. R. Diſcipulos mœrore & labore & ſomno op-
preſſos excitavit. *Surgite*, inquit, *eamus: Ec-*
ce appropinquavit qui me tradet. Mox proceſſit
Matt. xxvi. 46. obviam proditori ad ſe venienti cum armatorum
manu a Sacerdotibus Judæorum miſſa ad capien-
F dum Jeſum. (F)

Et confeſtim accedens ad eum Judas dixit,
Ibid. 49. *Ave Rabbi; & oſculatus eſt eum:* Hoc enim
ſignum dederat Judæis traditor, ut quemcun-
G que oſculatus fuiſſet, hunc tenerent. (G) Quo
cognito Jeſus, ut Judam ad ſe hoc ultimo amo-
Ibid. 50. ris indicio revocaret, ait illi, *Amice ad quid*
H *veniſti, Juda oſculo Filium hominis tradis?* (H)
Mox Juda in obduratione permanente, acceſſit
ad Judæos Jeſus, petiitque ab eis, quem quæ-
Joh. xviii. 5. rerent. *Jeſum Nazarenum*, inquiunt. Reſpon-
dit Jeſus, *Ego ſum*. Quo dictu omnes abie-
runt retrorſum, hac Chriſti voce in terram
proſtrati. Hac nimirum ſuæ virtutis oſtenſione
ſignificare voluit Chriſtus non invitum ſed vo-
lentem ſe mori.

Tandem tradidit ſe Jeſus in eorum manus,
permiſitque ſe ligari, cum prius juſſiſſet ut ſine-
I rent Diſcipulos ſuos abire. (I)

I. Quid ergo actum eſt de Apoſtolis?

K *R.* Hi ſubito terrore correpti fugerunt. (K)
Petrus autem audacior, educto in defenſionem
Magiſtri ſui gladio, percuſſit ſervum ſummi
Sacerdotis Malchum nomine, amputavitque
ejus auriculam. Tunc Jeſus ſanavit Malchum,
L objurgavit Petrum, (L) Judæoſque reprehen-
dit quod ad eum veniſſent tamquam ad latro-
nem, cum potuiſſent toties cum in templo com-
prehendere, ubi palam docere conſueverat. (M) M
Sed hæc eſt, inquit, *hora veſtra & poteſtas tene-* Luc. xxii. 53.
brarum, ut impleantur Scripturæ.

I. Qua hora comprehenſus eſt Jeſus?

R. Qua præciſe hora non conſtat. Id certum
eſt Jeſum fuiſſe comprehenſum ſub finem feriæ
quintæ, cum jam nox eſſet. Hinc referunt Evan-
geliſtæ Judæos ad Chriſtum acceſſiſſe cum later-
nis & facibus. (N) N

I. Proditio Judæ fueratne a Judæis prædicta?

R. Hanc velut in typo adumbraverat prodi-
tio Achitophel, qui cum fuiſſet Davidi a ſe-
cretioribus conſiliis fugit tamen ad partes Abſa-
lonis. Cujus proditionis occaſione David in
Pſalmis hæc verba habet, quæ S. Petrus in
Actis Apoſtolorum innuit fuiſſe relata velut Pro-
phetiam proditionis Judæ.

Homo pacis meæ in quo ſperavi, qui edebat Pſ. xl. 10. 11.
panes meos magnificavit ſuper me ſupplantationem.
Tu autem Domine miſerere mei & reſuſcita me &
retribuam eis.

Et alibi: *Si inimicus meus maledixiſſet mi-* Pſ. liv. 13. 16.
hi, ſuſtinuiſſem utique. Et ſi is qui oderat me
ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me
forſitan ab eo. Tu vero homo unanimis dux meus
& notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas
cibos, in domo Dei ambulavimus cum conſenſu.
Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infer-
num viventes, &c.

Et alibi: *Quem percuſſiſti perſecuti ſunt, &* Pſ. lxviii. 26. 27.
ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt .... Act. 1. 20.
Fiat commoratio eorum deſerta, & non ſit qui
inhabitet in ea,

Et

Luc. xxii. 42. N. 60. *Non mea voluntas, ſed tua fiat*. Suam ad ho-
minem retulit: Patris, ad divinitatem: voluntas
enim hominis temporalis, voluntas divinitatis æter-
na. Non alia voluntas Patris, alia Filii; una enim
voluntas, ubi una divinitas. Diſce tamen Deo eſſe
ſubjectus, ut non quod ipſe vis eligas, ſed quod Deo
ſcias eſſe placiturum.

Pſ. vi. 4. N. 61. Nunc *anima mea turbata eſt valde*, Non er-
go ſuſcipiens, ſed ſuſcepta turbatur; anima enim
obnoxia paſſionibus, divinitas libera.... Triſtis au-
tem eſt non ipſe, ſed anima. Non eſt triſtis ſapien-
tia, non divina ſubſtantia, ſed anima. Suſcepit cor-
pus meum: non me fefellit, ut aliud eſſet, aliud
videretur. Triſtis videbatur, & triſtis erat, non pro
ſua paſſione, ſed pro noſtra diſperſione.

Luc. xxii. S. JOHAN. CHRYSOST. *Homil.* 84. *in cap. Matth.* 26.
initio. Ipſe vero (Chriſtus) intentius orat, adeo ut
vel ſudores uberius defluxerint. Ea rurſus de cauſa,
ne hypocriſis res iſta videatur, nere poſſint Hæreti-
ci dicere, quod anxietatem & triſtitiam iſtam ſimu-
laverit, idcirco & ſudores quaſi guttæ ſanguinis de-
fluxerunt, & Angelus confortans eum, & multa ſi-
gna timoris apparuerunt, ne quis ficta hæc audeat
verba dicere: hac etiam de cauſa orat. Eo igitur
quod dixit, Tranſeat ſi poſſibile eſt, humanitatem
Mat. xxvi. 39. ſuam oſtendit, eo vero quod, *Non ut ego volo, ſed*
ut tu, ſublimem admirabilis philoſophiæ virtutem
tradidit: cum exemplo nos doceat, etiam natura ab-
horrente ac renitente Deum eſſe ſequendum.

(F) JOHANN. XVIII. 2. Sciebat autem & Judas, qui
tradebat eum, locum: quia frequenter Jeſus conve-
nerat illuc cum diſcipulis ſuis. 3. Judas ergo cum
accepiſſet cohortem, & a Pontificibus & Phariſæis mi-
niſtros, venit illuc cum laternis, & facibus, & ar-
mis. 4. Jeſus itaque ſciens omnia, quæ ventura erant
ſuper eum, proceſſit, & dixit eis: Quem quæritis?
5. Reſponderunt ei: Jeſum Nazarenum. Dicit eis
Jeſus: Ego ſum. Stabat autem & Judas, qui trade-
bat eum, cum ipſis. 6. Ut ergo dixit eis, ego ſum,
abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. 7. Ite-
rum ergo interrogavit eos: Quem quæritis? Illi au-
tem dixerunt: Jeſum Nazarenum. 8. Reſpondit Je-
ſus: Dixi vobis, quia ego ſum: ſi ergo me quæri-
tis, ſinite hos abire. 9. Ut impleretur ſermo quem
Joh. xxii. 12. dixit: Quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis
quemquam.

(G) MATTH. XXVI. 48. Qui autem tradidit eum,
dedit illis ſignum, dicens: Quemcumque oſculatus
fuero, ipſe eſt, tenete eum. 49. Et confeſtim ac-
cedens ad Jeſum, dixit: Ave Rabbi: Et oſculatus
eſt eum.

(H) LUC. XXII. 48. Jeſus autem dixit illi: Juda,
oſculo Filium hominis tradis? 49. Videntes autem
hi qui circa ipſum erant, quod futurum erat, dixe-
runt ei: Domine, ſi percutimus in gladio?

(I) JOHAN. XVIII. 12. Cohors ergo, & tribunus,
& miniſtri Judæorum comprehenderunt Jeſum, & li-
gaverunt eum.

(K) MATT. XXVI. 56. ... Tunc diſcipuli omnes,
relicto eo, fugerunt.

S. AUG. *In Pſal.* LXXIV. *num 6*. Quodam terræ mo-
tu etiam ipſæ columnæ nutaverunt, in paſſione Do-
mini omnes Apoſtoli deſperaverunt. Ergo columnæ
illæ quæ paſſione Domini nutaverunt, reſurrectione
firmatæ ſunt ... Terruerunt eos vulnera, firmaverunt
cicatrices ... Habere voluit unde nutantes columnas
firmaret.

S. GREG. MAGN. Papa *Lib.* 2. *Moral. in Job c.* 21.
Dum Judæa in crudelitatem Dominicæ perſecutionis
exarſit, Apoſtolorum fidem deſperationis formidine
obruit ... Teneri enim tantummodo magiſtrum vi-
derunt, & jam negantes per diverſa fugiebant.

(L) JOHAN. XVIII. 10. Simon ergo Petrus habens
gladium eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſervum:
& abſcidit auriculam ejus dexteram. Erat autem no-
men ſervo Malchus.

MATTH. XXVI. 52. Tunc ait illi Jeſus: Converte
gladium tuum in locum ſuum: omnes enim qui ac-
ceperint gladium, gladio peribunt. 53. An putas,
quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibe-
bit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelo-
rum? 54. Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia
ſic oportet fieri.

LUC. XXII. 51. ..... Et cum tetigiſſet auriculam
ejus, (Malchi) ſanavit eum.

(M) LUC. XXII. 52. Dixit autem Jeſus ad eos,
qui venerant ad ſe, principes Sacerdotum, & magi-
ſtratus templi, & ſeniores: Quaſi ad latronem exiſtis
cum gladiis & fuſtibus.

(N) JOHAN. XVIII. 3. Judas autem cum accepiſſet
cohortem, & a Pontificibus, & Phariſæis miniſtros,
venit illuc cum laternis, & facibus, & armis.

MAT-

Digitized by Google

Pſ. cviii. 1. Et alibi: *Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris, & os doloſi ſuper me apertum eſt . . . 3. Locuti ſunt adverſum me lingua doloſa, & ſermonibus odii circumdederunt me, & expugnaverunt me gratis. 4. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi: ego autem orabam. 5. Et poſuerunt adverſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. 6. Conſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet a dextris ejus. 7. Cum judicatur, exeat condemnatus, & oratio ejus fiat in peccatum. 8. Fiant dies ejus pauci, & epiſcopatum ejus accipiat alter, &c.*

Zac. xi. 12. 13. Hæc quoque prædixerat ea de re Zacharias Propheta: *Appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Projice illud ad ſtatuarium, decorum pretium quo appretiatus ſum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & projeci illos in domum Domini ad ſtatuarium.*

Ubi luculenter videmus & pretium Chriſti triginta argenteos Judæ proditori appendendos, & pecuniam hanc a Juda deinde in templum projiciendam; & ferendam tandem hanc pecuniam ad ſtatuarium ſeu figulum ad emptionem agri, ex quo is argillam hactenus eduxerat ad fingen-

O das ſtatuas. (O)

I. Prædixerant ne Prophetæ Chriſti comprehenſionem?

R. Hanc Jeremias prædixerat his verbis:

Thren. iv. 20. *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus, In umbra tua*

P *vivemus in gentibus.* (P)

Sed hoc ipſum Jeremias ad vivum expreſſerat typus ipſe & figura Chriſti. Is enim cum ad Judæos audacter & libere loqueretur quidquid Deus præcipiebat, comprehenſus & ligatus a Principibus Sacerdotum, quorum odium in ſe ob id concitavit, in foveam miſſus eſt: multaque pertulit non abſimilia iis quæ Chriſtus erat

Q paſſurus. (Q)

Joſeph venditus a fratribus, ac dein traditus Ægyptiis a quibus in carcerem miſſus eſt, Chri-

R ſtum quoque ut jam diximus præfiguravit. (R)

I. Prædixerantne Prophetæ Apoſtolos in fugam eſſe diſpergendos dum Chriſtus comprehenderetur? Part. I. Sect. II. Cap. I. §. 13.

R. Id ipſum Zacharias prædixerat. *Percutiam,* inquit, *Paſtorem & diſpergentur oves.* Quo in Zac. xiii. 7. loco Prophetam loqui de Chriſti paſſione ex antecedentibus omnino manifeſtum eſt, ut Chriſtus ipſe declarat. (S) S

Id quoque prædixit multipliciter David in Pſalmis. Selecta quædam ea de re hæc ſunt.

Pſalmo lxviii. 21. *In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me; improperium expectavit cor meum & miſeriam; & ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur & non fuit, & qui conſolaretur & non inveni.*

Pſalmo lxxxvii. 9. & ſeq. *Longe feciſti notos meos a me; poſuerunt me abominationem ſibi. Traditus ſum & non egrediebar, oculi mei languerunt præ inopia . . . Elongaſti a me amicum & proximum; & notos meos a miſeria.*

Pſalmo cxli. 5. *Conſiderabam ad dexteram & videbam, & non erat qui cognoſceret me. Periit fuga a me, & non eſt qui requirat animam meam.*

§. 14. *Chriſtus apud Caipham.*

I. Quo Judæi duxerunt Jeſum ab horto ubi comprehenſus eſt?

R. Adduxerunt eum primum ad Annam Caiphæ ſocerum; deinde ad Caipham ipſum, qui erat Pontifex anni illius. Erant enim Caiphas & Anna Pontifices, & Pontificatum alternis vicibus exercebant.

Caiphas aſſiſtentibus ſibi principibus Sacerdotum & toto Judæorum concilio, Jeſum ceu reum interrogavit de diſcipulis ejus & de doctrina ejus. Reſpondit Jeſus interrogandos ea de re eos qui ipſum docentem audiiſſent. (A) A Producti ſunt adverſus Jeſum teſtes plurimi: ſed cum non eſſent convenientia horum teſtimonia, & teſtimoniorum falſitas & contradictio per ſe pateret, Chriſtus nihil reſpondit. Quæſitum tandem ab eo eſt, num ipſe eſ-

(O) Matth. xxvii. 6. Principes autem Sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium ſanguinis eſt. 7. Conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum. 8. Propter hoc vocatus eſt ager ille, Haceldama, hoc eſt, ager ſanguinis, uſque in hodiernum diem. 9. Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Jeremiam prophetam, dicentem:

Zac. xi. 12. Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Iſrael. 10. Et dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus.

(P) Theodoretus *in cap. iv. 20. Lament.* Prædicit quoque paſſionem Salvatoris. *Spiritus faciei noſtræ Chriſtus Dominus captus eſt in corruptionibus noſtris. Cui diximus, in umbra ejus vivemus inter gentes.* Dicant Judæi: Quemnam ſermo Propheticus vocet Chriſtum? . . . Clarum eſt igitur quod Propheta prædixit Salvatorem & Dominum noſtrum ab ipſis comprehenſum, ob corruptiſſimam impietatem eorum. Hos autem Prophetæ dicunt in umbra victuros. Credebant itaque per ſacros Apoſtolos, & per divina, quæ ipſi gentibus prædicabant, oracula . . . Iſtam Propheta lamentationibus inſeruit prophetiam, ut doceret Judæos, qui tunc erant, conſecuturos veniam, & beneficium revocationis adepturos, licet cruci tradituri eſſent Salvatorem orbis: eo quod nondum nata erat ſpes eorum.

S. Irenæus *lib. 3. adverſ. Hæreſes, c. 10. nu. 3. alias c. 11. init.* Eſt enim Salvator quidem, quoniam Filius & Verbum Dei; Salutare autem, quoniam Spiritus:

Thren. iv. 20. *Spiritus* enim, inquit, *faciei noſtræ, Chriſtus Dominus;* Salus autem, quoniam caro.

S. Ambroſ. *in Pſal. cxviii. ſerm. 15. nu. 15.* Paſſionem Salvatoris prophetam loqui: . . . quia in poſterioribus habet: *Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus* Ibid. *Dominus,* &c. Quid hoc manifeſtius, quando nomen expreſſum eſt, & comprehenſio inter manus perſequentium perfidorum eſt declarata, & umbra vivificans, & gratia gentibus conferenda deſcripta eſt?

(Q) Jerem. xx. 2. Et percuſſit Phaſſur Jeremiam Prophetam, & miſit eum in nervum, quod erat in porta Benjamin ſuperiori, in domo Domini.

xxxviii. 4. Et dixerunt principes regi: Rogamus ut occidatur homo iſte (Jeremias). . . ſi quidem homo iſte non quærit pacem populo huic, ſed malum. 5. Et dixit rex Sedecias: Ecce ipſe in manibus veſtris eſt: nec enim fas eſt regem vobis quidquam negare. 6. Tulerunt ergo Jeremiam, & projecerunt illum in lacum Melchiæ, . . . qui erat in veſtibulo carceris: & ſubmiſerunt Jeremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua, ſed lutum: deſcendit itaque Jeremias in cœnum.

(R) *Vide hiſtoriam Joſephi in prima parte hujuſce operis ſect. 1, cap. iv. §. 7.*

(S) Zachar. xiii. 7. Framea ſuſcitare ſuper Paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum: percute Paſtorem, & diſpergentur oves: & convertam manum meam ad parvulos. Zach. xiii. 13.

Matth. xxvi. 3. Tunc dicit illis (Apoſtolis) Jeſus: Omnes vos ſcandalum patiemini in me, in iſta nocte. Scriptum eſt enim: Percutiam Paſtorem, & diſpergentur oves gregis.

(A) Jo. xviii. 13. Et adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim ſocer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius.

Digitized by Google

Part. I. Sect. II. Cap. I. §. 14. Matt. 26.63. Ibid. 64.

affec. Chriſtus: *Adjuro te per Deum vivum*, inquit Caiphas, *ut dicas nobis, ſi tu es Chriſtus Filius Dei*. Ad hoc Chriſtus incunctanter reſpondit, quamquam optime noverat eſſe ſe ex ſua reſponſione morti addicendum; reſpondit, inquam, *Tu dixiſti, ego ſum*. Quo reſponſo judicatum eſt Chriſtum blaſphemaſſe: & omnes unanimi conſenſu condemnave-
B runt eum morte. (B)

Alia multa Chriſtus apud Caipham paſſus eſt præter æquum & bonum.

1. Unus ſervorum ſummi Pontificis dedit alapam Jeſu, quod quidem ſummus Pontifex
C ſilentio ſuo approbavit. (C)

2. S. Petrus qui toties pollicitus fuerat moriturum ſe pro Domino ſuo, hunc ter negavit;
D quod Chriſtus prædixerat. (D)

3. Statim atque Chriſtus morte condemnatus eſt a concilio, mox miniſtri ſummi Pontificis, & Judæi omnes qui aderant, expuerunt in faciem ejus, & velaverunt eum, & colaphis ceciderunt; & blaſphemantes mille eum ludi-
E briis affecerunt. (E)

I. Cum ſervus Pontificis percuſſit Jeſum in maxillam, tetenditne ipſi Jeſus maxillam alteram, ut faciendum eſſe ipſe docuerat in eo ſer-
F mone quem habuit ad turbas in monte? (F)

R. Reſpondit ſervo percutienti Chriſtus ea animi tranquillitate & moderatione quam talibus in occaſionibus conſervare multo difficilius eſt quam ſi altera maxilla præberetur. *Hic ergo*, ut ait S. Auguſtinus, *demonſtrare voluit Chriſtus magna illa præcepta patientiæ non oſtentatione corporis, ſed cordis præparatione faciunda*; (niſi aliter ſuadeat aliquando gloria Dei & ſalus proximi.) Alioqui non operoſius fuiſſet Chriſto maxillam alteram præbere, qui totum corpus dilaniandum & crucifigendum præbebat. (G) Tract. 113. in Joh. n. 1.

G *I.* Quomodo geſſit ſe Jeſus cum Petro poſt ejus lapſum?

R. Reſpexit eum Jeſus oculis miſericordiæ: quo facto Petrus in ſe reverſus, flevit amare. (H)

H *I.* Cur

illius. 14. Erat autem Caiphas, qui conſilium dederat Judæis: Quia expedit unum hominem mori pro populo. 15. Sequebatur autem Jeſum Simon Petrus, & alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus Pontifici, & introivit cum Jeſu in atrium pontificis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exivit ergo diſcipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit oſtiariæ, & introducit Petrum. 17. Dicit ergo Petro ancilla oſtiaria: Numquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum. 18. Stabant autem ſervi & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe: erat autem cum eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe. 19. Pontifex ergo interrogavit Jeſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina ejus. 20. Reſpondit ei Jeſus: Ego palam locutus ſum mundo: ego ſemper docui in ſynagoga & in templo, quo omnes Judæi conveniunt: & in occulto locutus ſum nihil. 21. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus ſim ipſis: ecce hi ſciunt quæ dixerim ego.

Eadem fere habes MATTH. XXVI. 57. MARC. XIV. 53. LUC. XXII. 54.

(B) MATTH. XXVI. 59. Principes autem Sacerdotum, & omne concilium quærebant falſum teſtimonium contra Jeſum, ut eum morti traderent: 60. Et non invenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Noviſſime autem venerunt duo falſi teſtes, 61. & dixerunt: Hic dixit: Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud. 62. Et ſurgens Princeps Sacerdotum, ait illi: Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti adverſum te teſtificantur. 63. Jeſus autem tacebat. Et Princeps Sacerdotum ait illi: Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis ſi tu es Chriſtus Filius Dei. 64. Dicit illi Jeſus: Tu dixiſti: verumtamen dico vobis, amodo videbitis Filium hominis ſedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. 65. Tunc princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphemavit: quid adhuc egemus teſtibus? ecce nunc audiſtis blaſphemiam: 66. quid vobis videtur? At illi reſpondentes dixerunt: Reus eſt mortis. 67. Tunc expuerunt in faciem ejus, & colaphis eum ceciderunt: alii autem palmas in faciem ejus dederunt, 68. dicentes: Prophetiza nobis Chriſte qui eſt qui te percuſſit.

(C) JOHAN. XVIII. 22. Hæc autem cum dixiſſet, unus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Jeſu, dicens: Sic reſpondes Pontifici? 23. Reſpondit Jeſus: Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene, quid me cædis? 24. Et miſit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem.

(D) MATTH. XXVI. 33. *Vide ſupra* §. 12. *litt.* (E) *hujuſce capitis*.

JOHAN. XIII. 36. ... Reſpondit Jeſus: Quo ego vado non potes modo ſequi: ſequeris autem poſtea. 37. Dicit ei Petrus: Quare non poſſum te ſequi modo? Animam meam pro te ponam. 38. Reſpondit ei Jeſus: animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi: non cantabit gallus, donec ter me neges.

Eadem fere leguntur apud MARCUM XIV. 30. & LUC. XXII. 33.

JOHAN. XVIII. 17. Dicit ... Petro ancilla oſtiaria: Numquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum ... 25. Erat autem Simon Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei: Numquid & tu ex diſcipulis ejus es? Negavit ille, & dixit: Non ſum. 26. Dicit ei unus ex ſervis Pontificis, cognatus ejus, cujus abſcidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? 27. Iterum ergo negavit Petrus: & ſtatim gallus cantavit.

Eadem vide MATTH. XXVI. 69. MARC. XIV. 67. LUC. XXII. 56.

(E) LUC. XXII. 64. Et velaverunt eum, & percutiebant faciem ejus: & interrogabant eum, dicentes: Prophetiza, quis eſt qui te percuſſit? 65. Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum.

S. JOHAN. CHRYSOST. *Homil.* 86. *in cap.* XXVI. *Matt.* Sæpius oro hæc attente legamus, hæc ut decet audiamus, hæc in cordibus noſtris conſcribamus. Hæc enim pulcherrima & glorioſiſſima ſunt. In his ego ſummopere glorior, nec minus me ſui dolores ſublimem efferunt, quam mille mortui quos excitavit. Hæc & Paulus iterum & iterum revolvit, crucem, mortem, paſſiones, convitia, injurias, contumelias: & modo quidem ait: Exeamus ad ipſum, opprobrium ejus ferentes: modo autem: Qui pro gaudio ſibi propoſito crucem ſuſtinuit, ignominia contempta. Heb. 13. 13. Ibid. 12. 2.

(F) MATTH. V. 39. Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.

JOHANN. XVIII. 22. *Vide hocce* §. *litt.* (C)

(G) S. AUG. *Tract.* 113. *in Johan. nu.* 4. Quid iſta reſponſione verius, manſuetius, juſtius? ... Hic dicet aliquis, Cur non fecit quod ipſe præcepit? Percutienti enim non ſic reſpondere, ſed maxillam debuit alteram præbere. Quid quod & veraciter, manſuete, juſteque reſpondit, & non ſolum alteram maxillam iterum percuſſuro, ſed totum corpus figendum præparavit in ligno? Et hinc potius demonſtrandum fuit, ſua ſcilicet magna illa præcepta patientiæ non oſtentatione corporis, ſed cordis præparatione facienda. Fieri enim poteſt, ut alteram maxillam viſibiliter præbeat homo, & iratus. Quanto ergo melius reſpondet vera placatus, & ad perferenda graviora tranquillo animo fit paratus? Beatus eſt enim qui in omnibus quæ injuſte pro juſtitia patitur, poteſt veraciter dicere, *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*. Pſ. 56. 8.

Lib. 1. *de Serm. Domini in monte*, c. 19. n. 57. Non ait, Si quis te percuſſerit, noli tu percutere; ſed, para te adhuc percutienti ..... Quos ergo Dominus medicus animarum, curandis proximis inſtruebat, quid eos aliud docere poſſet, niſi ut eorum, quorum ſaluti conſulere vellent, imbecillitates æquo animo tolerarent? Omnia namque improbitas ex imbecillitate animi venit: quia nihil innocentius eſt eo qui in virtute perfectus eſt.

N. 18. Multi alteram maxillam præbere noverunt, diligere vero illum a quo feriuntur ignorant. At vero ipſe Dominus, qui utique præcepta quæ docuit primus implevit, percutienti ſe in maxillam miniſtro ſacerdotis non præbuit alteram; ſed inſuper dixit, *Si male locutus ſum, exprobra de malo; ſi bene, quid me cædis?* Non tamen ideo paratus corde non ſolum in alteram maxillam cædi pro ſalute omnium, ſed etiam toto corpore crucifigi. Joh. 18. 23.

(H) LUC. XXII. 61. Et converſus Dominus reſpexit Pe-

I. Cur lapſum Petri permiſit Chriſtus?

R. 1. Ut hac propriæ infirmitatis experientia I diſceret aliorum infirmitatibus compati, in ſuprema Eccleſiæ cathedra conſtitutus. (I)

2. Ut & nos tanti lapſus exemplo diſceremus, propriis viribus non plus æquo eſſe tribuendum, præparandam animam ad tentationem, fugiendum conſortium impiorum: tandem ut ſi quando nos Petrum errantem ſequi contingeret, & pœnitentem imitaremur. (K) K

I. Quomodo geſſit ſe Chriſtus cum Judæis a quibus tot probris & ludibriis affectus eſt?

Iſa. LIII. 7. *R.* Tanquam *agnus coram tondente ſe obmutuit & non aperuit os ſuum:* quod prædixerat Iſaias. (L) L

I. Prædixerantne Prophetæ Chriſtum a Judæis eſſe morte damnandum, idque Sacerdotum ſcelere & invidia?

R. Id ipſum in typo adumbraverat Joſeph a fratribus venditus, & Jeremias in lacum demiſſus furore & invidia Sacerdotum. Idipſum & Prophetæ ſæpius prædixerant, ut infra videbimus. (M) M

I. Prædixerantne prophetæ quæ paſſus eſt Jeſus apud Caipham?

R. Verbis expreſſis prædixerant. Hæc habet Jeremias de Meſſia loquens ſub imagine viri qui portavit Domini jugum ab adoleſcentia ſua. *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis.* Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 14. *Thren.* III. 30.

Nec minus aperta ſunt quæ prædixit Iſaias cujus in perſona Meſſiæ loquentis hæc verba ſunt: *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non averti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. Dominus meus auxiliator meus, ideo non ſum confuſus. ideo poſui faciem meam ut petram duriſſimam, & ſcio quoniam non confundar.* (N) *Iſai.* L. 6. *Id.* 7. N

I. Quo abiit Judas, quid egit, tradito Magiſtro ſuo?

R. Videns quod damnatus eſſet Chriſtus, horruit ſuum facinus, & pœnitentia ductus retulit triginta argenteos quos acceperat a Sacerdotibus, dicens: *Peccavi, tradens ſanguinem juſtum.* Sed deſperatione miſericordiæ Dei peccatum novum cæteris addidit, abienſque laqueo ſe ſuſpendit, docens hoc terribili exemplo poſteros, quanta cura agendum ſit ut vincatur cupiditas naſcens; eo enim adegit eum tandem ſua avaritia. (O) *Mat.* XXVII. 4. O

§. 15.

Petrum. Et recordatus eſt Petrus verbi Domini, ſicut dixerat: Quia prius quam gallus cantet, ter me negabis: 62. Et egreſſus foras Petrus flevit amare.

S. August. *Lib.* 3. *de Conſenſu Evangeliſtarum*, *c.* 6. *num.* 26. Quod ait Lucas, quod *converſus Dominus reſpexit Petrum:* quomodo accipiendum ſit, diligentius conſiderandum eſt. Quamvis enim dicantur etiam interiora atria, tamen in exteriore atrio fuit Petrus inter ſervos qui ſimul ſe ad ignem calefaciebant: non eſt autem credibile, quod ibi audiebatur Dominus a Judæis, ut corporalis fieret illa reſpectio .... Quomodo ergo reſpexit Petrum Dominus facie corporali? Quapropter mihi videtur illa reſpectio divinitus facta, ut ei veniret in mentem quoties jam negaſſet, & quid ei Dominus prædixiſſet, atque ita miſericorditer Domino reſpiciente pœniteret eum, & ſalubriter fleret... Ex hoc intelligimus illam reſpectionem a Jeſu, non humanis oculis, ſed divinitus factam.

Lib. 1. *de Gratia Chriſti & de peccato originali contra Pelagium & Cæleſtium* c. 45. *num.* 49. (*Ex Ambroſ. libr.* 10. *num.* 89. *in Lucam* c. 22. *verſ.* 61.) (*Bonæ lacrymæ, quæ culpam lavant. Denique quos Jeſus reſpicit, plorant. Negavit primo Petrus, & non flevit, quia non reſpexerat Dominus: negavit ſecundo, non flevit, quia adhuc non reſpexerat Dominus: negavit & tertio, reſpexit Jeſus, & ille amariſſime flevit.*) Legant iſti Evangelium, & videant Dominum JESUM tunc intus fuiſſe, cum a Sacerdotum Principibus audiretur: Apoſtolum vero Petrum foris & deorſum in atrio cum ſervis ad focum nunc ſedentem, nunc ſtantem, ſicut veraciſſima & concordiſſima Evangeliſtarum narratione monſtratur. Unde non poteſt dici, quod corporalibus oculis eum Dominus viſibiliter admonendo reſpexerit. Et ideo quod ibi ſcriptum eſt,
Luc. XXII. 61. *Reſpexit eum Dominus*: intus actum eſt, in mente actum eſt, in voluntate actum eſt. Miſericordia Dominus latenter ſubvenit, cor tetigit, memoriam revocavit, interiore gratia ſua viſitavit Petrum, interioris hominis uſque ad exteriores lacrymas movit, & produxit affectum. Ecce quemadmodum Deus adjuvando adeſt voluntatibus & actionibus noſtris: ecce quemadmodum & velle & operari operatur in nobis.

S. Johan. Chrysost. *Homil.* 86. *in Matth. capit.* XXVI. (Petrus) pavore ſuperatus, non modo non indignatur, ſed pernegat, ac miſeræ viliſque puellæ verba ferre non poteſt: nec ſemel modo, nec ſecundo, ſed etiam tertio negat, & hoc in breviſſimo tempore, nec
Mat. XXVI. 58. coram judicibus: *foris enim erat.* Sedebat enim, inquit, in atrio foris: & cum in veſtibulum exiſſet, eum inter-
Joh. XVIII. 16. rogaverunt, nec lapſum ſuum ipſe antea ſenſit, ut Lucas dicit, quam in eum Chriſtus reſpexiſſet. Ita non
Luc. XXII. 61. ſolum negavit, ſed etiam quamvis gallus cantaſſet, caſum ſuum tamen a ſeipſo non ſenſit: ſed magiſtri admonitione indiguit.

(I) S. Aug. *de Agone Chriſtiano* c. 30. *n.* 32. Nuſquam tam vigere debent viſcera miſericordiæ, quam in Catholica Eccleſia, ut tanquam vera Mater nec peccantibus filiis

ſuperbe inſultet, nec correctis difficile ignoſcat. Non enim ſine cauſa inter omnes Apoſtolos hujus Eccleſiæ Catholicæ perſonam ſuſtinet Petrus: huic enim Eccleſiæ claves regni cælorum datæ ſunt, cum Petro datæ ſunt; & cum ei dicitur ad omnes dicitur, *Amas me? Paſce oves meas.* Debet ergo Eccleſia Catholica correctis & pietate firmatis filiis libenter ignoſcere; cum ipſi Petro perſonam ejus geſtanti, & cum in mari titubaſſet, & cum Dominum carnaliter a paſſione revocaſſet, & cum aurem ſervi gladio præcidiſſet, & cum ipſum Dominum ter negaſſet, & cum in ſimulationem poſtea ſuperſtitioſam lapſus eſſet, videamus veniam eſſe conceſſam, eumque correctum atque firmatum uſque ad dominicæ paſſionis gloriam perveniſſe. *Joh.* XXI. 17.

(K) S. Ambros. *Lib.* 10. *in Luc. nu.* 84 *ſup. c.* XXII. *verſ.* 57. Error Petri, doctrina juſtorum eſt: & tribulatio Petri, omnium petra eſt.

N. 87. Maluit ipſe ſuum accuſare peccatum, ut juſtificaretur fatendo, quam gravaretur negando: *Juſtus enim in principio accuſator eſt ſui;* & ideo flevit. *Prov.* XVIII. 17.

N. 88. Petrus doluit & flevit; quia erravit ut homo... Lavent lacrymæ delictum, quod voce pudor eſt confiteri: & veniæ fletus conſulunt, & verecundiæ. Lacrymæ ſine horrore culpam loquuntur: lacrymæ crimen ſine offenſione verecundiæ confitentur: lacrymæ veniam non poſtulant, & merentur. Inveni cur tacuerit Petrus, ne tam cito veniæ petitio plus offenderet. Ante flendum eſt, ſic precandum.

N. 89. Ecce reſpice Domine Jeſu, ut ſciamus noſtrum deflere peccatum, lavare delictum. Unde etiam lapſus ſanctorum utilis, nihil mihi nocuit quod negavit Petrus, profuit quod emendavit. Didici cavere alloquia perfidorum. Petrus inter Judæos negavit, Salomon contubernio gentili deceptus erravit.

N. 90. Flevit ergo & amariſſime Petrus, flevit ut lacrymis ſuum poſſet lavare delictum: & tu ſi veniam vis mereri, dilue lacrymis culpam tuam: eodem momento, eodem tempore reſpicit te Chriſtus, ſi in aliquo fortaſſe labaris; quia ſecretorum tuorum adſiſtit teſtis, reſpicit ut recorderis, & fatearis errorem. Imitare Petrum, dicentem alibi tertio: Domine, tu ſcis quia diligo te. Etenim quia tertio negaverat, tertio confitetur ... *Joh.* XXI. 15. 16. 17.

N. 91. Hæc autem ideo ſcripta ſunt, ut ſciamus neminem jactare ſe debere; nam ſi Petrus lapſus eſt, ... quis alius jure de ſe præſumat?

N. 92. Qui lapſus es, antequam fleres, poſtquam fleviſti electus es, ut alios regeres, qui te ipſe ante non regeras.

(L) Isai. LIII. 7. Oblatus eſt quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum: ſicut ovis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum.

(M) *Has Prophetias referemus infra* §. 17. *hujuſce capitis.*

(N) Psal. LXVIII. 8. Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium: operuit confuſio faciem meam.

(O) Matth. XXVII. 3. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus eſſet; pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdo-

tum,

Digitized by Google

§. 15. *Chriſtus ad Pilatum ductus; hinc ad Herodem; tum reductus ad Pilatum, a quo morte damnatur.*

I. Quid fecerunt Judæi de Jeſu, poſtquam damnaverunt eum morte?

R. Ligatum duxerunt eum ad Pilatum Judææ Præſidem, ut ille Chriſtum morti traderet; neque enim fas erat Judæis interficere quemquam, ablato ab iis per Romanos jure vitæ & necis. (A)
A

Jeſum autem de tribus accuſarunt apud Pilatum. 1. Quod ſubverteret ſermonibus ſuis gentem Judæorum: 2. quod prohiberet tributa dare Cæſari; 3. quod diceret ſe Chriſtum Regem eſſe.

His auditis Pilatus interrogavit Jeſum. Poſtulavitque num eſſet revera Rex Judæorum, Reſpondit Jeſus eſſe ſe quidem Regem, ſed regnum ſuum non eſſe ex hoc mundo. Multa alia quæſivit Pilatus, quibus Jeſus reſpondit nihil. Cognovit Præſes evidenter & innocentiam rei & malignitatem actorum. Volensque expedire ſe ab hoc negotio ſine Judæorum offenſione, cum illi acriter expoſtularent quod Jeſus commoviſſet populum per univerſam Judæam incipiens a Galilæa, Pilatus audiens Galilæam, arrepta hac occaſione miſit Jeſum ad Herodem Antipam Tetrarcham Galilææ, ut ille cauſam hanc cognoſceret, utpote quæ eſſet de ipſius ditione.

Miſſus eſt ergo Jeſus ad Herodem, qui & ipſe
B Jeroſolymis erat illis diebus. (B)

Gratiſſimus fuit Herodi honos ſibi hac in re a Pilato delatus, factique * *ſunt amici in ipſa die, nam antea inimici erant ad invicem*, Chriſto rem ita diſponente, ut ſignificaret ſe reconciliaturum eſſe per crucem populos duos, Gentilem & Judaicum, & interfecturum inimicitias in ſanguine ſuo. (C) *Luc. XXIII. 12.*

Herodes autem viſo Jeſu gaviſus eſt valde: erat C
enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod *Ibid. 8.*
audierat multa de eo, & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri. 9. Interrogabat autem eum multis ſermonibus. Chriſtus vero non duxit eſſe ſatisfaciendum curioſitati Principis: itaque nihil omnino reſpondit. 11. *Sprevit illum Herodes cum exercitu ſuo; & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum.*

Pilatus convocatis Judæis ſignificavit probatam Herodi fuiſſe innocentiam Jeſu, quemadmodum hanc prius ipſe probaverat. (D) Judæis autem ni- D
hilominus vehementer poſtulantibus hunc condemnari, duplicem Pilatus tentavit viam ad Chriſtum liberandum. Prima hæc fuit.

Per diem hunc feſtum Paſchatis conſueverat Præſes populo dimittere unum ex vinctis quemcumque petiiſſent. Poſtulavit ergo ab iis Præſes quem vellent ſibi de duobus dimitti, Barabbam an Jeſum. Erat autem Barabbas latro inſignis, qui propter ſeditionem quamdam & homicidium fuerat miſſus in carcerem. Horrenda comparatio! Sed exiſtimavit Pilatus facile adducendum populum ut poſtularet dimitti Jeſum; tum quia Jeſus maximo hactenus apud populum in honore fuerat, nec niſi per invidiam Sacerdotum erat traditus; tum quia Barabbas ob ſcelerum infamiam omnibus erat hor-

cum, & ſenioribus, 4. dicens: Peccavi, tradens ſanguinem juſtum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. 5. Et projectis argenteis in templo, receſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit.

S. AMBROS. *Lib.* 10. *in c.* XXII. *Luc. n.* 93. Non habebat proditor fletus quibus culpam ablueret, ſed tormenta conſcientiæ quibus ſacrilegium fateretur; ut dum ſuo ceus judicio damnatur, & ſpontaneo ſupplicio facinus expiatur, pietas Domini, qui ſe ipſe nollet ulciſci, & divinitas probaretur, qui conſcientiam mentis inviſibili poteſtate interrogaret.

N. 94. Etſi caſſa eſt pœnitentia proditoris, quia peccavit in Spiritum ſanctum; eſt tamen nonnullus in ſcelere pudor culpam agnoſcere: & quamvis ille non abſolvitur, Judæorum tamen impudentia confutatur: quos cum confeſſio redarguat venditoris, ſcelerati tamen ſibi vendicant jura contractus.

S. CHRYSOST. *Homil.* 86. *in Matth.* Hoc tam Judæ quam Pontificum culpam exauget: illius quidem, non quia eum pœnituit, ſed quia tarde pœnituit, & ſeipſum condemnavit, confeſſus a ſe factam eſſe traditionem. Horum autem, quia cum poſſent mutare propoſitum, perſeverarunt pertinaces, nulla pœnitendi cogitatione compuncti ..... Pecuniam amiſit, ſcelus admiſit, & animam perdidit. Hæc atrox avaritiæ tyrannis facere ſolet.

S. AUGUST. *Serm.* 352. *de utilitate pœnitentiæ* II. *alias* 27. *inter homil.* 50. *c.* 3. *nu.* 8. Judam traditorem non tam ſcelus quod commiſit, quam indulgentiæ deſperatio fecit penitus interire. Non erat dignus miſericordia, ideo ei non fulſit lumen in corde, ut ad ejus indulgentiam concurreret quem tradiderat, ſicut illi qui eum crucifixerant; ſed deſperando ſe occidit, & laqueo ſuſpendit ſe, ſuffocavit ſe. Quod fecit in corpore ſuo, hoc factum eſt in anima ipſius.

(A) MATT. XXVII. 1. Mane autem facto, conſilium inierunt omnes principes Sacerdotum, & ſeniores populi adverſus Jeſum, ut eum morti traderent.

JOHAN. XVIII. 28. Adducunt ergo Jeſum a Caipha in prætorium. Erat autem mane: & ipſi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent Paſcha. 29. Exivit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accuſationem affertis adverſus hominem hunc? 30. Reſponderunt & dixerunt ei: Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. 31. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram judicate eum. Dixerunt ergo ei Judæi: Nobis non licet interficere quemquam. 32. Ut ſermo Jeſu impleretur, quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus. 33. Introivit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocavit Jeſum, & dixit ei: Tu es rex Judæorum? 34. Reſpondit Jeſus: A temetipſo hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? 35. Reſpondit Pilatus: Numquid ego Judæus ſum? Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi: quid feciſti? 36. Reſpondit Jeſus: Regnum meum non eſt de hoc mundo: ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei utique decertarent ut non traderer Judæis: nunc autem regnum meum non eſt hinc. 37. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Reſpondit Jeſus: Tu dicis quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati: omnis qui eſt ex veritate audit vocem meam. 38. Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? Et cum hoc dixiſſet, iterum exivit ad Judæos, & dicit eis: Ego nullam invenio in eo cauſam.

(B) LUC. XXIII. 5. At illi invaleſcebant, dicentes: Commovet populum, docens per univerſam Judæam, incipiens a Galilæa uſque huc. 6. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogavit ſi homo Galilæus eſſet. 7. Et ut cognovit quod de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe Jeroſolymis erat illis diebus.

(C) EPHES. II. 14. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ ſolvens, inimicitias in carne ſua: 15. Legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in ſemetipſo in unum novum hominem, faciens pacem, 16. & reconciliet ambos in uno corpore, Deo per crucem, interficiens inimicitias in ſemetipſo.

(D) LUC. XXIII. 13. Pilatus autem convocatis principibus Sacerdotum, & magiſtratibus, & plebe, 14. dixit ad illos: Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi avertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam cauſam invenio in homine iſto ex his, in quibus eum accuſatis. 15. Sed neque Herodes; nam remiſi vos ad

Digitized by Google

horrori & exſecrationi. Sua tamen Pilatum fe-
fellit opinio: Chriſtus moriturus erat pro ſalute
peccatorum: inſtigantibus Sacerdotibus exclamavit
univerſa turba poſtulans dimitti Barabbam, Chri-
E ſtum tolli & crucifigi. (E)

Tentavit ergo Pilatus viam alteram liberan-
di Chriſtum, indignam hanc certe judice cui
plane cognita eſſet innocentia viri falſo accu-
ſati. Juſſit Chriſtum dire flagellari, ut ipſa fla-
gellationis immanitate & placaretur furor Ju-
dæorum, & flecterentur eorum animi ad miſeri-
F cordiam. (F)

Milites ergo Præſidis exuerunt Chriſtum ve-
ſtibus ſuis & acerbiſſime flagellatum, mille ap-
Mat.xxvii. petierunt opprobriis & ludibriis. *Chlamidem*
28. *coccineam circumdederunt* corpori dilaniato: 29.
& plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper
caput ejus, & arundinem in dextera ejus ad in-
ſtar ſceptri: *& genu flexo ante eum illudebant*
ei: & dabant ei alapas, & percutiebant caput
Marc.xv.19 *ejus & conſpuebant eum:* & ſalutantes *dicebant*,
Ave Rex Judæorum. Jeſus autem interea tanquam
agnus coram tondente ſe obmutuit & non aperuit
Iſ.liii. 7. os ſuum.

Poſtquam hæc geſta ſunt, adduxit Jeſum Pi-
Joh.xix. 5. latus ad Judæos & dixit eis: *Ecce homo*. Specta-
bat nimirum hoc tam lugubri ſpectaculo com-
peſcendam horum rabiem. Sed cum vidiſſent
Jeſum Pontifices & miniſtri Judæorum, accenſi
taurorum indomitorum inſtar ad furorem, jux-
ta illud propheticum, *Circumdederunt me vitu-*
Pſ.xxi.13. *li multi, tauri pingues obſederunt me, aperuerunt*
14. *ſuper me os ſuum ſicut leo rapiens & rugiens*,
omnes una voce clamabant, *Tolle tolle crucifi-*
Joh.xix.15. *ge eum*. (G) Dixit eis Pilatus: *Accipite eum*
G *vos & crucifigite, ego enim non invenio in eo*
cauſam. Reſponderunt Judæi: *Nos legem habe-*
mus, & ſecundum legem debet mori, quia Filium
Dei ſe fecit. 8. *Cum ergo audiſſet Pilatus hunc*
ſermonem magis timuit. 9. *Et ingreſſus eſt præ-* Pars I.
torium iterum & dixit ad Jeſum: Unde es tu? Sect. II.
Jeſus autem reſponſum non dedit ei. 10. *Dicit* Cap. I.
ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris: neſcis quia §. 15.
poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem ha-
beo dimittere te? 11. *Reſpondit Jeſus: Non ha-*
beres poteſtatem adverſus me ullam, niſi tibi da-
tum eſſet deſuper. Propterea qui me tradidit ti-
bi majus peccatum habet. Quibus verbis mode-
ſte innuit & judicem redditurum Deo ratio-
nem de uſu poteſtatis acceptæ, & graviter pec-
caturum, ſi præ timiditate accuſantium furori ce- H
deret. (H)

Exinde volebat Pilatus Chriſtum dimittere.
Judæi autem, ut noverant judicis ingenium ti-
midum & anceps, *clamabant dicentes: Si hunc*
dimittis non es amicus Cæſaris: omnis enim qui Ibid. 12.
ſe regem facit contradicit Cæſari. Vicit apud ju-
dicem, ad rem ſuam attentiorem, amittendæ
principis gratiæ metus, (I) *accepta* tamen prius
aqua lavit manus coram populo dicens: Innocens I
ego ſum a ſanguine juſti hujus: vos videritis. Mat.xxvii.

Reſpondens omnis populus dixit: Sanguis ejus 24.
ſuper nos & ſuper filios noſtros. Quibus verbis &
ſua & filiorum ſuorum capita maledictioni hor-
ribili ſubjecerunt, cujus effectum & non multo
poſt experti ſunt, & experiuntur in hodiernum
uſque diem, juxta Danielis prophetiam quam
ſuperius expoſuimus. (K) K

Lotis manibus Pilatus mortis ſententiam in
Chriſtum dixit, tradiditque eum Judæis ut cruci-
figeretur, quantumvis compertam haberet ejus
innocentiam. Horrendum exemplum Judicibus,
qui humanæ alicui cupiditati ſe tradunt. (L) L

Nec diu inultum abire paſſus eſt Deus ſcelus
Judicis iniqui & perperam prudentis. Pœnas
dedit Pilatus dum adhuc viveret æternarum
prænuntias. Incidit non ita multo poſt in of-
fenſionem Cæſaris, cujus metu condemnare
non

ad illum, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei. 16. Emendatum ergo illum dimittam.

(E) Matth. xxvii. 12. Et cum accuſaretur a principibus Sacerdotum, & ſenioribus, nihil reſpondit. 13. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta adverſum te dicunt teſtimonia? 14. Et non reſpondit ei ullum verbum, ita ut miraretur præſes vehementer. 15. Per diem autem ſolemnem conſueverat præſes populo dimittere unum vinctum, quem voluiſſent. 16. Habebat autem tunc vinctum inſignem qui dicebatur Barabbas. 17. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Jeſum, qui dicitur Chriſtus? 18. Sciebat enim quod per invidiam tradidiſſent eum. 19. Sedente autem illo pro tribunali, miſit ad eum uxor ejus, dicens: Nihil tibi, & juſto illi, multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum. 20. Principes autem Sacerdotum, & ſeniores perſuaſerunt populis ut peterent Barabbam, Jeſum vero perderent. 21. Reſpondens autem præſes, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barabbam. 22. Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Jeſu, qui dicitur Chriſtus? 23. Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præſes: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur.

(F) Johann. xix. 1. Tunc ergo apprehendit Pilatus Jeſum, & flagellavit.

(G) Johann. xix. 4. Exivit ergo iterum Pilatus foras, & dixit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoſcatis quia nullam invenio in eo cauſam. 5. Exivit ergo Jeſus portans coronam ſpineam & purpureum veſtimentum, & dicit eis: Ecce homo. 6. Cum ergo vidiſſent eum Pontifices, & miniſtri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum.

(M) S. August. *Tract. 116. in Johan. num.* 5. Qui tradidit me tibi, majus peccatum habet. Ille quippe me tuæ poteſtati tradidit invidendo, tu vero eamdem poteſtatem aperturus es metuendo. Nec timendo quidem, præſertim innocentem, homo hominem debet occidere, ſed tamen id zelando facere multo magis malum eſt, quam timendo.

(I) Johann. xix. 12. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Judæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris: omnis enim, qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. 13. Pilatus autem cum audiſſet hos ſermones, adduxit foras Jeſum, & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraice autem Gabbatha. 14. Erat autem paraſceve Paſchæ, hora quaſi ſexta, & dicit Judæis: Ecce rex veſter. 15. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt Pontifices: Non habemus regem, niſi Cæſarem.

(K) Daniel. ix. 27. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium: & erit in templo abominatio deſolationis; & uſque ad conſummationem & finem perſeverabit deſolatio.

De hac prophetia fuſe ſupra hujuſce capitis §. 1.

(L) Matt. xxvii. 24. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret... 26. tunc dimiſit illis Barabbam: Jeſum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur.

S. August. *Tract. 116. in Johan. num. 5. ſupra litt.* (H) *hocce* §.

S. Johann. Chrysost. *Homil.* 87. *in Matth.* Mollitie igitur factum eſt ſua, & ut cæderet, & flagellis cæſum concederet: ita mollis hic enervisque fuit, Pontifices autem protervi & malitioſi ... Cum enim ſemel quaſi vinolentia, vel inſano furore oppreſſa ſit, difficillimum eſt reſipiſcere, niſi generoſiſſima ſit anima quæ opprimitur. Periculoſum certe, periculoſum, inquam, eſt, perniacioſis his paſſionibus locum concedere: quare oportet omni pacto rejicere ingreſſum ipſarum, atque repellere. Nam ſi comprehenderint animam atque ſuperaverint,
tunc

non dubitaverat innocentem; ejectuſque in Gallias & exul miſere periit, factus ipſe ſibi carnifex. (M)

M

§. 16. *Crucis bajulatio: Crucifixio, & Mors Chriſti.*

I. Quid actum eſt de Jeſu ubi mortis ſententiam in eum Pilatus dixit?

R. Suſceperunt eum milites Romani, & poſtquam illuſerunt ei, exuerunt illum purpura & induerunt veſtimentis ſuis, & impoſuerunt ei crucem ad locum uſque ſupplicii bajulandam: (A)
A quemadmodum impoſita olim fuere Iſaaco ligna ſacrificii perferenda ad ſummitatem montis in quo ipſe erat immolandus.

Sed cum præ virium imbecillitate tantum onus Chriſtus ferre non poſſet, angariaverunt prætereuntem quemdam hominem Cyrenæum Simonem nomine, ut & ipſe tolleret crucem Jeſu. (B)
B

I. Quis fuit ſupplicii locus?

R. Calvariæ mons extra portas Jeruſalem. (C) C
Quemadmodum enim ſolemnis illius expiationis victimæ, quam quotannis pro ſuis & populi peccatis ſummus Pontifex offerebat, fiebat, immolatio extra caſtra; ſic Chriſtus qui pro peccatis omnium mortuus eſt, extra portam pati voluit, ut notavit Apoſtolus. (D) D

In hunc ipſum montem, aut certe non longe ab eo, Abraham perduxit immolandum Iſaac filium ſuum, Chriſti figuram. (E) E

I. Quis ſecutus eſt Jeſum euntem ad ſupplicium?

R. 1. Sequebatur illum multa turba populi, & mulierum quæ plangebant & lamentabantur eum. Converſus autem ad illas Jeſus dixit: *Filiæ Jeruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas* Luc. xxiii.
flete & ſuper filios veſtros. Mox verbis obſcuris 28.
prænuntiavit mala quæ toti genti Judæorum jamjam imminebant. (F) F

2. Poſt

tunc ſicut ignis ingentem ac ſiccam nactos materiam, maximam ſolent flammam accendere.

(M) EUSEBIUS *Lib.* 2. *Hiſtor. cap.* 7. Neque vero illud prætereundum eſt, Pilatum ipſum qui Servatorem noſtrum morti addixit, poſtmodum imperatore Caio .... in tantas incidiſſe calamitates, ut mortem ſibi conſciſcere, ſuorumque ipſe ſcelerum vindex eſſe coactus fuerit; divina ſcilicet juſtitia in illum, ut par erat, ſæviente.

EUSEBII *Chronic. ann. Domini* 40. Pontius Pilatus incidens in multas calamitates propria ſe manu interfecit.

(A) MATTH. XXVII. 27. Tunc milites præſidis ſuſcipientes Jeſum in prætorium, congregaverunt ad eum univerſam cohortem. 28. Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei, 29. & plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput ejus, & arundinem in dextera ejus. Et genu flexo ante eum illudebant ei, dicentes: Ave Rex Judæorum. 30. Et exſpuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus. 31. Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum veſtimentis ejus, & duxerunt eum ut crucifigerent.

Eadem legere poteris MARCI XV. 16.

ORIGEN. *Homil.* 8. *in c.* XXII. *Geneſ. circa medium. Poſt hæc accepit*, inquit, *Abraham ligna ad holocauſtum, & ſuperpoſuit ea Iſaac filio ſuo, &c.* ... Quod ipſe ſibi ligna ad holocauſtum portat Iſaac, illa figura eſt, quod & Chriſtus ipſe ſibi bajulavit crucem, & tamen portare ligna ad holocauſtum Sacerdotis officium eſt. Fit ergo ipſe hoſtia & Sacerdos.

S. EPHREM *Orat. in Abraham & Iſaac circa medium.*
Gen. xxii. 6 Abraham ... impoſuit filio ſtruem lignorum: quoniam & Salvator ſuam portavit crucem. Cum Iſaac ad occiſionem abiret, ſequutus eſt eum aſinus, ac pueri ejus: &
Mat. xxi. 7. & ſeq. dum Chriſtus ad paſſionem venturus eſſet, aſcendit ſuper pullum, gentium vocationem declarans. Sequebantur vero ipſum etiam diſcipuli ejus bravia tenentes, & oſanna clamantes. Iſaac, ligna deferens, in montem aſcendebat, ut immolaretur inſtar innocentis agni; Et Salvator
Joh. xix. 17. crucem portans, in Calvariæ montem exibat, ut pro nobis tanquam agnus immolaretur. Dum gladium hic contemplaris, lanceam mihi conſidera. Dum aram cogitas, Calvariam mihi perpende. Dum lignorum congeriem cernis, crucem mihi animadverte. Dum ignem ſpeculatis, amorem ac deſiderium mihi cogitatione complectere. Et dum arietem duobus hærentem cornibus in planta Sabec dicta, conſpicis; Chriſtum agnum Dei, duabus in cruce manibus hærentem atque pendentem reſpice. Plantam Sabec, remiſſionem ſeu liberationem interpretatur. Dimiſit enim ac liberavit a cæde filium ſenis, crucem deſignans quæ mundo remittit peccata, eique vitam præbet. Aries in virgulto Sabec ſuſpenſus, myſtica ſolum liberavit Iſaac; at Agnus Dei in cruce ſuſpenſus, mundum a morte & ab inferno liberavit. Avulſus eſt Iſaac a pueris
Gen. xxii. 5 ſuis; & Chriſtus a ſuis diſcipulis, noſtra cauſa ad interne-
Mat. xxvi. 52. cionem venturus ... Sicut ergo ibi ſolo verbo divinæ vo-
Joan. i. 14. luntatis, ovis in rerum naturam prodiit: ita & in Virgi-
Hen. xxii. 13. ne, Verbum caro factum eſt. Et quemadmodum ovis in planta ſeu virgulto Sabec ligata hærebat: ſic etiam unigenitus filius in cruce clavis confixus pendebat. Propterea

clamat Iſaias, dicens: Sicut ovis ad occiſionem ductus eſt, Mat. xvii.
ſine voce. Rurſus autem Dominus dicebat ad Judæos: 35.
Deſiderabat Abraham videre diem meum: & vidit & ga- Iſai. liii.
viſus eſt; diem ſcilicet paſſionis in figura Iſaac, ſuper Jo. viii. 56.
montem ſanctum.

(B) MARC. XV. 21. Et angariaverunt prætereuntem quempiam, Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret crucem ejus.

Eadem refert LUC. XXIII. 26.

(C) JOHANN. XIX. 16. .... Suſceperunt autem Jeſum, & eduxerunt. 17. Et bajulans ſibi crucem exivit in eum qui dicitur Calvariæ locum, Hebraice autem Golgotha.

(D) HEBR. XIII. 11. Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in Sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra. 12. Propter quod & Jeſus, ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. 13. Exeamus igitur extra caſtra, improperium ejus portantes.

(E) BARON. *Annales ann. Chriſti* 34. §. 111. Quod in primis ad Golgotha ſpectat, locum illum quo ad ſupplicium crucis ductus eſt Jeſus: Hæc Hieronymus: (*de locis Hebraicis*) Locus, inquit, eſt Calvariæ, & uſque hodie oſtenditur in Ælia ad ſeptentrionalem plagam montis Sion. Hunc eundem eſſe montem in quo Abraham juſſus eſt immolare filium ſuum Iſaac, ex majorum traditione per generationes ſingulas ad poſteros dilapſa, complures antiquorum Patrum teſtantur, inter quos hæc Auguſtinus (*Serm.* 21. *de tempore.*) Hieronymus Presbyter ſcripſit ab antiquis & ſenioribus Judæis ſe certiſſime cognoviſſe quod ibi immolatus ſit Iſaac, ubi poſtea Chriſtus crucifixus eſt.

Lege quæ ſuperius diximus, dum Iſaaci hiſtoriam proſecuti ſumus Part. 1. *ſect.* 1. *cap.* 4. § 6.

(F) LUC. XXIII. 27. Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum: quæ plangebant, & lamentabantur eum. 28. Converſus autem ad illas Jeſus, dixit: Filiæ Jeruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros. 29. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ ſteriles, & ventres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactaverunt. 30. Tunc incipient dicere montibus: Cadite ſuper nos; & collibus: Operite nos. 31. Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet.

S. AUGUST. *Enarrat. in Pſal.* LXVIII. *Serm.* 2. *num.* 5. Extraneæ mulieres flebant, quando ad paſſionem ducebatur: ad quas converſus ait, Flete, ſed vos, nolite Luc. xxiii.
me. Quomodo ergo ſuſtinuit qui ſimul contriſtaretur, 28.
& non fuit? Attendimus, & invenimus triſtes, & lugentes, & plangentes; unde nobis mira videtur iſta ſententia: *Suſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit; & con-* Pſ. lxviii.
ſolantes, & non inveni. Intendamus diligentius, & vi- 21.
debimus eum ſuſtinuiſſe qui ſimul contriſtaretur, & non fuiſſe. Contriſtabantur enim illi carnaliter de vita mortali, quæ mutanda fuerat morte, & reparanda reſurrectione: hinc erat illa triſtitia. De illis animi eſſe debuit, qui cæci medicum occiderunt, qui tanquam pernicioſe febrientes phrenetici faciebant injuriam ei a quo illis fuerat ſalus allata. Ille volebat curare, illi ſævire: hinc triſtitia medico. Quære utrum invenerit hujus triſtitiæ comitem.

Non

2. Poſt Jeſum ducti ſunt latrones duo, addicti item ad ſupplicium crucis. (G)

G

I. Ubi Chriſtus pervenit ad locum ſupplicii, quid actum eſt?

R. 1. Vinum dederunt ei myrrhatum, ut fieri ſolebat omnibus ſupplicio afficiendis, vel ad ſopiendum dolorem vel ad vires ſuppeditandas; ſed per ſummam inhumanitatem fel cum vino miſcuerant; & cum guſtaſſet Jeſus, noluit bibere. (H)

H

2. Exuerunt Chriſtum veſtibus ſuis, quas cum tuliſſet milites, diviſerunt ſibi in partes quatuor. Tunicam autem inconſutilem non diviſerunt, ſed miſerunt ſortem ſuper eam, (I)

I

3. Foderunt manus & pedes Jeſu clavis affigentes eum cruci, *Scripſit autem titulum Pilatus*

Joh. 19. 19. 20. *Hebraice, Græce, & Latine, & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum*, Jesus Nazarenus Rex Judæorum. Dixerunt autem *Pila-*

Ibid. 21. 22. *to Pontifices Judæorum, Noli ſcribere rex Judæorum; ſed quia ipſe dixit Rex ſum Judæorum*. Dixit autem Pilatus, *Quod ſcripſi ſcripſi*. Factum id divino conſilio, inquit Auguſtinus, ut intelligeretur Chriſti regnum ad omnes populos, per triplicem hanc linguam deſignatos, extendendum. (K)

K

4. Chriſtum cruci affixum ſublevarunt una cum cruce, ut crux terræ figeretur, quod novum Chriſto ſupplicium fuit.

5. Tandem acceſſit ad cumulum ignominiæ, quod crucifixerunt & latrones duos unum a dextris & alium a ſiniſtris ejus, medium autem Jeſum. (L)

L

I. Qua hora Chriſtus crucifixus eſt?

R. Feria ſexta circa horam ſextum, hoc eſt, circa meridiem, tuncque factæ ſunt præter naturæ ordinem ad horam uſque nonam tenebræ, de quibus infra dicemus. (M)

M

I. Quid actum eſt ab iis qui ſupplicio interfuerunt?

R. 1. Milites illic poſiti ad cuſtodiem, illudebant Chriſto, multa blaſphemantes. Id ipſum fecerunt Sacerdotes & populus ad ſpectaculum congregati. (N)

N

2. Ex duobus latronibus ſimul crucifixis alter, in obſtinatione permanens, blaſphemiis & conviciis Chriſtum appetiit; alter increpavit ſocium blaſphemantem, & ad Chriſtum converſus ſibi miſericordiam obſecravit. (O)

O

3. Stans ad crucem Jeſu mater ejus Maria virgo, dolore percita, ſed ſtans tamen, Filium unigenitum offerebat Deo, & mente conjuncta Chriſto veniebat in partem ſacrificii illius quod pro generis humani reconciliatione Chriſtus moriens offerebat. (P)

P

4. Johannes Evangeliſta, mulieres ſanctæ quæ ſecutæ Jeſum fuerant, occulti Chriſti diſcipuli, quorum aliqui hic aderant; pro ſuo quiſque erga Chriſtum affectu & amore dolebant & lamentabantur.

I. Quid egit Chriſtus in cruce?

R. 1. Oravit pro carnificibus ſuis: *Pater*, inquit, *dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt*. Luc. 23. 34.

2. Pa-

Non enim ait, ſuſtinui qui contriſtaretur, & non fuit; ſed, *qui ſimul contriſtaretur*, ideſt, ex ea re, qua ego, contriſtaretur, *& non inveni*.

(G) Luc. xxiii. 32. Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut interficerentur.

(H) Matth. xxvii. 33. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod eſt Calvariæ locus. 34. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum guſtaſſet noluit bibere.

(I) Johan. xix. 23. Milites ergo cum crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta ejus, (& fecerunt quatuor partes: unicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum. 24. Dixerunt ergo ad invicem: Non ſcindamus eam, ſed ſortiemur de illa cujus ſit:

Pſ. 21. 19. ut Scriptura impleretur, dicens: Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi: & in veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt.

Matth. xxvii. 35. Marc. xv. 24. Luc. xxiii. 34. *hæc etiam legere poteris*.

(K) Johan. xix. 19. Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum: Jeſus Nazarenus Rex Judæorum. 20. Hunc ergo titulum multi Judæorum legerunt: quia prope civitatem erat locus ubi crucifixus eſt Jeſus. Et erat ſcriptum Hebraice, Græce, & Latine. 21. Dicebant ergo Pilato Pontifices Judæorum: Noli ſcribere Rex Judæorum; ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Judæorum. 22. Reſpondit Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi.

S. Aug. *Tract.* 117. *in Johan. num.* 4. Hi quippe tres linguæ ibi præ cæteris eminebant: Hebræa propter Judæos in Dei lege glориantes; Græca propter Gentium ſapientes; Latina propter Romanos, multis ac pene omnibus jam tunc gentibus imperantes.

N. 5. O ineffabilem vim divinæ operationis, etiam in cordibus ignorantium! Nonne occulta vox quædam Pilato intus quodam, ſi dici poteſt, clamoſo ſilentio perſonabat, quod tanto ante in Pſalmorum

Titulus Pſ. 56. 57. literis prophetatum eſt, Ne corrumpas tituli inſcriptionem? Ecce tituli inſcriptionem non corrumpit: quod ſcripſit, ſcripſit. Si corrumpi non poteſt quod Pilatus ſcripſit, corrumpi poteſt quod veritas dixit? Sed Judæorum tantum Rex eſt Chriſtus, an & gentium? Immo & gentium ... Cur ergo magnum volumus intelligi in hoc titulo ſacramentum, in quo ſcriptum erat, Rex *Judæorum*, ſi Rex eſt Chriſtus & gentium? Quia ſcilicet oleaſter factus eſt particeps pinguedinis oleæ, non olea particeps facta eſt ama-

Rom. 11. 17. ritudinis oleaſtri. Nam in eo quod de Chriſto veraciter ſcriptus eſt titulus, *Rex Judæorum*, qui ſunt intelligendi Judæi, niſi ſemen Abrahæ filii promiſſionis, qui ſunt etiam Filii Dei? Quoniam *non qui filii carnis*, ait Apoſtolus, *hi filii Dei: ſed qui filii*

Rom. 9. 8. *promiſſionis deputantur in ſemine*.

(L) Matth. xxvii. 38. Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones, unus a dextris, & unus a ſiniſtris.

(M) Matth. xxvii. 45. A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram uſque ad horam nonam. 46. Et circa horam nonam clamavit voce magna, dicens: Eli, eli, lemmaſabacthani? hoc eſt, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me? 47. Quidam autem illic ſtantes, & audientes, dicebant: Eliam vocat iſte.

(N) Matth. xxvii. 39. Prætereuntes autem blaſphemabant eum moventes capita ſua, 40. & dicentes: Vah, qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas, ſalva temetipſum: Si Filius Dei es, deſcende de cruce. 41. Similiter & principes Sacerdotum illudentes cum Scribis & ſenioribus dicebant: 42. Alios ſalvos fecit, ſe ipſum non poteſt ſalvum facere: ſi rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei: 43. Confidit in Deo: liberet nunc, ſi vult eum; dixit enim: Quia Filius Dei ſum.

(O) Luc. xxiii. 39. Unus autem de his, qui pendebant, latronibus, blaſphemabat eum, dicens: Si tu es Chriſtus, ſalvum fac temetipſum, & nos. 40. Reſpondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es. 41. Et nos quidem juſte, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali geſſit. 42. Et dicebat ad Jeſum: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. 43. Et dixit illi Jeſus: Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo.

(P) S. Ambros. *Lib.* 10. *in Luc. cap.* 23. *num.* 132. Sed nec Maria minor quam matrem Chriſti decebat, fugientibus Apoſtolis, ante crucem ſtabat, & piis ſpectabat oculis Filii vulnera; quia expectabat non pignoris mortem, ſed mundi ſalutem, aut fortaſſe quia cognoverat per Filii mortem mundi redemptionem, aula regalis putabat ſe & ſua morte publico muneri aliquid addituram.

Epiſt. 63. *alias* 25. *n.* 110. *Eadem omnino ipſiſſimis verbis repetit*.

Hac-

PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 16. 2. Patri ſuo per Spiritum ſanctum obtulit ſacrificium ſanguinis ſui, quo ſolo placari poterat ira Dei in homines peccatores æquiſſime accenſa. (Q)

Q 3. Fecit in cruce quod facturus eſt cum vivis & mortuis: crux enim tribunal fuit in quo judex poſitus in medio, hinc latronem ad ſiniſtram poſitum in impietate dereliquit & damnavit; inde latronem alterum, Chriſti ipſius gratia credentem & pœnitentem, a dextera poſitum liberavit & remuneravit, cumulans ſua dona coronis. (R)

R

Joh. 19. 26. 27. 4. *Cum vidiſſet Jeſus matrem & diſcipulum ſtantem quem diligebat*, (hoc eſt Johannem Evangeliſtam) *dixit matri ſuæ; Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit diſcipulo, Ecce mater tua*. Quibus verbis deſignati videntur in Johanne omnes Chriſtiani, qui cum Chriſti fratres ſint Mariam virginem matris loco habere debent. (S)

S

Heb. v. 7. 5. Circa horam nonam Chriſtus clamavit voce magna *ſupplicationes & preces*, ad conſummandum ſacrificium, *cum lacrymis offerens*, ut ait Apoſtolus. (T)

T 6. Cum clamaſſet ſubjecit hæc verba Pſalmi vigeſimi primi qui totus eſt de Paſſione Chriſti: *Deus, Deus meus, quare me dereliquiſti?* Pſ. 21. 1.

Joh. 19. 28. 30. Luc. 23. 46. 7. Deinde cum dixiſſet, *Sitio*, data eſt ei quæ impoſita fuerat arundini ſpongia aceto plena. *Cum ergo accepiſſet Jeſus acetum, dixit: Conſummatum eſt. Et iterum clamans voce magna, ait: Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et hæc dicens, inclinato capite tradidit ſpiritum*. (V) V

Atque ita juxta prophetiam Danielis, occiſus eſt Chriſtus, Meſſias tamdiu expectatus a Judæis, & ab iis rejectus, *deſideratus cunctis gentibus*, Agg. II. 8. unigenitus Dei Filius. Mori viſus eſt in infirmitate, & tamen ipſa morte demonſtravit eſſe ſe ſupremum & vitæ ſuæ & totius naturæ Dominum. *Oblatus eſt quia ipſe voluit*, paſſus eſt Iſai. 53. 7. quia nos ineffabili amore dilexit.

§. 17. *Selecta quædam de Chriſti Paſſione & morte prophetiæ.*

I. Quænam ſunt prophetiæ Paſſionis & mortis Chriſti?

R. 1. Jam expoſuimus veteris teſtamenti figuras, quæ Paſſionem & mortem Chriſti ad vivum adumbrando & præſignando prænuntiarunt.

2. Nimis longum eſſet ſingulas oratione pro-

(Q) HEB. IX. 11. Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id eſt, non hujus creationis: 12. Neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem, introivit ſemel in Sancta, æterna redemptione inventa. 13. Si enim ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis: 14. Quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſerviendum Deo viventi? 15. Et ideo novi teſtamenti mediator eſt, ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. 16. Ubi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris... 28. Sic, & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata.

X. 5. Ideo ingrediens mundum dicit: Hoſtiam, & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi: 6. Holocauſtomata pro peccato non tibi placuerunt. 7. Pſ. 39. 7. Ibid. 8. 9. Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me. Ut faciam, Deus, voluntatem tuam ... 10. In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Jeſu Chriſti ſemel ... 14. Una enim oblatione, conſummavit in ſempiternum ſanctificatos.

(R) S. AUG. *Serm. 1. in Pſal.* XXXIV. *num.* 14. Et ille latro, quamvis ex latrocinio ductus ad judicem, & a judice in crucem, tamen in ipſa cruce juſtificatus Rom. 10. 10. eſt: Corde credidit, ore confeſſus eſt. Neque enim Luc. 23. 43. injuſto & non jam juſtificato diceret Dominus. *Hodie mecum eris in paradiſo.*

Serm. 2. in eumd. Pſ. in fine, n. 1. Tres erant in cruce, unus Salvator, alius ſalvandus, alius damnandus: omnium par pœna, ſed impar cauſſa.

In Pſal. XXXIX. *num.* 15. *Corde creditur ad juſtitiam, ore* Rom. 10. 10. *autem confeſſio fit ad ſalutem*. Qualis latro inventus eſt, pendens in cruce cum Domino, agnoſcens in cruce Dominum. Alii non cognoverunt miracula facientem, agnovit ille in cruce pendentem. Erat ille confixus omnibus membris, manus clavis inhærebant, pedes transfixi erant, totum corpus adjungebatur ligno; corpus illud non vacabat cæteris membris, lingua vacabat & cor: corde credidit, ore confeſſus eſt.

Tract. 31. in Johan. num. 11. in finem. Et ipſa crux, ſi attendas, tribunal fuit: in medio enim judice conſtituto, unus latro qui credidit liberatus, alter qui inſultavit damnatus. Jam ſignificabat quod facturus eſt de vivis & mortuis, alios poſiturus ad dexteram, alios ad ſiniſtram: ſimilis ille latro futuris ad ſiniſtram, ſimilis alter futuris ad dexteram. Judicabatur, & judicium minabatur.

S. CYRILL. HIEROSOLYM. *Catech. 13. non longe a fine num.* 15. Quæ virtus te illuminavit, o latro? Quis te docuit adorare contemptum, & ſimul cruci affixum? o lumen perpetuum illuminans obſcuratos! ... Longa erat petitio, ſed celerrima gratia.. o ingentem & inenarrabilem gratiam! *Ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit gratia*. Qui tulerunt Rom. v. 20. æſtum, non ingreſſi ſunt, & qui undecima hora venit, ingreſſus eſt.

S. LEO MAGN. *Serm. 51. qui eſt 2. de paſſione c. 1.* Ait ei (latroni) Jeſus: *Amen dico tibi, hodie me-* Luc. 23. 43. *cum eris in paradiſo*. Excedit humanam conditionem iſta promiſſio; nec tam de ligno crucis, quam de throno editur poteſtatis.

Serm. 58. de paſſione Domini VII. *c.* 1. Cruci affixus eſt, duobus latronibus, uno ad dextram ipſius, alio ad ſiniſtram, ſimiliter crucifixis: ut etiam in ipſa patibuli ſpecie, monſtraretur illa, quæ in judicio ipſius omnium hominum eſt facienda diſcretio: cum & ſalvandorum figuram fides credentis latronis exprimeret, & damnandorum formam blaſphemantis impietas prænotaret.

Cap. 3. Ibi (in cruce) tota diabolicæ dominationis conterebatur adverſitas, & de elatione ſuperbiæ victrix humilitas triumphabat, cum tam velox fidei eſſet effectus, ut de crucifixis cum Chriſto latronibus, qui in Chriſtum Filium Dei credidit, paradiſum juſtificatus intraverit. Quis tanti muneris explicet ſacramentum? Quis potentiam tam miræ commutationis enarret? Exiguo temporis puncto, longorum ſcelerum reatus aboletur, inter luctantis animæ dura tormenta, hærens patibulo tranſit ad Chriſtum, & cui propria impietas intulit pœnam, Chriſti gratia dat coronam.

(S) JOHANN. XIX. 25. Stabant autem juxta crucem Jeſu mater ejus, ſoror matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. 26. Cum vidiſſet ergo Jeſus matrem, & diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dicit matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus. 27. Deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua.

S. AMBROS. *Lib. 10. in Luc. num.* 131...... Ipſe (Dominus) ait: *Quæ eſt mater mea, & qui ſunt* Matt. 12. 48. *fratres mei?* Quia non venerat vocare juſtos, ſed peccatores. Sed ibi pro loco, hic & in cruce non immemor matris, appellat eam dicens: *Ecce filius* Joh. 19. 26. 27. *tuus*; & Johanni: *Ecce mater tua*. Teſtabatur de cruce Chriſtus, & teſtamentum ejus ſignabat Johannes, dignus tanto teſtatore teſtis.

(T) HEB. v. 7. Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationeſque ad eum qui poſſit illum ſalvum facere a morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia.

(V) JOAN. XIX. 28. Poſtea ſciens Jeſus quia omnia conſummata ſunt, ut conſummaretur Scriptura, dixit: Sitio.

Digitized by Google

proſeqni prophetias, quæ tem antiquitus prædixerunt. Aliquas ſeligere, & enumerare ſuffieiet; leguntur illæ præſertim in Pſalmis, in Iſaia, Daniele, Zacharia, & libro Sapientiæ. Ex iis jam aliquas prænotavimus in ſuperioribus paragraphis.

I. Quid ſcriptum eſt in Pſalmia de paſſione Chriſti?

R. Plures ex illis eſſent tranſeribendi, ſi ſingula referre expediret. Verbi gratia Pſalmum vigeſimum primum, & ſexageſimum octavum, qui inſtar hiſtoriæ paſſionis Chriſti eſſe videntur. Ex iis verſus aliquos referre ſuffieiet, qui Davidi ne in ſenſu quidem litterali poſſunt convenire.

8. „ Omnes videntes me deriſerunt me; locuti
„ ſunt labiis & moverunt caput. 9. Speravit in
„ Dominu, eripiat eum: ſalvum faeiat eum, quo-
„ niam vult eum...

12. „ Tribulatio proxima eſt: quoniam non
„ eſt qui adjuvet. 13. Circumdederunt me vi-
„ tuli multi; tauri pingues obſederunt me.
„ 14. Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo
„ rapiens & rugiens. 15. Sicut aqua effuſus
„ ſum: & diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Fa-
„ ctum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens
„ in medio ventris mei. 16. Aruit tanquam
„ teſta virtus mea, & lingna mea adhæſit fau-
„ cibus meis: & in pulverem mortis deduxiſti
„ me. 17. Quoniam circumdederunt me canes
„ multi: concilium malignantium obſedit me.
„ Foderunt manus meas & pedes meos: 18. Di-
„ numeraverunt omnia oſſa mea. Ipſi vero con-
„ ſideraverunt, & inſpexerunt me. 19. Divi-
„ ſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem
„ meam miſerunt ſortem. 20. Tu autem Do-
„ mine ne elongaveris auxilium tuum a me:
„ ad defenſionem meam conſpice. 21. Erue a
„ framea, Deus, animam meam: & de manu
„ canis unicam meam. 22. Salva me ex ore leo-
„ nis: & a cornibus unicornium humilitatem
„ meam. 23. Narrabo nomen tuum fratribus
„ meis, in medio Eccleſiæ laudabo te....
„ 28. Reminiſcentur & convertentur ad Domi-
„ num univerſi fines terræ: & adorabunt in con-
„ ſpectu ejus univerſæ familiæ gentium. 29. Quo-
„ niam Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur
„ gentium.

In hoc Pſalmo, ut cuilibet legenti per ſe patet diſtincte, poſuit David quidquid ad paſſionem Chriſti, & ad fructum ex ejus ſanguine in nationes derivandum pertineret. (A) A

Pſalmo LXVIII. poſtquam furorem Judæorum in Chriſtum David graphice depinxit, mox futu-

Sitio. 29. Vas ergo erat poſitum aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circumponentes obtulerunt ori ejus. 30. Cum ergo accepiſſet Jeſus acetum, dixit: Conſummatum eſt.

(A) S. AUG. *in Pſalm.* XXI. *enarr.* 1. *num.* 1. Dicuntur iſta ex perſona Crucifixi. Nam de capite Pſalmi hujus ſunt
Rom. 6. 6. verba, quæ ipſe clamavit, cum in cruce penderet, perſonam etiam ſervans veteris hominis, cum mortalitatem portavit. Nam vetus homo noſter confixus eſt cruci cum illo.

Pſ. 21. 17. *N.* 17. *Quoniam circumdederunt me canes multi.* Quoniam circumdederunt me, non pro veritate, ſed pro conſuetudine, latrantes multi. *Concilium malignantium circumdedit me. Foderunt manus meas, & pedes.* Foderunt clavis manus meas, & pedes.

N. 18. *Dinumeraverunt omnia oſſa mea.* Dinumeraverunt in ligno crucis extenta omnia oſſa mea.

Enarr. 2. *num.* 1. Quod taceri Deus noluit per Scripturas ſuas, nec a nobis tacendum eſt, & a vobis audiendum.
1. Pet. 3. 18. Paſſio Domini, ſicut ſcimus, ſemel facta eſt: ſemel enim
Rom. 6. 9. Chriſtus mortuus eſt, juſtus pro injuſtis. Et ſcimus, & certum habemus, & fide immobili retinemus, quia Chriſtus reſurgens a mortuis, jam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur. Verba iſta Apoſtoli ſunt: tamen ne obliviſcamur quod factum eſt ſemel, in memoria noſtra omni anno fit. Quotiens Paſcha celebratur, numquid totiens Chriſtus moritur? Sed tamen anniverſaria recordatio quaſi repræſentat quod olim factum eſt, & ſic nos facit moveri tanquam videamus in cruce pendentem Dominum; non tamen irridentes, ſed credentes. Pendens enim in ligno irriſus eſt, ſedens in cœlo adoratur. An forte adhuc irridetur, & jam non eſt iraſcendum Judæis, qui vel morientem deriſerunt, non regnantem? Et quis eſt qui Chriſtum adhuc irrideat? Utinam unus eſſet, utinam duo, utinam numerari poſſent? Tota palea areæ ipſius irridet eum, & gemit triticum irrideri Dominum. Hoc volo gemere vobiſcum. Tempus eſt enim lugendi. Paſſio Domini celebratur: tempus gemendi eſt, tempus flendi, tempus confitendi & deprecandi. Et quis noſtrum eſt idoneus ad effundendas lachrymas pro dignitate doloris tanti? Sed quid modo ait Propheta? Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem la-
Jer. 9. 1. crymarum? Si vere fons lacrymarum eſſet in oculis noſtris, nec ipſe ſufficeret.

N. 2... Paſſio Chriſti (*in Pſalmo*) tam evidenter quaſi Evangelium recitatur, & dictum eſt ante neſcio quot annos quam Dominus de Maria virgine naſceretur, præco erat nuntians judicem futurum. Legamus illum... non pro affectu doloris noſtri, ſed... quantum anguſtia temporis patitur.

Pſal. 21. 2. N. 3. *Deus, Deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti?* Illum verſum primum in cruce audivimus, ubi Dominus dixit, Eli, Eli, quod eſt, Deus meus, Deus meus, Mat. 27. 46.
Lammaſabachthani? quod eſt, quare me dereliquiſti?... Quid voluit dicere Dominus? Non enim dereliquerat illum Deus, cum ipſe eſſet Deus; utique Filius Dei Deus, utique Verbum Dei Deus.... Ipſum ergo Verbum, quod Joh. 1. 14.
Deus erat, caro factum eſt, & habitavit in nobis. Et cum Verbum Deus factum eſſet caro, pendebat in cruce, & dicebat: *Deus meus, Deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti?* Quare dicitur, niſi quia nos ibi eramus, niſi Epheſ. 1. 23.
quia corpus Chriſti Eccleſia? Ut quid dixit, *Deus meus, Deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti?* Niſi quodammodo intentos nos faciens, & dicens, Pſalmus iſte de me ſcriptus eſt? *Longe a ſalute mea, verba delictorum meorum.* Quorum delictorum, de quo dictum eſt, Qui pecca- 1. Pet. 2. 22.
tum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus? Quomodo ergo dicit *delictorum meorum:* niſi quia pro delictis noſtris ipſe precatur, & delicta noſtra, ſua delicta fecit, ut juſtitiam ſuam, noſtram juſtitiam faceret?

N. 4. *Deus meus clamabo ad te per diem, & non exaudies; & nocte, & non ad inſipientiam mihi.* Dixit utique Pſal. 21. 3.
de me, de te, de illo. Corpus enim ſuum gerebat, id eſt Eccleſiam. Niſi forte putatis, Fratres, quia quando dixit Dominus, Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte, mori timebat. Non eſt fortior miles, quam Imperator. Matt. 26. 39.
Sufficit ſervo ut ſit ſicut Dominus ejus. Paulus dicit, mi- Id. 10. 25.
les Regis Chriſti, compellor a duobus, concupiſcentiam Phil. 1. 23.
habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. Ille optat mortem, ut ſit cum Chriſto, & ipſe Chriſtus timet mortem? ſed quid niſi infirmitatem noſtram portabat, & pro his qui adhuc timent mortem in corpore ſuo conſtitutis, iſta dicebat? Inde erat illa vox, membrorum ipſius vox erat, non capitis, ſic & hic, *Per diem & noctem clamavi, & non exaudies.* Multi enim clamant in tribulatione, & non exaudiuntur: ſed ad ſalutem, *non ad inſipientiam:* .... ut intelligat homo medicum eſſe Deum, & tribulationem medicamentum eſſe ad ſalutem, non pœnam ad damnationem.

N. 6. Et vide quid dicat. *In te ſperaverunt Patres noſtri,* Pſal. 21. 5.
ſperaverunt, & eruiſti eos. Et novimus & legimus, quam multos patres noſtros ſperantes in ſe eruit Deus. Eruit Exod. 12. 51.
ipſum populum Iſrael de terra Ægypti; eruit tres pueros Dan. 13. & 14.
de camino ignis; eruit Danielem de lacu leonum; eruit Suſannam de falſo crimine: omnes invocaverunt, & eruti ſunt. Numquid defecit ad filium ſuum, ut in cruce pendentem non exaudiret?

N. 7. *Ego autem ſum vermis, & non homo....* Quare Pſal. 21. 7.
vermis? Quia mortalis, quia de carne natus, quia ſine concubitu natus. Quare non homo? Quia in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

N. 8. *Opprobrium hominum, & abjectio plebis.* Vide- Johan. 1. 1.
te quanta paſſus eſt... Et ſicut dixi, tam multi invoca-

Digitized by Google

Pars I. Sect. II. Cap. I. § 17. verunt, & ſtatim ad tempus, non in futura vita, ſed continuo liberati ſunt. Ipſe Job diabolo petenti conceſ-
ſus eſt, putreſcens vermibus: tamen in hac vita recupe-
tavit ſalutem, duplo accepit quæ perdiderat: Dominus
Job 1. 12. autem flagellabatur, & nemo ſubveniebat; colaphis cæ-
Id. 42. 10. debatur, & nemo ſubveniebat; ſputis detorpabatur, &
Matt. 27. nemo ſubveniebat; ſpinis coronabatur, & nemo ſubveniebat; levabatur in ligno, nemo eruit; clamat, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti? non ſubvenitur. Quare, Fratres mei? quare? qua mercede tanta paſſus eſt? Omnia iſta quæ paſſus eſt, pretium eſt.

Pſ. 21, 8. *N. 9. Omnes qui videbant me, ſubſannabant me, locuti ſunt labiis, & moverunt caput, Speravit in Domino, eruat eum: ſalvum faciat eum, quoniam vult eum.* Sed quare dicebant iſta? Quia homo factus erat, dicebant tanquam in hominem.

N. 13. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me. Populus & principes: populus, vituli multi; principes, tauri pingues.

N. 14. Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens. Audiamus rugitum ipſorum in Evangelio, crucifige, crucifige.

N. 17. ... Foderunt manus meas, & pedes meos. Tunc facta vulnera, quorum vulnerum cicatrices dubitans Diſcipulus contrectavit, ille qui dixit, Niſi miſero digitos
Joh. xx. 25. meos in cicatrices vulnerum ejus, non credam.

Id. Pſal. 18. *N. 18. Dinumeraverunt omnia oſſa mea.* Quando pendens extentus erat in ligno. Non potuit melius deſcribi extenſio corporis in ligno, quam ut dicerent, *Dinumeraverunt omnia oſſa mea.*

N. 20. Tu autem Domine ne longe feceris auxilium tuum. Et factum eſt: poſt triduum reſurrexit.

N. 23. ... Ecce, intelligimus quæ paſſus eſt: dinumerata ſunt oſſa ejus, irriſus eſt, diviſa ſunt veſtimenta ejus, inſuper miſſa eſt ſors ſuper veſtem ipſius, circumdederunt illum furentes, & ſævientes, & diſperſa ſunt omnia oſſa ejus, & hic audimus, & in Evangelio legimus. Videamus quare. O Chriſte Fili Dei, ſi nolles non patereris, oſtende nobis fructum paſſionis tuæ. Audi, inquit, fructum ... quare paſſus ſum iſta omnia .... *Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio Eccleſiæ cantabo te* ... Eccleſiam videamus propter quam paſſus eſt.

N. 24. Qui timetis Dominum laudate eum. Ubicumque timetur Deus & laudatur, ibi eſt Eccleſia Chriſti.

N. 26. In Eccleſia magna confitebor tibi .... Eccleſia magna quid eſt, Fratres? Numquid exigua pars orbis terrarum Eccleſia magna eſt? Eccleſia magna totus orbis eſt.

N. 28. ... Vota mea Domino reddam coram timentibus eum.
Item 26. Sacrificium pacis, ſacrificium charitatis, ſacrificium corporis ſui norunt fideles: diſputari inde modo non poteſt.
27. *Vota mea reddam coram timentibus eum.* Edant publicani, edant piſcatores, manducent, imitentur Dominum, patiantur, ſaturentur. Mortuus eſt ipſe Dominus, moriuntur & pauperes: additur & mors Diſcipulorum morti Magiſtri. Quare? Da mihi fructum. *Com-
28. memorabuntur, & convertentur ad Dominum omnes fines terræ* ... Ecce Chriſtus paſſus eſt, ecce mercator oſtendit mercedem, ecce pretium quod dedit, ſanguis ejus fuſus eſt. In ſacco ferebat pretium noſtrum; percuſſus eſt lancea, fuſus eſt ſaccus, & manavit pretium orbis terrarum.

N. 29. Pſalmum attendite, Pſalmum legite. Ecce Chriſtus paſſus eſt, ſanguis ejus fuſus eſt: ecce Redemptor noſter, ecce pretium noſtrum. Quid emit dicatur mihi. Quid interrogamus? Quid ſi mihi aliquis dicat, o ſtulte, quid interrogas? Codicem portas, ibi habes unde emit, ibi quære quid emit. Ecce ibi habes, *Commemorabuntur & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ.*

Theodoretus *Interpr. Pſalmi* xxi. *verſ. 1. in finem. Pro ſuſceptione matutina. Pſalmus Davidis.* Hic Pſalmus Domini Chriſti paſſionem & reſurrectionem & gentium vocationem, & totius orbis ſalutem prædicit. Inſcriptio autem ipſa hoc demonſtrat. Suſceptio enim matutina Salvatoris noſtri eſt adventus, qui inſtar auroræ in tenebris ſedentibus illuxit... Nam potius ſacris Apoſtolis credendum eſt, & ipſi Salvatori, qui principio hujus Pſalmi clare uſus eſt, quam iis qui perperam interpretari conantur.

2. *Deus Deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti.* Patibulo autem ſuffixus in hanc vocem prorupit ipſa He-
Mat. 27. 46. braica voce uſus, *Heli, Heli lamaſabacthani.* Quomodo igitur ejuſdem veritatis teſtimonium rejici poteſt? Derelictum autem fuiſſe dicit, ut qui eum nullum peccatum commiſerit, mori tamen obnoxius fuerit, quæ contra peccatores potentiam acceperat. Vocat igitur derelictionem, non ſeparationem divinitatis conjunctæ, ut quidam ſuſpicati ſunt, ſed paſſionis factam permiſſionem. Aderat enim divinitas ſervi formæ patienti, & ſivit illam pati, toti hominum generi ſalutem moliens. Ipſa tamen nihil inde patiebatur. Quo enim pacto impatibilis natura pati poſſet? Dicit autem hæc Dominus Chriſtus ut homo. Et quoniam ipſe primitiæ humanæ erat naturæ, pro tota humana natura in ſequentibus verba facit: *Longe a ſalute mea verba delictorum meorum* .... Quidam cum hanc vocem attendiſſent, dixerunt hunc Pſalmum Domino non congruere. Quomodo enim, inquiunt, qui peccatum non fecit, dicere poterat, longe a ſalute mea verba delictorum meorum? Audiant igitur
magnum Johannem clamantem, *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum Mundi*; & divinum Paulum dicentem, *Eum* Joh. 1. 29. 2. Cor. v. 21.
qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos Gal. iii. 13.
fieremus juſtitia in ipſo; & rurſus, *Chriſtus redemit nos ex maledictione legis, factus pro nobis maledictio.* Itaque quemadmodum cum ſit fons juſtitiæ, noſtrum peccatum accepit; cumque ſit benedictionis pelagus, maledictionem nobis imminentem ſuſcepit, & crucem ſuſtinuit opprobrium deſpiciens; ſic & pro nobis verba fecit .... & exclamat, *longe a ſalute mea verba delictorum meorum.* Ne reſpicias, inquit, in delicta naturæ, ſed concede ſalutem propter meos cruciatus. Et quando quidem crucem more humano ferens, ſæpius precatus eſt in paſſionis tempore,
Pater, dicens, *ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte*, & mœ- Mat. 26. 39.
rore affectus dicebat, *triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*; merito & Pſalmus hæc prædicens ait:

3. *Deus meus clamabo per diem ad te, & non exaudies, &* Ibid. 38.
nocte, & non ad inſipientiam mihi .... Dies noctesque, inquit, me clamantem, & ſilere nolentem, non exaudiſti, ſed paſſioni tradidiſti: verumtamen novi diſpenſationis myſterium. Hoc enim eſt quod ſignificabat, *non ad inſipientiam mihi.* Novi enim non fruſtra conceſſionem petitionis te procraſtinare, ſed magnum quid & ſalutare ex paſſione procurare.

4. *Tu autem in ſancto habitas, laus Iſrael.* Hoc autem, ait, omnium eſt maxime admirabile, quod te in ſancto hoc corpore habitante, paſſio peragitur...

5. *In te ſperaverunt patres noſtri.* Lucrum ſpei demonſtrat. *In te ſperaverunt, & liberaſti eos.*

6. *Ad te clamaverunt, & ſalvi facti ſunt; in te ſperaverunt, & non ſunt confuſi.* Atqui, inquit, manifeſto novi, cum omnes patres noſtri tuo auxilio confiſi eſſent, ſpe minime fruſtratos eſſe, cumque tuum auxilium imploraſſent, tuæ providentiæ fructum cepiſſe.

7. *Ego autem ſum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis.* Ego autem, ait, & inſtar vermis viſus ſum, & ridiculus factus...

8. *Omnes videntes me, deriſerunt me, & locuti ſunt labiis, & moverunt caput.*

9. *Speravit in Domino, eripiat eum: ſalvum faciat eum quoniam vult eum.* Et hæc in ſacris Evangeliis poſita ſunt.
Multi enim, inquit, *moventes capita, dicebant, alios* Mat. xxvii.
ſalvos fecit, ſeipſum ſalvum facere non poteſt. Et alter 39. 42.
latronum dicebat, *Si tu es Filius Dei, ſalvum fac teipſum & nos.* Luc. 23. 39.
Atque hoc etiam, *ſperavit in Domino, eripiat eum, quoniam vult eum*, in ſacris Evangeliis inveniri poteſt.

10. *Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre, ſpes mea ab uberibus matris meæ.*

11. *In te projectus ſum ex utero, de ventre matris meæ Deus meus es tu.* Hæc etiam beatus Iſaias vaticinatus eſt. Cum enim dixiſſet, *Ecce virgo concipiet in utero, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel*, ſubjun-
xit, *Butyrum & mel comedet, & priuſquam ipſe cogno-* Iſai. 7. 14.
ſcat malum, vel bonum, non obtemperat malitiæ, ut eli- Id. 15. 16.
gat bonum.

12. *Ne diſceſſeris a me, quoniam tribulatio proxima eſt, quoniam non eſt qui adjuvet.* Etenim Diſcipulorum chorus tunc ipſum dereliquit. Deinde afflictionis ſpecies prædicit.

13. *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me.*

14. *Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens.* Tauros autem vocat Sacerdotes & Scribas, quibus principatus populi commiſſus erat, quique multa ferocia utebantur: vitulos vero eorum ſubditos. Vocat etiam eos pingues, tanquam bonis ab ipſo ſuppeditatis abundantius furentes. Sic enim prædixit etiam magnus Moſes, *Et co-*
medit Jacob, & incraſſatus eſt, dilectus recalcitravit, in- Deut. 32. 15.
craſſatus, impinguatus, dilatatus, & dereliquit Deum factorem ſuum. Igitur Pſalmus Pontificum, Scribarum & Phariſæorum inſultationes deſcribit, qui taurorum ferociam, leonumque furorem imitantes, Dominum Chriſtum obſidebant.

15. *Sicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia*

oſſa

Digitized by Google

oſſa mea. Oſſa vocat ſacros Apoſtolos; quoniam & corpus Eccleſiam nominat. Robur autem corporis oſſa ſunt... Diſſipati ſunt autem omnes tempore paſſionis, inſtar aquæ huc & illuc diſperſi.

Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei.

16. *Aruit tanquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis, & in pulverem mortis deduxiſti me.* Etiam hæc omnia tempore paſſionis acciderunt. Nam cor quidem ob timorem ut cera ad ignem evanuit, & robur vim priſtinam non exhibuit, atque etiam lingua immobilis permanſit. Et divini Evangeliſtæ nos docent, eum non reſpondiſſe, licet ſæpius interrogatus eſſet. Traditus eſt autem ſepulturæ poſt paſſionem, id quod pulverem mortis appellavit, quia pulvere obducuntur qui ſepeliuntur.

17. *Quoniam circumdederunt me canes multi, & concilium malignantium obſedit me.* Poſt Judæos de gentium exercitu mentionem facit: nam illi his eum tradiderunt: Idcirco prophetia rerum etiam ordinem obſervavit. Merito autem illos quidem tauros, hos vero canes nomina-
Mat. 15. 26. vit. *Non enim bonum eſt*, inquit, *ſumere panem filiorum, & dare catulis.* Sed tamen poſt paſſionem, qui olim canes erant, per fidem in filiorum ordinem tranſiverunt; & qui olim tanquam filii tractabantur, canum appellationem acceperunt, ut qui canum more contra Dominum rabie perciti fuerant. De his beatus Paulus exclamat: *Videte*
Phil. 3. 2. *canes, videte malos operarios, videte conciſionem.* Itaque propheticus ſermo, ubi canes eos appellavit, addit, *Concilium*, inquit, *malignantium obſedit me.* Deinde narrat quæ ab ipſius auin nefario patrata ſunt.

Foderunt manus meas.

18. *Dinumeraverunt omnia oſſa mea.* Et hoc manifeſtum eſt, & clarum etiam valde pertinacibus. Audimus enim in ſacris Evangeliis ipſum Dominum ſuis ſanctis Di-
Luc. 24. 39. ſcipulis dicentem, *Videte manus meas, & pedes meos, quoniam ipſe ego ſum.* Atque etiam Thomæ clavorum ſigna oſtendit, & plagam lanceâ illatam. Hoc autem dinumeraverunt omnia oſſa mea, hoc ſignificat, quoniam ſic me diſtenderunt crucifigentes, ut facile foret cuilibet oſſa
Joh. 20. 27. numerare. *Ipſi vero conſideraverunt, & inſpexerunt me.* Videlicet irridentes, & loquentes.

19. *Diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam*
Mat. 27. 35. *miſerunt ſortem.* Apertiſſime hoc etiam ſacrorum Evangeliorum hiſtoria docet.

20. *Tu autem Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me, ad defenſionem meam reſpice.*

21. *Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam.*

22. *Salva me ex ore leonis, & a cornibus unicornium humilitatem meam.* Quoniam, ait, nullam humanam opem habeo, tuæ ſuſceptionis compos fiam, & liberet tum ab his, tum ab eo, qui per hos hæc operatur, quippe inſtar canis atque leonis irrupit. Nam leonem, & canem,
Hebr. 2. 14. atque unicornem eum vocat, *qui mortis imperium habebat*, ſecundum Apoſtoli vocem; ſcilicet diabolum, qui paſſionis tempore ut fera ipſum aggreſſus eſt, mortem inferens. Id autem Dominus quoque ſacris in Evange-
Joh. 12. 31. liis dixit, *Nunc judicium eſt mundi hujus, nunc princeps*
Id. 14. 30. *hujus mundi ejicietur foras;* & rurſum, *Venit princeps mundi hujus, & in me non inveniet quicquam.* Sed tamen & nihil eorum quæ quærebat inveniens, quærebat autem peccati reprehenſiones, impudenter & valde injuſte morti tradidit: ipſe vero injuſtitiam pertulit, communem mortem deſtruere moliens.

23. *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ laudabo te.* Et hinc patet ſecundum hominem hæc eum loqui, utpote qui tanquam homo perferret ea quæ loquebatur. Fratres enim eos qui in ipſum crediderant nuncupat. Fratres autem ſunt, tanquam hominis. Ut enim Deus, herus eſt & Dominus: ut vero homo, etiam frater nominatur. Unigenitus enim eſt, & primogenitus. Et illud quidem ut Deo & Domino convenit. Nam ut Deus ſolus genitus eſt, & unigenitus vocatur: ut homo vero, etiam primogenitus appellatur; & teſtis eſt Apoſtolus di-
Rom. 8. 29. cens, *Ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Cum hæc igitur, ait, fratribus meis enarravero, per ipſos te decantabo, efficiens ut illi hunc hymnum contexant. Deinde promiſſionem implet.

24. *Qui timetis Dominum, laudate eum: univerſum ſemen Jacob glorificate eum.*

25. *Timeat eum omne ſemen Iſrael.* Quia enim Eccleſia & ex gentibus & ex Judæa conflata eſt, & hos & illos in hymnum accendit: hos quidem ab eorum progenitore nominans, ſcilicet Jacob & Iſrael; hos vero a virtute, ut quæ pro nobilitate ad homines ornandos ſufficiat... *Quoniam non ſprevit, neque deſpexit deprecationem pauperis, nec avertit faciem ſuam a me, & cum clamarem ad eum exaudivit me.* Laudate, ait, eum, qui
auctor vobis hujus ſalutis fuit: qui viliſſimam veſtram naturam minime deſpicere voluit, ſed exaudivit, & per meam reſurrectionem vobis ſalutem comparavit. Poſt hæc oſtendit æqualitatem, quam cum Patre ut Deus habet, ſubjunxit enim: PARS I. SECT. II. CAP. I. § 17.

26. *A te laus mea, in Eccleſia magna confitebor tibi.* Quemadmodum enim hominibus te clarum facio, ſic & tu omnes homines eumdem mihi habere honorem doces; nunc quidem dicens, *Hic eſt filius meus dilectus, in quo* Matt. 3. 17.
bene complacui, ipſum audite; nunc vero, *& glorificavi* & 17. 5.
te, & iterum glorificabo. Sic ejus cognitionem Petro aperuit, ſic Paulo, ſic per hos rurſus hominibus. Eccleſiam Joh. 12. 28.
enim magnam eam appellavit, quæ ad terminos uſque terræ ſe extendit. *Vota mea reddam in conſpectu timentium eum.* Preces hoc in loco non deprecationes intelligit, ſed vota... Poſtquam igitur ſuperius promiſit, per eos qui in ipſum crederent hymnum ſe contexturum, manifeſtius hic docet promiſſionibus finem ſe impoſiturum eſſe, ut ex rerum eventu, divina oracula meditantes, verborum veritatem diſcant. Quoniam autem Eccleſiæ meminit, neceſſario de hac vaticinatur, & omnium gentium vocationem prædicit. Eas enim pauperes nominat, ut quæ olim pietatis divitias non habuerunt, ſed ignorantiæ egeſtati ſervierunt.

27. *Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum.* Non omnes, nec enim omnes Evangelio obedierunt, ſed ii, qui divinum in ſe amorem admiſerunt, hos ut eſurientes & ſitientes explendos aſſerit, immortali perfruentes cibo. Divinum autem cibum, & ſpiritus doctrinam ſcimus & myſticum atque immortale convivium, quod myſteriis initiati norunt. *Vivent corda eorum in ſeculum ſeculi.* Etenim adhuc mortali corpore cincti, ſpe reſurrectionis animum recreantes, æternam vitam expectant.

28. *Reminiſcentur, & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ.* Præclare *reminiſcentur* poſuit: quoniam cum a Deo id quod ſunt accepiſſent, creatoris obliti ſunt. *Univerſi* ergo *fines terræ*, non una gens, nec duæ, ſed infiniti ex omnibus qui terram incolunt accurrent, atque divinæ cognitionis radium propenſo animo accipient. *Et adorabunt in conſpectu ejus univerſæ familiæ gentium.* Et docens proprium Dei imperium eſſe, & non alienum, poſuit.

29. *Quoniam Domini eſt regnum, & ipſe dominatur gentium.* Non enim tantum Judæorum Deus eſt Deus, ut illi exiſtimant, verum totius humanæ naturæ eſt creator. Sic & Apoſtolus ait: *Numquid Judæorum Deus eſt tantum? Nonne & gentium? nempe & gentium. Quoniam* Rom. 3. 29. 30.
unus eſt Deus, qui juſtificabit circumciſionem ex fide, & præputium per fidem.

30. *Manducaverunt, & adoraverunt omnes pingues terræ; in conſpectu ejus cadent omnes, qui deſcendunt in terram.* Qui enim comederunt & impleti ſunt, de immortali cibo gratias agentes, eum qui hæc ſuppeditavit ut Deum adorabunt...

31. *Et anima mea illi vivet, & ſemen meum ſerviet ipſi.* Semen Domini Chriſti ſunt, qui per lavacri regenerationem renati ſunt, atque adoptionis gratiam receperunt. Propterea quidem animam ſuam illi vivere, & non ſervire dixit, ſemen vero ſervire. Siquidem aſſumpta natura cum divinitate aſſumente copulata fuit, & ejuſdem gloriæ & honoris facta eſt particeps.

32. *Annunciabitur Domino generatio ventura, & annunciabunt juſtitiam ejus populo qui naſcetur, quem fecit Dominus.* Non de hac, inquit, dico generatione, ſecundum quam ego David hæc prædico; verum de futura, atque de eo populo qui naſcetur, quem ipſe univerſitatis Dominus compoſuit. Hic quidem igitur omnia hæc prædixit. Ego autem Judæorum ſtuporem deploro, quoniam in divinis oraculis ſemper verſantes, veritatem in his ſplendentem minime conſpiciunt, ſed in Davidem dictatum eſſe hunc Pſalmum aſſerunt, audientes Davidem exclamantem, *Annunciabitur Domino generatio ventura, & annunciabunt juſtitiam ejus populo qui naſcetur, quem fecit Dominus. Reminiſcentur, & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu ejus univerſæ familiæ gentium; & manducaverunt, & adoraverunt illum omnes pingues terræ.* Nam nihil horum Davidi accidiſſe videmus, nec alicui eorum, qui ex Davide prognati ſunt. Solus autem Dominus Chriſtus, qui ex Davide ſecundum carnem Deus Verbum factus eſt homo, qui ex Davide formam ſervi accepit, omnem terram ac mare divina cognitione implevit, & perſuaſit iis, qui olim errabant, atque idola colebant, pro illis qui non ſunt, Deum qui eſt adorare.

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 17. futuram in eos Dei vindictam non minus aperte deſcribit. Verba hæc ſunt:

„ 5. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei
Pſal. 68. 16. „ qui oderunt me gratis. Confortati ſunt qui per-
„ ſecuti ſunt me inimici mei injuſte: quæ non
„ rapui tunc exolvebam...

„ 8. Propter te ſuſtinui opprobrium, operuit
„ confuſio faciem meam. 9. Extraneus factus ſum
„ fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.
„ 10. Quoniam zelus domus tuæ comedit me,
„ & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſu-
„ per me...

„ 21. In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribu-
„ lant me: improperium expectavit cor meum &
„ miſeriam. Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur,
„ & non fuit; & qui conſolaretur, & non inve-
„ ni. 22. Et dederunt in eſcam meam fel; &
„ in ſiti mea potaverunt me aceto.

Hactenus Judæorum in Chriſtum furorem expreſſit Propheta: jam Chriſti viciſſim in Judæos furorem exprimit verbis ſequentibus:

„ 23. Fiat menſa eorum coram ipſis in la- Ibid.
„ queum, & in retributiones & in ſcandalum.
„ 24. Obſcurentur oculi eorum ne videant,
„ & dorſum eorum ſemper incurva. 25. Ef-
„ funde ſuper eos iram tuam: & furor iræ tuæ
„ comprehendat eos. 26. Fiat habitatio eorum
„ deſerta: & in habitaculo eorum non ſit qui
„ inhabitet. 27. Quoniam quem tu percuſſi-
„ ſti perſecuti ſunt, & ſuper dolorem vulne-
„ rum meorum addiderunt. 28. Appone ini-
„ quitatem ſuper iniquitatem eorum: & non in-
„ trent in juſtitiam tuam. 29. Deleantur de li-
„ bro viventium, & cum juſtis non ſcribantur.
(B) B

Et Pſalmo quinquageſimo octavo in una veluti

(B) S. Aug. *Enarr. in Pſal. LXVIII. Serm. 1. num. 1.*... Chriſtus hic loquitur, (ſed jam ſcientibus dicimus:) Chriſtus non ſolum caput, ſed & corpus. Ex ipſis verbis agnoſcimus. Nam quia Chriſtus hic loquitur, dubitare omnino non permittimur. Hic ſunt enim expreſſa verba, quæ in ejus paſſione completa ſunt: *Dederunt in eſcam meam*
Pſal. 68. 22. *fel; & in ſiti mea potaverunt me aceto:* quando iſta & ad literam impleta ſunt, & prorſus quomodo prædicta, ſic
Joh. 19. 28. & 29. reddita. Cumque ipſe Chriſtus dixiſſet, *Sitio*, pendens in cruce, & ad hoc verbum ei acetum in ſpongia datum
Id. 30. eſſet, quo accepto dixit, *Conſummatum eſt*, & ſic *inclinata capite tradidit ſpiritum*, oſtendens iſta omnia quæ prædicta ſunt in illo fuiſſe tunc conſummata, non licet hic aliud intelligere. Apoſtoli etiam loquentes de Chriſto, teſtimonia ex iſto Pſalmo dederunt. Quis autem deviet a ſententia eorum? aut quia agnus non ſequatur arietes? Ergo Chriſtus hic loquitur: magiſque nobis demonſtrandum eſt, ubi ejus membra loquantur, ut oſtendamus, quia latro hic loquitur, quam dubitandum quod Chriſtus loquatur.

Pſ. 68. 1. N. 2. (Titulus Pſalmi eſt:) *In finem, pro his qui commutabuntur, ipſi David.* Nunc commutationem in melius audi: commutatio enim, vel in deterius eſt, vel in melius. Adam & Eva in deterius: qui ex Adam & Eva Chriſto adhæſerunt, in melius commutati ſunt... Ut mutaremur in pejus noſtra iniquitas fuit: ut mutaremur in melius, non noſtra juſtitia, ſed gratia Dei præſtat... *Pro his* ergo iſte Pſalmus, *qui commutabuntur*. Unde autem iſta commutatio facta eſt, niſi ex paſſione Chriſti?... Cauſam igitur commutationis noſtræ, id eſt, ipſam Domini paſſionem noſtramque in tribulationibus vocem in textu Pſalmi advertamus, cognoſcamus, congemiſcamus; & audiendo, cognoſcendo, congemiſcendo moveamur, ut impleatur in nobis titulus Pſalmi, *Pro his qui commutabuntur.*

2. *Num. 3. Salvum me fac Deus, quoniam introierunt aquæ uſque ad animam meam...* Aquas intraſſe uſque ad animam ſuam dicit: quia potuerunt illæ turbæ, quas aquarum nomine ſignificavit, huc uſque prævalere, ut occiderent Chriſtum. Prævaluerunt ad contemnendum, ad tenendum, ad ligandum, ad inſultandum, ad colaphizandum, ad conſpuendum. Adhuc quouſque? Uſque ad mortem. Ergo *introierunt aquæ uſque ad animam meam.* Hanc quippe vitam dixit animam ſuam, quouſque illi accedere ſæviendo potuerunt. Sed numquid hoc poſſent, niſi ab illo permitterentur? Unde ergo tanquam aliquid invitus patiatur ſic clamat, niſi quia caput membra ſua præfigurat?

3. *N. 6. Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.* Gratias ipſius miſericordiæ qui venit in altitudinem maris, & glutiri a marino ceto dignatus eſt; ſed vomitus eſt tertio die.

5. *N. 9. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.... Quæ non rapui tunc exſolvebam.* Hoc eſt gratis. Non rapui & exſolvebam; & non peccavi, & pœnas dabam... Ipſe Dominus propinquans paſ-
Joh. 14. 30. ſioni, in Evangelio ſic loquitur: Ecce venit Princeps hujus mundi, id eſt diabolus, & in me nihil inveniet; id eſt, quare me occidat non inveniet: ſed ut ſciant omnes, quia voluntatem Patris mei facio, ſurgite eamus. Et iit ad paſſionem ſolvere quod non rapuit. Quid eſt enim, in me nihil inveniet? Nullam culpam.

N. 10. *Deus tu ſciſti imprudentiam meam.* Iterum ex Pſal. 88. 6.
ore corporis. Nam quæ imprudentia in Chriſto? Nonne ipſe eſt Dei virtus & Dei ſapientia? An illam dicit imprudentiam ſuam, de qua dicit Apoſtolus, ſtultum Dei ſapientius eſt hominibus? imprudentiam meam, hoc ipſum quod in me irriſerunt qui ſibi videntur eſſe ſapientes, tu ſciſti quare fieret: *tu ſciſti imprudentiam meam.* 1. Cor. 1. 24.
Quid enim tam ſimile imprudentiæ, quam cum haberet Ibid. 25.
in poteſtate una voce ſuos perſecutores proſternere, ut pateretur ſe teneri, flagellari, conſpui, colaphizari, ſpinis coronari, ligno affigi? Imprudentiæ ſimile eſt, ſtultum videtur; ſed ſtultum hoc ſuperat omnes ſapientes... *Et delicta mea* a te non ſunt abſcondita. Hoc plane, lucide, aperte, quia ex ore corporis intelligendum eſt. Delicta nulla Chriſtus habuit; fuit delictorum ſuſceptor, ſed non commiſſor.

N. 11. *Non erubeſcant in me, qui te exſpectant Domine,* Pſ. 68. 7.
Domine virtutum. Rurſus vox capitis, *Non erubeſcant in* Joh. 14. 30.
me: non dicatur illis, ubi eſt qui vobis dicebat: Credite in Deum & in me credite.

N. 12. *Quoniam propter te ſuſtinui exprobrationem, ope-* Pſ. 68. 8.
ruit irreverentia faciem meam... Prior ille ſuſtinuit, ut nos ſuſtinere diſceremus. Et ſi ille, qui non habebat quod illi objiciebatur; quanto magis nos, qui etſi non habemus peccatum, quod nobis objicit inimicus, habemus tamen alterum quod digne in nobis flagelletur.... Porro ſi ille qui omnino nihil rapuerat, qui veriſſime dixerat: Ecce Joh. 14. 30.
venit Princeps mundi hujus, & in me nihil inveniet, di- Id. 9. 24.
ctus eſt peccator, dictus eſt iniquus, dictus eſt Beelzebub, Matt. 10. 25.
dictus eſt inſanus, tu dedignaris, ſerve, audire pro meritis tuis, quod Dominus audivit nullis meritis ſuis? Ille venit ut tibi præberet exemplum. Quaſi gratis hoc fecerit, ſic tu non proficis. Quare enim ille audivit, niſi ut tu cum audires non deficeres? Ecce tu audis, & deficis; fruſtra ergo ille audivit: non enim propter ſe, ſed propter te audivit. *Quoniam propter te ſuſtinui exprobrationem, &c.*

N. 13. *Alienatus factus ſum fratribus meis, & hoſpes fi-* Id. Pſal. 9.
liis matris meæ. Filiis Synagogæ hoſpes factus eſt. In patria quippe ipſius dicebatur: Nonne nos ſcimus eum eſſe filium Mariæ & Joſeph? Et unde alio loco: Hunc autem Luc. 4. 22.
neſcimus unde ſit? *Factus ergo ſum hoſpes filiis matris*
meæ... Quare hoc? Quare non agnoverunt?.. *Quoniam* Id. Pſal. 10.
zelus domus tuæ comedit me: id eſt, quia perſecutus ſum in illis iniquiquitates ipſorum, quia non patienter tuli quos corripui, quia quæſivi gloriam tuam in domo tua, quia flagellavi in templo male verſantes... Hinc alienus, hinc hoſpes; hinc, Neſcimus unde ſit. Agnoſcerent Joh. 11. 15.
unde ſum, ſi agnoſcerent quod mandaſti... *Et opprobria* Id. Pſal. 10.
exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. Hoc teſtimonio & Rom. 15.
uſus eſt & Paulus Apoſtolus... Dixit Chriſti fuiſſe iſtam vocem, *opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me.* Quare, *tibi*? Numquid Patri exprobratur, & non ipſi Chriſto? Quare, *opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me?* Quia qui me cognovit, cognovit & Patrem: quia nemo exprobravit Chriſto, niſi Deo exprobrans.

N. 14. *Et cooperui in jejunio animam meam, & fa-* Id. Pſ. 11.
ctum eſt mihi in opprobrium.... Jejunium ipſius erat, quando defecerunt omnes qui in eum crediderunt, quia & eſuries ipſius erat, ut in eum crederetur: quia & ſitis ipſius erat, quando dixit mulieri, Sitio, da mihi bibere: Joh. 4. 7.
fidem

Digitized by Google

Id. 19. 28. fidem quippe ipſius ſitiebat. Et de cruce cum diceret,
Luc. 23. 34. Sitio, fidem illorum quærebat, pro quibus dixerat: Pater, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Sed illi homines quid propinarunt ſitienti? Acetum. Acetum etiam vetus dicitur. Merito de vetere homine propinarunt, quia novi eſſe noluerunt. Quare novi eſſe noluerunt? Quia ad titulum Pſalmi hujus ubi ſcriptum eſt,
Verſ. 1. *Pro iis qui commutabuntur*, non pertinuerunt. Ergo, *operui in jejunio animam meam*. Denique reſpuit etiam fel quod illi obtulerunt: jejunare elegit, quam amaritudinem accipere. Non enim intrant in corpus ejus amaricantes, de quibus alio loco Pſalmus dicit: Qui amaricant,
Pſal. 65. 7. non exaltentur in ſemetipſis. Ergo, *operui in jejunio animam meam, & factum eſt mihi in opprobrium*. Hoc ipſum mihi in opprobrium factum eſt, quia non illis conſenſi, hoc eſt, ab illis jejunavi. Qui enim non conſentit male ſuadentibus, jejunat ab ipſis.

Pſ. 68. 12. N. 15. *Et poſui veſtimentum meum ſaccum*... id eſt, oppoſui illis, in quam ſævirent, carnem meam; occultavi divinitatem meam. *Saccum*, quia mortalis caro erat,
Rom. 8. 3. ut de peccato condemnaret peccatum in carne... *Et factus ſum illis in parabolam*, id eſt in irriſionem.

Pſal. 68. 13. N. 16. *Adverſus me inſultabant, qui ſedebant in porta*. *In porta*, nihil aliud quam in publico.

Serm. 2. de poſter. parte Pſal. LXVIII. *num.* 3. *verſus finem*. In hoc Pſalmo vocem Domini agnoſcamus: ad occultam liberationem pertinet (*id eſt animæ*) quod ſupra
19. dixit, *intende animæ meæ, & redime eam*. Reſtat corporis liberatio; quia eo reſurgente, & in cælos adſcendente, & Spiritum ſanctum deſuper mittente, converſi ſunt
Act. 1. 9. & 11. 4. ad ejus fidem, qui in ejus morte ſævierunt, & ex inimicis amici facti ſunt per illius gratiam, non per juſtitiam ſuam. Ideo ſecutus eſt, *propter inimicos meos erue me*. *Intende animæ meæ*, ſed hoc in occulto: *propter inimicos* autem *meos erue* & corpus meum. Nihil enim inimicis meis proderit, ſi ſolam animam liberaveris: aliquid ſe egiſſe, aliquid ſe impleviſſe credituri ſunt. Quæ utilitas
Pſ. 29. 10. in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem? Ergo, *intende animæ meæ, & redime eam*, quod tu ſolus ſcis: deinde & *propter inimicos meos erue me*, ut caro mea non videat corruptionem.

Pſ. 68. 20. N. 4. *Tu* enim *agnoſcis opprobrium meum, & confuſionem meam, & verecundiam meam*... Opprobrium eſt quod objicit inimicus... Confuſio eſt quæ mordet conſcientiam... Omnia hæc ſunt in corpore Domini. Nam confuſio in illo non poterat eſſe, in quo culpa non inve-
21. niebatur... *In conſpectu tuo ſunt omnes tribulantes me*. Quare mihi ſit opprobrium, tu noſti; quare confuſio, tu noſti; quare verecundia, tu noſti: ergo erue me propter inimicos meos, quia tu noſti iſta mea, illi non norunt; ac per hoc, quia ipſi in conſpectu tuo ſunt, iſte neſcientes non potuerunt vel confundi vel corrigi, niſi manifeſte me erueris propter inimicos meos.

Item 21. N. 5. *Opprobrium exſpectavit cor meum & miſeriam*. Quid eſt *exſpectavit*? Futura iſta prævidit, future iſta prædixit. Non enim venit ad aliud. Si mori nollet, nec naſci vellet: cauſa reſurrectionis utrumque fecit... ad hoc ergo venit. *Opprobrium exſpectavit cor meum & miſeriam*. Sed miſeriam cujus? Exſpectavit enim miſeriam, ſed magis perſequentium; ut in illis eſſet miſeria, in illo miſericordia. Miſeriam quippe illorum miſerans etiam
Luc. 23. 34. pendens in cruce, Pater, inquit, ignoſce illis, quia ne-
Pſ. 68. 21. ſciunt quid faciunt... *Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit*... Numquid diſcipuli ejus non ſunt contriſtati, quando ductus eſt ad paſſionem, quando ligno ſuſpenſus, quando mortuus?.. Conſtat doluiſſe, conſtat luxiſſe diſcipulos... Extraneæ mulieres flebant, quando ad paſſionem ducebatur, ad quas converſus ait, Flete, ſed
Luc. 23. 28. vos, nolite me. Quomodo ergo ſuſtinuit qui ſimul contriſtaretur & non fuit?.. Contriſtebantur illi carnaliter de vita mortali, quæ mutanda fuerat morte, & reparanda reſurrectione: hinc erat illa triſtitia. De illis enim eſſe debuit, qui cæci medicum occiderunt, qui tanquam pernicioſe febrientes phrenetici, faciebant injuriam ei a quo illis fuerat ſalus allata. Ille volebat curare, illi ſævire: hinc triſtitia medico. Quære utrum invenerit hujus triſtitiæ comitem. Non enim ait, Suſtinui qui contriſtaretur, & non fuit, ſed *qui ſimul contriſtaretur*, id eſt, ex ea re, qua ego, contriſtaretur, *& non inveni*.... Ergo in triſtitia quam habebat Dominus de illis, pro quibus oravit, Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt, nullum comitem invenit.

Ibid. 34. N. 6. *Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea po-*
Pſ. 68. 22. *taverunt me aceto*. Factum eſt quidem ad litteram, & Evangelium hoc nobis indicat. Sed intelligendum eſt, Fratres, hoc ipſum quod non inveni conſolantes, hoc ipſum quod non inveni qui ſimul contriſtaretur, hoc fuit fel meum, hoc mihi amarum, hoc acetum fuit: amarum propter mœrorem, acetum propter eorum vetuſtatem... Minus peccaverunt Judæi crucifigentes in terra ambulantem, quam qui contemnunt in cælo ſedentem. Quod ergo fecerunt Judæi, ut in eſcam quam jam acceperat darent bibendum amarum illum potum, hoc faciunt qui male vivendo ſcandalum inferunt Eccleſiæ: hoc faciunt hæretici amaricantes... *Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto*. Sitiebam & acetum accepi: id eſt, fidem illorum deſideravi, & vetuſtatem inveni.

N. 7. *Fiat menſa eorum coram ipſis in muſcipulam*... 23.
Non optantis eſt, ſed prophetantis: non ut fiat, ſed quia fiet... Et quoniam videmus per ſpiritum Dei dici talia eventura malis: ad hoc in illis hæc intelligamus, ut nos talia devitemus. Hoc enim nobis prodeſt intelligere, & ex inimicis proficere.

N. 8. *Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eo-* 24.
rum ſemper incurva. Hoc conſequens eſt. Nam quorum oculi fuerint obſcurati, ne videant, ſequitur ut dorſum illorum incurvetur. Unde hoc? Quia enim ceſſaverint ſuperna cognoſcere, neceſſe eſt, ut de inferioribus cogitent.

N. 10... Cæcitas Judæorum, occulta vindicta eſt: ma- 26.
nifeſta vero quæ? *Fiat habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet*. Factum eſt hoc in ipſa civitate Jeruſalem, in qua ſibi viſi ſunt potentes clamando adverſus Filium Dei, Crucifige, crucifige; & Joh. 19. 6.
prævalendo, quia potuerunt occidere eum qui mortuos ſuſcitabat. Quam ſibi potentes, quam magni viſi ſunt? Conſecuta eſt poſtea vindicta Domini, expugnata eſt civitas debellati Judæi, occiſa neſcio quot hominum millia. Nullus illuc modo permittitur accedere Judæorum; ubi potuerunt adverſus Dominum clamare, ibi a Domino non permittuntur habitare. Perdiderunt locum furoris ſui; atque utinam vel nunc agnoſcant locum quietis ſuæ. Quid profuit illis... Caiphas dicendo, nos ſi iſtum dimiſerimus ſic, venient Romani, & tollent nobis & locum & regnum? Ecce & non eum dimiſerunt vivum, Id. 11. 48.
& ille vivit; & venerunt Romani, & tulerunt eis & locum & regnum.

N. 11. Quare hoc? *Quoniam quem tu percuſſiſti perſecu-* Pſ. 68. 27.
ti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt. Quid ergo peccaverunt, ſi a Deo percuſſum perſecuti ſunt? Quid animo eorum imputatur? Malitia. Nam id in Chriſto factum eſt quod oportebat. Pati utique venerat, & punivit per quem paſſus eſt.

N. 12. *Appone iniquitatem ſuper iniquitatem ipſorum*. 28.
Quid eſt hoc? Quis non expaveſcat? Deo dicitur, *appone iniquitatem ſuper iniquitatem ipſorum*. Unde apponat Deus iniquitatem?.. Iniquitas ipſorum erat, quia hominem juſtum occiderunt: addita eſt alia, quia Filium Dei crucifixerunt... Quis hanc iniquitatem appoſuit? Ille qui dixit, Forte reverebuntur filium meum, ipſum mittam. Matt. 21. 37.
Solebant enim occidere miſſos ad ſe ſervos, exactores locationis atque mercedis. Miſit ipſum filium, ut & ipſum occiderent. Appoſuit iniquitatem ſuper iniquitatem ipſorum. Et hæc Deus ſæviendo fecit, an potius juſte retribuendo? Fiat enim illis, inquit, in retributionem & in ſcandalum. Meriti erant ſic excæcari, ut Filium Dei Pſ. 68. 23.
non agnoſcerent. Et hoc fecit Deus, apponens iniquitatem ſuper iniquitatem ipſorum, non vulnerando, ſed non ſanando.

N. 13. *Deleantur de libro viventium*... Non ſic acci- 29.
pere debemus, quoniam quemquam Deus ſcribat in libro vitæ, & deleat illum... Deus... præſcius eſt, prædeſtinavit omnes ante conſtitutionem mundi regnaturos Rom. 8. 29. Epheſ. 1. 4. 5.
cum filio ſuo in vita æterna. Hos conſcripſit, ipſos continet liber vitæ. Denique in Apocalypſi quid ait ſpiritus Dei, cum de preſſuris ab Antichriſto futuris loqueretur eadem Scriptura? Conſentient illi, inquit, omnes qui non ſunt ſcripti in libro vitæ. Proinde ſine dubitatione Apoc. 13. 8.
non erunt conſenſuri qui ſcripti ſunt. Iſti ergo quomodo inde delentur, ubi numquam ſcripti ſunt? Hoc dictum eſt ſecundum ſpem ipſorum, quia ipſi ſe ſcriptos putabant. Quid eſt, *Deleantur de libro vitæ*? Et ipſis conſtet non illos ibi eſſe... *Et cum juſtis non ſcribantur*. Dixi ergo, *Deleantur*, ſecundum ſpem eorum; ſecundum autem æquitatem tuam quid dico? *Non ſcribantur*.

N. 15. *Pauper & dolens ego ſum; & ſalus vultus tui* Pſ. 68. 30.
Deus ſuſcepit me. Ad quam rem? Ut jam non ſim pauper, Id. 31.
non ſim dolens? *Laudabo nomen Dei cum cantico, magnificabo eum in laude*.

S. HILARIUS *in Pſal.* LXVIII. *N.* 1. In illum David, qui & oriens & juſtus, & finis eſt legis, convenire intelligenda prophetia eſt... Non ambigitur autem Pſalmus ipſe ſacramentum paſſionis Domini continere. Nam præter

Pſal. 68. 10. ter Johannem Apoſtolum, qui in potatione aceti conſi-
ſtere conſummationem Scripturarum teſtatus eſt, cum
etiam dictum hoc ab eodem ſub Apoſtolorum recordatio-
ne præſumtum ſit, *zelus domus tuæ comedit me;* adimit
ambiguitatem, confirmatque omnia ad eum dicta gaſta-
que eſſe referenda. Univerſarum itaque humanarum paſ-
ſionum ſorte perfunctus, ſecundum ſuſceptas infirmitates
noſtras loquitur: & dolet ipſa quidem extra neceſſitatem
& timoris poſitus & doloris, ſed his ſe tamen quæ ſuſce-
pit accommodans; ut qui carnis noſtræ homo natus eſ-
ſet, & dolorum noſtrorum querelis & infirmitatis preca-
tione loqueretur. Cœpit itaque ita:

*N. 2. Salva me Deus, quoniam intraverunt aquæ uſque
ad animam meam. Infixus ſum in limum profundi, & non
eſt ſubſtantia.* Vivendi omnibus finem mors in cunctos
conſtituta præſcribit. Et quid ſibi nunc oratio iſta vult,
quæ ſe ſalvari deprecatur, cum lex mortis in omnes ſit
conſtituta... Ergo quia nemo niſi quod ſperat precatur,
(ſperat autem nemo ſe non mori;) talis hæc ejus merito
oratio eſt, qui moriturus licet, morte non erat obru-
endus. Aſſumta ergo infirmitas habuit officium depre-
candæ ſalutis, divinitatis vero conſcientia ſpem tenuit
Mat. 27. 46. ſalutis in morte ſperandæ. Salvari ſe ergo orat qui & di-
xerit, Deus meus, quare me dereliquiſti?

N. 3. Intrantibus enim aquis uſque ad animam,
ſubjectus morti crucis fiebat, cum paſſionum univer-
ſarum impetus uſque ad mortem animæ perrumperet.
In aquis autem infeſtationes populi motuſque gentium
ſignificari ſolere non dubium eſt... Hæ ergo nunc aquæ
uſque ad animam intrantes, ad precem eum orandæ ſa-
lutis coegerunt.

N. 4. Verum ineuntium harum paſſionum, non aliun-
de quam ex aſſumtione carnis, & virtus eſt & poteſtas.
Non enim incidere in Deum hic infirmitatum noſtrarum
terror valebat, aut inſerere ſe niſi in carne corporis no-
ſtri, tanquam in ſubjacente materia, potuerant paſſiones.
Porro autem hauriendæ fuit natura cæleſtis, ut exina-
niens ſe ex Dei forma, in formam ſervi hominiſque de-
cideret. Et ideo uſque ad animam aquæ penetrant: quia
ſubſtantia ei non ſit, infixo in limo profundi. Non uti-
que ſubſtantia ea non erat quæ aſſumta habebatur, ſed
quam ſe ipſam inaniens hauſerat. Nullo autem modo ſe
caruit, qui ſeipſum exinanivit evacuans: nec tamen id-
ipſum videbatur extare, quod jam in aliud ſe evacuando
conceſſerat. Non eſt ergo ſubſtantia per id quod infixus
eſt in limo profundi. Primus enim homo de terræ limo:
& ſecundus Adam in hujus limi profundum de cælis de-
ſcendens, ſeipſum tanquam ex alto veniens deſixit. Eva-
cuans ergo ſe, quippe cui ſubſtantia non erat, non jam
uſque ad carnis, verum etiam uſque ad mortis profunda
deſcendit, & omnis in eum terror deſævientis in nos tem-
peſtatis incubuit... tunc & pati cœpit & mori poſſe,
per occaſum mortis in inferna deſcendens.

N. 5. Sequitur enim: *Veni in altitudinem maris, &*
Pſal. 68. 3. *tempeſtas demerſit me.* Imitator ille & dominicæ mortis,
ſui temporis Jonas, mari merſus, cetoque ſuſceptus, non
tam in mari ſe quam in inferno poſitum teſtatur... in ce-
Jonæ 11. 3. ſtitiis utique maris... portas mortis eſſe ſignificans...
Veniens ergo in hoc profundum maris, tempeſtate de-
merſus eſt, cujus in anteriore Pſalmo ita meminit, di-
Pſal. 41. 8. cens: Omnia excelſa tua, & fluctus tui ſuper me tranſie-
runt. Sed & ille, ut dixi, dominicæ mortis imitator,
quem ex tenacibus æterniſque terræ ſeris immaniſſimus
Jonæ 11. 14. ille maris iſtius cetus evomuit, haud diſſimilia conque-
ſtus eſt: Omnes ſuſpenſiones tuæ & fluctus tui ſuper me
tranſibant.

Pſal. 68. 4. *N. 6.* ... *Laboravi clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ:
defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum.* Infirmita-
tes noſtras ſuſcipiens, portanſque peccata, uſu & conſue-
tudine humanæ defatigationis loquutus eſt: namque qui
ſe ſomno & laſſitudini ſæpe commiſerit, etiam uſque ad
ſitis & eſuritionis neceſſitatem. Fauces itaque ejus rau-
cæ ſunt, oculique defecti.

N. 7. Sed illo vel paterni nominis magnificentiam te-
ſtante, vel humanæ ſalutis opus moliente, odia in eum
multiplicantur inceſſum. Sequitur enim: *Multiplicati
ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Con-
valuerunt qui perſequuntur me inimici mei injuſte, quæ
non rapui tunc exſolvere repetebar.* Numerus odientium
ultra capillos capitis eſt multiplex... Oderunt autem
eum gratis, id eſt, cauſam odii non habentes. Et con-
valeſcentes inimici, injuſte ſunt perſecuti. Non enim
peccatum egerat, nec dolum egerat: & ideo quæ non ra-
puerat, tunc repetebatur exſolvere. Cum enim debitor
mortis peccatique non eſſet, tanquam peccati & mor-
tis debitor tenebatur, ab his ſcilicet, qui in eo pec-
Rom. 8. cati legem quæ in membris noſtris eſt exſerebant. De
peccato enim condemnavit peccatum in carne.

N. 8. In quo magnum divinæ ſapientiæ explabat con-
ſilium, crucíſque mors in Deo ſtultitia gentibus vide-
batur, magnaque in eo cæleſtis terrenæque ſpei expe-
ctatio inerat, ſubjecit: *Deus tu ſcis inſipientiam meam,* Pſal. 68. 6.
*& delicta mea a te non ſunt abſcondita. Non confundan-
tur in me qui exſpectant te, Domine virtutum: Non ve-* 7.
reantur ſuper me qui quærunt te, Deus Iſrael. Inſipientiæ
ſuæ Deus conſcius eſt, & delicta ſua abſcondita ab eo non
ſunt: pœnas ſcilicet inſipientiæ & delictorum, quas non
rapuerat, repetebatur exſolvere. Uſque ad crucis autem
ſtultitiam (id eſt, quia ſtultum ſit gentibus peccata noſtra
ſic ſuſcepi,) ut peccator & ſtultus gratis injuſteque vexa-
tur. Sed quia ſtultitiam atque delicta propter ſapientiam
noſtram etiamque ſuſceperat, ut principem ſæculi judica-
ret, & de peccato condemnaret in carne peccatum, (cum Rom. 8. 3.
quando in ſe, in carne ſcilicet corporis ſui, in qua nihil Joh. 14. 30.
inveniri poterat peccati, ſecundum quod ait: Ecce ve-
niet princeps mundi, & non inveniet in me quidquam,
veniens hic mundi princeps, nihilque inveniens, pecca-
ti tamen pœnam, id eſt, jus mortis exſeruit; per quod
humanæ mortis auctor, quia in auctorem ejus peccati
neſcium mortem molitus ſit, judicatur: & hæc ſancto-
rum exſpectatio fuit, ut omnis caro redimeretur in Chri-
ſto, ut in eo æternæ reſurrectionis primitiæ exiſterent:)
non confundi in ſe eos rogat qui exſpectent Dominum...
Per eum enim & in eo exſpectatio nobis omnis ad Deum
eſt. Veniens ergo in corpus, ne in ſe ſanctorum ſpes
confundatur orat.

N. 9. Quod autem infirmitates noſtras ad ſalutem ge-
neris humani ex paterna voluntate ſuſceperit, quia non
voluntatem ſuam facturus venerit, ſed voluntatem ejus
qui ſe miſerit Patris: nunc quoque per ſubjecta decla-
rat, *Quoniam propter te ſuſtinui improperium, operuit re-* Pſal. 68. 8.
verentia faciem meam. Extraneus factus ſum fratribus meis, & 10.
*& hoſpes filiis matris meæ: quoniam zelus domus tuæ co-
medit me.* Non fuit ergo in unigenito Deo naturalis in-
firmitas: quia propter eum hæc improperia ſuſceperit
paſſionum. Quanquam ne in naturis quidem hominum
ineſt neceſſitas aliqua peccati, ſed ex appetitu volun-
tatis, & oblectatione vitiorum, peccati uſus arripi-
tur.... Suſtinuit ergo improperium propter Deum,
dum alienum a natura ſua corpus aſſumit, dum, ſe-
cundum Apoſtolum, peccati neſcium Pater facit eſſe 2. Cor. 5. 21.
peccatum, dum ſit obediens uſque ad mortem crucis; Phil. 11. 18.
dum ipſi exprobratur, quod cæteros ſalvans, ſe ipſe Mat. 27. 42.
non ſalvet; dum contumelias ſputorum alaparumque Marc. 15. 19
perpetitur. & Joh. 19. 3.

N. 10. Hoc igitur pudore coopertus ob Deum, fit alie- Mat. 21. 12.
nus a fratribus ſuis, & filiis matris ſuæ hoſpes efficitur,
a vitiis ſcilicet eorum, qui ſibi ſecundum carnem conſan-
guinei habebantur, alienus, dum nummulariorum men-
ſas templum ingreſſus evertit: dum nundinas ovium ac
boum prohibet, dum vendentibus columbas, cur domum
Patris ſui domum fecerint negotiationis exprobrat. Zelo
enim Dei pervaſus hæc agit...

N. 11. Per hanc igitur exprobratarum his cupiditatum
indignationem, omnium in eum maledictorum congeſta
convicia ſunt.... cum blaſphemus, cum Samaritanus,
cum Beelzebub, cum dæmonium habens dicitur. Id enim Joh. 8. 48.
ſubjecit: *Et opprobria exprobrantium te ceciderunt ſuper
me.* Quæ cum omnia ei exprobrata ſint propter domus
Dei zelum, eorum qui Deum exprobrant, ſuper eum
opprobria congeruntur.

N. 12. ... Ipſi qui in portis orandi victus cauſa ſedent
obloquuntur & detrahunt, & in eo ebrii pſallunt. Hæc
autem omnia vel ſecundum geſtorum fidem, vel ſecun-
dum humanæ conſuetudinis modum in ſe ita geſta eſſe
conqueritur. *Et operui in jejunio animam meam, & fa-* Pſal. 68. 11.
ctum eſt mihi in opprobrium, Et poſui veſtimentum meum 12. & 13.
*ſaccum, & factus ſum illis in parabolam, Adverſum me
detrahebant qui ſedebant in porta, & in me pſallebant qui
bibebant vinum...*

N. 13. Sed inter has omnium de ſe & obtrectationes &
contumelias, humanæ ſalutis ſacramenta peragebat: &
ſalutem a Deo homini quem aſſumſerat deprecatur. Id
enim ſequitur: *Ego vero orationem meam ad te Domine,* 14.
*tempus beneplaciti Deus. In multitudine miſericordiæ tuæ
exaudi me, in veritate ſalutis tuæ. Eripe me de luto, ut
non hæream, & de profundo aquarum. Non me demergat* 15. & 16.
*tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum, neque con-
tineat puteus ſuper me os ſuum.* Ceteris in contumelias &
opprobria ejus intentis, ipſa oratione ſua totus ad Deum
eſt; ſuſceptas quidem infirmitates noſtras in ſe habens,
ſed in his quibus afficitur cæleſtis erga nos miſericordiæ
munus exſequitur; neque inertus hæc ſumens, in multi-
tudine miſericordiæ beneplacitum Deo eſſe tempus oſten-
dit.

dit. In hoc ergo beneplacito tempore rogat: qnia non
ignorat banc Patris de ſe prophetiam etiam ab Apoſtolo
a. Cor. 6. a. Paulo recognitam: *Tempore accepto exaudivi te*.
Iſai. 49. 8. *N.* 15. Et ideo poſt beneplaciti temporis ſignificatio-
nem omnis tribuendæ veræ ſalutis oratio eſt: nt ea ipſa
ſalutis veritas intelligeretur, quæ ex reſurrectione ſpe-
ratur. Dehinc qui infixus eſſet in limo profundi, ut lu-
Pſal. xv. 10. tu non inhæreret rogat; ſecundum illud, *Quoniam non
derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum
tuum videre corruptionem* ... Veniens quoque in altitu-
dinem maris, ac tempeſtate demerſus, nunc ne demer-
gatur orat: ut ſuperius aſſumtæ infirmitatis noſtræ pro-
feſſio ſit, eum ſe demerſum eſſe profitetur: nunc vero
conſciæ in ſe ſalutis fiducia eſt, cum ne ſe aquæ tem-
peſtas demergat precatur. Nam ejuſdem naturæ non eſt
& demerſam jam eſſe, & ne demergatur orare; ſed ejus
quæ per corpus licet merſa, non tamen ſit detinenda per
ſpiritum.
N. 16. Ac ne in eo quod mortem noſtræ infirmitatis aſ-
ſumſit, ſecundum humanam neceſſitatem aliquid ex mor-
Pſal. 68. 17. tir acerbitate mœreret; ideo ſubjecit, *Exaudi me Domi-
ne, quoniam ſuavis eſt mihi miſericordia tua: ſecundum
multitudinem miſericordiæ tuæ conſpice in me*. Hoc enim
in multitudine miſericordiæ beneplacitum eſt tempus,
cum in ſe univerſorum hominum vitam Deus miſerans,
ut miſerator Deus vitam eſſet largiturus ex mortuis. Sed
quia ſuavem hanc ſibi eſſe Dei miſericordiam teſtabatur,
ſuſceptæ tamen infirmitatis noſtræ ſollicitudinem non
18. relaxat, dicenr: *Ne avertas faciem tuam a puero tuo:
19. quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende animæ
meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me*.
Omnia ut homo & patitur & loquitur ... Et hæc qui-
dem, ut homo noſter, obediens uſque ad mortem cru-
cis precatur. Sed cum eripi ſe propter inimicos ſuos
rogat, conſuetudinem humanæ & ſpei & morir excedit.
Nemo enim ſalvus aliqua magir quam ſalutir ſuæ cau-
ſa vult eſſe: & a malis qnis eripi ſe ob id neceſſe eſt,
ne malis afficiatur, optabit. At vero nunc eripi ſe non
ſua cauſa, ſed *propter inimicos ſuos*, ex hir quibus affici-
tur depoſcit: quia hi inimici dehoneſtandi in ſe patien-
te, & triumphandi cum fiducia in ſe ex mortuis reſur-
gente mox eſſent.
20. *N.* 17. Denique nihil ſe ſua cauſa agere ac pati conſe-
21. quentibus docet, dicens: *Tu enim ſcis improperium &
confuſionem & verecundiam meam: In conſpectu tuo ſunt
omnes tribulantes me*.... Et qnia propter inimicos ſuos
hæc perpetienda ſibi fuerant, per quæ humanæ ſaluti at-
que æternitati conſulebat; hujur beneplaciti temporis te-
Luc. 22. 15. ſtatur affectum, dicens: *Improperium exſpectavit cor meum
& miſeriam*; deſideratas ſibi eſſe hujus temporis ſigni-
ficans paſſiones, ſecundum illud divinæ Communionis
ſacramentum, Deſiderio cupivi hoc manducare: quia in
his paſſionis ſuæ deſideriis beneplaciti temporis conſiſte-
bat effectus.
N. 18. Sed pati ad profectum noſtræ ſalutis expectans,
alterius quoque exſpectationir deſiderio detentus eſt. Se-
quitur enim, Et ſuſtinui commœrentem, & non fuit; &
conſolantem, & non inveni. Commœrentir & conſolan-
tis non ſolatium, ſed fidem quærit; ut ſi quis veniens ex
lege, & harum omnium paſſiouum intelligenr prophe-
tiam, ſecum tanquam in conſummatione ipſius legir aſ-
Rom. x. 4. ſiſteret, ut poſtea Paulor adimplens paſſiones Jeſu Chri-
ſti, & conſepultus in baptiſmo, Chriſtum finem eſſe ſeir
legis. Nam ad conſummationem humanarum paſſionum
Pſal. 68. 22. propheticorumque dictorum, qui geſtorum futurus finis
Mat. 27. 34. erat, idem eſt & querelarum. Id enim ſequitur, *Et de-
Joh. 19. 29. derunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potaverunt me
30. aceto*. Hæc enim ita ut ſcripta leguntur, impleta ſunt.
Nam & fel ingeſtum ei, & aceto potatum Evangelia te-
ſtantur. Dehinc ut ſatisfeciſſe ſcripturæ propheticæ no-
ſceretur, potato aceto omnia conſummata eſſe teſtatus
eſt: ur plenitudo legis & Prophetarum, qui legem & Pro-
phetas conſummabat, exſiſteret.
Pſal. 68. 23. *N.* 19. Jam ... ad ea quæ poſtea impietatem tanti faci-
noris conſecuta ſunt ſermo ſe retulit, dicens, *Fiat men-
ſa eorum coram ipſis in laqueum, & in captionem, & in
24. retributionem, & in ſcandalum. Obſcurentur oculi eorum
ne videant, & dorſum eorum ſemper incurva*. Eſſe men-
ſam ſacrificiorum, ut de lege, quæ in ſe futuri eſt ſpeciem
1. Cor. x. 21. complexa, taceamus, Apoſtolus teſtatur eſt, dicens, *non
poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmonio-
rum*. Sed eſſe menſam ſcientiæ, cum nonnullis locis co-
gnitum ſit, tum etiam in bis ipſir dictis intelligi oportere,
Rom. xi. 7. idem beatus Paulus ad Romanor ſcribenr interpres eſt:
& 8. cum eos obcœcatos eſſe ne quid intelligerent teſtatur ....
Hæc itaque doctrinæ menſa, vel hic vitalis cibi ſermo,
& laqueus & captio & retributio & ſcandalum eſt: cum
a nobis Deus Jacob eſſe, qui ab his ſit crucifixus, oſten- Pars I.
ditur. Hæc enim eſt retributio tantæ impietatis, ut quod Sect. II.
nobis eſt Dei virtus, his ſcandalum ſit. Nam cum illa- Cap. I.
queati captique ſint ſcriptis, intelligentiæ tamen carenr §. 17.
ſenſu: & ideo obſcurati ſunt oculi *ne videant*, id eſt, ne
lumen intelligentiæ contuerentur .... indigni videlicet,
qui intelligentiæ ſenſum ac lumen acciperent; & ideo e-
vangelicæ libertatis ſcientiam non adepti, perpetuo ad-
huc legis onere deprimuntur, ut ferant quod ſuſtinere
non poſſunt. Id enim in incurvando dorſo per corpora-
lium operum ſpeciem ſignificatur.
N. 20. Sed hanc eorum obcœcati cordis inſcientiam
alia etiam debitæ ultionir pœna conſequitur: *Effunde* Pſal. 68. 25.
*ſuper eos iram tuam, & animatio iræ tuæ comprehendat
eos. Fiat habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eo-* 26.
rum non ſit qui inhabitet .... Manſit autem hæc a Pro-
phetis omnibus huic genti impiæ denuntiata damnatio.
Nam everſa mox ac diruta civitate deleti ſunt, glorioſiſ-
ſimo illo templi cultu deleto, ornatuque detracto. Et
ideo habitatione deſerta, in tabernaculis eorum nullus
habitavit.
N. 21. Verum adhuc, ſecundum impietatis incremen-
ta, prophetia quoque pœnæ & ultionis extenditur: *Quo-* 27.
*niam quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt, & ſuper dolorem
vulnerum meorum addiderunt. Appone iniquitatem ſuper* 28.
iniquitatem ipſorum, & non intrent in juſtitiam tuam. De- 29.
leantur de libro viventium, & cum juſtis non ſcribantur.
Cauſam apponendæ iniquitatis ſuper iniquitatem ipſo-
rum, & repellendi eos ne in juſtitiam intrarent, & de-
lendi de viventium libro non ſcribendique cum juſtis
eam eſſe demonſtrans, quod quem Deus percuſſerit, hi
perſecuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum ſuorum addi-
derunt quod doleret.
N. 23. Percuſſus ergo eſt Dominus peccata noſtra ſu-
ſcipiens, & pro nobis dolens: ut in eo uſque ad infirmi-
tatem crucis mortiſque percuſſo, ſanitas nobis per re-
ſurrectionem ex mortuis redderetur ... Hunc igitur ita
a Deo percuſſum perſecuti ſunt; ſuper dolorem vulnerum
dolorem perſecutionis hujur addenter. Pro nobis enim
ſecundum Prophetam dolet; & idcirco eſt eſſe in dolo- Iſa. 53. 4.
ribur æſtimatus. Quod enim poſtea odium nominis ſui
ſuſceperint, quatenus ſilentium reſurrectionis pecunia
emerint, quibus Apoſtolos terroribus injuriiſque vexa-
verint, cognitum eſt. Et quia hæc ſuper dolorem
vulnerum addiderunt, apponetur ſuper iniquitatem ini-
quitas.
N. 24. Appoſitæ autem iniquitatis pœna eſt, ne intrent
in juſtitiam Dei, id eſt, ne concorporales & comparti-
cipes Chriſto fiant, qui nobis ſecundum Apoſtolum *juſti-* 1. Cor. 1. 30.
tia & ſanctificatio & redemptio a Deo factus eſt. Excluſi
vero a Juſtitiæ ingreſſu, neceſſe eſt a libro viventium de-
leantur. Scripti enim erant in Abrahæ benedictionibur,
cujus ſemen ſicut ſtellæ cæli, & ſicut arena maris adoram
littoris abundaret. A quo libro cum omnem populum de-
leri Moyſes metueret, ſe primum deleti deprecatur eſt:
optans, ut opinor, ſecundum Apoſtolum *anathema pro* Rom. 9. 3.
fratribus ſuis eſſe. Et quia ſuper dolorem vulnerum do-
lorem perſecutionis addentes, recurſum pœnitentiæ per-
diderunr, deleti de viventium libro, ne poſtea quidem
ſcribi cum juſtis meruerunt.
N. 25. *Pauper & dolens ſum ego; & ſalus vultus tui* Pſal. 68. 30.
Deus ſuſcepit me. Pauper eſt, qui ſecundum Apoſtolum, 2. Cor. 8. 9.
cum eſſet omnium dives, ſe ipſum ut nos diteſceremus Iſai. 53. 4.
paupertavit: dolens eſt, qui ſecundum Prophetam pro
nobis dolet. Sed hunc pauperem ac dolentem ſalus ea,
quæ vultus Dei eſt ſuſcepit ... id eſt, aſſumtum ab ſe ho-
minem unigenitus Deus, qui imago inviſibilir Dei eſt, in
æternitatis ſuæ vita, quæ in Deo ſalus eſſe intelligitur,
collocavit. Omnir enim lingua confitebitur, quia Domi- Philip. 11.
nus Jeſus in gloria Dei Patris eſt, id eſt, ſuſceptus homo 11.
in naturam divinitatis acceptus.
N. 26. Eſſe autem in eo finem legis & ſacrificium lau-
dir, evangelica confeſſio eſt: ita ur hoſtiarum ſanguine
& oblatione ceſſante ſacrificium gratiæ laudiſque prælā-
tum ſit. Hoc enim iſto paupere, & dolente in ſalutem
vultus Dei formæque ſuſcepto continuatur .... *Laudabo* Pſ. 68. 31. 32.
*nomen tuum cum Cantico, magnificabo eum in laude. Et
placebit Deo ſuper vitulum novellum cornua producentem
& ungulas*. Hæc itaque laudatio nominis Dei, laudiſ-
que ipſius magnificatio, ſuper vitulum novellum pla-
cebit ....
N. 27. Et ipſum in conſequentibus Pſalmus oſtendit.
Nam poſt ... ſubjecit: *Videant pauperes & lætentur. Quæ-* 33.
rite Deum, & vivet anima veſtra: quoniam exaudivit pau- 34.
peres Dominus, & vinctos ſuos non ſprevit. Hoc ſcilicet
tempus lætentur videntes, cujur ſacrificium in laude ſit:
quia illic oſtenditur ſalutare Dei. Et ideo Deus ab his
ad

Digitized by Google

PARS I. SECT. II. CAP. I, §. 17. veluti tabula ad vivum Propheta ſimul exprimit innocentiam & ſanctitatem Chriſti, & furorem inſidiantium vitæ ejus, & necis ejus unctinnem de Judæis tntn nrbe diſperſis, nec occiſis, ſed in ſumma licet deſnlatinne ſtantibus, idque in teſtimonium populo Dei; & tandem in fine mundi convertendis ad Dominum; & vanos tum Judæorum, tum gentium conatus ad delendum Chriſti nomen, & triumphantem Chriſtum de nationibus devictis primum, deinde converſis. (C)

C

Quanta nobis lux affulget, quantum ſola-

ad vitam animæ quæretue.... Quærendi autem Dei ad vitam animæ ax cauſa eſt, quia exaudivit Deus pauperem, eum ſcilicet qui ſe paupertavit ut nos ditefceremus quem in ſalurem vultus ſui ſuſcepit, in quo nobis peccata donavit.

Pſal. 68. 35. *N. 28... Laudent eum cæli & terra, mare & omnia repentia in eo.* Sub horum alementorum commemoratione creaturarum omnium liberandarum ſenſum mentemque ſignificans: ut dum cælum & tarra & mare dicitur, cognoſcantur Domino Jeſu Chriſto cæleſtia & terreſtria & inferna genufleſtere.

N. 29. Cauſam autem, cur adhuc cælum terra & mare
36. Deum laudent, oſtendit dicens: *Quoniam Dominus ſalvificabit Sion, & ædificabuntur civitates Judæ. Et inhabitabunt in ea, & hæreditabunt terram. Et ſemen ſervorum ejus poſſidebunt eam, & qui diligunt nomen ejus inhabitabunt eam.*

N. 31... Sion... ſpeculatio dicitur. In hoc ergo corpore Domini, quod reſurrexit ex mortuis, quod a dextris virtutis conſedit, quod in gloria Dei Patris eſt, ſpem noſtram vitamque ſpeculamur. Et quia revelationem noſtræ in eo claritatis & ipſam in eadem liberanda creatura omnis exſpectat, ſalutem hujus Sion ſub ſignificatione
Coloſſ. 1. 20. cæli & terræ & maris laudat: quia omnia in cælis & in terra pacificata & reconciliata per eam Deo ſint, quia in reſurrectionis gloriam, cujus ſpem in ipſo ex mortuis reſurgente ſpeculamur, peccatum, mors, corruptio a vita & immortalitate devnrata ſint & exhauſta.

N. 32. Et quia *in finem pro his qui immutabuntur* eſt Pſalmus: Judææ etiam civitates ut in Sion inhabitarent, ædificandæ eſſe laudantur. Et civitates ipſas conventus hominum eſſe quis dubitet? Eccleſiam vero ex conventu plebium effici notum eſt. In hac ergo Sion, quæ in ſe etiam illam primitivorum conſcriptorum in cælis complexa ſit civitatem, habitatio noſtra perficitur, qui ut ſemen Abrahæ, ita & ſemen Judæ manemus. Non enim
Rom. 11. 28. qui carne Judæus, ſed qui in ſpiritu. Ob quod in his noſtris conventibus civitates quoque Judæ ſumus.

N. 33. Ac na ſibi Iſrael impius civitatis Judææ gloriam eo quod ſecundum carnem ſervorum Dei ſemen eſt, vindicaret; eorum hæreditatem, eorum habitationem in Sion eſſe demoaſtrat, qui nomen Domini diligaat; ut pietatia magis ſit nnn generis electio: quia præſtet omnibus caritas Dei, quæ in Chriſto eſt.

THEODORETUS *Interpret. in Pſal. LXVIII. verſ. 1. Hunc Pſalmum ad literam de captivitate Babylonica Judæorumque a ſervitute liberatione, ac Hieroſolymæ readificatione interpretatur.* Continet etiam, *uti ſubjungit*, vaticinatinnem de cruclatibus dominicis, hoc eſt Dei & Salvatoris noſtri, & propter hos ultimam Judæorum perniciem, quæ eos oppreſſura etat. Quoniam enim quæ ab inimicis perpeſſi ſunt, hæc contra benefactorem & Salvatorem auſi fuerunt, quæ inimicis imprecabantur, hæc in ipſos juſtus judex decrevit.

verſ. 26. Fiat habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet.... Sciendum eſt, quæ Judæi petierunt ut Babylonii paterentur, quod impie illos & ſcelerate tractaſſent, hæc ipſos perpeſſos eſſe, cum in beneficum & Salvatorem rabiem exercuiſſent. Babylonii namque amarum cibum ipſis reddiderunt, non talem cibum ipſis præbentes, ſed laborioſa ſervitute ſuavitatem, quæ cibis innata eſt, auferentes. Judæi autem nulla injuria affecti, ſed omnibus beneficiis ornati, ipſi beneficii auctori fel, & acetum ipſum obtulere, veluti quædam vinea pernicioſa. Idcirco eiſdem ſuppliciis addicti ſunt, & facta eſt menſa eorum in laqueum, & in retributionem & in ſcandalum. Pro priſtina ſiquidem felicitate in ſervitutem condemnati fuerunt, & oculi eorum obſcurati ſunt, cum veram lucem videre non poſſent, & terga illorum aſſidua ſervitute & paupertate inflexa ſunt, ob elatam cervicem, & durum eorum collum, & habitatio eorum facta eſt deſerta, & in tabernaculis Hieroſolymæ nemo illorum habitat. Suis igitur exectationibus ſubjecti fuerunt, & quæ Babylnniis ipſi injuria affecti imprecati ſunt, hæc perpeſſi ſunt, cum injuriam intuliſſent, ingratique erga beneficii auctorem fuiſſent. Propterea & divini Apoſtoli hujus Pſalmi teſtimoniis uſi ſunt, geminum prophetiæ ſenſum ſcientes.

verſ. 30. Ego ſum pauper & dolens; ſalus tua Deus ſuſcepit me. Hinc deinceps rerum mutationem prædicit... *Judæi* duas contrarias mutationes habuerunt. Cum enim Babylone pœnitentiam egiſſent, priſtinam libertatem receperunt. Poſtea autem rabiem in Dominum cum exercuiſſent, in extremam ſervitutem condemnati fuerunt. Utraque igitur præſens Pſalmus vaticinatur.

verſ. 37. Et ſemen ſervorum tuorum poſſidebit eam (Sionem.) Quoniam autem propter furorem, quo in Salvatorem perciti fuerunt extremam perniciem ſubituri erant,
merito talem Pſalmo finem impoſuit, *Et qui diligunt nomen ejus habitabunt in ea.* Non enim omnes, qui ex Rom. 9. 6.
Iſrael originem ducunt, ut ait divinus Apoſtolus, ipſi Iſraelitæ ſunt: neque quod ſint ex ſemine Abrahæ, ideo ſunt omnes filii. Reſpondent autem his aliam Prophetæ
verba: *Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanquam arena maris, reliquiæ ſalvabuntur.* Hoc etiam beatus ait David, Ibid. 27.
Et qui diligunt nomen ejus habitabunt in ea. Nam poſt Iſai. 10. 22.
crucem & rabiem illam, canes illi exacti fuerunt; diligentes autem ipſum, in Sion habitarunt, laudis illi ſacrificium offerentes.

(C) PSAL. LVIII. 1. Ne diſperdas David in tituli inſcriptinnem... 3. Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris ſanguinum ſalva me. 4. Quia ecce ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes... 5. Convertentur ad veſperam: & famen patientur ut canes, & circuibunt civitatem... 9. Et tu Domine deridebis eos... 11. Deus meus, miſericordia ejus præveniet me. 12... Diſperge illos in virtute tua; & depone eos protector meus Domine. 13. Delictum oris eorum, ſermonem labiorum ipſorum: & comprehendantur in ſuperbia ſua... 16. Ipſi diſpergentur ad manducandum; ſi vero non fuerint ſaturati & murmurabunt. 17. Ego autem cantabo fortitudinem tuam: & exultabo mane miſericordiam tuam. Quia factus es ſuſceptor meus & refugium meum in die tribulationis meæ. 18. Adjutor meus tibi pſallam, quia Deus ſuſceptor meus es: Deus meus miſericordia mea.

S. HILARIUS *in Pſ. LVIII. n. 1....* Paſſionis Dominicæ Propheta non neſcius, ſub occaſione & tempore eorum quæ perpetiebatur odiorum, & patiendo Prophetam ſe docuerit & loquendo.

N. 5... Hic intelligendus eſt conqueri captam animam 4.
ſuam, & irruiſſe in ſe fortes: qui & habuit hanc querelæ 5.
ſecuritatem, ut in ſe neque iniquitatem, neque peccatum eſſe profiteretur.

N. 7. Interjecto enim diapſalma, quæ in impietatem populi eſſent manſura declarat. Mox namque & templi deſolatio & civitatis everſio, & ipſos illos captivitas conſecuta eſt. Quin etiam nunc ingreſſu civitatis ejuſdem, edicto Romani Regis inhibentur. Et cum deſerta Sanctorum Sancta & prophetias ſilere, & placationum hoſtias deeſſe, & dignitatem omnem deformatam miniſterii levitici recordantur; converſi nunc, & fame verbi Dei, & cibi ſalutaris affecti, ad ſolatium præſentium miſeriarum circumire ſunt ſoliti civitatem,... Et hunc quidem habent interioris conſcientiæ ſuæ dolorem, cum ſe diſperſos, cum captivos, cum tributarios congemiſcunt ſine templo, ſine Sacerdote, ſine regno: & hoc poſteaquam in majeſtatis Dominum Salvatoremque mundi manus impias intulerunt.

N. 8. Sed ubi de peccato crucifixi unigeniti Filii Dei arguuntur, impii eſſe non deſinunt: & dolore tranſlatæ ad gentes divinæ cognitionis accenſi, ore adhuc verbiſ-
que deſæviunt. Sequitur enim: *Ecce loquentur in ore ſuo,* 8.
& gladius in labiis eorum.

N. 9.... Pro nihilo habebis omnes gentes... Irridenda- 9.
rum autem gentium ea maxime cauſa eſt, quod dum crucifixum, dum mortuum, dum ſepultum ſtultitia prudentiæ ſæcularis exprobrant, magnæ pietatis ſacramentum non intelligentes, Filium Dei reſurgentem ex mortuis, & majeſtatis eſſe Dominum non credunt.

N. 10. Sed habens ille poteſtatem animæ ponendæ, & animæ reſumendæ, quia hoc mandatum accepit a Patre,
irriſis ſpretiſque gentibus, ſubjecit: *Fortitudinem meam* Job. 10. 18.
ad te cuſtodiam, quia Deus ſuſceptor meus es: Deus meus Pſ. 58. 10. 11
mi-

Digitized by Google

Matt.27.45. 51.52. *miſericordia ejus præveniet me:* .. ut etiam ante reſurre-
ctionem Dei Filius intelligatur, cum moriente eo, obſcu-
rata Sole lux deperit; cum pendente eo in cruce tremit
terra; cum deſcendente eo ad inferos, Sanctos ejus inferi
non tenent; cum emittente eo ſpiritum, velum templi
tanquam cuſtodia illinc ſpiritali erumpente diſcinditur;
cum poſtremo Centurio proclamat: *Vere hic Filius Dei*
Marc.15.39 *erat*... Et hæc quidem tum ita cognita ſunt.

Zach.12.10. N. 11. Sed quia ſecundum illud: *Et videbunt in quem*
Rom.9.25. *compunxerunt*, etiam in futurum inter inimicos ejus oſten-
det Deus, quod ejus ſit ſuſcepint: quippe cum ſecundum
Apoſtolum introgreſſa gentium plenitudine, id quod Iſ-
rael ſit reliquum ſalvabitur, ut quod ſcriptum eſt implea-
Iſai.59.20. tur: *Veniet ex Sion qui liberabit & avertet impietates ab Ja-
cob*,... ad ſignificationem itaque repoſitæ hujus miſeri-
Pſal.58.13. 14. cordiæ ſpeique, ſubjecit: *Ne occideris eos, nequando obli-
viſcantur legis tuæ. Diſperge illos in virtute tua, & deſtrue
eos, protector meus Domine. Delicta oris eorum, ſermonem
labiorum ipſorum, & comprehendentur in ſuperbia ſua, &
de exſecratione & mendacio conveilentur in conſummatione.
Rom.9.28. Conſummatio in ira conſummationis, & non erunt, & ſcient
quoniam Deus Jacob dominatur finium terræ*. Inimici qui-
dem propter nos, ſed dilecti propter patres; miſericor-
diæ id quod eorum eſt reliquum reſervatur. Diſperſi
quidem interim circum omnes fere gentes, ſed conſper-
ſione eorum ſancta æque radice liberabuntur. Deſtruen-
tur ergo ſecundum prophetiam non occiſi, ſed diſperſi:
& deſtruentur in delictis oris eorum, & ſermone labio-
rum; cum ex Sion veniat liberator, de quo clamave-
Luc.23.21. runt, *Crucifige, crucifige*... In hac igitur ſuperbia com-
prehendentur, cum Salvatori ſuo hæc a ſe ingeſta eſſe
non cognoſcant: averſaque impietate de exſecratione,
ac mendacio avellentur, & hoc in conſummatione;
quia cum intraverit gentium plenitudo, tum quod Iſrael
eſt reliquum, ſalvabitur. *In ira* autem *conſummationis
non erunt*; quia impietates ex Sion veniens avertet. Non
autem non erunt, quin & ſunt cognituri, cognoſcentque
quia Deus Jacob dominetur finium terræ: non jam in
funiculo hæreditatis, & in Jacob portione noſcendus;
ſed *Deus Jacob*, id eſt, qui in homine Jacob Deus intel-
lectus & viſus eſt, dominator ſit terræ finium, quorum
& creator eſt confitendus.

N. 12. Sed illos interim deſolationis ac diſperſionis ſuæ
manet pœna. Nam etſi conſummationi temporum pro-
pter patres, & electos hæc diſpenſatio miſericordiæ re-
ſervetur: interjecto tamen diapſalma, quid in eos inte-
rim repetita ſignificatione conſtitutum fuerit, attendi-
Pſ.58.15.16 tur. Sequitur enim: *Et convertentur in veſperum, & fa-
mem patientur ut canes, & circumibunt civitatem. Ipſi di-
ſpergentur ad manducandum: ſi autem non ſaturabuntur &
murmurabunt*. Amiſſa civitate, temploque deleto, &
ſecundum Romani Regis edicta circumeuntes tantum,
non etiam ineuntes civitatem, fames eos, non hujus
panis & cibi, ſed oblationum, hoſtiarum, viſionum,
quibus omnibus ſaturabuntur, afficiet: adverſum cuſto-
dem ſuum canum improbitate latrantes. *Et diſpergentur
ad manducandum*; quia per diverſæ ſpeciem ſacerdotii
illius legitimi, & holocauſti & circumciſionis imitan-
tur: cum hæc tantum nonniſi intra Jeruſalymam ſint
legitime conſtituta.

S. AUG. *Serm.* 1. *in Pſalm.* LVIII. n. 1. Quænam ſit ti-
tuli ejus inſcriptio, quam corrumpi vetat, Evangelium
nobis indicat. Nam cum Dominus crucifigeretur, titulus
inſcriptus eſt a Pilato & poſitus, Rex Judæorum, tribus
linguis, Hebræe, Græce & Latine: quæ linguæ toto or-
be maxime excellunt. Igitur ſi Rex Judæorum crucifi-
xus eſt, & Judæi Regem ſuum crucifixerunt; crucifigen-
do eum etiam Regem Gentium fecerunt, magis quam oc-
ciderunt. Et quidem quantum in illis fuit perdiderunt
Chriſtum; ſed ſibi, non nobis: & mortuus eſt ille pro
nobis, & ſanguine ſuo redemit nos. Et modo non eſt
corruptus titulus; quia ille Rex eſt non ſolum Gentium,
ſed ipſorum Judæorum... Ille Rex virgam ferream gerit
Pſ.2.8.9. qua & regit & frangit... *Poſtula a me, & dabo tibi gentes
hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ, re-
ges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli conteres eos*.
Quos reget? quos conteret? Reget obedientes, conte-
ret reſiſtentes.

N. 2... Hic intelligamus Domini paſſionem, & loqua-
tur nobis Chriſtus caput & corpus. Sic ſemper, aut pro-
pe ſemper audiamus voces Chriſti de Pſalmo, ut... non
illum ſolum qui eſt caput noſtrum cogitemus, quando
audimus Chriſtum loqui; ſed cogitemus Chriſtum caput
& corpus totum integrum quemdam virum.

Pſal.58.3. N. 5. *Erue me de operantibus iniquitatem, & de viris
ſanguinum ſalvum me fac*. Erant illi quidem viri ſan-
guinum, qui juſtum occiderunt, in quo nullam culpam PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 17.
invenerunt: erant illi viri ſanguinum, quia cum vellet
alienigena ſuis manibus dimittere Chriſtum, clamave-
runt, *Crucifige, crucifige*; erant viri ſanguinum, qui-
bus cum jam objiceretur crimen ſanguinis Chriſti, re-
Mat.27.24. ſponderunt, propinantes poſteris ſuis, *ſanguis ejus ſuper
Luc.23.21. nos, & ſuper filios noſtros*. Sed nec in ejus corpus exſur-
Matt.27.25. gere viri ſanguinum ceſſaverunt; nam & poſt reſurrectio-
nem adſcenſionemque Chriſti, perſecutiones paſſa eſt Ec-
cleſia; & illa quidem primo quæ efflorvit de gente Ju-
dæorum, de qua & Apoſtoli noſtri fuerunt. Ibi primo
Stephanus lapidatus eſt... Deinde in Gentibus exſurre-
xerunt regna Gentium, antequam in eis impleretur, quod
Pſal.71.11. prædictum erat. *Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes
gentes ſervient ei*; & fremuit impetus regni illius adver-
ſus teſtes Chriſti; effuſus eſt magnus & multus Martyrum
ſanguis; quo effuſo, tanquam ſeminata ſeges Eccleſiæ
fertilius pullulavit, & totum mundum ſicut nunc con-
ſpicimus, occupavit. Ab his ergo viris ſanguinum erui-
tur Chriſtus, non ſolum caput, ſed etiam corpus. A vi-
ris ſanguinum eruitur Chriſtus, & eis qui fuerunt, & eis
qui ſunt, & eis qui futuri ſunt; eruitur Chriſtus, & qui
præceſſit, & qui eſt, & qui venturus eſt. Chriſtus enim
eſt totum corpus Chriſti. & quicumque nunc Chriſtiani
boni, & qui ante nos, & qui poſt nos futuri ſunt, totus
Chriſtus eruitur e viris ſanguinum; nec vacat hæc vox,
Et a viris ſanguinum ſalvum me fac.

N. 6. *Quia ecce venati ſunt animam meam*. Potuerunt Pſal.58.4.
tenere, potuerunt occidere... Illi quidem venati ſunt, Pſ.123.7.
ſed in manibus venantium non dimittit qui cuſtodit Iſ-
rael... *irruerunt me fortes*...

N. 7. ... Iſti erant fortes qui inſultabant diſcipulis
Chriſti, quia magiſter eorum ad infirmos intrabat, &
convivabatur cum infirmis... O fortes, quibus medi- Matt.9.12.
cus opus non eſt! Fortitudo iſta non ſanitatis eſt, ſed
inſaniæ... Iſti autem qui fortes eſſe voluerunt, id eſt,
qui de ſua virtute præſumere voluerunt tanquam juſti,
offenderunt in lapidem offenſionis: & hœdus viſus eſt Rom.9.32.
eis Agnus; & quia veluti hœdum occiderunt, ab Agno
redimi non meruerunt. Ipſi ſunt ergo fortes, qui ir-
ruerunt ſuper Chriſtum, commendantes juſtitiam ſuam...
Et illi fortes, numquid aliquis Phariſæorum in illum Joh.7.48.49
credidit, aut aliquis Scribarum, niſi populus iſte ne-
ſciens legem? Præpoſuerunt ſe turbæ infirmæ ad me-
dicum currenti: unde, niſi quia ipſi fortes erant? &
fortitudine ſua, quod eſt gravius, omnem etiam tur-
bam in ſe traduxerunt, & medicum omnium occide-
runt. Sed & ille eo quod occiſus eſt, de ſanguine ſuo
medicamentum fecit ægrotis. *Irruerunt ſuper me fortes*.
Hoc maxime fortes advertite: & videte utrum de ulla re
præſumendum ſit homini, quando nec de juſtitia præſu-
mendum eſt.

N. 8. Quid deinde? *Neque iniquitas mea, neque pecca-* Pſ.58.5.
tum meum, Domine. Irruerunt quidem fortes de juſtitia
tua præſumentes, irruerunt, ſed peccatum in me non
invenerunt... & tanquam juſti contra iniquum ſævie-
runt. Sed tamen, *neque iniquitas mea, neque peccatum
meum Domine. Sine iniquitate cucurri, & dirigebar*.

N. 9... *Exſurge in occurſum mihi*, adjuva me. 6.

N. 11. *Et tu Domine Deus virtutum, Deus Iſrael intende
ad viſitandum omnes gentes*. Impleatur ita prophetia, in
qua Iſaias ex perſona tua alloquitur Eccleſiam tuam, ſan-
ctam civitatem tuam, ſterilem illam, cujus *multi filii* Iſai.54.1.
deſertæ magis quam ejus quæ habet virum... magis quam
gentis Judææ quæ habet virum, quæ accepit legem, magis
quam ejus gentis quæ habuit evidentem Regem. Nam
tuus Rex latet, & plures tibi filii ſunt ex occulto ſponſo.
Ergo ei dicitur... Dilata locum tabernaculi tui, & au- Ibid.v.3.
las tuas confige; non eſt quod parcas, extende longius fu-
niculos tuos, & palos validos conſtitue, etiam atque
etiam in dexteram atque ſiniſtram. In dextera tene bo-
nos, in ſiniſtra tene malos, donec veniat ventilabrum:
poſſide tamen omnes gentes. Invitentur ad nuptias boni &
mali, impleantur nuptiæ recumbentium: ſervorum eſt Mat.25.33.
invitare, Domini ſeparare. Etiam atque etiam in dexte- Id.3.12.
ram atque ſiniſtram extende. Semen enim tuum hæredi- Id.22.9.
tabit gentes, & civitates quæ deſertæ erant, inhabita- Iſai.54.3.
bis... non eſt quod metuas: prævalebis enim; nec eru-
beſcas quod deteſtabilis fueris. Ergo quia inſurrexerunt
ſuper me fortes, ne erubeſcas... qui eruit te, ipſe Do-
minus Deus Iſrael univerſæ terræ vocabitur.

N. 12. *Non miſerearis omnium qui operantur iniquitatem*. Pſ.58.6.
Hic plane terruit. Quem non terreat? Quis ad ſuam con-
ſcientiam rediens non contremiſcat?...

N. 13. Iniquitas omnis parva, magnave ſit, puniatur
neceſſe eſt, aut ab ipſo homine pœnitente, aut a Deo

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 17. vindicante ... Nam non poteſt impunitum relinqui peccatum: quoniam verum eſt, *Non miſereatis omnium qui operantur iniquitatem*.

N. 15. *Convertantur ad veſperam* ... Quid eſt, ad veſperam? Serius. Ante enim debuerant, antequam Chri-
7. ſtum crucifigerent, medicum agnoſcere. Quare jam eo crucifixo, reſurgente, in cælum adſcendente, poſteaquam miſit Spiritum ſuum ſanctum, quo repleti ſunt illi, qui in una domo erant, & cœperunt loqui linguis omnium gentium, expaverunt crucifixores Chriſti: compuncti ſunt de conſcientia ſua, conſilium ſalutis ab Apoſtolis petiverunt, audierunt, *Agite pœnitentiam, & baptizetur unuſquiſque veſtrum in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti*, & dimittentur vobis peccata veſtra. (*Act.* 2. 38.) Poſt occiſum Chriſtum, poſt effuſum Chriſti ſanguinem dimittuntur peccata veſtra. Ille ſic voluit mori, ut ſanguine ſuo etiam effuſorem ejuſdem ſanguinis redimeret ... *Convertantur ad veſperam, & famem patiantur ut canes*. Deſiderent gratiam Dei, intelligant ſe peccatores: fortes illi fiant infirmi, divites illi fiant pauperes, juſti illi agnoſcant ſe peccatores, leones illi canes fiant ... *& circuibunt civitatem*. Quam civitatem? Mundum iſtum ... Quomodo circuibunt? Evangelizando.

Pſ. 58. 8. *Eph.* 6. 17. *N.* 16. *Ecce ipſi loquentur in ore ſuo, & gladius in labiis eorum*. Jam ille gladius bis acutus, de quo Apoſtolus dicit, *Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei* ... Quoniam quis audivit? Loquentur in ore ſuo, quis audivit? Id eſt ſtomachabuntur adverſus pigros ad fidem. Qui paulo ante & ipſi credere nolebant, tædium de non credentibus patiuntur.

Pſ. 58. 12. *N.* 21. Poteſt quidem hoc & de Judæis intelligi. Quid de Judæis, *Ne occideris eos, nequando obliviſcantur legis tuæ*? Iſtos inimicos meos ipſos qui me occiderunt, noli tu occidere. Maneat gens Judæorum: certe victa eſt a Romanis, certe deleta civitas eorum, non admittuntur ad civitatem ſuam Judæi, & tamen Judæi ſunt. Nam omnes iſtæ provinciæ a Romanis ſubjugatæ ſunt. Quis jam cognoſcit gentes in Imperio Romano, quæ quid erant, quando omnes Romani facti ſunt, & omnes Romani dicuntur? Judæi tamen manent cum ſigno; nec ſic victi ſunt, ut a victoribus abſorberentur. Non ſine cauſſa Cain ille eſt, qui cum fratrem occidiſſet, poſuit in eo Deus ſignum, ne quis eum occideret.
Gen. 4. 15. Hoc eſt ſignum quod habent Judæi, tenent omnino reliquias legis ſuæ, circumciduntur, ſabbata obſervant, Paſcha immolant, azyma comedunt. Sunt ergo Judæi, non ſunt occiſi, neceſſarii ſunt credentibus Gentibus. Quare hoc? Ut demonſtret nobis in inimicis noſtris miſericordiam ſuam. *Deus meus demonſtravit mihi in inimicis meis*. In ramis ſuperbiæ præciſis inſerto miſericordiam ſuam demonſtrat oleaſtro. Ecce ubi jacent qui ſuperbi erant, ecce ubi inſertus es qui jacebas; & tu noli ſuperbire, ne præcidi merearis. *Eadem fere inculcat ſermone ſequenti, N. n.*

Sequentia, & alia eumdem in finem collimantia teſtimonia, vide ſupra hujuſce capitis §. 1. *litt.* (H) & (S)

Enarrat. in Pſalm. LVIII. *Serm.* 2. *num.* 7. *Et ſcient,*
14. *quia Deus dominabitur Jacob, & finium terræ*. Non tantum Judæorum dominabitur, ſed & finium terræ: quod non ſcirent, ſi adhuc in ſuperbia ſua eſſent; in ſuperbia autem ſua eſſent, ſi adhuc ſibi juſti viderentur: ut autem ſibi juſti non viderentur, annuntiatæ ſunt illis ex maledicto, & mendacio conſummationes in ira conſummationis; quia comprehenſi fuerunt in ſuperbia ſua, ex maledicto quod fecerunt, quando Chriſtum occiderunt. Ecce quid fecit Dominus noſter Jeſus Chriſtus: mortuus eſt inter manus Judæorum, & redemit multitudinem gentium: hic fuſus eſt ſanguis, hic profuit; ſed converſis omnibus profuit, quia & illi quem occiderunt agnoverunt, & ab illo ipſius interfectionis & delicti ſui magni veniam meruerunt.

15. *N.* 8. Quid ergo & de ipſis? Quod ſupra: *Convertentur ad veſperam*, id eſt, & ſi ſero, id eſt, poſt interfectionem Domini noſtri Jeſu Chriſti: *Convertentur ad veſperam; & famem patientur ut canes*. Sed *ut canes*, non ut oves, aut vituli: *ut canes*, ut gentes, ut peccatores; quia & ipſi cognoverunt peccatum ſuum, qui ſibi juſti videbantur.

THEODORETUS *in Interpret. Pſalmi* LVIII. *verſ.* 1. *in finem. Ne corrumpas, ipſi David, in tituli inſcriptionem. Quando miſit Saul, & cuſtodivit domum ejus, ut interficeret eum.* . Beatus David inſidias illas cum declinaſſet, hunc conſcripſit Pſalmum. Verum de illis, quæ tunc acciderunt, pauca verba facit: plura autem prædicit, divini Spiritus radio illuſtratus, Judæorumque prævidens rabiem adverſus Salvatorem Deum noſtrum ... prædicit gentium vocationem, & Judæorum diſperſionem.

verſ. 5. *Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine: ſine iniquitate cucurri & direxi*. Hæc verius non Davidi congruunt, ſed filio & Domino Davidis. Ille enim ſolus *peccatum non fecit, neque dolus inventus eſt in ore ejus*. *Iſai.* 53. 9. 1. *Pet.* 2. 22.

verſ. 6. *Exurge in occurſum meum, & vide*. Tu enim, ait, ut hujus judex ſis, obſecro, qui omnia aperte ſcis. *Et tu Domine Deus virtutum, Deus Iſrael, intende ad viſitandas omnes gentes*. Peccati expertem eum ſolum conſiderans, qui ex ipſo ſecundum carnem deſcenſurus erat, furoremque in ipſum contribulium Judæorum proſpiciens Dominum virtutum, Deumque Iſraelis orat, ut Judæos abjectos relinquat, & in gentes omnem providentiam transferat, & lumine divinæ cognitionis illuminet. Cum autem hæc gentibus annunciaſſet, Judæorum ſupplicium prædicit. *Non miſereatis omnibus, qui operantur iniquitatem*. Quoniam enim propheticis oculis crucem intuebatur, & exaudire videbatur Dominum gloriæ dicentem, *Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt*; impietatis exceſſum execrans, ut nullam veniam conſequantur, obſecrat; deinde ſpiritualis cibi inopiam, quæ ipſis futura eſt vaticinatur. *Luc.* 23. 34.

verſ. 7. *Convertentur ad veſperam, & famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem*. Quemadmodum enim, ait, canes urbium plateas de nocte obire ſolent, coacti hoc facere ob ventris neceſſitatem: ſic iſti omni ſpirituali providentia privabuntur, & neque vaticinandi dono potientur, & pontificia cura deſtituti penitus erunt, ac more canis vagari non deſinent, & ne micis quidem, quæ a menſa dominorum excidunt, ſecundum Evangelicam vocem, digni fient. Deinde clarius ſupplicii cauſam docet, dicens: *Mat.* 15. 17.

verſ. 8. *Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labiis eorum, quoniam quis audivit?* Lingua, inquit, homicidium committunt, velut mucronem quemdam, & gladium, verba proferentes; Rei autem ipſæ verba confirmant. Lingua namque Dominum crucifixerunt, exclamantes, *Tolle, tolle, crucifige eum*: &, *Sanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros*. Per ſatellites autem Pilati verba ad rem contulerunt, & patibulo Salvatorem clavis confixerunt. Hoc & divinum oraculum dicit, *Ipſi loquentur in ore ſuo, & gladius in labiis eorum, quoniam quis audivit?* Quoniam verba proferunt, quibus pro gladiis utuntur. Hæc vero, inquit, faciunt, tanquam nemine inſpiciente. Hoc enim declarat, *Quoniam quis audivit?* Veluti enim nemine nec proſpiciente, nec exaudiente ea quæ fiunt, nec pœnas exigente, hæc patrare audent. *Joh.* 19. 6. *Mat.* 27. 24.

verſ. 9. *Et tu Domine deridebis eos*. Illi quidem igitur hæc audent: tu autem & audis, & perſpicis, & eorum vanam inſaniam derides. *Ad nihilum deduces omnes gentes*. Non ſolum enim illas, verum etiam omnes gentes ſuperare facile tibi eſt.

verſ. 11. *Deus oſtendet mihi ſuper inimicos meos*. Communes inimicos Propheta exiſtimat Salvatoris inimicos. Deinde quæ his eventura ſunt prædicit.

verſ. 12. *Ne occidas eos, nequando obliviſcantur legis tuæ*. Supplico, inquit, ne extremam perniciem ipſi ſubeant. Sunt enim inter eos multi, qui pœnitentiæ remediis curantur. *Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?* Quam igitur pœnam ipſis inſligere vis? *Diſperde illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine*. In totum, inquit, orbem eos diſſipa, & ſparſos & inquilinos redde, quoniam mala conſpiratione contra te uſi ſunt. Quænam autem ſit hæc edocet. *Pſal.* 6. 6.

verſ. 13. *Delictum oris eorum, ſermo labiorum ipſorum*. Hæc conſonantia ſunt his, quæ paulo ante expoſita fuerunt. Etenim ſuperius dixit, *Ecce ipſi loquentur in ore ipſorum, & gladius in labiis eorum*. Et hic rurſus, Peccatum oris, labiorumque ſermonem inſimulat: per omnia docens illius clamoris eos pœnas pendere quem conſonanter emiſerunt, juſtam Pilati ſententiam depravantes. Nam ille ut innocentem ipſum dimittere volebat: illi vero clamabant, *Tolle, tolle, crucifige eum; Sanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros ... Et comprehendantur in ſuperbia ſua*. Per ea, inquit, quæ patrare auſi ſunt, pœnas perſolvant. Et qui Chriſto Salvatori ſervire noluerunt, ſed Cæſaris regnum amplexi ſunt, Cæſaris ſervituti ſubjicientur. *Joh.* 19. 6. *Mat.* 27. 24.

Et de execratione & mendacio annunciabuntur.

verſ. 14. *In conſummatione, ira conſummationis, & non erunt*. Symmachus clarius extulit, Comprehendantur cum ſuper-

tium ex lectione prophetiarum quas tantopere commendat & numerus, & antiquitas, & perſpicuitas, & ſingulorum eventuum graphice veluti delineata deſcriptio. Pſalmos illos jam inde a temporibus David cecinere ſemper & canunt etiamnum Judæi toto orbe diſperſi, cæci ſecum ubique circumferunt, & ſumma religione conſervant tabulas & codices, quibus & ipſi condemnantur & nos abſolvimur. Ceteras prophetias quæ de Chriſti reſurrectione & Eccleſiæ regno in Pſalmis vel iisdem vel aliis leguntur, non eſt hujus loci referre.

Iſai. LIII. *I.* Quid Iſaias prædixit, quod ad Paſſionem Chriſti evidentiſſime pertineat?

R. Nullum fere caput eſt in libro Iſaiæ, quod de Chriſto & Eccleſia non agat aliquatenus. Caput quinquageſimum tertium retuliſſe ſatis erit, tam perſpicuum illud quidem, ut non tam futurum prædicere Propheta, quam præteritam hiſtoriam narrare, videatur. Caput hoc Paſſionem Domini Jeſu ſecundum Iſaiam dici nihil obſtat. Verba capitis hæc ſunt.

„ 1. Quis credidit auditui noſtro? & bra-
„ chium Domini cui revelatum eſt? 2. Et a-
„ ſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut
„ radix de terra ſitienti: non eſt ſpecies ei
„ neque decor; & vidimus eum, & non erat
„ aſpectus, & deſideravimus eum: 3. Deſpe-
„ ctum & noviſſimum virorum, virum do-
„ lorum & ſcientem infirmitatem: & quaſi
„ abſconditus vultus ejus & deſpectus, unde
„ nec reputavimus eum. 4. Vere languores
„ noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe
„ portavit; & nos putavimus eum quaſi le-
„ proſum, & percuſſum a Deo & humilia-
„ tum. 5. Ipſe autem vulneratus eſt propter
„ iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſce-
„ lera noſtra; diſciplina ſalutis noſtræ ſuper
„ eum, & livore ejus ſanati ſumus. 6. Om-
„ nes nos quaſi oves erravimus, unusquisque
„ in viam ſuam declinavit: & poſuit Domi-
„ nus in eo iniquitatem omnium noſtrum. Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 17.
„ 7. Oblatus eſt quia ipſe voluit, & non ape-
„ ruit os ſuum: ſicut ovis ad occaſionem du-
„ cetur, & quaſi agnus coram tondente ſe ob-
„ muteſcet, & non aperiet os ſuum. 8. De
„ anguſtia & de judicio ſublatus eſt: genera-
„ tionem ejus quis enarrabit? quia abſciſſus
„ eſt de terra viventium: propter ſcelus po-
„ puli mei percuſſi eum. 9. Et dabit impios
„ pro ſepoltura, & divitem pro morte ſua: eo
„ quod iniquitatem non fecerit, neque dolus
„ fuerit in ore ejus. 10. Et Dominus voluit
„ conterere eum in infirmitate: ſi poſuerit
„ pro peccato animam ſuam, videbit ſemen
„ longævum, & voluntas Domini in manu
„ ejus dirigetur. 11. Pro eo quod laboravit a-
„ nima ejus, videbit & ſaturabitur: in ſcien-
„ tia ſua juſtificabit ipſe juſtus ſervus meus
„ multos, & iniquitates eorum ipſe portabit.
„ 12. Ideo diſpertiam ei plurimos, & fortium
„ dividet ſpolia, pro eo quod tradidit in mor-
„ tem animam ſuam, & cum ſceleratis repu-
„ tatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, &
„ pro transgreſſoribus rogavit.

I. Quid Daniel prædixit de paſſione Chriſti? *Cap. I. §. I. hujus ſectionis.*

R. Ejus verba jam ſuperius relata hæc ſunt.

„ 24. Septuaginta Hebdomades abbreviatæ Dan. IX.
„ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper urbem
„ ſanctam tuam, ut conſummetur prævari-
„ catio, & finem accipiat peccatum, & de-
„ leatur iniquitas, & adducatur juſtitia ſem-
„ piterna, & impleatur viſio & prophetia,
„ & ungatur Sanctus Sanctorum. 25. Scito
„ ergo & animadverte: ab exitu ſermonis, ut
„ iterum ædificetur Jeruſalem, uſque ad Chri-
„ ſtum ducem, hebdomades ſeptem, & heb-
„ domades ſexaginta duæ erunt, & rurſum
„ ædificabitur platea & muri in anguſtia tem-
„ porum. 26. Et poſt hebdomades ſexaginta
„ duas occidetur Chriſtus: & non erit ejus
„ populus, qui eum negaturus eſt. Et civita-
„ tem & ſanctuarium diſſipabit populus cum
„ duce venturo: & finis ejus vaſtitas, & poſt
„ finem

ſuperbia ſua: execrationem & mendacia loquentes confice, in ira conſume, ita ut non ſint. Poſtquam enim calumniis uſi ſunt, dicentes ipſum imperaſſe ne (Luc. XXIII. 2.) cenſus Cæſari daretur: idque eum hortantem ipſum audiſſet, *Ut ea, quæ ſunt Cæſaris Cæſari darent, &* (Matt. XXII. 21.) *quæ ſunt Dei Deo*, execrationibus & convitiis ipſum laceſſebant. Propter illas, inquit, execrationes & calumnias, & peccatum oris, hanc conſumptionem ipſos perpeſſos eſſe. Conſummationem autem, non extremam perniciem vocat, ſed quod populus Dei non amplius ipſi vocentur. Diſperſi enim per orbem, & Romanis ſervire coacti, legali cultu privati ſunt. Procul a celeberrima metropoli degunt, regio ductu orbati ſunt, Pontificis cura minime perfruuntur, prophetica gratia deſtituti ſunt. Hoc igitur *non erunt*, idem eſt ac populum per ſe amplius non conſtituent, ſolam habitantes Palæſtinam, & Dei populus appellati. Conſummationes vero omnis generis ſupplicia nuncupat. Etenim ſub Caio quarto Cæſare maxima diſcrimina perpeſſi ſunt, atque etiam ſub Nerone in multas calamitates inciderunt: & Veſpaſianus multas Judææ civitates expugnavit, & Titus cum Hieroſolymam cinxiſſet, & civitatem diripuit, & eos, qui mortem declinaruot, captivos in ſervitutem abduxit. Et poſt hæc etiam in alias omnium generum ærumnas incurierunt: & nunc ſimiliter in civitatibus quas incolunt, occaſione oblata ſæpius intoleranda patiuntur, execrationis & mendacii & peccati ore admiſſi pœnas pendentes; ac rebus ipſis diſcunt, Crucifixum omnium Dominum conſtitutum fuiſſe. Hoc namque Propheta dicit, *Et ſcient quia Deus dominabitur Jacob, & finium terræ*. Nam hoc admirabile fuit quod ante crucem ab ipſis etiam Judæis non credebatur: poſt ignominioſam vero illam paſſionem toti orbi Crucifixus dominatur, his quidem ſponte adorantibus, incredulis vero metu ſervire adactis.

verſ. 15. Convertentur ad veſperam, & famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem. Quoniam enim dixit, *In ira conſummationis & non erunt*, ne quis Prophetam contraria dixiſſe opinetur, *Diſperde in virtute tua*, jure tautologia uſus eſt, & ait ipſos inſtar canum fame laborantium & de nocte civitatem obeuntium, victuros eſſe, nullo ſpirituali cibo perfruentes. Rerum enim facta eſt viciſſitudo: & Judæi qui olim filii erant, ob nequitiam ſuam in canum ordinem redacti ſunt: gentes vero, quæ quondam canibus ſimiles erant, filiorum honore dignatæ ſunt.

verſ. 16. Ipſi diſpergentur ad manducandum: ſi vero non fuerint ſaturati, & murmurabunt ... Ut canes & iſti per totum orbem terrarum diſperſi ſpiritualem cibum quærent: non invenientes autem, eo quod non credunt ei, qui a Prophetis cunctis prædictus fuit, tumultuantur & murmurant, in hoc quoque ingratum animum oſtendentes.

verſ. 17. Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo mane miſericordiam tuam. Illi quidem hæc audientes talia patiantur: ego vero tuam miſericordiam cantabo, & ſpirituali tuo lumine oriente, & diluculum orbi adferente, immenſam tuam benignitatem omnibus in Eccleſiis celebrabo.

Quia factus es ſuſceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ, &c.

PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 17.

„ finem belli ſtatuta deſolatio. 27. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium. Et erit ei in templo abominatio deſolationis: & uſque in conſummationem „ & finem perſeverabit deſolatio. (D) D

I. Quid Zacharias prædixit circa paſſionem Chriſti?

R. Loca quædam ſelecta referam.

„ Effundam ſuper domum David & ſuper „ habitatores Jeruſalem Spiritum gratiæ & precum: & aſpicient in me quem confixerunt: „ & plangent eum planctu quaſi ſuper unigenitum, & dolebunt ſuper eum, ut doleri ſolet in morte primogeniti.

Verba hæc partim impleta ſunt in die Pentecoſtes, partim implebuntur in fine ſæculorum. (E) E

Hæc quoque habet idem Propheta.

Zach. XIII. 6. 7. „ Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum „ tuarum? & dicet, His plagatus ſum in domo eorum qui diligebant me. Framea ſuſcitare ſuper Paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum: Percute Paſtorem & diſpergentur „ oves & convertam manum meam ad parvulos. (F) F

I. Quid in libro Sapientiæ prædictum de Paſſione Chriſti legitur?

Sap. II. „ *R.* 11. Impii dixerunt cogitantes apud ſe „ non recte: .... 12. Circumveniamus juſtum, „ quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt „ operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. 13. Promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat. 14. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. 15. Gravis eſt nobis etiam ad videndum quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius, & immutatæ ſunt viæ ejus. 16. Tamquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe a viis noſtris tamquam ab immunditiis; & præfert noviſſima juſtorum, „ gloriatur Patrem ſe habere Deum. 17. Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſint; & tentemus quæ ventura ſunt illi; & ſciemus quæ erunt noviſſima illius. 18. Si enim eſt verus Filius Dei, ſuſcipiet illum & liberabit eum de manibus contrariorum. 19. Contumelia & tormento interrogemus eum, ut ſciamus reverentiam ejus, & probemus patientiam illius. 20. Morte turpiſſima condemnemus eum: erit enim ei reſpectus ex „ ſermonibus illius.

Quiquis non veneratur & colit religionem, cujus ſanctitas & veritas tam evidentibus, tam certis argumentis demonſtratur & ſtabilitur. Quiſquis non afficitur admiratione tam miræ tot oraculorum, tot figurarum conſenſionis, tam divinæ veteris teſtamenti cum novo connexionis; næ is omnino cæcus eſt, & obduratus corde.

§. 18. *De Prodigiis quæ Chriſto moriente acciderunt.*

I. Præter mox laudatas prophetias quibus Chriſti divinitas evidenter demonſtratur, jam dixiſti Chriſtum ipſo mortis ſuæ tempore ſigna dediſſe virtutis & potentiæ ſuæ non obſcura; dic velim quænam illa ſuerint.

R. Jam diximus Judæos a Chriſto in horto divinitus proſtratos fuiſſe, cum ipſi accederent ad eum capiendum; ibidem curatum divinitus Malchum, cui amputaverat Petrus auriculam; & ſtatim atque Chriſtus cruci affixus eſt, mox contra naturæ leges Solem viſum fuiſſe per horas tres ſolidas & omnino obſcuratum. Mortuo Chriſto alia multa præter naturæ ordinem acciderunt.

I. Antequam ad cætera veniam ſcire velim cur dixeris hanc Solis Eclypſin contigiſſe contra naturæ leges?

R. Id per ſe patet, Chriſtus enim mortuus eſt tempore plenilunii. Mortuus eſt nimirum ipſo die Paſchatis, quod apud Judæos Luna decima quinta primi menſis rite celebrabatur. At nemo eſt qui neſciat ſolis Eclypſin non poſſe juxta naturæ leges fieri niſi in novilunio: fit enim Eclypſis ſolis ex interpoſitione lunæ inter ſolem & terram. Cum autem luna ſolem inter & terram interponitur, tunc novilunium eſt.

I. Hanc ſolis Eclypſin prædixerantne Prophetæ?

R. Hanc Amos Propheta prædixiſſe videtur his verbis.

„ In die illa dicit Dominus Deus, occidet *Amos.* VIII „ Sol in meridie & tenebreſcere faciam terram in die luminis: 10. Et convertam feſtivitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum: & inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum, & ſuper omne caput calvitium: & ponam eam quaſi luctum unigeniti, & noviſſima ejus quaſi diem amarum. 11. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & mittam famem in terram: non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini. 12. Et commovebuntur a mari uſque ad mare, & ab Aquilone uſque ad orientem: circuibunt quærentes „ verbum Domini, & non invenient.

Hæc Prophetia ad literam intelligenda eſt de tempore ſubverſionis regni Iſrael, ut patet ex toto capite. Sed nihil vetat intelligi quoque de vera ſolis Eclypſi quæ accidit moriente Chriſto. Et certe jam inde a morte Chriſti ad noſtra uſque tempora famem hanc verbi Dei experiuntur Judæi toto terrarum orbe diſperſi. (A) Sed eam Zacharias Propheta his verbis apertiſſimis prænuntiavit. A

Et

(D) *Vide* D. AUGUST. *& aliorum Enarrat. in Pſalmos* XXI. LVIII. *&* LXVIII. *hocce* §. *litt.* (A. B. C.)

(E) S. AUG. *de Civit. Dei*, *lib.* 20. *cap.* 30 *num.* 3. Numquid niſi Dei eſt auferre omnes gentes inimicas ſanctæ civitatis Jeruſalem .... & ſuper domum David effundere, & ſuper habitatores ejuſdem civitatis ſpiritum gratiæ & miſericordiæ? Hoc utique Dei eſt .... Pœnitebit quippe in die illa Judæos, etiam eos qui accepturi ſunt ſpiritum gratiæ & miſericordiæ, quod in ejus paſſione inſultaverint Chriſto, cum ad eum adſpexerint in ſua majeſtate venientem, eumque eſſe cognoverint, quem prius humilem in ſuis parentibus illuſerunt: quamvis & ipſi parentes eorum tantæ illius impietatis auctores reſurgentes videbunt eum, ſed puniendi jam, non adhuc corrigendi.

(F) MATTH. XXVI. 31. Tunc dicit illis Jeſus: Omnes vos ſcandalum patiemini in me iſta nocte. Scriptum eſt enim: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gregis.

(A) S. HIERONYM. *Lib.* 3. *in c.* 8. *Amos*, *verſ.* 9. *t.* 3. *p.* 1442. *Zach.* XIII. 7.

Zach. xiv. 6 *Et erit in die illa: non erit lux ſed frigus & gelu. 7. Et erit dies una quæ nota eſt Domino, non dies neque nox, & in tempore veſperi erit lux.*

8. Et erit in die illa exibunt aquæ de Jeruſalem; medium earum ad mare Orientale & medium earum ad mare noviſſimum: in æſtate & in hieme erunt. 9. Et erit Dominus Rex ſuper omnem terram in die illa, erit Dominus unus & erit nomen ejus unum.

Prophetiam tenes. Accipe illius explicationem.

Joh. xviii. 18. *In die illa non erit lux ſed frigus & gelu.* Ea quippe nocte qua ceptus eſt Jeſus frigus erat, & calefaciebant ſe miniſtri & ſervi ad prunas; & erat cum eis Petrus ſtans & calefaciens ſe.

Et erit dies una quæ nota eſt Domino, non dies neque nox: & in tempore veſperi erit lux: Hic tenebræ quæ acciderunt ipſa die mortis Chriſti apertiſſime deſignantur, Tunc enim neque dies erat propter denſiſſimas tenebres, neque nox quia Sol medium orbem tenebat:

Mar. xv. 33. *& in tempore veſperi erit lux;* quia tenebræ receſſerunt hora nona.

Et erit in die illa exibunt aquæ vivæ de Jeruſalem &c. Verba hæc ſequentia maniſeſte pertinent ad promulgationem Evangelii, & regnum Chriſti, juxta id quod Chriſtus ipſe prædixerat:

Joh. xii. 32. *Ego ſi exaltatus fuero omnia traham ad me ipſum.* Et alibi: *erit unum ovile & unus Paſtor.*

Id. x. 16.

B (B)

I. Meminit ne aliquis e Scriptoribus Ethnicis hujus Ecelypſis quæ præter naturam accidit?

R. Etiamſi ex iis nemo hujus Ecelypſeos meminiſſet, non eſſet tamen quod ejus veritas revocaretur in dubium. Omni exceptione major eſt auctoritas Evangeliſtarum, qui hanc contigiſſe referunt, nemine contradicente, eo tempore quo infiniti propemodum hujus eventus teſtes ſupererant. Sed Tertullianus Chriſtianorum cauſam agens apud Imperatores Romanos in Apologetico, miraculi hujus teſtes citat tabulæ ipſorum & inſtrumenta publica. (C) Eadem tabularia Nicomediæ citavit Lucianus Antiochenus Martyr his verbis: *conſulite annales veſtres, invenietis Pilati temporibus, dum pateretur Chriſtus, media die fugatum ſolem, & interruptum diem.*

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 18.

C

Rufin. L. ix. c. 6.

Id ipſum Deo permittente ſcripſit vir Ethnicus Phlegon nomine, Imperatoris Adriani libertus. Is libros ſexdecim ſcripſit Olympicorum Chronicorum, id eſt, Chronologiæ univerſalis rerum geſtarum ab initio Olympiadum ad ſua uſque tempora; ad annum ſcilicet Chriſti 137. In libro autem decimotertio hujus operis hæc ſcripſit: *Quarto anno ducenteſimæ ſecundæ Olympiadis,* (eſt is annus ipſe mortis Chriſti) *magna & excellens inter omnes quæ ante eam acciderant defectio ſolis facta. Dies hora ſexta ita in tenebroſam noctem verſus, ut ſtellæ in cælo viſæ ſint, terræque motus in Bithynia Nicææ urbis multas ædes ſubverterit.* Julius Africanus qui ineunte ſæculo tertio ſcripſit Chronologiam rerum geſtarum ad ſua uſque tempora, hæc habet apud Euſebium: *Narrat Phlegon, imperante Tiberio Cæſare, ſolis Ecclypſin plenilunio contigiſſe.* Accedit ad hæc Thalli auctoritas, Scriptoris item Ethnici, quem libro hiſtoriarum tertio ejuſdem Ecelypſis meminiſſe refert idem Africanus. Id ipſum in aliis Ethnicorum commentariis reperiri teſtatur in Chronicis Euſebius. (D)

D

I. Jam referas velim cætera quæ contra naturæ leges mortuo Chriſto acciderе.

R. 1. Velum templi, quo dividebatur Sanctum ſanctorum a Sancto, ſciſſum eſt in duas par-

p. 1442. Poſſumus hunc locum & in Domini intelligere paſſione, quando ſol hora ſexta retraxit radios ſuos; & pendentem in cruce Dominum ſuum ſpectare non auſus eſt, quando tenebris cuncta complentibus, feſtivitates eorum & cantica, Veſpaſiano Titoque ſuperantibus, in planctum luctumque mutata ſunt. Quando lacrymarum & pœnitudinis & ciliciorum repleta ſunt omnia: ..... nunc ergo illis habentibus tenebras, qui repulerunt ſolem juſtitiæ: nos qui ſedebamus in tenebris & umbra mortis vidimus lucem magnam.

Pag. 1443. Judæi ſuſtineant famem audiendi verbum Dei: præſertim cum legant Scripturas, & humilitatem ſequantur litteræ. Quibus ingerimus famem eſſe prædictam intelligentiæ ſpiritalis, in qua Chriſtus cernitur, paſſio Domini, & reſurrectio reperitur. Circumeunt orbem, & quærunt verbum Domini, & non inveniunt: quia verbum Domini negaverunt, quod factum eſt manibus omnium Prophetarum.

Vide S. AUG. & THEODORETI *teſtimonia §. ſuper. litt.* (C)

Mat. xxvii. 45. (B) S. CYRILL. HIEROSOL. *Catech.* XIII. .... *Ab hora autem ſexta tenebræ factæ ſunt uſque ad horam nonam:* & rurſus ab hora nona lux. Numquid & hæc ſcripta ſunt quæramus. Dicit igitur Zacharias:

Zach. xiv. 6. 7. *Et erit in die illa, non erit lumen, & erit frigus una die.* Frigus cum eſſet, Petrus calefaciebat ſe. *Et Dies illa nota Domino.* Dicit, Dies illa: quid enim, num & alias non novit? Multæ ſunt dies, ſed illa Dies paſſionis Domini, quam fecit Dominus: & illa dies nota Domino. *Et neque Dies, neque nox.* Quale eſt hoc ænigma, quod dicit Propheta, Dies illa, neque dies, neque nox? quomodo igitur eam vocabimus? Interpretatur Evangelium, quod negotium hoc enarrat. Non erat dies: quia non perpetuo ab Oriente uſque ad occaſum ſol lucebat, ſed a ſexta uſque ad nonam

Gen. i. 5. tenebræ factæ ſunt in medio die, interpoſitæ ſunt tenebræ: nominavit autem Deus tenebras noctem. Propterea, neque dies neque nox: non enim tota lux erat, ut vocaretur dies; neque tota tenebræ, ut vocaretur nox: ſed poſt nonam illuxit ſol. Prædixit & hoc Propheta: dicens enim, *neque dies neque nox,* addidit, *& ad veſperam erit lumen.* Cernis Prophetarum exactam certitudinem: cernis veritatem ſcriptorum. Sed quæris aperte, qua hora ſol defecerit, ſi octava vel decima? Dic Judæis veritatem, o Propheta: *Et erit in illa die, dicit Dominus, occidet ſol in meridie:* ab hora enim ſexta tenebræ factæ ſunt, & obtenebrata eſt lux ſuper terram in die. Quale hoc tempus o Propheta, & qualis dies? *Et convertam ſolemnitates veſtras in luctum.* In azymis enim hoc agebatur. Deinde dicit: *Et ponam ipſum ſicut luctum dilecti, & eos qui cum ipſo, ſicut diem doloris.* In die enim azymorum, & ſolemni, mulieres ipſorum plangebant & flebant, Apoſtoli vero occultati dolebant.

Amos viii. 9.

Id. eo.

(C) TERTULL. *Apolog. cap.* xx. Eodem momento dies, medium orbem ſignante ſole, ſublata eſt. Deliquium utique putaverunt, qui id quoque ſuper Chriſto prædicatum non ſciverunt: ratione non deprehenſa, negaverunt: & tamen eum mundi caſum relatum in *arcanis* veſtris habetis. *Lege* Archivis.

(D) EUSEBII *Chron. ad ann. Chriſti* 33. Jeſu Chriſtus Filius Dei ſecundum prophetias, quæ de eo fuerant prælocutæ, ad paſſionem venit anno Tiberii decimo octavo: quo tempore etiam in aliis Ethnicorum commentariis hæc ad verbum ſcripta reperimus: *Solis facta defectio: Bithynia terræ motu concuſſa, & in urbe Nicæa ædes pluri mæ corruerunt.* Quæ omnia his congruunt, quæ in paſſione Salvatoris acciderunt. Scribit vero ſuper his & Phlegon, qui Olympiadarum egregius ſupputator eſt, in tertio decimo libro ita dicens: *Quarto autem anno ducenteſimæ ſecundæ Olympiadis, magna & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio ſolis eſt facta: Dies hora ſexta ita in tenebroſam noctem verſus, ut ſtellæ in cælo viſæ ſint, terræque motus in Bithynia, Nicææ urbis multas ædes ſubverterit.* Hæc ſupra dictus vir. Argumentum autem hujus rei, quod Salvator iſto anno paſſus ſit, Evangelium præbet

Digitized by Google

PARS I. SECT. I. CAP. IV, §. 18.

partes ; quo ſignificatum voluit Deus , jamjam propalandam eſſe hominibus veri ſanctuarii viam ; Chriſto rupto carnis ſuæ per mortem velamine in cælum mox eſſe aſcenſurum ; omnia legis ſacramenta quæ veluti velo tegebantur , rupto per Chriſti mortem velo jam patefacienda ; templumque Judæorum totamque adeo gentem Judaicam jamjam in ſubverſionem ruere. (E) E

2. Terra mota eſt , & petræ ſciſſæ ſunt , & monumenta aperta ſunt , & multa corpora ſanctorum , qui dormierant , ſurrexerunt , & exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem ejus , venerunt in ſanctam civitatem & apparuerunt

bet Johannis : In quo ſcribitur, poſt decimum quintum annum Tiberii tribus annis Dominum prædicaſſe . Joſephus etiam vernaculus Judæorum ſcriptor , circa hæc tempora die Pentecoſtes Sacerdotes primum commotiones locorum & quoſdam ſonitus ſenſiſſe teſtatur : deinde ex adyto templi repentinam ſubito erupiſſe vocem dicentium , Transmigremus ex his ſedibus. Scribit autem ſupra dictus vir, quod eodem anno Pilatus Præſes ſecreto noctis imagines Cæſaris in templo ſtatuerit . Hæc prima ſeditionis & turbarum Judæis cauſa extitit .

S. HIERON. in *Chronicon Euſebii eadem refert* .

PETAVIUS S. *J. de Doctrina temporum* , Tom. II. L. 12. *cap.* 21. Quam (ſolarem defectionem) moriente Chriſto præter naturæ curſum & ordinem eſſe conſpectam Evangelia prodiderunt . Hanc enim anno quarto Olympiadis illius animadverſam ex eo colligunt , quod id Phlegon Adriani libertus , & Olympiadum computator egregius ſcriptum reliquerit . Cujus verba ex libro XIII. primum Africanus , tum Euſebius ex eo deſcripſit in Chronicon . . . . . Hanc eſſe illam ipſam , quæ ſub Chriſti mortem accedit , Patres omnes antiqui velut uno ore pronuntiaverunt .

M. DE TILLEMONT *note* 35. *ſur Jeſus-Chriſt* . Phlegon Imperatoris Adriani libertus , qui hiſtoriam per Olympiades digeſtam ac in ſexdecim libros diſtributam uſque ad annum 140. conſcripſit, tenebras quæ Jeſu Chriſti mortis die acciderant indicavit , cum dixit , *quarta* centeſimæ ſecundæ Olympiadis anno , qui verſus medium trigeſimi æræ communis anni finire debebat , omnium maximam quæ umquam viſæ fuerant Solis defectionem factam eſſe , adeo ſpiſſis tenebris meridiei hora ingruentibus, ut ſtellæ in cælo conſpicerentur . Addit etiam magnum in Bithynia terræ motum fuiſſe .

Georgius Syncellus Africani Chriſtiani Auctoris tertii ſæculi locum Phlegontis auctoritate firmat , narrantis defectionem maximam Solis a meridie ad tres horas in plenilunio factam eſſe.

Fortaſſe Tertullianus Phlegontis locum innuit , cum Paganos ad ſua archivia ablegat , *in arcanis* , ut tenebroſam noctem ex die factam paſſionis tempore, quæ eclypſis fuiſſe credebatur, naſciſcerentur. Rufinus quoque introducit S. Lucianum Antiochiæ Presbyterum , qui martyrium anno 312. paſſus eſt , Paganis dicentem : Annales veſtros conſulite , & invenietis , tempore Chriſti paſſionis ſub Pilato Solem minime apparuiſſe , diemque a miris tenebris fuiſſe ſubductum .

Præter Phlegontem alia quoque monumenta citat Euſebius, in quibus Solis defectionis , terræque motus in Bithynia mentio fiebat . Africanus inquit . . . . , hiſtoricum quemdam nomine Thallum , a S. Juſtino, Tertulliano , aliiſque veteribus citatum , tenebras paſſionis velut defectionem quandam notaſſe , quod Africanus rationi adverſari contendit .

Doctiſs. HUETIUS Abricenſ. Epiſc. *in Demonſtratione Evang. propoſ.* III. §. VIII. Mirabilis illa Solis defectio , & ingens terræ motus , quæ moriente Chriſto contigerunt , itidem narrantur a Phlegonte : . . . libro Olympicorum Chronicorum 13. . . . . . *Græca* ſic vertit Hieronymus : *Quarto autem anno* CCII. *Olympiadis* (is eſt ſcilicet Tiberii decimus octavus , qui annus Chriſto mortalis fuit) *magna & excellens inter omnes , quæ ante eam acciderant , defectio Solis facta* . Dies hora ſexta ita in tenebroſam noctem verſus , ut ſtellæ in cælo viſæ ſint , terræque motus in Bithynia Nicææ urbis multas ædes ſubverterit . Atque hæc ipſa in aliis Ethnicorum Commentariis reperiri teſtatur in Chronicis Euſebius ; teſtantur & alii . Quos inter præcipua eſt Thalli auctoritas , quem libro Hiſtoriarum ſuarum tertio eamdem Ecclypſim memoraſſe prodidit inſignis temporum metator Africanus . Eamdem autem notari & in Evangeliſtis & in Phlegonte hiſtoriam , tria oſtendunt potiſſimum ; quod in eumdem annum utraque incidat , annum nempe Tiberii decimum octavum ; quod eadem diei hora contigerit utraque , ſexta nimirum ; & quod ingens terræ motus utriuſque admirabilitatem vehementer auxerit . Merito itaque Chriſtianorum cauſſam apud

Cap. 21.

Ethnicos agens in Apologetico Tertullianus , miraculi hujus teſtes citat tabularia ipſarum & publica inſtrumenta ; ſive quæ a Rectoribus Provinciarum , ſive quæ ex inſtituto Cæſaris Romæ conficiebantur , in quæ diurna referebantur acta populi & Senatus . *Eodem momento* , inquit , *dies medium orbem ſignante Sole ſubducta eſt ; deliquium putaverunt qui id quoque ſuper Chriſto prædicatum non ſcierunt , & tamen eum mundi caſum relatum in archivis veſtris habetis* . Archiva eadem Nicomediæ coram Præſide citavit quoque Lucianus Antiochenus Martyr , cum diceret : *Conſulite annales veſtros , invenietis Pilati temporibus , dum pateretur Chriſtus , media die fugatum Solem & interruptum diem* . Accuratiſſima vero & attentiſſima obſervatione dignum eſt , quod habet nupera Sinenſis Hiſtoria Hadriani Greſlonii , adnotaſſe Sinas in rerum ſuorum monumentis , ad id tempus , in quod annum ætatis Chriſti triceſimum ſecundum nos Chriſtiani conferimus , circa menſem Aprilem , ſolare deliquium præter ordinem naturæ , & leges curriculis aſtrorum præfixas contigiſſe : qua rei novitate Quamvutinm imperatorem vehementer fuiſſe commotum .

Lege , quæ de his prophetiis & portentis ſcripſit vir eruditus D. FERRANDUS *in Libro Gallice ſcripto de Interpretatione Prophetiarum Jacob , Danielis &c.*

(E) MATT. XXVII. 51. Et velum templi ſciſſum eſt in duas partes a ſummo uſque deorſum, & terra mota eſt: & petræ ſciſſæ ſunt . 52. Et monumenta aperta ſunt ; & multa corpora Sanctorum , qui dormierant , ſurrexerunt . 53. Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem ejus , venerunt in ſanctam civitatem , & apparuerunt multis . 54. Centurio autem , & qui cum eo erant , cuſtodientes Jeſum , viſo terræ motu & his quæ fiebant , timuerunt valde , dicentes : Vere Filius Dei erat iſte . 55. Erant autem ibi mulieres multæ a longe , quæ ſecutæ erant Jeſum a Galilæa , miniſtrantes ei . 56. Inter quas erat Maria Magdalene , & Maria Jacobi & Joſeph mater , & mater filiorum Zebedæi . §

HEB. IX. 8. Hoc ſignificante Spiritu ſancto , nondum propalatam eſſe ſanctorum viam , adhuc priore tabernaculo habente ſtatum .

S. AMBROS. *Lib.* 10. *in Luc. c.* 23. *n.* 128. Etiam velum ſcinditur , quo vel duorum populorum diviſio , vel myſteriorum ſynagogæ profanatio declaratur . Scinditur ergo velum vetus , ut Eccleſia nova fidei ſuæ vela ſuſpendat . Synagogæ velamen aufertur ; ut religionis interna myſteria revelato mentis cernamus obtutu . Denique jam etiam Centurio Dei Filium quem crucifixerat , confitetur . O duriora ſaxis pectora Judæorum ! Finduntur petræ , ſed horum corda obdurantur , judex arguit , credit miniſter , proditor ſcelus ſuum morte condemnat , elementa fugiunt , terra concutitur , monumenta reſerantur : Judæorum tamen immobilis duritia manet orbe concuſſo .

S. CYRILL. HIEROSOL. *Catecheſ.* XIII. *n.* 16. *non longe a fine* . *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu Sanctorum in ſanguine Chriſti , quam initiavit nobis viam novam & viventem , per velum : hoc eſt , per carnem ipſius* . Et poſtquam caro ipſius velamentum , ignominia affectum eſt , propterea velum templi ſciſſum eſt in duas partes , a ſummo uſque deorſum . Heb. X. 19. 20. Matt. XXVII 51.

MALDONATUS S. *J. Comment. in Matth. c.* XXVII. *v.* 51. Quod & ſciſſum fuiſſe velum , & in duas partes ſciſſum , & a ſummo uſque ad imum tam diligenter Evangeliſtæ commemorant , magni alicujus myſterii indicium eſt . Major pars antiquorum Interpretum , hoc fuiſſe myſterium tradiderunt , ut ſignificaretur , vetera ſacramenta atque figuras , quæ vix doctiſſimus quiſque legis intelligebat , fuiſſe ſciſſo velo patefacta , ut omnes in ipſum Sanctum ſanctorum , quod velo ſeparabatur , id eſt , in ipſa veteris legis penetralia , occultiſſimaque myſteria intueri poſſent . Quæ enim antiquis Hebræis in figura contingebant , nos ablato velo , & ut ait D. Paulus , *revelata facie* , contemplamur . . . . alii ſynagogæ abrogationem , & veluti diſſolutionem ſignificatam fuiſſe putant . . . . . . Alii , *propalatam eſſe Sanctorum viam* , ut ait D. Paulus , id eſt , apertam nobis januam cæli eſſe , quæ ante Chriſti mortem occluſa fuerat , liceretque omnibus , qui velint , ingredi . Nam velum illud 2. Cor. 3. 18. Heb. IX. 8

Digitized by Google

ruerunt multis. Ut clarius appareret per mortem Chriſti deſtructum fuiſſe eum, qui habebat mortis
F imperium. (F)

I. Reſurrexeruntne illi mortui ante, an poſt Chriſti Reſurrectionem?

R. Aliis aliud placet. Videtur controverſiam diremiſſe S. Matthæus, dum ait eos non exiiſſe de monumentis, niſi poſt reſurrectionem; unde tunc ſolum ſurrexiſſe credendi ſunt. Et certe Jeſum vocat Apoſtolus primogenitum mortuorum.
G (G)

I. Sancti qui tunc temporis ſurrexerunt a mortuis ſubjectine ſunt iterum mortis legibus, an corpore animæ reddito introducti ſunt cum Chriſto in cælum? PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 18.

R. Sanctus Auguſtinus exiſtimavit mortuos fuiſſe denuo, nec niſi ad tempus ſurrexiſſe. Nonnulli ex Patribus aliud opinati ſunt. Res valde incerta eſt. (H) H

I. Qua ratione affecti ſunt, qui tot & tantorum prodigiorum teſtes fuere?

R. Centurio, qui præerat cohorti militum Ro-

---

lud templi ideo oppoſitum, ne quis præter ſummum Sacerdotem, idque ſemel in anno, & non ſine ſanguine in Sancta ſanctorum ingrederetur, cæli figuram fuiſſe, idem D. Paulus auctor eſt.

Ibid. 24. 25. (F) S. AMBROS. *in Luc. Lib.* 10. *n.* 128... Significatur per Domini paſſionem occaſura præſentia, ut oriantur futura. Tenebræ igitur offuſæ ſunt oculis perfidorum, ut fidei lumen reſurgeret. Sol occidit ſacrilegia, vel refugit; ut funeſti ſpectaculum ſceleris obumbraret. Petræ ſciſſæ ſunt, ut per prærupta ſaxorum oſtenderetur futurum, quoniam verbi vis pectorum dura penetraret; quo
Jer. 16. 16. facilius ex cavis petrarum illi venatores quos Jeremias prædixit, Domino venarentur. Monumentorum autem reſeratio quid aliud, niſi clauſtris mortis effractis, reſurrectionem ſignificat mortuorum, quorum in aſpectu fides, in proceſſu typus, quod in ſanctam prodeundo civitatem, præſentium ſpecie declarabant in illa Jeruſalem quæ in cælo eſt, futurum perenne diverſorium reſurgentium.

S. CYRILL. *Catech.* XIII.... Golgothas hic ſanctus, qui ſic elatus eſt, & ad hodiernam diem apparet, & hactenus monſtrat, ubi propter Chriſtum petræ ſciſſæ ſunt. Sepulchrum hoc proximum, ubi poſitus erat, & lapis oſtio monumenti ſuperpoſitus, qui ad hodiernum uſque diem ante monumentum ſitus eſt.

S. LEO *Serm.* 51. *de paſſione Domini* a. c. 2. Adjicitur ad confirmationem ſpei noſtræ, totius atteſtatio creaturæ: emittente ſpiritum Chriſto, omnia elementa tremuerunt; denſis tenebris ſplendor Solis obductus, extraordinarie nocti ſubdidit diem; ſtabilitatem ſuam terra profundis concuſſionibus labefactata non tenuit, & petrarum firmitas, confracta ſoliditate, diſſiluit. Velum templi, quo priorum myſteria ulterius non erant obumbranda, diſciſſum eſt, & multorum Sanctorum corporibus excitatis, ad præmuniendam reſurrectionis fidem, monumenta patuerunt. In vos ergo, Judæi, cælum & terra ſententiam tulit, vobis ſol ſervitutem ſuam diemque ſubtraxit, vobis famulatum ſuum elementorum ordines denegaverunt: & recedente a legibus ſuis miniſterio creaturæ, veſtra obcæcatio & veſtra eſt ſignificata confuſio.

(G) 1. COR. XV. 20. Nunc autem Chriſtus reſurrexit a mortuis primitiæ dormientium.

S. AUG. *Epiſt.* 164. *alias* 99. *ad Evodium*, *cap.* 5. *n.* 14. Quamobrem teneamus firmiſſime, quæ fides habet fundatiſſima auctoritate firmata, *Quia Chriſtus mortuus eſt ſecundum Scripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas*, & cetera, quæ de illo teſtatiſſima veritate conſcripta ſunt. In quibus etiam hoc eſt quod apud inferos fuit, ſolutiſque eorum doloribus, quibus eum erat impoſſibile teneri, a quibus etiam recte intelligitur ſolviſſe & liberaſſe quos voluit, corpus quod in cruce reliquerat in ſepulchro poſitum recepiſſe. *Cetera ſeq. litt.* (H)
1. Cor. 15. 3. & 4.

ESTIUS *in c.* 15. *verſ.* 20. 1. *ad Corinth*.... Primus tempore & dignitate:... quia ad immortalem vitam nullus ante eum reſurrexerit, ſed omnes alii poſt eum: illi de quibus Matth. (27. *verſ.* 52. & 53.) non ante, ſed poſt Chriſtum reſurrexerunt, velut glorioſæ ejus reſurrectionis comites, & aſſeclæ. Quod enim apud Matthæum deſcribitur horum reſurrectio ſtatim poſt narrationem mortis Dominicæ, non autem reſurrectionis, prolepſis eſt hiſtorica, non infrequens in Scripturis. Etenim occaſione prodigiorum, quæ narrat Evangeliſta mortem Domini fuiſſe conſecuta, inter quæ erant terræ motus & monumentorum apertio vi terræ motus facta: reſurrectionem mortuorum, qui e monumentis illis apertis, etſi tertio demum die egreſſi ſunt vivi; putavit eadem ſerie narrationis attexendam. Ceterum dignitate primus dormientium Chri-
Id. 20. ſtus, quia præſtantiſſimus & optimus omnium.

JANSEN. IPRENS. *in c.* 27. *verſ.* 53. *Matth. Poſt reſurrectionem ejus* videtur referendum ad omnia præcedentia *exeuntes, ſurrexerunt, aperta ſunt*. Ratio enim ſicut vetabat, ne exiret de monumentis ante Chriſti reſurrectionem, ita etiam ne ante reſurgerent, vel ante monumenta aperirentur:.. ut eſſent ſocii reſurrectionis Chriſti, ac teſtes ejus,... ut eſſent præcones poteſtatis ejus, & pignus futuræ reſurrectionis omnium.

JANSEN. GANDAV. *in cap.* 143. *Concord.* Prodigium omnium maximum fuit, quod monumenta aperta ſunt, atque ex eis multa corpora Sanctorum, hoc eſt fidelium, qui dormierant, reſurrexerunt, & quidem monumenta aperta ſunt in ipſa morte Domini; ceterum ipſa primum reſurrectione Domini videtur corpora illa Sanctorum ex monumentis ſurrexiſſe, quia Matthæus dixit, quod euntes de monumentis poſt reſurrectionem ejus venerunt in ſanctam civitatem. Non enim conveniebat, ut ante Chriſtum reſurgerent, & apparerent, quin Chriſtus *primitiæ eſt dormientium*, & *primogenitus ex mortuis*. Factum eſt autem illud prodigium tum in confirmationem reſurrectionis Chriſti, tum ad ſignificandam virtutem mortis Chriſti. *Ibid. Coloſſ. 1. 18.*

MENOCHIUS *in c.* 27. *verſ.* 52. *Matth. Monumenta aperta ſunt*. Poſt reſurrectionem, eo enim tempore corpora Sanctorum reſurrexerunt. Sed Evangeliſta miraculum hoc cum ceteris quæ in morte Chriſti acciderunt numerat per anticipationem, omnia hæc prodigia in unum congerens.... An autem mortui deinde ſint, alii ajunt, alii negant, quod magis probo.

In cap. 15. *v.* 20. 1. *ad Corinth.* Primus qui ex morte reſurrexerit, non amplius moriturus.

Plura exſcribere ſuperſedeo, alios poteris Scripturæ Interpretes conſulere.

(H) S. AUG. *Epiſt.* 164. *alias* 99. *ea de re teſtimonium habes hic in S. Thomæ excerpto.*

S. THOM. *Quæſt.* LIII. *art.* 3. *ad ſecund.* De illis qui reſurrexerunt cum Chriſto, duplex eſt opinio: quidam enim aſſerunt, quod redierunt ad vitam tanquam non morituri, quoniam magis illis eſſet tormentum ſi iterum morerentur, quam ſi non reſurgerent; & ſecundum hoc intelligendum erit, ſicut Hieronymus dicit ſuper Matth. quod non ante reſurrexerunt, quam reſurgeret Dominus. Unde & Evangeliſta dicit, quod *exeuntes de monumentis* *Matt. 27. 53.*
poſt reſurrectionem ejus, venerunt in ſanctam civitatem, & *164. alias*
apparuerunt multis. Sed Auguſt. in Epiſtola ad Evodium *99. c. 3. n. 9.*
hanc opinionem commemorans dicit: „ Scio quibuſdam
„ videri, morte Domini Chriſti jam talem reſurrectio-
„ nem præſtitam juſtis, qualis nobis in fine promittitur.
„ Qui ſi non iterum repoſitis corporibus dormierunt, vi-
„ dendum eſt quomodo intelligatur Chriſtus primogeni-
„ tus a mortuis, ſi eum in illa reſurrectione tot præceſſe- *Coloſſ. 1. 18.*
„ runt. Quod ſi reſpondetur, hoc eſſe dictum per antici-
„ pationem, ut monumenta illo terræ motu aperta in-
„ telligantur, cum Chriſtus in cruce penderet; reſurre-
„ xiſſe autem juſtorum corpora non tunc, ſed cum ille
„ prior reſurrexiſſet; illud adhuc reſtat quod moveat,
„ quomodo Petrus non de David, ſed de Chriſto aſſe- *Act. 2. 37.*
„ ruit fuiſſe prædictum, carnem ejus non vidiſſe corru-
„ ptionem, per hoc quod apud eos erat monumentum
„ David: & ſic illos non convincebat, ſi corpus David
„ ibi jam non erat: quia etſi ante in recenti ſua morte
„ reſurrexiſſet, nec caro ejus vidiſſet corruptionem, poſ-
„ ſet nihilominus illud monumentum manere. Durum
„ autem videtur, ut David non fuerit in illa reſurre-
„ ctione juſtorum, ſi eis jam æterna donata eſt: cujus
„ Chriſtus ex ſemine commendatur. Periclitabitur etiam
„ illud, quod ad Hebr. de juſtis antiquis dicitur, *ne ſine* *Heb. 11. 40.*
„ *nobis conſummarentur*, ſi jam in illa reſurrectionis in-
„ corruptione conſtituti ſunt; quæ nobis perficiendis in
„ fine promittitur". Sic ergo Auguſtin. ſentire videtur, quod reſurrexerint iterum morituri. Ad quod etiam videtur pertinere, quod Hieron. dicit ſuper Matth. quod ſicut Lazarus reſurrexit, ſic & multa corpora Sanctorum reſurrexerunt, ut Dominum oſtenderent reſurgentem: quamvis hoc in ſermone de aſſumptione ſub du-
bio-

Digitized by Google

I

Romanorum, qui illic aderant ad cuſtodiam, viſo terræ motu, & his quæ fiebant, ad Chriſtum converſus eſt. (1)

Milites quoque perhibuerunt teſtimonium veritati, & Chriſtum Filium Dei eſſe confeſſi ſunt. Quidam ex iis accepta a Principibus Judæorum pecunia copioſa corrupti ſunt.

Multi eorum qui adſuerant ſpectaculo reverſi ſunt percutientes pectora ſua.

Serm. 66. 57. de Paſſione, cap. 3. *Impietatem tamen Judaicam*, ut ait S. Leo, *monumentis & petris omnium duriorem nulla proditur mitigaſſe compunctio, ut appareat paratiores ad intelligendum Filium Dei tunc fuiſſe Romanos milites, quam Iſraeliticos Sacerdotes.*

§. 19.

Cur & pro quibus mortuus ſit in cruce Chriſtus. Quomodo per mortem ſatisfecerit Deo Patri. Qui fructus Chriſti mortis fuerint.

I. Cur Chriſtus mori voluit per ſupplicium crucis, quo non erat aliud tum temporis acerbius & magis ignominioſum?

R. Elegit hoc mortis genus multiplicem ob rationem.

1. Ut unde mors oriebatur inde vita reſurgeret; & qui in ligno ſcientiæ boni & mali vicerat in paradiſo diabolus, in ligno quoque vinceretur.

2. Ut hinc ſignificaret quanta eſſet atrocitas peccati, cui expiando ſupplicium hoc ſubire non dubitaverit.

3. Ut ignominioſis, & acerbiſſimis cruciatibus ſanaret concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, ſuperbiam vitæ, ex quo triplici fonte vitiato manat omne ſcelerum & nequitiæ genus. (A) A

I. Pro quibus peccatis Chriſtus mortuus eſt?

R. Non pro peccatis Angelorum, ſed pro peccatis Adam & Evæ, & eorum omnium qui ex Adamo parente & Eva matre hactenus prodierunt, & ſunt ad finem uſque ſæculorum naſcituri: pro omnibus mortuus eſt. Satisfactionem exhibuit ſufficientem pro omnium peccatis præteritis, præſentibus, & futuris. (B) B

I. Si Chriſtus ſatisfecit pro peccatis omnium & ſingulorum hominum, nihil ergo jam damnationis eſt hominibus cujuſcumque tandem peccati reatu teneantur?

R. Id non inde ſequitur. Ut enim docet Concilium Tridentinum, *etſi Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipiunt; ſed ii dumtaxat quibus meritum paſſionis ejus communicatur.* Seſſ. 6. cap. 3 de juſtific.

Omnes autem gratiæ ſupernaturales ſunt effectus & communicatio Paſſionis & mortis Chriſti. Sed gratiæ illæ non omnibus æqualiter diſtribuuntur. Ac proinde Beneficium mortis Chriſti inæqualiter hominibus communicatur.

Nulla alia via communicatur abundantius mortis Chriſti beneficium, quam per Sacramenta. Ex illis tanquam ex fontibus ordinarie fluit peccatoris juſtificatio, regeneratio, reconciliatio. At non omnes ſacramenta recipiunt. (C) C

Itaque etſi Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, quæ ſumma fuit ejus miſericordia; permulti tamen, divina juſtitia permittente, in peccatis pereunt. 1. Omnes quicumque non regenerati moriuntur: 2. quicumque, amiſſa nec recuperata per pœnitentiam regenerationis gratia, e vivis excedunt.

I. Fuitne omnino neceſſaria Chriſti ſatisfactio?

R. Fuit omnino. Si enim pro nobis non ſatisfeciſſet homo Deus, nunquam deleta fuiſſent noſtra peccata. Perſona dignitatis finitæ non potuiſſet offerre Deo ſatisfactionem niſi finitam, quæ proinde non ſufficeret ad Deum placandum. Ad expiandam injuriam, quæ ex majeſtate perſonæ offenſæ erat infinita, neceſſaria erat prorſus ſatisfactio pretii infiniti, ſatisfactio hominis Dei. (D) D

I. Nun-

bio relinquat: rationes tamen Auguſt. multo efficaciores videntur.

(1) S. Chrysost. *Homil. 89. in cap. 27. Matth.* Sed Centurio quoque tunc reddidit gloriam Deo, dicens: *Vere iſte homo juſtus erat*.... Tanta crucifixi virtus apparuit, ut poſt illas contumelias, poſt vituperationem & cædem, tam Centurio quam populus compuncti fuerint. Quidam autem dicunt hunc Centurionem in fide poſtea roboratum adeo fuiſſe, ut etiam martyrio ſit coronatus. Luc. 23. 47.

M. de Tillemont, *Memoires ſur l'Hiſt. Eccleſ. T. 1. art. 21. ſur J. C.* Verſus finem ſæculi quarti ea apud nonnullos opinio invaluerat, Centurionem, qui Jeſum Chriſtum Filium Dei recognoverat, magis ac magis in ea perſuaſione confirmatum pro ea propugnanda ſanguinem fudiſſe, ipſiuſque martyrii hiſtoriam fuiſſe præ manibus. Hinc aliqua Græcorum opinioni accedit auctoritas, qui affirmant, Longinum poſtea martyrii palmam adeptum in loco, cui nomen Adrales, vel Sadrales non longe a Tyana Cappadociæ urbe.

(A) S. Aug. *Serm. 201. in Epiph. Domini 3. alias 31. de tempore, c. 2. n. 2. in fine.* Sanguine quem Judæi fuderunt, noſtra peccata diluimus.

(B) 2. Cor. 5. v. 14. Charitas enim Chriſti urget nos: æſtimantes hoc, quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt: 15. & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus: ut & qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.

1. Timoth. ii. 4. Qui omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

iv. 10. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia ſperamus in Deum vivum, qui eſt Salvator omnium hominum, maxime fidelium.

1. Joan. ii. 2. Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris; non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.

(C) Conc. Trident. *Seſſ. 6. c. 3. de Juſtificat.* Sicut revera homines niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur, non naſcerentur injuſti, cum ea propagatione, per ipſum dum concipiuntur, propriam injuſtitiam contrahant: ita niſi in Chriſto renaſcerentur nunquam juſtificarentur, cum ea renaſcentia per meritum paſſionis ejus, gratia qua juſti fiunt illis tribuatur.

(D) S. Aug. *Enarrat. in Pſalm.* xlviii. *n. 8.* Si te frater non redimit, homo te redempturus eſt? Quis eſt frater, qui ſi non redemerit, nullus homo redempturus eſt? Qui poſt reſurrectionem dixit, *Vade, dic fratribus meis*... In illo ergo præſumat, qui propter illum mortuus eſt, ut ille non in ſempiternum moreretur; qui propter illum humiliatus eſt, ut ille exaltaretur; qui quæſivit impium, ut a fideli quæreretur. Mat. 28. 10.

S. Basilius Magn. *in Pſal.* xlviii. *p. 183.* Is qui de propriis peccatis non eſt idoneus aliquo munere placare Deum, quomodo pro alio id facere tentabit? Neque igitur fratrem ſuum alius quivis frater redimere poterit, neque unuſquiſpiam ſeipſum, quod redemptor tanto eſſe debet captivo & jam ſerviente præſtantior. Sed & ne in univerſum quidem homo erga Deum ea præditus facultate eſt, ut ipſum placet pro peccatore, quum & ipſe ſit peccati reus. *Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei: juſtificati gratis ipſius gratia per redemptionem quæ eſt in Chriſto Jeſu* Domino noſtro. *Non dabit ergo Deo placationem ſuam, & pretium redemptionis animæ ſuæ*... Neque enim fratrem in redemptionem quærit, ſed unum aliquem qui noſtram exſuperet naturam. Non item hominem nudum, ſed hominem Deum Jeſum Chriſtum, qui ſolus pro nobis omnibus Deo propitiationem dare poteſt, quod ipſum Deus placationem in ejus ſanguine per fidem elegerit... Quid unquam tanti eſt momenti, quod homo poterit dare pro redemptione animæ ſuæ? Inventum tamen unum eſt pro omnibus ſimul hominibus dignum Rom. 3. 23. Pſ. 48. 8.

Digitized by Google

I. Numquid poterat Deus condonare acceptam injuriam, nulla exacta vel ab hominibus, vel pro hominibus ſatisfactione?

R. Credibile eſt Deum abſolute id potuiſſe ſi voluiſſet: utpote qui ſit ſupremus omnium Dominus. Sed cum ſapienter diſponat omnia, eam prætulit condonandæ injuriæ rationem, quæ ad divinæ juſtitiæ ſatisfactionem omnium erat maxime conveniens. Si condonaſſet injuriam Deus, nulla præhabita ſatisfactione, ſuam quidem exeruiſſet miſericordiam, ſed juſtitia Dei, quæ utique ab ejus miſericordia ſeparari nequit, non habuiſſet, quod ſibi debebatur. Per ſatisfactionem infinitam Chriſti, quæ ad peccata omnia, & ad tempora omnia extenditur, ſimul & miſericordiam parcendo manifeſtavit, & juſtitiam, cui debitum omne perſolutum eſt pretioſa in conſpectu Domini morte, quam juſtus pro injuſtis pertulit, morte, inquam, quæ plus quam ſufficiens eſt ad expianda peccata totius mundi. (E)

Part. I. Sect. II Cap. I. §. 10.

E

I. Dum dicimus Deum pro nobis paſſum eſſe, ſenſuſne eſt naturam divinam fuiſſe paſſam?

R. Non utique natura divina, quæ nec mori, nec pati poteſt; ſed natura humana, unita perſonæ Verbi, paſſa eſt. Verum ex nexu utriuſque naturæ cum Verbi perſona, fit ut mors & paſſio Deo tribuatur, dicaturque nude & ſimpliciter Deus paſſus, Deus mortuus pro nobis. (F)

F

I. Quomodo Chriſtus ſatisfecit pro peccatis noſtris?

R. Pa-

gnum pretium, nempe ſanctus, & omni pretio ſuperior pretioſus ſanguis Domini Jeſu Chriſti, quem pro nobis omnibus effudit: quamobrem pretio ſumus empti... Si enim homo nos redimere nequit, qui redemit homo non eſt? Noli igitur, quia Dominus in carnis ſimilitudine ad nos venit, & nobiſcum eſt verſatus, eum tantummodo hominem exiſtimare, illius divinæ virtutis ac potentiæ ignarus, qui opus cum non haberet ſeſe ſua cauſa Deo offerre, neque ſuam ipſius animam redimere, eum peccatum nullum admiſiſſet, nec dolus ſit in ore ejus inventus.

1.Pet.2.22. Redimere itaque tam nullus idoneus, niſi veniat is qui convertat captivitatem populi, non pretio quidem aut donis,

Iſ. 45. 13. ut in Iſaia ſcriptum eſt, ſed ſuo ſanguine, qui non fratres nos exiſtentes, ſed inimicos ob peccatum factos: neque item homo natus, ſed Deus, poſt libertatem nobis gratuito conceſſam fratres non ſuos appellat.

S. Cyrill. Alexandr. *Lib. 2. in Joban. cap. 1. verſ. 29.* Ille agnus, qui olim ænigmatice figurabatur, immaculata illa hoſtia pro omnibus ad occiſionem ducitur, ut mundi peccatum amoveat; ut orbis exterminatorem evertat; ut mortem pro omnibus obeundo, mortem aboleat, ut ſolvat hominum maledictionem; ... ut ſit... ſolutio invecti interitus, æternæ vitæ conciliator, cauſa reformationis ad Deum, pietatis, & juſtitiæ principium, via denique ad regnum cælorum. Unus enim mortuus eſt agnus pro omnibus, omnem hominum gregem ſervans Deo ac Patri: unus pro omnibus, ut omnes Deo ſubjiciat; unus pro omnibus, ut omnes lucrifaciat: ut omnes denique non jam ſibi vivant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. Nam cum in multis peccatis eſſemus, atque idcirco morti & corruptioni obnoxii, dedit Filium ſuum Pater redemptionem pro nobis, unum pro omnibus, quoniam omnia ſunt in ipſo, & omnibus melior eſt. Unus pro omnibus mortuus eſt, ut omnes vivamus in ipſo. Cum enim occiſum pro omnibus agnum mors abſorpſerit, ſimul etiam in ipſo & cum ipſo cunctos evomuit. Omnes enim eramus in Chriſto, qui propter nos & pro nobis mortuus eſt, atque reſurrexit: abolito vero peccato, qui fieri poterat, ut mors etiam, quæ ex ipſo eſt, propter ipſum non abolita ſit? Mortua radice quomodo germen ſervabitur? mortuo peccato, quæ moriendi nobis cauſa erit? ... *Deus eſt qui juſtificat: Chri-*

Rom. 8. 33. *ſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledi-*

Galat. 3. 13. *ctum*, ut maledictionem peccati nos fugiamus.

S. Leo *Epiſt. 24. ad Flavianum, alias 10. c. 2.* Quæ nativitas (Chriſti) temporalis illi nativitati divinæ & ſempiternæ nihil minuit, nihil contulit, ſed totam ſe reparando homini, qui erat deceptus, impendit: ut & mortem vinceret, & diabolum, qui mortis habebat imperium, ſua virtute deſtrueret. Non enim ſuperare poſſemus peccati & mortis auctorem, niſi naturam noſtram ille ſuſciperet, & ſuam faceret, quem nec peccatum contaminare, nec mors potuit detinere.

S. Thomas *3. par. qu. 1. art. 2. ad 2.* Hominis puri ſatisfactio ſufficiens eſſe non potuit pro peccato: tum quia tota natura humana erat per peccatum corrupta; nec bonum alicujus perſonæ, vel etiam plurium poterat per æquiparantiam totius naturæ detrimentum recompenſare: tum etiam, quia peccatum contra Deum commiſſum, quandam infinitatem habet ex infinitate divinæ majeſtatis, tanto enim offenſa eſt gravior, quanto major eſt ille, in quem delinquitur: unde oportuit ad condignam ſatisfactionem, ut actus ſatisfacientis haberet efficaciam infinitam, utpote Dei & hominis exiſtentis.

(E) Hebr. x. 12. Hic autem (Chriſtus) pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera Dei... 14. Una enim oblatione, conſummavit in ſempiternum ſanctificatos.

Vide ſupra litt. (B) *hocce §. varia eadem de re SS.* Pauli *&* Johannis *teſtimonia.*

S. Gregor. Magn. Papa, *Lib. 17. Moral. in Job, cap. 18. circa medium.* Delenda ergo erat talis (originalis) culpa, ſed niſi per ſacrificium deleri non poterat. Quærendum erat ſacrificium. Sed quale ſacrificium poterat pro abſolvendis hominibus inveniri? ... Requirendus erat homo, qui pro hominibus offerri debuiſſet, ut pro rationali peccato rationalis hoſtia mactaretur. Sed quid, quod homo ſine peccato inveniri non poterat; & oblata pro nobis hoſtia, quando nos a peccato mundare potuiſſet, ſi ipſa hoſtia peccati contagione non careret? Inquinata quippe inquinatos mundare non potuiſſet. Ergo ut rationalis eſſet hoſtia, homo fuerat offerendus: ut vero a peccatis mundaret hominem, homo, & ſine peccato. Sed quis eſſet ſine peccato homo, ſi ex peccati commixtione deſcenderet? Proinde venit propter nos in uterum Virginis Filius Dei, ibi pro nobis factus eſt homo. Sumpta eſt ab illo natura, non culpa. Fecit pro nobis ſacrificium, corpus ſuum exhibuit pro peccatoribus victimam ſine peccato, quæ & humanitate mori, & juſtitia mundare potuiſſet.

S. Leo *Serm. 61. de Paſſ. Dom. 12. cap. 3.* Quod unquam ſacrificium ſacratius fuit, quam quod verus Pontifex altari crucis per immolationem ſuæ carnis impoſuit? Quamvis enim in conſpectu Domini multorum Sanctorum pretioſa mors fuerit, nullius tamen inſontis occiſio, propitiatio fuit mundi. Acceperunt juſti, non dederunt coronas; & de fidelium fortitudine exempla nata ſunt patientiæ non dona juſtitiæ. Singulares quippe in ſingulis mortes fuerunt, nec alterius quiſquam debitum ſuo fine perſolvit, cum inter filios hominum ſolus Dominus noſter Jeſus extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes etiam ſunt ſuſcitati; de quibus ipſe dicebat: *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum.*

Eadem exſcribit in Epiſt. 134. alias 97. ad Leonem Au- Joh. 12. 32.
guſtum.

Vide etiam quæ ex eadem Epiſt. refer. litt. (F) (G)

(F) Philip. 11. 8. Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis.

S. Aug. *Sermon. 213. in traditione Symboli 2. alias de tempore 119. c. 3. n. 3.* Qui Filius Dei unicus Dominus noſter crucifixus, Filius Dei unicus Dominus noſter ſepultus eſt. Homo crucifixus eſt, homo ſepultus: Deus non mutatus, Deus non eſt occiſus, & tamen ſecundum hominem occiſus... & Dominus Chriſtus crucifixus eſt. Dominus eſt, unicus Patri eſt; Salvator noſter eſt, Dominus gloriæ eſt: tamen crucifixus eſt, ſed in carne & ſepultus in ſola carne.

Vide S. Epiphan. *lit. ſeq.* (G)

S. Leo Magn. *Epiſt. 24. cap. 4.* Qui enim verus eſt Deus, idem verus eſt homo: & nullum eſt in hac unitate mendacium, dum invicem ſunt, & humilitas hominis, & altitudo deitatis. Sicut enim Deus non mutatur miſeratione, ita homo non conſumitur dignitate. Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium eſt: Verbo ſcilicet operante quod Verbi eſt, & carne exequente quod carnis eſt. Unum horum coruſcat miraculis, aliud ſuccumbit injuriis.

Epiſt. 134. cap. 6. Quamvis itaque ab illo initio, quo in

R. Patiendo in quantum homo eſt ſupplicia & mortem, quæ peccatis noſtris debebantur; & dando in quantum Deus eſt pretium infinitum paſſionibus ſuis. (G)

G

I. Quæ nobis beneficia Chriſtus morte ſua promeruit?

R. 1. Lavit nos a peccatis noſtris in ſanguine

H ſuo. (H)

2. Liberavit nos a ſervitute diaboli; eripuit nos a poteſtate tenebrarum, & de manu infe-

I ri. (I)

3. Tranſtulit nos in regnum ſuum cæleſte. Paradiſi portas aperuit nobis, cujus aditus erat jam inde a peccato nobis obſeratus. (K) K

4. Dedit nobis exemplar virtutum omnium, quarum obſervatio neceſſaria eſt ut perveniatur ad regnum cælorum. (L) L

5. Promeruit nobis gratias omnes, quæ neceſſariæ ſunt, tum ut virtutes colantur, tum ut ad vitam perveniatur æternam. Nam ſine Chriſto nihil poſſumus facere, & gratiæ omnes, ut jam diximus, ex ejus ſanguine tamquam ex fonte ma-

nant. (M) M

I. Fuitne in veteri lege typus aliquis beneficiorum,

---

in utero Virginis Verbum caro factum eſt, nihil unquam inter utramque formam diviſionis exſtiterit, & per omnia incrementa corporea unius perſonæ fuerint totius temporis actiones, ea ipſa tamen, quæ inſeparabiliter facta ſunt, nulla permixtione confundimus; ſed quid, cujus formæ ſit ex operum qualitate ſentimus. Nec divina enim humanis præjudicant, nec humana divinis: cum ita in idipſum utraque concurrant, ut in eis nec proprietas abſumatur, nec perſona geminetur.

Cap. 8. In forma Dei æqualis erat Filius Patri, & inter genitorem atque unigenitum nulla in eſſentia erat diſcretio, nulla in majeſtate diverſitas, nec per incarnationis myſterium aliquid deceſſerat Verbo, quod ei Patris munere redderetur. Forma autem ſervi, per quam impaſſibilis deitas ſacramentum magnæ pietatis implevit, humana humilitas eſt, quæ in gloriam divinæ poteſtatis erecta eſt, in tantam unitatem ab ipſo conceptu Virginis Deitate & humanitate conſerta, ut nec ſine homine divina, nec ſine Deo agerentur humana. Propter quod ſicut Dominus majeſtatis dicitur crucifixus, ita qui ex ſempiternitate æqualis eſt Deo, dicitur exaltatus: quia inſeparabiliter, manente unitate perſonæ, unus atque idem eſt, & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei Filius propter unam cum Patre Deitatem.

Vide ejuſdem S. *Leonis teſtimonia* §. *ſeq. litt.* (A)

(G) S. EPIPH. *adv. Hæreſ. l.* 3. *Tom.* II. *hæreſ.* LXXVII. *num.* 22. Paſſibilem nos Chriſtum prædicamus, ac credimus: non quod per ſe ſe ſit paſſus, neque quod alius ſit a patiente Dominus, neque quod divina natura paſſa ſit. Verum ita Dominus noſter Jeſus Chriſtus paſſus eſt, ut ipſius divinitas mutationis omnis & paſſionis expers, nihilominus in cruce pateretur, & ipſa nullam in ſeſe paſſionem experiretur. Quod enim Chriſtus noſtra cauſa mortuus eſt, vereque mortuus, non in divinitatem mors illa cecidit, ſed in carne mortuus eſt, quemadmodum

1. Pet. 3. 18. ſcriptum eſt: *Mortificatus carne, vivificatus autem Spiri-*

Ibid. 4. 1. *tu*. Item: *Chriſto paſſo pro nobis in carne*. Quamobrem ſingulari quadam, & admirabili ratione vere paſſum illum eſſe confitemur, & eumdem tamen vere paſſionis expertem; quod nihil divinitas ipſa patiatur: quoniam ab omni viciſſitudine & paſſione immunis eſt, ejuſdemque cum Patre ſubſtantiæ. Ita porro paſſam eſſe carnem aſſerimus, ut in ipſa perpeſſione divinitas nequaquam ab aſſumpta hominis natura ſejuncta ſit. Tum enim divinitas cum humana natura conjuncta fuit, quando Chriſtus in cruce ſuffixus carne paſſus eſt; nihil ipſa divinitate patiente: quo juſtificatio noſtra non amplius in ſola carne, ſed etiam in divinitate conſiſteret, atque ut a divinitate ſimul & carne ſalus noſtra proficiſceretur. Etenim Chriſtus non ſimplex ac nudus homo fuit, ſed Verbum ſubſiſtens, incarnatum, ac Deus homo revera factus: ut ſpem noſtram non amplius in homine, ſed in divinitate collocemus; neque patientem Deum, ſed a perpeſſione omni immunem habeamus.

S. LEO *Epiſt.* 134. *cap.* 4. Qua vero ratione veritatem mediatoris impleret, niſi qui in forma Dei æqualis eſt Patri, in forma ſervi particeps eſſet & noſter; ut mortis vinculum, unius prævaricatione contractum, unius morte, qui ſolus morti nihil debuit, ſolveretur. Effuſio enim pro injuſtis ſanguinis Chriſti tam fuit dives ad pretium, ut ſi univerſitas captivorum in redemptorem ſuum crederet, nullum diaboli vincula retinerent; quoniam

Rom. 5. 20. ſicut Apoſtolus ait: *Ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit & gratia.*

(H) ROMAN. III. 25. Quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem juſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præcedentium delictorum.

COLOSSENS. I. 14. In quo habemus redemptionem per ſanguinem ejus, remiſſionem peccatorum . . . 20. Et per eum reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis ejus, ſive quæ in terris, ſive quæ in cælis ſunt.

II. 13. Et vos cum mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta. 14. Delens quod adverſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci.

APOC. I. 5. Qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

(I) JOHANN. XII. 31. Nunc judicium eſt mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.

S. AUG. *Tract.* 52. *in Johan. n.* 7. *in fine*. Prædicabat ergo Dominus quod ſciebat, poſt paſſionem & glorificationem ſuam per univerſum mundum multos populos credituros, in quorum cordibus diabolus intus erat: cui quando ex fide renunciant, ejicitur foras.

N. 9. Quid ergo, ait quiſpiam, quis diabolus de credentium cordibus ejicietur foras, jam fidelium neminem tentat? Immo vero tentare non ceſſat. Sed aliud eſt intrinſecus regnare, aliud forinſecus oppugnare: nam & munitiſſimam civitatem aliquando hoſtis oppugnat, nec expugnat. Et ſi aliqua tela ejus miſſa perveniunt, *Epheſ.* 6. 16.

admonet Apoſtolus unde non lædant, commemorat loricam & ſcutum fidei; & ſi aliquando vulnerat, adeſt qui ſanat.

S. LEO *Serm.* 60. *de Paſſione Domini* XI. *c.* 3. Qui ut humanum genus vinculis mortiferæ prævaricationis abſolveret, & ſævienti diabolo potentiam ſuæ majeſtatis occuluit, & infirmitatem noſtræ humilitatis objecit. Si enim crudelis & ſuperbus inimicus, conſilium miſericordiæ Dei noſſe potuiſſet, Judæorum animos manſuetudine potius temperare, quam injuſtis odiis ſtuduiſſet accendere: ne omnium captivorum amitteret ſervitutem, dum nihil ſibi debentis proſequitur libertatem. Fefellit ergo illum malignitas ſua: intulit ſupplicium Filio Dei, quod cunctis filiis hominum in remedium verteretur. Fudit ſanguinem juſtum, qui reconciliando mundo & pretium eſſet & poculum.

(K) HEB. V. 9. Et conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ.

IX. 8. Hoc ſignificante Spiritu ſancto, nondum propalatam eſſe ſanctorum viam, adhuc priore teſtamento habente ſtatum.

X. 19. Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti, quam initiavit nobis viam novam, & viventem per velamen, id eſt, carnem ſuam.

(L) S. AUG. *de vera Religione*, *c.* 16. *n.* 31. Satellites voluptatum divitias pernicioſe populi appetebant: pauper eſſe voluit (Chriſtus.) Honoribus & imperiis inhiabant: Rex fieri noluit . . . Contumelias ſuperbiſſime horrebant; omne genus contumeliarum ſuſtinuit. Injurias intolerabiles eſſe arbitrabantur; quæ major injuria quam juſtum innocentemque damnari? Dolores corporis execrabantur: flagellatus atque cruciatus eſt. Mori metuebant; morte multatus eſt. Ignominioſiſſimum mortis genus crucem putabant: crucifixus eſt. Omnia quæ habere cupientes non recte vivebamus, carendo vileſecit. Omnia quæ vitare cupientes a ſtudio deviabamus veritatis, perpetiendo dejecit. Non enim ullum peccatum committi poteſt, niſi aut dum appetuntur ea quæ ille contempſit, aut fugiuntur quæ ille ſuſtinuit.

N. 32. Tota itaque vita ejus in terris per hominem, quem ſuſcipere dignatus eſt, diſciplina morum fuit.

(M) JOHAN. XV. 4. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis. 5. Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere.

ROM.

Digitized by Google

ciorum, quæ nobis morte Chriſti collata ſunt?

R. 1. Erant in tota Judæa Dei juſſu urbes aliquæ quæ refugii dicebantur: in eas recipiebant ſe tanquam in aſylum quicunque homicidium involuntarium perpetraſſent: ibique exules degebant ad mortem uſque ſummi Judæorum Pontificis. Mortuo Pontifice libertas iis reddebatur. O typum eximium in quo adumbratam cernere licet conditionem juſtorum, qui ante Chriſti ſummi atque Pontificis mortem vixere.
N Id nemo non ſenſit. (N)

2. Immolatio Agni paſchalis, cujus ſanguine
Part. 1. Sect. 1. c. 4. §. 8. poſtes Hebræorum aſperſi ſunt, eos a morte liberavit, ex Ægypto eripuit, & fuit, ut jam diximus, typus & figura mortis Chriſti veri il-
O lius agni qui tollit peccata mundi. (O)

Agemus alibi de Jubilæo Judæorum, in quo adumbrata quoque fuerunt beneficia ex morte
P Chriſti manantia. (P)

I. Numquid & Prophetæ prædixerunt ea beneficia? *Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 20.*

R. Prædixerunt ſæpius. Legantur prophetiæ ſupra relatæ, & in primis caput quinquageſimum Iſaiæ, & nonum Danielis. *Hujuſce c. §. 17.*

§. 20. *Deſcenſus animæ Chriſti ad Inferos. Transfixio Lateris. Sepultura Corporis Chriſti.*

I. Dum ais Chriſtum mortuum fuiſſe, quid intelligis?

R. Intelligo Chriſto accidiſſe quod accidit ceteris hominibus dum mori dicuntur: anima ejus ſeparata eſt a corpore.

I. Numquid & divinitas ſeparata eſt a corpore aut ab anima Chriſti poſt mortem?

R. Minime vero. Divinitas manſit ſemper unita corpori & animæ Chriſti: nec potuit unquam ab iis morte ſeparari. (A) A

I. Quo profecta eſt anima Chriſti ſtatim atque a corpore ſeparata fuit?

R. De-

Rom. v. 6. Ut quid enim Chriſtus, cum adhuc infirmi eſſemus, ſecundum tempus pro impiis mortuus eſt? ... 8. Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, ſecundum tempus, 9. Chriſtus pro nobis mortuus eſt: multo igitur magis nunc juſtificati in ſanguine ipſius, ſalvi erimus ab ira per ipſum. 10. Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem Filii ejus: multo magis reconciliati, ſalvi erimus in vita ipſius. 11. Non ſolum autem: ſed & gloriamur in Deo per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem nunc reconciliationem accepimus... 15.... Gratia Dei & donum in gratia unius hominis Jeſu Chriſti in plures abundavit .... 19. .... Ita & per unius obeditionem juſti conſtituentur multi... 21.... Ut ... & gratia regnet per juſtitiam in vitam æternam, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Coloss. 1. 22. Nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem, exhibere vos ſanctos, & immaculatos, & irreprehenſibiles coram ipſo.

(N) Numer. xxxv. 11. Decernite quæ urbes eſſe debeant in præſidia fugitivorum, qui nolentes ſanguinem fuderint: 12. In quibus cum fuerit profugus, cognatus occiſi non poterit eum occidere ..... 25. Liberabitur innocens de ulterioris manu, & reducetur per ſententiam in urbem, ad quam confugerat, manebitque ibi, donec Sacerdos magnus, qui oleo ſancto unctus eſt, moriatur .... 32. Exules & profugi ante mortem Pontificis nullo modo in urbes ſuas reverti poterunt.

S. Hieron. *Lib.* 2. *adverſ. Jovinianum pag.* 548. & 549. *tom.* 1. *edit. Pariſ. ann.* 1609. & *novæ edit. tom.* 4. *p.* 2. *pag.* 225. Sex urbes fugitivorum deſcribuntur in lege, qui hominem interfecere nolentes; & ipſæ urbes ſacerdotales ſunt ... Probabitur tibi oves quidem eas eſſe, ſed erroneas; a dextris eſſe, verum non ſtare, ſed fugere donec moriatur Sacerdos magnus, & ad inferna deſcendens, liberet animas fugitivorum.

S. Ambros. *de fuga ſæculi*, c. 2. *num.* 13. Quia uſque ad illud tempus erit in civitate refugii homici-
Joſue 20. 6. da ille, *Donec moriatur Sacerdos magnus* ... Quis eſt iſte magnus Sacerdos, niſi Dei Filius, Verbum Dei, cujus advocationem pro nobis habemus apud Patrem, qui exſors eſt omnium voluntariorum & accidentium delictorum.

Theodoret. *Quæſt.* 50. *in Numeros*. Cur ad obitum Pontificis præſcribit ei reditum qui noles interfecit? *Reſp.* Quia mors Pontificis ſecundum ordinem Melchiſedech humani peccati fuit ſolutio: hic reduxit in paradiſum eos qui illinc fuerant ejecti. Porro temporis illius ſpatio fuga homicidæ propinquorum molliebat animum, ac cædis libidinem refrænabat. Quod autem poſt obitum Pontificis de exulantibus ceſſabat vindicta, ſatis valebat ad perſuadendum propinquis, ut in reliquum iram extinguerent, tanquam mortuo Pontifice ſub quo delictum fuit admiſſum: & quod legiſlator hunc tum delicto, tum vindictæ præfinierit terminum.

(O) Johan. 1. 29. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.

(P) *Vide infra parte* 3. *operis ſect.* 1. c. v. §. 18. 19. 20. *quæ* de Indulgentiis & Jubilæo *dicimus*.

(A) S. Augustinus *Tract.* 46. *in Johann. num.* 10. Quid fecit paſſio, quid fecit mors, niſi corpus ab anima ſeparavit? Animam vero a Verbo non ſeparavit ... a Verbo autem animam ſeparatam eſſe non dico.

Tract. 78. *in Johan. n.* 2. Cum credimus in Dei Filium qui ſepultus eſt, profecto Filium Dei dicimus, & carnem quæ ſola ſepulta eſt.

Num. 3. Sicut enim unus eſt homo anima rationalis & caro, ſic unus eſt Chriſtus Deus & homo: ac per hoc Chriſtus, eſt Deus anima rationalis & caro. Chriſtum in his omnibus, Chriſtum in ſingulis confitemur ... Quis non eſt derelictus in inferno? Chriſtus Jeſus, ſed in anima ſola. Quis reſurrecturus triduo jacuit in ſepulchro? Chriſtus Jeſus, ſed in carne ſola.

S. Epiphan. *in ſepulchrum Chriſti*, *p.* 269. Homines carne præditos per carnem animatam Deus Verbum inviſit; animabus vero a corporibus liberatis per divinam & puriſſimam ſuam animam in inferno apparuit; quæ a corpore non a divinitate diſceſſerat: itaque properemus mente, & in infernum eamus, ut videamus quomodo illic tandem robore prædium, fortiſſimum tyrannum maxima vi ſuperarit.

S. Athanas. *Lib.* 1. *de Incarnatione D. N. J. C. contra Apollinarium* n. 18. Exſpirationem nemo dixerit Deitatis tranſmigrationem; ſed animæ diſceſſum. Nam ſi per tranſmigrationem Deitatis, mors & corporis extinctio contigiſſet; propria morte obiiſſet, & non noſtra. Et qui, amabo, non obtecta Deitate in infernum deſcendiſſet?

Lib. 2 Si igitur Verbum exceſſit a corpore, atque ita mors obvenit, adverſus Deum Judæi invaluerunt, eum indiſſolubilem commixtionem ſolverint, nec igitur mors noſtra illic locum habuit, ſi ei Dei ſeparatione corporis extinctio obtigerit. Quomodo autem corpus ab incorruptibili Deo ſeparatum in incorruptibilitate remanere potuit? Eo autem modo vulneratio quidem corporis, paſſio autem Verbi fuerit. *Atqui ſi indiſſolubilis commixtio Verbi cum homine, nec animam quoque Deitas deſeruit.*

S. Gregor. Nyssen. *Orat.* 1. *in Chriſti reſurrect. circa medium*. Sapientia ſibi domum exædificante, obumbratione tanquam ſigni forma intus ædificio conſtituto, duabus illis partibus, ex quibus humana conſtat natura (animum & corpus intelligo) potentia divina conjuncta eſt, ſeſe utrique pariter commiſcens: oportebat enim, ut, cum utraque pars propter peccatum ſupplicio mortis eſſet obnoxia (ſiquidem animæ mors a vera vita ſejunctio, corporis autem mors eſt ipſa corruptio & diſſolutio) oportebat, inquam, ut vitæ conjunctio ab utraque parte mortem expelleret. Itaque Divinitate utrique hominis parti copulata, in utraque conſpicua excellentis naturæ indicia patuerunt. Corpus enim attactu ſuo morbos curans, Divinitatem præferebat. Animus autem potenti illa voluntate divinam virtutem indicabat ... Quomodo eodem tempore & apud inferos, & in paradiſo Dominus fuerit, quæritur? Cujus quidem quæſtionis una ſolutio eſt, ut dicamus, nihil avium, aut inacceſſum eſſe Deo, in quo omnia conſiſtunt. Altera ſolutio eſt illa, ad quam nunc oratio noſtra ſpectabat: nempe Deum qui totum hominem per ſuam cum illo conjunctionem in naturam divinam (*ut ita dicam*) mutaverat, mortis tempore a neutra illius, quem ſemel aſſumpſerat, parte receſſiſſe. Numquam enim illum ſuorum munerum pœnitet. Divinitas ergo voluntate quidem animum a corpore disjunxit, ſed in utroque tamen ſe manere demonſtravit. *Prov.* 9.

PARS I. *R.* Deſcendit ad inferos, ideſt, ut ait Apo-
SECT. II. ſtolus, *ad inferiores partes terræ*. (B)
CAP. I. *I.* Quid intelligis per inferos, ſeu inferiores
§. 10. partes terræ, quo Chriſti anima deſcendit?
Eph. 4. 9. *R.* Vox, *inferi*, multa ſignificat.

B 1. Secundum vulgarem ſignificationem in Evangelio denotat eum locum in quo dæmones & reprobi æternis ſuppliciis torquentur. Eo ſenſu dives epulo ſepultus eſt in inferno. (C)
C

2. Secundum ſignificationem in Scripturis non infrequentem, vox hæc mortem ipſam ſignificat. *Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi*, inquit Ezechias in Cantico. Hoc eſt, *jamjam moriturus ſum*.
Iſ. 38. 10.

3. Hac voce ſignificatur ignis purgatorius. Hoc ſenſu oramus Deum ut liberet animas defunctorum de manu inferi. (D)
D

4. Significatur hac voce locus ſubterraneus, qui Limbus dicitur, in quo ante mortem Chriſti quieſcebant animæ juſtorum, quibus nihil eluendum ſupererat. Illuc anima Chriſti deſcendit. (E) E

I. Cur illuc anima Chriſti deſcendit?

R. Ut inde ereptas Juſtorum animas ſecum adduceret triumphans in cælum, cujus aditus hactenus occluſus fuerat hominibus, donec morte & reſurrectione & adſcenſione Chriſti panderetur. (F) F

I. Quid intelligis per animas Juſtorum quibus ante mortem Chriſti nihil ſupererat eluendum?

R. Eas animas intelligo quibus Deus, anticipata miſericordia, per Chriſtum venturum jam conceſſerat remiſſionem peccatorum. Ita

ta-

vit. Nam per corpus, in quo corruptionem ex morte provenientem non admiſit, evertit eum qui habebat mortis imperium: per animum autem latroni patefecit aditum in Paradiſum ... Quoniam igitur duplex eſt hominis concretio, ſimplex autem atque una divinitatis natura, cum homo dirimitur atque diſtrahitur, Divinitas ipſa quæ individua eſt, non ſeparatur, ſed contra potius propter unitatem naturæ divinæ, quæ utrique hominis parti ex æquo ineſt, quæ ſejuncta ſeparataque erant, rurſum coeunt & conjunguntur. Atque ita ex partium conjunctarum diviſione mors ſequitur, ex diviſarum autem conjunctione reſurrectio.

S. LEO *Epiſt. 134. alias 97. ad Leonem Auguſtum, c. 7.* Dicant ... in qua forma, crucis ligno Dominus majeſtatis Chriſtus affixus ſit? Quid jacuerit in ſepulchro? & revoluto monumenti lapide, quæ tertio die caro reſurrexerit? .... Oſtendant, unde ſibi ſpem vitæ polliceantur æternæ, ad quam niſi per Mediatorem Dei & hominum hominem Jeſum Chriſtum non poteſt perveniri.

Serm. 66. qui eſt de Paſſione Domini 17. cap. 1. ... Cum in tantam unitatem Dei & hominis natura convenerit, ut nec ſupplicio potuerit dirimi, nec morte disjungi. Manente enim in ſua proprietate utraque ſubſtantia, nec Deus dereliquit ſui corporis paſſionem, nec Deum fecit caro paſſibilem: quia divinitas, quæ erat in dolente, non erat in dolore. Unde ſecundum Verbi hominiſque perſonam, idem eſt, qui factus eſt inter omnia, & per quem ... facta ſunt omnia. Idem eſt, qui impiorum manibus comprehenditur, & qui nullo fine concluditur. Idem eſt, qui clavis configitur, & qui nullo vulnere ſauciatur. Idem poſtremo eſt, qui mortem ſubiit, & ſempiternus eſſe non deſiit: ut utrumque ſignis non dubiis manifeſtetur, quod vera ſit in Chriſto humanitas, & vera majeſtas: quia ideo ſe humanæ infirmitati virtus divina conſeruit, ut dum Deus ſua facit eſſe, quæ noſtra ſunt, noſtra faceret eſſe, quæ ſua ſunt.

Serm. 69. de Reſurrect. 1. cap. 2. vide infra hocce §. litt. (K)

Pſ. 67. 19. (B) EPHES. IV. 8. Propter quod dicit: Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus. 9. Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ? 10. Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cælos, ut impleret omnia.

(C) LUC. XVI. 22. .... Mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno.

(D) IN OFFERTORIO *Miſſæ pro Defunctis*. Domine Jeſu Chriſte, Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni & de profundo lacu.

(E) PSAL. XV. 10. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.

ACT. II. 31. Providens locutus eſt (*David*) de reſurrectione Chriſti, quia neque derelictus eſt in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem.

Vide ſupra hocce §. litt. (B) EPHES. IV. 9. 10.

S. HILARIUS *in Pſ. CXXXVIII. 8. num. 22. verſ. Si aſcendero in cælum tu illic es*, hoc divinitatis eſt proprium. *Nemo* enim *aſcendit in cælum niſi qui deſcendit de cælo; Filius hominis qui eſt in cælo*. Terreni enim corporis natura, aſcenſionem hanc niſi in cæleſtem gloriam demutata non obtinet. *Si deſcendero in infernum ades*. Humanæ iſta lex neceſſitatis eſt,
Joh. 3. 13.

ut conſepultis corporibus ad inferos animæ deſcendant. Quam deſcenſionem Dominus ad conſummationem veri hominis non recuſavit... *Et nox illuminatio in deliciis meis* ... Domino itaque paſſio iſta deliciæ ſunt: dum portas æreas confringit, dum vectes ferreos conterit, dum omnem poteſtatem deſpoliat, dum de iis in ſe triumphat, dum eum quem ad imaginem ſuam fecerat redimit, dum deliciis paradiſi reſtituit.

S. HIERON. *in cap. 4. Epiſt. ad Epheſ. Tom. 4. p. 364.* Inferiora autem terræ, infernus accipitur, ad quem Dominus noſter Salvatorque deſcendit, ut ſanctorum animas, quæ ibi tenebantur incluſæ, ſecum ad cælos victor abduceret. Unde & poſt reſurrectionem ejus, plurima corpora juſtorum in ſancta Civitate viſa ſunt. Quod autem infernus in inferiori parte *Mat. 27. 53.*
terræ ſit, & Pſalmiſta teſtatur, dicens: *aperta eſt ter-* *Pſ. 105. 17.*
ra, & devoravit Dathan, & operuit ſuper congregationem Abiron.

S. AUG. *Epiſt. 154. ad Evodium alias 99. num. 18.* ... Mortificatus quidem carne, vivificatus autem ſpiritu: in quo & iis qui in carcere concluſi erant ſpiritibus adveniens prædicavit.

S. GREG. *Lib. 12. in cap. 14. B. Job cap. 7.* Iſte furor, quantum ad electorum animas, in Redemptoris noſtri adventu pertranſiit: quia eas ab inferni clauſtris ad paradiſi gaudia Mediator Dei & hominum, dum ipſe illuc pie deſcenderat, reduxit ... Juſtorum animæ per Mediatoris adventum erant quandoque ab inferni locis, quamvis non pœnalibus, liberandæ.

(F) PSAL. LXVII. 7. Qui educit vinctos in fortitudine, ſimiliter eos qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris.

ZACHAR. IX. 11. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt.

EPHES. IV. 8. 9. 10. *Vide ſupra litt.* (B)

COLOSS. II. 15. Et exſpolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo.

S. HIERON. *in cap. 4. 8. Epiſt. ad Epheſ. Tom. 4. pag. 363.* ..... *Aſcendens* quippe *in altum, captivam duxit captivitatem*. Nos qui nunc in Chriſto credimus de gentibus congregati, quum eſſemus creatura Dei, a diabolo capti ſumus, & ejus ſatellitibus diſtributi. Venit igitur Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſecundum Ezechielem, vaſa ſecum captivitatis ap- *Ezech. 12. 3.*
portans & operto capite, ne ab adverſariis cognoſceretur, prædicavit his qui capti erant remiſſionem, & qui tenebantur in vinculis, ſolutionem: & *Luc. 4. 9.*
nos de catenis hoſtium, & de compedibus liberavit: ..... liberatoſque nos, & per novam captivitatem de captivitate veteri erutos, ſecum duxit in cælum .... Deſcendit ergo in inferiora terræ, & aſcendit ſuper omnes cælos Filius Dei; ut non tantum legem Prophetaſque compleret, ſed & alias quaſdam occultas diſpenſationes, quas ſolus ipſe novit cum Patre. Neque enim ſcire poſſumus, quomodo & Angelis, & his qui in inferno erant, ſanguis Chriſti profuerit: & tamen quin profuerit, neſcire non poſſumus. Deſcendit quoque ad inferos, & aſcendit ad cælos; ut impleret eos qui in illis regionibus erant, ſecundum id quod ſe capere poterant. Ex quo ſciendum, quod antequam Chriſtus deſcenderet & aſcenderet, vacua fuerint omnia, & plenitudinis illius indiguerint.

Vide etiam auctoritates Patrum ſupra allatas hocce §. litt. (F)

S. Aug.

tamen ut effectus hujus remiſſionis & miſericordiæ ſuſpenſus maneret, donec ſoluto per effuſionem ſanguinis Chriſti ſalutis noſtræ pretio, fuiſſet divinæ juſtitiæ pro peccatis noſtris plene
G ſatisfactum. (G)

I. Numquid illæ animæ, quibus nihil eluendum ſupererat, ſic liberatæ a Chriſto ſunt, ut ab illa miſericordia cæteræ omnes mortuorum hominum animæ alienæ fuerint?

R. Huic quæſtioni ut diſtincte reſpondeatur advertendum eſt, in triplici ordine poſitas fuiſſe ante Chriſtum defunctorum animas.

Primus ordo earum fuit quibus nihil omnino eluendum ſupererat; quales ſunt quæ nunc morte ad Paradiſum recta tranſeunt. Hæ expectabant ſolum mortem Chriſti.

Secundus ordo earum fuit quibus aliquid eluendum ſupererat, licet in ſtatu juſtitiæ ſupremum obiiſſent diem. Hæ ſalvandæ quidem fuerunt, ſic tamen quaſi per ignem.

Tertius ordo earum fuit quæ cum peccati vel originalis vel mortalis reatu tenerentur, a corpore ſeparatæ fuerant non accepta per futuram Chriſti mortem remiſſione peccatorum.

His poſitis ſic reſpondeo.

1. Certiſſimum eſt ab inferis non fuiſſe liberatas animas eorum qui ante mortem non acceperant remiſſionem peccatorum, ſive de peccato originali quæſtio ſit, ſive de peccatis actualibus
H mortiferis. (H)

2. Dubium eſt utrum Chriſtus tunc temporis liberaverit eas animas quæ cum igne temporario purgarentur, nondum omnino purgatæ fuerant cum Chriſtus deſcendit ad inferos. Ea de re cum certi nihil ſtatui poſſit, ſatius eſt nullum dare conjecturis locum.

I. Qua ratione probari poteſt Chriſtum reipſa ad inferos deſcendiſſe eo qui ſuperius dictus eſt modo?

R. Id invictiſſime probatur ex Scriptura & Traditione. Ex Scriptura quidem. Pſalmo deci-
Pſ. 15. 10. mo quinto hæc habentur. *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabit ſanctum ſuum videre corruptionem.* Quem locum S. Petrus Actorum cap. ſecundo his verbis de Chri- Part. I.
ſto exponit: *Providens locutus eſt de reſurrectione* Sect. II.
Chriſti, quia neque derelictus eſt in inferno, ne- Cap. I.
que caro ejus vidit corruptionem. §. 20.
Act. II. 31.

Eccleſiaſtici cap. 24. ſic Sapientia loquitur: *Eccli. 24. 45*
Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino.

Pſalmo 67. 5. *Cantate Domino pſalmum dicite nomini ejus: iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum: Dominus nomen illi... 7.... Qui educit vinctos in fortitudine, ſimiliter eos qui exaſperant, qui habitant in ſepulcris... 19. Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitatem, accepiſti dona in hominibus.*

Zachariæ cap. 9. 11. *Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua. 12. Convertimini ad munitionem vincti ſpei.*

Hæc veteris teſtamenti teſtimonia illuſtrantur hiſce novi teſtamenti teſtimoniis.

Matth. XII. 40. *Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.*

Epheſ. IV. 8. *Propter quod dicit: Aſcendens* *Pſ. 67. 19.*
in altum captivam duxit captivitatem; dedit dona hominibus. 9. Quod autem aſcendit, quid eſt niſi quia & deſcendit in inferiores partes terræ? 10. Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos.

1. Petr. III. 18. & ſeq. *Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, juſtus pro injuſtis, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem ſpiritu. 19. In quo & his qui in carcere erant, ſpiritibus veniens prædicavit: 20. Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam, in diebus Noe dum fabricaretur arca.*

Nec minus invicta ſunt quæ ex Patribus tum Græcis tum Latinis proferuntur teſtimonia, ut demonſtretur ab Eccleſia intellectum ſemper fuiſſe ſenſu a nobis explicato deſcenſum Chriſti ad inferos, hancque explicationem

(G) S. Aug. *Lib.* 20. *de Civit. Dei, cap.* 15.... Si enim non abſurde credi videtur, antiquos etiam ſanctos, qui venturi Chriſti tenuerunt fidem, locis quidem a tormentis impiorum remotiſſimis, ſeu apud inferos fuiſſe, donec eos inde ſanguis Chriſti & ad ea loca deſcenſus erueret; profecto deinceps boni fideles effuſo illo pretio jam redempti, prorſus inferos neſciunt, donec etiam receptis corporibus, bona recipiant quæ merentur.

S. Greg. Magn. Papa *Lib.* 13. *Moral. in Job c.* 43. *alias* 48. *in fine*. Dum conditor ac redemptor noſter clauſtra inferni penetrans, electorum exinde animas eduxit, nos illo ire non patitur, unde jam alios deſcendendo liberavit. Hi vero, qui ante ejus adventum in hunc mundum venerunt, quantamlibet juſtitiæ virtutem haberent, e corporibus educti in ſinu cæleſtis patriæ ſtatim recipi nullo modo poterant: quia necdum ille venerat, qui inferni clauſtra ſua deſcenſione ſolveret, & juſtorum animas in perpetua jam ſede collocaret.

Cap. 44. *alias* 16. *num.* 49. Priores etenim ſancti & ſuſtinere adverſa poterant, & tamen e corporibus educti, adhuc ab inferni locis liberari non poterant; quia necdum venerat, qui illuc ſine culpa deſcenderet, ut eos qui ibi tenebantur ex culpa, liberaret.

Homil. 22. *in Evang.* Omnia etenim traxit, qui de electis ſuis apud inferos nullum reliquit. Omnia abſtulit, utique electa: neque enim infideles quoſque, & pro ſuis criminibus æternis ſuppliciis deditos, ad veniam Dominus reſurgendo reparavit; ſed illos ex inferni clauſtris rapuit, quos ſuos in fide & actibus
Oſee 13. 14. recognovit. Unde etiam recte per Oſee dicit: *Ero mors tua, o mors, ero morſus tuus, inferne.*

(H) S. Irenæus *Lib.* 4. *adverſ. hæreſes. cap.* 22. *alias* 39. In ultimo per noviſſimum omnes, qui ab initio Diſcipuli, emundati & abluti quæ ſunt mortis, in vitam veniant Dei..... Sicut Jeremias ait: *Rememoratus eſt Dominus ſanctus Iſrael mortuorum ſuorum, qui prædormierunt terra defoſſionis*, & deſcendit ad eos, uti evangelizaret eis ſalutare ſuum, ad ſalvandum eos.... Paſſio ejus expergefactio eſt dormientium Diſcipulorum, propter quos & *deſcendit* *Epheſ. 4. 9.*
in inferiora terræ..... Non enim propter eos ſolos, qui temporibus Tiberii Cæſaris crediderunt ei, venit Chriſtus; nec propter eos ſolos, qui nunc ſunt, homines providentiam fecit Pater; ſed propter omnes omnino homines, qui ab initio propter virtutem ſuam in ſua generatione, & timuerunt, & dilexerunt Deum, & juſte & pie converſati ſunt erga proximos, & concupierunt videre Chriſtum, & audire vocem ejus. Quapropter omnes hujuſmodi in ſecundo adventu primo de ſomno excitabit, & eriget tam eos, quam reliquos qui judicabuntur, & *Rom. III. 30*
conſtituet in regnum ſuum: quoniam quidem *unus Pater*, qui Patriarchas quidem direxit in diſpoſitiones ſuas, *juſtificavit* autem *circumciſionem ex fide, & præputium per fidem.*

Tertull. *de anima cap.* 55. *init.* Siquidem Chriſtum in corde terræ triduum mortis legimus expunctum, id eſt in receſſu intimo, & interno, & in ipſa terra operto, & intra ipſam clauſo, & inferioribus adhuc abyſſis ſuperſtructo:.... nec ante aſcendit in ſublimia cælorum, quam deſcendit in inferiora terrarum, ut illic Patriarchas & Prophetas compotes *Epheſ. 4. 9.*
ſui faceret.

Vide etiam Patres laudatos hocce §. lit. (G)

S. Igna-

Digitized by Google

nem habitam ſemper fuiſſe pro dogmate fidei, quidquid in contrarium aſſerere non dubitaverit Calvinus, in hoc, ſicuti & in aliis non paucis, ab Apoſtolorum Symbolo diſſentiens. Si quis ſanctorum Patrum ea de re teſtimonia videre voluerit conſulat ad marginem quæ indicamus ex ſanctis Patribus Græcis Ignatio, Juſtino, Irenæo qui ad utramque Eccleſiam pertinet, Origene, Euſebio, Athanaſio, Epiphanio, Gregorio Nazianzeno, Gregorio Nyſſeno, Baſilio, Chryſoſtomo, Cyrillo Jeroſolymitano, Johanne Damaſceno. (I) Item ex SS. Patribus Latinis, Tertulliano, Hilario, Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino, Leone, Gre-

(I) S. Ignatius *Epiſt. ad Trallianos*. Vere, non hominum opinione crucifixus & mortuus eſt, videntibus cæleſtibus, terrenis, & iis qui ſub terra detinebantur. *Et paulo poſt*. Deſcendit ad infernum ſolus, regreſſus autem cum multitudine.

S. Justinus *in Dial. cum Tryphone Judæo, clare innuit ſe credere* Chriſtum ad inferos deſcendiſſe, *cum inter alia ſcripturæ teſtimonia de Chriſto, quæ a Judæis abraſa eſſe conqueritur, Jeremiæ locum recenſet, quo nihil ad id probandum aptius*. Quin etiam, *inquit*, ex ejuſdem Jeremiæ ſimiliter dictis detruncarunt iſtud; Memor fuit Dominus ex Iſrael mortuorum, qui dormierunt in terra aggeris; & deſcendit ad ipſos, ut evangelizaret eis ſalutare ſuum. *Eundem Hieremiæ locum allegat* S. Irenæus *lib. 4. adv. hær. c. 22. alias 39. quem vide ſupra hocce §. litt.* (H) *& rurſus Lib. 5. c. 31. quem mox exſcribemus.*

S. Irenæus *Lib. iv. adv. hær. cap. 45. circa medium*. Ea propter Dominum in ea quæ ſunt ſub terra deſcendiſſe, evangelizantem & illis adventum ſuum, remiſſam peccatorum exiſtentem his qui credunt in eum.

Lib. v. adv. hær. cap. 31. initio. Qui univerſam reprobant reſurrectionem, & quantum in ipſis eſt, auferunt eam de medio, quid mirum eſt, ſi nec ordinem reſurrectionis ſciunt, nolentes intelligere quoniam ſi hæc ita eſſent, quemadmodum dicunt, ipſe utique Dominus, in quem ſe dicunt credere, non in tertia die feciſſet reſurrectionem: ſed ſuper crucem expirans, confeſtim utique abiiſſet ſurſum, relinquens corpus terræ? Nunc autem tribus diebus converſatus eſt ubi erant mortui, quemadmodum prophetia ait de eo. Commemoratus eſt Dominus ſanctorum mortuorum ſuorum eorum qui ante dormierunt in terram ſtipulationis, & deſcendit ad eos, ex- *Jonæ II. 2. Matt. 12. 40.* trahere eos, & ſalvare eos. Et ipſe autem Dominus, quemadmodum, ait, Jonas in ventre ceti tres dies, & tres noctes manſit, ſic erit filius hominis in corde terræ. *Epheſ. 4. 9.* Sed & Apoſtolus ait: Aſcendit autem, quid eſt, niſi quia deſcendit in inferiora terræ? Hoc & *Pſ. 85. 13.* David in eum prophetans dixit: Et eripuiſti animam meam ex inferno inferiori. Reſurgens autem tertia die, & Mariæ quæ ſe prima vidit, & adoravit, dicebat: *Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad* *Joh. 20. 17.* *Patrem meum: ſed vade* ad Diſcipulos, *& dices eis*. *Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum*. Si ergo Dominus legem mortuorum ſervavit, ut fieret primogenitus a mortuis, & commoratus uſque ad tertiam diem in inferioribus terræ, poſt deinde ſurgens in carne, ut etiam figuras clavorum oſtenderet Diſcipulis, *Luc. 24. 39.* ſic aſcendit ad Patrem; quomodo non confundentur, qui dicunt inferos quidem eſſe hunc mundum, qui ſit ſecundum nos: interiorem autem hominem ipſorum derelinquentem hic corpus, in ſupercæleſtem aſcendere locum? Cum enim Dominus *in medio umbræ mortis* abierit, *Pſ. 22. 4. Act. 1. 2. & 3* ubi animæ mortuorum erant, poſt deinde corporaliter reſurrexit, & poſt reſurrectionem aſſumptus eſt: &c.

S. Clemens Alexand. *Strom. Lib. iv. pag. 637*. Prædicavit Dominus iis quoque qui erant apud inferos .... Ii qui ſunt collocati apud inferos .... ipſi ſunt qui divinam audierunt virtutem & vocem. Nam quis ſanæ mentis, juſtorum & peccatorum animas eſſe exiſtimaverit in una condemnatione, injuſtitiæ maculam inurens providentiæ? Quid vero, an non ſigni- *1. Petr. III. 19. & 20.* ficant Dominum annunciaſſe evangelium, & iis qui perierant in diluvio, vel potius vincti fuerant, & iis qui in præſidio continebantur & cuſtodia? .. Dominus nulla alia de cauſa deſcendit ad inferos, quam ut annunciaret Evangelium ... Sunt enim ſalutares, & quæ erudiunt, Dei caſtigationes, adducentes ad converſionem, & potius pœnitentiam eligentes quam mortem: idque cum poſſint animæ purius perſpicere, quæ ſunt liberæ a corporibus, etiamſi obſcurentur vitiis & perturbationibus, eo quod non ſe amplius eis opponat & impediat caruncula. *Anima ergo Chriſti animabus prædicavit Evangelium: animæ vero non jacent in ſepulchro.*

Origenes *homil. 15. in Gen.* Unigenitus filius pro ſalute mundi uſque ad inferna deſcendit, & inde protoplaſtum revocavit. Quod enim dicit ad latronem, *Luc. 23. 43.* *Hodie mecum eris in Paradiſo*, non hoc illi ſoli dictum, ſed etiam omnibus ſanctis dictum intellige, pro quibus in inferna deſcenderat.

Homil. 6. in Exod. Sed & nos omnes puto quod aliquando terra devoratos in infernis penetralibus retinebat, & propterea Dominus noſter deſcendit non ſolum uſque ad terram, ſed uſque ad inferiora terræ.

In Epiſt. ad Rom. cap. 6. lib. 5. verſus finem. In mortem tanquam in ventrem ceti Chriſtus ingreſſus eſt, in eum ſcilicet locum quem Salvator ipſe cor *Matt. 12. 40.* terræ nominavit, in quo tres dies & tres noctes exemplo Jonæ futurum eſſe Filium hominis dicit, ut eos qui inibi a morte detinebantur eximeret. Propterea enim formam ſervi ſuſceperat, ut ad ipſum locum ubi mors regnum tenebat poſſet intrare, ſecundum quod & Propheta ex perſona ipſius dicit, Et deputatus ſum cum his qui deſcenderunt in lacum: & iterum, *Quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?* ... Chriſtus etiam voluntate quidem *exinanivit ſemetipſum*, & formam ſervi accepit, *Pſ. 27. 2. & 87. 5. 29. 10. Philip. II. 7. 8.* paſſusque eſt dominatum tyranni *factus obediens uſque ad mortem*: per quam mortem deſtruxit eum qui habebat mortis imperium, id eſt, diabolum, & liberavit eos qui tenebantur a morte. Hic enim alligato forti, & in cruce ſua triumphato perrexit etiam in domum ejus, in domum mortis, in infernum, & inde vaſa ejus diripuit, id eſt animas quas tenebat abſtraxit. Et hoc erat quod ipſe per ænigmata loquebatur in evangelio dicens: Quis poteſt introire *in domum fortis & vaſa ejus diripere, niſi prius alligaverit fortem?* *Matt. 12. 29.* Prius ergo alligavit eum in cruce, & ſic ingreſſus eſt domum, ideſt infernum, & inde *aſcendit in altum, captivam duxit captivitatem*, eos ſcilicet qui cum ipſo ſurrexerunt, & ingreſſi ſunt ſanctam civitatem Jeruſalem cæleſtem. *Pſ. 67. 19. Epheſ. 4. 8.*

Lib. 2. contra Celſum paulo poſt medium. Poſt hæc ſic nobis loquitur (*Celſus*:) Certe non dicetis eum, cum non poſſet hæc viventibus perſuadere, profectum ad inferos ut perſuaderet illic agentibus (*Cui reſpondet Origenes*) Imo vel ipſo invito (*Celſo*) credimus illum & in corpore tam multis perſuaſiſſe ut ea de cauſa inſidiis petitus ſit, & exutam corpore animam cum aliis animabus ſimiliter exutis habuiſſe colloquia, ut converteret etiam ex illis quotquot eſſent dociles, aut propter certas rationes ipſi notas magis ad hoc idoneas.

Euſebius *Lib. iv. Demonſtrat. Evang. c. 12. cui titulus: Quod uſque ad eos, qui antiquitus mortui erant, leges humanitatis illum vocabant* ..... Uſque ad mortem, atque uſque ad ipſos mortuos, leges erga homines charitatis ipſum vocabant, ut eorum quoque, qui antea mortui erant, animas revocaret: ... nec non ut ſua morte deleret eum, qui imperium mortis habebat, quemadmodum divina docent oracula. Atque in hoc quoque promiſcue rurſus diſpenſationem obivit; quippe, qui tanquam homo corpus de more ſepeliendum reliquerit, ab eodem vero corpore tanquam Deus diſceſſerit. Cum enim altius vocem emiſiſſet, & Patri dixiſſet, *commendo ſpiritum*, *Luc. 23. 46.* ſolutus a corpore abiit: .... æternaſque abditiorum tenebrarum portas refringens, & mortuis qui illic æternis mortis implicati erant, remeandi ad vitam iter retrorſum aperiens ... Ipſe vero univerſi Salvator ac Dominus noſter, qui *Chriſtus eſt Dei*, victoriæque reportator dicitur, *Luc. 9. 20.* in propheticis vaticiniis mortem objurgans inducitur, & animas ſolvens, quæ illic vinctæ detinebantur, ubi victoriæ hymnum pronuntiant, ipſa hæc plane dicens: De manu inferni *Pſ. 48. 16.* eripiam eos, & a morte liberabo eorum animas: ubi tua, mors, victoria? Ubi tuus, mors, ſtimulus? &c.

Lib. 10. in Pſal. xxi. expoſit. circa medium, Filium Dei ita loquentem inducit. Video poſt ſolutionem corporis in ipſa morte, & ad inferos deſcenſu appropinquantem adverſariarum & inimicarum Deo poteſtatum inſolentem impetum. *Et poſt hanc interpretationem addit*. Ille enim (*Chriſtus*) pro earum animarum ſalute accedebat, quæ apud inferos ex longiſſimo tempore adventum ejus expectabant, & deſcendebat fores æreas contriturus, & vectes æreos confracturus, & eos, qui antea vincti apud inferos erant, in libertatem vindicaturus; quod ipſum etiam factum eſt, quando multa corpora eo-

rum

rum qui dormierant ſanctorum ſurgentia, ſimul cum eo ingreſſa ſunt in vere ſanctam Dei civitatem. *Multa alia dicit ad eumdem finem collimantia, quæ videre eſt in ipſo opere.*

S. ATHANAS. *in illud, Omnia mihi tradita ſunt, p.* 105. Ipſe (*Chriſtus*) patiendo, nos recreavit, eſuriendo nutrivit, & ad inferos deſcendendo, ſurſum extulit.

Lib. 1. *De Incarnat. Domini Noſtri Jeſu Chriſti contra Apollinarium, n.* 13. *in fine, p.* 933. Credite igitur, interiorem noſtrum hominem eſſe animam; quod ſane & prima formatio comprobat, & ſequens diſſolutio propalam facit: atque non ſolum in nobis, ſed & in ipſa Chriſti morte idipſum commonſtratur, quando corpus quidem uſque ad ſepulcrum tantum pervenit; anima vero ad infernum uſque transmeavit, locisque multo ſpatio diſtantibus, ſepulcrum quidem corporalem adventum excepit, ac ibi corpus adfuit; infernus vero incorporeum admiſit.

Lib. 2. *num.* 17. *pag.* 954. (*Chriſtus in ſua morte*) & in ſua ad noſtri ſimilitudinem forma, noſtram illic deſcripſit mortem; ut in illa reſurrectionem pro nobis concinnaret: ex inferno quidem animam, ex ſepulcro autem corpus reducens, ut in morte per exhibitionem animæ mortem deſtrueret: in ſepulcro per ſepulturam corporis corruptionem adoleret; ſicque ex inferno & ex ſepulcro, immortalitatem & incorruptibilitatem exhiberet, cum in forma nobis conſimili noſtram viam emenſus eſſet, noſtramque detentionem ſolviſſet.

Epheſ. 4. 8. S. EPIPHANIUS *Hæreſ.* 20. *quæ eſt Herodianorum; Titulo de Incarnat. Chriſti n.* 2. In cruce ſuſpenditur, ſepelitur; ad inferos cum divinitate ſua, animaque deſcendit: captivam ducit captivitatem; ac tertio die cum ſanctiſſimo ſuo corpore ad vitam excitatur.

Hæreſ. 46. *quæ eſt Tatiani, n.* 3. Tatiane... imbecillitatem Domino ... affingis; qui hominem, quem ante omnes effinxerat (Adamum) ... ſervare minime potuerit. Quid enim cauſſæ fuit cur Chriſtus ad inferos uſque
Act. 10. 42. deſcenderet: aut triduo ſepultus poſt paſſionem reſurgeret? Qui porro iſtud impletur, ut mortuis vivisque dominetur? Qui ſunt vivi illi mortuique, niſi qui tam infra quam ſupra terram ope illius indigebant?

Hæreſ. 69. *quæ eſt Arianorum, num.* 52. Dei itaque Verbum ... naturam hominis aſſumpſit ... ut peccatum in carne damnaret, & execrationem in cruce dilueret, & in ſepulcro corruptelam omnem a medio tolleret, & ad inferos cum anima ac divinitate deſcendens ſtimulum mortis infringeret, fœduſque cum inferis initum diſſolveret.

N. 61. Divinitas omnia quæ ad paſſionis myſterium attinebant perficere decreverat, & ad inferos cum anima deſcendere; ut eos qui antea mortui erant, hoc eſt ſanctos Patriarchas in ſalutem aſſereret ... Hoc autem idcirco fieri debuit, ut divinarum ab illo Scripturarum implerentur oracula, quæ ab ejus Prophetis de ipſo pronunciata fuerant: quo ſub hominis ſpecie ad inferos deſcendens, quæ illic erant obeunda præſtaret: atque ut dum inferorum princeps, & mors captivum hominem detinere volunt, & conjunctam cum anima divinitatem ignorant, tum ipſi potius inferi caperentur, ac mortis dominatus everteretur; & impleretur quod ſcriptum eſt:
Pſal. 15. 10. *Non relinques animam meam in inferno; nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*. Nam neque Dei Verbum animam deſtituit, nec illius anima apud inferos eſt relicta.

N. 64. Triduo corpus in ſepulchro jacere debuit, ut
Pſal. 87. 6. illud vaticinium impleretur: *Et factus ſum inter mortuos*
Iſ. 14. 19. *liber*. Et: Projecerunt me dilectum tanquam cadaver
Pſal. 15. 10. abominandum. Tum illud: Non dabis ſanctum tuum vi-
Act. 22. 27. dere corruptionem: ut ſub ſancti nomine, corpus exprimat, animamque doceat ne apud inferos quidem deſtitutam, in qua, cum in illo loco detineretur, Dei Verbum inerat; ut quod ab Apoſtolis dictum eſt reipſa perficeretur: *Impoſſibile enim erat* detineri illum ab inferis. Quid
Act. 21. 24. eſt quod impoſſibile fuiſſe narrat, niſi quod etſi mors, & inferi illius animam detinere ſtuderent, fieri tamen ob divinitatem non potuit, ut ab illis coerceretur ... Ecquid porro, præter id quod ſomno mortis ſopitum fuerat, a terra ſurrexit? *Surrexit enim*, inquit, *non eſt hic*. Quid-
Marc. 16. 6. nam illud ſurrexiſſe dicitur niſi corpus, & quidem illud ipſum corpus, quod in ſepulcro jacuit? Anima porro cum divino Verbo pariter ab inferis emerſit: ſecundum quæ conſociatis in unum omnibus, perfectam numeris omnibus reſurrectionem implevit, eadem divinitate, eadem anima, eodemque ſanctiſſimo corpore conſtantem.

1. *Petr.* 3. 19. *Hæreſ.* 77. *quæ eſt Dimœritarum, n.* 7. Verum in eo corpore, quod & circumciſum eſt ... & in cruce ſuſpenſum atque paſſum, Dei Verbum inerat, quod paſſionis perinde, atque corporis eſt expers: Idem corpus in monumento depoſitum eſt; quo tempore ſcilicet, ut ſpiritibus illis, qui in cuſtodia detinebantur, prædicaret, ad eos acceſſit, uti Petrus teſtatur.

N. 8. Ex quo illorum potiſſimum declaratur inſania, qui Verbum Dei in oſſa, carnemque commutatum aſſerunt. Nam ſi ita contigiſſet, ſupervacaneum monumen- *Joh.* 19. 38.
tum illud fuiſſet: ſiquidem ipſum per ſeſe corpus prædicandi gratia ad eos ſpiritus accederet, qui inferis verſabantur. Nunc autem prædicandi ipſe gratia ad eos adiit, corpus autem ſindone obvolutum Joſephus in Golgotha depoſuit: eſtque palam illud omnibus factum, Verbum ipſum nequaquam eſſe corpus, ſed ad Verbum corpus pertinuiſſe.

N. 25. Sed & affixus cruci revera ſic exclamavit: *Eli* *Mat.* 27. 46.
Eli lammaſabactani. Inde: *Caput inclinans expiravit*. Tum ejuſdem corpus vere de cruce detractum, manibuſque contrectatum, a Joſepho linteis involutum, & in monumento revera depoſitum, cui lapis ad cuſtodiendum obductus eſt. Quin etiam & ad inferos ipſius Divinitas cum anima deſcendit; eoſque qui vincti illic attinebantur, vi ſua, ac potentia liberavit; tum idem Dei Verbum cum anima ſua ſanctiſſima ſurſum emergens, & captivorum, quos eripuerat, comitatu ſeptus poſt triduum revera cum corpore, anima, adeoque toto ipſo velut inſtrumento ſurrexit a mortuis.

In Ancorato, num. 34. David de ipſo (*Chriſto*) ita pro- *Pſ.* 15. 10.
nuntiat; cui & Petrus adſtipulatur: *Non relinques ani-* *Act.* 11. 27.
mam meam in inferno, neque dabit ſanctum tuum videre corruptionem. Ut Dominici hominis compoſita intelligatur eſſe natura, ac certa de eo nobis ſit ſcientia confirmata, ut animam cum Divinitate demonſtret illo triduo eſſe demiſſam; quo carnem eſſe ſanctam oſtenderet: & cum anima divinitatem apud inferos, ubi cohiberi non poterat, perfeciſſe myſterium. Accedit enim, & aliud quoddam ejuſmodi teſtimonium: *Inter mortuos liber*. *Pſ.* 87. 6.
Nam vox iſta, *liber*, inferos nequaquam illi dominari ſignificat, ſed ad inferos uſque ſuapte illum eſſe voluntate cum anima delapſum. Addit vero Petrus: Jux- *Act.* 11. 25.
ta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo, hoc eſt, ab inferno.

Orat. in ſepulc. Chriſti. Vide ſupra hocce §. litt. (A)

S. GREGOR. NAZIANZ. *Orat.* 35. *in fin.* Sepelitur (Chriſtus,) verum reſurgit, ad inferos deſcendit, verum animas ſurſum educit.

Orat. 42. *aut* 2. *de Paſchate*. Si ad inferos deſcendat, una cum illo deſcende. Ea quoque myſteria cognoſce, quæ Chriſtus ibi deſignavit.

S. GREGOR. NYSSENUS *Orat.* 1. *in Chriſti reſurrection.* *Jonæ* 11. 2.
circa initium. Accipiamus Jonæ exemplum, qui ſine offenſione in cetum ingreſſus, & ſine moleſtia rurſum egreſſus, cum in ejus viſceribus tribus diebus, & totidem noctibus permanſiſſet, Domini apud inferos commorationem indicavit ... *Mox de tertio die* (*reſurrectionis ſcilicet*) *loquens*. Hæc, *inquit*, mortis dolores diſſolvit. Hæc mortuorum primogenitum edidit. In hac ferreæ mortis portæ confractæ ſunt. In hac ærei inferorum vectes comminuti. Nunc mortis carcer aperitur. Nunc captivis libertas denunciatur. Nunc cæcis videndi facultas præbetur. Nunc Oriens ex alto inviſit eos qui in tenebris *Luc.* 1. 78.
& umbra mortis conſidebant. Vultis etiam de tridui præ- *Iſai.* 9. 2.
finito termino aliquid intelligere? Illud dixiſſe contenti ſimus, tam exiguum temporis ſpatium fuiſſe ſatis, ut omnipotens ſapientia in corde terræ exiſtens magnam illam mentem (*diabolum*) in eo habitantem ſtultam redderet: ... ea ſe Domini virtus excelluit, quod nullo negotio malitiam delevit: ... ſimplex quædam & incomprehenſa peregrinatio, ſola vita, luciſque præſentia in tenebris, & regione umbræ mortis conſidentibus tenebras omnes diſpulit, & mortem ipſam interfecit. *Reliqua vide ſupra hocce* §. *litt.* (A)

S. BASIL. *in Pſalm.* XLIV. *ad hæc verba verſ.* 9. *Myrrha & gutta*, &c. Itaque Chriſti quidem ſuave fragrans odor myrrham ob paſſionem ſpirat: Guttam vero quod non immobilis nec otioſus aut inefficax in ſepulcro permanſerit tribus illis diebus ac noctibus; ſed in infernum deſcenderit, gratia diſpenſationis circa reſurrectionem abſolvendæ, ut quæ de ſeipſo erant oracula Prophetarum univerſa expleret ... Habes ergo myrrham ob ſepulturam, guttam ob deſcenſionem ad infernum, quod omnis gutta ad inferiora delabitur.

In Pſalm. 48. *verſ.* 16. *Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me*. Palam vaticinatur Chriſti ad infernum deſcenſionem, qui una cum aliis Prophetæ ipſius animam ſit liberaturus, ut ibi nequaquam remaneat.

S. Joann.

PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 20.

Gregorio Magno, Fulgentio, Petro Chryſologo. Ceteros appellare ſupervacaneum eſt.

K (K) Id certius eſt neminem ex iis eſſe, qui circa deſcenſum Chriſti ad inferos contrarium ſentiat ab eo, quod ſupra expoſuimus.

Non mirum itaque, ſi illud dogma ad fidem per-

S. JOHANN. CHRYSOST. *Homil. 2. in Matth. cap. 1. circa initium*. Si cum ſilentio, & moderata ſequaria quiete, circumducere te per cuncta poterimus, ac diligenter oſtendere, ubi quidem mors jaceat crucifixa, ubi peccatum ſuſpenſum, ubi plurima illa atque præclara ex hoc bello fulgeant monumenta victoriæ. Videbitis & hic tyrannum revinctum, & multitudinem captivorum ſequentem, & arcem, ex qua ſceleratus ille dæmon omni retro tempore in perniciem hominum procurrebat, repente ſubverſam. Videbitis etiam revulſas latronis ſpeluncas, antraque patefacta: nam ibi quoque præſentia Regis affulſit ... Conſidera quam ſit audire magnificum, quomodo Deus ſurgens de ſede regali, e cælo venit ad terras, & ad ipſum deſcendit infernum, &c.

Homil. 5. de Symbolo. Deſcendit ad inferna, ut & ibi a miraculo non vacaret.

Homil. de nomine cœmeterii, & de cruce. Hodie inferorum Dominus noſter totum domicilium luſtrat: hodie portas ferreas confregit; hodie vectes ferreos diſrupit.

S. CYRILL. HIEROSOLIM. *Catech. 4. tit. de Sepulcro*. In monumento ſaxeo vere ſitus eſt, ut homo; ſed ejus formidine petræ diſciſſæ ſunt. Deſcendit ad inferos, ut illinc juſtos redimeret. Vellesne enim, quæſo te, viventes gratiæ fructum percipere, idque cum plurimi ſancti non ſint & integri: qui vero cum Adam in longo tempore concluſi erant, in libertatem non aſſeri? Denique cum Eſaias Propheta tam multa de ipſo magna voce concionatus ſit, vellesne ut Rex eo deſcendens, non redimeret præconem? David illic erat & Samuel, & omnes Prophetæ, ipſe quoque Johannes, qui
Luc. 7. 19. per legatos ſuos dicebat: Tune ille *es qui venturus es, an alium expectamus*? Velles ut eo deſcendens, tales ac tantos viros non redimeret?

Catech. 14. aliquanto poſt medium. Solus hic quidem (*Chriſtus*) deſcendit ad inferos, cum multis autem inde aſcendit. Deſcendit in mortem ſolus, & multa corpora quieſcentium ſanctorum excitavit. Exterrita eſt mors, videns novum quemdam deſcendentem in infernum, vinculis, quæ illic ſunt, non ligatum. Qua de cauſa, o portæ janitores inferi, hunc videntes exhorruiſtis? Quis inſuetus vos cepit timor? Fugit mors, & fuga timiditatem arguebat. Accurrerunt ſancti Prophetæ, Moyſes Legiſlator, Abraham, Iſaac & Jacob, David, Samuel & Eſaias, ipſe Johannes Baptiſta, dicens & teſtificans: *Tu*
Matt. 11. 3. *es, qui venturus es, an alium expectamus*? Redempti ſunt omnes ſancti, quos devoraverat mors. Decebat enim prædicatum Regem bonorum præconum ſuorum eſſe redemptorem. Tum vero quilibet juſtorum dicebat: *Ubi*
1.Cor.15.55 *mors victoria tua*? Liberavit nos victor. Hujus Salvatoris noſtri typum geſſit Jonas Propheta de ventre ceti Deo ſupplicans, & dicens: *Clamavi in tribulatione*
Jonæ 2. 3. *mea ... de ventre inferni*. Quamvis enim in ceto erat, illic tamen exiſtens, in inferno ſeipſum eſſe dicit. Typus enim erat Chriſti, in infernum deſcenſuri... Et in
Ibid. 7. mari exiſteos Jonas & dicens, *Deſcendi in terram*; quandoquidem figuram Chriſti deſcendentis in cor terræ gerebat.

S. JOANNES DAMASCEN. *Lib. 3. de Fide Orthod. cap. 29. & ult.* Ob id porro deificata anima ad inferos deſcendit,
Mal. 4. 2. ut quemadmodum his qui in terra verſabantur, *juſtitiæ*
Iſai.9.2.61.1. *Sol* ortus erat, ita etiam illis qui ſubtus terram, in tenebris & umbra mortis ſedebant, illuceret: ac ſicut iis
Luc. 1. 79. qui in terra erant, pacem, captivis remiſſionem, cæcis
1.Pet.3. 19. & 20. viſum evangelizaverat, atque illis quidem qui crediderant ſalutis auctor exſtiterat, incredulos autem infideli-
Philip.2.10. tatis arguerat; ſic etiam eis, qui in inferno erant: *Ut ipſi omne genu flecteretur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum*. Hoc pacto, ſolutis illis, qui ab omni ævo vincti tenebantur, ipſe rurſus a morte ad vitam rediit, viam nobis ad reſurrectionem ſternens.

Eadem docent THEOPHIL. ALEXANDR. *in Epiſtola 1. Paſchali*, S. CYRILLUS ALEXANDR. *Lib. 12. in Johannem, & Lib. de recta Fide ad Theodoſ. tandem in Dialogo de Incarnatione*. PHILO CARPATHIUS *in Comm. ad Cant. Cantic.* GELASIUS CYZICENUS *in parte 2. Nicæn. Actorum*, ANASTASIUS SINAITA *in Libro qui inſcribitur* ὁδηγὸς AUCTOR *Libri de Conſummatione Mundi, ſub* HIPPOLYTI *nomine editi*, ANDREAS CRETENSIS *Orat. 1. de dormitione Beatæ Mariæ, & ex Græcis alii haud numero pauci*.

(K) TERTULLIANUS *Lib. de anima. Vide ſupra hocce §. litt.* (H)

S. HILARIUS *Lib. de Trinit. aliquanto poſt medium*. Numquid ambigitur, quin Jeſus Chriſtus homo ex mortuis reſurgens, ſuper omnes cælos adſcendens a dextris Dei ſit? Numquid deſcendiſſe ad inferos corpus, quod
Eph. 4. 10. 1. Pet. 3. 22. in ſepulcro jacuit, dicitur? Si itaque qui deſcendit, ipſe & adſcendit, ut neque corpus deſcendiſſe ad inferos credatur; & reſurgens ex mortuis corpus adſcendiſſe in cælos non ambigatur; quæ hic præter occulti ſacramenti, & incogniti mundo, ac Principibus ſæculi fides relicta eſt?

In Pſal. LIII. Morte enim non interceptus eſt unigenitus Dei Filius: ad explendam quidem hominis naturam etiam morti ſe, id eſt, diſceſſioni ſe tanquam animæ corporisque ſubjecit; & ad infernas ſedes, id quod hominis debitum videtur eſſe, penetravit.

In Pſal. CXXXVIII. *Vide ſupra hocce §. litt.* (E)

S. HIERONYM. *in Epiſt. ad Epheſ. Vide ſupra hocce §. litt.* (E & F)

S. AMBROS. *Lib. de Incarnat. Dom. ſacramento, cap. 5. num. 40.* Sed nec ſepulcrum quidem ejus miraculo caret. Nam cum eſſet unctus a Joſeph, & in ejus monumento ſepultus, novo opere quodam ipſe defunctus defunctorum ſepulcra reſerabat & corpus quidem ejus jacebat in tumulo; ipſe autem *inter mortuos liber*, remiſ-
Pſal. 87. 6. ſionem in inferno poſitis, ſoluta mortis lege, donabat. Erat ergo caro ejus in monumento, ſed virtus ejus operabatur e cælo.

N. 41. Quando in morte fuit, in umbra non erat. Denique etiam in inferno poſitis vitæ lumen fundebat æternæ. Radiabat etiam illic lux vera ſapientiæ, illuminabat infernum, ſed inferno non claudebatur. Quis enim locus eſt ſapientiæ?

N. 42. Ipſa anima etſi fuit in abyſſo, jam non eſt; quia
Pſal. 15. 10. ſcriptum eſt: Quoniam *non relinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*.

Lib. 3. de Fide, cap. 4. num. 28. Interpretans hæc ver-
Pſ. 87. 5. 6. ba: *Factus ſum ſicut homo ſine adjutorio, inter mortuos liber*. Liber igitur eſt (*Chriſtus*), quia mortis vincula neſcivit, non captus ab inferis, ſed qui operatus ſit in infernis: ſine adjutorio eſt, quia neque per nuncium, neque per legatum, ſed ipſe per ſe Dominus ſalvum fecit populum ſuum.

Serm. 19. in Pſalm. 118. num. 37. Dei Filius ... qui per incarnationem deſcendit in terras, per reſurrectionem adſcendit in cælum, per corporis mortem penetravit infernum, ut ſolveret alligatos.

S. AUGUST. *Epiſt. 164. alias 99. ad Evodium, num. 3.* Et Dominum quidem carne mortificatum veniſſe in infernum ſatis conſtat. Neque enim contradici poteſt vel prophetiæ quæ dixit, *Quoniam non derelinques animam*
Pſ. 15. 10. *meam in inferno*; quod ne aliter quiſquam ſapere auderet, in Actibus Apoſtolorum, idem Petrus exponit: vel ejuſdem Petri illis verbis, quibus eum aſſerit *ſol-*
Act. 2. 24. *viſſe inferni dolores, in quibus impoſſibile erat eum teneri*. Quis ergo niſi infidelis negaverit fuiſſe apud inferos Chriſtum?

N. 14. Quamobrem teneamus firmiſſime, quod fides
1.Cor.15.3.4. habet fundatiſſima auctoritate firmata, *quia Chriſtus mortuus eſt ſecundum Scripturas, & quia ſepultus eſt, &* *quia reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas*, & cætera, quæ de illo teſtatiſſima veritate conſcripta ſunt. In qui-
Act. 2. 24. bus etiam hoc eſt, quod apud inferos fuit, ſolutisque eorum doloribus, quibus eum erat impoſſibile teneri, a quibus etiam recte intelligitur ſolviſſe, & liberaſſe quos voluit, corpus quod in cruce reliquerat in ſepulcro poſitum recepiſſe.

N. 18. Vide hocce §. litt. (E)

Epiſt. 187. alias 57. ad Dardanum, num. 5. Si ergo ſecundum hominem, quem Verbum Deus ſuſcepit, putamus
Luc. 23. 43. dictum eſſe, *Hodie mecum eris in Paradiſo*, non ex his verbis in cælo exiſtimandus eſt eſſe Paradiſus. Neque enim ipſo die in cælo futurus erat homo Chriſtus Jeſus; ſed in inferno ſecundum animam, in ſepulcro autem ſecundum carnem. Et de carne quidem, quod eo die in ſepulcro ſit poſita, manifeſtiſſimum eſt Evangelium. Quod vero illa anima in infernum deſcenderit, apoſtolica doctrina prædicat. Quandoquidem beatus Petrus ad hanc rem teſtimonium de Pſalmis adhibet; ubi prædictum eſſe
Pſal. 15. 10. demonſtrat, *Quoniam non derelinques animam meam in inferno*,

ſermo, neque dabis ſanctum tuum videre corruptionem Illud de anima dictum eſt, quia non ibi eſt derelicta, unde tam cito remeavit: illud de corpore, quod in ſepulcro corrumpi celeri reſurrectione non potuit.

Lib. 12. de Geneſ. ad litt. cap. 33. n. 63. Et Chriſti quidem animam veniſſe uſque ad ea loca, in quibus peccatores cruciantur, ut eos ſolveret a tormentis, quos eſſe ſolvendos occulta nobis ſua juſtitia judicabat, non immerito creditur. (*In ea quoque ſententia eſt* S. CLEMENS ALEXAND. *Stromat. Lib. vi. & alii plures*)

Act. II. 24. Quomodo enim aliter accipiendum ſit quod dictum eſt, quem Deus ſuſcitavit ex mortuis, ſolutis doloribus inferorum, quia teneri ab eis, non

Philip. II. 10. video, niſi ut quorumdam dolores apud inferos eum ſolviſſe accipiamus, ea poteſtate, qua Dominus eſt, cui omne genu flectitur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, per quam poteſtatem etiam illis doloribus, quos ſolvit, non potuit adtineri.

N. 66. Sub terris dicuntur inferi vel creduntur... Nec ipſam tamen rerum partem noſter Salvator mortuus pro nobis viſitare contempſit, ut inde ſolveret quos eſſe ſolvendos ſecundum divinam ſecretamque

P. LXXXVIII. 49. juſtitiam ignorare non potuit.

Lib. 17. De Civit. Dei, c. 11. in fine. Quis eſt homo qui vivet, & non videbit mortem; eruet animam ſuam de manu inferi? Quis eſt iſte, niſi ſubſtantia illa Iſrael ex ſemine David, Chriſtus Jeſus? De quo dicit Apo-

Rom. VI. 9. ſtolus, quod *Surgens a mortuis, jam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur.* Sic enim vivet & non videbit mortem, ut tamen mortuus fuerit; ſed animam ſuam eruerit de manu inferi, quo propter quorumdam ſolvenda inferni vincula deſcenderat.

Lib. 20. cap. 15. Vide ſupra hocce §. litt. (G) *& Tract. 78. in Johan. n. 3. litt.* (A)

Enarrat. in Pſal. LXXXV. num. 17. Ergo & hic (*in mundo*) ſunt mortui: ut non mireris quia infernum dicitur (*mundus*,) ſi mortuis abundat.... Sed rurſus ab hoc inferno, id eſt, ab hac parte inferni, eſt aliud inferius, quo eunt mortui, unde voluit Deus eruere animas noſtras, etiam illuc mittens Filium ſuum. Etenim, fratres, propter iſta duo inferna miſſus eſt Filius Dei, undique liberans: ad hoc infernum miſſus eſt naſcendo, ad illud moriendo... Ideo ille pervenit uſque ad infernum, ne nos remaneremus in inferno.

verſ. 11. *Enarrat. in Pſal. LXXXVII. num. 10. Numquid mortuis facies mirabilia?* Hoc ſi de his dictum putaverimus, quorum caro exanimis facta eſt; magna mirabilia facta ſunt mortuis, cum quidam eorum etiam revixerunt: & quod Dominus penetravit inferna, at-

Mat. XXVII. 52. que inde mortis victor adſcendit, magnum mortuis miraculum factum eſt.

Eadem docet paſſim Aug. cujus plura teſtimonia exſcribere ſuperſedemus.

S. LEO MAGNUS *Epiſt. 15. alias 93. ad Turribium cap. 17.* In eo vero quod extrema familiaris Epiſtolæ tuæ parte poſuiſti, miror cujuſquam Catholici intelligentiam laborare, tanquam incertum ſit, an deſcendente ad inferna Chriſto, caro ejus requieverit in ſepulcro: quæ ſicut vere & mortua eſt & ſepulta, ita vere eſt die tertio ſuſcitata.

Serm. 69. de Reſurrect. Domini 1. cap. 2. Reſurrectio Salvatoris nec animam in inferno, nec carnem diu morata eſt in ſepulcro: & tam velox incorruptæ carnis vivificatio fuit, ut major ibi eſſet ſoporis ſimilitudo, quam mortis: quoniam Deitas, quæ ab utraque ſuſcepti hominis ſubſtantia non receſſit, quod poteſtate diviſit, poteſtate conjunxit.

S. GREGOR. MAGNUS *Lib. 12. Moral. in Job, cap. 7. Vide hocce §. litt.* (E) *& lib. 13. cap. 15. nec non homil. 22. in Evang. ſupra litt.* (G)

Lib. 29. Moral. in Job, cap. 12. alias 7. in cap. 38. verſ. 16. Numquid ingreſſus es profundum maris, & in noviſſimis abyſſi deambulaſti?

N. 23. Ac ſi dicat: Ut ergo, qui non ſolum mare, id eſt ſeculum per aſſumptam humanam carnem atque animam petii, ſed etiam per eam ſponte in morte poſitam, uſque ad ultima inferni, quaſi ad maris profunda deſcendi. Si enim mare, more divini eloquii, ſeculum debet intelligi, nihil prohibet profunda maris, inferni clauſtra ſentiri. Quod profundum maris Dominus petiit, cum inferni noviſſima, electorum ſuorum animas erepturus, intravit.

Unde & per Prophetam dicitur: *Poſuiſti profundum*

Iſai. LI. 10. *maris viam, ut tranſirent liberati.* Hoc namque profundum maris ante Redemptoris adventum non via, ſed carcer fuit: quia (*forte* qui) in ſe etiam bonorum animas, quamvis non in locis pœnalibus, clauſit. Quod tamen profundum viam Dominus poſuit; quia illuc veniens, electos ſuos a clauſtris inferni ad

cæleſtia tranſire conceſſit. Unde & apte illic dicitur: PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 10.
Ut tranſirent liberati.

N. 24. Vigilanti vero eſt cura penſandum, quod in noviſſimo abyſſi deambulaſſe ſe perhibet. Deambulare quippe non conſtricti, ſed liberi eſt... Quia igitur Dominus nulla peccati vincula pertulit, in inferno deambulavit. Liber quippe ad ligatos venit. Unde ſcriptum eſt: *Factus ſum ſicut homo ſine adjutorio,*
inter mortuos liber. In noviſſimis ergo abyſſi Domino Pſ. LXXXVII. 5. 6.
deambulare, eſt in loco damnationis, nihil ſuæ retentionis invenire, atteſtante Petro qui ait: *Solutis* Act. II. 24.
doloribus inferni, juxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo... Deambulaſſe in inferno Dominus dicitur, ut electis animabus in locis ſingulis per divinitatis potentiam præſens fuiſſe monſtraretur.

verſ. 17. Numquid apertæ ſunt tibi portæ mortis, & oſtia tenebroſa vidiſti.

Capit. 13. num. 25. Portæ enim mortis, ſunt poteſtates adverſæ. Quas deſcendens Dominus aperuit, quia earum fortitudinem moriendo ſuperavit... Certe tenebroſa tunc oſtia Dominus vidit, cum clauſtra inferni penetrans crudeles ſpiritus percuſſit, & mortis præpoſitos moriendo damnavit.

Lib. 1. in Ezech. Homil. 1. num. 5. Johannes Baptiſta... cum jam moriturus eſſet, miſſis diſcipulis re-
quirebat dicens: *Tu es qui venturus es, an alium ex-* Matt. XI. 3.
pectamus? In quibus verbis oſtenditur, quia in terris quidem veniſſe Redemptorem noverat, ſed an per ſemetipſum ad aperienda inferni clauſtra deſcenderet, dubitabat. Ex præſenti enim per prophetiæ ſpiritum tactus fuerat, qui humanitatem Mediatoris videns, & divinitatem ejus intelligens, confitebatur agnum qui peccata mundi tolleret: ſed tactus ex futuro non fuerat, quia adventum illius in infernum neſciebat.

Lib. 1. in I. Reg. cap. 2. verſ. 4. n. 14. Electos Judææ, quos apud inferos reperit, ad paradiſi gaudia reportavit.

S. FULGENTIUS Ruſpenſis Epiſc. *Lib. 3. ad Traſimundum cap. 23.* Quam tamen carnem (*Chriſti ſc.*) nec in morte divinitas deſeruit, ſicut nec in inferno animam dereliquit.

Cap. 30. Reſtabat tamen ad plenum noſtræ redemptionis effectum, ut illuc uſque homo ſine peccato a Deo ſuſceptus deſcenderet, quouſque homo ſeparatus Deo peccati merito cecidiſſet, id eſt ad infernum, ubi ſolebat peccatoris anima torqueri; & ad ſepulcrum, ubi conſueverat peccatoris caro corrumpi: ſic tamen ut nec Chriſti caro in ſepulcro corrumperetur; nec inferni doloribus anima torqueretur: quoniam anima immunis a peccato non erat ſubdenda ſupplicio, & carnem ſine peccato non debuit vitare corruptio: ... ut per morientem temporaliter carnem juſti, donaretur vita æterna carni, & per deſcendentem ad infernum animam juſti, dolores ſolverentur inferni.

Cap. 35. Sciebat quod ille ſuſceptor pleni hominis Deus, totus eſſet cum carne ſua in ſepultura, totus cum anima ſua in inferno.

In Reſponſ. ad Quæſt. 2. Ferrandi. Jam vero cum Chriſtus uno eodemque tempore, & in ſepulcro jacuit, & in infernum deſcendit, quis non inſeparabile naturæ utriuſque opus videat? Et quis in ipſo uno atque inſeparabili opere propria carnis & animæ, ac divinitatis non evidenter agnoſcat? Ut enim ſecundum carnem in ſepulcro jaceret, totus Chriſtus fecit ſed ſepulturæ capax ſola caro naturaliter fuit. In infernum quoque ut ſecundum animam Chriſtus deſcenderet, naturæ utriuſque, id eſt, divinæ, atque humanæ unum fuit opus: ſed ſolius animæ naturaliter fuit ille deſcenſus.

In libro de Fide ad Petrum cap. 2. In ſepulcro idem Deus homo factus jacuit: & ab infernis idem Deus homo factus tertio die reſurrexit. Sed in ſepulcro ſecundum ſolam carnem idem Deus jacuit; & in infernum ſecundum ſolam animam deſcendit.

S. PETRUS CHRYS. *Serm. 37. de Jonæ Proph. Serm. verſus finem. Sicut enim Jonas ſignum fuit Ninivitis,*
ita erit & Filius hominis generationi iſti. Quin Judaica Luc. XI. 30.
perfidia fluctuante inferni Chriſtus demerſus eſt in profundum; & triduano curſu tota tartari occulta percurrens, & Judaicæ crudelitatis, & majeſtatis ſuæ, ac peremptæ mortis dedit indicium cum reſurgeret.

Serm. 57. in Symb. Apoſt. Audis ſepultum, ne mors putetur illuſa. Hoc eſt divinæ virtutis inſigne cum mors morte moritur: auctor mortis proprio mucrone truncatur, prædo capitur ſua præda; infernus vita dirumpitur deglutita. *Tertia die reſurrexit a mortuis.* Tres dies ſepulturæ ſuæ tribus impendit Chriſtus habitationibus profuturos, Inferis, terræ, cælo: inſtauraturus quæ in cælis ſunt, & quæ ſunt reparaturus in terra, & quæ apud inferos redempturus.

pertinere declaraverit ſæpius Eccleſia, ut patet imprimis ex Concilio Toletano quarto, & Concilio generali Lateranenſi quarto. (L)

L

I. De anima Chriſti a corpore ſeparata dixiſti, jam pauca dicas velim de corpore ab anima ſeparato. Quid de eo actum eſt?

Hujuſce c. §. 16. *R.* Jam diximus Chriſtum cruci affixum fuiſſe feria ſexta hora ſexta. *Judæi ergo quoniam*

Joh. XIX. 31. *paraſceve erat, ut non remanerent in cruce corpora ſabbato* (cujus ſolemnitas incipiebat ab occaſu ſolis feriæ ſextæ; quem morem & Eccleſia ſervavit, incipiunt enim apud nos officia feſtorum a primis veſperis.) Judæi ergo

Id. Ibid. 32. 33. propterea *rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura & tollerentur: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum Jeſu. Ad Jeſum autem cum veniſſent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura*; in quo adimpleri voluit Deus quod de agno Paſchali, Chriſti typo, præceperat Moyſes, *Os non comminuetis ex eo.* (M) M

Exod. XII. 46. *Sed unus militum*, ad probandam aut maturandam Chriſti mortem, *lancea latus ejus ape-*

Id. Ibid. 34. *ruit, & continuo exivit ſanguis & aqua.* In quo præfigurata ſunt ſacramenta Eccleſiæ, quæ ſuam omnem efficaciam habent ex ſanguine Chriſti in cruce fuſo. (N) N

I. Cur voluit Chriſtus latus ſuum poſt mortem transfigi?

R. Ut ſic veritas mortis ſuæ omnibus pateret, atque adeo veritas reſurrectionis. (O) O

I. Quid actum eſt poſtea de Chriſti corpore?

R. Poſt hæc *quidam homo dives Joſeph nomi-* Mat. XXVII. 57.

ne ab Arimathæa civitate Judæa, Diſcipulus Jeſu Joh. XIX. 38.

occultus autem propter metum Judæorum, auda- Mar. XV. 43.

cter introivit ad Pilatum & petiit corpus Jeſu. Mat. XXVII. 58.

Tunc Pilatus juſſit reddi corpus: & adjuvante Ni-

Serm. 60. In Symb. Apoſt. Sepultum dicis, ut veram carnem Chriſti, mortemque non perfunctoriam probet confeſſio ſepulturæ, mortem ſuſcepiſſe & viciſſe, intraſſe inferos & rediiſſe, vaniſſe in jura tartari, & tartari jura ſolviſſe: non eſt fragilitas, ſed poteſtas.

Serm. 66. De Divite & Lazaro, in fine. Scimus, ſcimus, & vitam parari bonis & malis tormenta præparari; ſed dum vitiis capti virtutum tempus nolumus advenire, fingimus neſcire quod ſcimus, & poſt mortem quid ſit nolumus ab inferis venire qui dicat, cum de cælo Chriſtus veniens, & ab inferis ipſe rediens, & quid bonos in cælo maneat, & quid malos expectet in inferno, & verbo docuerit, & firmaverit exemplo.

Luc. XXIV. 37. *Serm. 81. De quinta Chriſti manifeſtat. circa medium. Ego ſum.* Ego ex mortuis ſum viſus: ex inferis ſum ſupernus, *Ego ſum.* Quem mors fugit, inferna tremuerunt; tartarus Deum confeſſus eſt cum paveſcit.

Serm. 123. De Divite & Lazaro, circa medium. Hinc eſt, quod ipſe Dominus primi hominis, id eſt contumacis ſervi, auxiliator advenit: ipſe Dominus qui obſervavit Paradiſum, qui clauſit infernum, ad terras & inferos tota poteſtate deſcendit, ut accenſa extingueret, clauſa protinus aperiret, protoplaſti facinus aboleret. Hinc eſt, quod arietem ſuæ crucis portat aggreſſurus infernum, ut conterat & confringat ipſas tartari januas ære munitas; & ferro de latere fundit aquam, ut Paradiſi viam temperet, ignem ex parte ſanctorum extinguat inferni, totum chirographum debiti diluat, & ſolvat antiquum: & patiendo hoc remittat ipſe, quod ipſe intulit imperando... Lætamini, Fratres, poſt triumphum Chriſti ſanctorum cuſtodiam diſſolutam, & in ſanctos ultra inferni nil deberi: quando Chriſtus ut juſtos, non injuſtos abſolveret ad inferos uſque penetravit. Intelligemus, Fratres, quantum Chriſtus profuerit, imo quam ſine Chriſto in nullo fuerit ſalus, cum præter iſtam corporum ſolutionem ſanctorum quoque animæ apud

Luc. XVI. 31. inferos tenebantur aſtrictæ. *Et verſus finem.* Si Moyſi & Eliæ non credunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit credent ei. Nihil tam verum, Fratres, qui de cælo loquenti per legem, de cælo venienti Chriſto credere noluit, jam non merebitur credere ab inferis revertenti. Ipſe Chriſtus, Fratres, Deus & Dominus noſter ad Moyſen eſt locutus de cælo, ipſe in terra terreno eſt locutus in corpore, ipſe cum terreno corpore ab inferis eſt reverſus: & tamen referenti quæ bona in cælis, quæ ſint apud inferos mala, fratres divitis illius, qui Judaicis intelliguntur in populis, credere tota obſtinatione noluerunt.

Præter ſupra allatos Patres, idem ſentiunt & alii plures. LACTANT. *Lib. 4. cap. 9.* (*Chriſtus*) cum mandatis Dei functus, veritatem gentibus revelaſſet, mulctaretur etiam morte, ut inferos quoque vinceret, ac reſignaret, &c.

JULIUS FIRMICUS MATERNUS, *Lib. de errore profanar. Religionum.* Fecit Filius Dei quod ante promiſerat; clauſit januas ſedis infernæ, & duræ legis neceſſitatem calcata morte proſtravit. Per triduum receſſus iste ab eo juſtorum turba collecta eſt, ne diutius contra eos mortis dominaretur improbitas; ne juſtorum meritum ex longa deſperatione concideret, fregit clauſtra perpetua, & ferreæ fores Chriſto jubente collapſæ ſunt.

PRUDENTIUS, *Hymno 9. Cathemerin.*

Quin & ipſum, ne ſalutis inferi expertes forent,
Tartarum benignus intrat, fracta cedit janua,
Vectibus cadit revulſis cardo diſſolubilis.
Illa prompta ad irruentes, ad revertentes tenax,
Obice extrorſum recluſo, porta reddit mortuos,
Lege verſa, limen atrum jam recalcandum patet.
Sed Deus dum luce fulva mortis antra illuminat,
Dum ſtupentibus tenebris candidum præſtat diem;
Triſtia ſqualentis æthræ palluerunt ſidera.

GAUDENTIUS BRIXIANUS *Tract. 6. de Exod.* Nocte qua corpus exanime relinquens in cruce, Dei Filius tranſiit cum anima ad Ægyptum inferiorem, ut animas in inferno poſitas viſitaret.

Tract. 10. Quoniam Dei operoſa quies eſt, ipſa requies operoſa eſſe non potuit. Nam corpore in ſepulchro poſito, Divinitas cum anima hominis ad inferna deſcendens, vocavit de locis ſuis animas ſanctorum, quorum corpora ſurrexiſſe Matthæus Evangeliſta teſtatur, &c. Deſcendiſſe autem Salvatoris animam ad inferos viſitandos, non ſolum B. Petri Epiſtola, verum etiam beati Davidis Prophetia teſtatur, cum dicit: *Quoniam non derelinques animam meam in inferno.* Pſ. XV. 10.

CASSIANUS *lib. 3.* (*Chriſtus*) inferna penetrans, inextricabiles tartari tenebras coruſcatione ſui ſplendoris extinxit, portaſque ejus æreas effringens, ac ſeras ferreas conterens, captivitatem ſanctorum, quæ clauſa tenebris immitis tenebatur inferni, ſalubriter captam tranſvexit ſecum ad cælos, igneaque romphæa ſummota, antiquum incolam Paradiſo pia confeſſione reſtituit.

Ceteros ſub ſilentio prætermitto.

(L) CONCIL. TOLET. IV. *c.* I. (*Chriſtus*) deſcendit ad inferos ut animas, quæ illic tenebantur, erueret.

CONCIL. LATERAN. IV. *ſub Innocent.* III. *ann.* 1215. *c.* I. Deſcendit ad inferos, reſurrexit a mortuis, aſcendit in cælum, ſed deſcendit in anima, reſurrexit in carne, aſcendit pariter in utroque.

(M) EXOD. XII. 46. In una domo comedetur, nec efferetis de carnibus ejus foras, nec os illius confringetis.

NUMERORUM. IX. 12. Non relinquent ex eo quidpiam uſque mane, & os ejus non confringent.

S. AUG. *Tract.* 120. *in Johann. num.* 3. Os non comminuetis ex eo: quod preceptum eſt eis qui celebrare Paſcha juſſi ſunt ovis immolatione in veteri lege, quæ Dominicæ paſſionis umbra præceſſerat.

(N) S. AUG. *Tract.* 120. *in Joh. n.* 2. *Unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit ſanguis & aqua* ... ut illic quodammodo vitæ oſtium panderetur, unde ſacramenta Eccleſiæ manaverunt, ſine quibus ad vitam quæ vera vita eſt non intratur. Ille ſanguis in remiſſionem fuſus eſt peccatorum: aqua illa ſalutare temperat poculum: hæc & lavacrum præſtat, & potum ... Hic ſecundus Adam inclinato capite in cruce dormivit, ut inde formaretur ei conjux, quæ de latere dormientis effluxit. Joh. XIX. 34.

Serm. 4. in Pſal. CIII. *n.* 6. In magno myſterio dictum, in figura dictum Eccleſiæ futuræ, factæ de latere viri ſui & hoc dormientis. Erat autem Adam forma futuri. Hoc Apoſtolus dicit: *qui eſt forma futuri.* Rom. V. 14. Præfiguratum eſt quod futurum erat. Facta eſt Eccleſia de latere Domini dormientis in cruce. Nam de latere crucifixi percuſſo Sacramenta Eccleſiæ profluxerunt.

(O) THEOPHYL. *in Johann. cap.* 19. His qui non cre-

Nicodemo, qui & ipſe occultus Chriſti Jeſu Diſcipulus fuerat, depoſitum involvit ſindone munda, & ligavit linteis cum aromatibus pretioſiſſimis, (P) *& poſuit illud in monumento quod excideterat in petra, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Et advolvit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abiit.*
P — Mat. xxvii. 60.

Poſtera autem die, Judæis id poſtulantibus, juſſit Pilatus cuſtodiri ſepulcrum uſque in diem tertium, ne forte venirent Diſcipuli Jeſu & furarentur corpus. (Q) *Abeuntes* ergo Judæi *munierunt ſepulcrum ſignantes lapidem cum cuſtodibus.*
Q — Id. Ibid. 66.

Divina plane providentia factum eſt, ut & Diſcipuli condirent aromatibus corpus Jeſu, & Judæi hoſtes Chriſti infenſiſſimi ſignarent ejus ſepulcrum, & ad illud cuſtodes ponerent. Hinc veritas reſurrectionis Chriſti manifeſtius eluxit; & Eccleſia habuit unde invictiſſime obſtrueretur os calomniantibus inimicis.

§. 21. *Chriſti Reſurrectio: Apparitiones, & Vita uſque ad Aſcenſionem.*

I. Surrexitne a mortuis Chriſtus?

R. Surrexit tertia poſt mortem die, ut & ipſe ſæpius prædixerat, & Prophetæ longe ante prænuntiaverant. Mortuus erat feria ſexta: ſurrexit a mortuis ſequenti dominica. (A)
A

I. Quid intelligis dum ais Chriſtum ſurrexiſſe a mortuis?

R. Intelligo animam Chriſti, quæ morte disjuncta fuerat a corpore, ad corpus acceſſiſſe denuo, Chriſtumque cum corpore ſimul & anima glorioſum & immortalem e ſepulcro exiiſſe.

I. Quibus Prophetiis prænuntiata fuerat Chriſti reſurrectio?

R. Hanc velut in typo adumbraverat olim proſperitas Job, ejus calamitates ſubſequuta: Vita Iſaac, poſtquam eum pater ſuus Abraham poſuerat ſuper ſtruem lignorum jam jam immolandum: Gloria Joſeph poſt ejus captivitatem: ſed omnium luculentiſſime Jonæ liberatio de ventre piſcis. (B) Atque hanc quidem figuram Chriſtus ipſe expoſuit his verbis: *Generatio prava & adultera ſignum quærit; & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ Prophetæ. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus; ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.*
B — Matt. xii. 39. 40.

Et certe Jonas exivit de ventre piſcis annuntiaturus judicia Dei gentibus: quod Chriſto vocanti ad ſe poſt reſurrectionem gentes omnes, apprime competit. Et canticum Jonæ totum ad reſurrectionem Chriſti refertur.

Præter has figuras quæ vivæ prophetiæ fuerunt, ſuam ipſe Chriſtus reſurrectionem ſæpius, ut diximus, prædixit, & prædixerunt Prophetæ veteres non pauci. Has prophetias omnes hic referre longum eſſet. Paucas ſeligimus.

David de Meſſia loquens hæc habet verba, quæ non alii quam Meſſiæ accommodari poſſunt, ut demonſtrarunt Judæis Petrus & Paulus Apoſtolorum Principes.

Pſal. xv. 9. *Caro mea requieſcet in ſpe.* 10. *Quoniam non derelinques animam meam in inferno; nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* 11. *Notas mihi feciſti vias vitæ.*

Ad hæc verba ſic loquitur in Actis Apoſtolorum ſanctus Petrus; cujus oratione tria Judæorum millia ad Chriſtum converſi, baptizati ſunt. (C)
C — Act. 2. 29.

Viri fratres liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha David, quoniam defunctus eſt & ſepultus;

crediturі erant, fidei janua & indicium fuit id quod ab inimicis eſt attentatum, ut Thomæ. Nam per latus fidem reſurrectionis accepit.

MALDONATUS S. J. *Comm. in Joan. cap.* 20. *verſ.* 20. Retinuiſſe eas Chriſtum, (*cicatrices vulnerum*) magno conſilio credendum eſt, & quia illuſtris victoriæ inſignia erant, ... & quia teſtes volebat eſſe reſurrectionis ſuæ; & quia oportebat, ut cum ad judicandum venerit, eas oſtenderet, ut viderent ejus hoſtes *in quem transfixerunt. Clavi enim manus fixerant*, inquit hoc loco Divus Auguſtinus, *lancea latus ejus aperuerat, ubi ad dubitantium corda ſananda, vulnerum ſunt ſervata veſtigia.* Et *Numquid non poterat Dominus ſine cicatricibus reſurgere? ſed in Diſcipulorum corde vulnera noverat, propter quæ ſananda cicatrices in corpore ſuo ſervaverat.* Idem & Leo: *Ad ſananda infidelium cordium vulnera, clavorum & lanceæ erant ſervata veſtigia, ut non dubia fide, ſed conſtantiſſima ſcientia teneretur, eam naturam in Dei Patris conſeſſuram throno, quæ jacuerat in ſepulcro.*
Joh. xix. 37. S. Aug. Tr. 121. in Joh. Idem Serm. 108. de ver. Dom. S. Leo Serm. 1. de Aſcenſ.

GROTIUS in *Joh.* 19. *verſ.* 35. *Et qui vidit teſtimonium perhibuit* ... Ideo autem hoc de teſtimonii ſui certitudine tam diſerte inculcat, ut etiamſi ex prioribus non conſtaret Chriſtum eſſe mortuum, hinc certe conſtaret, cum id vulnus, ſi vixiſſet, omnino fuiſſet letale ... *Ut vos credatis.* Quo magis vos Chriſtiani credatis vere mortuum eſſe Jeſum, ac proinde etiam vere a mortuis reſuſcitatum.

Vide alios interpretes in Joban. c. 19. *& in Lucæ c.* 24.

(P) JOAN. XIX. 39. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Jeſum nocte primum: ferens mixturam myrrhæ, & aloes, quaſi libras centum. 40. Acceperunt ergo corpus Jeſu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Judæis ſepelire.

MATT. XXVII. 60. Et poſuit illud (Joſeph) in monumento ſuo novo, quod exciderat in petra. Et advolvit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abiit.

(Q) MATTH. XXVII. 62. Altera autem die, quæ eſt poſt paraſceven, convenerunt principes Sacerdotum & Phariſæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc vivens: Poſt tres dies reſurgam. Jube ergo cuſtodiri ſepulcrum uſque in diem tertium: ne forte veniant Diſcipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit a mortuis; & erit noviſſimus error pejor priore. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam, ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulcrum ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

(A) MATTH. XVI. 21. Exinde cœpit Jeſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Jeroſolymam, & multa pati a ſenioribus & Scribis, & principibus Sacerdotum & occidi, & tertia die reſurgere.

XVII. 21.... Dixit illis Jeſus: Filius hominis tradendus eſt in manus hominum: 22. & occident eum, & tertia die reſurget.

XXVIII. 5. Scio enim, quod Jeſum, qui crucifixus eſt, quæritis: 6. Non eſt hic: ſurrexit enim, ſicut dixit. Venite, & videte locum, ubi poſitus erat Dominus.

(B) *Vide ſupra* Jobi hiſt. *hujuſce partis* 1. *cap.* IV. §. 23. hiſt. Iſaac, *ibid.* §. 6. & Joſephi hiſtor. *ibid.* §. 7. *ad calcem.*

JONÆ II. 1. Et præparavit Dominus piſcem grandem ut deglutiret Jonam: & erat Jonas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus... 11. Et dixit Dominus piſci & evomuit Jonam in aridam.

(C) ACT. II. Jeſum Nazarenum virum approbatum a Deo in vobis virtutibus, & prodigiis, & ſignis quæ fecit Deus per illum in medio veſtri, ſicut & vos ſcitis. 23. Hunc definito conſilio, & præſcientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes interemiſtis: 24. Quem Deus ſuſcitavit ſolutis doloribus inferni, juxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo. 25. David enim dicit in eum: Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam a dextris eſt mihi ne commovear. 26. Propter hoc lætatum eſt cor meum & exultavit lingua mea in-
Pſ. xv. 8. 9. 10. & 11.

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 21.

pultus ; & ſepulcrum ejus eſt apud nos uſque in hodiernum diem . 30. Propheta igitur cum eſſet , & ſciret quia jurejurando juraſſet illi Deus de fructu lumbi ejus ſedere ſuper ſedem ejus , 31. providens locutus eſt de reſurrectione Chriſti , quia neque derelictus eſt in inferno , neque caro ejus vidit corruptionem . 32. Hunc Jeſum reſuſcitavit Deus ; cujus omnes nos teſtes ſumus .

Pſ. 131. 11. Pſ. 15. 10.

Similia his ait Paulus Apoſtolus ſermonem habens ad Judæos in ſynagoga Antiochiæ Piſidiæ: (D) *David* , inquit , *in ſua generatione , cum adminiſtraſſet voluntati Dei , dormivit & appoſitus eſt ad patres ſuos , & vidit corruptionem . 37. Quem vero Deus ſuſcitavit a mortuis , non vidit corruptionem .*

D

Ibid. 13. 35.

Alia multa de reſurrectione Chriſti prædixit David in Pſalmis.

Pſal. III. 6. *Ego dormivi & ſoporatus ſum ; & exurrexi , quia Dominus ſuſcepit me .*

Pſal. XXIX. 2. *Exaltabo te Domine quoniam ſuſcepiſti me , nec delectaſti inimicos meos ſuper me . 3. Domine Deus meus clamavi ad te , & ſanaſti me . 4. Domine eduxiſti ab inferno animam meam .*

Pſal. LXX. 20. *Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas ; & converſus vivificaſti me , & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me .*

Plura ejuſmodi repetiuntur in Pſalmis . (E) Legantur prophetiæ ſuperius relatæ de paſſione Chriſti : in his non pauca advertere licet de reſurrectione Chriſti . (F) His adde celebrem hanc prophetiam Sophoniæ .

E

Hujuſce c. §. 17.

F

Sophon. III. 8.

Expecta me , dicit Dominus , in die reſurrectionis meæ in futurum , quia judicium meum , ut congregem gentes , & colligam regna .

I. Quomodo Chriſtus exivit de monumento , ſignatum enim fuerat ſepulcrum?

R. Corpus glorioſum & divinum nullo impedimento teneri poterat . Signatum itaque ſepulcrum penetravit Jeſus , quemadmodum & clauſis ad Diſcipulos poſtea intravit ſæpius januis . Cum autem exiiſſet : *Ecce terra motus factus eſt magnus . Angelus enim Domini deſcendit de cælo : & accedens revolvit lapidem & ſedebat ſuper eum . Erat autem aſpectus ejus ſicut fulgur , & veſtimenta ejus ſicut nix . Præ timore autem ejus exterriti ſunt cuſtodes & facti ſunt velut mortui .* Matt. 28. 2. 3. & 4.

I. Qua hora Chriſtus reſurrexit?

R. Qua præciſe hora neſcimus : hoc ſcimus , reſurrexiſſe ſummo mane . (G) G

I. Fuitne cuſtodum ſepulcri teſtimonio promulgata Chriſti reſurrectio?

R. *Quidam de cuſtodibus nuntiaverunt principibus Sacerdotum omnia quæ facta fuerant* . Qui cum debuiſſent tam inſigni miraculo Chriſtum Meſſiam agnoſcere , juſto Dei ulciſcentis judicio in obcæcatione & obduratione permanentes *pecuniam copioſam dederunt militibus , dicentes : Dicite quia Diſcipuli ejus nocte venerunt , & furati ſunt eum vobis dormientibus .... At illi accepta pecunia fecerunt ſicut erant edocti* . Quaſi vero adhibenda fidea eſſet teſtibus dormientibus. (H) Matt. 28. 11. Ibid. 12. 13. H

I. Qua igitur ratione accepimus Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis?

R. Firmiſſimo & ſanctiſſimo teſtimonio eorum quibus ipſe ſe vivus poſt reſurrectionem exhi-

ſuper & caro mea requieſcet in ſpe . 27. Quoniam non derelinques animam meam in inferno , nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem . 28. Notas mihi feciſti vias vitæ : & replebis me jucunditate cum facie tua .

(D) Act. XIII. 29. Cumque conſummaſſent omnia quæ de eo ſcripta erant , deponentes eum de ligno poſuerunt eum in monumento . 30. Deus vero ſuſcitavit illum a mortuis tertia die : qui viſus eſt per multos dies his , 31. qui ſimul aſcenderant cum eo de Galilæa in Jeruſalem : qui uſque nunc ſunt teſtes ejus ad plebem . 32. Et nos vobis annuntiamus eam quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt : 33. Quoniam hanc Deus adimplevit filiis noſtris , reſuſcitans Jeſum : ſicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt : Filius meus es tu , ego hodie genui te . 34. Quod autem ſuſcitavit a mortuis , amplius jam non reverſurum in corruptionem , ita dixit : Quia dabo vobis ſancta David fidelia . 35. Ideoque & alias dicit : Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem .

Pſ. 2. 7. Iſai. 55. 3. Pſ. 15. 10.

(E) Psal. IX. 15. Qui exaltas me de portis mortis , ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion .

Psal. XL. 11. Tu autem Domine miſerere mei , & reſuſcita me ; & retribuam eis .

(F) Osee VI. 3. Vivificabit nos poſt duos dies ; & in die tertia ſuſcitabit nos , & vivemus in conſpectu ejus ...... Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus ejus , & veniet quaſi imber nobis temporaneus & ſerotinus terræ .

Isaiæ LIII. 9. *Vide ſupra §. 17. & alias quas tibi exſcripſimus prophetias , & in eas Patrum explanationes .*

(G) Luc. XXIV. 1. Una autem ſabbati valde diluculo venerunt ad monumentum , portantes quæ paraverant aromata : 2. & invenerunt lapidem revolutum a monumento : 3. & ingreſſæ non invenerunt corpus Domini Jeſu .

Johan. XX. 1. Una autem ſabbati , Maria Magdalene venit mane , cum adhuc tenebræ eſſent , ad monumentum & vidit lapidem ſublatum a monumento .

(H) Tertul. *Apolog. c. 21. non longe a fine* . Tunc Judæi detractum , & ſepulcro conditum , magna etiam militaris cuſtodiæ diligentia circumſederunt , ne quia prædixerat tertia die reſurrecturum ſe a morte , diſcipuli furto amoliti cadaver fallerent ſuſpectos . Sed ecce die tertia , concuſſa repente terra , & mole revoluta quæ obſtruxerat ſepulcrum , & cuſtodia pavore disjecta , nullis apparentibus diſcipulis , nihil in ſepulcro repertum eſt , præterquam exuviæ ſepulti . Nihilominus tamen primores , quorum intererat , & ſcelus divulgare , & populum vectigalem & famulatem ſibi a fide revocare , ſurreptum a diſcipulis jactaverunt . Nam nec ille ſe in vulgus eduxit , ne impii errore liberarentur , ut & fides non mediocri præmio deſtinata , difficultate conſtaret . Cum diſcipulis autem quibuſdam apud Galilæam Judææ regionem ad *quadraginta* dies egit , docens eos quæ docerent . Dein ordinatis eis ad officium prædicandi per orbem , circumfuſa nube in cælum eſt ereptus .... Ea omnia ſuper Chriſto Pilatus , & ipſe jam pro ſua conſcientia Chriſtianus , Cæſari tunc Tiberio nuntiavit .

S. Justinus Martyr *Dialogo cum Tryphone Judæo . Edit. Pariſ. 1615. pag. 335.* Chriſtus apud vos vociferabatur daturum ſe vobis Jonæ ſignum , cohortans ut vel poſt reſurrectionem ejus a mortuis , de perpetratis malis ageretis pœnitentiam , & itidem ut Ninivitæ ploraretis apud Deum , ut ne gens & urbs veſtra ita caperetur everſa ſicut eſt everſa . Verum tantum abeſt ut pœnitentiam egeritis poſtquam eum a mortuis reſurrexiſſe accepiſtis , ut etiam eximiis delectis viris in omnem terrarum orbem eos miſeritis qui renunciarent , hæreſim & ſectam quamdam impiam & iniquam excitatam eſſe a Jeſu quodam Galilæo , plano & ſeductore ; quem a vobis crucifixum diſcipuli ejus noctu e monumento , ubi a cruce refixus poſitus erat , furto ſuſtulerint , & homines in errorem adduxerint aſſeverantes a mortuis eum excitatum eſſe , atque in cælum aſcendiſſe , quique calumnioſe ſermonibus ſpargerent , docuiſſe etiam ea illum , quæ impia & iniqua & impura apud omne genus hominum eſſe jactatis contra eos qui illum Chriſtum & doctorem & Filium Dei eſſe profitentur .

S. Aug. *In Pſ. XXXVII. n. 19.* Si enim dormiebant , unde ſciebant quod geſtum erat?

In Pſ. LXIII. n. 15. Quod perduxerunt illas ſcrutationes ſuas , quas perſcrutantes defecerunt , ut etiam mortuo Domino & ſepulto cuſtodes ponerent ad ſepulcrum? Dixerunt enim Pilato , ſeductor ille ; hoc appellabatur nomine Dominus Jeſus Chriſtus , ad ſolatium ſervorum ſuorum quando dicuntur ſeductores . Ergo illi Pilato , *Seductor ille* , inquiunt , *dixit adhuc vivens* , Matt. 28. 63. & ſeq.

Digitized by Google

exhibuit non ſemel, qui miſerunt manus in loca clavorum, qui manducaverunt & biberunt cum illo poſtquam reſurrexit a mortuis; qui tandem teſtimonium ſuum fuſo ſanguine obſi-
I gnarunt. (I)

I. Quinam ii ſunt quibus Chriſtus poſt reſurrectionem vivus apparuit?

R. Apparuit primo Mariæ Magdalenæ, ut Evangeliſtæ referunt. Hac apparitione voluit Chriſtus illius remunerare fidem, caritatem, fervorem & perſeverantiam in eo quærendo: tum ſignificare voluit afferre ſe præſens ſolatium
K iis qui ex fide & caritate contriſtantur. (K)

2. Apparuit ſanctis mulieribus quæ venerant ad ſepulcrum ad ungendum aromatibus corpus ejus: præcepitque illis ut nuntiarent fratribus ſuis, (ſic Apoſtolos & Diſcipulos ſuos appellavit) ut irent in Galilæam, ibi Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 21.
cum viſuri. (L) Nuntiaverunt illæ Apoſtolis L
& ceteris omnibus, *Et viſa ſunt ante illos, ſicut deliramentum, verba iſta, & non crediderunt illis.* Luc. xxiv. 11.

3. Apparuit Simoni Petro Apoſtolorum princi-
pi. (M) M

4. Apparuit Diſcipulis duobus euntibus in Em-
maus. (N) N

5. Apparuit undecim Apoſtolis in unum congregatis: venit ad eos Jeſus januis clauſis; *& exprobravit incredulitatem eorum & duritiam cor-* Marc. xvi. 14.

---

vivens, poſt tres dies reſurgam: jube itaque cuſtodiri ſepulcrum uſque in diem tertium, ne forte veniant diſcipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi, ſurrexit a mortuis; & erit noviſſimus error pejor priore. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam, ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes munierunt ſepulcrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus. Poſuerunt cuſtodes milites ad ſepulcrum, concuſſa terra Dominus reſurrexit: miracula facta ſunt talia circa ſepulcrum, ut & ipſi milites qui cuſtodes advenerant, teſtes fierent, ſi vellent vera nunciare: ſed avaritia illa quæ captivavit diſcipulum comitem Chriſti, captivavit & militem cuſtodem ſepulcri. Damus, loquiunt, vobis pecuniam; & dicita, quia vobis dormientibus venerunt diſcipuli ejus, & abſtulerunt eum. Quid eſt, quod dixiſti, o infelix aſtutia! Tantumne deſeris lucem conſilii pietatis, & in profunda verſutiæ demergeris ut hoc dicas, dicite quia vobis dormientibus venerunt diſcipuli ejus, & abſtulerunt eum? Dormientes teſtes adhibes? vere tu ipſe obdormiſti, qui ſcrutando talia,
defeciſti. Si dormiebant, quid videre potuerunt? Si nihil viderunt, quomodo teſtes ſunt? Sed *defecerunt*
Pſ. lxiii. 7. *ſcrutantes ſcrutationes*, defecerunt in luce Dei, defecerunt in ipſo effectu conſiliorum ſuorum.

(I) Act. x. 39. Et nos teſtes ſumus omnium, quæ fecit in regione Judæorum, & Jeruſalem, quem occiderunt ſuſpendentes in ligno. 40. Hunc Deus ſuſcitavit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri. 41. Non omni populo, ſed teſtibus præordinatis a Deo: nobis, qui manducavimus & bibimus cum illo, poſtquam reſurrexit a mortuis. 42. Et præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari, quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt a Deo judex vivorum & mortuorum.

(K) Marc. xvi. 9. Surgens autem mane, prima ſabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat ſeptem dæmonia. 10. Illa vidensnunciavit his qui cum eo fuerant, lugentibus, & flentibus. 11. Et illi audientes quia viveret & viſus eſſet ab ea, non crediderunt.

Eadem videre eſt Luc. xxiv.

Johan. xx. 11. Maria autem ſtabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinavit ſe, & proſpexit in monumentum: 12. & vidit duos Angelos in albis, ſedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi poſitum fuerat corpus Jeſu. 13. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum: 14. Hæc cum dixiſſet, converſa eſt retrorſum, & vidit Jeſum ſtantem: & non ſciebat quia Jeſus eſt. 15. Dicit ei: Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa exiſtimans, quia hortulanus eſſet, dicit ei: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi ubi poſuiſti eum; & ego eum tollam. 16. Dicit ei Jeſus: Maria. Converſa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur Magiſter. 17. Dicit ei Jeſus: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum; Deum meum, & Deum veſtrum. 18. Venit Maria Magdalene annuntians diſcipulis: quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.

Vide S. Aug. *Lib. 3. de Conſenſu Evangeliſtarum, a n. 63. & ſeq. ad finem libri.*

S. August. *Lib. 3. de Conſenſu Evang. Lib. 3. num. 69.* Venit Maria Magdalene ſine dubio ceteris mulieribus, quæ Domino miniſtraverant, plurima dilectione ferventior.

S. Greg. Magn. Papa *Homil. xxv. in Evang. ait.* (Maria Magdalene).. poſtquam venit ad monumentum, ibique corpus Dominicum non invenit, ſublatum credidit, atque diſcipulis nuntiavit, qui venientes viderunt, atque ita eſſe, ut mulier dixerat, crediderunt... Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans. Qua in re penſandum eſt, hujus mulieris mentem quanta vis amoris accenderat, quæ a monumento Domini, etiam diſcipulis recedentibus, non recedebat. Exquirebat quem non invenerat, flebat inquirendo, & amoris ſui igne ſuccenſa, ejus quem ablatum credidit, ardebat deſiderio. Unde contigit, ut eum ſola tunc videret, quæ remanſerat ut quæreret: quia nimirum virtus boni operis, perſeve-
rantia eſt: & voce veritatis dicitur: *Qui autem perſeve-* Mat. x. 23.
raverit uſque in finem, hic ſalvus erit ... Sed Maria & xxiv. 13.
cum fleret, inclinavit ſe, & proſpexit in monumentum. Certe jam monumentum vacuum viderat, jam ſublatum Dominum nuntiaverat: Quid eſt quod ſe iterum inclinat, iterum videre deſiderat? Sed amanti ſemel aſpexiſſe non ſufficit: quia vis amoris intenſionem multiplicat inquiſitionis. Quæſivit ergo prius, & minime invenit: perſeveravit ut quæreret, unde & contigit ut inveniret: actumque eſt ut deſideria dilata creſcerent, & creſcentia caperent quod inveniſſent. Hinc eſt enim quod de eodem ſponſo Eccleſia
in Canticis canticorum dicit: *In lectulo meo per no-* Cant. iii. 1.
ctes quæſivi quem diligit anima mea, quæſivi illum & 2.
non inveni. Surgam & circuibo civitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea.

(L) Matth. xxviii. 1. Veſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati, venit Maria Magdalene & altera Maria videre ſepulcrum... 5. Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus... Surrexit... 8. Et exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nuntiare diſcipulis ejus. 9. Et ecce occurrit eis, dicens: Avete. Illæ autem acceſſerunt & tenuerunt pedes ejus & adoraverunt eum. 10. Tunc ait illis Jeſus: Nolite timere, ite nunciate fratribus meis ut eant in Galilæam, ibi me videbunt.

(M) Luc. xxiv. 34... Surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni.

1. Cor. xv. 5. Et quia viſus eſt Cephæ, & poſt hoc undecim.

(N) Luc. xxiv. 13. Et ecce duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Jeruſalem, nomine Emmaus. 14. Et ipſi loquebantur ad invicem de his omnibus quæ acciderant. 15. Et factum eſt, dum fabularentur, & ſecum quærerent: & ipſe Jeſus appropinquans ibat cum illis: 16. Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoſcerent. 17. Et ait ad illos: Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad invicem ambulantes, & eſtis triſtes? 18. Et reſpondens unus cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu ſolus peregrinus es in Jeruſalem, & non cognoviſti quæ facta ſunt in illa his diebus? 19. Quibus ille dixit: Quæ? & dixerunt: De Jeſu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens in opere & ſermone, coram Deo & omni populo: 20. & quomodo eum tradiderunt ſummi Sacerdotes, & principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. 21. Nos autem ſperabamus quia ipſe eſſet redempturus Iſrael: & nunc ſuper hæc omnia, tertia dies eſt hodie quod hæc facta ſunt. 22. Sed & mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, 23. &, non invento corpore ejus, venerunt dicentes: Se etiam viſionem Angelorum vidiſſe, qui dicunt eum vivere. 24. Et abierunt quidam ex noſtris ad monumentum; & ita invenerunt ſicut mulieres dixerunt, ipſum vero non invenerunt. 25. & Ipſe dixit ad eos: O ſtulti, & tardi corde ad credendum, in omnibus quæ locuti ſunt Pro-

Digitized by Google

Luc. xxiv. 37. *cordis, quia iis qui viderant eum reſurrexiſſe non crediderunt. Conturbati & conterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre.* 38. Et dixit eis: *Quid turbati eſtis? ... 39. Videte manus meas & pedes, quia ego ipſe ſum: palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. 40. Et .... oſtendit eis manus & pedes & latus. 41. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? 42. At illi obtulerunt illi partem piſcis aſſi & favum mellis. 43. Et cum manducaſſet coram eis; ſumens reliquias dedit eis.*

Joh. xx. 22. Tunc *inſufflavit ſuper eos, & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum. 23. Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.*

Supradictæ omnes apparitiones factæ ſunt ipſa die reſurrectionis.

Ibid. 24. 6. *Thomas non erat cum* ceteris Apoſtolis *quando venit ad eos Jeſus*. Noluit ergo credere dicentibus vidiſſe ſe Dominum; atque, *Niſi*

Ibid. 25. *videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam*. Poſt dies octo venit Jeſus iterum januis clauſis in locum ubi erant Diſcipuli congregati, & Thomas cum eis: oſtendit Jeſus Thomæ manus & latus, deditque cicatrices palpandas. Credidit Thomas,

Ibid. 28. & præ admiratione adorans ait, *Dominus meus & Deus meus*. (O) O

7. Poſtea manifeſtavit ſe iterum Jeſus in Galilæa ad mare Tiberiadis Petro, Jacobo, & Johanni filiis Zebedæi, Thomæ, Nathanaeli & aliis duobus, cum ſimul omnes piſcarentur. Qui cum tota nocte nil prendidiſſent, miſſo, juſſu Chriſti, ad dextram navigii rete, ceperunt piſces magnos centum quinquaginta tres. Deinde manducavit Jeſus cum eis. Tunc voluit Petrum triplici amoris teſtimonio diluere culpam quam triplici negatione commiſerat, deditque illi curam paſcendi gregis Dominici. Denique prædixit Petro quo genere martyrii eſſet moriturus, ſciſcitantique de morte Johannis Evangeliſtæ noluit rem indicare, & quærentis curioſitatem repreſſit. (P) P

8. Convocatis Jeſus in monte Galilææ Apoſtolis & Diſcipulis, congregati ſunt ibi plusquam quingenti fratres ſimul: quibus præbuit ſeipſum vivum, ſicut ipſa die reſurrectionis promiſerat per Angelos & ſanctas mulieres. (Q) Q

9. Viſus eſt Jacobo, qui primus fuit Jeroſolymorum Epiſcopus.

10. Tandem apparuit Diſcipulis omnibus ipſa aſcenſionis die. (R) De qua ultima apparitione infra dicemus fuſius. R

Jam ſupra dictas decem apparitiones nec plures memorat Scriptura. Ait tamen in genere Chriſtum per dies quadraginta, quibus ſuper terram commoratus eſt a die reſurrectionis ad Aſcenſionem, apparuiſſe ſæpius Apoſtolis, ut eos præceptis ſuis informaret & loqueretur de regno Dei. Itaque probabile eſt multo plures fuiſſe Chriſti apparitiones quam decem ſupra dictas, etiamſi illæ non ſcriptæ ſint. (S) S

Hujuſce cap. §. 22.

I. Num-

Prophetæ! 26. Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? 27. Et incipiens a Moyſe, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de illo erant. 28. Et appropinquaverunt caſtello quo ibant, & ipſe ſe finxit longius ire. 29. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiſcum, quoniam adveſperaſcit, & inclinata eſt jam dies, & intravit cum illis. 30. Et factum eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. 31. Et aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt eum: & ipſe evanuit ex oculis eorum. 32. Et dixerunt ad invicem: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?

(O) JOHAN. XX. 26. Et poſt dies octo, iterum erant Diſcipuli ejus intus, & Thomas cum eis. Venit Jeſus januis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit: Pax vobis. 27. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. 28. Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. 29. Dixit ei Jeſus: Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti: beati qui non viderunt & crediderunt.

(P) JOHAN. XXI. 1. Poſtea manifeſtavit ſe iterum Jeſus Diſcipulis ad mare Tiberiadis. Manifeſtavit autem ſic: 2. Erant ſimul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didimus, & Nathanael qui erat a Cana Galilææ, & filii Zebedæi, & alii ex Diſcipulis ejus duo. 3. Dicit eis Simon Petrus: Vado piſcari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & aſcenderunt in navim: & illa nocte nihil prendiderunt. 4. Mane autem facto ſtetit Jeſus in littore: non tamen cognoverunt Diſcipuli quia Jeſus eſt. 5. Dixit ergo eis Jeſus: Pueri numquid pulmentarium habetis? Reſponderunt ei: Non. 6. Dicit eis: Mittite in dexteram navigii rete, & invenietis: miſerunt ergo; & jam non valebant illud trahere præ multitudine piſcium. 7. Dixit ergo Diſcipulus ille, quem diligebat Jeſus, Petro: Dominus eſt. Simon Petrus cum audiſſet quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. 8. Alii autem Diſcipuli navigio venerunt, (non enim longe erant a terra, ſed quaſi cubitis ducentis) trahentes rete piſcium. 9. Ut ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum, & panem. 10. Dicit eis Jeſus: Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc. 11. Aſcendit Simon Petrus & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus: & cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. 12. Dicit eis Jeſus: Venite, prandete: & nemo audebat diſcumbentium interrogare eum: Tu quis es? Scientes, quia Dominus eſt. 13. Et venit Jeſus, & accepit panem, & dat eis & piſcem ſimiliter. 14. Hoc jam tertio manifeſtatus eſt Jeſus Diſcipulis ſuis, cum reſurrexiſſet a mortuis. 15. Cum ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Jeſus: Simon Johannis diligis me plus his? Dicit ei: etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. 16. Dicit ei iterum: Simon Johannis, diligis me? ait illi: etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. 17. Dicit ei tertio: Simon Johannis, amas me? contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me; & dixit ei: Domine tu omnia noſti: tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce oves meas. 18. Amen, amen dico tibi, cum eſſes junior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. 19. Hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum; & cum hoc dixiſſet, dicit ei: Sequere me. 20. Converſus Petrus vidit illum Diſcipulum, quem diligebat Jeſus, ſequentem, qui & recubuit in cœna ſuper pectus ejus, & dixit: Domine, quis eſt qui tradet te? 21. Hunc ergo cum vidiſſet Petrus, dixit Jeſu: Domine: hic autem quid? 22. Dicit ei Jeſus: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me ſequere. 23. Exiit ergo ſermo iſte inter fratres, quia Diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jeſus: Non moritur; ſed: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?

(Q) MATT. XXVIII. 16. Undecim autem Diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem, ubi conſtituerat illis Jeſus. 17. Et videntes eum adoraverunt: quidam autem dubitaverunt. 18. Et accedens Jeſus locutus eſt eis, dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. 19. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. 20. Docentes eos ſervare omnia quæcumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi.

1. COR. XV. 6. Deinde viſus eſt plusquam quingentis fratribus ſimul: ex quibus multi manent uſque adhuc, quidam autem dormierunt.

(R) 1. COR. XV. 7. Deinde viſus eſt Jacobo, deinde Apoſtolis omnibus.

(S) ACTOR. I. 3. Quibus (Apoſtolis) & præbuit ſeipſum vivum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis,

per

Digitized by Google

I. Numquid Virgini-Matri ſuæ Chriſtus poſt reſurrectionem apparuit?

A. Id ut credamus multa nos & gravia argumenta ex rei convenientia petita movent. Altum tamen in Scripturis de illa apparitione ſilentium, ſive ut inde commendetur humilitas Mariæ, quæ divinis cumulata beneficiis noluit tamen ea temere manifeſtari, ſed quantum in ſe fuit preſſit ſilentio: ſive ut inde ſignificetur quanta fuerit fides & ſpes Mariæ, quæ hujusmodi ſolatio non indigeret.

I. Numquid & poſt reſurrectionem apparuit Chriſtus Judæis & gentibus qui eum crucifixerant?

R. Manifeſtavit ſe *non omni populo*, inquit
Act. 10. 41. Petrus Apoſtolus, *ſed teſtibus præordinatis a Deo*: noluit exhibere ſe vivum impiis tanao beneficio
Tertull. Apol. c. 21. indignis, *ne impii errore liberarentur, & ut fides non mediocri premio deſtinata, difficultate conſtaret*, inquit Tertullianus.

I. Certiſſimumne eſt & exceptione majus teſtimonium eorum qui Chriſtum reſurrexiſſe prædicaverunt?

R. Tam certum eſt horum teſtimonium quam quod certiſſimum. Fieri non poteſt ut ipſi vel decepti, vel deceptores fuerint. Nam

1. Pinsquam quingenti fuere teſtes oculati, ex quorum numero ne unus quidem fuit, qui ſibi non conſtiterit: omnes fere pro aſſerenda ſui teſtimonii veritate mori non dubitarunt. Multosne reperias, qui, etſi religio animos addat, velint vel pro cognita veritate mortem oppetere? Sed qui pro aſſerenda contra facti conſcientiam falſitate mortem ſubierit, quis unquam viſus eſt?

2. Qui Chriſtum poſt reſurrectionem viderunt & vidiſſe palam teſtati ſunt, ii fuere rudes, imperiti, ſimplices, timidi; in quos proinde cadere non potuit conſilium tam inauditum, tam periculoſum. Numquam ſane adduci potuiſſent, niſi vis ipſa veritatis ageret, ut cunſtantes prædicarent rem alioqui incredibilem, cui contradicendum optime noverant a tot viris peritis, malignis, potentibus; rem, inquam, cujus prædicatione tot erant in ſe & tam graves perſecutiones concitaturi.

3. Dum perhibebant teſtimonium huic veritati, quæ fundamentum eſt noſtræ religionis, producebant in medium Prophetas qui rem longe ante prædixerant: (T) firmabantque teſtimonium ſuum miraculis inſignibus,
T

quibus adducebantur infiniti propemodum homines ad credendum, (V) ſpreto mortis periculo: veniebant enim in diſcrimen capitis quicunque crederent. Fiebant autem hæc miracula coram infenſiſſimis Chriſti hoſtibus, qui factorum veritatem nunquam auſi ſunt negare, quanquam ad eorum vim elevandam magicis artibus ea tribuerent; quaſi vero diabolus pro ſuo ipſius imperio deſtruendo conſpiraſſet. Quid quod Apoſtoli timidi & increduli dum Chriſtus viveret, dum poſſet eos ipſe ſua præſentia, auctoritate, præceptis, monitis, miraculis roborare; tunc ſolum conſtantes & impavidi & pleni fide ſunt, cum Chriſtus e vivis exceſſit? Sane niſi eos Chriſtus e mortuis ſuſcitatus roboraſſet, an ſuam ipſi ſupinam credulitatem vel tunc non intellexiſſent? An non agnoviſſent fuiſſe ſe a Chriſto dum viveret deluſos?

Part. I. Sect. II. Cap. I. §. 21.

V

4. Apoſtoli non ſolum prædicabant Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis, ſed & juxta veteres Prophetias prædicebant jam jam gentes omnes ad Chriſtum eſſe convertendas, & per eum vocandas ad cognitionem & cultum unius ſupremi numinis. (X) Dum hæc dicerent, totus orbis Idolorum & Pſeudo deorum cultu & veneratione tenebatur, neque erat ulla ratione credibile poſſe unquam a ſua ſuperſtitione avocari. Addebant Apoſtoli jam veniſſe tempus reprobationis Judæorum, & per totum orbem diſperſionis; nec eos niſi in fine mundi convertendos ad Dominum. (Y) Dum hæc dicerent ſtabat Jeruſalem, ſtabat templum, Judæi alta pace fruebantur, non cernebatur ullum tam ſtupendæ mutationis fundamentum. Oraculorum Apoſtolicorum veritatem probavit eventus. Jam tunc cœperunt ad Chriſtum converti gentes quæ tandem turmatim ad Eccleſiam confugerunt. Judæi reprobati & per totum orbem diſſipati ſunt; & perſeverat etiamnum horum deſolatio.

X

Y

Si quis ejuſmodi argumentorum pondus & efficaciam non ſentit, næ ille imbecillis ingenio eſt. Si quis eum ſentiat, non credit, næ ille eſt corde obduratiſſimus.

I. Cur dixiſti veritatem reſurrectionis Chriſti fundamentum eſſe noſtræ religionis?

R. Quia ſi Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt Apoſtolorum prædicatio, inanis eſt fides noſtra; inveniuntur Apoſtoli falſi teſtes, falſæ ſunt prophetiæ veteres de reſurrectione;

ruit

per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. 4. Et conveſcens, præcepit eis ab Jeroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem Patris, quam audiſtis (inquit) per os meum: 5. Quia Johannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto non poſt multos hos dies. 6. Igitur qui convenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſraei? 7. Dixit autem eis: Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. 8. Sed accipietis virtutem ſupervenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Judæa & Samaria, & uſque ad ultimum terræ.

(T) *Lege ſupra lit.* (C) *allatos Petri ſermones ex capitibus* 11. *&* XIII. *Act. Apoſt.*

(V) MARC. XVI. 17. Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur: in nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis. 18. Serpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt ...... 20...... Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante; ſequentibus ſignis.

(X) ROM. XV. 9. Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum, ſicut ſcriptum eſt; Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. 10. Et iterum dicit: Lætamini gentes cum plebe ejus. 11. Et iterum: Laudate omnes gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi. 12. Et rurſus Iſaias ait: Erit radix Jeſſe, & qui exurget regere gentes, in eum gentes ſperabunt.

2. Reg. 22. 50. & Pſal. 17. 50.
Pſ. 116. 1.
Iſai. 11. 10.

(Y) ROM. XI. 23. Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur: potens eſt enim Deus iterum inſerere illos. 24. Nam ſi tu ex naturali excisus es oleaſtro, & contra naturam inſertus es in bonam olivam: quanto magis ii, qui ſecundum naturam inſerentur ſuæ olivæ? 25. Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc, (ut non ſitis vobis ipſis ſapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, 26. & ſic omnis Iſrael ſalvus fieret, ſicut ſcriptum eſt: Veniet ex Sion, qui eripiat, & avertat impietatem a Jacob. 27. Et hoc illis a me teſtamentum: cum abſtulero peccata eorum.
Iſai. 59. 20.

a. Cor.

Digitized by Google

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 26.

ruit tota religio. Si autem Chriſtus reſurrexit, verum eſt teſtimonium eorum qui ſcripſerunt ipſum vel reſurrexiſſe [vel reſurrecturum; vera ſunt ergo & credenda alia quæcumque vel Apoſtoli vel Prophetæ ſcripſere. At ubi ſtat inconcuſſa veritas Scripturarum & auctoritas Apoſtolorum; nonne conſequenter ſtat inconcuſſa veritas religionis Chriſtianæ? Quis itaque niſi inſipiens eam conſequenter non amplectatur? (Z)

Z *I.* Cur Chriſtus non eſt poſt reſurrectionem cum Apoſtolis ſicut antea converſatus? cur voluit illis identidem ſolum apparere?

R. 1. Ut occultaret ſe Judæis & impiis, propter rationes divinæ ſuæ ſapientiæ cognitas, quas ſuperius attigimus.

2. Ut ſignificaret aliam eſſe vitam glorioſam a vita mortali.

3. Ut ſignificaret grande illud myſterium de quo loquitur Apoſtolus, dum innuit reſurrectionem Chriſti typum eſſe reſurrectionis noſtræ ſpiritualis; & vitam Chriſti in carne reſuſcitati typum eſſe vitæ Chriſtiani in ſpiritu reſuſcitati. (AA) AA

Rem explico.

Is ſuſcitatus ſpiritu dicitur, qui in novitate

Rom. vi. 6. vitæ ambulat. Sicut *Chriſtus reſurgens ex mortuis jam non moritur*, inquit Apoſtolus, ita & nos ſi Spiritualiter cum Chriſto reſurreximus, ſumus mortui quidem peccato, viventes autem Deo; ita ut non regnet amplius peccatum in nobis, & quæ ſurſum ſunt quæramus, quæ ſurſum ſunt ſapiamus, non quæ ſuper terram. Huic ſancti Apoſtoli doctrinæ ſtando addere licet, quemadmodum Chriſtus poſt reſurrectionem non converſatus eſt amplius inter homines mortales, ſed illis ad diem uſque adſcenſionis ſuæ identidem ſolum apparuit, ut eos & in fide reſurrectionis ſuæ firmaret, & inſtitueret ad ea quæ Dei ſunt; ita Chriſtiano ſi ſpiritu ſuſcitatus ſit, ſic inſtituendam novam vitæ rationem, ut reliquum vitæ ſuæ tempus ad ſuam uſque in cælum aſſumptionem, cujus vita Chriſti poſt reſurrectionem typus fuit, totum iis rebus impendat quæ ad Deum & ad cælorum regnum pertinent; nec delectetur conſortio & colloquiis hominum qui ſecundum carnem ambulant, nec verſetur inter eos niſi ex neceſſitate charitatis & juſſu Dei. (BB) BB

§. 22. *Adſcenſio Chriſti. Ejus in cælo Dotes & Nomina ſummatim proferuntur.* *§. præced.*

I. Quot tranſegit Chriſtus in terris dies poſt reſurrectionem?

R. Dies quadraginta, ut ſupra diximus.

I. Cur dies hos tranſegit Chriſtus in terris poſt reſurrectionem?

R. Ut ſuæ probaret hominibus reſurrectionis veritatem, Apoſtoloſque paſſione magiſtri ſui turbatos firmaret; firmatos ab incredulitate revocaret; revocatos ad fidem, imbueret omnibus documentis neceſſariis ad prædicandum Evangelium omni creaturæ. (A) A

I. Quid egit die quadrageſima?

R. Congregatis Apoſtolis omnibus in urbe Jeru-

(Z) 1. Cor. xv. 3. Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quia Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum Scripturas: 4. & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas: 5. Et quia viſus eſt Cephæ, & poſt hoc undecim: 6. Deinde viſus eſt plusquam quingentis fratribus ſimul .... 7. Deinde viſus eſt Jacob, deinde Apoſtolis omnibus: 8. Noviſſime autem omnium tamquam abortivo, viſus eſt & mihi ... 11.... Sic prædicamus, & ſic crediditis. 12. Si autem Chriſtus prædicatur quod reſurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt? 13. Si autem reſurrectio mortuorum non eſt, neque Chriſtus reſurrexit. 14. Si autem Chriſtus non ſurrexit, inanis eſt ergo prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra. 15. Invenimur autem & falſi teſtes Dei: quoniam teſtimonium diximus adverſus Deum, quod ſuſcitaverit Chriſtum; quem non ſuſcitavit, ſi mortui non reſurgunt. 16. Nam ſi mortui non reſurgunt, neque Chriſtus ſurrexit. 17. Quod ſi Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra, adhuc enim eſtis in peccatis veſtris. 18. Ergo & qui dormierunt in Chriſto perierunt. 19. Si in hac vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. 20. Nunc autem Chriſtus ſurrexit a mortuis primitiæ dormientium.

(AA) 1. Cor. xv. 35. Sed dicet aliquis: Quomodo reſurgunt mortui? Qualive corpore venient? 36. Inſipiens, tu quod ſeminas non vivificatur, niſi prius moriatur. 37. Et quod ſeminas, non corpus, quod futurum eſt ſeminas, ſed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus cæterorum. 38. Deus autem dat illi corpus ſicut vult; & unicuique ſeminum proprium corpus. 39. Non omnis caro eadem caro: ſed alia quidem hominum, alia vero pecorum; alia volucrum, alia autem piſcium. 40. Et corpora cæleſtia, & corpora terreſtria; ſed alia quidem cæleſtium gloria, alia autem terreſtrium. 41. Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum. Stella enim a ſtella differt in claritate: 42. Sic & reſurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione. 43. Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria; ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute. 44. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale. Si eſt corpus ani-

Gen. ii. 7. male, eſt & ſpiritale ſicut ſcriptum eſt; 45. Factus eſt primus homo Adam in animam viventem, noviſſimus Adam in ſpiritum vivificantem. 46. Sed non prius quod ſpiritale eſt, ſed quod animale: deinde quod ſpiritale. 47. Primus homo de terra, terrenus; ſecundus homo de cælo, cæleſtis. 48. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. 49. Igitur, ſicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis. 50. Hoc autem dico fratres: quia caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt: neque corruptio incorruptelam poſſidebit.

(BB) Rom. vi. 4. .... Ut quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. 5. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus: ſimul & reſurrectionis erimus. 8. Si autem mortui ſumus cum Chriſto; credimus quia ſimul etiam vivemus cum Chriſto: 9. Scientes quod Chriſtus reſurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. 10. Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod autem vivit, vivit Deo.

Coloss. iii. 1. Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus in dextera Dei ſedens: Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.

S. Thomas 3. *par. quæſt.* 55. *art.* 3. *in corpore*. Ad veritatem reſurrectionis (Chriſti) manifeſtandam, ſufficit quod pluries eis (Diſcipulis) apparuit, & cum eis familiariter eſt locutus, & comedit, & bibit, & ſe eis palpandum præbuit. Ad gloriam autem reſurgentis manifeſtandam, noluit continue converſari cum eis, ſicut prius fecerat, ne videretur ad talem vitam reſurrexiſſe, qualem prius habuerat.

(A) S. Leo *Serm.* 71. *qui eſt de Aſcenſ. Domini* 1. *cap.* 1. *initio*. Poſt beatam & glorioſam Reſurrectionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qua verum Dei templum Judaica impietate reſolutum, divina in triduo potentia ſuſcitavit, quadrageſimarius hodie, dilectiſſimi, ſanctorum dierum expletus eſt numerus, ſacratiſſima ordinatione diſpoſitus, & ad utilitatem noſtræ eruditionis impenſus: ut dum a Domino in hoc ſpatium mora præſentiæ corporalis extenditur, fides reſurrectionis documentis neceſſariis muniretur. Mors enim Chriſti multum Diſcipulorum corda turbaverat, & de ſupplicio crucis, de emiſſione ſpiritus, de exanimati corporis ſepultura, gravatis mœſti-

Digitized by Google

Mat. xxviii. 18. 19. Jeruſalem apparuit Jeſus & dixit illis: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra: euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti*. Tum promiſit, non ſolum illis, ſed & omnibus qui per eum credituri eſſent, virtutem ſignorum & miraculorum; (B) addiditque, *Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi*. Qua ſolemni promiſſione ſe nunquam ab Eccleſia diſceſſurum pollicitus eſt. Promiſit quoque Apoſtolis mittendum a ſe non poſt multos dies Spiritum ſanctum; præcepitque ne interea Jeroſolymis diſcederent, donec induerentur virtute ex alto. Denique aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas. (C)

B — Ibid. 20.

C — Luc. xxiv. 50. Act. 1. 12. Luc. xxiv. 50. 51. Act. 1. 9.

Eduxit eos poſtea *foras in Bethaniam*, atque inde in montem Olivarum, juxta Jeruſalem. Ubi illuc ventum eſt, *Elevatis manibus* Jeſus *benedixit eis: & factum eſt dum benediceret receſſit ab eis, & ferebatur in cælum: Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum*.

Ibid. 10. 11. *Cumque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri adſtiterunt juxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi quid ſtatis adſpicientes in cælum? Hic Jeſus qui aſſumptus eſt a vobis in cælum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum*. (D)

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 22.

D

I. Chriſtus ergo jam in terris non amplius verſatur?

R. Jam in terris non ita verſatur quidem, ut videri oculis poſſit; verſatur tamen modo inviſibili, idque ratione duplici: 1. Præſentia ſua reali & corporali in ſacratiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. (E) 2. Præſentia ſpirituali, id eſt gratia & protectione qua toti Eccleſiæ, quin & ſingulis fidelibus adeſt. (F) E F

I. Quomodo Chriſtus eſt in cælo?

R. Sedet ibi ad dexteram Dei Patris. (G) G

I. Quid? Deus habet dexteram?

R. Nullatenus, Deus enim ſpiritus eſt & non corpus. Sed hac tranſlata locutione ſignificare voluit Spiritus ſanctus, Chriſtum qua Deus eſt, eamdem in cælo habere poteſtatem cum Patre; & qua homo, exaltatum eſſe magnitudine gloriæ & potentiæ ſupra omnem creaturam, ut ait Apoſtolus. (H) H

I. Cur dicitur Chriſtus in cælis ſedere?

R. Ut hac loquendi formula intelligamus Chriſtum in cælis eſſe, 1. Tamquam in loco quie-

mæſtitudine mentibus, quidam diffidentiæ torpor obrepſerat ... Quam utique hæſitationem humanam infirmitate nutantem, nequaquam permiſiſſet Spiritus veritatis prædicatorum ſuorum infuſſe pectoribus: niſi illa trepida ſollicitudo, & curioſa cunctatio, noſtræ fidei fundamenta jeciſſet. Noſtris igitur perturbationibus, noſtriſque periculis in Apoſtolis conſulebatur: nos in illis viris contra calumnias impiorum, & contra terrenæ argumenta ſapientiæ docebamur. Nos illorum inſtruxit aſpectus, nos erudivit auditus, nos confirmavit attactus ... Dubitatum eſt ab illis, ne dubitaretur a nobis.

(B) MARC. XVI. 17. Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur: in nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis. 18. Serpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt.

(C) LUC. XXIV. 45. Tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas. 46. Et dixit eis: quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere a mortuis tertia die: 47. Et prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Jeroſolyma. 48. Vos autem teſtes eſtis horum.

(D) MARC. XVI. 19. Et Dominus quidem Jeſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet a dextris Dei.

(E) *Vide 3. part. hujuſce operis, Sect. 1. cap. IV. §. IV.*

(F) MATTH. XXVIII. 20. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi.

(G) PSAL. CIX. 1. Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis: Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum.

ROM. VIII. 34. Chriſtus Jeſus, qui mortuus eſt, imo qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

COLOSS. III. 1. Quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens.

HEB. 1. 3. Qui cum ſit ſplendor gloriæ ... ſedet ad dexteram majeſtatis in excelſis ... 13. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede a dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

1. PETR. III. 22. Qui (Jeſus Chriſtus) eſt in dextera Dei, deglutiens mortem ut vitæ æternæ hæredes efficeremur: profectus in cælum, ſubjectis ſibi Angelis, & poteſtatibus & virtutibus.

(H) EPHES. 1. 18... Ut ſciatis ... 19. Quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus ſecundum operationem potentiæ virtutis ejus, 20. quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans illum a mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus, 21. ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. 22. Et omnia ſubjecit ſub pedibus ejus: & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, 23. quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimplet.

S. JOHAN. CHRYSOST. *Homil. 59. contra Anomæos 6. paulo poſt med.* (*Chriſtum*) a dextris jubet ſedere, ut æqualem honorem & poteſtatem non inferiorem diſcas. Miniſter enim, non ſedet ſed adſtat. Sedere dominicæ poteſtatis eſt, adſtare ſervilis & ſubjectæ conditionis: propterea & Daniel dicit: *Aſpiciebam donec poſiti ſunt throni, & antiquus dierum ſedit .... Decies mille myriades miniſtrabant ei, & mille millia aſſiſtebant ei*. Et iterum Iſaias: *Videbam Dominum ſedentem ſuper thronum excelſum & elevatum ... & Seraphim in circuitu ejus ſteterunt*. Michæas autem: *Videbam Dominum Deum Iſrael ſedentem ſuper thronum ſuum, & omnis exercitus cæli ſtabat a dextris ejus & a ſiniſtris ejus*. Vides ubique ſupernas virtutes aſſiſtentes, ipſum autem ſedentem? Cum igitur videris & Filium a dextris habentem cathedram, non miniſtrantis dignitatem quamdam putes, ſed habentis auctoritatem dominicam. Idcirco & Paulus eum utraque ſciret, quod adſtare miniſtrantium ſit, ſedere autem imperantium & præſidentium: vide quomodo hæc ſeparat, dicens: *Angelis quidem ſuis inquit, Qui facit Angelos ſuos ſpiritus; & miniſtros ſuos flammam ignis. Filio autem: Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi*: per thronum regiam poteſtatem deſignans. Itaque cum ſermo noſter omnino probarit Filii dignitatem non ſervilem, ſed berilem eſſe, adoremus quoque ut Dominum ipſum & Patri honore coæqualem.

Dan. VII. 9. 10. Iſai. VI. v. 2. 3. Reg. XXII. 19. Hebr. 1. 7. 8.

S. AUG. *Lib. de Fide & Symb. c. 7. n. 14.* Credimus etiam, quod *ſedet ad dexteram Patris*. Nec ideo tamen quaſi humana forma circumſcriptum eſſe Deum Patrem arbitrandum eſt, ut de illo cogitantibus dextrum aut ſiniſtrum latus animo occurrat; aut idipſum quod ſedere Pater dicitur, flexis poplitibus fieri putandum eſt .... Ad dexteram ergo intelligendum eſt ſic dictum eſſe, in ſumma beatitudine, ubi juſtitia & pax & gaudium eſt ... Sedere ergo quod dicitur Deus, non membrorum poſitionem, ſed judiciariam ſignificat poteſtatem, quia illa majeſtas nunquam caret, ſemper digna dignis tribuendo.

Symb. Apoſtol.

ESTIUS *hic, ideſt in v. 20. c. 1. Epheſ.*... Corporaliter & ſecundum humanam naturam elevatus in cælum, qui eſt locus beatorum ac ſedes Dei; proximam illic a Deo Patre dignitatem, auctoritatem & gloriam, quietus poſſidet; proximam dico quatenus homo eſt; nam in quantum Deus ab æterno omnia habet eadem cum Patre.

CORN. A LAPIDE *in c. 3. v. 1. ad Coloſſ.* Athanaſius & alii putant per ſedere hic ſignificari æqualem majeſtatem Filii cum Patre, ſcilicet divinam, quam quiete & pacifice cum Patre poſſidet, & ſimul cum eo regnet quaſi ſummus Rex & Dominus omnium .. Omnis honor & prædicatio quæ tribuitur Verbo tribuitur & Chriſto homini; ſedet ergo Chriſtus homo a dextris Dei, ſic eſt præeſt omnibus quaſi ſummus Rex ac judex, qui tanta dignitate præcellit, ut in eodem ſolio cum Deo ſit, & eadem cum eo adoratione colatur ... Pari ergo modo ſedere Chriſtum ad dexteram Patris eſt Chriſtum eſſe ſocium & participem 1. virtutis & omnipotentiæ paternæ, 2. firmitatis, ſtabilitatis & æternitatis ejuſdem, 3. veritatis, æquitatis & fidei ejuſdem.

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 22. quietis æternæ poſt labores, 2. Tanquam in throno regni ſui. (I)

I *I.* Fuitne hominibus utilis adſcenſio Chriſti in cælum?

R. Multum per omnem modum: 1. Etenim hac die vere dici poteſt natura humana triumphum egiſſe.

2. Adſcenſio Chriſti inconcuſſum eſt ſpei noſtræ fundamentum.

3. Dici poteſt adſcenſio conſummatio ſacrificii Chriſti.

I. Cur eis adſcenſionis die triumphaſſe naturam humanam?

R. Quia, 1. Hac die Chriſtus aſſumptam hominum naturam introduxit in poſſeſſionem gloriæ æternæ, ad quam fuerant homines conditi.

Pſal. LXVII. 19. *Epheſ.* IV. 9. 2. *Adſcendens Chriſtus in altum captivam duxit captivitatem*, hoc eſt ſanctos omnes qui captivi antea detinebantur in inferis & quos probabile eſt commoratos cum eo fuiſſe a die reſurrectionis, adſcendens in cælos ſecum duxit. (K) K

I. Cur ais Adſcenſionem Chriſti in cælum eſſe fundamentum ſpei noſtræ?

R. Quia in cælum Chriſtus præcurſor pro nobis introivit, ſuumque pro nobis in cruce ſanguinem jugiter offert, ut docet Apoſtolus. (L) L

I. Cur ais Adſcenſionem Chriſti dici poſſe conſummationem ſacrificii Chriſti?

R. Hoc alibi & fuſe quidem explicabimus ubi agemus de Chriſti ſacrificio, *Parte* 3. *Sect.* 2. *cap.* 7. §. IV. VI. *&* XXII. *n.* 12.

I. Extant ne prophetiæ veteres de Adſcenſione Chriſti?

R. Extant non paucæ. Hæc habet David:

Pſal. XXIII. 7. 9. *Attollite portas principes veſtras & elevamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.*

Pſ. LV. 16. 12 *Exaltare ſuper cælos Deus: & ſuper omnem terram gloria tua.*

Pſ. XLVI. 6. 9. *Adſcendit Deus in Jubilo & Dominus in voce tubæ ... Regnabit Deus ſuper gentes. Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.*

Pſ. LXVII. 5 *Cantate Deo, Pſalmum dicite nomini ejus: iter facite ei qui adſcendit ſuper occaſum. Dominus nomen illi .... 19. Aſcendiſti in altum, cepiſti captivatem, accepiſti dona in hominibus ... 33. Regna terræ cantate Deo; pſallite Domino, pſallite Deo. 34 Qui adſcendit ſuper cælum cæli ad orientem. Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis. 35. Date gloriam Deo ſuper Iſrael; magnificentia ejus & virtus ejus in nubibus.* (M) M

Zach. XIV. 43. Zacharias Propheta hæc habet: *Et ſtabunt pedes ejus in die illa ſuper montem Olivarum, qui eſt contra Jeruſalem.*

Hæc prophetia ut intelligatur ſciendum eſt, ſic impreſſa fuiſſe in monte Oliveti Chriſti ad cælum adſcendentis veſtigia, ut numquam deleri potuerint. Reſerunt id S. Paulinus, S. Auguſtinus, Sulpitius Severus & alii. Verba Sulpitii Severi accipe.

Hiſt. Sa. Lib. 2. *Helena mater Conſtantini Baſilicam in loco Dominicæ adſcenſionis conſtituit. Illud mirum, quod locus ille in quo poſtremum inſtiterant divina veſtigia, cum in cælum Dominus nube ſublatus eſt, continuari pavimento cum reliqua ſtratorum parte, non potuit. Si quidem quæcumque applicabantur, inſolens humana ſuſcipere terra reſpueret; excuſſis in ora apponentium ſæpe marmoribus. Quin etiam calcati Deo pulveris adeo perenne documentum eſt, ut veſtigia impreſſa cernantur. Et cum quotidie confluentium fides certatim Domino calcata diripiat, damnum tamen arena non ſentiat: & eadem adhuc ſui ſpeciem, velut impreſſis ſignata veſtigiis terra cuſtodit.* (N) N

Hoc miraculum ad noſtra uſque tempora con-

(I) *Vide auctoritates ſupra allatas litt.* (H)

(H) S. Leo *Serm.* 71. *qui eſt de Aſcenſione Domini* 1. *c.* 4. Quia igitur Chriſti Aſcenſio, noſtra provectio eſt; & quo proceſſit gloria capitis, eo ſpes vocatur & corporis... dignis exultemus gaudiis; hodie enim non ſolum paradiſi poſſeſſores firmati ſumus, ſed etiam cælorum in Chriſto ſuperna penetravimus: ampliora adepti per ineffabilem Chriſti gratiam, quam per diaboli amiſeramus invidiam. Nam quos virulentus inimicus primi habitaculi felicitate dejecit, eos ſibi concorporatos Dei Filius ad dexteram Patris collocavit.

Vide etiam auctoritates Patrum §. 20. *hujuſ. cap. allatas.*

(L) Hæb. VI. 20. Ubi præcurſor pro nobis introivit Jeſus, ſecundum ordinem Melchiſedech Pontifex factus in æternum.

IX 24. Non enim in manufacta ſancta Jeſus introivit, exemplaria verorum: ſed in ipſum cælum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.

S. Augustinus *Lib.* 2. *contra Epiſt. Parmen. cap.* 7. *num.* 14. Sacerdos ſolus intrabat in ſancta ſanctorum, populus autem ſtabat foris: ſicut nunc ille ſacerdos (Chriſtus) poſt reſurrectionem ſuam intravit in ſecreta cælorum, ut ad dexteram Patris interpellet pro nobis. Populus autem cujus ille Sacerdos eſt, adhuc foris gemit.

Serm. 264. *in adſcenſ. Dom.* 3. *num.* 2. Hodie... Dominus noſter Jeſus Chriſtus adſcendit in cælum: adſcendat cum illo & cor noſtrum... Sicut enim ille aſcendit, nec receſſit a nobis: ſic & nos cum illo ibi jam ſumus, quamvis nondum in corpore noſtro factum ſit quod promittitur nobis ... Cum adſcendit in cælum, nos ab illo non ſeparamur. Qui de cælo deſcendit, non nobis invidet cælum: ſed quodammodo clamat, Membra mea eſtote, ſi adſcendere vultis in cælum. In hoc ergo ipſi interim roboremur, in hoc votis omnibus æſtuemus. Hoc meditemus in terris, quod computamur in cælis.... Facile corpus levabitur in alta cælorum, ſi non premat ſpiritum ſarcina peccatorum.

Lib. de Agone Chriſtiano c. 26. *n.* 28. Dextera Patris eſt beatitudo perpetua, quæ ſanctis promittitur.. Quia & corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia, in ipſa dextera, hoc eſt in ipſa beatitudine futurum eſt, ſicut Apoſtolus dicit, quia *& ſimul nos ſuſcitavit, & ſimul ſedere in cæleſtibus.* Quamvis enim corpus noſtrum nondum ibi ſit, tamen ſpes noſtra jam ibi eſt. *Epheſ.* II. 6.

S. Leo *Serm.* 71. *de Aſceſ. Dom.* 1. *c.* 4. *Vide ſup. litt.* (K) *hocce* §.

(M) S. Aug. *in Pſal.* XXIII. *n.* 7. .. Introibit Rex ... qui ſuperatis portis mortalitatis, & patefactis ſibi cæleſtibus, implevit quod ait, Gaudete, quoniam ego vici ſæculum. *Joh.* XVI. 33.

N. 9.... Introibit Rex gloriæ, ut ad dexteram Patris interpellet pro nobis.

In Pſal. LVI. *n.* 13. Homo in cruce, & ſuper cælos Deus. Remaneant in terra ſævientes, tu in cælo eſto judicans... Fratres, exaltatum Deum ſuper cælos non videmus, ſed credimus: ſuper omnem autem terram gloriam ejus non tantum credimus, ſed etiam videmus.

In Pſalm. LXVII. *num.* 26. *Captivaſti captivitatem*.. Quia vicit mortem, quæ captivos tenebat in quibus regnabat.

(N) S. Aug. *Tract.* 47. *in Johan. n.* 4. *in fine.* Ipſe Dominus ibi fuit, (*in Judæa*) ibi matrem elegit, ibi concipi, ibi naſci, ibi ſanguinem fundere voluit, ibi ſunt veſtigia ejus, modo adorantur, ubi noviſſime ſtetit, unde adſcendit in cælum.

S. Paulinus *Epiſt.* 31. *ad Severum*, *n.* 4. Mater Auguſta (*Helena*) ædificatis baſilicis contexit omnes & excoluit locos, in quibus ſalutaria nobis myſteria pietatis ſuæ, Incarnationis & paſſionis, & Reſurrectionis atque Aſcenſionis ſacramentis Dominus Redemptor impleverat. Mirum vero inter hæc, quod in baſilica Aſcenſionis locus ille tantum de quo in nube ſuſceptus *aſcendit, captivam* in ſua carne *ducens captivitatem noſtram*, ita ſacratus divinis veſtigiis dicitur, ut numquam tegi marmore aut paviri receperit, ſemper excuſſis ſolo reſpuente, quæ manus adornandi ſtudio tentavit apponere. Itaque in toto baſilicæ ſpatio ſolus in ſui ceſpitis ſpecie virens permanet: & im- *Act.* I. 9. *Epheſ.* IV. 8. *Pſal.* VI. 19.

Digitized by Google

continuantur, ut teſtes ſunt omnes qui ad loca ſancta proficiſcuntur.

I. Extatne aliqua prophetia vetus de ſeſſione Christi ad dexteram Patris?

R. Extat & luculentiſſima illa quidem cujus explicationem ore ipſius Chriſti accepimus. Hæc autem habetur Pſalm. CIX.

Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris
Pſ. CIX. 1. *meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* (O)

O Dixerat quoque in Pſalmo decimo quinto David: *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*
Pſal. XV. 10. 11. *... adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes* IN DEXTERA TUA *uſque in finem.*

I. Fuitne Adſcenſio Chriſti in veteri lege figuris adumbrata?

R. Fuit, 1. Hanc velut in typo adumbrabat Pontifex Judæorum, qui ſemel in anno introire tenebatur in Sancta Sanctorum cum ſanguine victimarum quæ immolatæ fuerant in altari. Quam figuram fuſe explicat Apoſtolus capite nono Epiſtolæ ad Hebræos; aitque inter cætera: *Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum.... non per ſanguinem hircorum aut vi-*
Hebr. IX. 11. 12. *tulorum, ſed per proprium ſanguinem introivit ſe-*
Ibid. 24. *mel... non in manufacta ſancta, exemplaria verorum, ſed in ipſum cælum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.*

2. Elias in cælum raptus & venturus denuo in terras, dici quoque poteſt fuiſſe typus Chriſti in cælum adſcendentis.

3. Fuit & alia inſignis figura adſcenſionis Chriſti in ſacrificiis, quorum fumus ad cælum fe-
Pentecoſt. 2. c. 7. §. 6. & 22. n. 12. rebatur in odorem ſuaviſſimum Domino. Sed hanc alibi fuſius & enucleatius explicabimus.

I. Qua ratione affectos nos eſſe decet erga Chriſtum ad dexteram Patris ſedentem?

R. Continuam debemus illi ſubjectionem, adorationem, dilectionem, gratiarum actionem.
Hebr. IV. 14. & 16. Deinde *habentes Pontificem magnum, qui penetravit cælos, Jeſum Filium Dei... cum fiducia* accedere oportet jugiter *ad thronum gratiæ ejus; ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.* Tum conſiderandæ & attentius perſcrutandæ, & quantum in nobis eſt intelligentia perſpiciendæ dotes illæ eximiæ quibus jam ad dexteram Dei ſedens fruitur.

I. Quas tu dotes Chriſti ad dexteram Patris ſedentis narras?

R. Variæ illæ ſunt & multiplices. Eas omnes ad triplicem veluti ordinem referre nihil vetat. PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 22.
In primo ordine conſiderare licet quas Chriſtus poſſidet dotes habito reſpectu ad Patrem. In ſecundo, quas poſſidet habito reſpectu ad res creatas in genere. In tertio, quas poſſidet habito reſpectu ad homines in ſpecie.

I. Quas Chriſtus poſſidet dotes habita ratione ad Patrem?

R. Eſt imago Patris, *figura ſubſtantiæ ejus* Hebr. I. 3.
& ſplendor gloriæ ejus, Verbum Patris, virtus & ſapientia Dei.

I. Quas poſſidet dotes habita ratione ad creaturas omnes?

R. Dicitur primogenitus ante omnem creaturam. Omnia per ipſum & propter ipſum facta ſunt. Omnia in ipſo conſtant. Portat omnia verbo virtutis ſuæ. Ipſe eſt inſtaurator terreſtrium & cæleſtium. Ipſum conſtituit Deus hæredem univerſorum. Ipſe eſt Principium & finis. Primus & noviſſimus, Alpha & omega. Sanctus & juſtus κατ᾽ ἐξοχήν.

I. Quas poſſidet dotes habita ratione ad homines?

R. Ipſe noſter eſt Mediator, redemptor, advocatus, Sacerdos, Pontifex, victima noſtra, templum noſtrum, altare noſtrum, caput noſtrum, lux noſtra, Pater, frater, Magiſter, Doctor, Propheta noſter, & ſpeciali excellentiorique ratione Apoſtolus. Ipſe eſt Angelus novi teſtamenti. Ipſe eſt via qua ambulemus, porta qua intremus, lapis angularis, & fundamentum quibus ædificemur, veritas quam ſequamur. Ipſe eſt vitis cujus nos palmites ſumus. Ipſe vita noſtra, panis & cibus noſter, Paſtor, ſponſus, Medicus, Rex, Judex noſter, ſignum noſtrum. Ipſe eſt auctor & conſummator fidei noſtræ: futurusque eſt olim gloria & felicitas noſtra, ſi tamen eum hic tanquam exemplar ſequuti fuerimus.

I. Magni ne intereſt ut ſingulas has Chriſti dotes ſciamus & perſcrutemur?

R. Nihil eſt quod nobis ſit neceſſarium magis, quod noſtra magis interſit. Hæc eſt illa ſupereminens Chriſti ſcientia, propter quam Philip. 3. 8.
exiſtimabat Apoſtolus *omnia detrimentum eſſe*, P
& arbitrabatur *ut ſtercora.* (P)

§. 23.

impreſſam divinorum pedum venerationem calcati Deo pulveris perſpicua ſimul attigua venerantibus arena
Pſ. CXXXI. 7. conſervat, ut vere dici poſſit: *Adoravimus ubi ſteterunt pedes ejus.*

S. HIERON. *Lib. de locis Hebraicis.* Ad Orientem Hieroſolymæ, torrente Cedron interfluente, ubi ultima veſtigia Domini humo impreſſa hodieque monſtrantur, cumque terra eadem quotidie a credentibus hauriatur, nihilominus tamen eadem ſancta veſtigia priſtinum ſtatum continuo recipiunt.

PAULINUS *Lib. V. de vita S. Martini.*

Aut hinc jam reducis gaviſa ad ſidera Chriſti,
Poſtrema excepit felix veſtigia tellus,
Quæ tam ſanctifici conſervans munera tactus
Quidquid ad ornatum commentum dextra paravit
Dedignata ſuis longe diſcuſſit arenis.

BEDA *Lib. de locis ſanctis*, *cap.* 7. Ultima Domini veſtigia, cœlo deſuper patente, ubi aſcendit, viſuntur: quæ cum quotidie a credentibus terra tollantur, nihilominus manent, & eandem adhuc ſpeciem ſui, velut impreſſis ſignata veſtigiis, ſervant.

Idem miraculum adhuc perſeverare teſtantur plurimi qui iter Jeroſolymitanum ſcripſerunt, quorum teſtimonia referre ſuperſedeo. Vide, ſi lubet, Doctiſſimi ROSWADI *e S. J. notas in Sanctum Paulinum.*

(O) MATTH. XXII. 41. Congregatis autem Phariſæis, interrogavit eos Jeſus, dicens: Quid vobis videtur de Chriſto? cujus filius eſt? Dicunt ei. David. Ait illis: Quomodo ergo David in ſpiritu vocat eum Dominum? .... Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus eſt?

(P) PHILIP. III. 8. Verumtamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe, propter eminentem ſcientiam Jeſu Chriſti Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam .... 10. Ad cognoſcendum illum, & virtutem reſurrectionis ejus, & ſocietatem paſſionum illius; configuratus morti ejus: 11. Si quomodo occurram ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis. 12. Non quod jam acceperim, aut jam perfectus ſim: ſequor autem, ſi quomodo comprehendam in quo & comprehenſus ſum a Chriſto Jeſu. 13. Fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe. Unum autem, quæ quidem retro ſunt obliviſcens, ad ea vero quæ ſunt priora extendens me ipſum; 14. ad deſtinatum perſequor, ad bravium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Jeſu. 15. Quicumque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus.

§. 23. *Explicantur Dotes quæ ad Chriſtum pertinent, habito reſpectu ad Patrem & ad res creatas in genere.*

I. Cur vocas Chriſtum Imaginem Dei Patris?

R. Sic eum vocat Apoſtolus, ut ſignificet Chriſtum, qua Deus eſt, perfectam habere cum Deo Patre ſimilitudinem, utpote qui ſit natura Filius Dei, Deus ipſe, ut Pater. (A) A

I. Cur vocas Chriſtum figuram ſubſtantiæ Patris?

R. Sic eum vocat Apoſtolus, ut ſignificet Chriſtum, quatenus Dei Verbum eſt, non eſſe nudam & tranſeuntem ſubſtantiæ Dei Patris imaginem; ſed caracterem nunquam deficientem & vivam expreſſionem illius naturæ, utpote qui unus & idem ſit cum Patre Deus. (B) B

I. Cur

(A) 2. COR. IV. 4. Deus excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei.

COLOSS. I. 15. Qui eſt imago Dei inviſibilis, primogenitus omnis creaturæ.

S. AUG. *Lib. de diverſ. Quæſt. octoginta tribus, Quæſt.* 51. n. 4. Neque inſcite diſtinguitur, quod aliud ſit imago & ſimilitudo Dei, qui etiam Filius dicitur; aliud ad imaginem & ſimilitudinem Dei, ſicut hominem factum accipimus: . . . quia omnis quidem imago ſimilis eſt, non autem omne quod ſimile eſt, etiam imago proprie, ſed forte abuſive dici poteſt.

De quo teſtimonio hæc ipſe Aug. Lib. 1. Retract. cap. 26. circa med. Item dixi: *Neque inſcite, &c.* Quod non ita intelligendum eſt, quaſi homo non dicatur imago Dei, cum dicat Apoſtolus: *Vir quidem non debet velare caput, cum ſit imago & gloria Dei:* Sed dicitur
1. Cor. xi. 7. etiam ad imaginem Dei; quod Unigenitus non dicitur, qui tantummodo imago eſt, non ad imaginem.

Eadem fere repetit lib. 7. de Trinitate, exponens hæc verba Geneſ. I. 26. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram . . . Quia non omnino eſt æqualis, fiebat illa imago Dei, tanquam non ab illo nata, ſed ab eo creata, hujus rei ſignificandæ cauſſa, ita imago eſt ut ad imaginem ſit: id eſt non æquatur paritate, ſed quadam ſimilitudine accedit . . . ſunt enim qui ita diſtinguunt, ut imaginem velint eſſe Filium, hominem vero non imaginem, ſed
Ibid. ad imaginem. Refellit autem eos Apoſtolus dicens, *Vir quidem non debet velare caput cum ſit imago & gloria Dei:* Non dixit, *ad imaginem*; ſed, *imago*. Quæ
Gen. 1. 26. tamen imago, cum alibi dicitur, *ad imaginem*, non quaſi ad Filium dicitur, quæ imago æqualis eſt Patri, alioquin non diceret *ad imaginem noſtram*. Quomodo non noſtram, cum Filius ſolius Patris imago ſit? Sed propter imparem, ut diximus, ſimilitudinem dictus eſt homo *ad imaginem:* & ideo *noſtram*; ut imago Trinitatis eſſet homo; non Trinitati æqualis ſicut Filius Patri.

Serm. 9. de decem chordis cap. 8. num. 9. Eris qualis eſt, (Deus) ſed ad quemdam modum, id eſt, imitator Dei velut imago, ſed non qualis imago eſt Filius . . . In creatura, non hoc eſt imago Dei, quod eſt in Filio, qui hoc eſt quod Pater, id eſt Verbum Dei per quod facta ſunt omnia.

Vide S. AMBROS. *infra litt.* (C) *hocce* §.

S. ATHANAS. *Orat. contra gentes, n.* 41. Hoc Verbum . . . ſui ipſius Patris quam ſimillima eſt imago.

Orat. 1. contra Arianos n. 9. & 19. Vide infra litt. (D) *hocce* §.

N. 20. Clarius licebit perſpicere quam abſurda ſit Ariana hæreſis, ſi nimirum attendatur Filium Patris imaginem, ſplendorem & figuram, atque veritatem eſſe. Nam ſi exiſtente luce, imago ejus exiſtit ſplendor: ſi item ſubſtantia exiſtente, ejusdem exiſtit integra figura: ſi denique exiſtente Patre, exiſtit veritas: videant qui divinitatis imaginem & figuram tempore metiuntur, in quantam incidant impietatem. Si enim non fuit Filius antequam naſceretur, nec igitur ſemper fuit in Deo veritas; verum id nefas dictu eſt. Siquidem Patre exiſtente, fuit ſemper in
Joh. xiv. 6. illo veritas, quæ Filius eſt, qui & idem dicat: *Ego ſum veritas.* Subſtantia ſimiliter exiſtente, ejus figuram & imaginem continuo eſſe prorſus neceſſe eſt. Nec enim extrinſecus depicta eſt Dei imago, ſed ipſe Deus ejuſdem eſt genitor, in qua ſeipſum intuens ea-
Prov. viii. 30. dem delectatur, ut ait Filius: *Ego eram qua delectabatur.* Quandonam ergo ſeipſum Pater non intuebatur in ſui ipſius imagine, aut quandonam eadem non delectabatur? &c.

Orat. 2. n. 33. Vide h cce §. litt. (B)

Joh. xiv. 9. S. HILAR. *Lib. 7. de Trinit. n. 37. Qui me vidit, vidit & Patrem.* Non enim hoc, quod ex partu Virginis carnale eſt, ad contemplandam in eo Dei formam & imaginem proficit: neque ad incorporalis Dei naturam videndam aſſumpti hominis ſpecies in exemplo eſt. Sed agnitus in eo Deus eſt, ſi quibus tamen ipſe agnitus eſt, ex virtute naturæ: & intellectus Deus Filius id præſtat ut intellectus & Pater ſit: dum ita imago eſt, ut non differat genere, ſed ſignificet auctorem. Imagines enim cæteræ ea diverſis aut metallis aut fucis aut generibus aut artibus reddunt eorum ſpecies, quorum ſunt imagines inſtitutæ: ſed numquid ut imagines veræ ſint, exæquari poſſunt inanima viventibus, & vel picta, vel ſculpta vel fuſa nativis? Filius autem Patris non ſecundum hæc imago eſt: quia viventis vivens imago eſt, & ex eo natus non habet naturæ diverſitatem, & in nullo diverſus tenet naturæ ejus ea qua non diverſus eſt poteſtatem.

Lib. 8. num. 48. Qui eſt imago Dei inviſibilis? Interrogo utrum viſibilis imago eſt inviſibilis Dei: & utrum infinitus Deus per formæ circumſcriptæ imaginem coimaginari poſſit ad ſpeciem? Imago enim formam neceſſe eſt ejus reddat, cujus & imago eſt . . . Coloſſ. I. 15.

N. 49. Sed neque Dominus incertum reliquit, *qui me vidit, vidit & Patrem:* neque Apoſtolus tacuit Joh. xiv. 9.
qualis eſſet, *Qui eſt imago Dei inviſibilis.* Dominus Coloſſ. I. 15.
enim dixerat, *Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere*, hinc videri in ſe Patrem docens, quod Joh. x. 37.
opera ejus efficeret . . . . . Nam utique inviſibilium conditor non eſt in ea naturæ neceſſitate, ut inviſibilis Dei imago viſibilis ſit . . .

N. 51. Sentiſne jam quid ſit eſſe imaginem Dei? Creari utique omnia in eo per eum. Cum in eo creantur omnia, intellige etiam eum cujus imago eſt creantem in eo omnia. Cum autem quæ in eo creantur, per ipſum creantur; in hoc quoque, qui imago eſt, naturam ejus cujus imago eſt ineſſe cognoſce.

Lib. 9. n. 1. Quod non ſolus eſt Filius, ſed quod in eo manet Pater; neque ſolum manet, ſed & operatur & loquitur; neque ſolum operatur & loquitur, ſed & videtur, non ſint nuncupativa ſed vera, dum habet in ſe per ſacramentum nativitatis, & virtus virtutem, & poteſtas poteſtatem, & natura naturam; tenens per nativitatem ipſa quod ſuum eſt, & ex ſe per imaginem referens quod in ſe eſt, dum & imago eſt auctoris & veritas; quia perfecta nativitas perfectam imaginem præſtat, & plenitudo divinitatis corporaliter inhabitans naturalem obtinet veritatem.

Lib. 11. n. 5. (Ariani) degeneris informisque naturæ unigenitum Deum . . . affirmant: Deum viventis Dei vivam imaginem, & beatæ naturæ pleniſſimam formam & innaſcibilis ſubſtantiæ unigenitam nativitatem: quæ niſi perfectam paternæ beatitudinis habet gloriam, & abſolutam naturæ totius refert ſpeciem, non eſt in imaginis veritate. Si autem innaſcibilis Dei unigenitus Deus imago eſt, perfectæ atque abſolutæ in eo naturæ veritas ineſt, per quam efficitur eſſe eum imaginem veritatis. Potens eſt Pater: ſed ſi infirmus eſt Filius, imago jam non eſt potentis. Bonus eſt Pater: ſed ſi in diverſi generis divinitate Filius eſt, boni imaginem mali natura non reddit. Incorporeus Pater eſt: ſi Filius ſecundum ſpiritum circumſcriptus eſt corpore, jam incorporei non eſt forma corporeus. Ineffabilis Pater eſt: ſi Filium ſermo complectitur, extra imaginem eſt inenarrabilis natura narrabilis. Verus Deus eſt Pater: ſi Filius in Dei falſitate eſt, jam non eſt veri imago qui falſus eſt. Non ex parte imaginem, neque ex portione formam eum Dei Apoſtolus prædicat: ſed imaginem eſſe eum Dei inviſibilis & formam eſſe eum Dei loquitur. Non poteſt expreſſius in Filio Dei divinitatis natura ab Apoſtolo prædicari, quam ad [illegible] inviſibile Dei eſt, inviſibilis Dei imago [illegible]: qui utique in ſubſtantia conſpicabili imaginem naturæ inviſibilis non referret.

(B) HEBR. I. 3. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram majeſtatis in excelſis.

S. Chry-

Digitized by Google

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 20.

I. Cur vocas Chriſtum ſplendorem gloriæ Patris?

R. Sic eum vocat Apoſtolus, ut ſignificet Chriſtum, qua Dei Verbum eſt, manare a gloria Patris tanquam *lumen de lumine*, *Deum verum de Deo vero*, ita ut ſplendor & gloria Filii ſplendorem & gloriam Patris perfecte exprimat & repræſentet: quia natura quam Pater communicat cum Filio, & quæ ſplendoris illius & gloriæ fons eſt, eadem eſt in utroque.
C (C)

I. Cur Chriſtum vocas Verbum æternum Patris?

R. Sic eum vocant Apoſtoli Johannes & Paulus poſt Iſaiam Prophetam, ut hoc vocabulo ſignificent Filium Dei eſſe conceptum interiorem mentis & cognitionis Paternæ. Verbum noſtrum cum exterius profertur, nihil aliud eſt quam actio exprimendi & ſignificandi quæ jam mente concepimus & perſpeximus. Quandiu autem ea quæ ſunt mente concepta & cognita non exprimuntur ſermone externo, conceptus interior nondum ore prolatus, dicitur verbum mentis. (D) D

I. Cur vocas Chriſtum virtutem & ſapientiam Patris?

R. Sic eum vocat Apoſtolus, ut ſignificet non ſolum Chriſtum, qua Dei Verbum eſt,

Heb. 1. 3. S. Chrysost. *Homil.* 11. *ad Heb. Splendor*, inquit, *gloriæ*, ſed vide ſecundum quid hoc accipias, ut etiam tu ſic accipias. Hoc ergo dicis, quod ex ipſo, quod impaſſibiliter, quod neque diminutus ſit, neque in aliquo minoratus .... Et quid inquit? *Et* Ibid. *character ſubſtantiæ ejus*; utpote, quemadmodum ipſe Pater in ſeipſo ſubſiſtit, nullius indigus, ita & Filius. Nam hic illud ideo dicit, ut omnimodam ſimilitudinem, & propriam exemplaris imaginem oſtendat, quomodo in perſona ſua per ſeipſum ipſa quoque Filius ſubſiſtat. Cum enim ſupra dixiſſet, quia Ibid. per ipſum fecit omnia, hic ei nunc ſummam autoritatis attribuit. Nam vide quid ſubnectit: Ferat, in- Ibid. quit, omnia verbo potentiæ ſuæ, ut ex eo non ſolum eum characterem eſſe accipiamus Paternæ ſubſtantiæ, ſed etiam eum qui cum autoritate cuncta gubernet.

S. Basilius *Epiſt.* 43. *ad Greg. Nyſſen. paulo ante finem*, Hoc agit Apoſtolicus ſermo, ut doceat ... quomodo legitimus, indivulſus & coadunatus Filii ad Patrem habitus agnoſcatur, ut non aliud quoddam gloriæ genus in Patre, & aliud in Filio cogitandum eſſe doceat. Ipſum Paternæ gloriæ ſplendorem Unigeniti gloriam eſſe definit, ex lucis exemplo Filium Patri indivulſe unitum intelligendum eſſe demonſtrans... Chriſtum imaginem Dei inviſibilis, rurſus bonitatis ipſius imaginem eſſe dixit, non ideo quod ab archetypo differat imago;.. ſed ut oſtenderetur, quod idem ſit cum prototypo, etiamſi ſit aliud .... Quæcumque enim Patris ſunt in Filio pervidentur; & omnia Filii, Patris quoque ſunt. Quoniam & totus Filius in Patre manet, & totum viciſſim in ſeipſo & Patrem habet: ita ut ὑπόστασις Filii inſtar formæ ac faciei ſit Paternæ cognitionis.

S. Athanas. *Orat.* 1. *contra Arianos*, *n.* 9. 16. 20. *Vide ſupra litt.* (A) *hocce* §.

Orat 2. *num.* 33. Intelligimus Filium non extrinſecus ſed ex Patre eſſe genitum, ſimulque tum Patrem integrum permanere, tum ſubſtantiæ figuram ſemper eſſe, ac perfectam abſque ulla varietate eum Patre ſervare ſimilitudinem & imaginem, adeo ut qui hunc viderit, in ipſo quoque naturam & ſubſtantiam, cujus figura eſt, contueatur.

(C) Hae. 1. 3. *Vide ſupra hocce* §. *litt.* (B)

Pamphilus *in Apolog. pro Origine apud S. Hieron. Orig.* Sempiternum vel æternum proprie dicitur: quod neque initium ut eſſet habuit, neque ceſſare unquam poteſt eſſe quod eſt. Hoc autem deſignatur apud Jo- 1. Joh. 1. 5. hannem cum dicit: Quoniam Deus lux eſt. Splendor autem lucis ejus ſapientia ſua eſt. Non ſolum ſecundum quod lux eſt, ita ut æternitatis ſplendor ſit ſapientia ſua. Quod ſi integre intelligatur, manifeſte declarat, quia ſubſiſtentia Filii ab ipſo Patre deſcendit, ſed non temporaliter, neque ab ullo alio initio, niſi, ut diximus, ab ipſo Deo .... Ut humana cogitatio poſſit apprehendere quomodo ingenitus Deus efficitur Pater unigeniti Filii. Eſt namque ita æterna ac ſempiterna generatio: ſicut ſplendor generatur ex luce. Non enim per adoptionem Spiritus, Filius fit extrinſecus: ſed natura Filius eſt... Videmus er- Heb. 1. 3. go quid ſit Salvator noſter. *Splendor* dicitur etiam *gloriæ*, id eſt, ſplendor luminis æterni. Et certum eſt, quia ſplendor ex lumine inſeparabiliter generatur: & donec permanet lux, permanet ſemper & ſplendor. Salvator ergo noſter, qui ſapientia eſt: ſapientia autem Dei ipſa eſt ſplendor æternæ lucis: inſeparabiliter & indeſinenter generatur ex Patre.

S. Ambros. *Lib.* 1. *de Fide ad imperat. Gratianum*, Coloſſ. 1. 15. *c.* 7. *n.* 48. Apoſtolus dicit imaginem Patris Chriſtum eſſe; ait enim quod ipſa ſit *imago Dei inviſibilis*, *primogenitus univerſæ creaturæ*, Primogenitus, inquit, non primo creatus; ut & genitus pro natura, & primus pro perpetuitate credatur.

N. 49. Prophetæ dicunt: *In lumine tuo videbimus lu-* Pſ. xxxv. 10. *men*. Prophetæ dicunt: *Splendor eſt enim lucis æternæ,* Sap. vii. 26. *& ſpeculum ſine macula Dei majeſtatis, & imago bonitatis illius*. Vide quanta dicantur. *Splendor*; quod claritas æternæ lucis in Filio ſit: *ſpeculum ſine macula*; quod Pater videatur in Filio: *imago bonitatis*; quod non corpus in corpore, ſed virtus in Filio tota cernatur ... imago ſimplex de Deo, egreſſa de Patre, expreſſa de fonte.

N. 5... Imago iſta veritas eſt, imago iſta juſtitia eſt, imago iſta Dei virtus eſt: non muta; quia Verbum eſt, non inſenſibilis: quia ſapientia eſt: non inania; quia virtus eſt: non vacua; quia vita eſt: non mortua; quia reſurrectio eſt.

S. Cyrill. Alexand. *Theſaur. aſſert.* 10. *In fine pag.* 79. *tom.* 5. *edit Pariſ. ann.* 1638. Neceſſe eſt omnino ut ejuſdem eſſentiæ dicamus eſſe Filium cum Patre, ut omnimodam imaginem & characterem ſuæ hypoſtaſeos.

Init. pag. 82. Si noſtro lumini ſplendor ejus conſubſtantialis eſt, Filius autem æterni luminis eſt ſplendor: conſubſtantialis igitur etiam ipſe eſt lumini, cujus eſt ſplendor.

S. Athanas. *Lib. de Sententia Dionyſii*, *num.* 8. Paulus qui ait Chriſtum eſſe virum ex ſemine David, in Epiſtola ad Hebræos hæc habet: *Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus*: ad Philippenſes vero: *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt* Hebr. 1. 3. *eſſe ſe æqualem Deo*. Hæc porro, autor vitæ, Filius Philip. 11. 6 Dei, ſplendor, figura, æqualis Deo, Dominus, Epiſcopus animarum, quid aliud ſibi velint, quam in corpore fuiſſe Verbum Dei, per quod omnia facta ſunt, illudque indiviſum eſſe a Patre, quemadmodum ſplendor a luce?

Orat. 1. *contra Arianos*. *Vide infra hocce* §. *litt.* (D) & (E)

Orat. 3. *num.* 3. (Chriſto ſoli dicere convenit, *Ego* Joh. xiv. 10. *in Patre & Pater in me eſt*. Filius enim in Patre eſt, quantum licet intelligere, quia totum quod eſt Filius, hoc naturæ Patris proprium eſt, eo modo quo ex luce ſplendor, & ex fonte fluvius exoritur, adeo ut qui Filium videt, id quod primum eſt Patris videat, intelligatque Filium idcirco in Patre eſſe quia ex Patre habet ut ſit; & viciſſim Patrem in Filio eſſe, quia Filius eſt id quod proprium eſt ex Patre, ſicuti ſol eſt in ſplendore, mens in verbo, & fons in fluvio, &c.

N. 4.... Verum duo quidem ſunt, quia Pater, Pater eſt, nec ipſe eſt Filius; & viciſſim Filius eſt Filius, nec ipſe Pater eſt. Una vero illorum natura eſt: nec enim genitoris genitus eſt diſſimilis, cum imago ejus ſit, & omnia quæ Patris ſunt, ſint quoque Filii.

(D) Isai. xl. 5. Et revelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum eſt... 8. Exſiccatum eſt fœnum, cecidit flos: Verbum autem Domini noſtri manet in æternum.

lv. 11. Sic erit Verbum meum, quod egredietur de ore meo: non revertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcumque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud.

Joann. 1. 1. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

Tit. 1. 3. Manifeſtavit autem temporibus ſuis Verbum ſuum in prædicatione, quæ credita eſt mihi ſecundum præceptum Salvatoris noſtri Dei.

Hebr. 1. 3. Portans omnia verbo virtutis ſuæ.

S. Athanas. *Orat. contra gentes*, *num.* 4. Neque

etiam

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 23. eſt, eſſe ſapientiam æternam & virtutem Patris nunquam deficientem; quia per Filium Pater cognoſcit & operatur, utpote qui ſit terminus paternæ cognitionis & actionis. Sed & per Chriſtum qua Deus homo eſt, maxime manifeſtatam fuiſſe ad extra, ut Theologorum verbis utar, Dei virtutem & ſapientiam. (E) E

I. Cur vocas Chriſtum primogenitum ante omnem creaturam?

R. Sic eum vocat Apoſtolus, ut ſignificet Filium Dei eſſe ante omnem creaturam. Et certe ab æterno genitus eſt, ut jam diximus, genitus, inquam, non factus, non creatus ex nihilo. Ipſe enim Patri coæternus eſt. (F) F

I. Cur ais omnia per Chriſtum & propter Chriſtum fuiſſe facta?

R. Id ipſum dixere Johannes & Paulus Apoſtoli, ut ſignificarent Filium Dei Deum eſſe, ſicut & Pater Deus eſt; ideoque mundum, & ab eo conditum fuiſſe, & referri ad ipſius gloriam ut ad finem. *Omnia* enim

prop-

etiam Verbum intelligo, quale eſt hominum, quod nempe ex ſyllabis conſtat, & in aere exprimitur: ſed ipſius boni & Dei rerum univerſarum viventem & efficacem Deum dico, qui per ſe eſt Verbum qui idem ab omnibus rebus creatis diverſus eſt, propriumque & ſolum boni Patris eſt verbum, cujus providentia totus hic mundus, quem & condidit, illuminatur. Ipſa enim qui boni Patris bonum Verbum, rerum omnium ordinem diſpoſuit.

Gen. 1. 26. *N. 46. Faciamus hominem* ... quibus (*verbis*) perſpicue oſtenditur Deum cum aliquo ſibi proximo hic loqui. Neceſſe eſt igitur aliquem cum illo fuiſſe qui cum etiam loquens omnia faceret. Quis ergo ille fuerit niſi ipſius Verbum. Cum quo enim Deus videri poſſit loqui quam cum ſuo Verbo? Vel quis cum ipſo univerſam creatam naturam faciente aderat, quam ejusdem ſapientia, quæ ipſa ait: *Quando faciebat cœlum & terram, cum eo aderam* ... ut ſapientia & ut Verbum cum illo aderat, Patremque aſpiciens, res univerſas procreabat ... Ut potentia iſta Patris, vim ad exiſtendum, & permanendum illis impertiebat. Proverb. VIII. 27.

Orat. 1. contra Arianos, n. 9. Filius verus natura, & genuinus eſt Patris, ejusque ſubſtantiæ proprius, Sapientia unigenita, Verbum verum ac unicum Dei ipſa eſt, non res creata vel facta; ſed proprius ſubſtantiæ Patris fœtus. Quocirca Deus eſt verus, veroque Patri conſubſtantialis exiſtit ... Figura enim eſt ſubſtantiæ Patris, lux ex luce, virtus & vera naturæ Patris imago. Id enim ipſe Dominus dixit: *Qui me*

Joh. 1. 3. *vidit, vidit Patrem*. Semper item fuit, & eſt, ac nunquam non fuit: cum enim Pater æternus ſit, ejus quoque Verbum & Sapientiam æternam eſſe neceſſe eſt.

N. 16. Cum ... probatum fuerit, nempe id, quod ex Patris natura eſt genitum, ejusdem eſſe Filium; nemini jam dubium eſſe debet ... hunc ipſum eſſe Sapientiam & Verbum Patris, in quo & per quod omnia creat & efficit. Hic ipſe, inquam, ejus ſplendor eſt in quo omnia illuminat, & quibus voluerit ſe patefacit: hic ipſe figura ac imago ejus eſt, in quo conſpicitur, & cognoſcitur, quam ob cauſam Ipſe & Pater unum ſunt.

N. 19. Ipſe Filius talis eſt, qualis Pater, cujus naturæ proprius quoque eſt fœtus, Verbum ac Sapientia. Namque id proprium eſt Filii erga Patrem, idemque Patrem Filii proprium oſtendit, ita ut dici nequeat vel Deum aliquando ſine Verbo, ſeu ratione fuiſſe, vel Filium aliquando non extitiſſe. Ceteroquin cur diceretur Filius, niſi eſſet ex ipſo? Vel quare Verbum & Sapientia appellaretur, niſi & ſemper & proprius illius eſſet?

N. 58. De Filio dicitur, *Tu autem permanes*, ut ejus inde oſtendatur æternitas. Nam quia interire non poteſt ut poſſunt res factæ, ſed potius vim habet ſemper permanendi, huic alienum quidem eſt de ipſo dici, Non fuit priusquam eſſet genitus: at proprium ejus eſt, ſemper eſſe & cum Patre permanere ... Ceterum ... ſupra oſtendimus Filium ex natura Patris eſſe genitum; & illum quidem eſſe effectum, res autem alias ab eo effici: illum eſſe ſplendorem, Verbum, imaginem, & ſapientiam Patris ... proprius eſt ſubſtantiæ Patris, eamdemque ac ille naturam habet.

S. August. *Lib. de Fide & Symb. cap. 3. num. 3.* Verbum non ſicut verba noſtra debemus recipere, quæ voce atque ore prolata verberato aere tranſeunt, nec diutius manent quam ſonant. Manet enim illud Verbum incommutabiliter: nam de ipſo dictum eſt, cum de Sapientia diceretur, *in ſe ipſa manens innovat omnia*. Verbum autem Patris ideo dictum eſt, quia per ipſum innoteſcit Pater. Sicut ergo verbis noſtris id agimus, cum verum loquimur, ut noſter animus innoteſcat audienti, & quidquid ſecretum in corde gerimus, per ſigna hujusmodi ad cognitionem alterius proferatur: ſic illa ſapientia, quam Deus pater genuit, quoniam per ipſam innoteſcit dignis animis ſecretiſſimus Pater, Verbum ejus convenientiſſime nominatur.

N. 4. .. Deus vero cum Verbum genuit, id quod eſt ipſe genuit: neque de nihilo, neque de aliqua jam facta conditaque materia; ſed de ſeipſo id quod eſt ipſe ... Deus Pater, qui veriſſime ſe indicare animis cogniturís & voluit & potuit, hoc ad ſeipſum indicandum genuit, quod eſt ipſe qui genuit: qui etiam virtus ejus, & ſapientia dicitur, quia per ipſum operatus eſt & diſpoſuit omnia. 1. Cor. 1. 24.

Cap. 4. n. 5. Quamobrem unigenitus Filius Dei, neque factus eſt a Patre; quia ſicut dicit Evangeliſta, *Omnia per ipſum facta ſunt*: neque ex tempore genitus; quoniam ſempiterne Deus ſapiens, ſempiternam ſecum habet ſapientiam ſuam: neque impar eſt Patri, &c. Joh. XIV. 9.

Id fuſius probant quicunque de Trinitate ſcripſerunt Theologi, quos conſule.

(E) 1. Cor. 1. 24. Ipſis autem vocatis Judæis, atque Græcis Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.

S. Athanas. *Orat. 1. contra Arianos, num. 14.* Si eſt Filius, uti Pater teſtatur & Scripturæ prædicant, Filius autem nihil aliud eſt quam quod ex Patre gignitur, idque quod ex Patre gignitur, ejus eſt Verbum & Sapientia, & ſplendor: quid aliud inde concludendum eſt, quam eos qui dicunt, Fuit aliquando, cum non eſſet Filius, velut fures quosdam Verbum a Deo detrahere, aperteque adverſus eum contendere, ipſum fuiſſe aliquando ſine proprio ſuo Verbo, & Sapientia, lucem fuiſſe aliquando ſine ſplendore, fontem ſterilem, & aridum eſſe ... & Rationis ſive Verbi expertem ... Deum ipſum fingere.

S. Hilar. *Lib. 7. de Trinit. n. 11.* Verbi appellatio in Dei Filio de ſacramento nativitatis eſt, ſicuti ſapientiæ, & virtutis eſt nomen: quæ cum in Deum Filium cum ſubſtantia veræ nativitatis extiterint, Deo tamen, ut ſua propria quamvis ex eo in Deum ſint nata, non deſunt ... Et idcirco earum rerum unigenito Deo aptata cognomina ſunt, quæ cum eum ſubſiſtentem ex nativitate conſummeut, tamen Patri inſint ex indemutabilis virtute naturæ. Unigenitus enim Deus Verbum eſt, ſed innaſcibilis Pater numquam omnino ſine Verbo eſt: non quod prolatio vocis natura ſit Filii; ſed ex Deo Deus cum nativitatis veritate ſubſiſtens, ut a Patre proprius & per naturæ indifferentiam inſeparabilis doceretur, ſignificatus in verbo eſt. Sicut Chriſtus ſapientia & virtus Dei eſt, non ille, ut intelligi ſolet, internæ poteſtatis aut ſenſus efficax motus; ſed natura tenens per nativitatem ſubſtantiæ veritatem. his internarum rerum ſignificata nominibus eſt. Non enim id, quod naſcendo ſubſiſtit, poteſt idipſum videri eſſe, quod unicuique ſemper internum eſt. Sed ex æterno Deo Patre, unigenitus Filius in ſubſiſtentem Deum natus, ut non alienus eſſe a natura paternæ divinitatis poſſet intelligi, per hæc proprietatum nomina ſubſiſtens oſtenſus eſt, quibus ex quo ſubſtiterat non carebat.

S. August. *Lib. de Fide & Symb. Vide ſupra hocce §. litt.* (D)

S. Paulinus *Poem. 20. de S. Fel. Nat. 7. verſ. 296.*

Filius ille Dei, manus & Sapientia Patris.

Omniparens rerum fons & conſtantia Chriſtus.

(F) Coloss. 1. 15. Primogenitus omnis creaturæ.

Theodoret. *in cap. 1. Epiſt. ad Coloſſ. verſ. 15. Primogenitus omnis creaturæ*. Si unigenitus, quomodo primogenitus? Si primogenitus, quomodo unigenitus? Atqui in divinis Evangeliis nominatus eſt unigenitus: eſt ergo primogenitus creaturæ: non quod ſororem habeat creaturam, ſed quod ante omnem creaturam ſit genitus. Quomodo enim fieri poteſt, ut idem eſſet frater creaturæ, & opifex? maxime cum nec ipſum appellavit divinus Apoſtolus primocreatum, ſed primogenitum, hoc eſt, primum.

S. Hi-

Digitized by Google

Prov. xvi. 4. *propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*. (G)

G Eſt & alia ratio cur per Chriſtum qua Verbum & ſapientia Patris eſt, omnia condita dicantur; nimirum quia ſapientia Patris ars eſt ut ita dicam divina & idea æterna, per quam & ad quam omnia Pater operatur. *Omnia in ſa-*
Pſ. cxiii. 24 *pientia feciſti*, inquit Pſaltes regius.

I. Cur ais omnia in Chriſto conſtare?

R. Id ipſum dixit Apoſtolus, ut ſignificaret omnia per Chriſtum, qua Dei verbum eſt, conſiſtere & conſervari, ſicut & per ceteras ſanctiſſimæ Trinitatis perſonas. Deus enim omnipotentia ſua conſervat quod ſemel creavit. Atque eo ſenſu dixit alibi idem Apoſto-
Act. xvii. 28 lus: *In ipſo vivimus, & movemur, & ſumus.*
H (H)

I. Cur ais Chriſtum portare omnia verbo virtutis ſuæ?

R. Id ipſum dixit Apoſtolus, ut ſignificaret id quod ſupra, nimirum Chriſti, qua Dei filius eſt, virtute & omnipotentia conſervari omnia, ſicut ejuſdem virtute creata ſunt. Cujus verbi virtute e nihilo ducta ſunt, ejuſdem virtute fit ut ad nihilum non revertantur. (I)

Quas hactenus explicuimus ex Apoſtolo loquendi formulas, eæ in id unum tendunt ut invictiſſime probetur Chriſti divinitas. Unde ſatis mirari nequit extitiſſe quolibet ſæculo, & extare etiamnum non paucos, qui cum Chriſtianos eſſe ſe profiteantur, & Scripturas ſacras venerari ſe jactitent, audeant tamen revocare in dubium, imo negare prorſus & impugnare veritatem hanc quæ totius religionis fundamentum eſt; veritatem, inquam, quæ alioqui ex manifeſtiſſimis & infinitis propemodum Scripturarum teſtimoniis evidentiſſime demonſtratur. O hominum cæcitatem, corruptionem, obdurationem! qui tam puro, tam ſplendido, tam ſuavi lumine non afficiantur.

I. Cur Chriſtum vocas inſtauratorem cæleſtium & terreſtrium?

R. Sic eum vocat Apoſtolus, ut ſignificet Pars I.
1. Ex hominibus per Chriſtum & in Chriſto Sect. II.
electis implendas eſſe ruinas Angelorum. 2. Cap. I.
Creaturas omnes per Chriſtum eſſe vel omni- §. 23.
no reſtituendas, vel jam ex parte reſtitutas in ſuum naturalem ordinem, a quo poſt peccatum averſæ ſunt. Nimirum morte Chriſti factum eſt ut & nos reconciliaremur cum Deo; & ligaretur diabolus, ne ſicut prius ad noſtram perniciem abuteretur creaturis. (K) Jam qui- K
dem ex parte facta eſt illa creaturarum inſtauratio; nondum tamen eſt omnino conſummata. *Omnis creatura ingemiſcit & parturit uſque* Rom. viii.
adhuc, inquit Apoſtolus, nec plene liberabitur 22.
a ſervitute vel diaboli vel impiorum, niſi in conſummatione ſæculi. Hæc alibi fuſius explicabimus. (L) L

I. Cur dixiſti Chriſtum a Deo Patre conſtitutum fuiſſe hæredem univerſorum?

R. Id dixit Apoſtolus, & prædixere ſæpius Prophetæ, & Chriſtus ipſe non ſemel de ipſo
affirmavit. *Poſtula a me & dabo tibi gentes hæ-* Pſ. ii. 8.
reditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terræ, inquit Propheta regius de Chriſto lo-
quens. *Omnia mihi tradita ſunt a Patre meo.* Matth. xi. 27.
Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra, Id. xxviii.
ait Chriſtus. *Omnia ſubjecit ſub pedibus ejus*, 18.
inquit Apoſtolus. Similia plura leguntur tam 1. Cor. xv. 26.
in veteri quam in novo Teſtamento: quorum ſenſus eſt, Chriſtum quatenus homo eſt accepiſſe a Patre poſt reſurrectionem, exercitium & manifeſtationem ſupremi ſuper res omnes creatas dominii, quod vi unionis hypoſtaticæ jam acceperat ab ipſo conceptionis exordio,
quodque habuit ab æterno qua Deus eſt. (M) M
Itaque neceſſe eſt prorſus ut Chriſto ſponte ſubjiciamur; alioqui ſubjiciemur inviti *ponetque nos inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorum; reget nos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringet.*

I. Cur ais Chriſtum eſſe principium & finem, primum & noviſſimum, Alpha & Omega?

R. Sic

S. Hilarius *Lib. 8. de Trinitate num.* 50. Primogenitus omnis creaturæ eſt, quia in ipſo creata omnia ſunt. Et ne quod in ipſo creata omnia ſunt, non ad ipſum quiſquam auderet referre; ait, *Omnia per ipſum & in ipſo condita ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & per omnia ipſi conſtant.* Omnia itaque ipſi conſtant, qui ante omnia eſt, in quo omnia ſunt .... Ipſe eſt enim initium, qui cum Filius ſit imago eſt; cum imago eſt, Dei eſt. Primogenitus quoque omnis creaturæ eſt, continens in ſe univerſitatis exordium.

(G) Joan. i. 3. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt.

Coloss. i. 16. Quoniam in ipſo condita ſunt univerſa in cælis & in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive Throni, ſive Dominationes, ſive Principatus, ſive Poteſtates: omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt.

S. Athanas. *Orat. contra gentes*, *num.* 40. Si quis infidelis in queſtionem vocare voluerit, an omnino ſit Verbum ſeu Ratio Dei, is certe ſana mente non eſſe cenſendus ſit, qui de Dei Verbo ſeu Ratione audeat dubitare. Veruntamen ex his rebus quæ aſpectabiles ſunt, diſcere ei licet omnia Verbo & ſapientia Dei facta fuiſſe, nec rem ullam conſiſtere potuiſſe, niſi Verbo & quidem Verbo divino ...... fuiſſe facta.

Num. 47. *& ult.* Quis ergo, quis omnia quæ in Patre ſunt enumeraverit, ut ejus Verbi vim, & potentiam aſſequi, & percipere queat? Ut enim Patris Verbum & Sapientia eſt, ita quoque ſe ad res creatas benigne accommodans, fit illis ad Patrem cognoſcendum & intelligendum ipſa per ſe ſanctimonia, ipſa per ſe vita, nec non janua, paſtor, via, imperator, dux ac denique ſervator, vitæ auctor, lux & providentia omnium. Itaque talem bonum, & opificem Filium ex ſeipſo habens Pater, illum rebus creatis occultum eſſe noluit, ſed eum quotidie per res omnes quæ per ipſum conſiſtunt & vivunt, cunctis patefacit. In ipſo autem & per ipſum ſe quoque ipſe oſtendit, ſicut Salvator teſtatur: *Ego in Patre, & Pater in me*, adeo ut neceſſe ſit Verbum in genitore, & genitum cum Patre perpetuo permanare.

Lege §. 3. cap. 2. ſect. 1. Partis primæ hujuſce operis.

(H) Coloss. i. 17. Et ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. 18. Et ipſe eſt caput corpo- Joh. xiv. 10.
ris Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis: ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens.

(I) Hebr. i. 3. Portans omnia verbo virtutis ſuæ.

(K) Rom. viii. 20. Vanitati enim creatura ſubjecta eſt non volens, ſed propter eum qui ſubjecit eam in ſpe: 21. Quia & ipſa creatura liberabitur a ſervitute corruptionis, in libertatem gloriæ Filiorum Dei.

Ephes. i. 10. In diſpenſatione plenitudinis temporum inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis, & quæ in terra ſunt, in ipſo.

(L) *Vide Partis tertiæ hujuſce operis quæ a nobis dicuntur* de Exorciſmis & benedictionibus *Sect.* 1. *c.* 8. *§.* 2. *&* 3.

(M) Hebr. i. 2. (*Deus*) locutus eſt nobis in Filio, quem conſtituit hæredem univerſorum, per quem fecit & ſæcula.

Joann. xiii. 3. Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo exivit, & ad Deum vadit.

Isa.

PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 24.

R. Sic ſæpius dicitur Chriſtus tam in veteri quam in novo Teſtamento, ut deſignetur ſupremum Chriſti in res omnes creatas dominium. Ipſe eſt *per quem omnia*, ergo principium: ipſe ad quem & *propter quem omnia*, ergo finis. (N) [1. Cor. 8. 6. Hebr. 11. 10.] N

I. Cur ais Chriſtum eſſe ſanctum, & juſtum?

R. Quia ipſe fons eſt & origo totius ſanctitatis & juſtitiæ, nec potuit ejus ſanctitas & juſtitia ullo vitio obſcurari; quod ſoli Chriſto competit, non ſolum quatenus Deus eſt, ſed etiam quatenus homo. (O) Ceteri omnes qui ſancti & juſti dicuntur, ſive homines illi ſint ſive Angeli, non habent niſi imperfectam quandam & in multis deficientem participationem juſtitiæ & ſanctitatis, cujus Chriſtus in ſe plenitudinem fontemque complectitur. O

§. 24. *Explicantur dotes Chriſti quæ ſpectant ad homines.*

I. Cur ais Chriſtum eſſe Mediatorem noſtrum?

R. Sic eum vocat Apoſtolus, ut ſignificet nos per Chriſtum fuiſſe reconciliatos, & pacem habuiſſe cum Deo. (A) Eamdem ob cauſam de Chriſto dicit Apoſtolus, *Ipſe eſt pax noſtra.* A [Epheſ. II. 14.]

(N) ISA. XLI. 4. Ego Dominus, primus & noviſſimus ego ſum.

XLIV. 6. Ego primus, & ego noviſſimus, & abſque me non eſt Deus.

APOCAL. I. 8. Ego ſum *alpha* & *omega*, principium & finis.

II. 8. Hæc dicit primus, & noviſſimus.

XXI. 6. Ego ſum *alpha* & *omega*, initium & finis.

XXII. 13. Ego ſum *alpha* & *omega*, primus & noviſſimus, principium & finis.

S. CLEMENS ALEXAND. *Lib.* 1. *Pædagog. capit.* 6. Jure juſtis hæc Dominus pollicetur, ut aperte Verbum eſſe utrumque oſtendatur, α & ω, principium & finis.

TERTULLIANUS *Lib. de Monogamia*, *cap.* 5. Duas Græciæ literas ſummam, & ultimam ſibi induit Dominus, initii & finis concurrentium in ſe figuras: uti quemadmodum α ad ω uſque volvitur, & rurſus ω ad α replicatur, ita oſtenderet in ſe eſſe & initii decurſum ad finem, & finis recurſum ad initium: ut omnis diſpoſitio in eum deſinens, per quem cœpta eſt, per ſermonem ſcilicet Dei, qui caro factus eſt, proinde deſinat quemadmodum & cœpit.

S. PAULINUS *Poemat.* 27. *de S. Fel.* 13. *Natal.*

Alpha itidem mihi Chriſtus, & ω: qui ſumma ſupremis
Finibus excelſi pariter complexus & imi,
Victor & inferna & pariter cœleſtia cepit:
Effractiſque abyſſis cælos penetravit apertos,
Victricem referens ſuperata morte ſalutem.

PRUDENTIUS *hymno* 9. *Cathemerinon.*

Corde natus ex Parentis ante mundi exordium
Alpha & ω cognominatus, ipſe fons & clauſula
Omnium, quæ ſunt, fuerunt, quæque poſt futura ſunt.

(O) SAPIENT. II. 12. Circumveniamus ergo juſtum, quoniam ...... contrarius eſt operibus noſtris.

ISAI. XLI. 2. Quis ſuſcitavit ab oriente juſtum, vocavit eum ut ſequeretur ſe?

Ibid. 10. Ne timeas, quia ego tecum ſum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortavi te & auxiliatus ſum tibi, & ſuſcepit dextera juſti mei.

XLV. 8. Rorate cæli deſuper, & nubes pluant juſtum.

LI. 5. Prope eſt juſtus meus, egreſſus eſt Salvator meus.

LXII. 1. Propter Sion non tacebo, & propter Jeruſalem non quieſcam, donec egrediatur ut ſplendor juſtus ejus, & Salvator ejus ut lampas accendatur. 2. Et videbunt gentes juſtum tuum, & cuncti reges inclytum tuum.

ZACHAR. IX. 9. Exulta ſatis filia Sion, jubila filia Jeruſalem: ecce Rex tuus veniet tibi juſtus, & Salvator.

ACT. III. 14. Vos autem ſanctum & juſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis.

VII. 52. Quem Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri! Et occiderunt eos, qui prænuntiabant de adventu juſti, cujus vos nunc proditores, & homicidæ fuiſtis.

1. JOHAN. II. 1. Filioli mei, hæc ſcribo vobis, ut non peccetis. Sed & ſi quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jeſum Chriſtum juſtum: Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.

(A) ROM. V. 10. Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem Filii ejus: multo magis reconciliati ſalvi erimus in vita ipſius.

EPHES. II. 14. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ ſolvens, inimicitias in carne ſua: 15. Legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in ſemetipſo in unum novum hominem, faciens pacem, 16. & reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in ſemetipſo. 17. Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longe fuiſtis, & pacem iis, qui prope. 18. Quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in uno ſpiritu ad Patrem.

1. TIMOT. II. 5. Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus.

S. GREGOR. NYS. *contra Eunom. Orat.* 2. Hæc ab alta voce Apoſtoli ſummus adocti, qui ait, quod legem mandatorum evacuans ſuis documentis, hic eſt [Epheſ. II. 15.] mediator Dei & hominum, cum dixit, hoc ipſum Verbum, quod unus Deus eſt, *unus mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Jeſus.* Totum nobis hic myſterii ſcopum mediatoris nomine complexus revelavit: hic autem ſcopus eſt, adverſarii malitia quondam humanum genus a Deo defecerat, & peccato ſervierat, & a vera vita alienatum erat. Revocat poſtea ſuum figmentum, qui figmenti Dominus eſt, & fit homo cum eo qui eſt Deus, & illud totum cum eſſet, & hoc totum factus: & ſic quod humanum eſt, cum Deo temperatum eſt, homine qui ſecundum Chriſtum eſt, mediationem operante. Cui per aſſumtas a nobis primitias tota virtute contemperata eſt maſſa. Quoniam igitur *Mediator unus non eſt, Deus autem unus eſt*, neque in perſonis in fide traditis in partes diſtributus: una enim Deitas in Patre, Filio, & Spiritu ſancto: propterea fit mediator ſemel Dominus Dei, & hominum, copulans hominem per ſemetipſum Deitati. Quin etiam notione per mediatorem concepta fidei pietatem didicimus: mediator enim Dei & hominum, quemadmodum humanæ naturæ communionem accepit, non putatus homo ſed natus ſecundum veritatem, ſic etiam verus Deus eſt, non cognomento tantum honoratus nudæ Deitatis. [1. Timot. II. 5.] [Gal. III. 20.]

S. EPIPHAN. *in Ancorato*, *nu.* 34. *Unus Deus, unus mediator Dei & hominum homo Jeſus Chriſtus. Qui non rapinam arbitratus eſt, æqualem ſe eſſe Deo; ſed ſeipſum exinanivit, formam ſervi accipiens.* Videſne uti ſe hominem eſſe non tamen nudum ſimplicemque docuerit? nam quod Dei & hominum mediator dicitur, idcirco dicitur, quod utriuſque partis ita ſequeſter ſit, ut ad Patrem comparatus natura Deus ſit, ac legitimus ab eo genitus. Ad homines porro ſi refeκratur, naturalis homo ſit, & ex Maria legitimus, ſine ullo viri ſatu ſuſceptus. Ita quippe Dei hominumque mediator eſt, qui cum eſſet Deus homo factus eſt: non natura mutatus: ſed utraque parte medius ambos inter, ac velut interpres.

THEODORET. *in* 1. *Epiſt. ad Timoth.* II. 5. *unus & mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Jeſus.* Unus eſt conciliator pacis, qui ea quæ erant disjuncta in ſeipſo conjunxit. Chriſtum autem *hominem* nominavit, quia mediatorem vocavit: homo enim factus mediator fuit. Et quemadmodum qui duos quoſpiam inter ſe confligentes vult reconciliare, ſe medium interponens, & hunc dextera, illum ſiniſtra tenens, ad amicitiam conjungit: ita ille cum divinam naturam humanæ uniſſet (*Græcum rectius*, cum divinæ naturæ humanam uniſſet,) inviolabilem & indiſſolubilem pacem conciliavit. Si autem ut vult Arrius & Eunomius, non eſt Patris ſubſtantiæ particeps, quomodo eſt mediator? Nobis enim unitus eſt, quia quod humanitatem attinet, ejuſdem nobiſcum eſt ſubſtantiæ: ſed Patri non item, ſiquidem, ut illi volunt, eſt ab ejus ſubſtantia ſejunctus. Atqui mediatorem vocavit divinus Apoſtolus. Ergo etiam Patri fuit unitus ſecundum divinitatem: & nobis ſimiliter ſecundum humanitatem. [1. Timoth. II. 5. Philip. 1. 6.]

S. Jo-

Eph.11.16. noſtra, interficiens inimicitias in ſemetipſo;
Coloſſ.11.14. delens chirographum decreti, quod erat contra-
Ibid.1.20. rium nobis; pacificans omnia per ſanguinem
crucis ejus, ſive quæ in terris, ſive quæ in cœ-
lis ſunt.

I. Cur vocas Chriſtum redemptorem, repara-
torem, ſalvatorem noſtrum?

R. Sic eum Evangeliſtæ & Apoſtoli, & Para I.
Prophetæ appellavere, ut ſignificarent per Sect. II.
Chriſti mortem nos redemptos & liberatos a Cap. I.
ſervitute peccati, a tyrannide diaboli, a pœ- §.24.
nis inferni; denique per eum mala omnia,
quæ peccatum nobis intulerat, fuiſſe reparata.
(B) B

I. Cur

S. JOHANNES CHRYSOST. *Homil. de Aſcenſ. Chriſti
apud Theodoret. Dialog.* 2. INCONFUSUS. Sicut enim
cum duobus inter ſe diſſidentibus & pugnare inci-
pientibus, alius quiſpiam medius interveniens con-
tendentium pugnam dirimit, & diſcordiam; ita &
Chriſtus fecit. Iratus nobis erat ut Deus, & nos il-
lius iram contemnebamus, benignum Dominum aver-
ſantes; medium ſe interponens Chriſtus, utramque
naturam in gratiam reduxit, & pœnam a Patre no-
bis imminentem ipſe ſuſtinuit.

Joh.14.20. S. HILARIUS *Lib. 8. de Trinit. n. 15. Ego in Patre
meo, & vos in me, & ego in vobis*. Si voluntatis tan-
tum unitatem intelligi vellet; cur gradum quem-
dam atque ordinem conſummandæ unitatis expoſuit:
niſi, ut cum ille in Patre per naturam divinitatis
eſſet, nos contra in eo per corporalem ejus nativi-
tatem, & ille rurſum in nobis per Sacramentorum
ineſſe myſterium crederetur: ac ſic perfecta per Me-
diatorem unitas doceretur, cum nobis in ſe manen-
tibus ipſe maneret in Patre, & in Patre manens ma-
neret in nobis; & ita ad unitatem Patris proficere-
mus, cum qui in eo naturaliter ſecundum nativita-
tem ineſt, nos quoque in eo naturaliter ineſſemus,
ipſo in nobis naturaliter permanente.

Lib. 11. n. 20. Nemo igitur magnæ pietatis ſacra-
mentum, quod manifeſtatum in carne eſt, ſenſu im-
pio violet, nec ſe quiſquam Unigenito per ſubſtan-
tiam divinitatis exæquet. Sit nobis ille & frater &
Joh.1.14. particeps ſecundum quod *Verbum caro factum habita-
1.Tim.11.5 vit in nobis*, ſecundum quod mediator Dei atque ho-
minum homo Jeſus Chriſtus eſt. Sit nobis ſecundum
ſervos & communis Pater & communis Deus: & præ
participibus unctus ſit in ea natura, cum privilegio
licet unctus, qua participes unguntur. Sit in me-
diatoris ſacramento, ut homo verus, ita & Deus
verus, Deus ipſe ex Deo, communem nobiſcum ha-
bens Patrem, & Deum in ea communione qua fra-
ter eſt.

S. AUG. *Confeſſ. lib.* 10. c. 43. *num.* 68. Mediator il-
le Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus, inter mor-
tales peccatores & immortalem juſtum apparuit; mor-
talis cum hominibus, juſtus cum Deo .... Hic de-
monſtratus eſt antiquis ſanctis, ut ita ipſi per fidem
futuræ paſſionis ejus, ſicut nos per fidem præteritæ
ſalvi fierent. In quantum enim homo, in tantum
mediator; in quantum autem Verbum, non medius,
quia æqualis Deo, & Deus apud Deum.

2.Cor.11.5. *In Johan. Evang. c. 8. Tract. 41. num. 5.* Obſecramus
pro Chriſto reconciliari Deo. Quomodo autem re-
conciliamur, niſi ſolvatur quod inter nos & ipſum
Iſai.59.2. ſeparat? Ait enim per Prophetam: Non gravavit au-
rem ne audiat, ſed peccata veſtra ſeparant inter vos
& Deum. Quia ergo non reconciliamur niſi ablato,
quod in medio eſt, & poſito quod in medio ſit. Eſt
enim medium ſeparans, ſed contra eſt mediator re-
concilians medium ſeparans eſt peccatum; mediator
reconcilians eſt Dominus Jeſus Chriſtus: unus enim
Deus, & unus mediator Dei & hominum, homo
1.Tim.11.5 Chriſtus Jeſus. Ut ergo tollatur maceria ſeparans
quod eſt peccatum, venit ille mediator, & factus eſt
ſacrificium Sacerdos ipſe ..... & ideo factus eſt ve-
rum ſacrificium pro peccato, quia nullum habebat
ipſe peccatum.

In cap. 15. Tract. 82. *num.* 4 (*Chriſtus*) dicendo,
ſicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos, gratiam
mediatoris oſtendit. Mediator autem Dei, & homi-
num, non in quantum Deus, ſed in quantum homo
eſt Chriſtus vivit.

(B) JOB XIX. 25. Scio enim quod Redemptor
meus vivit.

ISAI. XLI. 14. Noli timere vermis Jacob, qui mor-
tui eſtis ex Iſrael: ego auxiliatus ſum tibi, dicit
Dominus: & Redemptor tuus ſanctus Iſrael.

XLV. 8. Rorate cæli deſuper & nubes pluant ju-
ſtum: aperiatur terra, & germinet Salvatorem: &
juſtitia oriatur ſimul: Ego Dominus creavi eum ...
15. Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Sal-
vator.

LUC. II. 11. Natus eſt vobis hodie Salvator, qui
eſt Chriſtus Dominus, in civitate David.

JOHAN. IV. 42. Scimus, quia hic eſt vere Salvator
mundi.

ACTOR. V. 31. Hunc principem, & ſalvatorem Deus
exaltavit dextera ſua, ad dandam pœnitentiam Iſrae-
li, & remiſſionem peccatorum.

ROM. V. 1. Juſtificati ergo ex fide pacem habea-
mus ad Deum per Dominum noſtrum Jeſum Chri-
ſtum: 2. Per quem habemus acceſſum per fidem in
gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe
gloriæ Filiorum Dei .... 8. Commendat autem ca-
ritatem ſuam Deus in nobis: quoniam cum adhuc
peccatores eſſemus, ſecundum tempus 9. Chriſtus pro
nobis mortuus eſt: multo igitur magis nunc juſtifi-
cati in ſanguine ipſius, ſalvi erimus ab ira per ip-
ſum. 10. Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati
ſumus Deo per mortem Filii ejus: quanto magis recon-
ciliati, ſalvi erimus in vita ipſius. 11. Non ſolum
autem: ſed & gloriamur in Deo per Dominum noſtrum
Jeſum Chriſtum, per quem nunc reconciliationem
accepimus.

EPHES. V. 23. Chriſtus caput eſt Eccleſiæ: ipſe
Salvator corporis ejus.

1. TIMOT. IV. 10. In hoc enim laboramus & ma-
ledicimur, quia ſperamus in Deum vivum, qui eſt
Salvator hominum, maxime fidelium.

S. CYRILLUS HIEROSOL. *Catech.* 10. Leo vocatur
(*Chriſtus*) ex adverſo illi leoni noſtro adverſario ru-
gienti, & aberrantes devoranti. Venit enim Salvator,
non mutans ſuæ naturæ manſuetudinem, ſed tan-
quam Leo fortis de tribu Juda, ſervans quidem cre-
dentes, conculcans autem adverſarium .... Jeſus vo-
catur vero nomine, a ſalutari medicina habens ap-
pellationem. *Et poſt pauca*. Jeſus apud Hebræos ſigni-
ficat Salvatorem, in lingua vero Græca Medicum
ſonat: quandoquidem, & corporum medicus eſt, &
animarum curator; cæcorum ſanator, & mentium
illuminator; claudorum curator, & peccatorum dux
ad pœnitentiam.

S. BASIL. *Homil. in Pſ. LXI. Nonne Deo ſubjecta erit Pſ.61.2.
anima mea? Ab ipſo enim ſalutare meum*. Cauſam di-
cit cur ſubigi Domino contendat: quoniam ex Deo
ſalutare eſt. Proprium autem conditoris eſt, eorum
quæ fecit curam gerere ut ſerventur. Vel ab ipſo ſa-
lutare eſt; quoniam prophetice prævidens futuram
eſſe dominicæ incarnationis gratiam, hoc dicit, quod
Deo ſervire & ipſum amare oporteat, qui tantum be-
neficium in genus humanum prior contulerit, ut pro-
prio non pepercerit Filio, ſed pro omnibus illum
tradiderit. Salutare enim, mos eſt Scripturæ nomi-
nare Chriſtum Dei, ſicut & alibi Simeon ait: .... Luc.11.30.
Viderunt oculi mei ſalutare tuum. Subdamur itaque Deo
quoniam ex ipſo ſalutare. Quid autem ſit ſalutare
declarat. Non eſt nuda quædam aut levis actio unam
aliquam nobis ſuppeditans gratiam, qua ab infirmi-
tate liberemur, ac temperatam corporis habitudinem Pſ.61.3.
indipiſcamur. Ceterum quid eſt ſalutare? *Ipſe etenim
Deus meus, Salvator meus, ſuſceptor meus, non move-
bor amplius*. Deus noſter eſt, ex Deo Filius, idem &
Salvator humani generis eſt noſtram corroborans de-
bilitatem, ac noſtram corrigens per multimodas ten-
tationum ſalebras inolitam animis fluctationem. 1.Tim.11.6.

S. GREGOR. NYSS. *de Perfect. & Chriſtiani forma*.
Porro cum redemptionem eſſe Chriſtum diſcimus, qui
ſeipſum ut nos redimeret, pretium dedit, ea voce
intelligimus, eum tamquam mercedem cujusque ani-
mi, præbendo nobis immortalitatem, nos e morte a
ſe per vitam coemptos propriam ſibi poſſeſſionem ef-
feciſſe. Quod ſi ejus qui nos redemit effecti ſumus,
Dominum ita ſequamur, omnino ut non amplius
nobis vivamus, ſed illi, qui nos vitæ ſuæ pretio 1.Cor.6.20.
comparavit: non enim amplius noſtri ipſorum do-
mini ſumus? ſed ille, qui nos coemit, Dominus
eſt, nos autem ejus dominio mancipati. Illius er-
go voluntas nobis pro lege propoſita ſit.

S. EPIPH. *adverſ. Hæreſ. Lib. 1. tom. 3. hæreſ. 42. quæ
eſt Marcion. n.* 8. Maledictum Chriſtus non eſt, ſed diſſo-
lutio maledicti: contra vero benedictio omnibus eſt in
eum vere ac ſincere credentibus. Unde & *redemit* ſcri- Gal.3.13.
ptum eſt: non *emit*. Neque enim in alienam poſſeſſionem
diripiendi vel emendi gratia venit. Nam ſi emeret, quod

I. Cur vocans Chriſtum Advocatum noſtrum?

R. Sic eum vocat Johannes Apoſtolus, ut ſignificet quod Paulus dixerat, ſemper vivere Chriſtum ad interpellandum pro nobis, & miſericordiam nobis impetrandam. (C)

I. Cur ais Chriſtum noſtrum eſſe Sacerdotem & Pontificem?

R. Sic eum ſæpius vocat Apoſtolus juxta illud vaticinium Davidis, *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*. Sic autem appellatur, quia Deo ſacrificium obtulit quod fuit complementum, ſeu ut verius loquar, veritas adumbrata per ſacrificia omnia veteris legis; ſacrificium, inquam, quo ſolo potuit placari Deus & nobis reconciliari, (D)

I. Cur Chriſtum vocas victoriam noſtram, templum, altare noſtrum?

R. Sic eum vocat Apoſtolus, ut ſignificet

1. Chri-

ante non habebat emeret, ac mendici inſtar quibus careret ſibi compararet .... Longe vero ſeſe aliter res habet ... Quocirca redimendi verbum totum illud ſuſcepti pro ſalute noſtra corporis, adventuſque negotium ſignificat, quo quidem pati noſtra cauſſa dignatus eſt Deus, qui pati nihil alioqui poterat, cum in eodem ſtatu divinitatis, patiendi videlicet nihilominus perſiſteret. Quod vero perpeti aliquid pro nobis voluit, non id emendi noſtri gratia præſtitit, quaſi alieno mancipio teneremur: ſed uno duntaxat noſtri ſtudio & amore ductus crucis ſupplicium non neceſſitate ulla, ſed voluntate ſuſtinuit.

Eadem fere habet Lib. 2. tom. 2. hæreſ. 66. quæ eſt Manichæor. n. 78.

Rom. 8, 3. *Lib. 3. tom. 1. hæreſ. 74. quæ eſt Pneumatomachorum*, n. 2. Igitur *cum ego carne* imbecillis eſſem, Servator ad me ſub carnis ſpecie miſſus eſt, qui totum hoc negotium conficeret: ut me a ſervitute, ut a corru-

1. Cor. 1. 30. ptela, ut a morte redimeret: ac mihi ille *juſtitia, ſanctificatio ac redemptio factus eſt*. Juſtitia quidem, quod per fidem ſuam peccatum diſſolvit: ſanctificatio, quod per aquam & Spiritum, ac verbo ſuo in libertatem aſſeruit: redemptio denique, quod ſeipſum, ac veri agni ſanguinem, hoc eſt, ſuum in capitis mei pretium effuderit, piaculum, quo & mundus

Coloſſ. 1. 20. repurgatus, & omnia cælo, terraque reconciliata ſunt.

THEODORET. *in Epiſt. 1. ad Timoth.* II. 6. Oſtendit autem Domini quoque paſſionem fuiſſe pro omnibus ſuſceptam. *Qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus* ... Cum enim omnes redacti eſſent ſub mortis poteſtatem, ipſe qui nec ut Deus fuit morti obnoxius, habet enim naturam immortalem; ſed nec ut homo, peccatum enim non fecit quod mortem affert, dedit ſeipſum veluti quoddam redemptionis pretium, & omnes ab ejus ſervitute liberavit.

S. HILARIUS *in Pſ.* LXVI. *verſ.* 3. *n.* 4. *Ut cognoſcamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutare tuum*. Jeſum ſalutem dici, ipſe illa proprietatis ſermo, loquitur. Nam quod nobiſcum *ſalutare* eſt, id apud Hebræum Jeſus eſt. Confirmat autem iſtud

Matt. 1. 21. Angelus ad Joſeph de Maria loquens, *Pariet autem filium, & vocabis nomen ejus Jeſum: quia ipſe ſalvum faciet populum ſuum a peccatis*. Jeſum itaque oſtendit Angelus idcirco, quia ſalutaris eſſet populo, nuncupandum.

(C) HEB. VII. 25. Unde & ſalvare in perpetuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad Deum: ſemper vivens ad interpellandum pro nobis. 26. Talis enim decebat ut nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus a peccatoribus, & excelſior cælis factus: 27. Qui non habet neceſſitatem quotidie, quemadmodum Sacerdotes, prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit ſemel, ſeipſum offerendo.

1. JOAN. II. 1. Filioli mei, hæc ſcribo vobis, ut non peccetis. Sed & ſi quis peccaverit, advocatum habemus apud patrem, Jeſum Chriſtum juſtum: 2. & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.

S. AMBROS. *Enarrat. in Pſ.* XXXIX. *n.* 8. Quid tam proprium Chriſti, quam advocatum apud Deum Patrem adſtare populorum, mortem ſuam offerre pro cunctis, repellere necem, vitam reformare perituris?

Ep. 44. Orontiano, n. 17. Hic eſt ergo Sacerdos novus, & nova hoſtia, non ex lege, ſed ſupra legem; advocatus mundi, lux ſæculi.

(D) HEB. II. 17. Debuit (*Chriſtus*) per omnia fratribus ſimilari, ut miſericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicta populi.

III. 1. Conſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ Jeſum.

IV. 14. Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit cælos, Jeſum Filium Dei: teneamus confeſſionem. 15. Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris: tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato.

16. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ; ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.

V. 5. Chriſtus non ſemetipſum clarificavit ut Pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum. Filius meus Pſ. 2. 7.
es tu, ego hodie genui te. 6. Quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es Sacerdos in æternum, ſecun- Pſ. 109. 4.
dum ordinem Melchiſedech. 7. Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſalvum facere a morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia .... 10. Appellatus a Deo Pontifex juxta ordinem Melchiſedech.

VI. 20. Ubi præcurſor pro nobis introivit Jeſus, ſecundum ordinem Melchiſedech Pontifex factus in æternum.

VII. 11. Si ergo conſummatio per ſacerdotium Leviticum erat, (populus enim ſub ipſo legem accepit) quid adhuc neceſſarium fuit ſecundum ordinem Melchiſedech alium ſurgere Sacerdotem, & non ſecundum ordinem Aaron dici? 12. Tranſlato enim ſacerdotio neceſſe eſt ut & legis tranſlatio fiat .... 15. Et amplius adhuc manifeſtum eſt; ſi ſecundum ſimilitudinem Melchiſedech exurgat alius Sacerdos, 16. qui non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum virtutem vitæ inſolubilis. 17. Conteſtatur enim: Quoniam tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech ... 20. Et quantum eſt non ſine jurejurando (alii quidem ſine jureju-
rando Sacerdotes facti ſunt; 21. Hic autem cum ju- Ibid.
rejurando per eum, qui dixit ad illum: Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es Sacerdos in æternum.) 22. In tantum melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Jeſus. 23. Et alii quidem plures facti ſunt Sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere: 24. Hic autem eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium.

25. 26. 27. *Vide ſupra lit.* (C) *hocce §.*

VIII. 1. Capitulum autem ſuper ea quæ dicuntur: Talem habemus Pontificem, qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cælis, 2. Sanctorum miniſter & tabernaculi veri, quod fixit Dominus, & non homo. 3. Omnis enim Pontifex ad offerendum munera, & hoſtias conſtituitur: unde neceſſe eſt & hunc habere aliquid quod offerat: 4. Si ergo eſſet ſuper terram, nec eſſet Sacerdos: cum eſſent qui offerrent ſecundum legem munera .... 6. Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt.

IX. 11. Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non hujus creationis: 12. Neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta, æterna redemptione inventa. 13. Si enim ſanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis: 14. Quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſerviendum Deo viventi?

X. 12. Hic autem unam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera Dei .... 14. Una enim oblatione, conſummavit in ſempiternum ſanctificatos .... 19. Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti, 20. quam initiavit nobis viam novam, & viventem per velamen, id eſt, carnem ſuam, 21. & Sacerdotem magnum ſuper domum Dei .... 23. Teneamus ſpei noſtræ confeſſionem.

EUSEBIUS *Lib. 4. Demonſt. Evang. cap.* 15. Audi ergo rurſus David, qui æternum quemdam Sacerdotem viſiſſe ſe ait, atque hunc Dominum ſuum appellat, & ſedere eumdem cum Deo Patre confitetur, in Pſalmo CIX. ubi ſic ait: *Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris* Pſ. 109. 1.
meis ...

Digitized by Google

1. Chriſtum obtuliſſe ſemetipſum Deo Patri pro peccatis noſtris, loco victimarum veteris legis, quæ Deum utique placare non poterant. 2. Templum & altare, ubi veteres illæ victimæ immolabantur, typum fuiſſe Chriſti, qui ſemetipſum immolandum obtulit in carne mortali . . (E)

I. Cur Chriſtum vocas Patrem noſtrum?

R. Quia ipſe dat nobis vitam, & temporalem quia Deus eſt, & ſpiritualem & æternam, quia mediator eſt. Hinc dicitur apud Iſaiam *Pater futuri ſeculi*, hæc etiam vita ſpiritua-

mnis . . . *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*. Et ſane inſpice quemadmodum in his verbis David . . . agnoverit quemdam ita magnum, atque ita ſupra modum admirabilem . . . ut Dominum illum ſuum appellet. *Dixit* enim, inquit, *Domino meo*. Quin etiam Pontificem æternum eumdem intelligit, & Sacerdotem Dei altiſſimi, & conſeſſorem Dei Patris, & prolem ejuſdem; atqui ſine unctione fieri Sacerdos Dei apud Hebræos nemo prorſus poterat. Quocirca illos omnes nominare Chriſtos iidem libenter conſueverunt. Chriſtus ergo etiam is utique, de quo loquitur Pſalmus, Sacerdos erit. Quomodo enim teſtimonio Prophetæ Sacerdos eſſe diceretur, niſi idem prius Chriſtus extitiſſet? Sed etiam in æternum Sacerdos eſſe dicitur. Porro hoc amplius naturæ humanæ accommodari non poteſt, neque enim hominis æternum durare, quoniam mortale & fragile plane noſtrum eſt genus. Excellentior ergo quiſpiam quam ut intra hominis naturam conſiſtat is, qui in his verbis ſignificatur, Dei Sacerdos erit, qui cum jusjurandi affirmatione, perpetuo duraturum atque infinitum ſacerdotium a Deo acceperit. *Juravit* enim, inquit, *Dominus, & non pœnitebit eum. Tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem* Ibid.
Melchiſedech. Deinde Chriſtum vere unctum a Deo *probat, & proinde* verum Sacerdotem.

S. CYRILLUS HIEROSOL. *Catech.* 10. Chriſtus vocatur, non humanis manibus unctus, ſed a Patre perpetuo in eam, quæ ſuper homines, ſupremam Sacerdotii dignitatem inunctus. *Et paulo poſt:* Chriſtus eſt ſummus Sacerdos, immutabile habens ſacerdotium, quod neque a tempore cœpit, neque ſucceſſorem alium habens Sacerdotem . . . Non ex corporea ſucceſſione accipiens ſacerdotium, neque factitio oleo unctus, ſed ante ſecula e Patre; idque tanto excellentius aliis, quoniam hic cum jurejurando factus eſt Sacerdos. Alii enim ſine jurejurando ſunt Sacerdotes, hic autem cum jurejurando; propterea
Pſ. 109. 4. quod dicit: *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum. Tu es Sacerdos in æternum.*

1.Cor. 5. 7. S. GREGOR. NYSS. *de Perfect. & Chriſtiani forma*. Illa vero cogitatio nos aſtringet Domino, (*ſcilicet quod Chriſti ſervi ſumus*) ſi enim a Paulo tum *Paſcha*, tum *Sacerdotem* appellatum eſſe audiverimus: pro nobis enim
Heb. 7. 2. vere *Paſcha immolatus eſt Chriſtus*, Sacerdos autem ſacrificium obtulit Deo idem ipſe Chriſtus: *Seipſum* enim,
Epheſ. 5. 2. inquit, *tradidit oblationem & hoſtiam pro nobis*. Quæ
1.Timot. 2. 6 quidem nobis documento ſunt, ut qui Chriſtum Deo ſe
Rom. 12. 1. oblationem & hoſtiam dediſſe, & factum eſſe Paſcha videt, ipſe quoque corpus ſuum Deo *hoſtiam viventem, ſanctam, beneplacentem exhibeat*, rationale obſequium factus; ſacrificandi autem modus eſt, ut ne conformetur huic ſeculo, ſed transformetur in renovationem mentis
Id. 2. ſuæ, ut probet, *quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta*. Neque enim in carne, bona Dei voluntas oſtendi poteſt, niſi a ſpiritus lege ſacrificata ſit. Quandoquidem prudentia carnis inimica eſt Deo, & legi Dei non eſt ſubjecta. Quocirca, niſi prius caro mortificatis membris, quæ ſunt ſuper terram, quibus (*Lege* quorum) obſequimur appetitui, per hoſtiam viventem ſacrificetur, beneplacens & perfecta Dei voluntas ſine impedimento non poteſt in vita credentium obſervari. Sic
Hebr. 1. etiam dum Chriſtus in proprio ſanguine propitiatio conſideratur, edocemur, ut nos item nobis ipſis propitiatio ſimus, & membra mortificantes animos reddamus immortales.

S. EPIPHAN. *adverſus hæreſ. Lib.* 2. *tom.* 1. *hæreſ.* 55. *quæ eſt Melchiſedecianor*, *n.* 4. Dominus noſter non nudus homo, ſed ex Deo Deus Verbum, Deique Filius, ab eodem nullo initio vel tempore genitus, qui eſt cum Patre perpetuo, ſed homo tamen de Maria noſtra cauſſa factus eſt; nec ex virili ſemine procreatus. Qui quidem ſacerdotale Patri ſuo munus offert, accepta ex natura hominum maſſa, ut pro nobis Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech ſucceſſione omni carentem conſtituatur. Manet enim & aſſidue dona pro nobis offert. In primis quippe ſemetipſum obtulit, ut perfectiore vivaque pro totius mundi ſalute mactata hoſtia, veteris teſtamenti ſacrificium aboleret. In quo idem ipſe victima fuit; ipſe ſacrificium; ipſe Sacerdos, ipſe altare; ipſe homo, ipſe

Rex, ipſe Pontifex; Ipſe ovis, ipſe agnus: adeoque *omnia in omnibus* propter nos eſt factus, ut modis omnibus 1.Cor.15.28
nobis vita ſuppeteret; ac Sacerdotii ſui conſtantem, & immutabilem firmitatem in ſempiternum ſtatueret: ut non jam ſtirpis habita ratione ſucceſſiones diſtribueret, ſed ex juſtificatione conſervari propagarique in Spiritu ſancto ſingulari beneficio vellet.

Lib. 2. *Tom.* 2. *hæreſ.* 60. *quæ eſt Arian. n.* 39. Et Filius Patris quidem Filius ſine ulla dubitatione ab illis creditur & adoratur, qui vitam obtinere cupiunt. Pontifex vero idcirco fuiſſe, quod in ſuo corpore pro humano genere Patri ſemetipſum obtulerit. Idem & Sacerdos ſimul, & hoſtia pro omni creatura Pontificatus officio fungens ſeipſum obtulit: tum ſpiritali quodam modo & ingenti cum gloria ſubvectus, cum eodem illo corpore ad Patris
dexteram conſedit; *conſtitutus in æternum Pontifex*, ac Heb. 6. 20.
cæleſtes orbes ſemel permenſus, ut idem Apoſtolus in ſequentibus declarat.

THEODORET. *Tom.* 2. *in Epiſt. ad Hebr.* IV. 14. (*Apoſtolus*) Pontificem vocavit Jeſum Dominum, ut qui ſacrificium pro nobis obtulerit, & mundi peccatum ſu-
ſtulerit. Ea enim de cauſa agnus etiam vocatus eſt: *Ec-* Joh. 1. 29.
ce enim, inquit, *Agnus Dei, qui tollit peccata mundi* . . . diſpenſationis nomina hæc eſſe intelligamus. Quemadmodum enim homo factus eſſe dicitur, cum humanam naturam ſuſceperit, ita etiam Pontifex noſter ut homo vocatus eſt.

In cap. VI. *verſ.* 20. *Secundum ordinem Melchiſedech Pontifex factus in æternum* . . . . Eſt autem Pontifex in æternum, non quaſi hoſtias offerat, ſemel enim corpus ſuum obtulit; ſed qui ut mediator credentes ad Patrem
adducat: *Per eum* enim, inquit, *habuimus acceſſum am-* Epheſ. 2. 18.
bo ad Patrem. Sed & ipſe Dominus dixit in Evangeliis, Joh. 14. 6.
Nemo venit ad Patrem niſi per me.

In cap. VII. *verſ.* 27. (*Chriſtus*) nulli peccato affinis . . . unum ſacrificium ad ſalutem ſuffecit. Et illi quidem (*Legis Moſaicæ Sacerdotes*) alias offerebant hoſtias: hic vero ſuum ipſius corpus obtulit, idem ſimul & Sacerdos & hoſtia, & ut Deus cum Patre & Spiritu donum ſuſcipiens.

Epiſt. 145. *Monachis Conſtantinop.* Cum & animam & corpus ſumſiſſet unigenitus Dei Filius, hæc ab omni labe libera ſervavit, hoſtiamque obtulit pro genere univerſo. Ideoque & Pontifex noſter appellatus eſt. Pontifex autem non ut Deus, ſed ut homo vocatus eſt. Et ipſa quidem offert ut homo, ſuſcipit autem hoſtiam cum Patre & cum ſancto Spiritu ut Deus.

S. AMBROS. *Lib.* 3. *de Fide*, *cap.* 11. *n.* 87. Quia ſanguinem taurorum hircorumque repudiaverat Deus, hunc utique Sacerdotem per ſuum ſanguinem . . . in ſancta ſanctorum cæli ſumma penetrantem oportebat intrare, ut æterna noſtrorum eſſet oblatio peccatorum. Idem ergo Sacerdos, idem & hoſtia: & ſacerdotium tamen, & ſa-
crificium humanæ conditionis officium eſt; nam & Agnus Iſai. 53. 7.
ad immolandum ductus eſt, & Sacerdos eſt ſecundum or- Pſal. 109. 4.
dinem Melchiſedech.

S. AUGUST. *in Joh. Evang. cap.* 6. *Tract.* 24. *n.* 5. Venit ipſe unus (*Chriſtus*) utramque perſonam in ſe portans, Sacerdotis, & Regis: Sacerdotis per victimam, quam ſeipſum obtulit pro nobis Deo: Regis, quia regimur ab eo.

(E) HEB. IX. 11. 12. & 14. & X. 12. 14. 20. 21. &c. *Vide ſupra litt.* (D) *hocce* §.

Vide auctoritates PP. allatas ſupra litt. (D) *hocce* §.

EUSEBIUS *Lib.* 10. *Demonſtr. Evang. in Proœmio*. Ea nobis firmiter tenenda ſunt, quæ pleraque (*in antecedentibus libris*) diximus de diſpenſatione, quæ omnes illius (*Chriſti ſcil.*) rationes complexa eſt, in qua illud conſiderari ſolet, quod alia ſunt quæ ad ejuſdem divinitatem, alia quæ ad aſſumptam humanitatem pertinent. Alias enim induci ſolet tanquam & Dei Verbum, & Dei virtus, & Dei ſapientia; item magni conſilii Angelus, magnuſque & æternus Pontifex, qui ut omnia quæcumque genita ſunt, & ſint id quod ſunt, & in eo conſervantur, dum ſacro munere fungitur, Patrem ſuum exorat. Alias autem tanquam & Agnus Dei, qui tollat peccata mundi, & ovis quæ ad cædem ducatur. Hoc autem fuit ipſum huma-

rituali nonniſi in futuro ſæculo perfecte habebitur.

I. Cur ais Chriſtum eſſe caput noſtrum?

R. Sic eum vocat Apoſtolus; atque Eccleſiam eſſe corpus, cujus Chriſtus caput eſt, nos membra. F (F) Hæc alibi fuſius explicabimus, ubi de Eccleſia.

I. Cur vocas Chriſtum fratrem noſtrum?

R. Chriſtus ipſe non dedignatus eſt vocare nos fratres ſuos, ipſumque vocat Apoſtolus Rom. 8. 29
primogenitum in multis fratribus: ut intelligatur quod ait Johannes Apoſtolus: *Videte qua-* 1. Joh. 3.
lem caritatem dedit nobis Pater, ut filii Dei no- Rom. 8. 17.
minemur & ſimus. Si autem filii & hæredes: hæredes

num corpus, quod ille inſtar agni atque ovis, cum de noſtro grege veluti Pontifex aſſumpſiſſet, primitiis humani generis ſaoſte feliciterque operatus; Patri munus attulit, per quod etiam cum humana natura commercium habuit, quæ alioqui neque Dei Verbum, neque vim incorpoream atque intelligentem exaudire aut percipere potuiſſet... Agnus ille quidem fuit, tollens peccatum mundi, ut Baptiſta Joannes dicebat: *Ecce*, inquit,
Joh. 1. 29. *Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi*, agnus item ad cædem ductus, ut eſt in Eſaiæ Prophetæ oraculo, quod ita ait: *Tanquam ovis ad cædem ductus, & tanquam*
Iſa. 53. 7. *agnus coram tondente obmutuit*. De eodem vero tanquam de agno etiam illud dictum eſt: *Ex peccatis po-*
Ibid. 8. *puli mei ductus eſt ad mortem*: oportebat enim Agnum Dei, qui a maximo Pontifice aſſumptus fuerat, pro reliquis cognatis agnis, & pro omni humano grege, Deo victimam offerri. *Nam quoniam per hominem mors, per*
Rom. 5. 12. 18. *hominem etiam reſurrectio a mortuis*, inquit Apoſtolus, *& ſicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, ſic per unius juſtitiam, in omnes homines in juſtificationem vitæ*, ex hoc ipſe quoque ſuis quidem diſcipulis ſe & vitam, & lucem, & veritatem eſſe, & reliqua omnia, quæ ex Theologia de illo conſiderantur, oſtendebat. *Qui quidem Euſebii locus totum hunc §. non mediocriter illuſtrat.*

S. CYRILLUS HIEROSOLIM. *Catech.* 10. Ovis vocatur (*Chriſtus*) non irrationalis, ſed quæ per pretioſum ſanguinem ſuum, mundum a peccatis mundat, quæ ducitur
Iſa. 53. 7. *coram tondente ſe*, & ſcit quamdiu tacere oporteat. Hæc
Joh. 7. 10. ovis rurſus vocatur Paſtor, cum dicit: *Ego ſum Paſtor*. Ovis propter incarnationem, Paſtor propter benignitatem Deitatis.

S. BASIL. *Homil. in Pſal.* XXVIII. Unigenitus Filius dans mundo vitam, quandoquidem ſacrificium & oblationem ſeſe pro noſtris peccatis Deo offert, etiam Agnus Dei no-
Joh. 1. 29. minatur, & ovis: *Ecce Agnus Dei*. Et rurſus: *Ut ovis*
Iſa. 53. 7. *ad occiſionem ductus eſt*.

S. HILARIUS in *Pſalm.* LXIV. n. 6. Domum autem Dei etiam ipſum aſſumtum a Dei Filio hominem intelligere erit promptum: quia in eo inhabitet omnis plenitudo divinitatis, & per naturæ proprietatem in eo Pater habitet; bonis itaque ejus, id eſt, virtutis, gloriæ, æternitatis, unoquoque eo replendo, qui ſe templum Deo ſanctum & mirabile in æquitate ſervaverit.

Joh. 2. 19. S. AMBROS. *Enarrat. in Pſal.* XLVII. *verſ.* 10. *num.* 16. *Suſcepimus*, inquit, *Deus, miſericordiam tuam in medio templi tui*. Si ad Filium Dei dicitur, templum ita intelligimus, ſecundum quod ipſe de corpore ſuo dixit: *Solvite templum hoc, & in triduo reſuſcitabo illud*. Vere templum Dei corpus eſt Chriſti, in quo eſt noſtrorum purificatio peccatorum. Vere templum Dei caro illa, in qua nullum peccati potuit eſſe contagium, ſed pro delicto mundi totius fuit ipſa ſacrificium. Vere templum Dei caro illa, in qua Dei imago fulgebat, & corporaliter plenitudo divinitatis habitabat; quoniam ipſe Chriſtus eſt plenitudo. Ergo ad ipſum dicitur. *Suſcepimus, Deus, miſericordiam tuam in medio templi tui*... Si autem ad Patrem refertur, quid eſt, *In medio templi tui*, niſi quia Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi?

Joh. 1. 14. *N.* 17. In illo ergo templo *ſuſcepimus*, inquit, *miſericordiam tuam*, hoc eſt, Verbum quod caro factum eſt, & habitavit in nobis. Sicut enim redemptio Chriſtus, ita & miſericordia. Quæ autem major miſericordia, quam quod pro noſtris flagitiis ſe præbuit immolandum, ut ſanguine ſuo mundum lavaret, cujus peccatum nullo alio modo potuiſſet aboleri? &c.

Expoſit. in Pſal. CXVIII. *Serm.* 3. *num.* 26. Quis poterat videre remiſſiones peccatorum veras, quarum exemplar in lege, veritas in Evangelio eſt, dicente Domino Jeſu:
Luc. 7. 48. *Dimiſſa ſunt tibi peccata*; non per hircorum ſanguinem, ſed per hoſtiam ſui corporis. Ille itaque dives in lege, qui perfectæ majeſtatis in Chriſto plenitudinem confitendo, & quaſi eam quibuſdam ad illud altare cæleſte fidei manibus offerendo, peccatum ſuum ſolverit. Ille videt juſtum Sacerdotem, qui videt Principem Sacerdotum: illa templum verum conſiderat, qui audit dicentem: *Sol-*
vite templum hoc, & in triduo excitabo illud. Magnum Joh. 2. 19.
templum, de quo virtus exibat, & curabat omnes. Mirabile illud altare, in quo unius agni ſacrificium tulit peccata mundi. Illic præſtantiſſimus Levita, qui venit non ut miniſterium exigeret, ſed ut omnibus exhiberet ſuæ miniſterium paſſionis, cui portio Deus, qui hic nihil poſſederit, ut omnia poſſideret.

S. AUG. *Confeſſ. lib.* 10. *cap.* 43. *num.* 69. (*Chriſtus*) pro nobis tibi victor & victima; & ideo victor, quia victima: pro nobis tibi Sacerdos, & ſacrificium; & ideo Sacerdos, quia ſacrificium.

Quæſt. Evang. Lib. 1. *Quæſt.* 34. Quod Dominus di-
xit, *Quid enim majus eſt, aurum, an templum, quod* Matt. 23. 17
ſanctificat aurum? Et item dixit, *Quid enim majus, do-* & 19.
num, an altare, quod ſanctificat donum? Intelligendum templum, & altare ipſum Chriſtum: aurum & donum, laudes & ſacrificia precum, quæ in eo per eum offerimus... Non enim ille per hæc, ſed iſta per illum ſanctificantur.

Vide quæ a nobis jam dicta ſunt 1. *part. ſect.* 1. §. 11. *&* 17. *capitis quarti; ubi quænam per templum & tabernaculum figurabantur, retulimus; & quæ acturi ſumus infra part.* 3. *ſect.* 2. *cap.* 17. §. 6. *dum loquemur de his, quæ vetera ſacrificia adumbrabant.*

(F) EPHES. 1. 22. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus; & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, 23. quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur.

v. 23. *Vide ſupra litt.* (B) *hocce* §.

COLOSS. 1. 18. Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens.

THEODORET. in *Epiſt.* 1. *ad Corinth.* XI. 3. Dicit divinus Apoſtolus, virorum omnium Chriſtum caput eſſe, ſcilicet credentium. Noſtrum autem caput eſt, non quatenus eſt Deus, ſed quatenus homo: corpus enim ejus dicimur: oportet autem caput eſſe ejuſdem generis cum corpore. Quod ad humanitatem ergo attinet noſtrum eſt caput, &c. *Eadem etiam legere eſt in cap.* 1. *verſ.* 17. *Epiſt. ad Coloſſ. & in cap.* 11. *verſ.* 19. Rurſus, (inquit,) *caput* Chriſtum Dominum nominavit; *corpus* autem cœtum Eccleſiæ. Metaphorice autem poſuit totum hunc locum. Quemadmodum enim in corpore cerebrum eſt radix nervorum, per nervos autem ſenſus habet corpus; ita etiam a Chriſto Domino, & doctrinæ fontes, & ſalutis cauſas accipit corpus Eccleſiæ. Quod autem ſunt in corpore ligamenta, hoc ſunt Apoſtoli, Prophetæ & Doctores in conventu Eccleſiæ.

S. AMBROS. *Enarrat. in Pſal.* XXXVII. n. 29. Hoc autem caput Chriſtus eſt, quia omnis viri caput Chriſtus. Hoc eſt caput, quod per compaginationes & colligationes totius plebis creſcit in incrementum Dei, quia in omnibus nobis per ſingula membra ſua Chriſtus aſſurgit.

Enarrat. in Pſal. LXI. *n.* 18. Caput omnium Chriſtus eſt.

Lib. 5. *de Fide, cap.* 14. n. 182. Ipſe eſt omnium fundamentum, & ipſe eſt caput Eccleſiæ.

Epiſt. 45. *ad Soror. n.* 11. Omnes unum corpus Chriſti ſumus, cui caput Deus, membra autem nos ſumus: alii fortaſſe oculi, ut Prophetæ; dentes, ut Apoſtoli &c.

S. AUGUST. *Lib. de Correct. Donatiſtar. ſeu Epiſt.* 185. *alias* 50. *ad Bonifacium, cap.* 11. *num.* 50. Eccleſia Catholica ſola corpus eſt Chriſti, cujus ille caput eſt Salvator corporis ſui.

In Johann. Evang. cap. 7. *Tract.* 28. *n.* 1. (*Chriſtus*) quod latebat, quod ſe tanquam ne occideretur occultabat, hoc indicabat ſectura eſſe membra ſua, in quibus utique membris ſuis ipſe erat. Non enim Chriſtus in capite, & non in corpore, ſed Chriſtus totus in capite, & in corpore. Quod ergo membra ejus, ipſe; quod autem ipſe, non continuo membra ejus &c.

In Epiſt. Joh. cap. 1. *Tract.* 1. *n.* 2. *verſus finem*. Iſaias optime meminit unum eſſe ipſos duos, loquens enim ex perſona Chriſti, & dicit: Sicut ſponſo impoſuit mihi mitram, & ſicut ſponſam ornavit me ornamento. Unus vi- Iſai. 61. 10.
detur loqui, & ſponſum ſe fecit & ſponſam ſe fecit, quia non duo, ſed una caro; quia Verbum caro factum eſt, & Joh. 1. 14.
habi-

redes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti; cum eo tamen diſcrimine, quod Chriſtus Filius eſt & hæres Dei per naturam, nos per adoptionem dum-
G taxat. (G)

I. Cur Chriſtum vocas lucem noſtram?

R. Sic eum Prophetæ deſignarunt. Alii vo-
H caverunt eum ſtellam Jacob; (H) alii Orientem; (I) alii Solem: (K) Simeon ſenex vocat eum, *lumen ad revelationem gentium*. Dicitur Chriſtus in Evangelio, *lux illuminans omnem hominem*. Dicit Chriſtus ipſe, ego *ſum lux mundi; qui ſequitur me non ambulat in tenebris*. (L) Ante Chriſtum omnes *ambulabant in tenebris, & ſedebant in regione umbræ mortis*. Ipſe

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 24.
Johan. 1. 9.
Job. 8. 12.
Ibid. 9. 2.
I K L

habitavit in nobis. Illi carni adjungitur Eccleſia, & fit Chriſtus totus, caput & corpus.

(G) Matth. xxviii. 10. Tunc ait illis Jeſus: Nolite timere, ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me videbunt.

Johann. xx. 17. Dicit ei (*Magdalenæ*) Jeſus: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum; Deum meum, & Deum veſtrum.

Hebr. ii. 11. Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex uno omnes. Propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare, dicens: 12. Nunciabo nomen
Pſ. 21. 23. tuum fratribus meis... 13. Et iterum: Ecce ego, & pue-
Iſ. 8. 18. ri mei, quos dedit mihi Deus. 14. Quia ergo pueri communicaverunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participavit eiſdem, ut per mortem deſtrueret eum qui habebat mortis imperium, id eſt, diabolum.

Johann. iii. 2. Chariſſimi, nunc Filii Dei ſumus.

S. Greg. Nyss. *contra Eunom. Orat.* 3. Operæ pretium erit, ſeorſim diſtinguere, quomodo omnis creaturæ eſt primogenitus (*Chriſtus*,) & quomodo in multis fratribus, & quomodo primogenitus ex mortuis, & quomodo in ſeipſo ſine horum unoquoque commemoratus, cum rurſum inductus fuerit in orbem, adoratur ab omnibus Angelis ejus... Qui ſemel in orbem ingreſſus primogenitus factus ex mortuis, & fratrum & omnis creaturæ primogenitus.. Primogenitus ex mortuis fit, qui primus per ſe acres mortis dolores ſolvit, ut omnibus etiam viam faciat ad partum qui fit ex reſurrectione. In fratribus rurſus primogenitus factus, qui novo regenerationis partu prior genitus eſt in aqua, cujus partum columbæ volatus obſtetricatus eſt. Per quem eos qui cum ipſo ſimilis generationis participes ſunt, ſibi fratres aſciſcit, & primogenitus efficitur eorum qui poſt ipſum ex aqua & Spiritu regenerantur. Et ut ſummatim dicam, cum ſint tres in nobis generationes, quibus vivificatur humana natura, una e corpore, altera ſecundum regenerationis myſterium, tertia per ſperatam ex mortuis denuo reſurrectionem: in his tribus primogenitus dicitur. Duplex quidem cum ſit regeneratio, quæ per utrumque efficitur, & per baptiſma & per reſurrectionem, ipſe factus dux & princeps ſecundum utramque, in carne autem primogenitus fit, primus & ſolus ignotum naturæ partum in ſeipſo per Virginem novum molitus, cujus nullus in tot hominum generationibus auctor extitit... Hujus igitur novæ in Chriſto creaturæ, cujus ipſe dux fuit, primogenitus eſt vocatus, omnium factus primitiæ, & eorum qui ad vitam generantur, & eorum qui per reſurrectionem ex mortuis vivificantur, ut mortuis & vivis dominetur, atque ut totam per primitias in ſeipſo ſanctificet conſperſionem. Quod enim non ſecundum ante æternam exiſtentiam Filio primogeniti nomen applicatur, unigeniti appellatio teſtatur. Nam qui vere unigenitus eſt, fratres non habet. Quomodo enim quis eſſet unigenitus qui cum fratribus annumeratur? &c.

Theodoret. *Interpret. in Pſal.* xxi. *v.* 23. *Narrabo nomen tuum fratribus meis*... Fratres eos, qui in ipſum crediderunt nuncupat. Fratres autem ſunt, tanquam hominis. Ut enim Deus, herus eſt & Dominus: ut vero homo etiam Frater nominatur. Unigenitus enim eſt & primogenitus, & illud quidem ut Deo & Domino convenit. Nam ut Deus ſolus genitus eſt, & unigenitus vocatur: ut homo vero etiam primogenitus appellatur; & teſtis eſt Apoſtolus, dicens: *Ut ſit ipſe primogenitus in*
Rom. 8. 29. *multis fratribus*.

In Epiſt. ad Rom. viii. 29. *Ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus*. Hoc etiam teſtatur veritas doctrinæ. Nam primogenitus nominatur ut homo: ut Deus enim, unigenitus eſt. Neque enim fratres habet, ut Deus: ſed ut homo, appellat fratres eos qui crediderunt. Horum eſt primogenitus, nec tamen alius eſt quam unigenitus: ſed idem eſt unigenitus & primogenitus.

S. Hilarius *in Pſal.* 51. *n.* 3. Vos autem genus electum regale ſacerdotium, genus ſanctum, plebs ad poſſidendum. In hanc igitur ſpiritalem domum ædificandi in regale genus ſumus, ſi per ſpiritalem corporum ædificationem conformes Deo facti, genus perfici regale mereamur. Hanc ergo Abimelech domum, id eſt, domum fraterni regni, David ille verus, ſanctus, Rex, juſtus, Oriens ingreſſus eſt; factus ſcilicet noſtri corporis homo. Quæ domus fratris mei regnum eſt: quia in ejuſdem corporis gloria cohæredes ſumus regni ejus, ipſo dicente: *Venite*
Matt. 25. 34. *benedicti Patris mei, poſſidete præparatum vobis regnum a conſtitutione mundi*. Quod autem fratres ejus ſint, quorum domum regiam fuerit ingreſſus, per Prophetam te-
Pſ. 21. 23. ſtatur in Pſalmo, dicens: Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in media Eccleſia laudabo te... Verbum caro factum habitat in nobis, qui & fratres, & domus ſpiritalis, & regale genus ſumus.

N. 4. In Chriſto, qui David, oriens, juſtus, Rex & æternus & Paſtor eſt, totius ſpei noſtræ conſummatio & legis finis intelligitur eſſe... qui in ea corporis ſui domo proditus eſt, quæ ei fraterni domus eſſe ſignificatur imperii.

Ibid. *Lib.* 11. *de Trinit. n.* 15. *Narrabo nomen tuum fratribus*
Rom. 8. 29. *meis*... toto in Pſalmo paſſionis ſuæ ſacramenta prophetico ſpiritu prælocutus, ex ea neceſſe eſt fratribus habeat diſpenſatione, qua paſſus eſt. Novit ſacramentum in eo fratrum etiam Apoſtolus, ut primogenitum eum ex mortuis, ita primogenitum in multis fratribus prædicans. Secundum id ergo eſt in multis fratribus primogenitus, ſecundum quod eſt primogenitus ex mortuis. Et cum ſacramentum mortis in corpore ſit, ſacramentum quoque fraternitatis in carne eſt. Fratres itaque ex carne ſunt
Job. 1. 14. Deo; quia & *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*: ceterum unigenitus Deus, in unigeniti exceptione, ſine fratribus eſt.

S. Ambros. *Lib.* 1. *de Fide, cap.* 19. *num.* 126. Filius aut per adoptionem, aut per naturam eſt; per adoptionem nos filii dicimur; ille (Chriſtus) per veritatem naturæ eſt.

S. Aug. *in Joh. Evang. cap.* 15. *Tract.* 82. *num.* 4. Sumus nos filii gratia, non natura; unigenitus autem natura, non gratia.

(H) Numer. xxiv. 17. Videbo eum, ſed non modo: intuebor illum, ſed non prope. Orietur ſtella ex Jacob, & conſurget virga de Iſrael.

(I) Zachar. iii. 8. Ecce ego adducam ſervum meum Orientem.

vi. 12... Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Ecce 14.
vir Oriens nomen ejus, & ſubter eum orietur, & ædificabit templum Domino.

Luc. i. 78. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitavit nos, Oriens ex alto. 79. Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

(K) Malach. iv. 2. Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol juſtitiæ.

(L) Isai. ix. 2. & Matt. iv. 16. Populus qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam: & ſedentibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis.

xlii. 6. Ego Dominus vocavi te in juſtitia, & apprehendi manum tuam, & ſervavi te, & dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium, ut aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedentes in tenebris.

xlix. 6. Et dixit: Parum eſt ut ſis mihi ſervus, ad ſuſcitandas tribus Jacob, & fæces Iſrael convertendas. Ecce dedi te in lucem Gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ.

lx. 1. Surge, illuminare Jeruſalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt. 2. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos; ſuper te autem orietur Dominus, & gloria ejus in te videbitur. 3. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui.

Johann. ix. 5. Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi.

xii. 46. Ego lux in mundum veni: ut omnis qui credit in me in tenebris non maneat.

Eusebius *lib.* 4. *Demonſtr. Evang. cap.* 6. Quemadmodum

PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 24.

(M) Ipſe dedit nobis lumen ſalutare veritatis, ſcientiam ſalutis. Ob idque ipſum dicitur quoque in Scripturis magiſter noſter, legifer noſter, M Doctor noſter; ipſe enim nos erudivit, nos docuit, dedit nobis legem novam ſcriptam in cor- N dibus noſtris. (N)

I. Cur vocas Chriſtum Prophetam noſtrum ſinguleti ratione?

R. Hoc illum nomine deſignavit Moyſes his verbis: *Prophetam de gente tua, & de fratribus* Deut. 18. 15.
tuis ſuſcitabit tibi Dominus Deus; ipſum audies. Ibi de Meſſia ſermonem eſſe adverterunt Pe-

trus

dum in rebus quæ ſub aſpectu cadunt, Sol unus univerſum illuſtrat hunc ſenſibilem mundum, ita in iis quæ intelligentia ſola capiuntur, immortales & incorporeas poteſtates, & intelligentes ac rationales naturas, quaſi innumerabiles ſtellas lucisque fontes, unum Dei perfectum illuminat Verbum.

S. BASILIUS *adverſus Eunom. Lib.* 1. Dominus noſter Jeſus Chriſtus cum de ſeipſo verba faceret, & Deitatis in homines affectum ac incarnationis gratiam ſubaperiret quibuſdam proprietatibus, quas in ipſo ſpeculari poſſimus, eam ſignificavit. Portam enim ſeipſum, viam, panem, vitem, paſtorem, lucem nominavit; non quod multis nominibus præditus ſit, nec enim cuncta hæc nomine eodem inter ſe tendunt: ſiquidem aliud lux, aliud vitis, aliud via, aliud paſtor ſignificet; ſed cum unum quiddam ſit, quatenus ſubjecti rationem habet, una ſubſtantia ſimplex & non compoſita, aliter atque aliter ſeipſum nominat, commentatione diverſas inter ſe appellationes ſibi accommodans. Siquidem pro effectorum diverſitate, & pro affectu erga eos, quibus bene fecit, diverſa quoque ſibi nomina impoſuit. Nam cum ſe mundi lucem dicit, partim inaccesſibilem divinæ gloriæ majeſtatem hoc nomine ſignificat, partim quod ſplendore agnitionis eos, qui animi oculos purgatos habent, illuminat. Vitem vero, quod omnes qui in eo per fidem radices egerunt, bonarum operationum fertilitate enutriat. Panem autem, quod rationalis animæ ſit cibus idoneus, retinearque conſtitutionem ipſius, & quod ejus proprium eſt conſervet, ſemper a ſeipſo quod defluxum eſt reſtituens, neque ad irrationalem dimittens infirmitatem delabi. Ita ſi quis ſingula nominum pertractabit, multiplices atque varias rationes inveniet, quamvis unum ſecundum ſubſtantiam iis omnibus ſubjiciatur.

Eadem fere docet S. GREGOR. NYSS. *in Libris adverſus Eunomium, quem conſule.*

Lib. de Spiritu ſancto. Eos qui in tenebris ignorantiæ detinentur, illuminat: propterea lumen verum dicitur.

S. GREGOR. NYSS. *Lib. de Perfect. & Chriſtiani forma.*
Joh. 1. 9. Chriſtum eſſe lucem veram, & a mendacio remotiſſimam conſiderantes, diſcimus vitam quoque noſtram veræ lucis radiis illuſtrari oportere. Solis autem juſtitiæ radii ſunt ipſæ virtutes, quæ ad nos illuminandos emanant, ut abjiciamus opera tenebrarum, & *tanquam in die honeſte ambulemus*, & repudiantes abſcondita turpitudinis,
Rom. 13. 13. atque omnia in luce facientes, ipſi quoque lux evadamus, & quod proprium eſt lucis, aliis per opera ſplendeamus. Quod ſi Chriſtum ut ſanctificationem conſiderabimus, ab improbis & impuris omnibus tum factis, tum cogitationibus abſtinentes, nos ejus nominis vere participes oſtendamus, quippe qui non verbis, ſed vitæ noſtræ actionibus ſanctificationis virtutem præ nobis feremus.

S. HILARIUS *in Pſal.* CXXXI. *n.* 2. David cum patribus quieſcebat, ipſe teſtamentum datum per Moyſen legis cognoverat: tanto poſtea Deus per Prophetas locutus eſt David excitandum, Paſtorem, Regem, orientem, juſtum, in cujus diebus ſalus Iſrael ſit, ad quem Deus teſtamentum pacis diſponit. Ergo eſt David, non hic Jeſſe filius Pſalmorum ex parte conſcriptor, ſed David ob
Joh. 9. 11. cuſtodiam gregis ſui Paſtor; *Paſtor enim bonus pro ovi-*
Id. 1. 49. 5. 22. *bus ſuis animam ponit:* ob æterni regni gloriam Rex, cui dictum eſt, *Rabbi, tu es Rex Iſrael;* ob judicium juſtus, *Pater enim non judicat quemquam, ſed omne judicium de-*
Mat. 27. 18. *dit Filio;* ob lumen mundi Oriens: *Erat enim lux vera,*
Joh. 14. 27. *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum;* ob filii dignitatem teſtamenti pacis hæres: Omnia enim mihi data ſunt in cælo & in terra; &, *Pacem meam relinquo vobis.* Confiteantur ergo neceſſe eſt Judæi, longe poſt tempora David hæc eſſe prædicata.

S. AMBROS. *Enarrat. in Pſalm.* XXXVII. *n.* 41. Quod eſt verum lumen omnium, niſi Chriſtus Jeſus, de quo Johan-
Joh. 1. 9. nes dicit: *Erat verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum;* quia ipſe eſt, qui illuminat & corporis oculos, & mentis obtutum. Rogemus ergo, ut ſemper nobis ſuum lumen infundat, & ſemper nobiſcum ſit, ſicut erat cum David; & ideo audebat di-

cere: *Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo vide-* Pſ. 35. 10.
bimus lumen. Ille certe quaſi Propheta magnum viderat lumen: nobis lucerna ejus luceat, ne poſſimus errare. Et lucerna Verbum eſt, ſicut verum lumen eſt Verbum, quod totum illuminat mundum. Denique *lucerna pedi-* Pſ. 118. 15.
bus meis Verbum tuum, Domine.

S. AUG. *Lib.* 4. *de Gen. ad litt. cap.* 28. *num.* 45. Neque Chriſtus ſic dicitur lux, quomodo dicitur lapis, ſed illud proprie, hoc utique figurate.

In Joh. Evang. cap. 8. *Tract.* 34. *num.* 4. *in fine.* Factum eſt propter nos ſub Sole lumen quod fecit Solem. Noli contemnere nubem carnis: nube tegitur, non ut obſcuretur, ſed ut temperetur.

N. 5. Loquens ergo per nubem carnis lumen indeficiens, lumen ſapientiæ, ait hominibus, *Ego ſum lux mundi;* Joh. 8. 12.
qui ſequitur me non ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen vitæ... Quando ſitimus, quærimus fontem; quando in tenebris ſumus, quærimus lumen; & ſi forte nocte ſitiamus, lumen accendimus, ut ad fontem veniamus. Non ſic apud Deum, quod lumen eſt; hoc eſt fons, qui tibi lucet ut videas, ipſe tibi manat ut bibas.

In cap. 12. *Tract.* 54. Lumina ſunt omnes Sancti, ſed credendo ab eo illuminantur, a quo ſi quis receſſerit tenebrabitur. Lumen autem illud quo illuminantur, a ſe recedere non poteſt, quia incommutabile omnino eſt. Credimus ergo lumini illuminato, ſicut Prophetæ, ſicut Apoſtolo; ſed ideo illi credimus, ut non in ipſum credamus quod illuminetur, ſed cum illo credamus in illud lumen a quo illuminatur, ut & nos illuminemur, non ab illo, ſed cum illo a quo ille.

(M) ACTOR. XIII. 47. Sic enim præcepit nobis Domi-
nus: Poſui te in lucem gentium, ut ſis in ſalutem uſque Iſa. 49. 6.
ad extremum terræ.

S. GREGOR. NYSS. *Orat. de Occurſu Dom.* &c. Quem *Lumen ad revelationem gentium* (*Chriſtum Simeon*) dixerit, divinæ ſalutis revelationem nobis intelligendam præbet, quippe cum in denſiſſimis tenebris, & ſumma caligine nullum Dei cognitionis ſplendorem extraneæ gentes haberent. Nam ante adventum Chriſti gentes in tene-
bris verſabantur, quemadmodum beatus Iſaias quoque Luc. 2. 32.
populo qui in tenebris ſedebat, bonum nuncium apportans, magnum lumen eos viſuros dixit.

(N) ISAI. LV. 4. Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus.

JOHAN. III. 2. Hic (Nicodemus) venit ad Jeſum nocte, & dixit ei: Rabbi, ſcimus quia a Deo veniſti magiſter, nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.

XIII. 13. Vos vocatis me Magiſter, & Domine: & bene dicitis, ſum etenim.

EUSEBIUS *Lib.* 3. *Demonſtrat. Evangel. cap.* 2. Primus (*Moyſes*) religioſæ vitæ illis inſtitutionem quandam diſponens atque aſſignans, piæ, ſanctæque Reipublicæ illis author & primus & ſolus apparuit. Atqui Jeſus quoque Chriſtus ſicut Moyſes ſimiliter, ac multo quidem excellentius: qui primus ejus doctrinæ, quæ veram religionem inſtituit reliquis gentibus, auctor & magiſter fuit; & primus per totum terrarum orbem ſimulacrorum cultum evertit, primusque unius omnium Regis Dei cognitionem, & reverentiam cunctis oſtendit hominibus: novæque vitæ, ac piis hominibus accommodatæ Reipublicæ primus introductor, legisque lator extitit. Ad hæc ea, quæ de mundi ortu, & quæ de animæ immortalitate feruntur, aliaque omnia philoſophice præcepta quæcumque ejuſdem ſunt generis, primus Moſes Judæorum tradidit nationi. Sed hæc multo divinius, primus cæteris gentibus Jeſus Chriſtus per ſuos Diſcipulos demonſtravit, ut ſane merito Moſem primum, ſolumque pietatis legum latorem Judæorum appellare æquum ſit, Jeſum autem Chriſtum gentium univerſarum, ſicut prophetia quæ de illo eſt, canit: *Conſtitue, Domine, legiſlatorem ſuper eos, agnoſcant gentes* Pſal. 9. 21.
quod homines ſunt.

S. CLEMENS ALEXAND. *Stromat. lib.* 1. Omnia Verbum & facit, & docet, & inſtituit... Tale ac tantum eſt Verbum. Hic eſt pædagogus, mundi & hominis opifex.

ACTOR.

O trus Apoſtolus & Stephanus Diaconus protomartyr. (O)

Et certe vere Propheta κατ' ἐξοχὴν Chriſtus; qui ſummus hominum magiſter & doctor eſt; per quem Prophetæ omnes locuti ſunt; qui ipſe multa verbis apertiſſimis prophetavit in quibus quædam jam impleta cernimus, alia ſuo tempore implenda expectamus, ex præteritis futura certiſſime conjicientes.

I. Cur vocas Chriſtum Apoſtolum noſtrum?

R. Hoc eum nomine appellavit Apoſtolus, quia Chriſtus ad nos a Patre miſſus eſt. (P) *Apoſtolus* enim Græca vox eſt, quæ Miſſum ſignificat. PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 24. P

I. Cur vocas Chriſtum Angelum novi teſtamenti?

R. Sic eum deſignavit Malachias Propheta, ut ſignificaret Chriſtum eſſe a Deo Patre mittendum, ut novum cum hominibus fœdus iniret, teſtamenti novi mediator eſſet. (Q) Q

I. Si

Deut. 18. 15. (O) ACTOR. III. 22. Moyſes quidem dixit: Quoniam Prophetam ſuſcitabit vos Dominus Deus veſter de fratribus veſtris, tanquam me ipſum audietis juxta omnia quæcumque locutus fuerit vobis.

Ibid. ACTOR. VII. 37. Hic eſt Moyſes qui dixit Filiis Iſrael: Prophetam ſuſcitabit vobis Deus de fratribus veſtris, tanquam me ipſum audietis.

Ibid. EUSEBIUS *Lib. 9. Demonſtr. Evang. c. 11. Deuteron. in hæc verba: Prophetam de fratribus tuis ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus ſicut me*, &c. Animadverte diligenter ut nullus plane apud Hebræos Moſi ſimilis Propheta ſurrexerit, hoc eſt, qui & legum auctor, & pietatis apud homines introductor extiterit, niſi unus Salvator noſter Chriſtus Dei; itaque in fine Deuteronomii legitur: *Non ſurrexit ultra Propheta in Iſrael ſicut Moſes*. Nam etſi innumerabiles Prophetæ poſt
Ibid. 34. 10. illum extiterunt, at non tamen ſicut ille. Totum vero hoc ipſa Dei pollicitatio complexa eſt, quippe quæ unum dumtaxat non multos, & eundem ſimilem illi ſuſcitandum promittat. Significat autem hunc & legum auctorem & pietatis apud homines magiſtrum futurum, cujuſmodi unus Salvator ac Dominus noſter Jeſus Chriſtus, nec alius præterea quiſpiam fuiſſe demonſtratur, & legum auctor videlicet, & idem ſui Patris, qui Deus eſt univerſi, Propheta. Et Moſes quidem unius dumtaxat gentis Dux fuit ..... At vero ipſe Chriſtus Dei, ubi a Patre promiſſum illud
Pſ. 11. 8. accepit: Poſtula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: utpote, qui non ſolis Judæis, ſed etiam univerſo hominum generi novus legum, pietatisque auctor a Patre conſtitueretur, vocatione omnium gentium, tum facilem, tum accommodatam legum diſciplinam appoſuit, &c. *Caput integrum legere te non pigebit.*

S. GREGOR. NYSSEN. *Orat. de Occurſu Dom.* &c. Por-
Luc. 11. 34. ro quod divinus Simeon dixit *in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael* Dominum poſitum eſſe, oſtendit ipſa convenientia ſententiarum cum iis, quæ Pro-
Iſ. 49. 23. phetæ prodiderunt, unum & eumdem Deum atque le-
1. Pet. 11. 8. giſlatorem tum in Prophetis, tum in novo teſtamento loquutum eſſe. Nam lapidem offendiculi, & petram ſcandali in cauſa ſore, ut non confundantur qui in illum credant, propheticus ſermo dixit. igitur ruina quidem eſt iis, qui propter incredulitatem humilitate carnis illius offenduntur: reſurrectio vero iis, qui firmitudinem divinæ diſpoſitionis & adminiſtrationis agnoverint.

S. HILARIUS *in Pſ.* CXXXVIII. *n.* 10. Dominus noſter in eo corpore quod aſſumpſit, jam tranſcurſam a ſe atque tritam in Prophetis ſemitam percurrit: & certum conſtitutumque ſibi itineris ſui finem conſecia. Quod autem per tritam prædicationis ſemitam
Mat. 23. 37. ambulaverit, audiamus ipſum dicentem: *Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui te miſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregans pullos ſuos, & noluiſti?* Quoties cum nit, frequentiam numeroſæ ſignificationis oſtendit. Nihil ergo novi & egit, & paſſus eſt, cum per nolentem congregari filios ſuos Jeruſalem, triſtes & auditus & inhonoratus eſt in Prophetis.

Lib. 5. de Trinit. n. 29. Numquid ambigitur in eo
Iſ. 65. 13. quod dictum eſt, *Propterea ſic dicit Dominus*, & in eo
Ibid. 15. quod ſequitur, *Vos autem interficiet Dominus*, id demonſtratum fuiſſe, ut qui loqueretur, & qui interfecturus eſſet, non aliud intelligeretur eſſe quam Dominus, qui & poſtea ſibi ſervientes novo eſſet nomine muneraturus, & non ignoraretur & in Prophetis locutus eſſe, & piorum atque impiorum Judex futurus.

Lib. 11. n. 18. Non afferunt autem tempora vel ætates Spiritus diverſitatem, ut non ipſe atque idem Chriſtus in corpore ſit, qui manſit Spiritu in Prophetis.

SANCTUS AMBROSIUS *Lib. 2. de Fide, cap. 4. numero* 37. Ut ſcias Chriſtum eſſe, qui loquutus eſt & in Propheta & in Evangelio, tanquam in prædeſti-
Iſai. 52. 6. natione Evangelii per Iſaiam dicit: *Ipſe qui loquebar, adſum*, hoc eſt: Adſum in Evangelio, qui loquebar in lege.

S. AUGUST. *in Joh. Evang. cap. 6. Tract. 27. nu. 7.* Joh. 6. 14.
Illi homines cum vidiſſent ſignum, dicebant, quia hic eſt vere Propheta ..... Erat autem ille Dominus Prophetarum, impletor Prophetarum, ſanctificator Prophetarum, ſed & Propheta: nam & Moyſi dictum eſt, Deut. 18. 18.
Suſcitabo eis Prophetam ſimilem tui: Similem ſecundum carnem, non ſecundum majeſtatem, & de ipſo Chriſto illam Domini promiſſionem habere intellectum, aperte in Actibus Apoſtolorum exponitur & le- Act. 7. 37.
gitur. Et ipſe Dominus de ſe ait, *Non eſt Propheta* Mat. 13. 57.
ſine honore, niſi in patria ſua. Propheta Dominus, & Verbum Dei Dominus, & nullus Propheta ſine Verbo Dei prophetat: cum Propheta Verbum Dei, & Propheta Verbum Dei. Meruerunt priora tempora Prophetas afflatos, & impletos verbo Dei: meruimus nos Prophetam ipſum verbum Dei.

(P) HEB. III. 1. Conſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ Jeſum.

JOHAN. XVII. 3. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum..... 8. Verba, quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt & cognoverunt vere quia a te exivi, & crediderunt quia tu me miſiſti ... Sicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum.

XX. 21. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.

(Q) MALACH. III. 1. Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam: & ſtatim veniet ad templum ſuum Dominator, quem vos quæritis; & Angelus Teſtamenti, quem vos vultis, Ecce venit, dicit Dominus exercituum.

S. BASIL. *adv. Eunom. lib.* 2. Scriptum eſt quod viſus eſt Moſi Angelus Domini in rubo, in flamma ignis. Cum Angelum ergo narrationi Scripturæ præpoſuerit, Dei adduxit vocem. Dixit enim, inquit,
Moſi: *Ego ſum Deus patris tui Abraham*: & rurſus poſt Exod. 111. 6
pauca, *Ego ſum qui ſum*. Quis igitur idem ipſe & Ibid. 14.
Angelus & Deus? Nonne ille, de quo didicimus, Iſai. 9. 6.
quod vocatur nomen ejus magni conſilii Angelus... Nam etſi poſterius factus eſt magni conſilii Angelus: ſed tamen & prius non repudiabat Angeli appellationem.

S. EPIPH. *adv. Hæreſ. lib. 2. tom. 2. hæreſ. 69. quæ eſt Arian. num.* 34. Etenim Chriſtus janua dicitur: & via, columna, nubes, petra, ovis, agnus, hœdus, vitulus, leo, fons, ſapientia, Verbum, Filius, Angelus, Chriſtus, Salvator, Dominus, homo, Filius hominis, lapis angularis, Sol, Propheta, panis, Rex, Architectus, Agricola, Paſtor, vitis & id genus alia...

N. 35.... Illa quidem omnia per catachreſin uſurpantur: neque Filii divinitatem impetunt, aut illius eſſentiam a paterna ulla ex parte deficere arguunt. Sive *janua* vocatur; quoniam per illum ingredimur. Sive *via*; quoniam per ipſum ambulamus.
Sive *columna*, quod veritatis firmamentum ille ſit. Joh. 10. 9.
Sive *nubes*, quod Iſraelitas protexerit. Sive alio mo- Id. 14. 6.
do *columna*, propter ignis illius ſplendorem, qui per Tim. 111. 15
ſolitudinem illuxit. Sive *manna*, quod *cœleſtem il-* Exod. 13. 22
lum panem negaverent. Sive *panis*, quia nos confir- Joh. 6. 41.
mat ac roborat. Sive *Angelus*, quoniam *magni con-* Iſai. 9. 6.
ſilii Angeli eſt ...... Dei Filius pro eo quod Patris voluntatem nunciavit hominibus, *magni conſilii Angelus* dicitur, qui magnum illud conſilium mundo ſi-
gnificavit. Jam cum *lapis* dicitur, non ſenſus ex- 1. Cor. 10. 4.
pers lapis aliquis intelligendus eſt, ſed per catachreſin uſurpatur, eo quod Judæis offenſioni fuerit; no-
bis vero, fundamentum ſalutis. *Angularis* vero *lapis* Iſai. 18. 16.
idcirco, quod vetus ac Novum Teſtamentum cir- Epheſ. 11.
cumciſionem ac præputium in unum conſociarit ac 20.
devinxerit. *Agnus* item propter innocentiam, tum Joh. 1. 36.
quod hominum ſcelus per ipſum penitus extinctum fuerit, cum ovis inſtar jugulatus ac Patri oblatus eſt: quandoquidem pro nobis pateretur is, qui nihil pati poterat adveni, ut nos ſalvi eſſe poſſemos.

Ac

PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 24.

I. Si Chriſtus Angelus fuit novi teſtamenti, cur eum vocat Apoſtolus miniſtrum circumciſionis?

R. Sic eum vocat Apoſtolus, quia Chriſtus dum viveret non Gentibus, ſed Judæis ſolum, qui circumciſione diſtinguebantur, Evangelium prædicavit; (R) nonniſi poſt Reſurrectionem Evangelium annuntiarunt Gentibus Apoſtoli paſſi a Judæis repulſam. (S)

Joh. 14. 6. Mat. 16. 24. Marc. 8. 34. Luc. 9. 23.

I. Cur vocas Chriſtum viam noſtram?

R. Sic Chriſtus ipſe ſemetipſum appellavit, *Ego ſum*, inquit, *via*. Rem Chriſtus explicat verbis mox ſequentibus: *Nemo venit ad Patrem niſi per me*: Et alibi: *Si quis vult poſt me venire .... ſequatur me*. (T)

I. Cur ais Chriſtum eſſe oſtium quo intrare debemus?

R. Id ipſum Chriſtus ait & explicat his verbis: *Ego ſum oſtium: per me ſi quis introierit ſalvabitur*. Quibus verbis innuitur nonniſi per Chriſtum ingredi nos poſſe & in vitam æternam & in viam quæ ducit ad vitam. Quiſquis ergo non intrat per oſtium hoc, ſed aſcendit aliunde, in quamcumque dignitatem, in quemlibet ordinem, is extra viam ſalutis eſt, niſi ingreſſus vitium corrigat. Nimirum Chriſtus ſingulos fideles in ſuo quemque ordine collocat, ſuam habet quiſque vocationem per Chriſtum ſuſcipiendam. (V) Joh. 10. 9.

I. Cur ais Chriſtum eſſe lapidem angularem,

Ac ſi quid aliud eſt, quod eodem uſu ad ſalutem hominum accommodari poſſit; per catachreſin in ſacris literis ad illum transfertur.

S. AUG. *in Joh. Evang. cap. 6. Tract. 24. n. 7.* Sic autem Propheta Chriſtus, Dominus Prophetarum: ſicut Angelus Chriſtus Dominus Angelorum. Nam & ipſe dictus eſt magni conſilii Angelus. Verumtamen alibi quid dicit Propheta? Quia non legatus neque Angelus, ſed ipſe veniens ſalvos faciet eos: id eſt, ad ſalvos eos faciendos non mittet legatum, non mittet Angelum, ſed veniet ipſe. Quis veniet? Ipſe Angelus. Certe non per Angelum, niſi quia iſte & Angelus, ut etiam Dominus Angelorum. Etenim Angeli Latine nuntii ſunt. Si Chriſtus nihil annuntiaret, Angelus non diceretur: ſi Chriſtus nihil prophetaret, Propheta non diceretur. Exhortatus eſt nos ad fidem, & ad capeſſendam vitam æternam: aliquid præſens annuntiavit, aliquid futurum prædixit: ex eo quod præſens annuntiavit, Angelus erat: ex eo quod futurum prædixit, Propheta erat: ex eo quod Verbum Dei caro factum eſt, & Angelorum & Prophetarum Dominus erat. (Iſai. 9. 6. Id. 35. 4.)

(R) ROM. xv. 8. Dico enim Chriſtum Jeſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promiſſiones Patrum.

(S) ACTOR. XIII. 46. Tunc conſtanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad Gentes.

ROM. XI. 11. Dico ergo: Numquid ſic offenderunt ut caderent? Abſit. Sed illorum delicto, ſalus eſt Gentibus, ut illos æmulentur. 12. Quod ſi delictum illorum divitiæ ſunt mundi, & diminutio illorum divitiæ Gentium: quanto magis plenitudo eorum?

(T) JOHAN. X. 27. Oves meæ vocem meam audiunt: & ego cognoſco eas, & ſequuntur me.

S. CYRILLUS HIEROS. *Catech. 10.* Via vocatur, non pedibus calcata, ſed quæ ducit ad eum, qui eſt in cælis, Dominum.

Joh. 14. 6.

S. BASIL. *Lib. de Spiritu ſancto*. Quoties Dominus appellatur via, ad ſublimiorem intelligentiam potius quam ad vulgarem, atque e medio ſumptam animo ferimur. Audientes enim viam, profectum eum, qui ſerie quadam atque ordine per juſtitiæ opera & ſcientiæ illuminationem fit, intelligimus, ſemper id quod anterius eſt appetentes, & ad ea quæ reſtant noſmetipſos extendentes, donec perveniamus ad beatum finem, quæ eſt Dei cognitio, quam Dominus per ſeſe in ipſum credentibus largitur. Revera enim bona eſt via, exorbitationis erroriſque neſcia, Dominus noſter Jeſus, ad Patrem qui vere bonus eſt perducens. *Nemo*, inquit, *venit ad Patrem niſi per me*. Talis eſt igitur noſter ad Deum aſcenſus per Filium. Ibid.

S. EPIPHAN. *in Ancorato num. 45.* Nos quæ in illo (*Chriſto*) figurate dicta ſunt impleta non negamus: ſed quorſum uſurpata illa ſint intelligimus. Non via propterea dicitur, quod per illum ad regnum, & ad ipſum, Patremque pervenimus. Janua, quoniam per illum intramus. Columna, quod ipſe fundamentum ſit fidei noſtræ. Petra, quod immobilis ſit. Lapis, fundatum eſſe ſignificat. Idem vero juſtitiæ ſol eſt, qui mentes noſtras tenebris obductas ſua luce colluſtrat.

N. 46. Janua quidem nonne merito dicitur, quaſi nobis introitum utilitatemque præbeat? Via porro, ut per illam incedentes nequaquam aberremus.

S. HILARIUS *in Pſ. LXVI. v. 3. n. 4. Ut cognoſcamus in terra viam tuam* ... Illuminari ſe Dei vultu ob id deprecantur, ut cognita fiat in terra Dei via, quæ eſt doctrina vitæ religioſæ. Per eam enim ad Deum pergitur. Religioſæ autem viæ doctrina Chriſtus eſt, quam ſe eſſe in Evangeliis oſtendit, dicens: *Ego ſum veritas, via & vita*; & rurſum: *Nemo ad Patrem vadit, niſi per me*. Ibid.

Lib. 12. de Trinit. n. 45. Chriſtus ſapientia eſt .... initium viæ operum Dei ... Ait enim, *Ego ſum via*; &, *Nemo vadit ad Patrem niſi per me*. Via eſt dux euntium, feſtinantium curſus, ignorantium ſecuritas, & quædam neceſſariarum ac deſideratarum rerum magiſtra. Ergo in viarum initium in opera Dei creatur: quia & via eſt, & deducit ad Patrem. Ibid.

S. AMBROS. *Lib. 6. de Bon. mortis, c. 14. n. 54.* Via Chriſtus eſt, ſicut ipſe ait: *Ego ſum via & veritas & vita. Nemo venit ad Patrem niſi per me*. Ingrediamur hanc viam, teneamus veritatem, vitam ſequamur: Via eſt quæ perducit, veritas eſt quæ confirmat, vita quæ per ſe redditur. Ibid.

N. 55. Sequimur te, Domine Jeſu: ſed ut ſequamur accerſi, quia ſine te nullus aſcendit. Tu enim via es, veritas, vita, poſſibilitas, fides, præmium. Suſcipe nos quaſi via, confirma quaſi veritas, vivifica quaſi vita.

Lib. de Virginit. c. 16. n. 99. Omnia Chriſtus eſt nobis. Si vulnus curare deſideras, medicus eſt: ſi febribus æſtuas, fons eſt: ſi gravaris iniquitate, juſtitia eſt: ſi auxilio indiges, virtus eſt: ſi mortem times, vita eſt: ſi cælum deſideras, via eſt: ſi tenebras fugis, lux eſt: ſi cibum quæris, alimentum eſt. *Guſtate* [illegible] Pſ. 33. 9.

S. AUGUST. *Lib. de Doctr. Chriſt. cap.* [illegible] *num. 38.* Ille .... non ſolum pervenientibus poſſeſſionem, ſed etiam viam præbere ſe voluit venientibus ad principium viarum .... ut in eo inciperent qui vellent venire ... Sic enim ait: *Ego ſum via, veritas & vita*; hoc eſt, per me venitur, ad me pervenitur, in me permanetur. Joh. 14. 6.

In Joh. Evang. c. 5. Tract. 22. nu. 8. Ego ſum, inquit (Chriſtus) *via, veritas & vita*. Ambulare vis? *Ego ſum via*. Falli non vis? *Ego ſum veritas*. Mori non vis? *Ego ſum vita*. Hoc dicit Salvator tuus: Non eſt quo eas, niſi ad me; non eſt qua eas, niſi per me. Ibid.

In c. 15. Tract. 86. n. 3. Poſui vos ut eatis, & fructum afferatis .... Imus & afferamus, & ipſa eſt via qua imus, in qua nos poſuit ut eamus. Proinde in omnibus miſericordia ejus prævenit nos.

(V) JOHAN. X. 1. Amen, amen dico vobis: qui non intrat per oſtium in ovile ovium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt, & latro. 2. Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ovium. 3. Huic oſtiarius aperit, & oves vocem ejus audiunt, & proprias oves vocat nominatim, & educit eas. 4. Et cum proprias oves emiſerit, ante eas vadit: & oves illum ſequuntur, quia ſciunt vocem ejus. 5. Alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo: quia non noverunt vocem alienorum ... 7... Amen, amen dico vobis, quia ego ſum oſtium ovium. 8. Omnes quotquot venerunt, fures ſunt, & latrones, & non audierunt eos oves. 9. Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit, ſalvabitur: & ingredietur, & egredietur, & paſcua inveniet. 10. Fur non venit niſi ut furetur, & mactet, & perdat. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. Joh. 15. 16.

Vide auctoritates Sanctorum PP. ſupra allatas hoc §. litera (T)

S. CYRILLUS HIEROSOL. *Catech. 10.* Dicitur oſtium (*Chriſtus*) .... ſed oſtium vivum, rationale, diſcernens ingredientes.

S. BASIL. *Lib. de Spiritu ſancto*. Comperimus Scripturam non uno tantum vocabulo nobis ſignificare Dominum,

Digitized by Google

rem ; & fundamentum quo innitimur ut creſcat ædificatio noſtri ?

R. Hæc partim a Chriſto ipſo , partim ab Apoſtolo ejus interprete , accepimus . Docet Apoſtolus , Chriſtum poſtquam reprobatus eſt a Judæis , factum eſſe illorum ducem , & utriusque populi , Gentilis ſcilicet & Judaici , ſolviſſe inimicitias in ſemetipſo . Ita ut non poſſint ſive Gentiles , ſive Judæi aliud fundamentum ſalutis ponere , quam Chriſtum . Principium ergo & fundamentum ſpei noſtræ nobis unus eſt Chriſtus . (X)

X

Hæc

num , nec his tantum quæ divinitatem ac magnitudinem ejus declarant , ſed interdum uti vocibus naturam aſſumptam exprimentibus . Novit enim nomen Filii , *quod eſt*
Phil. 2. 9. *ſuper omne nomen* , & Filium verum dicere , & unigenitum Dei , & Virtutem Dei , & Sapientiam , & Verbum . Rurſus , ob multiplicem in nos beneficentiam , quam ob divitias bonitatis , juxta variam ſuam ſapientiam egentibus præſtat , aliis innumeris appellationibus eumdem deſignat , dum aliquando vocat illum Paſtorem , alias Regem , interim & Medicum , denique Sponſum , Viam , Oſtium , Fontem , Panem , Securim , ac Petram . At iſta non declarant naturam , ſed ... gratiæ varietatem modis omnibus in nobis operantis , quam ex affectu quem gerit erga ſuum figmentum , ut cuique opus eſt , impertit . Eos enim , qui ad illius ditionem confugerunt , quique per malorum tolerantiam communicandi facilitatem præſtiterunt , oves appellat , ſeque talium Paſtorem eſſe profitetur , qui vocem ipſius audiunt , nec attendunt do-
Joh. 10. 27. ctrinis peregrinis , *Oves enim meæ* , inquit , *vocem meam audiunt* . Rex autem vocatur eorum , qui jam altius aſſurrexerunt , ac legitimo imperio & gubernatione opus habent . Oſtium dicitur , eo quod per rectitudinem præceptorum educit ad pias actiones , ac rurſus tuto perducit in cautelas eos , qui per fidem in ipſum ad cognitionis bo-
Ibid. 9. num confugerint . Unde , *per me* , inquit , *ſi quis introierit , & ingredietur , & egredietur , ac paſcua inveniet* . Petra
1. Cor. 10. 4. dicitur , eo quod validum ſit & inconcuſſum , & quavis arce
1. Pet. 2. 4. tutius propugnaculum ipſi fidentibus ... Quas ob res ambabus vocibus uſi ſumus , altera propriam illius dignitatem , altera ejus erga nos munificentiam prædicantes . Quum enim per illum ſit omne præſidium animabus noſtris , juxta quamque auxiliandi ſpeciem , excogitata eſt peculiaris quædam appellatio . Veluti quum ſibi animam
Epheſ. 5. 27. incontaminatam , non *habentem maculam , aut rugam* , quaſi puram virginem adjungit , ſponſus appellatur . Quum eam male ſauciam vulneribus diaboli , graviterque laborantem a peccatis ſanare dignatus , Medicus vocatur . Utrum igitur quod hiſce modis noſtri curam gerit , cogitationes noſtras eo deducet , ut humilius de eo ſentiamus ; an potius e diverſo efficiet , ut Servatoris & ingentem potentiam & humanitatem erga nos admiremur , quod & compati noſtris infirmitatibus ſuſtinuit , & ad noſtram infirmitatem ſeſe demittere .

Eadem fere habet S. GREGOR. Nyss. *in libris adverſus Eunomium , in primis vero Orat.* 12. *ex qua ſequentia exſcribemus* .

S. GREG. Nyss. *adv. Eunom. Orat.* 9. *p.* 244. Dominus
Joh. 10. 9. oſtium : *Per me* , inquit , *ſi quis intraverit , ſervabitur , & ingredietur , & egredietur , & paſcua inveniet* ... Vere
Pſal. 140. 3. & 30. 3. enim ipſe eſt & *oſtium circumſtantiæ* , & *domus refugii* , ſicut David nominat , & per ipſum ingredientes admittit ; & in ſeipſo eos qui ſunt intus ſervat , & rurſus per ipſum ad virtutum paſcua educit . Et his qui ſalvi fiunt , omnia fit , ut unicuique ſeipſum commodum & idoneum reddat :
Sap. 18. 24. & via & viæ dux , & oſtium circumſtantiæ , & domus refu-
Ezech. 34. 14. gii , & aqua requiei , & locus herbæ viridis , quam in E-
Joh. 10. 9. vangelio paſcuum nominat ... Ego autem a Scriptura di-
Phil. 2. 9. vinitus inſpirata hoc edoctus affirmare audeo , quod qui ſupra omne eſt nomen , nobis multis nominibus dicitur ſecundum varias , & multas beneficiorum differentias ; dum nominatur , lux quidem cum ignorantiæ tenebras diſpellit & diſcutit ; vita vero , cum immortalitatem gratificatus ; via , cum ab errore ad veritatem tanquam manu
Pſalm. 60. 4. & 106. 7. ducit : ſic etiam turris fortitudinis , & civitas complexionis , & fons , & rupes , & vitis , & medicus , & reſurrectio , & omnia talia noſtri ratione nominatur : vario modo ſeipſum ſuis erga nos beneficiis diſtribuens .

(X) ISAI. XXVIII. 16. Idcirco hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem , lapidem probatum , angularem , pretioſum , in fundamento fundatum . Qui crediderit , non feſtinet .

MATTH. XXI. 42. Dicit illis Jeſus : Nequaquam legiſtis in Scripturis : Lapidem quem reprobaverunt ædificantes ,
Pſ. 117. 22. hic factus eſt in caput anguli ? A Domino factum eſt iſtud , & eſt mirabile in oculis noſtris ? ... 44. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum , confringetur : ſuper quem vero ceciderit , conteret eum .

LUC. XX. 17. Ille autem aſpiciens eos ait : Quid eſt ergo
hoc , quod ſcriptum eſt : Lapidem quem reprobaverunt Ibid.
ædificantes , hic factus eſt in caput anguli ? 18. Omnis qui ceciderit ſuper illum lapidem , conquaſſabitur : ſuper quem autem ceciderit , comminuet illum .

ACTORUM IV. 11. Hic eſt lapis , qui reprobatus eſt a vobis ædificantibus , qui factus eſt in caput anguli : 12. & non eſt in alio aliquo ſalus . Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus , in quo oporteat nos ſalvos fieri .

EPHES. 2. 20. Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum , & Prophetarum , ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu : 21. In quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino : 22. In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in ſpiritu .

1. PETR. 2. 6. Propter quod continet Scriptura : Ecce
pono in Sion lapidem ſummum angularem , electum , Iſ. 28. 16.
pretioſum ; & qui crediderit in eum , non confundetur . 7. Vobis igitur honor credentibus : non credentibus autem lapis , quem reprobaverunt ædificantes , hic factus eſt in caput anguli , 8. & lapis offenſionis , & petra ſcandali , his qui offendunt verbo , nec credunt in quo & poſiti ſunt .

S. CYRILL. HIEROSOL. *Catech.* 10. Lapis vocatur , non inanimatus , manibus hominum excíſus , ſed lapis angu-
laris , & *qui credit in eum non confundetur* . 1. Pet. 2. 6.

S. GREG. Nyss. *de adventu Dom. in carne , adverſ. Judæos tit. ult.* Petra vitæ , Dominus & Deus noſter Jeſus Chriſtus dicitur , & petra fidei , atque etiam petra offendiculi non credentibus , ut qui in eo conterantur & diſſolvantur . Sic autem his nominibus vocatur communi videlicet ratione , propter firmitudinem Deitatis : ac petra quidem vitæ , tanquam fons & radix & principium & cauſſa & exitii expers & æternus : petra vero fidei , tanquam fun-
damentum , ut ipſe Dominus ait ad Principem Apoſtolo- Mat. 16. 18.
rum : *Tu es Petrus , & ſuper hanc petram ædificabo Eccle-*
ſiam meam , ſuper confeſſionem videlicet Chriſti , quia Ibid. 16.
dixeras : *Tu es Chriſtus , Filius Dei viventis* ... Lapis Dominus Jeſus Chriſtus nominatur : quemadmodum inquit
Propheta : *Lapidem , quem reprobaverunt ædificantes* , hic Pſ. 117. 22.
duobus parietibus , qui ex diametro inter ſe diſtabant (de iis loquor , qui ex Judæis & Gentibus crediderunt , his quidem pravæ religioni ſervientibus , illis vero legis jugum trahentibus) in unum coactis , diſtantia atque diverſa conjunxit , & unam ex ambobus compoſuit Eccleſiam , angulum quemdam imitatus duos parietes coagmentantem , & intus ſe conjungentem . Hunc tamen lapidem , cum eſſent ædificatores Phariſæi & Sadducæi & Sacerdotes & Scribæ reprobaverunt & crucifixerunt ; ſed *factus eſt in caput anguli* , qui etiam angularis vocatus
eſt . Iſaias ex perſona Dei : Ecce pono in Sion lapidem Ibid.
pretioſum , electum , angularem , honorabilem in funda- Iſ. 28. 16.
menta ejus : quicumque crediderit in eum , non confun-
detur . De hoc item beatus Paulus dicebat : Ædificati ſu- Epheſ. 2. 20.
per fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum , cum ſit lapis angularis ipſe Jeſus Chriſtus .

Vide S. EPIPHAN. *ſupra hocce paragr. lit.* (Q)

S. AUG. *Lib.* 8. *de Gen. ad lit. c.* 4. *n.* 8. Chriſtus ... erat petra , quæ aquam ſitienti populo ligno percuſſa manavit . Petra manans eſt ſitientibus eam . Recte quippe appellatur , quod ad eum ſignificandum præceſſit .

Quæſt. in Num. lib. 4. *quæſt.* 35. Quod de petra aqua Num. 20. 11.
educta eſt , Apoſtolus Paulus quid eſſet expoſuit , ubi
ait , *Et omnes eumdem potum ſpiritualem bibebant* . Bibe- 1. Cor. 10. 4.
bant enim de ſpiritali ſequenti Petra . Petra autem erat Chriſtus . Significata eſt ergo de Chriſto profluens gratia ſpiritalis , qua interior ſitis irrigaretur . Sed quod virga petra percutitur , crux Chriſti figuratur . Ligno enim accedente ad petram gratia manavit : & quod bis percutitur evidentius ſignificat crucem . Duo quippe ligna ſunt crux .

Quæſt. in Joſue lib. 6. *quæſt.* 30. Per hunc lapidem
profecto illum ſignificavit , qui fuit *lapis offenſionis* non 1. Pet. 2. 8.
credentibus Judæis , & *petra ſcandali* : qui cum reproba-
retur ab ædificantibus , factus eſt in caput anguli : quem Pſ. 117. 22.
præfiguravit & illa petra , quæ potum ſitienti populo ,
ligno percuſſa profundit ; de qua dicit Apoſtolus , *Bibe-* 1. Cor. 10. 4.

bant

Digitized by Google

Pars I. Hæc reſponſio, ut liquidius intelligatur, ope-
Sect. II. ræ pretium eſt proferre prophetiam Pſalmi cen-
Cap. I. teſimi decimi ſeptimi, cujus hæc verba ſunt:
§. 24.
Pſal. 117. 22. *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes hic fa-
ctus eſt in caput anguli: a Domino factum eſt iſtud,
& eſt mirabile in oculis noſtris.* Hanc prophe-
tiam ſemetipſum deſignare Chriſtus innuit, ver-
bis ipſiſſimis illam proferens adverſus Judæos;
Matt. 21. 44. additque, *Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, con-
fringetur, ſuper quem vero ceciderit, conteret eum.*
De Chriſto ſermonem habens Petrus ad Judæos
1. Pet. 2. 7. hæc ait: *Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt a vobis
Act. 4. 11. 12. ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli, &
non eſt in alio aliquo ſalus.*

Rom. 9. 32. 33. His ſimilia leguntur in Epiſtola Pauli Apoſtoli
ad Romanos: *Offenderunt* (Judæi) *in lapidem
offenſionis ... & petram ſcandali, & omnis qui
credit in eum, non confundetur.* Juxta hanc pro-
phetiam & parabolam idem Apoſtolus ait Chri-
ſtum feciſſe ex populis duobus Judæo & Gentili
Ephеſ. 2. 20. populum unum, ipſumque eſſe *ſummum angula-
rem lapidem, in quo omnis ædificatio conſtructa
Y creſcit in templum ſanctum in Domino.* (Y) Fun-
damentum autem illud in ſummo eſt, non in
imo; quia, ut ait ſæpius S. Auguſtinus, cæleſtis
non terreſtris fabrica eſt, ideoque fundamentum
fuit in cælo collocandum. (Z) Z

§. 25. *Series ſuperioris Paragraphi.*

I. Cur ais Chriſtum eſſe vitem, nos palmi-
tes?

R. Idipſum Chriſtus docuit, & explicat his
verbis: *Ego ſum vitis vera; & Pater meus a-* Joh. 15. 1.
*gricola eſt. Omnem palmitem in me non ferен-
tem fructum, tollet eum; & omnem qui fert fru-
ctum, purgabit eum, ut fructum plus afferat ...
Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non* Ibid. 4.
*poteſt ferre fructum a ſemetipſo, niſi manſerit in
vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Ego
ſum vitis, vos palmites; qui manet in me, &
ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſi-
ne me nihil poteſtis facere. Si quis in me non
manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & are-
ſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, &
ardet.* (A) A

I. Cur

*bant autem de ſpirituali ſequente eos petra, petra autem erat
Chriſtus.*

In Johan. Evang. cap. 10. Tract. 47. n. 6. Per ſimilitudi-
nem & petra eſt Chriſtus, & oſtium eſt Chriſtus, & lapis
angularis eſt Chriſtus, & Paſtor eſt Chriſtus, & Agnus
eſt Chriſtus, & leo eſt Chriſtus ... Omnia iſta per ſimi-
Joh. 1. 1. & 14. litudinem. Quid ergo proprie? *In principio erat Verbum,
& Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Quid de
homine qui apparuit? *& Verbum caro factum eſt, & habi-
tavit in nobis.*

Rom. 9. 27. *Propoſ. ex Epiſt. ad Rom. Expoſ. Prop. 65.* Quod autem
Iſa. 10. 22. dicit, *Iſaias autem clamat pro Iſrael, Si fuerit numerus fi-
liorum Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ ſalvæ fient*, oſten-
dit quemadmodum ſit Deus lapis angularis, utrumque
parietem in ſe conjungens. Teſtimonium enim Oſee Pro-
Epheſ. 2. 10. 14. phetæ dictum eſt pro Gentibus, *Vocabo non plebem meam,
plebem meam, & non dilectam, dilectam:* & Iſaiæ teſtimo-
Oſee 2. 24. nium dictum eſt pro Iſrael, quoniam reliquiæ ſalvæ fient,
Rom. 9. 25. ut ipſæ deputentur in ſemen Abrahæ, quæ crediderunt
in Chriſtum; ita concordes ambos populos facit, ſecun-
dum & Domini teſtimonium dicentis in Evangelio de
Joh. 10. 16. Gentibus: Habeo alias oves, quæ non ſunt de hoc ovi-
li, quas oportet me adducere, & erit unus grex, &
unus Paſtor.

(Y) Iſai. LI. 1. Audite me, qui ſequimini quod juſtum
eſt, & quæritis Dominum: Attendite ad petram unde exciſi
eſtis, & ad cavernam laci, de qua præciſi eſtis.

1. Cor. x. 4. Et omnes eundem potum ſpiritalem bibe-
runt; (bibebant autem de ſpiritali, conſequente eos, pe-
tra: petra autem erat Chriſtus.)

(Z) S. Aug. *in Pſal. XLV. n. 12.* ... Etenim ex lapide
Dan. 2. 35. parvo crevit, & factus eſt mons magnus, ita ut impleret
univerſam faciem terræ ... Multum erat Judæis videre
lapidem. Lapis enim ille adhuc parvus erat; merito &
parvum contempſerunt, contemnendo offenderunt, &
offendendo quaſſati ſunt; reſtat ut & conterantur. Hoc
Luc. 20. 18. enim de lapide illo dictum eſt, Qui offenderit in lapidem
illum, conquaſſabit eum; ſuper quem venerit, conteret
eum. Aliud eſt conquaſſari, aliud conteri: conquaſſati
minus eſt quam conteri; ſed neminem conterit excelſus
veniens, niſi quem conquaſſaverit humilis jacens ... Ve-
niet poſtea in judicio ſuo clarus atque altus, magnus &
potens; non infirmus ut judicetur, ſed fortis ut judicet,
& conterat eos qui conquaſſati ſunt in eum offendendo.
Lapis enim offenſionis & petra ſcandali non credentibus
1. Pet. 2. 8. ipſe eſt. Ergo, cariſſimi, non eſt mirum, ſi Judæi non
agnoverunt, quem, tanquam parvulum lapidem ante pe-
des ſuos jacentem contempſerunt: illi mirandi ſunt qui
adhuc tam magnum montem nolunt agnoſcere. Judæi
in lapidem parvum non videndo offenderunt, hæretici
in montem offendunt. Jam enim crevit ille lapis ...
Lapis ille qui erat parvus, factus eſt mons magnus, &
implevit univerſam terram. Quare in illum offenditis,
& non in illum aſcendiſtis? Quis tam cæcus eſt, ut of-
fendat in montem? .. Iſti autem nec venire volunt, nec
aſcendere, nec credere, nec proficere. Latrant contra
montem. Jam in illum toties offendendo quaſſati ſunt,
& nolunt aſcendere, ſemper eligentes offendere.

In Pſal. LXXXVI. num. 3. Si angularis lapis eſt Chriſtus Epheſ. 2. 20. 14.
Jeſus, in illo quidem duo parietes compaginantur ... Sic
& populi duo ex circumciſione & ex præputio, ad pacem
Chriſtianam ſibimet connexi in una fide, una ſpe, una
charitate ... Sed ſi angulus ſummus Chriſtus Jeſus, quaſi
videntur priora fundamenta, & poſterior lapis angularis.
Sed cogites qui hoc dicit, angulum in fundamento eſſe ...
a fundamento enim incipit. Nam ut noveritis, quia &
fundamentum Chriſtus & primum & maximum: *Funda-* 1. Cor. 3. 11.
mentum, inquit Apoſtolus, *nemo poteſt ponere, præter id,
quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus* ... Quemadmodum
aperte dicitur Sanctus ſanctorum, ſic figurate fundamen-
tum fundamentorum. Si ergo ſacramenta cogites, Chri-
ſtus Sanctus ſanctorum: ſi gregem ſubditum cogites, Chri-
ſtus Paſtor paſtorum: ſi fabricam cogites, Chriſtus fun-
damentum fundamentorum ... Ergo fundamentum & la-
pis angularis ipſe eſt, ab imo ſurgens. Si tamen ab imo:
etenim origo fundamenti hujus ſummitatem tenet; &
quemadmodum fundamentum corporeæ fabricæ in imo
eſt, ſic fundamentum ſpiritalis fabricæ in ſummo eſt. Si
ad terram ædificaremur, in imo nobis ponendum erat
fundamentum; quia cæleſtis fabrica eſt, ad cælos præ-
ceſſit fundamentum noſtrum.

In Pſal. CXXI. n. 4. .. Fundamentum ipſius Chriſtus eſt.
Dicit Apoſtolus Paulus, *Fundamentum enim aliud nemo* Ibid.
*poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus
Jeſus* ... Si autem fundamentum noſtrum in cælo eſt, ad
cælum ædificemur ... quia vero ſpiritualiter ædificamur,
fundamentum noſtrum in ſummo poſitum eſt. Illuc ergo
curramus, ibi ædificemus.

*Conſule, ſi lubet, omnes tam veteris, quam novi teſta-
menti Interpretes, in ea Scripturæ loca, quæ hoc in paragra-
pho exſcripſimus.*

(A) Origenes *in Geneſ. cap. 49. Homil. 17. Alligans
ad vitem pullum ſuum, & ad palmitem aſinam ſuam.*
Hoc de Chriſto & propria & ſingulariter dicitur; ipſe e-
nim alligavit ad vitem pullum ſuum, qui dixit: Ego ſum
vitis vera ... Vitis ergo Chriſtus ex ea parte dicitur, quæ Joh. 15. 1.
naturam ſuſcepit humanam, ad quam Deus Verbum ſuum
alligat; id eſt, populum ſuum conjungit, & ſociat ei con-
verſationi, quam ipſe exegit in carne; ut imitatione ipſius,
pullus qui ad ipſam alligatus eſt, efficiatur cum illo &
Filius Dei, & cohæres Chriſti. Palmitem vero ... intel-
ligere poſſumus ... fidem quæ in Chriſto eſt, & præſen-
tis vitæ regulam tenet, & futuræ ſpei fiduciam præſtat.
Vitis ergo illud videtur oſtendere, quod Chriſti in carne
poſiti geſta in ipſo credentes imitentur. Palmes vero il-
lud intelligitur, quod palmes arbori connectitur & con-
firmatur a lapſu, quo adminiculo fretus ventos ac turbi-
nes contemnit & reſpuit; futurorum bonorum indicat
ſpem, quia fideles quique non ſolum in his quæ gerunt,
ſed & in his quæ ſperant & credunt, futuram conſumma-
tionem ſalutis expectant. In quo quaſi ad quamdam pa-
tientiæ arborem ſpe juncti & confirmati tentationum pro-
cellas ac turbines ferunt.

S. Ephrem, *Serm. de vita religioſa atque monaſtica,
aliquanto poſt initium, pag. 542.* An neſcitis, Fratres,
non

Digitized by Google

I. Cur ais Chriſtum eſſe veritatem quam ſequamur?

Joh. 14. 6. *R.* Chriſtus ipſe ait: *Ego ſum veritas*. Ergo veritatem ſequimur dum Chriſtum ſequimur; a veritate aberramus cum a Chriſto diſcedimus. Et viciſſim a Chriſto diſcedit qui diligit

B mendacium, ſicut adhæret Chriſto qui diligit veritatem. (B)

Ibid. *I.* Cur ais Chriſtum eſſe vitam noſtram?

Col. 3. 4. *R.* Chriſtus ipſe ait, *Ego ſum vita*. Idem ait Paulus Apoſtolus. *Cum Chriſtus apparuerit, vita veſtra; tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria*. (C) Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 25.

Ut intelligatur hæc locutio quæ tranſlata videtur, & tamen eſt in ſtricto ſenſu accipienda; ſciendum eſt eſſe in homine Chriſtiano

C vitam duplicem; nimirum vitam naturalem, cujus principium eſt anima rationalis; & vitam ſpiritualem, cujus principium eſt ſpiritus Chriſti, qui habitat in nobis. Hoc ſpiritu in nobis inhabitante fit ut Chriſtus vivat in nobis, quoniam & ſpiritu nos vivimus quo Chriſtus ipſe vivit. Aliam nullam in Chriſtiano

videnti

nos vitis veræ, quæ Chriſtus eſt, palmites eſſe? Videte igitur, ne quis infructuoſus reperiatur. Nam veritatis Pater agricola eſt, qui hanc veram vitem excolit; illoſque, qui fructuoſi ſunt, majore ſtudio atque amore colit, ut copioſiorem fructum referant: eos vero, qui fructum non faciunt, excidit, & extra vineam projicit, ut igne comburantur. Sollicite ergo vobis ipſis attendite, ne infructuoſi inveniamini, excisique æterno igni tradamini.

S. BASIL. *in Pſal.* XXVIII. Et vitis Dominus noſter dicitur: *Ego ſum*, inquit, *vitis & vos palmites*.

Adv. Eunom. Lib. 4. p. 102. *Tom.* 1. Si Salvator, ut inquit, *vitis eſt*, *nos vero palmites*, agricola Pater, (*arguebant Ariani*.) Porro palmites ejuſdem naturæ cum vite ſunt, vitis autem non ejuſdem naturæ cum agricola: Filius ejuſdem (*ergo*) naturæ nobiſcum eſt Filius cum Patre, ſed per omnia alienus. (*Quibus reſpondet D. Baſil.*) Quod non Deitatis ſuæ, ſed carnis nos dixit palmites, ſecundum quod dicit Apoſtolus: Nos enim ſumus Corpus Chriſti & membra ex parte, &c.

S. GREGOR. NYSSEN. *Contra Eunom. Orat.* 2. *pag.* 98. Cum ſint multa nomina... quæ unigenito a Scriptura tribuuntur, nullum aliorum per relationem cum eo qui genuit cognationem & adhæſionem habere dicimus. Non enim ſicut Patris Filium, ſic vel lapidem, vel reſurrectionem, vel paſtorem, vel lucem, vel quid aliorum ad Deum univerſorum referentes dicimus. Sed licet tanquam arte quadam & regula bifariam divinorum nominum ſignificantiam diſtinguere. Quædam enim excelſæ & ineffabilis gloriæ ſive majeſtatis indicationem habent: quædam vero providæ diſpenſationis varietatem demonſtrant. Ita ut ſecundum hypotheſin niſi eſſet id quod beneficio afficitur, neque hæ voces quæ beneficium indicant his non eſſent tributæ... (*Nempe*) nunquam vitis nominatus eſſet Dominus, niſi plantationis cauſa eorum qui in ipſo radicantur; neque Paſtor, niſi oves domus Iſrael periiſſent; neque medicus, niſi ægrotantium cauſa; neque reliqua nomina in ſeipſum reciperet, niſi per aliquam providam vim efficientem commode eorum gratia qui beneficio afficiuntur, has voces tamquam ſibi proprias adſciſceret.... Aliorum nominum unum quodque ad id quod Deum decet cum tranſtulerimus, prima ſpecie in ipſis apparentem notionem ſpernimus, ita ut neque lucem materialem, neque viam quæ pedibus calcatur, neque panem qui ex agricultura conficitur, neque verbum quod fit ex vocabulis; ſed pro his illa intelligamus quæcumque majeſtatem potentiæ Verbi Dei repræſentant.

S. ATHAN. *In Epiſt. de ſentent. & Dionyſ. n.* 10. Cum verba de divinitate ejus (*Chriſti*) dicta magnifica ſint & excelſa, e contrario humilia & egena ſunt quæ de carnali ejus adventu enarrantur. Quod autem hæc ipſa de humanitate Salvatoris dicta ſint, hinc animadvertere licet, quod agricola quoad ſubſtantiam a vite alienus ſit; palmites vero ejuſdem ſubſtantiæ & generis ac vitis, ab ipſaque indiviſi, una nempe ea-

Joh. 15. 5. demque origine pullulant palmites & vitis. Eſt autem, ait Dominus ipſe, vitis, nos palmites. Si itaque nobis conſubſtantialis eſt Filius, & eamdem quam nos habet originem, ſit hac in parte alienus a Patre ſecundum ſubſtantiam, eo modo quo vitis ab agricola: ſi vero aliud eſt Filius præter illud quod nos ſumus, & ille quidem Verbum Patris, nos vero ex terra procreati & poſteri ſumus Adæ, non debet dictum illud referri ad deitatem Verbi, ſed ad humanum ejus

Ibid. adventum: quandoquidem ita Salvator ait: *Ego ſum vitis, vos palmites*, & Pater agricola. Nos enim quantum ad corpus ejuſdem generis ſumus ac Dominus: propterea ipſe dixit: Narrabo nomen tuum fratribus

Pſ. 21. 23 meis. Ac quemadmodum palmites ſunt viti conſubſtantiales, ex eaque prodeunt; ſic & nos corpora habentes ejuſdem generis ac corpus Domini, ex plenitudine ejus accipimus, illudque nobis radix eſt ad reſurrectionem & ſalutem. Pater autem agricola dictus

eſt: ipſe enim vitem, quæ eſt humanitas Salvatoris, Joh. 15. 1.
per Verbum coluit, ipſe item per Verbum nobis ad regnum viam paravit, & nemo venit ad Dominum, Joh. 6. 44.
niſi Pater eum traxerit ad illum.

S. AMBROS. *Lib. de Benedict. Patriarch. cap. 4. n.* 23. Viti illi perpetuæ, hoc eſt Domino Jeſu, qui ait: *Ego ſum vitis, & Pater meus agricola*, velut fructuoſi palmites quibuſdam inexolubilis fidei vinculis alligemur, &c.

N. 24. Bene uvam dixit (*Propheta Dominum*,) quin ſicut uva pependit in ligno. Ipſe eſt vitis, ipſe uva vitis ligno adhærens: uva quia lancea militis apertum latus emiſit aquam & ſanguinem.... Aqua ad lavacrum, ſanguis ad pretium. Aqua nos abluit, ſanguis nos redemit.

(B) ORIGENES *in Cant. Cantic. Homil.* 1. *ad calcem*. Nec mireris ſane, ſi dicimus virtutes eſſe quæ diligunt Chriſtum, cum in aliis (*ſupp.* Scripturæ locis) ipſarum virtutum ſubſtantiam Chriſtum ſoleamus accipere... Invenimus namque ipſum & juſtitiam dici & pacem & veritatem. Et rurſum ſcriptum eſt in Pſalmis, *Juſtitia & pax oſculatæ ſunt*; & *Veritas de terra orta eſt*, *& Juſtitia de cælo proſpexit*. Quæ utique Pſ. 84. 11. 12
omnia ipſe eſſe, & rurſum ipſum dicuntur amplecti. Sed & ſponſus idem dicitur, idem etiam ſponſa nominatur, ut in prophetia ſcriptum eſt: *Sicut ſponſo* Iſ. 61. 10.
impoſuit mihi mitram, & ſicut ſponſam ornavit me ornamento.

Lib. 1. periarchon. c. 2. paulo poſt init. Hic ergo filius etiam omnium quæ ſunt veritas eſt & vita: & recte. Nam quomodo vivent quæ facta ſunt, niſi ex vita? vel quomodo veritate conſtarent ea quæ ſunt, niſi ex veritate deſcenderent?

In Epiſt. ad Rom. c. 3. lib. 3. p. 323. (*Chriſtus*) ſicut ipſe eſt juſtitia ex qua omnes in veritate conſiſtunt, & ipſe eſt vita ex qua omnes vivunt, ita & ipſe eſt lex, ex qua omnes in lege ſunt. Venit ergo ad judicium, non tanquam qui in lege ſit, ſed tanquam qui lex ſit.

S. HILAR. *Tract. in Pſ.* LIII. *v. 7. nu.* 11. *In veritate tua diſperdes illos*. Veritas mendacium confutat, & perimitur falſitas veritate.... Et quæ ſit veritas non ambigitur; nempe ille ipſe qui dixit, Ego ſum vita, Joh. 14. 6.
via, veritas.

S. BASIL. *adv. Eunom. Lib. 5. p.* 533. *tom.* 2. Quid vero Zorobabel & ſapientia ejus, ſubobſcurene tibi ac non apertiſſime ſubſiſtentiam ac vitam veritatis videtur oſtendere cum dicat: Omnis terra veritatem vo- 3. Eſd. 4. 36.
cat, & cælum ipſi benedicit, & omnia opera concutiuntur & tremunt? Quænam vero eſt veritas? An non Dei Verbum ac Filius, per quem omnia facta ſunt? Ego, inquit, ſum via, veritas & vita. Veritas non eſt, niſi ex vero naturaliter & æternaliter ab Ipſo nata. Propterea infert, dicens; Benedictus Deus veritatis, qui eſt Pater veritatis Chriſti. Chriſtus veritas, quem omnis ſpiritus colit & tremit.

(C) ORIGENES *in Joh. Evang. tom.* 1. *pag.* 168. Perſpicuum eſt principium fontemque vitæ ſincerioris ac purioris, atque a mixtione cujuſcumque rei alienæ, proprie in primogenito omnis creaturæ exiſtere, a qua qui Chriſti ſunt participes ſumentes, veram vivunt vitam, cum hi, qui præter ipſum vivere exiſtimantur, ut veram lucem non habent, ita ne veram quidem vivant vitam.

Tom. 3. paulo poſt init. Si Servator aliqua quidem eſt aliis, aliqua vero forſitan ſibi ipſi, eaque vel nulli, vel uni, vel paucis; examinandum eſt, utrum Servator, quatenus eſt vita illa, quæ facta eſt in ſermone, ſibi ipſi, & aliis ſit vita, an aliis, & ſi aliis, quibus aliis. Quam ob rem ſi vita, & lux hominum idem ſunt, inquit enim, *quod factum eſt, in ipſo vita erat: & vita illa erat lux hominum*. Et lux hominum, aliquorum eſt lux, & hæc Joh. 1. 3. 4.
non omnium, qui rationis ſint capaces, propterea quod addita ſit vocula, hominum; ſed hominum ſi lux, vita erit etiam vita hominum, quorum etiam lux eſt. Et in quantum eſt vita, dici poteſt Servator non ſibi ipſi, ſed aliis vita, quorum eſt etiam lux. Hæc ſane

vident homines vitam, quam vitam naturalem, vita ſpiritualis nunc abſcondita eſt, nec niſi in ultimo judicii die manifeſtabitur.

Hæc omnia docet Apoſtolus: cujus hæc verba

Galat. 5. 16. ſunt: *Spiritu vivite & deſideria carnis non perficietis.* En vitam ſpiritualem.

Rom. 8. 9. *Si quis ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus.* En vitæ ſpiritualis neceſſitatem. (D)

Gal. 2. 20. *Vivo ego, jam non ego, vivit vero in Chriſtus.* En vitam Chriſti in nobis.

Coloſſ. 3. 3. *Mortui eſtis & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* En vitam hanc abſconditam.

2. Cor. 4. 10. 11. *Semper mortificationem Jeſu in corpore noſtro circumferimus, ut & vita Jeſu manifeſtetur in corporibus veſtris. Semper enim nos qui vivimus in mortem tradimur propter Jeſum, ut & vita Jeſu manifeſtetur in carne noſtra mortali.* En futuram vitæ hujus manifeſtationem.

I. Cur Chriſtum vocas Panem noſtrum?

R. Sic ſe vocat Chriſtus ipſe: *Ego ſum*, in- Joh. 6. 51.
quit, *panis vivus qui de cælo deſcendi; qui* Ib. 59.
manducat hunc panem vivet in æternum .... Ca- Ibid. 56.
ro mea vere eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus. Et certe Chriſtus paſcit nos ſua carne, ſuo verbo, ſua gratia. (E)

I. Cur vocas Chriſtum Paſtorem noſtrum?

R. Sic ſe vocat Chriſtus ipſe. *Ego ſum*, in- Ibid. 10. 11.
quit, *Paſtor bonus*. Et Petrus Apoſtolus vocat eum *Paſtorem, & Epiſcopum animarum noſtrarum.* Quot autem titulis Paſtoris nomen Chriſto com-

vita in λόγῳ, h. e. in Dei Filio ſit, ſeparabilis ab ipſo exiſtens, ſimulque facta fuerit: præexiſtat enim λόγος id eſt, ſermo, ſive ratio in anima oportet, qui ipſam expurget, ut poſt hunc, & ab ipſo provenientem purgationem omni prorſus ablata mortificatione & infirmitate, pura ſincereque vita ingeneretur apud omnem, qui fecerit ſeipſum capacem ſermonis, in quantum Deus eſt.

In Epiſt. ad Rom. Lib. 6. verſus finem. Sic unusquiſque habere in ſe probatur ſpiritum Chriſti. Chriſtus ſapientia eſt. Si ſit ſapiens ſecundum Chriſtum, & quæ Chriſti ſunt ſapiat, habet in ſe per ſapientiam ſpiritum Chriſti. Chriſtus Juſtitia eſt. Si quis habet in ſe juſtitiam, per juſtitiam Chriſti habet in ſe ſpiritum Chriſti. Chriſtus pax eſt. Si quis habet in ſe pacem Chriſti, per ſpiritum pacis habet in ſe ſpiritum Chriſti. Sic & caritatem & ſanctificationem, & ſingula quæcumque Chriſtus eſſe dicitur, qui habet hæc, ſpiritum Chriſti in ſe habere credendus eſt, & ſperare quod mortale corpus ſuum vivificabitur propter inhabitantem in ſe ſpiritum Chriſti.

S. GREG. NYSS. *contra Eunom. Orat. 9. pag. 246.* Si non eſt in Filio vita æterna, mendax deprehenditur ille qui dixit, Ego ſum vita. *Et aliquanto poſt.* Ergo omnis qui deſiderat vitam æternam, poſtquam nactus erit Filium, verum dico & non falſi nominem, totum invenit in ipſo quod quidem deſideravit: quia & ipſe eſt vita, & in ſeipſo vitam habet.

S. ATHAN. *Orat. 2. contra Arianos, num. 16.* Illa porro quæ (*Chriſtus*) edidit ſigna, eum Deum eſſe in corpore, vitamque ac Dominum mortis eſſe prorſus perſuadent.

(D) JOH. XI. 25. Dixit ei Jeſus: Ego ſum reſurrectio, & vita: qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, vivet.

ROM. VIII. 9. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus . . . 11. Quod ſi Spiritus ejus, qui ſuſcitavit Jeſum Chriſtum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem ſpiritum ejus in vobis.

1. JOH. IV. 2. In hoc cognoſcimus Spiritus Dei: omnis ſpiritus qui confitetur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt .... 13. In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis: quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis.

(E) JOH. VI. 35. Dixit autem eis Jeſus: Ego ſum Panis vitæ: qui venit ad me, non eſuriet; & qui credit in me, non ſitiet unquam ... 41. Murmurabant ergo Judæi de illo, quia dixiſſet: Ego ſum panis vivus, qui de cælo deſcendi .... 48. Ego ſum panis vitæ .... 50. Hic eſt panis de cælo deſcendens; ut ſi quis ex ipſo manducaverit, non moriatur .... 52. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

Vide infra quæ dicimus interpretando quartam petitionem orationis Dominicæ Pater noſter, *part. III. ſect. II. c. IV. §. 2.*

Jo. 6. 51. 52. ORIGENES *in Levit. cap. XXVI. homil. 16.* Reſpiciamus ad eum qui dixit: *Ego ſum panis vivus qui de cælo deſcendi, & qui manducaverit hunc panem vivet in æternum;* & advertamus, quia qui hæc dicebat, Verbum erat quo animæ paſcuntur ... Juſtus ſemper & ſine intermiſſione manducet de pane vivo, & repleat animam ſuam, ac ſatiet eam cibo cæleſti, qui eſt Verbum Dei & ſapientia ejus.

In Evangel. Joh. tom. 1. pag. 158. col. 2. Merito is qui vinum lætificans affert, eſt vitis vera: ob hanc cauſam veram, quod racemos habeat veritatem, & palmites Diſcipulos, ſui imitatores & ipſos fructificantes veritatem. Difficile autem eſt differentiam proponere panis & vitis: quandoquidem non vitam tantum, ſed etiam panem vitæ ſeipſum appellat. Proinde vide, ne forte quemadmodum panis nutrit, & cor roborat, confirmare cor hominis dictus, & vinum lætificat diffundens animum atque exhilarans, ſic diſciplinæ morales (Evangelicas intelligo docentes operari) quæ vitam acquirunt eas addiſcenti, atque operanti, panis quidem ſint vitæ.

S. CLEMENS ALEX. *Pædagog. Lib. 1. c. 6. p. 104.* Chriſto quidem nutrimentum erat paternæ voluntatis adimpletio. Nobis autem ipſe Chriſtus infantibus eſt alimentum, qui Verbum cælorum exſugimus .. Præterea autem ſeipſum quoque panem cælorum Verbum fatetur:
Non enim Moſes, inquit, *dedit vobis panem de cælo*, Ib. 31. 33.
ſed Pater meus dat vobis panem de cælo verum: panis
enim ex Deo eſt qui de cælo deſcendit, & vitam dat Ibid. 52.
mundo, & panis quem ego dabo caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita. Hic panis notandum eſt myſterium, quod ipſum dicat carnem, ut quæ per ignem reſurgat, quemadmodum ex corruptione & ſanatione frumentum reſurgit, atque adeo quæ etiam per ignem conſiſtat, in gaudium Eccleſiæ, ut panis qui penſi-
tur... Quoniam autem dixit, *Et panis quem ego da-* Ibid.
bo, caro mea eſt: caro autem ſanguine irrigatur: ſanguis autem vinum allegorice dicitur: ſciendum eſt quod panis in vinum temperatum minutatim conjectus, vinum arripit, quod eſt aqueum autem relinquit: ita etiam caro Domini quæ eſt panis cælorum, ebibit ſanguinem: eos qui ex hominibus ſunt cæleſtes, ad incorruptionem enutriens, ſolas autem illas carnales cupiditates ad corruptionem relinquens.

S. IRENÆUS *adverſus Hæreſ. Lib. 5. c. 2. circa medium:* Quoniam membra ejus (*Chriſti*) ſumus, & per creaturam nutrimur: creaturam autem ipſe nobis præſtat,
ſolem ſuum oriri faciens, & pluens quemadmodum Mat. 5. 45.
vult, eum calicem qui eſt creatura, ſuum ſanguinem qui effuſus eſt, ex quo auget noſtrum ſanguinem: & eum panem qui eſt creatura, ſuum corpus confirma-
vit, ex quo noſtra auget corpora. Quando ergo & 1. Cor. 10. 16
mixtus calix & fractus panis percipit Verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti, ex quibus augetur & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia; quomodo carnem negant capacem eſſe donationis Dei, qui eſt vita æterna, quæ ſanguine & corpore Chriſti nutritur, & fit membrum ejus? Quemadmodum & beatus Apoſtolus ait in ea quæ eſt ad Epheſios Epiſtola:
Quoniam *membra ſumus corporis ejus, de carne ejus, &* Epheſ. 5. 30.
de oſſibus ejus: non de ſpirituali aliquo & inviſibili homine dicens hæc: ſpiritus enim neque oſſa, neque carnes habet, ſed de ea diſpoſitione, quæ eſt ſecundum verum hominem, quæ ex carnibus & nervis & oſſibus conſiſtit, quæ de calice, qui eſt ſanguis ejus, nutritur; & de pane qui eſt corpus ejus, augetur &c.

S. GREG. NYSS. *Lib. de vita Moſis, pag. 224. tom. 1.* Panis eſt abſque ſemine, abſque aratione, abſque alio humano opere nobis paratus. Is deſuper defluens in terris invenitur: panis enim qui de cælo deſcendit, qui verus cibus eſt, qui ænigmatice hac hiſtoria ſignificatur, non incorporea quædam res eſt. Quo enim pacto res incorporea corpori cibus fiet? Res vero quæ incorporea non eſt, corpus omnino eſt. Hujus corporis panem non oratio, non ſatio, non agricolarum opus efficit, ſed terra intacta permanſit, & tamen pane plena fuit, quo famelicentes myſterium virginis perdocti facile ſaturantur. Is igitur mirabilis ſine agricultura panis & Verbum eſt: varie-

Digitized by Google

competat nemo non videt : ipſe enim nos perditos quæſivit & reduxit ad ovile : ipſe nobis invigilat ſicut bonus paſtor gregi ſuo. Ipſe gratia ſua nos protegit adverſus omnes hoſtium impugnationes & inſidias. Ipſe nos documentis omnibus erudivit : ipſe dedit animam ſuam, & obtulit ſemetipſum pro nobis ſacrificium Deo Patri : ipſe ſemper vivit ad interpellandum pro
F nobis. (F)

I. Cur ais Chriſtum eſſe Sponſum noſtrum?

R. Sic ſemetipſum vocat Chriſtus ipſe, propter fœdus, & ut ita dicam matrimonium, quod præ nimia caritate init cum Eccleſia, fœdus inquam mutui amoris, cujus participes ſunt ſinguli juſti, quamdiu in juſtitia perſeverant, fœdus æternum, matrimonium indiſſolubile, quod quidem, ut docet Apoſtolus, exemplar eſt caſti Chriſtianorum Matrimonii.
(G) G

Dixi *fœdus æternum*. Quod quidem intelligen-

varietate qualitatis ad ſuſcipientium habitudinem virtutem ſuam commutat. Novit enim non ſolum panis eſſe, verum & lac fieri, & caro & olus, quidquid denique aſſumenti conveniens & expetitum ſit.

TERTULL. *Lib. de Orat. Domin.* Chriſtus panis noſter eſt, quia vita Chriſtus, & vita panis. *Ego ſum*,
Joh. 6. 35. inquit, *panis vitæ*. Et paulo ſupra : Panis eſt ſermo
Id. 53. Dei vivi, qui deſcendit de cælis. Tum quod & cor-
Mat. 26. 26. pus ejus in pane cenſetur : *Hoc eſt Corpus meum*.

S. CYPRIANUS *Lib. de Orat. Domin.* Panis vitæ Chriſtus eſt, & panis hic omnium non eſt, ſed noſter eſt : & quomodo dicimus Pater noſter, quia intelligentium & credentium pater eſt ; ſic & panem noſtrum vocamus, quia Chriſtus, noſter (qui corpus ejus contingimus) panis eſt, &c.

(F) JOB VII. 20. Peccavi, quid faciam tibi, o cuſtos hominum?

PSAL. CXVIII. 176. Erravi ſicut ovis, quæ periit : quære ſervum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.

ISAI. XL. 11. Sicut Paſtor gregem ſuum paſcet : in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo levabit, fœtas ipſe portabit.

JEREM. XXXI. 10. Audite Verbum Domini gentes, & annunciate in inſulis, quæ procul ſunt, & dicite. Qui diſperſit Iſrael, congregabit eum : & cuſtodiet eum ſicut paſtor gregem ſuum.

EZECHIEL. XXXIV. 23. Et ſuſcitabo ſuper eas Paſtorem unum, qui paſcat eas, ſervum meum David : ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in Paſtorem.

ZACAR. XIII. 7. Framea ſuſcitare ſuper Paſtorem meum & ſuper virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum : percute Paſtorem, & diſpergentur oves : & convertam manum meam ad parvulos.

JOH. X. 11. Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis. 14. Ego ſum Paſtor bonus : & cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ. 15. Sicut novit me Pater, & ego cognoſco Patrem : & animam meam pono pro ovibus meis. 16. Et alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili : & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus Paſtor.

HEB. XIII. 20. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis Paſtorem magnum ovium, in ſanguine teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Jeſu Chriſtum, aptet vos in omni bono.

ORIGENES *Homil. 2. in Cantic. Cant. Chriſtum uti Paſtorem depingit, de eoque uti Chriſtianorum Paſtorem Pſ. XXIV. interpretatur, quem legere operæ pretium eſt.*

In Evang. Joh. tom. 3. paulo poſt init. Sciendum eſt Servatorem non eſſe ſibi ipſi aliqua, ſed aliis, aliqua vero & ipſi, & aliis ... Namque palam aliis eſt Paſtor : non more Paſtorum, qui hominibus præſunt, utilitatem ad ſe trahens, eo quod paſcat, niſi ſorte eorum, qui paſcuntur, utilitatem benignitatis cauſa propriam eſſe reputet.

EUSEBIUS *Demonſtr. Evangelic. lib. 7. c. 2. verſus finem*. Paſtor & dux ipſius Iſrael declarandus dicitur Chriſtus.

S. CLEMENS ALEXANDR. *Pædag. lib. 1. cap. 7.* Jeſus
Joh. 10. 14. nonnunquam ſeipſum Paſtorem vocat, & dicit, *Ego ſum Paſtor bonus*, metaphora ſumpta a Paſtoribus, qui ducunt oves. Qui pueros ducit intellectus Pædagogus, qui eſt Paſtor curam gerens infantium. Infantes enim ſimplices tanquam oves dicuntur allego-
Ibid. 16. rice. *Et erunt*, inquit, *omnes unus grex, & unus Paſtor*. Pædagogus ergo jure Verbum dicitur, qui pueros nos ducit ad ſalutem. Evidentiſſime ergo Verbum
Oſee 5. 2. dicit de ſeipſo per Oſeam : *Ego autem ſum præceptor veſter*. Pædagogia autem eſt divina religio, quæ eſt doctrina divini cultus, & eruditio ad aſſequendam veritatis agnitionem, & recta inſtitutio, vitæque agendæ ratio, quæ in cælum deducit.

Cap. 9. circa med. Qui ægrotamus, Servatore opus habemus : qui autem aberravimus, eo qui nos deducat ; & qui cæci ſumus, eo qui nos ad lucem deducat : & qui ſitimus, fonte vitali, cujus qui ſunt participes, non amplius ſitient : & qui mortui ſumus, vita egemus : qui oves, Paſtore : & qui pueri Pædagogo : quin etiam univerſa humana natura, Jeſu : ne qui inſolentes & peccatores ſumus, incidamus in finem condemnationis : a paleis autem ſegregemur, & in apothecam paternam recondamur ... Licet autem, ſi vultis, ſanctiſſimi paſtoris & pædagogi omnipotentis & paterni Verbi ſummam nobis ſapientiam ediſcere, ubi allegoria utitur, ſeipſum dicens Paſtorem ovium. Eſt autem pædagogus infantium. Dicit ergo per Ezechielem, orationem dirigens ad Presbyteros, & eis quamdam ſalutarem juſtæ ſolicitudinis
deſcriptionem exponens : *& quod claudum eſt alligabo, & quod ægrum eſt curabo, & quod aberrat, reducam : & paſcam ipſos ego ad montem ſanctum meum.* *Ezech. 34. 16.*
Hæc ſunt præcepta boni Paſtoris. Paſce nos infantes, ſicut oves. Etiam Domine imple nos tuis juſtitiæ paſcuis : etiam Pædagoge, paſce nos ad ſanctum tuum montem, ad Eccleſiam, quæ in alto eſt, quæ
ſuperat nubes, quæ cælos tangit. *Et ero*, inquit, *Pa-* *Ibid. 4.*
ſtor ipſorum.

Stromat. Lib. 1. p. 351. Quemadmodum ergo paſtoralem artem ovium curam gerere dicimus : ita enim Paſtor bonus animam ponit pro ovibus : ita etiam legum ferendarum artem dicimus, virtutem hominum comparare, humanum bonum pro viribus excitantem, ut quæ gregis hominum curam gerat & providentiam. Quod ſi grex qui a Domino dicitur allegorice, nihil eſt aliud quam grex hominum, idem erit bonus Paſtor & legiſlator unius gregis, nempe earum quæ ipſum audiunt ovium unus eſt curator, nempe is qui perditam & quærit & invenit lege & ratione : ſiquidem lex eſt ſpiritalis, & quæ ad ipſam ducit beatitudinem.

S. BASIL. *Homil. 26. de S. Mamante circa med.* Sorores quædam ſunt vita paſtoritia & regni adminiſtratio. Niſi quod illa irrationalium, iſta vero rationalium animantium curam habet ... Quapropter Dominus utramque complexus & Paſtor eſt & Rex ; irrationales paſcens, majori ratione præditos ſub regni gubernationem includens. Vis diſcere quantæ digni-
tatis ſit Paſtor? *Dominus*, inquit, *paſcit me*. Quo- *Pſ. 22. 1.*
modo vero regiæ gubernationis ſoror eſt paſtoritia *Pſ. 23. 8.*
vita? *Quis eſt iſte*, inquit, *Rex gloriæ*? Qui illic Paſtor, hic Rex dicitur. Nec putes illum ab aliis quidem Paſtorem vocari, ipſum vero id appellationis pudoris gratia non agnoſcere ; quin ipſe degeneres Paſtores compeſcens, in ſeipſum veræ paſtoralis vitæ
teſtimonium transfert. *Ego*, inquiens, *ſum Paſtor ille* *Joh. 10. 14.*
bonus. Ego ſum, & non mutatus ſum ...... Rejicit ſpurios, & veritatem ſibi ipſi vendicat. Ego ſum Paſtor ille bonus. Diſce quis ſit Paſtor, & quis ſit bonus ille. Ipſe hoc interpretatur : *Verus Paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis*.

Epiſt. 141. Apolog. ad Cæſarienſes p. 932. (*Chriſtus*) *Id. 11.*
principium variarum Evangelicarum nominatur, quæ nos ad regnum cælorum ducunt, cum non ſit creatura ſecundum eſſentiam, ſed ſecundum diſpenſationem ſit factus via noſtra ... Utque via factus eſt : ita & janua & Paſtor, & Angelus & ovis. Item, ſummus Sacerdos & Apoſtolus, aliis alio intellectu poſitis nominibus.

S. AMBROS. *enarrat. in Pſ. XLVIII. n. 21.* Qui noluerunt ut paſceret eos Chriſtus, depaſcet eos mors. Quis ergo dimittat bonum Paſtorem, qui pro ovibus ſuis animam ſuam ponit, quia pertinet ad eum gregis ſui cura? ... Cognoſce o homo, quia Chriſtus verus eſt Paſtor, qui ſuos paſcit ad vitam.

(G) OSEE II. 19. Et ſponſabo te mihi in ſempiternum : & ſponſabo te mihi in juſtitia, & judicio, & in miſericordia & in miſerationibus. 20. Et ſponſabo te mihi in fide : & ſcies quia ego Dominus.

MATTH. IX. 15. Ait illis Jeſus : Numquid poſſunt filii ſponſi lugere quamdiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies cum auferetur ab eis ſponſus : & tunc jejunabunt.

MARC.

Digitized by Google

gendum eſt abſolute de corpore Eccleſiæ, & aliquatenus de ſingulis Eccleſiæ membris.

Abſolute quidem de corpore Eccleſiæ, quin fieri nequit ut dirimatur unquam fœdus Chriſtum inter & Eccleſiam initum.

Aliquatenus autem de ſingulis Eccleſiæ membris; quia ſic Chriſtus affectus eſt, ut nunquam prior dirimat fœdus quod iniit ſemel cum ſingulis Eccleſiæ membris dum ſacro fonte renati ſunt. Nec fœdus iſtud dirimitur, niſi cum id nos peccato mortali ſponte dirimimus. Juxta effatum Concilii Tridentini: *Deus neminem deſerit niſi ab ipſo prius deſeratur*.

I. Cur vocas Chriſtum Medicum noſtrum?

R. Sic ſemetipſum appellat Chriſtus; quia ad hoc venit ut morbos & languores noſtros ſuſcipiendo ſanaret; biberetque ad remedium noſtrum calicem noſtrum. (H) H

I. Cur vocas Chriſtum Regem noſtrum?

R. Sic

Marc. ii. 19. Et ait illis Jeſus, Numquid poſſunt filii nuptiarum quandiu ſponſus cum illis eſt, jejunare? Quanto tempore habent ſecum ſponſum, non poſſunt jejunare. 20. Venient autem dies cum auferetur ab eis ſponſus: & tunc jejunabunt in illis diebus.

Luc. v. 34. Quibus ipſe ait: Numquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus, facere jejunare? 35. Venient autem dies: cum ablatus fuerit ab illis ſponſus, tunc jejunabunt in illis diebus.

Johan. iii. 29. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autem ſponſi, qui ſtat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Hoc ergo gaudium meum impletum eſt.

2. Cor. xi. 2. Æmulor enim vos Dei æmulatione. Deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.

Ephes. v. 22. Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino. 23. Quoniam vir caput eſt mulieris: ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ: ipſe, ſalvator corporis ejus. 24. Sed ſicut Eccleſia ſubjecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus. 25. Viri diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea. 26. Ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ. 27. Ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata ..... 29. Nemo enim unquam carnem ſuam odio habuit: ſed nutrit, & fovet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam. 30. Quia membra ſumus corporis ejus, de carne ejus & de oſſibus ejus ... 32.... Sacramentum hoc magnum eſt, Ego autem dico in Chriſto & Eccleſia.

Apoc. xxi. 9. Et venit unus de ſeptem Angelis habentibus phialas plenas ſeptem plagis noviſſimis, & locutus eſt mecum, dicens: Veni, & oſtendam tibi ſponſam, uxorem agni.

Origenes *in Levit. cap.* xxi. *Homil.* 12. Chriſtus ſibi adſumpſit Eccleſiam, virginem de genere ſuo accepit uxorem. Sic enim & dudum promiſerat per Prophetam dicens: *Deſponſabo te mihi in fide*.. Et ſicut A- *Oſee* ii. 20.
Ephes. 5. 24 poſtolus dicit: *Ut exhibeat ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid ejuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata*... Hic ergo Sacerdos magnus uxorem virginem accipiet de genere ſuo. Poteſt & propter hoc dictum videri *de genere ſuo*, quod anima Chriſti ex genere & ex ſubſtantia fuerit humanarum omnium animarum. Poteſt & ſecundum hoc, quod fratres vocat credentes in ſe, de genere ſuo dici anima, quæ in fide tanquam nuptiis ſociatur .... Gaudeamus quidem de dignatione Dei, ſed caute & ſollicite curemus ne nos vita noſtra & actus ac mores faciant aliquando degeneres; ne & hoc ipſum nobis ad condemnationem ducatur, quod cum genus ſimus Chriſti, indignis, & fœdis ac diabolicis
Joh. 3. 29. actibus ſerviamus. *Qui habet ergo ſponſam ſponſus eſt*. Audis quomodo ſponſus dicitur Chriſtus, ſponſa vero ejus anima dicitur, quæ fidei ſimplicitate & actuum puritate incorrupta probatur & virgo.

In Cantic. Canticor. Homil. 2. Chriſtus idem ſponſus atque idem Pontifex dicitur: Pontifex quidem ſecundum hoc quod mediator eſt Dei & hominum omniſ-
Joh. 11. 2. que creaturæ, pro qua & propitiatio factus eſt ſe-
Hebr. 10. 12. metipſum offerens hoſtiam pro peccato mundi: ſponſus vero ſecundum hoc quod Eccleſiæ jungitur non
Ephes. 5. 27. habenti maculam aut rugam, aut aliquid horum.

Chriſti laudes ſponſi Eccleſiæ, & ejus ſponſæ fuſe proſequitur in Homiliis in Cant. Cant. præcipue Homil. 2. quam legere poteris.

Ephes. 5. 25. *Ibi.* 27. S. Basil. *Lib. de vera Virginit. p.* 759. Pro ſponſa ſua ſeipſum tradidit Dominus, ut eam ſanctificaret mundans aquæ lavacro, & *exhiberet ipſe ſibi eam glorioſam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujuſmodi, ſed ut eſſet ſancta corpore & ſpiritu*.

S. Greg. Nyss. *Homil.* 9. *in Cant. ante med.* Per laudes quæ deinceps ſequuntur diſcimus, quemadmodum fiat quiſpiam ſoror & conjux Domini per hoc quod dicit, *Es hortus concluſus, ſoror mea ſponſa*. Si quiſ- *Cant.* 4. 12.
piam ergo hoc ſibi vindicat, ut ſit quidem ſponſa, propterea quod conjungatur Domino, ſoror autem propterea quod ejus faciat voluntatem, ſicut dicit Evangelium, fiat portus floridus & bene germinans, omnium habens in ſe arborum (*id eſt, virtutum*) pulchritudinem, &c. *Et paulo poſt*. Si quiſpiam ergo eſt hortus, ipſa unitus, is fit ſoror & ſponſa ejus qui dixit huic animæ, *es hortus concluſus, ſoror mea ſponſa*.

Tertull. *adv. Marcion. lib.* 4. Teneo meum Chriſtum, etiam in nomine ſponſi, de quo Pſalmus, *Ip-* *Pſ.* 18. 6. 7.
ſe tanquam ſponſus egrediens de thalamo ſuo: a ſummo cæli profectio ejus, & deverſio ejus ad ſummum uſque ejus. Qui etiam per Eſaiam gaudens ad Patrem, *Exultet*, inquit, *anima mea in Domino: induit enim me* *Iſai.* 61. 10.
indumentum ſalutaris, & tunicam jucunditatis velut ſponſo: circumpoſuit mihi mitram velut ſponſæ. In ſe enim & Eccleſiam deputat, de qua idem ſpiritus ad ipſum:
Et circumponens tibi omnes eos, velut ornamentum *Id.* 49. 18.
ſponſæ. Hanc ſponſam Chriſtus ſibi etiam per Salomonem ex vocatione gentium arceſſit: Siquidem legiſti, *Veni ſponſa de Libano* .... De Idololatria enim *Cant.* 4. 8.
ſibi ſponſabat Eccleſiam.

S. Hilar. *Comm. in Matt. cap.* 27. *num.* 4. Sponſus atque ſponſa, Dominus noſter eſt in corpore Deus. Nam ut ſpiritus carni; (*ſupp.* ſponſus eſt) ita ſpiritui caro ſponſa eſt.

S. Ambros. *Lib. de Benedict. Patriarch. cap.* 4. *num.*
22. *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt*; amicus autem ſpon- *Job.* 3. 29.
ſi, qui ſtat & audit eum & gaudio gaudet, hoc eſt, ipſe ſolus vir eſt Eccleſiæ, hic eſt exſpectatio gentium, huic deferentes copulam gratiæ nuptialis, calceamentum ſuum ſolverunt Prophetæ. Hic ſponſus eſt, ego amicus ſponſi: gaudeo quia venit, quia vocem audio nuptialem, quia jam non dura peccatorum ſupplicia, dura legis tormenta, ſed remiſſionem criminum, vocem lætitiæ, ſonum jucunditatis, exultationem feſti nuptialis audivimus.

S. Aug. *Quæſt. in Judices lib.* 7. *Quæſt.* 49. *num.* 26. Conjux Chriſti Eccleſia eſt, &c. *Quæ legere poteris*.

In Joh. Evang. c. 2. *Tract.* 8. *n.* 4. Dominus invitatus ad nuptias venit. Quid mirum ſi in illam domum ad nuptias venit, qui in hunc mundum ad nuptias venit? Si enim non venit ad nuptias non hic habet ſponſam.
Et quid eſt, quod ait Apoſtolus, aptavi vos uni vi- 2. *Cor.* 11. 2.
ro, virginem caſtam exhibere Chriſto? Quid eſt quod timet, ne virginitas ſponſæ Chriſti per aſtutiam diaboli corrumpatur? Timeo, inquit, ne ſicut ſerpens *Ibid.* 3.
Evam ſeduxit aſtutia ſua, ſic & veſtræ mentes corrumpantur a ſimplicitate & caſtitate quæ eſt in Chriſto. Habet ergo hic ſponſam quam redemit ſanguine ſuo, & cui pignus dedit Spiritum ſanctum. Eruit eam de mancipatu diaboli: mortuus eſt propter delicta ejus, reſurrexit propter juſtificationem ejus. Quis offeret tanta ſponſæ ſuæ? Offerant homines quælibet ornamenta terrarum, aurum, argentum, lapides pretioſos, equos, mancipia, fundos, prædia: numquid aliquis offeret ſanguinem ſuum? Si enim ſanguinem ſuum ſponſæ dederit, non erit qui ducat uxorem. Dominus autem ſecurus moriens, dedit ſanguinem ſuum pro ea quam reſurgens haberet, quam ſibi jam conjunxerat in utero virginis. Verbum enim ſponſus, & ſponſa caro humana; & utrumque unus Filius Dei, & idem filius hominis: ubi factus eſt caput Eccleſiæ, ille uterus Virginis Mariæ thalamus ejus, inde proceſſit tamquam ſponſus de thalamo ſuo.

(H) Isai. liii. 4. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit: & nos putavimus eum quaſi leproſum, & percuſſum a Deo & humiliatum. 5. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & livore ejus ſanati ſumus.

R. Sic illum Prophetæ appellarunt ; ipſe coram Pilato Regem eſſe ſe dixit . Vocat eum
Heb. 7. 2. Apoſtolus *Regem juſtitiæ* , *Regem pacis* , *Regem*
1. Tim. 6. 15. *regum* , *& Dominum Dominantium* . Quam recte eo nomine appelletur , nemo non intelligit . Ipſe enim eſt Deus . Et præterea quatenus homo , exaltatus eſt ſupra omnem creaturam ; *data eſt ei omnis poteſtas in cælo* , *& in terra* . Omnia *dedit ei Pater in manus* , *& ſubjecit ei omnia* . (I)

I. Cur vocas Chriſtum Judicem noſtrum?

R. Quia tam ex ipſo Chriſto, quam ex Apo- Matt. 28. 18
ſtolis accepimus Chriſtum venturum olim in Job 35.
gloria ad judicandos omnes & ſingulos homines. Heb. 2. 8.

MATTH. IX. 12. At Jeſus audiens ait : Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus.

MARC. II. 17. Hoc audito Jeſus ait illis: Non neceſſe habent ſani medico, ſed qui male habent; non enim veni vocare juſtos, ſed peccatores.

LUC. IV. 23. Et ait illis: Utique dicetis mihi hanc ſimilitudinem: Medice cura teipſum: quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.

S. CYRILL. HIEROS. *Catech.* 10. *aliquanto poſt initium*. Quamvis Chriſti multæ ſint appellationes, ſed unum tamen ſubjectum; unicuique autem varius fit Salvator ad utilitatem. Qui enim indigent recreatione & lætitia, illis fit vinea: qui opus habent, ut ingrediantur, his conſtituitur oſtium; & qui cuperent offerre orationes, illis fit Mediator, ſummusque Sacerdos. Rurſus habentibus peccata, fit ovis, ut pro ipſis mactetur. Et omnibus fit omnia, ipſe idem natura permanens qui eſt. Manens enim idem & vere immutabilem Filii dignitatem habens, tanquam optimus medicus & doctor compatiens accommodat ſe ad infirmitates noſtras.

S. HILAR. *Tract. in Pſalm.* XIII. n. 2. Spiritus ſanctus cernens errorem generis humani , cernens mala ſæculi hujus ingraveſcentia , & morbum immedicabili morte graſſantem , ubi Deus negatur a ſtulto , ubi abominandis voluptatum fallaciis corrupti ſunt cuncti , ubi nullus bonum volens ſit , ubi eorum guttura innocentium ſint ſepulcra, ubi linguis uſi ſunt in officium fraudulentiæ , ubi venenum aſpidum labiis eorum verbisque ſuffuſum ſit , ubi os amaritudine & maledictione ſit plenum , ubi velox pedum eorum ad effundendum ſanguinem curſus ſit, & per hæc non agnoſcentibus viam pacis, in omnibus vitæ eorum viis infelicitas ingraveſcat : ubi in Deum nulla reverentia eſt , ubi devaſtatio plebis Dei perſecutoribus tanquam cibus panis ſit, & innocentium mortes, damna, ſupplicia ſiet ſatietas iniquorum ; ubi Deus non invocatur, & trepidatur in nullis; creaturam in idolis omiſſo creatore reverentes ; ubi Deus in generatione juſta deſperatur habitare, & conſilium inopis confunditur, & ſpes patientiæ ejus illuditur: his igitur ita graſſantibus malis, & toto orbe dominantibus, conſcius Spiritus ſanctus ejus , qui
Pſal. 13. 7. ſolus opem ferre poſſit , exclamat, *Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael?* Non enim Moyſes dederat, non Elias, non Eſaias, non Prophetæ : omnia legis opera adverſus tantam morborum peſtem infirmabantur. Opus erat medico, qui una atque eadem auxilii ſui ope univerſa curaret, & tot ac varios in toto orbe languores, non arte, non opere, (quia quando opus & ars ſingulis adhibita profuiſſet?) ſed verbi poteſtate ſanaret. Hunc requirit Spiritus, hunc expectat, ad cujus adventum febris quieſceret, cæcitas deſineret, paralyſis non eſſet, mors non occuparet.

S. AMBROS. *Præf. in Pſal.* 37. n. 4. Vera ergo medicina eſt genere pœnitentiam ; quæ tunc legitime prædicata eſt, quando medicus venit e cælo, qui non exaſperaret vulnera, ſed ſanaret. Bonus medicus, qui docuit quemadmodum in terra corporis noſtri remedia quæreremus ; cum flos nobis herbæ ſalutaris oriretur, qui *de peccato damna-*
Rom. 8. 3. *vit peccatum in carne*. Antidotum ergo facta eſt caro, quæ erat venenum ante peccati, quia erat illecebra peccato-
Joh. 1. 14. rum ... *Verbum factum eſt caro* ... peccatum abſtulit; id eſt, *de peccato damnavit peccatum in carne*.

Expoſ. in Pſ. 118. *Serm.* 19. *n.* 1. Majores animæ æſtus fervoresque ſunt animorum, quam corporum.

N. 2. Concluſus igitur viſcerum tumore, medicum quærit, ut poſſit propulſare periculum ... Veniens medicus tentat omnia ... Et tu ergo concluſus animi fervore, adſpice teipſum interiori oculo. Morbi vis urget, fervet noxia conſcientia, moles peccatorum premit, intercipiunt ſenſum mentis anguſtiæ: cognoſce teipſum, & orationis quære medicinam ; poſce ut veniat medicus ille qui deſcendit de cælo, qui maxime ægrotos requirit, ſicut ipſa ait : *Non opus eſt ſanis medicus, ſed iis qui male*
Matt. 9. 12. *habent*. Habes vulnera? Ne differas: non eſt apud illum ulla comperendinatio ſanitatis. Habes ulcera? Ne timeas; verbo, non ferro curare conſuevit.

S. AUGUST. *in Johan. Evang. cap.* 1. *Tract.* 3. n. 3. Medicus quis? Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Ille ipſe plane, & ipſa eſt totus medicus vulnerum noſtrorum, crucifixus ille cui inſultatum eſt, quo pendente perſecutores caput agitabant ... ipſe eſt totus medicus noſter, ipſe plane ... Nam crux non ad potentiæ documentum, ſed ad exemplum patientiæ ſuſcepta eſt. Ibi vulnera tua curavit, ubi ſua diu pertulit: ibi te a morte ſempiterna ſanavit, ubi temporaliter mori dignatus eſt. Et mortuus eſt, an illo mors mortua eſt? Qualis mors, quæ mortem occidit?

(I) PSAL. 2. 6. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, prædicans præceptum ejus ... 8. Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.

PSALM. 23. 7. Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. 8. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis & potens: Dominus potens in prælio. 9. Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. 10. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ.

JOHAN. 18. 37. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Reſpondit Jeſus: Tu dicis, quia Rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati: omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam.

S. JUSTINUS MARTYR *in Dial. cum Triphone Jud. p.* 251. Pſ. 61. 2.
Ubi dictum eſt: *Deus judicium tuum Regi da*; quia Salomon Rex fuit, in ipſum Pſalmum dictum eſſe affirmatis; verbis Pſalmi diſerte præconium facientibus in Regem æternum, hoc eſt in Chriſtum promulgatum eſſe: Chriſtus enim Rex, & Sacerdos, & Deus, & Dominus, & Angelus, ſeu nuncius & homo, & archidux militiæque Princeps, & lapis, & puer natus, & perpeſſioni primum obnoxius, deinde in cælum revertens, & rediturus inde cum gloria, & perpetuum obtenturus regnum, deprædicatus eſt ; ſicut ex Scripturis omnibus demonſtro ... Ac Salomonem quidem, Regem illuſtrem ac magnum fuiſſe ... ſcio: quod vero nihil eorum quæ in Pſalmo recenſentur in eum ceciderit, in propatulo eſt. Neque enim Reges cuncti adoraverunt eum, neque uſque ad fines orbis imperavit, neque inimici ad pedes ejus provoluti pulverem linxerunt, &c. *Et rurſus pag.* 255. *Tol-* Pſ. 23. 9. 10.
lite portas Principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus virtutum, ipſe eſt Rex gloriæ. Sane quidem Dominum virtutum Salomonem non eſſe, ſed Chriſtum noſtrum ſatis per Pſalmum hunc oſtenſum eſt. Is cum ex mortuis reſurrexit, & in cælum aſcendit, juſſi ſunt, qui in cælis diſpoſiti ſunt Principes, aperire portas cælorum, ut ingrederetur qui eſt Rex gloriæ, & conſcendens conſideret ad dexteram Patris, donec poneret inimicos ſuos ſubſellium pedum ſuorum ; quemadmodum per alium Pſalmum declaratum eſt. Quoniam namque cæleſtes Principes cum in terris ſpeciem informem & inhonoratam & obſcuram habere viderant, non noſcentes ipſum, percontabantur: *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* Et reſpondet eis Spiritus ſanctus, aut ex Patris, aut ſua ipſius perſona; *Dominus virtutum*, iſte ipſe eſt Rex gloriæ. Quod enim neque de Salomone, neque de tabernaculo teſtimonii, quiſquam eorum, qui ad portas templi Hieroſolymitani adſtiterunt, dicere auſus fuerit: *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* Ibid.
quilibet fatebitur. Atque in diapſalmate quadrageſimi ſexti Pſalmi in Chriſtum iſta verba ſunt concepta ... *Pſallite Regi noſtro, pſallite: Quoniam Rex omnis terræ* Pſ. 46. 7. 8. 9
Deus; pſallite ſapienter. Regnavit Deus ſuper gentes: Deus Pſal. 98. 6.
ſedet in throno ſancto ſuo ... Et in nonageſimo octavo Pſalmo improperat vobis Spiritus ſanctus, & hunc quem non vultis Regem veſtrum eſſe, Regem & Dominum Samuelis, & Aaronis, & Moſis, & aliorum prorſus omnium, renunciat.

ORIGENES *in cap.* 4. *Luc. Homil.* 30. Tam Filio Dei, quam Antichriſto regnandi ſtudium eſt ; Sed Antichriſtus regnare deſiderat, ut occidat quos ſibi ſubjecerit: Chriſtus ad hoc regnat ut ſalvet. Et unuſquiſque noſtrum, ſi felix eſt regnatur a Chriſto, ſermone, ſapientia, juſtitia, veritate. Duo igitur Reges certatim regnare feſtinant ; peccati rex peccatoribus diabolus: juſtitiæ Rex juſtis

nes. *Omne judicium Pater dedit Filio : conſtitutus hunc judicem vivorum & mortuorum.* (K)

J. Cur vocas Chriſtum ſignum noſtrum?

R. Sic appellatur ſæpius in Scripturis.

Job. 3. 22. Act. 10. 42. K N. 21. 9. *Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneum*, (figuram Chriſti, ut jam diximus) *& poſuit eam pro ſigno, quem cum percuſſi aſpicerent ſanabantur.*

Iſai. 11. 10. *In die illa*, (verba ſunt Iſaiæ Prophetæ,) *radix Jeſſe* (id eſt, Chriſtus filius Jeſſe patris David,) *qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulcrum ejus glorioſum.*

Iſai. 49. 22. & ſeq. *Hæc dicit Dominus Deus : Ecce levabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum. Et afferent filios tuos in ulnis, & filias tuas ſuper humeros portabunt. Et erunt reges nutritii tui, & reginæ nutrices tuæ : vultu in terram demiſſo adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent.*

In novo teſtamento Simeon ſenex cum benedixiſſet infanti Jeſu & Mariæ, *dixit ad Mariam matrem ejus : Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum, cui contradicetur.* Luc. 2. 34.

Chriſtus ergo noſtrum ſignum eſt, quod ſi percuſſi peccatorum plagis aſpexerimus ſanabimur ; ſignum, ad quod omnes properare debemus adoraturi ; ſignum poſitum vel in reſurrectionem noſtram, ſi vultu in terram demiſſo adoraverimus ; vel in ruinam, ſi huic contradixerimus. (L) L

I. Cur vocas Chriſtum auctorem & conſummatorem fidei?

R. Sic eum appellat Apoſtolus, ut ſignificet fidei

juſtis Chriſtus ... Verum Dominus noſter atque Salvator vult quidem regnare ; & omnes gentes ſibi ſubjectas eſſe, ut ſerviant juſtitiæ, veritati, cæteriſque virtutibus ... Hos, inquit, omnes propterea volo mihi eſſe ſubjectos,
Matt. 4. 10. ut Dominum Deum adorent, & ipſi ſoli ſerviant.

S. AUG. *in Pſ.* XXVI. 26. *Enarr.* 2. n. 2. Solus tunc (*ſub lege*) ungebatur Rex & Sacerdos ; duæ iſtæ illo tempore unctæ perſonæ. In duabus perſonis præfigurabatur futurus unus Rex & Sacerdos, utroque munere unus Chriſtus, & ideo Chriſtus a Chriſmate. Non ſolum autem caput noſtrum unctum eſt, ſed & corpus ejus nos ipſi. Rex autem eſt, quia nos regit, & ducit.

S. CYRILLUS HIEROSOL. *Catech.* 10. *aliquanto poſt initium.* (*Chriſtus*) Dominus vere exiſtens, non ſucceſſione, vel progreſſione aliqua dominationem accipiens, ſed natura dominationis habens dignitatem : non abuſive Dominus vocatus, ſed vere Dominus exiſtens : quoniam nutu Patris dominatur ſuis opificiis. Nos quidem habemus dominum ſuper homines honore nobis æquales, & affectionibus ſimiles ... Dominus autem Domini noſtri Jeſu Chriſti non eſt ejuſmodi, ſed primum factor, deinde Dominus : primum fecit nutu Patris omnia, deinde his quæ fecit dominatur. Chriſtus eſt Dominus, qui natus eſt in civitate David ... *Et aliquanto poſt :*
Pſal. 109. 1. *Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis.* Dominus Domino hæc dicit, non ſervo, ſed Domino omnium, Filioque ſuo, *cui omnia ſubjecit ... ut ſit Deus*
1. Corinth. 15. 27. 28. *omnia in omnibus.* Dominus eſt omnium unigenitus Filius, Filius vero Patris fidelis, non rapiens ſibi dominium, ſed a ſpontaneo volenteque accipiens. Neque Filius rapuit, neque Pater traditionem domini inviſit.
Mat. 11. 27. Ipſe eſt qui dicit : *Omnia mihi tradita ſunt a Patre meo.* Tradita ſunt mihi non quaſi prius non habenti ; & diligenter ſervo, non privans largitorem. Dominus igitur eſt Filius Dei : Dominus qui natus eſt in Bethlehem Judæ ... de quo dicit quidam ex Apoſtolis ... *Hic eſt om-*
Act. 10. 36. *nium Dominus.* Quando autem dicit *omnium*, nullam dominii partem excipit, &c.

Catecheſ. 15. *paulo ante fin.* Regnat Chriſtus in ſecula, qui judicat vivos & mortuos, qui pro vivis & mortuis mortuus eſt, ſicut Paulus dicit ... ut & mortuis & vivis dominaretur. *Deinde æternum fore Chriſti regnum*
Rom. 14. 9. *multiplici auctoritate probat.*

S. ATHANAS. *ad Imperat. Conſtantium Apolog. num.* 26. Eſt autem ille, qui judicat omnem terram, verus univerſorum Rex, & Dominus noſter Jeſus Chriſtus Filius Dei.

Orat. 3. *contra Arianos*, n. 56. Nemo jam ambigat ... tantorum autorem operum, quæ nullus unquam egit, ipſum eſſe Chriſtum, & Dominum omnium. Namque factus licet & vocatus Jeſus, ... non eſt tamen humana conditione diminutus, ſed potius, cum homo factus eſt, viventium & mortuorum Dominus eſt declaratus : .. eum Dominum & Chriſtum fecit Pater, id eſt fecit, ut do-
Ibid. minaretur & regnaret.

TERTULL. *adverſus Judæos.* Age nunc ſi legiſti penes Prophetam in Pſalmis, Deus regnavit a ligno ; expecto quid intelligas, ne forte lignarium aliquem Regem ſignificari putes, & non Chriſtum, qui exinde a paſſione Chriſti ſuperata morte regnavit. Proinde & Eſaias : Quoniam *puer*, inquit, *natus eſt nobis.* Quid novum, ſi non
Iſai. 9. 6. de Filio Dei dicit ? *Filius natus eſt nobis, cujus imperium factum eſt ſuper humerum ipſius.* Quis omnium Regum inſigne poteſtatis ſuæ humero præfert, & non aut

capite diadema, aut in manu ſceptrum, aut aliquam propriæ veſtis notam ? Sed ſolus novus Rex ſæculorum Chriſtus Jeſus, novæ gloriæ & poteſtatem & ſublimitatem ſuam in humero extulit, crucem ſcilicet, ut ſecundum ſuperiorem prophetiam exinde Dominus regnaret a ligno.

Eadem prorſus habet Lib. 3. *adverſ. Marcion.*

S. HILAR. *Tract. in* 11. *Pſal. n.* 24. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus.* Et neſcio, Pſal. 2. 6.
cui Chriſtum Regem eſſe ambigere ſit tutum, latrone hoc ipſo in crucis paſſione confitente, *Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum.* Sed non ſufficit confeſſio la- Luc. 23. 42.
tronis, Regem eſſe profitentis. Teſtantur etiam adoraturi Magi, cum interrogant, *Ubi eſt, qui natus eſt Rex Judæorum ?* Matt. 2. 2.
Teſtatur & Pilatus interrogans, *Tu es Rex Judæorum ?* Id. 27. 11.
Profitetur & Dominus reſpondens, *Tu dixiſti.* Non ne- Ibid.
gat interrogatus, nec gloriatur humiliandus ad mortem. Cum non ſit niſi ex reſponſione confeſſio ; ita neque ſe protulit profeſſionis auctorem, neque interroganti cognitionis veritatem invidit.

(K) PSAL. CIX. 6. Judicabit in nationibus, implebit ruinas : conquaſſabit capita in terra multorum.

ACTOR. X. 42. Et præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari, quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt a Deo Judex vivorum & mortuorum.

2. TIMOTH. IV. 1. Teſtificor coram Deo, & Jeſu Chriſto, qui judicaturus eſt vivos & mortuos.

S. JUSTINUS MART. *Quæſt. & Reſponſ. ad Orthod. Reſponſ. ad Quæſt.* 74. Præſentis rerum ſtatus finis eſt impiorum per ignem judicium, prout teſtantur Prophetarum & Apoſtolorum ſcripta ... Judicium autem id peragendum venit per Jeſum Chriſtum, a Judæis crucifixum, perpetuoque poteſtate regia Chriſtianorum regnum ſempiternum, juxta Prophetam Danielem, ſibi datum adminiſtrantem.

Eadem fere habet in Reſponſ. ad Quæſt. 109.

S. CYRILL. HIEROS. *Catech.* 15. *aliquanto ante finem.* Hoc indicavit ipſe Judex, dicens : *Chriſtus eſt qui judi-* Joh. 5. 22.
cat ; non enim Pater judicat quemquam, ſed omne judicium dedit Filio ; non privans ſeipſum poteſtate, ſed per Filium judicans. Nutu itaque Patris judicat Filius : non enim alii Patris, & alii ſunt Filii nutus, ſed unus & idem.

S. ATHANAS. *Expoſit. in Pſalm.* XLIX. *verſ.* 6. *Quoniam Deus judex eſt.* Hic manifeſte Chriſtum dicit Deum : nam omne judicium dedit Pater Filio. Quod ſi omne judicium dedit illi, & Deus judex eſt ; ergo Deus eſt Chriſtus.

(L) ORIGENES *Homil.* 2. *in Iſai. initio. Dominus ipſe* Iſai. 8. 14.
dabit vobis ſignum. Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabis nomen ejus Emmanuel ... Propoſitum eſt ſignum Dominus meus Jeſus Chriſtus. Hoc enim eſt ſignum, quod jubetur (*Propheta*) ut ſibi poſtulet in profundum, aut in excelſum. In profundum quidem, quia qui deſcendit, ipſe eſt. In excelſum vero, quia qui aſcendit ſuper omnes cælos ipſe eſt ... Vide, quia non Achaz dicitur : Et vocabis nomen ejus Emmanuel, ſed domus David ... Quæ eſt ergo domus David ? Si David Chriſtus eſt, ut frequenter probavi, domus David nos ſumus Eccleſia Dei ; & dicitur nobis qui Eccleſia ſumus, ut non præſtemus certamen Deo, ſed dante Domino ſignum ſuſcipiamus illud ... In adventu enim Chriſti ſola Eccleſia noſtra de Chriſto dicit : *Nobiſcum Deus.*

Homil. 17. *in Lucam circa med. Et in ſignum, cui contradi-*

Digitized by Google

M fidei noſtræ initium, progreſſum & conſummationem eſſe a gratia Chriſti Salvatoris. (M)

I. Cur ais Chriſtum futurum olim gloriam & felicitatem noſtram?

R. Quia, ut ait Chriſtus ipſe in oratione quam habuit ad Patrem, *Hæc eſt vita æterna ut* Joh. XVII. 3. *cognoſcant te ſolum Deum verum & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.* In eo ergo poſita eſt ſanctorum in cælo felicitas & gloria ut videant, ament, poſſideant Chriſtum in æternum; ut ipſi intimo & indiſſolubili nexu adhæreant, ita ut ſit Epheſ. I. 23. Chriſtus, ut Apoſtoli verbis utar, *omnia in omnibus.* (N) N

§. 26. *In quo & quomodo Chriſtus ſit noſtrum in terris Exemplar.*

I. Cur ais Chriſtum non futurum noſtram in cælis felicitatem, niſi ipſum in terris ut exemplar ſecuti fuerimus?

R. Id a Chriſto ipſo & ab Apoſtolis accepimus. Mat. XVI. 24. Marc. VIII. 34. Luc. IX. 23. Verba Chriſti hæc ſunt, *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam & ſequatur me.*

Mat. X. 24. 25. Et alibi: *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſervus ſuper Dominum ſuum: ſufficit diſcipulo ut ſit ſicut magiſter ejus, & ſervo ſicut Dominus ejus, &c.*

Joh. XIII. 15. Et alibi: *Exemplum dedi vobis ut quemadmodum ego feci ita & vos faciatis.*

Rom. VIII. 29. Verba Pauli Apoſtoli hæc ſunt: *Quos præſcivit & prædeſtinavit conformes fieri imaginis Filii ſui.*

1. Corinth. 49. Et alibi: *Sicut portavimus imaginem terreſtris hominis,* (id eſt veteris Adæ) *portemus & imaginem cæleſtis:* (id eſt, Chriſti novi hominis.)

Epheſ. IV. 21. Et alibi: *In ipſo edocti eſtis deponere vos ſecundum priſtinam converſationem veterem hominem qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Renovamini autem ſpiritu mentis veſtræ & induite novum hominem.*

Et alibi: *Induimini Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in concupiſcentiis.*

Rom. XIII. 14. Et alibi: *Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Gal. III. 27.

Quæ verba omnia Apoſtoli nihil aliud indicant, quam ut abrenunciemus omnibus ſæculi cupiditatibus, & adhæreamus Chriſto, & ſecundum ejus præcepta vivamus, & affecti ſimus interius ſicut & ipſe affectus eſt, & ejus exempla ſequamur. (A) A

Verba Johannis Apoſtoli hæc ſunt: *Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulavit & ipſe ambulare.* 1. Joh. II. 6.

Uno verbo nulla veritas & inculcatur ſæpius & liquidius ſtabilitur in novo teſtamento, quam neceſſitas imitandi in omnibus Chriſtum, ipſumque ceu exemplar ſequendi. (B) B

I. In quo præcipue ſequi debemus Chriſtum ut exemplar?

R. Sunt in vita Chriſti quædam quæ imitari debent omnes omnino Chriſtiani, cujuſconque tandem ſtatus & conditionis illi ſint, Sunt & alia quæ ut imitentur habenda ratio eſt ſtatus, & conditionis, & adjunctorum. Exempli gratia: Quod egit Chriſtus ut Doctor & verbi Dei miniſter non poteſt vulgo Chriſtianorum ad imitandum proponi. Sed præter ea quorum imitatio competit omnibus omnino Chriſtianis, nulla eſt hominum conditio, nullus ſtatus cui vita Chriſti exemplar aliquod ad imitandum non præbeat, ubi occaſio ſeſe dederit rem eamdem vel operandi, vel patiendi, vel motibus exprimendi.

I. Quid imitari debent in Chriſto cujuſcumque generis & conditionis & ſtatus Chriſtiani?

R. 1. Ejus ab omni prorſus cupiditate, hoc eſt ab omni concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, alienationem. (C) C

2. Ejus caritatem in Deum, ad cujus gloriam omnia ſua facta & conſilia dirigebat.

Hæc duo totius vitæ Chriſtianæ ſummam continent, ut probabimus in capite prævio ſecundæ

tradicetur. Omnibus quæ narrat hiſtoria de Salvatore contradicitur. Virgo mater eſt, ſignum eſt cui contradicitur.. Habuit corpus humanum, & hoc ſignum eſt cui contradicitur. Reſurrexit a mortuis, & hoc ſignum eſt cui contradicitur... Ego & hoc quod Prophetarum ore prædictum eſt, puto ſignum eſſe cui contradicitur. Sunt enim plures Hæretici qui aſſerunt eum a Prophetis penitus non fuiſſe prædicatum. Et quid me neceſſe multa proſequi? Omnia quæ de eo narrat hiſtoria, ſignum eſt cui contradicitur. Non quod contradicant hi qui credunt in eum: nos quippe omnia ſcimus vera eſſe quæ ſcripta ſunt: ſed quia apud incredulos univerſa quæ de eo ſcripta ſunt, ſignum ſit cui contradicitur.

(M) Hebr. XII. 2. Aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Jeſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta, atque in dextera ſedis Dei ſedet.

(N) S. Aug. *in Johan. Ev. cap.* 3. *Tract.* 13. *n.* 5. Apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. In terra aliud eſt fons, aliud lumen. Sitiens quæris fontem, & ut pervenias ad fontem, quæris lucem: & ſi dies non eſt, accendis lucernam, ut ad fontem pervenias. Fons ille, ipſa eſt lux: ſitienti fons eſt, cæco lux eſt: aperiantur oculi ut videant lucem, aperiantur fauces cordis ut bibant fontem: quod bibis, hoc vides, hoc audis. Totum tibi fit Deus: quia horum quæ diligis, totum tibi eſt. Si viſibilia attendis, nec panis eſt Deus, nec lux iſta eſt Deus, nec veſtis eſt Deus, nec domus eſt Deus. Omnia enim hæc viſibilia ſunt, & ſingula ſunt: quod eſt panis, non hoc eſt aqua; & quod eſt veſtis, non hoc eſt domus; & quod ſunt iſta non hoc eſt Deus: viſibilia enim ſunt. Deus tibi totum eſt: ſi eſuris, panis tibi eſt: ſi in tenebris es, lumen tibi eſt, quia incorruptibilis manet: ſi nudus es, immortalitatis veſtis tibi eſt, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Omnia poſſunt dici de Deo, & nihil digne dicitur de Deo.

(A) Tit. II. 12. Erudiens nos ut abnegantes impietatem & ſæcularia deſideria, ſobrie, & juſte & pie vivamus in hoc ſæculo.

Philipp. II. 5. Hoc enim ſentite in vobis quod & in Chriſto Jeſu.

Hebr. XII. 2. Aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Jeſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta, atque in dextera ſedis Dei ſedet. 3. Recogitate enim eum, qui talem ſuſtinuit a peccatoribus adverſum ſemetipſum contradictionem: ut ne fatigemini, animis veſtris deficientes. 4. Nondum enim uſque ad ſanguinem reſtitiſtis, adverſus peccatum repugnantes: 5. Et obliti eſtis conſolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere diſciplinam domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. 6. Quem enim diligit Dominus caſtigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. 7. In diſciplina perſeverate. Tanquam filiis vobis offert ſe Deus: quis enim filius, quem non corripit pater? 8. Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cujus participes facti ſunt omnes: ergo adulteri, & non filii eſtis. 9. Deinde patres quidem carnis noſtræ eruditores habuimus, & reverebamur eos; non multo magis obtemperabimus Patri ſpirituum, & vivemus?

(B) 1. Petr. II. 21. In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum ut ſequamini veſtigia ejus.

(C) *Auctoritates Apoſtoli vide ſupra lit.* (A)

dæ partis hujus operis. In his duobus habes & initium, & finem, & compendium totius doctrinæ Chriſti.

Hæc duo complectitur Apoſtolus, & ex Chriſto imitanda proponit his verbis: *Apparuit gratia Dei & Salvatoris noſtri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem & ſæcularia deſideria, ſobrie, & juſte, & pie vivamus in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem.* (Tit. II. 12. 13)

Hæc ſancte ſervanda omnibus omnino Chriſtianis, cujuſcunque tandem ſtatus & conditionis illi ſint; pauperes, divites; Reges, ſubditi; Domini, ſervi; Doctores, diſcipuli; omnes debent exemplo Chriſti, mundum & ea quæ mundi ſunt contemnere, Deum unice diligere. (D)

D

I. Quænam illa ſunt quæ pro ſua quisque conditione pro ſuo ſtatu imitari in Chriſto debet?

R. Huic quæſtioni plane ſatisfacere longum eſſet. Percurrenda eſſent omnium & ſingularum conditionum officia. Hæc proſequemur in ſerie hujus operis, & de his quid verbo & exemplo docuerit Chriſtus explicabimus. Id unum in genere dicere nunc ſufficiat, ſi quis in lectione novi teſtamenti aſſidue verſetur, ut Chriſtianum decet, huic plurima occurrent & præcepta & exempla Chriſti quæ ſequatur. Verbi gratia.

Reges & omnes qui in ſublimitate ſunt exemplo ſuo docuit Chriſtus, accepta a Deo poteſtate non niſi ad gloriam Dei & ſalutem proximi uti oportere.

Paſtores exemplo ſuo docuit, dare animam ſuam pro ovibus ſuis, eas amare, cognoſcere ſingulas, docere, ipſis exemplo præire. Orationem, macerationem carnis, humilitatem cum miniſterio verbi conjungere. Non timere homines, ſed Deum ſolum. Poſthabitis mundi judiciis, promiſſis, minis, uni veritati ſancte, & religioſe adhærere.

Concionatores exemplo ſuo docuit, ab omni cupiditate alienos, & paupertatis amore, humilitate, mortificatione, abnegatione ſui maxime commendabiles eſſe oportere. Non illis captanda, non eligenda præ cæteris Regum palatia, aut ambitioſa Magnatum, hominumque nobilium auditoria; ſed eundem quocumque Deus vocet ſive in pagos & caſtella, ſive in urbes. Imo, peccatorem vilem & abjectum, obſcurum, rudem, ignarum majori quandoque eſſe ſtudio captandum, quam virum nobilem qui cum auctoritate, divitiis, dignitate, potentia, gratia polleat, poteſt vel in ipſo Evangelii miniſtro excitare & fovere cupiditates humanas, quas & a ſe ipſo & ab aliis tenetur verbi Dei miniſter omni ſtudio depellere.

Facile eſſet ſic percurrere ſingulas hominum conditiones, ſtatus ſingulos; & dominis, ſervis, artificibus, parentibus, filiis, pauperibus, divitibus, ſolitariam vitam agentibus, in hominum conſortio & conſuetudine degentibus, ægrotis, afflictis, tentatis, depreſſis, vexatis, omni deſtitutis auxilio, facile inquam eſſet illis omnibus & ſingulis, adducto in medium ex Evangelica veritate exemplo Chriſti, demonſtrare, quid ſinguli imitari debeant. Evolvant ergo ſinguli aſſidue & quotidie meditentur ſanctum Chriſti Evangelium. Cujuſcunque ſimus conditionis, ſtatus, vocationis, debemus juxta Scripturarum oracula idem amare, ſentire quod Chriſtus, ferre de rebus ſingulis idem judicium quod Chriſtus, loqui, agere, pati, orare ſicut Chriſtus. Totum illud hac una Apoſtoli ſententia continetur: *Hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto Jeſu:* tales eſtote qualis Chriſtus fuit. Uno verbo ſic nos oportet plenos eſſe Chriſto, ut dici poſſimus non ſolum Chriſtum induiſſe, ſed etiam Chriſto vivere, juxta illud Apoſtoli. *Vivo ergo jam non ego, vivit vero in me Chriſtus.* (E) Philip. II. 5 / Gal. II. 20

E

CAPUT SECUNDUM.

De Spiritu ſancto & de Propagatione Religionis Chriſtianæ.

§. 1. *De Deſcenſu Spiritus ſancti.*

I. Poſtquam Chriſtus aſcendit in cælos, quo receperunt ſe Apoſtoli cæterique Diſcipuli Jeſu Chriſti?

R. Omnes contulerunt ſe Jeroſolymam, manſeruntque ibi donec deſcenderet Spiritus ſanctus. Præceperat enim ipſis Chriſtus, ut ſupra dictum eſt, ab Jeroſolymis ne diſcederent, donec induerentur virtute ex alto. (A) (Hujuſce Sect. c. 1. §. 22.)

A

I. Quid egerunt interea?

R. Longe ab hominum frequentia dies illos in ſilentio tranſegerunt, vacantes maxime orationi, ut ſic præpararent corda ſua ad recipiendum promiſſum toties Spiritum ſanctum.

I. Quandonam & qua hora deſcendit in eos Spiritus ſanctus?

R. Hora diei tertia, (B) decima poſt Aſcenſionem die, & poſt Chriſti reſurrectionem quinquageſima, quæ erat Dominica in qua anno illo Judæi feſtum ſolemne Pentecoſtes celebrabant (C) B C

I. Cur voluit Deus Spiritum ſanctum mittere ipſo die Pentecoſtes Judæorum?

R. Ut cohæreret reſponderetque in omnibus veritas figuræ. Legem Dei ſcriptam in lapideis tabulis Judæi olim per miniſterium Moiſis acceperant quinquageſima poſt exitum de Ægypto die; voluit Deus ſuam item legem ſcribi denuo per Spiritum ſanctum in cor-

(D) *In ſecunda Parte hujuſce operis huic veritati probandæ unice incumbimus.*

(E) Ephes. IV. 24. Induite novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis.

S. Ambros. *Enarr. in Pſal.* XXXVIII. *num.* 1. (*Chriſtus*) finis eſt omnium quæ pia mente depoſcimus. Sive enim ſapientiam quæras, ſive virtuti ſtudeas, ſive veritati, ſive viæ atque juſtitiæ, ſive reſurrectioni, in omnibus tibi ſequendus eſt Chriſtus, qui eſt virtus Dei atque ſapientia, veritas, via, juſtitia, reſurrectio. Ad quem igitur contendas, niſi ad perfectionem omnium, ſummamque virtutum? Et ideo tibi dicit: *Veni, ſequere me;* hoc eſt, ut ad conſummationem virtutum pervenire merearis. Ergo qui ſequitur Chriſtum, ipſum pro poſſibilitate ſua debet imitari; ut præcepta ejus ſecum ipſe meditetur, & divinorum exempla factorum. (Mat. XIX. 21.)

(A) Actor. I. 4. Et conveſcens, præcepit eis ab Jeroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem Patris, quam audiſtis, inquit, per os meum.

(B) Act. II. 15. Non enim ſicut vos æſtimatis, hi ebrii ſunt, cum ſit hora diei tertia.

(C) Actor. II. 1. Et cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco.

S. Aug.

Digitized by Google

cordibus hominum die quinquageſima poſtquam per reſurrectionem ſuam nos Chriſtus liberaverat
D ſervitute diaboli, cujus Ægyptiaca ſervitus typus fuit. (D)

I. Quomodo Spiritus ſanctus deſcendit in Apoſtolos?

Act. II. 3. 4. *R. Factus eſt repente de cœlo ſonus tanquam advenientis ſpiritus vehementis; & replevit totam domum ubi erant ſedentes*, (cum Maria matre Jeſu.) *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis; ſeditque ſupra ſingulos eorum & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto.*

Act. II. 4. *I.* Quid intelligis per hæc verba, *Apoſtoli repleti ſunt Spiritu ſancto?*

R. Intelligo Spiritum ſanctum, tertiam ſanctiſſimæ Trinitatis perſonam, qui dicitur Spiritus Chriſti, Spiritus veritatis, ſuper Apoſtolos quieviſſe, eos animaſſe, in illis habitaſſe, in illis
E fuiſſe, ut prædixerat Chriſtus. (E)

I. Quid egit Spiritus ſanctus in Apoſtolis?

R. Innovavit eos prorſus & mutavit in viros alios. Nam 1. Qui prius timidi, vecordes, infirmi, ſuperbi, pleni vitiis fuerant, replevit eos ſubito fortitudine, zelo, amore Dei, & omni
F virtutum genere. (F)

2. Qui prius tardi ingenio fuerant eos ſic illuminavit, ut in profundiſſimam Scripturarum & Myſteriorum, & Religionis intelligentiam ſu-
G bito penetraverint. (G)

3. Qui prius rudes & imperiti fuerant, utpote orti fere omnes ex infima plebecula, eos & linguarum omnium, & miraculorum dono au-
H xit & illuſtravit. (H)

I. Numquid ſibi ipſis duntaxat Spiritum ſanctum accepere Apoſtoli?

R. Non ſibi ipſis ſolum accepere, ſed & iis omnibus qui credituri erant per verbum eorum in Chriſtum. Spiritum ſanctum accipiunt omnes & ſinguli cum ſuis donis, per miniſterium Apoſtolorum vel eorum qui Apoſtolis ſucceſſere.
I (I)

I. Quandonam Spiritum ſanctum Chriſti fideles accipiunt?

R. Ipſius primitias accipiunt in Baptiſmo, perfectionem in Sacramento Confirmationis.

I. Quos etiamnum effectus producit in nobis Spiritus ſanctus?

R. De iis agemus fuſius ubi de ſacramento Confirmationis. In ſumma, hi effectus ſunt.
Diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum ſan- Rom. v. 5.
ctum caritas Dei, ſicut diffuſa fuit in cordibus Apoſtolorum. Induimur ſicut & Apoſtoli
fortitudine, virtute, & zelo. (K) Sed jam non accipimus ſicut ipſi acceperant præter naturæ ordinem, ſcientiam & intelligentiam & miraculorum donum. Hæc enim dona neceſſaria quidem initio fuere, ut infideles ad fidem converterentur, ut prophetiæ adimplerentur, ut veritas Chriſtianæ Religionis evidenter pateret. Nunc autem ſufficienter propagato Evangelio Chriſti, veritate Religionis evidenter cognita, & argumentis invictiſſimis ſtabilita, jam neceſſaria non ſunt miraculorum
dona. (L) Si tamen neceſſaria eſſe quandoque contingat, ea largitur Deus, ut videre eſt quolibet fere ſæculo. K L

I. Prædixerantne Prophetæ illapſum Spiritus ſancti in Chriſti Diſcipulos?

R. Prædixerant ſæpius & verbis maxime perſpicuis: ſelecta quædam accipe.

Joel hæc habet: *Effundam Spiritum meum* Joel. II. 28.
ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri Act. II. 17. 18
& filiæ veſtræ: ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & juvenes veſtri viſiones videbunt. 29. Sed & ſuper ſervos meos & ancillas in diebus illis effundam Spiritum meum.

Quæ

(D) S. AUGUST. *de Spiritu & littera, cap. 16. num. 28. & c. 17. n. 29. Vide ſupra Part. 1. Sect. 1. cap. 4. §. 10. litt.* (B)

(E) JOHAN. XIV. 16. Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, 17. Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum: vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.

(F) LUC. XXIV. 49. Et ego mitto promiſſum Patris mei in vos: vos autem ſedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.

ACT. I. 5. Vos autem baptizabimini Spiritu ſancto... 8. Accipietis virtutem ſupervenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Judæa & Samaria, & uſque ad ultimum terræ.

ROM. V. 5. Caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.

(G) JOHAN. XVI. 13. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem; non enim loquetur a ſemetipſo, ſed quæcumque audiet loquetur, & quæ ventura ſunt annuntiabit vobis. 14. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis: 15. Omnia quæcumque habet Pater mea ſunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet: & annunciabit vobis.

(H) ACTOR. II. 4. Et repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis.... 8. Et quomodo nos audivimus unusquiſque linguam noſtram, in qua nati ſumus? 9. Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Judæam, & Cappadociam, Pontum, & Aſiam, 10. Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ, eſt circa Cyrenem, & advenæ Romani, 11. Judæi quoque, & Proſelyti, Cretes, & Arabes: audivimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei.

(I) ACT. VIII. 15. Qui (Petrus & Johannes) cum veniſſent, oraverunt pro ipſis, (Samaritanis) ut acciperent Spiritum ſanctum: 16. Nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine Jeſu 17. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.

ROM. V. 5. *Vide ſupra littera* (F) *hocce* §.

VIII. 9. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus ... 11. Quod ſi Spiritus ejus, qui ſuſcitavit Jeſum a mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitavit Jeſum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis... 14. Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei. 15. Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba (Pater) 16. Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filii Dei ... 23. Non ſolum autem illa, ſed & nos primitias Spiritus habentes; & ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri ... 26. Similiter autem & Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram: nam quid oremus, ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. 27. Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret Spiritus: quia ſecundum Deum poſtulat pro ſanctis.

(K) ROM. V. 5. *Vide ſupra litt.* (F) *hocce* §. & ROM. VIII. 9. *& ſeq. Ibid. litt.* (I)

(L) 1. COR. XIV. 22... Itaque linguæ in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus: Prophetiæ autem non infidelibus, ſed fidelibus.

S. AUG. *Serm. 267. in die Pentecoſtes 1. alias de tempore, 186. c. 3. n. 3.* Numquid modo, fratres, non datur Spiritus ſanctus? Quisquis hoc putat, non eſt dignus accipere. Datur & modo: quare ergo nemo loquitur linguis omnium gentium, ſicut loquebatur qui tunc Spiritu ſancto replebatur? Quare? quia quod illud ſignificabat, im-

Pars I. Sect. II. Cap. II. §. 2.

Quæ verba cum Petrus Apoſtolus, habito ad Judæos ſermone ipſo die Pentecoſtes, adimpleta fuiſſe comprobaſſet, & ſignis editis demonſtraſſet, tria hominum millia ad Chriſtum converſi ſacro fonte baptizati ſunt.

Iſai. XLIV. 1. Iſaias hæc habet: *Audi Jacob ſerve meus & Iſrael quem elegi. 2. Hæc dicit Dominus faciens & formans te, ab utero auxiliator tuus: noli timere. 3. Effundam enim aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam: effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam.*

Iſai. LIX. 19. Et alibi: *Timebunt qui ab occidente nomen Domini, & qui ab ortu ſolis gloriam ejus: ... 20. Cum venerit Sion redemtor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Jacob dicit Dominus. 21. Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, dicit Dominus, amodo & uſque in ſempiternum.*

Jerem. XXXI. 31. Vide etiam eadem Hebr. 8. 8. & X. 16. Apud Jeremiam hæc leguntur: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus; & feriam domui Iſrael & domui Juda fœdus novum. 32. Non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Ægypti, pactum quod irritum fecerunt & ego dominator ſum eorum, dicit Dominus. 33. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael poſt dies illos dicit Dominus: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in Populum. 34. Et non docebit ultra vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum, dicens, Cognoſce Dominum: omnes enim cognoſcent me a minimo eorum uſque ad maximum, ait Dominus, quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius.*

Hæc prophetia impleta eſt ipſo die Pentecoſtes; & quotidie impletur etiamnum in omnibus Chriſti Diſcipulis, Spiritu ſancto, qui digitus Dei dicitur, legem novam ſcribente in cordibus noſtris.

Ezechiel. XXXVI. 26. Hoc ipſum Ezechiel Propheta diſtinctius prædixerat his verbis: *Dabo vobis cor novum & Spiritum novum ponam in medio veſtri; & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum. 27. Et Spiritum meum ponam in medio veſtri, & faciam ne in præceptis meis ambuletis, & judicia mea cuſtodiatis, & operemini.*

Juxta hæc Prophetarum oracula, Spiritus ſanctus debuit innovare ut ita dicam homines, diffundendo caritatem in cordibus eorum; ut in Dei præceptis ambulando ſancte viverent. Atque id quidem in nobis quotidie operatur. (M) M

§. 2. *Prædicatio Apoſtolorum. Converſio complurium ex Judæis. Animadverſio Divina in reliquam gentem.*

I. Accepto Spiritu ſancto quid egerunt Apoſtoli?

R. Juxta præceptum Domini, Judæis primum, deinde Samaritanis, tandem ceteris gentibus toto terrarum orbe diſperſis Evangelium prædicarunt.

I. Quid intelligis per hæc verba, *Apoſtoli Evangelium prædicarunt?*

R. Hoc intelligo, Apoſtolos annuntiaſſe hominibus.

1. Generis humani reparationem per Chriſtum factam, & reconciliationem hominum cum Deo.

2. Quidquid ipſi viderant quod pertineret ad vitam, mortem, reſurrectionem, aſcenſionem Chriſti.

3. Quidquid ab ipſo Chriſto fuerant edocti.

I. Cur iſtæc vocas prædicationem *Evangelii?*

R. Quia *Evangelium* Græca vox eſt, quæ idem ſonat quod *felix nuntium*. At felicius nihil annuntiari poterat hominibus, quam peractum eſſe reconciliationis hominum cum Deo myſterium, jamque patere aditum ad vitam æternam, hactenus impervium & obſeratum.

I. Cur voluit Chriſtus Evangelium Judæis primum prædicari?

R. Quia Judæi erant populus Dei, filii Abraham, Iſaac & Jacob, cum quibus Deus fœdus inierat; quibus factæ fuerant promiſſiones quæ ad Meſſiam pertinebant; quibus concredita fuerant eloquia Dei, Prophetiæ, totus denique veræ Religionis apparatus.

I. Apoſtolis Evangelium prædicantibus converſine Judæi ſunt ad Chriſtum?

R. Complures ex iis converſi ſunt. Sermo unus S. Petri Apoſtoli ad Judæos poſt deſcenſum Spiritus Sancti tria Judæorum millia Chriſto peperit: ſermo alter, quinque millia. Ceteri Apoſtolorum non minus uberes fructus attulere. Creſcebat in dies numerus credentium Judæorum. (A) Sed juxta Prophetarum oracula major & numeroſior pars gentis in incredulitate & obſtinatione permanſit. (B) A B

I. Quomodo vixerunt Judæi recens ad Chriſtum Apoſtolorum miniſterio converſi?

R. Præluxerunt omnibus exemplo vitæ ſupra vires humanas ſanctæ. *Fuit omnibus cor unum & anima una.* Animum habuerunt ab omni divitiarum cupiditate ſic alienum, ut quotquot poſſeſſores agrorum aut domorum erant, venditis omnibus, pecuniam afferrent ante pedes Apoſtolorum, ut divideretur ſingulis Act. IV. 32.

impletum eſt: ... nam quod illa Eccleſia parva lingua omnium gentium loquebatur, quid eſt, niſi quod Eccleſia iſta magna a ſolis ortu uſque ad occaſum linguis omnium gentium loquitur?

(M) Rom. V. 5. & VIII. 9. *Vide ſupra litter.* (F) & (I)

(A) Actor. II. 41. Qui ergo receperunt ſermonem ejus, (Petri) baptizati ſunt: & appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria millia.

IV. 4. Multi autem eorum, qui audierant verbum, crediderunt, & factus eſt numerus virorum quinque millia.

V. 14. Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum, ac mulierum.

(B) Rom. XI. 1. Dico ergo: Numquid Deus repulit populum ſuum? Abſit... 2. Non repulit Deus plebem ſuam, quam præſcivit ... 4... Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal. 5. Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt ... 7. Quid ergo? quod quærebat Iſrael, hoc non eſt conſecutus: electio autem conſecuta eſt: ceteri vero excæcati ſunt: 8. Sicut ſcriptum eſt: Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis: oculos ut non videant, & aures ut non audiant, uſque in hodiernum diem. 9. Et David dicit: Fiat menſa eorum in laqueum & in captionem, & in ſcandalum, & in retributionem illis. 10. Obſcurentur oculi eorum ne videant: & dorſum eorum ſemper incurva. Iſai. VI. 9. Pſ. LXVIII. 23. 24.

Actor.

Digitized by Google

gulis penus cuique opus erat; eſſentque inter eos
C omnia communia. (C) Ea erat in omnibus abnegatio ſui, ut illis ſummæ voluptatis, ſummæ felicitatis loco eſſet, aliquid pro Chriſto pati. Erat eorum fervor eximius; noctes & dies in
D oratione tranſigebant. (D)

I. Quomodo geſſerunt ſe cæteri Judæorum, qui ſpretis Apoſtolorum ſermonibus & miraculis, permanſerunt in incredulitate?

R. Illi Apoſtolos & fideles omnes dire & acer-
E biſſime perſecuti ſunt. (E)

I. Manſitne hoc Judæorum ſcelus impunitum?

R. Non manſit. In hujus ultionem experti ſunt omnia Dei flagella quæ Prophetæ prædixerant.

I. Quodnam ultionis genus experti ſunt?

R. 1. Suis tenebris, ſuæ obdurationi relicti
F ſunt. (F)

2. Non fuerunt amplius populus Dei; ſed eorum loco vocavit Deus gentes omnes ad fidem & ad hæreditatem regni cæleſtis a Judæis repudiati. (G) Pars I. Sect. II. Cap. II. §. 2.

G 3. Urbs Jeruſalem capta, direpta, & incenſa eſt. Templum funditus dirutum. Omnis regio vaſtata & depopulata. Judæorum innumerabilis multitudo gladio Romanorum interiit: reliqui per orbem univerſum diſperſi ſunt, & juxta Prophetiam Oſee ad conſummationem uſque ſæculorum ſtant ſine rege, ſine templo, ſine altari, ſine ſacrificio, reprobationis Dei ſignum ubique circumferentes. (H) H

I. Quandonam accidit Judæis ultima illa calamitas?

R. Sub Imperio Veſpaſiani, annis octo ſupra triginta a morte Chriſti. Utque hujus tamen ſtupendi eventus hiſtoria firmiorem haberet auctoritatem, ſimul & certius conſtaret impleta eſſe Prophetarum ea de re vaticinia, voluit Deus hiſtoriam hanc Scriptorem habuiſſe virum Judæum, & nobilitate generis, & Sacerdotis dignitate, & ingenii acumine,

(C) Actor. iv. 32. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una: nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. 33. Et virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Jeſu Chriſti Domini noſtri: & gratia magna erat in omnibus illis. 34. Neque enim quiſquam egens erat inter illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, 35. & ponebant ante pedes Apoſtolorum. Dividebatur autem ſingulis prout cuique opus erat.

(D) Act. ii. 42. Erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.

(E) Act. iv. 1. Loquentibus autem illis ad populum, ſupervenerunt Sacerdotes, & magiſtratus templi & Sadducæi, 2. dolentes quod docerent populum, & annunciarent in Jeſu reſurrectionem ex mortuis: 3. & injecerunt in eos manus, & poſuerunt eos in cuſtodiam in craſtinum: erat enim jam veſpera.... 18. Et vocantes eos, denunciaverunt ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Jeſu. 21. At illi comminantes dimiſerunt eos: non invenientes quomodo punirent eos.

vi. 9. Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenenſium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant a Cilicia, & Aſia, diſputantes cum Stephano... 11. Tunc ſummiſerunt viros, qui dicerent ſe audiviſſe eum dicentem verba blaſphemiæ in Moyſem, & Deum. 12. Commoverunt itaque plebem, & ſeniores, & ſcribas: & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in concilium, 13. & ſtatuerunt falſos teſtes, qui dicerent: Homo iſte non ceſſat loqui verba adverſus locum ſanctum, & legem...

vii. 57. Et ejicientes eum extra civitatem lapidabant.

viii. 1. Facta eſt autem in illa die perſecutio magna in Eccleſia quæ erat Jeroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Judææ, & Samariæ, præter Apoſtolos ... 3. Saulus autem devaſtabat Eccleſiam, per domus intrans, & trahens viros ac mulieres, tradebat in cuſtodiam.

(F) Deuter. xxviii. 28. Percutiat te Dominus amentia & cæcitate ac furore mentis, 29. & palpes in meridie ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas.

Psal. lxviii. 24. Obſcurentur oculi eorum ne videant: & dorſum eorum ſemper incurva. 25. Effunde ſuper eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.

(G) Dan. ix. 26. Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt, & civitatem & Sanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo: & finis ejus vaſtitas. Et poſt finem belli ſtatuta deſolatio. 27. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium: & erit in templo abominatio deſolationis: & uſque ad conſummationem & finem perſeverabit deſolatio.

Osee i. 6. Et concepit adhuc, & peperit filiam: & dixit ei: Voca nomen ejus Abſque miſericordia: quia non addam ultra miſereri domui Iſrael, ſed oblivione obliviſcar eorum: 7. & domui Juda miſerebor, & ſalvabo eos in Domino Deo ſuo... 9. Et dixit: Voca nomen ejus, Non populus meus: quia vos non populus meus, & ego non ero veſter... 10. ... Et erit in loco ubi dicetur eis: Non populus meus vos: dicetur eis: Filii Dei viventis.

ii. 1. Dicite fratribus veſtris: Populus meus; & ſorori veſtræ, Miſericordiam conſecuta. 2. Judicate matrem veſtram, judicate: quoniam iſta non uxor mea, & ego non vir ejus... 3... Ponam eam quaſi ſolitudinem, & ſtatuam eam velut terram inviam... 4. Et Filiorum illius non miſerebor: quoniam filii fornicationum ſunt. 5. Quia fornicata eſt mater eorum, confuſa eſt quæ concepit eos... 11. Et ceſſare faciam omne gaudium ejus, ſolemnitatem ejus, neomeniam ejus, ſabbatum ejus, & omnia feſta temporа ejus... 23.... Et miſerebor ejus, quæ fuit abſque miſericordia: 24. & dicam non populo meo: Populus meus es tu; & ipſe dicet: Deus meus es tu.

Matt. viii. 11. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Jacob in regno cælorum: 12. Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

Rom. ix. 25. Sicut in Oſee dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam. 26. Et erit: In loco, ubi dictum eſt eis: Non plebs mea vos: ibi vocabuntur Filii Dei vivi. *Oſee* 11. 24. *Oſee* 1. 10.

(H) Deut. xxviii. 28. 28. *Vide ſupra litt.* (F) *hocce* §.

Daniel ix 26. 27. *Vide ſupra litt.* (G) *hocce* §.

Osea iii. 4. Quia dies multos ſedebunt filii Iſrael ſine Rege, & ſine Principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine ephod, & ſine theraphim. 5. Et poſt hæc revertentur filii Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & David Regem ſuum: & pavebunt ad Dominum, & ad bonum ejus, in noviſſimo die.

Matth. xxiv. 2. Ipſe autem reſpondens, dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur ... 15. Cum ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto: qui legit intelligat. *Dan.* 12. 27.

Marc. xiii. 2. Et reſpondens Jeſus ait illi: Vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. 14. Cum autem videritis abominationem deſolationis, ſtantem ubi non debet: qui legit intelligat....

Luc. xix. 41. *Vide ſupra c.* 1. §. 11. *hujus ſect. litt.* (G)

xxi. 5. Et quibuſdam dicentibus de templo, quod bonis lapidibus, & donis ornatum eſſet, dixit: 6. Hæc quæ videtis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur ... 20. Cum autem videritis circumdari ab exercitu Jeruſalem, tunc ſcitote quia appropinquavit deſolatio ejus... 23... Erit enim preſſura magna ſuper terram, & ira populo huic. 24. Et cadent in ore gladii: & captivi ducentur in omnes gentes, & Jeruſalem calcabitur a gentibus: donec impleantur tempora nationum.

Lege

mine, & legis peritia maxime commendabilem, Joſephum nomine, qui ſingula ſumma fide teſtis oculatus conſcripſit. (I)

I *I.* Cur noluit Deus gentem Judaicam prorſus de medio tollere: cur maluit Judæos ſtare ſemper toto terrarum orbe diſperſos, ſemper incredulos?

R. Id ſapientiſſimo Dei conſilio factum, ob multiplicem utilitatem religionis.

1. Enim eorum per totum orbem diſperſione facilior expeditiorque reddita eſt gentium ad Chriſtum converſio. Judæi enim ſecum ubique detulerunt ſacros codices in quibus gentes viderunt prænuntiata jam pridem quæcumque ipſi ſuis oculis cernerent.

2. Judæorum & adverſus Chriſtianam religionem odium implacabile, & pro ſacris Codicibus ſancte ſervandis ſtudium, quo religioſius nullum eſſe poteſt, liquido demonſtrant non ad arbitrium a Chriſtianis conficta, ſed vera & genuina eſſe Prophetarum oracula, quorum eventus tam manifeſte patet, ut a ſolis Judæis non videatur. Et certe tanta fuit olim ad conciliandos Chriſto Diſcipulos ejusmodi Propheticorum oraculorum vis & efficacia apud Ethnicos, ut Antoninus Imperator, ſub quo quintam adverſus Chriſtianos perſecutionem multi ponunt, ad impediendum Chriſtianæ religionis progreſſum, nihil habuerit antiquius, quam propoſita gravi pœna, omnibus omnino interdicere lectione ſacrorum codicum & maxime prophetiarum. (K) K

3. Ipſa Judæorum obduratio, obcæcatio, reprobatio, evidentiſſime demonſtrant & argumento quidem omnium oculis quolibet die ſubjecto Chriſtianæ veritatem religionis: hæc enim fuerunt a Prophetis prædicta. (L) L

4. Judæos Deus ſuis tenebris reliquit, *ut eorum delicto ſalus fieret gentibus; ut multitudo gentium intraret*. Gentes ſunt oleaſter ille præter naturam inſertus in bonam olivam, cujus rami, Judæi, propter incredulitatem fracti ſunt. Sed ad tempus cæcitas in Iſrael contigit, ad tempus Judæi derelicti ſunt. Cum conſummatum fuerit opus vocationis gentium, cum plenitudo gentium in Eccleſiam intraverit, tunc Judæi in ſe reverſi convertentur ad Dominum. Atque hæc quidem miſericordia quam ex Prophetarum oraculis Deus facturus eſt tandem genti Judæorum, una ex præcipuis cauſis fuit, cur gentem Deus penitus non deleret. (M) M

§. 3.

(I) *Lege integram* JOSEPHI *hiſtoriam* de bello Judæorum adverſus Romanos. *Lege etiam quæ* de ruina & diſperſione Judæorum *ſcripſit* D. DE TILLEMONT, (*vir ob diligentiam nunquam ſatis laudandus*) *Tom.* 1. *hiſt. Cæſarum, ſeu Imperatorum.*

(K) M. DE TILLEMONT *hiſt. Eccleſ. tom.* 2. *S. Juſtin. artic.* XIII. Pœna capitis vetitum erat legere Prophetas & Sibyllas, quia Chriſtianis aliquo modo favere videbantur; adeo timebatur, veritatis lucem officere poſſe iis, qui mendacio ſtudebant. Hoc erat dæmonum artificium, quo impediebantur etiam ii, qui eorum maximos conatus nihili faciebant; & a quo nihilominus demonſtratur quam coarctata fuerit Chriſtianorum libertas in magni momenti rebus, cum vel in communioribus parum ac pene nihil ipſis liceret.

(L) S. AUG. *de Civit. Dei*, *Lib.* 4. *c.* 34. Nunc quod per omnes fere terras genteſque (Judæi) diſperſi ſunt, illius unius veri Dei providentia eſt: ut quod Deorum falſorum uſquequaque ſimulacra, aræ, luci, templa evertuntur, & ſacrificia prohibentur, de codicibus eorum probetur quemadmodum hoc fuerit tanto ante prophetatum; ne forte, cum legeretur in noſtris, a nobis putaretur eſſe confictum.

Lib. 7. *c.* 32. Hoc myſterium vitæ æternæ jam inde ab exordio generis humani per quædam ſigna & ſacramenta temporibus congrua, quibus oportuit, per Angelos prædicatum eſt. Deinde populus Hebræus in unam quamdam Rempublicam, quæ hoc ſacramentum ageret, congregatus eſt; ubi per quoſdam ſcientes, per quoſdam neſcientes, id quod ex adventu Chriſti uſque nunc & deinceps agitur, prænunciaretur eſſe venturum; ſparſa etiam poſt eadem gente per gentes propter teſtimonium Scripturarum, quibus æterna ſalus in Chriſto futura prædicta eſt. Omnes enim non ſolum Prophetiæ, quæ in verbis ſunt; nec tantum præcepta vitæ, quæ mores pietatemque conformant, atque illis literis continentur; verum etiam ſacra, ſacerdotia, tabernaculum, ſive templum, altaria, ſacrificia, ceremoniæ, dies feſti, & quidquid aliud ad eam ſervitutem pertinet, quæ Deo debetur, & Græce proprie λατρεια dicitur, ea ſignificaverunt, & prænuntiaverunt, quæ propter æternam vitam fidelium in Chriſto, & impleta credimus, & impleri cernimus, & implenda confidimus.

Lib. 18. *cap.* 40. *Vide ſupra cap.* 4. §. 19. *littera* (K) *ſect.* 1. *part.* 1.

Cap. 47. . . Sed quæcumque aliorum prophetiæ de Dei per Chriſtum Jeſum gratia proferuntur, poſſunt putari a Chriſtianis eſſe confectæ. Ideo nihil eſt firmius ad convincendos quoſlibet alienos, ſi de hac re contenderint, noſtroſque faciendo, ſi recte ſapuerint, quam ut divina prædicta de Chriſto ea proferantur, quæ in Judæorum ſcripta ſunt codicibus: quibus avulſis de ſedibus propriis, & propter hoc teſtimonium toto orbe diſperſis, Chriſti uſquequaque crevit Eccleſia.

De Fide rerum quæ non videntur c. 5. *n.* 8. *& c.* 6. *num.* 9. *vide ſupra c.* 1. §. 1. *litt.* (S) *hacce ſect.*

(M) ROM. X. 19. . . . Numquid Iſrael non cognovit? Primus Moyſes dicit: Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem: in gentem inſipientem, in iram vos mittam. 20. Iſaias autem audet, & dicit: Inventus ſum a non quærentibus me: palam apparui iis, qui me non interrogabant. 21. Ad Iſrael autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem. *Deut.* XXXII. 21. *Iſai.* LXV. 1. *Ibid.* 2.

XI. 1. 2. *& ſeq. Vide ſupra litt.* (B) *hacce* §.

11. Dico ergo: Numquid ſic offenderunt ut caderent? Abſit. Sed illorum delicto, ſalus eſt Gentibus, ut illos æmulentur. 12. Quod ſi delictum illorum divitiæ ſunt mundi, & diminutio eorum divitiæ Gentium: quanto magis plenitudo eorum? . . . 15. Si enim amiſſio eorum, reconciliatio eſt mundi: quæ aſſumptio, niſi vita ex mortuis. 16. Quod ſi delibatio ſancta eſt, & maſſa: & ſi radix ſancta, & rami. 17. Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autem cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis, & pinguedinis olivæ factus es, 18. noli gloriari adverſus ramos. Quod ſi gloriaris: non tu radicem portas, ſed radix te. 19. Dices ergo: Fracti ſunt rami ut ego inſerar. 20. Bene: propter incredulitatem fracti ſunt. Tu autem fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time. 21. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat . . . 23. Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur: potens eſt enim Deus, iterum inſerere illos. 24. Nam ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & contra naturam inſertus es in bonam olivam: quanto magis ii, qui ſecundum naturam inſerentur ſuæ olivæ. 25. Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc, (ut non ſitis vobis ipſis ſapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo Gentium intraret, 26. & ſic omnis Iſrael ſalvus fieret, ſicut ſcriptum eſt: Veniet ex Sion, qui eripiat, & avertat impietatem a Jacob. 27. Et hoc illis a me teſtamentum: cum abſtulero peccata eorum. 28. Secundum Evangelium quidem inimici propter vos: ſecundum electionem autem, cariſſimi propter patres. 29. Sine pœnitentia enim ſunt dona & vocatio Dei. 30. Sicut enim aliquando & vos non credidiſtis Deo, nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis propter incredulitatem illorum: 31. Ita & iſti nunc non crediderunt in veſtram miſericordiam; ut & ipſi miſericordiam conſequantur. 32. Concluſit enim Deus omnia in incredulitate: ut omnium miſereatur. *Iſai.* LIX. 20

Illuſtriſs. D. D. BOSSUETUS Meldenſium Epiſcopus *in ſecunda parte doctiſſimi ſui Commentarii in Hiſtoriam univerſalem*, *cap.* XX. Judæa modo, & Judæi a Deo & reli-

§. 3. *Prædicatur Evangelium Samaritanis, ac tandem Gentibus toto terrarum orbe diffuſis.*

I. Quandonam Evangelium Samaritanis prædicatum eſt?

R. Poſtquam Judæi primam adverſus Apoſtolos & Diſcipulos perſecutionem ſuſcitarunt. [A] (A) Æquum fuit primo ut Judæis orthodoxis [B] annuntiaretur Evangelium: (B) nec id niſi illis repellentibus voluit Deus annuntiari Judæis ſchiſmaticis, quales erant Samaritani. Atque hæc quidem ratio fuit cur Chriſtus dum Apoſtolos miſit primum ad prædicandum ante [Mat. x. 5. 6.] paſſionem ſuam, præcepit eis *ad viam gentium ne abirent, & in civitates Samaritanorum ne intrarent, ſed irent primum ad oves quæ perierant domus Iſrael.*

I. Quomodo Samaritani ſuſceperunt Evangelium?

R. Suſceperunt illud cum gaudio magno, & plurimi eorum ad Chriſtum converſi ſunt. (C) [Pars I. Secv. II. Cap. II. §. 3.] [C]

I. Sæviitne Dei vindicta in eos ex Samaritanis qui non crediderunt Evangelio?

R. Sæviit utique. Eamdem ipſi cum cæteris Judæis pœnam ſubierunt. (D) [D]

I. Quandonam Apoſtoli prædicaverunt Evangelium gentibus?

R. Poſtquam illud Judæi repulerunt. Juxta illud Pauli & Barnabæ ad Judæos: *Vobis* [Act. xiii. 46.] *oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes.* Itaque jam ſuum in Chriſti Diſcipulos furorem ſæpius exercuerant Judæi, jam plures ex Apoſtolis in carcerem conjecerant, jam Stephanum protodiaconum & protomartyrem lapidaverant, fideles denique palam & acriter etiam tunc perſequebantur, cum Deus ſignifica-

religione defecerant; quare reliquiæ eorum merito per totum orbem diſperguntur. Sacri Vates hæc ipſis Meſſiæ temporibus eventura prædixerant. Sed ſicut olim ad hunc Meſſiam, quem abjecerunt, ſunt reducendi, (etenim necdum fons divinæ miſericordiæ erga progeniem hanc, licet contumacem, licet rebellem, exſiccatus, & exhauſtus eſt) divinitus (hujus rei unicum extat exemplum) ſervantur: numquid non veterum Aſſyriorum, Medorum, Perſarum, Græcorum, ipſorum etiam veterum Romanorum reliquiæ funditus interierunt? Numquid non etiam alias gentes in aliis inſertas idem factum urſit? Judæi toties in prædam, & conculcationem dati, ſuis oppreſſoribus ſuperſtites fuerunt. Dum a Domino conſervantur, ſuſpenſi hæremus, expectantes quid de miſeris, gentis quondam tot beneficiis cumulatæ, reliquiis facturus eſt. Sed o gentes! præterquam quod eorum induratio ad veſtram ſalutem proficit, id præterea utilitatis percipitis, quod apud homines nullius fraudis ſuſpectos, Scripturas, quæ ſunt præcones Chriſti, & myſteriorum ejus, nanciſcamini. Ibi inter cætera videre eſt cæcitatem, & infortunia eorum, a quibus tam ſedulo ſervantur. Sic ex eorum offenſa fructum percipimus. Sic & eorum incredulitas fidem noſtram ſtabilit. Nobis documento ſunt, ut Deum timeamus; ejuſque in ingratos vindictæ æternum præbent ſpectaculum: ut de gratiis patribus noſtris collatis, minime gloriemur... Ad divi Pauli ſcripta attendas velim. Poſtquam de exiguo numero Judæorum qui Evangelium receperant, & aliorum mira cæcitate diſſeruiſſet, qui Deus ſe erga gentem tot gratiis decoretam ſit geſturus diligenter expendit; nobiſque luculenter oſtendit, fructum quem ex eorum lapſu colligimus, & futura emolumenta quæ ex eorum ad Deum converſione emergent. *Nunquid*, inquit, *ſic offende-* [Rom. xi. 11.] *runt ut caderent? Abſit. Sed illorum delicto ſalus eſt gentibus ut illos æmulentur. 12. Quod ſi delictum illorum divitiæ ſunt mundi....: quanto magis plenitudo eorum? ... 15. Si enim amiſſio eorum reconciliatio eſt mundi; quæ aſſumptio, niſi vita ex mortuis?* ... Quis ad hæc Apoſtoli verba non contremiſcit? Quid, tot ſtupendis, & divina ultione, quæ a tot ſæculis in Judæos erupit, non perterrebimur? Si ingrati fuerimus, eaſdem, teſtante Paulo, pœnas incurremus. Ad ſeriem attendamus: ſic ad gentes converſas loqui [Ibid. 22.] pergit: *Videte bonitatem & ſeveritatem Dei: in eos qui ceciderunt, ſeveritatem: in te autem bonitatem, ſi permanſeris in bonitate, alioqui & tu excinderis. 23. Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur; potens eſt enim Deus,* qui eos excidit, *iterum aſſumere illos. 24. Nam ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro, inſertus es contra naturam in bonam olivam, quanto magis qui ſecundum naturam inſerentur ſuæ olivæ.* Hic Apoſtolus ſublimiora orſus, prorſus profunda Dei ſcrutatur, & ſic ſermoni inſtat: 25. *Nolo enim vos, fratres, ignorare myſterium hoc, (ut non ſitis vobiſmetipſis ſapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael: donec plenitudo gentium intraret, 26. & ſic omnis Iſrael ſalvus fieret ſicut ſcriptum eſt: Veniet ex Sion, qui eripiat &* [Iſai. lix. 20.] *avertat impietatem a Jacob. 27. Et hoc a me illis teſtimonium, cum abſtulero peccata eorum.*

Hic locus Iſaiæ a Paulo laudatus, juxta ſeptuaginta interpretes, (horum enim verſio toto orbe nota erat) in archetypo plus adhuc roboris habet. Gentium enim converſio his verbis prædicitur a Propheta: *Et timebunt qui ab occidente nomen Domini, & qui* [Iſai. lix. 19.] *ab ortu ſolis, gloriam ejus.* Poſtea *quaſi fluvius violen-* [Ibid.] *tus, quem Spiritus Domini cogit*, ab eodem Eccleſia, [Ibid. 20. 21.] perſecutionibus & martyrum ſanguine fœcundanda, a longe proſpicitur. Tandem Judæorum felicem reverſionem videt: *Cum venerit Sion Redemptor & iis qui redeunt ab iniquitate in Jacob, dicit Dominus .... Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo,* o Propheta, *non recedent de ore tuo & de ore ſeminis tui amodo & uſque in ſempiternum.*

Hinc colligimus Salvatorem, poſt gentium converſionem, Sionem, & filios Jacob, a quibus non agnitus fuerat, quin imo repudiatus, & abjectus, tandem ad ſe allecturum, & attracturum, & converſurum, & eorum peccata abſterſurum, & ſacrorum vaticiniorum intelligentiam, a qua tamdiu exciderant, eis reſtituturum, poſtea in ævum permanſuram.

Sic Judæi aliquando ad ſe revertentur, & reſipiſcent, & ita reſipiſcent, ut numquam poſtea committant, ut a veritate deſciſcant. Sed id non prius continget, quam *Oriens & Occidens*, id eſt, totus orbis timore & cognitione Domini impletus fuerit. Inſcrutabili eo conſilio Dei, Judæi inter gentes diſperguntur, & captivi miſera vitam agunt: ſed viſibile reprobationis ſuæ ſignum gerunt; ſed ob incredulitatem, promiſſis exciderunt. Extorres, nulli terræ colendæ addicti, ubique gentium ſerviunt. Honoris & dignitatis ſunt expertes; nullaque in eis populi forma remanet. In hunc ærumnarum gurgitem, octo & triginta annos, poſtquam Chriſtum crucifixerunt, & tempus, quod fuerat ipſis conceſſum ad pœnitentiam agendam, in perſequendis ejus diſcipulis inſumpſerunt, demerſi ſunt. Sed dum reprobantur, Chriſtiana fides augeſcit: fœdus olim cum Abraham initum, nunc omnes ſpectat gentes.

(A) Acton. viii. 4. Qui diſperſi erant pertranſibant, evangelizantes verbum Dei. 5. Philippus autem deſcendens in civitatem Samariæ, prædicabat illis Chriſtum.

(B) Acton. xiii. 46. Tunc conſtanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes. 47. Sic enim præcepit nobis Dominus. Poſui [Iſai. xlix, 6] te in lucem Gentium, ut ſis in ſalutem uſque ad extremum terræ: 48. Audientes autem gentes gaviſæ ſunt & glorificabant verbum Domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. 49. Diſſeminabatur autem verbum Domini per univerſam regionem.

(C) Act. viii. 5. Philippus autem deſcendens in civitatem Samariæ, prædicabat illis Chriſtum. 6. Intendebant autem turbæ his quæ a Philippo dicebantur, unanimiter audientes, & videntes ſigna quæ faciebat... 9. Factum eſt ergo gaudium magnum in illa civitate... 12. Cum vero credidiſſent... baptizabantur viri ac mulieres.

(D) Flav. Joseph. *de Bel. Judaic. Græce cap.* 22. *Latine cap.* 12. Sed ne Samaritæ quidem alieni a calamitatibus remanſere: hi namque in monte Garizin, qui eſt illis ſanctiſſimus, congregati, locis ſuis ſpectabant: belli autem minas eorum conventus ac ſpiritus habere videbatur, nec ſaltem vicinorum malis corrigebantur; ſed inconſulta ſuarum virium infirmitate, ſecundis Romanorum

ficavit Petro Apoſtolorum principi annuntiandum eſſe gentibus Evangelium. Paruit Petrus, miſſumque ad ſe Cornelium centurionem, primum ex gentibus præceptis Evangelicis imbuit. (E)

E

D. Qua in regione gentibus Apoſtoli Evangelium prædicarunt?

R. Prædicarunt primum gentibus in Judæa tunc temporis degentibus. Sed poſtea per totum orbem diſperſi ſunt, ut juxta præceptum Domini docerent & baptizarent omnes gentes. (F)

D. Numquid inter Apoſtolos fuit aliquis ſpeciali ratione electus a Deo ad prædicandum Evangelium gentibus?

R. Fuit. Huic nomen Paulus. Is ſpeciali ratione dicitur in Scripturis Apoſtolus & doctor gentium. (G) G

Non fuit Paulus ſicut cæteri Apoſtoli teſtis vitæ & miraculorum Chriſti. Sed poſt ejus reſurrectionem ex acerrimo Fidelium perſecutore & implacabili Chriſti hoſte, mirabiliter converſus eſt; & ad Apoſtolatum ab ipſo Chriſto vocatus, cum actu adverſus Diſcipulos Domini fureret, plenus minarum & cædis. (H) Nec fuit inter Apoſtolos ullus qui ad Evangelium Chriſti propagandum pleniori & feliciori ſucceſſu adlaboraverit & verbis, & ſcriptis, & operibus, & ærumnis, & vigi- H

rum rebus exterriti, prone in tumultum voluntate pendebant. Veſpaſiano autem placebat motus antecapere, eorumque impetus prævenire: nam etſi præſidiis tota Samaritica regio cincta erat, tamen eorum multitudo, qui coierant & conſpiratio timebatur. Eaque cauſa Cerealem quintæ legionis tribunum, cum ſexcentis equitibus tribuſque peditum millibus mittit. Ille autem ad montem quidem accedere, prælioque congredi nequaquam tutum eſſe duxit; quod hoſtes plurimi deſuper eſſent: milites ergo circumvallatis undique montis radicibus, tota eos die cuſtodiebant. Evenit autem aquæ tunc indigentibus Samaritis, etiam graves accendi æſtus, (erat enim tempus æſtatis, neque ſe rebus neceſſariis vulgus inſtruxerat) adeo ut nonnulli quidem una die ſiti morerentur, multi vero ejuſmodi morti ſervitium præferentes, ad Romanos transfugerent: ex quibus cognito Cerealis, illos etiam, qui adhuc perſeverarent, malis infractos, montem aſcendit: & circum hoſtes exercitu conſtituto, primum eos ad fœdera hortabatur, atque ut ſalvi eſſe mallent rogabat; ſi arma projeciſſent, tutos fore promittens: denique quia perſuadere non poſſet, aggreſſus eos occidit omnes: erant autem undecim millia & ſexcenti. Hæc Junii menſis vigeſimo & ſeptimo die geſta ſunt: atque his calamitatibus Samaritæ oppreſſi ſunt.

M. DE TILLEMONT to. 1. *de l'Hiſt. des Empereurs, ruine des Juifs, art. 49. p. 516. l'an de J. C. 97. le 27. Juin*. Samaritani, qui motus facere videbantur, a Cereali alius Legionis Tribuno, in ſancto monte Garizim, ubi congregati erant, puniti ſunt. Plus quam *undecim* hominum *millia* ferro periere, licet Cereali *tria* tantummodo *millia* peditum, & *ſexcenti* equites eſſent.

(E) ACTORUM x. 1. Vir autem erat in Cæſarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica, 2. Religioſus, ac timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Deum ſemper: 3. Is vidit in viſu manifeſte, quaſi hora diei nona, Angelum Dei introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi: Corneli. 4. At ille intuens eum, timore correptus, dixit: Quid eſt, Domine? Dixit autem illi: Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ, aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei: 5. & nunc mitte viros in Joppem, & accerſi Simonem quemdam, qui cognominatur Petrus: 6. ... Hic dicet tibi quid te oporteat facere.... 9. ... Aſcendit Petrus in ſuperiora ut oraret circa horam ſextam. 10. Et cum eſuriret, voluit guſtare. Parantibus autem illis, cecidit ſuper eum mentis exceſſus: 11. & vidit cælum apertum, & deſcendens vas quoddam, velut linteum magnum quatuor initiis ſummitti de cælo in terram, 12. in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cæli, 13. Et facta eſt vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca. 14. Ait autem Petrus: Abſit Domine, quia nunquam manducavi omne commune & immundum. 15. Et vox iterum ſecundo ad eum: Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris. 16. Hoc autem factum eſt per ter: & ſtatim receptum eſt in vas cælum..., 19. Petro autem cogitante de viſione, dixit Spiritus ei: Ecce viri tres quærunt te. 20. Surge itaque, deſcende & vade cum eis nihil dubitans, quia ego miſi illos .... 25. Et factum eſt cum introiiſſet Petrus, obvius venit ei Cornelius, & procidens pedes ejus adoravit. 26. Petrus vero elevavit eum, dicens: Surge, & ego ipſe homo ſum... 28. Dixitque ad illos: Vos ſcitis quomodo abominatum ſit viro Judæo conjungi, aut accedere ad alienigenam: ſed mihi oſtendit Deus, neminem communem aut immundum dicere hominem. 29. Propter quod ſine dubitatione veni accerſitus.... 30. Cornelius ait ..... 33... Nunc ergo omnes nos in conſpectu tuo adſumus, audire omnia quæcumque tibi præcepta ſunt a Domino. 34. Aperiens autem Petrus os ſuum dixit: In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus: 35. ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi ..... 44. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant verbum. 45. Et obſtupuerunt ex circumciſione fideles, qui venerant cum Petro: quia & in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt. 46. Audiebant enim illos, loquentes linguis, & magnificantes Deum. 47. Tunc reſpondit Petrus: Numquid aquam quis prohibere poteſt, ut non baptizentur hi, qui Spiritum ſanctum acceperunt ſicut & nos? 48. Et juſſit eos baptizari in nomine Domini Jeſu Chriſti.

xiii. 46. & ſeq. *Vide ſupra lit.* (B) *hocce* §.

ROM. x. 18. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit ſonus eorum, *Pſ. 18. 5.* & in fines orbis terræ verba eorum. 19. Sed dico: Numquid Iſrael non cognovit? Primus Moyſes dicit. Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem; in gentem inſipientem, in iram vos mittam. *Deut. 32. 21.* 20. Iſaias autem audet, & dicit: Inventus ſum a *Iſa. 65. 1.* non quærentibus me: palam apparui iis qui me non interrogabant. 21. Ad Iſrael autem dicit: Tota die *Ibid. 2.* expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem.

(F) MATTHÆI xxviii. *verſ.* 19. Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. 20. Docentes eos ſervare omnia quæcumque mandavi vobis, & ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi.

MARC. xvi. 15. Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ.

ROM. x. 18. *Vide ſupra lit.* (E) *hocce* §.

(G) ROM. xi. 13. Vobis enim dico Gentibus: quamdiu quidem ego ſum Gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo.

xv. 16. Data eſt mihi gratia a Deo, ut ſim miniſter Chriſti Jeſu in Gentibus: ſanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium accepta & ſanctificata in Spiritu ſancto.

GALAT. 1. *verſ.* 15. (*Deus*) me ſegregavit ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam ſuam. 16. Ut revelaret Filium ſuum in me, ut evangelizarem illum in Gentibus.

1. TIM. ii. 7. In (*Chriſto*) poſitus ſum ego Prædicator & Apoſtolus (veritatem dico, non mentior) Doctor gentium in fide & veritate.

2. TIM. 1. 11. In quo poſitus ſum ego Prædicator, & Apoſtolus, & magiſter Gentium.

(H) ACTOR. ix. 1. Saulus autem adhuc ſpirans minarum, & cædis in Diſcipulos Domini, acceſſit ad Principem Sacerdotum, 2. petiit ab eo epiſtolas in Damaſcum ad ſynagogas: ut ſi quos inveniſſet hujus viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Jeruſalem. 3. Et cum iter faceret, contigit ut appropinquaret Damaſco: & ſubito circumfulſit eum lux de cælo. 4. Et cadens in terram audivit vocem dicentem ſibi: Saule, Saule quid me perſequeris? 5. Qui dixit: Quis es Domine? Et ille: Ego ſum Jeſus, quem tu perſequeris: Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare: 6. Et tremens, ac ſtupens dixit: Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum: Surge, & ingredere civitatem; & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere ..... 8. Surrexit autem Saulus de terra, apertiſque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damaſcum. 9. Et

erat

I vigiliis, & patientia & ſollicitudine indeſeſſa. (1)

I. Quis fuit fructus & ſucceſſus Evangelicæ prædicationis?

R. Is fuit, ut everſa per orbem univerſum idololatria, vocatis ad Dei cognitionem & cultum omnibus gentibus, Chriſti religionem ubique diſſeminaverint & ſtabilierint. Idolis ſervierunt patres noſtri: nos Chriſtum colimus. Id debemus Apoſtolicæ prædicationi.

I. Quomodo facta eſt tam ſtupenda Evangelii propagatio?

Marc. XVI. 20. *R.* Spiritu ſancto *cooperante & ſermonem Apoſtolorum confirmante, ſequentibus ſignis.* Multum quoque ad propagationem Evangelii contulit Apoſtolorum vita, in omnibus doctrinæ Apoſtolicæ perfecte conſentiens, & fuſus eorum ſanguis in teſtimonium veritatis. *Impleti ſunt Spiritu ſancto Diſcipuli*, inquit S. Auguſtinus, *cœperunt prædicare magnalia Chriſti; lapidati, occiſi, fugati ſunt. Et cum inde tanquam ex uno loco fugarentur, quaſi ligna ardentia igne divino, totam ſylvam mundi accenſam fervore Spiritus & lumine veritatis impleverunt.*

Enarr. 4. *in Pſ.* XXX. *n.* 9.

I. Numquid orbis univerſus ad Chriſtum converſus eſt ſolorum Apoſtolorum miniſterio?

R. Id egerunt Apoſtoli vel per ſe, vel per Diſcipulos & ſucceſſores. *In omnem terram*, inquit S. Auguſtinus, *exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum; qui etſi aſſumpti hinc ſunt antequam Eccleſia impleret orbem terrarum, tamen verba eorum pervenerunt uſque ad terminos orbis terræ.* Pervenerunt, inquam, vel per Apoſtolos ipſos, vel per Apoſtolorum Diſcipulos.

PARS I. SECT. II. CAP. II. §. 3.

Enarr. 1. *in Pſalmum* LXXXVIII. *n.* 3.

§. 4. *De mira Religionis Chriſtianæ Propagatione inter Perſecutiones.*

I. Numquid nemine contradicente religio Chriſtiana per orbem univerſum diffuſa eſt?

R. Imo vero ubique ei contradictum eſt. Vicit tamen, & contradicentibus necquidquam Regibus & Principibus terræ triumphavit. Atque hinc mirabilius elucet in propagatione Evangelii Dei potentia; ſitque manifeſtum omni-

erat ibi tribus diebus non videns, & non manducavit, neque bibit. 10. Erat autem quidam diſcipulus Damaſci, nomine Ananias: & dixit ad illum in viſu Dominus: Anania. At ille ait: Ecce ego, Domine. 11. Et Dominus ad eum: Surge, & vade in vicum, qui vocatur rectus: & quære in domo Judæ Saulum nomine Tarſenſem: ecce enim orat. 12. (Et vidit virum Ananiam nomine introeuntem, & imponentem ſibi manus ut viſum recipiat.) 13. Reſpondit autem Ananias: Domine, audivi a multis de viro hoc quanta mala fecerit ſanctis tuis in Jeruſalem: 14. Et hic habet poteſtatem a principibus Sacerdotum alligandi omnes, qui invocant nomen tuum. 15. Dixit autem ad eum Dominus: Vade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Iſrael. 16. Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. 17. Et abiit Ananias, & introivit in domum: & imponens ei manus, dixit: Saule frater, Dominus miſit me Jeſus, qui apparuit tibi in via qua veniebas, ut videas, & implearis Spiritu ſancto. 18. Et confeſtim ceciderunt ab oculis ejus tanquam ſquamæ, & viſum recepit: & ſurgens baptizatus eſt... 20. Et continuo in ſynagogis prædicabat Jeſum, quoniam hic eſt Filius Dei.

(1) 2. COR. XI. 7. Gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis... 9. Et cum eſſem apud vos, & egerem, nulli oneroſus fui: nam quod mihi deerat, ſuppleverunt fratres, qui venerunt a Macedonia: & in omnibus ſine onere me vobis ſervavi, & ſervabo..... 23. Miniſtri Chriſti ſunt, (ut minus ſapiens dico) plus ego in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter: 24. a Judæis quinquies, quadragenas, una minus, accepi: 25. ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, 26. in itineribus ſæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex Gentibus, periculis in civitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus: 27. In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in jejuniis multis, in frigore & nuditate. 28. Præter illa quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum. 29. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandaliſatur, & ego non uror? ... 32. Damaſci præpoſitus Gentis Aretæ regis cuſtodiebat civitatem Damaſcenorum, ut me comprehenderet: 33. & per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum; & ſic effugi manus ejus.

XII. *v.* 9. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti. 10. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto, cum enim infirmor tunc potens ſum.... 12. Signa apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos, in omni patientia, in ſignis, & prodigiis & virtutibus.

GALAT. I. 12. Neque enim ego ab homine accepi illud (Evangelium) neque didici, ſed per revelationem Jeſu Chriſti. 13. Audiſtis enim converſationem meam aliquando in Judaiſmo: quoniam ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam, 14. & proficiebam in Judaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum. 15. Cum autem placuit ei, qui me ſegregavit ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam ſuam, 16. ut revelaret Filium ſuum in me, ut evangelizarem illum in Gentibus; continuo non acquievi carni & ſanguini... 23. Tantum autem auditum habebant: quoniam qui perſequebatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam aliquando expugnabat: 24. & in me clarificabant Deum.

II. 2. Contuli cum illis Evangelium quod prædico in Gentibus.... 7. Sed e contra cum vidiſſent, quod creditum eſt mihi Evangelium præputii, ſicut & Petro circumciſionis: 8. Qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatum circumciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes.

S. CHRYSOSTOMUS *Homil.* 3. *in SS. Petrum & Paulum. Vide infra parte ſecunda, ſect.* 4. *cap.* 2. §. 21. *litera* (B)

S. AUGUST. *Lib.* 14. *de Civitate Dei*, *c.* 9. *num.* 2. Illum quippe optimum & fortiſſimum virum, qui in ſuis infirmitatibus gloriatur, ut eum potiſſimum commemoremus, qui in Eccleſiam Chriſti ex Gentibus venimus, Doctorem Gentium in fide & veritate, qui & plus omnibus ſuis coapoſtolis laboravit, & pluribus epiſtolis populos Dei, non eos tantum qui præſentes ab illo videbantur, verum etiam illos qui futuri prævidebantur, inſtruxit; illum, inquam, virum athletam Chriſti, doctum ab illo, unctum de illo, crucifixum cum illo, glorioſum in illo, in theatro hujus mundi, cui ſpectaculum factus eſt & Angelis & hominibus, legitime magnum agonem certantem, & palmam ſupernæ vocationis in anteriora ſectantem; oculis fidei libentiſſime ſpectant, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, foris habentem pugnas, intus timores; cupientem diſſolvi, & eſſe cum Chriſto; deſiderantem videre Romanos, ut aliquem fructum habeat & in illis, ſicut & in ceteris gentibus; æmulantem Corinthios, & ipſa æmulatione metuentem, ne ſeducantur eorum mentes a caſtitate, quæ in Chriſto eſt magnam triſtitiam & continuum dolorem cordis de Iſraelitis habentem, quod ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, juſtitiæ Dei non eſſent ſubjecti; nec ſolum dolorem, verum etiam luctum ſuum denuntiantem quibuſdam qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia, & fornicationibus ſuis.

Lege Vitam D. Pauli *ab illuſtriſſimo* D. D. GODEAU *Vincienſi Epiſcopo conſcriptam, & quæ de Apoſtolo Paulo ſcripſit* D. DE TILLEMONT *Tom.* I. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ*.

Digitized by Google

Pars I. Sect. II. Cap. II. §. 4.

omnibos, mundi converſionem non hominum ſed Dei opus fuiſſe. (A)

A *I.* Mira iſthæc religionis Chriſtianæ propagatio, facta non modo non adjuvantibus, ſed etiam contradicentibos ubique Regibus & Principibus terræ, fueratne a Prophetis prænuntiata?

R. Fuerat ſæpius.

Hujuſce ſectio.c.1.§.1. Dan. II.34. Jam ſupra retulimos & explicavimus Prophetiam Danielis, qui id aperte prænuntiavit, ſub umbra lapidis exciſi de monte ſine manibus; qui cum contriviſſet ſtatuam qua deſignabantur omnia orbis Imperia, factus eſt tandem mons magnus & implevit terram.

Idipſum apertiſſime prædixit David his verbis.

Pſal. II. 1. *Quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt inania? 2. Aſtiterunt Reges terra & Principes convenerunt in unum adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus: 3. Dirumpamus vincula eorum & projiciamus a nobis jugum ipſorum. 4. Qui habitat in cælis irridebit eos & Dominus ſubſannabit eos... 6. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, prædicans præceptum ejus. 7. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. 8. Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terra. 9. Reges eos in virga ferrea & tanquam vas figuli confringes eos. 10. Et nunc Reges intelligite: erudimini qui judicatis terram: 11. Servite Domino in timore; & exultate ei cum tremore.*

Rem Iſaias non minus diſerte prænuntiavit; verba Prophetæ plane divina hæc ſunt:

Iſai. LX. 14. *Venient ad te curvi filii eorum qui humiliaverunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum eos qui detrahebant tibi, & vocabunt te civitatem Domini, Sion ſancti Iſrael. 15 Pro eo quod fuiſti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te tranſiret, ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generationem & generationem. 16. Et ſuges lac gentium, & mamilla Regum lactaberis: Et ſcies quia ego Dominus ſalvans te.*

Matt. X. 21. Futuras Diſcipulorum perſecutiones Chriſtus ſæpius Apoſtolis prædixerat: *Tradet frater fratrem in mortem, & pater filium: & inſurgent filii in parentes & morte eos afficient: & eritis odio omnibus propter nomen meum.*

Et alibi: *Tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.* *Mat. XXIV. 9.*

Et alibi: *Si me perſecuti ſunt & vos perſequentur.* *Joh. XV. 20.*

Et alibi: *Venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.* *Joh. XVI. 2.*

Et alibi: *In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego vici mundum.* *Ibid. 33.*

Quam apte cohæreat rerum eventus cum Propheticis tot oraculis nemo non videt.

I. Quomodo geſſerunt ſe Apoſtoli & eorum Diſcipuli inter perſecutiones hominum?

R Nemo ex iis murmuravit; nemo vitæ defenſionem armis quæſivit. Innocentiam ſuam & Chriſtianæ veritatem religionis demonſtrarunt quidem & verbis & ſcriptis ſapientiſſimis: cæterum ſupplicia acerbiſſima & neces horribiliores invicta patientia, heroica virtute tolerarunt. (B) B

I. Quis ſuſcitavit illas perſecutiones?

R. Diabolus, fortis ille armatus, de quo mentio fit in Evangelio, qui voluit hac via Chriſti in homines Imperium delere, ſuum ſervare. (C) C

I. Quorum miniſterio diabolus uſus eſt ad ſuſcitandas perſecutiones?

R. Miniſterio Judæorum & Gentium & Imperatorum & Principum & omnium ſæculi Poteſtatum. (D) D

I. Quid cauſæ fuit cur hujus ſæculi Poteſtates perſequerentur religionem Chriſtianam?

R. Quia omnibus hominum cupiditatibus & præjudicatis opinionibus adverſabatur Chriſtiana religio. Conſuetum & receptum vivendi morem, ut ſua ferebat quemque libido, noluerunt homines deponere: & inſtigante potiſſimum diabolo, ferre non potuerunt eos qui

(A) S. August. *Lib.* 18. *de Civitate Dei*, *cap.* 50. Primum ſe ab Jeruſalem diffudit Eccleſia, & cum in Judæa atque Samaria plurimi credidiſſent, & in alias gentes itum eſt, eis annuntiantibus Evangelium, quos ipſe, ſicut luminaria, & aptaverat verbo, & accenderat Spiritu ſancto... Denique per ipſos, non ſolum qui eum & ante paſſionem & poſt reſurrectionem viderant & audierant, verum etiam poſt obitum eorum per poſteros eorum, inter horrendas perſecutiones & varios cruciatus ac funera martyrum prædicatum eſt toto orbe Evangelium, conteſtante Deo ſignis, & oſtentis, & variis virtutibus, & Spiritus ſancti muneribus: ut populi gentium credentes in eum, qui eorum redemptione crucifixus eſt, Chriſtiano amore venerarentur ſanguinem Martyrum, quem diabolico furore fuderunt; ipſique Reges, quorum legibus vaſtabatur Eccleſia, ei nomini ſalubriter ſubderentur, quod de terra crudeliter auferre conati ſunt; & falſos Deos inciperent perſequi, quorum cauſa cultores Dei veri fuerant antea perſecuti.

Lib. 22. *cap.* 5. Modus quo mundus credidit, ſi conſideretur, incredibilior invenitur. Ineruditos liberalibus diſciplinis, & omnino, quantum ad iſtorum doctrinas attinet, impolitos, non peritos grammatica, non armatos dialectica, non rhetorica inflatos, Piſcatores Chriſtus cum retibus fidei ad mare hujus ſæculi pauciſſimos miſit, atque ita ex omni genere tam multos piſces, & tanto mirabiliores, quanto rariores etiam ipſos Philoſophos cepit.

Cap. 7. Sub Auguſto atque Tiberio, eruditioribus utique temporibus reſurrectionem carnis Chriſti atque in cælum aſcenſionem, tanquam id quod fieri non poteſt mens humana ferre non poſſet, eludentque ab auribus cordibusque reſpueret, niſi eam fieri potuiſſe, atque factam eſſe divinitas ipſius veritatis, vel veritas divinitatis, & conſtantia miraculorum ſigna monſtrarent; terrentibus & contradicentibus tam multis, tamque magnis perſecutionibus præcedens in Chriſto, deinde ad novum ſæculum in ceteris (hominibus) ſecutura reſurrectio atque immortalitas carnis, & fideliſſime crederetur, & prædicaretur intrepide, & per orbem terræ pullulatura fæcundius cum Martyrum ſanguine ſereretur. Legebantur enim præconia præcedentia Prophetarum, concurrebant oſtenta virtutum, & perſuadebatur veritas nova conſuetudini, non contraria rationi, donec orbis terræ qui perſequebatur furore, ſequeretur fide.

(B) *Lege* S. Justini, Tertulliani, Minutii Felicis, *& aliorum pro Chriſtiana Religione Defenſiones, ſeu Apologias.*

(C) Luc. XI. 21. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet.

(D) Psal. II. 1. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? 2. Aſtiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus.

Psal. III. 2. Domine quid multiplicati ſunt qui tribulant me? Multi inſurgunt adverſum me.

Actorum IV. 5. Factum eſt autem in craſtinum, ut congregarentur principes eorum, & ſeniores, & Scribæ in Jeruſalem. 6. Et Annas princeps Sacerdotum, & Caiphas, & Johannes, & Alexander, & quotquot erant de genere ſacerdotali. 7. Et ſtatuentes eos (Apoſtolos) in medio interrogabant: In qua virtute, aut in quo nomine feciſtis hoc vos?

M. Jac-

Part. I. Sect. II. Cap. II. §. 4.

qui aliter vivendum eſſe contenderent. Ad hæc Principes, ut ſervirent tempori, falsò exiſtimabant abolendam prorſus eſſe Chriſtianam religionem. (E) E

I. Fuitne revera abolita Chriſtiana religio?

R. Imo vero Chriſtiani nominis hoſtium deluſa ſpes eſt: multum contulere perſecutiones ipſæ ad propagationem & dilatationem Imperii Chriſti. (F)

I. Qua id ratione factum eſt?

R. Id factum eſt ob ingentem Martyriorum copiam: ſanguis enim Martyrum, ut Tertulliani verbis utar, Chriſtianorum ſemen fuit. (G) *Apol. c. 50.* G

Martyr vox græca eſt, quæ idem ſignificat quod *teſtis*. Martyrium ſuſtinere dicitur qui pro Chriſto, pro veritate, pro juſtitia, vel mortem vel ſupplicia ſuſtinet.

At innumera qualibet perſecutione fuiſſe Martyria conſtat, & rem invictiſſimis argumentis demonſtravit Domnus Theodoricus Ruinart e congregatione S. Mauri Presbyter Benedictinus, in eruditiſſima præfatione quam præfixit libro cui titulus eſt, *Acta Martyrum ſincera & ſelecta*: in qua quidem præfatione confutavit Henrici Dodwelli diſſertationem de Paucitate Martyrum, quæ inſerta eſt in Editione Oxonienſi operum S. Cypriani.

I. Quomodo ſanguis Martyrum ſemen Chriſtianorum fuit? Debuit certe morte Martyrum imminui Chriſtianorum numerus, non augeri.

R. Semen Chriſtianorum fuit; quia ex uno veluti grano mortuo prodibant, ut Evangelii ſymbolis utar, alia grana centum. Creſcebat morte Martyrum fidelium numerus. Plurimos ex infidelibus adducebant ad fidem exempla Martyrum ſupplicia exquiſita, & mortes acerbiſſimas invicta patientia tolerantium. Nec inanes fuere fuſæ ad Deum preces a Martyribus pro propagatione Regni Chriſti & infidelium converſione. (H) H

I. Quan-

(E) M. Jacques Benigne Bossuet *Evêque de Meaux Apocal.* III. *Part.* 2. a. 4. Deus qui Romanos excitaverat, ut primum Judæos affligeret, ipſis ad eos opprimendos uti debebat; idque ſtatim a morte D. Joannis accidere debebat. Hic enim Apoſtolus in viſione vidit factum hoc memorabile, Deusque noluit ipſum ſuorum ſeriem conſiliorum, quæ ad hunc populum quondam adeo carum ſpectabant, ignorare; verum Romani divinæ ultionis miniſtri eam plus quam cæteræ gentes ob ſuas idololatrias & crudelitatem merebantur. Mater idololatriæ Roma erat, ſuosque Deos toti terræ adorandos proponebat, maxime vero ſuorum Imperatorum cultum inculcabat. Ipſa quoque coli volebat, ſubjectæque provinciæ ipſi templa dicabant; itaut eodem tempore & idolorum cultui addicta & idolorum ad inſtar culta, objectum mancipiumque eſſet Idololatriæ. Ipſa ſe urbem ab origine ſacram, fauſtis auguriis dedicatam, præſagiiſque felicibus ædificatam venditabat. Deorum pater Jupiter ſuam in Capitolio ſtationem fixerat, ibique magis quam in ipſo Olympo & cælo, quod ſui regni ſedes eſt, adeſſe credebatur. Romulus Marti, cujus filius putabatur, dicaverat; ejusque munere adeo bellicoſus & victor evaſerat. Deorum, quorum domicilium Roma erat, beneficio hoc ipſi fatum erat, ut univerſus terrarum orbis ſub ipſa flecti deberet. Ipſius imperium æternum eſſe debebat. Quot quot erant ceterorum populorum, aliarumque urbium Dii primas ipſi concedere debebant, Judæorumque Deum inter ſubjectos Deos ipſa numerabat.

Ceterum, quia victorias ſuas ſuæ religioni acceptas referebat, eos qui Diis ſuis Cæſaribus ſibique ipſi cultum negabant, Imperii Romani hoſtes judicabat, reipublicæ gerendæ ratio id exigebat. Romæ perſuaſum erat populos libentius jugum, quod urbs Diis cara imponeret, ſubituros; ejusque religioni ſe opponere perinde erat ac præcipuum Romanæ dominationis fundamentum ſubvertere.

Hæc perſecutionum, quæ Eccleſiam trium ſæculorum ſpatio vexarunt, cauſa fuit: præterquamquod illud maxime cordi Romæ ſemper fuit, ut nulla alia Religio eſſet quam quæ Senatus-conſulto probaretur. Itaque oriens Eccleſia ſuæ averſionis objectum erat; Roma per totum Imperii ſui circuitum Diis ſuis Chriſtianorum ſanguinem immolabat, eoque ſe magis quam cæteræ urbes in ſuo amphitheatro ingurgitabat. Rei publicæ gerendæ ratio a Romanis inſtituta non ſecus ac inſatiabile Romanorum odium id poſtulabat.

Domnus Theodoricus Ruinart *Præfat. in Acta Martyrum*, *n.* 4. *pag.* 68. Aliud erat quod maxime Gentiles in Chriſtianos commovebat, quod hi ſcilicet pro bono Reipublicæ ſtatu, aut vel patriæ ſalute offerri ſacrificia improbarent: iisque nec adeſſe, nec etiam ſive per publicos, ſive per privatos Imperatorum genios jurare acquieſcerent. Ad hæc, Chriſtiani a feſtis ſolemnibus, ludis publicis aliisque ejusmodi ſpectaculis, quæ pro victoriis adverſus hoſtes partis, aut Imperatorum natalitiis fieri conſueverant, ſeſe abhorrere teſtabantur. Hinc mirum non eſt, ſi Imperatores, etiam qui religioſiores & mitiſſimi habiti ſunt, Chriſtianos penitus extirpare conati fuerint, quos nempe non religioni ſolum ſuæ, ſed etiam propriæ ſaluti adverſari exiſtimabant. Hinc etiam politici, qui diviſiones & inteſtina bella ob ſacrorum varietates pertimeſcebant, e Reipublicæ bono eſſe cenſebant, ut Chriſtiani omnino delerentur. Ipſum denique vulgus, cui Chriſtiani publicas lætitias & Principum largitiones invidere videbantur, de illorum morte exultabat. His adjungi poſſent privata odia, & avaritia Magiſtratuum & Præſidum, qui ſub religionis ſpecie, Chriſtianorum facultates, vel in fiſcum, vel in proprios uſus convertebant. Quæ tandem omnia Sacerdotum, & Magorum, quorum auctoritas ut plurimum maxima erat, zelo ac invidia incendebantur. Videbant quippe ob Chriſtianiſmum ſacra Deorum ſuorum neglecta, ipſos Deos ludibrio habitos, oracula contempta, ac quandoque falſi convicta, auctoritatem minutam, ac reditus etiam pene ad nihilum redactos. Hinc nihil non ſibi licere in damnandis, torquendis, trucidandiſque Chriſtianis Principes, Præſides, Magiſtratus, ipſique tortores exiſtimabant: & citra ullum ſæpius, maxime in extremis perſecutionibus, dignitatum, ſexuum aut ætatum diſcrimen, viri & mulieres, pueri, ſenes & anus, nobiles & ignobiles, pariter torquebantur.

(F) Psal. II. 4. Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.

III. 8. Quoniam tu percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſa: dentes peccatorum contriviſti.

S. Aug. *lib.* 18. *de Civitate Dei*, *c.* 50. *Vide ſupra lit.* (A) *hocce* §.

D. Theodor. Ruinart *Præf. in Acta Martyrum* §. 4. *pag.* 69. Sed erunt fortaſſis qui dicant vix fieri potuiſſe, ut Eccleſia tot procellis agitata, adeo tamen creverit, ut ſæculo tertio jam pene per totum terrarum orbem dilatata fuerit. Non enim, inquiens, veriſimile eſt, tam multos homines reperiri potuiſſe, qui religionem amplecterentur non ſolum peregrinam & novam, ſed quæ præter vitam auſteriorem quam præſcribit, cultores etiam ſuos exiliis, bonorum proſcriptionibus, amicorum & parentum totiusque generis humani invidiæ, tormentis acerbiſſimis, ipſique morti obnoxios reddit. At licet humanæ rationi parum conſentaneus videatur iſte dilatandæ religionis modus; certum eſt tamen hunc ipſum a Chriſto Domino præ ceteris delectum fuiſſe; qui, ut exemplo ſimul & verbo ſuis ſequacibus præiret, nonniſi per varias tentationes, mortemque acerbiſſimam in gloriam patris voluit introire . . . Verum cum naturæ humanæ vires ad hæc perferenda prorſus impares eſſent, Chriſtus ſuis athletis tam præſens aderat, ut ſæpius medius in tormentis nullus, aut certe exiguus eis eſſet dolorum ſenſus; eorumque animos internis ſemper auxiliis, nonnumquam externis etiam viſibilibus ſignis confortabat. Certe Stephanus vidit *cælos apertos*, *& Jeſum ſtantem a dextris virtutis Dei* . . . . Excitabantur etiam Epiſcoporum verbis & exemplis. Tum perſuaſum eis erat leve & momentaneum quod paſſuri erant, æternum gloriæ pondus in eis operaturum, ac brevi & caduca vita æternam & beatam ſe mercaturos, ad quam, quod martyrium alter eſſet baptiſmus, ſine ulla mora ſe ingreſſuros eſſe non dubitabant.

(G) *Vide* antiqua Martyrologia *&* D. Theod. Ruinart *Præfat. in Act. Martyrum ſincera*.

(H) Joh. XII. 24. Amen, amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, 25. ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

PARS I. SECT. II. CAP. II. §. 4.

I. Quamdiu religionem Chriſtianam infectati ſunt Imperatores Ethnici?

R. Per annos fere trecentos ad Imperium uſque Conſtantini, qui & ipſe religionem Chriſtianam amplexus eſt. Exinde Reges & Principes religionem eamdem profeſſi ſunt: Et crux quæ olim opprobrium hominum fuerat, in
1 fronte Regum fixa, ſpes hominum & gloria facta eſt. (I)

§. 5. *Elenchus Perſecutionum quas ab Imperatoribus Ethnicis paſſi ſunt prioribus ſæculis Chriſtiani.*

I. Fuitne Religio Chriſtiana vexata ab omnibus omnino Imperatoribus, qui regnarunt a morte Chriſti ad Conſtantinum?

R. Non ab omnibus, nec niſi per intervalla, latis edictis vexata eſt. Quin & cujuslibet perſecutionis æſtus non diuturnus fuit; Deo tempeſtates mirabiliter compeſcente, ut interea fideles in pace congregati Diſciplinæ Eccleſiarum conſulerent. Decem, undecim, aut ad ſummum duodecim perſecutiones tribus prioribus ſæculis vulgo numerantur.

Adverteodum tamen, etiamſi nulla ferveret edictis Imperatorum perſecutio, tamen vix Eccleſiam his prioribus ſæculis ſine aliqua locali perſecutione fuiſſe; idque vi legum Romanorum, quibus cautum erat ne quis novam & peregrinam Religionem induceret: quas quidem leges Magiſtratus & præſides pro ſuo quique arbitrio adverſus Chriſtianos detorquebant. (A) A

I. Qui-

TARTULL. *Apol. c.* 50... Prælium eſt nobis quod provocamur ad tribunalia, ut illic ſub diſcrimine capitis pro veritate certemus. Victoria eſt autem, pro quo certavaris, obtinere. Ea victoria habet & gloriam placendi Deo, & prædam vivendi in æternum... Ergo vicimus cum occidimur... Cruciate, torquete, damnate, atterite nos. Probatio eſt enim innocentiæ noſtræ impietas veſtra. Ideo nos hæc pati Deus patitur:... Nec quicquam tamen proficit exquiſitior quæque crudelitas veſtra, illecebra eſt magis ſectæ. Plures efficimur, quoties metimur a vobis. Semen eſt ſanguis Chriſtianorum...omnia huic operi delicta donantur. Inde eſt, quod ſententiis veſtris gratias agimus:... cum damnamur a vobis, a Deo abſolvimur.

(I) S. AUG. *Serm.* 3. *in pſal.* XXXII. *n.* 13. Sed jam ceſſaverunt Reges mali, facti ſunt boni: crediderunt & ipſi, ſignum crucis Chriſti in fronte jam portant, pretioſius qualibet gemma diadematis: illi qui ſævierunt deſtructi ſunt. Sed quis fecit hoc? Forte tu, ut extolles te? *Dominus diſſipat concilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia principium*, quando dixerunt, tollamus eos de terra, non erit nomen Chriſtianum, ſi hoc fecerimus: ſic occidantur, ſic torqueantur, talia & talia illis infligantur. Dicta ſunt hæc, & inter hæc crevit Eccleſia. *Pſ.* XXXII. 10

S. AUG. *in Pſal.* LIV. *num.* 12. Attende ſaltem gloriam crucis ipſius. Jam in fronte Regum crux illa fixa eſt, cui inimici inſultaverunt. Effectus probavit virtutem, domuit orbem, non ferro, ſed ligno.

(A) M. JACQUES BENIGNE BOSSUET *Eveque de Meaux Apoc.* x. *reflexions*, *n.* 1. Divus Joannes maximas pœnas, quibus Deus Romam perſecutricem erat affecturus, nobis exponere volens, ab enarratione perſecutionum exorditur, præcipueque in ea deſcribenda immoratur, quæ poſtrema omniumque acerbiſſima fuit Diocletiani tempore...

Primum, ne tanta effuſi ſanguinis copia, quodque dolendum magis erat, ne adeo magnus, vigente perſecutione, apoſtatarum numerus admirationem injiceret, timendum minime eſſe demonſtrat, Dei templum, nempe Eccleſiam eſſe ſubverſam, immo ipſam invictam æternum duraturam in iis, qui Deo vere addicti erunt, nempe in electis.

2. Oſtendit, magna licet perſecutorum ira ac potentia ſit, minime tamen ipſis, ut quantum vellent in Chriſtianos graſſarentur, permiſſum, Deumque ipſorum furorem quibuſdam terminis circumſcripturum, perſecutionibusque definitum tempus aſſignaturum.

3. Ipſe D. Joannes demonſtrat, numquam futurum, ut ulla vel acerbiſſima perſecutio impedire aut infirmare teſtimonium poſſit, quod ab Eccleſia veritati Evangelii in ſæcula reddi debet.

Quod quarto loco ab Eccleſiæ patientia elucere debet, illud eſt, perſecutiones non modo non extincturas & debilitaturas Eccleſiæ vim atque gloriam, verum magis continuo amplificaturas; ita ut per Diocletiani perſecutionem longe cæteris acerbiorem, Deo ita volente, Eccleſiæ maximus gloriæ cumulus accederet. Atque ita prorſus evenit.

N. 2. In altero quatuor horum perſecutionis characterum habent Chriſtiani quo ſe ſolentur; nempe in eo quod vident, Deum perſecutorum conſiliis præeſſe, quorum brachia retinet & relaxat quolibet; itaque Dei filii ſentiunt, ab ipſo Deo eodemque Patre perſecutiones eſſe immiſſas, æquoque animo tormenta ab ipſo inflicta ſuſtinent.

N. 3. Veritatem hanc fidelibus ſuis manifeſtare cœperat Deus pluribus veteris Teſtamenti exemplis, præcipue vero Antiochi perſecutione. Supra modum acerba cum eſſet, nullos primum populi ſui tolerantiæ præfigere limites Deus velle videbatur, verum rem aliter ſeſe habere duo eodem tempore miri effectus convicere; quorum alter fuit breviſſimum temporis ſpatium, quo Antiochum furere permiſit; perſecutio ſiquidem tribus tantummodo annis cum dimidio, ut prædictum fuerat, duravit; alter vero, qui non minus attendendus erat, fuit celebris Antiochi punitio, qua finem perſecutioni imponi Deus voluit. *Dan.* XII. 7. 11.

N. 4. Hoc ferme modo agebat Deus cum fidelibus ſuis. Licet enim poſt Jeſu Chriſti paſſionem magis tuenda eſſet, quam tempore Judaiſmi fuerat, quo temporalia promiſſa vigebant; nihilominus placitum Deo erat, perſecutiones ab Eccleſia Evangelii cauſa perferendas iiſdem ferme characteribus inſigniri, ac illam Antiochi, qua ceteræ manu Dei erant deſignatæ; videlicet quod parum temporis durarent, quod Deus identidem populum ſuum ſublevaret, publicaque plerumque perſecutorum pœna, quod certe non minus attendendum eſt, perſecutionibus finem daret. Revera hæc duo digiti Dei ſigna viſibilia ſunt in omnibus fere perſecutionibus. Vexatis filiis ſuis, ceſſatione ac quiete illis identidem conceſſa, oſtendebat Deus, ſcire ſe eorum vires paſſionibus pares facere, tempusque in electorum gratiam contrahere, ut ipſe Jeſus Chriſtus promiſerat.

Chriſtiani certe hoc Dei auxilium in perſecutionibus experti ſunt; & cum ipſis objiceretur, Deum ipſos deſeruiſſe, Origenes pro tota Eccleſia reſpondebat, non deſerere illos Deum, ſed magis validam protectionem ſuam oſtendere, dando illis ſubinde quieſcendi tempus, itaque perſecutorum furorem cohibendo, ut appareret, nolle ipſum, Sanctorum ſtirpem deleri, hoſtibusque atque Principibus intra certum tempus ac modum graſſari permiſſum. *Mat.* XXIV. 22.

N. 5. His conſona Sanctorum Patrum ſcripta ſunt, veritatemque experientia teſtabatur. Neronis perſecutio, cujus tempore SS. Petrus & Paulus coronati ſunt, ipſius morte finem habuit anno 4. poſtquam cœperat: illa vero Domitiani, in qua D. Joannes paſſus eſt, idem ferme temporis duravit. Domitiani a ſuis occiſi cædes abſolvit; ipſeque ante poſtremum hunc ictum, licet humanitatis expers, furori ſuo modum poſuerat, quos in exilium miſerat revocans, edictoque perſecutiones in Eccleſiam graſſantes coercens: itaque duæ priores perſecutiones iiſdem, ac illa Antiochi characteribus inſignitæ ſunt. Deus ipſas manifeſta auctorum pœna terminari voluit, durareque trium annorum cum dimidio ſpatium cujus fines illa Antiochi egreſſa non eſt. D. Joannes fideles monet, ſæculorum ſequentium perſecutiones eundem fere finem habituras; Deumque ipſas clam limitaturum, licet fortaſſe non ſemper eodem præciſe tempore. Obvia eſt Trajani ad juniorem Plinium epiſtola, in qua licet ei puniendorum Chriſtianorum, quorum nomina delata eſſent, poteſtas daretur, ne ipſi tamen quæritarentur cavebatur. Neque minus nota illa Adriani ad Minucium Fundanum, & illa Marci Aurelii poſt mirum precum Chriſtianæ legionis effectum. Hæc Imperatorum edicta erant quædam veluti ſepta, quæ Deus ad certum tempus perſecutionibus objiciebat. Illa Severi brevi lenita Plautiani, qui eam fovebat, morte dicitur; aliundeque ſcimus Principem hunc iræ ſuæ ita moderatum eſſe, ut invitus Chriſtianos perſequi videretur, Tertulliano teſte. *Origen.* l. 3. *cont. Celſ.* p. 116.

Digitized by Google

Pars I. Sect. II. Cap. II. §. 5.

I. Quinam Imperatores Religionem Chriſtianam perſecuti ſunt prioribus ſæculis? Et uniuscujusque perſecutionis quod initium, quis finis fuit?

R. Pri-

ſte. Quidquid ſit illud verum eſt, Origenem poſtquam ſui temporis perſecutionem vidiſſet, ceſſationem a Chriſtianorum ſuppliciis indicaſſe, limitesque quos Deus præſcribebat. Maximini & Decii perſecutiones cum eorum vita finierunt. Gallus, qui Decii prædeceſſoris ſui veſtigiis inſtitit, brevi poſt eodem fato interiit. Extremæ ſub Valeriano ſanctorum paſſiones fuere; verum per epiſtolam D. Dionyſii Alexandrini docemur, tres tantummodo annos cum dimidio duraſſe. Aureliani cædes executionem trueis edicti, quod contra Fideles fecerat, prævenit: nullaque fuit uſque ad poſtremam Dioclatiani perſecutionem, quæ cæteris longior, & violentior fuit, quæ non aliquo tempore remiſſa fuerit.

N. 6. Initium illi dedit anno 303. Imperii Diocletiani 19. Eccleſiarum everſio, accedente feſto Paſſionis Domini noſtri, epocha patientis Eccleſiæ memorabili. Anno poſt perſecutio maxime violenta fuit; verum quo tempore per totum imperium ſolemnia vicennalia feſta Imperatoris agi cæperunt, carceres aperti fuerunt, Chriſtianiqua æque ac cæteri libertatem receperunt: cum expreſſe notetur, celebrem Antiochiæ martyrem D. Romanum ſolum in vinculis manſiſſe, glorioſumque martyrium compleviſſe. Paulo poſt, vigente maxime perſecutione, laſſati perſecutores a ſanguine fundendo ſemel atque iterum ceſſaverunt: ac denique mortis pœna in alia ſupplicia mutata eſt. In Occidenta perſecutionis furor duobus tantum annis duravit; ac licet Oriens magis vexatus fuerit, ſtatim a principio per aliquod tempus Maximinus remitti videbatur; & in univerſum Tyranni modo a vexando quieſcebant, modo ad affligendum Chriſtianos magis accendebantur. Octavo anno promulgata fuit Galerii Maximiani celebris retractatio, paulo ante quam moreretur: etiam per Orientem & ſub Maximino Eccleſiæ pace lætatæ ſunt. Non multo poſt Maxentius a Conſtantio victus, crux Romæ erecta, pax a victore data fuit. Ac licet Maximinus, qui ſtatim furorem ſuum remittere coactus fuerat, illum paulo poſt duplicavit, id tamen parum temporis duravit; Liciniusque tum Conſtantino ſocius bellum ſuſcepit, in quo Tyrannus vitam amiſit. Deinde & ipſe Licinius perſecutor evaſit, qui non multo poſt obiit, poſtquam ſæpe victus eſt.

Ecce ſummatim perſecutionum ſeriem ... Id ſatis demonſtrat, Deum, licet Sanctorum ſanguini non pepercerit, ipſi tamen identidem quietis aliquantum dediſſe; id eſt, fortibus quieſcendi, infirmis vero ſe confirmandi, iis, qui ceciderant, ſurgendi, Paſtoribus denique in unum oves ſuas diſperſas colligendi tempus dediſſe.

N. 7. Atque ita Deus paſſiones populo ſuo metiebatur juxta bonitatem ac ſapientiam, quemadmodum Antiochi tempore fecerat. Neque vero minus elucere voluit in Eccleſiæ ſuæ perſecutionibus alterum perſecutionis Antiochi characterem, nempe perſecutoris ſupplicio fuiſſe clauſam. Etenim ne verba faciam de Principibus perſecutoribus, quibus Deus pepercit aut propter alias ipſorum virtutes ac merita, ut de Trajano & Marco Aurelio credi poteſt, aut propter alias rationes, quas perſcrutari non eſt fas; parum licet attendas Neronis, Domitiani, Maximini, Decii, duorum Maximianorum, poſtremique Maximini obitum, tempuſque ac circumſtantias conſideres, manum Dei clariſſima videbis: liberque admirabilis Lactantii, quem Deus noſtris hiſce diebus in lucem venire voluit, veritatem hanc oculis noſtris aperti ſſime ſubjicit.

Lactant. de mort. perſec. 17. 18.

Illud inter cætera evidentiſſime apparet, Diocletianum, ſtatim ac perſecutioni aſſentitus eſt, felicem eſſe deſiiſſe. Ægritudine correptus, qua ſenſus amiſit, adeo debilis ac impos evaſit, ut Galerio, qui eum imperio valedicere coegit, reſiſtere non potuerit. Hæc abdicatio adeo oſtentata, quæque adeo voluntaria viſa eſt, imbecillitati ſuæ viſque quam ipſi generi clam fecerat, accepta referenda eſt.

Minus etiam dubitari poteſt de funeſto aliorum Principum fine: nil niſi tragicum occurrit. Deus, ut ita dicam, eodem ſe gerere modo voluit erga perſecutores, quo ſe erga Antiochum geſſerat: utque nihil omnino deſideraretur, in poſtrema hac perſecutione voluit Galerium Maximianum & Maximinum, quorum rabiem populus ſanctus expertus fuerat, dum eodem modo quo Antiochus e vivis tollerentur, ad ipſius exemplum in verba Chriſtianis, quos tanto odio proſecuti fuerant, favorabilia prorumperent, ſuaque pœnitentiæ inutilis atque coactæ immortale teſtimonium poſteritati relinquerent.

N. 8. Antiochi perſecutio veritatem quoque demonſtravit, quæ admirationi fuit in reliquis Eccleſiæ perſecutionibus. Tantum enim abſuit, ut Hebræus populus deleretur, qua ſe ipſius hoſtes ſpe produxerant, ut etiam illuſtrior evaderet, non modo propter Judæ Macchabæi victorias, verum etiam ſe Gentilium jugo ſubducendo, Judææque regnum ſub Aſmonæorum familia ſtabiliendo. Ita Jeſu Chriſti Eccleſia tantum abfuit ut ſub tot perſecutionum pondere caderet, ut etiam ſub ferro, & inter tormenta augeretur, vireſque acquireret. Martyrum victoriæ, ſola ipſo ſplendidiores ipſius gloriam quotidie amplificabant. Poſtquam omnia ſus deque Domitianus vertiſſet, ut eam omnino deleret, eoque eſſet, ut ſe voti compotem factum animo præciperet, tunc ipſa magis caput erexit, Gentiliumque tyrannide liberata ſub Conſtantino ejusque ſucceſſoribus regnare cœpit.

D. THEODORIC. RUINART *in Acta Martyrum, pag.* 25. Ut receptam apud omnes de Martyrum multitudine ſententiam evellat Dodwellus, ait paucos Imperatores Eccleſiam fuiſſe perſecutos; pauciora edicta adverſus fideles lata recenſet; ac denique ita clementiæ laudem pleroſque Principum affectaſſe, ut etiam noxios ægre punirent: quod item provinciarum Rectores æmulabantur. Verum ad convellendum penitus iſtud Dodwelli argumentum, operæ pretium eſt obſervare, perſecutiones adverſus Chriſtianos non ex ſolis Imperatorum edictis ortas fuiſſe, vel ex privatis Præſidum odiis, aut ſolis populi clamoribus, ut ſæpius repetit Dodwellus; ſed etiam, & quidem maxima, ex Romanarum legum præſcripto, quibus peregrina quælibet religio vetabatur, *ex Cicerone lib.* 2. *de Legibus*. Chriſtiani autem non ſolum novam & peregrinam (ut Romanis videbatur) inducebant religionem ſed & quamlibet aliam falſam, & ridiculam eſſe profitebantur. Has autem leges nec ipſi Imperatores poterant convellere, maxime ſi omnium conſenſu unanimi novis legibus fuiſſent roboratæ. Quod diſerte aſſerit Origenes Homilia 9. in Joſue. *Senatus*, inquit, *populuſque*, *& Principes Romani .... decreverunt legibus ſuis, ut non ſint Chriſtiani*. Et Tertullianus *in Apologetico cap.* 37. leges adverſus Chriſtianos latas agnoſcit. Hic mirum non eſt, ſi aliquando pace ab Imperatoribus conceſſa, delati tamen Chriſtiani punirentur, ut patet tum ex Apollonii nece, qui *capitali ſupplicio a Senatu damnatus eſt*, quod *veteri lege* ſancitum eſſet, ne Chriſtiani delati impune dimitterentur. Idem Marino contigit Cæſareæ in Palæſtina, etiam poſt promulgatum Gallieni Imperatoris pacis edictum. Si tamen his legibus nova accedebant Imperatorum edicta, tunc maxime perſecutio ſæviebat, Chriſtiani diligentiſſime inquirebantur, comprehenſique intolerabilibus afficiebantur ſuppliciis. Novis autem Imperatorum edictis ad Chriſtianos perſequendos opus non fuiſſe patet ex celebri Plinii Epiſtola ad Trajanum. Siquidem ille, quamvis nullum tunc fuerit Imperatoris edictum, ut contendit Dodwellus, a Chriſtianorum tamen perſecutione abſtinere auſus non fuit, ſine Imperatoris reſcripto: Imperatorem non conſulturus, niſi poſt aliquot damnatos, nonnulloſque paſſos, multitudine puniendorum deterritus fuiſſet, ut refert Tertullianus *in Apologetico*. Porro non adeo rara fuiſſe contra Chriſtianos Imperatorum edicta probatur ex Lactantio, qui *Lib.* 5. *Inſtitutionum, cap.* 11. refert, *Domitium de officio Proconſulis libris ſeptem reſcripta Principum nefaria collegiſſe, ut doceret quibus pœnis affici oporteret eos, qui ſe cultores Dei confiterentur*. Nec juvat opponere, pleroſque Imperatores ingenio mites atque ad clementiam proclives fuiſſe: qui enim ex his dotibus ab Ethnicis ſcriptoribus laudantur, ut plurimum atrociſſimi Chriſtianorum perſecutores fuere. Nec mirum ſane, cum adverſus Chriſtianos ſævire crudelitatis vitio non tribuerent, quod eos ſacrilegos, publicos hoſtes, maximorumque flagitiorum noxios eſſe arbitrarentur. Id ſane ita Suetonio perſuaſum erat, ut inter ea quæ aliqua laude digna a Nerone ſancita commemorat, ait ab ipſo fuiſſe *afflictos ſuppliciis Chriſtianos, genus hominum ſuperſtitionis novæ ac maleficæ*. Quænam vero Præſidum fuerit clementia, Lactantii verbis exponendum eſt ex *lib.* 5. *Inſtitut. cap.* 11. *Exquiſitos*, inquit, *dolores corporibus immittunt; & nihil aliud devitant, quam ut torti moriantur ... Pertinaci ſtultitia jubent curam tortis diligenter adhiberi, ut ad alios cruciatus membra renoventur, & reparetur novus ſanguis ad pœnam*. Ex hoc tamen ſe nullum peremiſſe glorabantur, ut proſequitur Lactantius, *nam &*

ipſe

Pars I. Sect. II. Cap. II. §. 5.

R. Primus Imperatorum Chriſtianos lato edicto perſecutus eſt Nero. Cœpit perſecutio ſævire anno Chriſti 64. Deſiit tragica morte principis impii anno 68. Sub hoc Imperatore Martyrio coronati ſunt Romæ Petrus & Paulus Apoſtoli: Mediolani Gervaſius & Prothaſius, item Nazarius & Celſus, Alexandriæ Marcus Evangeliſta primus hujus civitatis Epiſcopus, &c.

Perſecutionem alteram ſuſcitavit Domitianus anno Chriſti 91. ſeu ut volunt alii 93. Illa quidem initio non acerba, ſed lato ab Imperatore edicto ſæviſſimo, maxime efferbuit anno 95. Deſiitque morte Principis impii, qui anno 96. de medio ſublatus eſt. Sub hoc Imperatore paſſus eſt Pergami Antipas; Romæ vero Johannes in ferventis olei dolium injectus eſt; unde cum evaſiſſet illæſus, relegatus in Patmum inſulam, ubi ſcripſit Apocalypſim, &c.

Tertiam perſecutionem Trajanus ſuſcitavit circa annum Chriſti centeſimum. Is nullum quidem adverſus Chriſtianos edictum ſpeciale ſcripſit: ſed cum quælibet conventicula fieri prohibuiſſet, ſumta inde occaſione, Provinciarum Præfecti Chriſtianos ad orationem ſimul convenientes morti dabant. Cum autem Plinius Secundus, Bithyniæ Proconſul, perturbatus ipſa multitudine eorum qui religionis cauſa morti traderentur, deprehendiſſet eos falſis criminibus accuſari, ſcripſit ad Trajanum Epiſtolam celebrem quæ tota eſt de ſanctis Chriſtianorum moribus; poſtulans quid ſibi de cetero eſſet agendum. Reſcripſit Imperator conquirendos non eſſe Chriſtianos; ſi tamen deferrentur & arguerentur, eſſe puniendos. Sub hoc Imperatore Romæ paſſus eſt S. Ignatius Epiſcopus Antiochenus damnatus ad beſtias, Jeroſolymis cruci affixus eſt S. Simeon hujus civitatis Epiſcopus, cognatus Domini, &c. (B) B

Quarta ſub Hadriano perſecutio numeratur circa annum 125. Is tacito nomine religionis Chriſtianæ novas omnes religiones prohibuit. Cum autem Quadratus & Ariſtides libros obtuliſſent Imperatori pro defenſione Chriſtianæ religionis; ſimul & Serenus Grannius legatus vir nobilis per literas monuiſſet Imperatorem, iniquum eſſe clamoribus vulgi ſanguinem innocentium hominum concedi; & ſine ullo crimine, nominis tantum & ſectæ reos fieri: His omnibus commotus Hadrianus, Minutio Fundano Proconſuli Aſiæ ſcripſit anno 126, ne quis poſthac ſine objectu

cri-

ipſe audivi, inquit, *aliquos gloriantes, quia adminiſtratio ſua in hac parte fuerit incruenta*. Eo modo hos Præſides juſtos, quo clementes fuiſſe probat *cap.* ſequenti. *Jus*, inquit, *vocant carnificinas veterum tyrannorum adverſus innocentes rabide ſævientium, & cum ſint injuſtitiæ crudelitatiſque doctores, juſtos ſe eſſe tamen ac prudentes videri volunt*. Unde ſic eos paulo poſt compellat: *adeone vobis, o perditæ mentes, inviſa juſtitia eſt, ut eam ſummis ſceleribus adæquetis! Adeone apud vos periit innocentia, ut ne morte quidem ſimplicis dignam judicetis!* &c. Et paulo antea, cap. ſcilicet nono: *Audent homines improbiſſimi juſtitiæ facere mentionem, qui feras immanitate vincunt*. Videat jam æquus lector, quid de Præſidum iſtorum clementia & æquitate judicare debeat. Denique etſi idem Lactantius in libro *de Mortibus perſecutorum* quinque tantummodo ea Imperatoribus qui Eccleſiam perſecuti fuerint enumeret; non inde tamen inferendum eſt plures non fuiſſe perſecutores: eos enim ſolos recenſet Lactantius, qui ob concitatam perſecutionem divinitus puniti funeſta morte vitam finierant, ut patet tum ex titulo libri, tum ex totius opuſculi contextu. Unde mirum non eſt, ſi Trajanum aut Antoninos, qui placida morte obierant cum Nerone, Valeriano, aliiſque tyrannis, quorum turpis fuerat interitus, non conjunxerit. Idem fere dicendum de Tertulliano, qui in *Apologetico* Chriſtianorum religionem a peſſimis Principibus quorum decreta ipſimet gentiles horrebant, exagitatam fuiſſe probaturus, inter perſecutores eos Principes recenſere non debebat, quos Romani ut patriæ patres & piiſſimos Imperatores ſuſpiciebant.

(B) Plinii Junioris *Epiſt. Lib.* 10. *Ep.* 97. C. Plinius Trajano Imp. S. Solemne eſt mihi, Domine, omnia de quibus dubito, ad te referre: quis enim poteſt melius vel cunctationem meam regere, vel ignorantiam inſtruere? Cognitionibus de Chriſtianis interfui nunquam: ideo neſcio quid & quatenus aut puniri ſoleat, aut quæri. Nec mediocriter hæſitavi ſitne aliquod diſcrimen ætatum an quamlibet teneri nihil a robuſtioribus differant: deturne pœnitentiæ venia, an ei qui omnino Chriſtianus fuit, deſiiſſe non proſit: nomen ipſum, etiam ſi flagitiis careat, an flagitia cohærentia nomini puniantur. Interim in iis qui ad me tanquam Chriſtiani deferebantur, hunc ſum ſequutus modum. Interrogavi ipſos an eſſent Chriſtiani: confitentes, iterum ac tertio interrogavi, ſupplicium minatus: perſeverantes, duci juſſi. Neque enim dubitabam, qualecunque quod faterentur, pervicaciam certe, & inflexibilem obſtinationem debere puniri. Fuerunt alii ſimilis amentiæ: quos quia cives Romani erant, annotavi in urbem remittendos: mox ipſo tractu ut fieri ſolet diffundente ſe crimine, plures ſpecies inciderunt. Propoſitus eſt libellus ſine auctore, multorum nomina continens, qui negarent ſe eſſe Chriſtianos, aut fuiſſe, quum præeunte me Deos appellarent, & imagini tuæ quam propter hoc juſſeram cum ſimulacris numinum afferri, thure ac vino ſupplicarent: præterea maledicerent Chriſto, quorum nihil cogi poſſe dicuntur, qui ſunt revera Chriſtiani: ergo dimittendos putavi. Alii ab indice nominati, eſſe ſe Chriſtianos dixerunt, & mox negaverunt: fuiſſe quidem, ſed deſiiſſe, quidam ante triennium; quidam ante plures annos; nonnemo etiam ante viginti quinque. Omnes & imaginem tuam, Deorumque ſimulacra venerati ſunt, ii & Chriſto maledixerunt. Affirmabant autem hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ, vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire, carmenque Chriſto, quaſi Deo, dicere ſecum invicem: ſeque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent: quibus peractis, morem ſibi diſcedendi fuiſſe, ruriuſque coeundi ad capiendum cibum, promiſcuum tamen, & innoxium; quod ipſum facere deſiiſſe poſt edictum meum, quo ſecundum mandata tua hetærias eſſe vetueram. Quo magis neceſſarium credidi, ex duabus ancillis, quæ miniſtræ dicebantur, quid eſſet veri & per tormenta quærere. ſed nihil aliud inveni, quam ſuperſtitionem pravam, & immodicam: ideoque dilata cognitione ad conſulendum te decucurri. Viſa eſt enim mihi res digna conſultatione, maxime propter periclitantium numerum. Multi enim, omnis ætatis, omnis ordinis, utriuſque ſexus etiam vocantur in periculum, & vocabuntur. Neque enim civitates tantum: ſed vicos etiam atque agros ſuperſtitionis iſtius contagio pervagata eſt, quæ videtur ſiſti & corrigi poſſe. Certe ſatis conſtat, prope jam deſolata templa cœpiſſe celebrari & ſacra ſolemnia diu intermiſſa repeti: paſſimque vænire victimas, quarum adhuc rariſſimus emptor inveniebatur. Ex quo facile eſt opinari quæ turba hominum emendari poſſit, ſi ſit pœnitentiæ locus.

Trajanus Plinio S. Actum quem debuiſti, mi Secunde, in excutiendis cauſis eorum qui Chriſtiani ad te delati fuerant, ſecutus es. Neque enim in univerſum aliquid, quod quaſi certam formam habeat, conſtitui poteſt. Conquirendi non ſunt: ſi deferantur & arguantur, puniendi ſunt; ita tamen ut qui negaverit ſe Chriſtianum eſſe, idque reipſa manifeſtum fecerit, id eſt, ſupplicando Diis noſtris, quamvis ſuſpectus in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentia impetret. Sine auctore vero propoſiti libelli nullo in crimine locum habere debent. Nam & peſſimi exempli, nec noſtri ſæculi eſt.

Tertull. *Apol.* c. 11. Chriſtianis ſolis nihil permittitur loqui, quod cauſam purget, quod veritatem defendat, quod judicem non faciat injuſtum: ſed illud

ſolum

criminis & legitima accuſatione condemnaretur. Fuere tamen poſtea ad mortem uſque Hadriani Martyria quædam. Obiit is anno 138. Sub hoc Imperatore paſſi ſunt Romæ ſanctus Euſtachius, item S. Symphoroſa; Brixiæ S. Fauſtinus & Jo-
C vita; &c. (C)

Quanquam Antonino Pio Imperante pax Eccleſiis fuerit, tamen ſub hoc principe fuerunt moltæ perſecutiones locales, martyria plurima, ut patet ex Apologia S. Juſtini ad hunc Imperatorem data. Lecta hac Apologia, ſcripſit Imperator ad omnes Provincias, Aſiæ potiſſimum, ut tumultus adverſus Chriſtianos concitati ſedarentur. Reſcriptum Imperatoris datum eſt anno 152. Neque proptarea martyria omni ex parte ceſſaverunt; agentibus nimirum inſidioſa Magiſtratibus & plebe adverſus Chriſtianos concitata. Hinc factum eſt ut quintam ſub Antonino perſecutionem multi numerent. Sub hoc Imperatore paſſus eſt Romæ S. Teleſphorus Papa, ſancta Felicitas cum ſeptem filiis, &c.

Perſecutionem quintam, (aliis ſextam) Marcus Antelius concitavit anno 161. Deſiit hæc edicto Principis anno 174. Sed efferbuit iterum anno 177 concitatis adverſus Chriſtianos populis & Magiſtratibus, ipſoque Imperatore conſentiente. Sub hoc Imperatore Romæ capite plexus eſt S. Juſtinus, qui pro Religione Apologias duas ſcripſit. Smyrnæ S. Polycarpus hujus civitatis Epiſcopus, igni traditus eſt. Lugduni in Gallia paſſi ſunt S. Pothinus primus hujus civitatis Epiſcopus cum Attalo, Blandina & ſociis quadraginta quinque. Item Epipodius & Alexander: Cabilloni Marcellus; Divione Benignus; Lingonis Speuſippus cum ſociis; Auguſtoduni Symphorianus; In Sicilia Cæcilia virgo, &c.

Sextam (aliis ſeptimam) perſecutionem ſuſcitavit Severus Imperator, edito contra Judæos & Chriſtianos edicto, anno Imperii ſui decimo, Chriſti 205. Quamquam ante hoc edictum jam ab anno 197. Romæ & alibi paſſim morti tradebantur Chriſtiani. Judæorum & Gnoſticorum flagitia Chriſtianis falſo imputata occaſionem dederunt huic acerbiſſimæ & diuturnæ perſecutioni, quæ ad mortem uſque Imperatoris protracta eſt. Is miſere obiit Eboraci in majori Britannia anno 211. Sub hoc Imperatore paſſi ſunt Carthagine Speratus aliique Martyres Scillitani, item SS. Perpetua & Felicitas cum ſociis; Lugduni Sanctus Irenæus, &c. PARS I. SECT. II. CAP. II. §. 5.

Septima perſecutio (aliis octava) ſub Maximino Imperatore cœpit anno 235. Quamquam edicto Imperatoris ſoli Eccleſiarum Præſides morti addicti eſſent, tamen & in omnes Clericos, Præſidum & Magiſtratuum furore, perſecutio ſævit, quin & laicos nonnullos abſumſit: deſiit nece Principis anno 238. Sub hoc Imperatore vulgo ponitur Martyrium ſanctæ Barbaræ virginis, quæ Nicomediæ paſſa eſt. Romæ Pontianus Papa in Sardiniam relegatus ibi Martyr occubuit, &c.

Octavam (aliis nonam) perſecutionem ſæviſſimam Decius indixit anno 246. In hac perſecutione Martyres occubuerunt Romæ Fabianus Papa, item Abdon & Sennen; Antiochiæ Babylas hujus civitatis Epiſcopus; in Lycia Chriſtophorus forte; Niceæ Triphon & Reſpicius; Catanæ in Sicilia Agatha virgo &c. Necatus eſt Imperator anno 251. Sed cujus nece pax non eſt Eccleſiis reddita. Sub ejus ſucceſſoribus Gallo & Voluſiano flagravit pari furore perſecutio. Sub his paſſi ſunt Romæ Cornelius & Lucius Romani Pontifices &c. Deſiit perſecutio morte Galli & Voluſiani, qui ſimul a militibus occiſi ſunt anno 253.

Va-

ſolum expectatur, quod odio publico neceſſarium eſt, confeſſio nominis, non examinatio criminis: quando ſi de aliquo nocente cognoſcitis, non ſtatim confeſſo eo nomen homicidæ, vel ſacrilegi, vel inceſti, vel publici hoſtis (ut de noſtris elogiis loquar) contenti ſitis ad pronuntiandum, niſi & conſequentia exigatis, qualitatem facti, locum, modum, tempus, conſcios, ſocios. De nobis nihil tale: cum æque extorqueri oporteret quodcumque falſo jactatur: quot quiſque jam infanticidia deguſtaſſet; quot inceſta contenebraſſet; qui coqui, qui canes affuiſſent. O quanta illius Præſidis gloria, ſi eruiſſet aliquem qui centum jam infantes comediſſet! At qui invenimus inquiſitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus, cum provinciam regeret, damnatis quibuſdam Chriſtianis, quibuſdam gradu pulſis, ipſa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret conſuluit tunc Trajanum Imperatorem, allegans, præter obſtinationem non ſacrificandi, nihil aliud ſe de ſacramentis eorum comperiſſe, quam cœtus ante-lucanos ad canendum Chriſto & Deo, & ad confœderandam diſciplinam: homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cetera ſcelera prohibentes. Tunc Trajanus reſcripſit, hoc genus inquirendos quidem non eſſe, oblatos vero puniri oportere. O ſententiam neceſſitate confuſam! Negat inquirendos, ut innocentes: & mandat puniendos, ut nocentes; parcit, & ſævit; diſſimulat, & animadvertit. Quid temetipſam cenſura circumvenis? Si damnas, cur non & inquiris? Si non inquiris, cur non & abſolvis? Latronibus veſtigandis per univerſas provincias militaris ſtatio ſortitur: in reos majeſtatis & publicos hoſtes omnis homo miles eſt: ad ſocios, ad conſcios uſque inquiſitio extenditur. Solum Chriſtianum inquiri non licet; offerri licet, quaſi aliud eſſet actura inquiſitio, quam oblationem. Damnatis ergo oblatum, quem nemo voluit requiſitum; qui puto jam non ideo meruit pœnam, quia nocens eſt: ſed quia non requirendus, inventus eſt.

EUSEBIUS *Hiſt. Eccleſ. lib. 3. cap. 33.* Tanta porro & tam gravis pleriſque in locis adverſus noſtros perſecutio tunc temporis ſæviebat, ut Plinius Secundus inter provinciarum Rectores celeberrimus, motus Martyrum multitudine, ad Principem tulerit de numero eorum qui fidei cauſa obtruncabantur: ſimulque indicaverit, deprehendiſſe ſe nihil ab illis impie, nihil adverſus leges actitari: niſi quod primo diluculo excitati, Chriſto tanquam Deo hymnos canerent. Ceterum adulteria, homicidia, & reliqua hujuſmodi crimina illos etiam averſari, cunctaque ex præſcripto legum agere. Quibus reſpondens Trajanus, edixit: Chriſtianos quidem requirendos non eſſe, oblatos vero puniri oportere. Quo facto perſecutionis incendium quod nobis violentius incumbebat, reſtinctum quidem aliqua ex parte videbatur: iis tamen qui nos maligne, & fraudulenter aggredi vellent, non minor opportunitas ſuppetebat: interdum populo, interdum Præſidentibus provinciarum adverſus noſtros inſidias comparantibus. Adeo ut ſi non palam & publice, locales tamen in aliquot provinciis perſecutiones exardeſcerent, & plurimi ex fidelibus multiplicis martyrii certamen ſubirent.

(C) EUSEBIUS *Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 4. cap. 8.* Refert præterea idem Juſtinus, Imperatorem Hadrianum, acceptis a viro clariſſimo Serenio Graniano Proconſule literis, quibus monebat iniquum videri, Chriſtianos nullo objecto crimine, tumultuoſis vulgi clamoribus gratificandi ſtudio, indicta cauſa occidere; reſcripſiſſe Minucio Fundano Aſiæ Proconſuli, ne quis poſthac ſine objectu criminis, & legitima accuſatione condemnaretur. Cujus epiſtolæ exemplum, Latino, ut erat, ſermone conſcriptum, ibidem affert Juſtinus.

Capit. 9. Ælius Hadrianus Aug. Minucio Fundano Procos. Salutem. Accepi litteras ad me ſcriptas a Serenio

PARS I. SECT. II. CAP. II. §. 5.

Valerianus horum ſucceſſor initio Imperii favit Chriſtianis; ſed anno Imperii 5. Chriſti 257. inſtigante Macriano Archiſynagogo Magorum Ægypti, nonam (aliis decimam) perſecutionem acerbiſſimam indixit. Paſſi ſunt ſub eo Principe Romæ S. Stephanus, & S. Sixtus Papæ, S. Laurentius Diaconus; Toloſæ Saturninus Epiſcopus; Carthagine S. Cyprianus Epiſcopus; Tarragonæ S. Fructuoſus Epiſcopus igni traditur cum Augurio & Eulogio Diaconis. Cornelii prope Niciam Pontius, ſub cujus nomine erectum eſt in Gallia Narbonenſi Monaſterium celebre, evectum a Joanne Papa XXII. in ſedem Epiſcopalem. Capto a Perſis Valeriano, perſecutio poſt annos tres cum dimidio deſiit edicto Gallieni ejus collegæ.

Decimam (aliis undecimam) perſecutionem concitavit Aurelianus circa annos Chriſti 273. Sub hoc, coronatus eſt Romæ Felix Papa; Trecis in Gallia Patroclus, qui aliis videtur paſſus eſſe ſub Valeriano: Senonis Savinianus Epiſcopus & Columba virgo; Cæſareæ in Cappadocia Mammas. Deſiit perſecutio nece Imperatoris anno 275.

Diocletiano & Maximiano Imperatoribus undecima (aliis duodecima) perſecutio excitata eſt acerbiſſima illa quidem. Hæc duxit initium ab anno Diocletiani 19. Jam antea ab anno Chriſti 287. multi ſub his Imperatoribus Martyres extiterant: in his Mauricius cum Legione Thebeana apud Agaunum in Valleſia; Romæ Marcus & Marcellianus, Primus & Felicianus, item Sebaſtianus; Pariſiis Dionyſius cum Ruſtico & Eleutherio; Ambinis Firminus, item Fuſcianus; Bellovacis Lucianus; Nannetis Donatianus & Rogatianus; Aginni Fides & Caprasius; Maſſiliæ Victor. Sed nondum publico edicto religionem Chriſtianam inſectatus fuerat Imperator.

Perſecutionem promovit Maximianus Galerius, qui jam ab anno 298. milites Chriſtianos qui in exercitu ſuo complures erant vexavit plurimum. Hoc anno paſſus eſt in Mauritania Tingitana Marcellus Centurio, in Provincia Narbonenſi celebris.

Hæc Diocletiani perſecutio per decem fere annos continuos plebem Dei depopulata eſt ſub Imperatoribus Diocletiano, Maximiano Herculio, Maximiano Galerio, Maximino, qui omnes miſere perierunt. Deſiit edicto Galerii Sardicæ dato anno 311. Suſcitata eſt iterum a Maximino poſt mortem Galerii anno 312. Mox ſopita per Conſtantinum, qui & ipſe Chriſtianam religionem amplexus fuerat anno 311. vel 312. Deinde excitata denuo acerrime per Licinium anno 320. Tandem extincta prorſus anno 323. quo victus a Conſtantino Licinius fuit, & juſſu Conſtantini Theſſalonicæ ſtrangulatus. (D)

D

Sub

renio Graniano. V. CL. deceſſore tuo. Nec ſane mihi videtur res iſta abſque diligenti inquiſitione prætereunda, ne forte & Chriſtiani homines turbentur, & delatoribus calumniandi occaſio præbeatur. Igitur ſi provinciales palam adeſſe poſſunt petitionibus ſuis adverſus Chriſtianos, ita ut pro tribunali reſpondeant, in id unum incumbant, nec petitionibus ſoliſque clamoribus utantur. Etenim multo juſtius fuerit cognoſcere te, ſi quis accuſare voluerit. Quod ſi quis eos detulerit, probaveritque contra leges quicquam agere, tu pro gravitate delicti in eos ſtatue. Sin mehercule calumniæ cauſa iſtud intenderit, operam dabis ut pro gravitate criminis in illum animadvertas.

EUSEBIUS *Chronic. Lib. poſter. in ann. x. Hadrian. Chriſti* 127. Quadratus diſcipulorum & Ariſtides Athenienſis noſter Philoſophus libros pro Chriſtiana religione Hadriano dedere compoſitos. Et Serenus Grannius legatus vir apprime nobilis litteras ad Imperatorem miſit, iniquum eſſe dicens clamoribus vulgi innocentium hominum ſanguinem concedi, & ſine ullo crimine. nominis tantum & ſectæ reos fieri. Quibus commotus Hadrianus Minutio Fundano Proconſuli Aſiæ ſcribit, non ſine objectu criminum Chriſtianos condemnandos. Cujus Epiſtolæ ad noſtram memoriam durat exemplum.

Vide eadem apud S. JUSTINUM *Apol.* 2. *ad Anton.*

(D) S. AUG. *Lib.* 18. *de Civitate Dei*, *c.* 52. *num.* 1. Proinde ne illud quidem temere puto eſſe dicendum, ſive credendum, quod nonnullis viſum eſt, vel videtur, non amplius Eccleſiam paſſuram perſecutiones uſque ad tempus Antichriſti, quam quot jam paſſa eſt, id eſt, decem, ut undecima eademque noviſſima ſit ab Antichriſto. Primam quippe computant a Nerone quæ facta eſt, ſecundam a Domitiano, a Trajano tertiam, quartam ab Antonino, a Severo quintam, ſextam a Maximino, a Decio ſeptimam, octavam a Valeriano, ab Aureliano nonam, decimam a Diocletiano & Maximiano.

N. 2. Quid dicturi ſunt de perſecutione, qua ipſe Dominus crucifixus eſt? . . . Quid agent de illa, quæ poſtea quam Chriſtus adſcendit in cælum, Jeroſolymis facta eſt, ubi beatus Stephanus lapidatus eſt; ubi Jacobus frater Johannis gladio trucidatus eſt; ubi Apoſtolus Petrus ut occideretur incluſus, & per Angelum liberatus; ubi fugati atque diſperſi de Jeroſolymis fratres; ubi Saulus, qui poſtea Paulus Apoſtolus factus eſt, vaſtabat Eccleſiam; ubi ipſe quoque jam fidem, quam perſequebatur, evangelizans, qualia faciebat, eſt paſſus, ſive per Judæam, ſive per alias gentes, quacumque Chriſtum ferventiſſimus prædicabat? ... Herodes ... poſt aſcenſum Domini graviſſimam fecit (perſecutionem.) Deinde quid reſpondent etiam de Juliano, quem non numerant in decem? An ipſe non eſt Eccleſiam perſecutus, qui Chriſtianos liberales litteras docere, ac diſcere vetuit? .. Poſtremo... Valens... Arianus, nonne magna perſecutione per Orientis partes Catholicam vaſtavit Eccleſiam? .. Gothorum Rex (Athanaricus) in ipſa Gothia perſecutus eſt Chriſtianos crudelitate mirabili... Quid modo in Perſide? (ſub Iſdigerde Perſarum rege) nonne in Chriſtianos ferbuit perſecutio?

Lib. de Correctione Donatiſtarum ſeu Epiſt. 185. *alias* 50. *ad Bonifacium*, *c.* 2. *n.* 9. *ann.* 417... Non ergo qui propter iniquitatem, propter Chriſtianæ unitatis impiam diviſionem, ſed qui propter juſtitiam perſecutionem patiuntur, hi Martyres veri ſunt. Nam & Agar paſſa eſt perſecutionem a Sara; & illa erat ſancta, quæ faciebat; illa iniqua, quæ patiebatur.. Et ipſe Dominus cum latronibus crucifixus eſt: ſed quos paſſio jungebat, cauſa ſeparabat... Poteſt enim eſſe impiorum ſimilis pœna, ſed diſſimilis eſt Martyrum cauſa.

N. 11. Eccleſia vera ipſa eſt quæ perſecutionem patitur, non quæ facit.. Si ergo verum dicere, vel agnoſcere volumus, eſt perſecutio injuſta, quam faciunt impii Eccleſiæ Chriſti; & eſt juſta perſecutio quam faciunt impiis Eccleſiæ Chriſti. Iſta itaque beata eſt, quæ perſecutionem patitur propter juſtitiam, illi vero miſeri, qui perſecutionem patiuntur propter injuſtitiam. Proinde iſta perſequitur diligendo, illi ſæviendo. Iſta ut corrigat, illi ut evertant. Iſta ut revocet ab errore, illi ut præcipitent in errorem.

S. LEO *Serm.* 35. *in Epiphan.* VI. *cap.* 3. Fortitudinem, dilectiſſimi, non illis tantum temporibus neceſſariam fuiſſe credimus, quibus Reges mundi, & omnes Poteſtates cruenta impietate in Dei populum ſæviebant: cum ad maximam pertinere gloriam ſuam ducerent, ſi de terris nomen Chriſtianum auferrent, neſcientes Eccleſiam Dei per furorem ſuæ crudelitatis augeri: quoniam in ſuppliciis & mortibus beatorum Martyrum, qui putabantur minui numero, multiplicabantur exemplo. Denique tantum contulit fidei noſtræ impugnatio perſequentium, ut nihil magis regium ornet principatum, quam quod Domini mundi membra ſunt Chriſti: nec tam gloriantur, quod in imperio geniti, quam gaudent, quod in Baptiſmate ſunt renati. Sed quia tempeſtas priorum turbinum conquievit, & dudum ceſſantibus præliis quædam

vi-

Digitized by Google

Sub hac diuturna, & acerbiſſima perſecutione, ſacro cruore Martyrum omnis fere orbis impletus eſt, ut ait Sulpitius Severus. Paſſi ſunt Romæ Marcellinus & Petrus, Agnes virgo, Saturninus, Bibiana virgo, quatuor Coronati, Felix & Adauctus; Valentiæ in Hiſpania Vincentius Diaconus, Barcinone Cucufas, Eulalia virgo; Compluti Juſtus & Paſtor; Gerundæ Felix, ibidem Narciſſus; Cæſarauguſtæ Encratis virgo; Emeritæ Eulalia virgo; Antiochiæ Romanus Diaconus & Barulas ſeu Baralis, infans; Tharſi in Cilicia Cyricus & Julitta; Mediolani Nabor & Felix; in Sicilia Euplus Diaconus & Lucia virgo; Bononiæ in Italia Vitalis & Agricola; Aquileiæ Chryſogonus; in Illirico Anaſtaſia virgo; Nicomediæ Cyprianus Epiſcopus & Juſtina virgo; Amaſeæ Theodorus miles; Comane in Ponto Baſilicus miles; Chalcedone Euphemia virgo; Viennæ in Gallia Ferreolus, &c.

Sub Licinio paſſi ſunt Sebaſte in Armenia quadraginta martyres, &c.

Adverte Principes omnes qui Eccleſiam perſecuti ſunt miſere periiſſe, ut de ſingulis videre eſt in libro eximio Lactantii de Mortibus perſecutorum. (E) E

I. Poſt

videtur arridere tranquillitas: vigilanter cavenda ſunt illa diſcrimina, quæ de otio ipſius pacis oriuntur. Adverſarius enim, qui in apertis inefficax perſecutionibus fuit, tecta nocendi arte deſævit; ut quos non perculit ictu afflictionis, lapſu dejiciat voluptatis. Videns itaque ſibi reſiſtere Principum fidem, ... interdictam dolet ſanguinis Chriſtiani effuſionem; & quorum obtinere non poteſt mortes, impetit mores. Terrores proſcriptorum, in avaritiæ mutat incendium, & quos damnis non fregit, cupiditate corrumpit: .... inflammat concupiſcentiis, quos non poteſt vexare tormentis, ſerit diſcordias, accendit iras, incitat linguas ... quia illi totius fraudis hic fructus eſt, ut qui immolatione pecudum, & thuris incenſione non colitur, quibuslibet criminibus ſerviatur.

Cap. 4. Habet igitur, dilectiſſimi, pax noſtra pericula ſua.

Serm. 46. de Quadrag. IX. *cap.* 1. Numquam deeſt tribulatio perſecutionis, ſi numquam deſit obſervantia pietatis........ Unum nomen eſt perſecutionis, ſed non una eſt cauſa certaminis: & plus plerumque periculi eſt in inſidiatore occulto, quam in hoſte manifeſto.

Serm. 68. de Paſſione Domini XIX. *c.* 5. Paſſio Domini usque ad finem producitur mundi: ... in omnibus qui pro juſtitia adverſa tolerant, ipſe compati-
2.*Tim.* 3. 12. tur .... *Omnes qui pie volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patiuntur* ...... Malignorum ſpirituum adverſus Sanctos inſidiæ non quieſcunt; & ſive occulto dolo, ſive aperto prælio, in omnibus fidelibus propoſitum bonæ voluntatis infeſtant. Inimicum namque illis, omne quod rectum, omne quod caſtum eſt.

Serm. 74. de Pentecoſte 2. *c.* 6. Poſt aſcenſionem Domini ducenteſimus & ſexageſimus annus impletus eſt Probo Imperatore, Paulinoque Conſulibus, cum octava jam in Chriſtianos perſecutio ebulliret, & innumera Martyrum millia ipſis ſuis victoriis probaviſſent impletum eſſe quod Dominus promiſerat, dicens:
Mat. 10. 19. *Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini*, &c.

Si *plura de Imperatorum in Chriſtianos perſecutionibus reſcire cupis, adi* EUSEBII Hiſt. Eccleſiaſticam, *Commentarios* in Imperatorum hiſtoriam D. DE TILLEMONT, *Eruditi Domini* FLEURY Hiſtoriam Eccleſiaſticam, *Domni* THEODORICI RUINART Præfationem in Acta Martyrum ſelecta; *Illuſtriſſimi* BOSSUETI Interpretationem Apocalypſeos *capite octavo*, *imprimis vero* LACTANTII *vel alterius librum* de Mortibus perſecutorum, *tomo ſecundo Miſcellaneorum* BALUZII *editum*.

(E) LACTANTIUS *de Mortibus perſecutorum ad Donatum, quem reperies Lib.* 2. *Miſcellaneorum Baluzii*, *c.* 1.... Nunc placatus ſervorum ſuorum Deus jacentes & afflictos cæleſti auxilio ſublevavit. Nunc mœrentium lacrymas, extincta impiorum conſpiratione, deterſit. Qui adverſarii erant Deo, jacent; qui templum ſanctum everterant, ruina majori ceciderunt; qui juſtos excarnificaverant, cæleſtibus plagis & cruciatibus meritis nocentes animas profuderunt. Diſtulerat enim pœnas eorum Deus, ut ederet in eos magna, & mirabilia exempla, quibus & poſteri diſcerent & Deum eſſe unum, & eumdem mortem digna ultione ſuperbis ac perſecutoribus irrogare.

Cap. 2. .... Cumque jam Nero imperaret, Petrus Romam advenit, & editis quibusdam miraculis, quæ virtute ipſius Dei, data ſibi ab eo facultate, faciebat, convertit multos ad juſtitiam, Deoque templum fidele ac ſtabile collocavit. Qua re ad Neronem delata, cum animadverteret non modo Romæ, ſed ubique quotidie magnam multitudinem deficere a cultu idolorum, & ad Religionem novam damnata vetuſtate tranſire, ut erat execrabilis ac nocens tyrannus, proſilivit ad excidendum cæleſte templum, delendamque juſtitiam, & primus omnium perſecutus Dei ſervos, Petrum cruci adfixit, & Paulum interfecit. Nec tamen abiit impune. Reſpexit enim Deus vexationem populi ſui. Dejectus itaque faſtigio imperii, ac devolutus a ſummo tyrannus impotens, nusquam repente comparuit, ut ne ſepulturæ quidem locus in terra tam malæ beſtiæ appareret.

Cap. 3. Poſt hunc, interjectis aliquot annis, alter non minor tyrannus ortus eſt; qui cum exerceret invisam dominationem, ſubjectorum tamen cervicibus incubavit quam diutiſſime, tutusque regnavit, donec impias manus adverſus Dominum tenderet. Poſtquam vero ad perſequendum juſtum populum inſtinctu dæmonum incitatus eſt, tunc traditus in manus inimicorum luit pœnas. Nec ſatis ad ultionem fuit, quod eſt interfectus domi; etiam memoria nominis ejus eraſa eſt. Nam cum multa mirabilia opera fabricaſſet, cum Capitolium aliaque nobilia monumenta feciſſet, Senatus ita nomen ejus perſecutus eſt, ut neque imaginum, neque titulorum ejus relinqueret ulla veſtigia, graviſſimis decretis etiam mortuo notam inureret ad ignominiam ſempiternam. Reſciſſis igitur actis tyranni (Domitiani,) non modo in ſtatum priſtinum Eccleſia reſtituta eſt, ſed etiam multo clarius ac floridius enituit; ſecutisque temporibus quibus multi ac boni Principes Romani imperii clavum regimenque tenuerunt, nullos inimicorum impetus paſſa, manus ſuas in Orientem Occidentemque porrexit.

Cap. 4. Extitit poſt annos plurimos execrabile animal Decius, qui vexaret Eccleſiam. Quis enim juſtitiam niſi malus perſequatur? & quaſi hujus rei gratia provectus eſſet ad illud principale faſtigium, furere protinus contra Deum cœpit, ut protinus caderet. Nam profectus adverſum Carpos, qui tum Daciam Mœſiamque occupaverant, ſtatimque circumventus a Barbaris, & cum magna exercitus parte deletus, nec ſepultura quidem potuit honorari, ſed exutus ac nudus ut hoſtem Dei oportebat, pabulum feris ac volucribus jacuit.

Cap. 5. Non multo poſt Valerianus quoque non diſſimili furore correptus, impias manus in Deum intentavit, & multum, quamvis brevi tempore, juſti ſanguinis fudit. At illum Deus novo ac ſingulari pœnæ genere adfecit, ut eſſet poſteris documentum, adverſarios Dei ſæpe dignam ſcelere ſuo recipere mercedem. Hic captus a Perſis, non modo imperium, quo fuerat inſolenter uſus ſed etiam libertatem, quam ceteris ademerat, perdidit, vixitque in ſervitute turpiſſime. Nam Rex Perſarum Sapores, qui cum ceperat, ſi quando libuerit aut vehiculum adſcendere aut equum, inclinare ſibi Romanum jubebat, ac terga præbere, & impoſito pede ſuper dorſum ejus, illud eſſe verum dicebat, exprobrans ei cum riſu, non quod in tabulis aut parietibus Romani pingerent. Ita ille digniſſime triumphatus, aliquandiu vixit, ut diu Barbaris Romanum nomen ludibrio ac deriſui eſſet. Etiam hoc ei acceſſit ad pœnam, quod cum filium haberet Imperatorem, captivitatis ſuæ tamen ac ſervitutis extremæ non invenit ultorem, nec omnino repetitus eſt. Poſtea vero quam pudendam vitam in illo dedecore finivit, direpta eſt ei cutis, & exuta viſceribus pellis, infecta rubro colore, ut in templo Barbarorum Deorum ad memoriam clariſſimi triumphi poneretur, Legatisque noſtris ſemper eſſet oſtentui, ne nimium Romani viribus ſuis fiderent, cum exuvias capti Principis apud Deos ſuos cernerent. Cum igitur tales pœnas de ſacrilegis Deus exegerit, nonne mirabile eſt auſum eſſe quemquam poſtea non modo facere, ſed etiam cogitare adverſus majeſtatem ſingularis Dei regentis & continentis univerſa?

Cap. 6. Aurelianus, qui eſſet natura veſanus & præceps, quamvis captivitatem Valeriani meminiſſet, tamen

oblitus ſceleris ejus & pœnæ, iram Dei crudelibus factis laceſſivit. Verum illi nec perficere quidem quæ cogitaverat licuit, ſed protinus inter initia ſui furoris extinctus eſt. Nondum ad provincias ulteriores cruenta ejus ſcripta pervenerant, & jam Cœnofrurio, qui locus eſt Thraciæ, cruentus ipſe humi jacebat, falſa quidem ſuſpicione ab amicis ſuis interemptus. Talibus & tot exemplis coerceri poſteriores tyrannos oportebat. At hi non modo territi non ſunt, ſed audacius etiam contra Deum, confidentiusque fecerunt.

Cap. 7. Diocletianus, qui ſcelerum inventor, & malorum machinator fuit, cum diſperderet omnia, nec a Deo quidem manus potuit abſtinere....

Cap. 8. Quid frater ejus Maximianus, qui eſt dictus Herculius, non diſſimilis ab eo? Nec enim poſſent in amicitia tam fideli cohærere niſi eſſet in utroque mens una, eadem cogitatio, par voluntas, æqua ſententia.

Cap. 9. Alter vero Maximianus, quem ſibi generum Diocletianus aſciverat, non his duobus tantum, quos tempora noſtra ſenſerunt, ſed omnibus qui fuerunt malis pejor. Inerat huic beſtiæ naturalis barbaries, efferitas a Romano ſanguine aliena. Non mirum, cum mater ejus Transdanuviana infeſtantibus Carpis, in Daciam novam transjecto amne confugerat. Erat etiam corpus moribus congruens, ſtatu celſus, caro ingens & in horrendam magnitudinem diffuſa & inflata. Denique & verbis & actibus & aſpectu terrori ac formidini fuit... Poſtea enim quam Imperatoris nomen accepit, exuto ſocero, tum demum furere cœpit & contemnere omnia... Cum pro ſceleribus ſuis nihil non mereretur, tamdiu tamen ſumma felicitate regnavit, quamdiu manus ſuas juſtorum ſanguine non inquinaret.

Cap. 12. Ad Eccleſiam profectus cum ducibus, & tribunis venit, & revulſis foribus.... Scripturæ repertæ incenduntur, datur omnibus præda, rapitur, trepidatur, diſcurritur. Ipſi vero in ſpeculis, in alto enim conſtituta Eccleſia ex palatio videbatur, diu inter ſe concertabant utrum ignem potius ſupponi oporteret... Veniebant igitur prætoriani acie ſtructa cum ſecuribus, & aliis ferramentis; & immiſſi undique, tamen illud editiſſimum paucis horis ſolo adæquarunt.

Cap. 13. Poſtridie propoſitum eſt edictum, quo cavebatur ut religionis illius homines carerent omni honore ac dignitate, tormentis ſubjecti eſſent ex quocumque ordine aut gradu venirent, adverſus eos omnis actio valeret, ipſi non de injuria, non de adulterio, non de rebus ablatis agere poſſent, libertatem denique ac vocem non haberent. Quod edictum quidam, etſi non recte, magno tamen animo diripuit & conſcidit... Statimque productus, non modo extortus, ſed etiam legitime coctus, cum admirabili patientia poſtremo exuſtus eſt.

Cap. 14. Sed Cæſar non contentus eſt edicti legibus. Aliter Diocletianum aggredi parat. Nam ut illum ad propoſitum crudeliſſimæ perſecutionis impelleret, occultis miniſtris palatio ſubjecit incendium. Et cum pars quædam conflagraſſet, Chriſtiani arguebantur, velut hoſtes publici, & cum ingenti invidia ſimul cum palatio Chriſtianorum nomen ardebat. Illos conſilio cum Eunuchis habito, de extinguendis principibus cogitaſſe, duos Imperatores domi ſuæ pene vivos eſſe combuſtos. Diocletianus vero... ira inflammatus, excarnificari omnes ſuos protinus præcepit. Sedebat ipſe, atque innocentes igne torrebat. Item judices univerſi, omnes denique qui erant in palatio magiſtri, data poteſtate torquebant. Erant certantes qui prior aliquid inveniret. Nihil uſquam reperiebatur, quippe cum familiam Cæſaris nemo torqueret. Aderat ipſe & inſtabat, nec patiebatur iram inconſiderati ſenis deflagrare. Sed quindecim diebus interjectis, aliud rurſum incendium molitus eſt. Sed celerius animadverſum, nec tamen auctor apparuit. Tunc Cæſar medio hyemis profectione parata prorupit, eodem die conteſtans fugere ſe ne vivus arderet.

Cap. 15. Furebat ergo Imperator jam non in domeſticos tantum, ſed in omnes, & primam omnium filiam Valeriam, conjugemque Priſcam ſacrificio pollui coegit. Potentiſſimi quondam Eunuchi necati, per quos palatium & ipſe ante conſtabat. Comprehenſi Presbyteri, ac miniſtri, & ſine ulla probatione ad confeſſionem damnati, cum omnibus ſuis deducebantur. Omnis ſexus & ætatis homines ad exuſtionem rapti: nec ſinguli, quoniam tanta erat multitudo, & gregatim circumdato igni ambiebantur domeſtici, alligatis ad collum molaribus mari mergebantur. Nec minus in ceterum populum perſecutio violenter incubuit. Nam judices per omnia templa diſperſi, univerſos ad ſacrificia cogebant. Pleni carceres erant. Tormentorum genera inaudita excogitabantur; & ne cui temere jus diceretur, aræ in ſecretariis ac pro tribunali poſitæ, ut litigatores prius ſacrificarent, atque ita cauſas ſuas dicerent, ſic ergo ad judices tamquam ad Deos adiretur...

Cap. 16. Vexabatur ergo univerſa terra, & præter Gallias, ab Oriente uſque ad Occaſum tres acerbiſſimæ beſtiæ ſæviebant. *Virg. Æneid. Lib.* 6.

... Non mihi ſi linguæ centum, oraque centum,
Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem, quæ judices per provincias juſtis atque innocentibus intulerunt.

Cap. 17. Diocletianus .... Roma profectus hyeme, ſæviente frigore, atque imbribus verberatus, morbum levem ac perpetuum traxit; vexatusque per omne iter, lectica plurimum vehebatur... Nicomediam venit, morbo jam gravi inſurgente... Deinde ita languore oppreſſus ut per omnes Deos pro vita ejus rogaretur, donec idibus Decembribus luctus repente in palatio, mœſtitia, & lacrimæ, judicum trepidatio, ac ſilentium. Tota civitate jam non modo mortuum, ſed etiam ſepultum dicebant,.. nemo crederet eum vivere niſi Kalendis Martiis prodiiſſet, vix agnoſcendus, quippe qui anno fere toto ægritudine tabuiſſet. Et ille idibus Decembribus morte ſopitus animam receperat, nec tamen totam. Demens enim factus eſt, ita ut certis horis inſaniret, certis reſipiſceret.

Cap. 18. Nec multis poſt diebus Cæſar advenit, non ut patri gratularetur, ſed ut eum cogeret imperio cedere. Jam conflixerat nuper Maximiano ſene, eumque terruerat injecto armorum civilium metu. Aggreſſus eſt ergo Diocletianum primum molliter & amice, jam ſenem eſſe dicens, jam minus validum & adminiſtrandæ Reipublicæ inhabilem, debere illum requieſcere poſt labores... His auditis ſenex languidus, ... lacrymabundus, Fiat, inquit, ſi hoc placet... Erat autem Maximiano filius Maxentius, hujus ipſius Maximiani gener, homo perniciosæ, ac malæ mentis, adeo ſuperbus & contumax, ut neque patrem, neque ſocerum ſolitus ſit adorare.

Cap. 21. Adeptus igitur maximam poteſtatem, ad vexandum orbem quem ſibi patefecerat animum intendit... Exilii primo adverſus Chriſtianos (*pœnam*) permiſerat, datis legibus ut poſt tormenta damnati lentis ignibus urerentur. Qui cum deligati fuiſſent, ſubdebatur primo pedibus lenis flamma, tamdiu donec callum ſolorum contractum igni ab oſſibus revelleretur. Deinde incenſæ faces & extinctæ admovebantur ſingulis membris, ita ut locus nullus in corpore relinqueretur intactus: & inter hæc ſuffundebatur facies aqua frigida, & os humore abluebatur, ne areſcentibus ſiccitate faucibus, cito ſpiritus redderetur. Quod poſtremo accidebat, tunc (*forte* cum) per multum diem decocta omni cute, vis ignis ad intima viſcera penetraſſet. Hinc rogo facto cremabantur. Corpora jam cremata, lecta oſſa & in pulverem comminuta jactabantur in flumina ac mare.

Cap. 24. Jam propinquavit illi judicium Dei, ſecutumque tempus eſt, quo res ejus dilabi, ac fluere cœperunt.

Cap. 26. Severus interim vadit, & ad muros urbis (*Romæ*) armatus accedit. Statim milites ſublatis ſignis abeunt, & ſe contra quem venerant tradunt. Quid reſtabat deſerto niſi fuga? Sed occurrebat jam reſumpto imperio Maximianus, cujus adventu Ravennam confugit, ibique ſe cum paucis militibus incluſit. Qui cum videret futurum ut Maximiano traderetur, dedit ſeſe ipſe, veſtemque & purpuram eidem a quo acceperat reddidit. Quo facto, nihil aliud impetravit niſi bonam mortem. Nam venis ei inciſis, leniter mori coactus eſt.

Cap. 30. Datur ei poteſtas liberæ mortis, (*Maximiano*) ac nondum informis leti trabe nectit ab alta. Ita ille Romani nominis maximus Imperator, qui per longum temporis intervallum cum ingenti gloria viginti annorum vota celebravit, eliſo & fracto ſuperbiſſimo gutture, vitam deteſtabilem turpi & ignominioſa morte finivit.

Cap. 31. Ab hoc Deus, religionis ac populi ſui vindex, oculos ad Maximianum alterum tranſtulit, nefandæ perſecutionis auctorem, ut in eo etiam vim majeſtatis oſtenderet.

Cap. 33. Jam decimus & octavus annus agebatur, cum percuſſit eum Deus inſanabili plaga. Naſcitur ei ulcus malum in inferiori parte genitalium, ſerpitque latius. Medici ſecant, curant; ſed inductam jam cicatricem ſcindit vulnus, & rupta vena fluit ſanguis uſque ad periculum mortis; vix tamen cruor ſiſtitur. Nova ex integro cura....... rurſus levi corporis membro vulneratus, plus ſanguinis quam ante decurrit. Albeſcit ipſe, atque abſumptis viribus tenuatur; & tunc quidem rivus cruoris

inii-

Digitized by Google

I. Poſt Licinii perſecutionem nullane alia exorta eſt adverſus Chriſtianam religionem perſecutio?

R. Hanc Julianus Apoſtata dire & malitioſe vexavit ab anno 361. ad obitum ſuum, qui contigit an. 363. manifeſto Dei nutu. Paſſi ſunt ſub eo Principe Romæ Johannes & Paulus, item Gordianus; Ancyræ Baſilius Presbyter, Antiochiæ Theodoritus Presbyter, Eccleſiæ Ucetienſis in noſtra Narbonenſi Provincia Patronus.

Vexata eſt quoque Religio Chriſtiana ſub Sapore Rege, qui plurimos martyrio affecit eodem fere quo Julianus tempore.

Variæ ab ea ætate perſecutiones locales fuerunt, ſuſcitatæ vel ab infidelibus, vel a Judæis, vel ab Hæreticis, vel ab impiis Chriſtianis; nec unquam deeſt Eccleſiæ aliqua ex ejuſmodi perſecutionibus, ut infra videbimus ubi

inhibetur. Incipit vulnus non ſentire medicinam, proxima quæque cancer invadit; & quanto magis circum ſecatur, latius ſævit; quanto curatur, increſcit. Ceſſere magiſtri Phyllirides Chiron, Amithoniuſque Melampus. Undique medici nobiles trahuntur. Nihil humanæ manus promovent. Confugiunt ad idola: Apollo & Aſclapius orantur, remedium flagitatur. Dat Apollo curam. Malum multo pejus augetur. Jam non longe perniciei aberat, & inferiora omnia corripuerat. Computreſcunt forinſecus viſcera, & in tabem ſedes tota dilabitur. Non deſinunt tamen infelices medici, vel ſine ſpe vincendi mali, fovere, curare. Repercuſſit medullis, malum recidit introrſus, & interna comprehendit, vermes intus creantur. Odoritas non modo per palatium, ſed totam civitatem pervadit. Nec mirum, cum jam confuſi eſſent exitus ſtercoris & urinæ. Comeſtus a vermibus, & in putredinem corpus cum intolerandis doloribus ſolvitur.

Sic legend. ex 3. Georg. Virg.

Clamores ſimul horrendos ad ſydera tollit ...

Virg. Eneid. Lib. 2.

Apponebantur ad ſedem fluentem cocta & calida animalia, ut vermiculos eliceret calor. Queis reſolutis, inæſtimabile ſcatebat examen; & tamen multo majorem copiam tabeſcendorum viſcerum pernicies ſecunda generaverat. Jam diverſo malo partes corporis amiſerant ſpeciem. Superior uſque ad vulnus aruerat, & miſerabili macie cutis lurida longe inter oſſa conſederat. Inferior, ſine ulla pedum forma, in utrium modum inflata diſcreverat. Et hæc facta ſunt per annum perpetem, cum tandem malis domitus Deum coactus eſt confiteri, novi doloris urgentia per intervalla exclamat ſe reſtituturum Dei templum, ſatiſque pro ſcelere facturum: & jam deficiens edictum miſit hujuſmodi.

Cap. 34.... Promptiſſimam in his (*Chriſtianis*) quoque indulgentiam noſtram credidimus porrigendam, ut denuo ſint Chriſtiani, & conventicula ſua componant, ita ut ne quid contra diſciplinam agant... Unde juxta hanc indulgentiam noſtram debemus Deum ſuum orare pro ſalute noſtra & Reipublicæ ac ſua, ut undiqueverſum reſpublica perſtet incolumis, & ſecuri vivere in ſedibus ſuis poſſint.

Cap. 35. Hoc edictum proponitur Nicomediæ, pridie Kalendas Maias, ipſo octies, & Maximo iterum conſulibus ... Nec tamen ille hoc facto veniam ſceleris accepit a Deo; ſed poſt dies paucos, commendatis Licinio conjuge ſua & filio, atque in manu traditis, cum jam totius corporis membra defluerent, horrenda tabe conſumptus eſt.

Cap. 36. Quo nuntio Maximinus audito, ... In primis indulgentiam Chriſtianis communi titulo (*forte* titulo) datam tollit, ſubornatis legationibus civitatum, quæ peterent, ne intra civitates ſuas Chriſtianis conventicula extruere liceret; ut quaſi coactus, & impulſus facere videretur, quod erat ſponte facturus, ... ut Chriſtiani neque fabricarent, neque publice aut privatim colerent, ſed comprehenſos ſuo jure ad ſacrificia cogerent, vel judicibus offerrent.... Nam cum clementiam ſpecie tenus profiteretur, occidi ſervos Dei vetuit, debilitari juſſit. Itaque confeſſoribus effodiebantur oculi, amputabantur manus, pedes detruncabantur, nares vel auriculæ deſecabantur.

Cap. 37. Hæc illa moliens Conſtantini litteris deterretur. Diſſimulavit ergo: & tamen ſi quis inciderat, mari occulte mergebatur. Conſuetudinem quoque ſuam non intermiſit, ut in palatio per ſingulos dies ſacrificaretur. Et hoc primus invenerat ut animalia omnia quibus veſcebatur, non a coquis, ſed a Sacerdotibus ad aras immolarentur, nihilque prorſus menſæ apponeretur niſi aut delibatum, aut ſacrificatum, aut perfuſum mero; ut quiſquis ad cœnam vocatus eſſet, inquinatus inde atque impurus exiret.

Cap. 42. Eodem tempore ſenis Maximiani ſtatuæ Conſtantini juſſu revellebantur, & imagines cum quo pictus eſſet detrahebantur. Et quia ſenes ambo ſimul plerumque picti erant, & imagines ſimul deponebantur amborum. Itaque cum videret vivus, quod nulli unquam Imperatorum acciderat, duplici ægritudine adfectus, moriendum ſibi eſſe decrevit. Jactabat ſe huc atque illuc, æſtuante anima per dolorem, nec ſomnum nec cibum capiens. Suſpiria & gemitus, crebræ lacrymæ, jugis volutatio corporis, nunc in lecto, nunc humi ..... Poſtremo fame atque angore confectus eſt.

Cap. 44..... Commonitus eſt in quiete Conſtantinus, ut cæleſte ſignum Dei notaret in ſcutis, atque ita prælium committeret. Fecit ut juſſus eſt, & tranſverſa X. littera ſummo capite circumflexo Chriſto in ſcutis notat. Quo ſigno armatus exercitus capit ferrum .... Manus Dei ſuperat aciei. Maxentiani proterrentur; ipſe in fugam verſus properat ad pontem, qui interruptus erat, ac multitudine fugientium preſſus in Tyberim deturbatur. Confecto tandem acerbiſſimo bello, cum magna Senatus, populique Romani lætitia ſuſceptus Imperator Conſtantinus.

Cap. 46..... Maximinus ejuſmodi votum Jovi vovit, ut ſi victoriam cepiſſet, Chriſtianorum nomen extingueret, funditusque deleret. Tunc proxima nocte Licinio quieſcenti adſiſtit Angelus Dei monens ocyus ſurgeret, atque oraret Deum ſummum cum omni exercitu ſuo, illius fore victoriam ſi feciſſet.... Crevit animus univerſis victoriam ſibi credentibus de cælo nuntiatam.... Erat jam utraque acies in conſpectu. Liciniani ſcuta deponunt, galeas reſolvunt, ad cælum manus tendunt, præeuntibus Præpoſitis, & poſt Imperatorem precem dicunt. Audit acies peritura precantium murmur. Illi oratione ter dicta, virtute jam pleni, reponunt capitibus galeas, ſcuta tollunt...

Cap. 47. Propius acceditur, tubæ canunt, ſigna procedunt, Liciniani impetu facto adverſarios invadunt. Illi vero perterriti nec gladios expedire, nec tela jacere quieverunt... Sic eos Deus ſummus jugulandos ſubjecit inimicis. Jam ſtrata erat ingens multitudo ... maximus ... projecit purpuram, & ſumpta veſte ſervili fugit.

Cap. 48. Licinius .... Nicomediam ingreſſus, gratiam Deo, cujus auxilio vicerat, retulit, ac .... de reſtituenda Eccleſia hujuſmodi literas ad Præſidem datas proponi juſſit.

... Ego Conſtantinus & ego Licinius Auguſti .... hæc inter cetera quæ videbamus pluribus hominibus profutura, vel in primis ordinanda eſſe credidimus, quibus divinitatis reverentia continebatur, ut daremus & Chriſtianis & omnibus liberam poteſtatem ſequendi religionem quam quiſque voluiſſet, ... ut nulli omnino facultatem abnegandam putaremus, qui vel obſervationi Chriſtianorum, vel ei Religioni mentem ſuam dederet, quam ipſe ſibi aptiſſimam eſſe ſentiret; ut poſſit nobis ſumma divinitas, cujus religioni liberis mentibus obſequimur, in omnibus ſolitum favorem ſuum, benevolentiamque præſtare,

Cap. 49. Maximinus ... cum jam terra marique perterreretur, nec ullum ſperaret refugium, angore animi ac metu confugit ad mortem quaſi ad remedium malorum, quæ Deus in caput ejus ingeſſit. Sed prius cibo ſe inferſit ac vino ingurgitavit ... & ſic hauſit venenum. Cujus vis, referto ſtomacho repercuſſa, valere non potuit in præſens, ſed in languorem malum verſa peſtilentiæ ſimilem, ut diutius protracto ſpiritu cruciamenta ſentiret. Jam ſævire in eum cœperat virus; cujus vis cum præcordia ejus ureret, inſuſtentabili dolore uſque ad rabiem mentis elatus eſt, adeo ut per dies quatuor inſania percitus, hauſtam manibus terram velut eſuriens devorabat. Deinde poſt multos graveſque cruciatus, cum caput ſuum parietibus infligeret, exilierunt oculi ejus de caveis. Tunc demum, amiſſo viſu, Deum videre cœpit candidatis miniſtris de ſe judicantem. Exclamabat ergo ſicut ii qui torqueri ſolent, & non ſe ſed alios feciſſe dicebat. Deinde quaſi tormentis adactus fatebatur, Chriſtum ſubinde deprecans & plorans, ut ſuimet miſereretur. Sic inter gemitus, quos tamquam cremaretur edebat, nocentem ſpiritum deteſtabili genere mortis efflavit.

Cap. 50. Hoc modo Deus univerſos perſecutores

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 1. Cap. ſeq. §. 9. 10. 11.

ubi agemus de præliis Eccleſiæ militantis. Tandem in fine ſæculorum omnes illas perſecutiones excipiet perſecutio generalis ab Antichriſto ſuſcitanda. (F) F

CAPUT TERTIUM,

De Eccleſia.

§. I. *Quid ſit Eccleſia Chriſti: Quæ ejus Viſibilitas. Qui Characteres eam diſcernant ab aliis Societatibus, quæ Eccleſiæ nomen falſo ſibi vindicant.*

I. Quod nomen eſt ſocietati eorum qui Chriſti Religionem amplexi ſunt?

R. Huic Eccleſia Chriſtiana, Catholica, aut ſimpliciter Eccleſia nomen eſt.

Chriſti Diſcipuli Chriſtiani dicti ſunt primum Antiochiæ, quæ urbs erat ex primariis Orientis; ad quam venerant prædicandi Evangelii cauſa Apoſtolorum Diſcipuli, diſperſi a tribulatione quæ facta fuerat ſub Stephano Proto-martyre. Ibi Petrus Apoſtolorum Princeps poſuit ad tempus Apoſtolatus ſui ſedem, quam deinde Romæ in perpetuum fixit. (A) A

Eccleſia vox Græca eſt, quæ juxta propriam ſignificationem idem ſonat quod convocatio, conventus, congregatio, ſocietas: & quæ juxta communem acceptionem ſumitur quoque pro loco ubi fit conventus & congregatio.

I. Quid eſt Eccleſia?

R. Eccleſia eſt ſocietas fidelium & Paſtorum, qui ita in Chriſto adunantur, ut cum ipſo unum corpus efficiant, cujus ipſe caput eſt.

Hæc definitio convenit Eccleſiæ in genere, quatenus in ſua univerſalitate complectitur tum Beatos qui in cælis regnant, tum Juſtos qui pœnas Purgatorias patiuntur, tum fideles qui in terris degunt in quocumque tempore & loco vivant. Omnes enim Chriſtum habet caput; omnes in Chriſto ſic adunantur, ut corpus unum efficiant, ut infra explicabimus ubi de unitate & catholicitate Eccleſiæ. *Hujuſce c. §. 4. & 5.*

Hoc corpus unum pluribus membris conſtat: hæc ſocietas in Chriſto adunata ex pluribus veluti ramis coaleſcit. Complectitur enim Eccleſiam triplicem, Cæleſtem nimirum, Patientem, & Militantem. Hæc in terris degit etiamnum, poteſtque conſiderari vel ante legem Moyſi, vel ſub lege Moyſi, vel poſt Chriſti adventum. Nonniſi poſt Evangelii prædicationem huic ſocietati proprie Eccleſiæ nomen fuit. De Eccleſia hoc ſenſu accepta, hoc eſt, de Eccleſia Chriſtiana, nunc ſermonem inſtituimus; non agimus de aliis, niſi in quantum conferunt ad hujus cognitionem.

I. Quid ergo eſt Eccleſia Chriſtiana?

R. Eccleſia Chriſtiana eſt ſocietas fidelium, qui coadunantur unius fidei profeſſione, eorumdem ſacramentorum participatione, ejuſdem ſpei vinculo, ſub auctoritate Paſtorum legitimorum, quorum caput viſibile eſt ſummus Pontifex Romanus Epiſcopus, Petri Apoſtoli ſucceſſor, Chriſti in terris Vicarius. (B) B

Societas, inquam, *fidelium*; id eſt, eorum qui in Chriſtum credunt.

Qui coadunantur; id eſt, unum corpus efficiunt.

Unius fidei profeſſione, Nam Eccleſia repellit a ſinu ſuo, nec recipit in filiorum ſuorum numerum, eos qui fidem Eccleſiæ vel adulterant vel dividunt: una eſt in omnibus membris fides.

Eorumdem ſacramentorum participatione. Per hoc enim fideles Chriſto incorporantur, & inter ſe in unum corpus ſenſibile religionis coadunantur.

Sub auctoritate Paſtorum legitimorum, quorum caput

---

nominis ſui debellavit, ut eorum nec ſtirps, nec radix ulla remaneret ... Sic omnes impii vero & juſto judicio Dei, eadem quæ fecerant receperunt.

(F) *Vide ſupra allata* D. AUG. *teſtimonia litt.* (D)

(A) ACTOR. XI. 26. Et annum totum converſati ſunt ibi in Eccleſia, (*Barnabas & Saulus*) & docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primum Antiochiæ diſcipuli, Chriſtiani.

S. AUG. *Lib. 2. contra Lit. Petil. c. 60. n.* 135. Petilianus dixit: Qua igitur lege vos Chriſtianos oſtenditis, cum legi contraria faciatis?

N. 136. Auguſtinus reſpondit: Litigare vis, non diſputare.

Epiſt. 53. *alias* 165. *ad Generoſum c.* 1. *n.* 1. Cum tu teneas Chriſtianitatem non civitatis tuæ tantum, nec tantum Africæ vel Afrorum, ſed totius orbis terræ, quæ annuntiata eſt & annuntiatur omnibus gentibus ... Evangelizatum tibi eſt per Propheticas, & Apoſtolicas literas, quod Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini ejus quod eſt Chriſtus, cum ei diceret Deus: *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.* Has ergo promiſſiones tenenti, ſi tibi Angelus de cælo diceret, Dimitte Chriſtianitatem orbis terræ, & tene partes Donati, anathema eſſe deberet: quia te a toto præcidere, & in partem contrudere conaretur, & alienare a promiſſis Dei. *Gen. 22. 18.*

N. 2. Si enim ordo Epiſcoporum ſibi ſuccedentium conſiderandus eſt, quanto certius & vere ſalubriter ab ipſo Petro numeramus, cui totius Eccleſiæ figuram gerenti Dominus ait: *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non vincent eam.* Petro enim ſucceſſit Linus; Lino, Clemens; Clementi, Anacletus; Anacleto, Evariſtus; Evariſto, *Mat. 16. 18.*

Alexander; Alexandro, Sixtus; Sixto, Teleſphorus; Teleſphoro, Iginus; Igino, Anicetus; Aniceto, Pius; Pio, Soter; Soteri, Eleutherius; Eleutherio, Victor; Victori, Zepherinus; Zepherino, Calixtus; Calixto, Urbanus; Urbano, Pontianus; Pontiano, Antherus; Anthero, Fabianus; Fabiano, Cornelius; Cornelio, Lucius; Lucio, Stephanus; Stephano, Xyſtus; Xyſto, Dionyſius; Dionyſio, Felix; Felici, Euthychianus; Euthychiano, Gaius; Gaio, Marcellinus; Marcellino, Marcellus; Marcello, Euſebius; Euſebio, Miltiades; Miltiadi, Sylveſter; Sylveſtro, Marcus, Marco, Julius; Julio, Liberius; Liberio, Damaſus; Damaſo, Siricius; Siricio, Anaſtaſius, &c. In hoc ordine ſucceſſionis nullus Donatiſta Epiſcopus invenitur.

N. 3. In illum autem ordinem Epiſcoporum, qui ducitur ab ipſo Petro uſque ad Anaſtaſium, qui nunc eamdem cathedram ſedet, etiam ſi quiſquam traditor per illa tempora ſubrepſiſſet, nihil præjudicaret Eccleſiæ & innocentibus Chriſtianis: quibus Dominus providens, ait de præpoſitis malis: *Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, nolite facere: dicunt enim, & non faciunt:* ut certa ſit ſpes fidelis, quæ non in homine, ſed in Domino collocata, numquam tempeſtate ſacrilegi ſchiſmatis diſſipetur: ſicut iſti diſſipati ſunt, qui legunt in codicibus ſanctis Eccleſias quibus Apoſtoli ſcripſerunt, & nullum in eis habent Epiſcopum. *Mat. 23. 3.*

Cap. 3. num. 6. Quamquam nos non tam de iſtis documentis præſumamus, quam de Scripturis ſanctis, ubi hereditas Chriſti uſque ad terminos terræ promiſſa eſt in omnibus gentibus.

(B) S. CYPRIANUS *Epiſt. 66. edit. Oxon. alias 69. ad Pupian,*

Digitized by Google

caput uiſibile eſt ſummus Pontifex . Neque enim ad corpus Eccleſiæ pertinet qui poſitis a Chriſto
Hujusce c. §. 7. Paſtoribus ad regendum corpus non ſubditur.

Porro infra fuſius explicabimus qui ſint Paſtores legitimi, & cur neceſſe ſit ſummum Pontificem Romanum Epiſcopum agnoſcere velut Paſtorum Eccleſiæ caput.

I. Eſtne viſibilis hæc ſocietas?

R. Eſt utique. Comparatur enim in Scripturis monti præcelſo ad quam nationes omnes debent accurrere. Et quidquid in Scripturis de Eccleſia dicitur, id inviſibilem & conſpicuam ſo-
C cietatem indicat. (C) Ait Chriſtus audiendam eſſe Eccleſiam, obtemperandum eſſe Eccleſiæ, quædam eſſe ad Eccleſiæ tribunal ad-
D ducenda. (D) Monet Timotheum Apoſtolus
E F quomodo gerere ſe debeat in Eccleſia, quam
1.Tim. III. 15. vocat *columnam & firmamentum veritatis*. (E)
Idem Apoſtolus ait *a Spiritu ſancto poſitos eſ-*
Act. 20. 28. *ſe Epiſcopos ad regendam Eccleſiam Dei*. (F)

Huic Eccleſiæ data poteſtas eſt docendi, bapti- PARS I.
zandi, judicandi, excommunicandi. Quomodo SECT. II.
poſſunt hæc omnia ſocietati inviſibili conveni- CAP. III.
re? (G) §. 1. G

I. Sed numquid Eccleſia eſt ſocietas electorum, & prædeſtinatorum; ſocietas utique ſoli Deo nota, ideoque inviſibilis?

R. Electi quidem efficiunt nobiliorem Eccleſiæ partem. Omnes electi vel fuerunt vel ſunt vel erunt ante ſuum obitum in Eccleſia, extra quam nulla ſalus: ſed Eccleſia Militans de qua hic ſermo eſt non eſt ſocietas ſolorum electorum. Jam conſtat ex bonis & malis, ex electis & reprobis, ex frumento & palea. Nonniſi poſt conſummationem ſæculi a ſordibus omnibus purgata, fiet ſocietas ſolorum electorum. (H) H

I. Si Eccleſia eſt viſibilis, cur ergo in Symbolo dicimus: *Credo Eccleſiam*. Quod videmus id non credimus, ibi profeſſio fidei ſuperflua?

R. Aliud videtur, aliud creditur. Videtur ſocie-

Papiam. non longe a fine. Eccleſia tamen a Chriſto non recedit, & illi ſunt Eccleſia plebs Sacerdoti adunata, & Paſtori ſuo grex adhærens. Unde ſcire debes Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo; & ſi qui cum Epiſcopo non ſint, in Eccleſia non eſſe; & fruſtra ſibi blandiri eos, qui pacem cum Sacerdotibus Dei non habentes obrepunt, & latenter apud quoſdam communicare ſe credunt: quando Eccleſia, quæ catholica non eſt, ſciſſa non ſit, neque diviſa; ſed ſit utique connexa, & cohærentium ſibi invicem Sacerdotum glutino copulata.

S. AUGUST. *Lib.* 20. *contra Fauſtum*, *cap.* 10. Reſpondeo, Tabernaculum Dei fideles ejus eſſe, in quibus charitate ſociatis, & quodammodo compactis habitare dignatur.

(C) ISAI. II. 2. Et erit noviſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes.

DANIEL II. 35. .... Lapis autem, qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & implevit univerſam terram.

MICHÆÆ IV. 1. Et erit: in noviſſimo dierum erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, & ſublimis ſuper colles: & fluent ad eum populi. Et properabunt gentes multæ, & dicent: Venite, aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob: & docebit nos de viis ſuis, & ibimus in ſemitis ejus: quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Jeruſalem.

(D) MATT. XVIII. 17. Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ: Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.

(E) 1. TIM. III. 15..... Scias quomodo oporteat te in domo Dei converſari, quæ eſt Eccleſia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis.

(F) ACT. XX. 28. Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei quam acquiſivit ſanguine ſuo.

(G) MATTH. XVIII. 17. *Vide ſupra litt.* (D) *hoc-ce §.*

XXVIII. 19. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: 20. Docentes eos ſervare omnia quæcumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi.

S. AUGUST. *Enarrat.* 2. *in Pſalm.* XVIII. *num.* 6. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*: in manifeſtatione Eccleſiam ſuam, non in occulto, non quæ lateat, non velut opertam: ne forte fiat ſicut opera ſuper greges hæreticorum .... Idem ipſe ergo ſponſus.... poſuit *in ſole*, hoc eſt, in manifeſtatione, *Tabernaculum ſuum*, hoc eſt, ſanctam Eccleſiam ſuam.

Lib. 3. *contra Epiſt. Parmeniani c.* 5. *num.* 28. Nulla eſt igitur ſecuritas unitatis, niſi ex promiſſis Dei Eccleſia declarata, quæ ſuper montem ..... conſtituta abſcondi non poteſt: & ideo neceſſe eſt ut omnibus terrarum partibus nota ſit.

Lib. 2. *contra litt. Petil. c.* 104. *n.* 239. *in fine*... Diſcernat te Deus a parte Donati, & in Catholicam revocet... non eſtis in montibus Sion; quia non eſtis in civitate ſuper montem conſtituta, quæ certum ſignum habet, quod abſcondi non poteſt. Nota eſt ergo omnibus Gentibus: pars autem Donati ignota eſt pluribus gentibus: non eſt ergo ipſa.

Contra Donatiſtas Epiſtola, vulgo de Unitate Eccleſiæ cap. 16. *num.* 40..... Neque enim duæ ſed una (Eccleſia) .... Non eſt autem iſta operta, quia non eſt ſub modio, ſed ſuper candelabrum ut luceat omni-
bus quæ in domo ſunt. Et de illa dictum eſt: *Non* *Mat.* 4. 14.
poteſt civitas abſcondi ſuper montem conſtituta. Sed Donatiſtis velut operta eſt, qui ...... malunt clauſis oculis offendere in montem, quam in eum aſcende-
re, qui cum eſſet lapis præciſus de monte ſine ma- *Dan.* II. 34.
nibus, crevit, & factus eſt mons ingens, & imple- 35.
vit univerſam terram.

Lib. 2. *contra Creſconium*, *c.* 36. *n.* 45. ...... Extat Eccleſia cunctis clara, atque conſpicua; quippe civitas quæ abſcondi non poteſt ſuper montem conſti-
tuta, per quam dominatur Chriſtus *a mari uſque ad* *Pſ.* 71. 8.
mare, & a flumine uſque ad terminos orbis terræ, tan- *Eccli.* 44. 23.
quam ſemen Abrahæ multiplicatum ſicut ſtellæ cæ- *Gen.* 22. 17.
li, & ſicut arena maris, in quo bene dicuntur omnes gentes. Hanc etiam beatus Cyprianus ita commendat, ut eam dicat Domini luce perfuſam, radios ſuos per orbem terrarum porrigere, ramos ſuos per univerſam terram copia ubertatis extendere.

Lib. 13. *contra Fauſtum*, *c.* 13. Docet Propheta Eccleſiam Chriſti ipſam eſſe prædictam, quæ omnibus eminet & apparet. Ipſa enim eſt ſedes gloriæ, de
qua dicit Apoſtolus, *Templum enim Dei ſanctum eſt*, *1. Cor.* III. 17
quod eſtis vos..... Manifeſtationem claritatis Eccle- *Matt.* 5. 14.
ſiæ Domini prævidens ait: *Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem conſtituta*, ... Cum illa civitas ſuper montem ſit: quem montem, niſi eum qui ſecundum Prophetiam Danielis ex parvo lapide cre-
vit, & factus eſt mons magnus, ita ut impleret uni- *Dan.* II. 35.
verſam terram.

(H) S. AUG. *Lib.* 2. *contra lit. Petil. cap.* 31. *num.* 71. Tu doce potius, univerſus orbis terrarum, quo diffuſa eſt hæreditas Chriſti, & illa tot Gentium multitudo, ubi Apoſtoli Eccleſias fundaverunt, quando baptiſandi amiſerit poteſtatem, numquam docebis: .... Non poteſt quorumlibet malorum ſcelus, ſive ignotorum, ſive fallacium, ſive ut zizania vel palea tolerandorum, evertere promiſſa Dei, ut non in ſemine Abrahæ benedicentur omnes gentes: a quibus promiſſis vos alienos facitis, qui cum omnibus gentibus communionem unitatis habere non vultis.

Lib. 3. *cap.* 107. *num.* 245.... Et hoc eſt quod catholica docet, multum intereſſe inter conſentientes (*malis*) quibus hæc placent, & tolerantes quibus hæc diſplicent. Illi enim palea fiunt, dum paleæ ſequuntur ſterilitatem: illi triticum ſunt, expectent, ut ſegregentur, Chriſtum ventilatorem.

Ad Donatiſtas poſt collationem, *c.* 7. *nu.* 10. Quæcumque teſtimonia divinarum Scripturarum Epiſcopi veſtri commemorare potuerunt, quibus ab omni malorum hominum permixtione pura prænuntiabatur Eccleſia, non qualis nunc eſt illis teſtimoniis prænuntiabatur, ſed qualis poſt iſtam mortalitatem in vita æterna futura eſt.

Cap. 8. *n.* 11. Nos autem utraque accipientes teſtimonia, demonſtrabamus utrorumque concordiam. Nam & il-

Digitized by Google

PARS I. SECT. II. CAP. I. §. 1.

ſocietas viſibilis: creditur hæc ſocietas eſſe Eccleſia Dei, juxta Chriſti promiſſionem ſemper permanſura, ſine ulla macula & ruga, ſine ulla in fide corruptione. Videbatur Jeſus; & credebatur eſſe Chriſtus. Videmus ſacramenta miniſtrari; credimus per hæc conferri peccatorum
I remiſſionem. (I)

I. Multæ ſocietates, Eccleſiæ Chriſti ſibi nomen uſurpant. Id Græci, quos Schiſmaticos dicimus; id Lutherani, id Calviniſtæ, id Anglicani ſibi tribuunt. In hac tanta contentionum varietate, quibus notis & characteribus dignoſci poteſt vera Chriſti Eccleſia?

R. Notæ & characteres quatuor ſunt, quibus ex Scripturis & tota adeo Traditione certiſſime dignoſcitur Eccleſia Chriſti, & diſtinguitur ab ſocietatibus Hæreticis & Schiſmaticis. Chriſti Eccleſia eſt *Una*, *Sancta*, *Catholica*, & *Apoſtolica*, juxta Symbolum Conſtantinopolitanum, ab omnibus Conciliis œcumenicis, quin & ab illis ipſis quoque ſocietatibus omnibus, quas hæreticas ſeu ſchiſmaticas dicimus, receptum.

Itaque ſocietas, cui quatuor illi characteres conveniunt, eſt Eccleſia Chriſti; cui non conveniunt, eſt falſi nominis Eccleſia.

Quænam illa ſit non erit arduum & difficile dignoſcere, ubi ſinguli illi characteres explicati fuerint. Ex hac explicatione luce meridiana clarius conſtabit, non aliam eſſe Chriſti Eccleſiam quam eam quam nos Romano-Catholicam dicimus. (K) K

§. 2. *De unitate Eccleſiæ, & de variis ejus membris.*

I. Cur ais Eccleſiam unam eſſe?

R. Quia fidelibus omnibus ex quibus conſtat Eccleſiæ ſocietas, unum eſt corpus; unum caput, unus ſpiritus vivificans & corpus & ſingula corporis membra viventia, una fide, una ſpes, bona eadem ſunt. (A) A

I. Quis eſt caput Eccleſiæ?

R. Chriſtus caput eſt Eccleſiæ inviſibile; ſummus Pontifex, Chriſti vices in terris gerit, in quan-

& illud accipiebamus, quod in ſuis litteris commemoraverunt Eccleſiæ dictum eſſe,
Iſai. 52. *Ne adjiciet ultra per te tranſire incircumciſus, & immundus*: & illud quod
Mat. 13. 30. ſcriptum eſt, *Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem*: Sed hoc eſſe in agro, illud futurum in horreo. Deinique & ipſi qui diu contenderunt, dicentes, *Zizania quæ cum tritico ſimul creſcere uſque ad meſſem permiſſa ſunt, non in Eccleſia, ſed in mundo eſſe*, contra intellectum martyris Cypriani, qui dixit, *etſi videntur in Eccleſia eſſe zizania, non tamen impediri debet aut fides aut charitas noſtra, ut quoniam zizania eſſe in Eccleſia cernimus, ipſi de Eccleſia recedamus* ..... Tamen ex illa ſimilitudine quam ex Evangelio commemoravimus, quod & boni & mali piſces, quouſque in littore, hoc eſt, in fine ſæculi ſeparentur, intra eadem permixti retia continentur, victi evidentia veritatis malos in Eccleſia uſque in finem ſæculi permixtos eſſe confeſſi ſunt...

De Baptiſmo contra Donatiſtas, lib. 1. *c.* 17. *num.* 26. Itaque ſive intus verſari videantur, ſive aperte foris ſint, quod caro eſt, caro eſt: ſive in area in ſua ſterilitate perſeverent, ſive occaſione tentationis tamquam vento extra tollantur, quod palea eſt, palea
Epheſ. 5. 27. eſt. Et ſemper ab illius Eccleſiæ quæ ſine macula & ruga eſt, unitate diviſus eſt, etiam qui congregationi ſanctorum in carnali obduratione miſcetur.

(I) *Lege omnes qui de Eccleſia adverſus Eterodoxos ſcripſerunt*, BELLARMINUM *in primis*, &c.

CONFERENCE *avec M. Claude, ſur la matiere de l'Egliſe par* MESS. JACQUES BENIGNE BOSSUET, *Eveque de Meaux, edit. Pariſ.* 1682. *in* 12. *pag.* 28. Inferi non prævalebunt adverſus Prædeſtinatos; id verum eſt: ſi enim nihil poteſt contra hanc externam ſocietatem, potiori jure nihil poterit contra electos Dei, qui purior ac ſpiritualior portio hujus Eccleſiæ ſunt. Verum ob eamdem rationem, qua non poteſt contra electos prævalere, neque contra Eccleſiam, qui eos docet, poterit, in qua ipſi eam confitentur, & in qua Sacramenta ſuſcipiunt.

Hanc externam ſocietatem, in qua electi Deo ſerviunt, Eccleſiæ nomine intelligere oportebat, eodemque tempora invictam promiſſorum Jeſu Chriſti vim admirari, qui ita populi ſui ſocietatem roboravit, licet imbecillam, ſi conferas cum Infidelibus, qui eam exterius circumdabant, licet ab Hæreticis diſcerptam, qui eam interius ſcindebant, ut nullo temporis momento per totam terram viſa non fuerit.

Pag. 35. Quia vero Jeſus Chriſtus volebat ipſam ſemper viſibiliter ſubſiſtere, ſenſibilia illi ſigna continuo duratura donavit. Ecce enim quomodo Apoſtolos miſit, eoſque allocutus eſt aſcendens in cæ-
Mat. 28. 19. 20. lum. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, docentes eos ſervare omnia quæcumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi.* Vobiſcum docens, vobiſcum baptizans, vobiſcum docens Fideles ſervare quæcumque præcepi vobis, ac per conſequens in mea Eccleſia exterius miniſterium exercens: vobiſcum, nempe cum iis, qui vobis ſucceſſuri ſunt, & cum ſocietate ſub iis congregata ego ſemper ero uſque ad finem ſæculi, ſemper ſine interruptione; nullo ſiquidem tempore deſeram, & licet abſens corpore, per meum Sanctum Spiritum adero.

(K) S. AUG. *contra Fauſtum, lib.* 13. *c.* 12. Porro ſi hoc gentilis ille moveretur, cur etiam ipſi qui appellantur Chriſtiani, in multas hæreſes variaſque diſcedunt: neque hoc a Prophetis Hebræis prætermiſſum eſſe doceremus. Tamquam enim eſſet conſequens, ut Judæis in ſua cæcitate demonſtratis, hoc illi veniret in mentem, quod etiam multi ſub nomine Chriſtiano ab ipſa Chriſtiana ſocietate deviarent, ipſe
Jeremias, velut catechizandi ordinem nobis inſinuans, continuo ſubjecit, clamavit perdix, congregavit quæ non peperit, faciens divitias ſuas non cum judicio ... Non enim diſputara amant hæretici, ſed quoquomodo ſuperare impudentiſſima pervicacia, ut congregent .... quæ non pepererunt. Chriſtianos enim, quos maxime Chriſti nomine ſeducunt, jam per ipſius Chriſti Evangelium natos inveniunt, & faciunt illos divitias ſuas: non ſane cum judicio, ſed cum temeritate inconſiderata. Non enim intelligunt ibi eſſe veram & ſalubrem, & quodammodo germanam atque radicalem Chriſtianam ſocietatem, unde iſtos ſeparaverunt, quos ad ſuas divitias congregarunt, & quia de talibus dicit Apoſtolus, *Sicut enim Jannes, & Mambres reſtiterunt Moyſi, ſic &* *Jerem.* 17. 11
iſti reſiſtunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem; ſed ultra non proficient, dementia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit. 2. *Tim.* III. 8. 9.

Cap. 13. Quo ergo ſigno manifeſto, adhuc parvulus & nondum valens liquidam diſcernere a tot erroribus veritatem? Quo manifeſto indicio tenebo Eccleſiam Chriſti, in quem jam credere tanta rerum antea prædictarum manifeſtatione compellor?.. Docet eum Eccleſiam Chriſti ipſam eſſe prædictam quæ omnibus eminet & apparet, &c. *Vide ſupra litt.* (G) *hujus* §.

(A) EPHES. IV. 4. Unum corpus, & unus Spiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ, 5. Unus Dominus, una fides, unum Baptiſma.

S. EPIPH. *in expoſitione fidei catholicæ, num.* 6. Siquidem Eccleſia ab una fide genita, ac per Spiritum ſanctum in lucem edita, unica eſt uni, genitricique ſuæ. Tum vero quotcumque poſt illam, vel ante prodierunt, pellices nominantur. Quæ licet a teſtamento, & hæreditate non prorſus alienæ fuerint, nullam tamen a Verbo dotem obtinuerunt, nec infundentem ſe Spiritum ſanctum in ſeipſis exceperunt ... Supereſt una, nimirum ſancta & Catholica Eccleſia, quæ vera Chriſtiana Religio dicitur: quæque jam tum olim, & cum Adamo, imo ante Adamum ipſum, adeoque ante omnia ſæcula cum Chriſto floruit, de Patris, ac Filii, & Spiritus ſancti voluntate. Cui quidem eorum omnium, qui in qualibet generatione Deo placuerunt, tempore fides eſt habita, & adveniente in hunc mundum Chriſto Domino manifeſte eſt patefacta.

S. CYPRIANUS *de Unitate Eccleſiæ aliquanto poſt init. pag.* 78. *Edit. Oxon.* Hanc Eccleſiæ unitatem qui non tenet,

quantum eſt Petri Apoſtoli ſucceſſor ; ideoque eſt caput Eccleſiæ viſibile.

Hujuſce ſectio c. 1. §. 24 §. 7. hujuſ. c. Jam demonſtravimus Chriſtum eſſe caput Eccleſiæ inviſibile ; infra demonſtrabimus ſummum Pontificem eſſe caput ejus viſibile.

I. Quo ſpiritu vivificatur corpus Eccleſiæ?

R. Ipſo Chriſti ſpiritu, ſpiritu veritatis, ſpiritu capitis qui in membra diffluit eaque inter ſe connectit : ſpiritu quo totum Eccleſiæ corpus vivificatur & regitur, & juxta Chriſti promiſſionem vivificabitur ad conſummationem uſque *Epheſ.* IV. 4. B ſæculorum. *Unum* eſt in Eccleſia *corpus*, inquit Apoſtolus, *unus ſpiritus*. (B)

I. Cur ais unam eſſe omnibus Eccleſiæ membris fidem?

Ibid. 5. *R.* Verba ſunt Apoſtoli, *una fides*. Ideoque eos ſemper & ſinu ſuo expulit Eccleſia qui alienam vellent fidem inducere. Nulla ea in re fuit aut eſſe poteſt exceptio, nulla pacifica compoſitio; unam vult eamdemque in ſingulis membris Eccleſia fidem.

I. Cur ais unam eſſe in ſingulis Eccleſiæ membris ſpem?

Ibid. 4. *R.* Id Apoſtolus ait: *Vocatis eſtis*, inquit, *in una ſpe vocationis veſtræ*. Id eſt, eadem omnibus propoſita felicitas eſt, hanc unam omnes expectamus, adeoque una omnibus ſpes.

I. Cur ais eadem ſingulis fidelibus eſſe bona?

R. Quia gratiæ divinæ, ſacramenta, preces, bona opera, ſunt bona toti Eccleſiæ communia, ad quæ ſingula Eccleſiæ membra jus habent.

I. Si Eccleſia una eſt, cur ergo plures Eccleſiæ nominantur ; Eccleſia Gallicana, Eccleſia Germanica, Eccleſia Narbonenſis, Pariſienſis, Montiſpeſſulanenſis, &c,

R. Plures ſunt particulares Eccleſiæ. Unaquæque ſocietas fidelium ſub Paſtore legitimo C adunata, Eccleſia dicitur. (C) Sed ſingulæ Eccleſiæ particulares inter ſe perfecte connexæ pars ſunt Eccleſiæ univerſalis, & unum cum ea corpus efficiunt, cujus caput viſibile ſummus Pontifex, caput ſummum ipſe Chriſtus eſt.

Hoc ut perfectius intelligatur, operæ pretium eſt in memoriam revocare quod jam diximus ſuperiori paragrapho, Eccleſiam generatim ſumptam corpus eſſe cujus partes ſunt Eccleſia Triumphans, Eccleſia Patiens & Eccleſia Militans : Eccleſiæ militantis plures ſunt veluti rami. Vel enim conſideratur ante legem Moyſi, vel ſub lege, vel ſub gratia Chriſti. Ex quo Chriſtus elegit Petrum in Principem Apoſtolorum, ſummus Pontifex Petri ſucceſſor, caput eſt Epiſcoporum, adeoque Paſtorum Eccleſiæ. Quilibet Epiſcopus gregi ſuo adunatus particularem Eccleſiam conſtituit, quæ pars eſt Eccleſiæ univerſalis. Omnes iſtæ particolares Eccleſiæ in uno capite Romano Pontifice adunantur, & unum corpus efficiunt. (D) Corpus hoc pars eſt Eccleſiæ ſumptæ modo generaliori, quatenus Eccleſia ſocietas omnium membrorum Chriſti, quorum pars militat in terris, pars purgatur, pars regnat in cælis cum Chriſto. Chriſtus caput eſt illius ſocietatis, cujus membra jam diſperſa in fine ſæculorum adunabuntur. D

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 5.

I. Quod nomen eſt ſocietati fidelium qui regnant in cælis cum Chriſto?

R. Dicitur Eccleſia triumphans, Jeruſalem cæleſtis, Civitas Dei, Eccleſia prædeſtinatorum.

Eccleſia Triumphans, quia ſocietas eſt eorum qui triumphant in cælis cum Chriſto.

Jeruſalem cæleſtis, quia civitas & templum Jeruſalem typus fuere hujus ſocietatis.

Civitas Dei, quia ibi gloria & majeſtas Dei ſpendet auguſtius. Ideoque dicitur Deus in cælis habitare.

Eccleſia prædeſtinatorum, quia ſoli prædeſtinati locum habent in illa ſocietate.

I. Ex quibusnam conſtat ſocietas Eccleſiæ triumphantis?

R. Ex Deo & Chriſto & Beatiſſima Virgine Deipara & Angelis & Sanctis.

De hac beatiſſima ſocietate agemus in fine hujus capitis, ubi ſermo erit de vita æterna. *Hujuſ. cap. §. 20.*

I, Quod nomen eſt ſocietati animarum quæ patiuntur pœnas purgatorias?

R. Dicitur Eccleſia patiens, quia juſtitiæ Divinæ debitas pœnas ſolvit.

I. Ex quibus conſtat hæc ſocietas?

R. Ex illis qui mortui ſunt quidem in ſtatu gratiæ, nec tamen ſatis purgati ſunt ab omni ſorde, ut poſſint ad cæleſtem patriam admitti.

Ignis purgatorii veritatem in ſerie hujus operis Deo dante demonſtrabimus. *Part. 3. ſect. 1. c. 5. §. 17.*

I. Quod nomen eſt ſocietati fidelium qui in terris degunt?

R. Dicitur Eccleſia militans, *militia* enim *eſt vita hominis ſuper terram*. *Job* VII. 1.

De prælus Eccleſiæ militantis agemus infra. *§. 8. 9. 10. & 11. hujuſ. c.*

I. Ex quibus conſtat Eccleſia militans?

R. Huic quæſtioni ut plane ſatisfiat, ponenda eſt Eccleſia, id eſt, ſocietas fidelium in triplici temporum differentia. 1. Ante peccatum

---

net, tenere ſe fidem credit? Qui Eccleſiæ renititur & reſiſtit, in Eccleſia ſe eſſe confidit? Quando & beatus Apoſtolus Paulus hoc idem doceat & ſacramentum unitatis oſtendat, dicens : Unum corpus, & *Epheſ.* IV. 4. 5. 6. unus Spiritus, una ſpes vocationis veſtræ, unus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus. Quam unitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maxime Epiſcopi, qui in Eccleſia præſidemus, ut Epiſcopatum quoque ipſum, unum atque indiviſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat ; nemo fidei veritatem perfida prævaricatione corrumpat. Epiſcopatus unus eſt, cujus a ſingulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia quoque una eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur : quomodo ſolis multi radii, ſed lumen unum : & rami arboris multi, ſed robur unum tenaci radice fundatum : & cum de fonte uno rivi plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen ſervatur in origine. Avelle radium ſolis a corpore, diviſionem lucis unitas non capit : ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit : a fonte præcide rivum, præciſus areſcet. Sic Eccleſia Domini luce perfuſa per orbem totum radios ſuos porrigit, unum tamen lumen eſt, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis ſeparatur : ramos ſuos in univerſam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latius expandit : unum tamen caput eſt, & origo una, & una mater fœcunditatis ſucceſſibus copioſa. Illius fœtu paſcimur, illius lacte nutrimur. Spiritu ejus animamur.

(B) JOH. XIV. 16. Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum.

(C) *Vide §. præcedenti litt.* (B) S. CYPRIANI *Ep. ad Puppian.*

(D) S. LEO *Epiſt.* 10. *alias* 89. *ad Epiſcopos per Provinciam Viennenſem conſtitutos*, *anno Domini* 445. *cap.* 1. . . . Hujus muneris ſacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, ut in beatiſſimo Petro, Apoſtolorum omnium ſummo, principaliter collocarit : & ab ipſo quaſi quodam capite, dona ſua velit in corpus omne manare : ut exſortem ſe myſterii intelligeret eſſe divini, qui auſus fuiſſet a Petri ſoliditate recedere. Hunc enim in conſortium individuæ unitatis aſſumptum, id

Digitized by Google

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 2.

catum Primorum Parentum. 2. Poſt peccatum ante Chriſtum. 3. Poſt Chriſtum.

Ante peccatum, omnes omnino homines nemine excepto futuri erant membra Eccleſiæ. Omnes ad æternam ſalutem conditi fuerant. Nihil erat, ſi non peccaſſent, quod poſſet eos ab hujus ſupremæ felicitatis conſecutione repellere.

Adamus & Eva peccando perdiderunt ſibi & ſuis poſteris quidquid juris haberent ad vitam æternam. Expulſi ſunt ex Paradiſo voluptatis. Sed miſertus eorum Deus promiſit illis Redemptorem, cujus meritis potuerunt deinceps reconciliari cum Deo, & jus ad vitam æternam adipiſci; modo ſancte viverent & Redemptorem expectarent. Ideoque ante Chriſti adventum quisquis vitam ad naturæ leges componens expectabat Redemptorem, is utpote vere fidelis ad Eccleſiam Chriſti pertinebat.

Sed poſt vocationem Abrahæ circumciſionis lege obſtricti ſunt omnes poſteri ejus maſculi. Et poſt ſcriptam legem Moſaicam Iſraelitæ ſub lege vivere tenebantur.

Itaque tunc temporis Eccleſia Chriſti duplex hominum genus complectebantur. Primo Judæos, qui ita ſub lege vivebant, ut ejus præcepta ſervarent, (ſi qui enim legem profeſſi, non ex lege viverent, hi non ad Chriſti Eccleſiam, ſed ad Synagogam ſolum pertinebant.)

Secundo Gentiles, qui, ut diximus, & Redemptorem expectabant, & vitam ad naturæ leges componebant. Ex his aliqui circumcidebantur, & ſubjiciebant ſe legi Moſaicæ; tumque Proſelyti dicebantur, & tenebantur in omnibus legem ſequi. Sed alii omnes, etiam incircumciſi carne, ſalvari poterant, poterant eſſe membra Eccleſiæ Chriſti, modo unum Deum colerent, & juxta Deum vivendo, Redemptorem expectarent. Ideoque in templo Jeroſolymitano locus erat, Atrium Gentium dictus, quo admittebantur Gentiles ad fundendas Deo preces. Atrium illud interpoſito pariete ſeparabatur ab eo in quo Iſraelitæ ad orandum in eodem templo conveniebant. Talis fuit ſtatus Eccleſiæ ante Chriſtum.

Sed poſt Chriſti mortem & reſurrectionem nullum amplius diſcrimen extitit inter Judæos & Gentes, Chriſtum utriusque populi *inimicitias*, ut Apoſtoli verba utar, *interficiens, & medium parietem maceriæ ſolvens*, fecit ex utroque populo unum, qui Chriſtianus populus dicitur; nec quisquam jam poteſt Eccleſiæ membrum eſſe, niſi ad novum hunc populum pertineat. Ut quis autem ad illum pertineat, duæ ſunt conditiones requiſitæ. Epheſ. II. 14. 15. 16.

1. Baptiſmi ſuſceptio. *Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Peccatum originale nonniſi per baptiſmum remittitur; itaque quisquis non eſt hoc ſacramento regeneratus, is ad Chriſtum non pertinet, non eſt ejus membrum, extra Eccleſiam eſt. Joh. III. 5.

2. Oportet non eſſe a corpore Eccleſiæ ſegregatum, quemadmodum ſegregantur ab Eccleſia matre filii rebelles & non ſubditi. Chriſtus enim dedit hanc Eccleſiæ poteſtatem in filios non ſubditos: & ſi quis auctoritate legitima pulſus ſit e ſinu Eccleſiæ, vult Chriſtus hunc non haberi pro Chriſtiano. *Si quis*, inquit, *Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* Mat. XVIII. 17.

Itaque Eccleſia militans in ſuo ſinu jam complectitur omnes & ſolos baptizatos, non excommunicatos.

Hinc ſequitur primo Infideles & Judæos non eſſe membra Eccleſiæ, non ſunt enim baptizati.

2. Hæreticos & Schiſmaticos & Apoſtatas, non eſſe membra Eccleſiæ, quia ipſi ſe ſegregaverunt ab Eccleſiæ ſocietate, ipſi dixerunt in ſe excommunicationis ſententiam. Qui ſint autem Hæretici, qui Schiſmatici, qui Apoſtatæ, infra dicemus. Paragr. ſeq.

3. Excommunicatos non eſſe membra Eccleſiæ quandiu in ſtatu excommunicationis perſeverant. Ipſi enim ab Eccleſia pulſi ſunt.

4. Infantes vel ab Infidelibus vel ab Hæreticis vel a Schiſmaticis vel a quocunque excommunicato baptizatos, eſſe membra Eccleſiæ. Validus eſt enim talis baptiſmus & confert remiſſionem peccatorum, ut infra videbimus. Part. 3. ſect. 1. c. 2. §. 2.

5. Chriſtianos baptizatos quantumlibet peccatores, eſſe membra Eccleſiæ, quandiu non ſunt excommunicati; donec enim ſæpius in Evangelio Chriſtus Eccleſiam ſuam quandiu in terris degit mixtam eſſe ex frumento & paleis, & complecti in ſuo ſinu bonos & malos; nec

niſi

id quod ipſe erat, voluit nominari, dicendo: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam:* ut æterni templi ædificatio, mirabili munere gratiæ Dei, in Petri ſoliditate conſiſteret; hac Eccleſiam ſuam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas poſſet appetere, nec portæ contra illam inferi prævalerent. Verum hanc petræ iſtius ſacratiſſimam firmitatem, Deo (ut diximus) ædificante conſtructam, nimia impia vult præſumptione violare, quisquis ejus poteſtatem tentat infringere, favendo cupiditatibus ſuis, & id quod accepit a veteribus, non ſequendo: cum nulli ſe ſubditum legi, nullis inſtitutionis Dominicæ credit regulis contineri, a veſtro noſtroque, per novæ uſurpationis ambitum, more deciſcens, præſumendo illicita, & quæ cuſtodire debuit negligendo.

Epiſt. 12. *alias* 84. *ad Anaſtaſium cap.* 11. *& ult.* Si autem in eo quod cum fratribus tractandum definiendumve credideris, diverſa eorum fuerit a tua voluntate ſententia, ad nos omnia ſub geſtorum teſtificatione referentur, ut remotis ambiguitatibus, quod Deo placeat decernatur. Ad hunc enim finem, omnem affectum noſtrum curamque dirigimus, ut quod ad unitatem concordiæ, & quod ad cuſtodiam pertinet diſciplinæ, nulla diſſenſione violetur, nulla deſidia negligatur ... Nec enim poterit unitatis noſtræ firma eſſe compago, niſi nos ad inſeparabilem ſoliditatem vinculum caritatis adſtrinxerit: quia *ſicut in uno corpore multa membra habemus; omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.* Connexio totius corporis unam ſanitatem, unam pulchritudinem facit: & hæc connexio totius quidem corporis unanimitatem requirit, ſed præcipue exigit concordiam Sacerdotum. Quibus etſi dignitas ſit communis, non eſt tamen ordo generalis: quoniam & inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis, & cum omnium par eſſet electio, uni tamen datum eſt, ut ceteris præmineret. De qua forma Epiſcoporum quoque eſt orta diſtinctio, & magna ordinatione proviſum eſt, ne omnes ſibi omnia vindicarent: ſed eſſent in ſingulis provinciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia: & rurſus quidam in majoribus urbibus conſtituti, ſolicitudinem ſuſciperent ampliorem, per quos ad unam Petri ſedem univerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil unquam a ſuo capite diſſideret. Qui ergo ſcit ſe quibusdam eſſe præpoſitum, non moleſte ferat, aliquem ſibi eſſe prælatum: ſed obedientiam quam exigit, etiam ipſe dependat: & ſicut non vult gravis oneris ſarcinam ferre, ita non audeat alii importabile pondus imponere.

Vide

E nisi in fine ſæculorum facienda eſſe frumenti a paleis, bonorum a malis ſegregationem. (E)

I. Si quis a corpore Eccleſiæ injuſta ſententia pelleretur, ſicque pulſus & excommunicatus, ſervaret debitam Eccleſiæ illiusque Paſtoribus ſubjectionem; talisne deſineret eſſe Eccleſiæ membrum?

R. Minime vero. Ruptis incaſſum exterioribus vinculis, is nihilominus ad ſpiritum Eccleſiæ pertineret, pertineret ad Chriſtum ut membrum vivens, proindeque ad Eccleſiam. Non poteſt Eccleſia e corpore Chriſti pellere membra viva, ſed mortua dumtaxat. Nulla eſt ante ſupremi judicii tribunal ſententia, qua quis e corpore Chriſti injuſte pellitur: tunc ſolum, ut ait S. Gregorius, rata eſt ſententia præſidentis, cum ſummi arbitrium ſequitur judicis.

F (F)

§. 3. *De Communione Membrorum Eccleſiæ, quæ Communio Sanctorum dicitur.*

I. Varia hæc Eccleſiæ membra ſuntne aliqua ratione inter ſe connexa?

R. Sunt utique. Omnia enim unum corpus efficiunt, cujus caput Chriſtus. Sunt ergo vere membra corporis Chriſti myſtici, ſunt membra Chriſti.

I. Quibus vinculis & nexibus omnia membra Eccleſiæ inter ſe copulantur?

R. Vinculis internis & externis. Vincula interiora ſunt participatio ejusdem ſpiritus, ſubjectio eidem capiti inviſibili, communicatio gratiarum. Vincula externa ſunt profeſſio ejusdem ſpei, eorumdem ſacramentorum participatio, ſubjectio iisdem Paſtoribus, & eidem capiti viſibili,

His

(E) *Vide Auctoritates ſupra allatas ex* S. Aug. §. *ſuper. litt.* (H)

S. Aug. *de vera Religione*, c. 5. *num.* 9. Poſſet enim eos (Hæreticos) area Dominica usque ad tempus ultimæ ventilationis velut paleas ſuſtinere, niſi vento ſuperbiæ nimia levitate ceſſiſſent, & ſeſe a nobis ultro ſeparaſſent .... Quæ cum ita ſint, neque in confuſione Paganorum, neque in purgamentis Hæreticorum, neque in languore Schismaticorum, neque in cæcitate Judæorum quærenda eſt Religio; ſed apud eos ſolos, qui Chriſtiani, Catholici, vel Orthodoxi nominantur, id eſt, integritatis cuſtodes, & recta ſectantes.

Cap. 6. n. 10. Hæc enim Eccleſia catholica per totum orbem valide lateque diffuſa, omnibus errantibus utitur ad provectus ſuos, & ad eorum correctionem cum evigilare voluerint. Utitur enim Gentibus ad materiam operationis ſuæ, hæreticis ad probationem doctrinæ ſuæ, ſchismaticis ad documentum ſtabilitatis ſuæ, Judæis ad comparationem pulchritudinis ſuæ. Alios ergo invitat, alios excludit, alios relinquit, alios antecedit: Omnibus tamen gratiæ Dei participandæ dat poteſtatem; ſive illi formandi ſint adhuc, ſive reformandi, ſive recolligendi, ſive admittendi. Carnales autem ſuos, id eſt, viventes aut ſentientes carnaliter, tamquam paleas tolerat, quibus in area frumenta tutiora ſunt, donec talibus tegminibus exuantur. Sed quia in hac area pro voluntate quisque vel palea, vel frumentum eſt, tandiu ſuſtinetur peccatum aut error cujuslibet, donec aut accuſatorem inveniat, aut pravam opinionem pertinaci animoſitate defendat. Excluſi autem aut pœnitendo redeunt, aut in nequitiam male liberi defluunt, ad admonitionem noſtræ diligentiæ; aut Schisma faciunt, ad exercitationem noſtræ patientiæ; aut hæreſim aliquam gignunt, ad examen ſive occaſionem noſtræ intelligentiæ. Hi ſunt exitus Chriſtianorum carnalium, qui non poterunt corrigi aut ſuſtineri.

(F) S. August. *de vera Religione*, *cap.* 6. *num.* 11. Sæpe etiam ſinit divina providentia, per nonnullas nimium turbulentas carnalium hominum ſeditiones expelli de congregatione Chriſtiana, etiam bonos viros. Quam contumeliam vel injuriam ſuam cum patientiſſime pro Eccleſiæ pace tulerint, neque ulla novitates, vel ſchismatis, vel hæreſis moliti fuerint, docebunt homines, quam vero affectu & quanta ſinceritate caritatis Deo ſerviendum ſit. Talium ergo virorum propoſitum eſt, aut ſedatis remeare turbinibus; aut ſi id non ſinantur, vel eadem tempeſtate perſeverante, vel ne ſuo reditu talis aut ſævior oriatur, tenent voluntatem conſulendi, etiam eis ipſis quorum motibus perturbationibusque ceſſerunt, ſine ulla conventiculorum ſegregatione usque ad mortem defendentes, & teſtimonio juvantes eam fidem, quam in Eccleſia catholica prædicari ſciunt. Hos coronat in occulto Pater, in occulto videns. Rarum hoc videtur genus, ſed tamen exempla non deſunt: immo plura ſunt quam credi poteſt. Ita omnibus generibus hominum & exemplorum ad animorum curationem, & ad inſtitutionem ſpiritalis populi, utitur divina providentia.

Epiſt. 78. *alias* 137. *clero & plebi Eccleſiæ Hypponenſis*, *num.* 3. ... Cum viderem Bonifacium nolle quidem infirmis & ad ſuſpicionem propenſis de vitæ ſuæ dubitatione ſcandalum fieri, paratumque eſſe honoris ſui apud homines damnum perpeti potius quam in ea contentione in qua non poſſet ignorantibus, & dubitantibus, vel ad male ſuſpicandum proclivioribus ſuam demonſtrare conſcientiam, usque ad Eccleſiæ perturbationem inaniter progredi.

N. 4. Nomen autem Presbyteri propterea non auſus ſum de numero collegarum ejus vel ſupprimere, vel delere, ne divinæ poteſtati, ſub cujus examine cauſa adhuc pendet, facere viderer injuriam, ſi ejus judicium meo vellem præjudicio prævenire: quod nec in negotiis ſæcularibus judices faciunt, quando cauſæ dubitatio ad majorem poteſtatem refertur, ut pendente relatione aliquid audeant commutare... Bonifacius tamen hanc humilitatem ſuſcepit, ut nec litteras acciperet, quibus in peregrinatione honorem ſuum quæreret, ut in eo loco ubi ambo ignoti ſunt, circa ambos æqualitas ſervaretur. Et nunc ſi vobis placet ut nomen ejus non recitetur, ne iis, qui ad Eccleſiam accedere nolunt, ſicut ait Apoſtolus, demus occaſionem quærentibus occaſionem; non erit noſtrum hoc factum, ſed eorum quorum cauſa fuerit factum. Quid enim obeſt homini, quod ex illa tabula non vult eum recitari humana ignorantia, ſi de libro vivorum non eum delet iniqua conſcientia? 2. Cor. 11. 2.

N. 5. 6. 7. & 8. *Vide infra* §. 11. *hujuſce cap. lit.* (D)

N. 8. Quantumlibet enim vigilet diſciplina domus meæ, homo ſum, & inter homines vivo, nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior ſit quam arca Noe, ubi tamen inter octo homines reprobus unus inventus eſt: aut melior ſit quam domus Abrahæ, ubi dictum eſt, *Ejice ancillam & filios ejus*: aut melior ſit quam domus Iſaac, cujus de duobus geminis dictum eſt, *Jacob dilexi, Eſau autem odio habui*: aut melior ſit quam domus Jacob, ubi lectum patris filius inceſtavit: aut melior ſit quam domus David, cujus filius cum ſorore concubuit; cujus alter filius contra patris tam ſanctam manſuetudinem rebellavit: aut melior quam cohabitatio Pauli Apoſtoli, qui tamen ſi inter homines bonos habitaret, non diceret, *foris pugnæ, intus timores*: nec diceret cum de ſanctitate & fide Timothei loqueretur; *Neminem habeo qui germane de vobis ſollicitus ſit, omnes enim ſua quærunt, non quæ Jeſu Chriſti*: aut melior quam cohabitatio ipſius Domini Chriſti, in qua undecim boni perfidum & furem Judam toleraverunt: aut melior ſit poſtremo quam cœlum, unde Angeli ceciderunt.

Gen. 21. 10. Malac. 1. 2. Rom. 9. 13. 2. Cor. 7. 5. Phil. 11. 20.

N. 9. Simpliciter autem fateor caritati veſtræ coram Domino Deo noſtro, qui teſtis eſt ſuper animam meam, ex quo Deo ſervire cœpi, quomodo difficile ſum expertus meliores quam qui in monaſteriis profecerunt; ita non ſum expertus pejores quam qui in monaſteriis ceciderunt. Ita ut hinc arbitrer in Apocalypſi ſcriptum, *Juſtus juſtior fiat, & ſordidus ſordeſcat adhuc*. Quapropter etſi contriſtamur de aliquibus purgamentis, conſolamur tamen etiam de pluribus ornamentis. Nolite ergo propter amurcam, qua oculi veſtri offenduntur, torcularia deteſtari, unde apothecæ Dominicæ fructu olei luminoſiores implentur. Apoc. 22. 11.

Fragment. ex Epiſtola ad Claſſicianum apud Aug. ante Epiſt. 251. *edit. PP. BB.* Ego propter eos, qui pro peccato unius animæ, totam domum ejus, id eſt plurimas animas anathemate ligant, maxime ne ibi quisquam ſine baptismate de corpore abſcedat; & utrum non etiam de Eccleſia pellendi ſunt, qui eo confugiunt quo

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 3.

His vinculis externis non connectuntur inter ſe omnia prorſus membra Eccleſiæ, ſed ea ſolum quæ ſimul in terris vivunt. Judæis enim, verbi gratia, non erant eadem ſacramenta quæ Chriſtianis, non Paſtores iidem. Nec Chriſtiani ipſi poſt ſuum obitum ſubjecti ſunt juriſdictioni Paſtorum qui in terris degunt. Tandem fides & ſpes non locum habent in cælo, ubi ſancti ad faciem vident quod credimus, poſſident quod ſperamus.

Sed tria ſunt quibus inter ſe communionem habent omnia prorſus membra Eccleſiæ, in quocumque temporis ſpatio, in quocumque loco vixerint aut vivant. 1 Subjectio eidem capiti Chriſti; omnia enim trium Eccleſiarum membra Chriſtum caput habent. 2. Participatio ejuſdem ſpiritus, omnia enim Chriſti ſpiritu vegetantur, ſi viva membra ſunt. 3. Bona eadem omnibus propoſita, quæ ab aliis poſſidentur ab aliis expectantur. Videmus enim ex parte, & poſſidemus quod Judæi crediderunt, & expectarunt. Sancti perfecte vident & poſſident quod nos credimus & ſperamus. 4. Chriſti merita quæ unicuique applicantur ut bona illa poſſideat aut poſſidere poſſit: neque enim potuit quiſquam ſalvari niſi per Chriſtum. Hoc tamen de ſolis hominibus intelligendum eſt. (A) Nam de Angelis beatis utrum per Chriſti merita ſalutem conſecuti ſint quæſtio eſt inter Theologos, hinc mne ſine præjudicio fidei ventilata. A

I. Quo nomine inſignitur communio illa membrorum Eccleſiæ?

R. Communio Sanctorum. *Communio*, quæ vox idem ſignificat quod nexus, ſocietas, communicatio. *Sanctorum*, quo nomine deſignantur omnia Chriſti membra; quia omnia per baptiſmum ſanctificata ſunt. Omnia ſancta ſunt quandiu baptiſmi innocentiam vel illibatam ſervant, vel amiſſam recuperarunt per pœnitentiam. Omnia vocata ſunt ad ſanctitatem. Ideo Apoſtolus ſanctos appellat fideles de quibus loquitur, vel ad quos ſcribit. (B) B

I. In quo poſita eſt Sanctorum communio?

R. In duobus maxime. 1. In vinculis illis ſeu internis ſeu externis quibus mox diximus

omnia

fidem fidejuſſoribus frangant, adjuvante Domino, & in concilio noſtro agere cupio, & ſi opus fuerit ad ſedem Apoſtolicam ſcribere: ut in his cauſis quid ſequi debeamus concordi omnium auctoritate conſtituatur, atque firmetur. Illud plane non temere dixerim, quod ſi quiſquam fidelium fuerit anathematus injuſte, ei potius oberit qui faciet, quam ei qui hanc patietur injuriam. Spiritus enim ſanctus habitans in ſanctis, per quem quiſque ligatur, aut ſolvitur, immeritam nulli pœnam ingerit: per eum quippe diffunditur caritas in cordibus noſtris, quæ non agit perperam.

Lib. 1. de Baptiſmo contra Donatiſtas, c. 17. num. 26. De nullo tamen deſperandum eſt, ſive qui intus talis apparet, ſive qui foris manifeſtius adverſatur. Spiritales autem ſive ad hoc ipſum pro ſtudio proficientes non eunt foras: quia & cum aliqua vel perverſitate, vel neceſſitate hominum videtur expelli, ibi magis probantur, quam ſi intus permaneant, cum adverſus Eccleſiam nullatenus eriguntur, ſed in ſolida unitatis petra fortiſſimo caritatis robore radicantur.

Qui ea quæ ad unitatis Eccleſiæ doctrinam ſpectant penitius ſcrutari voluerint, legant S. CYPRIANI *librum de* Unitate Eccleſiæ, *cujus infra §. 4. litt.* (F) *hujuſce cap. teſtimonium adducimus; libros* S. AUGUSTINI contra Donatiſtas; *& eruditorum virorum* R. P. THOMASSINI *Cong. Oratorii Gallic. Presbyteri &* D. NICOLE de Unitate Eccleſiæ *Tractatus doctiſſimos Gallice ſcriptos.*

(A) S. AUG. *Epiſt. 157. alias 89. ad Hilarium n. 14.* Sciamus etiam antiquos juſtos, quicumque eſſe potuerunt, non niſi per eam fidem liberatos, per quam liberamur & nos, fidem ſcilicet Incarnationis Chriſti, quæ illis prænuntiabatur, ſicut nobis facta annuntiatur... Ideo idem Chriſtum hominem dicit, cum ſit & Deus, ne quis exiſtimet antiquos juſtos per Deum tantummodo Chriſtum, id eſt per Verbum quod erat in principio, non etiam per fidem incarnationis ejus, qua & homo Chriſtus dicitur, potuiſſe liberari.... Hæc ergo fides etiam antiquorum juſtorum fuit. Unde & Apoſtolus dicit, *habentes autem eumdem ſpiritum fidei*.... Non diceret, eumdem ſpiritum fidei, niſi admonens etiam antiquos juſtos habuiſſe ipſum ſpiritum fidei; hoc eſt Incarnationis Chriſti. Sed quia illis futura prænuntiabatur, quæ jam facta nobis annuntiatur, & tempore veteris teſtamenti revelabatur, quæ tempore novi teſtamenti revelatur. 2. Cor. 4. 14.

Epiſt. 187. alias 57. ad Dardanum c. 11. n. 34. Erat autem antiquis juſtis aliquod occultum (*Sacramentum*,) cum tamen & illi eadem fide ſalvi fierent, quæ fuerat ſuo tempore revelanda... Sicut illi... credebant Chriſti Incarnationem futuram, ſic & nos credimus factam: & a nobis autem & ab illis futurus expectatur ad judicium ejus adventus. Non eſt enim aliud Dei myſterium, niſi Chriſtus, in quo oporteat vivificari mortuos in Adam.

Lib. 19. contra Fauſtum c. 14. Verumtamen ſi antiqui juſti, qui ſacramentis illis intelligebant venturam prænuntiari revelationem fidei, ex qua licet adhuc opertà & abſcondita, munere tamen pietatis intellecta, etiam tunc ipſi vivebant; quia in hac vita nemo eſſe poteſt juſtus, niſi qui ex fide vivit...... Tunc ergo & occulta erat fides; nam eadem credebant, eademque ſperabant omnes juſti & ſancti etiam temporum illorum ... & quod fidelibus promittitur in judicio, jam completum eſt in exemplo.

Cap. 15.... Quæritur quidem inter ſcrutatores ſanctarum Scripturarum, utrum tantum profuerit antiquis juſtis fides paſſuri & reſurrecturi Chriſti, quam vel revelationibus diſcebant, vel in Prophetis intelligebant; quantum nunc prodeſt fides paſſi & reſuſcitati: an ipſa effuſio ſanguinis agni Dei, quæ facta eſt, ſicut ipſe dicit, pro multis in remiſſionem peccatorum, aliquid utilitatis & purgationis vel dederit vel addiderit, etiam iis qui hoc futurum credentes, antequam fieret ex hac vita emigraverant. Mat. 26. 28.

Cap. 16.... Interim adverſus calumnioſam imperitiam Fauſti demonſtrare ſufficerit, quanto errore delirent, qui putant ſignis, ſacramentiſque mutatis, etiam res ipſas eſſe diverſas, quas ritus Propheticus prænuntiavit promiſſas, quas ritus Evangelicus annuntiavit impletas: aut qui cenſent, cum res eædem ſint, non eas aliis ſacramentis annuntiari debuiſſe completas, quam iis quibus adhuc complendæ prænuntiabantur..... Quid mirum ſi aliis myſteriorum ſignaculis paſſio & reſurrectio Chriſti futura promiſſa eſt; aliis jam facta annuntiatur .... virtus quæ per ſacramenta operatur jugiter manet, & donum ſpiritale, quod per iſta inſinuatur æternum eſt.

Cap. 17.... Primus itaque populus Dei, antequam Chriſtus veniret legem Prophetaſque adimplere, illa omnia quæ hunc promittebant, obſervare jubebatur: liber in eis, qui hæc quo pertinerent intelligebant: ſervus autem in eis, qui hoc non intelligebant. Poſterior vero populus accedens ad fidem qua jam Chriſtus veniſſe, paſſus eſſe, ac reſurrexiſſe prædicabatur, in iis quidem hominibus, quos jam talibus ſacramentis inſtitutos eadem fides invenerat, nec cogebatur iſta obſervare, nec prohibebatur: in iis autem qui talibus vacui, nulla generis, nulla conſuetudinis vel congruentiæ neceſſitudine retenti crediderant, etiam prohibebatur; ut per eos jam inciperet apparere, illa omnia propter promittendum Chriſtum fuiſſe inſtituta; quo veniente, atque hæc promiſſa adimplente, jam oportere ceſſare.

Cap. 18. Hæc præcepta ſunt morum, illa ſacramenta ſunt promiſſorum: hæc implentur per adjuvantem gratiam, illa per redditam veritatem: utraque per Chriſtum & illam ſemper gratiam donantem, nunc etiam revelantem; & hanc veritatem tunc promittentem, nunc exhibentem: *Quia lex per Moyſem data eſt, gratia autem & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt.* Joh. 1. 17.

Vide etiam infra hujuſce cap. §. 5. litt. (A) *&* (B) *auctoritates* S. AUG.

Lege Librum Gallice ſcriptum de neceſſitate fidei in Chriſtum, *qui vulgo doctiſſimo viro* D. ARNALDO *Doctori Sorbonico tribuitur.*

(B) ROM. 1. 7. Omnibus qui ſunt Romæ, dilectis vocatis Sanctis.

1. COR.

omnia Chriſti membra eſſe inter ſe connexa.

2. In communicatione mutua bonorum ſpiritualium; quæ ſic uniuſcujuſque membri propria ſunt, ut & in alia membra diffundantur. (C) C

I. Quæ bona ſpiritualia hic narras?

R. Preces, bona opera, divina auxilia, ſacramenta.

I. Fitne hæc bonorum communicatio inter membra Eccleſiæ militantis dumtaxat?

R. Fit inter membra triplicis Eccleſiæ, triumphantis nimirum, patientis, & militantis. Omnes unum corpus ſunt, omnes iiſdem bonis participant, quantum competit unicuique pro ſuo ſtatu.

I. Quomodo fit hæc communicatio inter membra Eccleſiæ triumphantis & Eccleſiæ militantis?

R. Per preces & ſupplicationes quas Sanctis fundimus, & per auxilia Dei quæ nobis Sancti interceſſionibus ſuis impetrant.

Part. II. ſectio III. c. II. §. 3. De Sanctorum invocatione agemus in ſerie hujus operis.

I. Quomodo fit hæc communicatio inter membra Eccleſiæ militantis & Eccleſiæ patientis? PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 3.

R. Per bona opera, preces, & ſacrificia Eccleſiæ militantis, quibus Eccleſia patiens ſublevatur.

De oratione & ſacrificio pro mortuis agemus infra in ſerie hujus operis. *Part. III. Sect. I. c. 4. §. 18. & ſectio II. c. 7. §. 53.*

I. Quomodo fit hæc communicatio inter membra Eccleſiæ militantis?

R. 1. In eo quod omnes participes ſunt precum, ſacrificii, bonorum operum, auxiliorum, ſacramentorum, fidei Eccleſiæ. (D) D

2. Auxilia ab uno accepta & bona opera ſingulorum aliis membris proſunt. (E) E

I. Quodnam principium, quæ cauſa eſt ejus tam miræ communicationis bonorum ſpiritualium quæ in ſingula Eccleſiæ membra diffunduntur?

R. Spiritus ſanctus, ſpiritus Chriſti, qui a capite in membra diffunditur; quemadmodum anima in ſingula corporis membra vitam & ſpiritus vitales diffundit. Quo quidem exemplo utitur Apoſtolus, ut admirabilem hanc communicationem explicet. (F)

I. Qui peccati mortalis labe tenentur veniunt-

1. COR. I. 2. Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi, ſanctificatis in Chriſto Jeſu, vocatis ſanctis, *Et ſic in aliis fere D. Pauli Epiſtolis.*

Rom. VIII. 26. (C) S. AUGUST. *Lib. I. alias 2. contra Maximinum Arrianum, c. 9... Et ipſe Spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus:* ne credamus Spiritum ſanctum numquam eſſe ſine gemitibus poſſe, quoniam nullus dies, nulla hora, nullum momentum temporis invenitur, quo non a ſanctis orationes Deo ubicumque fundantur, ab aliis hic, ab aliis alibi. Cum tamen ab orationibus ſanctorum nullum ſit tempus immune, quandoquidem diebus ac noctibus cum alii cibo potuque reficiuntur, alii quodlibet aliud agunt, alii dormiunt, non utique deſunt quos deſiderium ſanctum orare compellat: ita fit ut Spiritus ſanctus, qui ubique omnibus adeſt, aliquantulum ceſſare a gemitibus non ſinatur, quod eſt extremæ miſeriæ, cum pro quibuſcumque orantibus cogitur gemere: niſi gemitibus inenarrabilibus interpellare ſic intelligatur... id eſt, quia gemitibus ſanctorum deſideriorum interpellare ſanctos facit, quibus affectum pium gratiæ ſpiritalis infundit.

Mat. XVI. 19. (D) S. AUG. *Lib. 3. de Baptiſmo contra Donatiſtas n. 22. cap. 17.* Nam quod in typo unitatis Petro Dominus dedit poteſtatem, ut *id ſolveretur in terris quod ille ſolviſſet*, manifeſtum eſt quod illa unitas etiam una columba perfecta ſit dicta.... An forte per orationes ſanctorum ſpiritualium qui ſunt in Eccleſia, tanquam per columbæ creberrimum gemitum, magnum geritur ſacramentum, & occulta diſpenſatio miſericordiæ Dei, ut eorum etiam peccata ſolvantur, qui non per columbam, ſed per accipitrem baptizantur, ſi ad illud ſacramentum cum pace Catholicæ unitatis accedant? Nec in hæreſi aut ſchiſmate conſtitutum ſanctorum orationes, id eſt, illius unicæ columbæ gemitus poterunt adjuvare; ſicut nec intus poſitum poſſunt, ſi adverſum te ipſe per vitam peſſimam teneat debita peccatorum, non ſolum ſi per accipitrem, ſed etiam ſi per ipſius columbæ pium miniſterium baptizetur.

(E) S. AMBROS. *Serm. 8. in Pſal.* CXVIII. *num.* 54.... Sicut enim membrum participem eſſe dicimus totius corporis: ſic conjunctum omnibus timentibus Deum, qui non dicat alteri: Non es de corpore meo; hoc eſt, non dicat pauperi dives, non ignobili nobilis, non ægro ſanus, non fortis debili, non imperito ſapiens dicat: Non es tu mihi neceſſarii; particeps corporis Chriſti eſt, quæ eſt Eccleſia. Sed qui ſciat quod ii qui videntur in Eccleſia debiles, pauperes, imprudentes, etiam peccatores abundantiori indigeant honeſtate, & majore præſidio fulciendi

Pſ. CXVIII. 63. ſint. Qui hoc noverit, iſte poteſt dicere: *Particeps ego ſum omnium timentium te.* Qui compatiatur infirmis, ut ſciat quia unum corpus omnes ſumus, & membris membra connexa; ut alterum ſine altero eſſe non poſſit: & cum alterum dolet, compatiatur alteri.

Lib. I. Officiorum c. 29. n. 142. Fides omnium Chriſtus: Eccleſia autem quædam forma juſtitiæ eſt. Commune jus omnium: in commune orat, in commune operatur, in commune tentatur.

I. Cor. V. 7. *Lib. I. de Pœnit. c. 15. n. 80.* Bene ait: *Expurgate vetus fermentum, ut ſitis nova conſperſio, ſicut eſtis azymi.* Velut enim operibus quibuſdam totius populi purgatur, & plebis lacrymis abluitur, qui orationibus & fletibus plebis redimitur a peccato, & in homine mundatur interiore. Donavit enim Chriſtus Eccleſiæ ſuæ, ut unum per omnes redimeret, quæ Domini Jeſu meruit adventum, ut per unum omnes redimerentur.

N. 81. Conſideremus ipſum Apoſtoli ſermonem: *Expurgate, &c.* Sive quod tota Eccleſia ſuſcipiat onus peccatoris, cui compatiendum & fletu, & oratione, & dolore eſt: & quaſi fermento ejus ſe totam conſpergat; ut per univerſos ea quæ ſuperflua ſunt in aliquo pœnitentiam agente virilis miſericordiæ aut compaſſionis velut collativa quadam admixtione purgentur.

S. AUG. *Tract. 32. in Johan. n. 7...* In hac Eccleſia qui non eſt, nec modo accipit Spiritum Sanctum. Præciſus enim & diviſus ab unitate membrorum, quæ unitas linguis omnium loquitur, renuntiet ſibi: non habet. Nam ſi habet, det ſignum quod tunc dabatur. Quid eſt, det ſignum quod tunc dabatur? Loquatur omnibus linguis. Reſpondet mihi, Quid enim tu loqueris omnibus linguis? Loquor plane, quia omnis lingua mea eſt, id eſt, ejus corporis cujus membrum ſum. Diffuſa Eccleſia per gentes loquitur omnibus linguis. Eccleſia eſt corpus Chriſti, in hoc corpore membrum es: cum ergo membrum ſis ejus corporis quod loquitur omnibus linguis, crede te loqui omnibus linguis. Ut enim membrorum caritate concordat: & ipſa unitas loquitur, quomodo tunc unus homo loquebatur.

Tract. 32. in Johan. n. 8. Accipimus ergo & nos Spiritum ſanctum ſi amamus Eccleſiam, ſi caritate compaginamur, ſi catholico nomine & fide gaudemus. Credamus, fratres, quantum quiſque amat Eccleſiam Chriſti, tantum habet Spiritum ſanctum... ſi amas, non nihil habes: ſi enim amas unitatem, etiam tibi habet quiſquis in illa habet aliquid. Tolle invidiam, & tuum eſt quod habeo: tollam invidiam, & meum eſt quod habes. Livor ſeparat, caritas jungit... Habemus ergo Spiritum ſanctum, ſi amamus Eccleſiam: amamus autem, ſi in ejus compage & caritate conſiſtimus... Ipſam habeto, & cuncta habebis: quia ſine illa nihil proderit, quidquid habere potueris.

(F) ROM. XII. 4. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent: 5. Ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.

I. COR. VI. 15. Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? .... 17. Qui adhæret Domino, unus ſpiritus eſt.... 19. An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis a Deo, & non eſtis veſtri? 20. Empti enim eſtis pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

XII. 4. Diviſiones vero gratiarum ſunt, idem autem Spiritus: 5. Et diviſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: 6. Et diviſiones operationum ſunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus: 7. Uni-

Digitized by Google

niuntne in partem communionis Sanctorum?

R. Antequam huic quæſtioni reſpondeam, adverte ad pleniorem dicendorum intelligentiam, Spiritum ſanctum non habitare in anima ſubdita peccato mortali, adeoque ejusmodi animam eſſe ſpiritualiter coram Deo mortuam.

Qui peccati mortalis labe tenetur non pertinet ergo ad Chriſtum ut membrum vivens; ſed pertinere tamen ad eum poteſt ut membrum mortuum adhuc connexum cum corpore per vincula exteriora ſuperius tradita; & aliquatenus per interiora, nimirum per fidem, ſpem, &c. Si vero peccator ab Eccleſiæ communione ſegregatus eſt per excommunicationem majorem, tunc non pertinet proprie ad Eccleſiam, quæ eſt corpus Chriſti myſticum, Non pertinet, inquam, proprie, nec per vincula interiora, quæ omnia fere ſoluta ſunt per peccatum mortale; nec per vincula exteriora, quæ rupta ſunt per excommunicationem.

Hoc poſito, dico Chriſtianos etiam peccati mortalis reos, in multis participes eſſe communionis Sanctorum, quandiu non ſunt excommunicati, Sunt quidem membra mortua, ſed adhuc connexa corpori quandiu reſecata non ſunt. Membra ſunt, ut ita dicam, paralytica, omni fere motu deſtituta, ſed tamen connexa Eccleſiæ per profeſſionem ejusdem fidei, ejusdem ſpei; per ſubjectionem externam Paſtoribus iisdem, non amiſerunt jus ad ſacramenta; & per miniſterium & orationes Eccleſiæ, multis donantur & externis & internis ad converſionem auxiliis. Itaque multo plura adſunt iis ad ſalutem præſidia & adjumenta, quam peccatoribus iis qui omnino ſegregati ſunt a communione Eccleſiæ.

Quin & indiget aliqua explicatione quod dixi excommunicatum *exciſum omnino eſſe a corpore Eccleſiæ, nec pertinere amplius ad Eccleſiam*: neque enim excommunicatus privatur omnibus omnino bonis ad quæ jus habebat ante excommunicationem. Sunt bona quædam quæ poteſt Eccleſia & auferre, & reddere; iis privatur excommunicatus: ſunt quæ auferri nequeunt, his minime privatur. Non poteſt Eccleſia auferre & delere characterem Baptiſmi, Confirmationis, Ordinationis: his characteribus vel filii, vel milites, vel miniſtri Eccleſiæ ſumus. Hoc nomine pertinent ſemper ad Eccleſiam excommunicati: pertinent inquam ut filii, ut milites, ut miniſtri; quanquam exhæredes, rebelles, e domo pulſi. Et ſi quando revocentur ad domum & reſtituantur in Communionem Eccleſiæ, non confertur eis denuo character ejusmodi ſacramentorum.

Eſt ergo nonnihil æquivoci in hac loquendi formula, *Excommunicatus exciſus eſt a corpore Eccleſiæ, non pertinet amplius ad Eccleſiam, non pertinet ad Chriſtum*. Si per hæc verba intelligatur excommunicatum, quandiu permanet in excommunicatione, nullum habere jus ad bona Eccleſiæ, ad ejus conventus, ad ſacramenta, ad ſuffragia, ad bona fidelium opera, ad ſocietatem Chriſtianorum; non eſſe ipſi partem cum Jeſu Chriſto, utpote qui ſit palmes exciſus de vite quæ Chriſtus eſt. Si juxta eum ſenſum accipiantur illæ loquendi formulæ, tunc accuratæ & propriæ ſunt. Si vero per hæc verba intelligatur excommunicatus non eſſe amplius ſub poteſtate Chriſti & Eccleſiæ, falſa omnino ſunt. Pertinet ſemper excommunicatus ad Chriſtum & ad Eccleſiam ut filius rebellis, ut ſervus fugitivus. Excidit ipſe quidem omni jure ad bona Chriſti & Eccleſiæ: ſed non excidit Chriſtus, non excidit Eccleſia, nec excidere poſſunt jure ſuo in filium rebellem & exhæredem.

I. Quinam illi ſunt qui nullam habent cum fidelibus communionem ſive externam ſive internam?

R. 1. Qui nunquam fuerunt membra Eccleſiæ. 2. Qui ſegregarunt ſemetipſos a communione Eccleſiæ. 3. Quos Eccleſia ſegregavit a communione ſua: ſeu ut clarius loquar, 1. Judæi & Infideles. 2. Hæretici, Schiſmatici, Apoſtatæ. 3. Excommunicati. (G) C

I. Quid intelligis per Hæreticos?

R. Eos intelligo qui pertinaciter adhærent doctrinæ ab Eccleſia damnatæ; vel qui pertinaciter nolunt credere quod Eccleſia definiit habendum eſſe pro fidei articulo. (H) H

I. Quid intelligis per Schiſmaticos?

R. Eos intelligo qui ſegregant ſe ab Eccleſiæ communione, qui non habent Paſtores legiti-

cuique autem datur manifeſtatio Spiritus ad utilitatem. 8. Alii quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ: alii autem ſermo ſcientiæ ſecundum eumdem Spiritum: 9. alteri fides in eodem Spiritu: alii gratia ſanitatum in uno Spiritu: 10. Alii operatio virtutum, alii Prophetia, alii diſcretio ſpirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio ſermonum. 11. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens ſingulis prout vult. 12. Sicut enim corpus unum eſt, & membra habet multa; omnia autem membra corporis cum ſint multa, unum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus. 13. Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus, ſive Judæi, ſive Gentiles, ſive ſervi, ſive liberi: & omnes in uno Spiritu potati ſumus. 14. Nam & corpus non eſt unum membrum, ſed multa. 15. Si dixerit pes: Quoniam non ſum manus, non ſum de corpore: num ideo non eſt de corpore? 16. Et ſi dixerit auris: Quoniam non ſum oculus, non ſum de corpore: num ideo non eſt de corpore? 17. Si totum corpus oculus: ubi auditus? Si totum auditus: ubi odoratus? 18. Nunc autem poſuit Deus membra, unum quodque eorum in corpore ſicut voluit. 19. Quod ſi eſſent omnia unum membrum, ubi corpus? 20. Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus. 21. Non poteſt autem oculus dicere manui: Opera tua non indigeo; aut iterum caput pedibus: Non eſtis mihi neceſſarii. 22. Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt: 23. Et quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorem circumdamus: & quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem honeſtatem habent. 24. Honeſta autem noſtra nullius egent: ſed Deus temperavit corpus, ei, cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem. 25. Ut non ſit ſchiſma in corpore, ſed idipſum pro invicem ſollicita ſint membra. 26. Et ſi quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: ſive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. 27. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.

Ephes. iv. 15. Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus: 16. Ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem juncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate.

(G) S. Aug. *de vera Religione, c. 5. & 6. Vide ſupra §. ſuperiori lit.* (E) & (F)

(H) S. Aug. *Lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas, c. 16. n. 23.* Iſtum nondum hæreticum dico, niſi manifeſtata ſibi doctrina Catholicæ fidei reſiſtere maluerit, & illud quod tenebat elegerit; quod ante quam fiat, manifeſtum eſt illum qui foris baptizatus eſt eſſe pejorem. Itaque in hoc ſola falſa opinio, in illo autem etiam ipſa diviſio corrigenda eſt; ſed in neutro ipſorum ſacramenti veritas repetenda. Quod ſi quisquam idem

I gitimos Eccleſiæ pro legitimis Paſtoribus, qui vivunt omnino extra eorum ſubjectionem, (I)

I. Quid intelligis per Apoſtatas?

R. Eos intelligo qui deſerunt palam & aperte & abjiciunt fidem Eccleſiæ Catholicæ quam antea profeſſi fuerunt.

I. Cur Hæretici, Schismatici, & Apoſtatæ alieni ſunt a communione fidelium?

R. Quia volunt unitatem Eccleſiæ reſcindere, tum ſubvertendo neceſſariam gregis erga Paſtores ſubjectionem, tum dividendo fidem, quæ una eſt. Ideoque ipſi diſcedunt ab Eccleſia, quæ ſua nunquam poteſt unitate pri-

K vari. (K)

§. 4. *de Sanctitate Eccleſiæ.*

I. Eſtne Eccleſia ſancta?

R. Eſt utique. Id patet ex verbin apertiſſi-

Epheſ. v. 25. 26. 27. mis Scripturæ ſacræ. *Chriſtus dilexit Eccleſiam*, ioquit Apoſtolus, *& ſemetipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid ejusmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata.*

1. Petr. 11. 9. *Vos*, inquit Petrus Apoſtolus, *genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis.*

I. De qua Eccleſia verba iſthæc intelligenda ſunt? De Eccleſia militante, an de triumphante?

R. De utraque ſanctitas hic incipit: in cælo perficitur. Nec triumphat in cælis ſancta Eccleſia, niſi quia ſancta fuit in terris: in *Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 4.*

terris ſanctificatur & mundatur, ut exhibeatur in cælis glorioſa non habens maculam aut rugam. (A) A

I. In quo ſancta eſt Eccleſia?

R. In multis. 1. Sanctus eſt Chriſtus caput ejus; quin & fons eſt totius ſanctitatis.

2. Doctrina Eccleſiæ ſancta eſt & erit ſemper.

3. Sancta ſunt plurima ex membris ejus.

4. Nullus extra Eccleſiam ſanctus eſt. Extra Eccleſiam nulla ſalus.

I. Cur ais doctrinam Eccleſiæ eſſe ſanctam?

R. 1. Quia Eccleſia nihil docet tanquam ad fidem pertinens, quod non acceperit a Chriſto per Apoſtolos.

2. Doctrina Eccleſiæ ſanctificat animas.

I. Qua ratione cognoſcere poſſumus & certo intelligere accepiſſe Eccleſiam a Chriſto per Apoſtolos quidquid docet tanquam pertinens ad fidem?

R. Id via duplici cognoſci & intelligi poteſt: quarum prima pertinet ad ſolos eruditos; altera nullius quantumvis idiotæ captum ſuperat.

I. Dic, quæſo, primum quæ ſit prima ratio id cognoſcendi?

R. Via examinis: ſi nimirum ſingula Eccleſiæ dogmata ad lancem & trutinam Scripturæ & Traditionis expendantur. Hac enim via duplici doctrina Apoſtolorum ad nos uſque pervenit.

In ſerie hujus operis demonſtrabimus quæ *Parte 11.*

ſit auctoritas Scripturæ & Traditionis in rebus *Sect. 11. c.*

fidei; *11. §. 3. & 4.*

idem ſentiat quod illi, & eſſe noverit hæreſim ab unitate Catholica ſeparatam ubi hoc docetur & diſcitur, ſed alicujus ſæcularis emolumenti cauſa in Catholica unitate baptizari voluerit, vel in ea baptizatus propter hoc exire inde noluerit, non ſolum ſeparatus habendus eſt, verum etiam tanto ſceleratius, quanto magis errori hæreſis & diviſioni unitatis fallaciam ſimulationis adjungit. Quamobrem cujusque hominis pravitas, quanto periculoſior, & tortuoſior, tanto inſtantius & operoſius corrigenda eſt.

Lib. 18. de Civit. Dei, c. 51. n. 1. Videns autem diabolus templa dæmonum deſeri, & in nomen liberantis Mediatoris currere genus humanum, hæreticos movit, qui ſub vocabulo Chriſtiano doctrinæ reſiſterent Chriſtianæ... Qui ergo in Eccleſia Chriſti morbidum aliquid, pravumque ſapiunt, ſi correpti ut ſanum rectumque ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuaque peſtifera & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt; hæretici fiunt, & foras exeuntes habentur in exercentibus inimicis. Etiam ſic quippe veris illis Catholicis membris Chriſti malo ſuo proſunt, dum Deus utitur & malis bene, & diligentibus eum omnia cooperantur in bonum. Inimici enim omnes Eccleſiæ, quolibet errore cæcentur, vel malitia depraventur, ſi accipiant poteſtatem corporaliter affligendi, exercent ejus patientiam; ſi tantummodo male ſentiendo adverſantur, exercent ejus ſapientiam; ut autem etiam inimici diligantur, exercent ejus benevolentiam, aut etiam beneficentiam, ſive ſuadibili doctrina cum eis agatur, ſive terribili diſciplina. Ac per hoc diabolus princeps impiæ civitatis, adverſus peregrinantem in hoc mundo Civitatem Dei vaſa propria commovendo, nihil ei nocere permittitur.

Libro quæſt. ſeptemdecim in Matth. quæſt. 11. nu. 1... Hæretici non ſocietate unius Eccleſiæ, vel unius fidei, ſed ſocietate ſolius nominis Chriſtiani in hoc mundo permiſcentur bonis... Inter Hæreticos & malos Catholicos hoc intereſt, quod hæretici falſa credunt, illi autem vera credentes, non vivunt ita ut credunt.

Libro de Fide & Symbolo num. 21. c. 10. Si autem iſta fides congregationem ſocietatemque hominum non teneat, in qua fraterna caritas operetur, minus fructuoſa eſt. Credimus, & ſanctam Eccleſiam, utique Catholicam: nam & Hæretici & Schismatici congregationes ſuas Eccleſias vocant. Sed Hæretici de Deo falſa ſentiendo ipſam fidem violant; Schismatici autem diſciſſionibus iniquis a fraterna caritate diſſiliunt, quamvis ea credant quæ credimus. Quapropter nec hæretici pertinent ad Eccleſiam Catholicam, quæ diligit Deum; nec Schismatici, quoniam diligit proximum; & ideo peccatis proximi facile ignoſcit, quia ſibi precatur ignoſci ab illo, qui nos reconciliavit ſibi, delens omnia præterita, & ad vitam novam nos vocans.

(I) S. AUG. *Libro Quæſt. ſeptemdecim in Matt. Quæſt. 11. n. 2.* Solet etiam quæri, Schismatici quid ab Hæreticis diſtent, & hoc inveniri, quod Schismaticos non fides diverſa faciat, ſed communionis dirupta ſocietas... Nec tamen conſequens eſt, ut omnis hæreticus, vel ſchismaticus corporaliter ab Eccleſia ſeparetur. Si enim falſa de Deo credit, vel de aliqua parte doctrinæ, quæ ad fidei pertinet ædificationem, .. hæreticus eſt, & foris eſt animo, quamvis corporaliter intus videatur .... Item quicumque invident bonis, ita ut quærant occaſiones excludendi eos, aut degradandi, vel crimina ſua ſic defendere parati ſunt, ſi objecta vel prodita fuerint, ut etiam conventiculorum ſegregationes, vel Eccleſiæ perturbationes cogitent excitare; jam ſchismatici ſunt, & ab unitate corde diſciſſi, etiam ſi non inventis occaſionibus, aut occultatis factis ſuis ſacramento Eccleſiæ corporali converſatione ſocientur.

Vide S. AUGUS. *Lib. de Fide & Symb. cap. 10. ſupra lit.* (H) *Si qui vero quæ de Schismate a Theologis dicuntur reſcire penitius cupiunt, legant Illuſtriſſimi* D. D. TORNACENSIUM EPISCOPI Inſtructiones de Schismate; *& eruditi* D. NICOLE *Libros, quorum unus inſcribitur*, Calviniſtæ de Schismate convicti, *alter*, de Unitate Eccleſiæ.

(K) *Hæc ſupra multis argumentis, teſtimoniisque probata ſunt hocce §. præſertim lit.* (H) *&* (I)

(A) CONFERENCE DE M. L'EVEQUE DE MEAUX *avec* M. CLAUDE, *p.* 21. Sancta Prædeſtinatorum ſocietas excluſa non eſt (ab Eccleſia) Deus nolit; ipſi nobilior pars illius ſunt, & hoc toto continentur ..... illos igitur non ut extraneos habere fas eſt, ſed ut pulchriorem & nobiliorem hujus externæ ſocietatis partem, quam

PARS. I. SECT. II. CAP. III. §. 4. fidei, ſimul & Traditione certiſſime dijudicari, num doctrina Eccleſiæ ab Apoſtolis manaverit, necne.

Et in toto hocce opere demonſtramus Scriptura & Traditione ad nos revera ab Apoſtolis manaſſe quidquid Eccleſia docet tanquam fidei dogma. Id de ſingulis dogmatibus, ubi ſe dat occaſio, demonſtramus.

I. Cur ais viam hanc & methodum eſſe eruditorum propriam?

R. Id ratio, id experientia liquido demonſtrant. Quomodo idiotæ & literarum rudes poſſent ſingula dogmata ad Scripturæ & Traditionis lancem ponderare? Qui literas neſcit poteſtne ſcrutari Scripturas & Traditionem omnium ſæculorum? Qui ſingula dogmata ſingulorum fidelium examini ſubjicienda eſſe ſomniarunt, næ illi, ut ipſa experientia docuit, tentarunt rem impoſſibilem, & non Scripturarum ſolum auctoritati, ſed & ipſi rectæ rationis lumini contrariam, & ab omnibus omnino qui hactenus ſanctitate & eruditione maxime floruerunt plane reprobatam. Id Deo dante demonſtrabimus ubi de neceſſaria auctoritate Eccleſiæ in rebus fidei agemus.

Par. I. I. Sect. II. c. II. §. 2 *I.* Quanam ergo altera via dignoſci poteſt, quidquid docet Eccleſia, id ab Apoſtolis traditum ad nos uſque manaſſe?

R. Conſideranda ſunt quæ Chriſtus promiſit Eccleſiæ. Promiſſiones illæ certiſſimæ ſunt, ipſis Heterodoxis non diſſentientibus: & verbis apertiſſimis evidentiſſimiſque expreſſæ ſunt ut cuilibet legenti patet. At ex illis conſtat & conſtabit ſemper, fieri non poſſe ut Eccleſia unquam deficiat, vel erret, vel non perſeveret ad finem uſque ſæculorum in doctrina a Chriſto tradita & ab Apoſtolis transmiſſa ad omnes gentes.

I. Quid ergo Chriſtus promiſit Eccleſiæ?

R. 1. Hanc eſſe continuo nec unquam interrupto Spiritus ſancti afflatu regendam & vivificandam.

2. Poteſtates inferni nunquam adverſus Eccleſiam prævalituras; ſed Chriſtum cum ea fore omnibus diebus, ne cadat in errorem.

Sed verba ipſa Chriſti ſubjicienda ſunt, quæ nec potuerunt eſſe clariora nec ſignificantiora.

Joh. XIV. 16. 17. *Ego rogabo Patrem*, inquit, *& alium Paracletum dabit vobis*, UT MANEAT VOBISCUM IN ÆTERNUM, *Spiritum veritatis quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum: vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit....*

Id. XVI. 13. *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.*

Si Spiritus ſanctus manſurus eſt cum Eccleſia in æternum, & docturus eſt eam omnem veritatem; ergo ab ea procul erit in æternum omnis error, omnis falſitas.

Mat. XVI. 18. *Tu es Petrus*, inquit alibi Chriſtus, *& ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ*, id eſt poteſtates, *inferi non prævalebunt adverſus eam.*

Et alibi, *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: docentes eos ſervare omnia quæcunque mandavi vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.* Id. XXVIII. 18. 19. 20.

Singula hæc Chriſti verba expendenda ſunt, ſingula enim vim habent eximiam.

Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam: habes hic Petrum fundamentum Eccleſiæ, centrum unitatis. Sed de hoc alibi poſtea fuſius.

Et portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Sive per *portæ inferi* intelligantur portæ mortis, ſive intelligantur omnis dæmoniorum potentia, omnes inſultus diaboli: ex his verbis duo manifeſtiſſime colliguntur; 1. Eccleſiam Chriſti nunquam eſſe perituram, ſed in æternum eſſe permanſuram: 2. Eccleſiam nunquam eſſe a dæmone vincendam, nunquam ulla Satanæ vi dejiciendam; ſed fore ſemper adverſus omnes impiorum & dæmoniorum inſidias & inſultus, adverſus omnium Hæreticorum fraudes & ſubterfugia inconcuſſam & firmam in fide Chriſti. Sane ſi periiſſet Eccleſia, ſi lapſa eſſet in errorem, jam portæ inferi prævaluiſſent adverſus eam.

Jam alia Chriſti verba expendamus. *Data eſt mihi*, inquit, *omnis poteſtas in cælo & in terra.* Ad quid illa verba? Niſi ut Apoſtoli intelligant, ex omnipotentia ſua manare quod illis mox promittit, ſe illis ad finem uſque mundi affuturum. Si ad finem uſque ſæculi aderit cum Eccleſia, ergo nunquam diſcedet ab ea. Omnipotenti Deo quis reſiſtit? Ergo EGO, *cui omnis poteſtas data in cælo & in terra*, Ego impero: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.* Confidenter ite, confidenter docete, confidenter baptizate omnes gentes. EGO VOBISCUM SUM; Euntibus, docentibus, baptizantibus, cetera ſacramenta miniſtrantibus adero; Per vos ipſe docebo, per vos baptizabo. OMNIBUS DIEBUS ne timeatis; ſine ulla intermiſſione adero. Nulla dies, punctum temporis nullum erit quo dici non poſſit, *vobiſcum ſum*, USQUE AD CONSUMMATIONEM SÆCULI: Non quandiu vixeritis ſolum, o Apoſtoli, ſed quandiu mundus ſtabit.

Itaque verba illa Chriſti non ad ſolos Apoſtolos pertinent, ſed & ad eorum in miniſterio ſucceſſores uſque ad conſummationem ſæculorum. Vi illius promiſſionis erit Chriſtus ad conſummationem uſque ſæculi cum Eccleſia docente, baptizante, cetera ſacramenta miniſtrante. Ab hac Eccleſia Chriſtus non recedet unquam, adverſus hanc portæ inferi non prævalebunt. Id enim promiſit is cui omnis poteſtas data eſt in cælo & in terra, & qui non poteſt non ſtare promiſſis. (B)

I. Ex

quam Apoſtolus Eccleſiam appellat. Jeſus Chriſtus eam procul dubio diligit: glorioſa eſt hæc Eccleſia, quia Deo palam dat gloriam, totique terræ Evangelii, Cruciſque Jeſu Chriſti gloriam annuntiat.

Sancta eſt hæc Eccleſia, quia continuo conſtanter, ac immutabiliter ſanam doctrinam tradit, quæ inceſſanter in ſua unitate ſanctos emittit. Eccleſia hæc *non habet maculam, neque rugam*, quia neque errorem, neque pravum dogma habet, quia inſtruit, ſuoque ſinu electos Dei complectitur, qui licet in mundo peccatores in ejus communione æterna media, per quæ purgentur, nanciſcuntur, ita ut aliquando ante Jeſu Chriſti conſpectum perfectiſſimi evadant.

(B) S. CYPRIANUS *Lib. de Unit. Eccleſ.* (*Ad errorem deficitur*) dum ad veritatis originem non reditur, nec caput quæritur, nec magiſtri cæleſtis doctrina ſervatur.

Quæ

I. Ex his Christi promiſſis ſequiturne doctrinam Eccleſiæ eamdem nunc eſſe quam Apoſtoli tradiderunt, nec ullo potuiſſe errore vitiari?

R. Sequitur omnino. Si enim Spiritus veritatis manſurus eſt cum Eccleſia in æternum; ſi docturus eſt omnem veritatem, ſi portæ inferi non prævalebunt adverſus Eccleſiam, ſi Chriſtus ad finem usque ſæculorum aderit Eccleſiæ docenti & ſacramenta miniſtranti: ergo fieri non poteſt ut Eccleſia non doceat veritatem, ut non miniſtret ſancte Sacramenta, ut ullo unquam in fide errore vitietur; adeoque docet Eccleſia & docebit ſemper quod a Chriſto per Apoſtolos accepit. Si res aliter ſe haberet, non ſervaret Chriſtus promiſſa: quod ſine Chriſti ipſius injuria & contumelia dici nequit.

I. Id ſi ita eſt, hinc ſequi videtur non poſſe quemquam in Eccleſia errores docendo ſpargere, vel ſacramenta perperam miniſtrare?

R. Nego id ſequi. Promiſſiones enim illæ, corpus Eccleſiæ, non ſingula membra reſpiciunt. Fuerunt & erunt ſemper in Eccleſia non pauci qui falſa dogmata ſpargere, & corruptos mores in Eccleſiam invehere, modis omnibus tentaverunt: ſed ii nunquam adverſus Eccleſiam prævaluerunt, nec prævalebunt unquam: repreſſa ſemper fuit eorum audacia. Errare poſſunt ſinguli miniſtri ſive in doctrinæ traditione, ſive in Sacramentorum adminiſtratione; ſed corpus Eccleſiæ errare nequivit ſive in fidei definitionibus, ſive in traditis regulis ad mores ſancte componendos, ad Sacramenta ſancte miniſtranda. Nam ipſe Spiritus Chriſti, Spiritus veritatis, Chriſtus ipſe, veritas ipſa per Eccleſiam loquitur, ipſe adeſt Eccleſiæ docenti & fidei & morum regulas tradenti, ut promiſit ipſe. Hinc Eccleſiam vocat Apoſtolus *columnam & firmamentum veritatis*. Ergo Eccleſiæ docebit ſemper veritatem, & Sacramenta ſancte ſemper adminiſtrabit; licet poſſint ſingula Eccleſiæ membra a vero rectoque deficere. (C)

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 4.

1. Tim. 3. 15

C

I. Cur ais hanc viam & methodum cognoſcen-

Quæ ſi quis conſideret & examinet, tractatu longo atque argumento opus non eſt. Probatio eſt ad fidem facilis compendio veritatis. Loquitur Dominus ad
Mat. 16. 18. Petrum: *Ego tibi dico*, inquit, *quia tu es Petrus, & ſuper iſtam Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non vincent eam.*

S. Aug. *Serm.* 2. *Pſal.* 64. *verſ.* 23. *n.* 8. Eccleſiæ unitas, ... illa Eccleſia quæ fuit omnium gentium, jam non eſt, periit: hoc dicunt qui in illa non ſunt. O impudentem vocem! Illa non eſt, quia tu in illa non es. Vide ne tu ideo non ſis: nam illa erit, etſi tu non ſis. Hanc vocem abominabilem, deteſtabilem, & præſumptionis & falſitatis plenam, nulla veritate fulſultam, nulla ſapientia illuminatam, nullo ſale conditam, vanam, temerariam, præcipitem, pernicioſam, prævidit Spiritus Dei. Impletæ ſunt Scripturæ, crediderunt omnes gentes ſed apoſtatavit & periit Eccleſia de omnibus gentibus. Quid eſt hoc,
Pſ. 101. 4. *Exiguitatem dierum meorum annuntia mihi!* Et annuntiavit, nec vacavit iſta vox. Quis annuntiavit
Mat. 18. 20. mihi, niſi ipſa via? Quomodo annuntiavit? *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi.*

N. 9. Audite quid dicat: Quæ Eccleſia? Quæ congregavit populos in unum. Quæ Eccleſia? Quæ congregavit regna, ut ſerviant Domino. Mota vocibus veſtris & falſis opinionibus *veſtris*, quærit a Deo ut exiguitatem dierum ſuorum annuntiet ſibi, & inve-
Ibid. nit Dominum dixiſſe, Ecce ego vobiſcum ſum, usque in conſummationem ſæculi. Hic vos dicitis, De nobis dixit, nos ſumus, nos erimus usque in
Mat. 24. 14. conſummationem ſæculi. Interrogatur ipſe Chriſtus, cui dictum eſt: *Exiguitatem dierum meorum annuntia mihi: Et prædicabitur*, inquit, *hoc Evangelium in univerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis.* Quid eſt quod dicebas: Hoc certe fuit & periit? Dominum audi annuntiantem exiguitatem dierum meorum. Prædicabitur, inquit, hoc Evangelium. Ubi? In toto orbe terrarum. Quibus? In teſtimonium omnibus gentibus. Quid poſtea? Et tunc veniet finis.

N. 10. Non ergo blandiantur ſibi contra me hæretici, quia dixi, *exiguitatem dierum meorum*, quaſi non permanſuram in finem ſæculi .... Perfice mihi dies exiguos, ut dones mihi poſtea dies æternos. Quare ergo de exiguitate dierum requiſiſti? Vis au-
Pſ. 101. 25. dire? *In generationem anni tui.* Ideo ergo de diebus exiguis quæſivi, quia licet usque in finem ſæculi durent mecum iſti dies, exigui ſunt in comparatione dierum tuorum: *id eſt, dierum Dei.*

M. JACQUES BENIGNE BOSSUET Eveque de Meaux Inſtruction Paſtorale ſur les promeſſes de l'Egliſe, l'an. 1700. nu. 2. pag. 3. Eccleſia erit ſuper terram
Eph. 11. 20. Mat. VII. 27 *ædificata ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu.* Flabunt venti, tempeſtates inſurgent, Inferi frement omni tentationum, perſecutionum, impietatum, hæreſiarum genere, & nihilominus Eccleſia inconcuſſa ſtabit, ejusque viſibilis ſucceſſio numquam interrumpetur: hoc ſemper oculis cernere dabitur atque ex adeo miro objecto Fideles voluptatem capient.

N. 4. (*pag.* 10.) *Omnis poteſtas mihi data eſt* &c. Mat. 28. 18.
Verba hæc commentario non indigent, quod dicit, magnum & incredibile eſt; hominum ſocietatem immutabiliter durare debere, eſſe ſub ſole aliquid, quod mutationi obnoxium non ſit: verum etiam verbum ſuum immutabili hoc fundamento fulcit: *Omnis poteſtas mihi data eſt in Cælo, & in terra.* Ite igitur meo verbo freti quo vos mitto, dataque a me auctoritate utentes mearum veritatum teſtimonium afferte:
fructus vos aliquis ſequetur; vos docebit, baptizabitis, Eccleſias per totum terrarum orbem firmabitis. Id. ibid. 19.

Pag. 13. *Ego vobiſcum ſum*; Loquendi ratio hæc eſt Id. ibid. 20.
centum Scripturæ locis uſurpata ad certam invictamque Dei protectionem deſignandam. *Dominus tecum* Judic. 6. 12.
virorum fortiſſime. Si Dominus nobiſcum eſt, refert Ge- & 13.
deon, *cur apprehenderunt nos hæc omnia* ..... *Ego ero tecum*, dixit ei Dominus, *& percuties Madian quaſi* Id. Ibid. 16.
unum virum. Verbum hoc, *ego vobiſcum ſum*, omnia in ſe continet, omneque auxilium ac potentiam comprehendit. *Si ambulavero*, inquiebat David, *in medio* Pſ. 22. 4.
umbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. Centum hujusmodi loca in Scriptura paſſim obvia phraſim hanc ad eliminandum omnem metum magis aptam demonſtrant. *Cum tranſieris per aquas, te-* Iſai. 43. 2.
cum ero, & flumina non operient te: cum ambulaveris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. Nulla conjuratio, nulla oppreſſio, nulla perſecutio vobis nocere poterit: omnes inimicos veſtros audacter laceſſite, verbis Prophetæ ipſos alloquimini:
Inite conſilium, & diſſipabitur, loquimini verbum, ad Iſai. 8. 10.
perdendum nos, *& non fiet, quia nobiſcum Deus.* Sed quid etiam illud eſt, *vobiſcum*, in Jeſu Chriſti promiſſo, vobiſcum *docens* & baptizans? Qui a Deo doceri volunt, vobis credant oportet, qui vero baptizari volunt, ad vos veniant neceſſe eſt.

N. 6. Verum promiſſio hæc, *ego vobiſcum ſum*, in- Mat. 28. 20.
termittetur ne aliquando? Minime. Jeſus Chriſtus nihil obliviſcitur: ego vobiſcum ſum omnibus diebus. Quæ intermiſſio timeri poteſt, cum ita clare loquatur? Denique ne ſuſpicio eſſe poſſit, auxilium adeo præſens & efficax ad tempus eſſe promiſſum: *Ego ſum*, inquit, *vobiſcum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.* Neque ſolummodo cum iis, quibuscum tunc loquebar, nempe Apoſtolis meis, debeo eſſe; verum promiſſio mea amplior eſt, eorumque Succeſſores reſpicit. De ipſorum ſucceſſoribus ego dixi, *Ego vobiſcum ſum*: Pro *patribus nati ſunt filii*. Ipſi hæredes ſuos habebunt, qui ſibi ſucceſſores ſuos ſubſtituere non ceſſabunt, atque ita auxilium in æternum dabitur, & numquam deficiet.

Has illuſtriſſimi Epiſcopi de Promiſſionibus Chriſti ad Eccleſiam Inſtructiones ad populum ſuum integras perlegere operæ pretium eſt.

(C) S. AUG. *De Symbolo, Sermone ad Catechumenos c.* 6. *n.* 13. Ipſa eſt Eccleſia ſancta, Eccleſia una, Eccleſia

ſcendi ſanctitatem & veritatem doctrinæ quæ ab Eccleſia traditur, ex Chriſti promiſſis petitam, nullius captum ſuperare?

R. Quia non eſt hæc inveſtigatio difficilis. Perſpicua ſunt, nec cujuſquam captum ſuperant verba quibus ſupradictæ promiſſiones continentur. Verba hæc a Chriſto fuiſſe prolata nemo vel ex Heterodoxis negat. Ad hæc verba tenenda & capienda nec ſtudio, nec ratiocinio opus eſt. At ubi de veritate & certitudine promiſſionis conſtat, hinc certiſſime colligitur vel a rudioribus ſine ullo negotio, ſanctitas & perpetuitas & falli neſcia auctoritas Eccleſiæ. Quiſquis voluerit cavillationibus Chriſti promiſſionem tam perſpicuam obſcurare, næ is inter eos reputandus eſt qui, Tim. 3. 11. ut ait Apoſtolus, ſunt *proprio judicio condemnati*, (D) D

I. Cur ais Doctrina Eccleſiæ ſanctificari animas?

R. Quia Doctrina Eccleſiæ eſt ipſa Chriſti doctrina, nec poteſt alia eſſe, ut jam demonſtravimus. At nemo ſanctificatur niſi qui doctrinæ huic fide & opere adhæſerit. *Sanctifica eos in veritate, ſermo tuus veritas eſt.* Job. 17. 17. Verba ſunt Chriſti in ſua ad Patrem oratione. Et in Pſalmo 18. hæc leguntur. *Lex Domini immaculata convertens animas, teſtimonium Domini fidele ſapientiam præſtans parvulis. Juſtitiæ Domini recta lætificantes corda; Præceptum Domini lucidum illuminans oculos.* (E) Pſ. 18. 8. 9. E

I. Cur ais neminem extra Eccleſiam ſanctum eſſe?

R. Quia extra Eccleſiam nulla ſalus. Perit quiſquis moritur extra Eccleſiam; quemadmodum aquis diluvii ſubmerſi periere quicumque mortui ſunt extra Arcam. (F) F

Hujus reſponſionis veritas ut planius innoteſcat, paullo fuſius inquirendum eſt quid ſit eſſe extra Eccleſiam.

Extra Eccleſiam ſunt, 1. Qui nunquam fuerunt membra Eccleſiæ: 2. Qui ultro ſegregaverunt ſe a corpore Eccleſiæ: 3. Qui expulſi ſunt ab Eccleſia. At facillimum eſt demonſtrare

re

cleſia vera, Eccleſia Catholica contra omnes hæreſes pugnans: pugnare poteſt, expugnari tamen non poteſt, Hæreſes omnes de illa exierunt, tanquam ſarmenta inutilia de vite præciſa: ipſa autem manet in radice ſua, in vite ſua, in caritate ſua. Portæ inferorum non vincent eam.

(D) TIT. III. 10. Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem devita: 11. Sciens quia ſubverſus eſt, qui ejuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio judicio condemnatus.

(E) S. AUG. *Lib. 1. de moribus Eccleſiæ Catholicæ*, c. 30. *num.* 62. Merito Eccleſia Catholica mater Chriſtianorum veriſſima, non ſolum ipſum Deum, cujus adeptio vita eſt beatiſſima, puriſſime atque caſtiſſime colendum prædicans, nullam nobis adorandam creaturam inducens, cui ſervire jubeamur; & ab illa incorrupta & inviolabili æternitate, cui ſoli homo ſubjiciendus eſt, cui ſoli rationalis anima cohærendo non miſera eſt, excludens omne quod factum eſt, quod obnoxium commutationi, quod ſubditum tempori; neque confundens, quod æternitas, quod veritas, quod denique pax ipſa diſtinguit; nec rurſum ſeparans quod majeſtas una conjungit: ſed etiam proximi dilectionem atque caritatem ita complecteris, ut variorum morborum quibus pro peccatis ſuis animæ ægrotant, omnis apud te medicina præpolleas.

N. 63. Tu pueriliter pueros, fortiter juvenes, quiete ſenes, prout cujuſque non corporis tantum, ſed & animi ætas eſt, exerces ac doces. Tu fœminas viris ſuis non ad explendam libidinem, ſed ad propagandam prolem, & ad rei familiaris ſocietatem, caſta & fideli obedientia ſubjicis. Tu viros conjugibus, non ad illudendum imbecilliorem ſexum, ſed ſinceri amoris legibus præficis. Tu parentibus filios libera quadam ſervitute ſubjungis, parentes filiis pia dominatione præponis. Tu fratribus fratres religionis vinculo firmiore atque arctiore quam ſanguinis nectis. Tu omnem generis propinquitatem & affinitatis neceſſitudinem, ſervatis naturæ voluntatiſque nexibus, mutua caritate conſtringis. Tu dominis ſervos, non tam conditionis neceſſitate, quam officii delectatione doces adhærere. Tu dominos ſervis, ſummi Dei communis Domini conſideratione placabiles, ad conſulendum quam coercendum propenſiores facis. Tu cives civibus, gentes gentibus, & prorſus homines primorum parentum recordatione, non ſocietate tantum, ſed quadam etiam fraternitate conjungis. Doces Reges proſpicere populis, mones populos ſe ſubdere Regibus. Quibus honor debeatur, quibus affectus, quibus reverentia, quibus timor, quibus conſolatio, quibus admonitio, quibus cohortatio, quibus diſciplina, quibus objurgatio, quibus ſupplicium, ſedulo doces; oſtendens quemadmodum & non omnibus omnia, & omnibus caritas, & nulli debeatur injuria.

N. 64. Merito apud te divina præcepta late diffuſeque ſervantur. Merito apud te bene intelligitur, quam ſit gravius cognita quam incognita lege peccare.... Merito apud te viſum eſt, quam ſit ſub lege operatio vana, cum libido animum vaſtat, & cohibetur pœnæ metu, non amore virtutis obruitur. Merito ſibi tam multi hoſpitales, multi officioſi, multi miſericordes, multi docti, multi caſti, multi ſancti, multi uſque adeo Dei amore flagrantes, ut eos in ſumma continentia, atque mundi hujus incredibili contemptu etiam ſolitudo delectet.

Vide ſupra S. CYPRIAN. *de Unit. Eccleſiæ hujuſce cap.* §. 2. *litt.* (A)

(F) S. CYPRIAN. *Lib. de Unit. Eccleſ. pag.* 78. *Edit. Oxonienſ.* Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta eſt & pudica: unam domum novit, unius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit. Hæc nos Deo ſervat, hæc filios regno quos generavit aſſignat. Quiſquis ab Eccleſia ſegregatus adulteræ jungitur, a promiſſis Eccleſiæ ſeparatur: nec pervenit ad Chriſti præmia, qui relinquit Eccleſiam Chriſti; alienus eſt, profanus eſt, hoſtis eſt. Habere jam non poteſt Deum Patrem, qui Eccleſiam non habet matrem. Si potuit evadere quiſquam qui extra arcam Noe fuit; & qui extra Eccleſiam foris fuerit, evadet. Monet Dominus, & dicit: *Qui non eſt mecum, adverſus me eſt: & qui non mecum colligit, ſpargit.* Mat. 12. 30. Qui pacem Chriſti & concordiam rumpit, adverſus Chriſtum facit. Qui alibi præter Eccleſiam colligit, Chriſti Eccleſiam ſpargit... Hanc unitatem qui non tenet, Dei legem non tenet; non tenet Patris & Filii fidem, & veritatem non tenet ad ſalutem. Hoc unitatis ſacramentum, hoc vinculum concordiæ inſeparabiliter cohærentis oſtenditur, quando in Evangelium tunica Domini Jeſu Chriſti non dividitur omnino, nec ſcinditur.... & incorrupta atque individua veſtis poſſidetur:.... poſſidere non poteſt indumentum Chriſti, qui ſcindit & dividit Eccleſiam Chriſti: Chriſti populus non poteſt ſcindi, tunica ejus per totum textilis & cohærens, diviſa a poſſidentibus non eſt: individua, copulata, connexa, oſtendit populi noſtri, qui Chriſtum induimus, concordiam cohærentem; ſacramento veſtis & ſigno declaravit Eccleſiæ unitatem. Quis ergo ſic eſt ſceleratus & perfidus, quis ſic diſcordiæ furore veſanus, ut aut credat ſcindi poſſe aut audeat ſcindere unitatem Dei? Veſtem Domini? Eccleſiam Chriſti? Monet ipſe in Evangelio ſuo & docet dicens:.... Et Job. 10. 16. erit unus grex, & unus paſtor. Et eſſe uno in loco aliquis æſtimat aut multos paſtores, aut multos greges. Apoſtolus item Paulus hanc eamdem nobis inſinuans unitatem, obſecrat & hortatur dicens: *Obſecro,* 1. Cor. 1. 10. inquit, *vos fratres, per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem compoſiti in eodem ſenſu & in eadem ſententia.* Et iterum dicit: Suſtinentes in- Eph. 4. 2. 3. vicem in dilectione, ſatis agentes ſervare unitatem ſpiritus in conjunctione pacis. Stare tu & vivere putas poſſe de Eccleſia recedentem? Sedes ſibi alias & diverſa domicilia condentem? Cum dictum ſit ad Raab in qua præformabatur Eccleſia: Patrem tuum & matrem tuam, & fratres tuos, & totam domum patris Joſ. 11. 18. & 19. tui colliges ad te ipſam in domum tuam, & erit, omnis qui exierit oſtium domus tuæ foras, reus ſibi erit.

Item

Digitized by Google

re triplex hoc hominuom genus eſſe alienum a ſalute.

§. 2. Hujuſce cap.

1. Nouniſi per baptiſmum, ut jam diximus, patet aditus ad Eccleſiam: Nondum ſunt membra Eccleſiæ quicunque noudum ſunt aquis baptiſmi renati. At *niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei*, ut ait Chriſtus ipſe. Itaque ſuut alieni a ſaluta quicuuque nondum ſuut membra Eccleſiæ. *Joh. III. 5.*

2. Quicunque ultro ſegregent ſemetipſos a corpore Eccleſiæ, ii vel ſunt hæretici, val ſcbismatici, vel apoſtatæ. At manifeſte colligitur ex Apoſtolo hujusmodi hominss eſſe ptopsio judicio condemnatos. *Hæreticum hominem*, inquit Apoſtolus, *poſt unam & ſecundam correptionem devita: ſciens quia ſubverſus eſt qui ejusmodi eſt, & delinquit, cum ſit propria judicia condemnatus.* *Tit. III. 10. & 11.*

Hæc Apoſtoli verba videutur dicta de ſolo hæretico homine, in hæreſi obſtinato; ſed omnibus quoque ſchismaticis & apoſtatis hæc convenire per ſe patet. Siquidem ideo vult Apoſtolus devitare hominem hæreticum, quia is, obſtiuatus in hæreſi & ſperneus correptiones Eccleſiæ, adverſus Eccleſiam iuſurgit & fert judicium, eoque ipſo judicio ſemetipſum condemnat. Cum enim Chriſtus ſollemuiter promiſerit ſe nunquam defuturum Eccleſiæ, uec unquam receſſurum ab ea Spiritum veritatis, (G) qui Eccleſiam arroria accuſat, is Chriſtum accuſat violatæ promiſſionis: minus itaque iuſurgit adverſus Eccleſiam quam adverſus Chriſtum ipſum Eccleſiæ caput, Pontificem, & ducem. Atqui ſeipſum proprio judicio condemuat quiſquis Chriſtum audet condemnare. Atque hoc quidem eſt Apoſtoli ratiociuium adverſus hæreticos. *Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 4.* G

Quod quidem & adverſus Schismaticos & Apoſtatas urgeri uihil vetat. Nam ipſi ſicut & Hæretici *ſegregantes ſemetipſos* ab Eccleſia, hac ipſa ſua ſegregatione condemnaut Eccleſiam, ergo ſunt proprio judicio condemnati. Ergo alieni ſunt a via ſalutis. De his ita loquitur Judas Apoſtolus: *Hi ſunt* QUI SEGREGANT SEMETIPSOS, *animales, ſpiritum non habentes. Hos arguſte judicatos.* (H) *Judæ 19. 20.* H

3. Nec

Item ſacramentum Paſchæ uihil aliud in Exodi lege contineat, quam ut agnus, qui in figura Chriſti occiditur, in domo una edatur... Caro Chriſti & ſanctum Domini ejici foras non poteſt, nec alia ulla credentibus præter unam Eccleſiam domus eſt. Hanc domum, hoc unanimitatis hoſpitium deſignat & denuntiat Spiritus ſanctus in Pſalmo, dicens: Deus qui inhabitare facit unanimes in domo. In domo Dei, in Eccleſia Chriſti unanimes habitant, concordes & ſimplices perſeverant. *Pſ. LXVII.*

S. HIERON. *Epiſtol. 57. ad Damaſ. non longe a principio.* Ego nullum primum, niſi Chriſtum ſequens beatitudini tuæ, id eſt, Cathedræ Petri, communione conſocior: ſuper illam Petram ædificatam Eccleſiam ſcio, quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio.

Epiſt. 16. ad Damaſ. Pap. alias 58. *tom.* 4. *part.* 2. *pag.* 22. Hinc enim præſidiis fulta mundi Ariana rabies fremit. Hinc in tres partes ſciſſa Eccleſia ad ſe rapere me feſtinat. Monachorum circa manentium antiqua in me ſurgit auctoritas. Ego interim clamito, Si quis cathedræ Petri jungitur, meus eſt. Meletius, Vitalis, atque Paulinus tibi hærere ſe dicunt, poſſem credere ſi hoc unus aſſereret. Nunc aut duo mentiuntur, aut omnes. Idcirco obteſtor beatitudinem tuam,... ut mihi literis tuis, apud quem in Syria debeam communicare, ſignifices.

(G) MATTH. XXVIII. 18. Et accedens Jeſus locutus eſt eis, dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. 19. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti: 20. Docentes eos ſervare omnia quæcunque mandavi vobis: Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi.

JOHAN. XIV. 16. Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, 17. Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipiare, quia non videt eum, nec ſcit eum; vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit & in vobis erit.

XVI. 13. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur a ſemetipſo, ſed quæcumque audiet loquetur, & quæ ventura ſunt annuntiabit vobis.

(H) *Inſtruction Paſtorale par* M. JACQUES BENIGNE BOSSUET Eveque de Meaus, *ſur les promeſſes de l'Egliſe num. 9. pag.* 20. Hinc emanant hæ duæ veritates, quæ ſunt duo fidei noſtræ dogmata certa: quarum una eſt, metuendum minime eſſe, Apoſtolorum ſucceſſores, quamdiu cum ipſis erit Jeſus Chriſtus (erit autem ſemper ſine ulla intermiſſione) errorem docere, aut ſacramenta amittere poſſe; idem enim judicium ferri debet de aliis Sacramentis, ac de Baptiſmo, qui cæterorum janua eſt ac fundamentum. Altera vero eſt, ne momento quidem ab hac Apoſtolica ſucceſſione diſcedere fas eſſe; hoc enim perinde eſſet ac ſe a Jeſu Chriſto ſegregare, qui ſe cum ipſa ſemper fore pollicetur. Ecce duo dogmata, & noſtræ fidei fundamenta certiſſima, quæ nobis Dei Filius expreſſe propoſuit verbis apertiſſimis. Ipſe ſolus ſuper terram immortale ædificium conſtruxit, contra quod etiam promittit Inferos non prævalituros: dumque Apoſtolis ſpondet, ſe cum ipſorum ſucceſſoribus eodem modo futurum, quo cum ipſis fuit, *uſque ad conſummationem ſæculi*, omnem ille, quos libido ceperit ab hac ſacra communione egrediendi, legitime ſtabiliendæ ſuæ ſectæ occaſionem præcidit, intermiſſionemque, quæ vel tantillum duraret, cauſandi. *Mat. XVI. 18* *Mat. XXVIII. 20.*

N. 10. Hinc Hæreticis, & Schismaticis, uſque ad finem mundi, peſſima, & infelix inuſta nota a Divo Juda deſignata: *Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos:* utque totus afferatur locus: *Vos autem chariſſimi memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui dicebant vobis, quoniam in noviſſimo tempore* (nempe legis Evangelicæ) *venient illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus: hi ſunt qui ſegregant ſeipſos, animales, Spiritum non habentes.* Advertas hic, Divum Judam, unum ex Apoſtolis, omnes ſimul Apoſtolos collegas, miniſterii que ſocios allegare, tanquam uno ore ſtabilientes impoſtorum omnium, qui uſque ad ſæculorum finem parere debebant, caractere, qui eos deſignat veluti illos qui ſegregant ſe ipſos. Verum a quo ſe illi ſegregabunt, niſi a corpore jam firmato, & cujus firmitas deſtrui non poteſt; cum ipſorum impoſturæ ſenſibile ſignum ſit ſe ſegregandi temeritas. Per ſuam ipſi defectionem noti fient: evidensque eſt, inquit Divus Judas, ab Apoſtolis omnibus per hunc caracterem fuiſſe deſignatos. Cum omnes ſimul audiiſſent Jeſum Chriſtum promittentem, ſe *cum ipſis futurum uſque ad conſummationem ſæculi*, omnes ſimul decreverunt, ab hac catena disjungi perinde eſſe ac ſe a Jeſu Chriſto ſegregare; dum interim ipſis a Chriſto promiſſio fieret, numquam eos, ſucceſſoresque eorum deſertum iri. *Jud. 19.* *Id. 17. 18. 19* *Matth. XXVIII. 20.*

N. 11. Hinc non minus evidenter emanat character alius, a Divo Paulo notatus, *hominis hæretici*, nempe quod ille eſt *proprio judicio condemnatus*: quoniam ſtatim ac familiam ducit, primipiluſque ſuæ ſectæ fit, nulluſque eſt, cui ſuccedat, quo tempore ea urgere incipit ſuo ſe judicio revera tanquam manifeſtum novatorem condemnat, ſuæque condemnationis notam fronte gerit. *Tit. III. 11.*

N. 12. Id autem duobus modis fit, quorum utrumque in poſtremo ſchismate vidimus. Primo cum Epiſcopi, qui Apoſtolorum locum occupabant, in ſuis ſedibus permanentes, eorum fidei, a quibus admiſſi, & ſacris initiati ſunt, abrenunciat; ſecundo, eoque magis ſenſibili modo id tum fit, cum populi novos Paſtores, qui a ſe ipſis veniunt, ſibi adſciſcunt; quique in miniſterium ſacrum ſe intrudentes, cum prædeceſſores nulles

Digitized by Google

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 4. 3. Nec minus certum eſt extra viam ſalutis eſſe excommunicatos. Neminem enim excommunicat Eccleſia niſi peccatorem, & adverſus Eccleſiam rebellem & obſtinatum; atqui in Chriſtum ipſum rebelles ſunt qui Paſtores Eccleſiæ ſpernunt, juxta illud Chriſti: *Qui vos ſpernit me ſpernit*. Et qui *Eccleſiam non audiunt* debent eſſe nobis *ſicut Ethnici & Publicani*; quos certum eſt extra viam ſalutis eſſe. (I) Tandem *tradere ſe Satanæ* ait Apoſtolus pro eo quod nos dicimus excommunicare. (K) Quamquam non deſunt qui aſſerant hoc verbo uti Apoſtolum adverſus Inceſtuoſum Corinthium, ut ſignificet obſeſſionem corporalem quæ annexa fuerat excommunicationi illius hominis; quod innuere videntur verba ſequentia Apoſtoli, *In interitum carnis*: Aliam certe interpretationem affert S. Auguſtinus. (L) Quidquid ſit, hæc omnia plane demonſtrant excommunicatos ſicut & Hæreticos & Schiſmaticos & Apoſtatas extra viam ſalutis eſſe; tandemque poſſe neminem extra Eccleſiam ſalvari. Quod erat demonſtrandum. (M)

Luc. x. 16.

I

1. Cor. v. 5.

K

L

M

I, Suntne ſancta omnia & ſingula Eccleſiæ membra?

R. Omnia ad ſanctitatem vocata ſunt, ſed non omnia ſancta ſunt. *Multi vocati*, inquit Chriſtus, *pauci vero electi*. Multi corruptione vitæ, ſanctitatem ſuæ vocationis polluunt. Sunt in Eccleſia militante frumenta & paleæ, (N) boni & mali, membra mortua & membra viventia: (O) & mortuorum quidem longe major Mat. xx. 16.

N

O

los habeant, facinoris ſui probandi ergo, *ſe a Deo peculiari ratione ad everſam ac deſolatam Eccleſiam denuo erigendam ac firmandam excitatos* venditare coguntur. Quid ſibi volunt hi homines iſta *deſolatione ac everſione?* Illud fortaſſe, quod in univerſum corrupti, minuſque compoſiti eorum, qui ovibus præerant, mores eſſent? Atqui nulla hic de hiſce moribus quæſtio; ea enim *deſolatio* ac *everſio*, quæ *Eccleſiam denuo firmare* cogebat, fidem reſpiciebat. Putabatur itaque fides longe eſſe ab iis qui paſtorum officio fungebantur, & a populo, qui eos ſequebatur, cum ſe a toto corpore ſegregare opus eſſet; aut ſi fides cum ipſis eſſe credebatur juxta promiſſa, poſſe nihilominus ſe ſegregare, novoſque Paſtores, qui ſecundum ſucceſſionis ordinem nihil ab Apoſtolis accepiſſent, ſibi aſciſcere poſſe credebant; aut demum eſſe quidem poſſe cum Jeſu Chriſto, non vero cum iis, cum quibus ille ſe nullo non tempore futurum ſpopondit.

N. 13. Iſti igitur Eccleſiæ vulnus palam inferunt, unitatemque diſſolvunt: quod ineunte præterito ſæculo in Germania Galliiſque patratum vidimus in Luteri ac Calvini ſchiſmate. Qui vero circa eadem tempora in aliis Regnis unitatem fregerunt, licet ſedes, in quibus erant Epiſcopi, non deſeruiſſent, nihilo tamen minus ab Apoſtolica ſucceſſione deſciverunt, cum fidei eorum a quibus initiati fuerant, ex abrupto abrenunciaſſent, populoſque ad negandam fidem eorum, a quibus fuerant baptizati, induxiſſent. Animadvertendum etenim eſt, præfatam diſſenſionem a parvi momenti rebus atque indifferentibus originem non traxiſſe. Siquidem qui ſe Reformatores jactitant nihil minus Eccleſiæ, ſuiſque Antiſtitibus objiciebant, quam idololatriæ cultum, prophana, ſacrilegaque ſacrificia, gratiæ ac chriſtianæ juſtificationis oblivionem, multaque alia, quæ fidei fundamenta, chriſtianique nominis eſſentiam perſpicue reſpiciunt. Cui igitur bono occupare ſedes, palam, & apertiſſimis verbis relicta fide, quam ſui prædeceſſores profitebantur, quamqua ipſi profeſſi ſunt tum cum munus ſuſceperunt, ſacriſque initiati ſunt, cum hoc poſitivo & innegabili facto meridiana luce clarius conſtet, maximam in ipſis mutationem eſſe factam? Remotiora repetere non eſt opus: ab hocce momento fracta catena eſt: ſchiſmatis character deleri non poteſt: illud in memoriam ſibi revocent quæ fides tum vigebat, cum ſedes primum occuparunt, quamque ipſi fidem ſequebantur.

Vide eadem fere argumenta, ſed fuſius deducta ab eodem Doctiſſimo DD. BOSSUET *Meldenſium Epiſcopo in ſua Collatione cum* D. CLAUDIO *Eccleſiæ Carentonienſis Miniſtro*.

(I) MATTH. XVIII. 17. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.

(K) 1. COR. v. 5. Judicavi ... tradere hujuſmodi Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini noſtri Jeſu Chriſti.

1. TIMOTH. I. 20. Ex quibus eſt Hymenæus, & Alexander: quos tradidi Satanæ, ut diſcant non blaſphemare.

(L) S. AUG. *Lib.* 3. *contra epiſt. Parmeniani*, *cap.* 1. *n.* 3.... Tradere hujuſmodi ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini. Quid ergo agebat Apoſtolus, niſi ut per interitum carnis ſaluti ſpiritali conſularet, ut ſive aliqua pœna vel morte corporali, ſicut Ananias & uxor ejus ante pedes Apoſtoli Petri ceciderunt, ſive per pœnitentiam, quoniam Satanæ traditus erat, interimeret in ſe ſceleratam carnis concupiſcentiam? Quia ipſe item dicit, *Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram*: inter quæ & fornicationem commemorat. Et iterum: *Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis*. Non tamen ab eo fraternam ſeparat caritatem, quem de fraterna congregatione præcipit ſeparari. Hoc enim apertius ad Theſſalonicenſes dixit, Si quis autem non obaudit verbo noſtro per Epiſtolam, hunc notate, & non commiſceamini cum illo, ut erubeſcat: & non ut inimicum eum æſtimetis, ſed corripite ut fratrem. Coloſſ. III. Rom. VIII. 13. 2. Theſſ. III 14. 15.

(M) S. CYPRIANUS *de Unitate Eccleſiæ*, *initio*. *Vide ſupra litt.* (F) *hocce* §.

S. AUG. *Epiſt. ad Catholicos contra Donatiſtas*, *vulgo de Unitate Eccleſiæ*, *c.* 2. *nu.* 2. Utique manifeſtum eſt, eum qui non eſt in membris Chriſti, Chriſtianam ſalutem habere non poſſe. Membra vero Chriſti per unitatis caritatem ſibi copulantur, & per eamdem capiti ſuo cohærent, quod eſt Chriſtus Jeſus.

Lib. 4. *de Baptiſmo contra Donatiſtas*, *c.* 16. *n.* 23. *Vide ſupra hujus capitis*, §. 3. *litt.* (H)

Serm. ad Cæſar. Eccleſ. plebem Emerito præſente habit. tom. 9. *pag.* 612. *n.* 6. Extra Eccleſiam Catholicam totum poteſt præter ſalutem: .. nuſquam niſi in Eccleſia Catholica ſalutem poterit invenire... Foras ab Eccleſia Chriſti inimicus Chriſti ... ſanguinem fundere poteſt, coronam accipere non poteſt ..

S. HIERONYM. *Epiſt.* 18. *ad Euſtoc. de Cuſt. virginit. alias* 22. Grandis labor, ſed grande præmium, eſſe quod Martyres, eſſe quod Apoſtoli, eſſe quod Chriſtus eſt. Quæ quidem univerſa tunc proſunt, quum in Eccleſia fiunt; quum in una domo paſcha celebramus; ſi arcam ingredimur cum Noe; ſi pereunte Jericho, Rahab meretrix juſtificata nos continet.

(N) MATTH. III. 12. Cujus ventilabrum in manu ſua: & permundabit aream ſuam: & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

XIII. 25. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & ſuperſeminavit zizania in medio tritici, & abiit. 26. Cum autem creviſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania. 27. Accedentes autem ſervi patris familias, dixerunt ei: Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? unde ergo habet zizania? 28. Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei, Vis imus, & colligimus ea? 29. Et ait: Non: Ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum. 30. Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

(O) MATTH. XXII. 10. Et egreſſi ſervi ejus (Patris familias) in vias, congregaverunt omnes, quos invenerunt, malos & bonos: & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium.

S. AUGUST. *in Breviculo collationis cum Donatiſtis habitæ Carthagine ann.* 411. *collatione diei tertiæ*, *cap.* 9. *num.* 16... Reſponderunt (*Donatiſtis Chriſtiani*) oſtendentes multis ſanctarum Scripturarum teſtimoniis & exemplis, malos in Eccleſia nunc ſic eſſe permixtos, ut quamvis debeat vigilare Eccleſiaſtica diſciplina, ad eos non ſolum verbis, ſed etiam excommunicationibus, & degradationibus corripiendos, tamen non ſolum in ea laten-

minor eſt numerus quam viventium. Sed extra Eccleſiam nec ſanctitas eſt, nec ſalus. (P) P

I. Nonne in corpus Eccleſiæ redundat corruptio membrorum, maxime Paſtorum? Nonne dici poteſt Eccleſia corrupta, cum regitur a Paſtoribus corruptis, & poſitis ad deſtructionem potius quam ad ædificationem fidelium?

R. Non ex Privatorum hominum, vel etiam ex Paſtorum ſingularium corruptione æſtimanda Eccleſia eſt. Apoſtolus ipſe de Paſtoribus
Philipp. 11. 21. ſui temporis loquens, ait, *Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Jeſu Chriſti*. Et tamen vocat
1. Timot. 111. 15. Eccleſiam *ſanctam*, atque eam eſſe *columnam & firmamentum veritatis*. Hanc filiorum ſuorum corruptionem luxit ſemper, & damnavit Eccleſia. Non ergo ex vita & moribus ſingulorum fidelium, ſed ex Eccleſiæ doctrina, & fide, & canonibus æſtimanda eſt Eccleſiæ ſanctitas. Quod malum eſt, reprobavit & damnavit ſemper Eccleſia; quod bonum eſt, probavit ſemper, & auctoritate ſua firmavit. *Eccleſia Dei*, inquit S. Auguſtinus, *inter multam paleam multaque zizania conſtituta, multa tolerat; & tamen quæ ſunt contra fidem, vel bonam vitam, non approbat, nec tacet, nec facit*. (Q) Legantur Canones Conciliorum & ſcripta Patrum, qui quolibet ſæculo pietate & doctrina floruerunt, & liquido patebit quod hic dicimus. Etiamſi in

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 4.

S. Aug. Ep 55. al. 119. ad Januarium c. 19. n. 35. Q

Senatu

latentes neſciantur, ſed plerumque propter pacem unitatis etiam cogniti tolerentur: ſic oſtendentes divina teſtimonia conſonare, ut & illa, quibus commendaretur Eccleſia cum malorum commixtione, hoc tempus ejus ſignificarent, qualis eſt in præſenti ſæculo, & illa teſtimonia quibus commendatur non habere commixtos malos, illud ejus tempus ſignificarent, qualis venturo ſæculo in æternum futura eſt. Sicut nunc mortalis eſt, id eſt, ex mortalibus hominibus conſtat: tunc autem im-
Rom. 6. 9. mortalis erit, quando in ea nemo morietur: Sicut ipſe Chriſtus ipſo tempore fuit pro illa mortalis, poſt reſurrectionem autem jam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur; quod etiam Eccleſiæ ſuæ ipſe præſtiturus eſt. Hæc duo tempora Eccleſiæ, quæ nunc eſt, & qua-
Luc. 5. 4. lis tunc erit, ſignificata eſſe etiam duabus piſcationibus: una ante reſurrectionem Chriſti, quando mitti juſſit retia, nec ſiniſtram, nec dexteram nominans partem, ne nec ſolos malos, nec ſolos bonos, ſed commixtos bonis
Joh. 21. 6. malos intra retia ſuorum ſacramentorum futuros doceret: poſt reſurrectionem autem quando juſſit retia mitti in dexteram partem, ut poſt reſurrectionem noſtram bonos ſolos in Eccleſia futuros intelligeremus, ubi ulterius hæreſes & ſchiſmata non erunt, quibus modo
Luc. 5. 6. retia diſrumpuntur. Nam & Evangelium non tacuit
Joh. 21. 11. in prima piſcatione commemorare retia eſſe diſrupta; & in noviſſima dictum eſt, & cum tam magni eſſent piſces, retia non ſunt diſrupta. De tali Eccleſia dictum eſſe, quod per illam non erat tranſiturus incircumciſus, & immundus. Ad immundos enim pertinere ſchiſmaticas ſeparationes, quæ tunc non erunt, quia retia non
Gen. 8. 7. ſunt diſrupta. Hoc etiam ſignificaſſe, quod corvus avis immunda exiit de arca, & non rediit. Quæ tamen arca exeunte corvo non utique omnibus immundis animalibus caruit, ſed in ea fuerunt & munda & immunda uſque ad diluvium, ſicut in Eccleſia boni & mali uſque ad ſæculi finem. Sed ſicut non de immundis, ſed
Gen. 8. 20. de mundis animalibus Noe obtulit ſacrificium; ita non ii qui mali ſunt in Eccleſia, ſed ii qui boni ſunt, pervenient ad Deum.

N. 17. Reſponderunt Catholici, quod unum templum fuerit, quo univerſi utebantur: nec quemquam Prophetarum, qui tanta dixerunt in malos, conſtituiſſe ſibi aliud templum, ſacrificia, Sacerdotes... Commemora-
Ezech. 9. 4. tum eſt etiam teſtimonium Propheticum, ubi ſignati ſunt, ne cum malis perirent, qui gemebant facinora, quæ fiebant in medio eorum; non tamen corporaliter ſeparati ſunt.

N. 18. Deinde ibi commemoratum eſt, qualis ſeparatio bonis hoc tempore ab impiis, & malis fieri debeat, ne communicetur peccatis alienis, corde videlicet, & vitæ morumque diſſimilitudine; nec aliter in-
Iſai. 52. 11. telligi debere quod ſcriptum eſt, *Exite de medio eorum, recedite inde, & immundum ne tetigeritis*, id eſt, diſcernimini aliter vivendo, & immunditiæ non conſenſeritis.

Ad Donatiſtas poſt collationem, cap. 7. n. 10. Vide ſupra hujuſce capitis §. 1. litt. (H)

(P) S. August. *Epiſtola contra Donatiſtas, vulgo de Unitate Eccleſiæ, cap. 2. num. 2. Vide ſupra littera* (M) *hocce §.*

(Q) S. August. *Lib. 1. de Moribus Eccleſiæ Catholicæ, cap. 30. num. 62. 63. & 64. Vide ſupra littera* (E) *hocce §.*

Cap. 31. num. 65. Accipite perfectorum Chriſtianorum, quibus ſumma caſtitas, non laudanda tantum, ſed etiam capeſſenda viſa eſt, mores & continentiam ſingularem.... Quis enim neſcit ſummæ continentiæ hominum Chriſtianorum multitudinem per totum orbem in dies magis magiſque diffundi, & in Oriente maxime atque Ægypto?

N. 66. Nihil de iis dicam.... qui ſecretiſſimi penitus ab omni hominum conſpectu, pane ſolo, qui eis per certa intervalla temporum affertur, & aqua contenti, deſertiſſimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæſerunt, & hujus pulchritudinis contemplatione beatiſſimi, quæ niſi ſanctorum intellectu percipi non poteſt. Nihil, inquam, de his loquar; videntur enim nonnullis res humanas plus quam oportet deſeruiſſe, non intelligentibus quantum nobis eorum animus in orationibus proſit, & vita ad exemplum, quorum corpora videre non ſinimur.... Hoc tam excellens faſtigium ſanctitatis, cui non ſua ſponte mirandum & honorandum videtur, oratione noſtra videri qui poteſt.

N. 67. Sed ſi hoc excedit noſtram tolerantiam, quis non illos miretur, & prædicet, qui contemptis atque deſertis mundi hujus illecebris, in communem vitam caſtiſſimam ſanctiſſimamque congregati, ſimul ætatem agunt, viventes in orationibus, in lectionibus, in diſputationibus; nulla ſuperbia tumidi, nulla pervicacia turbulenti, nulla invidentia lividi, ſed modeſti, verecundi, pacati, concordiſſimam vitam, & intentiſſimam in Deum gratiſſimum munus ipſi offerunt a quo iſta poſſe meruerunt. Nemo quidquam poſſidet proprium, nemo cuiquam oneroſus eſt. Operantur manibus ea quibus & corpus paſci poſſit, & a Deo mens impediri non poſſit. Opus autem ſuum tradunt eis quos Decanos vocant, eo quod ſint denis præpoſiti, ut neminem illorum cura ſui corporis tangat, neque in cibo, neque in veſtimento, neque ſi quid aliud opus eſt, vel quotidianæ neceſſitati, vel mutatæ ut adſolet valetudini. Illi autem Decani cum magna ſollicitudine omnia diſponentes, & præſto facientes, quidquid illa vita propter imbecillitatem corporis poſtulat, rationem tamen etiam ipſi reddunt uni quem Patrem appellant. Hi vero Patres non ſolum ſanctiſſimi moribus, ſed etiam divina doctrina excellentiſſimi, omnibus rebus excelſi, nulla ſuperbia conſulunt iis quos filios vocant magna ſua in jubendo auctoritate, magna illorum in obtemperando voluntate. Conveniunt autem diei tempore extremo de ſuis quiſque habitaculis dum adhuc jejuni ſunt, ad audiendum illum Patrem, & conveniunt ad ſingulos Patres terna ut minimum hominum millia, nam etiam multo numeroſiores ſub uno agunt. Audiunt autem incredibili ſtudio, ſummo ſilentio affectiones animorum ſuorum, prout eos pepulerit diſſerentis oratio, vel gemitu, vel fletu, vel modeſto & omni clamore vacuo gaudio ſignificantes. Corpus deinde reficitur, quantum ſaluti & ſalubritati ſatis eſt, coercente unoquoque concupiſcentiam, ne ſe profundat, vel in ea ipſa, quæ præſto ſunt parca & viliſſima. Ita non ſolum a carnibus & vino abſtinent pro abſtinentia domandarum libidinum; ſed ab iis etiam quæ tanto concitatius ventris & gutturis provocant appetitum, quanto quaſi mundiora nonnullis videntur: quo nomine ſolet turpe deſiderium exquiſitorum ciborum, quod a carnibus alienum eſt, ridicule turpiterque defendi. Sane quidquid neceſſario victui redundat (nam redundant plurimum ex operibus manuum, & epularum reſtrictione) tanta cura egentibus diſtribuitur, quanta non ab ipſis qui diſtribuunt comparatum eſt. Nullo modo namque ſatagunt, ut hæc ſibi abundent, ſed omni modo agunt, ut non apud ſe remaneat quod abundaverit, uſque adeo, ut one-

Senatu aliquo reperirentur Judices corrupti moribus & iniqui, & parum periti; ſi tamen æqua ſunt omnia Senatus-conſulta, non impediet privatorum Judicum corruptio & iniquitas & imperitia, quominus ſuſpiciatur & colatur Senatus ut ſanctuarium juſtitiæ.

§. 5. *Cur Eccleſia dicatur Catholica?*

I. Quid ſignificat vox, *Catholica?*

R. Vox græca eſt, quæ latine idem ſonat, quod generalis & univerſalis.

I. Cur ergo Eccleſia dicitur Catholica ſeu univerſalis?

R. Quia ad omnia tempora, & ad omnia loca extenditur; quod quidem ſolius Eccleſiæ proprium eſt.

I. Cur ais Eccleſiam ad omnia tempora extendi?

R. Quia quolibet tempore fuit & erit ſocietas fidelium in una fide adunata, eodem ſpiritu afflata, ſub duce eodem, & capite Chriſto

ratas etiam naves in ea loca mittant, quæ inopes incolunt.

N. 68. Hæc eſt etiam vita fœminarum Deo ſollicite caſteque ſervientium, quæ habitaculis ſegregatæ ac remotæ a viris quam longiſſime decet, pia tantum illis caritate junguntur, & imitatione virtutis: ad quas juvenum nullus acceſſus eſt, neque ipſorum quamvis graviſſimorum, & probatiſſimorum ſenum, niſi uſque ad veſtibulum, neceſſaria præbendis quibus indigent gratia. Lanificio namque corpus exercent atque ſuſtentant, veſteſque ipſas fratribus tradunt, ab iis invicem, quod victui opus eſt reſumentes. Hos mores, hanc vitam, hunc ordinem, hoc inſtitutum ſi laudare velim, neque digne valeo, & videor ne judicare videar per ſeipſum tantummodo expoſitum placere non poſſe.

Cap. 32. *num.* 69. . . . Quam multos Epiſcopos optimos viros, ſanctiſſimoſque cognovi, quam multos Presbyteros, quam multos Diaconos & hujuſcemodi miniſtros divinorum ſacramentorum, quorum virtus eo mihi mirabilior & majore prædicatione dignior videtur, quo difficilius eſt eam in multiplici hominum genere, & in iſta vita turbulentiore ſervare. Non enim ſanatis magis quam ſanandis hominibus præſunt. Perpetienda ſunt vitia multitudinis ut curentur, & prius toleranda quam ſedanda eſt peſtilentia. Difficillimum eſt hic tenere optimum vitæ modum, & animum pacatum atque tranquillum. Quippe ut breviter explicem, hi agunt ubi vivere diſcitur, illi ubi vivitur.

Cap. 33. *num.* 70. Nec ideo tamen laudabile Chriſtianorum genus contemſerim, eorum ſcilicet, qui in civitatibus degunt a vulgari vita remotiſſimi. Vidi ego diverſorium Sanctorum Mediolani, non paucorum hominum, quibus unus Presbyter præerat vir optimus & doctiſſimus. Romæ etiam multa cognovi, in quibus ſinguli gravitate atque prudentia & divina ſcientia præpollentes, ceteris ſecum habitantibus præſunt, Chriſtiana caritate, ſanctitate, & libertate viventibus: ne ipſi quidem cuiquam oneroſi ſunt, ſed Orientis more & Pauli Apoſtoli auctoritate manibus ſuis ſeſe tranſigunt. Jejunia etiam prorſus incredibilia multos exercere didici, non quotidie ſemel ſub noctem reficiendo corpus, quod eſt uſquequaque uſitatiſſimum, ſed continuum triduum vel amplius ſæpiſſime ſine cibo ac potu ducere. Neque hoc in viris tantum, ſed etiam in fœminis, quibus item multis viduis & virginibus ſimul habitantibus, & lana ac tela victum quæritantibus præſunt ſingulæ graviſſimæ, probatiſſimæque non tantum in inſtituendis, componendiſque moribus, ſed etiam inſtruendis mentibus peritæ ac paratæ.

N. 71. Atque inter hæc nemo urgetur in aſpera, quæ ferre non poteſt, nulli quod recuſat imponitur, nec ideo condemnatur a ceteris, quod in eis ſe imitandis fatetur invalidum: meminerunt enim quantopere Scripturis omnibus commendata ſit caritas .... Concupiſcentiæ perdomandæ, & dilectioni fratrum retinendæ invigilat omnis induſtria.

N. 72. Chriſtiani ſunt non hæretici, intelligunt Scripturas ſecundum Apoſtolicam, non ſecundum ſuperbum & commentitium nomen Apoſtoli ... quod viliore victu vivere placet, minimeque ſumptuoſo corporis ſuſtentaculo ætatem tranquilliſſimam ducere .... Ita multi neque veſcuntur carnibus .... Itaque idem ipſi qui ſani temperant, ſi ratio valetudinis cogit, ægroti ſine ulla formidine accipiunt. Multi vinum non bibunt ... & quibuſdam languidioribus, & prorſus omnibus qui ſine illo nequeunt ſalutem corporis obtinere humaniſſime ac modeſtiſſime præberi faciunt, & ſtulte nonnullos recuſantes fraterne admonent, ne vana ſuperſtitione debiliores citius quam ſanctiores fiant: legunt eis Apoſtolum diſcipulo præcipientem ut aliquantum vini ſumat propter frequentes infirmitates ſuas. Ita pietatem ſedulo exercent,

N. 73. Continent ſe igitur ii qui poſſunt, qui tamen ſunt innumerabiles, & a carnibus & a vino ... Caritas præcipue cuſtoditur; caritati victus, caritati habitus, caritati vultus aptatur; coitur in unam conſpiraturque caritatem; hanc violare tanquam Deum nefas ducitur: huic ſi quid reſiſtit expugnatur atque ejicitur; hanc ſi quid offendit, unum diem durare non ſinitur, ſciunt ita commendatam eſſe a Chriſto & Apoſtolis, ut ſi hæc una deſit, inania, ſi hæc adſit, plena ſint omnia.

Cap. 34. *num.* 74. Manichæi ſi poteſtis, obſiſtite; iſtos intuemini; iſtos ſine mendacio, ſi audetis, & cum contumelia nominate: iſtorum jejunia veſtra jejunia, caſtitati caſtitatem, veſtitum veſtitui, epulas epulis, modeſtiam modeſtiæ, caritatem denique caritati, & quod res maxime poſtulat, præceptis præcepta conferte. Jam videbitis quid inter oſtentationem, & ſinceritatem, inter viam rectam, & errorem, inter fidem atque fallaciam, inter robur & tumorem, inter beatitudinem & miſeriam, inter unitatem, & conciſſionem, poſtremo quid inter ſuperſtitionis ſirenas, & portum religionis interſit.

N. 76. Nunc vos (*o Hæretici*) illud admoneo, ut aliquando Eccleſiæ Catholicæ maledicere deſinatis, vituperando mores hominum, quos & ipſa condemnat, & quos quotidie tanquam malos filios corrigere ſtudet. Sed quicumque illorum bona voluntate Deique auxilio corriguntur, quod amiſerant peccando, pœnitendo recuperant. Qui autem voluntate mala in vitiis perſeverant, aut etiam addunt graviora prioribus, in agro quidem Domini ſinuntur eſſe, & cum bonis ſeminibus creſcere, ſed veniet tempus quo zizania ſeparentur. Aut ſi jam propter ipſum Chriſtianum nomen magis in palea, quam in ſpinis eſſe arbitrandi ſunt, veniet etiam qui aream purget, & a frumentis paleam ſeparet, & ſingulis partibus pro ſuo cujuſque merito, quod oportet, ſumma æquitate diſtribuat.

Epiſt. 208. *alias* 209. *ad Felician. n.* 2. Te admoneo ne gravius pertubeteris his ſcandalis ... Nam hæc ipſe Dominus in Evangelio ita prædixit: *Væ mundo a ſcandalis: oportet venire ſcandala: væ autem homini illi, per quem ſcandalum venit.* Qui ſunt iſti homines, niſi de quibus dicit Apoſtolus, *ſua quærentes, non quæ Jeſu Chriſti.* Alii ſunt ergo, qui propterea tenent paſtorales cathedras, ut Chriſti gregibus conſulant; alii vero qui propterea in eis ſedent, ut ſuis honoribus temporalibus & commodis ſæcularibus gaudeant. Matt. 18. 7. Philip. 2. 21.

N. 3. Sicut autem ſunt Paſtores boni & mali, ſic etiam in ipſis gregibus ſunt boni & mali. Boni, ovium nomine ſignificantur; mali vero, hœdi appellantur; ſed commixti pariter paſcunt, donec veniat Princeps Paſtorum, qui dictus eſt *unus Paſtor*; & quemadmodum ipſe promiſit, ſeparet ſicut Paſtor oves ab hœdis. Nobis enim imperavit congregationem, ſibi autem ſervavit ſeparationem: quia ille debet ſeparare, qui neſcit errare. Nam qui ſeparare ante tempus, quod ſibi Dominus ſervavit, ſuperbi ſervi facile auſi ſunt, ipſi potius ab unitate Catholica ſeparati ſunt. Nam ſchiſmate immundi mundum gregem unde habere potuerunt? Joh. 10. 16.

N. 4. Ut ergo in unitate maneamus, nec offenſi ſcandalis palearum aream Dominicam deſeramus, ſed potius uſque in finem ventilationis frumenta perſeveremus, & comminutam ſtipulam firmo caritatis pondere toleremus; ipſe Paſtor noſter in Evangelio de Paſtoribus bonis nos admonet, ut propter bona opera eorum, nec in eis ipſis noſtram ſpem ponamus, ſed eum, qui tales illos fecit, Patrem qui in cælis eſt, glorificemus, & de Paſtoribus malis, quos nomine Scribarum & Phariſæorum ſignificare voluit, docentes bona, & facientes mala.

N. 5. Nam de bonis Paſtoribus ita loquitur, *Vos eſtis*

Digitized by Google

Chriſto Jeſu. Hæc autem ſocietas Eccleſia dicitur. (A)

A

I. Quomodo Chriſtus potuit eſſe dux & caput fidelium qui vixerunt antequam ipſe naſceretur?

R. Quia poſt peccatum primi hominis, nemini ſalus eſſe potuit, niſi per Chriſtum. Chriſtus & gratiam & gloriam meruit Sanctis omnibus, qui vixere ſub veteri teſtamento. Eos, Chriſtus, per Spiritum ſuum vivificavit, & in una fide adunavit, quemadmodum & Chriſtianos vivificat

Act. IV, 12. & adunat. *Et non eſt in alio aliquo ſalus*, inquit Petrus Apoſtolus, *nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri.* (B)

B

I. Stabitne Eccleſia uſque ad conſummationem ſæculi?

R. Stabit utique; neque enim portæ inferi prævalebunt unquam adverſus eam; nec Chriſtus ab ea diſcedet ullo die, uſque ad conſummationem ſæculi. Has Chriſti promiſſiones ſuperius retulimus & explicuimus. *

I. Cur ais Eccleſiam ad omnia loca extendi?

R. 1. Quia doctrina Eccleſiæ per Orbem univerſum diſſeminata eſt, vel diſſeminatur, vel diſſeminabitur. Nullus in Orbe locus eſt, in quo non ſint, vel fuerint, vel futuri ſint Catholici. (C)

* *§. Superiori.*

C

2. Nationes omnes, abdicato Idolorum cultu, Chriſtianam religionem miniſterio Apoſtolorum, & virorum Apoſtolicorum amplexæ ſunt. Quod quidem ſæpius fuerat a Prophetis prænuntiatum. Ex eo autem tempore nulla ſocietas majorem habuit extenſionem, quam ſocietas Eccleſiæ; habuit ex eo tempore Eccleſia toto terrarum Orbe filios inter ſe ejuſdem fidei vinculo, Sacramentorum eorumdem participatione, ejuſdem Cathedræ Petri ſocietate adunatos. (D)

D

I. Cur

Mat. V. 14. & ſeq. *eſtis lumen mundi. Non poteſt civitas abſcondi ſuper montem conſtituta; neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt. Sic luceat lumen veſtrum coram hominibus; ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt.* De malis autem Paſtori-

Matt. 23, 2-3 ribus oves admonet, dicens: *Super cathedram Moyſi ſedent; quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt.* His auditis, oves Chriſti etiam per malos doctores vocem ipſius audiunt, & unitatem illius non relinquunt: quia bonum, quod eos audiunt dicere, non eſt ipſorum, ſed illius: & ideo ſecuræ oves paſcuntur, quia & ſub malis Paſtoribus paſcuis dominicis nutriuntur. Non autem faciunt malorum facta Paſtorum, quia talia opera non ſunt illius, ſed ipſorum. Quos autem bonos vident, non ſolum audiunt bona, quæ dicunt: ſed etiam imitantur bona, quæ faciunt. De talibus erat Apoſtolus, qui dicebat:

1. Cor. 4, 16. *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* Iſte lumen erat illuminatum a lumine ſempiterno ipſo Domino Jeſu Chriſto, & in candelabro poſitum erat, quia in ejus cruce

Gal. 6. 14. gloriabatur; unde ait, *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti*, & quia non ſua quærebat, ſed quæ Jeſu Chriſti, quamvis ad imitationem ſuam, quos per Evangelium genuerat, hortatur; tamen corripit graviter eos, qui per Apoſtolorum nomina ſchiſmata fecerint.

N. 6. In Catholica Eccleſia, quæ per omnes gentes,

Coloſſ. 1. 6. ſicut promiſſa eſt, dilatatur atque diffunditur, *in univerſo Mundo fructificans, & creſcens*, & boni ſunt & mali .... Ab ea vero ſeparati, quamdiu contra illam ſentiunt, boni eſſe non poſſunt; quia etſi aliquos eorum bonos videtur oſtendere quaſi laudabilis converſatio,

Matt. 12. 30 malos eos facit ipſa diviſio, dicente Domino, *Qui mecum non eſt, adverſum me eſt; & qui mecum non colligit ſpargit.*

(A) S. AUGUST. *Epiſt.* 102. *alias* 49. *ad Deo Gratias, quæſt.* 2. *num.* 12. Itaque ab exordio generis humani, quicumque in eum (Deum) crediderunt, eumque utcumque intellexerunt, & ſecundum ejus præcepta pie & juſte vixerunt, quandolibet & ubilibet fuerint, per eum proculdubio ſalvi facti ſunt. Sicut enim nos in eum credimus & apud Patrem manentem, & qui in carne jam venerit: ſic credebant in eum antiqui, & apud Patrem manentem, & in carne venturum. Nec quia pro temporum varietate nunc factum annunciatur, quod tunc futurum prænunciabatur, ideo fides ipſa variata, vel ſalus ipſa diverſa eſt. Nec quia una eademque res, aliis atque aliis ſacris & ſacramentis vel prædicatur, aut prophetatur, ideo alias atque alias res, vel alias atque alias ſalutes oporteret intelligi. Quod autem quando fiat, quod ad unam eandemque fidelium & piorum liberationem pertineat, conſilium Deo tribuamus, nobis obedientiam teneamus. Proinde aliis tunc nominibus & ſignis, aliis autem nunc, & prius occultius, poſtea manifeſtius, & prius a paucioribus, poſtea a pluribus, una tamen eademque religio vera ſignificatur, & obſervatur.

N. 15. *Vide ſupra hujuſce Partis Sect.* 1. *cap.* 4. §. 23. *litt.* (C)

(B) S. AUG. *Lib.* 19. *contra Fauſtum*, *c.* 14... Si ergo antiqui juſti pro illis prænuntiativis ſacramentis & rerum nondum impletarum figuris, omnia dura & horrenda perpeti parati fuerunt, & plerique perpeſſi ſunt: ſi tres pueros, Danielemque prædicamus, quia de menſa regis con- *Dan. 1. 8.*
taminari noluerunt, quod erat contra illius temporis ſacramentum: ſi Machabæos cum ingenti admiratione præ- *2. Mach. 7.*
ferimus, quia eſcas, quibus nunc Chriſtiani licite utuntur, attingere noluerunt, quia tunc pro tempore prophetico non licebat: quanto magis nunc pro baptiſmo Chriſti, pro Euchariſtia Chriſti, pro ſigno Chriſti ad omnia perferenda paratior debet eſſe Chriſtianus; cum illa fuerint promiſſiones rerum complendarum, hæc ſint indicia completarum? Quod enim adhuc promittitur Eccleſiæ, id eſt, corpori Chriſti, & in manifeſtatione prædicatur, & in ipſo capite corporis Salvatore, id eſt, in ipſo Mediatore Dei & hominum homine Chriſto Jeſu, jam utique completum eſt. Quid enim promittitur, niſi vita æterna ex reſurrectione a mortuis? Hoc jam completum eſt in illa carne, quod *Verbum caro factum eſt, & habita-* *Johan. 1. 14.*
vit in nobis. Tunc ergo & occulta erat fides: nam eadem credebant, eademque ſperabant omnes juſti & ſancti etiam temporum illorum, & promiſſiva erant illa omnia ſacramenta, omniſque ritus ille ſacrorum: nunc autem reve- *Gal. 3. 23.*
lata eſt fides, in quam concluſus erat populus, quando ſub lege cuſtodiebatur.

Cap. 16, 17, & 18. *Vide ſupra Paragr. tertio hujuſce cap. lit.* (A)

Lib. 10. *de Civitate Dei*, *cap.* 25. Hujus ſacramenti fide etiam juſti antiqui mundari pie vivendo potuerunt, non ſolum antequam lex populo Hebræo daretur ... ſed ipſius quoque legis temporibus; quamvis in figuris rerum ſpiritualium habere videretur promiſſa carnalia.

Lib. 18. *cap.* 47. *Vide ſupra hujuſce Partis Sect.* 1. *cap.* 4. §. 23. *lit.* (C)

(C) S. AUG. *Epiſt.* 199. *alias* 80. *ad Heſychium*, *c.* 12. *n.* 47. Eccleſia fructificat, & creſcit in univerſo Mundo. Adhuc enim habet quo creſcat, donec fiat, quod de Chriſto in Salomonis figura prophetatum eſt, *Dominabitur a* *Pſal. 71. 8.*
mari uſque ad mare, & a flumine uſque ad terminos Orbis terræ .... Omnes gentes quotquot feciſti venient, & adora- *Pſal. 85. 9.*
bunt coram te Domine .... Nulla relinquetur terrarum, ubi non ſit Eccleſia.

N. 48. Si ergo quia prophetia veritatis mentiri non poteſt, neceſſe eſt, ut omnes gentes, quotquot fecit Deus, adorent eum: quomodo adorabunt eum, niſi invocent eum? ... In quibus ergo Gentibus nondum eſt Eccleſia, oportet ut ſit, non ut omnes qui ibi fuerint credant: omnes enim gentes promiſſæ ſunt, non omnes homines omnium gentium, *non enim omnium eſt fides.* *2. Teſſ. 3. 2.*

(D) PSALM. II. *verſ.* 8. Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.

XXI. 28. Reminiſcentur & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ: & adorabunt in conſpectu ejus univerſæ familiæ gentium.

LVI. 6. & 12. Exaltare ſuper cælos Deus .... & ſuper omnem terram gloria tua.

LXXI. 8. Et dominabitur a mari uſque ad mare, & a flumine uſque ad terminos orbis terrarum.

S. AUG. *in Pſalm.* II. *v.* 8. *n.* 7. Poſtula a me: ut ſcilicet gentes nomini Chriſtiano copulentur, atque ita a morte

te

Digitized by Google

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 5.

te redimantur, & poſſideantur a Deo, .. terminos terræ ... ut omnes gentes intelligamus.

In Pſal. XXI. *Enarrat.* I. *n.* 28. *v.* 28. ... Et adorabunt in conſcientiis ſuis univerſæ patriæ gentium.

Enarrat. 2. *n.* 28. *v.* 28. *Chriſtus* in ſacco ferebat pretium noſtrum: percuſſus eſt lancea, fuſus eſt ſaccus, & manavit pretium orbis terrarum.

Cetera vide ſupra hujuſce Partis primæ, Sect. 2. *cap.* 1. §. 17. *lit.* (A)

In Pſalm. LVI. *num.* 13. *v.* 6. Exaltatum Deum ſuper cælos non videmus, ſed credimus: ſuper omnem autem terram gloriam ejus non tantum credimus, ſed etiam videmus. Qualem vero væſaniam patiantur hæretici, quæſo ut attendatis. Illi præciſi a compagine Eccleſiæ Chriſti, & partem tenentes, totum amittentes, nolunt communicare orbi terrarum, qua diffuſa eſt gloria Chriſti. Nos autem Catholici in omni terra ſumus; quia omni terræ communicamus, quacumque gloria Chriſti diffuſa eſt.

In Pſalm. LXXI. *n.* 11. *ſuper verſ.* 8. Oſtendit quam lata eamdem Eccleſiam fuerat diffuſurus, cum adjecit, *Et dominabitur a mari uſque ad mare* ... Doctrina ejus dilatatur uſque ad terminos orbis terræ, cum prædicatur Evangelium regni in univerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus.

ISAI. XLIV. 3. Effundam enim aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam: effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam. 4. Et germinabunt inter herbas, quaſi ſalices, juxta præterfluentes aquas. 5. Iſte dicet: Domini ego ſum, & ille vocabit in nomine Jacob, & hic ſcribet manu ſua: Domino; & in nomine Iſrael aſſimilabitur.

LIV. 1. Lauda ſterilis quæ non paris: decanta laudem, & hymnos quæ non pariebas; quoniam multi filii deſertæ, magis quam ejus, quæ habet virum, dicit Dominus. 2. Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum ſuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clavos tuos conſolida. 3. Ad dexteram enim, & ad lævam penetrabis; & ſemen tuum gentes hæreditabit, & civitates deſertas inhabitabit. 4. Noli timere, quia non confunderis, neque erubeſces: non enim te pudebit, quia confuſionis adoleſcentiæ tuæ oblivisceris, & opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis amplius. 5. Quia dominabitur tui qui fecit te, Deus exercituum nomen ejus; & redemptor tuus ſanctus Iſrael, Deus omnis terræ vocabitur. 6. Quia ut mulierem derelictam & mœrentem ſpiritu vocavit te Dominus, & uxorem ab adoleſcentia abjectam, dixit Dominus. 7. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. 8. In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper a te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui, dixit Redemptor tuus Dominus.

Epheſ. v. 23. & 30. S. AUGUST. *Epiſt. contra Donatiſtas, vulgo de Unitate Eccleſ. cap.* 4. *num.* 7. Totus Chriſtus caput & corpus eſt. Caput unigenitus Dei Filius, & corpus ejus Eccleſia, ſponſus & ſponſa, duo in carne una. Quicumque de ipſo capite ab Scripturis ſanctis diſſentiunt, etiamſi in omnibus locis inveniantur, in quibus Eccleſia deſignata eſt, non ſunt in Eccleſia. Et rurſus quicumque de ipſo capite Scripturis ſanctis conſentiunt, & unitati Eccleſiæ non communicant, non ſunt in Eccleſia; quia de Chriſti corpore, quod eſt Eccleſia ab ipſius Chriſti teſtificatione diſſentiunt ... (Hæretici) etiamſi per omnes terras inveniantur per quas eſt Eccleſia, non utique ſunt in Eccleſia: quia ipſum caput Eccleſiæ non tenent, quod eſt Chriſtus Jeſus ... Proinde prioribus temporibus per Prophetas ſonuit Verbum Dei. Deinde per
Joan. I. 14. ſeipſum, cum *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*; deinde per Apoſtolos, quos miſit ad ſe prædicandum, ut eſſet ſalus uſque ad fines terræ. In his igitur omnibus quærenda eſt Eccleſia.

N. 9. Nulli noſtrum dubium eſt, per arcam Noe, ſalva rerum geſtarum fide, ut deletis peccatoribus domus juſti a diluvio liberaretur, etiam Eccleſiam fuiſſe figuratam ... Propterea cuncta animalium genera ibi fuiſſe, quia in omnibus gentibus futura prænuntiabatur Eccleſia.

Gen. 22. 18. *N.* 11. *Benedicentur in ſemine tuo omne ſemen terræ*, quia obaudiſti vocem meam. Quid ad hæc dicitis? An Judæorum nobiſcum perverſitate contenditis, ut dicatis in ſolo populo nato ex carne Abrahæ intelligendum ſemen Abrahæ? .... Quid ergo dicat Apoſtolus audiamus. Quærimus enim jam, quemadmodum intelligendum ſit
Gal. III. 15. & 16. ſemen Abrahæ. *Fratres*, inquit, *ſecundum hominem dico, tamen hominis confirmatum teſtamentum nemo irritum facit, aut ſuperordinat. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini ejus. Non dicit, & ſeminibus, tanquam in multis; ſed tanquam in uno, & ſemini tuo, quod eſt Chriſtus*. Ecce in quo *ſemine benedicuntur omnes gentes*: ecce teſtamentum Dei: aperite aures. *Hominis*, inquit, *confirmatum teſtamentum nemo irritum facit, aut ſuperordinat*. Quare vos irritum facitis teſtamentum Dei, dicendo nec in omnibus gentibus eſſe completum, & periiſſe jam de gentibus, in quibus erat ſemen Abrahæ? Quare ſuperordinatis dicendo in nullis terris hæredem permanere Chriſtum, niſi ubi potuit cohæredem habere Donatum?

N. 14. *Erit ſemen tuum ſicut arena terræ, & multiplicabitur ſupra mare, & in Africum & Aquilonem, & in Orientem. & benedicentur in te omnes tribus terræ, & in ſemine tuo*. Date mihi hanc Eccleſiam, ſi apud vos eſt. Oſtendite vos communicare omnibus gentibus, quas jam videmus in hoc ſemine benedici. Gen. XXII. 17. 18.

N. 15. Quid in Prophetis, quam multa & quam manifeſta ſunt teſtimonia Eccleſiæ per omnes gentes toto terrarum orbe diffuſæ? Unde pauca commemorabo, plura relinquens otio diligentiæ cum Dei timore legentibus ..... Dicat Iſaias, ubi Eccleſiam ſanctam, Deo revelante, præviderit .... *Repleta eſt*, inquit, *univerſa terra, ut cognoſcat Dominum, ... & qui exſurget principium habere in nationes, in eum gentes ſperabunt* ... Iſ. XI. 9. 10. Rom. 15. 12.
Item dixit, *Germinabit & floreſcet Iſrael, & replebitur orbis terrarum fructu ejus* ... Item dicit, *Viderunt gentes, & timuerunt fines terræ* ... *Et in nomine ejus gentes ſperabunt*. Iſ. 27. 6. Id. 41. 5. & 42. 4.

N. 16. Item dicit Iſaias: *Poſui te in teſtamentum generis in lucem gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad fines terræ*: ... & *dedi te*, inquit, *teſtamentum gentium, ut incolas terram, & poſſideas hereditatem deſerti*; ... Et dicit: *Ecce iſti a longinquo venient; hi autem ab Aquilone, & mari; alii autem ex terra Perſarum. Exulta cælum, & in lætitia eſto terra, emittant montes jucunditatem, quoniam miſertus eſt Deus populi ſui, & humiles populi ſui allocutus eſt*: Et *circumſpice ubique oculis tuis, & vide univerſos. Vivo ego, dicit Dominus: omnes hos indue te, & diſpones eos ut ornamentum novæ nuptæ: quoniam quæ deſerta fuerunt in te, & corrupta & delapſa, nunc in maxima arctura erunt per eos qui commorantur iſtic: longe a te efficientur, qui te transvorabant. Dicent enim in aures tuas filii tui quos amiſeras, Anguſtia nobis eſt in iſto loco, facito itaque nobis nunc locum in quo commoremur. ... Ecce tollam in nationes manus meas, & in inſulas ſignum meum, & adducam filios tuos in ſinu, filias etiam ſuper humeros portabunt: & erunt Reges educatores veſtri; quæ autem Principales ſunt, nutrices veſtræ, ſuper terram declinantes faciem deprecabuntur te, & veſtigia pedum tuorum elinguent: & ſcies, quia ego Dominus, & non erubeſces*. Et paolo poſt: *Lex a me prodiet, & judicium meum in lucem gentibus* .. *& in brachio meo gentes ſalvantur*. Et adjungit: .... *Patefaciet Dominus brachium ſuum ſanctum in conſpectu univerſarum gentium, & videbunt omnes nationes uſque ad ultima terræ ſalutem quæ a Deo eſt*. Quis tam ſurdus, quis tam demens, quis tam mente cæcus, ut his tam evidentibus teſtimoniis obloquatur? Id. 49. 6. Id. ibid. 8. Id. ibid. 12. & 13. Id. ibid. 18. 19. 20. Id. ibid. 22. 23. Id. 51. 4. 5. Id. LII. 10.

N. 17. Sed ad manifeſtiora veniamus. Certe ſacratiſſimas nuptias in Scripturis novimus; ſponſum & ſponſam, Chriſtum & Eccleſiam ... Sit ergo prior ipſe ſponſus deſcribitur: ... *Et peccata eorum ipſe portabit; ideo hæreditate poſſidebit multos, & fortium partietur ſpolia* ... *Ipſe peccata multorum ſuſtinuit, & propter iniquitates noſtras traditus eſt* ... Quis ita ſurdus eſt, ut hæc non audiat? Quis ita obtuſus, ut non intelligat? Quis ita cæcus, ut non videat? *Ideo*, inquit, *ipſe hereditate poſſidebit multos, & fortium partietur ſpolia, propter quod tradita eſt in mortem anima ejus, & inter iniquos deputatus eſt*. .. Quid eſt, Hæretici, quod de paucitate gloriamini, ſi propterea Dominus Jeſus Chriſtus traditus eſt ad mortem, ut hæreditate multos poſſideret? Et qui ſunt hi multi, vel quam late occupant terram? Id. LIII. 11. 12. Ibid.

N. 18. Prænuntiato ſponſo, & expreſſo, procedat & ſponſa in verbis Iſaiæ: legamus eam in veritate paginarum ſanctarum, & agnoſcamus in orbe terrarum. Hoc teſtimonium de ſancta Eccleſia prædictum etiam Paulus Apoſtolus poſuit. Non eſt quo fugiat contentioſa tergiverſatio hæreticorum: *Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & exclama, quæ non parturis; quoniam multi filii deſertæ, magis quam ejus quæ habet virum*. ... Nonne iſti ſunt multi, de quibus dictum eſt: *Ideo ipſe hæreditate poſſidebit multos*? Nam quæ eſt hæreditas ejus, niſi Eccleſiæ ejus? ... *Multi filii deſertæ, magis quam ejus quæ habet virum*. Synagogam ſcilicet Judæorum volens intelligi ... Comparent multitudinem Chriſtianorum per omnes gentes, quibus non communicant, (*hæretici*) & Gal. 4. 27. Iſai. 54. 1.

videant

PARS I. SAEC. II. CAP. III. §. 5.

I. Cur ais ſolius Eccleſiæ proprium eſſe extendi ad omnia loca & tempora?

R. Quia alii ſocietati nulli id competit. Omnium aliarum ſocietatum noſcimus initium & progreſſum: hæ tandem ſuccedente tempore evaneſcunt & pereunt. Omnes anguſtis locorum & temporum ſpatiis circumſcriptæ ſunt. Sola Eccleſia ſtat & ſtabit ſemper ubique diffuſa.

Et certe novimus initium & progreſſum ſectæ Montaniſtarum, Manichæorum, Arrianorum, Donatiſtarum, Neſtorianorum, Eutychianorum, Pelagianorum, Lutheranorum, Calviniſtarum, &c. Nulla ex his cui diei :non potuerit, *Heſterni eſtis*, quo ſolo verbo Tertullianus merito contendit invictiſſime revinci poſſe ſocietates omnes ab Eccleſia ſegregatas, nulla habita inquiſitione dogmatum. (E)

E

Omnes & ſingulæ ſuam habent certam & ab omnibus cognitam originem; nunquam per

videant quam pauci ſint in comparatione omnes Judæi; & tandem aliquando intelligant in Eccleſia Catholica toto orbe diffuſa, iſtam prophetiam eſſe completam: *Multi filii deſertæ, magis quam ejus quæ habet virum.*

N. 19. Unde autem multos filios eſſet habitura conſe-
Iſai. LIV. 2. *& ſeq.* quenter adjungit ... *Dixit enim Dominus, dilata locum tabernaculi tui & aulæarum tuarum: fige, noli parcere, longos fac funiculos tuos, & palos tuos confirma, adhuc in dextram & in ſiniſtram extende: & ſemen tuum gentes poſſidebit, ne timeas quoniam prævalebis, neque verearis quod deteſtabilis fueris. Confuſionem æternam oblviſceris, ignominiæ viduitatis tuæ non erit memor: quoniam ego Dominus qui facio te, Dominus nomen illi, & qui liberavit te, Deus Iſrael univerſæ terræ vocabitur.* Ecce quo uſque juſſa eſt extendere funiculos, donec Deus ejus Iſrael univerſæ terræ vocetur... Et ei dicitur alio
Iſai. LXII. 2. *& ſeq.* per eumdem Prophetam ... *Videbunt omnes gentes juſtitiam tuam, & Reges honorem tuum; ... Et eris corona pulchritudinis in conſpectu Domini, & diadema regni in manu Dei tui; & jam non vocaberis derelicta, & terra tua non vocabitur deſerta. Tu enim vocaberis voluntas mea, & terra tua orbis terrarum.* Quid dici manifeſtius adhuc exigendum eſt? Ecce ex uno Propheta quam multa, quam clara: & tamen reſiſtitur, & contradicitur, non cuiquam homini, ſed Spiritui Dei, & evidentiſſimæ veritati.

Pſal. II. 8. *Cap.* 8. *n.* 20. Jam pauca de Pſalmis audiamus .. *Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam fines terræ.* Quis enim Chriſtianus unquam dubitavit hoc de Chriſto eſſe prædictum, aut hanc hæreditatem aliud quam Eccleſiam eſſe intellexit?

N. 21. *Commemorabuntur, & convertentur ad Domi-*
Pſ. XXI. 28. *num univerſi fines terræ; & adorabunt in conſpectu ejus univerſæ patriæ gentium; quoniam Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium?* Nonne Apoſtolus de prædicatoribus novi teſtamenti dictum expoſuit quod ſcriptum eſt: *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines or-*
Pſ. XVIII. 5. *Rom.* X. 18. *bis terræ verba eorum?* De quo alio niſi de Chriſto in-
telligitur? *Deus Deorum Dominus locutus eſt, & vocavit*
Pſ. XLIX. 1. *terram a Solis ortu uſque ad occaſum; ex Sion ſpecies de-*
Pſ. LVI. 6. 12 *coris ejus?* Cujus, niſi Chriſti vox eſt? *Dormivi conturbatus...* Audi quid ſequatur: *Exaltare ſuper cælos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua...* & unde gloria ejus ſuper omnem terram, niſi quia Eccleſia ejus per omnem terram?

N. 22. Ibi etiam (*in Pſalmis*) dicuntur hæc, ubi agnoſcatur Eccleſia toto orbe diffuſa, omnibus etiam Regibus
Pſ. LXXI. 8. *& ſeq.* Chriſto ſubjugatis: *Et dominabitur*, inquit, *a mari uſque ad mare, & a flumine uſque ad terminos orbis terræ.* A flumine utique ubi cum Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie, & vox de cælo manifeſtavit: ... *Coram illo decident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent. Reges Tharſis & Inſulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes Reges, omnes gentes ſervient ei ... & benedicentur in eo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum ... & replebitur gloria ejus omnis terra ...* Ecce manifeſtata eſt in Pſalmis Eccleſia toto orbe diffuſa, ſuper quam requieſcet gloria Regis ejus, unde & ipſa Regina eſt ſponſa ejus, de qua ei dicitur in Pſal-
Pſ. XLIV. 10 *& ſeq.* mo: *Adſtitit Regina a dextris tuis, in veſtitu deaurato, circumamicta varietate:* & ad eam ipſam exhortandam continuo divinus ſermo dirigitur: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum & domum patris tui, quoniam concupivit Rex ſpeciem tuam, quia ipſe eſt Deus tuus ... Pro patribus tuis, nati ſunt tibi filii, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram.*

N. 23. Quid ad hæc dicturi ſunt quæ commemoravi ex lege, & Prophetis, & Pſalmis, de Chriſti Eccleſia, quæ toto orbe diffunditur, cui malunt repugnare perverſi quam communicare correcti? Quid, inquam, dicturi ſunt? ... Falſa eſſe non audent dicere: premuntur enim mole tantæ auctoritatis.

Cap. 10. *num.* 25. *Quia ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat* *Luc.* XXIV. 46.
Chriſtum pati, & reſurgere tertia die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remiſſionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Jeruſalem... Teneamus ergo Eccleſiam ex ore Domini deſignatam, unde cœptura, & quouſque perventura eſſet; cœptura ſcilicet ab Jeruſalem, perventura in omnes gentes.

Cap. 11. *n.* 27... *Et eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in* *Act.* I. 8.
tota Judæa, & Samaria, & uſque in totam terram. Ecce & hic manifeſtum eſt unde cœptura, & quouſque perventura eſſet Eccleſia.

N. 14. Quis non intelligat, *Eritis mihi teſtes in Jeruſa-* *Act.* I. 8. 9.
lem, & in tota Judæa, & Samaria, & uſque in totam terram. His dictis, elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum, & viderunt eum euntem in cælum. Quid hoc eſt, rogo? Cum verba noviſſima hominis morientis audiuntur ituri ad inferos, nemo eum dicit eſſe mentitum, & impius judicatur hæres, qui forte illa contempſerit: quomodo ergo effugiemus iram Dei, ſi vel non credentes, vel contemnentes repulerimus verba noviſſima, & unici Filii Dei, & noſtri Domini ac Salvatoris, & ituri in cælum, & inde proſpecturi quis ea negligat, quis obſervet; & inde venturi, ut de omnibus judicet? Habeo manifeſtiſſimam vocem Paſtoris mei, commendantis mihi & ſine ullis ambagibus exprimentis Eccleſiam: mihi imputabo ſi ab ejus grege, quod eſt ipſa Eccleſia, per verba hominum ſeduci atque aberrare voluero; cum me præſertim admo- *Johan.* X. 27.
nuerit dicens, *Quæ ſunt oves meæ, vocem meam audiunt, & ſequuntur me.* Ecce vox ejus clara & aperta: hac audita qui eum non ſequitur, quomodo ſe ovem ejus dicere audebit? Nemo mihi dicat, O quid dixit Donatus, o quid dixit Parmenianus, aut Pontius, aut quilibet illorum. Quia nec Catholicis Epiſcopis conſentiendum eſt, ſicubi forte falluntur, ut contra canonicas Dei Scripturas aliquid ſentiant. Sed ſi cuſtodito unitatis & charitatis vinculo in hoc incidunt, fiet in eis quod Apoſtolus ait, *ſi quid aliter ſapitis, hoc quoque Deus vobis revelabit.* *Phil.* III. 15

N. 19. Sed prædictam demonſtravimus Eccleſiam in verbo Dei ſponſo ejus, ſive per Legem, ſive per Prophetas & Pſalmos, ſive per os proprium ab Jeruſalem cœpturam & perventuram uſque ad terminos orbis terræ ... Cœpta eſt ab Jeruſalem, inde itura Eccleſia per omnes linguas: quod etiam præſignatum eſt in eis, qui ibidem conſtituti accepto Spiritu ſancto linguis omnibus ſunt locuti.

N. 30. Vocatur ergo Saulus de cælo, fit ex perſecutore prædicator, & dicit de illo Dominus ad Ananiam,
Vade, quoniam vas electionis eſt mihi, ut portet nomen *Act.* IX. 15.
meum coram gentibus, & regibus, & filiis Iſrael magnificari. Ego enim monſtrabo ei quanta patietur propter nomen
meum... Vos melius ſcitis quomodo abominandum ſit viro *Id.* X. 28.
Judæo, jungi aut accedere ad alienigenam; ſed mihi Deus oſtendit, nullum communem aut inquinatum dicere hominem.... Jam cui non appareat illo vaſe ſignificatum
orbem terrarum, cum omnibus gentibus .. *Vobis opor-* XIII. 46.
tebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos vos judicaſtis vitæ æternæ, ecce convertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus, Poſui te lumen gentibus, ut ſis in ſalutem uſque in extremum terræ ... Audientes autem gentes, perceperunt verbum Dei, & crediderunt quotquot erant deſtinati in vitam æternam.

Lib. 17. *de Civit. Dei, c.* 8. *n.* 2. *Vide ſupra* §. 27. *cap.* 4. *Sect. præced. lit.* (E)

(E) TERTULL. *adverſus Praxeam, c.* 2. Hanc regulam ab initio Evangelii decurriſſe, etiam ante priores quoſque hæreticos, nedum ante Praxeam heſternum; probabit tam ipſa poſteritas omnium hæreticorum, quam ipſa novellitas Praxeæ heſterni. Quo peræque adverſus univerſas hæreſes jam hinc præjudicatum ſit, id eſſe verum, quodcumque primum, id eſſe adulterum, quodcumque poſterius.

De

per orbem univerſum diffuſæ ſunt. Ex his pleræque jam evanuerunt; reliquæ evaneſcunt in dies, debilitantur; & mutuis armis corruunt quotidie in intecritum. Nulla ex illis habuit, nec habebit unquam extenſionem, quæ ſoli Eccleſiæ Catholico-Romanæ competit. Atque hæc quidem Eccleſia ſola eſt, cui jam a primis ſæculis tributum fuerit Catholicæ nomen, ut notarunt ſancti Cyrillus Jeroſolymitanus & Auguſtinus. (F) F

§. 6. *Cur Eccleſia dicatur Apoſtolica.*

I. Cur Eccleſia dicitur Apoſtolica?

R. 1. Quia quidquid Apoſtoli crediderunt & docuerunt id credit & docet.

2. Ab ipſis Apoſtolis fundata, per ſucceſſores Apoſtolorum ragitur, ſuamque habet a Chriſto per Apoſtolos auctoritatem & miſſionem.

I. Cur ais Eccleſiam credere & docere quidquid Apoſtoli crediderunt & docuerunt?

Hujuſ. cap. §. 4. *R.* Quia facile demonſtrari poteſt, Eccleſiam per ſingula retro ſæcula continua ſerie ad noſtra uſque tempora idem crediditſſe & docuiſſe quod Apoſtoli. Id jam probavimus, ubi de ſanctitate Eccleſiæ ſermo fuit.

Superiori §. *I.* Cur ais Eccleſiam fuiſſe ab Apoſtolis fundatam? Dixeras ſuperius Eccleſiam ante Chriſti tempora extitiſſe.

R. Eccleſia, ſumpta pro ſocietate fidelium in genere, ante Chriſti tempora extabat, ut probavimus: ſed ſumpta pro congregatione fidelium qui Chriſtiani dicuntur, non niſi poſt Chriſtum formata eſt, & fundata per Apoſtolos fuit.

Hæ ſocietates duæ unum corpus efficiunt in Chriſto adunatum. Unam Eccleſiam *ſuperædificatam*, ut ait Apoſtolus, *ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu*. Hæc Eccleſia extabat quidem ante Chriſtum, ſed dicta non eſt Apoſtolica niſi poſt Chriſtum. (A) *Epheſ. II. 20* A

I. Quo ſenſu dicuntur Apoſtoli fundatores Eccleſiæ?

R. In eo quod *in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*. Chriſti fidem & Evangelium prædicaverunt ubique. Homines antea Judæos vel Ethnicos fecerunt Chriſtianos, & Chriſti Diſcipulos: & ex omnibus tum Judæis, tum Gentibus ad Chriſtum converſis formaverunt ſocietatem & congregationem, quæ dicitur Eccleſia Chriſtiana, & quæ exinde ſtat & ſtabit ſemper ſine intermiſſione ad finem uſque ſæculorum. *Pſ. XVIII. 4.*

I. Cur ais Eccleſiam per ſucceſſores Apoſtolorum ragi?

R. Quia Epiſcopi regunt Eccleſiam; juxta illud Apoſtoli, *Poſuit vos Spiritus ſanctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei quam Chriſtus acquiſivit ſanguine ſuo*. Regunt quidem Eccleſiam & Presbyteri, ſed ſub auctoritate Epiſcoporum. At Epiſcopi canonice ordinati, ſucceſſores Apoſtolorum ſunt. Nam ipſi ſunt ab aliis Epiſcopis ordinati, qui ſucceſſione Epiſcopatus minime interrupta ab ipſis Apoſtolis fuerant ordinati, eorumque auctoritati ſucceſſerant. (B) *Act. XX. 28.* B

I. Hæc

De Præſcriptionibus, cap. 37... ad (*Hæreticos*) merito dicendum eſt, Qui eſtis? Quando, & unde veniſtis? Quid in me agitis, non mei? Quo denique jure ſylvam meam cædis? Qua licentia fontes meos tranſvertis? Qua poteſtate limites meos commoves? Mea eſt poſſeſſio. Quid hic ceteri ad voluntatem veſtram ſeminatis & paſcitis? Mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo, habeo origines firmas, ab ipſis auctoribus quorum fuit res. Ego ſum hæres Apoſtolorum. Sicut caverunt teſtamento ſuo, ſicut fidei commiſerunt, ſicut adjuraverunt, ita teneo. Vos certe exhæredaverunt ſemper & abdicaverunt, ut extraneos, ut inimicos. Unde autem extranei & inimici Apoſtolis hæretici, niſi ex diverſitate doctrinæ, quam unuſquiſque de ſuo arbitrio, adverſus Apoſtolos, aut protulit, aut recepit?

(F) S. AUG. *de vera Religione cap. 7. n. 12.* Repudiatis igitur omnibus, qui neque in ſacris philoſophantur, nec in philoſophia conſecrantur; & iis qui vel prava opinione, vel aliqua ſimultate ſuperbientes, a regula & communione Eccleſiæ Catholicæ deviarunt; & iis qui ſanctarum Scripturarum lumen, & ſpiritalis populi gratiam, quod novum teſtamentum vocatur, habere noluerunt.. Tenenda eſt nobis Chriſtiana Religio, & ejus Eccleſiæ communicatio quæ Catholica eſt, & Catholica nominatur, non ſolum a ſuis, verum etiam ab omnibus inimicis. Velint, nolint enim ipſi quoque hæretici & ſchiſmatum alumni, quando non cum ſuis, ſed cum extraneis loquuntur, Catholicam nihil aliud quam Catholicam vocant. Non enim poſſunt intelligi, niſi hoc eam nomine diſcernant, quo ab univerſo orbe nuncupatur.

Contra Epiſtolam Manichæi quam vocant fundamenti, c. 4. n. 5... Multa ſunt quæ in ejus (Eccleſiæ Catholicæ) gremio me juſtiſſime teneant. Tenet conſenſio populorum atque Gentium: tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, caritate aucta, vetuſtate firmata: tenet ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oves ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendavit, uſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio Sacerdotum: poſtremo ipſum Catholicæ nomen, quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes, ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit, ut cum omnes Hæretici ſe Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniatur, nullus Hæreticorum, vel Baſilicam ſuam vel domum audeat oſtendere. Iſta ergo tot & tanta nominis Chriſtiani cariſſima vincula recte hominem tenent credentem in Catholica Eccleſia, etiamſi propter noſtræ intelligentiæ tarditatem vel vitæ meritum veritas nondum ſe apertiſſime oſtendat... Nemo me movebit ab ea fide quæ animum meum tot ac tantis nexibus Chriſtianæ religioni adſtringit.

S. CYRIL. HIEROSOL. *Catech. 18. n. 23. Et in unam ſanctam Catholicam Eccleſiam...* Catholica igitur vocatur, quia per univerſum orbem ſit terrarum diffuſa, a finibus terræ uſque ad extrema. Et quia docet Catholice, hoc eſt, univerſaliter, & ſine ullo defectu, vel differentia omnia dogmata, quæ deberent venire in cognitionem, de rebus viſibilibus & inviſibilibus, cæleſtibus & terreſtribus, & quod omne genus hominum pie ſubjugat, principes & privatos. Et quia in univerſum curat omne genus peccatorum, & quæ per corpus patrantur. Habeturque in illa omne genus (quocumque nomine vocetur) virtutis, in factis & dictis, & ſpiritualibus chariſmatibus omnigenis. Apte autem Eccleſia vocatur, quaſi dicas convocatio: propter omnium convocationem & congregationem.... *Et ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* *Symb. Apoſtol.* *Mat. XVI. 18.*

N. 26... Illorum (Hæreticorum) fœda conventicula fugias: perſeveres autem in Catholica Eccleſia, in qua & renatus es. Quod ſi forte veneris in civitatem, non ſimpliciter interroga ubi ſit Domiaicus, ſeu domus Domini: nam & reliquæ impiorum hæreſes Dominicos, quamvis pollutos, appellare non dubitant. Neque id tanquam quæras ſimpliciter, ubi ſit Eccleſia. ſed ubi Catholica Eccleſia? Hoc enim proprium nomen eſt ſanctæ hujus & matris omnium noſtrum, quæ eſt ſponſa Domini noſtri Jeſu Chriſti, unigeniti Filii Dei... Regum quidem poteſtas certis locis, & gentibus, terminos habet: Eccleſiæ autem Catholicæ per univerſum orbem indefinita eſt potentia.

(A) S. AUGUST. *in Pſalm. LXXXVI. num. 4.* Quare ſunt fundamenta Apoſtoli & Prophetæ? Quia eorum auctoritas portat infirmitatem noſtram.... Duodenarius numerus Apoſtolorum ... ſacramentum eſt cujuſdam univerſitatis: quia per totum orbem terrarum futura erat Eccleſia, unde vocatur hoc ædificium ad Chriſti compagem.

(B) S. AUG. *Lib. 3. contra Creſcon. c. 18. n. 21...* Quomodo ad matrem Eccleſiam redire permittuntur, qui ab Eccleſia matre non receſſerunt ... niſi quia in cauſa reſarcien-

Hæc Epiſcopatus ſucceſſio fuit ne in Scripturis deſignata?

Epheſ. iv. 11. 14. *R.* Fuit verbis apertiſſimis. Chriſtus *dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Evangeliſtas, alios autem Paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti: Donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti*. Verba ſunt Apoſtoli.

Ergo ex Apoſtolo erunt ad finem uſque ſeculi in Eccleſia Paſtores & Doctores. Quod autem Paſtores illi per continuam ordinationis ſucceſſionem mittendi ſint, patet ex Epiſtola ejuſdem Apoſtoli ad Titum quem Epiſcopum ordinaverat, & Cretæ Inſulæ præpoſuerat. *Hujus*
Tit. 1. 5. *rei gratia*, inquit, *reliqui te Cretæ, ut conſtituas per civitates Presbyteros*. Sic Eccleſia ad finem uſque ſeculi regenda eſt per Epiſcopos, qui ab Apoſtolorum ſucceſſoribus ordinati, ſucceſſores & presbyteros ipſi ordinent.

I. Hanc ſucceſſionem Epiſcopatus ab Apoſtolis ad noſtra uſque tempora agnoveruntne Patres noſtri ut notam & caracterem Eccleſiæ?

R. Agnoverunt. Sic loquitur Sanctus Irenæus Lugdonenſis Epiſcopus & Martyr, vir Apoſtolicorum temporum, qui cum ſancto Polycarpo Johannis Apoſtolis Diſcipulo diu vi-
S. Iren. L. 3. adv. Hereſ. cap. 3. xerat, ſic inquam loquitur: *Quoniam valde longum eſt omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones, maximæ, & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ, a glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis traditionem & annuntiatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum pervenientem uſque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquomodo per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam ſententiam præter quam oportet colligunt*. (C)

C

Tertullianus, qui eodem quo S. Irenæus ſæculo floruit, hæc habet adverſus hæreticos diſ-
Tertul. Lib. de Præſ. c. 32. ſerens. *Edant origines Eccleſiarum ſuarum; evolvant ordinem Epiſcoporum ſuorum ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, ut primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeveraret, habuerit auctorem & anteceſſorem: ſicut Smyrnæorum Eccleſia Polycarpum a Joanne conlocatum refert; ſicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum itidem. Perinde & ceteræ exhibent quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtitutos Apoſtolici ſeminis traduces habeant*. (D)

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 6.

D

S. Auguſtinus adverſus Manichæos ſcribens hæc ait; *In Catholica Eccleſia, ut omittam ſinceriſſimam ſapientiam, quam in Eccleſia eſſe Catholica non creditis; multa ſunt alia quæ in ejus gremio me juſtiſſime teneant. Tenet conſenſio populorum atque gentium: tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, caritate aucta, vetuſtate firmata: tenet ab ipſa ſede Petri Apoſtoli cui paſcendas oves ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendavit, uſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio Sacerdotum: tenet poſtremo ipſam Catholicæ nomen, quod non ſine cauſa inter tam multas Hereſes ſic illa Eccleſia ſola obtinuit, ut cum omnes Heretici ſe Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniatur, nullus Hæreticorum vel Baſilicam ſuam vel domum audeat oſtendere. Iſta ego tot & tanta nominis Chriſtiani cariſſima vincula recte hominem tenent credentem, in Catholica Eccleſia.* S. Aug. contra Epiſt. fundam. c. 4. Et infra. *Ego vero Evangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoveret auctoritas. Quibus ergo obtemperavi dicentibus, Crede Evangelio; cur eis non obtemperem dicentibus mihi, Noli credere Manichæis?*

S. Optatus Milevitanus Epiſcopus Lib. 2. contra Donatiſtas n. 3. & 4. cum enumeraſſet continuam ſeriem Epiſcoporum qui a S. Petro Romæ ſederunt ad Siricium uſque, *cum quo*, inquit, *nobiſcum totus orbis.... in una communionis ſocietate concordat*: ſic Donatiſtas alloquitur. *Verum Cathedræ vos originem reddite, qui vobis vultis ſanctam Eccleſiam vindicare*. Tum occurrit objectioni Donatiſtarum, qui ut aliquam habere viderentur cum Roma ſocietatem, illuc Victorem quemdam Pſeudo Epiſcopum miſerant, ut gregem Donatiſtarum eo in urbe conſiſtentem paſceret. Sic igitur loquitur ſanctus Optatus: *Quid eſt hoc quod pars veſtra in urbe Roma Epiſcopum civem habere non potuit? Miſſus eſt igitur Victor. Erat ibi filius ſine Patre, Tiro ſine principe, diſcipulus ſine magi-*

ſareiendi hujus ſchiſmatis obliti actis propriæ vanitatis, qua poſt Epiſcopos ab ipſis Apoſtolorum ſedibus inconcuſſam ſeriem uſque in hæc tempora perducentes,.. orbem terrarum baptizandum eſſe cenſetis.

Tertull. *de Præſcription. contra Hæreticos*, c. 32. *Hic locus citatur infra in reſponſione*.

(C) S. Irenæus *Lib. 3. adverſus Hæreſes*, c. 3. Traditionem itaque Apoſtolorum in toto mundo manifeſtatam, in omni Eccleſia adeſt reſpicere omnibus qui vera velint videre: & habemus annumerare eos qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſiis, & ſucceſſores eorum uſque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab his (*Hæreticis*) deliratur. Etenim ſi recondita myſteria ſciſſent Apoſtoli, quæ ſeorſim & latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea quibus etiam ipſas Eccleſias committebant. Valde enim perfectos & irreprehenſibiles in omnibus eos volebant eſſe, quos & ſucceſſores relinquebant, ſuum ipſorum locum magiſterii tradentes: quibus emendate agentibus fieret magna utilitas, lapſis autem ſumma calamitas. Sed quoniam, &c. (*in ipſa reſponſione*.) Ad hanc enim Eccleſiam propter potiorem principalitatem neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt undique fideles, in qua ſemper ab his, qui ſunt undique, conſervata eſt ea quæ ab Apoſtolis Traditio. Fundantes igitur & inſtruentes beati Apoſtoli Eccleſiam, Lino Epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt. Hujus Lini Paulus, in his quæ ſunt ad Timotheum epiſtolis meminit. Succedit autem ei Anacletus: poſt eum tertio loco ab Apoſtolis Epiſcopatum ſortitur Clemens, qui & vidit ipſos Apoſtolos, & contulit cum eis, & cum adhuc inſonantem prædicationem Apoſtolorum & Traditionem ante oculos haberet, non ſolus, adhuc enim multi ſupererant tunc ab Apoſtolis docti . . . Huic autem Clementi ſuccedit Evariſtus, & Evariſto Alexander, ac deinceps ſextus ab Apoſtolis conſtitutus eſt Sixtus, & ab hoc Teleſphorus qui etiam glorioſiſſime martyrium fecit: ac deinceps Hyginus, poſt Pius, poſt quem Anicetus. Cum autem ſucceſſiſſet Aniceto Soter, nunc duodecimo loco Epiſcopatum ab Apoſtolis habet Eleutherius. Hac ordinatione & ſucceſſione, ea quæ eſt ab Apoſtolis in Eccleſia Traditio, & veritatis præconiatio pervenit uſque ad nos, & eſt pleniſſima hæc oſtenſio unam & eamdem vivificatricem fidem eſſe, quæ in Eccleſia ab Apoſtolis uſque nunc ſit conſervata, & tradita in veritate.

(D) Tertull. *de Præſcriptionibus adverſus Hæreticos*, *cap.* 20. . . Apoſtoli . . . primo per Judæam conteſtata fide in Jeſum Chriſtum, & Eccleſiis inſtitutis; dehinc in orbem profecti, eamdem doctrinam ejuſdem fidei nationibus promulgaverunt, & proinde Eccleſias apud unamquamque civitatem condiderunt, a quibus traducem fidei & ſemina doctrinæ, ceteræ exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur ut Eccleſiæ fiant.

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 6. *magiſtro, ſequens ſine antecedente . . . Si Victori diceretur, ubi ſederit? Nec ante ſe aliquem illic fuiſſe monſtraret, nec Cathedram aliquam niſi peſtilentiæ oſtenderet.*

Vides ergo hanc ſucceſſionem Epiſcopatus qualibet ætate viſam fuiſſe notam & teſſeram certam Catholicæ Eccleſiæ: idque non ab uno ex Patribus, ſed ab omnibus omnino: neque enim ullus eſt qui aliter ſenſerit: omni exceptione majora teſtimonia hic duximus eſſe referenda.

I. Cur ais Eccleſiam habere a Chriſto per Apoſtolos auctoritatem & miſſionem?

R. Quia non poteſt ſtare Eccleſia ſine miniſterio verbi & Sacramentorum. Oportet enim ut ſint in Eccleſia qui præſint aliis, qui doceant, qui baptizent, qui Paſſionis Dominicæ memoriam celebrent, idque ad conſummationem uſque ſæculi. Non poteſt autem miniſterium verbi & Sacramentorum legitime exerceri niſi ab iis qui miſſi a Deo ſint, juxta illud Apoſtoli:
Rom. x. 15. *Quomodo prædicabunt niſi mittantur?* Et alibi:
Heb. v. 4. 5. *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificavit ut Pontifex fieret.*

Idcirco Chriſtus a Deo Patre miſſus, miſit Apoſtolos deditque illis Spiritum ſuum, &
Joh. xx. 21. ſuam auctoritatem. *Sicut miſit me Pater*, inquit,
Luc. x. 16. *& ego mitto vos. Qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me.* Rurſus Apoſtoli acceptam a Chriſto auctoritatem & miſſionem communicarunt cum Paſtoribus a ſe delectis in opus miniſterii. Paulus Apoſtolus a Chriſto eruditus & miſſus, erudivit, ordinavit & miſit Timotheum Epiſcopum, jubetque ut ipſe alios erudiat & mittat, qui idonei ſint alios docere & mittere. *Quæ*
2. Tim. II. 2. *audiſti a me*, inquit, *hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Id ipſum de Petro ceteriſque Apoſtolis dici debet. Sic opus miniſterii ad finem uſque ſæculi conſummabitur: Chriſtuſque juxta promiſſionem ſuam aderit, ut jam diximus, Paſtoribus ſic miſſis & ad conſummationem uſque ſæculi mittendis ad docendum & baptizandum. Debet ergo ad finem uſque ſæculi permanere ſocietas quædam Paſtorum, qui miſſi a ſucceſſoribus Apoſtolorum doceant & baptizent. Societatem hanc Eccleſiam dicimus. Et non eſt Eccleſia Chriſti, ſed falſi nominis Eccleſia, ſocietas omnia quæ caret hujuſmodi ſucceſſione miſſionis & auctoritatis.

I. Nonne fieri poteſt ut Deus mittat extra ordinem Miniſtros & Paſtores, qui doceant & Sacramenta miniſtrent cum auctoritate immediate a Chriſto accepta: quemadmodum auctoritatem hanc Paulus Apoſtolus acceperat *non* Galat. I. 1.
ab hominibus neque per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum?

R. 1. Deus quidem omnipotens omnia quæcunque vult facit. Nulla tamen aut fuit aut erit unquam neceſſitas id faciendi. Siquidem futuri ſunt ad finem uſque ſæculorum, ut jam probavimus, Paſtores legitimi via ordinaria mittendi in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti & ſpeciali Chriſti auxilio protegendi. Unde ſi quos forte præter conſuetum ordinem eligit Deus ad miniſterium, quod ſæpius contigiſſe fidem faciunt Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ monumenta antiquiſſima & certiſſima, illi nihilominus tamen ordinationem & miſſionem accipiunt ab Eccleſiæ Paſtoribus. Quemadmodum Saulus a Chriſto electus miſſus eſt ad Ananiam Sacerdotem, ut ab eo erudiretur & baptizaretur. (E) Et de eodem Saulo dictum eſt poſtea: E
Miniſtrantibus autem illis Domino & jejunanti- Act. XIII.
bus, dixit illis Spiritus ſanctus: Segregate mihi 2. 3.
Saulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. Tunc jejunantes & orantes, imponentesque eis manus, dimiſerunt illos. Licet ergo Paulus electus eſſet Apoſtolus *non ab hominibus neque per* Galat. I. 1.
hominem, ſed per Jeſum Chriſtum, accepit tamen & ab Eccleſia miſſionem.

2. Si forte contingeret, quod hactenus non contigit, nec continget unquam, ut certo affirmamus ipſa promiſſionis Chriſti ſtabilitate fulti, ſi forte contingeret, inquam, a Chriſto mitti in Eccleſiam Paſtores in opus miniſterii miſſione extraordinaria & alia prorſus ab ea quam accipiunt Paſtores & doctores in Eccleſia legitime ordinati a Paſtoribus legitimis: nullatenus tamen eſſent audiendi qui ſic mitterentur, niſi miſſionem ſuam editis ſignis & miraculis demonſtrarent; alioqui pateret quotidie fraudi & mendacio locus. Atque ea quidem ratione probavit miſſionem ſuam extraordinariam Moyſes, probarunt Prophetæ, probavit Chriſtus ipſe, qui
ait, *ſi opera non feciſſem in eis quæ nemo alius* Joh. xv. 24.
fecit, peccatum non haberent. Quibus verbis manifeſte declarat Chriſtus neceſſe omnino fuiſſe, ut ipſe ſuam miſſionem miraculis comprobaret; alioqui merito fuiſſe ſe a Judæis rejiciendum. Non ſunt ergo audiendi qui nullis editis miraculis, miſſus ſe tamen a Chriſto jactitant, ſpreta Eccleſiæ auctoritate.

I. Quibus argumentis confutari poſſunt Calviniſtæ, qui in ſua fidei Confeſſione non dubitant aſſerere, ſtatum Eccleſiæ fuiſſe interruptum, ideoque neceſſe fuiſſe ut Deus extraordinarie Paſtores ſuſcitaret ad Eccleſiam reſtituendam?

R. Con-

Ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur, ut ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum. Omnes genus ad originem ſuam cenſeatur neceſſe eſt. Itaque tot ac tantæ Eccleſiæ, una eſt illa ab Apoſtolis prima, ex qua omnes. Sic omnes prima, & Apoſtolicæ, dum una omnes probant unitatem: dum eſt illis communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quam ejuſdem ſacramenti una traditio.

Cap. 36. Age jam qui voles curioſitatem melius exercere in negotio ſalutis tuæ, percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſident, apud quas ipſæ authenticæ literæ eorum recitantur, ſonantes vocem & repræſentantes faciem uniuſcujuſque .... Felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt; ubi Petrus Paſſioni Dominicæ adæquatur; ubi Paulus Johannis exitu coronatur; ubi Apoſtolus Johannes, poſteaquam in oleum igneum demerſus, nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur... Legem & Prophetas cum Evangelicis, & Apoſtolicis literis miſcet, & inde potat fidem: eam aqua ſignat, ſancto Spiritu veſtit, Euchariſtia paſcit, martyrium exhortatur, & ita adverſus hanc inſtitutionem neminem recipit.

(E) Act. IX. 6..... Domine, quid me vis facere? 7. Et Dominus ad eum. Surge, & ingredere civitatem; & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.... 11. Et Dominus ad eum: (*Ananiam*) Surge, & vade in vicum, qui vocatur rectus: & quære in domo Judæ Saulum nomine Tarſenſem: ecce enim orat.... 17. Et abiit Ananias, & introivit in domum: & imponens ei manus, dixit: Saule frater, Dominus miſit me Jeſus, qui apparuit tibi in via qua veniebas, ut videas, & implearis Spiritu ſancto.

S. Aug.

R. Confutantur manifeſtiſſimis Chriſti promiſſionibus ſuperius prolatis. Si Chriſtus cum Eccleſia ſua futurus eſt omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi, fieri non poteſt Eccleſiam ullo die perire, & ſtatum illius ullo tempore intermitti. Qui aliud docent, rem docent omnibus retro ſæculis inauditam, nullo Scripturarum teſtimonio fulti, imo contra manifeſtiſſima Scripturarum teſtimonia. Hi non verentur Chriſtum ipſum accuſare violati pacti, ac proinde ſe ipſos proprio judicio condemnare.

Audiant quid ea de re loquatur S. Auguſtinus. *Illa Eccleſia quæ fuit omnium gentium, jam non eſt, periit. Hoc dicunt qui in illa non ſunt. O impudentem vocem! Illa non eſt, quia tu in illa non es? Vide ne tu ideo non ſis; nam illa erit etſi tu non ſis.* HANC VOCEM ABOMINABILEM, DETESTABILEM, PRÆSUMPTIONIS ET FALSITATIS PLENAM, NULLA VERITATE SUFFULTAM, NULLA SAPIENTIA ILLUMINATAM, NULLO SALE CONDITAM, VANAM, TEMERARIAM, PRÆCIPITEM, PERNICIOSAM PRÆVIDIT SPIRITUS DEI .... *propter illos qui dicunt, Fuit & non eſt, propter illos qui dicunt, Impletæ ſunt Scripturæ, crediderunt omnes gentes, ſed apoſtatavit & periit Eccleſia de omnibus gentibus. Quid eſt hoc ... Ecce ego vobiſcum ſum uſque in conſummationem ſæculi .... Quod eſt quod dicis jam periiſſe Eccleſiam de omnibus gentibus, quando ad hoc prædicatur Evangelium, ut poſſit eſſe in omnibus gentibus? Ergo uſque in finem ſæculi Eccleſia in omnibus gentibus .... Pereant hæretici, pereant quod ſunt, & inveniantur ut ſint quod non ſunt.*

§. 7. *Eccleſiam Catholico-Romanam ſolam eſſe Chriſti Eccleſiam, extra quam nulla ſalus.*

I. Quænam eſt iſta Eccleſia cui ſoli competit eſſe Unam, Sanctam, Catholicam & Apoſtolicam?

R. Eccleſia quam Romanam dicimus.

I. Quid intelligis per Romanam Eccleſiam?

R. Intelligo congregationem fidelium & Paſtorum qui Romano Epiſcopo, quem Papam appellamus, ſubjiciuntur & obediunt ut capiti viſibili Eccleſiæ.

I. Cur Romanus Epiſcopus Papa dicitur?

R. Papa vox Græca eſt, quæ idem ſonat quod Pater. Olim omnes Epiſcopi Papæ dicebantur; quia ſunt Eccleſiæ Patres. Jam longo uſu ſoli Epiſcopo Romano nomen illud tribuitur; qui cum ſit caput Epiſcoporum, vere totius Populi Chriſtiani Pater eſt, ut eum vocat S. Auguſtinus. (A) A

I. Cur Romanus Epiſcopus præ cæteris caput eſt Eccleſiæ & Paſtorum?

R. Quia ipſe ſucceſſit cathedræ & auctoritati ſancti Petri, qui cum caput eſſet Apoſtolorum ex ipſius Chriſti inſtitutione, Pontificatus ſui cathedram Romæ fixit, ibique cruci affixus vitam finivit. (B) B

I. Certumne eſt S. Petrum fuiſſe caput Apoſtolorum ex Chriſti inſtitutione?

R. Id inconcuſſum eſt fidei dogma, manifeſtis Evangelii teſtimoniis ſtabilitum.

1. Quoties Evangeliſtæ Apoſtolorum nomina referunt, toties Petrum ponunt in capite, ajuntque quandoque eum eſſe primum, *Primus Simon qui dicitur Petrus.* Matt. x. 2.

2. Chriſtus hæc ait ad Petrum: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Et quodcunque ligaveris erit ligatum, & quodcunque ſolveris erit ſolutum, &c.* Id. xvi. 18.

3. Chriſtus dat Petro nominatim curam paſcendi Dominici gregis, *Paſce agnos meos*, inquit, *Paſce oves meas.* Porro agnorum & ovium nomine hic Populus & Paſtores deſignantur, ex S. Bernardo. (C) Joh. xxi. 15. 16. 17. C

4. Dat illi curam confirmandi, id eſt ſtabiliendi in fide & religione fratres ſuos: *Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* Luc. xxii. 32

I. Certumne eſt & extra controverſiam S. Petrum veniſſe Romam, ibique fixa Pontificatus ſui cathedra fuiſſe mortuum?

R. Tam id certum eſt, quam quod certiſſimum. Id enim conſenſu unanimi refertur ab omnibus Scriptoribus antiquis, qui rem nec potuerunt ignorare, nec voluiſſent tanta confidentia referre, ſi quid ea de re vel minimum dubii ſubortum fuiſſet. Et certe id jam in

(A) S. Aug. *Epiſt.* 43. *alias* 162. *ad Glorium Eleuſinum, &c. c.* 5. *n.* 16.... Qualis ipſius beati Melchiadis ultima eſt prolata ſententia, quam innocens, quam integra, quam provida atque pacifica ... O virum optimum, o filium Chriſtianæ pacis, & Patrem Chriſtianæ plebis...

(B) S. Aug. *Epiſt.* 53. *alias* 165. *ad Generoſum, cap.* 1. *n.* 2. 3. *Vide ſupra* §. 1. *hujuſce cap. lit.* (A)

(C) S. Bernard. *Lib.* 2. *de Conſideratione*, c. 8. *nu.* 15. Age, indagemus adhuc diligentius qui ſis, quam geras videlicet pro tempore perſonam in Eccleſia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, ſummus Pontifex. Tu Princeps Epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, judicatu Samuel, poteſtate Petrus, unctione Chriſtus. Tu es cui claves traditæ, cui oves creditæ ſunt. Sunt quidem & alii cæli janitores, & gregum Paſtores: ſed tu tanto glorioſius, quanto & differentius utrumque præ ceteris nomen hæreditaſti. Habent illi ſibi aſſignatos greges, ſingulis ſingulos: tibi univerſi crediti, uni unus. Nec modo ovium, ſed & Paſtorum tu unus omnium Paſtor. Unde id probem quæris? ex verbo Domini. Cui enim, non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum ſic abſolute & indiſcrete totæ commiſſæ ſunt oves? *Si amas*
Joh. xxi. 15. *me, Petre, paſce oves meas.* Quas? illius, vel illius populos civitatis, aut regionis, aut certi regni? *Oves meas*, inquit. Cui non planum, non deſignaſſe aliquas, ſed aſſignaſſe omnes? Nihil excipitur, ubi diſtinguitur nihil. Et forte præſentes ceteri condiſcipuli erant, cum committens uni, unitatem omnibus commendaret in uno grege & uno Paſtore, ſecundum illud: *Una eſt columba mea, formoſa mea, perfecta mea.* Ubi unitas, ibi perfectio. Reliqui numeri perfectionem non habent, ſed diviſionem recedentes ab unitate. Inde eſt quod alii ſinguli ſingulas ſortiti ſunt plebes, ſcientes ſacramentum. Denique Jacobus, qui videbatur columna Eccleſiæ, una contentus eſt Jeroſolyma, Petro univerſitatem cedens. Cant. vi. 8.

Num. 16. Ergo, juxta canones tuos, alii in partem ſollicitudinis, tu in plenitudinem poteſtatis vocatus es. Aliorum poteſtas certis arctatur limitibus: tua extenditur & in ipſos, qui poteſtatem ſuper alios acceperunt. Nonne, ſi cauſa extiterit, tu Epiſcopo cælum claudere, tu ipſum ab Epiſcopatu deponere, etiam & tradere Satanæ potes? Stat ergo inconcuſſum privilegium tuum, tibi tam in datis clavibus, quam in omnibus commendatis. Accipe aliud, quod nihilominus prærogativam confirmat tibi. Diſcipuli navigabant, & Dominus apparebat in littore; quodque jucundius erat, in corpore redivivo. Sciens Petrus quia Dominus eſt, in mare ſe miſit, & ſic venit ad ipſum, aliis navigio pervenientibus. Quid iſtud? Nempe ſignum ſingularis Pontificii Petri, per quod non navem unam, ut ceteri quique ſuam, ſed ſæculum ipſum ſuſceperit gubernandum. Mare enim ſæculum eſt; naves, Eccle-

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 7.

in dubium revocare non audent vel ipſi quos Proteſtantes dicimus, ex quo Blondellus certiſſimum illud eſſe demonſtravit. (D)

D *I.* Ex eo quod S. Petrus Apoſtolorum princeps mortuus Romæ fuerit, ſequiturne Romanum Epiſcopum principem eſſe & caput ceterorum Epiſcoporum?

R. Id vero omnino ſequitur. Quilibet enim Epiſcopus non ſolum charaƈteri ſed etiam auƈtoritati, dignitati, juriſdiƈtioni deceſſoris ſui ſuccedit. Epiſcopatus quemadmodum & cætera omnia publica munia ad ſucceſſores cum ſuis omnibus juribus & prærogativis tranſmittitur. Atque hæc quidem cauſa fuit cur quolibet ſæculo Romani Epiſcopi ſedes, Prima ſedes habita ſit; & Romani Pontifices crediti ſint, utpote Petri Apoſtoli ſucceſſores, in univerſa Eccleſia Primatum honoris & juriſdiƈtionis jure

E divino obtinere. (E)

I. Cur ergo Primatum Romani Pontificis negant hodie non ſolum Luterani, Calviniani, ceterique quos generali appellatione Proteſtantes dicimus, ſed etiam Græci, ceterique Orientales non pauci, qui a Romani Pontificis communione receſſerunt?

R. Omnes quotquot a Romani Pontificis communione receſſerunt, quicunque tandem illi ſint, ſive Græci, ſive quos Proteſtantes dicimus, negando Primatum Romani Pontificis non ſolum nullo Scripturæ aut Traditionis teſtimonio fulti, ſed contra manifeſtiſſima Scripturarum & Traditionis teſtimonia, rupto unitatis Eccleſiæ vinculo, Patrum & anteceſſorum ſuorum fidem abjecerunt, & in certiſſimum Schiſma prolapſi ſunt. Et Dei quidem ultionem notum eſt omnibus expertos fuiſſe Græcos, ex quo ſe obfirmati ſunt in Schiſmate. Id liquet ex tyrannica dominatione Mahumetanorum cui ſubjiciuntur etiamnum.

I. Qua ratione probari poteſt Proteſtantes & Græcos eſſe vere Schiſmaticos? Quid ſi ipſi Schiſmaticos appellarent eos qui Eccleſiæ Romanæ communione ſociantur?

R. Græcos & Proteſtantes Schiſmaticos eſſe probamus, hoc facili ratiocinio.

Schiſmaticus eſt quiſquis a communione veræ Eccleſiæ receſſit, ut jam probavimus. *Hujuſ. cap. §. 4.*

At receſſerunt a communione veræ Eccleſiæ quicunque receſſerunt a communione Romanæ Eccleſiæ, ſive Græci, ſive quos Proteſtantes dicimus. Id autem ſic probatur.

Antequam Græci & Proteſtantes a communione Romana ſegregarentur, erat in orbe terrarum ſocietas quædam quæ dicebatur & erat vera Eccleſia Chriſti. Hæc ſocietas ab omnibus falſi nominis Eccleſiis diſtinguebatur his notis quatuor, nimirum quod eſſet una, ſanƈta, Catholica & Apoſtolica; omnes omnino Chriſtiani fidem Conſtantinopolitanam tum profitebantur his verbis: *Credo unam, ſanƈtam, Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam.*

Atqui Eccleſia, quam Romanam dicimus, ea erat

ſiæ. Inde eſt quod altera vice inſtar Domini gradiens ſuper aquas, unicum ſe Chriſti Vicarium deſignavit, qui non uni populo, ſed cunƈtis præeſſe deberet. Si quidem *aquæ multæ, populi multi*. Ita cum quiſque ceterorum habeat ſuam, tibi una commiſſa eſt grandiſſima navis, facta ex omnibus; ipſa univerſalis Eccleſia, toto orbe diffuſa.

Lege NATALIS ALEXANDRI *e Sanƈti Dominici familia Theologi doƈtiſſimi, Diſſert. 4. in hiſt. Eccleſiaſt. primi ſæculi, Tom. 1.*

(D) S. CYPRIANUS *Epiſt. 55. ad Antonian. alias 52.* Factus eſt autem Cornelius Epiſcopus . . . cum Fabiani locus, id eſt, cum locus Petri, & gradus cathedræ ſacerdotalis vacaret.

Vide infra lit. (E) *hocce* §. S. CYPRIAN. *Epiſtol. 59. alias 55.*

S. PETRUS CHRYSOL. *Epiſt. ad Eutych. relata in prima parte Concil. Chalcedon. num. 15.* His quæ a beatiſſimo Papa Romanæ civitatis ſcripta ſunt, obedienter attendas: quoniam B. Petrus, qui in PROPRIA SEDE & vivit & præſidet, præſtat quærentibus fidei veritatem.

M. DE TILLEMONT *tom. 1. hiſt. Eccleſ. vie de S. Pierre, art. 28.* Claudio imperante Divus Petrus Romam venit ſecundo regni illius anno, juxta nonnullorum veterum opinionem, (qui eſt Jeſus Chriſti quadrageſimus ſecundus, ipſo Claudio & Cæcina Largo Conſulibus) & duodecimo ducenteſimæ quintæ Olympiadis (vigeſimo quinto circiter ante obitum anno) quod temporis ſpatium ipſius Epiſcopatui Eccleſia largiebatur, ab anno 354. (quo credibile eſt, in vulgus nondum emanaſſe Euſebii Chronicon, a quo nonnullorum opera conſuetudo invaluit viginti quinque annos D. Petro tribuendi.) Non pauci hujuſce temporis Hæretici D. Petrum Romam unquam veniſſe pertinaciter negarunt; verum ex iis ipſis unus *Blondel.* majori doƈtrina præditus veritatem hanc Traditionis auƈtoritate demonſtravit, oſtenditque, nunquam prioribus ſæculis duo hæc in dubium fuiſſe revocata, nempe Petrum Romanæ Eccleſiæ fundamenta jeciſſe, Pontificeſque ipſius ſucceſſores fuiſſe.

Artic. 36. Tota antiquitas faſſa eſt, D. Petrum Romæ martyrium paſſum eſſe; ac nullo unquam tempore quiſquam inventus eſt, neque ex Hæreticis poſteriorum temporum, qui id in dubium revocaret.

Legendus NATALIS ALEXANDER *Dominicanus, tom. 1. hiſt. Eccleſ. Diſſertat. 4.*

(E) S. CYPRIAN. *Epiſt. 52. alias 49. ad Cornelium.* Pro magnitudine ſua debet Carthaginem Roma præcedere.

Epiſt. 59. alias 55. ad Cornelium. Audent, & ad PETRI CATHEDRAM, atque ad ECCLESIAM PRINCIPALEM, UNDE UNITAS SACERDOTALIS EXORTA EST, a Schiſmaticis & profanis literas ferre.

S. IRENÆUS *Lib. 3. adverſus Hæreſ. cap. 3. Vide hujuſce capitis §. 6. lit.* (C)

S. HIERON. *Epiſt. 57. ad Damaſum. Vide ſupra §. 4. hocce cap. lit.* (F)

S. AUG. *Epiſt. 35. alias 165. ad Generoſum, n. 2. 3. & 6. Vide §. 1. lit.* (A) *hocce cap.*

Epiſt. 43. alias 162. ad Glorium & Eleuſium, n. 7. c. 3. In qua (Romana Eccleſia) ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguit principatus.

CONC. NICÆN. *ann. 325. can. VI. ex plurimis MSS.* Eccleſia Romana ſemper habuit primatum. *Nonnulli codices,* De primatu Eccleſiæ Romanæ & aliarum civitatum Epiſcopis. *Dein ſequitur canon:* Antiqui moris eſt ut urbis Romæ Epiſcopus habeat principatum, ut ſuburbicaria loca & omnem provinciam ſua ſollicitudine guberner.

GELAS. *Hiſt. concilii Nicæni, c. 31. can. VI. De præcipuis honoribus qui majori Epiſcopo in gubernatione Eccleſiaſtica decreti ſunt.*

Antiquus mos valeat qui in Ægypto eſt, Libya & Pentapoli, ut Alexandrinus Epiſcopus omnium poteſtatem habeat; quoniam & urbis Romæ Epiſcopo conſuetum hoc eſt. Similiter autem & apud Antiochiam & ceteras provincias unicuique ſuus ſervetur honor. *Can. VI. n. 313.*

CONC. CONSTANTINOP. I. *can. 1. Dionyſio Exiguo interprete.* Conſtantinopolitanus Epiſcopus habeat honoris primatum poſt Romanum Epiſcopum: propterea quod urbs ipſa ſit junior Roma.

CONC. CONSTANT. *ann. 381. can. Gentiano Herveto Interprete.* Conſtantinopolitanus Epiſcopus habeat priores honoris partes poſt Romanum Epiſcopum, eo quod ſit ipſa nova Roma.

In *Compilatione* ISIDORI MERCATORIS, *can. V.* Conſtantinopolitanæ civitatis Epiſcopum habere oportet primatus honorem poſt Romanum Epiſcopum, propterea quod ſit nova Roma. *Quæ variæ interpretationes in unam eamdemque omnino recidunt.*

CONC. CHALCEDON. *ann. 450. & 451. can. 28.* Antiquæ Romæ throno, quod urbs illa imperaret, jure Patres privilegia tribuerunt.

CONC. CONSTANTINOPOL. III. *ann. Domini 680. & 681. vulgo* CONCIL. QUINISEXTUM, *vel* IN TRULLO, *canon. 36.* Thronus Conſtantinopolitanus æqualia privi-

erat cui ſoli quatuor illæ notæ tum temporis competerent, ut facile erit unicuique intelligere legendo quæ ſuperius diximus de ſingulis veræ Eccleſiæ notis. Ergo Schiſmatici ſunt qui ab Eccleſiæ Romanæ communione receſſerunt ſive Græci, ſive Proteſtantes.

I. Si vero Græci & Proteſtantes pernagant quatuor illas Eccleſiæ notas Romanæ Eccleſiæ conveniſſe dum ipſi ab ea receſſerunt; quid tu ad hoc?

R. Ego vero ſingulis reſpondeo. Proteſtantibus primum: deinde Græcis

1. Negare non poſſunt Proteſtantes quin diffuſa eſſet per orbem univerſum Eccleſia quam Romanam dicimus, dum ipſi ab ea receſſerunt: quin & haberet ſucceſſionem Apoſtolicam. Id ultro confeſſi ſunt vel ipſi quos anteſignanos venerantur & reformatores vocant. Negare non poſſunt item quin ſex prioribus ſæculis Eccleſia, quæ Romanum Pontificem ut caput agnoſcebat, vera eſſet Eccleſia. Id fatentur etiam. Ergo fateantur neceſſe eſt hanc eamdem eſſe veram Chriſti Eccleſiam. Quæ enim ſocietas fuit ſemel vera Chriſti Eccleſia, ſemper utique erit: Eccleſia enim eadem quolibet tempore eſt. Stabit eadem in æternum; ut ſuperius demonſtravimus, adductis in medium promiſſionibus Chriſti: ſemper erit una, ſancta, Catholica, Apoſtolica.

Hujuſce capitis §. 4.

2. Id ipſum altero hocce ratiocinio invictiſſime demonſtramus.

Antequam a noſtra communione diſceſſiſſent Proteſtantes, profitebantur fidem Symbolo Conſtantinopolitano contentam his verbis: *Credo unam, ſanctam, Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam*. Credebant ergo eſſe in orbe terrarum ſocietatem aliquam, cui quatuor illæ notæ competerent. Ab illa ſocietate diſceſſerunt quæcumque tandem illa ſit. Sic enim receſſerunt ab Eccleſiæ Romanæ communione, ut alteri nulli ſocietati ſeſe adjunxerint. *Diſceſſionem a tota mundo facere coacti ſumus*. Ipſa ſunt Calvini verba. Succeſſionem Epiſcopatus interruperunt, quantumcunque neceſſaria illa ſit Eccleſiæ, ut probavimus Paragrapho ſuperiori. Et certe ipſi in ſua Confeſſione fidei dicere non verentur, *Qu'il a fallu quelques fois, & meme de notre tems (auquel l'etat de l'Egliſe etoit interrompu) que Dieu ait ſuſcite des gens d'une facon extraordinaire, pour dreſſer l'Egliſe de nouveau, qui etoit en ruine & deſolation*. Id eſt, *oportuiſſe quandoque & noſtra quoque tempore (quo ſtatus Eccleſiæ erat interruptus) ſuſcitari a Deo extraordinarie Paſtores ad formandam denuo Eccleſiam, quæ ceciderat in ruinam & deſolationem*. Quo quidem in articulo tot fere blaſphemiæ occurrunt quot verba. Si enim neceſſe fuit ſuſcitari extraordinarie Paſtores ad formandam denuo Eccleſiam,

Epiſt. Calvini ad Melancthonem ſcripta 4. Dec. 1552.

Art. 31.

ſi in ruinam ceciderat Eccleſia, ſi ſtatus illius erat interruptus: Ergo non erat amplius Chriſtus cum ſua Eccleſia, ergo falſum eſt quod promiſit Chriſtus, *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi*. Ergo adverſus Eccleſiam portæ inferi prævalere potuerunt. Perierat ergo Eccleſia. Quam vocem vocat S. Auguſtinus, ut jam diximus, *Impudentem vocem, abominabilem, deteſtabilem, præſumptionis & falſitatis plenam, nulla veritate ſuffultam, nulla ſapientia illuminatam, nullo ſale conditam, vanam, temerariam, præcipitem, perniciosam*. Quod ergo de omnibus Hæreticis dixit Apoſtolus, *Eos eſſe proprio judicio condemnatos*, id de Proteſtantibus dici debet. Suntque illi revera Shiſmatici. (F)

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 7.
Mat. XXVIII. 20.
§ 6. hujuſce capitis. Ser. 2. in Pſal. CI. n. 8.
Tit. III. 11

F

Ab ea difficultate inextricabili ut ſeſe expedirent, quidam ex recentioribus Pſeudominiſtris, excogitarunt nuper novum effugium. Negarunt quod ait Calvinus, diſceſſionem a toto orbe ſe feciſſe: aiuntque receſſiſſe ſe quidem ab Eccleſiæ Romanæ communione, ſed ut ſe adjungerent ſocietati Albigenſium, & Valdenſium. Nugæ, ſomnia; neque enim idem omnino ſenſerunt Albigenſes & Valdenſes cum Calvinianis, ut infra videbimus. Sed eſto adjunxerint ſe Albigenſibus & Valdenſibus, non propterea depellent a ſe accuſationem Schiſmatis. Neque enim Albigenſes aut Valdenſes habuerunt unquam veræ Eccleſiæ notas quatuor ſuperius traditas. Et ipſi in manifeſtum ſchiſma inciderant. Harum ſectarum novimus initium & progreſſum & finem. Ante ſæculum Chriſti duodecimum Valdenſes nulli erant. Albigenſes veterem Manichæorum hæreſim hoc ipſo ſæculo mutato nomine ſuſcitaverant. Intra limites anguſtiſſimos coarctata ſemper fuit utraque ſecta. Nec fere ulla de illis jam mentio ſupererat dum Lutherani & Calviniani prodierunt. Et certe fictitia hæc Calviniſtarum cum Albigenſibus & Valdenſibus communio. Commentum eſt excogitatum non ita pridem a nonnullis Pſeudominiſtris circa ſucceſſionem Paſtorum Eccleſiæ ad incitas redactis. Non venerat ea res in mentem Calvini, Lutheri ceterorumque quos Reformatores vocant. Altum ea de re ſilentium in Confeſſione fidei quam ediderunt Calviniani ceterique Heterodoxi recentiores. Id unum excogitarunt ad depellendam accuſationem Schiſmatis, *neceſſe fuiſſe propter interruptum Eccleſiæ ſtatum, propter ruinam & deſolationem Eccleſiæ, a Deo ſuſcitari extraordinarie Paſtores ad formandam iterum Eccleſiam*. Sed hæc omnium Hæreſiarcharum mens fuit. Omnes Eccleſiam erroris & corruptionis accuſarunt. Omnes contenderunt eſſe ſe a Deo extraordinarie ſuſcitatos ad Eccleſiæ fidem reformandam. Hoc ipſum ab intolera-

Hujuſce capitis §. 10. 12 & 13. ſæculi.

Conf. fidei art. 31.

privilegia cum antiquæ Romæ throno obtineat, & in Eccleſiaſticis ut ille rebus magni fiat, ut qui ſecundus poſt illum.

CONC. NICÆNUM II. *general.* VII. *can.* 4. *ann.* 787. Præcepit enim, & Petrus principalis Apoſtolorum ſummitas: *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei non coacte, ſed ſpontanee*, &c.

1. Petr. V. 2.

Conſule de his omnibus eruditam R. P. NATALIS ALEXANDRI *Ord. Prædicatorum Diſſert.* 4. *in hiſt. Eccleſ.* I. *ſæculi, tom.* 1.

(F) M. BOSSUET Eveque de Meaux *Inſtruct. Paſtorale ſur les promeſſes de l'Egliſe*, *n.* 15. Dogma ſucceſſionis & perpetuitatis Eccleſiæ tot Chriſti promiſſionibus expiaſſe teſtatum, præciſiſque verbis ac apertis toties repetitum adeo magni momenti habitum eſt, ut in duodecim Symboli Apoſtolorum articulos inſeri placuerit, hiſce verbis: Ego credo Eccleſiam Catholicam, ſeu univerſalem: univerſalem in omnibus locis, omnique tempore juxta propria Jeſu Chriſti verba: *Ite docete omnes gentes: & Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus* (ſine intermiſſione) *uſque ad conſummationem ſæculi*. Itaque quocumque loco, & tempore legatur ſymbolorum

Digitized by Google

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 7. tolerabili ſuperbia proficiſcitur; blaſphemia eſt. Hoc ipſo quilibet Hæreticus proprio ſemetipſum judicio condemnat. In memoriam revocentur verba S. Judæ Apoſtoli ſuperius ex parte relata. (*Hujus cap.* §. 4.) In his manifeſte continetur condemnatio Proteſtantium, ſicut & ceterorum
Jud. 10. omnium Hæreticorum & Schismaticorum. *Hi*, inquit, *quæcumque ignorant blaſphemant, quæcumque autem ... norunt, in his corrumpuntur.* 11. *Væ illis quia ... in contradictione Core perierunt.* 12. *Hi ſunt ... ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua quæ a ventis circumferuntur, arbores infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ;* 13. *Fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia: quibus procella tenebrarum ſervata eſt in æternum ...* 16. *Hi ſunt murmuratores queruloſi, ſecundum deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperba, mirantes perſonas quæſtus cauſa.* 17. *Vos autem cariſſimi, memores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Jeſu Chriſti,* 18, *qui dicebant vobis, quoniam in noviſſimo tempore venient illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus.* 19. HI SUNT QUI SEGREGANT SEMETIPSOS, *animales, ſpiritum non habentes.*

I. Quid poſſunt cauſari Proteſtantes in de-
Lib. II. *con. Ep. Parm. c.* XI. *n.* 25. ſenſionem ſui ſchismatis?

R. Nullam habent legitimam excuſationem. Nam ut ait S. Auguſtinus, *præcidendæ unitatis nulla eſt juſta neceſſitas*, (G) G

Detorquent tamen futiliter & in alienum ſenſum ad cauſæ ſuæ defenſionem teſtimonia quædam Scripturarum, quæ ab Apoſtolis ad noſtra uſque tempora nemo ſic intellexit, quemadmodum ipſi intelligunt. Quod enim ex eorum fidei confeſſione ſuperius retulimus, id nullo prorſus Scripturæ teſtimonio ad literam intellecto probare potuerunt, nec poterunt unquam. Quid quod nec provocati ſæpius, potuerunt unquam ullum proferre Scripturæ textum non obſcurum, quo probarent quæ in Eccleſia dogmata reprehendunt, errores eſſe, & errores, ut ipſi vocant, fundamentales, intolerabiles. Quod tamen eſſe debuiſſent, ut fatetur Dallæus, ad excuſandam ſeparationem. (H) H

Unus ſit inſtar omnium locus deſumtus ex Apocalypſi quem ſolent in defenſionem ſui Schismatis proferre. *Exite de illa* (Babylone) *populus meus, ut ne participes ſitis delictorum ejus, & de plagis ejus non accipiatis.* Manifeſtum eſt cuilibet legenti non hic quæſtionem eſſe de Eccleſia Chriſti, ſed de Roma Ethnica quam Deus in ultionem idololatriæ & ſcelerum erat per Barbaros vaſtaturus. Id ipſum fatentur inter recentiores Heterodoxos non pauci ceteris æquiores. (I) I

Et certe non poteſt ſine impietate & ſacrilegio Babylon meretrix & Idolis ſerviens ſumi pro Eccleſia, adverſus quam Chriſtus promiſit *Ap.* XVIII. 4.
portas inferi numquam eſſe prævalituras, & cui dixit affuturum ſe omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.

I. Palmaria ſunt quæ hactenus adverſus Proteſtantes protuliſti; ſed operæ pretium eſſe te facturum puto, ſi paucis probare volueris eorum ſocietati nullatenus convenire quas tu an-

rum & recitetur Eccleſiæ exiſtentia omni loco & tempore teſtata erit: fides hæc intermiſſionem non patitur, cum quolibet momento Fidelis dicere debeat: ego credo Eccleſiam Catholicam. Cum Novatores, quicumque tandem illi ſint, ſchismaticos cœtus aggreſſi ſunt, Eccleſia erat: eam credere oportebat, quia dicebatur, *ego credo Eccleſiam*: cum illa eſſe neceſſe erat, aut a Jeſu Chriſto ſegregari, qui inquit: Ego vobiſcum ſum: quocumque ergo tempore, extra ipſius communionem, quæ eadem ſemper cum illa ſanctorum, per ſummam audaciam illegitimi cœtus habeatur, manifeſte numerus augetur *eorum qui ſe ſegregant, ſeque condemnant* ſua manifeſta ſegregatione ... *Art.* XVIII. Eccleſia Græca æque diſſidet a Proteſtantibus ac a Latina: exploratumque eſt, ipſorum Eccleſiam, in qua ſibi placent, diſcordia maxime niti, ipſiusque præcipuum fundamentum in eo poſitum eſſe, ut quidquid Chriſtiani per univerſum orbem diſperſi amplectuntur, reſpuant & averſentur.

N. 19 Itaque ab ipſa ſtatim origine a ſe invicem diſſentire, diſcordiaque laborare viſi ſunt; Lutherani, Calviniſtæ, Sociniani, tot ſectas ſtabillerunt quot nomina. Catholici ſe ſubmittere, & vexilla ſequi ſciunt; ac in unoquoque ſæculo illuſtria exempla viſa ſunt. Idem dici minime poteſt de iis, qui ab Eccleſia deſciverunt. Neglecto ſemel unionis ſtudio deſertoque eo corpore, in quo antea omnia unum erat, omnia fœdeque vertuntur; Schismatici multiplicati ſunt, remediaque non ſunt paſſi; poſitum enim principium, licere cuilibet fidei articulos ad examen vocare, cuncta diſputationi ſubjiciebat, pacemque turbabat. Itaque ſectæ omnes diviſæ ſunt; Arianismus, Pelagianismus, Eutichianismus, ſemi-Arianos, ſemi-Pelagianos, ſemi-Eutichianos, neque unius tantum generis, pepererunt, ac eodem modo reliquæ ſectæ. Dubia omnia & incerta ſunt, deſpecto ſemel ſalutari jugo auctoritatis Eccleſiæ. Donatiſtæ, inquit D.
Ser. 4. *n.* 8. Auguſtinus, ut ſe ab Eccleſia ſegregarent, diviſionis cultrum in manus acceperunt; diviſionis culter inter ipſos remanſit, & videte, ait idem Pater, *Qui ſe ab unitate præciderunt, in quot fruſta diviſi ſunt.* Nonne idem dici poteſt de iis qui ſe Reformatores jactitant? Cum ſemel auctoritas ſublata eſt, nullus reſipiſcentiæ locus: eodem ſemper jure agetur in eos, quo ipſi in Eccleſiam egerunt cum ipſam deſeruerunt. Itaque nullus diſputationi finis ... Proteſtantes omnem ſibi auctoritatem, ordinem, ſubmiſſionem ſuſtulerunt: hodieque, niſi mentiri velint, fatebuntur, nullum reprimendi aut condemnandi errores modum reliquum eſſe, eoque eſſe ventum, ut unionis ſervandæ gratia quidlibet admittere & probare, ac Babelis confuſionem inter ipſos, religionumque indifferentiam ſub tolerantiæ nomine inducere oporteat.

D. NICOLE in ſuis Libris quorum alter inſcribitur: de Unitate Eccleſiæ, *alter*: Calviniſtæ de Schismate convicti, *eadem adverſus eos qui ſe ab Eccleſia nuper ſegregarunt fortiter inculcat.*

(G) S. AUG. *Lib.* 2. *contra epiſt. Parmeniani c.* 11. *n.* 25. . . Apparet facile non eſſe quidquam gravius ſacrilegio Schismatis: quia præcidentiæ unitatis nulla eſt neceſſitas, cum ſibi nequaquam ſpiritaliter nocituros malos ideo tolerent boni, ne ſpiritaliter ſejungantur a bonis, cum diſciplinæ ſeveritatem conſideratio cuſtodiendæ pacis refrænat aut differt; quam tamen ſecuritas exterit, cum apparet ſine vulnere Schismatis ad ſalubrem correctionem poſſe aliquid Eccleſiaſtico judicio vindicari . . . . . . *Novit Dominus qui ſunt ejus, & recedat ab injuſtitia omnis qui invocat* 2. *Tim.* II 19.
nomen Domini. Si enim pro bono pacis, ne ante tempus cum zizania colligantur, eradicetur ſimul, & triticum, neceſſitate cogitur quisquam eſſe inter injuſtos: recedat ab injuſtitia, & ſecurus invocat nomen Domini. Simul enim & ab injuſtis recedit, & ab eis exit, atque ſeparatur interim corde, ut etiam corpore a talibus in fine ſeparari mereatur.

(H) *Legenda* DALLÆI Apologia *pro unione Calviniſtarum & Lutheranorum, verſus initium.*

(I) M. JACQUES BENIGNE BOSSUET Eveque de Meaux *Explication de l' Apocalypſe c.* XVIII. Ita Jeremias LI. 6. *Fugite de medio Babylonis, & ſalvet unusquisque animam ſuam.* Per hoc vero nihil aliud ſignificatum, quam Roma, uti alias Babylone, egrediendum eſſe, quæ impietatis plena urbs demum peritura erat, ne peccatorum ipſius participes ſitis, nempe pœnarum peccatoribus infligendarum, vel ſi mavis, corruptionis, luxus, idololatriarum, quibus Cives ſuos inficere ſatagebat. Et de plagis ejus non accipiatis. Neceſſe erat, ut veteres Judæi Babylone egrederentur, ne de ipſius ſupplicio acciperent.

Digitized by Google

antehac eſplicuiſti veræ Eccleſiæ notas unitatem, ſanctitatem, & ſi fas ita loqui Catholicitatem & Apoſtolicitatem?

R. Id duplici ratione probabimus. 1. Adducta adverſus omnes omnino Hæreticos probatione. 2. Argumento ſingulari adverſus eos quos Proteſtantes dicimus.

Ac primo quidem id una hac brevi ratione demonſtratur adverſus omnes omnino Hæreticos. Una non multiplex eſt ſocietas cui competit eſſe unam, ſanctam, Catholicam & Apoſtolicam. Alioqui careret Eccleſia unitate, quæ prima eſt ex illius dotibus. Atqui jam probavimus ſocietatem hanc eſſe Eccleſiam quæ Romana dicitur. Ergo nulli alteri ſocietati, nec proinde Proteſtantium ſocietati competunt hæ notæ quatuor.

Jam ad argumentum alterum veniamus.

Non competit Proteſtantium ſocietati unitas. Ipſi enim exemplo veterum Hæreticorum omnium ſcinduntur inter ſe in varias partes, nec idem ſentiunt circa plures fidei articulos, quos fundamentales vocant & abſolute neceſſarios: nec niſi adverſus Eccleſiam ſociantur, quod Tertullianus obſervat proprium eſſe omnium

K Hæreticorum. (K) Calviniſtæ in Gallia communicabant cum Lutheranis, quamvis hi realem & corporalem Chriſti præſentiam admittant in ſacroſancta Euchariſtia, quam illi reſpuunt. Britannis major jam ſciſſa eſt in pluſquam triginta ſectas inter ſeſe pugnantes, & adverſus unam Eccleſiam Catholico-Romanam ſociatas. Vix Evangelii, ut vocant, Miniſtros duos reperias, quorum in omnibus & ſingulis fides conveniat: alii ab aliis plane diſcrepant: addit unuſquiſque ut libet deceſſoris ſui fidei. Nihil apud illos ſibi conſtat. Non habent ergo unitatem.

Et præciderunt unitatem ſine ullo fundamento legitimo, quod quidem Dallæus inter atrociora crimina reponit. (L) Probent illi ſi poſſunt, non ratiociniis futilibus, ſed manifeſtis Scripturarum teſtimoniis, nullam quidem eſſe ſeparationis cauſam, nihil eſſe quod tolerari non poſſit in fide præſentiæ realis & corporalis Chriſti in Euchariſtia, ut ipſi ſollemniter confeſſi ſunt, dum Lutheranos hanc fidem profitentes, ſolemni decreto admiſerunt ad ſuam communionem; ſed legitimam tamen eſſe ſeparationis cauſam in dogmate tranſubſtantiationis & adorationis Chriſti in Euchariſtia, quanquam hæc dogmata neceſſario conſequantur ex fide præſentiæ realis, ut res ipſa loquitur fatentibus vel ipſis quos Calviniſtæ reformatores & antesignanos venerantur. Siquidem verba Chriſti, *Hoc eſt corpus meum*, veram ſubſtantiæ converſionem innuunt ex Calvino, ſi verum ſit quod contendit Lutherus cum Eccleſia, in his doctrinam præſentiæ realis contineri; & Chriſto ubicunque præſens

Apoc. XVIII. 4. perent. D. Joannes Romæ applicat verbum hoc & reliqua, quæ de Babylone dicta ſunt. Deus populum ſuum pluribus modis exire fecit. 1. e vita decedere permittens eos, quos maximo dolore tantæ urbis ruina affeciſſet. Quemadmodum D. Hieronymus de S. Pontifice Anaſtaſio ſcriptum reliquit quo diu Roma frui non potuit, cum Deus ipſum ſuſtuliſſet, ne ſub tanto Epiſcopo caput orbis caperetur. *S. Hieron. Epiſt. XVI.*

2. Cum Romæ expugnatio inſtaret, arcana providentia plures bonos homines amovit, & inter eos Pontificem Innocentium, quem ab urbe exire voluit, ut olim juſtum Lot e Sodoma, ne populi peccato addicti excidium intueretur. Hinc eodem tempore S. Melaniam non paucis Romæ principibus viris comitatam migrare vidimus, magnæ hujus urbis caſus perſenſione permotam. Multo antea Divino ſpiritu afflata D. Paula, pluresque magni nominis Romani Bethleem ſe cum ſuis familiis contulere; ac a Paulo Oroſio docemur, magnam Chriſtianorum multitudinem Roma exceſſiſſe, juxta Evangelii præceptum; *Cum vos perſequentur in una Civitate, fugite in aliam:* quod cum non feciſſent ii, qui Evangelio fidem non habebant, eos infortunia oppreſſere. *S. Aug. de Excid. urb. 7. Oroſ. VII. 39. Hiſt. Lauſ. c. 118. Præfat. nu. 8. Hieron. Ep. VII. Paul. Oroſ. VII. 41. 49.*

3. Dum urbs diriperetur, Deus extra Romam in D. Petri æde refugii locum præbuit iis, qui eo ſe contulere: ita enim Alaricus juſſerat, & licet Paganis hæc juſſio utilis maxime eſſet, minime dubium eſt, eam præcipue Chriſtianos reſpexiſſe. Per Ægyptum, Africam, totum Orientem, ac præcipue Palæſtinam, per totum denique terrarum Orbem Chriſtiani Roma profecti diſperſi ſunt, quos veluti in aſyli locum ſuorum fratrum charitas recepit, ut narrat D. Hieronymus. *S. Aug. de Civit. Dei, lib. 2. c. 4. Oroſ. VII. 49. S. Hieron.*

4. Electi vero Dei, qui hoc bello periere, ſupra omnes glorioſi & ſecuri Babylone exierunt, cum in ævum regno iniquitatis liberati eſſent, ibique collocati, ubi nullum amplius hoſtem, neque inter Dæmones, neque inter homines formidarent. *Epiſt. 12. ad Gaud. Præfat. in Ezec. l. 3. c. 7. S. Aug. de urb. excid. 7.*

Lege etiam tam veteres quam recentiores Apocalypſeos Interpretes in hæc verba, horum unum aut alterum hic proferre juvat.

MENOCHIUS S. J. *in Apocal. cap. XVIII. verſ. 2. Cecidit, cecidit*, &c. Id eſt, Jam jam cadet, ac pœnas debitas exolvet Roma Ethnica, & fiet habitatio dæmoniorum, &c.

MARIANA S. J. *Ibid.* Ruina Imperii & Romæ Galieno Imperatore cœpta aperte eſt. Aucta cum Conſtantinus ſedem Imperii Roma tranſtulit. Honorio Imperatore completa prorſus eſt, cum Roma a Gothis capta, nunquam deinde potuit reſurgere, &c.

DE ESCOBAR & MENDOZA S. J. *Ibid.* Pœnas exolvit Roma Ethnica & tyranni Imperatores, & omnes Idololatræ perſecutores Eccleſiæ naſcentis ... 3. *Quia de vino iræ fornicationis ejus biberunt omnes gentes, & Reges terræ cum illa fornicati ſunt.* Vinum iræ fornicationis ſignificat tyrannorum ebrietatem, qua in idololatriæ propugnationem, in Chriſtianos irati inſurrexerunt. Porro Roma uti mundi vertex hunc iræ calicem aliis gentibus propinavit, cum ad exemplum illius ubique terrarum Gentiles Eccleſiam ſuere perſecuti .... 4. *Et audivit aliam vocem de cælo dicentem*: Cuſtodum Angelorum hæc vox: *Exite*, inclamant, de illa populus meus, *ut non participes ſitis delictorum ejus*, ſeu pœnæ delictorum, *& de plagis ejus non accipiatis*. Cum Eccleſiæ perſecutores puniendi erant, monentur Chriſtiani, ut ab illis ſeparentur, &c.

Doctiſſimus GROTIUS *cap. 17. & 18. de Roma Ethnica interpretatur ſuis licet reclamantibus Calvinianis Annot. ad verſ. 4. Exite de illa populus meus.* Hac voce oſtenditur Deum ita ſua in Romam judicia exercuiſſe, ut pios de communi malo ſervaverit. *Tu populus mi*, id eſt, vos qui nec idola colitis, nec claudicatis, ſed ſincera fide eſtis Chriſtiani, ubi Totilæ apparuerit exercitus, *exite* ad Baſilicas Apoſtolorum extra urbem, ubi ego vos tutos præſtabo, ſicut tutos vos præſtiti eodem modo Alarici temporibus.

Hanc etiam interpretationem ſecuti ſunt SYNOPSEOS CRITICORUM AUTORES *rerum ipſa veritate victi, licet ſuorum etiam ſequacium blaſphemam interpretationem in medium adducant.*

(K) TERTULLIANUS *de præſcriptionibus adverſus Hæreticos, cap.* 41. Quis Catechumenus, quis fidelis, incertum eſt: pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant, etiam Ethnici ſi ſupervenerint ſanctum canibus, & porcis margaritas, licet non veras jactabunt ..... pacem quoque paſſim cum omnibus miſcent. Nihil intereſt illis, licet diverſa tractantibus, dum ad unius veritatis expugnationem conſpirent. Omnes tument, omnes ſcientiam pollicentur. Ante ſunt perfecti Catechumeni, quam docti ..... Itaque alius hodie Epiſcopus; cras alius: hodie Diaconus, qui cras Lector: hodie Presbyter, qui cras Laicus; nam & Laicis Sacerdotalia munera injungunt.

Vide ſupra Illuſtriſſimi DD. BOSSUETI *Meldenſium Epiſcopi Inſtructionem ad populum ſuum* de Chriſti ad Eccleſiam ſuam promiſſis, *hujuſce cap.* §. 4. *litt.* (H)

L (L) *Vide* DALLÆI *Apologiam* pro unione Calviniſtarum & Lutheranorum *verſus initium.*

Lege

ſens ſit adoratio debetur, ex Calvino adverſus eumdem Lutherum. (M)

M Nec eorum ſocietati ſanctitas competit. Hanc enim Eccleſiæ notam ipſi rejiciunt, dum contendunt Eccleſiam & errare poſſe & reipſa erraſſe. Adde quod, ut cetera taceam, in Dordracenſi Synodo, qua nullam ipſi celebriorem & numeroſiorem habuere, inauditum hactenus & portentoſum dogma condere non erubuerunt de inamiſſibili juſtitia, & de ſtante juſtificatione ſimul cum criminibus atrociſſimis, verbi gratia cum adulterio & homicidio Davidis. Quo quidem dogmate funditus evertuntur omnia Chriſtianæ vitæ inſtituta. (N)

N Non eſt Catholica eorum ſocietas: nec enim ad omnia tempora & loca extenditur. Ante hos annos ducentos non erat. Nec niſi intra anguſtiſſimos aliquot regionum limites diffuſa eſt.

Tandem carent prorſus ſucceſſione Apoſtolica: neque enim eorum Paſtores miſſi & ordinati ſunt ab aliis Paſtoribus, qui continua Epiſcopatus ſucceſſione ab Apoſtolis traxerint miſſionis & ordinationis originem. Id ipſum fatentur Calviniſtæ in ſua confeſſione fidei; cum aiunt, *Propter interruptum Eccleſiæ ſtatum neceſſe fuiſſe ut Deus ad reformandam Eccleſiam Paſtores extraordinarie ſuſcitaret*. Nec ipſam quidem miſſionem extraordinariam ullis unquam editis miraculis comprobarunt; quod tamen omnino neceſſarium fuiſſet; alioqui poſſet impune quilibet deceptor & fanaticus dicere ſe extraordinarie ſuſcitatum. (O)

Art. 31.

O *I.* Saltem negare non potes qui competat ſucceſſio Apoſtolica Epiſcopis Eccleſiæ quam Anglicanam vocant, etiam poſtquam a Romanæ Eccleſiæ communione receſſerunt.

R. Eſto habeant illi ſucceſſionem Apoſtolicam. Habuerant item Ariani, habuerunt Macedoniani, Neſtoriani, Eutychiani, quos tamen ut Hæreticos ſicuti & Anglicanos ideo deteſtata eſt & deteſtatur Eccleſia, quia quicunque ex eorum Epiſcopis diſceſſerunt primi a communione Eccleſiæ, illi hac ipſa ſua diſceſſione ablegarunt a ſua ſocietate unitatem, ſanctitatem & Catholicitatem. Porro vera Chriſti Eccleſia ſtare non poteſt ſine notis illis quatuor ſimul ſumptis. Adde quod eorum ſocietas nec Apoſtolica dici poteſt, quia quicunque Epiſcopi inter Anglos, ſicuti inter Arianos & Macedonianos & Neſtorianos & Eutychianos primi diſceſſerunt a communione Romanæ Eccleſiæ, hac ipſa ſua diſceſſione diſceſſerunt quoque ſollemniter a fide quam ab Apoſtolis traditam continua Epiſcopatus ſerie & ſucceſſione a ſuis ipſi deceſſoribus acceperant. Unde jure merito ſunt ab Eccleſia excommunicati; eaque excommunicatione merito privavit eos Eccleſia juriſdictione, quam habuerant hactenus; & quam proinde non potuerunt in ſucceſſores ordinatione tranſmittere. Adde quod nec ipſi legitimam Epiſcopatus ſucceſſionem ſervaverunt; ut multis diſſertationibus nuper probatum eſt ex ipſis Eccleſiæ Anglicanæ publicis inſtrumentis.

I. Poteſne invicta quoque ratione probare Græcos eſſe Schiſmaticos eo quod ab Eccleſiæ Romanæ communione diſceſſerint?

R. Poſſum, & facile quidem. Id ut plane fiat, revocanda ſunt in memoriam ea tempora quibus Græci nobiſcum erant communione conjuncti. Certiſſimum eſt tum temporis Græcos Romano Pontifici ſubjectos fuiſſe ut Eccleſiæ capiti. Id patet ex ſeptem prioribus conciliis œcumenicis, quæ in Oriente habita ſunt. In his primatus Romani Pontificis nemine contradicente fuit agnitus & canonibus firmatus. Nec primatum hunc negavit Photius ipſe, qui prima Schiſmatis fundamenta jecit. In Synodis œcumenicis Lugdunenſi & Florentina, in quibus actum eſt potiſſimum de reconciliatione utriusque Eccleſiæ & diri Schiſmatis extinctione, primatum hunc confeſſi ſunt ultro Græci. Nunquam Conſtantinopolitana Eccleſia, utpote altera Roma, niſi locum ſecundum ſibi vindicavit: nec primatum Romano Pontifici denegavit unquam ante Schiſma. Quin nec ſecundum locum Conſtantinopolis obtinuit niſi in Concilio quarto vel ad ſummum in Concilio ſecundo generali; nec illud quidem ſine contradictione factum eſt, ut norunt omnes. Illud ergo tunc temporis fatebantur omnes, Romanum Pontificem caput eſſe Eccleſiæ, & *ad Romanam Eccleſiam propter potentiorem principalitatem neceſſe eſſe omnem convenire Eccleſiam*, ut loquitur ſecundo ſæculo S. Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus, natione Græcus.

Vide hos can. hoc §. lit. E.

Lib. III. adverſ. Hæreſ. c. III.

Quod ſi Eccleſia, cui præeſt Romanus Pontifex, vera Chriſti Eccleſia fuit per octo priora ſæcula nemine contradicente; erit hæc utique ſemper vera Chriſti Eccleſia; neque enim fieri poteſt, ut jam probavimus, ulla circa eam rem mutatio: Eccleſia Chriſti manet ſemper eadem & manebit ad conſummationem ſæculi. Ergo a vera Chriſti Eccleſia recedit, & Schiſmaticus eſt quisquis recedit a communione illius Eccleſiæ, cui præeſt Romanus Epiſcopus. Ergo Schiſmaticæ ſunt Orientales Eccleſiæ quæ ab ea receſſerunt.

Quæ ab ea, inquam, receſſerunt: multæ enim extiterunt ſemper & extant etiamnum Orientales Eccleſiæ, Græcorum, Armenorum, Maronitarum, quæ numquam diſceſſerunt a communione Romanæ Eccleſiæ. Aliæ in varias ſectas inter ſe pugnantes diviſæ ſunt. Omnes generali tam in temporalibus quam in ſpiritualibus deſolatione diuturni Schiſmatis pœnas luunt, facti ſunt in exemplum divinæ ultionis.

I. Non deſunt inter Proteſtantes imo & inter recens ad Eccleſiam converſos, qui ſuſpicentur quo jure Romana Eccleſia veræ Chriſti Eccleſiæ nomen & auctoritatem ſibi vindicat, eodem jure poſſe Eccleſiam Græcam, maxime ob ſucceſſionem Epiſcopatus, id ſibi vindicare. Quid ipſis reſpondendum?

R. Præ-

(M) *Lege Præfationem libri* de Unitate Eccleſiæ a D. NICOLA *conſcripti*, *& illuſtriſſimi* BOSSUETI Hiſtoriam variationum.

(N) *Hæc invictiſſime demonſtrantur in Libro cui titulus*: Everſio Moralis Chriſtianæ per Calviniſtarum errores ſuper juſtificatione, *quem adire potes*.

(O) *Probatum id fuit §. ſuper. Lege etiam quæ ſupra §. 4. hujuſce cap. lit.* (H) *exſcripſimus ex illuſtriſſimi* DD. BOSSUETI *Meldorum Antiſtitis Inſtructione ad populum* de Chriſti ad Eccleſiam ſuam promiſſis.

In-

R. Præter ea quæ mox diximus de primatu Romani Pontificis ab ipſis Orientalibus Eccleſiis ultro agnito, revocanda ſunt in memoriam quæ & ſupra a nobis dicta ſunt ad objectionem petitam ex ſucceſſione Epiſcopatus qua gloriantur Hæretici nonnulli tam veteres quam recentiores.

Sed his prætermiſſis duo ſunt maxime, quibus nova iſthæc Proteſtantium vel objectio vel ſuſpicio invictiſſime diluatur.

1. Dum parentes eorum ab Eccleſiæ Romanæ communione receſſerunt, non adjunxerunt ſe Eccleſiæ Græcæ. Non minus ab ea diſſidere ſe profeſſi ſunt quam a nobis. *Diſceſſionem a toto mundo facere coacti ſumus*, inquit Calvinus. (P)

Epiſt. ad Melanchtonem. P

2. Eccleſia Græca poſt Schiſma retinuit omnia dogmata, ex quibus Proteſtantes ſumſerunt occaſionem ſeparationis. Imo vero in multis capitibus; verbi gratia in invocatione ſanctorum & reliquiarum veneratione gravius a Proteſtantibus arguuntur Græci quam Latini.

3. Si quis attentius & diligentius diſquirere voluerit quæ res Græcos a Latinis ſejunxerint, proceſſio nimirum Spiritus ſancti a Patre, & Filio, vox *filioque* Symbolo addita, Panis azymus, celibatus Presbyterorum, *Alleluya* tempore quadrageſimæ non cantatum, & cetera id genus; is facile intelliget quod fatentur vel ipſi Heterodoxorum miniſtri doctiores, longe anteponendam eſſe Latinam Eccleſiam Græcæ Eccleſiæ, utpote fidei & diſciplinæ antiquioris tenaciorem, & in iis quæ ad ſubſtantiam Religionis non pertinent, indulgentiorem.

I. Supponamus Eccleſiam Catholico-Romanam in errorem reipſa incidiſſe, ut contendunt omnes Hæretici; hoc poſito nonne ab ea recedendum eſſet?

R. Falſa omnino ſuppoſitio. Nullum unquam in errorem incidit Eccleſia Catholico-Romana. Id facile probari poteſt expendendo ſingula Eccleſiæ dogmata (ut reipſa expendimus in ſerie totius hujuſce operis.)

Sed prætermiſſo hoc examine, quod nonniſi a paucis fieri poteſt, nemo eſt qui non intelligat impiam & Chriſto injurioſam eſſe hanc hypotheſim, qua ſupponitur Eccleſia Catholico-Romana poſſe errare. Id probo facili hocce ratiocinio, quod nullius hominis veritatis ſtudioſi captum ſuperat.

Fatentur nobiſcum Proteſtantes, Eccleſiam Catholico-Romanam, id eſt, Eccleſiam, cujus caput eſt Romanus Pontifex, fuiſſe veram Chriſti Eccleſiam quinque ſexve prioribus ſæculis: quo tempore Græci idem ſentiebant. Id ſi ita eſt, Eccleſia Catholico-Romana nunquam poteſt in errorem incidere. Nam vera Chriſti Eccleſia nunquam poteſt in errorem incidere; hæc ſocietas etiam nunc eſt vera Chriſti Eccleſia quæ ſemel fuit. Jam probavimus ex Chriſti ſolemnibus promiſſis, Eccleſiam nec poſſe errare, nec poſſe deficere, nec ſua poſſe unitate & ſanctitate excidere. Ergo fieri non poteſt ut Eccleſia Catholico-Romana in errorem, in ruinam, in deſolationem cadat, ut ſtatus illius interrumpatur. Ergo numquam licitum fieri poteſt ab ea ſecedere.

I. Per te mihi liceat quæſo morari te pauliſper, & revocare ad ſuperadicta. Dixiſti ſuperius id recentioribus Hæreticis, veterum Hæreticorum inſtar, in more eſſe poſitum, ut in plures ſectas ſcindantur, nec proinde teneant unitatem catholicam, quæ tamen eſt una ex notis quatuor & teſſeris veræ Eccleſiæ. Vereor ne & ipſi hoc genus argumenti poſſint & in Catholicos retorquere; ſunt enim apud Theologos Catholicos variæ ſectæ, nimirum Thomiſtarum, Scotiſtarum, Nominalium, aliorumque ejuſmodi, qui ſcinduntur inter ſe, variaſque in ſententias abeunt circa graves articulos: quin & non deſunt inter eos, qui oppugnatores ſuæ ſententiæ hæreticos appellare non vereantur. Vivunt tamen in eadem communione cum adverſariis ſuis: itaque tuum illud argumentum ruit prorſus; vel enim nihil probat vel adverſus Eccleſiam ipſam convertitur.

R. Multum intereſt diſcriminis Catholicos inter & Hæreticos circa varietatem opinionum, quæ hinc inde in ſcholis diſceptantur. Id enim conſtat inter Catholicos omnes, ſtandum eſſe judicio Eccleſiæ, ubi illa quæſtionem ventilatam & diſputatam definierit. Itaque pronuntiet Eccleſiam, & ceſſant illico omnes ea de re controverſiæ inter Catolicos. Diſputant quandoque Theologi de ſenſu definitionis Eccleſiæ; ſed diſputant ſolum donec ipſa mentem ſuam circa ſenſum definitionis aperuerit, ſtatim illi adhæſuri. Fateor non deeſſe Theologos plus æquo audaciores, qui nondum expectata Eccleſiæ definitione, vel oppoſitam ſibi ſententiam hæreticam pronuntient, vel adverſantes ſibi Theologos hæreticos appellent. Horum audaciam non probat Eccleſia, imo coercet, ut patet ex multis Romanorum Pontificum ſanctionibus, quibus prohibetur, ne quia contra ſuam opinionem ſentientes hæreſeos poſtulet, donec res in controverſiam poſita ab Eccleſia definita fuerit.

(Q) Circa controverſias ejuſmodi non ſemper pronunciat Eccleſia; plerumque enim agitur tunc inter Theologos de rebus ad fidem idcirco non pertinentibus, quia nec Scriptura ſacra, nec traditione ſatis liquet; quid ea de re ſentiendum omnino ſit: atque adeo licet unicuique tenere ſententiam quæ ſibi verior viſa fuerit, ſervata tamen caritate, & pace cum iis qui contra ſentiunt, & in eadem Ec- Q

eccleſiæ

(P) *Inſtruction Paſtorale de* M. l'Eveque de Meaux *ſur les promeſſes de l'Egliſe*, *Art.* XVIII. Noſtri Reformatores, cum ſe ab Eccleſia Romana adeo gravi ſcandalo ſepararunt, neque Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, neque cæteris Orientis ſchiſmate laborantibus ſedibus ſe ſociare in animo habuerunt. Fatemini, dilecti fratres, veritatem, quæ adeo conſtans eſt ut negari non poſſit. In toto terrarum orbe nihil vobis arridebat; compertum omnibus eſt, ab Eccleſiæ Græcæ Patribus primum omnium Aerium in hæreticorum album fuiſſe relatum, quia precibus, & oblationibus mortuorum peccata expiari poſſe negaret, aliiſque dogmatibus, quæ nobis cum ipſis ſunt communia, adverſaretur.

(Q) *Vide Conſtitutionem* Sixti IV. *quæ incipit* Gràve nimis, *quæ extat in Extravagantibus communibus*, *titulo* de Reliquiis & veneratione Sanctorum, *in qua* de Conceptione Immaculata Beatæ Mariæ Virginis *agens*, *vetat* alterutram opinionem hæreſeos vel peccati mortalis labe notari donec quæſtio ab Eccleſia Romana & Apoſtolica ſede deciſa fuerit, idque ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, & ſummo Pontifici reſervatæ. *Quam quidem Conſtitutionem Tridentina Synodus œcumenica ſub pœnis in ea contentis renovat ſeſſione quinta*, *Decreto* de peccato originali.

On *Vide*

cleſiæ communione verſantur. Neque enim a noſtra communione repellere fas eſt niſi quos Eccleſia abſcindendos a communione clare & diſtincte pronuntiaverit. Id ipſum uno ore profiteatur omnes Catholici.

Non ita recentiores Hæretici, quos Proteſtantes dicimus. Ipſi quippe a ſe invicem diſſidentes, contra unam Eccleſiam coadunantur. Ipſi oppoſitas in ſententias abeunt circa Articulos, quos fundamentales apellant. Ipſi inter ſe pugnant nullam agnoſcentes auctoritatem quæ poſſit controverſias certo dirimere, & diſſidentes revocare ad unitatem fidei. Non ergo tenent unitatem Catholicam.

§. 8. *De Præliis Militantis Eccleſiæ; Et primum de iis quæ ſuſtinet adverſus dæmones.*

I. Numquid Eccleſia militans ita a Chriſto Domino regitur & fovetur, ut nulla prælia ſuſtineat, nulla timeat?

R. Imo vero ideo dicitur militans: quia hoſtes habet & habuit & habebit ſemper in terris, adverſus quos prælietur & militet. Sed eos & vicit & vincet ſemper. Adverſus eam portæ inferi quotidie vim faciunt, ſed non prævalebunt unquam. *Deſcendunt quotidie pluviæ, veniunt flumina, flant venti, & irruunt in domum illam, & non cadet; fundata enim eſt ſuper Petram.* (A) A

I. Quos hoſtes habet in terris Eccleſia Chriſti?

R. Hoſtes habet internos & externos. Externi ſunt, dæmones, Ethnici, Judæi, Hæretici, Schiſmatici, Excommunicati. Interni ſunt, mali & perverſi Catholici.

Nec Eccleſia ſolum, ſed & unusquisque fidelis hoſtes habet quibuscum prælietur & intus, & extra ſe. Prælia hæc tentationes dicuntur. (B) B

I. Quomodo dæmones inſurgunt adverſus Eccleſiam?

R. 1. Suſcitando adverſus eam perſecutiones, ſchiſmata, hæreſes alioſque hoſtes omnes, quos mox commemoravimus.

2. Agendo modis omnibus, ut quam plurimos

Vide etiam ea de re Conſtitutionem PII V. *quæ incipit* Super, *in Extravagantibus communibus titulo eodem. Item Conſtitutionem* PAULI V. *quæ incipit* Regis Pacifici, *Tres illæ Conſtitutiones exſcribentur infra Parte ſecunda, ſectione 4.* De præceptis Eccleſiæ, *cap.* 2. §. 16. *ubi* de Feſto Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis *ſermo fuit.*

Quæ de Eccleſia diximus confirmantur in tractatu de Fide, *quem inſtruimus in ſecunda parte hujuſce operis ſect. II. cap. II. quem ad pleniorem hactenus dictorum intelligentiam conſule.*

(A) MATTH. XVI. 18. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.

S. AUG. *De Symbolo ad Catechumenos, c. 6. n. 13. Vide ſupra §. 4. hujuſce cap. lit.* (C)

Serm. 2. in Pſal. LXX. *num.* 12. Quandiu hic eſt Eccleſia, quandiu gemit triticum inter paleas, quandiu gemunt ſpicæ inter zizania, quandiu gemunt vaſa miſericordiæ inter vaſa iræ facta in contumeliam, quandiu gemit lilium inter ſpinas, non deerunt inimici qui dicant, Quando morietur & peribit nomen ejus? id eſt, ecce veniet tempus, ut finiantur, & non ſint Chriſtiani... Sed cum iſta dicunt, ... & permanet Eccleſia prædicans brachium Domini generationi venturæ.

Serm. 75. de verbis Evang. Matth. alias 21. de div. c. 3. n. 4. Interea navis portans diſcipulos, id eſt, Eccleſia fluctuat & quatitur tempeſtatibus tentationum, & non quieſcit ventus contrarius, id eſt adverſans ei diabolus, & impedire nititur ne perveniat ad quietem. Sed major eſt qui interpellat pro nobis. Nam in iſta noſtra fluctuatione in qua laboramus, dat nobis fiduciam, veniens ad nos & confortans nos: tantum ne turbati in navi excutiamus nos, & projiciamus in mare. Quia etſi turbatur navis eſt tamen. Sola portat diſcipulos, & recipit Chriſtum. Periclitatur quidem in mari: ſed ſine illa ſtatim peritur. Tene te itaque in navi, & roga Deum. Deficientibus enim omnibus conſiliis, cum neque gubernacula ſuffecerint, & ipſa velorum extenſio majori periculo quam utilitati fuerit, dimiſſis humanis omnibus adjutoriis, & viribus, ſola reſtat nautis intentio deprecandi & voces ad Deum fundendi. Qui ergo præſtat navigantibus ut perveniant ad portum, numquid Eccleſiam ſuam dimiſſurus eſt, ut eam non perducat ad requiem?

Cap. 4. n. 5. Tamen ... maxima perturbatio in iſta navi non eſt, niſi in abſentia Domini. In Eccleſia conſtitutus, abſentem habet Dominum. Quando habet abſentem Dominum? Quando vincitur aliqua cupiditate... in iſta navi, cum abſens eſt Chriſtus, ſuis quisque tempeſtatibus quatitur, & iniquitatibus & cupiditatibus ſuis.

(B) S. AUG. *In Pſ.* IX. *n.* 19. Cum impii ad magnam, quæ videtur hominibus felicitatem pervenerunt ... Laborans ergo Eccleſia illis temporibus, tamquam navis in magnis fluctibus, & procellis, quaſi dormientem excitat Dominum, ut imperet ventis, & tranquillitas redeat.

In Pſal. X. *n.* 4. Poteſt ergo & de perſecutoribus Martyrum intelligi, quod ſagittare voluerint in obſcura luna rectos corde: ſive adhuc in Eccleſiæ novitate quia nondum terris major effulſerat, & gentilium ſuperſtitionum tenebras vicerat: ſive linguis blaſphemorum, & Chriſtianorum nomen male diffamantium, quaſi nebulis cum terra obtegeretur, videri perſpicua luna non poterat, id eſt Eccleſia: ſive ipſorum Martyrum cædibus, & tanta effuſione ſanguinis, tanquam illo defectu & obſcuratione qua cruentam faciem luna videtur oſtendere, a nomine Chriſtiano deterrebantur infirmi: in quo terrore verba doloſa & ſacrilega jaculabantur peccatores, ut etiam rectos corde perverterent. Poteſt & de his peccatoribus intelligi, quos Eccleſia continet, quod tunc inventa occaſione hujus lunæ obſcuræ, multa commiſerint, quæ nobis opprobria nunc objiciuntur ab hæreticis.

Serm. 3. In Pſ. XXX. *n. 6.* .. Qui ſunt inimici Eccleſiæ? Pagani, Judæi? Omnibus pejus vivunt mali Chriſtiani. Cum dicit (*Petrus Apoſtolus*) melius erat illis non cognoſcere viam juſtitiæ, nonne judicavit meliores eſſe inimicos foris poſitos, quam intus male viventes, quibus premitur & gravatur Eccleſia?.. Quam multos enim putatis, fratres mei, velle eſſe Chriſtianos, ſed offendi malis moribus Chriſtianorum? 2.Pet.II.21.

Lib. 18. de Civit. Dei, c. 51. n. 2. Vide ſupra §. 3. lit. (H) *hocce capite.*

N. 2. Nam & id quod ait (*Apoſtolus*,) *Quicumque volunt in Chriſto pie vivere, perſecutionem patientur,* nullis putandum eſt deeſſe temporibus. Quia & cum ab iis qui foris ſunt non ſævientibus, videtur eſſe tranquillitas, & revera eſt, .. non tamen deſunt, immo multi ſunt intus, qui corda pia viventium ſuis perditis moribus cruciant, quoniam per eos blaſphematur Chriſtianum & Catholicum nomen: quod quanto eſt carius eis, qui volunt pie vivere in Chriſto, tanto magis dolent, quod per malos intus poſitos fit, ut minus quam piorum mentes deſiderant, diligatur. Ipſi quoque hæretici, cum cogitantur habere nomen & ſacramenta Chriſtiana, & Scripturas, & profeſſionem, magnum dolorem faciunt in cordibus piorum quia & multi volentes eſſe Chriſtiani, propter eorum diſſenſiones hæſitare coguntur, & multi maledici etiam in his inveniunt materiam blaſphemandi Chriſtianum nomen; quia & ipſi quoquo modo Chriſtiani appellantur. His atque hujusmodi pravis moribus & erroribus hominum perſecutionem patiuntur qui volunt in Chriſto pie vivere, etiam nullo infeſtante, neque vexante corpus illorum. Patiuntur quippe hanc perſecutionem, non in corporibus, ſed in cordibus... Dolor autem ipſe, qui fit in cordibus piorum, quos perſequuntur mores Chriſtianorum malorum, ſive falſorum prodeſt dolentibus; quoniam de caritate deſcendit, qua eos perire nolunt, nec impedire aliorum ſalutem. Denique magnæ conſolationes fiunt de correctionibus eorum, quæ piorum animas tanta jucunditate perfundunt. Sic in hoc ſæculo in his diebus malis, non ſolum a tempore corporalis præſentiæ Chriſti, & Apoſtolorum ejus, ſed ab ipſo Abel quem primum juſtum impius frater occidit, & deinceps uſque in hujus ſæculi finem, inter perſecutiones mundi & conſolationes Dei peregrinando procurrit Eccleſia. 2 Tim.III.12

S. AUG.

Digitized by Google

C rimos ſecum in ruinam Chriſtianos trahant. (C)

I. Frequenter accidit ſuſcitari a dæmonibus adverſus Eccleſiam perſecutiones?

Hujus ſect. c. ſuperiori §. 4. *R.* Frequentiſſime. Jam vidimus diras per annos trecentos a morte Chriſti paſſam fuiſſe Eccleſiam perſecutiones. Ex eo tempore variæ diverſis locis & temporibus fuere perſecutiones ſæviſſimæ. Acerbiſſima ſub finem ſæculorum excitabitur per Anti- *2.Tim.3.12* chriſtum. Nihil aliud promiſit Chriſtus Diſcipulis ſuis in hoc mundo, quam preſſuras, & cruces: *Omnes qui pie volunt vivere in Chriſto, perſecutionem patientur, mali autem homines & ſeductores proficient in pejus, errantes, & in errorem mittentes,* inquit Apoſtolus. (D) Adeoque nunquam deſunt Eccleſiæ perſecutiones, ut ait S. Auguſtinus, ſive apertæ ſunt, ſive occultæ, ſive generales, ſive particulares. (E)

PARS I. SECT. II. CAP. III.

D

E

I. Quomodo defendit ſe Eccleſia ab hiſce perſecutionibus?

R. Fide, patientia, fiducia in Deum, oratione. His armis ſpiritualibus munita vincit ſemper. Stat ſemper Eccleſia pro veritate & juſtitia, quæ quidem nunquam poſſunt a dæmone ſuperari. *Occultari poteſt ad tempus veritas,* inquit S. Auguſtinus *vinci non poteſt.* (F) F

I. Quid agit diabolus ut trahat Chriſtianos in ruinam?

R. Mille

(C) S. AUG. *In Pſ.* CIII. *ſerm. 4. num. 6...* Noſtis inimicum Eccleſiæ quemdam draconem: non vidiſtis oculis carnis, ſed videtis oculis fidei. Ipſe eſt, qui & leo *Pſ. 90. 13.* dicitur: de illo Scriptura dicit: *conculcabis leonem & draconem.* Subditus eſt iſte capiti tuo, ſubdetur & corpori ejus; hæreant tantum membra capiti ſuo, ut membra ejus ſint ... Noſtis enim & quid dictum eſt mulieri, vel potius ſerpenti, cum audiret Deus peccatum primi hominis: Ipſa tuum obſervabit caput, & tu ejus obſervabis calcaneum. In magno myſterio dictum, in figura dictum Eccleſiæ futuræ, factæ de latere viri ſui, & hoc dormientis... Quid ergo dictum eſt Eccleſiæ? *Gen. 3. 15.* Jam modo audite, intelligite, cavete: Ipſa tuum obſervabit caput & tu ejus calcaneum. O Eccleſia, caput ſerpentis obſerva. Quod eſt caput ſerpentis? Prima peccati ſuggeſtio. Venit tibi in mentem neſcio quid illicitum: noli ibi tenere mentem tuam, noli conſentire. Hoc quod evenit in mentem, caput ſerpentis eſt: caput calca, & evades cereros motus. Quid eſt, caput calca? Ipſam ſuggeſtionem contemne.

N. 7. Hic ergo draco, antiquus hoſtis noſter, ira fervidus, inſidiis aſtutus, in mari magno eſt... Niſi permiſſus nihil poteſt. Tu ſic age ne permittatur in te; aut ſi permiſſus fuerit ad tentandum, victus abſcedat & non poſſideat. Permiſſus eſt enim ad tentandos quoſdam ſanctos viros famulos Dei: ſuperaverunt eum, quia de via non receſſerunt... Nihil ſibi diabolus tribuat, voluntatem habet nocendi, poteſtatem autem niſi acciperet, non haberet... Muratam civitatem forinſecus oppugnavit, ſed non expugnavit.

Enar. in Pſ. CXXVII. *n. 16.* .... Audiſtis cum legere- *2.Tim.3.12* tur Apoſtolus, quia omnes qui volunt pie vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patiuntur. Non enim modo, quia diabolus per Reges non ſævit, ideo Chriſtiani non patiuntur perſecutionem. Si mortuus eſt diabolus, mortuæ ſunt perſecutiones: ſi autem ille adverſarius noſter vivit, unde non tentationes ſuggerit? Unde non ſævit? Unde non minas aut ſcandala procurat? O ſi incipias pie vivere, videbis quia omnis, qui vult pie vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patietur: videtis quia pugnæ non deſunt, & pugnamus cum concupiſcentiis noſtris: pugnamus foris cum infidelibus, & inobedientibus hominibus: pugnamus intus cum ſuggeſtionibus, cum perturbationibus carnalibus. Ubique pugnamus adhuc, quia corpus quod *Sap. 9. 15.* corrumpitur, aggravat animam... Concupiſcentiæ delectationum carnalium contra nos pugnant.

(D) S. AUG. *In Pſal.* XXXIX. *n. 1.* Sparſus eſt ſanguis juſtus, & illo ſanguine, tamquam ſeminatione *Mat. 28. 24.* per totum mundum facta, ſeges ſurrexit Eccleſiæ. Conſequens autem tempus eſt ſcandalorum, & ſimulationis & tentationum per eos, qui dicunt, Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic. Hoſtis ille noſter, tunc leo fuit, cum aperte ſæviebat: modo draco eſt, cum occulte inſidiatur... Serpens ergo ille adulter antiquus virginitatem corrumpendam non carnis, ſed cordis inquirit... Sicut autem patribus noſtris adverſus leonem opus erat patientia, ſic nobis adverſus draconem vigilantia. Perſecutio tamen ſive a leone, ſive a dracone numquam ceſſat Eccleſiæ: & magis metuendus eſt cum fallit, quam cum ſævit.

(E) S. AUG. *In Pſ.* LIV. *n. 8...* Id mihi præcipitur ut inimicos diligam, convicia iſtorum crebreſcentia & adumbrantia me commovent vultum meum, perturbant oculum meum, perturbant lumen meum, appetunt cor meum, interficiunt animam meam... Conatur ergo homo plerumque corrigere homines diſtortos, pravos, pertinentes quidem ad curam ſuam .. corrigere non poteſt, pati neceſſe eſt... Non deſunt Eccleſiæ perſecutiones, etiam in hoc tempore quando tranquillitas videtur Eccleſiæ... non autem deſunt perſecutiones, quia verum eſt illud, Omnes qui pie volunt vivere in *2.Tim.3.12* Chriſto, perſecutionem patientur. Aliorum infirmitates, aliorum ſcandala, perſecutiones (*Apoſtolo*) fuerunt. Numquid ergo deſunt hoc tempore?

In Pſ. LXIX. *n. 3... Martyres* jam coronati ſunt, nos adhuc periclitamur: non quia tales nos perſecutiones urgent, quales ipſos urſerunt, ſed fortaſſe pejores in omnimodis generibus tantorum ſcandalorum. Noſtra *Matt. 18. 7.* enim tempora magis abundant illo væ, quod clamavit Dominus? Væ mundo ab ſcandalis ... Nunc ergo jam Chriſto in cælo ſedente, jam glorificato, jam ſubjectis cervicibus Regum jugo ejus; & ſuppoſitis eorum frontibus ſigno ejus, jam nullo remanente qui palam Chriſtianis audeat inſultare; adhuc tamen inter organa & ſimphoniacos gemimus. Adhuc illi inimici Martyrum, quia vocibus & ferro non poſſunt, eos ſua luxuria perſequuntur... Videmus etiam portantes in fronte ſignum ejus, ſimul ipſa fronte portare impudentiam, luxuriam, diebusque & ſolemnitatibus Martyrum non exultare, ſed inſultare. Et inter hæc gemitus, & hæc perſecutio noſtra eſt, ſi eſt in nobis caritas. Nullus ergo ſervus Dei ſine perſecutione.. Videris unde, videris quomodo, diabolus ille biformis eſt... Leo eſt in impetu, draco in inſidiis. Leo minetur, inimicus eſt: draco inſidietur, inimicus eſt... Quando nos ſecuri?.. Tentare ergo non ceſſat, inſidiari non ceſſat... Fremunt dentes impiorum adverſus dignitatem Eccleſiæ, & pacem Chriſtianorum, & quia non habent, quid agant ſæviendo; ſaltando, blaſphemando, luxuriando, non impellunt corpora Chriſtianorum, ſed lacerant animas Chriſtianorum.

In Pſ. CXIII. *n. 19.* Et omnes Chriſtiani patiuntur: & ſi non ſæviunt homines, ſævit diabolus.

De utilitate Jejunii, c. 8. n. 10. tom. 6. Edit. BB. Non inveniat Paganus occaſionem qua nolit eſſe Chriſtianus. Concordemus, fratres, colentes unum Deum, ut & illos deſerere multos Deos exhortemur quodammodo noſtra concordia, ut ad pacem & ad unitatem veniant colendi unum Deum... Non præferant nobis quaſi concordiam ſuam, non ſibi tanquam de unitate ſua placeat. Hoſtem quippe quem patimur, illi non patiuntur: illos & non iſta agentes ipſe poſſidet... At vero cum deſereretur, multi ad unum Deum concurrerent, ejus ſacrilega ſacramenta deſererent, templa everterent, idola frangerent, ſacrificia prohiberent, vidit ſe perdidiſſe quos tenebat, vidit a ſua familia receſſiſſe, verum Deum cognoviſſe: quid faceret? Quomodo inſidiaretur? Concordes nos ſcit, quod poſſidere non poſſit, unum Deum nobis dividere non poteſt, falſos Deos nobis ſupponere non poteſt; ſentit eſſe vitam noſtram caritatem, mortem noſtram diſſenſionem: lites immiſit inter Chriſtianos, quia multos Deos non potuit fabricare Chriſtianis; ſectas multiplicavit, errores ſeminavit, hæreſes inſtituit. Sed quidquid fecit, de palea dominica fecit. Ecce ſecuritas nobis eſt, licet illo ſæviente, licet illo inſidiante, & diſſenſiones varias inter Chriſtianos ſeminante, ſi Deum noſtrum agnoſcamus, ſi concorditer teneamus, ſi fidem ſervemus, ſecuri ſumus.

(F) S. AUG. *In Pſal.* CXXXI. *nn. 3...* David præſumens de Domino Deo ſuo, confecit bella omnia, proſtravit omnes inimicos ſuos, Deo ſe adjuvante.. præfigurans fortem manu quemdam ad debellandos inimicos, diabolum & angelos ejus. Hos autem inimicos Eccleſia debellat; & quomodo debellat? manſuetudine. Manſuetudine enim ipſe rex noſter vicit diabolum. Sæviebat iſte,

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 8.

R. Mille nocendi artes: nunc hos nunc decipit illos adhibitis pro diverſitate ſtudiorum, & ingeniorum tentationibus, ſuggeſtionibus, promiſſis, minis. Hæc omnia eo recidunt, ut abſtrahantur homines a Deo, & adhæreant mundo: atque ita inducantur in errorem & corruptionem & perditionem; & ſemel inducti ne reviviſcant. (G) G

I. Trahitne reveta diabolus plurimos ſecum in ruinam?

R. Horreſco referens. Mirum! quot Chriſtiani dæmonia arte vincantur; quam pauci vincant.

I. Cur tot Chriſtiani vincuntur?

R. Quia

iſte ſufferebat. Victus eſt qui ſæviebat, vicit qui ſufferebat. In iſta manſuetudine corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia, vincit inimicos.

De Agone Chriſtiano, *c.* 12. *n.* 13. Pauci autem adhue murmurant, & inani livore torquentur, aut qui ſua quærunt in Eccleſia quamvis videantur Catholici, aut ex ipſo Chriſti nomine gloriam quærentes hæretici, aut peccatum impietatis ſuæ defendere cupientes Judæi, aut curioſitatem vanæ licentiæ perdere timentes pagani. Sed Eccleſia Catholica per totum orbem longe, lateque diffuſa, impetus eorum prioribus temporibus frangens, magis magisque roborata eſt, non reſiſtendo, ſed perferendo. Nunc vero inſidioſas eorum quæſtiones fide irridet, diligentia diſcutit, intelligentia diſſolvit: criminatores palearum ſuarum non curat; quia tempus meſſis, & tempus arearum, & tempus horreorum caute diligenterque diſtinguit: criminatores autem frumenti ſui, aut errantes corrigit, aut invidentes inter ſpinas, & zizania computat.

(G) S. HIERONYM. *Epiſt.* 5. *ad Heliodorum*, *alias* 1. Erras, frater, erras, ſi putas unquam Chriſtianum perſecutionem non pati: & tunc maxime oppugnaris, ſi te oppugnari neſcis. Adverſarius noſter, tamquam leo rugiens, aliquem devorare quærens circumit, & tu pacem putas? Sedet in inſidiis cum divitibus, ut in occultis interficiat innocentem: oculi ejus in pauperem reſpiciunt: inſidiator in occulto, ſicut leo in ſpelunca ſua: inſidiatur ut rapiat pauperem; & tu frondoſæ arboris tectus umbraculo, molles ſomnos, futura præda, carpis? Inde me perſequitur luxuria: inde avaritia conatur irrumpere; inde venter meus vult mihi Deus eſſe pro Chriſto: compellit libido, ut inhabitantem in me Spiritum ſanctum fugem, ut templum ejus violem: perſequitur inquam me hoſtis cui nomina mille, mille nocendi artes; & ego infelix victorem me putabo, dum capior?

S. AUG. *In Pſal.* XXX. *Enarrat.* II. *n.* 10... Muſcipulam ſuam diabolus tendit uſque in finem: & væ illi, qui in illam muſcipulam cadit. Cadit autem omnis qui non ſperat in Deum,.. extenta eſt & parata muſcipula inimici. Poſuit in muſcipula errorem & terrorem: errorem, quo illiciat, terrorem quo frangat & rapiat:.. Totum ergo corpus Chriſti tentatur uſque in finem... At ubi finita ſunt illa, quæ totum corpus impingebant ut caderet, cœpit tentatio eſſe per partes. Tentatur corpus Chriſti, una Eccleſia non patitur perſecutionem, alia patitur: non patitur furorem Imperatoris, ſed patitur furorem mali populi. Quantæ vaſtationes a plebibus? quanta mala ingeſta ſunt Eccleſiæ a malis Chriſtianis, ab eis, qui capti in illo retiaculo tam multiplicati ſunt, ut premerent naves in piſcatione illa Dominus ante paſſionem? Non ergo deſunt preſſuræ tentationis. Nemo ſibi dicat: non eſt tempus tentationis: qui ſibi hoc dicit, pacem ſibi promittit: qui ſibi pacem promittit, ſecurus invaditur.

In Pſal. CVI. *num.* 4... Fac enim hominem primo nihil quærentem, ſecundum vitam veterem ſeductoria ſecuritate viventem, nihil putantem aliud eſſe poſt hanc vitam quandoque finiendam, negligentem quemdam & ſocordem, obrutum cor habentem illecebris mundi, & mortiferis delectationibus conſopitum: ut excitetur iſte ad quærendam gratiam Dei, ut fiat ſollicitus, & tanquam de ſomno evigilet, nonne manus Dei excitat eum? Sed tamen a quo ſit excitatus, ignorat. Incipit autem eſſe jam Dei, cum cognoverit veritatis fidem; ſed antequam cognoſcat, dolat errorem ſuum. Invenit enim ſe in errore, vult cognoſcere veritatem, pulſat ubi poteſt, tentat quod poteſt, vagatur qua poteſt, famem etiam patitur ipſius veritatis. Prima ergo tentatio eſt erroris, & famis.

N. 5. Invenit ergo ſe ligatum difficultatibus cupiditatum, & non poſſe viam propter compedes ambulare: incluſum ſe ſentit difficultate vitiorum; & tanquam muro impoſſibilitatis erecto, portisque clauſis, qua evadat, ut recte vivat, non invenit. Jam ſcit quomodo vivere debeat, prius autem in errore erat, & famem veritatis patiebatur; accepit autem jam cibum veritatis, & poſitus eſt in via; audit, vive bene, ſecundum noſti; antea enim non noveras quemadmodum viveres, modo accepiſti & noſti. Conatur, non poteſt; ligatum ſentit, exclamat ad Dominum. Secunda ergo tentatio eſt difficultatis in bene operando, ſicut illa prima erroris, & famis

N. 6. Tertia tentatio accipit hominem... Multi luctantur cum difficultatibus vitiorum ſuorum, & adhuc conſuetudine colligati gemunt tanquam in clauſura & compedibus... Vide arctiſſima vincula: caro, inquit, *Gal.* 5. 17. concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem, ut non ea quæ vultis, illa faciatis. Proinde qui jam eſt adjutus ſpiritu, ut quemadmodum noluit eſſe adulter, ſic non ſit; quomodo noluit eſſe fur, ſic non ſit; & cetera illa omnia, quæ volunt homines vincere, & ſæpe inflexi ſuperantur, ut exclament ad Deum, ut de neceſſitatibus eorum eruat eos, & inde liberati confiteantur Domino miſerationes ejus: quisquis ergo talis eſt, & vicit illas difficultates, & probabiliter jam converſatur inter homines, ſine ulla querela malorum morum excipitur tentatione tertia tædii cujusdam in mora hujus vitæ, ita ut aliquando eum nec legere, nec orare delectet. Tertia tentatio priori contraria: prius enim periclitabatur fame, poſtea faſtidio; unde & hoc, niſi de quodam languore animæ? Jam non te illicit adulterium, nec tamen delectat Dei verbum. Jam poſt periculum imperitiæ, & concupiſcentiæ, de quibus duobus te evaſiſſe lætaris, vide ne tædium faſtidiumque te necet.

N. 7. Liberatus autem ab errore, liberatus a difficultate bene operandi, liberatus a tædio faſtidioque verbi Dei, fortaſſis dignus eris, cui populus committatur, conſtituaris in gubernaculis navis, recturus Eccleſiam. Ibi quarta tentatio. Tempeſtates maris quatientes Eccleſiam, turbant gubernatorem. Denique tres illas tentationes experiri poteſt omnis plus fidelis in populo Dei: quarta iſta noſtra eſt. Quanto enim plus honoramur; tanto plus periclitamur.

Serm. 46. *alias* 165. *de temp. de Paſtoribus c.* 5. *n.* 11. Quia Chriſtianus eſt, aliquid plus paſſurus eſt in hoc 2. *Tim.* 3. ſæculo. Etenim ait Apoſtolus: omnes qui volunt in 12. Chriſto pie vivere, perſecutionem patientur... Attende ad paſſiones Chriſti... attende Scripturam dicentem tibi: Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Et para te flagellari, aut certe non quæras recipi. *Heb.* 12. 6.

Serm. 62. *alias* 6. *de verbis Domini*, *c.* 10. *n.* 15. Certi eſtote, fratres, inimicos non admitti adverſus fideles, niſi quantum prodeſt tentandis & probandis fidelibus.. Omnem curam veſtram ſuper Dominum mittite, prorſus vos ipſos totos projicite in illum: non ſe ſubducit, ut cadatis.. Tu de illius ſinu noli cadere: quidquid ibi paſſus fueris, ad ſalutem valebit non ad perniciem.

S. LEO. *Serm.* 26. *In nativ. Domin.* 1. *cap.* 3... Multa ſolicitudine præcavendum eſt Chriſtianis, ne diabolicis iterum capiantur inſidiis, & eisdem rurſus, quibus renuntiaverant, erroribus implicentur. Non enim deſinit hoſtis antiquus, transfigurans ſe in Angelum lucis, deceptionum laqueos ubique prætendere, & ut quoquo modo fidem credentium corrumpat, inſtare. Novit, cui adhibeat æſtus cupiditatis, cui illecebras gulæ ingerat, cui apponat incitamenta luxuriæ, cui infundat virus invidiæ. Novit, quem mœrore conturbet, quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quem admiratione ſeducat. Omnium diſcutit conſuetudines, ventilat curas, ſcrutatur affectus; & ibi cauſſas quærit nocendi, ubi quemque viderit ſtudioſius occupari. Habet etiam multos ex eis, quos tenacius obligavit, aptos ſuis artibus, quorum ad alios decipiendos & ingeniis utatur & linguis.

Serm. 68. *de Paſſione* 19. *cap.* 5... Paſſio enim Domini uſque ad finem producitur mundi: & ſicut in Sanctis ſuis ipſe diligitur, & in pauperibus ipſe paſcitur, ipſe veſtitur; ita in omnibus, qui pro juſtitia adverſa tolerant, ipſe compatitur: niſi forte æſtimandum eſt, multiplicata per orbem fide, & rareſcente impiorum numero,

omnes

R. Quia non poteſt ſuperari diabolus niſi ab iis,
H qui jugiter vigilant & orant, (H) qui ex fide
I K vivunt, (I) qui ſibi quotidie vim faciunt, (K)
L qui ſibi & mundo mortui ſoli Deo vivunt, (L)
qui gradiuntur & ad finem usque perſeverant in
M via aſpera & anguſta. (M) At in paucis omnino
Chriſtianis ineſt ſatis fidei, conſtantiæ, virtutis, ut
vitæ genus adeo contrarium omnibus naturæ corruptæ ſtudiis & propenſionibus amplectantur & te-
N neant. Alii ſunt increduli, (N) alii in rebus divinis & timidi & vacillantes. Plerique malunt frui vitæ præſentis commodis & voluptatibus, quam pugnare, ut ipſi putant, in incertum. Alii temere confidunt futurum tandem, ut ad Deum convertantur: & interea peccant impune: quaſi vero jus ad Dei miſericordiam acquireretur iterato Dei contemptu, & aſſidua divinæ ultionis provocatio-
O ne. (O) Multi fictitiæ pœnitentiæ umbra deluſi nunquam reipſa convertuntur ad Deum. Atque ita occupat tandem mors homines & pereunt.

I. Quomodo repellit Eccleſia dæmonum conatus & inſidias?

R. Gemit Eccleſia columbæ inſtar, & luget tot filiorum ſuorum ruinam. (P) Orat indeſinenter ad obtinendam converſionem malorum & perſeverantiam juſtorum. Docet, hortatur, arguit, corrigit, ſævit, minatur, plectit, excommunicat: (Q) tandem omni ope, atque opera, enititur, ut prædam dæmonibus eripiat: atque ita obtinet tandem ſalutem eorum omnium, qui ſcripti ſunt in libro Q
vitæ. (R) R

§. 9. *de Prœliis Eccleſiæ militantis adverſus Ethnicos, Judæos, Hæreticos & Schiſmaticos.*

I. Quomodo inſurgunt Ethnici & Judæi adverſus Eccleſiam?

R. Impugnando veritatem Chriſtianæ Religionis.

I. Quomodo eos Eccleſia revincit?

R. Opponendo ipſis, 1. Veritatem Prophetiarum, quæ manifeſtiſſimis eventibus adimpletæ ſunt. 2. Chriſti miracula. 3. Evangelicæ doctrinæ ſanctitatem. 4. Mirabilem Chriſtianæ Religionis propagationem. 5. Miracula certiſſima, quæ quolibet ſæculo identidem facta ſunt, ut Chriſtianæ veritas Religionis evidentius pateret. (A) A

I. Quo-

omnes perſecutiones, & omnia, quæ adverſus beatos Martyres ſævierant, finita eſſe certamina... Sed aliud ſervientium Deo pietas experitur, aliud etiam Apo-
2.Tim.3.12 ſtoli prædicatio proteſtatur, qui dicit: *omnes qui pie volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patiuntur.* Qua ſententia nimis tepidus & ſegnis oſtenditur, qui nulla perſecutione pulſatur. Pacem enim cum hoc mundo niſi amatores mundi habere non poſſunt, & nulla unquam iniquitati cum æquitate communio, nulla mendacio cum veritate concordia, nullus eſt tenebris cum luce conſenſus. Quia etiamſi pietas bonorum cupiat malos corrigi, converſionemque multorum per gratiam Dei miſerentis obtineat: malignorum tamen ſpirituum adverſus ſanctos inſidiæ non quieſcunt, & ſive occulto dolo, ſive aperto prælio in omnibus fidelibus propoſitum bonæ voluntatis infeſtant. Inimicum namque eſt illis, omne quod rectum, omne quod caſtum eſt. Et cum eis nihil in quemquam amplius liceat, quam juſtitia divina permiſerit, quæ dignatur ſuos aut corripere diſciplina, aut exercere patientia, agunt tamen verſutiſſima arte fallaciæ, ut ex arbitrio propriæ poteſtatis aut lædere videantur, aut parcere: & multis, quod dolendum eſt, ita per nequitiam ſimulationis illudunt, ut quidam illos & timeant pati infenſos & velint habere placatos, cum beneficia dæmonum omnibus ſint nocentiora vulneribus; quia tutius eſt homini inimicitiam diaboli meruiſſe, quam pacem.

(H) MATTH. XXVI. 41. Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.

(I) ROM. I. 17. Juſtitia enim Dei in eo revelatur
Habac.II.4 ex fide in fidem ex ſicut ſcriptum eſt: Juſtus autem fide vivit.

(K) MATTH. XI. 12. A diebus autem Johannis Baptiſtæ usque nunc regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

XVI. 24. Tunc Jeſus dixit diſcipulis ſuis: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

(L) JOHANN. XV. 19. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret: quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

1. JOHANN. II. 15. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt caritas Patris in eo: 16. Quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt.

(M) MATTHÆI VII. 13. Quam anguſta porta, & arcta via quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt, qui inveniunt eam!

(N) LUC. XVIII. 8. Verumtamen Filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terra?

APOCALYPS. XXI. 8. Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idolatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure: quod eſt mors ſecunda.

(O) PROV. I. 24. Quia vocavi, & renuiſtis: extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret. 25. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. 26. Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum vobis id quod timebatis advenerit. 27. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit: quando venerit ſuper vos tribulatio, & anguſtia.

ECCLI. V. 8. Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem. 9. Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.

LUC. XXI. 34. Attendite autem vobis ne forte graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ: & ſuperveniat in vos repentina dies illa. 35. Tanquam laqueus enim ſuperveniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. 36. Vigilate itaque, omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante Filium hominis.

(P) ROM. IX. 2. Quoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo.

(Q) 2. THESS. III. 14. Quod ſi quis non obedit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo, ut confundatur. 15. Et nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite ut fratrem.

2. TIM. IV. 2. Prædica verbum, inſta opportune, importune: argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina.

(R) GALAT. IV. 19. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.

(A) S. AUG. *de Civitate Dei, Lib.* 10. *c.* 32. *n.* 2.... Hæc eſt igitur univerſalis animæ liberandæ via, quam ſancti Angeli, ſanctique Prophetæ prius in paucis hominibus, ... & maxime in Hebræa gente, cujus erat ipſa quodammodo ſacrata Reſpublica, in prophetationem & prænuntiationem civitatis Dei ex omnibus gentibus congregandæ, & tabernaculo & templo & ſacerdotio & ſacrificiis ſignificaverunt, & eloquiis quibusdam manifeſtis, pleriſque myſticis, prædixerunt. Præſens autem in carne ipſe Mediator, & beati ejus Apoſtoli, jam Teſtamenti novi gratiam revelantes apertius indicarunt, quæ aliquanto occultius ſuperioribus ſunt ſignificata temporibus, pro ætatum generis humani diſtributione; ſicut eam Deo ſapienti placuit ordinare, mirabilium operum divinorum, quorum ſuperius pauca jam poſui, conteſtantibus ſignis. Non enim apparuerunt tantummodo viſiones angelicæ, & cæleſtium miniſtrorum ſola verba ſonuerunt: verum etiam hominibus Dei verbo ſimplicis pietatis agentibus ſpiritus immundi de hominum corporibus ac ſenſibus pulſi ſunt; vitia corporis languoresque ſanati; feræ animalia terrarum & aquarum, volatilia cæli, ligna, elementa, ſidera, divina juſſa fecerunt, inferna ceſſerunt, mortui revixerunt: exceptis ipſius Salvatoris propriis ſingularibusque miraculis, maxime

xime nativitatis & reſurrectionis, in quorum uno maternæ virginitatis tantummodo ſacramentum, in altero autem etiam eorum, qui in fine reſurrecturi ſunt, demonſtravit exemplum.

N. 3... Quid hac hiſtoria, vel illuſtrius inveneri poteſt, quæ univerſum orbem tanto apice auctoritatis obtinuit, vel fidelius, in qua ita narrantur præterita, ut futura etiam prædicantur, quorum multa videmus impleta, ex quibus ea quæ reſtant ſine dubio ſperemus implenda?... Sed alia erant vere magna atque divina, quæ quantum dabatur, cognita Dei voluntate, futura nuntiabant. Chriſtus quippe in carne venturus, & quæ in illo tam clara perfecta ſunt, atque in ejus nomine impleta, pœnitentia hominum, & ad Deum converſio voluntatum, remiſſio peccatorum gratia juſtitiæ, fides piorum & per univerſum orbem in veram divinitatem multitudo credentium, culturæ ſimulacrorum dæmonumque ſubverſio, & a tentationibus exercitatio, proficientium purgatio & liberatio ab omni malo, judicii dies, reſurrectio mortuorum, ſocietatis impiorum æterna damnatio, regnumque æternum glorioſiſſimæ civitatis Dei, conſpectu ejus immortaliter perfruentis in hujus viæ Scripturis prædicta atque promiſſa ſunt: quorum tam multa impleta conſpicimus, ut recta pietate futura eſſe cetera confidamus. Hujus viæ rectitudinem uſque ad Deum videndum eique in æternum cohærendum, in ſanctarum Scripturarum quæ prædicatur & aſſeritur veritate, quicumque non credunt, & ob hoc nec intelligunt, oppugnare poſſunt, ſed expugnare non poſſunt.

Lib. 22. *cap.* 5. Sed hoc incredibile fuerit aliquando (*reſurrectio carnis ſcilicet*): ecce jam credidit mundus ſublatum terrenum Chriſti corpus in cælum; reſurrectionem carnis, & adſcenſionem in ſupernas ſedes, pauciſſimis remanentibus, atque ſtupentibus vel doctis, vel indoctis, jam crediderunt & docti, & indocti. Si rem credibilem crediderunt, videant quam ſint ſtolidi, qui non credunt: ſi autem res incredibilis credita eſt, etiam hoc utique incredibile eſt, ſic creditum eſſe, quod incredibile eſt. Et ipſe modus, quo mundus credidit, ſi conſideretur, incredibilior invenitur. Ineruditos liberalibus diſciplinis, & omnino quantum ad iſtorum doctrinas attinet impolitos, non peritos grammatica, non armatos dialectica, non rhetorica inflatos, piſcatores Chriſtus cum retibus fidei ad mare hujus ſæculi pauciſſimos miſit, atque ita & ex omni genere tam multos piſces, & tanto mirabiliores, quanto rariores etiam ipſos Philoſophos cepit.. Eloquia namque perſuadentium quæ dicebant, mira fuerunt facta non verba.. Qui enim Chriſtum in carne reſurrexiſſe, & cum illa in cælum adſcendiſſe non viderant, id ſe vidiſſe narrantibus, non loquentibus tantum, ſed etiam mirifica facientibus ſigna credebant. Homines, quippe, quos unius, vel ut multum duarum linguarum fuiſſe noverant, repente linguis omnium gentium loquentes mirabiliter audiebant. Claudum ab uberibus matris ad eorum verbum in Chriſti nomine poſt quadraginta annos incolumem conſtitiſſe; ſudaria de corporibus eorum ablata ſanandis profuiſſe languentibus; in via qua fuerant tranſituri poſitos in ordine innumerabiles morbis variis laborantes, ut ambulantium ſuper eos umbra tranſiret, continuo ſalutem ſolere recipere; & alia multa ſtupenda in Chriſti nomine per eos facta; poſtremo etiam mortuos reſurrexiſſe cernebant. Quæ ſi, ut leguntur, geſta eſſe concedunt, ecce tot incredibilia tribus illis incredibilibus addimus; & ut credatur unum incredibile, quod de carnis reſurrectione atque in cælum adſcenſione dicitur, multorum incredibilium teſtimonia tanta congerimus, & nondum ad credendum horrenda duritia incredulos flectimus. Si vero per Apoſtolos Chriſti, ut eis crederetur, reſurrectionem atque adſcenſionem prædicantibus Chriſti, etiam iſta miracula facta eſſe non credunt, hoc nobis unum grande miraculum ſufficit, quod eam terrarum orbis ſine ullis miraculis credidit.

Cap. 8. *n.* 1. Quiſquis adhuc prodigia, ut credat inquirit, magnum eſt ipſe prodigium, qui mundo credente non credit.. Aut incredibilis rei, quæ non videbatur, alia incredibilia, quæ tamen fiebant, & videbantur, fecerunt fidem; aut certe res ita credibilis, ut nullis quibus perſuaderetur miraculis indigeret, iſtorum nimiam redarguit infidelitatem. Hoc ad refellendos vaniſſimos dixerim. Nam facta eſſe multa miracula, quæ atteſtarentur illi uni grandi ſalubrique miraculo, quo Chriſtus in cælum cum carne in qua reſurrexit, adſcendit, negare non poſſumus. In eiſdem quippe veraciſſimis libris cuncta conſcripta ſunt, & quæ facta ſunt, & propter quod credendum facta ſunt. Hæc, ut fidem facerent, innotuerunt; hæc per fidem, quam fecerunt, multo clarius innoteſcunt.

De Fide rerum quæ non videntur, *c.* 3. *n.* 5. Multum falluntur, qui putant nos ſine ullis de Chriſto indiciis credere in Chriſtum. Nam quæ ſunt indicia clariora, quam ea quæ nunc videmus prædicta & impleta? Proinde qui putatis nulla eſſe indicia, cur de Chriſto credere debeatis quæ non vidiſtis, attendite quæ videtis.. Ecce in Chriſto, id eſt, in ſemine Abrahæ benedici omnes gentes videtis, & ſtupetis.. An credere dubitatis vel recuſatis virginis partum, cum magis credere debeatis, ſic decuiſſe naſci hominem Deum? Et hoc namque accipite per Prophetam fuiſſe prædictum: *Ecce Virgo accipiet in utero, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus.* (Iſa. 7. 14) Non ergo dubitabitis Virginem parientem, ſi velitis credere Deum naſcentem; mundi regimen non relinquentem, & ad homines in carne venientem; matri fœcunditate afferentem, integritatem non auferentem...

C. 4. *n.* 7. Me attendite, vobis dicit Eccleſia: me attendite quam videtis, etiamſi videre nolitis. Qui enim temporibus illis in Judæa terra fideles fuerunt, ex Virgine nativitatem mirabilem, ac paſſionem, reſurrectionem, adſcenſionem Chriſti, omnia divina dicta ejus & facta præſentes præſentia didicerunt. Hæc vos non vidiſtis, propterea credere recuſatis. Ergo hæc adſpicite, in hæc intendite, hæc quæ cernitis cogitate, quæ vobis non præterita narrantur, nec futura prænuntiantur, ſed præſentia demonſtrantur. An vobis inane vel leve videtur, & nullum vel parvum putatis eſſe miraculum divinum, quod in nomine unius crucifixi univerſum genus currit humanum? Non vidiſtis, quod prædictum & impletum eſt de humana Chriſti nativitate: *Ecce virgo in utero accipiet, & pariet Filium* (Ibid.): ſed videtis, quod prædictum & impletum eſt ad Abraham Dei Verbum: *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes* (Gen. 22. 18). Non vidiſtis, quod de mirabilibus Chriſti prædictum eſt, *Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram* (Pſ. 45. 9): ſed videtis, quod prædictum eſt, *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te: poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ* (Pſ. 2. 7. 8). Non vidiſtis quod prædictum eſt & impletum de paſſione Chriſti, *Foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia oſſa mea; ipſi vero conſideraverunt & conſpexerunt me; diviſerunt ſibi veſtimenta mea; & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem* (Pſ. 21. 17. & ſeq.): ſed videtis quod in eodem Pſalmo prædictum eſt, & nunc apparet impletum, *Commemorabuntur, & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu ejus univerſæ patriæ gentium; quoniam Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium* (Pſ. 28. 29). Non vidiſtis quod de reſurrectione Chriſti prædictum atque completum eſt, loquente Pſalmo ex perſona ejus prius de traditore & perſecutoribus ejus: *Egrediebantur foras & loquebantur ſimul in unum; adverſum me inſuſurrabant omnes inimici mei, adverſum me cogitabant mala mihi; verbum iniquum diſpoſuerunt adverſum me* (Pſ. 40. 7. & ſeq.). Ubi, ut oſtenderet nihil eos valuiſſe occidendo reſurrecturum, ſubjecit atque ait, *Numquid qui dormit non adjiciet, ut reſurgat?* Et paulo poſt cum de ipſo ſuo traditore per eamdem prophetiam prædixiſſet, quod in Evangelio quoque ſcriptum eſt, *Qui edebat panes meos, ampliavit ſuper me calcaneum* (Joh. 13. 1); hoc eſt, conculcavit me: continuo ſubdidit, *Tu autem Domine, miſerere mei, & reſuſcita me, & reddam illis.* Impletum eſt hoc; dormivit Chriſtus, & evigilavit, hoc eſt, reſurrexit: qui per eamdem prophetiam in alio Pſalmo ait, *Ego dormivi, & ſomnum cepi, & exſurrexi, quoniam Dominus ſuſcipiet me* (Pſ. 111. 6). Verum hoc non vidiſtis, ſed videtis ejus Eccleſiam, de qua ſimiliter dictum & impletum eſt, *Domine Deus meus, ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent, Vere mendacia coluerunt patres noſtri ſimulacra, & non eſt in illis utilitas* (Jer. 17. 19). Hoc certe ſive velitis ſeu nolitis adſpicitis, etiam ſi adhuc aliquam putatis eſſe vel fuiſſe in ſimulacris utilitatem: certe tamen innumeros gentium populos relictis vel abjectis, vel confractis hujuſmodi vanitatibus audiſtis dicere, *Vere mendacia coluerunt patres noſtri, &c.*... Non vidiſtis, quod prædictum & impletum eſt de adſcenſione Chriſti: *Exaltare ſuper cælos Deus* (Pſ. 107. 6): ſed videtis, quod continuo ſequitur, *Et ſuper omnem terram gloria tua.* Illa de Chriſto jam facta atque tranſacta omnia non vidiſtis, ſed iſta præſentia in ejus Eccleſia videre vos non negatis. Utraque vobis prædicta monſtramus: utraque autem vobis impleta propterea demonſtrare videnda non poſſumus, quia revocare in conſpectum præterita non valemus.

Cap. 5. *n.* 8. Sed quemadmodum voluntates amicorum

quæ

I. Quomodo Hæretici & Schiſmatici Eccleſiam oppugnant?

R. 1. Inſurgendo adverſus ejus doctrinam & auctoritatem. (B)
B

2. Sacras Scripturas detorquendo in ſenſus alienos, ad erroris ſui patrocinium. (C)
C

3. Temere effutiendo Eccleſiam in errorem & corruptionem eſſe prolapſam, poſſeque extra ejus ſignum homines ſalutem adipiſci. Quæ quidem Hæreticorum omnium opinio ſola ſufficit ad eorum omnium condemnationem, ut ſupra probavimus. Hinc eos vocat Tertullianus *interfectores veritatis*. (D)

Hocce cap. §. 6.
Lib. de Carne Christi, c. 5.

I. Fuitne magnus hæreſeon & ſchiſmatum numerus?
D

R. Ex quo Chriſtiana Religio propagari cœpit, ad conſummationem ſæculi inſurrexere, vel inſurgent adverſus Eccleſiam hæreſes & ſchiſmata. *Nam oportet & hæreſes eſſe*, inquit Apoſtolus. Nec eſt fere ullus fidei articulus qui non fuerit ab aliquo Hæretico impugnatus.

I. Cur Deus permittit hæreſes & ſchiſmata adverſus Eccleſiam inſurgere?

R. Varias ob cauſas graviſſimas, quæ omnes ad gloriam & augmentum Eccleſiæ conducunt.

1. Ut ſuam Deus exerceat juſtitiam in eos qui a veritatis tramite recedunt, & miſericordiam in eos qui huic firmiter inſiſtunt. Nam *univerſæ viæ Domini miſericordia & veritas*, inquit Pſalteragius; id eſt, miſericordia & juſtitia.

Pſ. xxiv. 10.

2. Ut probentur his tempeſtatibus qui ſtabiles in fide ſunt, & diſcernantur ab aliis. (E)
E

3. Ut exerceatur patientia & caritas Eccleſiæ, & ſanctificentur electi. (F)
F

4. Ut

quæ non videntur, creduntur per indicia quæ videntur: ſic Eccleſia quæ nunc videtur, omnium quæ non videntur, ſed in ejus literis ubi & ipſa eſt prædicta monſtrantur, & index eſt præteritorum, & prænuntia futurorum. Quia & præterita quæ jam non poſſunt videri, & præſentia quæ nec (*lege* nunc) poſſunt videri, omnia cum prænuntiarentur, nihil horum poterat tunc videri. Cum ergo fieri prædicta cœperunt, ex illis quæ facta ſunt uſque ad iſta quæ fiunt, de Chriſto & Eccleſia quæ prædicta ſunt ordinata ſerie cucurrerunt: ad quam ſeriem pertinent de die judicii, de reſurrectione mortuorum, de impiorum æterna damnatione cum diabolo, & de piorum æterna remuneratione cum Chriſto, quæ ſimiliter prædicta ventura ſunt. Cur ergo res primas & noviſſimas, quas non videmus non credamus, cum teſtes utrarumque res medias quas videmus habeamus, atque in propheticis libris & primas & medias & noviſſimas vel audiamus prænuntiatas antequam fierent, vel legamus? Niſi forte arbitrantur homines infideles a Chriſtianis illa eſſe conſcripta, ut iſta quæ jam credebant majus haberent pondus auctoritatis, ſi ante quam venirent, putarentur eſſe promiſſa.

Cap. 6. num. 9. Vide ſupra cap. 1. §. 1. hujuſce Sectionis lit. (S)

Cap. 7. n. 10. Quanquam etiam ſi de Chriſto & Eccleſia teſtimonia nulla præcederent, quem non movere deberet ut crederet, repente illuxiſſe divinam humano generi claritatem; quando videmus relictis diis falſis, & eorum confractis uſquequaque ſimulacris, templis ſubverſis, ſive in uſus alios commutatis, atque ab humana vetuſtiſſima conſuetudine tot vanis ritibus extirpatis, unum verum Deum ab hominibus invocari? Cum vero tam magnum pietatis ſacramentum habuerit antecedentes vates ſuos atque præcones, quorum divinis vocibus eſt prænuntiatum, & ſic venerit quemadmodum eſt prænuntiatum, quis ita ſit demens, ut dicat Apoſtolos de Chriſto fuiſſe mentitos, quem ſi veniſſe prædicaverant, quemadmodum eum veniſſe Prophetæ ante prædixerunt, qui nec de ipſis Apoſtolis vera futura tacuerunt... Quis itaque niſi mirabili dementia cæcatus, aut mirabili pertinacia durus, ac ferreus nolit habere ſacris literis fidem, quæ totius orbis prædixerunt fidem?

De Utilitate credendi ad Honoratum, c. 14. *n.* 32. *in fine*. Ergo ille (Chriſtus) afferens medicinam, quæ corruptiſſimos mores ſanatura eſſet, miraculis conciliavit auctoritatem, auctoritate meruit fidem, fide contraxit multitudinem, multitudine obtinuit vetuſtatem, vetuſtate roboravit religionem, quam non ſolum Hæreticorum ineptiſſima novitas fraudibus agens, ſed nec Gentium quidem veternoſus error violenter adverſans, aliqua ex parte convelleret.

Cap. 16. n. 34. Auctoritate quidem decipi miſerum eſt: certe miſerius non moveri. Si enim Dei providentia non præſidet rebus humanis, nihil eſt de religione ſatagendum; ſin vero & ſpecies rerum omnium, quam profecto ex aliquo veriſſimæ pulchritudinis fonte manare credendum eſt, & interior neſcio quæ conſcientia Deum quærendum, Deoque ſervientium meliores quoſque animos quaſi publice privatimque hortatur; non eſt deſperandum ab eodem ipſo Deo auctoritatem aliquam conſtitutam, quo velut gradu certo innitentes, attollamur in Deum. Hæc autem, ſepoſita ratione, quam ſinceram intelligere... difficillimum ſtultis eſt, dupliciter nos movet, partim miraculis, partim ſequentium multitudine... Miraculum voco, quidquid arduum aut inſolitum ſupra ſpem, vel facultatem mirantis apparet... Talia facta ſunt illo tempore, quo Deus in vero homine, quantum ſat erat, hominibus apparebat. Sanati languidi, mundati leproſi; inceſſus claudis, cæcis viſus, ſurdis auditus eſt redditus. Homines illius temporis aquam in vinum converſam, ſaturata quinque millia quinque panibus, tranſita pedibus maria, mortuos reſurgentes viderunt: ita quædam corpori manifeſtiore beneficio, quædam vero menti occultiore ſigno, & omnia hominibus majeſtatis teſtimonio conſulebant. Sic in ſe tunc animas errantes mortalium divina commovebat auctoritas.

Cap. 17. n. 35. Quod continentia uſque ad tenuiſſimum victum panis & aquæ, & non quotidiana ſolum, ſed etiam per contextos plures dies perpetrata jejunia; quod caſtitas uſque ad conjugii proliſque contemptum, quod patientia uſque ad cruces flammaſque neglectas, quod liberalitas uſque ad patrimonia diſtributa pauperibus, quod denique totius mundi aſpernatio uſque ad deſiderium mortis intenditur? Pauci hæc faciunt, pauciores bene prudenterque faciunt: ſed populi probant, populi audiunt, populi favent, diligunt poſtremo populi.... Hoc factum eſt divina providentia per Prophetarum vaticinia, per humanitatem doctrinamque Chriſti, per Apoſtolorum itinera, per Martyrum contumelias cruces, ſanguinem mortes, per Sanctorum prædicabilem vitam... Cum igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum, fructumque videamus, dubitabimus nos ejus Eccleſiæ condere gremio, quæ uſque ad confeſſionem generis humani ab Apoſtolica ſede per ſucceſſiones Epiſcoporum, fruſtra Hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis ipſius judicio, partim Conciliorum gravitate, partim etiam miraculorum majeſtate, damnatis, culmen auctoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare, vel ſummæ profecto impietatis eſt, vel præcipitis arrogantiæ.

Lib. 13. contra Fauſtum, cap. 6. 7. 10. 11. 12. 13. & 14. Vide ſupra c. 1. §. 2. hujuſce Sect. lit. (Q)

(B) S. AUG. *Epiſt.* 118. *ad Dioſcor. alias* 56. *c.* 5. *num.* 32. Porro illi qui cum in unitate atque communione catholica non ſint, Chriſtiano tamen nomine gloriantur, coguntur adverſari credentibus, & audent imperitos quaſi ratione traducere; quando maxime cum iſta medicina Dominus venerit, ut fidem populis imperaret. Sed hoc facere coguntur, quia jacere ſe abjectiſſime ſentiunt, ſi eorum auctoritas cum auctoritate catholica conferatur. Conantur ergo auctoritatem ſtabiliſſimam fundatiſſimæ Eccleſiæ quaſi rationis nomine & pollicitatione ſuperare. Omnium enim hæreticorum quaſi regularis eſt iſta temeritas. Sed ille fidei Imperator clementiſſimus, & per conventus celeberrimos populorum atque gentium, ſedeſque ipſas Apoſtolorum, arce auctoritatis munivit Eccleſiam, & per pauciores pie doctos, & vere ſpirituales viros copioſiſſimis apparatibus etiam invictiſſimæ rationis armavit.

(C) S. AUG. *Epiſt.* 120. *alias* 222. *ad conſent. c.* 13. *n.* 13... Ipſæ Scripturæ ſanctæ, quæ magnarum rerum ante intelligentiam ſuadent fidem, niſi eas recte intelligas, utiles tibi eſſe non poſſunt. Omnes enim Hæretici qui eas in auctoritate recipiunt, ipſas ſibi videntur ſectari, cum ſuos potius ſectentur errores, ac per hoc non quod eas contemnant, ſed quod eas non intelligant, Hæretici ſunt.

(D) S. AUG. *Serm.* 2. *in Pſal.* CI. *n.* 8. 9. & 10. *ſuper v.* 23. *Vide ſupra hujuſce capitis §.* 4. *lit.* (B)

(E) 1. Cor. XI. 19. Nam oportet & hæreſes eſſe,

4. Ut enucleatius in dies & penitius explanentur veritates Religionis & teſtimonia Scripturarum. (G)

G 5. Ut exerceatur vigilantia Paſtorum; & depoſitum fidei ſanctis ſervetur. (H)

H 6. Ut fiat auctoritas Traditionis evidentior & clarior.

Quæ quidem ultima ratio ut intelligatur, advertendum eſt Hæreticos & Schiſmaticos non in omnibus errare: in multis fidei capitibus idem ſentiunt cum Eccleſia. In eo ſunt Hæretici quod fidem Eccleſiæ, quæ una eſt, ſcindant, & quod hæc pro beneplacito admittant, illa rejiciant, nulla habita ratione Eccleſiæ definientis & credenda proponentis. Dum ipſi ab Eccleſia recedunt, quos retinent articulos fidei, eos acceperunt ab Eccleſia. (I) Itaque

I cum in multis idem ſentiat Eccleſia quod Hæreticorum ſectæ ſentiunt, hanc certe fidem tenebat Eccleſia antequam illæ ſectæ prodirent. Et in eo quidem Hæreticorum ſectæ ad Eccleſiæ fidem illuſtrandam, illiusque fidei antiquitatem & veritatem plane demonſtrandam, Deo ita diſponente, mire conducunt.

Sic utitur Eccleſia adverſus Ethnicos teſtimonio Judæorum, quos conſtat infenſiſſimos eſſe Chriſtianæ Religioni, ut probet antiquitatem & veritatem Scripturarum & Prophetiarum.

Utitur teſtimonio Samaritanorum, qui ante captivitatem Babylonicam a Judæis erant Religione ſegregati, ut probet antiquiores eſſe Samaritanorum ſchiſmate eas Scripturas quas illi ſicut & Judæi retinent & colunt; & quas nos quoque merito veneramur, veluti Chriſtianæ fundamentum Religionis.

Utitur teſtimonio priſcorum Hæreticorum, qui jamdudum ab Eccleſia receſſerunt, v. g.

Eu-

ſe, ut & qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis.

(F) S. Aug. *de Catechizandis rudibus*, c. 24. n. 44. Oportebat autem ut eadem vitis, (Eccleſia) ſicut a Domino identidem prædictum erat, putaretur, & ex ea præciderentur infructuoſa ſarmenta, quibus hæreſes & ſchiſmata per loca facta ſunt, ſub Chriſti nomine, non ipſius gloriam, ſed ſuam quærentium, per quorum adverſitates magis, magisque exerceretur Eccleſia, & probaretur atque illuſtraretur & doctrina ejus & patientia.

N. 45. . . Quemadmodum primi Chriſtiani, quia nondum iſta proveniſſe videbant, miraculis movebantur ut crederent; ſic nos quia omnia ita completa ſunt, ſicut ea in libris legimus, qui longe antequam hæc implerentur conſcripti ſunt, ubi omnia futura dicebantur, & præſentia jam videntur, ædificamur ad fidem, ut etiam illa quæ reſtant, ſuſtinentes & perſeverantes in Domino, ſine dubitatione ventura credamus.

(G) S. August. *Lib.* 7. *Confeſſ. cap.* 19. *num.* 25. *in fine*. Improbatio Hæreticorum facit eminere quid Eccleſia tua ſentiat, & quid habeat ſana doctrina. Oportuit enim hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fierent inter infirmos.

In Pſalm. LXVII. *num.* 39. . . Multi enim ſenſus Scripturarum ſanctarum latent, & paucis intelligentioribus noti ſunt; nec aſſeruntur commodius, & acceptabilius, niſi cum reſpondendi Hæreticis cura compellit. Tunc enim etiam qui negligunt ſtudia doctrinæ, ſopore diſcuſſo, ad audiendi excitantur diligentiam, ut adverſarii refellantur. Denique quam multi Scripturarum ſanctarum ſenſus de Chriſto Deo aſſerti ſunt contra Photinum; quam multi de homine Chriſto contra Manichæum; quam multi de Trinitate contra Sabellium; quam multi de unitate Trinitatis contra Arianos, Eunomianos, Macedonianos; quam multi de Catholica Eccleſia toto orbe diffuſa, & de malorum commixtione uſque in finem ſæculi, quod bonis in ſacramentorum ejus ſocietate non obſint, adverſus Donatiſtas & Luciferianos aliosque, ſi qui ſunt, qui ſimili errore a veritate diſſentiunt; quam multi contra ceteros Hæreticos, quos enumerare vel commemorare nimis longum eſt; & præſenti operi non neceſſarium? Quorum tamen ſanſum probati aſſertores aut prorſus laterent, aut non ita eminerent, ut eos eminere fecerunt ſuperborum contradictiones.

Lib. 16. *de Civit. Dei*, c. 2. n. 5. Quid ſignificat (Cham) niſi Hæreticorum genus calidum, non ſpiritu ſapientiæ, ſed impatientiæ, quo ſolent Hæreticorum fervere præcordia, & pacem perturbare Sanctorum? Sed hæc in uſum cedunt proficientium, juxta illud Apoſtoli: *Oportet & hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant in vobis*. Unde etiam ſcriptum eſt: *Filius eruditus ſapiens erit, imprudente autem miniſtro utetur*. Multa quippe ad fidem Catholicam pertinentia, dum Hæreticorum callida inquietudine exagitantur, ut adverſus eos defendi poſſint, & conſiderantur diligentius, & intelliguntur clarius, & inſtantius prædicantur: & ab adverſario mota quæſtio diſcendi exſiſtit occaſio. 1.Cor.xi.19. Prov. x. 4. apud LXX.

Lib. 18. *c.* 51. *n.* 1. *Vide ſupra* §. 3. *hujuſce cap. lit.* (H) & *n.* 2. *Vide ſupra* §. 8. *hocce c. lit.* (B)

(H) S. Aug. *Lib.* 1. *de Geneſi contra Manichæos*, c. 1. n. 2. Sed ideo divina providentia multos diverſi erroris Hæreticos eſſe permittit, ut cum inſultant nobis, & interrogant nos ea quæ neſcimus, vel ſic excutiamus pigritiam, & divinas Scripturas noſſe cupiamus. Propterea & Apoſtolus dicit, *Oportet hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant inter vos*. Illi enim Deo probati ſunt, qui bene poſſunt docere: ſed manifeſti hominibus eſſe non poſſunt, niſi cum docent: Docere autem nolunt, niſi eos qui doceri quærunt. Sed multi ad quærendum pigri ſunt, niſi per moleſtias, & inſultationes Hæreticorum quaſi de ſomno excitentur, & de imperitia ſua erubeſcant ſibi, & de illa imperitia ſua periclitari ſe ſentiant. Qui homines, ſi bonæ ſunt fidei, non cedunt Hæreticis, ſed quid eis reſpondeant diligenter inquirunt. Nec eos deſerit Deus, ut petentes accipiant, & quærentes inveniant, & pulſantibus aperiatur. Qui autem deſperant ſe poſſe in catholica diſciplina invenire quod quærunt, adteruntur erroribus, & ſi perſeveranter inquirunt, ad ipſos fontes a quibus aberraverant, poſt magnos labores fatigati atque ſitientes & pene mortui revertuntur.

De vera Religione c. 8. *n.* 15. *tom.* 1. Sed quoniam veriſſime dictum eſt, *Oportet multas hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant apud vos*: utamur etiam iſto divinæ providentiæ beneficio. Ex his enim hominibus Hæretici fiunt qui etiam ſi eſſent in Eccleſia, nihilominus errarent. Cum autem foris ſunt, plurimum proſunt, non verum docendo, quod neſciunt, ſed ad verum quærendum carnales, & ad verum aperiendum ſpiritales Catholicos excitando. Sunt enim innumerabiles in Eccleſia ſancta Deo probati viri, ſed manifeſti non fiunt inter nos, quamdiu imperitiæ noſtræ tenebris delectati dormire malumus, quam lucem veritatis intueri. Quapropter multi, ut diem Domini videant & gaudeant, per Hæreticos de ſomno excitantur. Utamur ergo etiam Hæreticis, non ut eorum approbemus errores, ſed ut catholicam diſciplinam adverſus eorum inſidias aſſerentes, vigilantiores, & cautiores ſimus, etiam ſi eos ad ſalutem revocare non poſſumus. 1.Cor.xi.19

De Correctione Donatiſtarum, ſeu Epiſt. 185. *alias* 50. *ad Bonifacium*, *cap.* 1. *num.* 2. Hæreſes & ſcandala futura prædicta ſunt, ut inter inimicos erudiamur; ac ſic & fides & dilectio noſtra poſſit eſſe probatior: fides utique, ne ab iis decipiamur; dilectio autem, ut etiam ipſis corrigendis, quantum poſſumus, conſulamus; non ſolum inſtantes ne infirmis noceant, atque ut ab errore nefario liberentur, ſed etiam orantes pro eis, ut aperiat Dominus illis ſenſum, & intelligant Scripturas.

(I) S. August. *Epiſt.* 93. *alias* 48. *ad Vincent.* c. 11. *num.* 46. Non ſacramenta Chriſtiana faciunt te Hæreticum, ſed prava diſſenſio. Non propter malum quod proceſſit ex te, negandum eſt bonum, quod remanſit in te . . . Ex Catholica enim Eccleſia ſunt omnia Dominica ſacramenta, quæ ſic habetis & datis, quemadmodum habebantur, & dabantur etiam prius quam inde exiretis . . . non in vobis mutamus, in quibus nobiſcum eſtis; in multis enim eſtis nobiſcum . . . ſed ea corrigimus, in quibus nobiſcum non eſtis, & ea vos hic accipere volumus, quæ non habetis illic ubi eſtis. Nobiſcum autem eſtis in Baptiſmo, in Symbolo, in cæteris Dominicis ſacramentis. In ſpiritu autem unitatis, & vinculo pacis, in ipſa denique catholica Eccleſia nobiſcum non eſtis. Hæc ſi accipiatis non tunc aderunt, ſed tunc proderunt quæ habetis. Non ergo ſicut putatis ſuſcipimus veſtros, ſed ſuſcipiendo efficimus noſtros qui recedunt a vobis, ut ſuſcipiantur a nobis; & ut incipiant eſſe noſtri, prius deſinunt eſſe veſtri.

In

Digitized by Google

Eutychianorum, Neſtorianorum, ceterorumque Orientis Schismaticorum qui retinuerunt quod nos credimus & tenemus de ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, de oratione pro mortuis, de Sanctorum invocatione; ot probet antiquitatem horum dogmatum adverſus recentiores Hæreticos, qui ea impugnant.

Utentur forſan teſtimonio Lutheranorum & Calviniſtarum, ut probet antiquitatem aliorum dogmatom adverſus inſurgentes forte ſuturis temporibus Hæreticos.

Atque ita reddit Deum auctoritatem Traditionis, vel per ipſas hæreſes evidentiorem & certiorem.

I. Quomodo reviocit Eccleſia hæreticos & Schismaticos.

R. 1. Opponendo ipſis certiſſimam Scripturarum & Traditionis notmam circa ſingula dogmata in controverſiam revocata ab Hæreticis.

2. Opponendo ipſis apertiſſima verba Chriſti promittentis Eccleſiam nuoquam interituram, nunquam a recta fide defecturam. Proindeque ſectam omnem ab Eccleſia ſegregatam Ipſa ſua novitate falſi nominis Eccleſiam conſtituere. Qua qoidem præſcriptione invictiſſima refelluntur omnes Hæretici, nulla habita ratione examinis dogmatum ſin-
K gulorum, in quibus errant. (K)

I. Vincitne tandem Eccleſia hæreſes omnes, omnia ſchismata?

R. Viocit prorſus, regitur eoim Spiritu Dei;
1. Tim. 3. 15. eſtque *columna, & firmamentum veritatis*. Jam experientia teſte triumphavit de antiquis hæreſibus; triumphabit item de recentibus, & futuris. (L)

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 10. L

§. 10. *Catalogus præcipuarum Sectarum Hæreticarum vel Schismaticarum, quæ hactenus adverſus Eccleſiam inſurrexerunt: ſimul & nomina Conciliorum, in quibus proſcriptæ ſunt, & ſanctorum Patrum, qui earum errores confutarunt.*

I. Quænam Sectæ adverſus Eccleſiam hactenus pugnarunt vel Hæreſi, vel Schismate?

R. Omnes & ſingulas enumerare longum eſſet. Quædam in iis fuere nominis perobſcuri. Sufficiet indicare celebriores, quæ unoquoque ſæculo prodiere, ſimul & præcipuos earum errores, & nomina eorum quorum miniſterio Deus oſus eſt ad errores illos refellendos.

Primum Sæculum.

Ipſis Apoſtolorum temporibus prodiere Hæretici non pauci. Primum omnium Simon Magus; deinde Menander, Nicolaitæ, Cerinthii, Ebionitæ, Saturnious & Baſilides, impiique illorum diſcipuli.

Simon Magus exiſtimavit primum poſſe pecunia poſſideri donum commonicandi Spiritus ſancti. Hinc Simoniacorum nomen iis omnibus accommodatum, qui res ſacras vel vendere, vel emere volunt. Volui homo perditus ſe pro Deo coli, jactitans eſſe ſe virtutem Dei magnam. Auctoritatem

In Pſalm. LIV. *n.* 19....... *In multis erant mecum:* Baptismum habeamus utrique, in eo erant mecum Evangelium utrique legebamus, eraot in eo mecum. Feſta Martyrum celebrabamus, erant ibi mecum: Paſchæ ſolemnitatem frequentabamas, erant ibi mecum, ſed non umnino mecam: In ſchismate non mecum, in hæreſi non mecum: in multis mecum, in paucis non mecum. Sed in his paucis, in quibus non mecum, non eis proſunt multa, in quibus mecum.

Serm. 37. *alias de diverſis* 45. *n.* 27. Habent & ipſæ (Hæreſes) ſacramenta noſtra, habent Scripturas noſtras, habent Amen & Alleluja noſtrum, habent pleræque Symbolum noſtrum, habent multæ Baptismum ooſtrom: ideo filiæ... Non videtis quemadmodum & ipſæ hæreſes orent, jejunent, dent eleemoſynas, laudent Chriſtum? Poſſum dicere eſſe ibi Pſeudo-pro-
Mat. 24. 24. phetas, de quibus dictum eſt: Faciunt ſigna & prodigia molta, ot fallant, ſi fieri poteſt, etiam electos.

(K) *Vide quæ diximus ſupra dum de Sanctitate Eccleſiæ agerimus hujuſce Capitis* §. 4.

(L) S. Hieronym. *in cap.* 3. *Epiſt. ad Tit. c.* 3. *Tom.* IV. *parte* 1. *pag.* 439. .... Quare autem poſt primam & ſecundam correptionem devitandus ſit (*Hæ-*
Tim. 3. 10. *reticus*) reddit cauſas (*Apoſtolus*) dicens: *quod ſubverſus ejusmodi, & peccat, quum ſit a ſemetipſo damnatus.* Qui enim ſemel bisque correptus audito errore ſuo non vult corrigi, errare exiſtimat corrigentem; & e contrario ſe ad pugnas, & jorgia verborum parans, eum vult lucrifacere, a quo docetor... Hæretici aotem in ſemetipſos ſententiam ferunt ſuo arbitrio de Eccleſia recedentes: quæ receſſio, propriæ cooſcientiæ videtor eſſe damnatio.

S. Augustinus *in Pſalm.* LVII. *n.* 16. *verſic.* 8.... Non vos terreant, fratres, quidam fluvii qui dicuntur torrentes; hyemalibus aquis implentur: nolite timere, poſt paululum tranſit, decurrit aqua, ad tempus perſtrepit, moa ceſſabit: diu ſtare non poſſunt. Multæ hæreſes jam emortuæ ſunt: eucurrerunt in rivis ſuis, quaotom potuerunt, decurrerunt, ſiccati ſunt rivi, via eorum memoria reperitur, vel quia fuerint. Spernentor tanquam aqua decurrens. Sed non ſolom ipſi: totum hoc ſæculam ad tempus perſtrepit, & quærit quem trahat. Omnes impii, omnes ſuperbi ſonantes ad ſaxa ſuperbiæ ſuæ, quaſi aquis irruentibus, & confluentibus, non vos terreant, hyemales aquæ ſunt, ſemper manare non poſſunt, neceſſe eſt decurrant in locum ſuum, in finem ſuum.

Tract. 6. *in Johann. cap.* 1. *num.* 4.... In corvis falſa pax, in columba vera pax. Non omnis ergo qui dicit, pax vobiſcum, quaſi columba audiendus eſt. Unde ergo diſcernuntur oſcula corvorum ab oſculis columbarum? Oſculantur corvi, ſed laniant: a laniatu innocens eſt natura columbarom: ubi ergo laniatus, non eſt vera in oſculis pax: illi habent veram pacem, qui Eccleſiam non laniaverunt. Nam corvi de morte paſcuntur, hoc columba non habet ...... Qui laniaverunt Eccleſiam, de mortibus paſcuntor. Potens eſt Deus, rogemus ut reviviſcant, qui devorantur ab eis, (Donatiſtis) & non ſentiunt.

S. Leo *Serm.* 15. *de jejunio* x. *menſis* 5. *cap.* 3. Inter hæc autem, dilectiſſimi, opera pietatis, quæ nos Deo magis magisque commendant, dubium non eſt, quin hoſtis noſter nocendi cupidus & peritus, acrioribus invidiæ ſtimulis incitetur: ot quos apertis, & cruentis perſecutionibus impugnare non ſinitur, ſub falſa Chriſtiani nomiois profeſſione corrumpat, habens Hæreticos huic operi ſervientes, quos a catholica fide devios, ſibiqoe ſubjectos, militare in caſtris ſuis ſub diverſis erroribus fecit: & ſicut decipiendis primis hominibus miniſterium ſibi ſerpentis aſſumpſit, ita borom linguas ad ſeduceodos rectorum animos, veneno ſuæ falſitatis armavit: ſed iis inſidiis dilectiſſimi, paſtorali ſolicitudine, in quantum Domi-
ous auxiliatur, occurrimus. Et ne quid de ſancto Pſ. 119. 2.
grege pereat, præcaventes, paternis vos denunciatioaibus admonemus, ut labia iniqua & linguam doloſam, a quibus animam ſuam Propheta liberari po-
ſtulat, declinetis: quoniam *ſermo eorum ..... ſerpit,* 2. Tim. 3. 17
ut cancer. Humiliter irrepunt, blande capiunt, molliter ligant, latenter occidunt. *Veniunt enim*, ſicut Salvator prædixit, *ſub veſtitu ovium, intus autem ſunt lupi rapaces*: qoia non poſſent veras, & ſimplices oves fallere, niſi Chriſti nomine tegerent rabiem beſtialem. In iis autem omnibus operatur, qui cum ſit veræ illuminationis inimicus, io lucis ſe Angelom transfigurat. Hujus arte Baſilides, hujus Marcion calet ingenio, hoc duce agitur Sabellius, hoc præcipitatur rectore Photinus, hujus poteſtati famulatur Arrius, hujus ſpiritui ſervit Eunonius. Tota deoique beſtiarum talium cohors hoc præſide ab Eccleſiæ unitate diſceſſit, hoc magiſtro a veritate deſcivit.

Digitized by Google

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 10.

tem veteris Teſtamenti rejecit, aſſerens hoc non eſſe a Deo. Negavit futuram corporum reſurrectionem. Omne genus libidinis & ſpurcitiæ docuit & exercuit. (A) Eum S. Petrus Apoſtolorum prin- A

(A) ACT. VIII. 9 Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in civitate magus, ſeducens gentem Samariæ, dicens ſe eſſe aliquem magnum: cui auſcultabant omnes a minimo uſque ad maximum, dicentes: Hic eſt virtus Dei, quæ vocatur magna. Attendebant autem eum, propter quod multo tempore magiis ſuis dementaſſet eos. Cum vero credidiſſent Philippo evangelizanti de regno Dei, in nomine Jeſu Chriſti baptizabantur viri ac mulieres. Tunc Simon & ipſe credidit: & cum baptizatus eſſet, adhærebat Philippo. Videns etiam ſigna & virtutes maximas fieri, ſtupens admirabatur... Cum vidiſſet autem Simon, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, ut cuicumque impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei, exiſtimaſti pecunia poſſideri. Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto. Cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe. Reſpondens autem Simon, dixit: Precamini vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat ſuper me horum, quæ dixiſtis.

S. JUSTINUS *in priore Apol. ad Antonium*: *hunc habes infra apud* EUSEBIUM.

S. IRENÆUS *Lib. 1. adv. Hæreſ. c. 20.* Simon Samarites, magus ille, de quo... Lucas (*loquitur*).. fidem ſimulavit, putans Apoſtolos & ipſas ſanitates per magiam, & non virtute Dei perficere, & per impoſitionem manuum Spiritu ſancto adimplere credentes Deo per eum, qui ab ipſis evangelizatur Chriſtus Jeſus; per majorem quamdam magicam ſcientiam & hoc ſuſpicans fieri, & offerens pecuniam Apoſtolis, ut acciperet & ipſe hanc poteſtatem quibuſcumque velit dandi Spiritum ſanctum, audivit a Petro: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem*, &c. Et cum adhuc magis non credidiſſet Deo, & cupidius intendit contendere adverſus Apoſtolos, uti & ipſe glorioſus videretur eſſe, & univerſam magiam adhuc amplius inſcrutans, ita ut in ſtuporem cogeret multos hominum: quippe cum eſſet ſub Claudio Cæſare, a quo etiam ſtatua honoratus eſſe dicitur propter magiam. Hic igitur a multis quaſi Deus glorificatus eſt, & docuit ſemetipſum eſſe, qui inter Judæos quidem quaſi Filius adparuerit, in Samaria autem quaſi Pater deſcenderit, & in reliquis vero gentibus quaſi Spiritus ſanctus adventaverit. Eſſe autem ſe ſublimiſſimam virtutem, hoc eſt, eum, qui ſit ſuper omnia Pater, & ſuſtinere vocari ſe quodcumque eum vocant homines. Simon autem Samaritanus, ex quo univerſæ Hæreſes ſubſtiterunt, habet hujuſmodi ſectæ materiam. Hic Selenen quamdam, quam ipſe a Tyro civitate Phœnices quæſtuariam cum redemiſſet, ſecum circumducebat, dicens hanc eſſe primam mentis ejus conceptionem, matrem omnium, per quam initio mente concepit Angelos facere, & Archangelos. Hanc enim ennoiam exilientem ex eo, cognoſcentem, quæ vult pater ejus degredi ad inferiora, & generare Angelos & poteſtates, a quibus & mundum hunc factum dixit. Poſtea quam generavit eos, hæc detenta eſt ab ipſis propter invidiam, quoniam nollent progenies alterius cujuſdam putari eſſe. Ipſum ſe in totum ignoratum ab ipſis: ennoiam autem ejus detentam ab iis, quæ ab ea emiſſæ eſſent poteſtates, & Angeli; & omnem contumeliam ab iis paſſam, uti non recurreret ſurſum ad ſuum patrem, uſque adeo ut & in corpore humano includeretur, & per ſæcula veluti de vaſe in vas transmigraret in altera muliebria corpora. Fuiſſe autem eam & in illa Helena, propter quam Trojanum contractum eſt bellum: quapropter & Steſichorum per carmina maledicentem eam, orbatum oculis: poſt deinde pœnitentem & ſcribentem eas, quæ vocantur palinodias, & in quibus hymnizavit eam, rurſus vidiſſe. Transmigrantem autem eam de corpore in corpus, ex eo ut ſemper contumeliam ſuſtinentem, in noviſſimis etiam in fornice proſtitiſſe: & hanc eſſe perditam ovem, quapropter & ipſum veniſſe, uti eam aſſumeret primam, & liberaret eam a vinculis, hominibus autem ſalutem præſtaret per ſuam agnitionem. Cum enim male moderarentur Angeli mundum, quoniam unuſquiſque eorum concupiſceret principatum, ad emendationem veniſſe rerum, & deſcendiſſe eum transfiguratum, & aſſimilatum Virtutibus, & Poteſtatibus, & Angelis, ut & in hominibus homo appareret ipſe, cum non eſſet homo; paſſum autem in Judæa putatum, cum non eſſet paſſus.

Act. 8. 20.

Prophetas autem a mundi fabricatoribus Angelis inſpiratos dixiſſe Prophetias: quapropter nec ulterius curarent eos hi, qui in eum & in Selenen ejus ſpem habeant, & ut liberos agere quæ velint: ſecundum enim ipſius gratiam ſalvari homines, ſed non ſecundum operas juſtas. Nec enim eſſe naturaliter operationes juſtas, ſed ex accidenti, quemadmodum poſuerunt qui mundum fecerunt Angeli, per hujuſmodi præcepta in ſervitutem deducentes homines. Quapropter & ſolvi mundum & liberari eos, qui ſunt ejus, ab imperio eorum qui mundum fecerunt, repromiſit. Igitur horum myſtici Sacerdotes libidinoſe quidem vivunt, magias autem perficiunt, quemadmodum poteſt unuſquiſque ipſorum. Exorciſmis & incantationibus utuntur. Amatoria quoque & agogima, & qui dicuntur paredri & oniropompi, & quæcunque ſunt alia parerga apud eos ſtudioſe exercentur. Imaginem quoque Simonis habent factam ad figuram Jovis, & Selenæ in figuram Minervæ; & has adorant: habent quoque & vocabulum a principe impiiſſimæ ſententiæ Simone, dicti Simoniani, a quibus falſi nominis ſcientiæ accepit initia, ſicut ex ipſis aſſertionibus eorum adeſt dicere.

EUSEBIUS *Lib. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 1. Philippus... Samariam deſcendit, & divina plenus virtute, verbum Dei primus incolis nuntiavit. Tanta porro vis divinæ gratiæ ipſi aderat, ut Simonem magum, alioſque innumerabiles prædicationibus ſuis ad ſe pertraxerit. Hic Simon tunc tempori celeberrimus tantam auctoritatem adeptus erat apud eos quos præſtigiis ſuis deceperat, ut magnam Dei virtutem ipſum eſſe exiſtimarent. Idem tamen obſtupefactus miraculis quæ Philippus divina virtute perpetrabat, callide irrepſit, fidemque in Chriſtum hactenus ſimulavit, ut baptiſmum ſuſciperet. Quodquidem etiamnum fieri ab his, qui teterrimam ejus ſectam profitentur non ſine admiratione cernimus: qui more parentis ſui in Eccleſiam tamquam peſtis aut lepra quædam irrepentes, graviſſimum damnum inferunt iis, quibus peſſimum illud & immedicabile venenum quod mentibus occultant inſtillare potuerint. Ac plerique jam eorum ab Eccleſia ejecti ſunt, cum fraus ipſorum detecta eſſet: quemadmodum Simon quoque ipſe a Petro tandem deprehenſus debitas pœnas dedit.

Cap. 13. Cum jam fides Servatoris noſtri Jeſu Chriſti ubique diffuſa eſſet, hoſtis generis humani regiam urbem ſibi occupare ſatagens, Simonem.. eo deſtinat. Cujus nefariis artibus auxilium atque operam ſuam commodans, plurimos eorum qui Romæ degebant, in errorem inductos ſibi mancipavit. Teſtatur id Juſtinus, qui non procul ab Apoſtolorum temporibus inter religionis noſtræ ſectatores maxime floruit,... in priore Apologetico quem pro noſtra doctrina ad Imperatorem Antoninum conſcripſit, ubi ſic ait: „ Poſt Domini noſtri in cœlum aſcenſum immiſſi ſunt a dæmone homines quidam, qui ſe Deos eſſe dicerent.. Ex iis fuit Simon „ quidam Samaritanus, ortus e vico, qui Gitton dicitur, qui principatu Claudii Auguſti, cum per operationem dæmonum multa magicæ artis miracula in „ urbe veſtra, quæ imperii caput eſt, edidiſſet, Deus a „ vobis eſt habitus, ſtatuamque illi perinde ac Deo poſuiſtis in inſula Tiberina inter duos pontes, cum hac „ inſcriptione SIMONI DEO SANCTO. Hunc Samaritani prope omnes, & ex aliis gentibus nonnulli ſummum Deum eſſe confitentes, Helenam quoque venerantur, quæ initio quidem apud Tyrum urbem Phœnices publice in lupanari proſtiterat, poſtea vero ubique Simonem aſſectata eſt: eamque primam ſummi Dei notionem eſſe affirmant. Hæc Juſtinus... Sane hunc Simonem hæreticæ pravitatis principem atque auctorem fuiſſe accepimus. Unde ad noſtram uſque ætatem quicunque ejus ſectam profitentur, eum ſe Chriſtianam religionem plenam modeſtiæ & ſanctitatis ample-

amplecti ſimulaverint: tamen & ad ſuperſtitioſum dæmonum cultum, quem abjicere viſi fuerant, deinceps nihilominus relabuntur, dum ante Simonis, & ſupra dictæ illius Helenæ picturas atque imagines proni ſeſe abjiciunt, eoſque ſuffimentis & ſacrificiis ac libationibus colere non verentur. Et quæ apud illos ſecretiora habentur, quibus auditis protinus animos audientium ajunt percelli, & ut verbis utar oraculi quod perſcriptum habent, obſtupefieri. Revera ſtuporis & dementiæ atque inſaniæ pleniſſima ſunt: adeo ut non modo ſcriptis prodi, ſed ne ſermone quidem efferri poſſint a modeſtis hominibus, ob nimiam turpitudinem atque obſcœnitatem. Nihil enim tam impurum aut eſſe, aut excogitari unquam poteſt, quod flagitioſiſſima illorum ſecta longo intervallo non ſuperet, dum miſeris atque omni ſcelere coopertis mulieribus illudunt.

Cap. 14. Hunc igitur tantorum ſcelerum auctorem atque architectum Simonem dæmon virtutis inimicus, & hominum ſaluti infeſtiſſimus his temporibus in medium produxit, ut magnis & admirabilibus Servatoris noſtri Apoſtolis par adverſarius conſiſteret. Verum cæleſtis Dei gratia, quæ miniſtris ſuis ſemper auxilio eſt, per eorumdem adventum ac præſentiam, flammam illam a dæmone accenſam ſubito reſtinxit, & ſuperbiæ faſtum ac tumorem qui ſe adverſus Dei notitiam extulerat, dejecit ac depreſſit... Statim ergo præſtigiator ille ... divinæ lucis inſperato quondam ſplendore perculſus, ſimulatque in Judæa a Petro Apoſtolo convictus eſt, omniaque ejus maleficia patefacta, longiſſime trans mare fugam arripuit, ab Orientis partibus ad Occaſum profectus; neque aliter ſe libere, & ex animi ſui ſententia victurum eſſe ſperavit. Tandem ad urbem Romam delatus, ope atque adjumento ſubſidentis ibidem dæmonis, brevi conatus ſuos tantopere promovit, ut illius civitatis homines ei tanquam Deo ſtatuam collocarint. Sed hæc non diu ex voto illi fluxerunt. Confeſtim enim ipſis Claudii Auguſti temporibus, benigna & clementiſſima Dei providentia fortiſſimum & maximum inter Apoſtolos Petrum, & virtutis merito reliquorum omnium Principem ac patronum Romam adverſus illam generis humani labem ac peſtem perducit.

Eadem etiam legere eſt apud PHILASTRIUM *lib. de Hæreſ.*

S. EPIPHAN. *adv. Hæreſ. lib.* 1. *Tom.* 2. *Hæreſ.* 21. *n.* 1. Primæ omnium, quæ a Chriſti tempore ad hanc ætatem prodierunt, hæreſis princeps Simon ille magus extitit... Iſte veneficus fuit Gitthis oriundus olim oppido, nunc vico Samariæ: qui popularibus ſuis malis artibus illudens, ac fraudibus pellectos decipiens, magnam ſe Dei vim eſſe prædicabat cælitus in terras delapſam. Porro apud Samaritanos ſuos pro Deo ſe Patre venditabat, apud Judæos Filium ſe faciebat. Negabat revera ſe, aut aliter quam ſpecie tenus eſſe paſſum. Idem Apoſtolis blanditus cum aliis bene multis a Philippo baptizatus eſt... Apoſtolo Petro pecunias obtulit, ut is ſibi largiendi per manuum impoſitionem Spiritus ſancti poteſtatem conferret. Eumdem quippe Spiritum in alios transfundere cogitabat, atque ita maximam ſeſe pecuniarum vim collecturum, atque ingens omnino lucrum cum exiguo pretio commutaturum ſperabat... Cumque in venerem natura proclivior eſſet... vagam quamdam mulierculam nomine Helenam nactus, patria Tyriam, ſibi eam copulat, quacum palam nullam habere ſe conſuetudinem ſimulans, homo vafer clam omni ſe in libidinum genere volutabat. Se ſummam Dei vim; ſcortum vero ſuum Spiritum eſſe ſanctum affirmare auſus eſt, cujus gratia de cælo deſcenderat. Sed in unoquoque cælo propriam ajebat ejus cæli formam indui, quo meos Angelos latere poſſem, & ad meam illam intelligentiam deſcenderem, hoc eſt Helenam iſtam, quæ & Prunicus & Spiritus ſanctus appellatur; per quam Angelos creavi: Angeli porro mundum atque homines condiderunt. Eamdem eſſe confirmabat Helenam, cujus cauſſa bellum Græcos inter ac Trojanos exarſit... Præterea Minervam eamdem eſſe dicebat, quam notionem, ut diximus, appellabat... ad *fœdiſſima* obeunda myſteria ſpurciſſimos conventus indixit. Hæc enim vitæ eſſe myſteria, perfectiſſimæque cognitionis ajebat... Idem præterea nomina quædam principatuum ac poteſtatum commentus eſt, cæleſteſque globos varios; atque in firmamento cæloque quolibet intelligentias certas collocat, quibus barbaras appellationes affingit. Negat inſuper ſalutem conſequi ullum hominum aliter poſſe, quam ſi ejuſmodi myſteria didicerit... ſed & carnis dumtaxat unius corruptionem atque interitum, animarum vero expiationem aſtruit, ita tamen ſi mendaciſſimæ cognitionis ſuæ myſteriis initiatæ fuerint. Atque hinc eorum, quos Gnoſticos appellamus origo profluxit. Præterea Legem non a Deo, ſed a ſiniſtra quadam intelligentia profectam aſſerit... Denique quiſquis veteri Teſtamento fidem adhibet, incurrere mortem aſſeverat.

S. AUG. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, *n.* 1. Simoniani a Simone mago, qui baptizatus a Philippo Diacono, ſicut in Actibus Apoſtolorum legitur, pecunia voluit a Sanctis Apoſtolis emere, ut etiam per impoſitionem manus ejus daretur Spiritus ſanctus. Hic magicis fallaciis deceperat multos. Docebat autem deteſtandam turpitudinem indifferenter utendi feminis. Nec Deum feciſſe mundum, dicebat. Negabat etiam carnis reſurrectionem. Et aſſerebat ſe eſſe Chriſtum. Idemque Jovem ſe credi volebat; Minervam vero meretricem quamdam Helenen, quam ſibi ſociam ſcelerum fecerat; imagineſque & ſuam & ejuſdem meretricis diſcipulis ſuis præbebat adorandas, quas & Romæ tamquam Deorum ſimulacra auctoritate publica conſtituerat. In qua urbe Apoſtolus Petrus eum vera virtute Dei omnipotentis extinxit.

THEODOR. *Hæret. fabul. lib.* 1. *c.* 1. Primus autem Simon, magus Samaritanus improbitatis hujus (*hæreſeos*) miniſter extitit. Qui e Gitthis, quod Samariæ vici nomen eſt, oriundus, & ad ſummum præſtigiorum gradum provectus, multis primum per prodigia quæ patrabat perſuaſit, ut ipſi adhærerent, eumque divinam quamdam potentiam appellarent. Deinde cum Apoſtolos videret vera prorſus ac divina edere miracula, & Spiritus ſancti gratiam iis qui accedebant largiri, paremque ab iis poteſtatem expoſceret, ubi magnus Petrus perditum ejus animum deprehendit, & deſperata mentis vulnera pœnitentiæ remediis curare juſſit, ille mox ad priſtinam regreſſus improbitatem, relicta Samaria, ut quæ ſalutaria ſemina ſuſceperat, ad eos abiit qui ab Apoſtolis exculti nondum fuerant, ut ſimpliciores impoſturis decipiens, fabuloſiſque narrationibus ſuis adſtringens, efficeret ut ſanctorum Apoſtolorum dogmata difficilius ſuſciperent. Sed divina gratia magnum Petrum adverſus ejus inſaniam armavit. Is enim ſubſequens, execrandam illius doctrinam, velut nebulam quamdam & caliginem diſcuſſit, & lucis veritatis radios oſtendit. Sed tamen quamvis aperte convictus eſſet homo miſerrimus, contra veritatem pugnare non deſtitit, quoad Claudio Cæſare imperante Romam venit. Romanos autem præſtigiis ſuis ſic obſtupefecit, ut ænea illum ſtatua honorarint... Hic fabulam hujuſmodi commentus eſt. Infinitam quamdam poſuit potentiam, quam & univerſorum radicem appellavit. Eam autem ignem dicebat eſſe, cujus duplex foret operatio, una quæ cerneretur, altera quæ lateret. Mundum vero genitum eſſe, genitumque ex operatione ignis quæ cernebatur. Ex hac autem productas primum eſſe tres conjugationes, quas etiam radices nominavit. Ac primam quidem appellavit mentem & mentis comprehenſionem, ſecundam vocem & intelligentiam, tertiam rationem & cogitationem. Seipſum porro infinitam illam dicebat potentiam: ac Judæis quidem tanquam Filium apparuiſſe, ad Samaritanos vero tamquam Patrem deſcendiſſe, ad alias denique gentes tanquam Spiritum ſanctum acceſſiſſe. Et cum alteram quamdam in proſtibulo ſtantem, Helenam nomine, ſibi contubernalem feciſſet, hanc primam mentis ſuæ comprehenſionem ajebat eſſe, matremque omnium appellabat: ac per illam ſe & Angelos & Archangelos feciſſe, ab Angelis autem fabricatum eſſe mundum. Angelos poſtea, cum ei inviderent, ipſam apud ſe detinuiſſe. Nolebant enim, inquit, ejus opera dici. Quare in multa illam mulierem corpora immiſerunt, tum in Helenam quoque illam, propter quam Trojanum bellum geſtum eſt. Propter hanc etiam ſe ajebat deſcendiſſe, ut & ipſam ab impoſitis vinculis liberaret, & hominibus per ejus agnitionem ſalutem præberet. Deſcendiſſe autem immutatum, ne ab Angelis qui res creatas adminiſtrant cognoſceretur, & in Judæa tanquam hominem apparuiſſe, cum homo non eſſet, & tanquam paſſum, cum paſſus non eſſet. Prophetas autem Angelorum miniſtros fuiſſe. Itaque eos qui in ipſum crederent jubebat illos non attendere, nec legis minas pertimeſcere, ſed tamquam liberos facere quæ vellent. Non enim per bonas actiones, ſed per gratiam ipſos ſalutem conſecuturos. Qua de cauſa qui hujus erant ſectæ, libere omnem libidinem exercebant, & præſtigiarum omni genere utebantur amatoria quædam & pellicientia uſurpantes, & quæcunque alia incantatores ſolent, velut divina miſteria obruentes. Et cum hujus quidem in Jovis figuram, Helenæ autem in ſpeciem Minervæ ſtatuam efformaſſent, his thura adolebant & libabant, ac tanquam Deos adorabant, Simonianorum ſibi nomen imponentes. Ex hac amariſſima radice orti ſunt Cleobani, Doſithebani, Gortheni, Maſbothei, Adrianiſtæ, Eutychetæ, Caniſtæ. Verum hi omnes, cum impiæ hæreſis parvas quaſdam mutationes excogitaſſent, non diu durarunt, ſed perpetuæ oblivioni traditi.

Digitized by Google

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 10.

princeps confutavit, & oratione proſtravit. (B)

Plures habuit Simon Sectatores & Diſcipulos. MENANDER fuit unus ex præcipuis. Is jactitavit eſſe ſe miſſum a Deo ſervatorem ad hominum ſalutem, Novum, & inſolitum Baptiſma prædicabat, cui tribuebat effectus plane mirabiles, v. g. immunitatem a ſenio, & a morte. (C)

B

C

NICOLAITÆ, de quibus mentio fit in Apocalypſi, fuere item Simonis Diſcipuli. Huc referre pudet, quot obſcœna docuerint, & peregerint. Nomen ſumpſerunt a Nicolao, uno ex ſeptem prioribus Diaconis, quem multi exiſtimant fuiſſe hujus Sectæ anteſignanum; alii negant. (D) Apoc. 2. 6. & 15.

D

CE-

(B) ARNOB. *Lib.* 2. *advers. gentes pag.* 50. *Edit. Leid. ann.* 1651. Viderant enim currum Simonis magi, & quadrigas igneas Petri ore difflatas, & nominato Chriſto evanuiſſe. Viderant, inquam, fidentem falſis diis, & ab eiſdem metuentibus proditum, pondere præcipitatum ſuo, cruribus jacuiſſe præfractis: poſt deinde perlatum Brundam, cruciatibus & pudore defeſſum ex altiſſimi culminis ſe rurſum præcipitaſſe faſtigio.

S. EPIPHANIUS *adverſus Hæreſes, lib.* 1. *Tom.* 2. *Hæreſ.* 21. *num.* 5. Quonam vero pacto, id quod compertum eſt, accidere potuit, ut certo definitoque tempore Romæ mortem obierit, cum media in orbe decidens ex alto miſer interiit? Qua ratione Petrus hanc in illum ſententiam tulit: nullam illum in divino cultu ſortem ac partem obtinere.

S. PHILASTRIUS Brixienſis Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Catal. eorum, qui poſt Chriſti Paſſ. Hæreſ. arguuntur, num.* 1. Qui (*Simon*) cum fugeret B. Petrum Apoſtolum de Jeroſolymitana civitate, Romamque veniret, ibique pugnaret cum B. Apoſtolo apud Neronem Regem, devictus undique oratione B. Apoſtoli, atque percuſſus ab Angelo ſic meruit interire, ut ejus magiæ evidens mendacium cunctis hominibus pateſieret.

S. AUG. *de Hæreſ. ad Quodvultdeum num.* 1. In qua urbe (Roma) Apoſtolus Petrus eum (Simonem) vera virtute Dei omnipotentis exſtinxit.

S. AMBROS. *Lib.* 4. *ſeu Serm.* 6. *Hexameron* c. 8. *num.* 33. Petrus Simonem alta cæli magico volatu petentem, diſſoluta carminum poteſtate, dejecit & ſtravit.

THEODORET. *Lib.* 1. *Hæret. fabul. cap.* 1. At rurſus adveniens divinus Petrus fraudis cum pennis nudavit. Quem demum ad miraculorum certamen cum provocaſſet, ac divinæ gratiæ & præſtigiarum diſcrimen oſtendiſſet ſpectantibus omnibus Romanis, magna illum ex altitudine precibus ſuis deturbavit, ſpectatoreſque miraculi ad ſalutem perduxit.

(C) JUSTINUS MARTYR *Apolog.* 2. *pag.* 91. *edit. Pariſ. an.* 1615. *n.* 73. Qui (*Simon & Menander*) magicis virtutibus editis multos in fraudem ſeduxerunt, atque etiam nunc quos ſeducant habent.

TERTULL. *de anima, cap.* 50. Hæretici magi Menandri Samaritani furor conſpuatur, dicentis mortem ad ſuos non modo non pertinere, verum nec pervenire. In hoc ſcilicet ſe a ſuperna & arcana poteſtate legatum, ut immortales & incorruptibiles, & ſtatim reſurrectionis compotes fiant, qui baptiſma ejus induerint.

S. IRENÆUS *adv. Hæreſ. lib.* 1. *c.* 21. Hujus (Simonis) ſucceſſor fuit Menander, Samarites genere, qui & ipſe ad ſummum magiæ pervenit. Qui primam quidem virtutem incognitam ait omnibus; ſe autem eum eſſe, qui miſſus ſit ab inviſibilibus, ſalvatorem pro ſalute hominum. Mundum autem factum ab Angelis, quos & ipſe ſimiliter ut Simon, ab ennoia emiſſos dicit. Dare quoque per eam quæ a ſe doceatur magiam ſcientiam addidit, ut ipſos qui mundum fecerunt vincat Angelos. Reſurrectionem enim per id quod eſt in eum baptiſma accipere ejus diſcipulos, & ultra non poſſe mori, ſed perſeverare non ſeneſcentes & immortales.

EUSEBIUS *Eccleſ. Hiſtoriæ lib.* 3. *c.* 26. Simonis magi ſucceſſor Menander... Hic quoque Samarites, ad ſummam magicarum artium peritiam perinde ac magiſter progreſſus, pluribus adhuc & abſurdioribus figmentis exuberavit. Nam ſeipſum quidem ſervatorem eſſe aſſerebat, ad hominum ſalutem ex ævis quibuſdam inviſibilibus ab alto deſtinatum. Neminem vero ajebat ipſos mundi conditores Angelos poſſe ſuperare, niſi qui prius magica diſciplina a ſe inſtitutus & baptiſmo, quem ipſe tradebat, initiatus fuiſſet. Quem baptiſmum quicumque ſuſcipere meruiſſent, eos perpetuam in hoc ſæculo immortalitatem adepturos affirmabat; non amplius morti obnoxios, ſed hic in ævum permanſuros, juvenes ſemper atque immortales futuros... Fuit hoc diabolicæ calliditatis commentum, ut per maleficos homines Chriſtianorum nomen falſo ſibi vindicantes, magnum illud religionis noſtræ ſacramentum magicæ artis infamia aſpergeret, & Eccleſiaſtica dogmata de animorum immortalitate, ac de mortuorum reſurrectione ludibrio exponere omnibus modis conaretur. Sed iſti quidem, qui ejuſmodi ſervatores ſibi adſciverant, ſpe veræ ſalutis penitus exciderunt.

Lib. 4. *cap.* 22. *Ex* HEGESIPPO *hæc refert*. Poſtquam Jacobus cognomento juſtus martyrium ... pertulit ... Simeon Cleophæ filius, Epiſcopus conſtituitur (*Hieroſolymis*) ... Et Eccleſiam quidem haſtenus virginem vocabant, propterea quod vanis ſermonibus nondum corrupta fuerat. Primus Thebutis, indigne ferens, quod minime creatus eſſet Epiſcopus, eam occulte vitiare eſt aggreſſus. Fuit hic e ſeptem illis ſectis in Judaico populo proſeminatis. Ex quibus fuit etiam Simon, a quo Simoniani fluxerunt; & Cleobius, a quo Cleobiani; & Doſitheus, a quo Doſitheani; & Gortheus, a quo Gortheni; & Maſbotheus, a quo Maſbothei ſunt cognominati. Ex his etiam manarunt Menandriani & Marcioniſtæ, & Carpocratiani, & Valentiniani, & Baſilidiani, & Saturniliani, aliique qui ſeorſum ſinguli proprias opiniones induxerunt. Ex iis orti ſunt Pſeudochriſti, Pſeudoprophetæ, Pſeudoapoſtoli, qui adulterinam invehentes doctrinam adverſus Deum, & adverſus Chriſtum ejus, unitatem Eccleſiæ diſciderunt.

S. EPIPHAN. *adverſus Hæreſ. lib.* 1. *Tom.* 2. *hæreſ.* 22. *n.* 1. Menander ... genere Samaritanus, aliquanto tempore Simoni operam dedit. Atque hic perinde ut alter mundum ab Angelis fabricatum, ſeipſum vero Dei vim eſſe de cælo miſſam aſſerit... Sa etiam ajebat ad humani generis ſalutem emiſſum.

S. PHILASTRIUS Brixienſis Epiſc. *lib. de hæreſ. in Cat. eorum, qui poſt Chriſti Paſſ. hæreſ. arguuntur, n.* 2. Poſt hunc (*Simonem*) Menander quidam nomine, qui diſcipulus factus ipſius impietatem eſt ſecutus in omnibus.

S. AUGUST. *Lib. de hæreſ. ad Quodvultdeum, num.* 2. Menandriani a Menandro etiam ipſo mago, diſcipulo ejus, qui mundum aſſerebat non a Deo, ſed ab Angelis factum.

THEODORET. *Hæret. fabul. lib.* 1. *cap.* 2. Menander, & ipſe Samaritanus, ex vico cui Chabrai nomen eſt, illius quidem (*Simonis*) præſtigias ſectatus eſt, primam tamen ſe potentiam non nominavit, ignotam enim hanc ajebat eſſe, cæterum ab illa ſe miſſum jactitans, ſervatorem ſeipſum appellavit. Angelos vero ſimiliter ac Simon a Mentis comprehenſione productos, & hos mundum fabricatos eſſe dixit. Salvari autem eos qui in ipſum baptizentur, & potentiores etiam in hac vita effici, poteſtatemque accipere, ut mundi effectrices poteſtates facillime ſuperent. Contra hos ſcripſit Juſtinus, qui ſub habitu Philoſophi defenſor fuit veritatis, martyriique corona redimitus eſt, & Irenæus ... vir idem quoque Apoſtolicus, & Origenes multiplici doctrina præditus.

(D) ACT. VI. 5. Elegerunt (*Apoſtoli*) Stephanum..., & Nicolaum advenam Antiochenum.

APOCAL. II. 6. Odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.

Ibid. 12. Angelo Pergami Eccleſiæ ſcribe... 14. Habeo adverſus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum coram filiis Iſrael, edere, & fornicari; ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.

S. IRENÆUS *adv. hæreſ. lib.* 1. *c.* 26. *n.* 3. Nicolaitæ autem magiſtrum quidem habent Nicolaum, unum ex VII. qui primi ad Diaconum ab Apoſtolis ordinati ſunt: qui indiſcrete vivunt. Pleniſſime autem per Joannis Apocalypſin manifeſtantur qui ſint, nullam differentiam eſſe docentes in mœchando, & idolothyton edere. Quapropter dixit & de iis ſermo: *Sed hoc habes, quod odiſti opera Nicolaitarum, quæ & ego odi*.

S. CLEM. ALEX. *Stromat. lib.* 3. *habes hic apud* EUSEBIUM, *& apud* THEODORETUM.

EUSEBIUS *Eccleſ. Hiſt. lib.* 3. *cap.* 29. Sub idem tempus hæreſis, quæ dicitur Nicolaitarum, breviſſimo temporis ſpatio permanſit ... Hi Nicolaum quemdam, unum ex illis, qui ad curam inopum gerendam una cum Stephano ab Apoſtolis conſtituti fuerant miniſtri, ſectæ ſuæ auctorem jactabant. De hoc autem Clemens Alexandrinus in

tertio

Digitized by Google

EF CERINTHUS (E), & EBIONITÆ (F) inter plurimos errores, quos hic enumerare ſuperfluum eſt, primi docuerunt Jeſum Chriſtum non eſſe Deum. Ad illos confutandos Johannes

tertio operis, quod στρωματεῖς inſcribitur libro, hæc narrat ad verbum. Cum haberet formoſam uxorem, poſt aſcenſum Domini objurgantibus Apoſtolis, & zelotypiam ei objicientibus, productam in medium uxorem, cui vellet ducere permiſit. Hoc enim factum affirmant plana conſentire cum illo ejuſdem dicto, ſua quemque carne abuti oportere. Hoc igitur factum dictumque temere atque imprudenter pro exemplo ſibi proponentes Nicolai ſectatores, licenter in omne genus ſtupri feruntur. Atque de Nicolao ſic accepimus, nullius eum mulieris præterquam illius quam uxorem duxerat, concubitu uſum fuiſſe; & ex ejus liberis filias quidem uſque ad extremam ætatem virgines permanſiſſe: filium vero ipſum quoque veneris expertem vixiſſe. Quæ cum ita ſint, illa uxoris, ob quam zelotypiæ arguebatur, coram Apoſtolis productio, indicium erat affectus domiti atque extincti: & verbis illis ſua quemque carne abuti oportere, voluptatum quas homines tantopere appetunt, fuga, & continentia docebatur.

S. EPIPHAN. *adverſus Hæreſ. lib.* 1. *Tom.* 2. *hæreſ.* 25. *num.* 1. Nicolaus e numero ſeptem Diaconorum fuit, qui ab Apoſtolis delecti ſunt... Hic oriundus Antiochia ſeſe ad Judæorum ſectam aggregavit. Poſtea Chriſtianum dogma complexus ad diſcipulos adjunctus, atque inter primarios adnumeratus eſt. Inde in eorum ordinem relatus eſt, qui ad viduarum præfecturam electi ſunt. Verum poſtea in eum ſe diabolus inſinuavit, ejuſque mentem veterum illorum, quos commemoravimus, erroribus imbuit, ut etiam majus ipſi quam iiſdem illis vulnus infligeret. Nam cum uxorem haberet eleganti ſpecie mulierem, ab ea ſibi aliquandiu temperavit, ut eos imitaretur, quos Deo penitus addictos cerneret. Sed non intemperantiam ſuam perpetuo coercere potuit... ſine ulla tergiverſatione cum uxore conſuetudinem habere inſtituit. Verum ſuæ ſibi ignaviæ conſcius, ac ne deprehenderetur veritas, jactare illud auſus eſt; niſi qui ſingulis diebus luxuriæ vacet, ſempiternam ſalutem neminem poſſe conſequi.

S. PHILASTR. Brixienſis Epiſcopus, *Lib. de Hæreſ. in Catal. eorum, qui poſt Chriſti paſſ. hæreſ. arguuntur*, n. 5. Nicolaum Antiochenum adveniam, qua ſit amentia deceptus videamus: Hic ſub Apoſtolis fuit, atque ab eis eſt electus Diaconus ſeptimus... Poſtaaque recedens ab eis, atque a ſana doctrina, diverſis erroribus & fallaciis perſumdatus eſt. Qui fuit primum cum Apoſtolis, & Stephano beatiſſimo martyre: Qui dicit & ipſe virtutes eſſe plurimas, unde & Gnoſtici, qui ſcire ſe aliquid putant, maxime emerſerunt. Iſti Barbelo venerantur, & Noram quamdam mulierem. Alii autem ex eis Jaldabaoth quemdam, alii autem Calacaun hominem. Dicunt autem & dogmata ponentes iſta: Ante erant ſolum tenebræ, & profundum ac aqua, atque terræ diviſio facta eſt in medio, & Spiritus ſeparavit hæc elementa. Tunc ergo tenebras intuentes in ſpiritum genuerunt quatuor æonas: hoc autem dextera atque ſiniſtra ſua, inquit, ſunt, & quemdam etiam concubuiſſe cum illa muliere & virtute dicunt, de qua nati ſunt Dii, & homines, & Angeli, & ſeptem ſpiritus dæmoniorum. Addunt etiam Prophetas quoſdam natos de ea ſpecioſo nomine & Barabbam. Alii autem Evangelium conſummationis, & viſiones inanes & plenas fallaciæ & ſomnia videre ſe diverſa aſſerunt delirantes.

S. HIERONYM. *Epiſt.* 5. *alias* 1. *ad Heliodor.* Stephanum ſuſpicio; Nicolaum reſpice quem Dominus in Apocalypſi ſua damnat ſententia, qui tam turpia & nefanda commentus eſt, ut Nicolaitarum hæreſis ex illa radice naſcatur.

S. AUG. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, n. 5. Nicolaitæ a Nicolao nominati ſunt, uno, ut perhibetur, ex illis ſeptem, quos Apoſtoli Diaconos ordinarunt. Iſte cum de zelo pulcherrimæ conjugis culparetur, velut purgandi ſe cauſa permiſiſſe fertur, ut ea qui vellet uteretur. Quod ejus factum in ſectam turpiſſimam verſum eſt, qua placet uſus indifferens feminarum. Hi nec ab iis quæ idolis immolantur, cibos ſuos ſeparant; & alios ritus Gentilium ſuperſtitionum non averſantur. Narrant etiam quædam fabuloſa de mundo, neſcio quæ barbara Principum nomina miſcentes diſputationibus ſuis, quibus terreant auditores, quæ prudentibus riſum potius faciant quam timorem. Intelliguntur autem etiam iſti non Deo tribuere creaturam, ſed quibuſdam poteſtatibus, quas mirabili vel fingunt vanitate, vel credunt.

THEODOR. *Hæret. fabul. lib.* 3. *num.* 1. Nicolaitarum hæreſis non ſolum ex amentia, verum etiam ex intemperantia conflata eſt. De hac Clemens apertius docuit. Narrat autem, Nicolaum unum fuiſſe ex ſeptem Diaconis, quos Apoſtolorum chorus elegit ad viduarum miniſterium. Et cum formoſam haberet uxorem, accuſatum apud Apoſtolos fuiſſe, quaſi zelotypiæ morbo laboraret. Illum autem, dum opinionem hanc amovere conatur, in medium uxorem adduxiſſe, & permiſiſſe, ut ea frueretur qui vellet: non hoc lege aliqua decernentem, ſed ut accuſatorum calumniam redargueret. Inde nonnulli, id quod ab illo prædicta de cauſa geſtum fuerat peſſime accipientes, communes habere uxores ſanxerunt. At Nicolaum Clemens temperantia inſignem fuiſſe, liberoſque ſupernaturalem caſtitatem docuiſſe refert, ac filium cœlibem, filias virgines permanſiſſe. Ex quibus aliqui convincuntur falſo ſibi de hujus appellatione nomen arrogare, qui ſupra dictam intemperantiam exercent. Contra hos ſcripſit prædictus Clemens, & Irenæus, & Origenes, & Hippolytus Epiſcopus & Martyr. Strom. lib. 3.

Si plura cupis, lege NATALIS ALEXANDRI *eruditam Diſſert. tom.* 1. *Hiſt. Eccleſ.*

(E) S. IRENÆUS *lib.* 1. *cap.* 25. Cerinthus autem quidam in Aſia, non a primo Deo factum eſſe mundum docuit, ſed a virtute quadam valde ſeparata, & diſtante ab ea principalitate quæ eſt ſuper univerſa, & ignorante eum qui eſt ſuper omnia Deum. Jeſum autem ſubjecit non ex Virgine natum, impoſſibile enim hoc ei viſum eſt. Fuiſſe autem eum Joſeph & Mariæ filium, ſimiliter ut reliqui omnes homines; & plus potuiſſe juſtitia, & prudentia & ſapientia præ omnibus; & poſt baptiſmum deſcendiſſe in eum, Chriſtum, ab ea principalitate, quæ eſt ſuper omnia, figura columbæ; & tunc annunciaſſe incognitum Patrem, & virtutes perfeciſſe; in fine autem revolaſſe iterum Chriſtum de Jeſu, & Jeſum paſſum eſſe & reſurrexiſſe. Chriſtum autem impaſſibilem perſeveraſſe, exiſtentem ſpiritalem.

EUSEBIUS *Eccleſ. Hiſt. lib.* 3. *cap.* 28. Eadem tempeſtate alterius hæreſis auctorem fuiſſe Cerinthum accepimus. De quo Cajus... hæc... ſcribit. Sed & Cerinthus per revelationes quaſdam a ſe tanquam a magno quodam Apoſtolo conſcriptas, portenta quædam quaſi ab Angelis ſibi oſtenſa commentus nobis introducit, affirmans poſt reſurrectionem regnum Chriſti in terris futurum, ac rurſus homines Hieroſolymis degentes cupiditatibus & voluptati corporis obnoxios fore. Additque hoſtis ille divinarum Scripturarum, mille annorum ſpatium in nuptialibus feſtis tranſactum iri, quo facilius imperitos homines decipiat.. Dionyſius... Alexandriæ Eccleſiæ Epiſcop... ejuſdem Cerinthi mentionem fecit his verbis: Cerinthum vero, qui hæreſim illam, quæ ab ipſo Cerinthiana cognominata eſt condidit, ajunt eum librum compoſuiſſe; indito Johannis nomine, dum auctoritatem figmentis ſuis ex Johannis nomine mutuari vellet. Hæc enim fuit illius opinio, regnum Chriſti terrenum futurum. Et quarum rerum cupiditate ipſe flagrabat, utpote voluptatibus corporis obnoxius carnique addictus, in iis regnum Dei ſitum fore ſomniavit, in ventris, & earum quæ infra ventrem ſunt partium explenda libidine; hoc eſt in cibo & potu, ac nuptiis, atque ut honeſtiori vocabulo ejuſmodi voluptates velaret, in feſtis & ſacrificiis & hoſtiarum mactationibus. Irenæus vero adverſus hæreſes... tertio libro hiſtoriam quamdam plane dignam quæ memoriæ mandetur, ſcriptis prodidit. Ait enim ita ſe a Polycarpo accepiſſe, Johannem Apoſtolum, cum aliquando in balneum lavandi cauſa introiſſet, & Cerinthum intus eſſe didiciſſet, ſtatim ex eo loco fuga ſe proripuiſſe, cum ne tectum quidem idem cum Cerintho ſubire ſuſtineret: hortatumque eſſe comites ſuos ut idem facerent. Fugiamus, inquit, ne balneum corruat, in quo Cerinthus eſt veritatis inimicus.

S. EPIPHAN. *adverſus Hæreſ. lib.* 1. *tom.* 2. *hæreſ.* 28. *num.* 1. Cerinthus, a quo Cerinthiani Hæretici nominantur... pari in Chriſtum (*ac Carpocras*) calumnia cenſet, hunc e Maria Joſephique ſemine eſſe prognatum: mundumque ſimiliter ab Angelis fabricatum... legem ac Prophetas ab Angelis profectos aſſerit, eumque qui legem tulerit ex eorum Angelorum eſſe numero, a quibus orbis eſt conditus. Porro Cerinthus iſte in Aſia verſatus doctrinam ſuam proferre iſtic cœpit... Tum ita docuit: Poſtquam ille Jeſus adolevit, qui ex Joſephi Mariæque ſemine natus eſt, in hunc delapſum a ſummo illo Deo eſſe

Chri-

Chriſtum, hoc eſt, Spiritum ſanctum columbæ ſpecie ad Jordanem, ad tum ei incognitum parentem, & per illum poſteris pateſeciſſe. Ob idque mna ut in ipſum cæleſtis illa ſeſe virtus inſudit, portenta ac miracula patraſſe, ac demum poſteaquam paſſus eſt, quod e cælo venerat eodem relicto Jeſu revolaſſe. Jeſum porro & obiiſſe mortem, & ad vitam eacitatum eſſe: Chriſtum vero qui deſcenderat pœnæ omnis expertem eo unde venerat reverſum... Ita Jeſum minime eſſe Chriſtum ... *N.* 2. Eum a quo lex tradita ſit bonum negat eſſe.

S. Philastr. Brix. Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Catal. eorum, qui poſt Chriſti paſſ. hæreſ. arguuntur*, *num.* 8. Cerinthus ſucceſſit hujus errori (*Carpocratis*) & ſimilitudini vanitatis, docens de generatione itidem Salvatoris, deque creatura Angelorum, in nullo diſcordans ab eo, niſi quia ea parte ſolum legi conſentit, quod a Deo data ſit, & ipſum Dominum Judæos (*f. Judæorum*) eſſe exiſtimat, qui legem dedit filiis Iſrael. Docet autem circumcidi, & ſabbatizari, & Chriſtum nondum reſurrexiſſe a mortuis, ſed reſurrecturum annunciat. Apoſtolum Paulum non accipit, Judam traditorem honorat, Evangelium ſecundum Matthæum ſolum accipit, tria Evangelia ſpernit, Actus Apoſtolorum abjicit, beatos Martyres blaſphemat. Hic ſub Apoſtolis quæſtionem ſeditionis commovit, dicens debere circumcidi homines cujus cauſa contra illum, & hæreſim ejus decreverunt de ſuis Actibus Apoſtoli ſententiam, non debere jam homines Judaiſmo, id eſt, circumciſioni, aliiſque talibus ſuperſtitionis vanæ parere carnalibus, qui de gentibus venientes credebant in Chriſtum Dominum noſtrum Salvatorem.

S. August. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, *num.* 8. Cerinthiani a Cerintho, iidemque Merinthiani a Merintho, mundum ab Angelis factum eſſe dicentes, & carne circumcidi oportere, atque alia hujuſmodi legis præcepta ſervari. Jeſum hominem tantummodo fuiſſe, nec reſurrexiſſe, ſed reſurrecturum aſſeverantes. Mille quoque annos poſt reſurrectionem in terreno regno Chriſti, ſecundum carnales ventris & libidinis voluptates, futuros fabulantur; unde etiam Chiliaſtæ ſunt appellati.

Theodoret. *Hæret. fabul. lib.* 2. *num.* 3. Eodem tempore Cerinthus aliam hæreſim inſtituit. Is in Ægypto plurimo tempore verſatus, & in philoſophicis ſcientiis eruditus, venit poſtea in Aſiam, & diſcipulos ſuos de nomine ſuo appellavit. Docuit is autem, unum quidem univerſorum Deum eſſe, non ipſum tamen conditorem eſſe mundi, ſed ſeparatas quaſdam poteſtates, quæ illum penitus ignorant. Jeſum vero, ſicut Hebræi, ſecundum naturam ortum eſſe dixit ex viro & femina, Joſeph nimirum & Maria; temperantia autem & juſtitia, & aliis virtutibus excelluiſſe. Chriſtum autem ſuperne in eum in ſpecie columbæ deſcendiſſe, ac tunc Deum qui ignorabatur prædicaſſe, & quæ ſcripta ſunt miracula feciſſe. Tempore autem paſſionis receſſiſſe Chriſtum, & Jeſum paſſionem ſubiiſſe. Idem etiam revelationes quaſdam confinxit, quaſi eas eſſet contemplatus, & minarum quarumdam doctrinas compoſuit, & regnum Domini terrenum fore dixit, eſumque & potum ſomniavit, & voluptates ſibi finxit, & nuptias & ſacrificia, & dies feſtos, qui Hieroſolymis celebrentur, atque hæc mille annorum ſpatio complenda. Tamdiu enim duraturum Domini regnum putabat. Contra hunc autem ſcripſerunt non modo (*Juſtinus*, *Irenæus*, *Origenes*, & *Euſebius*,) ſed cum illis etiam Cajus, & Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus. Hunc, ut fama eſt, divinus Johannes Evangeliſta lavantem conſpicatus, (accidit enim, ut & ipſe propter infirmam valetudinem balneo uteretur). Fugiamus hinc, ait, ne ſi balneum Cerinthi cauſa ruat, eadem & nos ruina opprimamur.

(F) S. Irenæus *adverſus Hæreſ. lib.* 1. *cap.* 26. Qui autem dicuntur Ebionæi, conſentiunt quidem mundum a Deo factum; ea autem quæ ſunt erga Dominum, non ſimiliter ut Cerinthus & Carpocrates opinantur. Solo autem eo, quod eſt ſecundum Matthæum Evangelio utuntur, & Apoſtolum Paulum recuſant, apoſtatam eum Legis dicentes. Quæ autem ſunt prophetica curioſius exponere nituntur, & circumciduntur, ac perſeverant in his conſuetudinibus, quæ ſunt ſecundum Legem & Judaico charactere vitæ uti, & Hieroſolymam adorant, quaſi domus ſit Dei.

Eusebius *Eccleſiaſt. Hiſtor. lib.* 3. *cap.* 27. Hi ab antiquis cognominati ſunt Ebionæi, quippe qui humiliter admodum atque abjecte de Chriſto ſentirent. Eum enim ſimplicem ac vulgarem, nec aliud quam hominem eſſe cenſebant, qui profectu virtutis juſtus factus fuiſſet; ceterum ex viri cum Maria concubitu procreatum. Porro Legis obſervationem ſibi omnino neceſſariam ducebant, quaſi per ſolam in Chriſtum fidem, vitamque ea ex fide traductam, ſalutem conſequi non valerent. Alii ab his, eodem nomine nuncupati, abſurdam priorum ſententiam refugientes, Chriſtum quidem ex Virgine & ex Spiritu ſancto genitum eſſe non negant, ſed iidem nihilominus cum Chriſtum utpote Deum Verbum ac ſapientiam Patris ante omnia ſubſtitiſſe minime fateantur, in eandem cum prioribus impietatem delapſi ſunt: cum præſertim corporales Legis Moſaicæ cæremonias, perinde ac illi accurate cuſtodiant. Hi Epiſtolas quidem Pauli prorſus rejiciendas eſſe cenſebant, deſertorem illum Legis vocantes: ſolum autem Evangelium illud, quod ſecundum Hebræos dicitur, amplexi, reliqua parvi faciebant. Et Sabbatum quidem aliosque Judaicos ritus non ſecus ac Judæi obſervabant: diebus vero Dominicis eadem quæ nos in memoriam reſurrectionis Domini peragebant. Cujus rei cauſa Ebionæorum cognomen ſortiti ſunt, quo intelligentiæ illorum inopia ſatis indicatur. Sic enim mendici apud Hebræos vocantur.

S. Epiphan. *adv. Hæreſ. lib.* 1. *tom.* 2. *hæreſ.* 30. *n.* 2. Ebion e virili concubitu ac ſemine, puta Joſephi, natum eſſe Chriſtum aſſeruit... Judæorum ritus ac cæremonias amplexus eſt, veluti ſabbatum, ac circumciſionem, ... & hoc adjecit, ut ab externorum hominum tactu ſeſe contineret, utque diebus ſingulis quoties mulierem attigiſſet, ab ejuſque complexu ſurgeret, aqua ſeſe prolueret... Quod ſi ab illa lotione ac merſione rediens in quempiam incurrat, denuo ad abluendum ſeſe, ſæpe etiam cum ipſis veſtimentis regreditur ... Virginitas apud illos (Ebionitas) & caſtitas omnino prohibetur, id quod & ceteræ omnes ejuſmodi hæreſes uſurpant. Hujus factionis exordium poſt Hieroſolymitanæ urbis excidium cœpit. *N.* 3. Qui ejus errorem ſecuti ſunt... alii aliter de Chriſto pronuntiant... Nonnulli enim ex iis Adamum fuiſſe Chriſtum prædicant... Alii e cælo Chriſtum eſſe confitentur, ſed ante omnia creatum, ac ſpiritum eſſe quemdam, Angeliſque præſtare, atque omnium rerum dominatum tenere, appellari porro Chriſtum. Qui cum perpetuam illic habitationem ſortitus ſit, quoties libuerit in hæc infima delabitur, quemadmodum in Adamo deſcendit, & Patriarchis corpore circumfuſus apparuit; velut cum ad Abrahamum, Iſaacum & Jacobum adiit. Idem denique poſtremis temporibus venit, Adami corpore contectus, & homo viſus eſt, & in crucem ſublatus reſurrexit, & aſcendit in cælum. Rurſus ubi libuerit ita ſeſe rem habere negant; in eumque dumtaxat ſeſe ſanctum inſuiſſe ſpiritum, qui eſt ipſe Chriſtus, eumque qui Jeſus vocatus eſt induiſſe ... Evangelium illi quidem ſecundum Matthæum admittunt, quo ſolo Cerinthianorum ... inſtar utuntur, idque ipſum ſecundum Hebræos appellant. (*N.* 13.) Quamquam os integrum quidem illud habent, ſed adulteratum ac mutilum. *N.* 15. Ab animatis omnibus & carnibus, reliquoque omni quod carne conſtet abſtinent ... quod illa e corporum coitu concubituque gignantur. *N.* 16. Ex Chriſtianorum Eccleſiæque imitatione myſteria quædam quotannis celebrant, in quibus panes azymos, & ad alteram myſterii partem meram aquam adhibent. Duos... a Deo conſtitutos aſſerunt, Chriſtum & diabolum. Quorum illi futuri, huic præſentis ſæculi poteſtas eſt commiſſa ... Præterea Apoſtolorum alios actus circumferunt, in quibus plurima ſunt impietatis illorum veſtigia; ajuntque potiſſimum auctoritate libri ad oppugnandam veritatem armantur. *N.* 17. Gloriantur... ſe (*Apoſtolorum*) exemplo ad mendicitatem redigi, ac bonis omnibus abdicare, proindeque paſſim mendicos appellari. *N.* 18. Ebion tametſi in Aſia, ac Romæ errorem ſuum diſſeminaverit, nihilominus ſpinoſorum ſuorum germinum ſtolonumque radices ex Nabathæa atque Paneade potiſſimum trahit, &c.

S. Philastr. Brix. Epiſcop. *Lib. de Hæreſ. in Catal. eorum, qui poſt Chriſti paſſ. hæreſ. arguuntur*, *num.* 9. Ebion diſcipulus Cerinthi, in multis ei ſimiliter errans Salvatorem noſtrum hominem de Joſeph natum carnaliter exiſtimabat, nihilque in eo divinitatis fuiſſe docebat, ſed ſicut omnes Prophetas, ſic & eum gratiam Dei habuiſſe adſerebat, non tamen Dominum majeſtatis, & Dei Patris Filium, cum Patre ſempiternum eſſe credebat, cum divinæ Scripturæ Dominum ſempiternum, cum Patre vero æque ſempiterno ubique teſtentur ac prædicent.

S. Aug. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, *n.* 10. Ebionæi Chriſtum etiam ipſi tantummodo hominem dicunt. Mandata carnalia Legis obſervant, circumciſionem ſcilicet carnis, & cetera, a quorum oneribus per novum Teſtamentum liberati ſumus.

Theo-

hannes Apoſtolus ſuum ſcripſit Evangelium, ut refert S. Hieronymus. (G) G

Hi omnes Hæretici confutati ſunt, vel ab ipſis Apoſtolis, vel a viris Apoſtolicis.

Saturinus & Baſilides addicti fuerunt erroribus, & ineptiis Simonis magi & Menandri, quibus & ipſi multas impietates addidere.

SATURNINUS, vel SATURNILUS primo omnium nuptias & matrimonium damnavit. (H) H

BASILIDES primus docuit Chriſtum non fuiſſe verum hominem, ſed aſſumpſiſſe corpus phantaſticum, nec fuiſſe vere crucifixum. (I) I

Hi

THEODORET. *Hæreſ. fab. lib.* 2. *n.* 1. (*Hæreticæ*) catervæ princeps fuit Ebion, Hebræi vero mendicum ita vocant. Hic unum quidem, ſicut & nos, ingenitum dixit, eumque mundi opificem eſſe docuit: Dominum autem Jeſum Chriſtum ex Joſeph & Maria natum eſſe, qui homo quidem erat, ſed virtute & innocentia omnibus antecellebat, ex Lege autem Moſaica vitam inſtruebat. Solum hi Evangelium ſecundum Hebræos recipiunt, Apoſtolum vero Apoſtatam vocant. Ex his erat Symmachus, qui vetus Teſtamentum ex Hebraica in Græcam linguam tranſtulit.

(G) S. IRENÆUS. *Lib. contra Hæreſ. cap.* 11... Johannes Domini Diſcipulus volens per Evangelii annuntiationem auferre, qui a Cerintho inſeminatus erat hominibus errorem.

S. HIERONYM. *de Scriptoribus Eccleſiaſticis, cap.* 19. Johannes Apoſtolus... noviſſimus omnium ſcripſit Evangelium, rogatus ab Aſiæ Epiſcopis, adverſus Cerinthum, aliosque Hæreticos, & maxime tunc Ebionitarum dogma conſurgens, qui aſſerunt Chriſtum ante Mariam non fuiſſe. Unde & compulſus eſt divinam ejus nativitatem edicere.

(H) 1. TIMOTH. IV. 1. Spiritus autem manifeſte dicit, quia in noviſſimis temporibus diſcedent quidam a fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, 2. in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, 3. prohibentium nubere, (*docentium*) abſtinere a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione, fidelibus, & iis, qui cognoverunt veritatem. 4. Quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: 5. ſanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.

S. IRENÆUS *adverſ. Hæreſ. lib.* 1. *cap.* 22. Saturninus, qui fuit ab Antiochia, quæ eſt apud Daphnem, & Baſilides, occaſiones accipientes, diſtantes doctrinas oſtenderunt, alter quidem in Syria, alter vero in Alexandria. Saturninus quidem ſimiliter ut Menander, unum Patrem incognitum omnibus oſtendit, qui fecit Angelos, Archangelos, Virtutes, Poteſtates. A ſeptem autem quibusdam Angelis mundum factum, & omnia quæ in eo. Hominem autem Angelorum eſſe facturam, deſurſum a ſumma poteſtate lucida imagine apparente, quam cum continere non potuiſſent, inquit, eo quod ſtatim recurrerit ſurſum, adhortati ſunt ſemetipſos, dicentes: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram: qui cum factus eſſet, & non potuiſſet erigi plasma per imbecillitatem Angelorum, ſed quaſi vermiculus ſcarizaret, miſerantem ejus deſuper virtutem, quoniam in ſimilitudinem ejus eſſet factus, emiſiſſe ſcintillam vitæ quæ erexit hominem, & articulavit & vivere fecit. Hanc igitur ſcintillam vitæ, poſt defunctionem recurrere ad ea, quæ ſunt ejusdem generis dicit; & reliqua ex quibus facti ſunt illa reſolvi. Salvatorem autem innatum demonſtravit, & incorporalem, & ſine figura, putative autem viſum hominem: & Judæorum Deum unum ex Angelis eſſe dixit, & propter hoc quod diſſolvere voluerint Patrem ejus omnes principes, adveniſſe Chriſtum ad deſtructionem Judæorum Dei, & ad ſalutem credentium ei; eſſe autem hos, qui habent ſcintillam vitæ ejus. Duo enim genera (hic primus) hominum plasmata eſſe ab Angelis dixit, alterum quidem nequam, alterum autem bonum. Et quoniam dæmones peſſimos adjuvabant, veniſſe Salvatorem ad diſſolutionem malorum hominum & dæmonum ad ſalutem autem bonorum. Nubere autem & generare a Satana dicunt eſſe. Multi autem ex iis, qui ſunt ab eo, & ab animalibus abſtinent, per fictam hujusmodi continentiam ſeducentes multos. Prophetias autem quasdam quidam ab iis Angelis, qui mundum fabricaverint dictas; quasdam autem a Satana, quem & ipſum Angelum adverſarium mundi fabricatoribus oſtendit, maxime autem Judæorum Deo.

EUSEBIUS *Eccleſ. Hiſtor. lib.* 4. *cap.* 7. Ex Menandro... exorta venenata quædam beſtia bilinguis ac biceps, duarum hæreſeon inter ſe diſcrepantium duces conſtituit Saturninum domo Antiochenum, & Baſilidem Alexandrinum; quorum ille quidem in Syria, hic vero apud Ægyptum impiæ doctrinæ ſcholas condidit. Et Saturninum quidem eadem fere cum Menandro ementitum eſſe declarat Irenæus.

S. EPIPHAN. *adv. Hæreſ. lib.* 1. *tom.* 2. *hæreſ.* 23. *n.* 1. Saturnilus... erroris argumenta a Menandro ac prioribus accepit. Hic in Syria degens, Antiochiæ ſcilicet ad Daphnen.. perinde ac Menander mundum ab Angelis factum eſſe prædicabat. Præterea unum eſſe Patrem ignotum, qui Virtutes, Principatus, & Poteſtates creaverit. Porro Angelos a ſuperiori virtute deſciviſſe: ex quibus ſeptem mundum, & quæ mundo ſunt comprehenſa condiderint, ejusque mundi ſuam quemque Angelum partem eſſe ſortitum. Eosdem tamen in unum convenientes aiebat cum id in eorum animos incidiſſet, communiter hominem ad illius imaginem effinxiſſe vocis, quæ furtim e cælo prodierat. Quam obiter conſpectam, & ſubinde recurrentem cum detinere minime potuiſſet, imitari voluiſſe: nec aliam fabricandi hominis occaſionem illos habuiſſe. Cum enim ſuperne lumen illud emicuiſſet, ea res Angelos ipſos excitavit; qui cæleſtis ſimilitudinis exprimendæ deſiderio, hominis figmentum elaborare conati ſunt.. Ceterum edito in lumen homine, Angelos ait præ imbecillitate ſua perficere opus minime quiviſſe; proinde in ſolo jacentem ac ſubſultantem reptantis inſtar vermiculi, neque erigere ſe, neque aliud quicquam agere potuiſſe, donec virtus illa cæleſtis hoc proſpiciens, atque ob imaginem ſuam atque effigiem hominis miſerta, vis ſuæ ſcintillam immiſit; qua & illum erexit, & vitam impertiit. Nimirum per ſcintillam iſtam humanam animam intelligunt. Atque ideo ſervari, ait, omnino ſcintillam hanc oportet, perire vero quidquid hominis proprium eſt; quod tum accidit, cum id quod e cælo delapſum eſt definito temporis intervallo ſurſum evolat; ſimiliterque quod infimum eſt eo unde prodierat regreditur. Quod ad Chriſtum attinet, ejusdem impoſtoris eſt dogma: cum ſola illum hominis figura atque effigie veniſſe, omniaque ab eo ſpecie tenus perfecta; cujusmodi fuit naſci, ambulare, videri, pati. *N.* 2. Saturnilus unum ex iis quos conſtituit Angelis fuiſſe Judæorum Deum exiſtimat: ac tam hunc, quam illum a ſua virtute deſciviſſe. Salvatorem vero de communi virtutum ſententia a Patre miſſum, ut & Judæorum Deum in ordinem redigeret, & iis qui ſibi crederent ſalutem afferret. Ejusmodi eſſe ſectæ illius homines, qui cæleſtis illius parentis ſcintillam habeant. Duos quippe homines principio eſſe factos, bonum unum, alterum malum: a quibus duplex item genus hominum, bonum ſcilicet ac malum in mundo proſeminatum eſt. Et quoniam dæmones malis opitulabantur, ideo poſtremis, ut ante dixi, temporibus ad bonos homines ope ſua ſublevandos, malosque cum dæmonibus profligandos Salvator advenit. Jam uxores ducere, liberosque gignere ab Satana eſſe circulator idem pronuntiat. Quamobrem plerique ex horum diſciplina animatis omnibus abſtinent... De prophetarum oraculis ita veneficus ille diſputat, ea partim a mundi opificibus Angelis, partim a Satana profecta.

S. PHILASTR. Brix. Epiſc. *Libr. de Hæreſ. in Catal. eorum qui poſt Chriſti paſſ. hæreſ. arguuntur, num.* 3. Saturninus quidam paulo poſt (*Menandrum*) & ipſe ſumens inde ſomenta doctrinæ mortiferæ, aſſerebat mundum ab Angelis factum, & diſtare Angelos a virtute illa, & mundum eſſe diviſum per ordinem Angelis, & cogitaſſe eos ut facerent hominem: fecerunt itaque hominem: & opus, inquit, ipſorum erat homo: De virtute enim ſuperna lumen dicunt fuiſſe dimiſſum, quod illuminavit mundum iſtum, & ad concupiſcentiam adduxit Angelos, ſtatimque adſcendit in cælum. At illi cupidi ipſius luminis facti, virtutem ejus videre cupiebant: non prævalentes autem, ad invicem dixerunt: Faciamus hominem ſecundum imaginem & ſimilitudinem noſtram: & facto homine, quia impotens erat, ſalvari non potuit. Videns itaque virtus ſuperna, quod illi hoc fecerunt, miſit ſcintillam, quæ correxit hominem & ſuſcitavit,

tavit,

Digitized by Google

Hi validiſſime confutati ſunt a SS. Patribus, qui eo ſæculo floruere, præſertim S. Irenæo in libris adverſus hæreſes, & S. Clemente Alexandrino in libris Stromatum.

Sæ-

tavit, & fecit eum vivere. Scintillam itaque volunt ſalvari, alia autem virtutibus illis quæ fecerunt dimitti, ac derelinqui ſuſpicantur: Chriſtum umbratiliter apparuiſſe affirmant, non carnem hominis veram & animam accepiſſe, atque omnem œconomiam myſterii Salvatoris ita compleſſe.

S. Aug. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, *num.* 3. Saturniani a quodam Saturnino, qui turpitudinem Simonianam in Syria confirmaſſe perhibetur: qui etiam mundum ſolos Angelos ſeptem præter conſcientiam Dei Patris feciſſe dicebat.

Theodoret. *Hæret. fab. lib.* 1. *num.* 2. (*Menandrum*) hunc habuere magiſtrum Saturninus, & Baſilides: quorum ille Antiochiam ad Orontem fluvium ſitam patriam ſibi eſſe prædicabat, Baſilides vero Alexandriam: qui & magiſtro & ſibi invicem contrarias fabulas confinxere. Ambo autem Hadriani Cæſaris tempore fuerunt.

N. 3. Ego vero Saturnili primum fabulas exponam. Hic, quemadmodum Menander, unum dixit eſſe Patrem prorſus ignotum, & hunc Angelos creaſſe, aliaſque poteſtates. Septem autem ex horum numero mundum condidiſſe, hominemque finxiſſe, & hoc illos dixiſſe, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Cumque figmentum erigi non poſſet, ſed vermis inſtar ſerperet, miſerta, inquit, divina potentia vitæ ſcintillam immiſit, & imperfectum hominem perfecit. Hanc autem vitæ ſcintillam, poſt diſſolutionem animalis, reverti ad potentiam quæ miſerat. Servatorem vero Dominum non ſolum non factum eſſe dixit, ſed etiam ingenitum & incorporeum, & informem. Specie autem potius quam rei veritate hominibus apparuiſſe. Judæorum Deum dixit unum ex Angelis fuiſſe. Deinde commenti oblitus (ingenitum enim Servatorem appellarat) Patrem Chriſti ait, cum una cum aliis Angelis Judæorum quoque Deum deſtruere vellet, Chriſtum miſiſſe in mundum ad ſalutem hominum, qui in ipſum credunt. Duas hominum docet eſſe differentias, & alios quidem bonos, alios malos eſſe & hanc in natura ſortitos eſſe differentiam. Cumque mali dæmones malis auxiliarentur, venit, inquit, Servator ut bonis ſubveniret. Nuptias hic primus omnium diaboli doctrinam appellavit. Jubet autem & ab animatis abſtinere. Prophetias vero, alias a mundi opificibus Angelis prolatas dixit, alias a Satana: atque hunc Angelum eſſe, qui Deo Judæorum præcipue adverſatur.

(I) Irenæus. *adv. Hæreſ. lib.* 1. *cap.* 23. Baſilides autem, ut altius aliquid & veriſimilius adinveniſſe videatur in immenſum extendit ſententiam doctrinæ ſuæ, oſtendens Nun primo, ab innato natum Patre, ab hoc autem natum Logon, deinde a Logo Phroneſin, a Phroneſi autem Sophiam & Dynamin, a Dynami autem & Sophia Virtutes & Principes & Angelos, quos & primos vocat, & ab iis primum cælum factum. Dehinc ab horum derivatione alios item factos, aliud cælum ſimile priori feciſſe, & ſimili modo ex eorum derivatione cum alii facti eſſent antitypi eis qui ſuper eos eſſent, aliud tertium deformaſſe cælum, & a tertio deorſum deſcendentium quartum, & deinceps. Secundum eum modum alteros & alteros principes, & Angelos factos eſſe dicunt, & cælos 365. quapropter & tot dies habere annum ſecundum numerum cælorum. Eos autem qui poſterius continent cælum Angelos, quod etiam a nobis videtur, conſtituiſſe ea quæ ſunt in mundo omnia, & partes ſibi feciſſe terræ, & earum quæ ſuper eam ſunt gentium. Eſſe autem principem ipſorum eum, qui Judæorum putatur eſſe Deus. Et quoniam hic ſuis hominibus, id eſt Judæis, voluit ſubigere reliquas gentes, reliquos omnes Principes contra ſtetiſſe ei & contra egiſſe. Quapropter & reliquæ reſiluerunt gentes ejus genti. Innatum autem, & innominatum Patrem videntem perditionem ipſorum miſiſſe primogenitum Nun ſuum, & hunc eſſe qui dicitur Chriſtus, in libertatem credentium ei, a poteſtate eorum qui mundum fabricaverunt. In gentibus ipſorum autem apparuiſſe eum in terra hominem, & virtutes perfeciſſe. Quapropter neque paſſum eum, ſed Simonem quemdam Cyreneum angariatum portaſſe crucem ejus pro eo: & hunc ſecundum ignorantiam, & errorem crucifixum transfiguratum ab eo, uti putaretur ipſe eſſe Jeſus: ipſum autem Jeſum Simonis accepiſſe formam, & ſtantem irriſiſſe eos. Quoniam enim virtus incorporalis erat æterna innati Patris, transfiguratum quemadmodum vellet, & ſic aſcendiſſe ad eum, qui miſit eum deridentem eos, cum teneri non poſſet, & inviſibilis eſſet omnibus, & liberatos igitur eos qui hæc ſciant a mundi fabricatoribus principibus, & non oportere confiteri eum, qui ſit crucifixus, ſed eum qui in hominis forma venerit, & putatus ſit crucifixus, & vocatus ſit Jeſus, & miſſus a Patre uti per diſpoſitionem hanc opera mundi fabricatorem diſſolveret. Si quis igitur, ait, confitetur crucifixum, adhuc hic ſervus eſt & ſub poteſtate eorum qui corpora fecerunt: qui autem negaverit, liberatus eſt quidem ab eis, cognoſcit autem diſpoſitionem innati Patris. Animæ autem ſoli eſſe ſalutem: corpus enim natura corruptibile exiſtit. Prophetias autem, & ipſas mundi fabricatoribus fuiſſe ait principibus, proprie autem Legem a principe ipſorum, eum qui eduxerit populum de terra Ægypti. Contemnere autem & idolothyta & nihil arbitrari, ſed ſine aliqua trepidatione uti eis. Habere autem, & reliquarum operationum uſum indifferentem, & univerſæ libidinis. Utuntur autem & hi magia, & incantationibus & invocationibus, & reliqua univerſa parerga: nomina quoque quædam affingentes quaſi Angelorum, annunciant hos quidem eſſe in primo cælo, hos autem in ſecundo, & deinceps nituntur 365. ementitorum cælorum & nomina & principia & Angelos, & virtutes exponere. Quemadmodum & mundi nomen, in quo dicunt deſcendiſſe & aſcendiſſe Salvatorem, eſſe Caulaucau. Igitur qui hæc didicerit, & Angelos omnes cognoverit, & cauſas eorum, inviſibilem & incomprehenſibilem eum Angelis & poteſtatibus univerſis fieri, quemadmodum & Caulaucau fuiſſe. Et ſicut Filium incognitum omnibus eſſe, ſic & ipſos a nemine oportere cognoſci, ſed cum ſciant ipſi omnes, & per omnes tranſeant, ipſos omnibus inviſibiles & incognitos eſſe. Tu enim, ajunt, omnes cognoſce, te autem nemo cognoſcat. Quapropter & parati ſunt ad negationem qui ſunt tales, imo & magis ne pati quidem propter nomen poſſunt, cum ſint omnibus ſimiles. Non autem multos ſcire poſſe hæc, ſed unum a mille & duo a myriadibus. Et Judæos quidem jam non eſſe dicunt, Chriſtianos autem nondum: & non oportere omnino ipſorum myſteria effari, ſed in abſcondito continere per ſilentium. Trecentorum autem ſexaginta quinque cælorum locales poſitiones diſtribuunt ſimiliter ut Mathematici. Illorum enim theoremata accipientes, in ſuum characterem doctrinæ tranſtulerunt: eſſe autem principem illorum ἀβραξας, & propter hoc 365. numerum habere in ſe.

Euſebius *Eccleſ. Hiſtor. lib.* 4. *capit.* 7. Declarat Irenæus Baſilidem ſpecie arcanorum quorumdam, portentoſas fabulas commentum, opinionis impiæ machinamenta in immenſum extendiſſe. Porro cum eodem tempore plurimi Eccleſiaſtici viri patrocinium veritatis ſuſciperent,.. nonnulli etiam aſſertiones ſuas ſcriptis proditas, tanquam remedia ad cavendas ſupradictas hæreſes comparata, poſteris reliquerunt. Ex quibus pervenit ad nos Agrippæ Caſtoris, Scriptoris ea ætate nobiliſſimi validiſſima adverſus Baſilidem confutatio: in qua hominis præſtigiæ ac fraudes deteguntur. Dumque cuncta ejus arcana profert in lucem, quatuor & viginti libros in Evangelium ab eo conſcriptos eſſe memorat, ipſumque ſibi Prophetas confinxiſſe Barcabam, & Barcoph, aliosque nonnullos qui nunquam extitiſſent: iiſque barbara quædam nomina impoſuiſſe, ad percellendos eorum animos qui hujuſmodi rerum admiratione capiuntur. Ait præterea illum docere, quod indifferens ſit victimas Diis immolatas deguſtare, & perſecutionum tempore licenter fidem abnegare. Sectatoribus quoque ſuis Pythagoreorum more ſilentium quinquennii eum indicere affirmat.

S. Epiphan. *adverſus Hæreſ. lib.* 1. *tom.* 11. *hæreſ.* 24. *num.* 1. Baſilides in Egyptum profectus, ibidem commoratus eſt. Inde in Proſopiticam, & Athribiticam præfecturam ſeceſſit; atque etiam in Saitica, & Alexandriæ verſatus eſt in Alexandrinoque agro, ſive Nomo. Sic enim Ægyptii cujuſque civitatis agrum, ac circumjacentem regionem nominant... Ejuſmodi igitur in locis is, quem diximus, circulator degebat, e quibus quantum apparet, hæc ipſa quæ in hanc diem viget illius hæreſis profluxit, quæ ab ejus diſciplina occaſionem atque originem accepit. Qui quidem præſtigiatore illo

ſuo

ſuo condiſcipulo, quem in Syria reliquerat, majora multo prædicare cœpit, ut ſublimioribus quam ille tractandis dogmatibus majorem auditoribus ſuis fucum faceret, iisdemque impenſius arrideret, ac plures ſodali ſuo Saturnilo ſectatores colligeret. Itaque fabuloſis quibusdam adjectis ſomniis, hunc in modum exorſus eſt. Sed ut quod res eſt dicam, non ille per ſeſe, ac ſuopte ingenio dira illa ac peſtifera dogmata primus excogitavit; ſed a Saturnilo ac Simone Mago, erroris argumenta mutuatus eſt... Erat, inquit, ingenitum unum principium, qui ſolus eſt omnium parens, ab hoc procreata mens; a mente verbum; ab hoc prudentia, a qua virtus & ſapientia prodiit. Ab utraque porro Principatus, Poteſtates & Angeli. Deinde virtutes Angelique iſti primum ac ſupremum cælum moliti, Angelos rurſum alios propagarunt: qui & ipſi ſecundum cælum fabricati ſunt, & alios inſuper Angelos produxerunt. Hi tertium adjecere cælum: atque ita ſingulatim uno poſt aliud cælo identidem conſtituto ad CCCLXV. perficiunt, quos a primo ſupremoque ad id quod nobis citimum eſt enumerant...

N. 2. Præterea magicis artibus idem impoſtor ac præſtigiis perpetuo fuit addictus. Qui ab Angelis citimo huic cælo proximoque nobis attributis, ac virtute quæ iſtic reſidet, extera poſtmodum inferiora cenſet hæc omnia. Horum ex Angelorum numero unum conſtituit Deum, quem ut ab aliis diſtinguat Judæis dumtaxat præponit, atque eumdem ipſum in eorum Angelorum ordinem refert, quibus hiſtrionico more certas appellationes indidit. Ab illo vero formatum hominem docet; quo cum ceteri univerſam in Angelorum multitudinem ſortito mundum diſtribuerunt: ex quo factum eſt, ut illi Judæorum genus obvenerit. Sic omnipotentem ille Dominum verum ac ſolum Deum, nec alium contumelioſe appetens, (nos enim eumdem Domini noſtri Jeſu Chriſti Patrem confitemur) hunc inquam abnegans, unum ex iis quos appellat Angelis conſtituit, ut eſt a nobis oſtenſum. Ergo Judæos ſortito illi contigiſſe tradit: quem & longe reliquis Angelis præfractiorem eſſe, ac virium ſuarum audacia fretum, Iſraelitas ex Ægypto liberaſſe, quod ceteris ad audendum paratior, pervicaciorque foret. Atque ex eadem arrogantia factum eſt, uti per ſummam in Deum maledicentiam præſtigiator ille narrat, idem ut Judæorum Deus reliquas nationes ſuis ipſis Iſraelitis vellet ſubjicere, eamque ob cauſam bella concitaret. Sunt & alia plura quæ laxata contra Deum lingua, elatoque ore miſerrimus homuncio jactare non eſt veritus. Veluti cum addit; propterea nationes reliquas cum Judæorum gente bella geſſiſſe, eamque plurimis affeciſſe malis: ob aliorum Angelorum videlicet invidiam, qui quod ab illo contemni ſe viderent commoti, ſuam quisque gentem contra Iſraelitas impulerunt. Indeque factum eſt, ut perpetua in hos bella, tumultusque concitati fuerint... Qui etiam de Chriſto perinde ſentit, ſpecie tenus dumtaxat mortalibus apparuiſſe. Quippe quod in eo cernebatur, nihil præter imaginem fuiſſe; neque vero aut hominem extitiſſe, aut carnem induiſſe. Subjicit & aliam velut in ſcena fabulam ſecundus hiſtrio, cum de Chriſti cruce diſputat. Negat enim Jeſum eſſe paſſum, ſed vicarium ei Simonem Cyrenæum ſubſtituit. Quo enim tempore Hieroſolymis Dominus ejectus eſt, ut in Evangelio ſcriptum eſt, angariaverunt Simonem quemdam Cyrenæum ut ferret crucem. Ex quo cavillandi, concinnandique fabulam ſuam occaſionem arripuit: nimirum Chriſtum Simonem, cum is crucem portaret, in ſuam commutaſse, ejusque viciſſim induiſse formam: itaque Simonem ad crucis ſupplicium ſuo loco tradidiſse. Qui dum in cruce ſuffigitur, Jeſum a nemine conſpectum, eosque qui Simonem ſuffigerent deridentem ex adverſo conſtitiſse. Tum ad ſuperos eſse ſubventum, cum pro ſe figendum Simonem ſubſtituiſset, nihil adeo perpeſſum in cælum evolaſse. Interea Simon, non Chriſtus in crucem ſublatus eſt. Jeſus enim (ait) in cælum evectus, virtutes omnes penetravit, donec ad Patrem ſuum reverſus eſt. Hic enim eſt Patris ille commemoratus ante Filius, qui ad opem humano generi ferendam ſubmiſsus eſt, propter eam quam inter homines perinde atque Angelos perturbationem cæleſtis Pater animadverterat. Atque idem (inquit) ſalus eſt noſtra qui in mundum venit, ſolisque nobis hanc rei veritatem aperuit. Tales ſunt a nebulone iſto concinnatæ fabulæ. Deinceps vero progreſsum illa impuritate capiente, cujus author Simon fuit, nullum non pravitatis, libidinisque genus obeundum diſcipulis permittit: virorumque ac mulierum promiſcuos concubitus, & ſceleratorum dogmatum congeriem ſectatoribus ſuis proponit...

N. 3. Ait Martyrium obire nequaquam oportere: qui enim id faciat, mercede cariturum; cum in ejus qui hominem condidit gratiam iſtud ſuſcipiat: & tamen Simonem qui ſuſpenſus in cruce ſit martyrium reſeratur.. Ex illud admonet, ut de Parte dumtaxat, arcanoque ſuo nemini ſignificent, ſed tacitum apud ſe retineant, aut uni ſaltem e millibus, ac duobus ex decem millibus aperiant. Quin & ſuis diſcipulis ita præcipit. Date, inquit, operam ut omnia cognoſcatis, nemo vero vos cognoſcat. Ceterum tam ipſe, quam qui ejus ſectam amplexi ſunt, quoties interrogantur Judæos quidem ſe eſse negant, Chriſtianos vero nondum fuiſse. Sic abnegare perpetuo fidem, eamque apud ſe cuſtodire, nec ulli patefacere ſuos inſtituit; quod nimirum ſuſpectam habeat ipſe turpitudinem ſuam... Admodum vero ſtolidus eſt eum a virtute productam mentem aſserit, a mente verbum; ab hoc prudentiam: hanc virtutem ſapientiamque peperiſse: a quibus poteſtates & virtutes Angelique prodierint. Sed his omnibus ſuperiorem quamdam vim ſtatuit, ac principium, quod Abraſax appellat, ideo quod ejus vocis literæ 365. numerum efficiunt: atque ex eo confictam illam ſuam de 365. cælis fabulam comprobare nititur. Quibus cælis totidem ex Mathematicis rationibus ſitus ac locorum deſcriptiones accommodare omni ope ac ſtudio contendit... Eadem vero, inquit, hæc cauſa eſt cur in homine 365. membra ſint, ut quælibet illarum virtutum ſuum ſibi vendicare poſſit.

S. Philastru Brix. Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Catal. eorum qui poſt Chriſti paſſ. hæreſ. arguuntur*, *n.* 4. Baſilides, qui & Hæreſiarches dicitur a multis, quia de Lege & Prophetis, & Apoſtolis proponendo & loquendo, ſentiendo autem aliter, jura violabat Chriſtianæ veritatis, cum veniſset in Ægyptum, docebat ita definiens: de innato & ſolo Deo natum fuiſse intellectum, de intellectu verbum, de verbo ſenſum, de ſenſu autem virtutem & ſapientiam, de virtute autem & ſapientia principatus & poteſtates & Angelos factos diverſos. Ipſi enim Angeli fecerunt, inquit, cælum, poſt illos alii Angeli fecerunt cælum, ita ex aliis alii prolati fecerunt ſerſum cælum, qui ſecundum ordinem; & alii, inquit, fecerunt trecentos ſexaginta quinque cælos: & imponis virtutibus illis nomina Angelica, & ipſe magiis vacans itidem multos imperitos decepit. Hominem autem ab Angelis factum aſserit: Dominum etiam verum omnipotentem, & eam audet Angelum dicere, & accepiſse genus Judæorum in hæreditatem, & eduxiſse eos de terra Ægypti. Hic ergo audacior factus, elatus eſt, inquit, adverſus ceteros Angelos, & volens in ſubjectione habere alios, habuit contrarias gentes, quas commoverunt virtutes inimicæ ejus. Ideo & contra Judæos diverſæ gentes, inquit, ſurrexerunt. Chriſtum autem dicit quaſi per umbram putative paſsum fuiſse. Simonem etiam Cyrenæum pro eo ad paſſionem veniſse affirmat: ipſe enim, inquit, portavit ejus crucem. Hic enim male permittit vivere, & dat licentiam vitiis ſecularibus inhærere: prohibet etiam pati martyrium homines pro nomine Chriſti, dicens ita, Ignoras quid deſideras: non enim paſſus eſt, inquit, Chriſtus, neque crucifixus eſt: quomodo itaque potes, inquit, confiteri hunc crucifixum, cum non ſit crucifixus, & ignoras, qui paſsus ſit.

S. Aug. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, *n.* 4. Baſilidiani a Baſilide, qui hoc diſtabat a Simonianis, quod trecentos ſexaginta quinque cælos eſse dicebat, quo numero dierum annus includitur. Unde etiam quaſi ſanctum nomen commendabat, quod eſt ἀβραξάξ, cujus nominis literæ ſecundum Græcam ſupputationem eumdem numerum complent. Sunt enim ſeptem α, & β, & ρ, & α, & σ, & α, & ξ: id eſt unum, & duo, & centum, & unum, & ducenta, & unum, & ſexaginta: quæ fiunt in ſumma trecenta ſexaginta quinque.

Theodoret. *Hæret. fab. lib.* 1. *num.* 4. Baſilides vero fabulas iſtas (*Saturnini*) ut leves contemnens, alias magis impias confinxit. Dixit enim ingenitum primam omnium mentem genuiſse, ex mente autem proceſſiſse Verbum, ex Verbo prudentiam, ex prudentia, ſapientiam & potentiam, ex his Angelos & Archangelos, hos vero cælum condidiſse. Ex horum porro defluxu productos alios Angelos aliud cælum fecisse primo conſimile, rurſum ex horum defluxu alios natos fabricaſse, hos etiam aliud cælum, & qui ex his nati ſunt aliud rurſus, & usque ad trecenteſimum ſexageſimum quintum duraſſe hunc defluxum, cælorumque fabricationem. Ultimum autem cælum, quod a nobis cernitur, inhabitantes Angelos mundum condidiſse, terræque dominium partitos eſse: unum porro Judæorum adminiſtrationem ſortitum eſse, & hunc aliis

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 10.

SÆCULUM SECUNDUM.

Sæculum ſecundum plures tulit Hæreticos: Præcipui fuere Gnoſtici, Valentiniani, Marcionitæ, Montaniſtæ & Encratitæ.

GNOSTICI, quorum parens Carpocrates, priorum Hæreticorum errores & impietatem & figmenta ſecuti, omne libidinis & turpitudinis genus exercebant: Chriſtum purum fuiſſe hominem mentiebantur. Turpe eſſet, & ſupervacaneum omnia eorum commenta, & flagitia commemorare. (A) Quibus auditis Ethnici hæc omnibus omnino Chriſtianis, falſa opi- A

aliis imperare. Huic, cum genti ſuæ ſubjicere omnes alios vellet, principes alios reſtitiſſe. Ingenitum vero, cum hæc videret, primogenitum intellectum ſuum miſiſſe, quem Chriſtum quoque appellavit, ut eos ſervaret qui credere vellent. Hunc autem minime paſſum eſſe ait, ſed Simonem Cyrenæum paſſionem ſuſtinuiſſe, cum Chriſtus eſſe putaretur: Chriſtum vero eminus ſpectantem Judæorum inſaniam deriſiſſe, tum deinde ad eum qui eum miſerat receſſiſſe. Credere autem oportere dicebat, non in crucifixum, ſed in eum qui viſus erat crucifigi. Sic enim, inquit, fieri poterit, ut a mundi conditorum poteſtate liberentur. Negavit hic etiam carnis reſurrectionem, & prophetias quoque ab Angelis factas eſſe dixit, Legem vero latam a principe Judæorum. Immolatis ſecure veſci præcepit, vetitasque actiones nullo diſcrimine peragere. Iidem, ſicut Menandri & Simonis diſcipuli, incantationibus & præſtigiis, omnisque generis impoſturis utuntur. Angelorumque nomina comminiſcentes, alios primum cælum habere dixerunt, alios ſecundum, atque ita deinceps usque ad quintum, & ſexageſimum ſupra trecentos. Servatorem autem & Dominum Caulacaum vocant. Hæc porro ineffabilia eſſe dicunt, nec ab omnibus, ſed ab uno ex mille capi aut comprehendi poſſe, Principem autem illorum eſſe, Abraſax, quia nominis ſupputatio trecentorum ſexaginta quinque cælorum numerum deſignat. Habuit etiam Prophetas ſuos Baſilides Barcabam, & Barcoph, & alios quosdam æque barbaros. Sed & alias his tetriores fabulas finxit, quas ne lectores offenderem non adjeci... Contra hos autem decertant Agrippas cognomento Caſtor, & Irenæus & Clemens Stromateus, & Origenes pro veritate dimicantes.

(A) S. IRENÆUS *adv. Hæreſ. l. 1. c. 24.* Carpocrates autem & qui ab eo, mundum quidem & ea quæ in eo ſunt ab Angelis multo inferioribus ingenito Patre factum eſſe dicunt. Jeſum autem e Joſeph natum, & qui ſimilis reliquis hominibus fuerit, diſtaſſe a reliquis ſecundum id, quod anima ejus firma & munda cum eſſet, commemorata fuerit quæ viſa eſſent ſibi in ea circumlatione, quæ fuiſſet in ingenito Deo: & propter hoc ab eo miſſam eſſe ei virtutem, uti mundi fabricatores effugere poſſet, & per omnes tranſgreſſa, & in omnibus liberata, aſcenderet ad Deum, & ea quæ ſimilia ei amplecteretur ſimiliter. Jeſu autem dicunt animam in Judæorum conſuetudine nutritam contempſiſſe eos, & propter hoc virtutes accepiſſe, per quas evacuavit quæ fuerunt in pœnis paſſiones, quæ inerant hominibus. Ea igitur, quæ ſimiliter atque illa Jeſu anima, poteſt contemnere mundi fabricatores Archontas, ſimiliter accipere virtutes ad operandum ſimilia. Quapropter & ad tantum elationis provecti ſunt, ut quidam quidem ſimiles ſe eſſe dicant Jeſu: quidam autem adhuc, & ſecundum aliquid illo fortiores, qui ſunt diſtantes amplius quam illius diſcipuli, ut puta quam Petrus & Paulus, & reliqui Apoſtoli. Hos autem in nullo deminorari a Jeſu. Animas enim ipſorum ex eadem circumlatione devenientes, & ideo ſimiliter contemnentes mundi fabricatores, eadem dignas habitas eſſe virtute, & rurſus in idem abire. Si quis autem plus quam ille contempſerit ea, quæ ſunt hic, poſſe meliorem quam illum eſſe. Artes enim magicas operantur & ipſi & incantationes, philtra quoque & chariteſia & paredros & oniropompos & reliquas malignationes, dicentes ſe poteſtatem habere ad dominandum jam principibus, & fabricatoribus mundi hujus, non ſolum autem, ſed & his omnibus, quæ in eo ſunt facta.... Sed vitam quidem luxurioſam, ſententiam autem impiam ad velamen malitiæ ipſorum (*Chriſtianorum*) nomine abutuntur, quorum judicium juſtum eſt, recipientium dignam ſuis operibus a Deo retributionem: & in tantum inſania effrænati ſunt, uti & omnia quæcunque ſunt irreligioſa, & impia poteſtatem habere operandi ſe dicant. Sola enim humana opinione negotia mala, & bona dicunt. Et utique ſecundum tranſmigrationes in corpora oportere in omni vita, & in omni actu fieri animas, ſi non præoccupans quis in uno adventu omnia agat ſemel ac pariter: quæ non tantum dicere, & audire non eſt fas nobis, ſed ne quidem in mentis conceptionem venire, nec credere ſi apud homines converſantes, in his quæ ſunt ſecundum nos civitates tale aliquid agitatur, uti ſecundum quod ſcripta eorum dicunt, in omni uſu vitæ factæ animæ ipſorum exeuntes in nihilo adhuc minus habeant. Ad operandum autem in eo, ne forte propter eam, quod deeſt liberati aliqua, recogantur iterum mitti in corpus, propter hoc dicunt Jeſum hanc dixiſſe parabolam. *Cum es cum adverſario tuo in via, da operam ut libereris ab eo, ne forte te det judici, & judex miniſtro, & miniſter mittat te in carcerem: Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas noviſſimum quadrantem.* Et adverſarium dicunt unum ex Angelis, qui ſunt in mundo, quem diabolum vocant, dicentes factum eum ad id ut ducat eas, quæ perierunt animas in mundo ad principem. Et hunc dicunt eſſe primum ex mundi fabricatoribus, & illum altero Angelo, qui miniſtrat ei, tradere tales animas, uti in alia corpora includat: Corpus enim innuunt eſſe carcerem. Et id quod ait, *non exies inde quoad noviſſimum quadrantem reddas*, interpretantur, quaſi non exeat quis a poteſtate Angelorum eorum, qui mundum fabricaverunt, ſed ſit tranſcorporatum ſemper quoadusque in omni omnino operatione, quæ in mundo eſt, fiat: & cum nihil defuerit ei, tum liberatam ejus animam elevari ad illum Deum, qui eſt ſupra Angelos mundi fabricatores. Sic quoque ſalvari & omnes animas, ſive ipſæ præoccupantes in uno adventu in omnibus miſceantur operationibus, ſive de corpore in corpus tranſmigrantes, vel immiſſæ in unaquaque ſpecie vitæ adimplentes & reddentes debita, liberari, uti jam non fiant in corpore.

Et, ſi quidem fiant hæc apud eos, quæ ſunt irreligioſa & injuſta & vetita, ego nequaquam credo. In conſcriptionibus autem illorum ſic conſcriptum eſt, & ipſi ita exponunt, Jeſum dicentes in myſterio Diſcipulis ſuis & Apoſtolis ſeorſum locutum, & illos expoſtulaſſe ut dignis & aſſentientibus ſeorſum hæc traderent, per fidem enim & caritatem ſalvari. Reliqua vero indifferentia cum ſint, ſecundum opinionem hominum quædam quidem bona, quædam autem mala vocari, cum nihil natura malum ſit.

Alii vero ea ipſis ſignant, cauteriantes ſuos diſcipulos in poſterioribus partibus extantiæ dextræ auris. Unde & Marcellina, quæ Romam ſub Aniceto venit, cum eſſet hujus doctrinæ, multos exterminavit. Gnoſticos ſe autem vocant. Etiam imagines quasdam quidem depictas, quasdam autem & de reliqua materia fabricatas habent, dicentes formam Chriſti factam a Pilato, illo in tempore quo fuit Jeſus cum hominibus, & has coronant & proponunt eas cum imaginibus mundi Philoſophorum, videlicet cum imagine Pythagoræ & Platonis & Ariſtotelis & reliquorum, & reliquam obſervationem circa eas ſimiliter ut gentes faciant.

Lege etiam ejusdem S. IRENÆI *cap. 24. lib. 1. adverſ. Hæreſ. ubi fuſiori ſtylo Gnoſticorum fabulas deſcribit.*

EUSEBIUS *Eccleſ. Hiſtor. lib. 4. cap. 7.* Carpocratem quemdam iisdem vixiſſe temporibus ſcribit Irenæus, alterius ſectæ, quæ Gnoſticorum dicitur, conditorem. Hi magicas Simonis præſtigias non clam ut ille, ſed palam ac publice tradendas eſſe cenſebant: & philtris arte magica curioſe elaboratis, paredris quoque & ſomniorum immiſſoribus quibusdam ſpiritibus, aliisque hujusmodi maleficiis tanquam maximis ac pulcherrimis rebus gloriabantur. Conſequenter etiam docebant, quicumque ad perfectionem myſteriorum, ſeu potius flagitiorum quæ apud ipſos agebantur, pervenire vellent, eos turpiſſima quæque perpetrare oportere: quippe qui mundi hujus principes ac rectores, ut ipſi vocant, aliter evitare non poſſent, niſi unicuique eorum debita munera per obſceniſſimam libidinem perſolviſſent.

S. EPIPHAN. *adverſus Hæreſ. lib. 1. tom. 2. hæreſ. 26. num. 1.* Iſti cum Nicolao conjuncti, & ab eo velut ſubventaneo ſerpentis ovo ſcorpii, ſive aſpidibus prognati, quædam nobis inaniter ſonantia nomina, h-

Digitized by Google

libroſque commenti ſunt: velut inter ceteros quem Noriam appellant, atque ex ſuperſtitioſis Gentilium opinionibus conformatis ad inſtitutum ſuum nugis illis ac fabulis veritati mendacium admiſcent. Quippe Noriam illam Noemi conjugem faciunt: quam idcirco Noriam vocant, ut quæ a Gentilibus concinnata ſunt barbaris vocibus diſſimulantes circumventis a ſe hominibus facilius illudant: quo quidem pacto, ut Pyrrhæ vocabulum interpretando redderent, Noriæ appellationem indiderunt... Cum enim, inquiunt, in arca eſſe cum Noemo cuperet, numquam id ei permiſsum eſt; quod eam princeps mundi conditor una cum ceteris omnibus diluvio vellet extinguere. Ergo hæc inſidens arcæ non ſemel ac ſecundo, ſeu ſæpius, adeoque tertio illam incendit. Quo factum eſt, ut ad complures annos a Noemo hæc arcæ ſtructura prorogata fuerit, cum ab illa ſæpius eſset exuſta. Siquidem Noemus Principi ſe obſequentem præſtabat: Noria vero ſuperas virtutes, & ab iis profectam Barbelonem Principi contrariam indicavit, quemadmodum & aliæ fecere virtutes: atque illud præterea docuit: oportere quæ ſupremæ Parenti a conditore mundi principe, ac reliquis qui cum eo ſunt Diis atque Angelis, & dæmonibus erepta ſunt, ex inſita corporum vi per mariom ac feminarum profluvia colligere... Alii porro varie ab illis ad communem perniciem exorti, & intuentium oculis præſtigiis illudentes, & ipſimet illuſi Barcabban neſcio quem Prophetam objiciunt, ſua illa appellatione dignum. Cabba enim Syriaca lingua ſtuprum ſignificat; Hebraice parricidium. Sed & menſuræ quadrantem eo nomine vocant. Riſu igitur ac ludibrio digna, vel miſeranda potius eſt ejusmodi nominum accommodatio apud eos, qui in ſuapte lingua vocis illius poteſtatem intelligunt. Ceterum ex tam mirabili Propheta nobis narrationem afferunt: qua ut corruptis conſueſcamus corporibus perſuadeant, atque ab omni ſpe cæleſtium excidamus. Nec illos pudet de ſtupris, amatoriisque ac venereis rebus nudis ac ſimplicibus verbis diſſerere. Sunt & ex iis nonnulli, qui adulterinum quoddam & adſcititium Poema venditant, quod opus perfectionis Evangelium ſcribunt, cum revera non Evangelium, ſed doloris ſit ac luctus perfectio. Univerſa quippe conſummataque mortis acerbitas in eo diaboli fœto continetur. Alii Evangelium Evæ ſine ullo pudore jactitant. Sub hujus enim nomine, utpote quæ cognitionis nomen a ſerpente quocum colluctata eſt, didicerit, perfidiæ ſuæ ſemina ſparſerunt... Qui quidem ſtolidis teſtimoniis, ac viſis illo ſuo, quod præ ſe ferunt, Evangelio nituntur. Ita enim inquiunt, *In arduo monte conſiſteram, cum ecce video procerum hominem, & mutilum alium. Inde vocem tonitrus inſtar exaudio. Propius igitur ad audiendum accedo, tum me hunc in modum eſt allocutus. Ego idem ſum ac tu, & tu idem atque ego: ubicumque tu es, illic ego ſum, ac per omnia ſum diſperſus, & undecumque volueris me colliges, me vero colligendo, temetipſum colligis*. O doctrinam a nequiſſimo dæmone profectam; ... Nec eorum dumtaxat, quibus errorem perſuaſerunt, depravarunt ingenia; ſed & animos corporaque pariter adulteriis, ac promiſcuæ libidini ſervilem in modum ſubjecerunt. Etenim ſuos ipſos conventus multiplicis ac promiſcui concubitus fœditate contaminant; ubi & humanis carnibus, & turpiſſimis ſordibus veſcuntur. Quæ omnino commemorare non audeo... Hoc eſt quod a nonnullis ſcite admodum Borboriani, hoc eſt, Cœnoſi nominantur: alii Coddianos vocant. Eſt enim Codda idem Syriace quod Paropſis, aut Catinus: pro eo quod nemo communi cum illis uti cibo poſſit: ſed ſeparatim contaminatis illis apponi ſoleat: neque quiſquam ob eorum ſpurcitiem vel pane cum illis veſci communiter queat. Quam ob cauſam qui cum illis habitant, velut a communi conſortio ſegregatos putantes, Coddianos appellarunt. Idem porro Militares in Ægypto, ac Phibionitæ ſunt dicti..... Sunt qui Zacchæos vocent, alii Barbelitas...

Varia enim apud illos nefariæ diſciplina voluptatis eſt. Primum quod communes inter ſe feminas habent: ac ſi quis ejuſdem ſectæ peregrinus advenerit, ſignum quoddam viri a feminis, feminæ a viris accipiunt. Hæc autem ejusmodi eſt: cum ſalutandi ac complectendi cauſa manum porrigunt, eam infra palam contrectando ac defricando leniter titillant, eoque ſigno ejuſdem religionis hoſpitem eſſe demonſtrant. Inde poſteaquam mutuo ſe agnoverint ad convivium accinguntur. Quod ipſum tametſi pauperes ſint ingenti epularum apparatu, vinoque & carnibus inſtructiſſimum præbent. Finito convivio cum ſatietate venas diſtenderint, ad libidinem proruunt. Tum vir ab uxore diſcedens ſic eam alloquitur. Surge & fratri caritatem exhibe. Ita ad concubitum venitur. Pudet me bona fide quæ apud illos turpiſſime perpetrantur, exponere, quemadmodum ait Apoſtolus, *quæ apud ipſos fiunt, turpe eſt dicere*... Peracto ſtupro ſubinde contumelioſis cælum vocibus appetentes, utrique maris profluvium cavis manibus excipiunt, ac ſublatis ſurſum oculis fœdum illud & abominabile manibus præferentes conſiſtunt: ac preces concipiunt. Militares quidem & Gnoſtici ad univerſorum, ut ajunt, parentem, cui & quod manibus geſtant offerunt, cum hoc ſolemni carmine: Hoc tibi munus, nimirum Chriſti corpus, offerimus: atque ita tum eo veſcuntur, & impuriſſimas ſuas ſordes deguſtant. Itaque dicunt: Hoc eſt corpus Chriſti: & hoc eſt paſcha. Idcirco corpora noſtra patiuntur, & Chriſti ſupplicia confiteri coguntur. Eodem modo quoties mulier menſtruos fluxus patitur, fœdiſſimum illum ſanguinem collectum una omnes abſorbent: atque hic eſt, inquiunt, ſanguis Chriſti, *nu.* 5. Propterea in Apocryphis legunt: *Vidi arborem duodecim fructus quotannis ferentem, & dixit mihi: Hoc eſt lignum vitæ*. Idipſum de menſtruis mulierum profluviis interpretantur. Cæterum cum inter ſeſe venerem exerceant, liberos tamen ſuſcipere prohibent. Non enim prolis ſtudio, ſed ut libidini ſuæ ſerviant, ei corruptelæ vacant. Ita miſeris hominibus diabolus illudit, & opus Dei fraudibus ſuis implicatum per ludibrium traducit. Proinde ſic libidini ſatisfaciunt ſuæ, ut impuriſſimum ſemen in ſe ipſos recipiant, neque illud ad propagandam ſobolem emittant, ſed ſua ipſi turpitudine paſcantur. Quod ſi forte quiſpiam exereti ſeminis immiſſionem anteverterit, & ex eo gravida facta ſit mulier, audi quid demum flagitioſius aggrediantur. Nam informem adhuc fœtum ex utero derractum, quocumque iis tempore viſum eſt, infantem, inquam, abortione projectum in mortario piſtillo tradunt: cui ad vitandam nauſeam mel ac piper cum aliis aromatibus & unguentis admiſcent. Tum in unum collecto porcorum ac canum ſodalitio, unusquiſque e comminuto infantuli corpuſculo digito delibat. Sic humanis carnibus paſti ad orandum Deum ſeſe convertunt. Et cupiditatis, inquiunt, princeps nequaquam nobis illuſit; ſed quod exciderat fratri noſtro collegimus: atque id perfectum eſſe paſcha demum exiſtimant. Præter hæc alia inſuper dira atque execranda committunt. Cum enim rurſus in ſe mutuo bacchari, ac furere cœperint, reſperſis ſpurciſſimi humoris profuſione manibus conſurgunt, atque ita fœdatas gerentes toto corpore nudi comprecantur, ut ea re majorem ſibi apud Deum fiduciam acquirant. Ceterum in curando corpore dies noctesque pariter mulierculæ, & homunciones occupantur: ac ſe & unguento perfundunt & lavant, & convivia celebrant, & ebrietati ac veneri indulgent, eosque qui jejunant execrantur. Negant enim eſſe jejunandum, quod ad hujus ſæculi conditorem principem jejunium pertineat: imo alimento potius opus eſſe dictitant, quo robuſtiora ſint corpora, ut idoneo tempore poſſint fructui reddendo ſufficere... Solent vero Carpocratiani quos ad ſuam ſectam fraudulenter pellexerint, iis candente ferro, vel novacula, vel acu notam quamdam ad imum auriculam imprimere. *N.* 6..., Habent porro Carpocratiani depictas coloribus imagines, quidam etiam aureas aut argenteas, vel ex alia materia factas, quas eſſe Jeſu effigies affirmant: easdemque a Pontio Pilato ad Chriſti ſimilitudinem effictas, quo tempore inter homines degebat. Sed ejusmodi imagines occultas habent, nec non & Philoſophorum quorumdam, ut Pythagoræ, Platonis, Ariſtotelis, aliorumque, quibus eas quas dixi Chriſti effigies miſcent, & erectas ſimul omnes adorant, ad eaſque Gentilium ritus inſtituunt... Ceterum ita ſoli animæ ſalutem attribuunt, ut ab ejus communione corpora ſegreganda putent.

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 10.

Eph. 5. 1.

Hæreſ 27. *n.* 2. Ceterum deteſtandæ diſciplinæ hujus alumni horribilium ac teterrimorum facinorum varia genera moliuntur. Nam & maleficas artes exercent, & ad machinanda quælibet veneficia, & cautiones excogitarunt, velut ad philtra & amoris illecebras: imo etiam familiares ſibi quoſdam dæmones alliciunt, ut multiplicibus iis præſtigiis ſummam ſibi, ut aiunt, in omnia poteſtatem vindicent, ac quod cuique libuerit, & quodcumque agere in animum induxerit, idipſum audeat ſuſcipere. Hoc autem eo conſilio faciunt, quod, uti miſerandum in modum decepti ſunt, certo ſibi perſuadeant per tot tamque diverſa facinora mundi fabricatoribus Angelis, omnibusque quæ in mundo ſunt proſtratis ac contemtis, illorum ſe non mundi, ſed fabularum potius artificum poteſtatem transgredi; quo cæleſtem libertatem obtineant, & ſurſum aſpirare atque evolare poſſint.

opinione deluſi, per calumniam objiciebant; ſumebantque inde occaſionem perſecutionis in Chriſtianos. (B) Ab iiſdem Sanctis Patribus Gnoſtici confutati ſunt, a quibus ſuperiores Hæretici.

Longum eſſet, & moleſtum hic enumerare er-

B

Quod hominum genus ad Eccleſiæ Dei probrum & offendiculum adoraſſe ac ſubmiſiſſe Satanas videtur: quippe qui Chriſtianorum ſibi nomen indiderint, ut propter illos offenſæ nationes ab ſanctæ Dei Eccleſiæ utilitate abhorreant, nuntiatamque veritatem ob immania illorum facinora, & incredibilem nequitiam repudient, ut, inquam, frequentibus illorum ſceleribus animadverſis, eos quoque qui e ſancta Dei Eccleſia ſunt, tales eſſe ſibi perſuadeant, atque ita ab veriſſima Dei, ut diximus, doctrina aures avertant, aut certe paucorum improbitate conſpecta in univerſos eadem maledicta conjiciant. Atque ea demum cauſa eſt, cur plerique gentilium, ubicumque iſtius ſectæ homines deprehenderint, nullam nobiſcum velint neque dati acceptique, neque conſilii, neque audiendi divini verbi ſocietatem conjungere, ac ne aures quidem præbere ſuſtineant; usque adeo nefariis illorum flagitiis conſternati, ac deterriti ſunt.

N. 4. Porro iſti in luxu atque deliciis aſſidue verſantur, nihilque non ad corporum voluptatem ac jucunditatem ſuſcipiunt: neque ad nos penitus accedunt, niſi forte ut imbecilles animos ad impia ſua dogmata pelliciant. Neque enim alia re nobis ſimiles ſunt, quam quod ſolo Chriſtiani nomine gloriantur, ut ementiti hujus vocabuli ſpecie improbitatem ſuam exerceant... Ita enim diſputant: Quæ ab hominibus mala judicantur, ea minime mala eſſe, ſed honeſta natura. Nihil enim natura malum eſt; ſed ab hominibus dumtaxat prava cenſentur. Quæ ſi quis omnia in hac una præſenti vita perfecerit, ejus anima non amplius in alia corpora transfunditur, ut in hanc lucem denuo procreatur: ſed omni actionum genere perfuncta, libera atque immunis abſcedet, cum nullius adhuc in hoc mundo debito actionis obligetur. Cujuſmodi vero actionem intelligant rurſum explicare vereor, ne velut opertum cœnum, ita grave olentem hanc cloacam aperiam, ac peſtiferæ cujuſdam exhalationis, ac fœtoris occaſionem quibuſdam videar præbuiſſe...

Quid igitur aliud iſti præter execrandum illud ac deteſtabile flagitium committunt, quod ne ſermone quidem exprimere licet, hoc eſt præpoſteram marium conſuetudinem, aut libidinoſiſſimos cum feminis qualibet corporis parte concubitus; tum magicas inſuper artes, ac veneficia, idolorumque cultus... *N.* 5. Hoc vero ipſum

Mat. 5. 25. 26. eſſe, quod in Evangelio Jeſu hac Parabola ſignificat. *Eſto*, inquit, *conſentiens adverſario tuo, dum adhuc es in via cum ipſo, & da operam ut ab eo libereris: ne forte tradat te adverſarius judici, & judex tradat te miniſtro, & miniſter in carcerem te mittat. Amen amen, dico tibi, non exiet inde, donec reddas noviſſimum quadrantem*. Cui quidem interpretandæ parabolæ fabulam quamdam commenti ſunt: & adverſarium illum unum eſſe ex mundi fabricatoribus Angelis putant, qui hujus rei cauſa ſit conſtitutus, ut exſolutas corporis vinculis, atque hinc migrantes animas ad judicem deducat; ubi nondum omnia præſtitiſſe convictæ a Principe miniſtro traduntur, qui ex Angelorum grege unus opifici mundi hujus judici ad transferendas, & in varia corpora deportandas animas operam ſuam collocat. Eſſe porro adverſarium illum, quem a Domino commemoratum in Evangelio diximus, unum ex mundi artificibus Angelis nomine Abolum. Nam & cuſtodiam eſſe corpus interpretantur, & noviſſimum quadrantem migrationem animarum, quas acceſſionibus ad corpora ſingulis ultimas actiones obire neceſſe ſit, nullum ut amplius ſcelus ac flagitium ſuperſit.

S. Philast. Brix. Episc. *lib. de Hæreſ. in Catal. eorum qui poſt Chriſti paſſ. Hæreſ. arguuntur, nu.* 7. Poſt iſtum quidam Carpocras nomine ſurrexit, & ipſe dicens: Unum principium, de quo principio, id eſt, de Deo, prolationes factæ ſint Angelorum atque virtutum: quæ autem virtutes Deorum ſint fecerint creaturam illam viſibilem ubi nos conſiſtimus. Chriſtum autem dicit non de Virgine Maria & divino Spiritu natum, ſed de ſemine Joſeph hominem natum arbitratur, deque eo natum carnaliter ſicut omnes homines ſuſpicatur. Qui poſt paſſionem, inquit, melior inter Judæos vita integra & converſatione inventus eſt cujus animam in cælum ſuſceptam prædicas; carnem vero in terra dimiſſam æſtimat, animique ſalutem ſolum, carnis autem non fieri ſalutem opinatur.

In Catal. Hæreſ. quæ ſub Apoſt. extiterunt, num. 10. Floriani etiam, ſive Carpocratiani dicuntur, qui & Milites vocantur, quia de militaribus fuerunt, negantes judicium atque reſurrectionem, Chriſtum natum de virgine non credentes, omnemque reſurrectionem in filiorum procreatione nefandi cœtus æſtimantes conſiſtere, ut in Eccleſia ſua poſt occaſum ſolis lucernis extinctis miſceri cum mulierculis non dubitaverint, legis præceptum implere putantes: Naſcimini & multiplicamini. Judaiſmo potius & Paganitati parere nefandæ, quam Chriſtianæ veritati acquieſcere properantes, pecudumque potius vitam & amentiam detinentes, quos & Scriptura vitæ pecudum comparavit. Gen. 1. 28. Pſ. 48. 13.

S. Aug. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum numer.* 6. Gnoſtici propter excellentiam ſcientiæ ſic ſe appellatos eſſe, vel appellari debuiſſe gloriantur: cum ſint ſuperioribus omnibus vaniores atque turpiores. Denique cum ab aliis atque aliis per diverſas terrarum partes aliter nuncupentur, nonnulli eos etiam Borboritas vocant, quaſi cœnoſos, propter nimiam turpitudinem, quam in ſuis myſteriis exercere dicuntur. Aliqui eos a Nicolaitis exortos putant: aliqui a Carpocrate... Tradunt autem dogmata fabuloſiſſimis plenam figmentis: etiam ipſi principum vel Angelorum nominibus terribilibus infirmas animas capiunt, & de Deo rerumque natura, fabuloſa & a ſanitate veritatis aliena multa contexunt. Animarum ſubſtantiam, Dei dicunt eſſe naturam, earumque adventum in hæc corpora & reditum ad Deum iiſdem ſuis fabulis longiſſimis, & ſtultiſſimis ſecundum ſuos errores inſerunt. Et illos qui eis credunt faciunt non multa, ut putant, ſcientia præpollere, ſed multa, ut ita dicam, fabuloſitate vaneſcere. Dicuntur quoque bonum Deum & malum Deum in ſuis habere dogmatibus.

N 7. Carpocratiani ſunt a Carpocrate, qui docebat omnem turpem operationem, omnemque adinventionem peccati, nec aliter evadi atque tranſiri principatus, & poteſtates, quibus hæc placent, ut poſſit ad cælum ſuperius perveniri. Hic etiam Jeſum hominem tantummodo, & de utroque ſexu natum putaſſe perhibetur, ſed accepiſſe talem animam, qua ſciret ea quæ ſuperna eſſent, atque nuntiaret. Reſurrectionem corporis ſimul cum Lege abjiciebat: Negabat a Deo factum, ſed a neſcio quibus virtutibus mundum. Sectæ ipſius fuiſſe traditur quædam Marcellina, quæ colebat imagines Jeſu, & Pauli & Homeri & Pythagoræ, adorando incenſumque ponendo.

Theodor. *Hæret. fab. lib.* 1. *n.* 5. Carpocrates autem genere Alexandrinus, ab Angelis quidem dicebat & ipſe conditas eſſe creaturas: Jeſum vero Dominum ex Joſeph & Maria ceterorum hominum more natum eſſe, & virtute inſignem fuiſſe, ut qui puram haberet animam, priſtinæque cum ingenito converſationis memorem. Dicit autem & eos qui ſimiles illi fuerint, contemptis mundi fabricatoribus Angelis, poteſtatem ſimiliter accipere, ut ſimilia faciant. Quod ſi potiorem quiſpiam habuerit animam, vel Filii, inquit, dignitatem ſuperabit. In tantam arrogantiæ veſaniam proruperunt homines, magicis præſtigiis, dæmonumque invocationibus dediti, & qui libidinem tegere non ſuſtinentes incontinentiam pro lege habebant. Opinione enim, ajebat, non veritate, rerum aliæ bonæ videntur, aliæ malæ. Verum quoniam in hoc loco verſor, neſcio qui poſſim impudicitiæ legem præterire. Pythagoras quippe animas quæ peccarant in corpora mitti docebat, ut pœnas luerent, riteque expiarentur. Iſti vero migrationis in corpora cauſam afferunt ex diametro contrariam Pythagoricæ. Dicunt enim animas in corpora mitti, ut omnes genus libidinis exerceant. Eas ergo quæ in uno deſcenſu expleverint, miſſione altera non egere; quæ autem parum peccarint, eas bis, terque, ac ſæpius mitti, donec omnia vitiorum genera compleant..... Hadriano autem hi quoque imperantes nefarias ſuas hæreſes confirmarunt.

(B) S. Iren. *Lib.* 1. *contra hæreſ. cap.* 24. *num.* 3.... Qui & ipſi ad detrectationem divini Eccleſiæ nominis, quemadmodum & gentes, a Satana præmiſſi ſunt, uti ſecundum alium & alium modum, quæ ſunt illorum audientes homines, & putantes omnes nos tales eſſe, avertant aures ſuas a præconio veritatis: aut & videntes quæ ſunt illorum, omnes nos blaſphement, in nullo eis communicantes, neque in doctrina, neque in moribus, neque in quotidiana converſatione.

Eu-

C errores *Valentinianorum* , (C) *Cerdonianorum* , D E (D) & *Marcioniſtarum* . (E) Hi priorum Hæreticorum germina infauſta , magiſtrorum erroribus novos ſubinde adjiciebant ; nec facile dictu

EUSEBIUS *Eccleſ. Hiſt. lib.* 4. *cap.* 7. His igitur miniſtris uſus malignus ille dæmon, primum effecit, ut ex fidelibus, quicunque ab illis decepti eſſent, ad miſerabile exitium tanquam captivi abducerentur. Deinde gentibus a fide noſtra alienis, amplam obtrectandi & calumniandi Evangelii materiam ſubminiſtravit: dum ab illis primum orta infamia, ad totius Chriſtiani nominis opprobrium diffunderetur. Atque hinc factum eſt, ut abſurda quædam & impia de nobis opinio apud infideles tunc temporis ſpargeretur: quaſi nefario concubitu cum ſororibus & matribus miſceri, & exſecrandis dapibus veſci ſoleremus. Sed hæ dæmonis artes nequaquam in diuturnum tempus ei proceſſere, quippe cum veritas ipſa ſeipſam adſtrueret & commendaret, progreſſuque temporis clarius in dies eluceſceret. Et adverſariorum quidem inventa a ſemetipſis confutata confeſtim extincta ſunt: aliis ſuper alias exorientibus ſectis, cum priores aſſidue diffluerent, & in multiplices ac multiformes errorum ſpecies vario quæque modo evaneſcerent. Catholica autem Eccleſia, quæ ſola vera eſt ſemperque ſui ſimilis & conſtans, novis quotidie incrementis augebatur: gravitate, ſinceritate ac libertate, modeſtia denique & ſanctitate vitæ cujuſdam philoſophiæque divinæ, omnium oculos non Græcorum modo, verum etiam Barbarorum perſtringens. Simul etiam extincta eſt temporis lapſu calumnia illa, quæ univerſæ religioni noſtræ afficta fuerat. Manſitque tandem diſciplina noſtra, ſola omnium conſenſu ſuperior & victrix, ac præ reliquis ſectis modeſtia, gravitate, divinæque ſapientiæ præceptis excellere ab omnibus judicata: adeo ut exinde ad noſtra uſque tempora nemo ſit auſus ullam infamiæ labem fidei noſtræ aſpergere, aut aliquam ejuſmodi calumniam inferre, qualem veteres illi noſtræ religionis hoſtes jactare conſueverant.

Vide eadem fere apud EPIPHANIUM *ſupra Hæreſ.* 27. *num.* 2. *lit.* (A)

Legendus est de re MINUCIUS FELIX *qui in ſuo Dialogo quem inſcripſit* OCTAVIUS, *calumnias Gentilium adverſus Chriſtianos invictiſſime refellit.*

(C) *Valentinianorum fabulas maxime perſtrinxit Sanctus* IRENÆUS, *eaſque ad longum deducit toto cap. primo Libri primi adverſus hæreſes quos potiſſimum adverſus Valentinianos ſcripſit: ſed cum longior ſit in his enarrandis, ad ipſum Irenæum Lectorem remitto, maxime cum impia hæc dogmata fuſe hic deſcripta habeas apud SS. Epiphanium & Theodoretum.*

EUSEBIUS *Eccl. Hiſt. lib.* 4. *c.* x. *ait*, Hygini (*PP. Maximi*) temporibus, Valentinum propriæ Sectæ conditorem, & Cerdonem erroris Marcioniſtarum auctorem Romæ ambos floruiſſe.

S. EPIPHANIUS *contra Valentinianos Hæreſ.* xxxi. *n.* 2. Sunt qui Phreboniten illum (Valentinum) faciant ex Ægypti quadam ora; unde Alexandriam profectus ſit, ibique Græcorum artibus inſtitutus. A quibus & Heſiodiæ Theogoniæ ac xxx. illorum Deorum, quos ibidem ille recenſuit, ac gentilium fabularum in animo ſuo exemplum informavit. Tum ab iis, qui vel ſuo tempore, vel ante ſe a veritate receſſerant, mutuatus errorem, eadem cum Heſiodo mutatis duntaxat nominibus, excogitata ad circumveniendum humanum genus invexit. Etenim Deos ille xxx. & æonas, cæleſteſque totidem orbes conſtituit: quorum primus eſt Bythus, ut huic inſano videtur: quemadmodum etiam author ejus opinionis ac conditor Heſiodus prius omnibus Diis Chaos eſſe dixit.. Triginta enim ut eſt dictum æonas ſtatuit, quos etiam Deos appellat, quindecim mares, totidemque feminas. Sed æonem quemlibet Par maris ac feminæ, tam ipſe quam ejus diſcipuli vocant; ut binarii ſunt xv. quas ſyzygias hoc eſt duorum collegia nominant. Hinc æones xxx. numero conſurgunt, quorum femina quælibet e mari ſuo conſequentes æonas progenerat. Quorum omnium nomina ſubjecimus; eaque ſunt ejuſmodi ut unicuique maris appellationi ſuum feminæ nomen ex adverſo reſpondeat. Ampſiu, Auraan, Bucua, Thartun, Ubucua, Thardeadie, Merexa, Artababa, Udu, Uac, Eslen, Amphain, Eſſumen, Uxnanin, Lamer, Tarde, Athames, Suſin, Allora, Buciatha, Danaddaria, Allora, Dammo, Oren, Lanaphech, Audamphech, Emphiboche baud, Aſſionache, Belin, Dexariche, Maſemo. Hic illorum ordo eſt, dum per marium feminarumque conjugia recenſentur.. Quorum hæc eſt interpretatio, Bythos, ſige: Nus & veritas: Logos, vita: Homo, Eccleſia: Paracletus, fides: Paternus, ſpes: Maternus, charitas: Ainus, ſyneſis: Theletus, quod & lumen dicitur, Beatitudo: Eccleſiaſticus, ſapientia: Bytius, myxis: Ageratus, unio: Autophyes, temperatio: Unigena, unitas: Immobilis, voluptas....

N. 4. Ab iis primordiis alia indagando ſublati, aliud quoddam genus quod hyſterema, hoc eſt defectum vel penuriam vocant, furioſis ſuis ingeniis inveniſſe ſe putaverunt. Hunc defectum alias omnipotentem, atque opificem vocant, naturarumque conditorem: a quo & poſteriorem Ogdoadem poſt ſeptenos orbes cæli ad prioris Ogdoadis exemplar effictam afferunt; cum in Ogdoade cenſeatur ipſe, ac ſeptem poſt ſe alios orbes produxerit. Eidem hyſteremati ſincerum neſcio quem æonem, ac deterioris ſexus expertem conantur adjungere; qui eo ad complementum venerit, ut animam requireret, quæ a materna ſapientia ex alto deſcenderat. Jam vero etiam Achamoth ficto nomina commenti ſunt, quem & ſalvatorem, & terminum, & crucem, & finitorem, & transductorem, & Jeſum appellant, qui per Mariam velut tubum, fiſtulamque permearit. Hunc eſſe lumen a ſuperiore Chriſto diffuſum, ob idque patrio nomine Lumen ob illud cæleſte nominari, ac de ſuperiore Chriſto, verboque Chriſtum itidem & verbum, ſed & mentem præterea, ac Salvatorem vocari. Eundem porro Parentem ſuum, hoc eſt, conditorem tranſcendere: ac qui ſibi fidem habeant, ad ſuprema illa Pleromatis collegia ſecum evehere... Præter hæc, ſecundum tricenarium illum, medium unicum nomen ac ſine fœminæ conſortio ſolitarium excogitarunt; tum aliam ruſſum a conditore productam, ac perinde in paria digeſtam Ogdoadem, cujus hæc ſunt vocabula: Exepaphus, Porphyrio, Clotho, Rhuacos, Lacheſis, Epiphaon, Atropos, Hyperion, Aſterope.

N. 5. *Ex* VALENTINI *Libro*. Hæc apud ſapientes: ſed apud animales, apud carnales, apud mundanos, apud exaggeratam animi vim, Nus nunquam deſinens perpetuis ac numquam deſinentibus, ſalutem. Equidem eorum quæ neque nominari, nec explicari oratione poſſunt, quæque cæleſtibus ipſis ſuperiora ſunt, mentionem apud vos inſtituam: quæ neque principatus, neque poteſtates, nec quæ illis ſubjecta ſunt, neque aliud quicquam intelligentia poteſt conſequi, ſolique ejus, qui eſt immutabilis, ſunt cognitioni patefacta. Principio ſiquidem rerum omnium is, qui per ſe ipſum Pater eſt, univerſa in ſemetipſo obſcura ignotaque continebat; quem nonnulli æonem ſenectutis expertem, ſemperque florentem & marem feminamque vocant, qui omnia complexus nulla re ipſe comprehenditur. Tunc quæ in illo inerat mens. (Ita enim quidam appellant, alii proprio nomine Gratiam, quod Magnitudinis theſauros, in eos qui ex Magnitudine erant inſumpſerit, ſed melius ab aliis Silentium vocatur, quoniam citra ſermonis uſum omnia Magnitudo cogitatione ſola perfecit.) Sed, ut dixi, cum incorrupta hæc ex æonum numero femina, vinculis expedire ſeſe vellet, Magnitudinem libidinis illecebris ad ſui conſuetudinem inflexit. Ex qua Veritatis Pater procreatus eſt quem qui perfecti ſunt proprie Hominem appellant, quod ejus qui prior eſt, nec ab ullo eſt genitus, ſimilitudinem referat. Deinde Sige naturalem luminis unitatem cum Homine producens (horum vero conjunctio voluntate ſola perfecta eſt) Veritatem edidit. Quæ eo Homine merito a perfectis donata eſt, quod matri ſuæ Sige reipſa ſimilis eſſet, quæ ex diviſionibus luminum, tam maris quam feminæ, idipſum æquale eſſe voluerat, ut in ſenſibus expoſita lumina diſperſa, per illa ipſa, & in ipſis, iis qui ex ipſo & in ipſo ſunt ſeſe patefaceret. Poſtea Veritas maternam Pruniciam proferens parentem ſuum ad ſui amorem pertraxit. Quare ambo incorrupta copulatione, ac nunquam ſeneſcente conjunctione commiſti ſunt. Unde ſpiritalis marium ac feminarum quadriga prodiit, prioris alterius ſimilis, quæ iis quatuor, Bytho, Sige, Patre, ac Veritate conſtabat. Poſterior vero illa ex Patre ac Sige producta hæc eſt: Homo, Eccleſia, Sermo, Vita. Tunc comprehendentis omnia Bythi voluntate Homo, atque Eccleſia paternorum ſermonum memores invicemque congreſſi prunicorum marium ac feminarum dodecadem procrearunt. Mares videlicet iſtos, Paracletum, Paternum, Maternum, Ainum, Theletum quod idem eſt ac lumen, Eccleſiaſticum: feminas vero Fidem, Spem, Charitatem, Intelligentiam, Fortunatam, Sapientiam. Deinde Sermo ac Vita etiam ipſi laudis munus effingentes ſecum invicem conſociati ſunt.

ſunt. Quæ quidem conſociatio voluntate ſula peracta eſt. Ergo inter ſeſe commiſti Prunicorum decadem ex maribus peræque ac feminis conſtantem genuerunt. Cujus bi ſunt mares: Bythius, Ageratus, Aurophyes, Unigena, Immobilis. Hi ad continentis omnia conteſtandam gloriam ſibimet ejus appellationem indiderunt. Faminæ vero ſunt Miſtio, Unio, Temperatiu, Unitas, Voluptas. Quæ omnes ad honorem Siges pertinentia vocabula ſimiliter uſurparunt.

N. 6. Cum igitur abſolutus hoc modo Veritatis parentis tricenarius foret, quem tarreni homines ignoranres numerant, & cum ad ipſum pervenerint, nullo amplius reperto numero, iterato in ſeſe retexunt. Ejusmodi autem ille eſt. Bythus, Sige, Pater, Veritas, Homo, Eccleſia, Sermo, Vita, Paternus, Maternus, Paracletus, Ainus, Theletus, Eccleſiaſticus, Fides, Spes, Charitas, Intelligentia, Fortunata, Sapientia, Bythius, Ageratus, Autophyes, Unigena, Immobilis, Miſtio, Cognitio, Temperatio, Unitas, Voluptas. Tum qui univerſa ſumma ſua ſapientia continet Ogdoadem alteram loco prioris illius ac primariæ appellandam eſſe ſtatuens, quæ in tricenario permanet, (neque ingentes magnitudinis ſpiritus coerceri ullu ſe numero ſinebant) pro maribus mares alios ſubſtituit, unum, tertium, quintum, ſeptimum: totidamque feminas, binatium, ternarium, ſenarium, octonarium, hæc eſt Ogdoas illas, quæ ſuperioris Ogdoadis nomen ad ſeſa tranſtulit: Bythi, Patris, Hominis, Sermonis, Siges, Veritatis, Eccleſiæ, Vitæ. Quæ quidem conjuncta Luminibus eſt, & abſolutus tricenarius evaſit, ac prior octonarius quieſcens, cum & Bythus per Magnitudinis fulcimentum exiit, ut cum tricenario ſeſe compularet. Vere enim, & Veritatis parer cum Eccleſia congreſſus eſt, & Maternus Vitam ſortitus eſt, & Paracletus Unitatem, & Unitas cum Veritate copulata eſt, & cum Sige Veritatis ille parens fuit. At ſpiritualis Sermo cum Spiritu incorrupta quadam commiſtione conjunctus eſt, & Automeroris finem, hoc eſt pertannem, nec interruptam quietem ſuam effecit. Quamobrem ubi tricenarius profunda illa myſteria peregit, ſina ullis omnino nuptiis, ut incorruptu ſempiternoqua generi convanit, incorrupta iridam lumina, quæ Unitas appellantur, tamquam filios produait, & quidem informes. Jacebant igitur propemodum intelligentia omni deſtitutu, ac ſina ulla animi notione quieſcebant. Quicquid enim a quopiam agitur, ab eo, niſi univerſe intelligat, agitur nihil. Hunc in modum procreatis Luminibus, quorum multitudinem numerando percenſere nihil neceſſe eſt, animo vero comprehendere oportet: (nam unumquodque ſuam appellationam ſortitum eſt, quæ ex arcanorum myſteriorum cognitiune depromitur) ad ſcientiæ delectum perpellere univerſos Sige cupiens, ad ſecundam ſubſtitutamque illam loco alterius Ogdoadem adjunait, corruptelæ omnis experte conjunctione, ſed voluntate ejusmodi quæ ſub intelligentiam caderet. Cujusmodi voluntatis impetus Spiritus ſanctus eſt, qui in medio ſanctarum Eccleſiarum reſidet. Quem cum ſecandam ad Ogdoadem allegaſſet, ei perſuaſit ſecum ut ipſa copolaretur. Quocirca in ſingulis Ogdoadis partibus celebratæ nuptiæ ſunt. Siquidam cum Uno Spiritus ſanctus conjunctus eſt: cum Tertio Dyas, Tertius eum Heaada, & cum Septimo Ogdoas, Septimus eum Dyade, cum Quinto Hexas. Ita Ogdoas univerſa nunquam marceſcente voluptate, atque integra, incorruptaque mixtione conjungitur. Nulla quippe ab invicem ſeparatio fuit ſed mutua omnium cum honeſtiſſima voluptata temperatio, ex qua Prunicorum muliebri ſexu carentium quinarius exoritur cujus hæc ſunt vocabula: Carpiſtes, Horothetes, Chariſterius, Aphetus, Metagogeus. Hi mediocritatis filii vocati ſunt. *Hactenus Valentinus.*

N. 7. Præterea in Ægyptu quoque dogmata illa ſua propagavit. Ex quo tempore, ſic tamquam viperinorum oſſium reliquiæ, quædam illic ſemina illius relicta ſunt: præſertim in Arhribitide, Proſopitide, Arſenoitide, ac Theba de Præfectura; nec non in inferiori ac maritima, adeoque Alexandrina regiune. Quin etiam Romam profectus errorem ſuum in ea urbe diſſipavit: ſed ad Cyprum delatus, fidei naufragium, velut corporis feciſſet, ibidem paſſus, animum omnino depravavit. Siquidem hacteous partam pietatis aliquam, ſinceræque fidei retinere illis in locis videbatur. In Cypro vero ad extremum impietatis prolapſus eſt, ſeque in eam quam tuetur flagitiorum diſciplinam altius immarſit. Eſt autem hæc illorum opiniu. Jaſum Chriſtum Dominum noſtrum Salvatorem eſſe uti diximus, ac Chriſtum, & Verbum; ac traductorem, & finitorem ac terminum. Eundem corpus e cælo detuliſſe, ac tamquam aqua per fiſtulam, ſic illum per Mariam tranſiſſe virginem, neque quicquam ax ejus utero ſumpſiſſe, ſed e cælo traxiſſe corpus. Neque vero primum illum Verbum eſſe cenſent, neque proximum ab eo, Chriſtum, qui in cælo ſupremus inter æones reſidet; ſed ejus unius cauſa productum, ut in terras delapſus ſpirituale genus, quod e cælo duxit originem, liberaret. Mortuorum reſurrectionem inficiantur: de qua rediculam quandam ſabulam texunt; non hoc ipſum reſurgere corpus, ſed alterum ex eodem ortum, quod ſpirituale nuncupant: neque tamen omnium, ſed eorum dumtaxat, quos illi ſpirituales nuncupant, atque eorum etiam, quos animales vocant, dummodo juſte, honeſteque ſeſa geran.. Ceteros qui materiales ab iis, & cum carne concreti, ac terreni appellantur, interire funditus, neque ulla ſui parta ſervari. Porro naturam quamque eo unde prodierit reverti; velut quæ cum materia concreta eſt, in eam ipſam refundi; ex carne vero terraque compactam in terram recidere. Etenim tres illi hominum ordines conſtituunt, ſpiritualium, animalium, atque carnalium. Ex quibus primum ſe ordinem facere dictitant, uti & Gnoſticos, qui neque laboris ullius indigeant, præterquam cognitionis, appellationiſqua myſteriorum, quæ penes illos ſunt, & quidvis impune facere pro arbitrio poſſint. Fiati enim non poſſe, quin omnium eorum ordo, utpote ſpiritalis, ſalutem obtineat. Secundum hominum qui in mundo ſunt ordioem, quem animalem vocant, per ſeſe ſalutem aſſequi poſſa negant, niſi laboribus, recteque factis ſibi eam vindicet: at qui materialis hominum ordo dicitur eum neque capacem cognitionis eſſe putant, neque tametſi velit, recipere eam poſſa qui ex illo genere ſit: proinde tam anima quam corpore penitus interire. Quod vero cœtum ad ſuum pertinet, cum ſpiritalis ſit, una cum altero quodam interiori corpore ſervari ſentiunt, quod ipſi ſpiritale corpus inani perſuaſione nuncupant. Animales porro poſt diuturnam exercitationem, ubi conditorem tranſcenderint, ſurſum evectos Angelis Chriſti comitibus attribui, neque quicquam ſuorum efferre corporum, ſed animas ſolas abſolutum ſtatum cognitionis adeptas, conditore ſuperato, Chriſti ſtipatoribus Angelis in matrimonio collocari.

Ex S. Irenæo *apud S. Epiphanium*, *ibidem n.* 21. Qui inter illos perfectiſſimi cenſentur, illicita omnia, legibusque vetita licenter perpetrant, de quibus literæ ſacræ teſtantur: *Qui ejusmodi committant, ab hæreditate regni cæleſtis excidere*. Igitur & quæ idolis immolata ſunt nullo diſcrimine comedunt; nihilque ex ea re contagionis ad ſeſe derivari putant; & ad omnia Gentilium feſta, quæ ad idolorum cultum inſtituta ſunt, primi omnium accurrunt: ut neque ab eorum, qui cum beſtiis depugnant, aut gladiatorum fœdis illis, ac Deo pariter atqua hominibus execrandis particidiſque plenis ſpectaculis quidam illorum abſtineant. Alii dum in voluptatibus corporis ac libidinibus aſſidue volutantur, *carnalia ſe carnalibus, ac ſpiritalibus ſpiritalia reddere* profitentur. Quamobrem nonnulli clam ſtupra cum mulierculis diſciplinæ hujus ſuæ alumnis exercent, id quod pleræque olim ab illis deceptæ, ac poſtremo ad Eccleſiam Dei reverſæ inter alios errores perſæpe confeſſæ ſunt. Sunt & qui pudore omni poſitu, quaſcumque mulieres adamarint, palam a viris abductas pro legitimis uxoribus habent... intereſſa igitur ſua plurimum, ut quacumque ratione poſſunt conjugii myſterium illud exerceant, idque ipſum ſtolidis hominibus his ſera verbis perſuadent. Quicumque cum in mundo eſſet mulierem non amaverit, ut eam ad amorem ſuum pelliceret, a veritate alienus eſt, nec ad eam perveniet. Sed quiſquis ortus e mundo muliebri non aſt amore correptus, ne ipſe quidem ad veritatem pervenit, quod oon mulieris cupiditate flagraverit.

S. Clemens Alexand *Stromatum lib. 5. mihi pag.* 546. *init.* Sunt ergo ſupervacanea præcepta tam in veteri quam in novo Teſtamentu, cum natura ſalvus fiat aliquis, ut vult Valentinus, & ſit natura fidelis & electus, ut putat Baſilides: fieri autem poterat, ut abſque adventu Salvatoris aliquo tandem tempore poſſet natura reſplendeſcere.

S. Philaſtr. Brix. Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Catal. eorum qui poſt Chriſti Paſſ. hæreſ. arguuntur, num.* 10. Poſt iſtum Valentinus quidam ſurrexit Pythagoricus magis quam Chriſtianus, vanam quamdam ac pernicioſam doctrinam eructans, & velut arithmeticam, id eſt, numeroſitatis novam fallaciam prædicans, multorumque animas ignorantium captivavit. Et in primis quidem fuit in Eccleſia, elatior autem factus poſtmodum, errore non parvo deceptus eſt, degensque in Cypri provincia, cœpit hoc definire: Nihil erat aliud ante, inquit,

Digitized by Google

quit, in mundo, niſi Profundum maris & Silentium, quod Poetæ cahos adſerunt, deque hoc Profundo & Silentio edocens proceſſiſſe Intellectum & Veritatem, de Intellectu autem & Veritate, Verbum & Vitam: de Verbo autem & Vita Hominem & Eccleſiam: de Homine autem & Eccleſia proceſſiſſe duodecim æonas, id eſt, ſæcula: & de Verbo & Vita decem æonas proceſſiſſe: de Intellectu autem & veritate octo æonas, & eſſe hanc τριάκοντα ſæculum, id eſt, triginta æonas. De Ogdoade ergo & decade, & duodecade conſiſtere triginta æonas deliberat. Dicit autem Chriſtum a Patre, quem Profundum nomine appellat, ad totius mundi ſalutem fuiſſe dimiſſum, deque cælo enim carnem detuliſſe, nihil autem accepiſſe de ſancta Virgine, ſed ut aquam per rivum, ita tranſiſſe per eam affirmat. Animam ergo ſolam ſalvari, corpus autem hominis, non ſalvari arbitratur.

S. AUG. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, *n.* 11. Valentiniani a Valentino, qui de natura rerum multa fabuloſa confinxit, triginta æonas, id eſt, ſæcula aſſerens extitiſſe, quorum principium eſſe Profundum & Silentium, quod Profundum etiam Patrem appellat. Ex quibus duobus velut ex conjugio proceſſiſſe perhibet Intellectum & Veritatem & protuliſſe in honorem Patris æonas octo. De Intellectu autem & Veritate proceſſiſſe Verbum & Vitam, & protuliſſe æonas decem. Porro de Verbo & Vita proceſſiſſe Hominem & Eccleſiam, & protuliſſe æonas duodecim. Itaque octo & decem, & duodecim fieri triginta æonas, habentes, ut diximus, primum principium de Profundo, & Silentio. Chriſtum autem a Patre miſſum, id eſt, a Profundo, ſpiritale vel cæleſte corpus ſecum adtuliſſe: nihilque adſumpſiſſe de virgine Maria, ſed per illam tamquam per rivum aut per fiſtulam ſine ulla de illa aſſumpta carne tranſiſſe. Negat etiam reſurrectionem carnis, ſolum per Chriſtum ſpiritum, & animam ſalutem accipere affirmans.

THEODORET. *Hæreſ. fab. lib.* 1. *num.* 7. Ex his omnibus hæreſibus occaſione ſumpta Valentinus infinitas fabulas ſuas compoſuit, hæreſimque condidit tempore Antonini primi. Primum autem æonem poſuit perfectum quem & Proprincipem, & Propatrem & Profundum vocat: & una cum illo Ennœam quamdam eſſe, quæ Gratia & Veneranda nuncuperetur. Hunc ait infinitis ſæculis quietem ampleaum eſſe. Poſtea ex utroque natum eſſe Intellectum, & Veritatem. Unigenitum autem Intellectum nominant. Duas vero has conjugationes Pythagoticum quaternionem appellant, & radicem omnium vocant. Ex Intellectu & Veritate proceſſiſſe dicit Verbum & Vitam, ex Verbo & Vita Hominem & Eccleſiam. Quatuor porro has conjugationes principem generis eſſe Ogdoadem & radicem ac ſubſtantiam omnium. Ac primum Æone eſſe dicunt, deinde Verbum & Vitam. Poſt Hominis & Eccleſiæ productionem, decem alios Æonas produxiſſe, Profundum & Mixtionem, Senii expertem & Unionem, Per ſe naſcentem & Voluptatem, Immobilem & Concretionem, Unigenitum & Beatam. Ex Homine autem & Eccleſia producti ſunt alii Æones duodecim, Paracletus & Fides, Paternus & Spes. Maternus & Dilectio, Intellectus & Prudentia. Eccleſiaſticus & Beatitudo, Voluntarius & Sapientia. Hos triginta Æones dicunt aliis quidem omnibus ignotos eſſe, ipſis vero ſolis cognitos. Deinde poſt fabuloſa plurima, quibus oſtenderet venerandum eſſe octonarium numerum & denarium ac duodenarium, & tricenarium, Profundum ait ab iis quæ ab ipſo nata ſunt percipi non poſſe. Nata, ne & ipſum viderent, & aliis declararent, retinuit Silentium, & hoc aggredi prohibuit. Poſtremus autem Æonum, quam Sapientiam vocant, cum idem enim cepiſſet deſiderium, & quod cupiebat conſequi non potuiſſet, peperit, inquit, ſubſtantiam informem. Talem illa fœtum ægre ferens, ad Propatrem venit, & ſuam illi ærumnam expoſuit: ſupplicaruntque una cum ipſa reliqui etiam Æones: atque illi quidem aliqua conceſſa eſt venia. Informem autem fœtum materiam eſſe dicunt, ex Ignoratia & Triſtitia, Metuque & Increpatione natum. Providens vero Profundum ne alium quemquam Æonem ſimilis caſus afficeret, Terminum producit ſine femina conjuge: nam aliorum Æonum unuſquiſque cum femina conjunctus eſt. Hunc illi Terminum etiam Crucem appellant, & alia quoque nomina confingunt. Hujus opera dicit purgatam ſapientiam ab affectione liberatam fuiſſe. Cogitationem porro illam, quam & affectionem, & informem fœtum, & materiam nominarant, Terminus ab ea procul abjecit. Poſtea docet Unigenitum Patris voluntate ad Æonum ſecuritatem, & conſtitutionem produxiſſe Chriſtum, & Spiritum ſanctum. Chriſtum enim docent Æonas docuiſſe Patrem eſſe incomprehenſibilem: Spiritus autem ſanctus præſtantiorem æqualitatem Æonibus inter ſe dedit. Quod conſecuti Æones Propatrem laudarunt, atque in commune ſinguli, quæ habebant pulcherrima conſerentes, Jeſum inde produxerunt, quem & Servatorem appellant, & Chriſtum Verbum. Cum illo autem alios quoque Angelos produxerunt, ut eſſent ejus ſatellites: atque hæc omnia intra Pleroma nominant. Extra Pleroma autem, quæ dicuntur hæc ſunt. Sapientiæ illius cogitationem, quam informem fœtum appellarant, Achamoth vocant. Eam extra Pleroma natam in umbra quadam, & inani degere. Miſericordia vero tactum Chriſtum quem dicunt, extenſum eſſe per Terminum, cui & Crux nomen eſt, eique ſubſtantiæ formam dediſſe, ſed cognitione deſtitatam reliquiſſe, potentiamque ad ſe poſtea contraxiſſe. Illam autem ſenſu affectam lucis, quæ ipſum apprehenderat, accurriſſe quidem ad eam inquirendam, ſed ne progrederetur prohibitam eſſe a Termino, dicente Jao: Hinc enim hoc quoque nomen factum tradunt. Deinde ægre ferentem ſe progredi prohibitam, triſtitiam & metum, & dubitationem admiſiſſe: poſtea converſionis illam cepiſſe deſiderium. Ex his affectionibus mundum hunc conditum dicunt. Ex converſione quidem Creatorem, & omnium animas: ex aliis autem affectionibus reliqua: ex ejus quidem lacrymis humidam ſubſtantiam, ex riſu vero lucem, ex aliis alia. Neque enim a reprehenſione alienum duxerim omnia perſequi, quæ illi fabulantur. Rogaſſe autem illam dicunt Chriſtum, qui eam jam erat miſeratus, ut ipſi lucem impertiret. Illum vero preces quidem ſuſcepiſſe, executum tamen non eſſe, ſed Jeſum miſiſſe, ut in eo crearentur & viſibilia & inviſibilia, & throni & dominationes & ut ipſi dicunt divinitates. Acceſſit ergo cum productis Angelis, eamque ab adventitiis affectionibus ſeparavit, & ſeparatas compegit. Hæc vero ab affectionibus ſeparata deſiderio capta eſt Angelorum, & ſpiritalem ſœtum peperit Angelis conſimilem, qui ſurſum occurrit. Ex converſione autem animalem ſubſtantiam extitiſſe dicunt, & ex hac formatum eſſe Deum & patrem, & regem eamdem cum ipſo naturam habentium animarum, quæ Dextra vocant, & materiæ, quæ Siniſtra nominant. Omnia enim quæ conſpiciuntur ipſum ſibi vendicaſſe dicunt. Vocant autem illam & Matripatrem, & Patrem, & Creatorem. Et quod opus eſt omnes ſabularum ineptias recenſere? His enim, quæ dicta ſunt, univerſum figmentum ſimile eſt. Servatorem porro, qui apparuit, ab Achamoth quidem accepiſſe, id quod eſt ſpiritale, a Creatore vero, animalem induiſſe Chriſtum; a Diſpenſatione autem impoſitam eſſe corpus animalem habens ſubſtantiam, & ineffabili ſapientia elaboratum, ut & tangi & cerni, & pati poſſet. Materiale nihil prorſus ſumpſiſſe illum dicunt, quod nihil eorum, quæ ex materia conſtant, ſalutem conſequatur. Dicunt porro ſe quidem ex ſola cognitione ſalvari, nos vero ex fide & bona actione: ſe autem operibus non egere, cum ad ſalutem ſufficiat cognitio. Quare qui apud illos ſunt perfectiſſimi, quidquid divinis legibus eſt prohibitum ſine metu perpetrant. Nam & Gentilium feſta celebrant, & immolatis veſcuntur, & voluptatibus ſerviunt, & ſcelera omnia indiſcriminatim admittunt.

(D) S. IRENÆUS *adv. Hæreſ. lib.* 1. *c.* 18. Et Cerdon autem quidem ab iis, qui ſunt erga Simonem occaſionem accipiens, cum veniſſet Romam ſub Hygino, qui nonum locum Epiſcopatus per ſucceſſionem ab Apoſtolis habuit, docuit eum, qui a Lege & Prophetis annuntiatus ſit Deus, non eſſe Patrem Domini noſtri Chriſti Jeſu. Hunc enim cognoſci, illum autem ignorari: & alterum quidem juſtum, alterum autem bonum eſſe.

Cap. IV. *lib.* 3. *habes infra apud* EUSEBIUM.

EUSEBIUS *Eccleſ. Hiſt. lib.* 4. *c.* 11. Cerdon vero qui Marcionem anteceſſit, ipſe quoque Pontificatu Hygini qui nonus fuit Epiſcopus, cum ad Eccleſiam veniſſet & errorem ſuum confeſſus eſſet, ita deinceps perſeveravit: interdum occulte docens, interdum rurſus confitens errorem: nonnumquam convictus impiæ doctrinæ, eoque nomine a fratrum conventu remotus. Hæc Irenæus in *Cap.* 4.
tertio adverſus Hæreſes libro. In primo autem hæc rur- *Cap.* 28.
ſus de Cerdone dicit: Cerdon autem quidam ex Simonis diſciplina profectus, cum Romam veniſſet Pontificatu Hygini, qui in Epiſcopali ſede nonus Apoſtolorum ſucceſſor fuit, docuit Deum, quem Lex & Prophetæ prædicaverunt, Patrem non eſſe Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hunc enim cognoſci, illum vero ignotum eſſe: & hunc quidem juſtum exiſtere, illum autem bonum.

S. EPIPHAN. *adv. Cerdonianos*, *hæreſ.* 41. *num.* 1. Cum e Syria Romam peregrinandi cauſa miſſet (*Cerdo*) acceſſiſſet, ſui juxta ac ſectatorum ſuorum labes quædam

Digitized by Google

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 10.

ac pernicies fuit.. Cerdo Hygini Papæ temporibus fuit, qui in Apoſtolorum Jacobi, & Petri Paulique ſucceſſione nonum locum tenebat... Duo perinde atque alti principia ſtatuit, ac Deos videlicet duos. Bonum alterum, & ignotum omnibus, quem & Patrem Jeſo nominavit: alterum Creatorem, malum & cognitum: qui & in Lege locutus eſt, & Prophetis apparuit, ac ſe videndum ſæpeuumero præbuit. Chriſtum uegat a Maria genitum, aut carne revera ſuiſſe veſtitum: ſed ejusmodi ſpecie tenus extitiſſe, & apparuiſſe talem, ac ſpecie ſola univerſa feciſſe. Idem corporam reſurrectionem repudiat: vetus Teſtamentum, quod per Moyſen ac Prophetas traditum eſt, tanquam alienum a Deo rejecit. Chriſtum e cælo, atque ab ignoto Patre deſcendiſſe ideo putat, ut hic mundi conditoris atque opificis imperium ac tyrannidem everteret: id quod aliæ pletæque hæreſes exiſtimant. Rumæ igitur brevi ille tempore commoratus ſuum Marcioni virus aſpetſit, quem etiam ſucceſſorem habuit.

S. PHILASTR. Brix. Epiſc. *Lib. de Heref. in Catal. eorum qui poſt Chriſti Paſs. hæreſ. arguuntur, num.* 16. Cerdon autem quidam ſurrexit poſt hos, pejus ſuis doctoribus prædicans, qui cum veniſſet Romam de Syria, auſus eſt dicere duo eſſa principia, id eſt, unum Deum bonum, & unum malum: & Deum quidem bonum, bona facere; & malum, mala. Jeſum autem Salvatorem non natum aſſerit de Virgine, nec apparuiſſe in carna, nec de cælo deſcendiſſe, ſed putative viſum fuiſſe bominibus; qui non videbatur, inquit, vere, ſed erat umbra: unde & putabatur quibusdam pati, non tamen vere patiebatur.

S. AUG. *Lib. de Heref. ad Quodvultdeum, n.* 21. Cerduniani a Cerdone nominati, qui duo principia ſibi adverſautia dogmatizavit. Deumque Legis ac Prophetarum non eſſe patrem Chriſti, nec bonum Deum eſſe, ſed juſtum; patrem vero Chriſti bonum: Chriſtumque ipſum neque natum ex ſemina, neque habuiſse carnem; nec vere mortuum, vel quidquam paſsum, ſed ſimulaſse paſſionem. Quidam vero in duobus principiis ſuis duos Deos ita eum dixiſse perhibent, ut unus eorum eſset bonus, alter autem malus. Reſurrectionem murtuorum negat, ſpernens etiam Teſtamentum vetus.

THEODOR. *Heret. fabul. lib.* 1. *n.* 4. Marcion autem & Cerdon ejus doctor, ſumpſerunt & ipſi quidem ex Simunis impoſtura materiam blaſphemiæ, ſed aliam impietatis viam excogitarunt. Cerdo enim, qui Antonini primi temporibus fuit, alium Deum eſse dixit Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ignotum Prophetis: alium univerſi cunditorem, Legisque Moſaicæ legiſlatorem: atque hunc quidem juſtum eſse, illum vero bonum. Hic
Exod. 21. 24. *&c* enim, inquit, in Lege præcipit, Oculum pro oculo,
dentem pro dente exſcindere: ille vero bonus jubet in
Matt. 5. 39. Evangelio dextram maxillam pulſanti, alteram ubvertere,
Levit. 19. 1. & ei qui tunicam vult tollere, pallium dare. Et
Mat. 5. 44. ille rurſus in Lege juſſit diligere amicum, & odio habera
Exod. 23. 4. inimicum: hic veru juſſit etiam inimicos diligere. Nec
Deut. 22. 1. 2 ſtolidus animadvertit, quod etiam in Lege præcipit er-
Mat. 5. 22. rantem inimici bovem redocere, & jumentum quod ee-
Mat. 7. 2. ciderit erigere, & auxilio indigentem inimicum non deſpicere: & quod qui ſolus ab eo bonus vocatur, ei qui fratrem ſtultum vocat gehenuam minatur, juſtumque ſe docens dixit, *Qua menſura meteimini, remetietur vobis.*

(E) S. IRENÆUS *adv. Heref. lib.* 1. *cap.* 29. Succedens autem ei Marcion Ponticus, adampliavit doctrinam, impudurate blaſphemans eum, qui a Lege & Prophetis annuntiatus eſt Deus, malorum factorem, & bellorum concupiſcentem, & inconſtantem quoque ſententia & contrarium ſibi ipſum dicens. Jeſum autem ab eo Patre, qui eſt ſuper mundi fabricatorem Deum, venientem in Judæam temporibus Pontii Pilati Præſidis qui fuit Procurator Tiberii Cæſaris, in bominis forma manifeſtatum his, qui in Judæa erant, diſſolventem Profetas, & Legem, & omnia opera ejus Dei qui mundum fecit, quem & Coſmocratorem dicit. Et ſuper hæc, id quod eſt ſecundum Lucam Evangelium circumcidens, & omnia, quæ ſunt de generatione Domini conſcripta auferens, & de doctrina ſermonum Domini multa auferens, in quibus manifeſtiſſime conditorem hujus univerſitatis ſuum Patrem confitens Dominus, conſcriptus eſt: ſemetipſum eſse veraciorem, quam ſunt hi qui Evangelium tradiderunt Apoſtoli, ſuaſit diſcipulis ſuis, non Evangelium, ſed particulam Evangelii tradens eis. Similiter autem & Apoſtoli Pauli Epiſtolas abſcidit, auferens quæcumque manifeſte dicta ſunt ab Apoſtolo de eo Deo, qui mundum fecit, quoniam hic Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, & quæcunque ex Propheticis memorans Apoſtolus docuit præmuntiantibus adventum Dei. Salutem autem ſolum animarum eſse futuram earum, quæ ejus doctrinam didiciſsent. Corpus autem videlicet, quoniam a terra ſit ſumptum, impoſſibile eſse participare ſalutem. Super blaſphemiam autem, quæ eſt in Deum, adjecit & hoc, vere diaboli os accipiens, & omnia contraria dicens veritati. Cain, & eos qui ſimiles ſunt ei, & Sodomitas, & Ægyptios & ſimiles eis, & omnes omnino gentes, quæ in omni permixtione malignitatis ambulaverunt, ſalvatas eſse a Domino, cum deſcendiſset ad inferos & accurriſsent ei, & in ſuum aſsumpſiſse regnum. Abel autem & Enoch & Noe & reliquos juſtos, & eos qui ſunt erga Abraham Patriarchas, cum omnibus Prophetis & his qui placuerunt Deo, non participaſse ſalutem, qui in Marcione fuit ſerpens præconiavit. Quoniam enim ſciebant, inquit, Deum ſuum ſemper tentantem eos, & tunc tentare eum ſuſpicati, non accurrerunt Jeſu, neque crediderunt annuntiationi ejus: & propterea remanſiſse animas eorum apud inferos dixit.

* EUSEBIUS. *Ecclef. Hiſt. lib.* 4. *cap.* 11. Huic (*Cerdoni*) ſuccedens Marcion natione Ponticus, ſcholam latius propagavit, impudentiſſime blaſphemans.

S. EPIPHAN. *contra Marcionitas, heref.* 24. *n.* 1. Fuit iſte (*Marcion*) genere Ponticus, ex ea parte quæ Helenopontus dicitur, oppido Sinupe... Qui initio vitæ ſcilicet caſtitatem præ ſe ferens, Monachorum inſtitura profeſsus eſt, parente natus Catholicæ Communionis Epiſcopo. Poſtea cum virginem quamdam adamaſset, ac fraudibus pellexiſset, ab ſpe vitæ celeſtis illam juxta ac ſemetipſum dejecit. Ob hunc igitur inceſtum Eccleſia ab ipſo parente pulſus eſt, viro cumprimis religioſo, ac veritatis amore flagrantiſſimo & in hac Epiſcopalis muneris adminiſtratione præſtanti. Cui cum Marcio diu multumque ſupplicaſſet, ac pœnitentiam poſtulaſſet, hanc a patre precibus nullis obtinuit. Vehementem ſiquidem ex ea re dolorem optimus ſenex & Epiſcopus ceperat, quod non ille ſolum excidiſſet, ſed & ignominiam ſibi ac dedecus impoſuiſſet. Ergo ubi ſe nullis artibus eblandiri poſſe quod cuperet animadvertit, popularium ſuorum probra, ac ludibria non ſuſtinens, clam ab oppido seceſſit, ac Romam poſt Hygini Papæ obitum ſeſe contulit... Eo ſtatim ac Marcion pervenit ad ſeniores adiens, qui ab Apoſtolorum diſcipulis edocti adhuc ſupererant, ut in communionem admitteretur ab iis fruſtra petiit. Quamobrem exſtimulatus invidia, quod non principem illic locum ac ne Eccleſiæ quidem aditum impetraſſet, ad impoſtoris Cerdonis hæreſim confugere in animum induxit.

N. 2... Quare palam eos alloquens: Cur me, inquit, recipere noluiſtis? Reſponderunt illi: Nobis injuſſu venerandi patris tui facere iſtud non licet. Una ſiquidem fides eſt, & animorum una conſenſio: neque contra ſpectatiſſimum collegam patrem tuum moliri quippiam poſſumus. At ille vehementius excandeſcens, ac ſuperbia, invidiaque percitus, ſchiſma conflavit, ac privatam hæreſim architectatus eſt; Et Eccleſiam, ait, veſtram ego diſſociabo, in eamque ſchiſma ſempiternum immittam.

N. 3... *Cerdo.. duo.. principia conſtituit: at Marcio tertium ad illius dogma principium adjecit; ut omnino tria ſint, quorum unum ſit ſupremum, quod neque nomine comprehendi, neque viſu percipi poſſit; quem & bonum Deum appellat, a quo nihil ſit eorum, quæ in mundo ſunt conditum. Alterum vero Deum eſse dicit aſpectabilem, ac Creatorem. Tertium denique diabolum inter ambos illos, aſpectabilem ſcilicet, & eum, qui aſpici nequit, interjectum. Ex iis qui Creator eſt & opifex, viderique poteſt Judæorum, eſse Deum, eundemque judicem. Ceterum virginitas a Marcione prædicatur. Jejunium & ſabbatorum obſervari præcipit. Myſteria catechumenis cernentibus apud illum celebrantur: ad hæc vero myſteria aquam adhibet. Sabatum ob eam cauſam jejunium ſanxit. Cum enim, ait, Judæorum Dei, qui hunc mundum fabricavit, illa ſit requies, cum die VII. requiaverit, eadem nos jejunare inſtituimus, ne Judæorum Dei ritibus uti videamur. Carnem negat reſurgere, idque habet pleriſque cum hæreſibus commune. Animæ dumtaxat reſurrectionem ac vitam unius & ſalutem aſſerit. Baptiſmo non ſemel, ſed tertio apud illos initiantur: quod fieri idcirco conceſſit, quod a diſcipulis ſuis, quibus fuerat cognitus, ob delictum illud ac virginis ſtuprum, ludibrio eſset habitus. Nam eum virginem in patria conſtupraſset, & ingentis flagitii convictus aufugiſset, alterum ſibi circumforaneus iſte baptiſmum adſcivit; licere pronuntians ter omnino aquis elui, ac baptiſmo peccatorum ad condonationem expiari: ut ſiquis

poſt

dictu eſt an magiſtros diſcipuli, an diſcipulos magiſtri impietate, immunditia, opinionum monſtris ſuperaverint. Plurimos tamen habuerunt ſequaces & diſcipulos, eorumque commenta quantumlibet portentoſe ſerio confutare coacti ſunt ſancti Eccleſiæ Patres, Tertullianus, S. Irenæus, S. Clemens Alexandrinus, S. Epiphanius & alii.

MONTANISTÆ, qui & *Cataphryges*, ſic dicti ab auctore *Montano* ex Myſia *Phrygiæ* provincia oriundo. Is ſe Spiritum ſanctum Paracletum jactitabat, & circumducebat ſecum meretrices duas Priſcillam & Maximillam, quas ſuo affectas ſpiritu Prophetiſſas eſſe dictitabat. Secundas nuptias damnabat ut illegitimas. Quadrageſimarum trium obſervationem ad ſalutem ſingulis omnino neceſſariam eſſe contendebat, cum Eccleſia unam jejunii quadrageſimalis obſervationem ex Apoſtolica Traditione præciperet. Negabat fuiſſe conceſſam Eccleſiæ poteſtatem abſolvendi a multis peccatis. Arguebat eos qui in perſecutione fugerent. Plures alii errores vel Montano vel ejus diſcipulis objecti ſunt. (F) In hanc hære- F

poſt uſurpatum priorem peccaverit, ad ſecundum cum pœnitentia confugiat, ſimiliterque tertium, ſi poſt ſecundum iterum ſe delictis obſtrinxerit.

Præterea Legem ac Prophetas omnes abjicit; quos principis illius afflatu, qui hunc orbem condidit, vaticinatos exiſtimat. Chriſtum vero ideo de cælo delapſom illo a Parente qui nec videri nec nominari poteſt, ut & animas liberaret, & Judæorum ac Legis, & Prophetarum, atque ejuſmodi ceterorum Deum redargueret. Imo ad inferos uſque deſcendiſſe Dominum, ut & Caino, & Core, ac Dathani, & Abiron, necnon Eſau, ac nationibus omnibus, quibus Judæorum Deus fuerat ignotus, ſalutem afferret. Abelum vero, Enochum, Noemum, Abrahamum, Iſaacum, Jacobum, Moyſen, Davidem ac Salomonem illic relictos; quoniam Judæorum Deum, inquiunt, agnoverunt, qui univerſitatis conditor ac fabricator eſt, ejuſque Leges & inſtituta ſecuti ſunt: ac non ſe potius alteri illi Deo, qui videri oculis nequit, addixerunt. Jam mulierculis baptizandi poteſtatem facit. Nihil eſt enim apud illos niſi ludibrio ac riſu digniſſimum: cum vel myſteriis ipſis, adſtantibus catechumenis, operari non dubitent. Quod ad reſurrectionem attinet, hanc ille corporum eſſe negat, uti monuimus; animarum concedit; quibus ſolis ſalutem, non item corporibus circumſcribit. Animarum denique ab illis in alia corpora migrationes ac tranſitus ſtatuit.

N. 9 Ad ejus ſcripta, vel potius ſcelerate commiſſa me confero. Nam iſte ſolum Lucæ Evangelium amplectitur, amputato tamen ejus initio, quod ibi Salvatoris in utero generationem, & ejuſdem adventum cum corpore perſpicue commemoret. Nec initium modo circumſcripſit ille, ſui potius quam Evangelii corruptor: ſed ex initio pariter ac medio pleraſque veritatis ſententias ſuſtulit, aliaſque pro illis ſubſtituit. Hanc unam porro Evangelii formam, quod a Luca ſcriptum eſt, admittit. Epiſtolas præterea Pauli Apoſtoli decem, quibus ſolis utitur, nec iis quidem integris, ſed alia ex illis capita detrahit, alia commutat. Atque hos libros duos dumtaxat pro canonicis habet: præter quos alia inſuper a ſe elucubrata volumina erroris ſui ſtudioſis obtruſit. Epiſtolæ vero, quæ ab illis probantur, hæ ſunt. Prima eſt ad Galatas: 2. ad Corinthios prima: 3. ad Corinthios ſecunda: 4. ad Romanos: 5. ad Theſſalonicenſes prima: 6. ad Theſſalonicenſes ſecunda: 7. ad Ephesios: 8. ad Coloſſenſes: 9. ad Philemonem: 10. ad Philippenſes. Habet & ad Laodicenſes Epiſtolæ particulas aliquot.

S. PHILASTR. Brix. Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Catal. eorum qui poſt Chriſti Paſſ. hæreſ. arguuntur*, n. 17. Marcion autem diſcipulus ejus, genere Pontius, de civitate Sinope, urbem Romam devenit, ibique degens ſceleratam hæreſim ſeminabat, atque interrogans Presbyteros ſanctos Eccleſiæ, ſenſus ſui eis errorem mortiferum propinabat, dicens ita: Quid eſt, quod in Evangelio dicente Domino ſcriptum eſt: Nemo pannum rudere mittit in veſtimentum vetus, neque vinum novum in utres veteres, alioquin rumpentur utres & effundetur vinum. Et
Mat. 9. 16. iterum: Non eſt arbor bona, quæ faciat malum fructum,
Id. 7. 17. 18. neque arbor mala, quæ faciat bonum fructum. Deque hoc accipiens interpretationem a ſanctis Presbyteris, non acquieſcebat veritati, ſed magis Cerdonis ſui doctoris firmabat mendacium, & iſte ſimiliter unum Deum bonum, & unum malum annuntians, Chriſtum autem putative apparuiſſe, id eſt, quaſi per umbram, & paſſum eum fuiſſe umbratiliter, non tamen in vera carne credebat. Secundum Lucam autem Evangelium ſolum accipit, non Evangelia nec Epiſtolas Pauli Apoſtoli, niſi ad Timotheum & Titum: quæ enim de Chriſto dicunt, ut de Deo vero, præterit: quæ autem quaſi de homine dicunt Scripturæ, ea accipit capitula, & neque Chriſtum judicem eſſe omnium confitetur. Qui devictus atque fugatus a beato Johanne Evangeliſta & a Presbyteris de civitate Epheſi, Romæ hanc hæreſim ſeminabat.

S. AUGUST. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, n. 22. Marcion quoque, a quo Marcionitæ appellati ſunt, Cerdonis ſecutus eſt dogmata de duobus principiis: quamvis Epiphanius eum tria dicat aſſeruiſſe principia, bonum, juſtum, pravum: ſed Euſebius Synerum quemdam, non Marcionem, trium principiorum atque naturarum ſcribit auctorem.

THEODORET. *Hæret. fabul. lib.* 1. *num.* 24. Marcion vero Ponticus, cum hæc a Cerdone didiciſſet, tradita ſibi doctrina contentus non fuit, ſed auxit impietatem. Quatuor enim ingenitas ſubſtantias oratione ſua finxit; & alium quidem bonum & incognitum dixit, quem & Domini Patrem appellavit: alium Creatorem & juſtum, quem & malum nominavit: & præter hæc materiam, quæ mala ſit, & alii malo ſubſit. Creatorem autem malo devicto materiam accepiſſe, ex eaque omnia creaſſe: ex eo quidem quod puriſſimum erat, cælum, ex reliquo quatuor elementa, & ex fæce quæ ſubſederat, inferos & tartara. Rurſum autem, cum terræ quod puriſſimum erat percolaſſet, conſtituit, inquit, paradiſum: ex hujus autem ceſpite uno Adam formavit, de ſua illi ſubſtantia dans animam. Hinc, ut ait, animæ corporiſque orta contentio, corpore animam ad materiam illam deprimere contendente: anima vero corpus ad Creatorem extollere conante. Hi quoque ſerpentem creatore meliorem dicere non verentur. Hic enim arborem cognitionis edere vetuit, ille vero hortatus eſt. Nec ſentiunt impii, quod ſerpentis conſilium mortem peperit. Itaque nonnulli eorum ſerpentem venerantur: & inveni ipſe apud illos ſerpentem æneum in arcula quadam cum execrandis eorum myſteriis reconditum. Non ſolum autem Creatorem blaſphemant, ſed & Patriarchas & Prophetas iniquos vocant, ut Creatorem malorum amatorem eſſe oſtendant. Hic ex Evangeliis id ſolum quod eſt ſecundum Lucam recipit, genealogiæ maxima parte amputata: Legem vero & Prophetas & totum vetus Teſtamentum, tanquam ab alieno Deo datum rejecit. Deſcendiſſe autem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum dicit, ut a Creatoris ſervitute illos liberet, qui in ipſum crediderint. Hominem porro viſum eſſe, cum humanum nihil haberet, & viſum eſſe pati, cum minime paſſus ſit. Rejicit etiam corporum reſurrectionem, hanc fieri non poſſe exiſtimans. Cain quidem & Sodomitas, & omnes alios impios, ſalutem conſecutos eſſe dixit, & in regnum aſſumptos, cum ad Chriſtum Servatorem apud inferos acceſſiſſent: Abel vero & Enoch & Noe, & Patriarchas, reliquoſque Prophetas, libertatem illis datam adeptos non eſſe, quod ad illum ſe conferre noluerint. Qua de cauſa, inquit, ad habitandos inferos damnati ſunt. Hæc adverſus Creatorem Marcion, atque his etiam multo graviora debacchatus eſt: majores enim blaſphemias ſilentio præterii. Novi autem ex his ſenem quemdam nonagenarium, qui mane cum ſurgeret ſputi excremento faciem ſuam lavabat, cauſamque rogatus, reſpondit ſe nolle opus habere creatore, nec aquam quæ ex illius operibus eſt uſurpare. Et cum dicerent qui aderant, Quomodo ergo comedis, quomodo bibis, & veſtiris, & dormis, & ſolita myſteria peragis? Reſpondens, neceſſitate adactum id ſe facere dixit, quod nec vivere aliter poſſit, nec myſteria celebrare. Confeſſuſque eſt amens vel invitus, nihil habere illum quem bonum vocant, ſed omnibus bonis frui ex operibus Creatoris.

(F) S. IRENÆUS *Lib. 3. contra Hæreſ. cap.* 11. *n.* 9. ... Alii vero ut donum ſpiritus fruſtrentur, quod in noviſſimis temporibus ſecundum placitum Patris effuſum eſt in humanum genus, illam ſpeciem non admittunt, quæ eſt ſecundum Johannis Evangelium, in qua paracletum ſe miſſurum Dominus promiſit; ſed ſimul & Evangelium, & propheticum repellunt ſpiritum. Infelices vere, qui Pſeudo-prophetæ quidem eſſe volunt; propheticam vero gratiam repellunt ab Eccleſia: ſimilia patientes his, qui propter eos qui in hypocriſi veniunt, etiam a fra-

Digitized by Google

trum communicatione ſe abſtinent. Datur autem intelligi, quod hujuſmodi neque Apoſtolum Paulum recipiant. In ea enim Epiſtola, quæ eſt ad Corinthios, de propheticis chariſmatibus diligenter loquutus eſt, & ſcit viros & mulieres in Eccleſia prophetantes. Per hæc igitur omnia peccantes in ſpiritum Dei, in irremiſſibile incidunt peccatum.

EUSEB. *Eccleſ. Hiſt. lib. 5. c. 14.* Hoſtis Eccleſiæ Dei... peregrinas quaſdam hæreſes adverſus Eccleſiam pullulare iterum fecit. Quarum ſectatores alii quidem venenatorum anguium inſtar per Aſiam Phrygiamque repſerunt. Qui & Montanum Paracletum, duaſque ejus comites Priſcillam & Maximillam Montani Propheriſſas eſſe jactabant.

Ex incerto auctore apud EUSEB. *ibid. cap. 16.* Cum eſſem Ancyræ in Galatia, & Eccleſiam illius loci nova illa non ut ipſi dicunt prophetiam, ſed ut poſtea demonſtrabitur pſeudo-prophetia turbata deprehendi.... Obſtinata illorum coitio adverſus Eccleſiam, & nova perincioſi ſchiſmatis hæreſis, hanc habuit originem. Vicus quidam eſſe dicitur in Myſia contermina Phrygiæ nomine Ardaba, in quo ajunt Montanum quemdam ex iis qui fidelium numero recens adſcripti fuerant, immodica primi loci cupiditate captum, primum ſub Grato Aſiæ Proconſule aditum in ſe adverſario ſpiritui præbuiſſe: & dæmone repletum, ſubito quodam furore ac mentis exceſſu concuti cœpiſſe, & nova quædam atque inaudita proloqui; hariolantem ac prædicentem futura, præter morem atque inſtitutum Eccleſiæ a majoribus traditum & continua deinceps ſucceſſione propagatum. Porro ex his qui tunc temporis adulterinos hominis ſermones audierant, alii quidem ut abreptitium & dæmoniacum ac ſpiritu erroris actum, turbaſque in populo excitantem indignabundi objurgabant, & loqui ulterius prohibebant: quippe qui in mente haberent diſcrimen a Domino prænotatum, minaſque quibus jubemur adventum falſorum Prophetarum vigilanter ac ſollicite obſervare. Alii vero velut ſancto Spiritu & prophetiæ gratia elati inflatique mirum in modum, & diſtinctionis a Domino præmonſtratæ penitus obliti, illum inſatuantem & adulatorem, vulgique ſedoctorem ſpiritum ultro ad loquendum provocabant, capti ejus illecebris & in fraudem inducti. Hac igitur arte ſeu potius fraude ac verſutia diabolus adverſus eos qui dicto Domini audientes non erant, exitium machinatus, cum ab illis immerito coleretur, mentes eorum a vera fide ſecubantes ſomnoque oppreſſas excitavit paulatim ac vehementius inflamavit. Quippe duas alias mulierculas ſuſcitavit, & adulterino ſpiritu replevit, adeo ut ipſæ quoque perinde ac ſupra memoratus ille, inſana quædam & importuna atque aliena loquerentur. Et eos quidem qui ea re delectabantur atque intumeſcebat, ſpiritus ille beatos prædicabat, & promiſſorum magnitudine ſupra modum inflabat. Interdum tamen conjecturis & fide dignis argumentis utens, palam eos condemnabat, quo ſcilicet etiam objurgatorius videretur. Hi perpauci; erant Phryges, hujuſmodi fraude decepti. Univerſam vero, quæ per orbem terrarum ſparſa eſt, Eccleſiam, idem ille arrogantiſſimus ſpiritus maledictis appetere eos docebat, eo quod nec honorem, nec aditum ullum ad ipſam pſeudoproheticus ſpiritus reperiret. Nam cum fideles qui in Aſia erant, ſæpius & in plurimis Aſiæ locis ejus rei cauſa convenîſſent, novamque illam doctrinam examinaſſent, & prophanam atque impiam judicaſſent; damnata hæreſi, ibi ab Eccleſia & fidelium communione expulſi ſunt... Nec vero ullus eorum pro Chriſti nomine preheuſus, in crucem actus eſt: ſed neque ulla mulier in Judæorum ſynagogis aut flagris cæſa, aut lapidibus impetita eſt. Nuſquam profecto, nec unquam. Immo longe alio mortis genere interiiſſe dicuntur Montanus & Maximilla. Ambo enim, ut fama eſt, ab inſano ſpiritu incitati, laqueo ſibi gulam fregerunt: non quidem ſimul, ſed ſuæ quiſque mortis tempore: atque ita inſtar proditoris Judæ vitam finierunt. Sic etiam admirabilis ille Theodotus, qui primus prophetiæ illorum quaſi procurator quidam fuit, plurimorum ſermone perhibetur falſo mentis exceſſu abreptus fuiſſe, perinde ac ſi levaretur aliquando & aſſumeretur in cælum: cumque ſe totum fraudolentiſſimo ſpiritui permiſiſſet, ab eo in altum jactatus miſerabili exitu periiſſe. Et id quidem ita factum eſſe narrant. Sed quoniam ipſi non vidimus, nequaquam exiſtimamus nos quidquam eorum certo cognoſcere. Nam forte hoc, forte etiam alio mortis genere Montanus ac Theodotus & mulier jam a nobis nominata occubuerunt.

EX APOLLONIO *apud eumdem, ibid. c. 18.* Sed quiſnam eſt novus ille doctor? (*inquit Apollonius de Montano loquens*) opera ejus & doctrina ſatis aperte produnt. Hic eſt qui nuptiarum diſſidia docuit, qui jejuniorum leges impoſuit: qui Pepuzam & Tymium Phrygiæ oppidula, Jeruſalem nominavit, ut cunctos undique homines eo convocaret, Qui pecuniarum exactores conſtituit, qui ſordidam munerum captionem oblationum nomine callide obvelavit. Qui doctrinam ſuam prædicantibus ſalaria præbet, ut per fœdam ventris ingluviem doctrina ejus convaleſcat. Hæc ille de Montano. De Montani vero Prophetiſſis aliquanto poſt loquitur in hunc modum. Oſtendimus igitur, inquit, has principes Prophetiſſas ſimul ac ſpiritu impletæ ſunt, viros ſuos dimiſiſſe. Quantopere ergo mentiebantur qui Priſcam virginem vocabant? *Multas deinde hiſtorias narrat de ipſorum Prophetis ac Prophetiſſis, falſiſque Martyribus, quæ non ſunt hujus loci.*

S. EPIPHAN. *contra Montaniſtas ſeu Cataphryges, hæreſ. 48. n. 1.* Cataphryges (ſic enim appellant) tam vetus quam novum inſtrumentum aſciſcunt. Mortuorum reſurrectionem approbant... Montanum quemdam Prophetam, cum Priſcilla & Maximilla Prophetiſſis prædicant; quibus inhærentes a recta via deflectunt.

N. 9. Eum qui ſecundis nuptiis illigatus fuerit, expellunt, ac ne facere iſtud audeat vim ac neceſſitatem adhibent...

N. 11... Montanus adjicit: *Ego ſum Dominus Deus, qui in homine verſor...* Pergit Montanus inſelix homuncio: *Non Angelus*, inquit, *non legatus aliquis, ſed egomet Deus Pater acceſſi.*

N. 14. ... Inter orandum indicem manus digitum naſo imponunt, ut animi triſtitiam, & affectatam quandam ſanctitatem præ ſe ferant: a nonnullis ideo Taſcodrugitæ nominantur, quaſi *paxillonaſones* dixeris. Sed in hac Montani, vel in ejus germana Quintillianorum, aut certe Priſcillianorum, & Pepuzianorum hæreſi horrendum quiddam ac deteſtandum fieri dicitur. Nam infantulum per ſolemne quoddam feſtum acubus æreis toto corpore pungentes, exceptum ſanguinem ſacrificiis ſuis adhibent.

Hæreſ. 49. adverſus Quintillianos, n. 1... Etenim Cataphryges iſti, ſive Priſcilliani Quintillam aut Priſcillam: neque enim utra ſit certo ſcimus; ſed harum alteram dicunt Pepuzæ aliquando ſomno correptam: tum ad eam deſcendiſſe Chriſtum, ac ſimul cum ipſa ejuſmodi habitu dormiiſſe, ut vana muliercula jactabat. *Muliebri*, inquit, *ſpecie, ac veſte ſplendida venit ad me Chriſtus, mihique ſapientiam indidit, atque hunc locum ſanctum eſſe ſignificavit; in eumque ſanctam Hieruſalem delabi.* Ob id nonnullæ ad hodiernum uſque tempus mulieres, ac viri eodem initiari cultu ſolent, ut ibidem excubantes Chriſtum contemplentur...

N. 2. Singularem Evæ gratiam tribuunt: quod prima de ſcientiæ fructu comederit. Sororem vero Moyſis Prophetiſſam jactitant; cujus exemplo ſuo illi coaptandarum in clerum mulierum inſtituto ſuffragantur. Quin & quatuor, inquiunt, Philippus Prophetiſſas filias habuit. Sæpenumero in illorum Eccleſiam vii. cum facibus virgines ingrediuntur, candida veſte, ut populo videlicet oracula reddant. Hæc cum ſpeciem quandam furoris præ ſe tulerint, adſtantibus illudunt, & ad fletum provocant; ut is pœnitentiæ luctus eſſe videatur. Nam & lacrymas profundunt, & toto corporis geſtu vitam hominum deplorant. Apud eoſdem mulieres Epiſcopi ſunt, & Presbyteri, & ad ceteros gradus alleguntur, nullum ut ſexus diſcrimen ſervetur. *Nam in Chriſto Jeſu neque mas eſt, neque femina.* Ceterum Artotyritas eoſdem idcirco vocant, quod ad celebranda myſteria ſua panem & caſeum adhibent.

N. 8. Ceterum libri penes illos quamplurimi ſunt. Nam interrogationes quaſdam Mariæ venditant. Alii de eo quem diximus Jaldabaoth ſub Sethi nomine complures libros ſuppoſititios obtrudunt. Sed & Adami revelationes alias, & alia item Evangelia falſa diſcipulorum nomine conſcribere ſunt auſi. Nec eos dicere pudet Salvatorem noſtrum ac Dominum Jeſum Chriſtum ejuſmodi per ſeſe turpitudinem monſtraſſe; etenim in Mariæ interrogationibus quas majores vocant, (ſunt enim aliæ minores perinde commentitiæ) huic illum pateſeciſſe fingunt, cum eam in montem eduxiſſet, eſſetque precatus, ac producta de latere ſuo muliere cum ea rem habere cœpiſſet: tum ſeminis ſui profuſione deguſtata monſtraſſet, ita, ut vivere poſſimus, eſſe faciendum. Addunt & perturbatam fuiſſe Mariam, atque humi cecidiſſe; eamque a Chriſto cum his verbis erectam: *Quare dubitaſti modi-*

Digitized by Google

modicæ fidei? Atque hoc ipſum eſſe volunt, quod in E-
Joh. 3. 12. vangelio dicitur: *Si terrena dixi vobis, & non credidi-*
Id. 5. 63. *ſtis, cæleſtia quomodo credetis?* Item illud: *Cum videri-*
tis filium hominis eo aſcendentem ubi erat prius; hoc eſt, inquiunt, profluens ſemen exſorbtum, ut eo unde exie-
Id. Ibid. 54 rat revertatur. Tum quod alibi ſcriptum eſt: *Niſi man-*
ducaveritis carnem meam, & biberitis meum ſanguinem:
Id. Ibid. 61 ad quæ perturbatis diſcipulis, ac dicentibus: *Quis hoc poteſt audire?* De turpitudine ſermonem eum inſtitutum ferunt, ideoque turbatos retro pedem retuliſſe: nondum enim perfecte corroborati erant ac ſtabiliti. Quo etiam
Pſ. 1. 3. Davidis illud dictum referant: *Erit tamquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Atque in eo quod ſcriptum eſt, *Secus decurſus aquarum*, indicari viri fœditatem aſſeruit; iſtud vero: *quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo*, voluptatis demonſtrare proluviem. Nam quod ad-
Ibid. 4. ditum eſt: *& folium ejus non defluet*, tunc a nobis, inquiunt, perficitur, cum in terram decidere non patimur, ſed ipſimet illud abſumimus.

N. 9... Quin etiam eodem illud ſpectat: *bibe aquam de tuis vaſis.* Siquidem interire carnem, nec excitari denuo prædicant, eamque ad principem pertinere. Vim autem illam, quæ in menſtruis eſt ac ſemine, animam eſſe, quam collectam comedimus. Unde cum carnibus aut oleribus, aut pane, aut alio quopiam veſcimur, bene de creatis rebus meremur, dum ex his omnibus animam corrogamus, ac nobiſcum in cælum evehimus. Ideoque genere omni carnium utuntur, ut generis, aiunt noſtri miſereamur. Cæterum eandem ineſſe putant animalibus & beſtiis, & piſcibus ac ſerpentibus animam, quæ hominibus inſit, necnon & oleribus, & arboribus, ac germinibus infuſam. Jam vero qui ex iis Phibionitæ vocantur, execranda illa libidinis ſacra, quæ a nobis explicata ſunt, 365. nominibus adſcribunt, quæ principum eſſe propria commenti ſunt. Ita mulierculis illudentes, Congredere mecum, inquiunt, ut te ad principem perducam. Tum ad ſingulos coitus barbarum aliquod unius ex illis nomen temere ab iis excogitatum pronunciant, ac nimirum has formulas precantur: Tibi N. offerimus, ut N. viciſſim offeras: inde alio rurſus in congreſſu alteri ſe offerre prædicant, ut & is alteri repræſentet. Ita donec per 365. libidinis ac laſciviæ gradus aſcenderint, vel deſcenderint potius, quoties venerem repetunt, ejuſmodi aliquod nomen appellant. Inde per eadem illa turpitudinis veſtigia relabuntur, ac circumventis a ſe mulierculis illudunt. Poſtquam autem iterando ſæpius concubitu, ac fictis illis nominibus repetendis 730. numerum impleruint, deinceps qui id egerit, palam de ſe prædicare non dubitat: Ego ſum Chriſtus, nam per 365. nomina Principum ex alto deſcendi.

N. 10. Majorum porro Principum nomina hæc eſſe memorant. In ſupremo, inquiunt, orbe reſidet Jao: in ſecundo Saclan, is qui ſtupris ac libidinibus præeſt: in tertio Serbus. In quarto Daden ſtatuunt: quippe quartum eſſe cælum aſſeverant, & tertium: ac rurſus quintum, in quo Eloæum collocant, qui idem & Adonæus dicitur. At ſextum occupare volunt alii Jaldabaoth, Æliieum alii. Sed & ſeptimum eſſe nonnulli definiunt, cui Sabaoth inſideat, quod ab aliis negatur, qui Jaldabaoth ſeptimam illam ſtationem attribuunt. In octavo Barbeloni domicilium eſſe fingunt: necnon & univerſorum parenti illi, qui idem Dominus ſit, & ſuimetipſius pater, quemadmodum & alteri cuidam Chriſto qui per ſeſe ſit in lucem editus. Tum vero Chriſtum ibidem ipſum collocant, qui de cælo deſcendit, & ejuſmodi cognitionem humano generi contulit, quem etiam appellatum fuiſſe Jeſum prædicant. Verum eumdem negant de Maria natum, ſed per Mariam oſtenſum aſſerunt; neque carnem aliter quam ſpecie ipſa ſuſcepiſſe. Quod ad Sabaoth pertinet, hunc aſini quidam, alii porci figura conſtare cenſent. Ob idque Judæis, ajunt, ſuillis carnibus interdixerat. Hunc eſſe cæli terræque conditorem, tum eorum qui conſequuntur cæleſtium orbium, Angelorumque ſuorum. Porro digredientem hinc animam per illos tranſire principes: neque tamen penetrare poſſe, niſi cognitione illa pleniſſime perfuſa fuerit, vel condemnatione potius; qua quidem cumulata Principum iſtorum ac poteſtatum manus effugiat. Addunt & hujus mundi præſidem Draconis effigiem habere, ab eoque animas abſorberi cognitione illa deſtitutas, rurſumque per caudam in hunc mundum refundi. Ex quo deinceps in porcorum aliorumque animantium corpora tranſfuſæ per eadem denuo veſtigia ſurſum efferantur. Quod ſi quis, ajunt, ea fuerit cognitione prædita, ſeſeque per menſtrua illa ac libidinis profuſionem ex hoc mundo collegerit, eum nihil hic detineri amplius, ſed eos quos diximus prætergredi principes: & ad Sabaoth uſque pervenire, atque illius proculcare caput (ita enim ſacrilege atque impudenter effutiunt) indeque ad ſupremum illud domicilium evadere, ubi viventium mater eſt Barbero, quæ & ab illis Barbelo dicitur: hanc eſſe animæ ſtationem adipiſcendæ ſalutis. Illud vero præterea infelices illi ad fabulam adjunxerunt, eidem Sabaoth capillos eſſe muliebres.

N. 11... Illud prætermitti non poteſt: quoſdam ex horum eſſe numero, qui ita mulierum conſuetudine abſtinent, ut ſeipſos manibus ſuis conſpurcent, iiſque fœdiſſimum libidinis virus excipiant, atque eo veſcantur. Ad quod teſtimonium illud per ſummam calumniam detorquent. *Manus iſtæ ſuppeditarunt non mihi ſolum, ſed & iis qui mecum ſunt.* Item iſtud: *Operantes manibus propriis, ut poſſitis iis qui non habent communicare.....* Apud illos quippe ſatietas libidinis nulla, & quo fœdiora quiſque perpetraverit, eo majori omnium laude ac prædicatione celebratur.

N. 12. Infinita porro penes illos ſunt ſuppoſititia atque impudenter conficta monimenta. Cujuſmodi eſt qui de progenie Mariæ liber inſcribitur, in quo horribilia quædam ac deteſtanda illorum dicta continentur...

N. 13... De illorum Levitis, ſic enim appellant, non nihil dicamus: Iſti non cum mulieribus, ſed ſecum invicem miſcentur; ac ſcilicet præcipua inter illos dignitate ac laude commendantur. Tum vero eos omnes derident, qui monaſticum vitæ genus amplexi ſunt, aut caſtitatem virginitatemque profitentur, quod fruſtra id ſibi moleſtiæ ac laboris imponant. Præterea Evangelium quoddam ſub Philippi ſanctiſſimi Chriſti diſcipuli nomine circumferunt, in quo iſta narrantur: *Mihi*, inquit, *Dominus aperuit, quibus anima verbis uti cum in cælum aſcendit, ac quemadmodum unicuique cæleſtium virtutum reſpondere debeat. Nimirum: Ego me ipſum agnovi, atque undequaque collegi: neque principi filios genui; ſed ejus radices exſtirpavi, ac diſſipata membra in unum coegi; teque adeo qui ſis novi: ſum enim e cæleſtium numero.* Atque hoc modo, inquiunt, illa dimittitur. Sin autem ſobolem propagaſſe reperitur, tandiu infra detinetur, donec filios ſuos recipere potuerit, & ad ſemetipſam attrahere.

S. Philastr. Brix. Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Catal. hæreſ. quæ ſub Apoſt. extiterunt, num.* 2. Poſt iſtos ſurrexerunt Cataphryges, in Phrygia provincia habitantes, iſti Prophetas & Legem accipiunt, Patrem & Filium & Spiritum confitentur, carnis reſurrectionem expectant, quæ & Catholica Eccleſia prædicat: quoſdam autem ſuos Prophetas, id eſt, Montanum nomine & Priſcillam, & Maximillam annuntiant, quos neque Prophetæ, neque Chriſtus nuntiavit. Addunt etiam plenitudinem ſancti Spiritus non per Apoſtolos Chriſto dante fuiſſe conceſſam, ſed per illos ſuos Pſeudo-prophetas æſtimant impertitam, & ſeparant ſe a Catholica Eccleſia per illos ſuos Pſeudo-prophetas & falſos Doctores. Hi mortuos baptizant, publice myſteria celebrant, Pepuzam villam ſuam, quæ ſic dicitur in Phrygia, Jeruſalem appellant, ubi Maximilla & Priſcilla & ipſe Montanus, vitæ tempus vanum & infructuoſum habuiſſe dignoſcuntur. Ubi & myſterium Cynicorum, & infantis execranda celebratur impietas. Dicunt enim eos de infantis ſanguine in Paſcha miſcere in ſuum ſacrificium, ſuiſque ita ubique emittere & perniciofis & ſatellitibus.

S. Aug. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum, num.* 26. Cataphryges ſunt quorum auctores fuerunt, Montanus tanquam Paraclitus, & duæ Propheiſſæ ipſius, Priſca & Maximilla. His nomen provincia Phrygia dedit; quia ibi extiterunt, ibique vixerunt: & etiam nunc in eiſdem partibus populos habent. Adventum Spiritus ſancti a Domino promiſſum, in ſe potius quam in Apoſtolis fuiſſe aſſerunt redditum. Secundas nuptias pro fornicationibus habent: & ideo dicunt eas permiſiſſe Apoſtolum Paulum quia ex parte ſciebat, & ex parte prophetabat: nondum enim venerat quod perfectum eſt. Hoc autem perfectum in Montanum & in ejus Propheiſſas veniſſe delirant. Sacramenta perhibentur habere funeſta; nam de infantis anniculi ſanguine, quem de toto ejus corpore minutis punctionum vulneribus extorquent, quaſi Euchariſtiam ſuam conficere perhibentur, miſcentes eum farinæ, panemque inde facientes: qui puer ſi mortuus fuerit, habetur apud eos pro Martyre; ſi autem vixerit, pro magno Sacerdote.

hæreſim impegit proh dolor ! *Tertullianus*, præſtantiſſimum ſæculo ſecundo & tertio Eccleſiæ lumen ; Tertullianus, inquam, qui in libro de Præſcriptionibus adverſus Hæreticos argumenta congeſſerat, quibus omnes Montani errores inviċtiſſime refellerentur. Quo terribili exemplo ſentiant ſuperbi quo usque inſaniæ devenire poſſint, vel homines ingenii præſtantioris & perſpicacioris, dum, in pœnam ſuperbiæ, ſuis ipſi tenebris permittuntur ; ſentiant, inquam, quam neceſſarium ſit, vel eruditiſſimos auctoritati Eccleſiæ ſubjici. Montaniſtarum hæreſim Gallicana Eccleſia proſcripſit, ut accepimus ex celebri Epiſtola Eccleſiæ Viennenſis & Lugdunenſis ad Eccleſias Aſiæ & Phrygiæ de Martyribus Lugdunenſibus apud Euſebium. (G) Adverſus eamdem hæreſim ſcripſerunt, referente eodem Euſebio, Apollinaris Hierapolitanus Epiſcopus, Apollonius, Miltiades, Serapion & alii. (H) *Euſeb. l. c. Hiſt. Eccleſ. cap. 3. Ibid. c. 16.* G H

TATIANUS ejusque diſcipuli *Encratitæ* dicti, damnabant nuptias ut corruptelam, negabant licitum eſſe veſci carnibus animantium & uti vino. Propterea dicti ſunt *Encratitæ*, id eſt, *continentes*. Propter vini horrorem meram aquam ad Miſſæ ſacrificium adhibebant, negabant Adamum ſalvatum fuiſſe. (I) Eorum errores confutarunt S. Clemens Alexandrinus, S. Irenæus, Origenes, S. Epiphanius & alii complures. I

TER-

THEODOR. *Hæret. fabul. lib. 3. n. 2.* Hæreſim, quam Cataphrygas vocant, inchoavit Montanus regionis illius vico natus, cui nomen Ardaban. Hic dominandi cupiditate motus Paracletum ſeipſum appellavit & Prophetiſſas duas fecit, Priſcillam & Maximillam, harumque ſcripta libros propheticos appellavit, & Pepuzæ vico Jeruſalem nomen dedit. Hic & matrimonium ſolvi conſtituit, & nova jejunia præter Eccleſiæ conſuetudinem introduxit, Doctrinam vero de divina Trinitate non corrupit, & de mundi creatore eadem nobiscum docuit. Qui vero hujus doctrinæ adhærent, ab eo quidem Montaniſtæ dicti ſunt, ſed vocantur iidem Cataphryges a gente, & Pepuziani a vico, quem ille Jeruſalem appellavit. Priſcillæ porro & Maximillæ prophetiæ in majore apud illos ſunt honore, quam divinum Evangelium. De myſteriis vero nonnulli quædam jactant, ſed ipſi non fatentur, & accuſationem illam calumniam vocant. Quidam illorum tres divinitatis hypoſtaſes, ſicut Sabellius, inficiati ſunt, eumdem eſſe dicentes & Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, quemadmodum Noetus Aſianus.

(G) EUSEBIUS *Eccleſiaſt. Hiſtor. lib. 5. cap. 3.* Ceterum cum Montanus & Alcibiades ac Theodorus, tunc primum in Phrygia opinione hominum tamquam Prophetæ celebrari cœpiſſent (multa quippe divinæ gratiæ miracula in pluribus Eccleſiis etiamnum fieri ſolita, fidem plurimis faciebant eos quoque prophetare) cumque illorum hominum cauſa diſſenſio orta eſſet, qui in Gallia erant fratres, privatum de his judicium ſuum, religioſum in primis & cum recta fide conſentiens, rurſus eidem Epiſtolæ ſubjunxerunt, prolatis interfectorum apud ſe Martyrum variis Epiſtolis, quas illi dum in vinculis adhuc eſſent, partim ad fratres in Aſia & Phrygia degentes, partim ad Eleutherum Romanæ urbis Epiſcopum ſcripſerant, pro pace Eccleſiarum quaſi legatione fungentes.

(H) EUSEB. *Eccleſ. Hiſt. lib. 4. c. 27.* Apollinaris ſcripſit contra Cataphrygum hæreſim, quæ quidem non longe poſtea maximos tumultus excitavit : tunc temporis vero primum enaſci cœperat, Montano cum falſis vatibus ſuis adhuc erroris ſui fundamenta jaciente.

Lib. 5. c. 17. Auctor incertus e cujus libro multa poſt Euſebium retulimus ſupra hocce §. litt. (F) In eodem quoque libro Miltiadis cujusdam Scriptoris mentionem facit, qui adverſus ſupradictam hæreſim librum conſcripſerit . . . qui peculiari opere docuerat non decere Prophetam in ecſtaſi loqui.

Cap. 18. Sed & Apollonius Eccleſiaſticus Scriptor, ſupradictam Cataphrigarum hæreſim adhuc ſua ætate vigentem refutare aggreſſus, peculiare adverſus eos volumen condidit, tum falſas Prophetias quæ ab illis circumferuntur verbatim expendens, tum vitam moresque eorum qui hæreſis illius auctores fuerunt, diſcutiens.

Cap. 19. Serapio . . . Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus poſt Maximinum . . . in Epiſtola quam ad Caricum & Ponticum ſcripſit eamdem refellens hæreſim.

THEODORET. *Hæret. fabul. lib. 3. num.* 2. Contra hos ſcripſit Apollinarius, qui Hierapolis in Phrygia fuit Epiſcopus, vir laude dignus, & qui præter rerum divinarum cognitionem, externa quoque diſciplina fuit excultus. Similiter & Miltiades & Apollonius, alii quoque ſcriptores. Contra Patroclum autem, qui eidem hæreſi præfuit, ſcripſit Cajus.

(I) S. IRENÆUS *adv. Hæreſ. lib. 1. c. 30.* Ab his autem qui prædicti ſunt, jam multæ propagines multarum hæreſum factæ ſunt, eo quod multi ex ipſis, imo omnes velint Doctores eſſe & abſcedere quidem ab hæreſi in qua fuerunt. Aliud autem dogma ab alia ſententia, & deinceps alteram ab altera componentes, nova docere inſiſtunt, ſemetipſos adinventores ſententiæ quamcunque compegerint enarrantes. Ut exempli gratia dicamus, a Saturnino & Marcione, qui vocantur Continentes, abſtinentiam a nuptiis annuntiaverunt, fruſtrantes antiquam plaſmationem Dei, & oblique accuſantes eum qui & maſculum & feminam ad generationem hominum fecit : & eorum quæ dicuntur apud eos animalia abſtinentiam induxerunt, ingrati exiſtentes ei qui omnia fecit Deo. Contradicunt quoque ejus ſaluti, qui primus plaſmatus erat, & hoc nunc adinventum eſt apud eos.

Cap. 31. Tatiano quodam primo hanc introducente blaſphemiam, qui cum eſſet Juſtini auditor, in quantum quidem apud eum erat, nihil enarravit tale : poſt vero illius martyrium abſiſtens ab Eccleſia, & præſumptione magiſterii elatus & inflatus, quaſi præ cæteris eſſet, proprium characterem doctrinæ conſtituit. Æonas quosdam inviſibiles ſimiliter atque hi qui a Valentino ſunt, velut fabulam enarrans : nuptias autem corruptelas & fornicationes ſimiliter ut Marcion & Saturninus dicens. Adæ autem ſaluti ex ſe contradictionem faciens.

EUSEB. *Eccleſ. Hiſt. lib. 4. c.* 28. Muſani . . elegantiſſimus quidam extat liber ad quosdam fratres, qui ad Encratitarum hæreſim deſciverant : quæ tunc primum exorta novum quemdam ac pernicioſum errorem orbi invexit. Hujus Sectæ autorem fuiſſe perhibent Tatianum.

Cap. 29. Eum ipſum cujus verba ſuperius adduximus de admirabili illo Juſtino, ubi etiam ejusdem Martyris diſcipulum eum fuiſſe retulimus . . Non multo vero poſtea Severus quidam, cum ſupradictæ hæreſi robur ac vires addidiſſet, in cauſa fuit ut illius ſectæ homines ex ipſius vocabulo Severiani dicerentur. Hi legem quidem & Prophetas cum Evangeliis admittunt, ſed proprio quodam ſenſu ſacras Scripturas exponunt. Paulum autem Apoſtolum maledictis impetentes, Epiſtolas ejus repudiant, ac ne Apoſtolorum quidem Acta ſuſcipiunt. Ceterum primus illorum auctor atque inſtitutor Tatianus, catenam & collectionem neſcio quam Evangeliorum contexuit, quam διὰ τεσσάρων, hoc eſt Evangelium ex quatuor Evangeliis compoſitum nominavit : quod opus a quibusdam etiamnum habetur. Ajunt etiam nonnulli, auſum illum eſſe dicta Pauli Apoſtoli elegantioribus verbis exprimere, utpote qui compoſitionem verborum illius corrigere ſtuderet. Maximum certe librorum numerum ab eo relictum eſſe conſtat.

S. EPIPHANIUS *contra Tatianos, Hæreſ. 46. num.* 1. . . Is (Tatianus) primum, utpote Græcis eruditus artibus Juſtini Philoſophi ſanctiſſimi, ac religioſiſſimi viri conſuetudine eſt uſus, qui e Samaritanis ad Chriſti fidem tranſierat . . . Quandiu cum ſancto Martyre vixit, cum cæteris in rebus honeſtiſſime ſe geſſit, tum egregia fuit ac conſtanti fide præditus. Sed illo mortuo, perinde ac ſi cæcus ab altero deductus a ductore deſtituatur, in præceps ſeſe committens, præcæcitata deorſum ita fertur, ut cohibere lapſum nequeat donec in exitium ruat : ita Tatiano contigit. Erat hic, quemadmodum accepimus, natione Syrus. Qui primum in Meſopotamia novam ſectam conducere aggreſſus eſt, circa annum duodecimum Antonini cognomento Pii. Quippe poſt ſancti Juſtini Martyrium Roma profectus in Orientem, & ibidem habitans, in abſurdas opiniones incidit ac neſcio quos æonas e Valentinianis fabulis, & principia quædam ac propagationes commentus eſt. Sed Antiochia præſertim, quæ ad Daphnen eſt, illius dogma derivatum in Cilicia, ac Piſidia cumprimis coaluit. Hinc enim Encratitarum orta ſucceſſio eſt quibus venenum illud aſperſum. Ferunt opus illud quod ex quatuor Evangeliis contextum eſt, quodque ſecundum Hebræos nonnulli vocant, ab eo eſſe conſcriptum.

N. 2.

Tertium Sæculum.

Complures ſectarum auctores hoc ſæculo extitere. Celebriores commemorare ſufficiet, Novatum & Novatianum, unde Novatiani; Sabellium, unde Sabelliani; Paulum Samoſatenum, ex quo Paulianiſtæ; Manem, ex quo Manichæi; Origenem, ex quo dicti Origeniſtæ.

Novatus Presbyter Carthaginenſis cum conſcientiam criminum timeret, eſſetque jam jam ab Epiſcopis non ſolum privandus Sacerdotio, ſed etiam communione Eccleſiaſtica, Carthagine clam diſceſſit; & Romam profectus, ibi Novatiano auctor fuit faciendi ſchismatis.

Novatianus quondam energumenos, poſtea clynicus, id eſt in lecto, urgente morbo, baptizatus, nec deinde confirmatus; contra Eccleſiæ Canones, diſpenſante Romano Epiſcopo, Presbyter tandem ordinatus, Schismaticus primum, deinde Hæreticus fuit. Schismaticus, quia Romanam ſedem invaſit vivente ſancto Cornelio, qui canonice electus fuerat. (A) Hæreticus, propter errores multiplices quos infra referemus. Schismati Novatianorum fortiter obſtitit S. Cyprianus, ut patet ex ejus litteris ad S. Cornelium; eaque occaſione ſcripſit librum egregium de Unitate Eccleſiæ, quo non ſolum Novatiani ſchisma refellitur, ſed & in anteceſſum e fundamentis convelluntur quotquot ſuboriri ad finem uſque ſæculi poterunt hæreſes & ſchismata. A

Hæreſis Novatianorum in eo præcipue poſita

1 ſuit,

N. 2. Ceterum eadem fere cum antiquis hæreſibus defendit. Ac primum Adamum negat eſſe ſalvum. Deinde continentiam cælibemque vitam prædicat. Nuptias adulterium eſſe marum ac corruptelam exiſtimat: nec ab illa diſcrepare penitus, ſed idem & unum eſſe. Qua quidem continentiæ ac pudicitiæ ſpecie, velut illecebra propoſita, homo vafer obrepit, tanquam rapax quidam lupus pellem ovis induens, eoque cultu, quem ad tempus ſuſceperat, miſeros homines in fraudem pelliciens. Similiter & myſteria quædam ad Eccleſiæ ſanctæ imitationem inſtituit: ſed ad ea tamen nihil præter aquam adhibuit.

Hæreſ. 47. adverſus Encratitas, num. 1. Inter primarias Scripturas habent Andreæ, ac Johannis acta, nec non Thomæ, & apocryphos alios. E vetere Teſtamento quæ libuerit eligunt .... Animatis veſci prohibent; non temperantiæ ſtudio, neque peculiari ex inſtituto vitæ, ſed falſo quodam, & affectato metu; ne ob animatorum uſum ſibi ipſi damnationem arceſſant. Aquam ad myſteria ſolam adhibent. Nam vino penitus abſtinent, & diabolicum appellant; quod qui bibant, eove utantur, improbos ac peccatores eſſe ſtatuunt.

S. Philastr. Brix. Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Catal. hæreſ. quæ ſub Apoſt. extiterunt*, *nu.* 1. Poſt Decii autem perſecutionem fuit Tarcianus (*lege* Tatianus) quidam diſcipulus ſancti Juliani (*lege* Juſtini) Martyris, qui receſſit a veritate poſt paſſionem ipſius: doctrinamque tanti ac tam beati Martyris & magiſtri contempſit in omnibus, dicens æonas quoſdam de cælo fuiſſe prolatos. Addens etiam hoc: Adam patrem noſtrum protoplaſtum non ſalvari. Æonas autem nuntians ſicut Marcion deliravit. Qui etiam generationem hominum execratur, & jus nuptiarum legitimum abjicit, idque juris a Deo ſtatutum non confitetur.

S. Aug. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, *numer.* 25. Tatiani a Tatiano quodam inſtituti, qui & Encratitæ appellati ſunt, nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus aliiſque corruptionibus faciunt: nec recipiunt in ſuorum numerum conjugio utentem, ſive maritum, ſive feminam. Non veſcuntur carnibus, eaſque omnes abominantur. Prolationes quaſdam fabuloſas ſæculorum etiam iſti ſapiunt. Saluti primi hominis contradicunt. Epiphanius Tatianos & Encratitas ita diſcernit, ut Encratitas Tatiani Schismaticos dicat.

Theodor. *Hæret. fabul. lib.* 1. *n.* 20. Tatianus vero Syrus, Sophiſta primum fuit, poſtea divini quoque Juſtini Martyris diſcipulus. Poſt magiſtri vero mortem, hæreſis princeps fieri voluit. Figmenti porro materiam amendicavit: a Valentino quidem æonum productiones, a Saturnilo autem & Marcione, quod nuptias reſpuat, & animantium vinique uſum. Hunc habent ducem qui Hydroparaſtatæ & Encratitæ dicuntur. Hydroparaſtatæ autem vocantur, quod aquam pro vino offerant: Encratitæ, quod nec vinum bibant, nec animatis veſcantur. Ab his autem abſtinent, tanquam malum abhorrentes. Cælibatum quoque obſervant, nuptias ſcortationem appellantes, & legitimam conjunctionem diabolicam vocantes. Hic Evangelium quod diateſſaron dicitur, compoſuit, amputatis genealogiis, & aliis omnibus, quæ Dominum ex ſemine David ſecundum carnem natum oſtendunt. Eoque uſi ſunt non modo qui ejus erant Sectæ, ſed ii etiam qui Apoſtolica dogmata ſequebantur compoſitionis fraudem non cognoſcentes, ſed ſimplicius tamquam compendiario libro utentes. Nactus ſum etiam ipſe libros hujuſmodi ſupra ducentos in honore habitos in Eccleſiis noſtris, quos omnes in unum congeſtos ſepoſui, & pro his quatuor Evangeliſtarum Evangelia introduxi.

(A) *Ex Epiſtola* S. Cornelii *ad Fabium Antioch. Epiſc. apud* Eusebium *Lib. 6. Hiſt. Eccleſ. c.* 43. Nam egregius ille vir, qui tremendis quibuſdam ſacramentis affirmaverat ſe epiſcopatum non concupiſcere, repente tanquam ex machina quadam in medium projectus, Epiſcopus apparuit. Et is qui ſe doctorem & Eccleſiaſticæ diſciplinæ propugnatorem ferebat, cum Epiſcopatum ſibi a Deo minime conceſſum rapere ac vindicare conaretur, duos deploratæ ſalutis homines ſibi ſocios adjunxit: ut eos in exiguam ac viliſſimam Italiæ partem mitterat, atque illinc accitus tres Epiſcopos, homines plane rudes ac ſimplices, fraudulenta quadam molitione deciperet .... Qui cum advenisſent, ... eos a quibuſdam ſui ſimillimis, quos ad id comparaverat, incluſos hora decima, tumulentos & crapula oppreſſos, adumbrata quadam & inani manuum impoſitione Epiſcopatum ſibi tradere per vim cogit; eumque nullo ſibi jure competentem per fraudem atque inſidias vindicat... Exponamus deinceps, quibus operibus & cujuſmodi converſatione confiſus, ad Epiſcopalem locum aſpiraverit. An ideo fortaſſe quod ab initio in Eccleſia verſatus eſt, & multa pro ejus defenſione certamina ſubivit, multiſque & graviſſimis periculis religionis cauſa conflictatus eſt? Minime id quidem. Quippe cui cauſam atque initium credendi præbuit Satanas in ipſum ingreſſus, atque in ipſo aliquandiu commoratus. Cumque ab Exorciſtis foveretur, in morbum graviſſimum collapſus, dum jamjamque moriturus creditur, in ipſo in quo jacebat lectulo perfuſus, baptiſmum ſuſcepit; ſi tamen hujuſcemodi baptiſmum ſuſcepiſſe dicendus eſt. Sed neque poſtquam liberatus eſt morbo, reliqua percepit quæ juxta Eccleſiaſticam regulam percipi debent: neque ab Epiſcopo conſignatus eſt. Hoc autem ſignaculo minime percepto, quo tandem modo Spiritum ſanctum potuit accipere? Et aliquanto poſt. Qui perſecutionis, inquit, tempore præ metu, ac nimia vivendi cupiditate Presbyterum ſe eſſe negavit. Admonitus enim & rogatus a Diaconis, ut ex cubiculo in quo ſeipſum incluſerat egreſſus, fratribus auxilio indigentibus ſuccurreret, tantum abfuit ut hortantibus Diaconis morem gereret; quin potius ira, & indignatione percitus, abiit ac diſceſſit. Neque enim Presbyterum ſe amplius velle eſſe reſpondit, ſed alterius philoſophiæ deſiderio teneri. Paucis deinde tranſcurſis hæc iterum ſubjungit. Nam cum egregius ille vir Eccleſiam Dei reliquiſſet, in qua poſt ſuſceptum baptiſmum Presbyteri gradum fuerat conſecutus, idque per gratiam Epiſcopi, qui manus illi imponens eum ad Presbyterorum ordinem evexit. Cui cum univerſus clerus multique ex populo refragarentur, eo quod non liceret quemquam ex iis, qui urgente vi morbi in lectulo perinde ac ille perfuſi fuiſſent, in clerum aſſumi; poſtulavit ab iis Epiſcopus, ut hunc ſolum ordinari a ſe paterentur. Poſthæc facinus quoddam ſubjungit omnium quæ ab illo commiſſa ſunt longe graviſſimum, ita ſcribens: Etenim oblatione facta, portionem ſingulis dividens, dum eam tradit, miſeros homines benedictionis loco jurare cogit, manus ejus qui portionem accepit, ambabus

ſuis

fuit, quod negarent conceſſam fuiſſe Eccleſiæ poteſtatem remittendi graviora crimina poſt baptiſmum commiſſa; quod quidem Novatienus ad omnia crimina extenderat. 2. Damnabant ſecundas nuptias. 3. In Baptiſmi adminiſtratione ſacri Chriſmatis unctionem non adhibebant, quia Novatiunus
B ipſe non fuerat ſacro Chriſmate delibutus. (B) Adverſus hos Hæreticos ſcripſere S. Cyprianus Carthaginenſis, S. Pacianus Barcinonenſis, S. Ambroſius Mediolanenſis, S. Baſilius Cæſarienſis in Cappadocia, & alii. Damnata autem eſt hæreſis pluribus in Conciliis tum Romæ, tum in Italia, tum in Africa, tum Antiochiæ habitis. Tandemque in primo Concilio Nicæno œcumenico.

SABELLIANI diſcipuli fuere *Praxea*, *Noeti* (C) & *Sabellii*, (D) a quo nomen ſumſere. Negabant quod negant quoque etiamnum impii Sociniani, tres perſones a ſe diſtinctas in uno Deo ſuſtinere. Sed unam contendebant C D

ſuis manibus comprehenſas retinens, nec prius dimittens quam jurati iſta dixerint; ipſis enim utar illius verbis: Jura mihi per Corpus, & Sanguinem Noſtri Jeſu Chriſti, te nunquam meas partes deſerturum, nec ad Cornelium eſse rediturum. Ita miſer ille non prius guſtare ſinitur, quam ſibi ipſe malum imprecatus ſit. Et cum panem illum accipiens dicere debuiſſet amen, ejus loco dicit: Non revertar deinceps ad Cornelium.

(B) EUSEBIUS *Lib. 5. Hiſt. Eccleſiaſticæ c. 43*... Cum Romæ congregata eſset Synodus, in qua ſexaginta quidem Epiſcopi, Presbyteri vero ac Diaconi multo plures convenerunt: cumque in provinciis Antiſtites quid agendum eſſet ſeorſum conſultaſſent, hujuſmodi decretum a cunctis promulgatum eſt. Novatum quidem & eos qui una cum ipſo ſeſe inſolentius extulerant, & quicumque inhumaniſſimæ & a fraterna caritate alienæ ejus opinioni conſentire præſumpſerant, alienos ab Eccleſia habendos eſſe: fratres vero qui in calamitatem inciderant, pœnitentiæ remediis curandos eſſe & confovendos. Extant adhuc Epiſtolæ Cornelii Romanorum Epiſcopi ad Fabium Antiochenſis Eccleſiæ Præſulem miſſæ.... Præterea... Cypriani & aliorum antiſtitum... ex quibus colligitur, ipſis etiam placuiſſe ut ſubveniretur iis qui in tentationem inciderant: utque auctor nefariæ opinionis ſimul cum iis qui ad partes ipſius deſciverant, ab Eccleſiæ Catholicæ conſortio merito abdicaretur.

Ex S. DIONYSIO Alexandr. Epiſc. *apud* EUSEB. *Lib. 7. Hiſt. Eccleſ. cap. 8.* Nam Novatianum, inquit, merito averſamur, quippe qui Eccleſiam diſcidit, & quoſdam ex fratribus ad impietatem blaſphemiamque pertraxit, qui nefariam de Deo doctinam invexit, & clementiſſimum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum quaſi implacabilem calumniatur: qui præterea ſacrum lavacrum obliterat: fidemque & confeſſionem quæ baptiſmum præcedunt evertit: & Spiritum ſanctum penitus ab illis fugat, tametſi ſpes aliqua ſubſit vel quod in illis adhuc maneat, vel quod ad eos reverſurus ſit.

S. EPIPHAN. *Contra Catharos hæreſ. 58. n. 1*.... Novatus porro Romæ perſecutionis illius tempore fuit quæ eam anteceſſit, quam Maximinus excitavit; quæ Decii, ut opinor, aut Aureliani fuit. Quamobrem propter eos, qui in illa perſecutione lapſi fuerant, cum arrogantia una cum ſuis inflatus eos in communionem nollet admittere, qui poſt perſecutionem pœnitentiam ſuſceperant, ad eam ſe convertit hæreſim, nullam ut eſſe ſpem ſalutis aſſereret, atque unam dumtaxat eſſe pœnitentiam. Qui autem poſt Baptiſmum derelinqueret, nullam erga eum miſericordiam adhiberi poſſe..

N. 3.... Si quis poſt baptiſmum ſecundam uxorem duxerit, ab illis non amplius admittitur.

S. PHILASTR. Brix. Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Catal. hæreſ. quæ ſub Apoſt. extiterunt, n. 34.* Novatiani ſurrexerunt poſt perſecutionem poſtremam a Novato quodam qui ſicut Eccleſia Catholica credebant antea, vetus Teſtamentum & novum accipiens. In perſecutione autem quia lapſi ſunt multi fideles, & in pœnitentiam ſuſcepti ſunt a Catholica Eccleſia, irati imo potius præſumptione ducti ac ſuperbia, vanam doctrinam conati ſunt ſeminare, ſeparantes ſe ab Eccleſia Catholica, utque a Chriſti bonitate ac miſericordia diſſonantes, utque dicentes: Non eſse fideli poſt baptiſmum locum aliquem pœnitentiæ: ignorantes quod per Prophetam clamat; *Vivo ego dicit Dominus: Nolo mortem peccatoris, ſed magis ut revertatur & vivat.* Ezec. 33. 11.

S. AUG. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum, num. 38.* Cathari, qui ſe ipſos iſto nomine, quaſi propter munditiam, ſuperbiſſime atque odioſiſſime nominant, ſecundas nuptias non admittunt, pœnitentiam denegant, Novatum ſectantes hæreticum: unde etiam Novatiani appellantur.

THEODORET. *Hæret. fabul. Lib. 3. num. 5.* Novatus autem Romanæ Eccleſiæ Presbyter erat. Cum autem graviſſima tempeſtas Eccleſias invaſiſſet, accidit ut quidam e pietatis alumnis poſt varia tormenta defatigarentur, negotiationis verba uſurparent. Hi reddita tranquillitate rogarunt ut pœnitentiæ remedia obtinerent. Atque optimis quidem Paſtoribus metuenda Domini accuſatio videbatur, quæ dicit, O Paſtores, quod confractum erat non colligaſtis, & quod aberraverat non reduxiſtis, & quod ceciderat non erexiſtis, lapſiſque manum eſſe porrigendam, & hos juxta Domini præceptum confirmandos. Ezec. 34. 4. Dominus enim magno Petro dixit, *Simon, Simon, expetivit vos Satanas ut vos cribraret ſicut triticum, & ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua.* Luc. 22. 31. His conſiliis Novatus non acquievit, ſed palam contradixit, non oportere dicens ſalutem illos conſequi, qui abnegaſſent, perinde faciens ac ii qui ægrotos medicamentis uti prohibent. Qui vero remedium adipiſci poſtulabant, arguebant eum, quod ſæpe rogatus, ut ad ipſos properaret, & verbis eos confirmaret qui tyranni machinis pultabantur, occultans ſe ipſe, & latere ſtudens, Presbyterum etiam ſe eſſe negarit. Sed tamen his quoque auditis, qui Romæ convenerant Epiſcopi, perſuadere conati ſunt, ut iis qui recta ſentiebant aſſentiretur. Poſtquam autem illum furentem viderunt, & Deo inviſam crudelitatem ſancire, ab Eccleſiæ corpore illum ſegregarunt, Romam regente Cornelio. Hic Novatus, cum paucos admodum in hæreſis ſocietatem adduxiſſet, abiit in Italiam, & tres oppidulorum Epiſcopos decipiens duxit, tamquam pro ipſo apud Epiſcoporum Romanum interceſſuros: & in vicum quemdam cum eis profectus, coegit ut ipſum Epiſcopum ordinarent. Atque hanc illi vim ſibi factam conqueſti ſunt, cum Romam venerunt, & quæ facta fuerunt docuerunt. Sic ordinationem miſer ſuffuratus, hæreſis princeps factus eſt. Sectæ vero ſuæ aſſeclas, non ſolum Novatianos, ſed etiam Catharos appellavit. Nec Domini Dei accuſationem veritus eſt, quam adverſus quoſdam fecit dicens, *Qui dicunt, mundus ſum, ne me tangas.* Et ſubjunxit, *ipſe fumus iræ meæ, ignis ardet in ipſo omnibus diebus.* Iſai. 65. 5. Dominus enim ſuperbis reſiſtit. Hujus autem ſucceſſores alia etiam dogmata adjecerunt. Eos enim qui ſecundas nuptias inierint, a ſacris myſteriis repellunt: & pœnitentiæ mentionem prorſus a ſuis convenientibus exterminant: & iis quos baptizant ſanctiſſimum chriſma non præbent. Quapropter eos qui ex hac hæreſi corpori Eccleſiæ conjunguntur laudatiſſimi Patres inungi præceperunt. Adverſus hanc hæreſim multas Epiſtolas ſcripſit Cornelius, multas etiam Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus, & alii quoque illius temporis Epiſcopi, per quos manifeſta ſtatim omnibus facta eſt Novati inhumanitas.

(C) S. EPIPHAN. *Contra Noetianos Hæreſ. 57. nu. 1.* Noetus... prodiit; neque multis abhinc annis; ſed ante hos fere centum ac triginta... in Aſia oriundus, urbe Epheſo... Paſſum eſſe Patrem non dubitavit aſſerere.... Seſe Moyſem, fratrem vero ſuum Aaronem eſſe dixit. Inter hæc beatæ memoriæ Presbyteri ejus rei fama permoti, hominem advocant; deque his omnibus interrogant, utrumnam tam contumelioſum in Patrem dogma propoſuiſſet... Coram Presbyterorum conſeſſu productus... Quid, inquit, mali feci? Unum Deum veneror, unum novi; nec præter ipſum alterum natum, paſſum, mortuum. Ad quam opinionem cum conſtanter adhæreſceret, eum pariter atque ejus diſcipulos ab Eccleſia pellunt. Moritur deinde paulo poſt eum fratre ſuo; neque tamen aut ille pari ac Moyſes olim, aut ejus fratres eadem qua Aaron honorificentia ſepulti ſunt: tanquam enim deſertores abjecti ſunt, nec ab alio Catholicorum ſepulturæ mandari.

S. PHILASTR. Brix. Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Catal. hæreſ. quæ ſub Apoſt. extiterunt, n. 6.* Alii autem Noetiani inſenſati, cujuſdam nomine Noetiani: qui dicebat Pa-

Digitized by Google

debant eſſe perſonam, quæ modo Pater, modo Filius, modo Spiritus ſanctus diceretur pro diverſitate operationum. Unde aſſerebant tam Patrem fuiſſe crucifixum quam Filium. Hinc dicti ſunt *Patripaſſiani*. Adverſus Sabellianos ſcripſere SS. Dionyſius Alexandrinus, Epiphanius, Baſilius, Athanaſius, Theodoretus & alii. Damnati ſunt & proſcripti ab univerſa Eccleſia.

Paulus Samosatenus Epiſcopus Antiochenus, homo vaniſſimus & perditis moribus, negavit cum Sabellio trinitatem perſonarum divinarum, cum Cerintho & Ebionæis divinitatem Christi: ipſumque eſſe purum hominem aſſeruit. (E) Damnatus eſt in duobus Conciliis Antiochenis (F) celeberrimis ann. 266. & 272. Scripſere adverſus illas hæreſes SS. Dionyſius Alexandrinus, Athanaſius, Baſilius aliique. Damnavit eas & Concilium Nicænum.

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 10.

E

F

Manes

Patrem omnipotentem ipſum eſſe Chriſtum, & ipſum natum, & ipſum paſſum, & ipſum mortuum fuiſſe in corpore: hic etiam dicebat ſe Muſem eſſe, fratrem ſuum Heliam Prophetam.

S. Aug. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, *n.* 36. Noetiani a quodam Noeto, qui dicebat Chriſtum eumdem ipſum eſſe Patrem & Spiritum ſanctum.

Theodoret. *Hæreſ. fabul. lib.* 3. *n.* 3. Noetus vero, genere fuit Smyrnæus, hæreſim autem renovavit, quam Epigonus quidam nomine in lucem primus ediderat, Cleomenes vere ſuſceptam confirmarat. Hæreſis autem iſta ſunt capita. Unum dicunt Deum, & Patrem eſſe, univerſorum creatorem: nunc apparentem illum quando vult, & apparentem cum voluerit. Inviſibilemque eumdem eſſe & conſpicuum, genitum & ingenitum: ingenitum quidem ab initio, genitum vero, quando ex Virgine naſci voluit. Impaſſibilem & immortalem, rurſusque patibilem & mortalem. Impaſſibilis enim cum eſſet, crucis, inquit, paſſionem ſua ſponte ſuſtinuit. Hunc & Filium appellant, & Patrem, prout uſus exegerit, hoc & illud nomen ſortientem. Noeti appellati ſunt qui hanc hæreſim adamarunt. Eamque poſt Noetum propugnavit Calliſtus, qui & ipſe impietati dogmatis additamenta quædam adjecit.

(D) S. Dionysius Alex. Epiſc. *apud* Eusebium *Hiſtor. Eccl. lib.* 7. *cap.* 6. In eadem Epiſtola de Sabellianis hæreticis, (*inquit Euſebius*) ut pote qui tunc temporis increbreſcebant, Xyſtum (Romanum Pontificem) certiorem facit (*Dionyſius*) his verbis. Nam de dogmate illo quod nuper apud Ptolemaidem urbem Pentapoleos commotum eſt, pleno impietatis ac blaſphemiæ adverſus omnipotentem Deum Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti: pleno etiam incredulitatis erga unigenitum ejus Filium, primogenitum omnis creaturæ, Verbum quod inter homines verſatum eſt: pleno denique ſtuporis adverſus Spiritum ſanctum.

S. Epiphan. *Contra Sabellianos Hæreſ.* 62. *num.* 1. Non multis abhinc annis Sabellius quidam hæreticus emerſit: quippe recens ille eſt; a quo Sabelliani profecti ſunt. Qui quidem, paucis quibuſdam exceptis, eadem cum Noetanis aſſeruit. Atque hujus ſectæ plurimi cum in Meſopotamia, tum Romæ verſantur, veſania quadam perciti. Horum hæc opinio eſt: eumdem eſſe Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, ut ad eamdem hypoſtaſin tres appellationes conveniant. Aut perinde atque in uno homine corpus, & anima, & ſpiritus ineſt: ita ut corporis inſtar ſit Pater, animæ Filius, Spiritus denique in ipſa divinitate humani ſpiritus inſtar habeatur. Quod & Solis ſimilitudine declarant: in quo cum una ſit hypoſtaſis, triplex nihilominus actus eſt, nimirum illuſtrandi vis, & calefaciendi, & orbicularis figura. Ac vim quidem illam calefaciendi, hoc eſt calorem, atque æſtum, Spiritui reſpondere; illuminandi vero vim Filio; Patrem denique totius hypoſtaſis velut quamdam eſſe formam. Igitur Filium affirmant radii in morem emiſſum omnia quæ ad Evangelii, & humanæ ſalutis procurationem attinerent, in hoc mundo præſtitiſſe, atque ita in cælum rediiſſe, quemadmodum is, qui a Sole manavit, radius in eumdem poſtea reſunditur. Spiritum porro ſanctum in hunc orbem immitti, ac deinceps ſigillatimque in eos omnes illabi, qui eo munere digni ſunt; eumdemque inſtaurare vitam, & animare fervore; fovere denique, ac calefacere, ut ita dicam, vi quadam conſenſioneque ſpiritus...

N. 2. Hunc autem errorem omnem, ejuſque firmamentum ex apocryphis quibuſdam hauſerunt; præſertim ab Ægyptiorum Evangelio: hoc enim illi nomen indiderunt; in quo pleraque ſunt hujus generis, quæ ex perſona Salvatoris clam atque occulte, velut myſteria, proponuntur: quaſi diſcipulis ipſe declaret, eumdem eſſe Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum...

S. Philastr. Brix. Epiſc. *Lib. de hæreſ. in Catal. hæreſ. quæ ſub Apoſt. extiterunt*, *num.* 7. Sabellius poſt illum (*Noetum*) de Lybia diſcipulus ejus, ſimilitudinem ſui doctoris itidem ſecutus eſt & errorem, unde & Sabelliani poſtea ſunt appellati, qui & Patripaſſiani, & Praxiani a Praxea, & (*Hermogeniani*) ab Hermogene, qui fuerunt in Africa, qui & ita ſentientes abjecti ſunt ab Eccleſia Catholica.

S. Aug. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, *num.* 41. Sabelliani ab illo Noeto, quem ſupra memoravimus defluxiſſe dicuntur; nam & diſcipulum ejus quidam perhibent fuiſſe Sabellium. Sed qua de cauſſa duas hæreſes eas Epiphanius computet, neſcio: cum fieri potuiſſe videamus, ut fuerit Sabellius iſte famoſior, & ideo ex illo celebrius hæc hæreſis nomen acceperit. Noetiani enim difficile ab aliquo ſciuntur: Sabelliani autem ſunt in ore multorum. Nam & Praxeanos eos a Praxea quidam vocant; & Hermogeniani vocari ab Hermogene potuerunt: qui Praxeas, & Hermogenes eadem ſentientes, in Africa fuiſſe dicuntur. Nec tamen iſtæ plures ſectæ ſunt, ſed unius ſectæ plura nomina, ex his hominibus qui in ea maxime innotuerunt: ſicut Donatiſtæ, iidem Parmenianiſtæ: ſicut Pelagiani, iidem Cæleſtiani, &c.

Theodoret. *Hæret. fabul. lib.* 2. *num.* 9. Sabellius vero Afer Pentapolitanus hanc hæreſim inchoavit. Unam hypoſtaſim eſſe dixit Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, & unam triplicis nominis perſonam: eumdemque nunc ut Patrem vocat, nunc ut Filium, nunc ut Spiritum ſanctum. Ac in veteri quidem Teſtamento, ut Patrem, legem tuliſſe: in novo autem, ut Filium, eſſe incarnatum, & ut Spiritum ſanctum, ad Apoſtolos veniſſe. Contra hunc ſcripſit Dionyſius Alexandrinus.

(E) Eusebius *Hiſtor. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 28. Artemonis hæreſim... Paulus Samoſatenſis noſtris temporibus renovare aggreſſus eſt.

Lib. 7. *c.* 27. Defuncto Antiochiæ Demetriano, Paulus Samoſatenſis Epiſcopatum ſuſcepit. Hic cum adverſus Eccleſiæ doctrinam nimis abjecte, & humiliter de Chriſto ſentire cœpiſſet, quaſi is nihil ſupra communem hominum naturam habuiſſet: Dionyſius Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus rogatus ut ad Concilium veniret, adventum quidem ſuum diſtulit, ſenectutem & infirmitatem corporis cauſatus. Ceterum quid ipſe de hac quæſtione ſentiret, per Epiſtolas indicavit. At reliqui Eccleſiarum Paſtores undique exciti, tamquam adverſus gregis Domini vaſtatorem, ſimul omnes Antiochiam convenerunt.

Cap. 28. Omnibus igitur vario tempore diverſimode ac ſæpenumero in unum coeuntibus, multæ diſputationes & quæſtiones in unoquoque conſeſſu agitatæ ſunt; cum hinc Samoſatenſis Paulus dogmatis ſui novitatem occultare adhuc niteretur; illinc Sacerdotes hæreſim illius & adverſus Chriſtum blaſphemiam denudare atque in medium producere laborarent.

Cap. 29. Hujus (*Aureliani Imperatoris*) temporibus poſtrema Synodus innumerabilium fere Epiſcoporum congregata eſt: in qua auctor ille nefariæ apud Antiochiam hæreſeos Paulus, convictus & ab omnibus manifeſtiſſime deprehenſus falſi dogmatis reus, ab univerſa quæ ſub cælo eſt Eccleſia Catholica eliminatus eſt. Præcipue vero illum coarguit, & latere cupientem confutavit Malchion quidam... Presbyterii honorem conſecutus. Hic adverſus Paulum ſuſcepta diſputatione, excipientibus cuncta notariis... occultos hominis ſenſus fraudeſque detegere ſolus omnium valuit.

Cap. 30. Omnes itaque in unum congregati Antiſtites, unam ex communi ſententia ad Dionyſium Romanæ urbis Epiſcopum, & ad Maximum Alexandrinum ſcripſerunt Epiſtolam: eamque ad omnes deinde provincias tranſmiſerunt: tum ut ſtudium ſuum ac diligentiam omnibus declararent, tum ut perverſum Pauli dogma, confutationes quoque & diſputationes adverſus illum habitas, cunctamque hominis vitam ac

mores

mores exponerent ... Ipſamet illorum verba ... non incommodum fuerit hic referre.

Dionyſio & Maximo, & omnibus per univerſum orbem comminiſtris noſtris; Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis; & univerſæ Eccleſiæ Catholicæ quæ ſub cælo eſt, Helenus & Hymenæus, Theophilus, Theotecnus, Maximus, Proculus, Nicomas, Ælianus, Paulus, Bolanis, Protogenes, Hierax, Eutychius, Theodotus & Malchion & Lucius: & reliqui omnes qui nobiſcum ſunt vicinarum urbium & Provinciarum Epiſcopi, Presbyteri ac Diaconi; & Eccleſiæ Dei cariſſimis fratribus in Domino ſalutem .... Scripſimus etiam ad complures Epiſcopos longius diſſitos: eoſque hortati ſumus ut ad exitialis doctrinæ morbum curandum accederent. Nam & ad Dionyſium Alexandrinum, & ad Firmilianum Cappadociæ Antiſtitem, beatæ recordationis viros, literas dedimus. Quorum ille ſcripſit quidem Antiochiam, ſed erroris ducem ne ſalutatione quidem dignatus eſt; neque ad eum nominatim, verum ad univerſam Antiochenſium Eccleſiam literas ſuas direxit ... Firmilianus vero cum bis Antiochiam veniſſet, damnavit quidem dogmatis ab illo invecti novitatem, ut teſtamur nos qui adfuimus, & alii plures perinde ac nos optime noverunt. Sed cum ille mutaturum ſe ſententiam promiſiſſet, credens ei Firmilianus, ſperanſque ſine ullo religionis noſtræ probro atque diſpendio rem optime poſſe conſtitui, diſtulit ſententiam ſuam; deceptus ſcilicet ab homine qui Deum ac Dominum ſuum negabat, & qui fidem quam antea profitebatur violaverat. Nunc quoque Antiochiam venturus erat Firmilianus: & jam Tarſum uſque pervenerat, Quippe improbitatem hominis Deum negantis antea fuerat expertus. Sed cum nos jam conveniſſemus; interea loci dum illum accerſimus, dum ejus adventum exſpectamus, abiit e vita ... Sed quoniam a fidei regula recedens, (*Paulus Samoſatenſis*) ad ſpuriam & adulterinam doctrinam ſe tranſtulit, hominis ab Eccleſia alieni actus examinare nihil attinet: neque quod cum antea pauper ac mendicus eſset, nec ullas omnino facultates aut a parentibus relictas accepiſset, aut artis ullius exercitio ſibi comparaſset, nunc ad incredibilem opulentiam pervenit, per ſcelera ac ſacrilegia, fratrumque concuſſiones: dum injuria affectos decipit, promittens quidem ſeſe illis accepta mercede opem laturum: fallens autem ipſos, & ex facilitate litigantium, qui ut negotio liberentur quidvis dare parati ſunt, lucrum inaniter captans; & pietatem quæſtum eſse exiſtimans. Neque quod faſtu, & arrogantia ſupra modum elatus ſæculares gerit dignitates, & Ducenarius vocari quam Epiſcopus mavult; per forum magnifice incedens; epiſtolas legens ac dictans inter ambulandum palam ac publice, ſtipatuſque maxima hominum multitudine partim præeuntium, partim ſubſequentium: adeo ut ex illius faſtu & arrogantia, incredibilis invidia odiumque multorum adverſus fidem noſtram conflatum ſit. Neque item attinet examinare ambitioſam hominis vanitatem in Eccleſiaſticis conventibus, quam omni ſtudio conſectatur; nihil aliud quam inanem gloriam captans & pompam affectans, atque hujuſmodi artibus animos imperitorum perterrefaciens. Nam & tribunal, & ſublimem thronum, non ut Chriſti diſcipulus ſibi ipſe conſtruxit: & ſecretum, perinde ac ſæculares magiſtratus, ita appellatum habuit. Adhæc femur manu percutere, & tribunal pedibus pulſare ſolitus. Eos vero qui non laudarent, nec ut in theatris fieri ſolet oraria concuterent, neque una cum fautoribus ipſius, viris ac mulierculis indecore auſcultantibus exclamarent atque exſilirent; ſed cum gravitate ac modeſtia ſicut in domo Dei decet audirent, increpabat & contumeliis afficiebat. Et alios quidem legis noſtræ doctores jam vita functos petulanter in concione lacerabat: de ſe autem ipſe magnifice loquebatur, non ut Epiſcopus, ſed ut ſophiſta quidam & impoſtor. Quin etiam Pſalmos in honorem Domini Jeſu Chriſti cani ſolitos, quaſi novellos & a recentioribus hominibus compoſitos abolevit. Mulieres autem magno Paſchæ die in media Eccleſia Pſalmos quoſdam canere ad ſui ipſius laudem inſtituit; quod quidem audientibus horrorem merito incuſserit. Epiſcopos quoque vicinorum pagorum & civitatum, necnon & Presbyteros aſsentatores ſuos ſubmiſit, qui in ſuis ad populum concionibus eadem de ipſo prædicarent. Etenim Filium Dei e cælo deſcendiſse, nobiſcum confiteri renuit, ut aliod obiter præmittamus ex iis quæ infra uberius exponentur. Neque id ſimplici aſſertione noſtra, ſed ex ipſis quæ ad vos miſimus geſtis non ſemel declaratur: maxime vero ubi dicit Jeſum Chriſtum e terra ortum fuiſſe. At vero illi qui in ejus honorem Pſalmos canunt & coram populo eum deprædicant, ipſum quem impietatis doctorem habuerunt, Angelum eſſe dicunt e cælo delapſum. Atque hæc ille omnium hominum ſuperbiſſimus non prohibet; ſed interest ipſe cum dicuntur. Quid hic referre attinet ſubintroductas, ut Antiocheni vocant, mulieres, tam ipſius quam Presbyterorum ejus ac Diaconorum? In quibus non hoc ſolum, ſed etiam alia inſanabilia crimina, quorum conſcius eſt, & quorum ipſos reos eſſe convicit, nihilominus tegit ac diſſimulat, ut illos ſibi obnoxios habeat: utque dum ſibi ipſis metuunt, ipſum ob ea quæ impie agit ac loquitur accuſare non audeant. Adhæc divitiis eos locupletavit. Cujus rei cauſa ab iis qui talia concupiſcunt amatur atque ſuſpicitur. Quid inquam attinet hæc ſcribere? Scimus utique, fratres dilectiſſimi, Epiſcopum & univerſum clerum, bonorum operum exemplum multitudini præbere debere. Neque illud ignoramus, quot ex ejuſmodi mulierum contubernio partim in præceps lapſi ſint, partim in ſuſpicionem venerint. Itaque etiamſi quis concefferit nihil ab eo turpe committi, ſuſpicionem tamen quæ inde naſci ſolet, vitari oportebat; ne quemquam offenderet, neve aliquos ad imitationem ſui provocaret. Quo enim modo increpabit alium & admonebit ut a frequentiori mulieris conſuetudine abſtineat, ne forte corruat ſicut ſcriptum eſt, is qui unam quidem jam dimiſit, duas vero ætate florentes & forma conſpicuas ſecum habet, & quocumque proficiſcitur circumducit; idque deliciis diffluens & epulis ſeſe ingurgitans. His de cauſis omnes quidem apud ſe privatim ingemiſcunt atque ſuſpirant: ſed potentiam ejus ac tyrannidem adeo reformidant, ut accuſare illum non audeant. Verum de his, ſicut antea diximus, examinaverit fortaſſe aliquis, & in judicium vocaverit hominem Catholicæ profeſſionis, nobiſque fidei ac miniſterii ſocietate conjunctum. Ab hoc vero qui prodito atque ejurato religionis noſtræ myſterio ad exſecrandam tranſgreſſus hæreſim Artemæ, (quid ni enim parentem illius vobis tandem indicemus?) in ea ſe plurimum jactavit: ab hoc, inquam, rationem eorum omnium exigendam eſſe non exiſtimamus .... Hunc igitur Deo bellum indicentem, nec cedere volentem, cum a communione noſtra abdicaſſemus, neceſſe habuimus alium ejus loco Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopum ordinare, non abſque divina, ut credimus, providentia: Demetriani ſcilicet beati Epiſcopi, qui ante hunc magna cum laude eamdem rexit Eccleſiam, filium Domnum; virum omnibus quæ Epiſcopum decent dotibus exornatum. Quod quidem idcirco vobis ſignificavimus, ut & ad eum ſcribatis, & ab eo communicatorias literas accipiatis. Hic vero ad Arteman ſcribat, ſi lubet; & qui Arteman ſectantur, cum eo communicent... Igitur cum Paulus a recta fide ſimul & Epiſcopatu excidiſſet, Domnus... adminiſtrationem Antiochenſis Eccleſiæ ſuſcepit. Sed cum Paulus e domo Eccleſiæ nullatenus excedere vellet; interpellatus Imperator Aurelianus rectiſſime hoc negotium dijudicavit, iis domum tradi præcipiens, quibus Italici Chriſtianæ religionis Antiſtites & Romanus Epiſcopus ſcriberent. Hoc modo vir ſupra memoratus cum ſummo dedecore per ſæcularem poteſtatem ab Eccleſia exturbatus eſt.

S. EPIPHAN. *Contra Paulum Samoſat. Hæreſ. 65. n. 1.* (*Paulus*) Samoſatis Meſopotamiæ ad Euphratem urbe natus, Aureliano ac Probo imperantibus, Antiochenæ Eccleſiæ præpoſitus eſt. Qui... Artemonis hæreſim inſtauravit... Deum Patrem & Filium, ac Spiritum ſanctum unum eſſe Deum. Verbum Dei, ejuſque Spiritum ineſſe Deo perpetuo, ſicut hominis in corde proprium verbum ineſſe cernimus. Filium Dei ſubſiſtentiam habere per ſeſe nullam, ſed in Deo ſubſiſtere. Id quod Sabellio quoque placuit .... & Noeto, ... quanquam non eodem cum iſtis modo, ſed diverſo quodam ille ſentiat... Dei Verbum in terras delapſum in Jeſu, qui homo merus eſſet, habitaſſe. Ita unus, inquit ille, Deus eſt: neque aut Pater eſt Pater, aut Filius Filius, aut Spiritus ſanctus Spiritus eſt ſanctus. Imo vero Deus unus eſt Pater, & hujus in ipſo Filius, ut eſt in homine ſermo. Quam quidem opinionem ex iiſce fere teſtimoniis colligit. Primum, quod Moyſes dixerit: *Dominus Deus tuus, Dominus unus eſt*. Neque vero cum Noeto Patrem ille paſſum eſſe definit; ſed ſolum, inquit, adveniens Verbum, totum illud adminiſtravit, & ad Patrem reverrit.

S. PHILASTR. Brix. Epiſc. Paulus quidam fuit Samoſatenus poſt hos in Syria, qui Verbum Dei, id eſt, Chriſtum Deum Dei Filium ſubſtantivum, ac perſonalem & ſem-

Digitized by Google

MANES antea *Curbicus* nomine, poſtea *Manichæus*, nomen dedit famoſæ *Manichæorum* ſectæ, quæ ex principiis priorum Hæreticorum orta, longe lateque pullulavit, ut infra videbimus. Duo ſuprema omnium principia & numina admittebant, unum bonum, malum alterum. Duas in ſingulis hominibus animas eſſe effutiebant, unam bonam quæ eſſet a bono principio, alteram a malo malam. Carnem deteſtabantur, ideoque earum eſu interdicebant. Vinum guſtare iis ſacrilegium erat. Damnabant nuptias, & tamen in omnem etant effuſi libidinem, & intemperantiam. Aſſerebant Chriſtum aſſumpſiſſe corpus mere phantaſticum, adeoque negabant hunc fuiſſe vere mortuum, vere crucifixum, vere e mortuis ſuſcitatum. Deum contendebant eſſe auctorem peccati; nullum in homine admittebant liberum arbitrium, nullum peccatum originale. Negabant proinde baptiſmum eſſe neceſſarium ad ſalutem, negabant fidem eſſe neceſſariam. Carnis concupiſcentiam a malo principio in nobis ineſſe, non a peccato contendebant. Rejiciebant prorſus auctoritatem veteris Teſtamenti, novum vero adulteratum eſſe contendebant, aliudque Evangelium ipſi confinxerant. Plura alia ſomniabant & fabulabantur in perniciem animarum. (G) Quæ omnia fuſe de- G

ſempiternum eſſe cum Patre denegabat: prolativum autem, id eſt, quaſi aera quemdam dicebat, non tamen perſonam vivam Filii ſempiternam cum ſempiterno Patre credendum docebat. Hic Chriſtum hominem juſtum, non Deum verum prædicabat. Judaizans potius, qui & circumciſionem docebat, unde & Zenobiam quamdam Reginam in Oriente tunc temporis ipſe docuit Judaizare.

S. AUG. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum num.* 44. Pauliani a Paulo Samoſateno, Chriſtum non ſemper fuiſſe dicunt; ſed ejus initium, ex quo de Maria natus eſt, aſſeverant; nec eum aliquid amplius quam hominem putant. Iſta hæreſis aliquando cujuſdam Artemonis fuit: ſed cum defeciſſet, inſtaurata eſt a Paulo, & poſtea ſic a Photino confirmata, ut Photiniani quam Pauliani celebrius nuncupentur. Iſtos ſane Paulianos baptizandos eſſe in Eccleſia Catholica Nicæno Concilio conſtitutum eſt. Unde credendum eſt eos regulam baptiſmatis non tenere, quam ſecum multi hæretici cum de Catholica diſcederent abſtulerunt, eamque cuſtodiunt.

THEODORET. *Hæret. fabul. lib.* 2. *num.* 1. Paulus vero Samoſatenus, Antiochenſium quidem Epiſcopus fuit. Zenobia autem tunc temporis toparchiam obtinente, (Perſæ ſiquidem Romanis devictis Syriam illi & Phœnicem regendas dederant) in Artemonis hæreſim lapſus eſt, hac ratione demereri illam ratus, quæ eadem cum Judæis ſentiebat. Quod cum didiciſſent Eccleſiam rectores, non vacare periculo cenſuerunt, tantum morbum negligere, qui ſerpere feſtinabat, & adjutricem habebat maximæ civitatis amplitudinem. Et Dionyſius quidem Alexandrinus Epiſcopus, vir doctrina inſignis, profectionem diſtulit propter ſenectutis imbecillitatem, per literas autem ſuaſit illi quæ conveniebat, & Epiſcopos, qui convenerant, ad zelum pro veritate ſuſcipiendum excitavit. Inter eos autem qui convenerant, primas tenebant Gregorius ille magnus & celeberrimus, qui per inhabitantem in eo Spiritus gratiam ab omnibus decantata miracula peregit, & Athenodorus ejus frater, & Firmilianus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, vir illuſtris, & qui ſcientia utraque pollebat, tum externa, tum divina; & Helenus præterea Cilicum regens Metropolim. Hi cum multi eſſent qui convenerant ceteris præſidebant. Ac primum quidem ſuaſionibus & conſiliis conati ſunt Paulum a prava opinione abducere. Poſtquam vero aperte negavit ille ſe tale quidpiam ſenſiſſe, ſed Apoſtolica ſe dogmata ſequi dixit, Dominum pro concordia laudantes ad greges ſuos redierunt. Procedente autem tempore, fama iterum oras omnes pervadens, Pauli depravationem omnibus nunciavit. Sed ne ſic quidem laudatiſſimi Patres facile ad virum abſcindendum proceſſerunt: ſed primo quidem morbo mederi per literas conati ſunt. Ubi vero immedicabile malum eſſe perſpexerunt, Antiochiam iterum alacri animo contenderunt, & lenia medicamenta adhibuerunt, admonentes & exhortantes, & pacta conventa in memoriam revocantes. Poſt hæc videntes & illum inficiantem, & inſtantes accuſatores, & illum ſe convicturos pollicentes, convenerunt in Concilium. Hic Malachione quodam, qui Sophiſticam antea profeſſus, Presbyter poſtea fuerat ordinatus, diſputationem habente cum Paulo, deprehenſus eſt Chriſtum hominem dicere divina gratia inſigniter ornatum. Tunc itaque concordi in eum lata ſententia ex ſacris illum catalogis merito expunxerunt. Et quoniam reſiſtebat; Eccleſiæque principatum obtinebat, Aurelianum, qui tunc imperabat, de Pauli audacia edocentes, perſuaſerunt ut ex Eccleſia illum expelleret. Idolorum enim cultui deditus æquum exiſtimavit, eum qui fidei ſuæ hominum ſententiæ non acquieſceret, ab eorum conſortio reſecari.

(F) CONCIL. ANTIOCHENUM I. *an.* 266. Filium vero qui eſt apud Patrem, Deum quidem & Dominum omnium creaturam dicit; a Patre autem miſſum de cælis, & carne aſſumpta factum eſſe hominem: quamobrem corpus ejus ex Virgine ſumptum, *in quo omnis plenitudo corporaliter habitavit*, divinitati immutabiliter unicum & deificatum eſt. Coloſſ. 2. 9.

CONC. ANTIOCHEN. II. *ann.* 272. *Epiſtola ſynodica ad Dionyſium*. Quoniam Paulus (Samoſat. hæreſiarcha) relicto Eccleſiæ canone ad adulterinam depravatamque doctrinam ſe tranſtulit; ejus res geſtas, cum ſit extra Eccleſiæ fines ejectus, nihil attinet diſquirere.

(G) EUSEBIUS *Hiſt. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 31. Iiſdem temporibus (*Sub Rom. PP. Dionyſio & Felice*) ille merito dictus Manes, id eſt furioſus, qui dæmoniacam hæreſim nominis ſui condidit; armatus inſania, ab adverſario Dei Satana ad multorum hominum perniciem productus eſt. Hic in univerſa vivendi ratione cum ſermone ipſo tum moribus barbarus, & ſuapte natura furioſus ac dæmoniacus; his conſentanea aggreſſus, ſeipſum Chriſtum fingere inſtituit. Et nunc quidem Paracletum ſe, ipſumque Spiritum ſanctum eſſe prædicabat: præter inſaniam ſuperbia etiam elatus. Nunc vero quaſi Chriſtus duodecim diſcipulos novi dogmatis conſortes eligebat. Cum igitur falſa & impia dogmata ex variis hæreſibus jam pridem exſtinctis hinc inde collecta conſarcinaſſet, ea tamquam lethale quoddam virus ex Perſide in orbem Romanum effudit. Ex quo impium Manichæorum nomen exortum, multis in locis ad hunc uſque diem exuberat.

S. EPIPHAN. *Adverſus Manichæos, Hæreſ.* 65. *nu.* 1. Manichæi, quos Acuanitas de Acua veterani cujuſdam nomine vocant, qui e Meſopotamia profectus, lethiferum illud virus Eleutheropolim tranſtulit, magnum per illud tempus, in quo ætas ipſorum incurrit, prædicatione ſua malum in orbem terrarum invexerunt. Nam Aureliano imperante, quarto ejus imperii anno emergere cœperunt. Celeberrima hæc hæreſis eſt, & quamplurimas regiones illius fama peragravit: quæ a Mane quodam per multas oras parteſque terrarum diſſipandi ſui initium accepit.

Porro Manes genere Perſa, Cubricus primum appellatus, Manis ſibi nomen impoſuit.. Cubricus iſte viduæ cujuſdam ſervus fuit, quæ ſine liberis decedens, infinitam ei pecuniarum vim, & auri argentique, & aromatum, ceterarumque rerum copiam teſtamento reliquit; cum eamdem ipſam hæreditatem a Therbiatho quodam perinde & ipſo ſervo mulier accepiſſet, qui mutato nomine Aſſyriorum lingua Buddas eſt dictus. Atque hic Scythiani cujuſpiam ſervus fuit, qui e regione Saracenorum oriundus in Palæſtinæ finibus, in Arabia ſcilicet educatus fuerat. Ubi græcorum lingua, ac literarum ſtudiis inſtitutus, ſummam inaniſſimarum hujus mundi diſciplinarum ſcientiam adeptus eſt. Cumque identidem negotiandi gratia in Indiam proficiſceretur, magnam, & copioſam mercaturam faciebat. Ex qua plurimum locupletatus, Thebaidem obire ſolebat.

N. 2... Hic initio divitiis inflatus, & aromatum, ceterarumque ex India opum copia, cum Hypſelen Thebaidis oppidum veniſſet, ibique perditam quamdam muliérculam inveniſſet eleganti corporis ſpecie, pro eo ac ſtolidus erat ſtupore affectus, e lupanari, ubi tum meretriciam exercebat, abducit; & ad eam adhæreſcens in libertatem aſſertam ſibi in matrimonium adjunxit. Deinde longo poſt tempore homo nefarius, præ deliciis minime ſeſe continens, & in otio degens, ac ſceleribus aſſuetus, novi aliquid in orbem introducere nimio ex luxu in animum induxit. Itaque voces quaſdam ejuſmodi ex

ſeſe non ex literis ſacris, aut ex ſancti Spiritus oraculis, ſed ex infelici humani ingenii ratione commentus eſt. Quæ enim, aiebat, ratio eſt, cur quæ in tota hac rerum univerſitate continentur, inæqualia ſunt, puta album, & nigrum, fulvum & viride, umidum & ſiccum, cælum ac terra, nox & dies, anima & corpus, bonum & malum, juſtum & injuſtum, niſi quod ex duobus hæc ſunt principiis exorta? .. Scythianus ille excæcatus animu, atque a Pythagora erroris argumenta nactus ... libros quatuor conſcripſit: quorum unum, Myſteriorum, inſcripſit: alterum Capitum: tertium Evangelium; quartum Theſaurorum.

N. 3. Inter hæc cum audiſſet Prophetarum ac Legis oraculis mundi procreationem, atque unum ſolumque omnium principem moderatoremque celebrari, qui & ſemper exiſteret, nec deſineret unquam, Patrem ſcilicet, ac Filium, & Spiritum ſanctum, abundantioribus animi deliciis impulſus, atque ut rudi imperitoque erat ingenio, cavillans, ac vehementiore luxu fractus, Hieroſolymam ſub Apoſtolorum tempora proficiſci ſtatuit, ut illic ſermonem cum iis conferret, qui ea prædicarent, quæ ad unius principatum, reſque a Deo conditas pertinerent. Itaque ſimulatque ad urbem illam acceſſit, cum Presbyteris, qui illic erant, quique ex Legis a Deo Moyſi traditæ, ac propheticæ diſciplinæ præſcripto viam inſtituebant, diſputare cœpit. Qui enim, aiebat, unum eſſe Deum aſſeritis, qui noctem diemque condiderit, necnon carnem, & animam, ſiccum & humidum, cælum atque terram, tenebras ac lumen? Quod cum illi aperte demonſtrarent: neque enim occulta veritas eſt; contra ille ſine ullo pudore contendere. Verum ubi nihil proficit, in eadem nihilominus moleſtiæ impudentia perſiſtit. Poſtremo cum nihil afficeret omnino, ſed victus potius abſcederet, magicis quibusdam libris adhibitis, (erat enim maleficiorum peritus, ac pernicioſam illam & exitiabilem artem ex Indorum & Ægyptiorum, Gentiliumque diſciplina velut mercimonium quoddam abſtulerat) præſtigiis illudere conatus eſt; ac domu quadam conſcenſa nihilo magis quod volebat aſſecutus eſt. Quippe inde præceps decidens ex hac vita migravit, cum multos illic annos egiſſet; atque unum tantummodo ſecum diſcipulum habuiſſet, Terbinthum videlicet illum, quem diximus, cui & ſua omnia velut fidiſſimo benevolentiſſimoque adminiſtro commiſit. Hic mortuum Scythianum quam honorificentiſſime ſepelivit. Tum apud ſe deliberans, ſtatuit ad illam mulierculam non reverti, quam e meretricio quæſtu, ac ſervitute ſibi Scythianus adjunxerat. Itaque cum omnibus quæ habebat, auro ſcilicet, argento ceteriſque copiis in Perſidem aufugit. Ibi ne deprehenderetur, mutato nomine pro Terbintho Buddam ſe, uti diximus, appellat. Atque hic peſſimam rurſus quatuor illorum Scythiani librorum, ac magicarum artium & præſtigiarum hæreditatem adiit. Idem enim literarum apprime ſtudiis erat eruditus. Sed cum in Parſida & ipſe diſputaret, atque apud viduam quamdam habitans, cum Æditus ac Sacerdotibus Mithræ impriimiſque Parco quodam ac Iabdaco Prophetis de duobus principiis contenderet, neque vel idololatriæ antiſtitibus reſiſtere poſſet, ſed ab iis turpiſſime convictus eſſet, Scythiani, quem ſequebatur, exemplo domus faſtigium conſcendens, ibique magicis artibus id efficere ſtudens, ne quis ſibi deinceps contradicere auderet, ab Angelo dejectus cecidit, atque ob ea quæ moliebatur maleficia periit: anus porro ſepulto illius corpore pecuniam omnem obtinuit. Quæ quidem cum liberos, ac propinquos haberet nullos, diu in illo ſtatu perſeveravit. Tandem vero Cubricum qui & Manes dictus eſt, ad obſequia famularia ſervum coemit: cui moriens malam illam hæreditatem, perinda atque aſpidis virus multorum interitum ac perniciam reliquit.

N. 4. Itaque Cubricus, qui ſe Manam vocavit, inter Perſas, apud quos degebat, diſputare inſtituit. Verum cum nemini dogmata ſua probaret; ſed quicumque doctrinam illius audiebant moleſte ferrent, ac novitate ipſa horrendiſque illis, & ad decipiendum compoſitis fabulis, ac vocibus vehementer obſtupeſcerent; cumque omnes ille, quos de impio commento ſermones habebat, refelli evertique cerneret, occaſionem quamdam excogitavit, per quam inaniſſimis illis, & ad ſtuporem confictis fabulis auctoritatem aſciſceret. Cum enim percrebuiſſet Perſarum Regis filium quadam ægritudine correptum in regia Perſarum urbe decumbere: (neque enim Manes illic degebat, ſed alio quodam in loco ab Regis aula diſſito) excæcante illum improbitate ſua, ratus in heri ſui Terbinthi, ſive Buddæ qui & Scythiani hæres fuerat, libris poſſe ſe ad ſanandum Regis filium remedia quædam invenire, ex urbe ſua digreſſus ad regiam contendit: ac quorſum veniſſet aperiens certam filio Regis opem promittit. Sed ſpes impoſtorem feſellit. Nam cum ægro medicamenta quædam adhibuiſſet, expectatione ſua fruſtratus eſt: adeo ut inter illius manus adoleſcens poſtremo ſit mortuus, quo vana ipſius ac mendacia promiſſa convincerentur. Hæc cum ita contigiſſent, juſſu Regis in vincula conjicitur. Neque enim Perſarum Reges in gravioris delicti reos ſubinde ſupplicia decernunt; ſed exquiſitiori quodam mortis excogitato genere tormentis prius illos ac quæſtioni ſubjiciunt.

N. 5. At Manes, ſive Cubricus interim in carcere detinebatur, ubi illum diſcipuli ejus identidem inviſebant. Jam enim ſuam, ut ita dicam, manum circulator iſte collegerat quos diſcipulos nominabat, duos ac viginti. Quorum e numero tres elegit, Thomam, Hermeam, & Addam. Ac cum animo repereret, quæ de ſacris Chriſtianorum libris audierat, qui in Judæa, totoque terrarum orbe circumferebantur, hoc eſt Lege, Prophetis, Evangeliis, Apoſtolorumque ſcriptis; numerata pecunia Hieroſolymam illos allegat. Sed hoc ante fecerat, quam in carcerem conjiceretur, quando apud multos verba faciens dogma ſuum probare non poterat. Quamobrem audito Chriſti, ejusque ſervorum, hoc eſt, Chriſtianorum nomine, hac ipſa profeſſionis hujus appellatione ad illudendos homines abuti ſtatuit. Profecti itaque diſcipuli libros illi nulla interpoſita mora coemunt. Deinde ad Magiſtrum reverſi, jam eum libertate privatum, atque in carcerem compactum reperiunt: quo ad illum ingreſſi libros offerunt. Quibus acceptis, ac diligenter evolutis, mala fide pleraque depravavit, ac veritati mendacium ſuum admiſcuit, ubicumque ſpeciem aliquam orationis appellationemque nactus eſt, quæ non nihil opinionis ſuæ ſimile præ ſe ferret: unde & confictam deinceps a ſe fabulam affirmare conatus eſt. Interim ingenti pecuniarum vi, aſſiduiſque precibus exorato commentarienſi fugam arripit, ac relicta Perſide Romanorum fines ingreditur. Cumque jam ad Meſopotamiæ Perſidiſque confinia, ac ſolitudinem, quæ illic eſt, perveniſſet, nuntiatum eſt præſtantiſſimum quemdam eſſe virum, atque excellenti pietate præditum, Marcellum nomine, qui Caſcharæ, quod Meſopotamiæ oppidum eſt, habitaret, virum undequaque Chriſtianum, atque in omnibus juſtitiæ officiis plane mirabilem: qui & viduis, & pauperibus, necnon & orphanis ac denique indigentibus largiretur. Ad hunc igitur applicare ſe conſtituit, ut cum obnoxium ſibi hominem habuiſſet, non in Meſopotamia modo, ſed & toto illo Syriæ Romanique Imperii tractu dominari poſſet. Quocirca ejusmodi ad illum Epiſtolam ſcribit.

Manichæi ad Marcellum Epiſtola.

N. 6. Manichæus Apoſtolus Jeſu Chriſti, & qui mecum ſunt ſancti omnes, & virgines, Marcello filio cariſſimo, gratia, miſericordia, pax a Deo Patre, & Domino noſtro Jeſu Chriſto: ac te lucis dextera cuſtodiat a præſenti ſæculo nequam, ejuſque caſibus, & laqueis malignis, amen.

Quod te ſumma caritate præditum eſſe cognovi, vehementer ſum gaviſus. Quod vero non rectæ rationi conſentaneam fidem profiteris, equidem dolui. Quamobrem, cum ad corrigendum genus humanum miſſus fuerim, eorumque, qui in ſe fraudem erroremque commiſerint, rationem habeam, neceſſarium putavi has ad te literas ſcribere: quibus imprimis animæ tuæ, tum tuorum ſaluti conſulerem, ut ne confuſum quiddam perturbatumque ſentires, pro eo ac rudiorum magiſtri docent: qui quidem ita prædicant: Bonum ac malum ab eodem proficiſci; unumque duntaxat principium ſtatuunt: neque lucem a tenebris, bonum a malo, exteriorem hominem ab interiori, ut antea dixi, diſcernunt ac ſeparant: imo vero alterius cum altero confundendi, miſcendique nullum finem faciunt. Tu vero, fili, ne ut plerique hominum temere ac ſine ratione ambo iſta conjungito; neque bonitatis authori Deo tribuito. Nam illi principium ac finem, & horum authorem malorum ad Deum referunt, *quorum finis maledicto proximus eſt*. Non enim iis, quæ in Evangeliis a Salvatore ac Domino noſtro Jeſu Chriſto dicuntur, fidem adhibent: *Non poteſt arbor bona fructus malos facere: neque arbor mala bonos fructus facere*. Quemadmodum vero Deum ſatanæ malorumque quæ ab eo geruntur conditorem ac procrea-

torem

torem aſſerere audeant, magnopere demiror. Atque utinam hactenus vaniſſima illorum conſilia progrederentur; nec unigenitum Dei Filium Chriſtum Dominum, *qui de Patris ſinu deſcendit*, Mariæ cujusdam mulierculæ filium eſſe dicerens, atque ex ſanguine carneque, tum vero reliquo mulierum fœtore prodiiſſe. Sed ne longiorem Epiſtolam ſcribens diutius æquitatem tuam detineam, cum præſertim naturali eloquentia caream, his quæ dicta ſunt ero contentus. Ubi vero ad te venero plenius omnia cognoſces; ſi quidem ſalutis tuæ curam aliquam ſuſcipis. Neque enim cuiquam laqueum injicimus, ut ſtolidiores nonnulli faciunt. Intellige quæ dico, fili cariſſime.

N. 7. Hanc Epiſtolam cum Marcellus vir egregius, ac religioſiſſimus, & impsimis illuſtris legiſſet, mirum in modum obſtupuit. Ac tum forte contigit, ut eodem die quo illam a Manichæo Epiſtolam Dei ſervus accepit, Archelaus urbis Epiſcopus una cum illo domi eſſet. Qui re omni perſpecta, dentibus fremens, rugientis leonis inſtar, ac divino quodam ardore percitus, ad Manichæum potius proficiſci cupiebat, hominemque e barbaris, unde is ortus erat, advenientem, & ad humani generis perniciem inſurgentem capere. Sed prudens Marcellus, mitigato precibus Epiſcopo, Tyrbonem hortatus eſt, ut ad Manem in Arabionis caſtellum rediret, ubi ab illo expectabatur... Sed cum Tyrbo reverti ad Manichæum nollet, eo relicto expeditum quemdam curſorem e familia ſua deſtinat, per quem has ad illum literas dedit.

Marcelli ad Manichæum Epiſtola.

Marcellus vir illuſtris Manichæo per Epiſtolam mihi cognito ſalutem. Accepi quas ad me dediſti literas. Tyrbonem vero pro mea benignitate ſuſcepi. Quid autem literæ tuæ ſibi velint nondum intellexi: niſi tu ad nos veniens ſingula, uti per literas recepiſti, ad verbum expoſueris. Valete.

N. 8. Hæc ubi Manes accepit, tametſi nihil in ea Tyrbonis retentione boni eſſe ſecum animadverteret; (perſæpe vero falli opinione ſolebat, aliaque omnia, quam ita uti ſe res habebat conjicere) ut de tota re certior fieret, occaſione ex Marcelli literis accepta, celerrime ad illum accurrit. At Archelaus Epiſcopus præter doctrinam fidei inſuper ardore præditus, auctus erat, ut, ſi fieri poſſet homo ille, pardi inſtar ac lupi vel cujuſvis alterius beſtiæ, interceptus morti traderetur, ne ejuſmodi feræ incurſione pecora læderentur, cum illius ingreſſum cognoſceret. Marcellus contra patienter ac leniter potius illum in colloquio tractandum putabat. Ille vero comperta jam Manis opinione ac doctrinam: ſi quidem Tyrbo utrique totam illius ſectæ vanitatem explicarat...

N. 10. Hæc igitur cum ita ſe haberent, & Archelaus penitus omnia cognoſſet, ut de quæſtione illa diſputare poſſet; cumque ad id eſſet inſtructiſſimus partim quod a multiplici divinarum rerum ſcientia paratiſſimus erat, partim quod a Tyrbone perdoctus ante fuerat, & omnes nefarii hominis præſtigias accurate didicerat; ecce tibi cum ſuorum comitatu Manes acceſſit. Quare ſubinde nulla interjecta mora publicam collationem inſtituunt in oppido ipſo Caſchara, ut ante omnia controverſiam agitarent. Ad id vero concertationis arbitros deligunt, Marſipum quemdam & Claudium, & Ægialeum, & Cleobulum: quorum primus gentilis ſapientiæ, ſecundus medicinæ Profeſſor; tertius Grammaticus; poſtremus erat Sophiſta. Multa in ea diſputatione ultro citroque jactata ſunt; cum hinc Manes fabulas ſuas proponeret, inde Archelaus velut egregius miles adverſarii tela vi ſua, ac virtute diſcuteret. Poſtremo victus eſt Manes ac de judicum ſententia veritati victoria ceſſit...

N. 11. Secundum hæc Manes fuga ſibi conſulit. Populus enim lapidibus illum obruere volebat; niſi Marcellus in medium prodiens, vultu ipſo venerationis pleno aſpectuque repreſſiſſet. Quod niſi feciſſet, jamdudum infelix ille periiſſet. Inde igitur diſcedens Diodoridem (Pagus is eſt in Charcharis) ſeſe contulit: ubi Tryphon quidam erat vir optimus, ac tunc loci illius Presbyter. Ad hunc Manes divertens rurſum miſcere omnia, ac ſe arroganter efferre, nactus hominem alioqui bonum, & excellenti pietate præditum, ſed orationis præſidio deſtitutum. Verum ne ſic quidem, uti ſperaverat, illudere Chriſti ſervo potuit. Deus enim iis, qui in ſe confidunt, Spiritus ſancti dona præparat, abunde largitur,

Mat. 1. 19. 20 prout ipſe pollicitus eſt, qui mentiri non poteſt. *Nolite*, inquit, *ſolliciti eſſe, quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris mei, qui loquitur in vobis.* Sed cum Manes iterum cum Tryphone Presbytero congredi vellet, qui ſibi in pleriſque contradixerat, illa rem omnem per literas Archelao ſignificat, his verbis: Homo quidam huc acceſſit, qui infeſtiſſimi lupi more ovile perdere aggreditur. Verum obſecro te ſcribere ad me, quemadmodum adverſus illum me gerere oporteat, ac quibus rationibus pernicioſæ ejus doctrinæ reſiſtere. Quod ſi venire ipſe dignaberis, Chriſti ovila, gregemque ab omni ſollicitudine liberabis. Archelaus his acceptis literis dnus ad eum libros mittit, quos in promptu facileque comprehenderet, contra Manem conſcriptos. Ceterum ut adventum ſuum præſtolaretur admonuit. Interim Manes medium in pagum ſummo diluculo prodiens, Tryphonem ad diſputandum provocat. Qui cum ſe ſtitiſſet, & ad omnia quæ quæſierat ſigillatim pro ea, quam e Deo acceperat, ſapientia reſpondiſſet, atque impoſtorem lenius agitaret, apud ſe non nihil hæſitans; repente Archelaus nec opinato conſpectus eſt, qui tanquam acerrimus pater-familias, ſuorumque ſtudioſiſſimus audacter in prædonem fremens incurrit. Quem ut Manes aſpexit, ſimulata blanditia: Sine me, inquit, cum Tryphone contendere: tu enim me, cum ſis Epiſcopus, dignitate ſuperas. Archelaus vero, ex eo quod jam illius dogma confutatum erat, multo quam verbis exprimi poſſet, ſimulandi callidiorem eſſe docuit, uſque illi prorſus occluſit. Tum quæ ab illo propoſita fuerant diſſolvens, novum ei pudorem incuſſit, cum ne hiſcere quidem amplius auderet. Sub hæc populus ardentibus rurſum animis ſceleſtum illum opprimere conatus eſt. Quorum illa manus effugiens ad caſtellum Arabionis reverſus eſt.

N. 12. Sed Perſarum rex, comperta Manichæi fuga, miſſis ſatellitibus in eodem illo caſtello comprehenſum hominem ignominoſe in Perſidem abduxit: ubi calamo cute detracta, ultimum de eo ſupplicium ſumſit. Quam quidem cutem utris in modum, infarcis paleis, ad hodiernum diem in Perſide ſervant. Hunc igitur ille exitum vitæ conſecutus eſt. Ob id Manichæi lectulis ſuis arundines ſubſternunt. Ergo ille ſic mortuus eos, quos dixi, diſcipulos reliquit, Addam, Thomam, & Hermeam, quos antequam illo mortis genere pœnas lueret, varia in loca dimiſerat. Hermeas enim in Ægyptum profectus eſt, quo cum pleriqua verſati ſunt. Neque enim antiqua eſt admodum hæc hæreſis, adeo ut qui cum Hermea Manis diſcipulo colloquuti ſunt nobis quæ ad illum pertinebant narraverint. Addas in ſuperiorem regionem abiit, Thomas in Judæam. Atque ab iis ſecta illa ad hodiernum uſque diem vires atque incrementum habuit...

N. 15... Manes in eo libro, quem de fide ſcripſit: libros enim varios edidit, quorum unus viginti duas in partes diſtributus eſt, alphabetico ordine pro literarum quibus Syri utuntur numero:... hujus inſcriptio eſt, Manichæi myſteria. Alius eſt cui Theſauro nomen inditum. Præter hos, alius quodam ad illudendos homines contexuit, velut minorem Theſaurum. Item de aſtrologia. Neque enim a curioſis illis artibus abhorrent: quin potius aſtronomiæ ſcientiam præ ſe ferunt, ac de ea gloriantur. Sed & amuleta, hoc eſt, appenſa quædam e collo, necnon & cantiones magicas ac præſtigias uſurpant....

N. 20. Colliguntur ab aſcenſione Chriſti ad Manem, & Aurelianum, ac Probum Imperatores anni 276. ex quorumdam Chronographorum calculo. Ex aliorum vero ſupputatione 246...

N. 21... A magnis viris admirabiles ad illius refutandos errores lucubrationes ſunt editæ. Velut ab Archelao Epiſcopo, ut antea dictum eſt: Origene, ut accepimus, Euſebio Cæſarienſi, & altero Emeſeno, Serapione Thmuenſi, Athanaſio Alexandrino, Georgio Laodiceno, Apollinario item Laodiceno, Tito, ac pleriſque aliis, qui adverſus illum ſcripſerunt.

Manichæi impia dogmata.

N. 25... Hic igitur Deos geminos colit, ingenitos, a ſemet exiſtentes, ſempiternos, invicemque contrarios. Quorum alterum bonum, malum alterum definit, atque uni lucis nomen imponit, tenebrarum alteri. Ad lucis partes hominis animam pertinere putat; tenebris vero corpus, ac materiæ opificium tribuit. Horum vero permiſtionem ac temperationem hunc in modum accidiſſe dicit, ac duorum Regum exemplo declarat, qui jamdudum inimici mutuo ſibi bellum inferunt, ita ut uterque privatim ſua poſſideat. Ita tenebras, ait, collectis viribus finibus ſuis egreſſas incurſionem feciſſe, ac cum luce dimicaſſe. Cum autem bonus pater tenebras in terra ſua verſari cognoſceret, vim a ſe ipſo quamdam ediſſe, quæ vitæ mater appellata ſit. Ab hac primum hominem productum necnon & Elementa quinque, ventum, lucem, aquam,

Digitized by Google

ignem, materiam. Hæc cum velut ad bellicum apparatum induiſſet, in inferiora delapſum cum tenebris pugnaſſe. Tenebrarum vero Principes, qui cum eo decertabant, ex illius armatura, quam animam eſſe dicit, non nihil ademiſſe. Quo quidem tempore primum hominem in inferioribus his locis a tenebris magnopere eſſe vexatum. Quod niſi orantem Pater exaudiſſet, atque alteram a ſe productam vim in ſubſidium miſiſſet, quæ vivus ſpiritus diceretur, ac niſi deſcendens dexteram ei porrexiſſet, atque e tenebris eduxiſſet, jamdodum primum illum hominem detentum periculum ingens aditurum fuiſſe. Ab eo igitur tempore animam in inferiori hac ſede reliquit. Quæ cauſa eſt cur Manichæi, quoties invicem occurrunt, hujus rei ſignificandæ gratia mutuo ſibi dexteras porrigant, tanquam a tenebris erepti. Omnes enim ſectas verſari in tenebris aſſerit. Tunc vivum illum ſpiritum mundum condidiſſe, ac tres alias virtutes ferentem, & delapſum principes extuliſſe ſurſum, & in firmamento ſtabiliſſe, quod ipſorum corpus eſt, ſiva globus.

N. 26. Tum vero præterea eodem a ſpiritu luminaria creata, quæ ſunt animæ reliquiæ; itaque ab illo perfecta, ut firmamentum circumacta percurrerent. Rurſum vero terram octuplici ſpecie fabricaſſe. At bajolum infra ſuſtinere, fatigatumque tremare, ac terræ motum præter conſtitutum tempus efficere. Ob id bonus, inquit, Pater Filium e ſinu ſuo in terræ penetralia, atque intimas ejus partes allegavit, ut illius conſentaneo deſiderio ſatisfaceret: & quoties terra movet, vel ille laborans tremuit, vel onus in alterum humerum transfert. Per idem tempus materia ſtirpes ex ſeſe procreavit; quas cum nonnulli principes diriperent, convocatis illa principum primoribus, unam ab ſingulis virtutem accepit, hominemque condidit ad primi illius hominis exemplar, cui & animam alligavit. Ejuſmodi commixtionis eſt ratio. Sed vivus Pater, quod animam in corpore afflictam cerneret, ut eſt miſericors, ac benignus, chariſſimum ſibi Filium ad illius recuperandam ſalutem amiſit. Hanc enim ob cauſam, ſimul & bajuli gratia miſſus dicitur. Igitur Filius adveniens ſeſe hominis in figuram convertit, atque homini ſimilis hominibus apparuit, licet homo non eſſet; eumdemque genitum eſſe homines vulgo crediderunt. Itaque mox ut acceſſit, opus quoddam ad animarum ſalutem molitus eſt, machinamque conſtruxit; in qua cadi erant duodecim: quæ globi cujuſdam agitatione converſa mortuorum animas ſurſum evehit, quas magnum illud ſidus radiis ſuis exceptas ac repurgatas in lunam tranſportat. Ita fit, ut hujus urbis impleatur, qui diſcus a nobis vulgo dicitur. Navigia quippe, & pontones duo eſſe ſidera illa cenſet. Onuſta vero luna ad ſubſolanum tranſvehit. Ita depoſito onore levatur, ac rurſum navigium complet: hinc novis per cados avectis animis, iterum exoneratur, donec ſuam ac peculiarem animæ partem eripiat. Etenim animam omnem, atque omne quod movetur animal boni illius patris naturæ participem eſſe docet. Porro cum onus illud animarum ad patris æones luna tranſvexerit, manet ea in gloriæ columna qui perfectus aer dicitur. Eſt autem hic aer lucis columna quædam; quoniam animabus quæ purgantur eſt referta. Hæc ipſa cauſa eſt per quam ſalutem animæ conſequantur.

N. 27. Cur autem moriantur homines cauſam hujuſmodi proponit. Virgo quædam, inquit, formoſa atque compta blanditiarumque plena principes a vivo ſpirito in firmamentum eductos ac cruci ſuffixos ſuis illecebris allicere aggreditur: quæ ſe maribus pulcherrimæ feminæ, feminis vero elegantis ac formoſi ſpecie juvenis offerens, principes, cum eam tam exquiſito ornatu viderint, ad ſui deſiderium vehementer accendit. Qui cum eam aſſequi nequeant, extra poteſtatem exeuntes, præ amore ac cupiditate mirum in modum exardeſcant. Cumque accurrentibus illis virgo ſe ex illorum aſpectu ſubduxerit, tum magnus Princeps ex ſeſe nubes emittit, ut præ iracundia mundo tenebras offundat. Atque hoc modo ſi vehementius prematur, hominis inſtar ex ſudore laſſatur, qui quidem ſudor pluviam efficit. Sic & princeps alter Meſſor appellatus, ſi virginis illecebra capiatur, peſtem in univerſam terram perdendis hominibus immittit. Siquidem corpus iſtud cum majore mundo comparatum corpus dicitur. Ceterum homines univerſi radices habent infra cum ſuperioribus connexas. Igitur cum a virgine pellectus captusque fuerit, tunc hominum amputare radices incipit, quibus ſucciſis peſtilentia graſſatur, itaque moriuntur. Quod ſi ſuperiora radicis præ labore quatiantur, terræ motus conſequitur, quo bajulus etiam concutitur. Ea cauſa mortis eſt.

N. 28. Nunc illud vobis exponam, quemadmodum anima quinque in corpora transfundatur. Imprimis enim pars illius exigua repurgatur. Tum in canis vel cameli vel alterius animalis corpus transfertur. Ac ſi homicidium anima perpetraverit, in celephorum corpus transfertur. Si meſſuiſſe deprehendatur, in balbos ac lingua præpeditos. Animæ vero hæc ipſa nomina ſunt, mens, notio, intelligentia, cogitatio, ratiocinatio. At meſſores quicumque metunt, principum ſimiles ſunt, qui in tenebris jam tum ab initio verſantur, cum primi hominis armaturam adederunt. Ideo tranſportari illos in fœnum aut phaſelos, aut hordeum, aut ſpicam, olerave neceſſe eſt, ut meti ſuccidique poſſint. Pane ſi quis veſcitur, panem hunc fieri oportet, ut & ipſe comedatur. Avem qui occiderit, avis fiet. Similiter qui murem occiderit, in murem commutabitur. Præterea ſi quis in hac vita dives fuerit, ubi ex corpore migraverit, in mendici corpus transfereretur, ut oberrans ſtipem corroget, indeque ſempiternum ad ſupplicium perveniat. Ac cum noſtrum illud corpus ad principes materiamque pertineat, qui Perſicam arborem plantat, multa et corpora obeunda ſunt, donec Perſica illa deciderit. Qui ſibi domum extruit, in univerſa corpora diſtrahetur. Qui in aqua lavat, ſuammet ipſius animam adſtringit. Qui Electis ipſius pietatis aliquod munus non dederit, per multas generationes pœnas expendet, atque in Catechumenorum corpora tranſibit, donec munera quampluri-ma largiatur. Ob id ciborum exquiſitos quoſque Electis offerunt. Panem antequam comedant, orationem ita concipiunt ad panem ſermone converſo: Neque ego te meſſui neque molui, nec expreſſi, nec in clibanum impoſui: alius hæc omnia præſtitit, mihique obtulit; ergo ab omni culpa innocens veſcor. Quæ cum apud ſe pronuntiavit, tum Catechumeno dicit: Pro te oravi, ita ille diſcedit. Nam ut vobis paulo ante dixi, qui meſſuerit & ipſum eſſe metendum, ita qui in inſtrumentum aliquod frumentum injecerit, injiciendus & ipſe eſt: ut qui maſſam ſubegerit ſubigendus, coquendusque qui panem coxerit. Propterea omni opere illis interdicitur. Quin etiam alii ſunt, inquiunt, mundi ex quibus oriuntur ſidera, quæ ab hoc noſtro occidendo recedant. Si quis humi ambulet, terram lædit: ut & aerem lædit qui manum agitat, cum aer hominum & beſtiarum ac volucrum, & piſcium & reptilium anima ſit. Quicumque vero in mundo eſt, hoc ipſum, ut dixi, corpus non Dei, ſed materiæ eſt, & tenebris obduci neceſſe eſt.

N. 29. Quod ad Paradiſum pertinet, mundus is appellatur. Arbores porro in eo ſunt, cupiditas, aliæque fraudes, quibus illorum hominum corrumpuntur animi. Quæ autem in paradiſo conſita eſt arbor, cujus beneficio bonum diſcernitur, Jeſus eſt, ejuſque cognitio, quæ in mundo eſt: quam qui percipit, bonum malumque diſcernit. Sed nec mundus ipſe ad Deum pertinet, verum ex materiæ mole formatus eſt; ob id univerſa pereunt. Quod autem primo ex homine principes rapuerunt, iſtud ipſum onus eſt, quod imponitur lunæ, quodque ſingulis diebus a mundi contagione purgatur. Anima vero, quæ veritatis expers ex hac vita diſcedit, dæmonibus traditur, ut eam gehenna atque incendiis edoment. Deinde ita caſtigata in corpora edomandi rurſum gratia transmittitur: unde ingentem in ignem ad finem uſque mittitur.

N. 30. De Prophetis noſtris ita differit: impietatis ſive improbitatis tenebrarum eſſe ſpiritum, qui aſcendit ab initio; & ob id aberrantes nihil loquuti ſunt, quod illorum princeps occæcatos animo fuerit. Quorum qui ſermonibus auſcultat, in ſempiternum perit, ad glebam illigatus, pro eo quod Paracleti ſcientiam minime didicit. Quin etiam ſolis id Electis ſuis, qui non plures quam ſeptem fuerunt, hoc mandatum dedit: Ubi cibum ſumpſeritis, orate, & oleum multorum invocatione nominum conſecratum in caput inſpergite; ut hæc in vobis fides corroboretur. De quibus nominibus nihil eſt mihi ſignificatum: ſoli enim illi ſeptem his utuntur. Præterea ſacrum illud ac venerandum apud nos Sabaoth nomen, ipſam eſſe dicunt hominis naturam, cupiditatiſque patrem. Quapropter.. cupiditatem adorant, & eſſe numen arbitrantur.

De Adami creatione ita ſentit: eum qui ita locutus eſt: *Venite faciamus hominem ad imaginem noſtram, & ſimilitudinem*, ſive ad eam quam vidimus formam, principem eſſe, qui reliquis principibus dixerit: adeſte, date mihi ex illa luce, quam accepimus, *& faciamus hominem* ad noſtram, qui principes ſumus, effigiem qualem aſpeximus: qui quidem primus homo eſt: Ita hominem fabricaſſe. Eadem & Evam ratione condidiſſe, eique de Gen. 1. 26.

ſua

Digitized by Google

ſua cupiditate ad Adamum decipiendum impertiiſſe. Ab iis igitur ex principiis opificio mundus iſte fabricatus eſt.

N. 31. Adhæc Deum nihil habere cum hoc mundo commune, nec eo delectari; quod ipſum deprædati ſint principes, ac moleſtiam exhibuerint. Propterea quotidie per ſidera iſta, ſolem videlicet ac lunam, animam ſuam eripere, quibus ab ſideribus mundus univerſus, ac quicquid eſt creatum diripitur. Eum qui cum Moyſe, ac Judæis, & Sacerdotibus locutus eſt, tenebrarum fuiſſe principem exiſtimat: ex quo efficitur Chriſtianos cum Judæis ac Gentilibus unum & idem eſſe, utpote qui eumdem Deum venerentur, qui pro ſuis illos cupiditatibus decipit, cum nihil minus ſit quam veritatis Deus. Quare qui ejusmodi Deo confidunt, qui cum Moyſe, ac Prophetis locutus eſt, vinciendi cum illo ſunt, quoniam veritatis in Deo minime confidunt. Nam ille alter pro ipſorum, uti dixi, libidine cum eis locutus eſt. Poſt hæc omnia poſtremo, ut ille ſcripſit, ubi ſenex imaginem ſuam oſtenderit, tunc bajulus terram extra ſe dimittit, indeque vehemens ignis erumpens mundum conſumit univerſum: Deinde glabam novo cum æone mittit, ut omnes peccatorum animæ in æternum vinculis conſtrictæ teneantur. Quæ tum accident cum ſimulacrum advenerit. Quicquid vero propagatæ ſobolis eſt, puta Jeſus, qui minore navigio vehitur, & vitæ mater, & gubernatores XII. & lucis virgo, & tertius ſenex, qui in majore navigio reſidet, una cum vivo ſpiritu, & ingenti ignis muro, ventique pariter muro, & aeris, aquæ, vivique & exterioris ignis apud exiguum ſidus habitant, donec incendium univerſum mundum abſumat; id quod certo annorum ſpatio continget, quorum numerum neſcio. Quibus perfectis naturæ duæ priſtinum in ſtatum reſtituendæ ſunt ac principes inferiora ſedium ſuarum incolent, ſuperiora Pater occupabit, ac locum ſuum recipiet.

N. 32. Hæc ergo ex Archelai libro proponenda putavi.

S. PHILASTR. Brix. Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Catal. hæreſ. quæ ſub Apoſt. extiterunt*, *num.* 14. Manichæi poſt hos de Perſide a Mane homine, ſive Turbone ita dicto ſurrexerunt, fomenta de illis pernicioſa ſumentes prioribus, qui duos Deos unum bonum & unum malum eſſe adſerentes, & pugnam inter Deum & Dominum eſſe prædicantes, & hominis quidem animam de Deo eſſe proprie putantes, corpus autem a diabolo factum arbitrantur. Reſurrectionem negantes, judicium non ſperantes, dæmonia colentes, elementa adorantes, Deorum Dearumque nomina, ut Pagani, invocantes, & maſculos feminas quaſdam eſſe dicentes, & utriusque naturæ participes, & nefandæ turpitudini ſervientes, qui ab Archelao ſancto Epiſcopo in diſputatione ſuperati, abjecti atque notati, manifeſtati ſunt univerſi illo in tempore, & ut latrones jam ſub figura confeſſionis Chriſtianæ multorum animas mendacio, ac pecudiaria turpitudine non deſinunt captivare, qui & in Hiſpania & quinque provinciis latere dicuntur, multosque hac quotidie fallacia captivare.

S. AUG. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, *num.* 46. Manichæi a quodam Perſa extiterunt, qui vocabatur Manes: quamvis & ipſum, cum ejus inſana doctrina cœpiſſet in Græcia prædicari, Manichæum diſcipuli ejus appellare maluerunt, devitantes nomen inſaniæ. Unde quidam eorum quaſi doctiores, & eo ipſo mendaciores, geminata N litera, Mannichæum vocant, quaſi manna fundentem. Iſte duo principia inter ſe diverſa & adverſa, eademque æterna & coæterna, hoc eſt, ſemper fuiſſe, compoſuit: duasque naturas atque ſubſtantias, boni ſcilicet & mali, ſequens alios antiquos Hæreticos, opinatus eſt. Quorum inter ſe pugnam & commixtionem, & boni a malo purgationem, & boni, quod purgari non poterit, cum malo in æternum damnationem, ſecundum ſua dogmata aſſeverantes, multa fabulantur, quæ cuncta intexere huic operi nimis longum eſt. Et his autem ſuis fabulis vanis atque impiis coguntur dicere animas bonas, quas cenſent ab animarum malarum naturæ ſcilicet contrariæ commixtione liberandas, ejus cujus Deus eſt eſſe naturæ. Proinde mundum a natura boni, hoc eſt, a natura Dei factum, confitentur quidem, ſed de commixtione boni & mali, quæ facta eſt, quando inter ſe utraque natura pugnavit. Ipſam vero boni a malo purgationem ac liberationem, non ſolum per totum mundum & de omnibus ejus elementis virtutes Dei facere dicunt, verum etiam Electos ſuos per alimenta quæ ſumunt. Et eis quippe alimentis, ſicut univerſo mundo Dei ſubſtantiam perhibent eſſe commixtam: quam purgari putant in Electis ſuis eo genere vitæ, quo vivunt Electi Manichæorum, velut ſanctius & excellentius Auditoribus ſuis. Nam his duabus profeſſionibus, hoc eſt, Electorum & Auditorum, Eccleſiam ſuam conſtare voluerunt. In ceteris autem hominibus, etiam in ipſis Auditoribus ſuis, hanc partem bonæ divinæque ſubſtantiæ, quæ mixta & colligata in eſcis & potibus detinetur, maximeque in eis qui generant filios, arctius & inquinatius colligari putant. Quidquid vero undique purgatur luminis, per quaſdam naves, quas eſſe lunam & ſolem volunt, regno Dei tamquam propriis ſedibus reddi. Quas itidem naves de ſubſtantia Dei pure perhibent fabricatas. Lucemque iſtam corpoream animantium mortalium oculis adjacentem, non ſolum in his navibus, ubi eam puriſſimam credunt, verum etiam in aliis quibusque lucidis rebus, ubi ſecundum ipſos tenetur admixta, crediturque purganda, Dei dicunt eſſe naturam. Quinque enim elementa quæ genuerunt principes proprios, genti tribuunt tenebrarum: eaque elementa his nominibus nuncupant, fumum, tenebras, ignem, aquam, ventum. In fumo nata animalia bipedia, unde homines ducere originem cenſet; in tenebris ſerpentia, in igne quadrupedia, in aquis natatilia, in vento volatilia. His quinque elementis malis debellandis alia quinque elementa de regno & ſubſtantia Dei miſſa eſſe, & in illa pugna fuiſſe permixta, fumo aera, tenebris lucem, igni malo ignem bonum, aquæ malæ aquam bonam, vento malo ventum bonum. Naves autem illas, id eſt, duo cæli luminaria, ita diſtinguunt, ut lunam dicant factam ex bona aqua, ſolem vero ex igne bono. Eſſe autem in eis navibus ſanctas virtutes, quæ ſe in maſculos transfigurant, ut illiciant feminas gentis adverſæ, & rurſus in feminas, ut illiciant maſculos ejusdem gentis adverſæ; & per hanc illecebram commota eorum concupiſcentia fugiat de illis lumen, quod membris ſuis permixtum tenebant, & purgandum ſuſcipiatur ab Angelis lucis, purgatumque illis navibus imponatur ad regna propria reportandum. Qua occaſione, vel potius exſecrabilis ſuperſtitionis quadam neceſſitate, coguntur Electi eorum velut Euchariſtiam conſperſam cum ſemine humano ſumere, ut etiam inde, ſicut de aliis cibis quos accipiunt, ſubſtantia illa divina purgetur. Sed hoc ſe facere negant, & alios neſcio quos ſub nomine Manichæorum facere affirmant. Detecti ſunt tamen in Eccleſia... apud Carthaginem... quando inſtante Urſo Tribuno, qui tunc domui regiæ præfuit, aliqui adducti ſunt: ubi puella nomine Margarita iſtam nefariam turpitudinem prodidit; quæ cum eſſet annorum nondum duodecim, propter hoc ſceleſtum myſterium ſe dicebat eſſe vitiatam. Tunc Euſebiam quamdam Manichæam quaſi ſanctimonialem, idipſum propter hoc ipſum paſſam, vix compulit confiteri, cum primo illa ſe aſſeruiſſet integram, atque ab obſtetrice inſpici poſtulaſſet: quæ inſpecta, & quid eſſet inventa, totum illud turpiſſimum ſcelus, ubi ad excipiendum & commiſcendum concumbentium ſemen farina ſubſternitur, (quod Margarita indicante abſens non audierat) ſimiliter indicavit. Et recenti tempore nonnulli illorum reperti, & ad Eccleſiam ducti, ſicut Geſta Epiſcopalia quæ nobis miſiſtis oſtendunt, hoc non ſacramentum, ſed exſacramentum, ſub diligenti interrogatione confeſſi ſunt: quorum unus nomine Viator, eos qui ita faciunt proprie Cathariſtas vocari dicens, cum alias ejusdem Manichææ ſectæ partes in Mattarios & ſpecialiter Manichæos, diſtribui perhiberet; omnes tamen has tres formas ab uno auctore propagatas, & omnes generaliter Manichæos eſſe, negare non potuit. Et certo illi libri Manichæi ſunt omnibus ſine dubitatione communes, in quibus libris illa portenta ad illiciendos & per concupiſcentiam diſſolvendos utriusque ſexus principes tenebrarum, ut liberata fugiat ab eis, quæ captivata tenebatur in eis divina ſubſtantia, de maſculorum in feminas & feminarum in maſculos transfiguratione conſcripta ſunt, unde iſta, quam quilibet eorum negant ad ſe pertinere, turpitudo defluxit. Divinas enim virtutes, quantum poſſunt, imitari ſe putant, ut purgent Dei ſui partem: quam profecto, ſicut in omnibus corporibus cæleſtibus & terreſtribus, atque in omnium rerum ſeminibus, ita & in hominis ſemine teneri exiſtimant inquinatam. Ac per hoc ſequitur eos, ut ſic eam etiam de ſemine humano, quemadmodum de aliis ſeminibus quæ in alimentis ſumunt, debeant manducando purgare. Unde etiam Cathariſtæ appellantur, quaſi purgatores, tanta eam purgantes diligentia, ut ſe nec ab hac tam horrenda cibi turpitudine abſtineant. Nec veſcuntur tamen carnibus, tamquam de mortuis vel occi-

occi-

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 10.

deſcripſit S. Auguſtinus. Eorum mores & dogmata apprime noverat Sanctus Doctor; ſiquidem fuit & ipſe eorum erroribus irretitus ante baptiſmum ſuum, ſed cognitam demum eorum impietatem & inſaniam ejuravit, & nemo hanc hæreſim confutavit
H deinceps luculentius, & majori ſucceſſu. (H) Confutaverant illam ante Sanctum Auguſtinum & plures ex ſanctis Patribus. Hanc hæreſim & prædixerat & prædamnaverat Apoſtolus his verbis, ad Timotheum ſcribens: *Spiritus autem manifeſte dicit, quia in noviſſimis temporibus diſcedent quidam a fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere, abſtinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & iis qui cognoverunt veritatem, quia* OMNIA CREATURA DEI BONA EST, *& nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: ſanctificatur enim per verbum Dei & orationem.* Manichæos etiam proſcripſit S. Leo ſummus Pontifex, implorato auxilio Valentiniani Imperatoris. (I) I

ORIGENISTARUM ſecta ſic dicta ab ORIGENE, viro quo non fuit unquam alius toto terrarum orbe celebrior, ſive eruditionem ſpectes, ſive Scripturarum intelligentiam, ſive diſcipulorum præſtantiam, ſive ſanctitatis famam & celebritatem. Nam & ſub perſecutione Decii multa pro Chriſto fuerat perpeſſus, & patrem habuit Martyrem Leonidam. De eo plura lege apud Vincentium Lirinenſem, in commonitorio. Origenes tamen in plures errores eoſque graviſſimos lapſus fuiſſe fertur, unde de eo hoc celebre effatum,

ubi

occiſis fugerit divina ſubſtantia, tantumque ac tale inde remanſerit, quod jam dignum non ſit in Electorum ventre purgari. Nec ova ſaltem ſumunt, quaſi & ipſa cum franguntur exſpirent, nec oporteat ullis mortuis corporibus veſci, & hoc ſolum vivat ex carne, quod farina ne moriatur excipitur. Sed nec alimonia lactis utuntur, quamvis de corpore animantis vivente mulgeatur ſive ſugatur: non quia putant divinæ ſubſtantiæ nihil ibi eſſe permixtum, ſed quia ſibi error ipſe non conſtat. Nam & vinum non bibunt, dicentes fel eſſe principium tenebrarum; cum veſcantur uvis: nec muſti aliquid, vel recentiſſimi, ſorbent. Animas Auditorum ſuorum in Electos revolvi arbitrantur, aut feliciore compendio in eſcas Electorum ſuorum, ut jam inde purgatæ in nulla corpora revertantur. Ceteras autem animas & in pecora redire putant, & in omnia quæ radicibus fixa ſunt atque aluntur in terra. Herbas enim atque arbores ſic putant vivere, ut vitam quæ illis ineſt, & ſentire credant, & dolere, cum læduntur: nec aliquid inde ſine cruciatu eorum quemquam poſſe vellere aut carpere. Propter quod agrum etiam ſpinis purgare, nefas habent. Unde agriculturam, quæ omnium artium eſt innocentiſſima, tamquam plurium homicidiorum ream dementer accuſant: ſuiſque Auditoribus ideo hæc arbitrantur ignoſci, quia præbent inde alimenta Electis ſuis; ut divina illa ſubſtantia in eorum ventre purgata, impetret eis veniam, quorum traditur oblatione purganda. Itaque ipſi Electi, nihil in agris operantes, nec poma carpentes, nec ſaltem folia ulla vellentes, exſpectant hæc afferri uſibus ſuis ab Auditoribus ſuis, viventes de tot ac tantis ſecundum ſuam vanitatem homicidiis alienis. Monent etiam eoſdem Auditores ſuos, ut ſi veſcuntur carnibus, animalia non occidant, ne offendant principes tenebrarum in cæleſtibus colligatos, a quibus omnem carnem dicunt originem ducere: & ſi utuntur conjugibus, conceptum tamen generationemque devitent, ne divina ſubſtantia quæ in eos per alimenta ingreditur, vinculis carneis ligetur in prole. Sic quippe in omnem carnem, id eſt, per eſcas & potus venire animas credunt. Unde nuptias ſine dubitatione condemnant, & quantum in ipſis eſt, prohibent, quando generare prohibent, propter quod conjugia copulanda ſunt. Adam & Evam ex parentibus principibus fumi aſſerunt natos: cum pater eorum nomine Saclas ſociorum ſuorum fetus omnium devoraſſet, & quidquid inde commixtum divinæ ſubſtantiæ ceperat, cum uxore concumbens in carne prolis tanquam tenaciſſimo vinculo colligaſſet. Chriſtum autem fuiſſe affirmant, quem dicit noſtra Scriptura ſerpentem, a quo illuminatos aſſerunt, ut cognitionis oculos aperirent, & bonum malumque dignoſcerent: eumque Chriſtum noviſſimis temporibus veniſſe ad animas, non ad corpora liberanda. Nec fuiſſe in carne vera, ſed ſimulatam ſpeciem carnis ludificandis humanis ſenſibus præbuiſſe, ubi non ſolum mortem verum etiam reſurrectionem ſimiliter mentiretur. Deum qui Legem per Moyſen dedit, & in Hebræis Prophetis locutus eſt, non eſſe verum Deum, ſed unum ex principibus tenebrarum. Ipſiuſque Teſtamenti novi Scripturas tamquam infalſatas ita legunt, ut quod volunt inde accipiant, quod nolunt rejiciant, eiſque tamquam totum verum habentes nonnullas apocryphas anteponant. Promiſſionem Domini Jeſu Chriſti de paraclero Spiritu ſancto in ſuo hæreſiarcha Manichæo dicunt eſſe completam. Unde ſe in ſuis literis, Jeſu Chriſti Apoſtolum dicit, eo quod Jeſus Chriſtus ſe miſſurum eſſe promiſerit atque in illo miſerit Spiritum ſanctum. Propter quod etiam ipſe Manichæos duodecim diſcipulos habuit, ad inſtar apoſtolici numeri, quem numerum Manichæi hodieque cuſtodiunt. Nam ex Electis ſuis habent duodecim, quos appellant magiſtros, & tertium decimum principem ipſorum: Epiſcopos autem ſeptuaginta duos, qui ordinantur a magiſtris; & Presbyteros qui ordinantur ab Epiſcopis. Habent etiam Epiſcopi Diaconos. Jam ceteri tantummodo Electi vocantur: ſed mittuntur etiam ipſi qui videntur idonei, ad hunc errorem vel ubi eſt ſuſtentandum & augendum, vel ubi non eſt etiam ſeminandum. Baptiſmum in aqua nihil cuiquam perhibent ſalutis afferre: nec quemquam eorum quos decipiunt, baptizandum putant. Orationes faciunt ad ſolem per diem, quaquaverſum circuit; ad lunam per noctem ſi apparet; ſi autem non apparet, ad Aquiloniam partem, qua ſol cum occiderit ad Orientem revertitur, ſtant orantes. Peccatorum originem libero arbitrio voluntatis, ſed ſubſtantiæ tribuunt gentis adverſæ: quam dogmatizantes eſſe hominibus mixtam, omnem carnem non Dei, ſed malæ mentis perhibent eſſe opificium, quæ a contrario principio Deo coæterna eſt. Carnalem concupiſcentiam, qua caro concupiſcit adverſus ſpiritum, non ex vitiata in primo homine natura nobis ineſſe infirmitatem; ſed ſubſtantiam volunt eſſe contrariam, ſic nobis adhærentem, ut quando liberamur atque purgamur, ſeparetur a nobis, & in ſua natura etiam ipſa immortaliter vivat: eaſque duas animas, vel duas mentes, unam bonam, alteram malam, in uno homine inter ſe habere conflictum, quando caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem. Nec in nobis ſanatum hoc vitium, ſicuti nos dicimus, nunquam futurum: ſed a nobis ſejunctam atque ſecluſam ſubſtantiam iſtam mali, & finito iſto ſæculo poſt conflagrationem mundi a globo quodam, tamquam in carcere ſempiterno, eſſe victuram. Cui globo affirmant acceſſurum ſemper & adhæſurum quaſi coopertorium atque tectorium ex animabus, natura quidem bonis, ſed tamen quæ non potuerint a naturæ malæ contagione mundari.

Hæc prolixiora ideo exſcripſi quod multi hodieque exſtent Manichæi aut Manichæorum dogmatum fautores, quorum proinde vanitatem in propatulo exponere ſupervacaneum non putavi.

Legendus THEODORET. Hæret. fabul. *Lib.* 1. *n.* 26. *& ult. ubi* de Manete *fuſius agit, ac* SS. EPIPHAN. *atque* AUGUSTINI *relationem ſuo teſtimonio confirmat. Cum vero his quæ ab iis dicta ſunt nihil addiderit novi, hic non duxi deſcribendum.*

(H) *Quæ ſcripſit* Sanctus AUGUSTINUS adverſus Manichæos *in tomo* 8. *Operum S. Doctoris a RR. PP. Benedictinis ſimul congeſta ſunt. Hoſce etiam Hereticos in multis tam Epiſtolis quam concionibus ad populum, quæ tomo ſecundo & ſequentibus leguntur, confutavit: quæ omnia legere debet, quicumque cum novis Manichæis congredi voluerit.*

(I) S. LEO MAGN *Serm.* 15. *de Jejunio x. Menſis* 5. *cap.* 4. Sed cum in cunctis perverſitatibus multiformem teneat (*Diabolus*) principatum, arcem tamen ſibi in Manichæorum ſtruxit inſania, & latiſſimam in eis aulam, in qua ſe exultantius jactaret, invenit; ubi non unius pravitatis ſpeciem, ſed omnium ſimul errorum impietatumque mixturam generaliter poſſideret. Quod enim in paganis profanum, quod in Judæis carnalibus cæcum, quod in ſecretis magicæ artis illicitum, quod denique

in

ubi bene nemo melius, ubi male nemo pejus. Præcipui errores qui vel Origeni vel ejus diſcipulis objecti ſuere ii ſunt. Animam Chriſti fuiſſe Verbo unitam ante incarnationem; Animas hominum ante corpora creatas fuiſſe, & fuiſſe immiſſas in corpora velut in carceres ſupplicii cauſa propter vetera peccata: Chriſtum mortuum fuiſſe non ſolam pro hominibus, ſed etiam pro dæmonibus a ſupplicio liberandis, adeoque pœnas inferni non fore æternas. Circa gratiæ divinæ neceſſitatem & peccatum originale fertur & Pelagianis præiviſſe Origenes. (K)

K

Non deſuere Theologi & veteres & recentiores, qui Origenem ab illis erroribus aliisque vindicaverint, aſſerentes his erroribus poſt ejus mortem infecta fuiſſe ſcripta Origenis ab ejus diſcipulis vel ab

in omnibus hæreſibus ſacrilegum atque blaſphemum eſt, hoc in iſtos, quaſi in ſentinam quamdam cum omnium ſordium concretione confluxit. Unde univerſas eorum impietates ac turpitudines enarrare perlongum eſt. Superat enim verborum copiam criminum multitudo.... De ſacris tamen eorum, quæ apud illos tam obſcœna ſunt, quam nefanda, quod inquiſitioni noſtræ Dominus manifeſtavit non tacemus, nec quisquam putet nos de hac re dubiæ famæ & incertis opinionibus credidiſſe. Reſidentibus itaque mecum Epiſcopis ac Presbyteris, ac in eumdem conſeſſum Chriſtianis viris ac nobilibus congregatis, Electos & Electas eorum juſſimus præſentari. Qui cum de perverſitate dogmatis ſui, & de feſtivitatum ſuarum conſuetudine multa referarent; illud quoque ſcelus, quod eloqui verecundum eſt, prodiderunt, quod tanta diligentia inveſtigatum eſt, ut nihil minus credulis, nihil obtrectatoribus relinqueretur ambiguum. Aderant enim omnes perſonæ, per quas infandum facinus fuerat perpetratum, puella ſcilicet ut multum decennis, & duæ mulieres, quæ ipſam nutrierant, & huic ſceleri præpararant. Præſto erant etiam adoleſcentulus vitiator puellæ, & Epiſcopus ipſorum deteſtandi criminis ordinator. Omnium par fuit horum & una confeſſio, & pateſactum eſt execratum, quod aures noſtræ vix ferre potuerunt.... Quibus pleniſſime docetur nullam in hac ſecta pudicitiam, nullam honeſtatem, nullam penitus reperiri caſtitatem; in qua lex eſt mendacium, diabolus religio, ſacrificium turpitudo.

(K) *Qui Origenis hiſtoriam omnem, exantlatosque ab eo pro fide labores vult pernoſcere, adeat* EUSEBII Hiſt. Eccleſiaſt. *librum ſextum fere integrum pervolvat & libri 7. cap. 1. quæ quidem nihil ad rem noſtram faciunt, cum hic tantum Origenem in quantum a veritate deviavit conſideremus.*

S. EPIPHAN. *Adverſus Origenianos Hæreſ. 63. num. 1.* Nuptias repudiant: neque tamen obſcœnis libidinibus modum ullum adhibent; adeoque omni genere ſpurcitiæ & corpus ſuum & mentem animamque contaminant. Quidam enim ex eis monaſticam vitam ſpecie ipſa profitentur, itidemque mulieres idem vitæ inſtitutum præferunt; qui omnes corruptis ſunt corporibus: adeo ut cum libidinem ipſi ſuam expleant, facinus, ut honeſtius dicam, illud perpetrent, quod Judæ filius Onas admiſiſſe legitur.... Imo vero profluvium illud ſuum in ſolo pedibus exterunt; ne ſorreptum ab impuris ſpiritibus, ad ullam fœtus procreationem poſſit excipi.

N. 2.... Tam veteris quam novi Teſtamenti libros adhibent; necnon & apocryphos quosdam, velut Andreæ, & aliorum actus. *Hi fuiſſe videntur ignotı cujusdam Origenis diſcipuli. De his ipſis Epiphanii verbis loquitur* S. AUG. *lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum, numer. 42.*

Adverſus Origenem, Hæreſ. 64. num. 1. Origenes cognomento Adamantius ſequitur. Natus hic Leonida patre, beatiſſimo ſanctiſſimoque Martyre. Sed & ille primis ætatis ſuæ annis multa in perſecutione mala ſuſtinuit. Atque ubi virilem ad ætatem pervenit, Græcis literis apprime excultus, atque in Eccleſiæ gremio nutritus, Decio Imperatore Alexandriæ claruit. Genere quippe Ægyptius, Alexandriæ domicilium educationemque nactus eſt. Ac neſcio an Athenis quoque ſcholas aliquandiu frequentarit. Sed pro Chriſtiana religione, ac fide, Chriſtique nomine quamplurima perpeſſus eſſe dicitur. Nam & in urbe tractus ſæpius, & convitiis affectus, & immaniſſimis quæſtionibus, tormentisque ſubjectus eſt. Inter cetera adraſum illum aliquando Græci pro templi Serapidis (quod illorum idolorum eſt,) gradibus collocantes palmarum ſurculos in eos diſtribuere juſſerant, qui ad execrandos ritus obeundos, venerandamque ſimulacrum adibant. Hic enim ſimulacrorum apud illos Sacerdotibus eſt habitus. At Origenes ramis illis acceptis magna voce, conſtantique animo, ſine ullo metu, ac dubitatione ita vociferatus eſt: Adeſte, capita non ſimulacrorum templi, ſed Chriſti ſurculum.

N. 2. Sed in ejusmodi præmii poſſeſſione perpetuo non permanſit. Etenim ob eximiam ſanctitatem, & eruditionem, in ſummam eſt invidiam adductus; eaque res Magiſtratus ac Præfectos majorem in modum acuit. Tum illud vero diaboli calliditate improbitatis artifices commenti ſunt, ut ad turpitudinis neceſſitatem hominem adigerent, atque ejusmodi pœnam ſtatuerent, ut ad illius corpori ſtuprum inferendum Æthiopem compararent. Adhæc Origenes fraudulentum illud diaboli conſilium non ſuſtinens, vocem illam edidit, qua, duobus illis propoſitis, ſacrificare maluit. Quanquam non omnino ſponte illud ſua præſtitiſse vulgo dicitur; ſed ubi ſemel hoc ſe eſse facturum aſsenſus eſt, thus in manum illius impoſitum in ſubjectum aræ focum excuſſiſse gentiles aſserunt. Hoc modo & a martyrii gloria Confeſsorum Martyrumque, qui illis temporibus erant, judicio excidit, & ab Eccleſia dejectus eſt. Accidit hoc Alexandriæ; ubi cum exprobrantium ludibria ferre non poſset, illinc abiit, & in Palæſtina, ſive Judæa domicilium conſtituit. Forte contigit ut Jeroſolymam profectus, ut erat ſacrarum litterarum egregius, & eruditiſſimus Interpres, ab Sacerdotum collegio (nam & ipſe priusquam ſacrificaret ad ſacerdotii gradum perveniſse dicitur;) ad verba in Eccleſia facienda ſollicitaretur. Cumque ab iis, uti dixi, qui tunc ſacerdotalem in Eccleſia dignitatem obtinebant, vi propemodum ad id agendum impelleretur, ille in pedes conſurgens, reliquis verſibus prætermiſſis, poſtquam hunc unum e Pſalmo 49. locum attuliſset, *Peccatori autem dixit Deus; quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?* complicatum librum reddidit, flensque & lacrymans reſedit, flentibus cum eo qui aderant univerſis.

N. 3. Poſthæc, multis hortantibus, imo cogentibus, Ambroſii cujusdam viri inter Palatinos primarii familiaritate uſus (quem nonnulli Marcioniſtam, alii Sabellianum fuiſse memorant) huic ipſi, ut hæreſim ejuraret ac damnaret, atque Eccleſiæ Catholicæ fidem amplecteretur, author extitit. Ambroſius vero, cum hæreſi magnopere implicatus hactenus fuiſset, & eruditus alioqui ac divinarum literarum in primis ſtudioſus eſset, propter ſententiarum, quæ iisdem ſacris codicibus continentur, profunditatem, ab Origene poſtulavit, ut ea ſibi interpretatione ſua pateſaceret. Qui ut hortanti Ambroſio, pro eo atque illi congruebat, ſatisfaceret, univerſam Scripturam interpretatione ſua, & expoſitione declarare inſtituit. Proindeque in urbe Tyro, quæ Phœniciæ eſt, viginti octo annos excellenti quadam vitæ ratione in otio, ac commentandi labore tranſegit. Cum & Ambroſius, quæ ad alendum ipſum una cum librariis, ac ceteris adminiſtris neceſsaria erant, necnon & chartam, ac reliquos ſumptus benigne ſuppeditaret: & Origenes magnis vigiliis, ingentique otio hunc enarrandæ Scripturæ laborem proſequeretur: primum ei ſtudium fuit ſex in unum interpretationes conferre, Aquilæ, Symmachi, Septuaginta duorum, Theodotionis, una cum editione quinta ac ſexta; quibus ſingulas Hebraicas dictiones propriis elementis perſcriptas addidit: cum ex adverſo altera in pagina contextum alterum fecit ex Hebraicis dictionibus Græcis literis exaratis. Hunc in modum volumina illa, quæ Hexapla dicuntur, compoſuit: quæ præter Græcas editiones duas inſuper Hebraici ſermonis columnas continent, alteram Hebraicis ipſis, alteram Græcis elementis conſcriptam: adeo ut vetus omne Teſtamentum tam Hexaplis ejusmodi, quam duplici Hebraicorum vocabulorum contextu comprehenſum fuerit. Cum hoc totum opus ſummo ille cum labore, ſtudioque perfeciſset, non perpetuo nominis ſui,

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 10. I

ab aliis hæreticis, ut ſuis dogmatibus ex tanti viri nomine majorem auctoritatem compararent. (L) Origeniſtarum errores confutarant maxime S. Hieronymus & S. Epiphanius: & proſcripſit ſæpius Eccleſia multis in Conciliis tam Occidentis quam Orientis, ſive particularibus ſive œcumenicis, præſertim in Concilio quinto œcumenico ſub Vigilio ſummo Pontifice & Juſtiniano Imperatore Conſtantinopoli habito anno 553.

SÆCULUM QUARTUM.

SECTÆ complures Hæreticorum quarto ſæculo prodiere. In primis Donatiſtæ, Ariani, Macedoniani, Anomœi, Aeriani, Photiniani, Meſſaliani, Luciferiani, Apollinariſtæ, Priſcillianiſtæ, Joviniſtæ, Collyridiani, &c.

DONATISTÆ fuere primum ſchismatici, deinde hæretici. Schismatis auctor fuit Donatus a Caſisnigris Epiſcopus in Africa, qui Majorinum Carthaginenſem Epiſcopum auſu temerario ordinavit vivente Cæciliano Epiſcopo legitimo, qui mortuo Menſurio Carthaginenſi Epiſcopo rite & canonice ſucceſſerat. Hæc autem fuit occaſio Schismatis, quod vivente Menſurio, Cæcilianus tunc Archidiaconus Carthaginenſis Lucillam feminam genere & divitiis conſpicuam redarguit, eo quod ipſa ante ſacro-ſanctam Corporis Chriſti communionem ſuperſtitioſis oſculis veneraretur reliquias neſcio cujus Martyris, nondum ab Eccleſia vindicati. Correpta Lucilla cum confuſione diſceſſit, meditans animo ultionem. Nec diu dilata occaſio eſt: Cum enim Cæcilianus in Menſurii mortui locum fuiſſet ordinatus Carthaginis Epiſcopus, junxit ſe femina præpotens & factioſa Botro & Cæleſtio, qui cathedram Epiſcopalem ambierant, & ſpe dejecti a Cæciliani communione receſſerant, item ſenioribus Eccleſiæ, qui acceptum a Menſorio depoſitum ornamentorum & vaſorum Eccleſiæ reddere Cæciliano coacti fuerant; ob idque ſubduxerant quoque ſe ab ejus communione. *Sic tribus convenientibus cauſis & perſonis factum eſt*, inquit ſanctus Optatus, *ut malignitas haberet effectum* (ordinatione ſchismatica Majorini.) *Schisma igitur confuſæ mulieris iracundia peperit, ambitus nutrivit, avaritia roboravit*. Mortuo Majorino ſchismatici ſuffecerunt in ejus locum *Donatum* alterum, a quo nomen Donatiſtarum qui dudum Eccleſiam & dire vexarunt. (A) S. Optat. l.1.n.18.19. A

Acceſſit deinde non multo poſt hæreſis ad ſchisma. Hi præcipui fuere Donatiſtarum errores. Sacramenta extra Eccleſiam collata nulla omnino eſſe. Omnes Hæreticos eſſe denuo Baptizandos, Eccleſiam toto terrarum orbe periiſſe, & intra ſuam ſectam coarctari. Idcirco novos Epiſcopos & Presbyteros ordinaverunt per totam Africam quacumque eorum Schisma ſeſe extenderet, in locum Catholicorum quos illegitime ordinatos & jure miſterii excidiſſe jactitabant. Si quas forte Donatiſtæ per vim occuparent Catholicorum Eccleſias, in iis exercebant omne ſævitiæ, & flagitii & ſacrilegii genus. „ Sacro-ſanctam Euchariſtiam polluebant, & cum eam projeciſſent canibus, accidit „ ut illi Dominos ſuos tamquam ſancti Corporis „ reos dente vindice laniarent, inquit ſanctus Optatus", Sacrum oleum pedibus conculcabant; & cum am- Id. Ibid.

ſui, ac gloriæ integritatem retinuit; ſed tanta doctrinæ vis ac copia ruinæ illi ac calamitatis occaſionem dedit. Nam cum, ut ſibi propoſuerat, nullam ſacrarum literarum partem, quam non explicaret, omittere vellet, in ingens ſe peccatum commiſit, ac mortiferas quaſdam voces expoſuit. Unde Origeniſtarum ſecta profluxit, non ſuperiorum illorum, qui inſigni turpitudine ſunt. De illis enim, ut ante dixi, certi nihil affirmare poſſum; utrum ab Adamantio Origene, an ab aliquo alio, qui & Origines ipſe diceretur, initium acceperit. Ceterum eumdem illum Origenem narrant quidam in corpuſculum excogitaſſe ſuum; ſive nervum ſibi, ut quidam exiſtimant, inciderit, quo ſe illecebrarum moleſtia liberaret, neque turpibus corporis motibus velut incendio quodam æſtuaret: ſive, quod alii malunt, medicamento aliquo partibus illis impoſito reſiccarit. Sunt qui alia quædam illi tribuant, veluti quod ad juvandam memoriam medicatam quamdam herbam repererit...

N. 4. Quod ad hæreſim illam attinet, cujus auctor fuit, ea primum in Ægypto propagata, hodie inter præcipuos, atque eos maxime viget, qui monaſticum vitæ genus ſpecie ipſa profitentur..... Principio eo temeritatis progreſſus eſt, ut aſſerat ingenitum Filium Patrem videre non poſſe, neque Spiritum Filium, neque Angelos Spiritum, neque homines Angelos. Atque hic primus illius lapſus fuit. Ita enim ex Patris ſubſtantia Filium eſſe cenſet, ut nihilominus creatus fuerit. Quem quidem ſola id gratia conſecutum exiſtimat, ut Filius diceretur. Sed alius longe gravioribus erroribus implicatus eſt. Nam animam hominis ante corpus extitiſſe putat, & eaſdem Angelos eſſe, virtuteſque ſuperiores, quæ quod peccata contraxerint, ſupplicii cauſa in hoc corpus incluſæ ſunt; proindeque ad pœnas ſubeundas a Deo relegari, ut hic judicii prioris damnationem ſuſtineant. Quam ob cauſam, ait, & corpus δέμας appellari, quod corpori illigata ſit anima... Quod a Propheta dictum eſt *priuſquam humiliarer, ego deliqui*, verba eſſe animæ ipſius affirmat; cum in cælo antea deliquiſſet, quam ad hoc corpus abjiceretur... Mortuorum reſurrectionem mancam ac defectam aſſerit. Quam quidem partim verbis affirmat, partim funditus tollit. Alias vero partem duntaxat hominis excitari putat.

Pſ. 118. 67.

N. 33... Cum ita dixiſſet, Dominum Sadducæis tentantibus reſpondiſſe, *Qui compotes reſurrectionis eſſent, Angelorum inſtar futuros*: poſt ita ſubjunxit: Angeli porro carnis expertes in ſumma felicitate degunt ac gloria: quare & nos, quos æquari Angelis oportet, neceſſe eſt ad eumdem modum carne nudari.

Mat. 22. 30.

S. AUG. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum, num* 42. Alios autem Origenianos continuo ſubjiciens (*Epiphanius.*)

N. 43. *Origeniani*, inquit, *alii, & qui Adamantii tractatoris, qui & mortuorum reſurrectionem repellunt: Chriſtum autem creaturam & Spiritum ſanctum introducentes: Paradiſum autem & cælos & alia omnia allegorizantes*. Hæc quidem de Origene Epiphanius: ſed qui eum defendunt, unius ejuſdemque ſubſtantiæ eſſe, dicunt, docuiſſe, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum: neque reſurrectionem repuliſſe mortuorum; quamvis & in iſtis eum convincere ſtudeant, qui ejus plura legerunt. Sed ſunt hujus Origenis alia dogmata, quæ Catholica Eccleſia omnino non recipit; in quibus nec ipſum falſo arguit, nec poteſt ab ejus defenſoribus falli: maxime de purgatione & liberatione, ac rurſus poſt longum tempus ad eadem mala revolutione rationalis univerſæ creaturæ. Quis enim Catholicus Chriſtianus, vel doctus vel indoctus non vehementer exhorreat, eam quam dicit purgationem malorum, id eſt, etiam eos qui hanc vitam in flagitiis & facinoribus & ſacrilegiis atque impietatibus quamlibet maximis finierunt, ipſum etiam poſtremo diabolum atque Angelos ejus, quamvis poſt longiſſima tempora, purgatos atque liberatos regno Dei lucique reſtitui, & rurſus poſt longiſſima tempora omnes qui liberati ſunt, ad hæc mala denuo relabi & reverti; & has vices alternantes beatitudinum & miſeriarum rationalis creaturæ ſemper fuiſſe, ſemper fore?

(L) *Qui hanc quæſtionem penitius ſcrutari volent adeant Domini* LE NAIN DE TILLEMONT Comment. in Ecclef. NATALIS ALESSANDRI Differt. in Hiſt. Eccleſiaſt. *Illuſtriſs.* HUETII *Abrincenſis Epiſc.* in opera Origenis Præfat. *Patris* HALLOIX *e Soc. Jeſu librum quem inſcripſit* Origenes defenſus, *& aliorum Auctorum ea de re diſſertationes.*

(A) *Lege novam* S. OPTATI *editionem a* D. Ellies du-Pin *Doctore Sorbonico adornatam, & tomum nonum Operum* S. AUGUST. *editionis RR. PP. Benedictinorum, in quo omnia S. Doctoris adverſus Donatiſtas opera continentur, ſi Epiſtolas aliquot nonnullaſque conciones exceperis, quæ tomo* 2. 3. 4. *&* 5. *ejuſdem editionis habentur.*

TER-

Digitized by Google

ampullam chriſmatis per feneſtram jactaſſent, ut frangeretur; *projecta caſum ſentire non potuit*, ait idem Scriptor; & *Deo muniente, illæſa inter ſaxa conſedit*. Altaria *ſedem*, ut inquit Optatus, *Corporis & Sanguinis Chriſti*, aut radebant aut frangebant aut removebant: vaſa ſacra *Calices Chriſti Sanguinis portitores* frangebant. Virgines Deo ſacras pœnitentiæ ſubjiciebant, & ad emittenda denuo caſtitatis vota adigebant, quaſi irrita fuiſſent vota priorum quæ in Catholica Eccleſia emiſerant. Sævitiam & immanitatem in Catholicos mille modis exercebant. Sciſſi ſunt in factiones duas inter ſe infenſiſſimas, adverſus Eccleſiam unam concordibus armis pugnantea; quod & omnibus Hæreticis uſu venire & advertit jampridem Tertullianus, (B) & ſæculorum omnium experientia
B
C docuit. (C)

Damnati ſunt Donatiſtæ in Concilio Romano anno 313. & Concilio Arelatenſi primo anno 314.

Permanſerunt tamen in Hæreſi, & Schiſmate ad ſæculum ſequens. Pluribus adverſus eos edictis ſæviunt Imperatores Chriſtiani. Honorius vero, ut eos ad Eccleſiæ unitatem reduceret, indixit collationem Epiſcoporum Catholicorum cum Donatiſtis. Habita eſt Carthagine collatio anno 411. Interfuerunt collationi Epiſcopi Catholici 286. Donatiſtæ autem 159. Hi a Catholicis plene confutati ſunt, præſertimque a Sancto Auguſtino, cui præcipuum diſputationis honorem ſui Collegæ detulerant. Tunc enituit Epiſcopalis caritatis & humilitatis inſigne documentum. Omnes enim Catholici Epiſcopi uno ore ſignificarunt Donatiſtis pſeudo-Epiſcopis, paratos eſſe ſe vocare eos in conſortium Epiſcopatus, imo & in eorum gratiam Epiſcopatu cedere, modo iſti Hæreſim & Schiſma ſincere ejurarent, & ad Catholicam fidem & unitatem ultro reverterentur. (D) Sed repudiata conditio eſt a Donatiſtis, & omnes fere in obſtina- D

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 10.

(B) TERTULL. *De Præſcript. adv. Hæres. c. 41. Vide ſupra §. 7. litt.* (K) *hocce capite*.

(C) S. EPIPHAN. *Hæreſ. 59. de Novatianis c. 1. n. 18.* Qui in Africa, & Bizacena degunt, & a Donato quodam Donatiani vocantur, eadem cum prioribus illis ſentientes, eamdemque ob cauſam, quod videlicet cum his, qui in perſecutione lapſi erant, nihil habere commune vellent, rebellantes; eadem ratione disjiciuntur, qua & Novatiani, ſive Cathari, qui commune cum illis jugum trahunt.

S. PHILASTR. Brix. Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Catal. hæreſ. quæ ſub Apoſt. extiterunt, n.* 35. Montaniſtæ ſunt, qui rebaptizant ſi quos ſeduxerint homines: & ſupra baptiſmum Eccleſiæ Catholicæ aliud ſuum baptiſma inſanientes promittunt, qui & Donatiani dicuntur, a quodam Donato in Africa conſtituto, qui hanc hæreſim ſeminavit, qui & Parmeniani nunc appellantur a Parmeniano quodam, qui eorum nuper ſucceſſit erroribus atque falſitati.

N. 37. In Africa ſunt qui Circuitores dicuntur, hi circumeunt terras, & quos inveniunt in via, cogunt eos ut interficiantur ab illis: dicentes ſe deſiderare pati martyrium, & ſub cauſa hac multi latrocinantur interdum. Quidam autem ex iis velut biothanati moriuntur, ſeſe dantes ad præcipitium, diverſumque ſubeunt calamitatis interitum: qui cum ſine cauſa petire ita properant, honeſtæ mortis ſuſtinent detrimenta, & judicio Dei futuro ſe potius implicant quam ſolvunt.

S. AUG. *lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum, num.* 69. Donatiani vel Donatiſtæ ſunt, qui primum propter ordinatum contra ſuam voluntatem Cæcilianum Eccleſiæ Carthaginenſis Epiſcopum ſchiſma fecerunt: objicientes ei crimina non probata, & maxime quod a traditoribus divinarum Scripturarum fuerit ordinatus. Sed poſt cauſſam cum eo dictam atque finitam falſitatis rei deprehenſi, pertinaci diſſenſione firmata, in hæreſim ſchiſma verterunt: tamquam Eccleſia Chriſti propter crimina Cæciliani, ſeu vera, ſeu quod magis judicibus apparuit, falſa, de toto terrarum orbe perierit, ubi futura promiſſa eſt, atque in Africana Donati parte remanſerit, in aliis terrarum partibus quaſi contagione communionis extincta. Audent etiam rebaptizare Catholicos: ubi ſe amplius hæreticos eſſe firmarunt, cum Eccleſiæ Catholicæ univerſæ placuerit, nec in ipſis Hæreticis baptiſma commune reſcindere. Hujus hæreſis principem accipimus fuiſſe Donatum, qui de Numidia veniens, & contra Cæcilianum Chriſtianam dividens plebem, adjunctis ſibi ejuſdem factionis Epiſcopis, Majorinum apud Carthaginem ordinavit Epiſcopum. Cui Majorino Donatus alius in eadem diviſione ſucceſſit, qui eloquentia ſua ſic confirmavit hanc hæreſim, ut multi exiſtiment propter ipſum potius eos Donatiſtas vocari. Extant ſcripta ejus, ubi apparet eum etiam non Catholicam de Trinitate habuiſſe ſententiam, ſed quamvis ejuſdem ſubſtantiæ minorem tamen Patre Filium, & minorem Filio putaſſe Spiritum ſanctum. Verum in hunc, quem de Trinitate habuit, ejus errorem Donatiſtarum multitudo intenta non fuit; nec facile in eis quiſquam, qui hoc illum ſenſiſſe noverit, invenitur. Iſti Hæretici in urbe Roma Montenſes vocantur, quibus hinc ex Africa ſolent Epiſcopum mittere: aut hinc illuc Afri Epiſcopi eorum pergere, ſi forte ibi eum ordinare placuiſſet. Ad hanc hæreſim in Africa & illi pertinent, qui appellantur Circumcelliones, genus hominum agreſte & famoſiſſimæ audaciæ, non ſolum in alios immania facinora perpetrando, ſed nec ſibi eadem inſana feritate parcendo. Nam per mortes varias maximeque præcipitiorum & aquarum & ignium ſe ipſos necare conſuerunt; & in iſtum furorem alios quos potuerint ſexus utriuſque ſeducere, aliquando ut occidantur ab aliis, mortem niſi fecerint comminantes. Verumtamen pleriſque Donatiſtarum diſplicent tales nec eorum communione contaminari ſe putant, qui Chriſtiano orbi terrarum dementer objiciunt ignotorum crimen Afrorum. Multa & inter ipſos facta ſunt ſchiſmata, & ab iis ſe diverſis cœtibus alii ſeparatunt, quorum ſeparationem cetera grandis multitudo non ſenſit.

THEODORET. *Hæret. fabul. lib. 4. n 6.* In ea autem, quæ Lybia olim, nunc Africa vocatur, Donatiſtarum quos vocant amentiam communis hoſtis excitavit. Hi quod ad hæreſim attinet cum Ario ſentiunt, ſed novum inſaniæ genus excogitaverunt. Violentam enim mortem martyrium vocant. Et qui appellationem hanc conſequi cupiunt, id longo ante tempore fidei ſuæ ſociis ſignificant. Illi vero omni eos cura proſequuntur, & omne ciborum genus adferunt, ac velut victimas quaſdam præpaſcunt & pinguefaciunt. Poſtquam autem in his deliciis diutius verſati fuerint, cogunt per vias quos offenderint lethalia ipſis gladio vulnera inferre. Et nonnulli quidem optatis potiuntur, alii vero fruſtrantur. Quis enim ſanæ mentis manifeſtæ cædis crimen in ſe ſuſcipiat? Seipſos ergo Corybantum inſtar furentes ex alto deorſum præcipitant. Ego vero inter Arianicas narrationes feſtivum quiddam, quod in his evenit, referre inſtitui. Nam cum ex his permulti, phaſianorum inſtar adipati, in ſtrenuum quemdam juvenem incidiſſent, & nudo enſe porrecto, ut eis vulnera infligeret juberent, jugulaturoſque minarentur, niſi faceret quod jubebatur: ille vereri ſe dixit, ne aliquot interemptis, pœnitentia ducti reliqui cædis pœnas ab eo exigerent. Oportere itaque ligari prius unumquemque, ac enſem poſtea adigere. Cumque paruiſſent illi, & vincula admiſiſſent, virgis omnes cecidit, & vinctos relinquens abiit.

(D) S. AUG. *in Brevic. Collation. cum Donat. in Collat. 1. diei, c. 5.* Quinto loco recitatæ ſunt literæ Catholicorum... In eis... ſe obſtrinxerunt, & polliciti ſunt, quod ſi in parte Donati veritas eis demonſtraretur Eccleſiæ, non ſe illic epiſcopalem honorem quæſituros, ſed conſilium eorum ſecuturos pro ſalute Chriſtiana: ſi autem in ſua communione potius veritas oſtenderetur Eccleſiæ, honores epiſcopales eis non ſe negaturos: & hoc a ſe fieri bono pacis, ut intelligerent hi quibus hoc præſtaretur, quod in eis Catholici non Chriſtianam conſecrationem, ſed humanum deteſtarentur errorem. Quod ſi plebes duos in una Eccleſia Epiſcopos ferre non poſſent, utriſque de medio recedentibus, ſinguli conſtituerentur Epiſcopi, ab eis Epiſcopis ordinandi, qui in ſuis plebibus ſinguli invenirentur.

Ex Epiſt. Epiſc. Cathol. Africæ ad Marcellinum, in lib. S. AUG. *De geſtis cum Emer. Donat. nu.* 5. Illo

ſtinatione parmanſerunt. Verumtamen eorum ſecta poſt collationem mauime imminuta eſt; Donatiſtis ob reportatum inſignem a Catholicis de hæreſi triumphum, ad Eccleſiæ gremium magna ex parte redeuntibus, ſenſimque paulo poſt hoc

E Schisma evanuit. (E) Adverſus Donatiſtas ſcripſere potiſſimum S. Optatus Milevitanus Epiſcopus & Sanctus Auguſtinus. Ille eorum hiſtoriam exaravit. Hie eos & tractatibus & concionibus, & Epiſtolis & Libris multis pleniſſime planiſſimeque debellavit. Legant recentiores Hæretici has ſancti Auguſtini elucubrationes ſtudio cognoſcendæ veritatis, ſentient ſane tam efficacibus argumentis omnia quibus ipſi innituntur principia fuiſſe a S. Doctore in anteceſſum conſutata, ut non minus contra Proteſtantes, quam contra Donatiſtas ſcri-

F pſiſſe videatur Auguſtinus. (F)

ARIANI, tot in Eccleſia turbarum & cladium auctores nemini non cogniti, ducem habuerunt *Arium* Presbyterum Alexandrinum. Is Pauli Samaſoteni veſtigiis inſiſtens, Verbum Dei negabat eſſe Deo Patri coæternum, & conſubſtantiale, proindeque verum Deum. Hæc hæreſis noſtris temporibus ſub alia formu revixit impietate Socicianorum.

Ariani ceterorum Hæreticorum more brevi ſciſſi ſunt in ſectas plures inter ſe oppoſitas, adverſus unam Eccleſiam concordes. Attractiſque ad ſe per varias artes & fraudes Imperatoribus, & Principibus Chriſtianis, magnos intra breve tempus fecere progreſſus, diras adverſus Catholicos ſuſcitarunt perſecutiones. Sed tandem devictis Arianis veritas triumphavit. (G) G

Catholicam fidem adverſus Arianos ſummo ſtudio propugnarunt in primis Sanctus Alexander Alexandrinus Epiſcopus, illiusque ſucceſſor ma-

etiam, veritate confiſi, nos vinculo conditionis obſtringimus, ut ſi nobis hi cum quibus agimus demonſtrare potuerint, cum ſecundum Dei promiſſa populi Chriſtiani uſquequaque creſcendo jam magnam partem orbis implevíſſent, & in ceteram dilatarentur implendam, ſubito Eccleſiam Chriſti neſcio quorum, quos iſti accuſant, peccatorum periiſſe contagione, & in ſola remanſiſſe parte Donati: ſi hoc, ut dictum eſt, demonſtrare potuerint, nullos apud eos honores Epiſcopatus requiremus, ſed eorum ſequemur pro ſola æterna ſalute conſilium, quibus tanti gratiam beneficii pro cognita varitate debebimus. Si autem nos potius valuerimus oſtendere Eccleſiam Chriſti omnium, non ſolum Africanarum, verum etiam transmariuarum provinciarum, multarumque gentium ſpatia feraciſſima populorom copia jam tenentem, & ſicut ſcriptum eſt, toto mundo fructificantem atque creſcentem, nullorum hominum ſibi commixtorum peccatis apetire potuiſſe: ſi denique ipſorum, quos tunc accuſare voluerunt potius, quam convincere valuerunt, quæſtionem definiram, quamvis non in eis Eccleſiæ cauſa conſiſtat, & Cæcilianum innocentem, illos autem violentos & calumnioſos eſſe judicatos ab eo Imperatore, ad cujus examen criminationes ſuas ultro accuſando miſerunt: poſtremo ſi quidquid de peccatis quorumlibet hominum dixerint, vel humanis documentis, val divinis probaverimus, aut eorum innocentiam falſis criminibus appetitam, aut Chriſti Eccleſiam, cujus communioni cohæremus, nullis eorum delictis aſſe deſtructam: ſic ejus nobiſcum teneant unitatem, ut non ſolum viam ſalutis inveniant, ſed nec honorem Epiſcopatus amittant. Neque enim in eis divinæ ſacramenta veritatis, ſed commenta humani deteſtamur erroris. Quibus ſublatis, fraternum pectus complectemur chriſtiana nobis caritate conjunctum, quod nunc dolemus diſſenſione diabolica ſeparatum. Poterit quippe unusquisque noſtrum honoris ſibi ſocio copolato viciſſim ſedere eminentius, ſicut peregrino Epiſcopo juxta conſidente collega. Hoc cum alternis baſilicis utrinque conceditur, utroque alterum cum honore mutuo præveniente: quia ubi præceptio caritatis dilataverit corda, poſſeſſio pacis non fit anguſta: ut uno eorum defuncto, deinceps jam ſingulis ſinguli priſtino more ſuccedant. Novum aliquid fiet: nam hoc ex ipſius ſeparationis exordio, in eis qui damnato neſariæ diſciſſionis errore unitatis dulcedinem vel ſero ſapuerunt, catholica dilectio cuſtodivit. Aut ſi forte populi Chriſtiani ſinguli delectantur Epiſcopis, & duorum conſortium inuſitata rerum facie tolerare non poſſunt, utrique de medio diſcedamus, & Eccleſiis ſingulis damnata ſchismatis cauſa in unitate pacifica conſtitutis, ab his qui ſinguli in Eccleſiis ſingulis invenientur unitate facta per loca neceſſaria ſinguli conſtituantur Epiſcopi.

Et ipſe S. AUG. *n. 6. ſic pergit*: Et cum legeret (*Alypius*) Auguſtinus Epiſcopus dixit: Dicam caritati veſtræ, & commemorem rem dulciſſimam & ſuaviſſimam, quam Domino adjuvante ſumus experti. Cum ante ipſam collationem inter nos aliqui fratres de hac re colloqueremur, quia pro pace Chriſti Epiſcopi debent eſſe, aut debent non eſſe, quod vobis faciendum eſt, circumſpicientes omnes fratres & Coepiſcopos noſtros, non facile nobis occurrebant, qui hoc vellent ſuſcipere, & de hac humilitatem Domino ſacrificare. Dicebamus, ut fieri ſolet, illa poteſt, ille non poteſt; ille conſentit hoc, ille non tolerat: loquentes magis pro ſuſpicionibus noſtris, qui corda illorum videre minime poteramus. Quando autem ventum eſt ut hoc palam fieret, in Concilio univerſorum tam frequenti pene trecentorum Epiſcoporum, ſic placuit omnibus, ſic exarſerant omnes, ut parati eſſent Epiſcoparum pro Chriſti unitate deponere, & non perdere, ſed Deo tutius commendare. Duo ibi vix inventi ſunt, quibus diſplicerет: unus annoſus ſenex, qui hoc etiam dicere liberius auſus eſt, alter voluntatem ſuam tacito vultu ſignificavit. Sed poſtea quam ſilium ſenem liberius hoc dicentem obroit omnium fraterna correptio, illo mutante ſententiam, vultum etiam ille mutavit.

(E) S. AUG. *ad Donat. poſt Collation. c. 35. num. 58. verſus finem*. Scimus quam multi veſtrum, & forte omnes aut pene omnes, dicere ſoleatis, *O ſi in unum locum convenirent*, o ſi aliquando conferrent, atque illis diſputantibus veritas appareret. Ecce factum eſt, ecce convicta eſt falſitas, ecce apparuit veritas: quid adhuc fugitur unitas? quid adhuc contemnitur caritas? Quid nobis eſt per hominum nomina dividi? qui nos creavit unus eſt Deus, qui nos redemit unus eſt Chriſtus, qui nos conſociare debet unus eſt Spiritus. Jam nomen Domini honoretur, & appareat vobis in jucunditate, ut agnoſcatis fratres veſtros in ipſius unitate.

(F) *Vide* §. *9. annot. 1. lit.* (A)

(G) S. EPIPHANIUS *contra Ariomanitas*, (*ſeu Arianos*) *hæreſ. 79. num.* 1. (*Arius*) ſub Alexandro Petri ſucceſſore floruit; a quo non ſine magna commotione, ingentique coacta Synodo profligatus eſt. Alexander enim illum ejecit, atque ex Eccleſia, & urbe, valut ingens quoddam malum, quod ad humani generis perniciem graſſabatur, exterminavit. Ferunt illum ex Lydia oriundum Alexandriæ Presbyterum eſſe factum, qui tum Baucalenſis cujusdam Eccleſiæ præfecturam gerebat.... Vixit autem Arius ſub Imperatore Conſtantino Conſtantini ſenioris filio...

Num. 3...... Fuit hic proceriore ſtatura, triſtis oris ſpecie, totaque corporis configuratione ſubdoli ſerpentis inſtar ad fraudem, & fallaciam compoſita: ita ut callido illo externoque habitu facile ſimplicioribus animis obreperet. Nam hemiphorium & colobium indutus in colloquiis ac ſalutationibus blandus erat in primis, atque omnium animos adulationum illecebris devinctos tenebat. Quare brevi ſeptingentas fere Deo conſecratas virgines ab Eccleſia abſtractas in unum coegit. Addunt & Presbyteros ab eo ſeptem, ac duodecim Diaconos abductos: quin etiam ſubinde peſtiferum illius virus ad Epiſcopos uſque pervaſit. Nam Secundum Pentapolitanum Epiſcopum, cum aliis nonnullis in partes ſuas pertraxit; quæ omnia clam beato Alexandro Epiſcopo in Eccleſia gerebantur: donec Meletius Thebaidis in Ægypto Archiepiſcopus, ... & Alexandro ſubjectus, rem omnem ad Alexandri Archiepiſcopi aures detulit... Alexander Arium ad ſeſe vocans, ecquid ita ſeſe res haberet interrogat. Tum ille nihil tergiverſatus, aut cunctatus, ſtatim frontem perfricans, parvam omnem ſuam opinionem evomuit, ut ea ipſius epiſtolis, & actis illius inquiſitionis conſtat.

bat. Quamobrem Alexander habito Presbyterorum ac quorumdam Epiſcoporum qui aderant conventu, de eo quæſtionem habet, ac diligenter examinat. Tum veritati cedere detrectantem ejicit ex Eccleſia, ac tota civitate proſcribit: cum quo & virgines illæ ac clerici, quos antea commemoravi, cum reliqua multitudine haud exigua ab Eccleſia detracti ſunt...

N. 4. Hinc Ario longiorem in urbe moram trahente, moritur confeſſor Meletius & martyr. Interim Arius divortium ac diſſidium ubique faciens, & in uniuscujusque animos callide ſeſe inſinuans multos perdidit. Sed ubi deprehenſus, & in urbe convictus, atque omnium præconio traductus eſt, Alexandria fugiens in Palæſtinam abiit. Ibi ſingulos Epiſcopos adire, ac prenſare, adularique cœpit, quo plures ſibi ſuffragatores adjungeret. Ex his quidam illum receperunt, alii vero repulerunt. Quæ mox ut ad aures Alexandri Epiſcopi perlata ſunt, encyclicas ad ſingulos Epiſcopos literas dedit, quæ hodieque ſtudioſiorum in manibus verſantur, numero fere ſeptuaginta...

N. 5. At Arius ubi ſcriptas ad omnes Epiſcopos literas comperit, cum ab omnibus paſſim excluſus, a nemine, præterquam a fautoribus ſuis, ſuſciperetur, quorum princeps erat Euſebius grandis admodum natu Nicomedienſis Epiſcopus:... Epiſtolas ad hunc ipſum Euſebium ſcripſit nugarum pleniſſimas, quibus impium omne dogma complexus eſt, quanquam nondum Nicomediam ad illum venerat... Harum unam, quæ ad noſtras manus pervenit, hoc loco ſubſcribere neceſſarium putavi...

Arii Epiſtola ad Euſebium.

N. 6. Domino dilectiſſimo, viro Dei, fideli, orthodoxo Euſebio, Arius, quem Alexander Papa injuſte ob victricem omnium veritatem inſequitur, cujus & tu propugnator es, in Domino ſalutem. Cum Ammonius pater meus Nicomediam proficiſceretur, non modo rationi conſentaneum, ſed & officio quodam a me debitum putavi, ſibi ut per illum ſalutem dicerem, unaque caritati tuæ, ac benevolentiæ, qua propter Deum ejusque Chriſtum fratres proſequeris, ſubjicerem, quam nos vehementer Epiſcopos infeſtet, atque hoſtiliter inſequatur, nec ullum mali genus non adverſum nos commoveat, uſque eo ut nos etiam velut impios, ac Deum negantes ex urbe expulerit: idque ob illam cauſam, quod ei publice iſta pronuntianti nequaquam aſſentiamur: Semper Deus, ſemper Filius: ſimul Pater, ſimul Filius. Cum Deo ingenito perpetuo Filius exiſtit, ſemper genitus, ab ingenito genitus: neque cogitatione, neque momento ullo Deus Filium antecedit: ſemper Deus: ſemper Filius; ex ipſo Deo Filius. Quoniam vero Euſebius frater tuus Cæſareæ, & Theodoſius, & Paulinus, & Athanaſius, & Gregorius, & Aetius, & Orientales omnes Deum aſſerunt ſine ullo principio ante Filium exiſtere, anathemate damnantur, excepto Philogonio, Hellanico, Macario Hæreticis, ac rudimentorum fidei ignaris hominibus, qui Filium partim eructationem, partim ingenitam productionem appellant. Quorum quidem impiorum voces ne auribus quidem admittere poſſumus, etiamſi mille nobis ab Hæreticis intententur. Nos e contrario quid tandem dicimus, ſentimus, docuimus, & docemus? Nimirum Filium, nec ingenitum eſſe, nec ingeniti ulla ratione partum: ſed neque ex ſubjecta aliqua materia factum: verum Dei voluntate, ac conſilio ante tempora ſæculaque ſubſtitiſſe: plene Deum unigenitum, immutabilem: qui antequam gigneretur, ſive crearetur, ſive decerneretur, aut fundaretur, non fuit: neque enim non factus eſt. Nos igitur ob id inſectantur, quod dicimus: Principium habet Filius, Deus autem principio caret. Hæc vexandi noſtri cauſa eſt: tum quod aſſerimus eadem e nihilo eſſe. Quod idcirco a nobis uſurpatur, quia neque Dei pars eſt, nec ex ſubjecta ulla materia: propterea nos illi hoſtilem in modum perſequuntur. Reliqua tu noſti. Bene valere te ærumnarum noſtrarum memorem cupimus, idque a Deo petimus, collucianiſta, vere Euſebi, hoc eſt pie, ac religioſe...

N. 7. Aliam præterea Nicomedia ad ſanctiſſimum Papam Alexandrum, quaſi excuſandi ſui gratia, ſcripſit longe ſuperiore illa pejorem, quæ tota illius eſt veneno, ac contumelioſis in Divinum numen vocibus referta, quam Alexandriam miſit. Eam nos ſubjiciendam putavimus.

Epiſtola Arii ad Alexandrum.

Beato Papæ & Epiſcopo noſtro Alexandro, Presbyteri, & Diaconi ſalutem in Domino,

Fides illa quam & a majoribus accepimus, & a te didicimus, beatiſſime Papa, ejusmodi eſt. Credimus

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 10.

unum Deum, ſolum ingenitum, ſolum æternum, ſolum principio carentem, ſolum verum, ſolum immortalem, ſolum ſapientem, ſolum bonum, ſolum præpotentem, ſolum judicem, omnium moderatorem, & adminiſtratorem, immotum, & immobilem, juſtum, bonum, Legis & Prophetarum ac novi Teſtamenti pariter Deum: qui unigenitum Filium ante ſempiterna tempora genuit: per quem & ſæcula, & reliqua procreavit omnia. Genuiſſe porro dicimus reipſa, non ſpecie tenus, ac ſubſiſtentem illum ſuapte voluntate condidiſſe; ejusmodi, ut neque converti, neque mutari poſſit: perfectam Dei creaturam, ſed non tanquam rerum creatarum aliquam: fetum itidem, ſed non tanquam unum e ceteris. Nec quemadmodum Valentinus aſſeverabat, emiſſionem quandam illum eſſe Patris fœtum; aut ut Manichæus eumdem illum fœtum partem eſſe dixit Patri conſubſtantialem: neque ut Sabellius, qui unitatem diviſit, & Filium Patrem appellavit: non item ut Hieracas lucernam e lucerna, aut lampadem in duas partes diviſam. Neque vero ejusmodi, ut cum prius fuiſſet, poſtea ſit genitus, ac denuo creatus in Filium; quemadmodum tu ipſe beatiſſime Papa, media in Eccleſia, & conſeſſu ſæpenumero qui hæc aſſererent refutaſti. Sed, ut diximus, Dei voluntate ante tempora & ſæcula omnia creatum, ut viveret, atque eſſet a Patre accepiſſe confitemur: adeo ut eadem illa creatione gloriam ei Pater ſplendoremque contulerit. Neque enim exiſtimandum eſt, Patrem, cum omnium rerum ei poſſeſſionem traderet, ſibi ipſi quod ingenita quadam in ſe ratione continebat ademiſſe. Fons enim ille omnium eſt.

N. 8. Quamobrem tres ſunt hypoſtaſes, Pater, Filius, Spiritus ſanctus. Et quidem Deus, cum rerum omnium cauſa ſit, ſolus ex omnibus principii eſt expers. Filius vero ſine tempore genitus a Patre, & ante ſæcula creatus, ac fundatus, priusquam gigneretur non fuit. Sed ſine tempore, & ante omnia genitus ſolus a ſolo Patre productus eſt. Non enim æternus, aut coæternus eſt, nec cum Patre ingenitus. Neque cum Patre extitit, ut nonnulli de his, quæ ad aliud referuntur, affirmant, qui ingenita duo principia conſtituunt. Verum ſic tanquam unitas & principium omnium ante omnia Deus eſt. Quare etiam ipſo Chriſto prior eſt, ut a te didicimus, cum id media in Eccleſia prædicares. Igitur quatenus a Deo ut eſſet conſecutus eſt: necnon & vitam, ſplendorem, ceteraque, quæ in ipſum collata ſunt, hac ratione principium illius Deus eſt. Eſt enim illo prior, ac princeps, utpote Deus ipſius, qui ante ipſum fuerit; a quo etiam ille prodiderit. Quod ſi iſtiusmodi loquendi rationes, *ex utero*, & *a Patre exivi*, *& venio*; quaſi conſubſtantialis partem, aut emiſſionem cum nonnullis accipimus, compoſitus erit, ac diviſibilis Pater, & mutabilis: imo illorum opinione corpus, &, quoad in ipſis eſt, quæ corpori conſentanea ſunt patietur expers corporis Deus. Bene valere te optamus in Domino, beatiſſ. Papa. Arius...

N. 9. Cum itaque rerum ſtatus his motibus perturbaretur, Alexander ad Conſtantinum Imperatorem ſcripſit, qui Arium cum nonnullis Epiſcopis evocans interrogavit. At ille ſodalium ſuorum grege ſtipatus, primum coram Imperatore inficiatus eſt, cum interim remotis arbitris occulta contra Eccleſiam conſilia moliretur. Imperator beatæ memoriæ Conſtantinus eum arceſſens, velut afflatu quodam ſancti Spiritus impulſus, his illum verbis affatus eſt: Confido Deo, ſi quid callide diſſimules, ac neges, quam celerrime te ab omnium Domino convictum iri, maxime per quem jusjurandum conceperis. Quo ex tempore iisdem in erroribus hærere deprehenſus, ac coram Principe convictus, iterum inficiatus eſt. Et plerique illius patroni pro eo per Euſebium Nicodemiæ Epiſcopum apud Principem egerunt. Sed nihilominus Imperator, divinæ fidei ardore commotus, Epiſtolam bene longam, & encyclicam ad omnes Romano Imperio ſubditos adverſus Arium ejusque dogma ſcripſit omni ſapientia ac veritate refertam....

N 10. Poſthæc cum Arius Conſtantinopoli Catholicæ Eccleſiæ communionem affectaret, inſtante violenter Euſebio qui apud Imperatorem plurimum poterat, & Conſtantinopolitanum Epiſcopum moleſtius urgente, qui communionem illi dare nolens, & per vim oppreſſus ingemiſcebat: cumque Euſebius jactaret: Niſi ſponte velis admittere, craſtina luce, quæ dominica erit, mecum in Eccleſiam intrabit: quid autem contra nos efficies? Tum demum religioſiſſimus Epiſcopus, ac Deum timens Alexander Eccleſiæ illi præfectus, qui Alexandrino Epiſcopo cognominis erat, ubi hæc audiit, tota die ac nocte

magnus ille Athanaſius, & ſcriptis & perſecutionibus & laboribus pro Chriſto toleratis adeo celebris; Sanctus Hilarius Pictavienſis, Sanctus Phæbadius Aginnenſis alterum Gallicanæ Eccleſiæ lumen, SS. Gregorius Nazianzenus, Baſilius, Cyrillus Alexandrinus, Epiphanius, Am-

cum gemitu ac mœrore in oratione perſeveravit, ſupplex a Deo petens, ut vel animam ſuam reciperet, ne ſe Arii communione pollueret; aut ſtupendum quiddam & inuſitatum faceret. Quod quidem poſterius obtinuit. Nam Arius noctu ventris levandi gratia progredi coactus, & in ſeceſſum abiens, in ipſa cella deſidens crepuit, ac mortuus eſt inventus. Ita fœtidiſſimo in loco repertus eſt, cum inteſtina omnia perinde ejeciſſet, atque impuriſſimum dogma vomuerat.

N. 11. His ad eum modum geſtis Imperator Eccleſiæ conſulens, cum jam pleriſque a ſe invicem diſſidentibus varia eſſent ſchiſmata, œcumenicam Synodum colligit CCCXVIII. Epiſcoporum, quorum nomina ad hoc uſque tempus extant. Hi Nicææ congregati, damnato Arii dogmata, orthodoxam Patrum fidem immutabilem, & ab Apoſtolis ac Prophetis traditam confirmant. Poſtremo ubi ſubſcripſere Epiſcopi, & Arianam hæreſim anathemare devovere, Synodo finis eſt impoſitus.

Lege SOCRATIS Hiſt. Eccleſ. *Lib.* 1. *c.* 5. *& ſeq. uſque ad* 10. *deinde c.* 14. 23. *& ſeq. uſque ad* 39. *&c. Lege etiam* SOZOMENUM Hiſt. Eccleſ. *Lib.* 1. *cap.* 15. *& ſeq. uſque ad c.* 22. *Lib.* 2. *c.* 26. *&c. &* THEODORET. Eccleſ. Hiſt. *Lib.* 1. 2. *&* 4. *fere integros. Hæc prolixiora ſunt quam ut hic exſcribi poſſint.*

S. PHILASTR. Brix. Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Catal. hæreſ. quæ ſub Apoſt. extiterunt, num.* 19. Ariani ab Ario Presbytero Alexandriæ civitatis, qui ſub Alexandro Epiſcopo bonæ memoriæ fuit, & Conſtantino ſancto Imperatore, dicens Filium Dei Deo ſimilem, nomine tenus: ſimilem autem dicens, & non Dei ipſius Patris divinam credendo ſubſtantiam, hæreſim periculoſam incurrit: nam & creatura ſimilis Deo dicitur, cum dicat Scriptura: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Non tamen eſt homo, aut Angelus de Deo proprie ac naturaliter, id eſt de divina illa ſubſtantia Patris inenarranda & ſempiterna genitus, ut unicus Filius, qui genitus eſt de Patre proprie ſempiternus, ſed homo & Angelus facti ſunt ex nihilo: Filius autem cum ſit verus, oportet de divina illa ſubſtantia Patri genitus cognoſcatur: Verus enim Deus alio modo eſſe non poteſt Filius unicus, niſi ſit de Patris illa divina ſubſtantia proprie genitus.

N. 49. Semiariani ſunt quoque, ii de Patre & Filio bene ſentiunt, unam qualitatis ſubſtantiam, unam divinitatem eſſe credentes: Spiritum autem non de divina ſubſtantia, nec Deum verum, ſed factum atque creatum Spiritum prædicantes, ut eum conjungant & comparent creaturæ: cum Chriſtus Dominus Patri & ſibi in fide baptiſmi ſalutis æternæ conjunxerit, eumque cum Patre & Filio cunctis credentibus adorandum juſſerit, omnique ſæculo eum verum prædicandum ſtatuerit. Non intelli-
Joh. 1. 3. gentes, quod Evangeliſta cum dicit: *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*: non de Spiritu ſancto dicit, quaſi factum Spiritum per Filium: nam Propheta Trinitatem omnia feciſſe viſibilia & inviſibilia
Pſ. 32. 6. definit, dicens: *Verbo Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* In omni itaque creatura, quæ facta eſt per Spiritum, non aliquid prætermiſit quod non per eum factum ſit, alioqui in fide ſervus cum Domino non jungeretur, ſi eſſet creatura divinus & ſanctus Spiritus. Cujus cauſa omnis Scriptura & Dominus, concedi omnia peccata hominibus præter blaſphemiam de divini & adorandi Spiritus cæleſti eſſentia, pronuntiaverit.

S. AUG. *Lib de Hæreſ. ad Quodvultdeum, num.* 49. Ariani ab Ario, in eo ſunt notiſſimi errore, quo Patrem & Filium & Spiritum ſanctum nolunt eſſe unius ejuſdemque naturæ atque ſubſtantiæ, aut ut expreſſius dicatur, eſſentiæ, quæ οὐσία Græce appellatur: ſed eſſe Filium creaturam, Spiritum vero ſanctum creaturam creaturæ, hoc eſt, ab ipſo Filio creatum volunt. In eo autem quod Chriſtum ſine anima ſolam carnem ſuſcepiſſe arbitrantur, minus noti ſunt: adverſus eos ab aliquo inveni de hac re aliquando fuiſſe certatum. Sed hoc verum eſſe & Epiphanius non tacuit, & ego ex eorum quibuſdam ſcriptis & collocutionibus certiſſime comperi. Rebaptizari quoque ab his Catholicos novimus, utrum & non Catholicos, neſcio.

N. 51. Semiarianos Epiphanius dicit, qui ſimilis eſſentiæ dicunt Filium, tamquam non plenos Arianos: quaſi Ariani nec ſimilem velint, cum hoc Eunomiani dicere celebrentur.

THEODORET. *Hæret. fabul. lib.* 4. *num.* 1. (*Diabolus*) Arium nactus, humanæ gloriæ cupidum, & arrogantiæ morbum in eo inflammavit, & hæreſis errorem indidit. Hic enim cum Alexandrinæ Eccleſiæ Presbyter eſſet, & magnum Alexandrum in pontificali cathedra ſedentem videret, invidiæ ſtimulo percitus eſt, pugnæque cum eo conferendæ materiam quærens, occaſionem invenit dogmatum impietatem. Nam cum ille Apoſtolicam herbam gregi præberet, & ad fontes Evangelicos oves duceret, contradicebat hic ejus dictis, & ſapientiſſimo magiſtro Filium Patri conſubſtantialem affirmanti, repugnabat iſte, creaturam vocans quem germanum Filium appellabat. Et cum ille Deum Verbum Deo Patri coæternum eſſe doceret, ut qui erat in principio, & Deus erat Verbum, & ſplendor gloriæ; hic ex non extantibus eum qui eſt factum dicebat, & mutabilem illi naturam eſſe. Quin & incarnationis quoque rationem mutilabat. Corpus enim inanimum aſſumpſiſſe illum ajebat, animæque partes impleſſe divinitatem, ut huic quoque prodeuntem ex corpore conſenſum tribueret. Idem Gloriæ decantandæ legibus relictis, quas tradiderant qui ab initio ſpectatores & miniſtri verbi fuerant, aliam formam introduxit, glorificare quos deceperat docens Patrem per Filium in ſancto Spiritu. Et divini quidem baptiſmatis uſitatam invocationem mutare propter apertam tranſgreſſionem auſus non eſt; ſed juxta Dominicum præceptum baptizare docuit in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti: glorificare autem juxta baptiſmatis legem vetuit, licet Deus & Salvator noſter, non ſimpliciter baptizare, ſed potius docere præceperit. *Euntes enim*, inquit, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Pa- Matt.* 28.
tris & Filii & Spiritus ſancti... Hunc igitur Arium, ſic ſentientem, qui apud Nicæam convenerant ſancti Patres aperte abdicarunt, ut qui a divinis eloquiis prorſus aliena & peregrina dogmata inveheret. Poſtea autem pœnitentiam ſimulans, eis qui apud magnum Imperatorem Conſtantinum auctoritate valebant perſuaſit, ut ipſi daretur locus pœnitentiæ. Precibus ſuſceptis Imperator regiæ urbis Epiſcopum juſſit ſalutem deſideranti manum porrigere. At divinus Alexander, (is enim Eccleſiæ clavum tenebat) primum quidem perſuadere conatus eſt Imperatori, ne fictis Arii verbi abduceretur. Ubi autem ægre hæc illum ferre animadvertit, tacitus receſſit. Conſtitutum porro erat ut Arius mane admitteretur. Sabbatum enim erat quando hæc dicta ſunt. Verus ergo ille vir Dei, cum duobus domeſticis divinum templum ingreſſus, Eccleſiarum Dominum ante ſancta altaria humi proſtratus & lacrymas fundens obſecravit ne lupum ovibus admiſceri permitteret, ſi quidem ille prorſus quæ luporum ſunt agere volens ovina ſe pelle contegebat. Ferunt autem hæc etiam verba precibus ſuis adjeciſſe: Quod ſi illum, quamvis talia moliatur, ineffabili conſilio ingredi permittis, (inveſtigari quippe judicia tua non poſſunt) me famulum tuum ex præſenti vita exime. Sic expleta oratione domum flens rediit. Arius autem ſtata fore imperatoris promiſſa confidens, diluculo proceſſit. Deinde cum ad egerendum venter urgeret, publicas latrinas ingreſſus eſt, famulo qui ſequebatur foris relicto: & inteſtinis repente ſolutis ac affuſis, intus ſedens mortuus eſt. Rem ſpectantibus qui una ſedebant & exclamantibus, accurrens famulus & exanimem conſpicatus, quod acciderat domeſticis renunciavit. Divulgata per populoſiſſimam urbem univerſam divinitus immiſſa plaga, in templum ſimul omnes confluxere. Poſtquam autem & Imperatoris pollicitationem, & Pontificis orationem cognoverunt, Eccleſiarum Præſidem laudarunt, hæreſisque impietatem abominati ſunt. Attamen, quamvis hæc ita evenerint, & apertiſſime oſtenſa ſit divina ſententia, perſtiterunt qui morbum contraxerant contra Unigenitum linguas acuere.

Qui vero pleniorem Arianæ hæreſeos cognitionem adipiſci voluerint, ejuſque hiſtoriam omnem probe callere, præter hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſupra memoratos Scriptores Socratem, Sozomenum *&* Theodoretum, *adeat & recentiores, ſcilicet* Vitam ſancti Athanaſii *a Domino* HERMANT *conſcriptam:* D. ELIES DU PIN Biblioth. Scriptorum Eccleſiaſt. *&* Hiſtoriam Concilii Niceni I. *quæ typis mandata fuit Pariſiis anno* 1691. *apud Hottemels*, nec-

Digitized by Google

Ambroſius, Auguſtinus, Fulgentius, &c. Omnes Epiſcopali caractere, ſanctitate, doctrina, laboribus toto terrarum orbe celebres. Plurima adverſus Arianos Concilia habita ſunt. In his nullum fuit celebrius Nicæno primo ex œcumenicis quod anno 325. convocatum eſt.

MACEDONIUS profeſſione Arianus, ſedem Conſtantinopolitanam Hæreticorum factione invaſit. Ex ea pulſus novam hæreſim diſſeminavit, cujus ſectatores dicti ſunt *Macedoniani*. In eo poſita erat quod negaret divinitatem Spiritus ſancti, ſi- H cut negaverat Arius Filii divinitatem. (H) Adverſus hanc ſcripſere potiſſimum SS. Athanaſius, Baſilius, Gregorius Nyſſenus, Epiphanius, Ambroſius, Auguſtinus. Damnati ſunt Macedoniani in primo Concilio Conſtantinopoli habito an. 381. quod fuit alterum ex œcumenicis, & in aliis compluribus. PARS I. SECT. II.

ANOMÆI, qui & *Eunomiani*, ducem habuerunt CAP. III. *Eunomium* Cyzicenum Epiſcopum, diſcipulum *Ae-* §. 10. *tii* Diaconi Antiocheni, cognomento Athei. Is Arii & Macedonii blaſphemiis novas ſuperinduxit. Negabat incomprehenſibilem eſſe Dei naturam, & æque perfecte cognoſcere ſe Deum impudens effutiebat ac Deus ipſe novit. Reliquias Martyrum aſpernabatur, eorumque miracula dæmonis præſtigias vocabat. Baptiſmi formam immutavit, negavitque illum in nomine Trinitatis eſſe conferendum, contra ipſa Chriſti verba. Non Catholicos ſolum ſed & Arianos ad ſuas partes deflectentes, iterum baptizabat. Apoſtolorum & Prophetarum auctoritatem nihil faciebat. Modo quis ipſius fidem pro-

mecum Doctiſſimi D. LE NAIN DE TILLEMONT Comment. ad hiſtoriam Eccleſiaſt. IV. & V. *ſæculi: omnes denique Arianæ hæreſis hiſtorias, quæ omnium manibus teruntur.*

(H) S. AUG. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum, numer.* 52. Macedoniani ſunt a Macedonio, quos & Πνευματομάχοι Græci dicunt, eo quod de Spiritu ſancto litigent. Nam de Patre & Filio recte ſentiunt, quod unius ſint ejuſdemque ſubſtantiæ vel eſſentiæ: ſed de Spiritu ſancto hoc nolunt credere, creaturam eum eſſe dicentes. Hos potius quidam Semiarianos vocant, quod in hac quæſtione ex parte cum illis ſint, ex parte nobiſcum. Quamvis a nonnullis perhibeantur, non Deum, ſed deitatem Patris & Filii dicere Spiritum ſanctum, & nullam propriam habere ſubſtantiam.

Ex SOCRATIS *Eccleſ. Hiſt. lib.* 2. *cap.* 5. Alexander (*Conſtantinopolitanus*) Epiſcopus ... ex hac luce migravit... In deligendo Epiſcopo... exorta contentio Eccleſiam conturbavit... Homouſiani, (*id eſt Catholici*) Paulum deſignarunt Epiſcopum: Ariani vero ſtudia ſua in Macedonium conferebant (*Imperator, ejecto Paulo, Euſebium Nicomedienſem Arianorum tunc anteſignanum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ præfecit, quo mortuo*) populus Conſtantinopolitanus Paulum denuo in Eccleſiam introduxit. Ariani vero eodem tempore... Macedonium ordinarunt Epiſcopum... Tunc vero pro Ariana perfidia acriter decertantes, graviſſimos bellorum motus adverſus Eccleſias excitaverunt. Ex quibus bellis Cap. 12. unum fuit illud quod a Macedonio factum eſt Conſtantinopoli. Ex hoc enim inteſtino Chriſtianorum bello, crebræ in civitate ortæ ſunt ſeditiones, multique eorum Cap. 13. violentia oppreſſi periere... Porro Imperator Conſtantius... cum ei nuntiatum eſſet, Paulum ſedem ſuam denuo occupaſſe... Philippo Præfecto Prætorii.. mandat.. ut Paulum quidem pellat Eccleſia: Macedonium vero illius loco in Eccleſiam inducat... Paulus præter expectationem Eccleſia ſimul & urbe pulſus, (*Navi ad id parata Theſſalonicam Macedoniæ metropolim in exilium*) celeriter abducitur... Philippus... recta ad Eccleſiam contendit. Aderat una Macedonius, velut ex machina quadam demiſſus: & cum Præfecto in curru ſedens, omnium oculis oſtentabatur. Circa illos militum manus ſtrictis gladiis incedebat. Quo ſpectaculo contertita eſt plebis multitudo: cunctique ſimul tam Homouſiani quam Ariani, ad Eccleſiam properarunt, prævenire ſinguli & Eccleſiam occupare ſummo ſtudio adnitentes. Poſtquam Præfectus una cum Macedonio Eccleſiæ appropinquare cœpit, repentinus abſque ulla cauſa metus plebem ipſoſque adeo milites invaſit. Nam quoniam ingens illic aderat hominum multitudo, ita ut Præfecto Macedonium deducenti nullus daretur tranſeundi locus, milites plebem violenter impellere aggreſſi ſunt; ſed cum contruſa plebs propter loci anguſtiam retrocedere non poſſet, rati milites plebem obſiſtere ac de induſtria tranſitum intercludere, velut in hoſtem irruentes, diſtrictis gladiis uti & obvios ferire cœperunt. Tria igitur hominum millia ac præterea centum, & quinquaginta tune occubuiſſe dicuntur; alii a militibus trucidati, alii conſtipatione multitudinis oppreſſi. Poſt tam præclara facinora Macedonius, perinde quaſi nihil mali geſſiſſet, ſed integer vacuuſque eſſet ab omni culpa, a Præfecto verius quam per Eccleſiaſticam regulam in epiſcopali ſede conſtituitur. In hunc modum Macedonius & Ariani per tot tantaſque hominum cædes Eccleſia potiti ſunt.

Cap. 28. Macedonius... maximam libertatem apud Principem nactus, bellum inter Chriſtianos commovit... Nam cum perſuaſiſſet Imperatori, ut ſibi Eccleſias vaſtanti opem ferret, operam dedit ut quæcumque nefarie agere decreverat, lege lata confirmarentur. Continuo igitur in ſingulis civitatibus propoſita lex eſt, & militaris manus ad præceptorum regalium executionem deſtinata. Pellebantur non modo ab Eccleſia, verum etiam ex civitatibus, quicumque conſubſtantialis fidem aſſerebant. Et initio quidem id unum agebant, ut eos expellerent. Poſtea progrediente ulterius malo, ad id ſe verterunt ut communicare ſibi etiam invitos cogerent; parum ſcilicet de Eccleſiis ſolliciti. Eratque ea vis nihilo minor illa, quam olim adhibuerant hi qui Chriſtianos ad ſimulacrorum cultum adigebant. Quippe verbera ac tormenta, & omnis generis cruciatus admovebantur. Alii bonorum proſcriptione, alii exſilio multati ſunt. Et hi quidem in ipſis cruciatibus interierunt: illi vero dum ad exſilium abducerentur, necati ſunt.

Cap. 42. Qui ab Acacio ſtabant, abutentes Imperatoris indignatione, quam ille jampridem animo conceptam tum adverſus alios, tum præcipue contra Macedonium explere ſatagebat, primum quidem deponunt Macedonium, tum quod plurimarum cædium auctor fuiſſet, tum quod Diaconum in fornicatione deprehenſum ad communionem admiſerat, &c.

Cap. 45. At Macedonius qui Conſtantinopoli expulſus fuerat, condemnationem iniquo animo ferens, quieſcere handquaquam ſuſtinuit: ſed ad alterius partis Epiſcopos, qui apud Seleuciam Acacium cum ſociis depoſuerant, tranſgreſſus eſt. Miſſa igitur ad Sophonium, & Eleuſium legatione, hortatus eſt ut eam fidem, quæ Antiochiæ primum expoſita, ac deinde Seleuciæ confirmata fuerat, mordicus retinerent, eamque adulterino vocabulo ὁμοιούσιον, id eſt, ſimilis ſubſtantiæ cognominarent. Proinde multi ex amicis & familiaribus ad eum confluxerunt, qui nunc ex ejus nomine Macedoniani vocantur. Sed & quotquot in Seleucienſi Concilio ab Acacio diſſenſerant, ab hoc tempore vocem ὁμοιούσιον palam aſſeruerunt, cum antehac eam minime evulgarent.... Ad iſtorum ſocietatem ſeſe etiam adjunxit Euſtathius... Sed poſtquam Macedonius Spiritum ſanctum a divinæ Trinitatis conſortio cœpit excludere, tum Euſtathius: Ego, inquit, Spiritum ſanctum nec Deum nominare in animum induco, nec creaturam vocare ſuſtineo. Atque ob hanc cauſam, qui fidem conſubſtantialis tuentur Πνευματομάχους eos appellant, ideſt, Spiritus ſancti oppugnatores.

Eadem videre poteſt apud SOZOMENUM Hiſt. Eccleſ. *Lib.* 3. *c.* 9. *Lib.* 4. *c.* 2. 14. & 25.

Cap. 26. Ceterum Macedonius, inquit, Conſtantinopolitana ſpoliatus Eccleſia, in locum quemdam juxta urbis regiæ portas ſe recepit: ibique extremum diem obiit. Eudoxius vero ejus loco Eccleſiam obtinuit.

THEODORET. *Eccleſ. Hiſtor. lib.* 2. *c.* 5. Poſtquam vero hunc (*Paulum*) ita morti, vel cælorum potius regno tranſmiſerunt, Macedonium in ejus locum provexerunt (*Ariani*,) ſuæ illum opinionis eſſe rati, propterea quod in Spiritum ſanctum perinde, ut ipſi, blaſphemabat. Sed non multo poſt hunc quoque ipſum extruſerunt, cum adduci non poſſet, ut creaturam eum diceret, quem Scriptura divina Filium nuncuparet. Quam ob cauſam ab eis ſegregatus, propriæ ſibi hæreſis factus eſt auctor, conſubſtantialem quidem Patris & ipſu negans

Digitized by Google

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 10.

profiteretur, ipſiusque baptiſmo eſſet initiatus, nihil obſtare ad ſalutem aſſerebat vel graviſſima ſcelera poſtea perpetrata. Ex hoc tam perdito principio quantos ſectatores ſibi conciliaverit, & quanta fuerit in iis morum corruptela, facile quisque intelligit. (1) Impiam 1
hanc

negans Filium, ſed ſimilem per omnia genitori docens, creaturam autem Spiritum aperte nominans.

Hæret. fabul. lib. 4. *n.* 5. Paulo celeberrimo, qui regiæ urbis Paſtor fuit, ab iis qui Ariani morbo laborabant expulſo, Macedonius pro eo Eccleſiæ clavum ſuſcepit. Hic Macedonius conſubſtantialem quidem Patri Filium dicere omnino repudiavit, ſimilem autem per omnia diei conſtituit, & Homoeuſion pro Homouſio excogitavit. Spiritum vero ſanctum, ſicut Arius & Eunomius, blaſphemare perſtitit. Unde qui ejus ſectæ dicebantur Pneumatomachi cognominati ſunt.

(I) S. EPIPHAN. *adverſus Anomæos, hæreſ.* 76. *nu.* 1. Anomæi quorum princeps Aetius Diaconus fuit; qui ad eum dignitatis gradum ob ineptias, ac nugas ſuas a Georgio Alexandrino promotus eſt, eo videlicet ipſo, qui Arianorum pariter, ac Meletianorum Epiſcopus Juliano imperante fuit.

N. 2. Hic igitur Aetius ad adultam ætatem usque ceterarum diſciplinarum, uti nerrant, fuit omnino rudis. Tandem vero cum Alexandriæ Ariſtotelico cuidam Philoſopho, ac ſophiſtæ navaſſet operam, ab eoque Dialecticam didiciſſet, totus in illud incubuit, ut divinarum rerum rationem omnem quibusdam figuris explicaret. Id quod ſummo in otio a prima luce ad veſperam usque ſedens pertinaci opera contendebat: nimirum ut Geometricas figuras divinas ad res tractandas, definiendas, docendasque transferret. Atque ut ſeſe in Arianorum ſectam altius immerſerat, & inſanam Arii doctrinam hauſerat, illorum velut affrictu quodam attrituque longe peſtilentior evaſit, & adverſus Dei Filium, ac Spiritum ſanctum linguam ſuam in dies exacuit. Sed a nonnullis ad Conſtantium delatus, in ſubjectam Tauro monti regionem relegatur. Ibi pernicioſam ſuam doctrinam longe lateque propagavit, ac palam & audacter perfrictioríque quam antea fronte, acerbiſſimum erroris illius, quem evomuerat, virus in medium ſine ulla intermiſſione protulit. Auſus eſt enim diſſimilem Patri Filium, nec eumdem divinitate eſſe cum illo profiteri...

N. 4... Nulla apud illos cura ſanctitatis eſt; aut jejuniorum, aut mandatorum Dei, ceterarumve rerum, quæ hominibus divino mandato præſcriptæ ſunt. Atque ad omnia unum in promptu verbum illis eſt... Cum enim occurrens iis aliquis divinorum præceptorum mentionem injicit, ex illius auctoritate dicti ſubjiciunt: Nihil aliud a nobis flagitare Deum, quam ut cognoſcamus ipſum, quemadmodum Chriſtus declaravit his verbis: *Da ipſis, Pater, habere in ſe ipſis vitam. Hæc eſt autem vita, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum*. Nam & nonnullos referentes audivimus, quod de illo ſe palam audiſſe teſtificarentur. Cum quidam ob ſtuprum feminæ illatum accuſarentur, & ab aliis damnarentur, nihil illum commotum; ſed factum illud riſu, ac ludibrio proſequentem dixiſſe, nullius hoc eſſe momenti: corporis enim hanc eſſe neceſſitatem ac functionem: quemadmodum autem nonnunquam ſcalpimus.

N. 6. *& ult.* Poſtremo diſcipulos ſuos ad extremam impudentiam perducit. Nihil enim eſt quo non illorum pertingat audacia. Prophetarum Apoſtolorumque nomina contumeliis inceſſunt. Cumque urgeri rationum vi, ac male haberi cœperunt, effugiunt ſubinde, ac proſiliunt: & iſta, inquiunt, Apoſtolus, tamquam homo, dixit. Alias: Quid tu mihi vetus, ajunt, Teſtamentum objicis?.. Eos, qui baptizati jam fuerint, iterum baptizat Eunomius, non modo qui a Catholicis, aut ab aliis hæreticis; ſed eos etiam, qui ab ipſiſmet Arianis deficiunt. Repetiti porro illius baptiſmi ea formula eſt: In nomine Dei increati: & in nomine Filii creati: & in nomine Spiritus ſanctificantis, & a creato Filio procreati... Sunt qui narrent quotquot ab iis denuo baptizantur, in caput demergi, pedibus in ſublime porrectis: ad idque jusjurandum adigi, numquam ſe ab illius errore atque hæreſi diſceſſuros.

S. PHILAST. Brix. Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Catal. hæreſ. quæ ſub Apoſt. extiterunt*, *n.* 21. Eunomiani ab Eunomio diſcipulo Arii (*lege* Aetii) in omnibus inimici veræ fidei ajunt tres eſſe diverſas (*forte* diverſæ) qualitatis ſubſtantias, ut auri, argenti & æris; & Patrem quidem feciſſe Filium, & iterum Filium, qui ſit creatura, feciſſe Spiritum: & aſſerunt Filium non Patri eſſe ſimilem, quia creatura eſt: neque Spiritum Filio ſimilem, quia a Filio factus eſt, magis impietati paganæ, & iniquitati Judaicæ conſentientes apertiſſime, quam Chriſtianæ doctrinæ, ac fidei Catholicæ parere volentes.

S. AUG. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, *nu.* 54. Aetiani ab Aetio ſunt vocati, iidemque Eunomiani ab Eunomio Aetii diſcipulo, quo nomine magis innotuerunt. Eunomius quippe in dialectica prævalens, acutius & celebrius defendit hanc hæreſim, diſſimilem per omnia Patri aſſerens Filium, & Filio Spiritum ſanctum. Fertur etiam usque adeo fuiſſe bonis moribus inimicus, ut aſſeveraret, quod nihil cuique obeſſet quorumlibet perpetratio, ac perſeverantia peccatorum, ſi hujus quæ ab illo docebatur fidei particeps eſſet.

SOCRATES *Hiſt. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 35. Tunc etiam apud Antiochiam urbem Syriæ novus Hæreſiarches emerſit Aetius, cognomento Atheus. Hic cum Ario quidem conſentiebat, eamdemque cum illo opinionem tuebatur. Verum ab Arianorum partibus ſe idcirco ſejunxit, quod illi (*Catholici*) Arium ad communionem recepiſſent. Arius enim... aliud in mente clauſum gerens, aliud ore profeſſus, Nicenæ Synodi formulam ſuſcipiens, ſubſcriptione ſua firmaverat, ut Imperatorem (*Conſtantinum Magnum*) qui tunc temporis regnabat, circumveniret. Hanc igitur ob cauſam Aetius ab Arianis ſeſe abrupit. Erat porro Aetius jam antehac Hæreticus, & pro Arii dogmate ardentiſſime propugnare conſueverat. Nam cum Alexandriæ leviter admodum inſtitutus fuiſſet, inde reverſus eſt Antiochiam Syriæ, ex qua civitate erat oriundus. Illic a Leontio, qui tunc Antiochenæ urbis Epiſcopatum gerebat, Diaconus eſt ordinatus: extemplo igitur eos quibuſcum colloquebatur, ſermonum novitate obſtupefecit. Id autem agebat fretus categoriis Ariſtotelis... ex quarum præceptis diſputans, non animadvertit ſe in ſuam ipſius fraudem captioſas argumentationes componere: nec ipſius Ariſtotelis mentem didicit ab eruditis... Verum Aetius, quippe qui Academicum præceptorem nactus non eſſet, ad ſophiſticas categoriarum argumentationes adhæſit. Quamobrem intelligentia aſſequi non potuit, quomodo eſſet ingenita generatio, & qua ratione id quod genitum eſt, coæternum eſſet illi qui genuit. Ceterum adeo mediocri doctrina præditus, & ſacrarum literarum imperitus erat Aetius, & in uno contendendi ſtudio exercitatus,... ut ne veterum quidem Scriptorum qui ſacros Chriſtianæ Religionis libros interpretati ſunt, uſum ullum aut peritiam haberet... Compoſuit autem Epiſtolas tum ad Imperatorem Conſtantium, tum ad quosdam alios; in quibus longas texit diſputationes, & argumenta ſophiſtica proponit. Quam ob cauſam ἄθεος eſt cognominatus. Ac licet eadem cum Arianis & diceret, & ſentiret, ab iis tamen ipſis qui perplexas ejus argumentationes intelligere non poterant, Hæreticus eſt judicatus. Ob id pulſus eorum Eccleſia, hanc ſpeciem præ ſe tulit, quaſi ipſe ſe ab eorum communione ſejunxiſſet. Manentque hactenus ab illo propagati, ii qui olim quidem Aetiani, nunc autem Eunomiani dicuntur. Eunomius enim qui notarius ejus fuerat, & inanem illam ac verboſam diſputandi rationem ab eo didicerat, ſectæ illi poſtea præfuit.

Cap. 37. (*Eudoxius*) Epiſcopatum Antiochiæ per fraudem occupavit; ſtatimque Aetium fovere aggreſſus eſt. Et collecto Epiſcoporum Concilio, omni ſtudio contendit, ut Diaconatus dignitatem ei reſtitueret. Verum id nequaquam perfici potuit, propterea quod odium adverſus Aetium Eudoxii erga eumdem ſtudio potentius fuit.

Eadem fere narrat SOZOM. Hiſt. Eccl. *l.* 3. *c.* 15. *& l.* 4. *c.* 12. *ad* 17. *&* THEOD. Eccl. Hiſt. *l.* 2. *c.* 19. 23. 24.

THEODORET. *Hæret. fabul. lib.* 4. *num.* 3. Eunomius magiſtrum jactabat Aetium Syrum... Hic Arii blaſphemias aperte amplificavit. Quo nomine illum Conſtantius in quamdam Phrygiæ ſolitudinem relegavit: idque cum a recta via jam deflexiſſet, atque in alteram declinaſſet. Poſt obitum enim patris ſeductus a quibusdam, qui corporis ejus curam gerebant, legem tulit, ne quis ejusdem vel diverſæ ſubſtantiæ dicere auderet Filium Dei (nec enim fas eſſe aiebat Dei ſubſtantiam ſcrutari) ſimilem autem in omnibus dicere juſſit: & ideo Aetium, qui primus omnium dicere auſus eſt Filium in omnibus diſſimilem eſſe Deo Patri qui genuit, in ſupradictam ſolitudi-

Digitized by Google

tudina amandavit. Hæc cum ſciret Eudoxius, perſuaſit Eunomio, ne quod ſentiebant aperirent, ſed tantiſper occultum tenerent, atque in tenebris tamquam furtivum fœtum alerent donec tempus facultatem præberet. Quibus acquieſcens Eunomius, obumbratam multis apud Cyzicum doctrinam tradebat. Impietatem autem parere geſtiens, hanc inter differendum innuebat, & audientium animas ſauciabat. Tunc divino quidam zelo ſuccenſi, zelum occultantes, hæreſis perſonam induunt, & Eunomii domum venientes, rogabant ut veritatem dogmatis aperte doceret. Inductus ille, eoſque ſibi conſentientes ratus, venenum quod hactenus celabat evomuit. Illi rurſus obnixius orarunt, ut doctrinam toti populo exhiberet, & Imperatoris obſervantiæ gregem ſuum præferret, qui veritatem ſcire deſiderabat. Ita rurſum deceptus Eunomius blaſphemiam publice depromit. At illi ſtatim, multis ſecum ejuſdem fidei aſſumptis, ad Comitatum properarunt, & Eudoxium de admiſſa blaſphemia docuerunt. Eudoxius vero indoluit quidem, Eunomium audiens pacta transgreſſum de quibus convenerat: accuſatoribus autem pollicitus eſt rem ſibi curæ futuram, ſed eam penitus neglexit, negotiorum obtendens multitudinem. Eunomii ergo accuſatores, cum Eudoxii mentem perſpexiſſent, Eunomii blaſphemiam Imperatori ſignificarunt. Imperator vero, principio quidem juſſit Eudoxio, ut Eunomium acciret, & prolatam accuſationem examinaret. Ubi autem illum differre animadvertit, (continenter enim veniebant accuſatores) utrumque in ſolitudinem miſſurum ſe minatus eſt, in qua degebat Aetius. Metuens itaque Eudoxius, avocavit Eunomium. Et primum quidem in memoriam revocavit de quibus illum admonuerat, deinde manifeſto convictum depoſuit, quamvis ipſe morbo eodem laboraret. Imperatoris enim minas pertimeſcebat. Ceterum Eunomius protinus ſe ipſum hæreſis principem renunciavit, idque cum in remota quadam ora Pamphyliæ habitare coactus eſſet. Atque hinc orta eſt ſecta Eunomianorum. Hic artis argutias Theologiæ adhibuit, & adverſus Unigenitum & ſanctum Spiritum blaſphemias palam eructavit. Ac Filium quidem primam creaturam Patris præcipuamque eſſe dixit, Spiritum vero ſanctum a Filio ante alia opera creatum eſſe. Idem ſancti etiam baptiſmatis legem olim a Domino & Apoſtolis traditam evertit, & contrariam aperte ſanxit, non oportere dicens ter illum immergere qui baptizatur, nec invocare Trinitatem, ſed ſemel baptizare in Chriſti mortem. Baptizantes vero uſque ad pectus aqua madefaciunt, reliquis autem partibus tamquam execrandis aquam adhibere prohibent. Qua de cauſa, quando in ſolio baptizabant, hominem extra illud ſtatuentes, ejus caput uſque ad pectus ſemel in aquam deprimebant. Poſtquam autem contigit ſauciari quempiam capite ad ſolium illiſo, aliud genus baptiſmatis excogitarunt. In ſubſellio enim quodam pronum hominem extendentes, & extra illud caput erigentes, aquam infundunt, quæ nullum aliud membrum attingit. Quidam porro illorum alium etiam baptiſmatis modum invenerunt. Tæniam enim longiſſimam præparantes, & hanc conſecrantes, ea hominem uſque ad ungues involvunt, a pectore incipientes, atque ita deinde aquam infundunt. Hæc autem indicarunt qui eorum impietatem fugientes, Servatoris & Dei noſtri ovibus ſe adjunxerunt... Debacchatus in hunc modum adverſus veritatem Eunomius, morbum in dies augere ſtudebat. Auſus enim eſt dicere, ſe nihil ex rebus divinis ignorare, ſed ipſam etiam Dei eſſentiam exacte ſe noſſe, eamdemque de Deo notitiam habere, quam Deus ipſe habet de ſeipſo. Ad hunc ab illo furorem perducti qui ejus peſtem hauſerunt, audent aperte profiteri, ſe ita Deum noſſe, ut ipſe ſeipſum. Et alia porro excogitavit, ut novorum dogmatum inventor haberetur. Hinc Ariana ſecta bipartito diviſa eſt, & alii quidem Ariani appellati ſunt, alii Eunomiani. Ariani autem Eudoxiani quoque vocati ſunt tempore Eudoxii... Eunomiani vero Aetiani quoque vocabantur, quod Eunomius Aetium magiſtrum ſuum appellarit. Iidem & Troglitæ ſeu Trogloditæ nominantur, ut qui clanculum occultis in domibus conventus ſuos celebrent. Etenim perpauci ſunt numero, averſantibus illos omnibus propter blaſphemiæ impudentiam.

SOCRATES *Hiſtor. Eccleſ. lib. 4. cap. 7.* (*Eudoxius*) Epiſcopus Conſtantinopolitanus Eunomium Cyzicenæ urbis Epiſcopum conſtituit, utpote qui eloquentia ſua multitudinis animos ad ſe allicere poſſet. Qui cum veniſſet Cyzicum, Imperator edicto propoſito, Eleuſium quidem (*legitimum Epiſcopum*) Eccleſiis exturbari, Eunomium autem in ſede collocari juſſit. Quo facto, hi qui cum Eleuſio erant, extra urbis muros ædificata Eccleſia, collectas illic egerunt... Eunomius notarius fuit Aetii cognomento Athei... Cum illo igitur diu verſatus, ſophiſticum ejus diſſerendi modum imitatus eſt: & inanibus quibusdam voculis nimium deditos, fallaces argumentationes in ſuum ipſius damnum imprudens contexuit. Ob hæc arrogantia elatus, in blaſphemiam prolapſus eſt; dum Arii quidem opinionem ſectatur: veritatis autem doctrinam variis modis impugnat. Et ſacrarum quidem ſcripturarum parum omnino peritus fuit, nec earum intelligentiam aſſequi potuit. Verborum tamen copia abundans & eadem aſſidue repetens, nunquam propoſitum ſibi ſcopum valuit contingere: ſicut manifeſtant ſeptem libri, quos in Epiſtolam Pauli ad Romanos incaſſum elaboravit. Quamvis enim in ejus interpretatione multa conſumpſerit verba; inſtitutum tamen Apoſtoli nullatenus eſt aſſecutus. Hujusmodi ſunt etiam ceteri qui circumferuntur ejus libri: quorum ſi quis experimentum capere voluerit, in magna verborum copia miram reperiet ſententiarum inopiam. Hunc igitur Eunomium Eudoxius, ut dixi, ad Cyzicenæ urbis Epiſcopatum promovit. Qui cum illuc veniſſet, familiari ſibi arte dialectica uſus, auditorum animos conturbavit. Unde tumultus Cyzici exortus eſt. Tandem vero Cyziceni, cum inanem verborum ejus faſtum ferre non poſſent, ex civitate eum ejecerunt. Ille autem Conſtantinopolim profectus, illic cum Eudoxio manſit, & vacans habebatur Epiſcopus. Verum ne obtrectandi cauſſa hæc dixiſſe videamur, ipſa Eunomii verba, ſi placet, audiamus, quæ Sophiſtæ more diſputans de Deo auſus eſt dicere. Sic enim ait ad verbum: De ſua ipſius ſubſtantia Deus nihil amplius ſcit quam nos: nec illa ipſi quidem notior, nobis autem & obſcurior. Sed quidquid nos de illa ſcimus, hoc omnino & ille novit: & contra quidquid ille ſcit, idem etiam in nobis abſque ulla diſcrepantia reperies. Has & alias ejuſmodi plures ſophiſticas ratiocinationes contexens Eunomius, præ ſtupore errorem ſuum animadvertebat.

Cap. 13. Eunomius ab Eudoxio ſejunctus, conventus ſeorſum celebravit, eo quod Eudoxius ſæpenumero ab ipſo rogatus ut Aetium præceptorem ſuum reciperet, id facere recuſarat. Nec tamen Eudoxius ſua ſponte hoc præſtitit: ipſe enim opinionem Aetii minime rejiciebat, quippe quæ eadem prorſus eſſet cum ipſius opinione: ſed propterea quod omnes qui cum Eudoxio conſentiebant, Aetium ut contraria ſentientem averſabantur. Hæc fuit cauſa quamobrem Eunomius ab Eudoxio ſecederet.

Lib. 5. cap. 24. Dicunt eos, (*Eunomianos*) ſacrum baptiſma adulteraſſe. Non enim in Trinitatem baptizant ſed in mortem Chriſti.

SOZOMENUS *Hiſtor. Eccleſ. lib. 4. cap. 25.* Eunomius, is qui poſtea nominis ſui hæreſim condidit, in locum Eleuſis (*Cyziceni Epiſcopi*) eſt ſubrogatus.

Lib. 6. c. 26. Eunomius ... cum Arianorum ſectæ præeſſet, novam inſuper hæreſim invexit, quam alii quidem ex ejus nomine, alii vero Anomœorum appellant. Ajunt porro hunc Eunomium primum omnium auſum eſſe aſſerere, quod ſacrum baptiſma unica merſione peragendum ſit: & Apoſtolicam traditionem quæ etiamnum ubique ſervatur, corrupiſſe: aliam denique Eccleſiæ ſuæ diſciplinam plerisque in rebus introduxiſſe, quæ gravitate ac ſeveritate quadam novitatem ſuam obtegeret. Fuit autem peritiſſimus dicendi artifex, & diſputationibus atque argumentis delectabatur. Certe pleroſque eorum qui hanc ſectam profitentur, ejusmodi ingenio præditos licet cernere. Neque enim vitæ morumque probitatem, & in egentes miſericordiam tantum laudant in aliquo, niſi forte is ſectam ipſorum ſequatur, quantum laudare ſolent, ſi quis in diſputando contentioſus fuerit, & adverſarios rationando ſuperare videatur. Hujuſmodi enim vir, præ reliquis omnibus, pius ab illis exiſtimatur. Alii vero dicunt, quos quidem veriora dicere arbitror, Theophronium Cappadocem, & Eutychium, iſtius hæreſis defenſores acerrimos.. Cum ſe ab Eunomio abrupiſſent, tum alia ex Eunomii decretis, tum ea quæ ad ſacrum baptiſmum pertinent innovaſſe, aſſerentes non in Trinitatem, ſed in Chriſti mortem baptizari oportere. Eunomium certe nihil hac in parte novaſſe affirmant. Sed ab initio quidem opinioni Arii adhæſiſſe, & in ea perſeveraſſe: Poſtea vero cum Epiſcopus Cyzici factus fuiſſet, accuſatum eſſe a Clericis ſuis tamquam novorum dogmatum aſſertorem. Itaque Eudoxium, qui Arianæ ſectæ præerat Conſtantinopoli eum evocaſſe,

juſ-

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 10.

hanc hæreſim ſcriptis ſuis egregie confutarunt SS. Baſilius, ejusque frater Gregorius Nyſſenus, Johannes Chryſoſtomus, Epiphanius, Auguſtinus, Theodoretus, &c.

Hanc ſectam Theodoſius Imperator legibus acerrimis repreſſit & coercuit.

AERIUS Presbyter Sebaſtenus Arianorum opinionibus infectus, multos errores condidit qui fuerunt temporibus noſtris a Calvinianis magna ex parte renovati. Negabat Epiſcopos eſſe ſuperiores Presbyteris. Damnabat orationes pro defunctis, jejuniaque ab Eccleſia obſervari ſolita. Quarta & ſexta feria cujusque hebdomadæ, & tota quadrageſima epulabatur ſummo diluculo, in contemtum Eccleſiæ, quæ his ſtatis diebus jejunari præcipiebat. Si quando jejunaret, jejunabat Dominica die, quia hac die jejunari Eccleſiæ lege nefas erat. Celebritatem Paſchatis inter Judæorum fabulas collocabat, ideoque prohibebat hujus diei ſolemnitatem. (K) Hanc hæreſim confutarunt præcipue SS. Epiphanius & Auguſtinus. Singuli errores Aerii multis in Conciliis antiquis jam erant antea proſcripti. Eos poſtea damnavit iterum Eccleſia quoties ſeſe dedit occaſio. K

PROTINUS Sirmienſis Epiſcopus, Arium ipſum impietate, & blaſphemiis ſuperavit, acceſſitque magis ad impietatem Pauli Samoſateni quam Arii. Contendebat enim ſicut ille, & ſicut ore blaſphemo pronunciant etiamnum Sociniani, Chriſtum Jeſum fuiſſe purum hominem & nulla ſui parte extitiſſe antequam de Maria naſceretur. Verbum Dei negabat eſſe diſtinctam a Patre perſonam. Arius autem, ut diximus, fatebatur quidem extitiſſe Ver-

juſſiſſeque ut de ſua doctrina publice in Eccleſia verba faceret. Cumque nihil in eo damnaſſet, monuiſſent Cyzicum reverteretur. Eunomium vero reſpondiſſe, nolle ſe amplius verſari cum iis quos ſuſpectos haberet. Et hanc quidem cauſam ſeceſſionis ſuæ illum prætendiſſe: revera autem ideo ſeceſſiſſe, quod Aetium præceptorem ſuum ſuſcipere renuiſſent. Poſt hæc Eunomium in propriis ædibus manſiſſe, nec de priſtina ſententia quidquam omnino mutaſſe. Et hæc alii quidem hoc modo; alii vero aliter narrant.. Apud ipſos (*Eunomianos*) in confeſſo eſt, eos qui nondum baptizati ſunt, baptiſmum aliis conferre non poſſe. Qui vero ex ritu traditionis ipſorum baptizatus non fuerit, hic baptizatus ipſis non videtur, utpote qui non rite fuerit conſignatus. Idque ipſi teſtantur, qui quoſcumque ad ſententiam ſuam pertrahere potuerint, rebaptizant, tametſi jam prius baptizati fuerint juxta Eccleſiæ Catholicæ traditionem. Atque hæc quidem religionem noſtram non mediocriter conturbarunt: iiſque qui Chriſtianam fidem amplecti vellent, plurimum obſtitit novorum ſubinde dogmatum varietas. Acres enim quotidie fiebant diſputationes; & ut inter hæreſeon exordia fieri ſolet, vigebant; quippe quæ aſſertores haberent zelo atque doctrina non vulgari præditos. Ac meo quidem judicio, pleroſque ex Catholicis in ſuam ſententiam pertraxiſſent, niſi Baſilius & Gregorius Cappadoces ſeſe illis oppoſuiſſent, ac niſi Theodoſius qui paulo poſt imperavit, impetum illorum repreſſiſſet, ipſoſque hæreſeon auctores, ex amœnioribus locis Imperii Romani in regiones deſertas & ſqualidas deportaſſet. Porro ne utriuſque hæreſis doctrinam penitus ignoremus, ſciendum eſt Eunomiani dogmatis auctores primum fuiſſe Aetium Syrum, qui Filium Patri diſſimilem, & ex nihilo creatum eſſe, poſt Arium aſſeveravit. Itaque qui hanc opinionem ſequebantur, Aetiani primum ſunt dicti. Poſtquam vero ... aliis conſubſtantialem Patri Filium, aliis ſubſtantia ſimilem aſſerentibus; ii qui in Ariminenſi Synodo prævalebant, ſtatuerunt ut ſimilis tantum diceretur: Aetius quidem utpote qui in Deum impie loqueretur, exſilio damnatus eſt. Hæreſis vero quæ ab illo conflata fuerat, interea temporis quodammodo extincta eſt, cum nec alius quiſpiam alicujus momenti vir, nec Eunomius ipſe eam palam defendere auderet. Verum ubi Cyzicenæ urbis Epiſcopatum Eleuſii loco ſuſcepit, non jam amplius ſe continuit: ſed coram populo diſſerens, opinionem Aetii rurſus in medium produxit. Homines vero ſicut plerumque fieri ſolet ejus qui hæreſim illam primum excogitaverat obliti, opinionis illius ſectatores Eunomianos cognominarunt, propterea quod Eunomius poſt Aetium hæreſim illam renovaverat, & majore cum audacia quam ille a quo primum fuerat tradita, eam adſtruxerat.

Cap. 27. Eunomium certe eadem cum Aetio ſenſiſſe omnino fatendum eſt. Nam & ipſemet Eunomius Aetium præceptorem ſuum fuiſſe jactat, idque ſæpenumero in libris ſuis palam ac libere teſtatur. *Cetera vide infra tit.* (P) *hocce ſæculo* 4. *ubi de Apollinariſtis*.

Lib. 7. *c.* 27. Porro Imperator (*Theodoſius*) Eunomium eo tempore in exſilium miſit. Adhuc enim ille Conſtantinopoli degens, in ſuburbanis, aut in privatis domibus, conventus Eccleſiaſticos ſeorſum agebat, & libros a ſe conſcriptos recitabat, multoſque in ſententiam ſuam pertrahebat: adeo ut brevi temporis ſpatio ingens eſſet numerus eorum, qui hæreſim nominis illius ſequebantur. Verum ille paulo poſtquam in exſilium miſſus fuiſſet, fato functus, ſepulturam in patria ſua ſortitus eſt. Vicus hic erat Cappadocum, nomine Dacora, ſitus in territorio Cæſareæ, ad Argæum montem.

Eadem quæ ſupra habet THEODORETUS *lib.* 2. Hiſtor. Eccleſ. *cap.* 25.

(K) S. EPIPHANIUS *adverſus Aerium Hæreſ.* 75. *n.* 1. Fuit hic (*Aerius*) Euſtathii Sebaſtiæ Epiſcopi (quæ eſt in Ponti regione, ſive minoris Armeniæ) ſodalis. Ambo enim monaſticum vitæ genus amplexi ſunt. Cum autem Euſtathius ad Epiſcopatum eſſet evectus, Aerius, etſi id magnopere cuperet, eo tamen pervenire non potuit. Hinc ſimultas ex æmulatione conflata. Et quidem Euſtathius Aerio plurimum indulgere, & addictus eſſe viſus eſt. Nam & Presbyterum hunc poſtea creavit, & Xenodochii, quod Ptochotrophium in Ponto vocatur, curam ei commiſit.

N. 2. Sed cum nullum ſuccenſendi modum faceret Aerius, rixæ ac jurgia in dies ingraveſcere, ac mutuæ ſimultates augeri. Ad hæc peſſimi quidam rumores & calumniæ adverſus Euſtathium ab Aerio ſpargi. Interim Euſtathius Epiſcopus evocatum ad ſeſe Aerium mulcere, adhortari, comminari, iraſci, ſupplicare; neque quicquam tamen his rebus efficere. Nam quod ab initio conſtitutum, inchoatumque fuerat, ingentem in mali vim erupit. Poſtremo relicto mendicorum hoſpitio diſcedit Aerius. Quos ex tempore in omnem occaſionem intentus, velut qui hoſtem opprimere, ac telis appetere ſtudet, verſabat ſe in omnes partes, & apud omnes calumnioſe deinceps Euſtathio detrahens: Non is eſt, inquiebat, amplius, qui hactenus fuit: ſed ad rem attentus eſt, & cumulandis opibus totus incumbit. Quæ quidem per ſummam calumniam ab Aerio jactabantur.

N. 3. Hic igitur propter ejuſmodi rationes omnium rerum abdicationem initio præ ſe tulit. Deinde Ptochotrophio relicto, magnam vim ſecum utriuſque ſexus hominum abduxit: qui omnes ab Eccleſiis, agris, pagis, & oppidis arcebantur. Ac ſæpenumero totus ille cœtus nive perfuſus, paſſim per campos ſub dio degebat, aut ad prærupta ſaxorum, ſilvaſque confugiebat. Eſt autem illius dogma ſupra hominis captum furioſum, & immane. Imprimis enim: quanam, inquit, in re Presbytero Epiſcopus antecellit? Nullum inter utrumque diſcrimen eſt. Eſt enim amborum unus ordo, par & idem honor, ac dignitas. Manus imponit Epiſcopus, imponit & Presbyter: Baptizat Epiſcopus, idem facit & Presbyter: Divinum omnem cultum adminiſtrat Epiſcopus, non minus id facit & Presbyter: Epiſcopus in Trono ſedet, ſedet & Presbyter. His in vulgus jactatis, pleroſque in errorem abduxit, quorum ſectæ princeps extitit. Præterea, quid eſt, inquit, Paſcha, quod a vobis celebratur? Nimirum ad Judæorum adhuc fabulas adhæreſcitis: neque enim Paſchatis ſolemnitas obeunda: *Quoniam Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus*. Pergit deinde: 1.Cor. 5.7.
Et quæ ratio eſt, inquit, poſt obitum mortuorum appellare nomina? Nam ut vivus oret, aut in pauperes bona ſua diſpenſet; quid ex ea re tandem ad mortuum redit? Quod ſi ſuperſtitum preces iis qui ex hac vita diſceſſerint opitulari poſſunt; nemo pie deinceps agat aliquid, neque boni quicquam faciat: ſed amicos ſibi aliquos quacumque ratione velit adjungat: ſive pecuniarum largitione, ſive precibus hoc ab illis ſub vitæ finem impetret, ut pro ſe Deum exorent, ut ne illic ali-

quid

Digitized by Google

Verbum ante mundi creationem & in Chriſto ſubſiſtere, ſed negabat illud eſſe Patri conſubſtantiale, & Deum proprie loquendo: Illud enim creatum eſſe, & ex nihilo productum eſſe contendebat. (L) Ab iiſdem Patribus & Conciliis damnata fuit Photini impietas a quibus Arii, & Pa- Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 10. L

quid incommodi patiatur, nec immanium a ſe facinorum pœnæ repetantur. Sed neque jejunii, inquit, inſtituendi ulla ratio eſt. Hæc enim omnia Judæorum propria ſunt, & cuidam ſervitutis jugo ſubjecta. Quippe *juſto nulla lex poſita eſt; ſed parricidis, ac matricidis dumtaxat, & id genus aliis*. Nam ſi jejunare omnino decrevero, quacumque libuerit die, ſponte, & integra libertate jejunabo. Hinc eſt quod iſti dominica die jejunare potius affectant; quarta vero, ſextaque feria veſcuntur. Quamquam ſæpenumero quarta feria jejunent, non ulla lege, ſed voluntate, ut aſſerunt, inducti. Porro diebus ipſis Paſchatis, quod tempus humi cubando, caſtimoniam ſervando, affligendoque corpore, necnon & aridorum ciborum uſu, precibus, vigiliis, jejuniis, ac reliquis id genus ſaluberrimis corporis cruciatibus celebrare ſolemus. Illi e contrario jam tum diluculo obſonari ſolent, & carnibus vinoque diſtenti cachinnari, ridere, eoſque qui illam Paſchatis hebdomadem ſanctiſſimis illis religionibus traducunt, ludibrio habere.

S. PHILASTR. Brix. Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Catal. hæreſ. quæ ſub Apoſt. extiterant*, *num.* 25. Aerii ab Aerio quodam ſic appellati ſunt, qui abſtinentiis vacant, & in provincia Pamphilia quam plurimi commorantur, qui & Encratitæ dicuntur, id eſt, abſtinentes. Hi non poſſident aliquid, eſcas abominantur, quas Deus cum benedictione humano generi tribuit, damnant etiam de lege nuptias, non a Deo inſtitutas adſerentes.

S. AUG. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*. Aeriani ab Aerio quodam ſunt, qui cum eſſet Presbyter, doluiſſe fertur quod Epiſcopus non potuit ordinari; & in Arianorum hæreſim lapſus, propria quoque dogmata addidiſſe nonnulla, dicens offerri pro dormientibus non oportere: nec ſtatuta ſolemniter celebranda eſſe jejunia, ſed cum quiſque voluerit jejunandum, ne videatur eſſe ſub lege. Dicebat etiam Presbyterum ab Epiſcopo nulla differentia debere diſcerni. Quidam perhibent iſtos, ſicut Encratitas vel Apotactitas, non admittere ad communionem ſuam niſi continentes, & eos qui ſæculo ita renuntiaverint, ut propria nulla poſſideant. Ab eſcis tamen carnium non eos abſtinere dicit Epiphanius: Philaſter vero & hanc eis tribuit abſtinentiam.

(L) S. EPIPHANIUS *Contra Photinianos*. *Hæreſ.* 71. *num.* 1. Per idem tempus Photinus, a quo Photiniani prodierunt, emerſit Catholicæ Eccleſiæ quondam Epiſcopus; qui haud mediocri furore percitus ſuperiores omnes inſania ſuperavit, eademque cum Paulo Samoſateno, imo atrociora quædam de Dei Filio mente concepit, in quem plenos contumeliæ ſermones, nec ulla ſoliditate firmatos evomuit. Hic oriundus Sirmio Conſtantio Imperante infelix doctrinæ ſuæ lolium in orbe diſſeminavit... Hic Chriſtum a principio negat extitiſſe, ſed jam tum a Maria Virgine initium accepiſſe, ac recentem eſſe: ex quo Spiritus, inquit, ſanctus in illum deſcendit, & e Spiritu ſancto genitus eſt. Quem quidem Spiritum ſanctum Chriſti eſſe putat, audax architectus, & cæleſtium, quæ ſermone explicari nequeunt, dimenſor. Fuit hic prompta ad loquendum ac volubili lingua, adeo ut pleroſque verborum ipſa pronunciatione, & dicendi celeritate in fraudem poſſet impellere. Sæpe enim a multis refutatus eſt, poſt illam ſui purgationem quam in Sardicenſi ſynodo ſuſcepit, cum ab Epiſcopis peſtiferæ doctrinæ, quam propoſuerat, rationem reddere eſt juſſus. Etenim Conſtantium Imperatorem adiens, tamquam inique depoſitus eſſet, cauſæ ſuæ judices, ac diſceptatores petiit, quibus fruſtra ſibi abrogatum eſſe Sacerdotium probaret. Ob id Imperator judices miſit, apud quos ille cauſam ageret, Thalaſſium, & Datianum, Cerealium, Taurum, Marcellinum, Evanthium, Olympium, & Leontium; dataque Baſilio Ancyrano negotium, ut illum interrogaret, & quæ ab eo purgarentur, aut admitterentur refelleret.

N. 2. Porro cum de illo Baſilius ſciſcitaretur, quomodo Scripturæ ſacræ de Domino ac Deo Verbo docerent, *ante omnia ſæcula unigenitum illum, & cum Patre fuiſſe*: Photinus adhibita diſtinctione ita quod dicebatur probabat, partim ut ad Chriſtum, partim ad Verbum referri oportere judicaret. Nam his verbis: *Faciamus hominem ad imaginem noſtram & ad ſimilitudinem*, Gen. 1, 26. Verbum ſuum Pater alloquitur. Quid igitur? Erat, inquit, in Patre Verbum: ſed nondum erat Filius. Item: *Pluit Dominus a Domino*, quod in Patre Verbum eſſet. Et *vidi*, inquit, *deſcendentem ſupra nubes, quaſi Filium hominis*: quod velut ante denuncians dixit; non quod adhuc Filius exiſteret, ſed id ipſum ſolum cui Filii nomen erat aliquando tribuendum, poſt Mariam videlicet; quodque ex carne proditurum erat, Chriſtus nimirum de Spiritu ſancto Mariaque genitus: in quem ſic tanquam anticipatione quadam univerſa conferuntur. Quanquam nondum ipſe quidem exiſtebat, ſed Verbum dumtaxat, quemadmodum & verbum illud, quod in me eſt.

S. PHILASTR. Brix. Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Catal. hær. quæ ſub Apoſt. extiterunt*, n. 18. Photinus doctrinam ejus (*Pauli Samoſateni*) ſecutus in omnibus ſimiliter prædicabat, inque hoc mendacio perſeverans, projectus eſt de Eccleſia Sirmienſium civitatis a Sanctis Epiſcopis ſuperatus.

Ex CONCIL. II. ANTIOCH. *ann.* 344. *aut* 345. *fidei Expoſit. apud* SOCRATEM *Lib.* 2. *Hiſt. Eccleſ. cap.* 29. Quamvis tres confiteamur res, treſque perſonas, Patris videlicet ac Filii & Spiritus ſancti juxta ſacras Scripturas: non ideo tamen plures facimus Deos. Unum enim ex ſeipſo perfectum & ingenitum, principiique expertem & inviſibilem Deum novimus, Deum ſcilicet ac Patrem Unigeniti: qui ipſe quidem ſolus ex ſeipſo habet ut ſit: reliquis autem omnibus copioſe præſtat ut ſint. Porro tametſi unum Deum eſſe dicamus Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti qui ſolus ſit ingenitus: Chriſtum non idcirco negamus Deum eſſe ante ſæcula: quod quidem faciunt Pauli Samoſatenſis diſcipuli, affirmantes illum poſt incarnationem ex profectu ac promotione quadam Deum eſſe factum, cum natura nudus ac ſimplex homo extitiſſet. Scimus enim illum, quamvis Patri ac Deo ſubjectus ſit (*ut homo*,) nihilominus tamen genitum ex Deo, Deum natura eſſe perfectum ac verum: & non ex homine Deum poſtea factum, ſed ex Deo hominem propter nos factum eſſe, nec unquam Deum eſſe deſiiſſe. Execramur præterea & anathematizamus eos qui illum nudum dumtaxat ac ſimplex Dei verbum, nec ulla ſubſiſtentia præditum, falſo appellant, quod in alio ſuam eſſentiam habeat: non quidem inſtar verbi quod prolaticium vulgo dicitur; nunc vero inſtar verbi quod internum nominatur: Ipſum vero Chriſtum ac Dominum & Filium Dei, ac mediatorem, atque imaginem Dei non fuiſſe ante ſæcula contendunt: ſed ex eo tempore Chriſtum ac Filium Dei illum eſſe cœpiſſe, ex quo carnem noſtram aſſumpſit ex Virgine ante quadringentos circiter annos. Ab eo enim tempore, volunt Chriſtum regni ſui habuiſſe principium: & hoc regnum poſt mundi conſummationem atque judicium finem habiturum. Hujuſmodi ſunt ſectatores Marcelli atque Photini Ancyranorum, qui æternam Chriſti eſſentiam ac divinitatem, ejuſque perpetuum, & immortale regnum perinde abrogant, ut monarchiam ſtabilire videantur. Nos vero intelligimus illum non eſſe dumtaxat verbum Dei prolatum & internum, ſed Verbum vivens ac per ſe ſubſiſtens, utpote Deum Verbum, Deique Filium & Chriſtum. Nec per ſolam præſcientiam illum cum Patre ſemper fuiſſe, & ante omnia ſæcula cum eo fuiſſe verſatum, inſervientem illi ad creationem omnium rerum, tam viſibilium quam inviſibilium: ſed ſubſtantiale Patris Verbum, & Deum ex Deo illum profitemur. Ipſe enim eſt cui dixit Pater: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*; qui antiquis patribus perſonam ſuam ſpectandam exhibuit, qui Legem dedit, qui locutus eſt per Prophetas: qui ad extremum homo factus, Patrem ſuum cunctis hominibus manifeſtavit: qui denique regnat in perpetua ſæcula. Neque enim ullam dignitatem recens adeptus eſt Chriſtus: ſed eum ab omni ævo perfectum, Patrique per omnia ſimilem fuiſſe credimus.

SOCRATES *Hiſt. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 18. *verſus finem*. Cum inter Occidentales adhuc, & Orientales eſſet indiſcreta communio; Sirmii quæ civitas eſt Illyrici, alia hæreſis exorta eſt. Nam Photinus qui ejus loci Eccleſiæ præſidebat, ortus ex minore Galatia, & Marcelli ejus qui Epiſcopatu dejectus fuerat, olim diſcipulus, magiſtri ſui inſiſtens veſtigiis, Filium Dei nudum ac ſimplicem eſſe hominem prædicavit.

N fuit tertium ex œcumenicis. (N)

LUCIFER Epiſcopus Calaritanus in Sardinia, vir alioqui ſanctitate vitæ & integritate fidei commendabilis, ſejunxit ſe, præ nimia ſeveritate, a communione Epiſcoporum Catholicorum, qui ad communionem recipiebant Epiſcopos Arianos ad Eccleſiam redeuntes, eoſque qui lapſi quondam in perſecutione Arianorum pœnitentiam expoſcebant. (O) O

Luciferiani dicti ſunt ii qui in illo ſchiſmate permanſerunt. Et quidam ex illis hæreſim junxerunt cum ſchiſmate, docentes iterum baptizandos eſſe Arianos ceteroſque Hæreticos ad Eccleſiam revertentes. Id accepimus ex S. Hieronymi Dialogo adverſus Luciferianos. Scripſit quoque contra eos Sanctus Auguſtinus, aitque: „Scripſiſſe quemdam „eos in hunc errorem ſtultiſſime prolapſos, ut „animam dicerent ex tranſfuſione generari, eamdemque dicerent & de carne & carnis eſſe ſub- „ſtantiam. (P)

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 10.

S. Aug. lib. de Hæreſ. ad Quodvultd. n. 81.

P

APOLLINARISTÆ ſic dicti a magiſtro ſuo *Apol-*

barba ponatur, neva meretricius cultus & ornatus uſurpetur.

S. AUG. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, *num.* 57. Poſtremam ponit Epiphanius Meſſalianorum hæreſim: quod nomen ex lingua Syra eſt. Græce autem dicuntur Εὐχῖται, ab orando ſic appellati. Tantum enim orant, ut eis qui hoc de illis audiunt incredibile videatur. Nam

Luc. 18. 1. cum Dominus dixerit, *Oportet ſemper orare, & non deficere*; & Apoſtolus, *Sine intermiſſione orate:* quod ſaniſſime ſic accipitur, ut nullo die intermittantur certa tempora orandi: iſti ita nimis hoc faciunt, ut hinc judicarentur inter Hæreticos nominandi. Quamvis nonnulli eos dicant de purgatione animarum neſcio quam phantaſticam & ridiculam fabulam narrare, porcam ſcilicet cum procellis videri exire de ore hominis quando purgatur, & in eum viſibili ſimiliter ſpecie ignem qui non comburat intrare. His adjungit Epiphanius Euphemitas, Martyrianos, & Satanianos, & hos omnes cum illis tamquam unam hæreſim ponit. Dicuntur Euchitæ opinari, Monachis non licere ſuſtentandæ vitæ ſuæ cauſſa aliquid operari, atque ita ſe ipſos Monachos profiteri, ut omnino ab operibus vacent.

1. Theſſ. 5. 17.

THEODOR. *Hæret. fab. lib.* 4. n. 11. Meſſaliani autem, quod nomen in Græcam linguam tranſlatum Euchitas ſeu precatores ſignificat, baptiſma dicunt ſuſcipientibus nihil prodeſſe. Novaculæ namque inſtar præcedentia peccata auſert, peccatorum vero radices ſtirpitus non excindit. Perpetua autem oratio, & peccati radicem funditus evellit, & malum dæmonem, qui ab initio datus eſt, ab anima expellit. Unicuique enim homini, cum naſcitur, adeſſe mox dæmonem dicunt, eumque ad abſurdas actiones incitare. Hunc autem nec baptiſma, nec aliud quicquam poſſe ab anima exigere, præter ſolam orationem. Egredi vero inhabitantem dæmonem dicunt per mucum & ſputi excrementa. Sic decepti homines miſerrimi, nullum opus aggrediuntur, (Spiritales enim ſeipſos vocant) ſed ubi orationi vacarint, diei maximam partem dormiunt. Deinde a dæmone qui eos agitat decepti, revelationes ſe vidiſſe perhibent, & futura prædicere conantur, rebus autem ipſis mentiri convincuntur. Jactant etiam ſe & Patrem videre & Filium & Spiritum ſanctum oculis corporis, Spiritusque adventum ſenſu percipere. Parati autem ſunt ad negandum, & ſi urgeantur, protinus anathematizant eos qui horum aliquid dicunt... Sed & alia multa faciunt, quæ phreneſim arguunt. Nam & repente ſaltant & ſuper dæmones ſe ſaltaſſe jactant, & digitis ſagittantium ſpeciem præferunt, in dæmones ſe jaculari affirmantes. Et alia pleraque agunt ſimili furore plena, unde & Enthuſiaſtarum nomen ſortiti ſunt. Hujus hæreſis principes fuerunt Sabbas, & Adelphius, & Daodes, & Symeones, & Hermas, & alii quidam. Scripſit autem adverſus iſtos Epiſtolas, cum hæreſim deprehendiſſet, Letoius Melitines Epiſcopus. Accuratius vero hæreſim confodit longe optimus Amphilochius, qui Iconii Eccleſiam rexit, ipſa illorum verba actis a ſe confectis inſerens, quæ dogmatis differentiam aperte declarant.

(N) CONCIL. EPHESINUM *Generale. Act.* 7. *part.* 2. *in fine*, *anno* 431. Omnes qui per univerſam provinciam Hæretici Meſſaliani, vel Enthuſiaſtæ ſunt, vel de ejus hæreſeos morbo ſuſpecti, ſive clerici, ſive laici ſint, conveniantur: & ſi quidem anathematizaverint, juxta ea quæ in Synodo pronunciata ſunt, in ſcriptis; ſi clerici fuerint, maneant clerici; ſi laici, ad communionem admittantur. Quod ſi renuerint anathematizare, ſi Presbyteri vel Diaconi fuerint, vel in alio quopiam gradu Eccleſiæ, excidant & a clero & gradu, & a communione: laici vero anathematizentur. Convicti quoque non permittantur habere monaſteria, ut ne zizania diffundantur & creſcant.

(O) S. AUG. *de Correctione Donatiſtarum, ſeu Epiſt. Tom. I.* 185. *alias* 50. *ad Bonifacium c.* 10. *nu.* 47. Sic multitudinibus per ſchiſmata, & hæreſes pereuntibus ſubvenire conſuevit (*Eccleſia.*) Hoc diſplicuit Lucifero, quia factum eſt in eis ſuſcipiendis atque ſanandis, qui veneno perierant Ariano: & cui diſplicuit in tenebras cecidit ſchiſmatis, amiſſo lumine caritatis.

De Agone Chriſtiano cap. 30. *n.* 32. Nec eos audiamus qui... præciderunt ſe ab unitate, & Luciferiani magis dici quam Catholici maluerunt... Hi ſunt enim de quibus Apoſtolus dicit: *habentes ſpeciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes*. Eſt enim magna virtus pietatis, pax & unitas: quia unus eſt Deus. Hanc illi non habent, quia præciſi ab unitate ſunt... Quod ipſi (*Luciferiani*) præcidi a radice voluerunt, quis non deteſtandum eſſe cognoſcat? Et ideo maxime, quia hoc eis diſplicuit in Eccleſia Catholica, quod vere Catholicæ ſanctitatis eſt.

In Pſ. LXVII. *num.* 39. *vide ſupra* §. 9. *hocce capit. litt.* (G)

SOCRATES *Hiſt. Eccleſ. lib.* 3. *c.* 9. Euſebius Vercellenſis Epiſcopus, ſtatim poſt Synodum Alexandria digreſſus, Antiochiam perrexit. Cumque illic Paulinum quidem a Lucifero ordinatum, plebem vero inter ſe diſſidentem repetiſſet: nam Meletii fautores ſeparatim conventus agebant; commotus eo quod ordinationi illi non omnes conſentirent, apud ſe quidem factum damnavit; ſed ob reverentiam erga Luciferum, rem diſſimulans abſceſſit; pollicitus ſe in Epiſcoporum Concilio cuncta emendaturum. Poſtea tamen cum magnopere laboraſſet ut partes diſſentientes ad concordiam reduceret, id perficere non potuit. Interea Meletius ab exſilio regreſſus eſt. Qui cum ſectatores ſuos ſeorſum a reliquis collectas agere deprehendiſſet, eis præfuit. Sed Euzoius quidem Arianæ perfidiæ Antiſtes Eccleſiis potiebatur. Paulinus vero unam dumtaxat ex minoribus Eccleſiis intra urbem obtinuit, ex qua illum Euzoius reverentia viri commotus, non ejecerat. At Meletius extra urbis portas plebem colligebat. Ad hunc igitur modum Euſebius tunc temporis Antiochia diſceſſit. Lucifer vero cum ordinationem ſuam ab Euſebio ſuſceptam non eſſe intelligeret, ea rem contumeliæ loco ducens, permoleſte tulit. Proinde ab Euſebii communione ſeſe abjunxit, & ea quæ a Synodo decreta fuerant, ſtudio contentionis abductus, cœpit reprehendere. Hæc dum per tempus diſcordiarum geruntur, multos ab unitate Eccleſiæ ſegregarunt. Quippe nova tunc exorta eſt hereſis eorum qui Luciferiani dicuntur. Verum Lucifer iram ſuam explere non valuit. Conſtrictus enim ſuis ipſius pollicitationibus tenebatur, quibus per Diaconum miſſis ſpoponderat, ſe decretis Concilii aſſenſurum. Itaque ipſe quidem Eccleſiaſticam retinens fidem, in Sardiniam ad propriam ſedem receſſit. Hi vero qui una cum ipſo primum fuerant exulcerati, hactenus ab Eccleſia ſegregati permanent.

Eadem iisdem prorſus verbis narrat SOZOMENUS, Hiſt. Eccleſ. *lib.* 5. *c.* 13.

(P) S. HIERONYM. *adv. Lucifer. cap.* 8. *Lucifer*..... Reſtat unum, quod quæſo te ut ediſſeras quid adverſum Hilarium dicendum ſit, qui ne baptizatos quidem recipiat ab Arianis. *Orthod.* Hilarius cum Diaconus de Eccleſia receſſerit, ſoluſque ut putat turba ſit mundi, neque Euchariſtiam conficere poteſt, Epiſcopos & Presbyteros non habens, neque baptiſma ſine Euchariſtia tradere: & cum jam homo mortuus ſit, cum homine pariter interiit & ſecta: quia poſt ſe nullum Clericum Diaconus potuit ordinare: Eccleſia autem non eſt quæ non habet Sacerdotes. *Verum Hilarius paucos admodum in ſuam opinionem traxit, ſiquidem omnes fere Luciferiani Arianos Laicos cum ſola manus impoſitione recipiebant; at Epiſcopos Arianos nullatenus pro Epiſcopis habebant, nec eos niſi Sacerdotio depoſito, admittere volebant, uti docet* S. Hier. *in Dial. adv. Lucif. cap.* 2. *his verbis* (*Orthod.*) Ex-

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 10.

pollinari, Presbytero Eccleſiæ Laodicenæ, & ejus filio nominis ejusdem, ejusdemque Eccleſiæ Lectore. Exiſtimabant nullam in Chriſto eſſe animam rationalem; ſed ejus vicem ſupplere Verbum divinum: ita ut Verbum & Corpus Chriſti una ſubſtantia fuerit, adeoque Verbum Dei paſſum ſit & cruci affixum. Carnem Chriſti non ex carne Virginis formatam, ſed e cælo delapſam fuiſſe in uterum Virginis, ipſamque Verbi divini ſubſtantiam in corpus fuiſſe transmutatam. Minorem eſſe Spiritum ſanctum Filio, Filium Patre. *Millenariorum* errorem, cui, ut ſcribunt Euſebius & S. Hieronymus, Papiæ S. Johannis Evangeliſtæ diſcipuli ſimplicitas locum olim dederat, de terreno poſt judicium Chriſti regno, renovarunt. (Q) Fidem Catholicam adverſus eos ſcriptis & verbis confirmarunt imprimis SS. Athanaſius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyſſenus, Epiphanius, Theodoretus, Am- Q

pone mihi, quare laicum venientem ab Arianis recipias, Epiſcopum non recipias. *Lucif.* Recipio laicum, qui erraſſe ſe confitetur: & Dominus mavult pœnitentiam peccatoris, quam mortem. *Orthod.* Recipe ergo & Epiſcopum, qui & erraſſe ſe confitetur, & Dominus mavult pœnitentiam peccatoris, quam mortem. *Lucif.* Si erraſſe ſe confitetur: cur Epiſcopus perſeverat? Deponat Sacerdotium: concedo veniam pœnitenti. *Orthod.* Reſpondebo tibi & ego ſermonibus tuis. Si laicus erraſſe ſe confitetur; quomodo laicus perſeverat? Deponat Sacerdotium laici, id eſt, baptiſma: & ego do veniam pœnitenti... *Lucif.* Recipimus laicos, quoniam nemo convertetur, ſi ſe ſcierit rebaptizandum: & ita fiet, ut nos ſimus cauſa perditionis eorum, ſi repudientur, &c.

S. AUG. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, n. 81. Luciferianos a Lucifero Caralitano Epiſcopo exortos, & celebriter nominatos, nec Epiphanius, nec Philaſter inter Hæreticos poſuit: credo tantummodo ſchiſma, non hæreſim eos condidiſſe, credentes. Apud quemdam tamen, cujus nomen in eodem ejus Opuſculo non inveni, in hæreticis Luciferianos poſitos legi per hæc verba: *Luciferiani*, inquit, *cum teneant in omnibus Catholicam veritatem, in hunc errorem ſtultiſſimum prolabuntur, ut animam dicant ex transfuſione generis; eamdemque dicunt & de carne & de carnis eſſe ſubſtantia.* Utrum ergo iſte propter hoc quod de anima ita ſentiunt, (ſi tamen vere ita ſentiunt,) eos inter Hæreticos ponendos eſſe crediderit, recteque crediderit; an etiam ſi id non ſentirent, ſive non ſentiunt, ideo tamen ſint Hæretici, quia diſſenſionem ſuam pertinaci animoſitate firmarunt, alia quæſtio eſt, neque hoc loci mihi videtur eſſe tractanda.

(Q) S. EPIPHAN. *contra Dimœritas ſeu Apollinariſtas, hæreſ.* 77. n. 1..... Nonnullis noſtrorum placuit, & quidem primatiis, atque a nobis & ab omnibus Orthodoxis divinis propemodum honoribus affectis, mentem ab Chriſti incarnatione dimovere, eumdemque carnem cum anima dumtaxat ſuſcepiſſe, mentem vero nequaquam, afferere: hoc eſt non perfectum hominem induiſſe...

N. 2. Egregius ille, ac venerabilis ſenex, quem nos, & beatæ memoriæ Papa Athanaſius, imo vero Catholici omnes unice dileximus, Apollinaris Laodicenus hujus dogmatis auctor ac propagator extitit... Nonnulli eo progreſſi ſunt, ut Chriſtum corpus e cælo detuliſſe dicerent: quæ abſurda peregrinaque comminiſcendi licentia hominum ſemel animis incidens, ad graviora acerbioraque proceſſit. Alii vero Chriſtum animam aſſumpſiſſe negaverunt. Quidam ejusdem Chriſti corpus divinitatis conſubſtantiale non dubitarunt aſſerere, Quibus opinionum portentis Orientem magnopere perturbarunt: propter quos conflari Synodum neceſſe fuit, ejusdemque decreto condemnari.

S. ATHAN. *Epiſt. ad Epictet. ab ipſo Epiphan. allegata*, n. 4. ... Quinam inferi illud eructarunt, conſubſtantiale divinitati Verbi corpus illud eſse, quod a Maria genitum eſt? Aut Verbum ipſum in carnem, oſsa, capillos, ac totum denique corpus eſse converſum, & a ſuapte natura mutatum? Quis omnino de Chriſtianis audiit, Filium Dei ſpecie ac fictione ſola corpus, non natura geſſiſse? Quis tam impius fuit, ut ipſammet ejusdem divinitatem circumciſam eſse, atque imperfectam e perfecta redditam fuiſse ſentiret, ac diceret? Item illud ipſum, quod in ligno ſuffixum eſt, non corpus extitiſse, ſed ſubſtantiam ipſam naturæ totius opificem? Quis cum iſtud audias, non e Maria, ſed ex propria ſubſtantia Dei Verbum obnoxium paſſioni ſibi corpus effinxiſse, Chriſtianum qui hæc dixeris arbitretur? Quis execrandæ illius impietatis auctor eſt, ut ejusmodi quædam animo concipere, aut eloqui minime formidaret, eum, qui dominicum e Maria corpus eſse natum aſſerat, non trinitatem, ſed quaternitatem divinitati tribuere? Adeo ut qui ita ſentiunt carnem illam, quam Salvator e Maria virgine ſuſcepit, ex ipſa ſubſtantia Trinitatis eſse fateantur. Jam vero undenam parem huic, ac germanam impietatem evomere alii quidam in animum induxerunt, uti corpus ipſum non divinitate Verbi recentius, ſed coæternum, ac perpetuo eum illo conjunctum extitiſse definiant, quandoquidem ab ipſa ſapientia conſtitutum eſt? Potuitne Chriſtianis ab hominibus in dubium vocari, utrumnam Dominus noſter de Maria virgine natus, ſubſtantia naturaque Dei Filius extiterit: ſecundum carnem vero e Davidis ſtirpe, ac ſacroſanctæ Virginis carne ſuſceptus? Quinam porro tanta temeritate, & audacia fuerunt, ut Chriſtum illum aſſererent, qui in carne paſſus, & in cruce actus eſt, non eſse Dominum, ac Salvatorem, & Deum, Patrisque Filium? Quonam pacto Chriſtianos appellari ſe volunt, qui in ſanctum hominem, perinde ut in aliquem de Prophetarum numero, delapſum eſse Verbum, non ipſummet hominem factum eſse profitentur, cum ex Maria corpus induiſset; ſed alterum eſse Chriſtum, alterum Dei Filium, qui ante Mariam, & ante ſæcula omnia Filius ex Patre prodierit; an vero Chriſtiani eſse poſsunt, qui alium eſse Deum, aliud & ab illo diverſum Dei Verbum prædicant.

N. 6. Hoc affirmare plerique non dubitant; quosdam ex illis in ea eſse ſententia; Mariam poſt editum Chriſtum cum Joſepho viro ſuo conſuetudinem habuiſse..... Jam vero etiam hoc Apollinaris eſse decretum nonnulli prædicant. In priori reſurrectione mille nos annorum ſpatium iisdem in vitæ inſtitutis, quibus nunc utimur, eſse conſecturos; ut & Legem cum aliis obſervemus omnibus, & quidquid eſt in mundo, quod ad uſum quotidianum pertinet, velut nuptias, circumciſionem, ac cetera omnia participemus. Ejusmodi ab illo dogma defendi perſuadere nobis omnino non poſsumus. Quamquam illum aſsertorem eſse a nonnullis accepimus.

Hæreſ. 78. *num.* 1. Ex Antidicomarianitarum grege nonnulli, quaſi præcipuo quodam in Virginem odio ſuſcepto, ut ejus gloriam obſcurarent; ſive invidia, ſive erroris tenebris occæcati, quo mortalium animos inquinarent, eo temeritatis progreſſi ſunt, ut ſanctiſſimam Mariam poſt Chriſtum in lucem editum cum viro ſuo Joſepho conſuetudinem habuiſse dicerent. Quam quidem opinionem, ut ſupra dixi, ab ſene illo Apollinari, aut ab ejus diſcipulis manaſse prædicant, de quo nondum mihi liquido conſtat.

S. GREGOR. NAZIANZ. *in Epiſt. ad Nectarium Epiſc. Conſtantinop. apud* SOZOMEN. *Hiſt. Eccleſ. lib.* 6. *c.* 27. Apollinariſtarum licentia, inter Eccleſiæ calamitates omnium eſt acerbiſſima. Quos quidem collectas perinde ac nos celebrandi facultatem ſibi comparaſse, neſcio quomodo ſanctitas ſua paſsa ſit .... Non intempeſtivum fuerit, ut gravitas tua ex tenuitate noſtra diſcat, incidiſse in manus meas libellum Apollinaris, in quo ea quæ adſtruuntur, omnem Hæreticorum improbitatem excedunt. Affirmat enim carnem illam quæ ab unigenito Dei Filio per diſpenſationem aſsumpta eſt ad naturæ noſtræ inſtaurationem, adſcititiam non eſse: ſed carnalem illam naturam ab initio fuiſse in Filio. Et quædam verba ex Evangelio male accipiens, ad hujus abſurdæ opinionis confirmationem, adducit, ita dicens: Nemo adſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit Filius hominis: adeo ut priusquam deſcenderet, Filius hominis fuerit, deſcenderitque propriam aſſerens carnem; eam ſcilicet quam jam in cælo habebat, æternam & ſubſtantiæ illius coalitam. Profert enim rurſus quemdam Apoſtoli locum: in quo legitur ſecundus homo de cælo. Deinde aſſeris hominem illum qui e cælo deſcendit, mentem non habere: ſed unigeniti Deitatem quæ

Joh. 3. 13.
1. *Cor.* 15. 47

Digitized by Google

quæ mentis locum ſuppleverit, tertiam fuiſſe partem humani compoſiti: cum anima quidem & corpus juxta hominum naturam in eo eſſent: mens autem non eſſet, ſed Deus Verbum ejus locum impleret. Nec hoc adhuc grave piaculum. Sed quod omnium longe graviſſimum eſt, ipſum unigenitum Deum, qui omnium judex, qui auctor vitæ, qui mortis deſtructor eſt, mortalem eſſe contendit, & in propria divinitate paſſum eſſe; & in triduana illa corporis morte divinitatem quoque ei commortuam fuiſſe; atque ita demum Patris beneficio ex morte ad vitam eſſe revocatam, &c.

S. PHILAST. Brix. Epiſc. *Lib. de Hæreſ. in Cat. hær. quæ ſub Apoſt. extiterunt. De Apollinariſtis loqui videtur, n. 22. ſub hoc titulo: Hæreſis animam veram Chriſtum non habuiſſe.* Alii ſunt, qui circa incorporationem aberrant, dicentes non animam veram hominis rationalem accepiſſe Salvatorem, ſed corpus ſolum hominis, & cum ſubtrahunt animam a corpore, veram denegant hominum ſalubritatem. Quomodo itaque poteſt dici anima, quæ non ſumpta eſt a Salvatore? (*forte*, animam non
Mtt. 26. 38. ſumptam eſſe a Salvatore?) cum Salvator dicat: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.* Alioqin anima dici non potuit, niſi eſſet in eo cujus cauſa advenerat: itaque hæc utraque in comparatione Salvatoris, id eſt, corpus & anima, quæ pro noſtra ſalute dignatus eſt ſumere: ſcire nos convenit, quod & animam veram hominis habuit intellectum habentem, & corpus hominis, ſenſum carnalem itidem, ut & dolere poſſit corpore, & emori, &c.

N. 23. Tropitæ ſunt, qui dicunt converſum Verbum in carnem, non intelligentes quod ait Apoſtolus
Joh. 1. 14. Johannes: *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Non attendentes, quod Verbum eſt immutabile, & inconvertibile, id eſt, Deus Dei Filius: caro autem quam accepit pro noſtra ſalute, ipſe eam formando aſſumpſit, & induit noſtræ cauſa incapacitatis, &c.

N. 44. Alia eſt hæreſis, quæ dicit divinitatem doluiſſe, cum caro pateretur in cruce conjuncta divinitati: errans in eo quod divinitas pati non poteſt naturaliter, nec teneri, neque videri, &c.

S. AUG. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum, num.* 55. Apollinariſtas Apollinaris inſtituit, qui de anima Chriſti a Catholica diſſenſerunt, dicentes, ſicut Ariani, Deum Chriſtum carnem ſine anima ſuſcepiſſe. In qua quæſtione teſtimoniis Evangelicis victi, mentem, qua rationalis eſt anima hominis, defuiſſe animæ Chriſti, ſed pro hac ipſum Verbum in eo fuiſſe dixerunt. De ipſa vero ejus carne ſic a recta fide diſſenſiſſe perhibentur, ut dicerent carnem illam & Verbum unius ejuſdemque ſubſtantiæ contentioſiſſime aſſeverantes, Verbum carnem factum, hoc eſt, Verbi aliquid in carnem fuiſſe converſum atque mutatum, non autem carnem de Mariæ carne fuiſſe ſuſceptam.

SOCRATES *Hiſt. Eccl. l.* 2. *c.* 46. Laodiceæ in Syria duo erant viri eodem nomine nuncupati, pater & filius. Uterque enim Apollinaris dicebatur. Et pater quidem Presbyteri gradum in Eccleſia obtinebat: filius vero Lectoris fungebatur officio. Ambo Græcarum diſciplinarum magiſtri. Pater Grammaticam docebat: filius Rhetoricam. Pater oriundus fuit Alexandria. Cumque Beryti primum docuiſſet, poſtea Laodiceam migraverat, atque ibi ducta uxore, filium ex ea ſuſceperat Apollinarem. Florebat eodem tempore una cum illis Epiphanius Sophiſta. Cui cum eſſent arctiſſimo amicitiæ vinculo conjuncti, omni ſtudio fovebant. Theodotus vero Laodicenus Epiſcopus, veritus ne aſſidua hominis conſuetudine paulatim ad Gentilium ſuperſtitionem delaberentur, vetuit ne ad illum ventitarent. At illi parvi pendentes Epiſcopum, amicitiam Epiphanii conſtanter retinuerunt. Poſt hæc Georgius ſucceſſor Theodoti, ab Epiphanii conſuetudine eos avellere conatus, cum id illis perſuadere non potuiſſet, utrumque communione mulctavit. Id factum Apollinaris filius contumeliæ loco duxit: & ſophiſtica dicendi facultate fretus, novam ipſe quoque hæreſim condidit, quæ ab auctoris nomine appellata etiamnum viget. Sunt qui dicunt, illos a Georgio diſſenſiſſe, non tam ob cauſam ſupra commemoratam, quam quod illum viderent abſurda docentem: & nunc quidem profitentem, Filium Patri ſimilem eſſe, quemadmodum in Seleucienſi Concilio convenerat: nunc vero in Arii ſententiam deflectentem. Hanc igitur ſpecioſam cauſam prætendentes, ab eo diſceſſerunt. Sed cum nemo illos ſectaretur, novam quamdam religionis ſpeciem inducere cœperunt. Et initio quidem dicebant, hominem abſque anima a Deo Verbo aſſumptum eſſe in diſpenſatione incarnationis. Poſtea vero tamquam pœnitentia ducti ac priſtinum emendantes errorem, adjecerunt animam quidem aſſumptam eſſe, ſed quæ mentem non haberet: Deum PARS I.
autem Verbum mentis loco eſſe in homine aſſumpto. In SECT. II.
hoc igitur ſolo a Catholicis diſſidere ſe dicunt qui ab il- CAP. III.
lorum nomine vocantur Apollinariſtæ. Nam Trinita- §. 10.
tem quidem conſubſtantialem eſſe profitentur.

Lib. 3. *c.* 16. Lex Imperatoris Juliani, qua Chriſtianos Græcorum diſciplinis inſtitui vetabat, duos illos Apollinares, quorum ſuperius mentionem fecimus, multo quam antea illuſtriores reddidit. Nam cum uterque humaniorum diſciplinarum peritia eſſet inſtructus: pater quidem Grammaticæ, filius autem Rhetoricæ, ambo plurimum utilitatis eo tempore Chriſtianis attulerunt. Pater enim utpote Grammaticus, artem Grammaticam ad Chriſtianæ religionis formam compoſuit, & Moyſis libros heroico carmine interpretatus eſt. Alios prætera veteris Inſtrumenti libros, qui hiſtoriarum more conſcripti ſunt, partim dactylico carmine expoſuit, partim ad formam tragœdiæ perſonis adhibitis elaboravit. Omnique numerorum genere de induſtria uſus eſt, ne qua Græcanicæ locutionis forma Chriſtianis nova atque inaudita relinqueretur. Junior autem Apollinaris in arte dicendi valde exercitatus, Evangelia & Apoſtolorum ſcripta ad formam dialogorum expoſuit, exemplum Platonis apud Græcos ſecutus. Ad hunc modum cum Chriſtianæ Religioni utiles ſe præbuiſſent, Imperatoris calliditatem ſuo labore ſuperarunt.

SOZOM. *Hiſt. Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 25. Eodem tempore Apollinaris, hæreſis ab ipſo cognominatæ ducem palam ſe præbuit: multoſque ab Eccleſiæ corpore abducens, ſeorſum collegit. Quem quidem in ſtabilienda hæreſi adjuvit Vitalis, Presbyter Antiochenus ex Meletii clero: vir præ cæteris ob vitæ ac diſciplinæ ſeveritatem illuſtris, & in regendis iis quibus præerat ſedulus, eadem de cauſa plebi venerabilis. Verum paulo poſt, cum ſe a communione Meletii disjunxiſſet, Apollinari adhæſit: iiſque qui Antiochiæ eamdem opinionem ſectabantur præfuit, ob vitæ ſuæ ſanctimoniam haud paucos auditores habens, qui ab ipſo cognomentum ſortiti, Vitaliani etiamnum ab Antiochenſibus appellantur. Huc autem prolapſus eſſe dicitur ex offenſione animi, eo quod deſpectus fuiſſet a Flaviano, tunc Compresbytero, poſtea vero Antiochenſis Eccleſiæ Epiſcopo: a quo prohibitus fuerat ne Epiſcopum more ſolito videret. Contemni enim ſe arbitratus, humani quidpiam paſſus eſt: & ad Apollinarem trangreſſus, ſocietatem & amicitiam cum eo junxit. Abhinc in aliis quoque civitatibus ſeparatim conventus agere cœperunt ſub Epiſcopis ſuæ ſectæ, & ritibus uſi ſunt ab Eccleſia Catholica alienis: præter ſacros Hymnos qui in Eccleſia cani ſolent, cantica quædam numeris aſtricta pſallentes, quæ ab Apollinare erant excogitata. Namque hic præter reliquam eruditionem, Poetices quoque & omnis generis carminum gnarus, multi eiuſmodi oblectamento captis, ut ipſi adhærerent perſuaſit. Denique viri in conviviis, & dum opus facerent, mulieres vero inter texendum, cantica ejus pſallebant. Etenim pro labore atque otio, pro diebus feſtis ac reliquis omnibus, brevia quædam compoſuerat carmina, cuncta ad laudem divini numinis ſpectantia. Primus autem Damaſus Epiſcopus urbis Romæ & una cum illo Petrus Alexandrinus Antiſtes, cum hanc hæreſim latius ſerpere intellexiſſent, Concilio Romæ congregato, eam ab Eccleſia Catholica alienam eſſe decreverunt. Ceterum ipſe quoque Apollinaris, ex infirmitate animi ad dogmatum novitatem ſimili modo prolapſus eſſe dicitur, ob hujuſmodi cauſam. Nam cum Athanaſius Epiſcopus Eccleſiæ Alexandrinæ, poſt exilium quod regnante Conſtantino pertulerat, redire in Ægyptum juſſus eſſet, ei per Laodiceam tranſeunti familiaris & amicus factus eſt Apollinaris. Sed quoniam communicare cum Athanaſio ſceleſtum habebatur ab Arianis, ex quorum numero erat Georgius urbis illius Epiſcopus; idcirco Apollinaris cum contumelia pulſus eſt Eccleſia, utpote qui contra regulas legeſque ab Epiſcopis latas, cum Athanaſio congreſſus fuiſſet. Hæc igitur illi objecit Georgius, ſimulque alia delicta quæ per pœnitentiam obliterata erant, exprobravit. Nam quo tempore Theodotus deceſſor Georgii, Laodicenam regebat Eccleſiam, cum Epiphanius Sophiſta nobilis Hymnum in laudem Bacchi recitaret, Apollinaris qui eo præceptore utebatur, erat enim adhuc adoleſcens, ei recitationi interfuit, una cum patre ejuſdem cum ipſo nominis, qui Grammaticus erat non obſcurus. Cumque Epiphanius in ipſo carminis exordio, ſicut moris eſt iis qui ejuſmodi Hymnos publice recitant, cunctos prophanos homines nec ſacris illis initiatos, foras abire

juſ-

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 10.

Ambroſius, Fulgentius, &c. Damnati ſunt Apollinariſtæ in Synodis habitis Alexandriæ an. 362. Romæ an. 373. Antiochiæ an. 378. demum Conſtantinopoli an. 381. quæ Sinodus fuit œcumenicarum altera.

PRISCILLIANISTÆ ſic dicti a *Priſcilliano* viro nobili & diviti Cæſarauguſtano in Hiſpania. Sectam condiderunt conflatam partim ex Gnoſticorum, partim & Manichæorum, partim & Sabellianorum blaſphemiis, flagitia ſua & errores ſummo ſtudio occultabant, ideoque licitum eſſe mendacium & perjurium aſſerebant. Hoc ſolemne horum effatum fuit:

Jura, perjura, ſecretum prodere noli. (R)

Mul-

juſſiſſet, nec junior Apollinaris, nec ſenior, nec illus omnino ex Chriſtianis qui aderant, diſceſſit ea auditorio. Id cum reſciviſſet Theodotus Epiſcopus, graviter commotus eſt. Ac reliquos quidem qui ex plebe erant, leviter objurgatis veniam conceſſit. Utrumque autem Apollinarem publice convictum, Eccleſia ejecit. Erant enim Clerici: pater quidem Presbyter; filius vero Lector ſacrarum Scripturarum. Aliquanto poſt tempore elapſo, eum in lacrymis ac jejuniis pœnitentiam delicto ſuo congruentem egiſſent, Theodotus eos denuo ſuſcepit. Ubi vero Georgius Epiſcopatum illum ſortitus eſt, & Apollinaris, at jam diai, congreſſum illum habuit cum Athanaſio, a communione eum excluſit Georgius, & alienum ab Eccleſia pronuntiavit, & Apollinaris quidem ſæpenumero eum rogaſſe dicitur, ut in communionem reciperetur. Sed cum eum flectere non poſſet, dolore ſuperatus, Eccleſiam turbare, & dogmatum novitatem, ſupradictam videlicet hæreſim, inducere aggreſſus eſt: ea arte qua plurimum valebat, dicendi ſcilicet facultate, inimicum ulciſcens; & quod hominem in ſacrarum Literarum doctrina præſtantiorem ipſe inferior depoſuiſſet, redarguens. Ita privatæ inter Clericos inimicitiæ, Eccleſiam ſubinde maximo detrimento affecerunt, & Chriſtianam religionem varias in ſectas diſciderunt. Cujus rei argumentum hinc ſuppetit. Nam ſi Georgius pœnitentem ſuſcepiſſet Apollinarem, perinde ac Theodotus, hæreſis illa quæ ab ejus nomine nuncupata eſt, hodie ut opinor non extaret. Natura enim ita comparati ſunt homines, ut deſpecti quidem inſoleſcant, & contentioni ac rebus novis ſtudeant: ubi vero æquum adepti ſunt, moderate ſe gerant, & in eodem ſtato permaneant.

Cap. 27. verſus finem. Quod ſi quis accuratam hujuſmodi rerum notitiam deſiderat, ex iis quæ ipſi, vel quæ alii de ipſis ſcripſerunt, plura poterit cognoſcere. Neque enim mihi facile eſt aut intelligere illa, aut exponere. Ceterum quod dogmata iſta non prævaluerint, nec ad multos permanarint, præter eas cauſas quas ſupra dixi, Monachis potiſſimum ut arbitror adſcribendum eſt. Nam quotquot in Syria & Cappadocia, & circumſitis provinciis monaſticam philoſophiam ſectabantur, Nicenæ Synodi decretis mordicus adhærebant. Parum certe abfuit quin Orientis omnes provinciæ, a Cilicia uſque ad Phœnicem, Apollinaris hæreſim amplecterentur. Eunomii autem hæreſis, a Cilicia & monte Tauro ad Helleſpontum uſque & Conſtantinopolim, cuncta propemodum occupavit. Uterque enim tum eos apud quos morabantur, tum eorum finitimos, in ſuam ſententiam facile perduxerunt. Idem porro iſtis accidit, quod antea Arianis acciderat. Populus enim in illis regionibus, cum Monachos quos ſupra diximus, ob virtutem atque opera valde admiraretur, recte illos ſentire exiſtimabat: eos vero qui aliter ſentirent, tamquam adulterinis opinionibus inquinatos, averſabantur. Quemadmodum olim Ægyptii Monachorum ſuorum doctrinam ſecuti, Arianis fortiter reſtiterant.

THEODORET. *Epiſt. 104. ad Flavian. Epiſc. Conſtantinop.* Qui Arium ſectantur & Eunomium, Deum Verbum aiunt carnem dumtaxat aſſumpſiſſe, animæque vices ipſummet in corpore ſuppleviſſe. Apollinaris autem animatum quidem corpus dominicum vocat, ſed mentem peractæ ſalutis exſortem facit, neſcio unde animæ mentiſque diviſionem edoctus. At divinorum Apoſtolorum diſciplina animam ratione & intelligentia præditam (*Verbum*) cum carne aſſumpſiſse docet.

Hiſt. Eccl. lib. 5. c. 3. Poſtquam Antiochiæ populum in duas jam factiones diviſum quod multi Paulino, plures Meletio adhærerent, deſcripſit. Præter hos, (*inquit*) tertiæ claſſis ducem ſe præbuit Apollinaris Laodicenus, qui induta perſona pietatis, cum Apoſtolica dogmata tueri viſus eſset, poſtmodum hoſtis apparuit. De divina ſiquidem natura perverſe ratiocinatus eſt quoſdam in ea dignitatum gradus conſtituens: & Incarnationis myſterium imperfectum fingere auſus eſt, animamque rationalem, cui corporis tradita eſt moderatio, indultæ ſalutis exſortem fuiſse affirmavit. Cum hanc enim, ut ipſa ait, Deus Verbum non adſumpſerit, neque medicinam illi præbuit, neque honorem impertiit: ſed corpus quidem terrenum ab inviſibilibus poteſtatibus adoratur, anima vero, ad imaginem Dei condita, infra manſit peccati dedecore circumfuſa. Multa inſuper alia falſo & cœco mentis errore congeſſit. Nam interdum ipſe quoque carnem ex ſancta Virgine ſumptam eſse confitebatur: interdum hanc ſimul cum Deo Verbo e cælo deſcendiſſe ait: interdum ipſum carnem eſse factum, ſed a nobis nihil accepiſse. Sed & alias fabulas nugaſque divinis promiſſionibus adjunxit... Talia ille cum doceret, non ſuos dumtaxat contaminavit, ſed quoſdam etiam ex noſtris eadem labe infecit. Poſtea enim, ſuam ipſi cernentes tenuitatem, & Eccleſiæ ſplendorem conſiderantes, conjuncti quidem ſunt omnes, paucis exceptis, & communionem Eccleſiaſticam acceperunt, morbum tamen, quo antea laborabant, non exuerunt, ſed hoc ipſo multos qui ſani olim fuerant corruperunt. Ex hac radice in Eccleſiis natum eſt, quod una carnis & divinitatis natura dicitur, quodque divinitati Unigeniti paſſio adſcribitur, & alia id genus, de quibus populorum Sacerdotumque certamina extiterunt. Verum hæc quidem poſtea contigere. Tunc vero Antiochiam ingreſſo Sapore Magiſtro militum, & Imperatoris legem proferente, affirmabat Paulinus ſe Damaſi partium eſse: idemque ipſum affirmabat morbum ſuum celans Apollinaris. At divinus Meletius illorum ſpernens contentionem, intra quietem ſe continebat. Flavianus vero ille ſapientiſſimus, qui in Presbyterorum adhuc numero cenſebatur... ad Apollinarem converſus, Demiror, te inquit, o amice, tam impudenter repugnare veritati, idque eum exploratum habeas, Damaſum perfectam a Deo Verbo adſumptam eſſe naturam noſtram profiteri: tu vero contraria docere non deſinis. Mentem quippe noſtram ſaluti exſortem. Quod ſi hæc accuſatio noſtra falſa eſt, vel nunc falſam probatam abs te novitatem ejura & Damaſi doctrinam amplectere, tum divinas ædes obtine.

Cap. 4. Apollinaris vero ab Eccleſiarum gubernatione repulſus, aperte deinceps novam ſuam doctrinam prædicare, ducemque ſeipſam hæreſeos profiteri. Morabatur is quidem ut plurimum Laodiceæ: Antiochiæ tamen jam antea ordinarat Vitalem, vitæ ſane honeſtate inſignem, Apoſtolicisque dogmatibus innutritum, ſed erroris poſtea labe inquinatum.

Hæret. fabul. lib. 4. num. 8. Apollinarius vero Laodicenus in nonnullis quidem ſcriptis ſuis doctrinam de Trinitate non violavit, ſed ſicut nos, & unam divinitatis ſubſtantiam, & tres hypoſtaſes prædicavit: in quibuſdam autem gradus dignitatum definivit, ſeipſum divinæ diſtributionis diviſorem conſtituens. Ejus enim inventum eſt illud, magnum, majus, maximum: quaſi magnus quidem ſit Spiritus, major vero Filius, maximus Pater. Quid porro his magis ridiculum eſse poſſit? Si enim unam Trinitatis ſubſtantiam revera dicit, quo pacto eamdem & parvam & magnam exiſtimavit? In corporibus enim quantitas & quantitatis modus ejuſmodi menſuras efficiunt: natura vero ab his libera nec horum menſuras admittit... In quibuſdam ergo hic rurſus libris ſuis perſonarum proprietates confudit, idemque in Trinitate præſtitit, quod in Incarnatione auſus fuit. Unde & Sabellianiſmi inſimulatus eſt, & incarnatum Deum Verbum dixit corpore aſsumpto & anima, non rationali, ſed rationis experte, quam naturalem ſeu vitalem quidam vocant. Mentem quoque aliud eſse ſtatuens, quam animam, minime aſsumptam ait fuiſse, ſed divinam ſuffeciſse naturam ad uſum mentis explendum. Nec animadvertit ſapientiſſimus, quod ne corpore quidem opus habuiſset ſi noluiſset, ſed etiam ſine corpore, ſicut olim Patriarchis, viſus eſset.

N. 9. Polemius vero quidam, ex hujus ſcriptis anſam nactus, & ſubſtantiarum confuſionem factam dixit, & commixtionem divinitatis & corporis. Inde Polemianorum hæreſis nata eſt. Sed & alii quidam ex cœtu Apollinaris, corpus Domini de cælis deſcendiſse dixerunt: & cum diverſa in ejus ſcriptis dogmata offenderent, hæc iſtis, aliis alia placuerunt.

(R) S. AUG. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum*, n. 70. Priſcillianiſtæ, quos in Hiſpania Priſcillianus inſtituit, maxime Gnoſticorum & Manichæorum dogmata

per-

Multa de iis ſcripſit Sulpicius Severus libro altero Hiſtoriæ ſacræ. Scripſit adverſus eos Sanctus Auguſtinus libros de Mendacio. Eos Sanctus Hieronymus ait totius orbis fuiſſe auctoritate damnatos.

permixta ſectantur. Quamvis & ex aliis hæreſibus in eos ſordes tamquam in ſentinam quadam horribili confuſione confluxerint. Propter occultandas autem contaminationes & turpitudines ſuas habent in ſuis dogmatibus & hæc verba: *Jura, perjura, ſecretum prodere noli.* Hi animas dicunt ejusdem naturæ atque ſubſtantiæ, cujus eſt Deus, ad agonem quemdam ſpontaneum in terris exercendum, per ſeptem cælos & per quosdam gradatim deſcendere principatus, & in malignum principem incurrere, a quo iſtum mundum factum volunt, atque ab hoc principe per diverſa carnis corpora ſeminari. Adſtruunt etiam fatalibus ſtellis homines colligatos, ipſumque corpus noſtrum ſecundum duodecim ſigna cæli eſſe compoſitum, ſicut hi qui Mathematici vulgo appellantur, conſtituentes in capite Arietem, Taurum in cervice, Geminos in humeris, Cancrum in pectore, & cetera nominatim ſigna percurrentes, ad plantas usque perveniunt, quas Piſcibus tribuunt, quod ultimum ſignum ab Aſtrologis nuncupatur. Hæc & alia fabuloſa, vana, ſacrilega, quæ perſequi longum eſt, hæreſis iſta contexit. Carnes tamquam immundas eſcas etiam ipſa devitat: conjuges, quibus hoc malum potuerit perſuadere, disjungens, & viros a nolentibus feminis, & feminas a nolentibus viris. Opificium quippe omnis carnis non Deo bono & vero, ſed malignis angelis tribuunt: hoc verſutiores etiam Manichæis, quod nihil Scripturarum canonicarum repudiunt, ſimul cum apocryphis legentes omnia & in auctoritatem ſumentes, ſed in ſuos ſenſus allegorizando evertentes quidquid in ſanctis libris eſt quod eorum evertat errorem. De Chriſto Sabellianam ſectam tenent, eumdem ipſum eſſe dicentes, non ſolum Filium, ſed etiam Patrem, & Spiritum ſanctum.

Sulpicius Severus *Sacr. Hiſtor. lib. 2. paulo ante finem.* Sequuntur tempora ætatis noſtræ gravia & periculoſa, quibus non uſitato malo pollutæ Eccleſiæ, & perturbata omnia. Namque tum primum infamis illa Gnoſticorum hæreſis intra Hiſpanias deprehenſa, ſuperſtitio exitiabilis arcanis occultata ſecretis. Origo iſtius mali oriens ab Ægyptiis. Sed quibus ibi initiis coaluerit, haud facile eſt diſſerere. Primus eam intra Hiſpanias Marcus quidam intulit, Ægypto profectus, Memphis ortus: hujus auditores fuere, Agape quædam non ignobilis mulier, & Rhetor Helpidius. Ab his Priſcillianus eſt inſtitutus, familia nobilis, prædives opibus, acer, inquies, facundus, multa lectione eruditus; diſſerendi ac diſputandi promptiſſimus. Felix profecto, ſi non pravo ſtudio corrupiſſet optimum ingenium! Prorſus multa in eo animi & corporis bona cerneres, vigilare multum, famem ac ſitim ferre poterat, habendi minime cupidus, utendi parciſſimus, ſed idem vaniſſimus, & plus juſto inflatior profanarum rerum ſcientia. Quin & magicas artes ab adoleſcentia exercuiſſe creditum eſt. Is ubi doctrinam exitiabilem aggreſſus eſt, multos nobilium, pluresque populares auctoritate perſuadendi, & arte blandiendi allicuit in ſocietatem. Ab hoc mulieres novarum rerum cupidæ fluxa fide, & ad omnia curioſo ingenio, catervatim ad eum confluebant. Quippe humilitatis ſpeciem ore, & habitu prætendens, honorem ſui & reverentiam cunctis injecerat. Jamque paulatim perfidiæ iſtius tabes pleraque Hiſpaniæ pervaſerat: quin & nonnulli Epiſcoporum depravati, inter quos Inſtantius & Salvianus, Priſcillianum non ſolum conſenſione, ſed ſub quadam etiam conjuratione ſuſceperant. Quo Hyginus Epiſcopus Cordubenſis ex vicino agens comperto, ad Idacium Emeritæ civitatis Sacerdotem refert. Is vero ſine modo, & ultra quam oportuit, Inſtantium ſociosque ejus laceſſens, facem quamdam naſcenti incendio ſubdidit; ut exaſperaverit malos potius quam compreſſerit. Igitur poſt multa inter eos, & digna memoratu certamina, apud Cæſaraugustam Synodus congregatur: cui tum etiam Aquitani Epiſcopi interfuere. Verum Hæretici committere ſe judicio non auſi, in abſentes tum lata ſententia, damnatique Inſtantius & Salvianus Epiſcopi, Helpidius & Priſcillianus laici. Additum etiam, ut ſi quis damnatos in communionem recepiſſet, ſciret in ſe eamdem ſententiam promendam. Atque id Ithacio Soſſubenſi Epiſcopo negotium datum, ut decretum Epiſcoporum in omnium notitiam deferret, maximeque Hyginum extra communionem faceret: qui cum primus omnium inſectari palam Hæreticos cœpiſſet, poſtea turpiter depravatus, in communionem eos recepit. Interim Inſtantius & Salvianus damnati judicio Sacerdotum, Priſcillianum etiam laicum, ſed principem malorum omnium, una ſecus Cæſaraugustana Synodo notatum, ad confirmandas vires ſuas Epiſcopum in Labilenſi oppido conſtituunt: rati nimirum, ſi hominem acrem & callidum Sacerdotali auctoritate armaſſent, tutiores fore ſeſe. Tum vero Idacius atque Ithacius acrius inſtare, arbitrantes poſſe inter initia malum comprimi; ſed parum ſanis conſiliis ſæculares Judices adeunt, ut eorum decretis atque executionibus, Hæretici urbibus pellerentur. Igitur poſt multa & fœda Idacio ſupplicante, elicitur a Gratiano tum Imperatore reſcriptum, quo univerſi Hæretici excedere non Eccleſiis tantum aut urbibus, ſed extra omnes terras propelli jubebantur. Quo comperto, Gnoſtici diffiſi rebus ſuis, non auſi judicio certare, ſponte ceſſere qui Epiſcopi videbantur, ceteros metus diſperſit. At tum Inſtantius & Salvianus Romam profecti, ut apud Damaſum urbis ea tempeſtate Epiſcopum objecta purgarent. Sed iter eis præter interiorem Aquitaniam fuit: ubi tum ab imperitis magnifice ſuſcepti, ſparſere perfidiæ ſemina, maximeque Eluſanam plebem, ſane tum bonam & religioni ſtudentem pravis prædicationibus pervertere. A Burdigala per Delphinum repulſi, tamen in agro Euchrociæ aliquantiſper morati, infecere nonnullos ſuis erroribus. Inde iter cœptum ingreſſi, turpi ſane, pedibundoque comitatu, cum uxoribus atque alienis etiam feminis, in queis erat Euchrocia, ac filia ejus Procula; de qua fuit in ſermone hominum, Priſcilliani ſtupro gravidam, partum ſibi graminibus abegiſſe. Hi ubi Romam pervenere, Damaſo ſe purgare cupientes, ne in conſpectum quidem ejus admiſſi ſunt. Regreſſi Mediolanum, æque adverſantem ſibi Ambroſium repertum: Tum vertere conſilia, ut quia duobus Epiſcopis, quorum ea tempeſtate ſumma auctoritas erat, non illuſerant, largiendo & ambiendo ab Imperatore cupita extorquerent; ita corrupto Macedonio, tum Magiſtro officiorum, reſcriptum eliciunt, quo calcatis quæ prius decreta erant, reſtitui Eccleſiis jubebantur. Hoc freti Inſtantius & Priſcillianus, repetivere Hiſpanias: nam Salvianus in urbe obierat. Ac tum ſine ullo certamine Eccleſias quibus præfuerant, recepere. Verum Ithacio ad reſiſtendum non animus, ſed facultas defuit: quia Hæretici corrupto Volventio Proconſule, vires ſuas confirmaverant. Quin etiam Ithacius ab his quaſi perturbator Eccleſiarum reus poſtulatus, juſſusque per atrocem executionem deduci, trepidus profugit ad Gallias. Ibi Gregorium Præfectum adit. Qui compertis quæ geſta erant, rapi ad ſe turbarum auctores jubet, ac de omnibus ad Imperatorem refert, ut Hæreticis viam ambiendi præcluderet. Sed id fruſtra fuit: quia per libidinem & potentiam paucorum, cuncta ibi venalia erant. Igitur Hæretici ſuis artibus, grandi pecunia Macedonio data, obtinent, ut Imperiali auctoritate Præfecto erepta cognitio, Hiſpaniarum Vicario cederet: nam jam Proconſulem habere deſierant. Miſſique a Magiſtro Officiales, qui Ithacium tum Treveris agentem ad Hiſpanias retraherent. Quos ille callide fruſtratur: ac poſtea per Pritannium Epiſcopum defenſus, illuſit. Jam rumor inceſſerat Clementem Maximum intra Britannias ſumpſiſſe Imperium, ac brevi in Gallias erupturum. Ita tum Ithacius ſtatuitur, licet rebus dubiis, novi Imperatoris adventum expectare: interim ſibi nihil agitandum. Igitur ubi Maximus oppidum Treverorum victor ingreſſus eſt, ingerit preces plenas in Priſcillianum ac ſocios ejus invidiæ atque criminum. Quibus permotus Imperator, datis ad Præfectum Galliarum atque ad Vicarium Hiſpaniarum litteris, omnes omnino quos labes illa involverat, deduci ad Synodum Burdigalenſem jubet. Ita deducti Inſtantius & Priſcillianus: quorum Inſtantius prior juſſus cauſam dicere, poſtquam ſe parum expurgabat, indignus eſſe Epiſcopatu pronuntiatus eſt. Priſcillianus vero ne ab Epiſcopis audiretur, ad principem provocavit, permiſſumque id noſtrorum inconſtantia: quia aut ſententiam in refragantem ferre debuerant, aut ſi hi ipſi ſuſpecti habebantur, aliis Epiſcopis audientiam reſervare, non cauſſam Imperatori de tam manifeſtis criminibus permittere. Ita omnes quos cauſa involverat ad Regem deducti. Secuti etiam accuſatores Idacius & Ithacius Epiſcopi: quorum ſtudium in expugnandis Hæreticis non reprehenderem, ſi non ſtudio vincendi plus

quam

Digitized by Google

tos. Et certe multis in Conciliis damnati ſunt: in Cæſaraugustano ann. 380. in Toletano primo ann. 400. in aliis Conciliis duobus tempore S. Leonis ſummi Pontificis habitis, quorum annus ignoratur. Demum in Braccarenſi ſecundo an. 569.

HELVIDIANI ſic dicti ab eorum duce *Helvidio* homine rudi & imperito, Auxentii Ariani diſcipulo. Virginis Deiparæ perpetuam virginitatem impugnarunt, exiſtimantes eos qui in Evangelio fratres Domini dicuntur, fuiſſe poſt Chriſti ortum a Maria ex Joſepho ſuſceptos. Ceterum non negabant Mariam in Chriſti partu Virginem permanſiſſe. Non præponendam eſſe virginitatem nuptiis

S aſſerebant. (S) Adverſus eum ſcripſit ſanctus Hieronymus, SS. quoque Auguſtinus & Epiphanius, qui hanc hæreſim reponunt inter eas quæ ab Eccleſia proſcriptæ ſunt.

JOVINIANISTÆ ducem habuerunt *Jovinianum* Monachum Mediolanenſem, quem vocat S. Hieronymus *Chriſtianorum Epicurum*. Is docuit ejuſdem eſſe apud Deum meriti Matrimonium cum viduitate & virginitate. Nihil prodeſſe jejunia & abſtinentiam a carnibus factam pænitentiæ cauſa, ſed ſuperſtitioſas eſſe obſervationes. Non poſſe hominem poſt baptiſmum peccare & a juſtitia excidere. Æqualem in omnibus Sanctis eſſe gloriam, nec alios aliis plus remunerari. Peccata omnia eſſe æqualia. Chriſtum Jeſu non eſſe de Virgine na-

T tum. (T) Hos errores acerrime confutavit S. Hieronymus. Scripſere quoque adverſus hos Hæreticos S. Ambroſius & S. Auguſtinus. Damnavit eos S. Syricius in Concilio Romæ habito an. 390. Poſteaque plurimæ latæ contra eos leges fuerunt ab Imperatoribus Theodoſio, Honorio & Arcadio. Proſcripti ſunt denuo hi errores a Concilio Tridentino, poſtquam eos fere omnes Calviniani renovarunt, ſpreta auctoritate Siricii, Auguſtini, Hieronymi, Ambroſii, totiuſque adeo Eccleſiæ quarti ſæculi. Ipſi tamen venerari ſe profitentur Eccleſiam ſeu priorum Eccleſiæ ſæculorum, nec verentur aſſerere idem ſe cum illa ſentire. Quis talem ferat audaciam?

COLLYRIDIANI, ſecta orta in Arabia ex paucis, & rudibus, nec fere niſi mulieribus conſtans. Virginem Deiparam ut Deum colebant, mulieres Sacerdotio fungi poſſe aſſerebant. (V) Hanc hære- V
ſim confutavit Sanctus Epiphanius, hæcque diu non viguit.

SÆCULUM QUINTUM.

Eccleſiam in hoc ſæculo hæreſi turbarunt in primis Vigilantius, Pelagiani, Semi-pelagiani, Neſtoriani, Eutychiani.

VIGILANTIUS Barcinonenſis Presbyter adverſus ſacrarum reliquiarum cultum & Sanctorum invocationem auſu temerario, & ſacrilego inſurrexit. Negavit Martyres pro nobis orare.

quam oportuit certaſſent. Ac mea quidem ſententia eſt, mihi tam reos quam accuſatores diſplicere. Certe Itacium nihil penſi, nihil ſancti habuiſſe definio; fuit enim audax, loquax, imprudens, ſumptuoſus, ventri & gulæ plurimum impertiens. Hic ſtultitiæ eo uſque proceſſerat, ut omnes etiam ſanctos viros, quibus aut ſtudium inerat lectionis, aut propoſitum erat certare jejuniis, tamquam Priſcilliani ſocios aut diſcipulos, in crimen arceſſeret. Auſus etiam miſer eſt ea tempeſtate Martino Epiſcopo, viro plane Apoſtolis conferendo, palam objectare hæreſis infamiam. Namque tum Martinus apud Treveros conſtitutus, non deſinebat increpare Ithacium, ut ab accuſatione deſiſteret: Maximum orare ut a ſanguine infelicium abſtineret: ſatis ſuperque ſufficere, ut Epiſcopali ſententia Hæretici judicati Eccleſiis pellerentur: novum eſſe & inauditum nefas, ut cauſſam Eccleſiæ Judex ſæculi judicaret. Denique quoadusque Martinus Treveris fuit, dilata cognitio eſt; & mox diſceſſurus, egregia auctoritate a Maximo elicuit ſponſionem, nihil cruentum in reos conſtituendi. Sed poſtea Imperator per Magnum & Ruſum Epiſcopos depravatus, & a mitioribus conſiliis deflexus, cauſam Præfecto Evodio permiſit, viro acri & ſevero. Qui Priſcillianum gemino judicio auditum, convictumque maleficii, nec diffitentem obſcenis ſe ſtuduiſſe doctrinis, nocturnos etiam turpium feminarum egiſſe conventus, nudumque orare ſolitum: nocentem pronunciavit, redegitque in cuſtodiam, donec ad Principem referret. Geſtis ad Palatium delatis, cenſuit Imperator Priſcillianum, ſociosque ejus capitis damnari oportere. Ceterum Ithacius videns, quam invidioſum ſibi apud Epiſcopos foret, ſi accuſator, etiam poſtremis rerum capitalium judiciis aſtitiſſet (etenim iterari judicium neceſſe erat) ſubtrahit ſe cognitioni, fruſtra, callido jam ſcelere perfecto. At tum per Maximum accuſator apponitur Patricius quidam, fiſci Patronus. Ita eo inſiſtente, Priſcillianus capitis damnatus eſt, unaque cum eo *alii* plures *in exilium miſſi* ... Hoc fere modo homines luce indigniſſimi, peſſimo exemplo necati, aut exiliis mulctati... Ceterum Priſcilliano occiſo, non ſolum non repreſſa eſt hæreſis, quæ illo auctore proruperat, ſed confirmata, latius propagata eſt. Namque ſectatores ejus, qui eum prius ut ſanctum honoraverant, poſtea ut Martyrem colere cœperunt. Peremptorum corpora ad Hiſpanias relata, magniſque obſequiis celebrata eorum funera. Quin & jurare per Priſcillianum ſumma religio putabatur. At inter noſtros perpetuum diſcordiarum bellum exarſerat, quod jam per quindecim annos fœdis diſſenſionibus agitatum, nullo modo ſopiri poterat. Et tunc cum maxime diſcordiis Epiſcoporum turbari aut miſceri omnia cernerentur, cunctaque per eos odio aut gratia, metu, inconſtantia, invidia, factione, libidine, avaritia, arrogantia, ſomno, deſidia eſſent depravata: poſtremo plures adverſus paucos bene conſulentes, inſanis conſiliis & pertinacibus ſtudiis certabant: inter hæc plebs Dei, & optimus quiſque probro atque ludibrio habebatur.

(S) S. AUG. *Lib. de Hæreſ. n.* 84. Helvidiani exorti ab Helvidio, ita virginitati Mariæ contradicunt, ut eam poſt Chriſtum alios etiam filios de viro ſuo Joſeph peperiſſe contendant. Sed mirum ni iſtos, prætermiſſo Helvidii nomine, Antidicomarianitas Epiphanius appellavit.

(T) S. HIERON. *adverſus Jovinian. Lib.* 1. *verſus initium*. Dicit (*Jovinianus*) viduas & maritatas, quæ ſemel in Chriſto lotæ ſunt, ſi non diſcrepent ceteris operibus, ejuſdem eſſe meriti. Nititur approbare eos, qui plena fide in baptiſmate renati ſunt, a diabolo non poſſe ſubverti. Tertium proponit inter abſtinentiam ciborum, & cum gratiarum actione perceptionem eorum, nullam eſſe diſtantiam. Quartum quod & extremum, eſſe omnium qui ſuum baptiſma ſervaverint, unam in regno cælorum remunerationem.

S. AUG. *lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum, num.* 82. A Joviniano quodam monacho iſta hæreſis orta eſt ætate noſtra, cum adhuc juvenes eſſemus. Hic omnia peccata ſicut Stoici Philoſophi paria eſſe dicebat, nec poſſe peccare hominem lavacro regenerationis acceptu, nec aliquid prodeſſe jejunia, vel a cibis aliquibus abſtinentiam. Virginitatem Mariæ deſtruebat, dicens eam pariendo fuiſſe corruptam. Virginitatem etiam ſanctimonialium, & continentiam ſexus virilis in ſanctis eligentibus cælibem vitam, conjugiorum caſtorum atque fidelium meritis adæquabat: ita ut quædam virgines ſacræ provectæ jam ætatis in urbe Roma, ubi hæc docebat, eo audito nupſiſſe dicantur. Non ſane ipſe vel habebat, vel habere volebat uxorem: quod non propter aliquod apud Deum majus meritum in regno vitæ perpetuæ profuturum, ſed propter præſentem prodeſſe neceſſitatem; hoc eſt, ne homo conjugales patiatur moleſtias diſputabat. Cito tamen iſta hæreſis oppreſſa & extincta eſt.

(V) S. EPIPHAN. *adverſus Antidicomarianitas Hæreſ.* 78. *num.* 23. Non ſine ingenti admiratione aliud quiddam accepimus: nonnullos videlicet in iis, quæ ad ſanctiſſimam Virginem ſpectant, eo amentiæ progreſſos, ut pro Deo nobis illam obtrudere vellent, ac de ea velut mente capti, & furioſi loquerentur. Ferunt enim mulierculas quaſdam in Arabia, quo e Thracia profectæ erant, novum illud dogmata commentas fuiſſe: adeo ut in Virginis nomen & honorem collyridem, ſive tortam panis

re. Miracula quæ ad ſepulcrum Martyrum fiebant irridebat. Ad ſepulcra Martyrum lampades accendi & fieri vigilias & pernoctationes nefas & ſuperſtitioſum eſſe effutiebat. Negabat anteponendum eſſe ſtatutum virginitatis aut continentiæ, matrimonio. Hos errores jam in Joviniano damnatos & a recentioribus Hæreticis renovatos ſummo ſtudio confutavit S. Hieronymus, cujus ea de re doctrinam univerſa Eccleſia ut ſuam amplexa eſt qualibet ætate. (A)

PELAGIUS & CÆLESTIUS auctores & duces fuere *Pelagianæ* hæreſeos. Cujus *Origenes*, *Theodorus Mopſueſtenus* Epiſcopus, & Rufinus Presbyter Aquilejenſis fuere veluti præcurſores. Pelagius patria Britannus, profeſſione Monachus fuit. Cæleſtius & vitam monaſticam profeſſus eſt: hujus patria incerta. Errores præcipui Pelagianorum hi fuere. Adamum mortalem factum a Deo, & ſive peccaret ſive non peccaret fuiſſe moriturum; ſibi ſolum ſuo peccato nocuiſſe, non poſteris; infantes nullius peccati originalis labe teneri: adeoque neceſſarium ad ſalutem non eſſe baptiſmum. Concupiſcentiam nihil habere mali. Nulla eſſe unquam peccata oblivionis vel ignorantiæ. Mortem ceteraſque hujus vitæ miſerias non eſſe peccati pœnas. Parvulos ſine baptiſmo morientes frui vita æterna a cæleſti beatitudine diſtincta: fatebantur enim non poſſe introire in regnum cælorum qui non fuerint baptizati. Libertatem hominis poſt peccatum non minus ſanam & integram eſſe quam fuerat in ſtatu innocentiæ. In hominis poteſtate eſſe vivere immunem ab omni cupiditate & libidine & non recto animi motu. Virtutes non eſſe Dei dona, ſed effectus mere naturales libertatis. Si forte gratiæ nomen & neceſſitatem admitterent, per hanc vocem nihil aliud intelligebant quam ipſam naturam & liberum arbitrium ſeu dona naturalis ordinis: aut gratias exteriores, verbi gratia, legem, doctrinam, bona exempla, miracula, dona linguarum, &c. aut gratiam quæ mentem interius illuminando afficeret, non autem quæ in voluntate reciperetur. Ad ſummum gratiam illam quæ non ſolum in mente, ſed etiam in voluntate reciperetur, utilem eſſe, non neceſſariam; poſſeque obtineri per bonum libertatis uſum ſine ullo auxilio interius cor afficiente. (B)

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 10.

Adverſus Pelagianos multa ſcripſit S. Hieronymus. Multos pro Eccleſia labores ad extirpandam ex Britannia hanc hæreſim pertulerunt vivente adhuc Pelagio Sanctus Germanus Antiſſiodorenſis & ſanctus Lupus Trecenſis, duo Eccleſiæ noſtræ Gallicanæ lumina. Sed nemo magis & felicius pro aſſerenda Chriſti gratia pugnavit adverſus ſuperbam hanc hæreſim, quam magnus Auguſtinus. Ad illam debellandam ſuſcitatum a Deo fuiſſe ſanctum hunc Doctorem jampridem agnovit Eccleſia. Et doctrinam illius de gratia doctrinam eſſe Eccleſiæ Romanæ declararunt ſæpius ſummi Pontifices qui ad noſtra tempora vixerunt, & poſtremus omnium Clemens IX. id ipſum prædeceſſorum exempla ſecutus lata adverſus hoſtes ſancti Auguſtini conſtitutione declaravit.

Multæ Synodi, multi ſummi Pontifices damnarunt

---

nis ſacrificantes offerant, & conventus habeant, in ſanctiſſimæ, inquam, Virginis nomen modum omnem prætergreſſos nefariam rem, & cum Dei contumelia conjunctam aggredi, hoc eſt in illius nomen per mulieres ſacrificia facere.

Adverſus Collyridianos Hæreſ. 79. num. 1 .... Etenim mulieres quædam currum, ſive ſellam quadratam adornantes, ac linteo deſuper extento, ſolemni tempore, per aliquot dies panem proponunt, & in Mariæ nomen offerunt. Tum ad unam omnes illo veſcuntur.

(A) S. HIERONYM. *adverſus Vigilantium, initio.* Exortus eſt ſubito Vigilantius, ſed verius Dormitantius, qui immundo ſpiritu pugnet contra Chriſti Spiritum, & Martyrum neget ſepulchra veneranda: damnandas dicit eſſe vigilias: nunquam niſi in Paſcha Alleluja cantandum: continentiam hæreſim: pudicitiam, libidinis ſeminarium ..... Ille Romanæ Eccleſiæ auctoritate damnatus, inter phaſides aves & carnes ſuillas non tam emiſit ſpiritum quam eructavit. Iſte caupo Calagurritanus... ſuæ venena perfidiæ Catholicæ fidei ſociare conatur, impugnare virginitatem, odiſſe pudicitiam, in convivio ſæcularium contra ſanctorum jejunia proclamare ... Proh nefas! Epiſcopos ſui ſceleris dicitur habere conſortes, ſi tamen Epiſcopi nominandi ſunt, qui non ordinant Diaconos, niſi prius uxores duxerint: nulli cœlibi credentes pudicitiam, imo oſtendentes quam ſancte vivant, qui male de omnibus ſuſpicantur: & niſi prægnantes uxores viderint clericorum, infanteſque de ulnis matrum vagientes, Chriſti ſacramenta non tribuunt.

(B) S. AUG. *Lib. de Hæreſ. ad Quodvultdeum, numer.* 88 Pelagianorum eſt hæreſis hoc tempore omnium recentiſſima a Pelagio monacho exorta. Quem magiſtrum Cæleſtius ſic ſecutus eſt, ut ſectatores eorum Cæleſtiani etiam nuncupentur. Hi Dei gratiæ, qua prædeſtinati ſumus in adoptionem filiorum per Jeſum Chriſtum in ipſum, & qua eruimur de poteſtate tenebrarum, ut in eum credamus atque in regnum ipſius transferamur, propter quod ait, *nemo venit ad me, niſi fuerit ei datum a patre meo*, & Joh 6. 44.
qua diffunditur caritas in cordibus noſtris, ut fides per dilectionem operetur, in tantum inimici ſunt, ut ſine hac poſſe hominem credant facere omnia divina mandata: cum ſi hoc verum eſſet, fruſtra Dominus dixiſſe videretur, *ſine me nihil poteſtis facere*. Joh. 15. 5.
Denique Pelagius a fratribus increpatus quod nihil tribueret adjutorio gratiæ Dei ad ejus mandata facienda, correptioni eorum hactenus ceſſit, ut non eam libero arbitrio præponeret, ſed infideli calliditate ſupponeret, dicens, ad hoc eam dari hominibus, ut quæ facere per liberum jubentur arbitrium, facilius poſſint implere per gratiam. Dicendo utique ut facilius poſſint, voluit credi, etiam ſi difficilius, tamen poſſe homines ſine gratia divina facere juſſa divina. Illam vero gratiam Dei, ſine qua nihil boni poſſumus facere, non eſſe dicunt niſi in libero arbitrio, quod nullis ſuis præcedentibus meritis ab illo accepit noſtra natura, ad hoc tantum ipſo adjuvante per ſuam legem atque doctrinam, ut diſcamus quæ facere, & quæ ſperare debeamus, non autem ad hoc per donum Spiritus ſui, ut quæ didicerimus eſſe facienda, faciamus. Ac per hoc divinitus nobis dari ſcientiam confitentur, qua ignorantia pellitur: caritatem autem dari negant, qua pie vivitur: ut ſcilicet cum ſit Dei donum ſcientia quæ ſine caritate inflat, non ſit Dei donum ipſa caritas, quæ ut ſcientia non inflet ædificat. Deſtruunt etiam orationes, quas facit Eccleſia, ſive pro infidelibus & doctrinæ Dei reſiſtentibus, ut convertantur ad Deum; ſive pro fidelibus, ut augeatur in eis fides, & perſeverent in ea. Hæc quippe non ab ipſo accipere, ſed a ſe ipſis homines habere contendunt, gratiam Dei qua liberamur ab impietate, dicentes ſecundum merita noſtra dari. Quod quidem Pelagius in Epiſcopali judicio Palæſtino damnari metuens, damnare compulſus eſt; ſed in poſterioribus ſuis ſcriptis hoc invenitur docere. In id etiam progrediuntur, ut dicant vitam juſtorum in hoc ſæculo nullum omnino habere peccatum, & ex his Eccleſiam Chriſti in hac mortalitate perfici, ut ſit omnino ſine macula & ruga, quaſi non ſit Chriſti Eccleſia, quæ toto terrarum orbe clamat ad Deum, *Dimitte nobis debita noſtra*. Par- Matt. 6.12.
vulos etiam negant, ſecundum Adam carnaliter natos, contagium mortis antiquæ prima nativitate contrahere. Sic enim eos ſine ullo peccati originalis vinculo aſſerunt naſci, ut prorſus non ſit quod eis oporteat ſecunda nativitate dimitti: ſed eos propterea baptizari, ut

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 10.

narunt Pelagianos. Damnavit primo Synodus Carthaginenſis anno 412. Synodus Dioſpolitana in Palæſtina anno 415. Altera Synodus Carthagine habita ann. 416. Synodus Milevitana anno eodem. Innocentius primus, ſummus Pontifex anno 417. poſt cujus decretum dixit ſanctus Auguſtinus hæc verba ſolemnia: *Cauſa finita eſt, utinam aliquando finiatur error*. Mortuus eſt paulo poſt Innocentius & ſucceſſorem habuit Zozimum, qui Cæleſtii & Pelagii fraudibus & mendaciis deceptus, eos abſolvit; ſcripſitque in eorum gratiam ad Epiſcopos Africæ. Hi habito frequenti Concilio Pelagium & Cæleſtium damnarunt anno 417. Scripſeruntque ad Zozimum, ut Hæreticorum artes detegerent. Aliam Synodum habuerunt anno ſequenti, in quo iterata Pelagianorum damnatio eſt. Zozimus acceptis Patrum Africanorum reſcriptis, habito longo examine, re mature diſcuſſa Pelagium & Cæleſtium eorumque ſectatores tandem damnavit, miſitque per totum orbem Epiſtolas quibus ſignificaret hujus damnationis decretum, cui ab omnibus cum veneratione & applauſu ſubſcriptum eſt. Multæ poſtea contra Pelagianos, variis in regionibus Synodi habitæ ſunt. Cæleſtinus I. ſupplicationem Pelagianorum poſtulantium convocari Synodum œcumenicam, rejecit, confirmavitque prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum ea de re decreta. Tandem Synodus Epheſina anno 431. habita, quæ eſt œcumenicarum tertia, quæ hactenus adverſus Pelagianos acta fuerant auctoritate ſua firmavit, editis canonibus duobus quibus anathemate damnantur omnes ſectatores Cæleſtii.

SEMIPELAGIANI orti ſunt ex cineribus Pelagianorum. Cum Catholicis admittebant peccatum originale, & gratiæ interioris neceſſitatem ad ſalutem conſequendam, (non tamen ad initium fidei, ut perperam tradidit Janſenius) ſed exiſtimabant poſſe propriis viribus hominem mereri fidem, & primam gratiam neceſſariam ad ſalutem. Adeoque, juxta eorum ſententiam, initium ſalutis ab homine eſt; cum juxta doctrinam Eccleſiæ, a Dei gratia ſit. Alios errores ex hoc fonte procedentes propugnabant, quorum confutationem legere licet in libris de Prædeſtinatione Sanctorum & de Dono perſeverantiæ quos ſcripſit ſanctus Auguſtinus.

Adverſus Semipelagianos ſcripſit ſanctus Auguſtinus ſub vitæ ſuæ finem. Poſt ejus mortem SS. Proſper, Fulgentius, Cæſarius Arelatenſis doctrinam ſancti Auguſtini atque adeo Eccleſiæ contra hos Hæreticos vendicarunt. Hanc Cæleſtinus I. Zozimi ſucceſſor aſſeruit ſcripta ad Galliarum Epiſcopos Epiſtola ann. 432. Anno 494. Gelaſius Summus Pontifex in Synodo Romana libros Fauſti & Caſſiani Semipelagianorum damnavit. Et ſancti Auguſtini libros auctoritate ſua confirmavit. Id quoque factum eſt ab Hormiſda Gelaſii ſucceſſore. Concilium Arauſicanum ſecundum anno 529. congregatum, cui præfuit ſanctus Cæſarius Arelatenſis, acceptas a Romana ſede ſententias ex ſancti Auguſtini libris ad verbum excerptas, adverſus Semipelagianos promulgavit. Idem præſtitit Valentina Synodus non multo poſt ab eodem Cæſario congregata, licet huic ipſe, adverſa valetudine prohibente, non interfuerit. Utriuſque Synodi decreta confirmavit Bonifacius II. cujus conſtitutionem univerſa Eccleſia ſequuta eſt.

NESTORIUS Patriarcha Conſtantinopolitanus dux fuit & auctor hæreſis *Neſtorianæ*, quæ tot turbas in Eccleſia concitavit, & viget etiamnum in Oriente. Duo præcipua fuere hujus hæreſeos capita.

Primum. Eſſe duas in Chriſto perſonas, & Filium Dei non eſſe conjunctum cum filio hominis unione quam Eccleſia hypoſtaticam vocant, ſed ſolum accidentali; adeoque Chriſtum non eſſe natura Filium Dei, ſed ſolum adoptione: nec proinde eſſe Deum, ſed templum Dei ſolummodo.

Alterum caput prioris conſectarium in eo poſitum erat, quod negaret B. Virginem eſſe Deiparam, utpote quæ genuiſſet purum hominem, inquiebat, qui in ſua propria perſona non eſſet Deus. (C)

C

Im-

regeneratione adoptati admittantur ad regnum Dei, de bono in melius tranſlati, non iſta renovatione ab aliquo malo obligationis veteris abſoluti. Nam etiam ſi non baptizentur, promittunt eis extra regnum quidem Dei, ſed tamen æternam & beatam quamdam vitam ſuam. Ipſum quoque Adam dicunt, etiam ſi non peccaſſet, fuiſſe corpore moriturum, neque ita mortuum merito culpæ, ſed conditione naturæ.

(C) SOCRATES *Hiſtor. Eccleſ. Lib. 7. capit. 29.* Poſt obitum Siſinnii .... placuit Imperatoribus neminem ex Eccleſia Conſtantinopolitana ad Epiſcopatum promovere ..... Peregrinum igitur hominem Antiochia evocare ſatius viſum eſt. Erat illic vir quidam nomine Neſtorius, ortus ea urbe Germanica, ſonora voce & expedita facundia. Atque idcirco illum tamquam idoneum ad docendum populum accerſere decreverunt. Elapſo itaque trium menſium ſpatio, Neſtorius Antiochia adducitur. Qui ob temperantiam quidem a plurimis prædicabatur. In reliquis vero quali ingenio & quibus moribus fuerit, ex prima ejus concione prudentiores quippe ſtatim deprehenderunt. Ordinatus enim die quarto idus Apriles, Felice & Tauro Conſulibus, illico coram univerſo populo Imperatorem alloquens, celebrem illam protulit dictionem. Da mihi, inquit, Imperator, terram Hæreticis purgatam, & ego tibi cælum retribuam. Mecum Hæreticos debella: ego Perſas tecum debellabo. Hæc verba licet quidam ex vulgo qui Hæreticos oderant, libenter amplexi ſint, iis tamen, ut dixi, qui interiorem animi ſenſum ex verbis conjicere norunt, perſpecta ſtatim fuit hominis levitas & violentia, cum inanis gloriæ ſtudio conjuncta: quippe qui ne breviſſimi quidem temporis moram ſuſtinens, in hujuſmodi verba prorupiſſet: & antequam ipſam, ut vulgo dicitur, civitatis delibaſſet aquam, acerrimum ſe perſecutorem oſtenderet. (*Nota Socratem Novatianum fuiſſe, & ob id Neſtorio infenſum.*) Quinto igitur poſt ordinationem ſuam die, Eccleſiam Arianorum, in qua occulte preces faciebant, ſubvertere aggreſſus, eos ad deſperationem coegit. Nam cum Eccleſiam ſuam everti cernerent, ipſi injecto igne eam combuſſerunt. Porro ignis ulterius ſerpens, contiguas etiam domos abſumpſit ..... Exinde vero incendiarium eum vocarunt non Hæretici ſolum, verum etiam ejuſdem cum illo fidei cultores. Non enim quieſcebat, ſed adverſus Hæreticos ſubinde calumnias ſtruens, civitatem quantum quidem in ipſo erat, ſubvertebat. Nam & Novatianos vexare conatus eſt, ſtimulante eum invidia, eo quod Paulus Novatianorum Epiſcopus religionis gratia ubique celebraretur. Verum Principes imperium illius ſuis admonitionibus repreſſerunt. Quantis autem malis Quartadecimanos per Aſiam, Lydiam & Cariam affecerit, & quam multi ejus cauſa apud Miletum, & Sardes ſeditione facta interierint, ſilentio tranſmittendum puto.

Cap. 31. Cæterum Neſtorius contra morem inſtitutumque Eccleſiæ ſe gerens, alios impulit ut ipſum in hujuſmodi rebus imitarentur ..... in Helleſponto Antonius quidam Germæ civitatis Epiſcopus, Neſtorio adverſus Hæreticos ſævienti morem gerens, Macedonianos acerbe exagitare cœpit, mandatum Patriarchæ defenſionis loco prætexens. Macedoniani ...... ſummiſſis quibuſdam hominibus

qui

qui juſtitiam libidini poſtponebant, eum interfecerunt. Cum hoc ſcelus perpetraſſent... Neſtorius... ſuaſit Imperatoribus, ut Eccleſiæ illis adimerentur... Accidit ergo, ut Neſtorius qui alios expellere ſatagebat, ipſe quoque Eccleſia exturbaretur ob hujusmodi cauſam.

Cap. 32. Erat familiaris Neſtorii Anaſtaſius Presbyter, qui una cum illo profectus fuerat Antiochia. Hunc Neſtorius magno in honore habebat, ejusque conſilio in rebus gerendis utebatur. Hic igitur Anaſtaſius quodam die cum in Eccleſia doceret, dixit hæc verba: Nemo Mariam vocet Deiparam. Maria enim homo fuit. Ex homine autem Deus naſci non poteſt. Id ubi auditum fuiſſet, multos tam ex clero, quam ex plebe, pariter conturbavit. Olim enim didicerant Chriſtum confiteri Deum, nec ullatenus ob ſuſceptam humanæ ſalutis diſpenſationem, eum tamquam hominem a divinitate ſe-
2. Cor. 5. 17. jungere: ſequentes doctrinam Apoſtoli ita dicentis: Etſi Chriſtum cognovimus ſecundum carnem, nunc tamen non cognoſcimus amplius... Cum ergo hac de re tumultus... in Eccleſia ortus eſſet, Neſtorius dictum Anaſtaſii confirmatum ſtudens: ſolebat enim eum quem ipſe tanti faceret, ut impie loquentem coargui: ipſe de hac controverſia ſubinde in Eccleſia diſſeruit: quæſtiones ea de re pervicaciter proponens, & vocem Deiparæ perpetuo rejiciens. Proinde cum hæc quæſtio ab aliis aliter excepta eſſet, diſſidium ortum eſt in Eccleſia. Ac veluti in nocturna quadam pugna temere dimicantes, modo hæc, modo illa dicebant, idem affirmantes pariter & negantes Neſtorium vero plerique in ea ſententia eſſe exiſtimabant, ut Dominum nudum eſſe hominem aſſereret, & Pauli Samoſatenſis ac Photini dogma in Eccleſiam inveheret. Verum hac de re tanta altercatio, tantusque tumultus eſt excitatus, ut opus fuerit generali Concilio.. Mihi quidem videtur Neſtorius, nec Paulum Samoſatenſem, nec Photinum imitatus: neque omnino nudum hominem Chriſtum dicere. Sed ſolam Deiparæ vocem velut larvam quamdam reformidat. Idque illi ex graviſſima contigit imperitia. Cum enim naturali facundia eſſet præditus, eruditus quidem videbatur, revera tamen erat indoctus. Libros etiam veterum Interpretum haudquaquam legere dignabatur. Arrogantia enim elatus ob dicendi facultatem, non ſatis accurate vetuſtioribus legendis operam dabat, ſed ſeipſum reliquis omnibus præſtare arbitrabatur. Primum igitur ignoravit in Catholica Johannis Epiſtola ita ſcriptum eſſe in antiquis exempla-
1. Joh. 4. 3. ribus: Omnis ſpiritus qui Jeſum a Deo ſeparat, non eſt ex Deo. Hanc enim ſententiam ex vetuſtis exemplaribus ſuſtulerunt ii, qui ab hominis diſpenſatione divinitatem ſeparare ſtudebant. Quamobrem & priſci Interpretes idipſum obſervaverunt; fuiſſe nimirum quoſdam qui hanc Epiſtolam depravarint, hominem a Deo ſejungere cupientes. Eſt quippe humanitas copulata divinitati: nec jam duo ſunt, ſed unum. Hoc teſtimonio freti veteres, Mariam Dei genitricem dicere non dubitarunt... Apparet igitur Neſtorium ſcripta veterum penitus ignoraſſe. Et ob eam cauſam, ut dixi, ſolam Deiparæ vocem impugnat. Chriſtum enim nudum hominem ab illo non dici... Homiliæ ab illo editæ ſatis docent... Ceterum ſtulta illa Neſtorii garrulitas orbem terrarum non mediocriter perturbavit.

Cap. 34. Quippe haud multo poſt Imperator, edicto propoſito omnes undique Epiſcopos ad civitatem Epheſiorum convocavit... Cyrillus Alexandrinus quibusdam quaſi ſermonum velitationibus pugnam exorſus eſt, Neſtorium ſtudens perterrere: quippe qui infenſo erga illum animo eſſet. Porro cum multi Chriſtum Deum eſſe confiterentur, Neſtorius dixit: Ego vero eum qui bimeſtris ac trimeſtris extitit, Deum appellare non poſſum. Atque idcirco mundus ſum a ſanguine veſtro, nec in poſterum amplius ad vos accedam. His dictis, congregari deinceps cœpit cum reliquis Epiſcopis qui ipſius ſententiam ſequebantur. Itaque Epiſcopi qui aderant, duas in partes diviſi ſunt. Et ii quidem qui cum Cyrillo erant, in Concilio reſidentes, Neſtorium evocarunt. Verum ille vocatus non paruit, uſque ad Johannis Antiochenſis adventum præſentiam ſuam differens. Tum Cyrillus & qui cum eo erant, lectis ſæpius concionibus quas de iſta quæſtione Neſtorius ad populum habuerat, cum ex earum lectione judicaſſent, Neſtorium conſtanter de Filio Dei impie locutum eſſe, eum depoſuerunt. Quo facto, illi qui cum Neſtorio erant alio ſeorſum Concilio congregato, Cyrillum & una cum illo Memnonem Epheſinæ urbis Epiſcopum viciſſim deponunt. Nec multo poſt advenit Johannes Antiochenſis Epiſcopus. Qui cum ea quæ geſta fuerant cognoviſſet, Cyrillum averſatus eſt tamquam totius tumultus auctorem, quippe qui temerario ac præcipiti

impetu ad depoſitionem Neſtorii prorupiſſet. At Cyrillus *Pars I.*
adjuncto ſibi Juvenale, Johannem ulciſci volens, ipſum *Sect. II.*
quoque Epiſcopatu diſcinxit. Rebus in hunc modum con- *Cap. III.*
fuſis ac perturbatis, animadvertens Neſtorius contentio- *§. 10.*
nem uſque ad communionis perniciem deveniſſe, pœnitentia ductus Mariam Deiparam appellare cœpit, his verbis utens. Dicatur, ſi placet, Maria Deipara, & ſimultas omnis conquieſcat. Verum licet mutata ſententia hæc diceret, nemo tamen illud admiſit. Quippe etiamnum depoſitus & in exilium miſſus, Oaſin incolit.... Ceterum poſt depoſitionem Neſtorii, graviſſimus tumultus Eccleſias Conſtantinopoli occupavit. Nam, ut ſupra dixi, diviſus eſt populus ob inanem ac ſtultam illius garrulitatem. Clerici quidem omnes communi ſuffragio eum anathematizarunt. *Hæc in Cyrillum infenſo animo ſcripſiſſe Novatianum Socratem Hiſtoricum crediderim: caute ergo legenda.*

Theodoret. *Hæret. fab. Lib.* 4. *n.* 12. Poſtquam autem mundo paulatim labente, & ad hujus univerſi diſſolutionem feſtinante, unusquisque ſe idoneum pietatis magiſtrum exiſtimavit, eum propter ignorantiæ faſtum nemo diſcere ſuſtineret, homicida dæmon, mendacii pater, zizaniorum ſeminator, non amplius per externos & manifeſtos hoſtes adverſus Eccleſiam arma movit: ſed inſtrumentum nactus, quod omnem, ut ita dicam, ſubito ejus artem ſuſciperet, ſub rectæ opinionis ſpecie divinitatis ſimul & humanitatis Unigeniti negationem inducit, ſimplicem & artificio carentem fidem noſtram Græcanicis conturbans argutiis. De Neſtorio prorſus audiviſtis. Vir enim eſt illuſtris. Hic ex Germanicenſium ortus oppidulo, neſcio cujusmodi ab initio ſtudiis educatus, aliam ex alia regionem commutans, ut flagellum quoddam Ægypriacum, in magnam Antiochenorum civitatem irrupit. In hac cum liberalibus diſciplinis mediocriter eſſet imbutus, vocemque pulcherrimam & maximam exercuiſſet, in Eccleſiam Dei ſe ingeſſit, & in numerum Presbyterorum relatus eſt, docendique populi munere impoſito, ſtatim in exordio oſtendit qualis tota vita eſſet futurus. Neque enim generoſum & genitalem, quique hominum animas excolere poſſet, dicendi characterem ſecutus eſt. Sed enim ad populi delectationem orationem ſuam conferret, & inanes plauſus ut qui maxime aucuparetur, turbulentum & inſtabile vulgus ad ſui deſiderium excitavit, fuſca veſte indutus, triſtis incedens, ſtrepitus forenſes declinans, pallore corporis continens videri affectans, libris domi ut plurimum incumbens, ac in otio & quiete ſecum habitans. Hoc habitu & hac ſimulatione populum ineſcans, magnam ætatis partem tranſegit, Chriſtianus videri potius quam eſſe ſtudens, & Chriſti gloriæ ſuam præferens. Quoniam autem ut a *Mat. 10. 26.*
Domino dictum eſt, nihil eſt tam occultum quod non *Luc. 8. 17.*
ſciatur, neque opertum quod in lucem non veniat, & bona opera manifeſta ſunt, & quæ aliter ſe habent celari non poſſunt, per inveſtigabilem Dei judiciorum abyſſum, Neſtorius eorum qui in Palatio ſedibusque Pontificalibus verſabantur, & ipſius qui orbis terrarum ſceptra tunc regebat ſuffragio, Catholicæ orthodoxorum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ orbisque adeo univerſi principatum adipiſcitur. Hinc mihi deinceps acta illa, quæ terram & mare propemodum impleverunt. Ut enim maximam illam ſedem accepit, & Pontificatus præfecturam, velut tyrannidem quamdam arripuit, impietatem quam parturiebat amplius continere non potuit: ſed ex poteſtate quam habebat, ſtolidam aſſumens licentiam, profert in medium, omnibusque exponit, quam jam olim adverſus Unigenitum conceperat blaſphemiam, bellumque contra dogmata Apoſtolica palam gerit: & ſanctorum Patrum, qui ex quo annuntiatum eſt Evangelium, Orthodoxorum fidei præfuerant, dicta rejicere contendit, regiæ urbis turbans Eccleſiam orbemque ſimul turbans univerſum.... Primus autem initæ novitatis gradus fuit, oportere ſanctam Virginem, quæ Dei Verbum peperit, quod ex ea carnem ſuſcepit, Deiparam confiteri, ſed Chriſtiparam dumtaxat. Cum tamen antiquiſſimi orthodoxæ fidei prædicatores, juxta traditionem Apoſtolicam, Deiparam docuerint nominare & credere Domini matrem. Age nunc vero blaſphemum artificium, & obſervationem nulli antea cognitam in medium producamus. Chriſti appellatio, inquit, duas naturas ſignificat, divinitatem Unigeniti & humanitatem: Dei autem vox abſolute prolata, ſimplicem & incorpoream Dei Verbi ſubſtantiam repræſentat: hominis vero ſolam humanam naturam oſtendit. Propterea Chriſtiparam, inquit, & non Deiparam Virginem fateri neceſſe eſſe, ne imprudentes dicamus Deum Verbum initium ex ſancta Virgine ſumpſiſſe, atque ita antiquiorem matrem eo qui ex ea natus eſt,

Digitized by Google

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 10.

ex conſequenti confiteri cogamur. Na videar autem inanibus conviciis hæc in illum jactare, illum ipſum ſuis verbis teſtem producam... In Orthodoxorum Eccleſia multas iſtiusmodi voces edidit. Non peperit, optimi viri, Maria Deum, ſed hominem peperit divinitatis inſtrumentum. Et in aliis rurſum nugis, Culpam vocat Gentilis, qui Diis matrem inducit... Unde... Pontificatu per ſanctos Epheſi congregatos divino ſuffragio dejectus aſt, & juſſu Imperatoris Oaſim habitare juſſus.

Eadem rurſus legere eſt in ejusdem THEODORETI *contra Neſtorium ad Sporacium Libro. Catholicam deinde dogma ex Scripturis & Traditione adverſus Neſtorium fuſe probat his verbis*: Nos, Evangelicis & Apoſtolicis ubique dogmatibus obſequentes, juxta ſanctorum Patrum traditionem, Deum Verbum univerſi hujus conditorem ac dominum, unigenitum Patris Filium, ſæculis anteriorem, corporis & omnium quæ ſunt corporis expertem, in quo ſunt omnia quæ in Patre, præter quam eſſe Patrem, credimus in noviſſimis diebus, ſua ipſius benignitate permotum, Denique Patris bona volontate, ex ſancta Virgine conſubſtantiali carne ſumpta hominem factum, Deum una cum eo quod aſſumpſit natum eſſe, non eo abjecto quod erat, (Deus quippe ab omni mutatione liber eſt,) ſed hoc adjuncto, quod homo etiam factus eſt. Hunc, ſi-
Heb. 4. 15. cut ait Apoſtolus, humanis quoque affectionibus tentatum fuiſſe per omnia pro ſimilitudine & lege humana abſque peccato. Eſuriiſſe enim, & fatigatum ac lacrymatum eſſe, & alia ejusmodi, humanæ naturæ veritatem demonſtrant: paſſumque eſſe ſub Pontio Pilato, & mortuum ac ſepultum eſſe & tertia die reſurrexiſſe, atque in cælos aſſumptum eſſe, cum Patre ſimul adoratum & conglorificatum ab univerſa intellectu ſenſuque prædita natura: & ipſum rurſus venturum ad judicandos vivos & mortuos, nullo pacto ex ſervi forma imminutum a divina natura: ſed unum Deum unigenitum & dominum univerſi, cum propria carne confeſſum & ſemper adoratum. Hac de cauſa Deipara, ... ab iis qui Chriſtum tamquam Deum adorant, Virgo prædicatur: non quaſi divina natura Unigeniti eſſentiæ ſuæ principium ex ea ſumpſerit. Deus enim & nunc eſt, & erit, & erat in principio, neque ab ullo unquam ut eſſet principium ſumpſit: ſed cum jam eſſet, incarnationie, diſpenſationisque erga nos ſuæ initium fecit virginei & immaculati uteri habitationem. Atque hujus rei teſtis eſt Apoſtolus
Gal. 4. 4. Paulus, teſtis eſt & divinus Evangeliſta Johannes. Sanctus quidem Paulus ſic exclamans: *Miſit Deus Filium ſuum*, qui erat videlicet, (neque enim mittitur quod non eſt, ſed fit,) *factum ex muliere*.... Johannes cum dixiſſet, quod Deus erat Verbum, & in principio, & apud Deum erat, & ſemper erat, & quod omnia per ipſum facta ſunt, & quod ipſe dominus eſt omnium: cum oſtendiſſet, ſive principio ipſius eſſentiam eſſe, & conſubſtantialem Patri tamquam unigenitum: tum ad arca-
Joh. 1. 4. nos etiam incarnationis ſermones deſcendens, ait, *Et Verbum caro factum eſt & habitavit in nobis*. Quomodo ergo non Deipara, quæ Deum Verbum, & in utero geſtavit hominem factum, & peperit, & mater ejus quem peperit, neceſſario creditur? Sed & Prophetæ omnes hoc prædicant. An Eſaiam vociferantem non audi-
Iſai. 7. 14. ſti: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel*. Non juxta te & deliras tuas nugas organum Deitatis, ſed Deum nobiſcum, hominem ſicut nos factum. Et Jeremiam, qui & ipſe Verbum in-
Baruc 3. 36. 37. carnatum Deum eſſe profitetur his Verbis: *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius adverſus eum. Hic adin-*
Ib. 38. *venit omnem viam diſciplinæ*. Et poſt pauca: *Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt*. Et Præcurſoris matrem ab adorando Spiritu prophetice incitatam, & exclamantem: *Unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me?* ... Quod ergo Deipara ſit Virgo,
Luc. 1. 43. ſanis mentibus ſufficiunt quæ diximus: ſed doctam ejus argumentationem paucis evertere conabor. Paulo itaque ſuperius, Chriſti, aiebat, appellatio duas naturas deſignat, Deus vero ſimplicem & incompoſitam, homo autem humanam repræſentat naturam. Quid ais? Ergo cum Dominus in Evangeliis diviniora, & ut ipſa loqui-
Joh. 3. 13. tur, cæleſtia docens, Nicodemo diceret, ... *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, Filius hominis, qui eſt in cælo*. Quia Filium hominis aperte dixit, an humanam naturam de cælis deſcendiſſe dicemus? ... Faceſſat blaſphemia. Nec enim de cælis deſcendit Domini caro, nec implet omnia: ſed de divinitate Chriſto Domino hic ſermo eſt. Qui enim de cælis deſcendit, & implet omnia, nec illa deſerit unde deſcendit, Deus eſt
Jer. 23. 13. Verbum, per Prophetam clamans, *Numquid non cælum*
Iſai. 40. 12. *& terram ego impleo, dicit Dominus?* Et rurſus, *Qui menſus eſt aquas manu, & cælum palmo, & omnem terram pugillo*, Et, *Cælum ſedes mea, terra autem ſcabel-* *Iſ.* 66. 1.
lum pedum meorum, Quatenus Deus eſt, in cælo exiſtens, & ad nos deſcendens, & omnia implens: quatenus autem homo factus eſt, poſt ſui ad nos demiſſionem, & ad cælos ſublatus, & cum Patre conglorificatus. Hoc namque id etiam ſignificat, quod ſacer Pſaltes ait, *Dixit Do-* *Pſ.* 109. 1.
minus Domino meo, ſede a dextris meis. Ecce inanis verborum tuorum ſapientiæ vox Domini valida eſt refutatio. Filium enim hominis cum prius dixiſſet, deſcendentem de cælo, & in illis manentem unde deſcendit, (hoc quippe declaravit dicens, *qui eſt in cælo*,) divinam *Joh.* 3. 13.
& omnia continentem ſubſtantiam deſignavit, quæ ad nos per incarnationem deſcendit, noſtramque in ſe naturam ad paternum thronum extulit, ſicut a divino Paulo dictum eſt, *Et illum ſuſcitavit Chriſtum a mor-* *Epheſ.* 1. 20.
tuis, & conſtituit ad dexteram ſuam ſupra omnem prin- *& ſeq.*
cipatum, & poteſtatem, & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Non utique quod divina Unigeniti ſubſtantia, poſt reſurrectionem a mortuis, Patris gloriam ſit conſecuta: ſed quod tunc, poſt aſcenſum in cælos, Dei Verbum cum propria carne Patris gloria honoratum fuerit & adoratum. Et alio loco etiam idem Paulus Apoſtolus futilem iſtam orationem tuam refellit. Ad Corinthios enim ſcribens, *Primus*, inquit, *2. Cor.* 15.
homo de terra terrenus: ſecundus homo, Dominus de cæ- 37.
lo. Ecce ſolius hominis voca præmiſſa, ſubjecit, Dominus de cælo, divinam per id quod *de cælis* dixerat interpretans ſubſtantiam. Sed & Deum ſæpe nominantes divini Prophetæ & Apoſtoli, humanam ſubjiciunt naturam. Hieremias axclamans, *Hic eſt Deus noſter, &* *Baruc.* 3. 36.
non æſtimabitur alius adverſus eum. Ac deinde ne ſingula referam, *Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus*. Non utique hominum oculis perſpiciendam Unigeniti divinitatem vaticinans, ſed in eo quod ait, *viſus eſt*, Dei verbi carnem aperte demonſtrans. Ejusdem quoque eſt ſententiæ, quod in Pſalmo 49. a divino Davida dictum eſt, *Deus manifeſte veniet*. Et Sophonias item Propheta idipſum prophetat dicens, *Apparebit Dominus ſuper eos, & diſperdet omnes Deos gentium* *Pſ.* 49. 3.
terræ. Nec minus Evangeliſta Johannes arcanum hoc prædicat myſterium, *Quod fuit ab initio*, dicens, *quod* *1. Joh.* 1. 1.
audivimus, quod vidimus oculis noſtris, & manus noſtræ contrectaverunt de Verbo vitæ. Haud ſane incorpoream & inviſibilem Dei Verbi naturam manibus contrectari ſciens, ſed Dei Verbi corpus Verbi appellatione honorans. Sic enim ſe res habet, & hanc nobis fidem tradiderunt, qui ab initio ipſi viderant, & miniſtri fuerunt ſermonis, & qui poſt illos omnes fuit ſacer ſanctorum Patrum numerus. Quod poſtquam Unigenitus Dei Verbum, Deus manens, homo ſicut nos factus eſt, affectionesque noſtras in ſeipſo per ſervi formam ſuſcepit, nec vocabulis nec natura deinceps a propria carne ſejungitur: ſed ſive hominem dixerit, Deum Verbum dicit, ſive Deum nominarit, nihilo ſecius cum carne ſua nominat.

Quæ ſuperius de Neſtorio ejusque hæreſi cum ex Socrate *quam ex* Theodoreto *retulimus, iisdem fere verbis narrat* EVAGRIUS 6. *primis* Hiſt. Eccleſ. *cap. nonnulla tamen ſcribit ab aliis intacta, quæ hic attexímus*.

EVAGRIUS SCHOLAST. *Eccleſ. Hiſt. lib.* 1. c. 2. Neſtorius apud Mopſoeſtiam congreſſus cum Theodoro, audita illius doctrina, a recta pietate deflexit, ſicut in Epiſtola quadam de his rebus agens ſcribit Theodulus.

Cap. 3. Quæ (hæreſim Neſtorii) cum Cyrillus Alexandrinorum Epiſcopus, vir celeberrimi nominis, per literas ſuas reprehendiſſet, iisdemque reſpondiſſet Neſtorius, ac neque iis quæ a Cyrillo, neque his quæ a Cæleſtino ſenioris Romæ Epiſcopo ſcripta erant acquieſceret, ſed nihil veritus, adverſus univerſam Eccleſiam proprium virus evomeret; merito Cyrillus petiit a Theodoſio qui tunc Orientis Imperium adminiſtrabat, ut ejus mandato prima Synodus Epheſi congregaretur, imperialibus literis, tum ad Cyrillum ipſum, tum ad omnes ubique ſanctiſſimarum Eccleſiarum Epiſcopos miſſis. Igitur Theodoſius Synodum indixit die ſanctæ Pentecoſtes, &c.

Cap. 4. Elapſis igitur diebus quindecim ultra præſtitutum diem, Epiſcopi qui ad id convenerant, quaſi Orientales omnino venturi non eſſent, aut certe poſt longi temporis moram; in unum coeunt, divino Cyrillo Cæleſtini quoque Romanæ urbis... Epiſcopi vices gerente. Acceſſunt itaque Neſtorium, hortantes ut objectis criminibus reſponderet. Qui cum prima die pollicitus ſe venturum ſi opus eſſet, promiſſum exequi neglexiſſet, ac ter vocatus, ſeſe in judicio non ſtitiſſet, Epiſcopi qui aderant negotium examinare aggreſſi ſunt.

Cum-

Impiam hanc hæreſim egregie confutarunt S. Proculus Cyzicenus Epiſcopus, & S. Cyrillus Alexandrinus Patriarcha, qui primas habuit partes in illius expurgatione. Damnavit eam Cæleſtinus ſummus Pontifex, cujus ea de re judicium magnis acclamationibus exceptum eſt, & approbatum a Concilio Epheſino œcumenico tertio ob eam rem ſolum convocato anno 431.

EUTYCHES Presbyter & Archimandrita, hoc eſt, Abbas celeberrimi Conſtantinopoleos monaſtesii, auctor fuit Hæreſeos *Eutychianæ*, quæ etiamnum perſeveraverat in Oriente. Hæc errori Neſtorii fuit ex adverſo oppoſita. Contendebat enim Neſtorius duplicem eſſe in Chriſto perſonam, ſicut eſt natura duplex; Eutyches contra unam aſſerebat eſſe in Chriſto naturam; quia adverſus Neſtorium definierat Eccleſia unam eſſe in Chriſto perſonam. Apollinaris errorem, de quo ſupra diximus, renovare videbatur Eutyches, non tamen omnino renovabat. In eo quippe poſitus erat Apollinaris error, quod contenderet naturam humanam Chriſti ſic abſorptam fuiſſe a natura divina, ut ſemper una Chriſti humanitatis, & divinitatis natura fuerit; nec proinde corpus Chriſti formatum ſit ex corpore Virginis, ſed in uterum virginalem fuerit e cælo delapſum. Eutyches vero fatebatur quidem corpus Chriſti vere formatum fuiſſe ex corpore Virginis; ſed contendebat incarnatione Verbi factum fuiſſe, ut ex conjunctione divinitatis cum humanitate non ſolum una perſona, ſed etiam una natura coaleſceret; ita ut non remaneret ulla utriuſque naturæ diſtinctio. (D) Eccleſia autem credidit & docuit ſemper, ut jam diximus, ſic ſa-

PARS I. SECT II. CAP. III. §. 10.

D 1. Par. Sect. 1. c. 1. §. 2.

Cumque Memnon Epiſcopus Epheſiorum dies, qui ultra præſtitutum tempus effluxerant, percenſuiſſet erant autem dies illi numero ſedecim; lectæque eſſent Epiſtolæ divini Cyrilli ad Neſtorium, & Neſtorii viciſſim ad Cyrillum datæ: cum adjecta etiam eſſet ſacra illa Epiſtola admirabilis Cæleſtini ad eumdem Neſtorium: cumque Theodotus Ancyræ & Acacius Melitinæ Epiſcopi, verba impia quæ Neſtorius Epheſi palam effuderat expoſuiſſent. Collectis denique multis ſententiis Sanctorum, & probatiſſimorum Patrum, qui rectam ac ſinceram fidem expoſuerant, inſertis etiam variis blaſphemiis quas impius Neſtorius veſana mente profuderat, ſancta Synodus adverſus Neſtorium hæc ad verbum pronuntiavit: Ad hæc quoniam reverendiſſimus Neſtorius nec vocationi noſtræ obtemperare voluit, nec ſanctiſſimos & religioſiſſimos Epiſcopos a nobis miſſos ſuſcepit, neceſſitate compulſi, ea quæ ab illo impie dicta fuerant examinare aggreſſi ſumus. Cumque illum partim ex Epiſtolis ejus ac Libris qui etiam recitati ſunt, partim ex verbis ipſius quæ nuper in hac metropoli dixit, & quæ multorum teſtimonio confirmata ſunt, illum impie ſentire ac prædicare deprehendiſſemus, adigente canonum auctoritate & Epiſtola ſanctiſſimi Patris & collegæ noſtri Cæleſtini Eccleſiæ Romanæ Epiſcopi, poſt multos fletus ad hanc triſtem ſententiam tandem proceſſimus. Igitur Dominus noſter Jeſus Chriſtus, contra quem impie locutus eſt Neſtorius, per hanc ſacroſanctam Synodum decrevit eumdem Neſtorium & Epiſcopali dignitate, & ab omni Sacerdotali conventu extraneum eſſe.

Cap. 5. Porro Imperator Theodoſius, initio quidem depoſitionem Neſtorii haud quaquam probavit: poſtea vero cognita ejus impietate, cum literas admodum pias ad Cyrillum, & Johannem Epiſcopos ſcripſiſſet, illi inter ſe conciliati ſunt, & depoſitionem Neſtorii confirmarunt.

Cap. 7. *ex ipſius Neſtorii Epiſtola hæc refert*. Cum quidam Epiſcopi utriuſque partis ex Epheſiorum urbe miſſi eſſent ad Theodoſium, & Neſtorius ipſe id rogaſſet, permiſſum ipſi eſſe ut ad Monaſterium ſuum reverteretur, ſitum ante portas urbis Antiochiæ... Refert Neſtorius.. quadriennio ſe illic commemoratum, omni honore ac reverentia affectum fuiſſe: poſtea autem edicto imperatoris Theodoſii in locum qui Oaſis dicitur, eſſe relegatum. Sed quod præcipuum eſt reticuit. Illic enim degens Neſtorius, a blaſphemia ſua nequaquam deſtitit. Adeo ut Johannes Epiſcopus Antiochiæ hæc ad Imperatorem retulerit & Neſtorius perpetuo exilio fuerit condemnatus. *Rurſus ex Neſtorii Epiſt. ad Præſidem Thebaidis*. Oaſis, quæ alio nomine Ibis dicitur, poſtquam barbarica captivitate, & igni ac ferro funditus vaſtata eſt, nos a barbaris neſcio quomodo miſericordia erga nos commotis dimiſſi ſumus, qui minacibus etiam conteſtationibus nos terruerant, ut confeſtim ex noſtra regione excederemus, cum Mazices poſt ipſos eam protinus occupaturi eſſent, venimus in Thebaidem una cum reliquis captivorum, quos barbari miſeratione adducti, ad nos neſcio qua de cauſa adduxerunt. Et iſti quidem, quo quiſque voluit abire permiſſi ſunt. Nos vero palam Panopolim ingreſſi nos metipſos exhibemus. *Et ex alia ejuſdem ad eumdem Epiſt.* Hæc cum ita accidiſſent, neſcio quo impulſu aut qua occaſione commota magnificentia tua, ex Panopoli Elephantinam, quod oppidum eſt in finibus provinciæ Thebaidis, per barbaros milites abducti ſumus, rapti eo tractique militari auxilio. Cumque majori itineris parte confecta attriti eſſemus, rurſus magnanimitatis tuæ mandatum offendimus ſine ſcripto, quo Panopolim redire jubebamur. Tot igitur caſibus longi itineris confecti, corpore & morbo & ſenectute languido, manu & lateribus contritis, iterum Panopolim venimus, animam quodammodo agentes. Cumque acerbitate caſuum, & doloris moleſtia adhuc cruciaremur, rurſus aliud mandatum a magnanimitate tua ſcriptum, ex Panopoli ad quemdam locum ei contributum nos abduxit. *Hæc ipſe Neſtorius*. Ego vero, *inquit Evagrius*, Scriptorem quemdam legi, de illius morte ita narrantem: eum lingua vermibus eroſa ad graviora, & ſempiterna migraſſe ſupplicia.

(D) THEOD *Hæret. fabul. lib.* 4. *n.* 13. Dæmon..... nequitiæ ſuæ idoneum inſtrumentum nactus miſerum Eutychem, jam olim exoletam Valentini hæreſim fecit rurſus pullulare. Arius enim ſolius corporis, Apollinarius etiam animæ aſſumptionem confeſſus eſt: hic vero etiam corpus aſſumptum negavit. Dicebat enim Deum Verbum nihil humanum ex Virgine ſumpſiſſe: ſed ipſum immutabiliter converſum, & carnem factum, (ridiculis enim ejus verbis utor) per Virginem tantummodo trajeciſſe, crucique affixam & appenſam fuiſſe incircumſcriptam, interminatam, incomprehenſam Unigeniti divinitatem, eamdemque tumulo mandatam reſurrexiſſe.

EVAGRIUS SCHOLAST. *Eccl. Hiſt. lib.* 2. *cap.* 9. Hujus (Flaviani Conſtantinopolitani Epiſcopi) temporibus mota eſt quæſtio de impio Eutyche, collecta particulari Synodo apud Conſtantinopolim, cum Euſebius Dorylæi Epiſcopus libellos porrexiſſet, is qui jampridem dum Rhetor eſſet, impietatem Neſtorii primus coarguerat. Eutyches igitur, cum ad Synodum vocatus non veniſſet, ac deinde coram convictus eſſet hæc dixiſſe: Fateor Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ante unitionem quidem duas habuiſſe naturas: poſt unitionem vero unam duntaxat confiteor. Sed & corpus Domini negabant ejuſdem eſſe ſubſtantiæ cujus ſunt noſtra: depoſitus eſt. Sed cum libellum precum obtuliſſet Theodoſio, quaſi acta Synodi falſata fuiſſent a Flaviano, primum quidem collecta eſt Conſtantinopoli Synodus vicinorum Epiſcoporum. In qua præſentibus etiam quibuſdam Magiſtratibus, Flavianus judicatus eſt. Cumque Synodus acta vera eſſe confirmaſſet, ſecundum Concilium Epheſi congregatum eſt.

Cap. 10. Huic Concilio præſidere juſſus eſt Dioſcorus, Alexandrinæ Eccleſiæ poſt Cyrillum Epiſcopus, quod quidem ob inimicitias adverſus Flavianum molitus fuerat Cryſaphius, qui tunc plurimum poterat in palatio. Interfuit eidem Synodo Juvenalis Hieroſolymorum Epiſcopus, qui & priori apud Epheſum Synodo interfuerat; una cum multis aliis Sacerdotibus quos circa ſe habebat. Erat cum illis etiam Domnus, Antiochenæ Eccleſiæ poſt Johannem Epiſcopus: Julius item Epiſcopus, qui Leonis Epiſcopi Romani vices gerebat. Adſuit etiam Flavianus una cum ſuis Epiſcopis: cum Theodoſius Imperator hæc ad verbum mandaſſet Elpidio. Iis qui antea Eutychis religioſiſſimi Archimandritæ judices exſtiterunt præſentibus quidem & ſilentibus: judicum tamen locum nequaquam obtinentibus, ſed reliquorum omnium ſanctorum Patrum communem ſententiam expectantibus: quoniam ea quæ ab ipſis judicata ſunt, nunc examinantur. In hac Synodo Eutyches quidem a Dioſcoro & ab Epiſcopis qui cum illo erant, reſciſſa depoſitionis ſententia, in integrum reſtitutus eſt... Flavianus vero & Euſebius Dorylæi Epiſcopus, damnati ſunt & depoſiti.

ſiti. In eadem Synodo Ibas quoque Edeſſenorum Epiſcopus, a communione ſubmotus eſt.. Depoſitus eſt iisdem etiam Theodoritus Epiſcopus Cyri, & Domnus Antiochenſis Epiſcopus.., His itageſtis, ſoluta eſt ſecunda Synodus Epheſina.

Lib. 2. *c.* 5. *ad calcem.* Porro Marciano id maxime in votis erat, ut unus idemque cultus ab omnibus exhiberetur Deo, linguis quæ per impietatem confuſæ fuerant, rurſus pie unitis: utque divinum numen una eademque glorificatione laudaretur.

Cap. 2. Cum hæc in votis haberet, accedunt ad illum, tum reſponſales Leonis Romanæ urbis Epiſcopi, affirmantes Dioſcorum in ſecundo Epheſino Concilio non ſuſcepiſſe Epiſtolam Leonis, quæ doctrinam veræ fidei continebat. Tum iis quos idem Dioſcorus injuria affecerat, ſupplicantes ut ipſorum cauſſa in Epiſcopali Concilio judicaretur. Sed præ ceteris urgebat Euſebius, Epiſcopus quondam Dorylæi, aſſerens ſe ac Flavianum inſidiis Chryſaphii protectoris Theodoſii depoſitos eſſe, eo quod Flavianus Chryſaphio aurum pro ordinatione ipſius poſtulanti, ad pudorem ei incutiendum ſacra vaſa miſiſſet; & quod Chryſaphius in doctrina fidei cum Eutyche conſentiret. Aiebat præterea Flavianum a Dioſcoro pulſum & calcibus appetitum, miſerabili modo interfectum eſſe. His de cauſis Synodus Chalcedone congregata eſt, cum nuntii ac tabellarii miſſi fuiſſent; & ſingularum urbium Epiſcopi literis piiſſimi Imperatoris acciti eſſent, primum quidem Nicæam: adeo ut Romanus Epiſcopus Leo cum ad eos ſcriberet de Legatis quos ad Concilium miſerat, Paſchaſino ſcilicet, Lucentio ac reliquis, literas ſuas inſcriberet ad Epiſcopos qui Nicææ convenerant; poſtea vero Chalcedonem.

Cap. 3. Congregantur itaque in Baſilica Euphemiæ Martyris, Chalcedone, quæ urbs eſt provinciæ Bythyniæ.

Cap. 4. Hoc igitur in loco ſupradicta Synodus congregata eſt, Paſchaſino quidem, & Lucentio Epiſcopis cum Bonifacio Presbytero, vices, ut dixi, gerentibus Leonis Archiepiſcopi ſenioris Romæ: Anatolio vero Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopatum gubernante, Alexandrinæ autem præſidente Dioſcoro: præſentibus etiam Maximo quidem Antiochiæ, Juvenale autem Hieroſolymorum Epiſcopis. Aderant item Epiſcopi quos illi circa ſe habebant, & ii qui in Senatu urbis regiæ principem locum obtinebant. Quibus Vicarii Leonis dixerunt, non debere Dioſcorum una cum ipſis in Concilio ſedere. Id enim ſibi mandatum eſſe ab Epiſcopo ſuo. Quod niſi fierit, ſe protinus Eccleſia exceſſuros. Cumque Senatores interrogaſſent, quæ nam eſſent crimina quæ objiciebantur Dioſcoro, reſponderunt debere illum judicis ſui rationem reddere, qui contra fas perſonam judicis ſuſcepiſſet, abſque permiſſu Romani Pontificis. Quibus dictis, cum Dioſcorus ex decreto Senatus in medium proceſſiſſet, ibique reſiderat, Euſebius poſtulavit ut libellus precum quem Imperatori obtulerat, recitaretur, his verbis uſus. Injuria affectus ſum a Dioſcoro. Fides injuria affecta eſt. Occiſus eſt Flavianus Epiſcopus, & mecum injuſte depoſitus eſt ab illo. Jubete ut preces meæ recitentur. Cumque Judices interlocuti eſſent, recitatus eſt libellus precum, qui ſic habet.... Quoniam fides Chriſti, & nos ipſi multa gravia contra jus faſque perpeſſi ſumus a Dioſcoro Reverendiſſimo Epiſcopo magnæ civitatis Alexandriæ, accedimus ad pietatem veſtram, poſtulantes ut jus nobis reddatur. Cauſa autem hujusmodi eſt. In Concilio quod paulo ante celebratum eſt in metropoli Epheſiorum, quod utinam celebratum nunquam fuiſſet, ne orbis terrarum malis ac tumultibus impleretur: bonus ille Dioſcorus, nullam juſtitiæ rationem habens, nec Dei timorem conſiderans, cum ejusdem opinionis ac ſententiæ eſſet cum Eutyche, perditæ mentis homine atque Hæretico; occultus autem eſſet, ſicut poſtea apertiſſime declaravit; occaſione arrepta ex accuſatione quam ego adverſus Eutychem erroris ipſius conſortem inſtitueram, & ex ſententia a piæ memoriæ Flaviano Epiſcopo contra eumdem Eutychem prolata, turbam incompoſitam ſeditioſorum hominum collegit. Cumque tyrannicam dominationem pecunia ſibi comparaſſet, piam quidem religionem orthodoxorum, quantum in ipſo fuit, labefactavit: pravam autem opinionem Eutychis Monachi, quæ jampridem & ab exordio a ſanctis Patribus condemnata fuerat, confirmavit. Cum igitur non levia ſint, quæ adverſus fidem Chriſti, & contra nos facere tentavit, provoluti ad pedes Majeſtatis veſtræ rogamus, ut eumdem religioſiſſimum Epiſcopum Dioſcorum reſpondere jubeatis iis quæ a nobis illi objiciuntur: lectis ſcilicet coram ſanctiſſima Synodo monumentis actorum quæ ille contra nos confecit. Ex quibus demonſtrare poſſumus, illum & a recta fide alienum eſſe, & hæreſim plenam impietatis confirmaſſe, & nos injuſte depoſuiſſe, & graviſſimis malis affeciſſe: miſſis videlicet divinis, & adorandis mandatis veſtris ad ſanctam, & univerſalem Synodum Deo cariſſimorum Epiſcoporum, ut cauſam quæ eſt inter nos & ſupra memoratum Dioſcorum, audiat, & ad notitiam pietatis veſtræ cuncta referat quæ geruntur, juxta id quod placuerit immortali culmini veſtro,.. Poſt hæc juxta petitionem, tam Dioſcori quam Euſebii, acta ſecundæ Synodi Epheſinæ publice recitata ſunt. Quorum.. ea quæ majoris momenti ſunt percurrens, ſtrictim commemorabo: convictum ſcilicet eſſe Dioſcorum, quod Epiſtolam Leonis Epiſcopi ſenioris Romæ non ſuſcepiſſet: & quod Flavianum Epiſcopum junioris Romæ intra unius diei ſpatium depoſuiſſet, & quod Epiſcopos qui erant congregati, in charta pura ſubſcribere curaſſet, quaſi Flaviani nomen in ea perſcriptum eſſet. Poſt hæc hi qui ex Senatu erant, iſta decreverunt. De recta quidem & Catholica fide craſtino die, conveniente majore Concilio, diligentiorem inquiſitionem fieri oportere perſpicimus. Quoniam vero piæ memoriæ Flavianus, & Euſebius religioſiſſimus Epiſcopus, ex ſcrutatione actorum ac decretorum, & ex ipſa voce eorum qui in Synodo quæ tunc facta eſt, præſederunt: qui quidem confeſſi ſunt erraſſe ſe, & fruſtra illos depoſuiſſe, cum nullatenus erraſſent in fide; injuſte depoſiti eſſe noſcuntur: videtur nobis juxta id quod Deo placet, juſtum eſſe, modò id placuerit diviniſſimo ac piiſſimo Domino noſtro, ut Dioſcorus reverendiſſimus Epiſcopus Alexandriæ, & Juvenalis... Epiſcopus Hieroſolymorum, &c. qui tunc poteſtate ſuccincti Concilio præfuerunt, eidem pœnæ ſubjaceant, ſacroſancti Concilii ſententia, juxta ſacros canones, alieni ab Epiſcopali dignitate judicati:.. Exinde libellis altero die datis adverſus Dioſcorum de variis criminibus, & de pecuniis ab eo direptis: cum ille iterum ac tertio vocatus non comparuiſſet ob inanes cauſas quas prætendebat: ii qui Leonis Romanæ urbis Epiſcopi vices agebant, hæc ad verbum decreverunt. Quæ Dioſcorus, antehac Epiſcopus magnæ civitatis Alexandriæ, contra ordinem canonum & contra diſciplinam Eccleſiaſticam attentavit, manifeſta ſunt, tam ex his quæ jam examinata ſunt in primo conſeſſu, quam ex his quæ hodie ſunt geſta. Hic enim, ut plurima alia prætermittamus, Eutychem eadem cum ipſo ſentientem, regulariter a proprio depoſitum Epiſcopo, ſanctiſſimo ſcilicet patre noſtro, & Epiſcopo Flaviano, propria auctoritate contra ſacros canones in communionem ſuſcepit, priusquam Epheſi conſediſſet, una cum reliquis Deo cariſſimis Epiſcopis. Sed iſtis quidem ſedes Apoſtolica veniam conceſſit ob ea quæ illic ab iisdem non ſponte geſta erant. Qui quidem hactenus permanſerunt, ſanctiſſimo Archiepiſcopo Leoni & ſanctæ univerſali Synodo obſequentes. Qua de cauſa eos, utpote ejusdem cum ipſo fidei aſſertores, in communionem ſuam recepit. Hic vero usque in hodiernum diem ob ea gloriari non deſinit, propter quæ gemere, & ad terram usque ſe ſe inclinare debuerat. Præterea Epiſtolam beati Papæ Leonis quam ille ad ſanctæ memoriæ Flavianum ſcripſerat, legi minime permiſit. Idque quamvis ſæpius rogatus eſſet ab his qui Epiſtolam attulerant, & quamvis ipſe adjecto jurejurando pollicitus eſſet, ſe eam recitari juſſurum. Qua minime perlecta, ſanctiſſimas per univerſum orbem terrarum Eccleſias ſcandalis ac detrimentis complevit. Sed tamen, quamvis tot ac tanta ab eo præſumpta ſint, propoſitum nobis erat ob prius ejus impium facinus clementer eum ac benigne tractare, ſicut & reliquos Deo dilectos Epiſcopos, licet ii non eamdem ac ille judicandi poteſtatem habuiſſent. Sed quoniam priorem injuſtitiam poſterioribus factis longe ſuperavit: auſus quippe eſt excommunicationem dictare adverſus ſanctiſſimum ac religioſiſſimum ac magnæ Romæ Archiepiſcopum Leonem: præterea cum libelli pleni criminum & flagitiorum ſancto, & magno Concilio contra illum oblati eſſent, ſemel, iterum ac tertio vocatus juxta canonum præſcripta per Dei amantiſſimos Epiſcopos, minime obtemperavit, propria videlicet conſcientia ipſum pungente. Eos denique qui a diverſis Synodis juſte depoſiti fuerant, illegitime in communionem ſuſcepit: contra ſemetipſum ſententiam protulit, Eccleſiaſticis legibus ſæpius proculcatis. Idcirco ſanctiſſimus ac beatiſſimus magnæ & ſenioris Ro-

mæ

Digitized by Google

factam fuiſſe unionem utriusque naturæ in una Verbi perſona, ut utraque natura diſtincta remaneret cum ſuis proprietatibus, ſine ulla confuſione. Multum propagata eſt hæc hæreſis auctoritate impii *Dioſcori* Patriarchæ Alexandrini, qui illius ſuſcepit patrocinium & defenſionem.

Hujus ſectæ initiis plurimum obſtirit S. Flavianus Patriarcha Conſtantinopolitanus. Eam ut naſcentem extingueret, habita Conſtantinopoli Synodo anno 449. Eutychetem damnavit. Dioſcorus fretus auctoritate Theodoſii junioris, qui fuerat ab Hæteticis circumventus, Conciliabulum habuit Epheſi, ad cujus conſeſſum noluit admittere Legatos S. Leonis Romani Pontificis. Ibi reſtitutus eſt in locum priſtinum Eutyches, depoſitus Flavianus; & cum appellaſſet Romanum Pontificem, tot fuit iniuriis & verberibus affectus, ut inter tormenta efflaverit animam; adao ut pro fide Chriſti Martyr occubuerit. Quin & ipſi S. Leonis Legati, eo quod abſolutioni Eutychetis & depoſitioni S. Flaviani ſubſcribere noluiſſent, indigniſſime ſunt habiti, & in carcerem furore Dioſcori detruſi. Propter hæc tam inaudita ſcelera huic Conciliabulo *Latrocinii Epheſini* a tota antiquitate nomen inditum eſt. Fidem Eccleſiæ S. Leo ſummo ſtudio nec minori eruditione & facundia propugnavit. Marcianus autem Imperator Theodoſii junioris ſucceſſor non obſcura dedit toto hocce in negotio pietatis ſuæ ſpecimina, præſertim in Concilio Chalcedonenſi. Id fuit œcumenicorum quartum: habitum eſt ann. 451. Ibi reſciſſum fuit quidquid in Latrocinio Epheſino attentatum fuerat, damnatus & depoſitux Eutyches, reſtituta Flaviani memoria, exauctoratus Dioſcorus. Quidquid S. Leo contra novam hanc hæreſim ſcripſerat & definierat, in confirmationem eorum quæ jam fuerant a S. Flaviano definita, magnis applauſibus exceptum & approbatum. In his Sancti Leonis ſcriptis agnita perpetua Eccleſiæ fides.
(E) E

PARS I. SECT. II, CAP. III. §. 10.

Complures habuit hoſtes Concilium Chalcedonenſe. Hi in varias ſectas ſciſſi ſunt. Ceteris celebriores fuere ACEPHALI, ſic dicti quia nullum primitus habuere ducem, ſeceſſerunt enim non ſolum ab Eccleſiæ Catholicæ communione, ſed etiam a communione Petri Mongi pſeudo-Patriarchæ Alexandrini, qui favebat Eutychianis. (F) F

Hi dicti ſunt poſtea *Severiani*: quia *Severus*

mæ Archiepiſcopus Leo per nos & per præſentem Synodum, una cum beatiſſimo & omni laude digniſſimo Petro Apoſtolo, qui petra & baſis eſt Eccleſiæ Catholicæ, rectæque fidei fundamentum, Epiſcopali eum dignitate exuit, & ab omni Sacerdotali officio alienum cenſuit... Cumque alia quædam ſuperioribus geſtis adjuncta eſſent, definitio fidei promulgata eſt bis omnino verbis: Quoniam veritatis inimici, prædicationem illius (*Symboli cujus facta fuerat lectio*) per proprias hæreſes ſubvertere molientes quasdam vocum novitates pepererunt: alii quidem myſterium dominicæ diſpenſationis quæ propter nos facta eſt, corrumpere auſi, & vocem Deiparæ in Maria virgine denegantes: alii vero confuſionem, & mixtionem introducentes, & unam eſſe naturam carnis ac Deitatis ſtulte fingentes, & divinam Unigeniti naturam paſſioni obnoxiam eſſe per confuſionem ſomniantes: idcirco ſancta hæc magna & univerſalis Synodus, omnem illis viam fraudis & machinationis adverſus veritatem volens præcludere, & prædicationis jam inde ab initio inconcuſſum robur vindicans... propter eos qui diſpenſationis myſterium audent corrumpere, & eum qui ex ſancta Virgine Maria natus eſt, purum hominem eſſe impudenter delirant, beati Cyrilli qui Alexandrinæ Eccleſiæ Paſtor fuit, Synodales Epiſtolas ad Neſtorium & ad Orientales Epiſcopos ſcriptas ſuſcepit, quippe quæ idoneæ ſint tum ad veſaniam Neſtorii confutandam, tum ad exponendum ſalutare Symbolum, in gratiam eorum qui pio zelo adducti, intelligentiam illius aſſequi deſiderant. Quibus Epiſtolam quoque beatiſſimi & ſanctiſſimi Leonis maximæ, & ſenioris Romæ Archiepiſcopi, extinguendæ Eutychis malevolentiæ cauſa ſcriptam ad ſanctum Archiepiſcopum Flavianum, quæ cum beati Petri confeſſione conſentit, & communis quædam columna eſt adverſus eos qui male ſentiunt, jure merito conjunxit, ad rectorum dogmatum confirmationem... Sanctorum igitur Patrum veſtigiis inſiſtentes, unum eumdemque Filium confiteri oportere Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, uno conſenſu omnes docemus; eumdem perfectum in deitate & eumdem perfectum in humanitate: vere Deum & vere hominem eumdem ex anima rationali conſtantem & corpore: conſubſtantialem Patri ſecundum Deitatem, eumdem vero nobis conſubſtantialem ſecundum humanitatem: per omnia ſimilem nobis excepto peccato: ante ſæcula quidem genitum ex Patre ſecundum Deitatem: in extremis autem temporibus eumdem propter nos, & propter noſtram ſalutem ex Maria Virgine ac Deipara natum: unum eumdemque Jeſum Chriſtum, Filium, Dominum, Unigenitum: in duabus naturis inconfuſe, immutabiliter, indiviſe atque inſeparabiliter cognitum: naturarum differentia neutiquam extincta per unitionem, ſed ſervata potius utriuſque naturæ proprieteate, & in unam perſonam ſeu hypoſtaſim concurrente: non in duas partitum aut diviſum perſonas, ſed unum eumdemque Filium unigenitum Deum Verbum Dominum Jeſum Chriſtum, ſicut olim Prophetæ, & ipſe nos de ſe Chriſtus edocuit, & Patrum Symbolum nobis tradidit... Præterea Theodoretus & Ibas reſtituti ſunt in integrum.

Cap. 5. Poſt hæc Dioſcorus quidem in urbem Paphlagoniæ, Gangram eſt relegatus: Proterius vero communi totius Synodi ſuffragio Alexandrinum Epiſcopatum ſortitur.

(E) *Quæ Dioſcorum ſpectant habes hocce §. litt.* (D)

(F) EVAGRIUS *Scolaſt. Eccleſ. Hiſt. lib. 3. c. 4.* (*Baſiliſcus Imperator*) miſſa ad ipſum legatione quorumdam urbis Alexandrinæ, Timotheum Ælurum (*Pſeudo Epiſcopum Alexandrinum*) ab exilio revocavit... Igitur Timotheus cum in urbem regiam veniſſet, perſuaſit Baſiliſco, ut Encyclicas literas ad omnes ubique Epiſcopos mitteret, (*Hæ typi nomine notiores ſunt*) & ea quæ Chalcedone geſta fuerant, & Leonis librum anathemati ſubjiceret. Literæ autem ſic habent.

Imperator Cæſar Baſiliſcus... Timotheo... Archiepiſcopo magnæ orbis Alexandrinorum. Quotquot leges pro recta atque Apoſtolica fide ſanxerunt religioſiſſimi qui ante nos fuerant Imperatores, quicumque ſanctam, & beatam & immortalem ac vivificam Trinitatem perpetuo coluere, eas utpote quæ univerſo orbi ſalutares ſemper extiterint, nullo unquam tempore irritas eſſe volumus: ſed potius tamquam leges proprias promulgamus. Nos vero qui pietatem ac zelum pro Deo ac ſervatore noſtro Jeſu Chriſto, a quo conditi & ad hanc gloriam evecti ſumus, omni curæ ac ſollicitudini rerum humanarum longe anteponimus: & qui præterea credimus concordiam gregis Chriſti, tum ipſius gregis, tum omnium ſubditorum ſalutem exiſtere, firmumque noſtri Imperii fundamentum & inexpugnabilem murum eſſe: idcirco divino inſtinctu zelo commoti, & velut quaſdam Imperii noſtri primitias, ſanctæ Eccleſiæ unitionem Deo ac ſervatori noſtro Jeſu Chriſto offerentes, ſancimus ut baſis ac firmamentum felicitatis humanæ, Symbolum videlicet trecentorum, & octodecim ſanctorum Patrum, qui olim ſancti Spiritus inſtinctu Nicææ congregati ſunt, in quod cum nos tum majores noſtri credentes, baptizati ſumus, ſolum in cunctis ſanctiſſimis Dei Eccleſiis & orthodoxorum populorum conventibus uſurpetur atque obtineat: quippe quod unum regula ſit recta ac ſincera fidei, ſufficiens tum ad everſionem cujuſlibet hæreſeos, tum ad perfectam ſanctarum Dei Eccleſiarum unitionem. Ita tamen ut ſuum robur ac vigorem obtineant etiam ea, quæ in hac regia urbe a centum & quinquaginta ſanctis Patribus geſta ſunt ad confirmationem ejuſdem ſanctiſſimi Symboli, adverſus eos qui in Spiritum ſanctum blaſphemabant: ea inſuper quæ in Epheſiorum metropoli contra impium Neſtorium acta ſunt, & contra eos qui ejus errorem poſtea ſunt ſecuti. Ea vero quæ ſanctarum Dei Eccleſiarum conſenſum ac tranquillitatem, & totius orbis pacem diſruperunt; tomum ſcilicet Leonis, & cuncta quæ Chalcedone in definitione fidei aut expoſitione Symbolorum, docendi vel interpretandi vel diſputandi cauſa, ad innovationem ſupra memorati ſacri Symboli trecentorum & octodecim ſanctorum Patrum dicta & geſta ſunt, hic & ubi-

Digitized by Google

& ubique per ſingulas Eccleſias ab univerſis ſanctiſſimis Epiſcopis anathematizari decernimus, & ubicumque reperta fuerint, flammis abſumi. Sic enim piæ ac beatæ memoriæ Imperatores qui ante nos vixere, Conſtantinus ſcilicet ac Theodoſius junior, de cunctis hæreticis dogmatibus præceperunt. Hoc igitur modo confirmata atque abrogata, ex Catholica atque Apoſtolica orthodoxa Eccleſia quæ unica eſt, penitus ejiciantur, utpote quæ æternos ac ſalutares trecentorum & octodecim ſanctorum Patrum, & beatorum centum ac quinquaginta Patrum qui de Spiritu ſancto pronuntiarunt, eorum denique qui Epheſi congregati ſunt, terminos commutent. Nulli igitur omnino, nec Sacerdoti, nec laico liceat, divinam illam Sacro-ſancti Symboli conſtitutionem ullo modo tranſgredi. Porro una cum omnibus novitatibus quæ apud Chalcedonem factæ ſunt contra divinum Symbolum, anathematizari quoque decernimus hæreſim eorum qui Filium Dei unigenitum ex ſancto Spiritu de Maria ſemper virgine ac Deipara incarnatum vere & hominem factum eſſe negant, ſed aut de cælo, aut phantaſtice ac putative carnem ſumpſiſſe fabulantur: omnem denique hæreſim, & ſi quid aliud quocumque tempore, vel modo, vel loco orbis terrarum, aut in ſenſu, aut in verbis, ad divini Symboli tranſgreſſionem innovatum eſt. Quoniam vero Imperialis providentiæ proprium eſt, non præſenti ſolum, ſed futuro etiam tempore ſecuritatem ſubditis ſuis provida mente largiri, decernimus ut omnes ubique locorum ſanctiſſimi Epiſcopi, Encyclicæ Epiſtolæ noſtræ ipſis exhibitæ ſubſcribant, perſpicue declarantes, ſe ſoli trecentorum, & octodecim ſanctorum Patrum divino Symbolo inhærere, quod centum & quinquaginta ſancti Patres poſtea confirmarunt. Quemadmodum ſanctiſſimi Patres qui in Epheſiorum metropoli poſtea convenerunt, decreto ſuo definierunt: ſolum videlicet ſacrum Symbolum trecentorum, & octodecim ſanctorum Patrum, tamquam regulam fidei ſequi oportere: Anathematizantes ac penitus rejicientes a ſanctis Eccleſiis, quidquid apud Chalcedonem factum eſt offendiculum Orthodoxæ plebis, quippe quod totius urbis, noſtræque privatim felicitati fuerit impedimento. Qui vero poſt hoſce noſtros divinos apices, quos ex Dei ſententia promulgatos a nobis eſſe confidimus, quippe qui optatam ab omnibus unitatem ſanctiſſimis Dei Eccleſiis conciliant, novitatem quæ adverſus fidem Chalcedone facta eſt, aut inter diſputandum, aut inter docendum, aut in ſcriptis ſuis quocumque demum tempore & modo ac loco proferre unquam, aut omnino nominare tentaverint, eos tamquam tumultus ac ſeditionum ſanctis Dei Eccleſiis & univerſis qui noſtro Imperio parent, auctores, Deique ac noſtræ ſalutis hoſtes; juxta leges quæ jam pridem de hujuſmodi improbitate latæ ſunt a beatæ ac divæ memoriæ Imperatore Theodoſio, quas etiam huic noſtræ ſacræ Epiſtolæ Encyclicæ ſubjecimus, ſiquidem Epiſcopi ſunt aut Clerici, deponi præcipimus: ſi vero Monachi aut laici, exilio & bonorum omnium publicationi, & extremis pœnis ſubjacere. Ita enim ſancta & conſubſtantialis Trinitas, omnium conditrix ac vivificatrix, quæ a pietate noſtra perpetuo adoratur, nunc quoque tam per abolitionem eorum quæ ſupra diximus zizaniorum, quam per confirmationem rectarum & Apoſtolicarum ſancti Symboli traditionum, a nobis culta, animabus noſtris & ſubditis omnibus propitia ac benigna deinceps futura eſt, & res humanas nobiſcum gubernans pacatas, ac tranquillas efficiet.

Cap. 5. His Encyclicis literis... Timotheus (Ælurus) qui paulo ante reverſus ab exilio fuerat, conſenſit. Petrus quoque cognomento Fullo, Epiſcopus Antiochiæ, qui una cum Timotheo erat Conſtantinopoli... Zacharias refert, Anaſtaſium etiam Hieroſolymorum Epiſcopum, qui Juvenali ſucceſſerat, iiſdem Encyclicis ſubſcripſiſſe, alioſque item complures: adeo ut circiter quingenti numero fuerint, qui Leonis Epiſtolam, & Chalcedonenſe Concilium damnaverunt.

Cap. 7. Scribit idem Zacharias, Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum ob eas res dolore perculſum, Monachos & populum urbis regiæ adverſus Baſiliſcum, ut qui Hæreticus eſſet, concitaſſe. Baſiliſcum vero literas ſuas Encyclicas tandem abnegaſſe, & lege lata conſtituiſſe, ut ea quæ per ſubreptionem facta fuerant, irrita eſſent: literas denique prioribus Encyclicis contrarias miſiſſe, quibus Chalcedonenſis Synodus confirmabatur.

Cap. 9. Interim vero Epiſcopi Aſiæ, ut Acacium placarent, excuſatione apud eum uſi ſunt, veniamque petierunt miſſis ad illum pœnitentiæ libellis: quibus aſſeverabant ſe neceſſitate adactos, non autem ſua ſponte, Encyclicis literis ſubſcripſiſſe: jurabantque, rem ita ſe habere, nec ſe aliter quam juxta Chalcedonenſis Synodi formulam credere nunc, & antea crediſiſſe.

Cap. 11. Cum Timotheus (*Ælurus*) naturæ debitum perſolviſſet, Epiſcopi Alexandrinæ ſedi ſubjecti, Petrum quemdam cognomento Mongum ſua ſibi auctoritate Epiſcopum eligunt. Quod ubi Zenoni (*Imperatori*) nunciatum eſt, vehementer eum conturbavit. Ac Petrum quidem Zeno morte mulctandum cenſuit. Timotheum vero ſucceſſorem Proterii, (*cognomento Salofaciolum*) qui ob ſeditionem populi tunc Canopi degebat, revocavit.

Cap. 12. Haud multo poſt mortuo Timotheo, ... Johannes... Epiſcopus Alexandriæ conſtituitur. Quod ubi comperit Imperator, illum quidem ejici præcepit. Quorundam autem ſuaſu, allocutionem ſcripſit ad Alexandrinos, quam Henoticon appellavit. Juſſitque ut Alexandrina ſedes Petro reſtitueretur, dummodo ille Henotico ſuo ſubſcribere, & Proterianos in communionem ſuſcipere voluiſſet.

Cap. 13. Hanc diſpoſitionem, conſilio Acacii regiæ urbis Epiſcopi factam, Pergamius qui Præfectus Ægypti conſtitutus fuerat, ſecum detulit. Is cum Alexandriam appuliſſet, Johannemque fuga elapſum eſſe didiciſſet, in colloquium venit cum Petro: ſuaſitque ei ut Zenonis allocutionem, & eos qui ab ipſo diſſentiebant, ſuſciperet. Petrus itaque ſupra memoratam allocutionem ſuſcepit, eique ſubſcripſit... Nec multo poſt, cum publica feſtivitas ageretur Alexandriæ, & Zenonis Henoticum omnes communi conſenſu amplecterentur, Petrus Proterianos quoque in communionem recepit. Cumque ipſe in Eccleſia allocutionem feciſſet ad populum, Zenonis quoque allocutionem recitavit, quæ ſic habet.

Cap. 14. Imperator Cæſar Flavius Zeno... Epiſcopis, Clericis ac Monachis & populis, per Alexandriam & per Ægyptum & Lybiam ac Pentapolim conſtitutis... Preces nobis oblatæ ſunt a religioſiſſimis Archimandritis & Eremitis & aliis reverendis hominibus, qui cum lacrymis ſupplicabant, ut unitas fieret ſanctiſſimis Eccleſiis, & membra membris conjungerentur, quæ boni totius inimicus jamdudum a ſe invicem disjungere conatus eſt: ſciens ſe, ſi integrum Eccleſiæ corpus impugnaverit, facile eſſe ſuperandum. Ex hoc enim contigit, ut innumerabilis hominum multitudo, quam tot annorum ſpatio temporis longinquitas ex hac luce ſubtraxit, partim regenerationis lavacro fraudata interierit, partim abſque divinæ communionis perceptione ex hac vita migraverit: atque innumeræ cædes perpetratæ ſint, & effuſi ſanguinis copia non terra ſolum, ſed etiam aer ipſe ſit contaminatus. Quæ quidem quotuſquiſque eſt, qui non optaverit in meliorem ſtatum commutari? Quapropter ſcire vos volumus, nec nos, nec eas quæ ubique ſunt Eccleſias, aliud Symbolum... aliamve definitionem fidei... præter Symbolum (*Nicænum*) trecentorum & octodecim ſanctorum Patrum, quod a centum & quinquaginta ſanctis Patribus (*Conſtantinopoli*) confirmatum eſt, habuiſſe, vel habere, vel habituros eſſe, nec ſcire quoſdam qui habeant. Quos ſi quis habeat, hunc extraneum eſſe judicamus. Hoc enim Symbolo.... Imperium noſtrum ſervari confidimus. Sed & omnes populi qui ſalutarem baptiſmum percipiunt, hoc ſolo accepto Symbolo baptizantur. Idem etiam ſecuti ſunt ſancti Patres qui Epheſi convenerunt, & qui impium Neſtorium una cum iis qui ejus ſententiam poſtea amplexi ſunt depoſuerunt. Quem quidem vos ſimul cum Eutyche, utpote contraria memoratis Patribus ſentientes, anathematizamus, ſuſcipientes etiam duodecim capitula, quæ a ſanctæ memoriæ Cyrillo, ſanctæ Catholicæ Alexandrinorum Eccleſiæ quondam Archiepiſcopo, dicta ſunt. Confitemur autem unigenitum Dei Filium & Deum, vere hominem factum, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, conſubſtantialem Patri ſecundum Deitatem, eumdemque nobis conſubſtantialem quoad humanitatem: Qui deſcendit & incarnatus ex Spiritu ſancto de Maria Virgine ac Dei genitrice, unum eſſe, non duos. Unius enim eſſe dicimus, tum miracula, tum paſſiones quas ſponte ſua in carne ſuſtinuit. Eos vero qui dividunt aut confundunt,

Digitized by Google

eus occupata ſede Patriarchali Antiochenæ Eccle-
G ſiæ dux eorum fuit. (G)

Circa ſectam quæ PRÆDESTINATIANORUM dicitur duæ ſunt Theologorum opiniones. Alii contendant reipſa extitiſſe hanc ſectam; & hoc ipſo ſæculo coaluiſſe ex paucis hominibus, qui male intellectis Sancti Auguſtini circa prædeſtinationem & gratiam principiis, docuerunt, Deum non velle omnium hominum ſalutem, prædeſtinasi reprobos ad malum, & ad æternam damnationem ſine ullis præcedentibus meritis. Prædeſtinatione & gratia imponi homini agendi neceſſitatem, quæ ſtare non poteſt cum libero arbitrio. Scriptam fuiſſe Epiſtolam a Fauſto Regienſi Epiſcopo ad Lucidum Presbyterum, qua conabatur illum a perverſis illis erroribus revocare. Tandem in Conciliis duobus habitis anno 475. altero Arelate, altero Lugduni, proſcriptos fuiſſe hos errores. Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 10.

Alii contendunt nullam extiſſe hoc quinto ſæculo Prædeſtinatianorum ſectam, ſed ſupra dictos errores a Semipelagianis per calumniam affictos fuiſſe veris S. Auguſtini circa gratiam & prædeſtinationem diſcipulis. Ideoque Fauſtum Regienſem, qui fuit unus ex Semipelagianorum antesignanis, hos errores Lucido Presbytero tribuiſſe, quemadmodum illos S. Auguſtino tribuerant olim Maſſilienſes. Damnatos quidem fuiſſe hos errores a Conciliis compluribus, ſed ut falſas conſequentias e doctrina S. Auguſtini perperam deductas, non ut dogmata propugnata ab ullis Hæreticis qui tum temporis extarent.

Ceterum multi exiſtimant nulla habita fuiſſe ea de re Concilia ſive Arelate ſive Lugduni anno

dunt, aut phantaſim introducunt, nullatenus ſuſcipimus. Siquidem vera illa & peccati expers incarnatio ex Dei genitrice, acceſſionem alterius filii non effecit. Trinitas enim ſemper permanſit Trinitas, etiamſi unus ex Trinitate, Deus ſcilicet Verbum incarnatus ſit. Scientes itaque, ſanctas & Orthodoxas quæ ubique ſunt Eccleſias Dei, & qui illis præſunt Deo amantiſſimos Epiſcopos, noſtrum denique Imperium, nullum aliud Symbolum aut definitionem fidei præter ſupra memoratum ſanctum Mathema admiſiſſe vel admittere, abſque ulla cunctatione nos adunavimus. Hæc autem ſcripſimus vobis, non innovantes fidem, ſed ut vobis ſatisfaceremus. Quicumque vero aliter ſentit aut ſenſit, vel nunc vel quandocumque alias, ſive Chalcedone, ſive in alia qualibet Synodo, eum anathematizamus: præcipue tamen Neſtorium & Eutychem, & eos qui idem cum illis ſentiunt. Conjungimini igitur matri ſpiritali Eccleſiæ, ut in ea, una eademque nobiſcum divina communione fruamini, juxta memoratam fidei definitionem trecentorum & octodecim ſanctorum Patrum, quæ una ac ſola eſt fidei definitio. Sanctiſſima enim mater noſtra Eccleſia, eos tamquam proprios filios expectat ut amplectetur, & poſt diuturnum tempus, ſuavem vocis veſtræ concentum audire deſiderat. Feſtinate igitur concitu curſu. Quod ſi feceritis, tum Domini & Servatoris ac Dei noſtri Jeſu Chriſti benevolentiam vobis conciliabitis, tum a noſtra Majeſtate maximam laudem referetis. His perlectis Alexandrini omnes ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſeſe adunarunt.

Quam ſubdola ſit hæc fidei expoſitio nemo non ſentit, ſiquidem Eutychem æque ac Neſtorium videtur anathematizare: at Concilium Chalcedonenſe palam rejicit; duas vero naturas in una hypoſtaſi ſeu perſona ſubſiſtere tacet, &c. *Nec mirum ſi hæreſis ipſis Imperatorum edictis ſuffulta tam profundas radices egerit ac in Oriente etiamnum perſeveret.*

Cap. 16. Sed & Calendio Epiſcopus Antiochiæ, literas ſcripſit ad Zenonem Imperatorem, & ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quibus Petrum adulterum vocabat: aſſerens eum, cum eſſet Alexandriæ, Chalcedonenſem Synodum publice anathematizaſſe. Verum Calendio aliquantu poſt Oaſim in exilium relegatus eſt.... Petrus autem cognomento Fullo, qui ante Calendionem & Stephanum.... Epiſcopus fuerat Antiochiæ, ſedem ſuam recuperavit. Qui quidem & Zenonis Henotico ſubſcripſit, & ſynodicas literas dedit ad Petrum Alexandrinæ urbis Epiſcopum. Cum eodem Petro Alexandriæ Epiſcopo Acacius quoque Conſtantinopolitanus Epiſcopus communionem iniit... Poſtea tamen quidam a communione Petri ſeſe abjunxerunt. Atque exinde Petrus Chalcedonenſem Synodum publice anathematizavit. Quæ res cum nuntiata eſſet Acacio Conſtantinopoleos Epiſcopo, non mediocriter eum conturbavit. Miſſi ſunt igitur ab Acacio, qui veritatem inquirerent. Quibus cum perſuadere vellet, nihil ejuſmodi a ſe factum eſſe, acta confici curavit, in quibus quidam teſtati ſunt nihil hujuſmodi, quod quidem ſcirent, a Petro factum fuiſſe.

Cap. 17. Hic enim Petrus, veluti quidam veterator, & qui temporibus ſeſe accommodaret, in eadem ſententia minime perſeverabat, ſed nunc Chalcedonenſem Synodum ſub anathemate damnabat: nunc palinodiam canens, eamdem omnibus ſuffragiis amplectebatur.

Cap. 22. Porro invaleſcente ſchiſmate Alexandriæ Petrus cum Leonis Epiſtolam & acta Chalcedonenſis Synodi, eoſque qui Dioſcori ac Timothei ſcripta minime ſuſciperent, iterum ſub anathemate damnaviſſet, Epiſcopis quibuſdam & Archimandritis perſuaſit, ut ſibi communicarent. Et quoniam aliis perſuadere non potuerat, plurimos monaſteriis ſuis exegit.

Cap. 23. Inter hæc Acacio Conſtantinopolitano fatali ſorte ſublato, Fravita in ejus locum ſuccedit. Qui cum Synodicas ſuas ad Petrum miſiſſet, reſcripſit ei viciſſim Petrus, de Chalcedonenſi Synodo eadem dicens quæ ſupra commemoravi. Mortuo deinde Fravita... Euphemius ejus loco Epiſcopus eſt ordinatus. Hic accepit ſynodicas Epiſtolas, quas Petrus ad Fravitam ſcripſerat. Cumque in illis anathematizari geſta Chalcedonenſis Synodi deprehendiſſet, magnopere conturbatus eſt, ſeque a Petri communione ſejunxit... Cum igitur Euphemius ac Petrus adverſus ſe invicem contendere, & Synodos alter contra alterum convocare jam pararent, Petrus fatali morte præripitur.

(G) EVAGRIUS *Scholaſt. Eccleſ. Hiſt. lib.* 3. *cap.* 33. Ejecto Flaviano, Severus ad Epiſcopatum Antiochenſis Eccleſiæ promotus eſt... Hic Severus patriam habuit Sozopolim... Ac primum quidem Beryti cauſidicinæ operam dederat. Poſtea vero, relicto juriſprudentiæ ſtudio, cum ſacrum baptiſmum ſuſcepiſſet, ... ilico monaſticam vitam amplexus eſt in quodam monaſterio quod inter civitatem Gazam, & oppidum Majumam in medio itineris poſitum eſt. Quo in loco Petrus quoque Iberus qui ejuſdem Gazæ Epiſcopus fuit, & qui cum Timotheo Æluro in exilium miſſus eſt, monaſticum vivendi genus excoluit... Porro Severus quodam die, diſputatione habita congreſſus eſt cum Nephalio, qui prius quidem idem cum ipſo ſenſerat de unica Chriſti natura: poſtea vero defenſoribus Chalcedonenſis Concilii, & iis qui duas in Domino noſtro Jeſu Chriſto naturas prædicabant, ſeſe adjunxerat. Ab hoc igitur Nephalio & a Monachis qui cum illo erant, Severus una cum illis qui opinioni ejus adhærebant, ejectus eſt ex monaſterio. Qui mox ad regiam urbem perrexit, tam pro ſe, quam pro illis qui una cum ipſo expulſi fuerant, legationem obiturus. Hoc modo ad notitiam & familiaritatem Imperatoris Anaſtaſii pervenit. Porro Severus in Epiſtolis ſuis Synodum diſerte anathematizavit.

Cap. 34. Coſmas Epiſcopus Epiphaniæ.... & Severianus Epiſcopus Arethuſæ, Synodicis Severi literis commoti, cum ejus communione ſeſe abrupiſſent libellum depoſitionis ad eum mittunt.

Lib. 4. *c.* 4. (*Juſtinus*) primo Imperii ſui anno, Severum qui Antiochiæ Epiſcopus... fuerat ordinatus, propterea quod Chalcedonenſem ſynodum ſub anathemate damnare quotidie non ceſſabat... & quia hanc ob cauſam multæ contentiones ortæ fuerant in Eccleſia, & fidelium populus varias in partes ſciſſus erat: comprehendi juſſit Juſtinus & linguæ abſciſſione plecti... Porro ex Antiochena ſede fugit Severus.

Cap. 11. Extant Severi Epiſtolæ tum ad Juſtinianum tum

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 14.

anno 475. Sed hæc eſſe purum putum commentum Fauſti Reienſis, quem S. Iſidorus vocat *virum profundæ calliditatis*. (H)

H

SÆCULUM SEXTUM.

Eccleſiam turbarunt hoc ſæculo præcipue Agnoetæ, Tritheitæ, Acœmetæ, & Defenſores trium Capitulorum.

AGNOETÆ auctorem, & ducem habuerunt *Themiſtium* Diaconum Alexandrinum Eutychianorum hæreſi infectum. Error eorum in eo poſitus erat, quod aſſererent Chriſtum multa penitus ignoraſſe. Confutati ſunt ab Eulogio Patriarcha Alexandrino, cujus ea de re ſcripta approbata ſunt a S. Gregorio magno. (A)

A

TRITHEITÆ auctorem habuerunt *Johannem Grammaticam* nomine *Philoponum*, Eutychiana quoque lue aſperſum. Is docuit tres eſſe in Deo naturas, ſicut tres ſunt perſonæ. Negavit quoque corporum reſurrectionem. Ab Eutychianis ipſis acerrime confutati ſunt illi hæretici, quorum ſecta brevi extincta eſt.

ACOEMETÆ, id eſt *inſomnes*, ſic dicti Monachi quidam quod laudes divinas per tres diviſi turmas ſuccedentibus ſibi vicibus diu noctuque indeſinenter canerent. Error eorum in eo poſitus fuit quod negarent *unum de Trinitate incarnatum & paſſum, & B. Virginem eſſe vere & proprie Deiparam*. Damnati ſunt a Johanne II. Romano Pontifice ut Neſtoriani, & cum obſtinati in hæreſi permanerant, communione privati ſunt.

DEFENSORES TRIUM CAPITULORUM alii hæretici, alii ſchiſmatici ſolum, alii Catholici fuere.

Antequam id explicemus neceſſe eſt exponere prius quid trium Capitulorum nomine intelligatur. Sic dicta ſunt ſcripta trium Auctorum quæ ad judicium Eccleſiæ delata ſunt, quaſi erroribus Neſtorii inquinata. 1. Scripta *Theodori Mopſueſteni* Epiſcopi, qui Neſtorii Magiſter fuerat. 2. Epiſtola *Ibæ* Edeſſeni Epiſcopi ad Perſam quemdam Marim nomine. 3. Scripta *Theodoreti* Epiſcopi Cyri adverſus duodecim Anathematiſmos a Sancto Cyrillo conditos contra Neſtorium.

Hæc capitula tria ut inquinata erroribus Neſtorii, ſimulque Theodori Mopſueſteni perſonam, ut impiam & blaſphemam damnavit Concilium ſecundum Conſtantinopoli congregatum anno 552. quod quintum inter œcumenica locum obtinet. (B) B

Nec propterea putes Ibam aut Theodoretum Hæreticis eſſe annumerandos: ipſi enim & vixerunt & mortui ſunt, in communione Eccleſiæ. Scripſerunt quidem ad defenſionem Neſtorii; ideoque hæreſeos ſunt inſimulati, nec prius recepti ad conſeſſum Concilii Chalcedo-

tum ad Theodoram ſcriptæ. Ex quibus colligere licet, Severum cum Antiochenam ſedem reliquiſſet, initio quidem profectionem ſuam in urbem regiam diſtuliſſe: poſtea tamen eo veniſſe. Scribit etiam in iiſdem literis, ſe eum veniſſet Conſtantinopolim collocutum eſſe cum Anthimo. Cumque illum idem cum ipſo ſentire, eamdemque de Deo opinionem tueri deprehendiſſet, perſuaſiſſe illi ut ſedem ſuam relinqueret. Scripſit etiam his de rebus literas ad Theodoſium Epiſcopum Alexandriæ, in quibus gloriatur quod eidem Anthimo perſuaſerit, ut ejuſmodi dogmata ſeculari gloriæ & Pontificali cathedræ anteponeret .... Ceterum ambo utpote qui mandatis Principis refragarentur, nec ea quæ Chalcedone decreta erant admitterent, ſuis ſedibus expulſi ſunt. Et Alexandrinæ quidem urbis Epiſcopatum ſuſcepit Zoilus: Conſtantinopolitanæ vero Epiphanius: ita ut per univerſas deinceps Eccleſias Chalcedonenſis Synodus palam prædicaretur, nec alius uſquam auderet eam anathamati ſubjicere: qui vero aliter ſentirent, ii omnibus modis adigerentur ad conſenſum ſuum ai accommodandum. Scripta eſt igitur ab Imperatore Juſtiniano conſtitutio, in qua Severum, & Anthimum una cum aliis quibuſdam anathemate percellit, & graviſſima ſupplicia decernit adverſus eos qui illorum dogmata prædicarent.

(H) *Qui ſtudioſius inquirere voluerint, quæ ad hanc quæſtionem ſpectant, legant docta opera in quibus utrimque ventilata fuit, aliis hancce hæreſim extitiſſe affirmantibus, aliis negantibus. Exiſtentiam aſtruunt*, BARONIUS, SPONDANUS, SIRMONDUS *&* NATALIS ALEXANDER, *aliique haud ignobiles; negant, Præſes* MAUCUINUS, CONTENSONIUS, CABASSUTIUS *& alii permulti*.

(A) S. GREG. *Epiſt* 42. *lib.* 8. De doctrina veſtra contra Hæreticos, qui dicuntur Agnoitæ, fuit valde quod admiraremur: quod autem diſpliceret, non fuit ... Ita autem doctrina veſtra per omnia Latinis Patribus concordavit, ut mirum mihi non eſſet quod in diverſis linguis Spiritus non fuerit diverſus.

(B) EVAGRIUS *Scholaſt. Eccleſ. Hiſtor. lib.* 4. *capit.* 38. Porro dum Vigilius quidem Romanæ urbis, Conſtantinopolitanæ vero Menas primum ac deinde Eutychius Epiſcopatum gererent: & Alexandrinæ quidem Eccleſiæ Apollinaria Antiochenæ autem Domninus: Hieroſolimitanæ vero præeſſet Euſtachius, quinta Synodus a Juſtiniano convocata eſt *ad ſtatuendum de Origenis dogmatibus, quæ multi Monachi ſequebantur*. Theodorus autem Cappadox (*Origenis errorum defenſor, cum Epiſcopus*) alio vellet traducere, cauſam Theodori Mopſueſtiæ Epiſcopi, & Theodoreti atque Ibæ in medium produxit: Deo ſcilicet optimo maximo ita rem omnem optime diſponente, ut hinc & inde profana omnia penitus ejicerentur. Prima igitur quæſtione propoſita, utrum liceret mortuos anathemati ſubjicere: Eutychius qui illic aderat, in ſacris Scripturis apprime exercitatus, ſuperſtite adhuc Mena, nondum valde illuſtris; erat enim etiam tum Apocriſiarius Epiſcopi Amaſenorum: cum eos qui congregati erant tamquam ſolertior, per contemptum adſpexiſſet, aperte dixit quæſtionem illam deliberatione non egere. Quandoquidem Joſias Rex Sacerdotes dæmonum non modo vivos interfeciſſet; ſed & eorum qui diu antea mortui fuerant, ſepulcra effodiſſet. Atque hoc ab Eutychio aptiſſime dictum eſſe, cuncti qui aderant cenſuerunt. Quod cum Juſtinianus intellexiſſet, Eutychium paulo poſt ad Pontificalem urbis regiæ ſedem promovit, Mena ex vivis ſublato. Porro Vigilius per literas quidem conſentit; Concilio tamen intereſſe noluit. Congregata igitur Synodo, cum Juſtinianus Epiſcopos interrogaſſet quid ſentirent de Theodoro, & de his quæ Theodoretus contra Cyrillum, & contra duodecim ejus Capitula ſcripſerat, quid item de Epiſtola quæ dicitur Ibæ ab Marim Perſam: poſtquam multa loca ex libris Theodori ac Theodoreti recitata eſſent, oſtenſumque præterea eſſet, Theodorum jampridem condemnatum fuiſſe, nomenque ejus ex ſacris diptychis expunctum, & Hæreticos etiam poſt mortem condemnandos eſſe: omnes uno conſenſu Theodorum quidem ipſum anathematizarunt, Theodoreti vero ſcripta adverſus duodecim Cyrilli Capitula & adverſus rectam fidem; Ibæ quoque Epiſtolam ad Marim Perſam ſub anathemate damnarunt, his verbis uſi ... Condemnamus & anathematizamus præter reliquos Hæreticos, qui condemnati & anathematizati ſunt a ſupra memoratis quatuor ſacroſanctis Synodis & a ſancta Catholica, & Apoſtolica Eccleſia, Theodorum quoque eum qui dicitur Epiſcopus Mopſueſtiæ & impia ejuſdem ſcripta: ea item quæ a Theodoreto impie conſcripta ſunt contra rectam fidem & contra duodecim Capitula ſancti Cyrilli, & contra ſacroſanctam primam Synodum Epheſinam: cuncta denique quæ ab eodem Theodoreto pro defenſione Theodori ac Neſtorii ſcripta ſunt. Anathematizamus prærerea impiam illam Epiſtolam, quæ ab Iba ſcripta eſſe dicitur ad Marim Perſam.

PE-

Digitized by Google

cedonenſis inter Patres Orthodoxos quam dixiſſent anathema Neſtorio. Sed dicto hoc anathemate omnis adverſa ſuſpicio evanuit. Atque hæc quidem ratio eſt cur Synodus quinta non perſonam Ibæ aut Theodoreti damnaverit, ſed ſcripta ſolum ab iis in defenſionem Neſtorii promulgata; quæ quidem ipſi vel explicaſſe vel prorſus retractaſſe viſi ſunt, dicto abſolute in Neſtorium anathemate.

Huic triom Capitulorum damnationi a multis contradictum eſt: nec ſolum ab Hæreticis, ſed & a Catbolicis quoque Eccleſiis non paucis, quarum aliquæ in Schiſma defecerunt; ideoque dixi ſuperius inter Defenſores trium Capitalorum, alios fuiſſe Hæreticos, alios Schiſmaticos, alios Catholicos.

Defenſores Hæretici ii fuerunt, qui cum faterentur tria Capitula eſſe Neſtorii opinionibus infeſta, defendebant tamen illa ſcripta ut Orthodoxa: & cum non auderent aperte ſtare pro partibus Neſtorii tam ſolemniter condemnati ab univerſa Eccleſia, non deponebant tamen illius errores, quia contendebant ſolemniter approbatos eos fuiſſe a Concilio Chalcedonenſi œcumenico. Concilium enim, inquiebant, approbavit ſuo ſilentio Epiſtolam Ibæ ad Marim Perſam lectam frequenti Concilio, in qua laudatur Theodorus Mopſueſtenus, & aſſeritur doctrina Neſtorii; nec damnavit quoque ſcripta Theodoreti adverſus S. Cyrillum: ſed utrumque Epiſcopum recepit in communionem, dicto ſolum in Neſtorium anathemate. Pars I. Sect II. Cap. III. §. 10.
Abutebantur ergo illi Hæretici auctoritate Concilii Chalcedonenſis ad propugnandam contra mentem Concilii Neſtorianam hæreſim.

Defenſores trium Capitulorum Schiſmatici fuere Epiſcopi Iſtriæ, & Provinciarum aliquot vicinarum, qui cum alioqui orthodoxe ſentirent in omnibus; tamen ex præjudicata opinione quam alte animo infixerant Concilium Conſtantinopolitanum adverſum eſſe Concilio Chalcedonenſi in Capitulorum trium damnatione, (quod tamen falſum eſt) non ſolum exiſtimabant tria hæc capitula eſſe benigna interpretatione in Catholicum ſenſum deflectenda; ſed etiam rejiciendum prorſus Concilium quintum, ut ſchiſmaticum. Ideoque ipſi receſſerant a communione, & Eccleſiæ Romanæ & Orientalium, a quibus Concilium hoc ſuſceptum & ſolemniter approbatum fuerat. Multum laboraverunt ad extinctionem hujus ſchiſmatis Pelagius ſecundus Romanus Pontifex, ejuſque ſucceſſor Gregorius Magnus, qui illud pene compreſſit, revocatis ad Eccleſiæ communionem omnibus fere Schiſmaticis. (C) C

(C) PELAGII PP. I. *Epiſt. 7. ad auiverſ. populum Dei, Tom. 5. Concil. p. 795.* Etſi zelum Dei in quorumdam mentibus eſſe deprehendimus, in hoc tamen, quod ſuſpicionibus quibuſdam ſine notitia veritatis ſe concuſſerunt atque concutiunt, & quod ſe a viſceribus unicæ matris Eccleſiæ neſaria animoſitate diſcerpunt, ſine ſcientia eos eſſe non dubium eſt. Et poſſemus quidem totius cauſæ rationem ad ſedandos rumores hominum, divina nobis cooperante miſericordia, fiducialiter explicare; nihilque contra fidem Patrum, contraque quatuor Syoodorum firmitatem ullatenus eſſe tentandum, luculentiſſimis approbationibus demonſtrare; magiſque id actum, ut memoratorum Synodorum firmitas contra omnes inimicos immobili ſoliditate conſiſteret.

Epiſt. 10. ad Childelbert. Reg. Franc. ibid. p. 793. Rufinus vir magnificus, Legatus excellentiæ veſtræ, nobis dixit, quod & in Provinciis Galliarum quidam ſemina ſcandalum ſparſerunt, dicendo quid contra fidem Catholicam quod Dominus non patiatur, admiſſum.... Hoc breviter, ſecundum admonitionem præfati magnifici viri Rufini, ad ſanandum animum veſtrum, vel omnium fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum in Galliæ regionibus conſiſtentium, faciendum eſſe proſpeximus: dicentes anathematizare nos, & alienos ab æternæ vitæ præmiis judicare quicumque ab illa fide, quam beatæ recordationis Papa Leo in ſuis Epiſtolis prædicavit, & quam Chalcedonenſe Concilium, ſequens eumdem Præſulem, edita definitione ſuſcepit, in una ſyllaba, aut in uno verbo, vel in ſenſu, erravit aliquando, aut declinavit vel declinaverit aliquando. Quibus ſe ita habentibus, non attendat Celſitudo veſtra, nec fratres noſtri Epiſcopi, fabulas eorum hominum qui ſcandalis delectantur.

Epiſt. 5. ad Eliam & Epiſc. Iſtriæ, Tom. 5 Concil. p. 940. Ne forte quiſquam maligno ſtudio aliqua de fidei noſtræ integritate diaboli inſtigatione fingere præſumpſerit & argumentari, & ex hoc veſtri fortaſſe videantur animi perturbari, neceſſarium judicavimus per præſentem Epiſtolam noſtram, & ad viſcera vos matris Eccleſiæ ut reverti debeatis, cum lacrymis exortari, & de fidei noſtræ integritate vobis ſatisfactionem noſtram mittere: quatenus nulla poſſit in cordibus veſtris de nobis remanere ſuſpicio, ut in divini tremendique judicii die de taciturnitate mea reus inveniri non poſſim...... Nos enim illam fidem prædictam tenemus, & cum omni puritate conſcientiæ uſque ad ſanguinis effuſionem defendimus, quæ ab Apoſtolis tradita, & per ſucceſſores eorum inviolabiliter cuſtodita, reverenda Nycæna Synodus trecentorum decem & octo Patrum ſuſcepit atque reliquit in Symbolum, ſed & Conſtantinopolitana centum & quinquaginta Patrum ſub piæ memoriæ Theodoſio ſeniore principe facta; etiam Epheſina prima, cui præſedit beatæ recordationis prædeceſſor noſter Celeſtinus Romanæ urbis antiſtes, & Cyrillus Alexandrinæ Epiſcopus; ſed & Chalcedonenſis ſexcentorum triginta Patrum, quæ ſub piæ memoriæ Marciano Imperatore convenit: cuique ſanctæ recordationis Papa Leo per Legatos Vicarios ſuos præſedit; & ut diverſarum hæreſum damnanda exigebat adverſitas, eamdem fidem uno eodemque ſenſu clementer latius ediderunt. Sed & Epiſtolam prædicti beatæ memoriæ Leonis ad Flavianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum datam, quæ & tomus appellatur, per omnia veneramur, tenemus, defendimus, atque ſecundum ejus tenorem, adjuvante Domino, prædicamus. Et ſicut prædeceſſor noſter ſæpe dictas beatæ memoriæ Papa Leo Synodum Chalcedonenſem ſuſcepit atque firmavit, ita & nos per omnia, operante divina gratia, veneramur, cuſtodimus, atque defendimus. Si quis autem contra hanc fidem aut ſapit, aut credit, aut docere præſumit, ſecundum eorumdem Patrum ſententiam, damnatum atque anathematizatum ſe eſſe cognoſcat. Nos ergo patiamini falſis ſuſpicionibus aut rumoribus denuo agitari, & in diviſione Eccleſiæ malorum hominum perſuaſionibus (quod avertat Dominus) remanere. Quod enim vos a ſanctæ Eccleſiæ unitate dividitis? Quando nihil novi, nihil (quod abſit) contrarium in dicta Eccleſia prædicari cognoſcitis vel teneri? Sed unam eamdemque fidem, quæ ab Apoſtolis tradita, & a ſanctis Patribus & prædictis quatuor Synodis explanata atque confirmata dignoſcitur, ſinceriſſime teneri atque defendi modis omnibus comprobatur.

GAEGORII PP. I. *Lib. 2. Epiſt. 36. ad Epiſc. Hiberniæ, Tom. 5. Concil. p. 1094.* Reducat ergo caritatem veſtram tandem integritas fidei ad matrem, quæ vos generavit, Eccleſiam: nulla vos animorum intentio concordiæ unitate diſſociet, nulla perſuaſio rependo vos a recto itinere defatiget. Nam in Synodo, in qua de tribus Capitulis actum eſt, aperte liquet, nihil de fide convulſum eſſe, vel aliquatenus immutatum: ſed ſicut ſcitis, de quibuſdam illic ſolummodo perſonis eſt actitatum: quarum una, cujus ſcripta evidenter a rectitudine Catholicæ fidei deviabant, non injuſte damnata eſt.

Lib. 3. Epiſt. 2. ad Conſtant. Epiſc. Mediolanenſ. Tom. 5. Concil. p. 1138. Poſtquam talis ſciſſura pro nulla re facta eſt, juſtum fuit ut ſedes Apoſtolica curam gereret, quatenus unitatem univerſalis Eccleſiæ in Sacerdotum mentibus per omnia cuſtodiret.

Defenſores Catholici trium Capitulorum. Plurimi extitere, non privati ſolum homines, ſed & Eccleſiæ multæ & celebres; non ſolam ante Concilii quinti celebrationem, ſed & poſtquam Concilium fuerat a Romanis Pontificibus approbatum. In hac defenſione permanſerunt diu Eccleſiæ Africanæ, Gallicanæ, Hiſpanicæ, Britannicæ, quin ex ipſa Italia non paucæ, ſervata tamen Eccleſiæ Romanæ communione. Exiſtimabant nimirum Concilium quintum oppoſitum eſſe Concilio quarto Chalcedonenſi in damnatione trium Capitulorum. Ac proinde non recipiebant illud ut œcumenicum. Hoc poſito, quidquid in tribus Capitulis Neſtorianiſmum ſapit, id omne benigna interpretatione ad ſenſum Catholicum detorquendum eſſe putabant, ne fieret injuria Concilio Chalcedonenſi; nefas enim ipſi videbatur libros ab Eccleſia ſemel approbatos damnare, ſemel damnatos approbare, vel revocare in judicium, quod fuiſſet ſemel ab Eccleſia de libris & eorum Auctoribus conſtitutum.

Eccleſias autem illas Romana Eccleſia non ſegregavit unquam a ſua communione; ſed ſumma ſemper erga eos benignitate, & indulgentia uſa eſt; rata nimirum futurum tandem ut re maturius diſcuſſa, ipſæ intelligerent nihil fuiſſe a Concilio quinto contra auctoritatem Concilii Chalce-
D donenſis attentatum. (D)

Summa hac Eccleſiæ Romanæ patientia & indulgentia factum eſt, ut omnes Occidentis & Orientis Eccleſiæ conſenſerint demum in receptionem Concilii quinti œcumenici, & in damnationem trium Capitulorum. Id manifeſte conſtat. Receptum eſt enim ab omnibus illis Eccleſiis pro œcumenico Concilium ſextum Conſtantinopoli habitum in cauſa Monothelitarum: atqui in Concilio hoc ſexto confirmata ſunt alia quinque Concilia œcumenica antehac habita, nimirum Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, Chalcedonenſe, Conſtantinopolitanum alterum: confirmatæ item fuere omnes condemnationes Hæreſum & librorum factæ in ſuperioribus Conciliis, & nominatim condemnatio trium Capitulorum, ſimul
& anathemata lata in eorum defenſores. (E) Nul- E
læ adverſus iteratas has trium Capitulorum damnationes contradixerunt Eccleſiæ.

SÆCULUM SEPTIMUM.

Hoc ſæculo prodiere Monothelitæ & Pauliciani Hæretici. Prodiit quoque impius Mahumetes.

MONOTHELITÆ, ſic dicti eo quod *unam voluntatem* in Chriſto agnoſcerent. Atque is eorum præcipuus error fuit. Fatebantur quidem duplicem eſſe in Chriſto naturam; ſed volebant unam eſſe in eo operationem, voluntatem unam, Divinam nimirum.

Orta eſt hæc Hæreſis Imperante Heraclio. Hujus præcipui duces fuere *Sergius* natione Syrus, Patriarcha Conſtantinopolitanus: *Cyrus* Patriarcha Alexandrinus. Poſt Sergii obitum hanc hæreſim pertinaciter propugnarunt ejus ſucceſſores in ſede Conſtantinopolitana *Pyrrhus*, *Paulus & Petrus*. Huic quoque patrocinabatur tempore Concilii ſexti Macarius Patriarcha Antiochenus. Hæc etiamnum perſeverat in multis Orientis regionibus.
(A) A

Utrum

Epiſt. 3. ad eumd. ibid. Nos enim auctore veritate, teſte conſcientia, fatemur nos fidem ſanctæ Chalcedonenſis Synodi per omnia illibatam cuſtodire, nihilque ejus definitioni addere, nihilque ſubtrahere audere. Sed ſi quis contra eam, ejuſdemque Synodi fidem, ſive plus minusve ad ſapiendum apperit uſurpare, eum omni dilatione poſtpoſita anathematizamus, atque a ſinu matris Eccleſiæ alienum eſſe decernimus. Quem igitur iſta mea confeſſio non ſanat, non jam Chalcedonenſem Synodum diligit, ſed matris Eccleſiæ ſinum odit. Si ergo ea ipſa quæ audere viſi ſunt, zelo loqui animæ præſumpſerunt, supereſt ut hac ſatisfactione ſuſcepta, ad fraternitatis tuæ unitatem redeant, ſeque a corpore Chriſti, quod eſt ſancta univerſalis Eccleſia, non dividant.

Epiſt. 4. ad Theodolin. Reg. Longob. ibid. Quorumdam ad nos relatione pervenit ab aliquibus Epiſcopis gloriam veſtram uſque ad hoc ſcandalum contra ſanctam Eccleſiam fuiſſe perductam, ut ſeſe a Catholicæ unanimitatis communione ſuſpenderet. Quod quantum vos pure diligimus, tantum de vobis fortius dolemus, quia vos imperitis ſtultisque hominibus creditis, qui non ſolum ea quæ loquuntur neſciunt, ſed vix ea percipere quæ audierint poſſunt. Dicant enim piæ memoriæ Juſtiniani temporibus aliqua contra Chalcedonenſem Synodum fuiſſe conſtituta: qui dum neque legunt, neque legentibus credunt, in ipſo errore manent, quem ſibi de nobis ipſi finxerunt. Nos enim, teſte conſcientia, fatemur de fide ejusdem ſancti Chalcedonenſis Concilii, nihil eſſe violatum, ſed quidquid prædicti Juſtiniani temporibus actum eſt, ita actum eſt, ut fides Chalcedonenſis Concilii in nullo vexaretur. Si quis autem contra ejuſdem Synodi fidem aliquid loqui præſumit, vel ſapere, nos ejus ſenſum ſub anathematis interpoſitione deteſtamur.

(D) PELAGII PP. I. & II. & GREGORII *Magni epiſtolas ſupra relatas littera* (C) *iterum conſule*.

(E) CONCILIUM CONSTANT. III. *in Trullo œcum. VI. anni* 680. & 681. *act.* 18. Sanctum noſtrum univerſale Concilium ... ſanctis & univerſalibus quinque Synodis pie in omnibus conſonuit .... ſuper has, & ultimæ harum quintæ ſanctæ Synodo, quæ hic congregata eſt adverſus Theodorum Mopſueſtenum ... & ſcripta Theodoreti adverſum duodecim capitula laudabilis Cyrilli, & Epiſtolam quæ dicitur Ibæ ad Marim Perſam ſcriptam, immutilatas quidem in omnibus renovans ſanctiones, profanas vero impietatis expellens doctrinas.

(A) CEDRENUS *in Hiſt. Compend. num.* 181. *p.* 420. Anno vigeſimo quinto (*Heraclii Imperatoris*) cum degeret Hierapoli Heraclius, venit ad eum Athanaſius Jacobitarum Patriarcha, homo callidus, & (ut ſunt Syri omnes natura) ad mala facinora verſutia inſtructus. Is cum Imperatore de fide colloquitur, eique Imperator promittit, ſe eum, modo Chalcedonenſis Concilii decreta approbet, Antiochiæ Epiſcopum creaturum. Athanaſius id ſimulat, ac fatetur duas in Chriſto eſſe unitas naturas, ſimul Heraclio quæſtionem proponit de actionibus & voluntatibus, utrum eæ duplices in Chriſto, an vero ſimplices dicendæ ſint. Ea de re Imperator ad Sergium Conſtantinopolitanum, & Cyrum Phaſidis Epiſcopum ſcribit. Quorum cum uterque a ſecta Monothelitarum eſſet, hoc eſt, eorum qui unicam Chriſto voluntatem adſignant, invenit eos idem cum Athanaſio ſentire. Quorum ſententiam cum ad Johannem Papam Romanum perſcriberet, eſt hæc ab eo improbata. Interim Georgio Alexandriæ Epiſcopo mortuo, Cyrus ſufficitur. Hic in ſocietatem adſcito Theodoro Pharaneo Epiſcopo, unitionem illam aqua ſubmergendam conſtituit, unicam Chriſto naturalem actionem decernens. Hoc rerum ſtatu Sophronius Hieroſolymorum Epiſcopus deligitur. Hic convocatis Epiſcopis, quibus præerat, decretum Monothelitarum condemnat: actaque Concilii ſui ad Sergium Conſtantinopolis, & Johannem Romæ Epiſcopos mittit. His auditis Heraclius pudore affectus, cum neque ſua reſcindere vellet, & exprobrationes non ſuſtineret, edicto ſancit, vel unicam, vel duas in Chriſto actiones quisquam confiteatur. Sergio mortuo, Pyrrhus Epiſcopatui Conſtantinopolitano præficitur. Et Johannes Papa Romanus Synodo congregata, Monothelitarum hæreſim deteſtatur. Idem factum in Africa, Byzacena, Numidia, Mauritania. Johanni Papæ Romæ mortuo, Theodorus ſubrogatur. Conſtantinopolitano autem Epiſcopatui Paulus præponitur, ipſe quoque Hæreticus. Sub Theodoro illo Romæ actæ ſunt cauſæ Pyrrhi & S. Maximi, diſcipulorum ejus: & Martini, ſanctiſſimi Papæ Romæ, qui Johanni ſucceſſit, & Cherſonem fuit relegatus. Hujus ſucceſſor Agatho Monothelitas damnat .... Ad hunc modum Eccleſia & ab Regibus & ab impiis ſacrorum Antiſtitibus conturbata (*fuit*.)

Pag. 44. *n.* 193. (*Conſtantinus Imperator*) pacatis rebus

bus omnibus, Eccleſiarum concordiam conſtituit, ... ſacrum ſextum Concilium Conſtantinopolim cogens, Monothelitarum hæreſim damnavit.

Pag. 438. *num.* 193. Anno Conſtantini hujus, qui filium habuit Juſtinianum, ſupra decimum tertio, ſexta ſancta & univerſalis Synodus Conſtantinopoli fuit, collectis eo 289. SS. Patribus. Principes fuerunt Agathonis Papæ Romani locum tenentes. Theodorus ac Georgius Presbyteri, & Johannes Diaconus: tum Georgius Conſtantinopolitanus, & Theophanes Antiochiæ Archiepiſcopi: hic ipſius tum Concilii ſuffragiis delectus, moto dignitate Macario, quod ejus ſe ſanæ religionis congruentibus decretis opponeret. Gubernabat tum Alexandrinam Eccleſiam Petrus Monachus, Hieroſolymarum nemo: ſoliis Patriarcharum ſeſſore tum vacantibus, quod erant a Saracenis occupata. Coactum fuit hoc Concilium contra Theodorum Pharanis, Honorium Romæ, Cyrum Alexandriæ Epiſcopos: & Sergium, Pyrrhum, Paulum ac Petrum, qui Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ fuerant Epiſcopi: itemque adverſus eos qui horum hæreſim renovabant, quorum fuit Macarius nomine Antiochiæ Præſes, Stephanus ejus diſcipulus, & Polychronius puerili fatuitate ſenex. Affirmabant hi, unicam Jeſu Chriſti eſſe cum voluntatem, tum agendi vim. Quos Synodus damnans, pronuntiavit: Duas naturales voluntates, totidemque naturales agendi facultates in uno Domino noſtro Jeſu Chriſto demonſtrari.

Epiſt. SERGII Patriarchæ Conſtantinop. *ad Cyrum Epiſc. Phaſidis ex Concil. Conſtantin.* 3. *ann.* 680. *Act.* XII. *Tom.* 6. *Concil. pag.* 916. Inſinuans ... relegiſſe .... juſſionem ... Imperatoris ad Arcadium ... Præſulem Inſulæ Cypri contra Paulum priorem maligni cœtus Acephalorum, & inveniſſe prædictam piam Juſſionem, prohibentem duas in Chriſto Deo noſtro dicere operationes: interrogavit nos (*Heraclius Imperator*) per notionem ſuam, utrum oporteat duas prædicare operationes, an unam dicere in Domino operationem. Unde nos ſimplici, & compendioſo ſermone utimur, & quæ noſtræ ſunt ſcientiæ, perhibemus. Aſſerimus igitur, quod in ſanctis quidem magnis, & univerſalibus Conciliis nulla de hoc mentio facta eſt, nec invenire eſt de hujusmodi quæſtione diffinitionem quamlibet eſſe prolatam a quodam orthodoxorum Conciliorum. Nonnullos vero probabilium Patrum ſcimus, & præcipue ſanctiſſimum Cyrillum Alexandriæ Archiepiſcopum, in quibusdam ſcriptis ſuis unam vivificam operationem Chriſti veri Dei noſtri dicentem. Sed & Mennas ſanctæ memoriæ quondam Archiepiſcopus a Deo conſervandæ hujus regiæ urbis, ſermonem compoſuit acclamatum ad Vigilium quondam ſanctiſſimum Papam antiquæ Romæ, in quo & ipſe ſimili modo unam voluntatem & unam magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti operationem adſtruxit ... Quoniam igitur aſſeruit veſtra Reverentia, Leonem ſanctiſſimum Papam Romanum in eo, quod dicit: Operatur enim utraque forma cum alterius communione, duas operationes in Chriſto vero Deo noſtro tradere, atque prædicare: oportet ſcire, quod multis ex impio ſchiſmate maledicti Severi adverſum pietatis dogmata decertantibus, & adverſum prædicti egregii Patris Epiſtolam latrantibus, quæ commune revera rectæ fidei fundamentum exiſtit, diverſi probabilium Catholicæ Eccleſiæ Doctorum ad juſtam & veram advocationem prædictæ Epiſtolæ aſſurrexerunt, & nullum horum ſcimus dixiſſe, quod in præſenti libro duas operationes Leo ſanctiſſimus aſſeruiſſet: ſed ut non omnes hos ad medium deducentes, literas extendamus, unius eorum, qui plurimam ob doctrinam veracium dogmatum ab omnibus laudem adeptus eſt, Eulogii dico venerabilis memoriæ quondam Alexandrinorum Paſtoris, librum qui integrum pro præfata ſcripſit Epiſtola; teſtimonium ad præſentem pertinens textum, ſuperius memorati (*Mennæ*) ſermoni ſubnecti poſt paterna teſtimonia fecimus. Neque ergo eos, quos ſcimus pie pro ſuperius dicta Epiſtola propugnaſſe, neque alium quemquam a Deo inſpirabilium Eccleſiæ inſtitutorum uſque hodie duas operationes in Chriſto Deo noſtro reperimus adſtruxiſſe. Si quis vero de ſolertioribus oſtendere valuerit, quemquam probabilium, & a Deo inſpirabilium Patrum noſtrorum, quorum dogmata Catholicæ adſtruunt Eccleſiæ, duas operationes in Chriſto dicere tradidiſſe, opportunum eſt per omnia aſſequi. Omnino enim neceſſe eſt, non ſolum ſecundum ſenſum ſequi ſanctorum Patrum dogmata, & eiſdem vocibus uti cum illis, nihilque penitus innovare &c. *Porro Mennæ ſermo ad Vigilium ſuppoſitus fuit, & forſan ab ipſo Sergio ad falſi ſui dogmatis defenſionem cuſus. Sanctorum autem Patrum teſtimonia detruncata & interciſa tantum proferebat, ut incautos in ſuum errorem induceret.*

Epiſtola SERGII Conſtantinop. Epiſc. *ad Honorium Papam Romanorum, ibid. pag.* 917. In tantum vobis ſanctiſſimis conſonanter in omnibus unanimitate Spiritus conſtringimur, ut ſtudeamus omnium conſiliorum noſtrorum & actionum vos ſacratiſſimos habere præſidentes: & niſi plurimum locorum diſtantia ſejungeret, hoc utique quotidie gereremus, veſtræ ... fraternitatis ... nosmetipſos circumſepientes conſultu: attamen ... confeſtim ea pro quibus ſcribimus enarramus. Ante aliquod certum tempus, cum adverſus Perſas ... Dominus noſter .. promoviſſet exercitum ... & ad partes Armeniæ provinciæ perveniſſet, unus ex principibus impiæ partis Severi execrabilis, nomine Paulus, ... ad ejus pietatem acceſſit, ſermonem pro ſua errabunda hæreſi proferens ..., in quibus piiſſima ejus ac regalis magnanimitas (cum ceteris enim donis Dei, etiam divinorum dogmatum locupletari ſcientia meruit) dum redarguiſſet ... ſanctæ noſtræ Eccleſiæ ... immaculata e diverſo protulit dogmata; inter quæ, & unius operationis Chriſti veri Dei noſtri mentionem fecit. Poſt aliquod vero tempus idem ... Imperator in provinciam Lazorum adveniens, recordatus eſt diſputationis, quam ... fecerat ad Paulum illum Hæreticum, in præſentia Cyri ... tunc ... Lazorum provinciæ metropolitanam ſedem tenentis, nunc autem magnam Alexandriam regentis. Prædictus igitur ſanctiſſimus vir, his auditis, ejus Serenitati reſpondit, neſcire ſubtiliter, utrum unam an duas operationes Chriſti veri Dei noſtri adſtruere neceſſe ſit. Ergo per juſſionem ejus Pietatis, per literas proprias interrogavit nos prædictus ſanctiſſimus vir, utrum unam operationem an duas in Salvatore noſtro Chriſto neceſſe ſit dicere: & ſi quosdam noſcamus ſanctorum ac beatiſſimorum Patrum, unam dicentes operationem. Unde nos, quæ noſtræ erant ſcientiæ, per noſtra reſcripta ei ſignificavimus ... Nihil tamen proprium penitus in hujusmodi noſtris reſcriptis promulgavimus .... Quia igitur ante parvum tempus... pio zelo... Imperatoris excitatus Cyrus ... Alexandriæ ... Patriarcha ... modeſte adhortatus eſt eos, qui in magna civitate Alexandrina, Eutycheris & Dioſcori, Severi quoque & Juliani Deo odibilium hæreſi lauguerent, ad Catholicam Eccleſiam accedere. Et poſt multas diſputationes ... hoc quod feſtinabat, per ſupernam gratiam ordinavit: Facta ſunt inter utrasque partes dogmatica quædam capitula, in quibus omnes (qui antea quidem in diverſas portiones diviſi fuerant, proavosque ſibi Dioſcorum, atque Severum ſceleratos Hæreticos inſcribebant) coadunati ſunt cum ſanctiſſima ac ſola Catholica Eccleſia, & unus grex Chriſti veri Dei noſtri, omnis Chriſto amabilis Alexandriæ populus factus eſt, & pene univerſa cum eis Ægyptus & Thebais & Lybia & ceteræ Ægyptiacæ diſpoſitionis regiones, quas olim conſiderare licebat in innumerabilem hæreſeon multitudinem diſciſſas... Ex his autem, quæ dicta ſunt, atque ſtabilita, unum exiſtit capitulum de una operatione Chriſti magni Dei & Salvatoris noſtri. His ita provenientibus, Sophronius venerabilis Monachus, qui (ut nunc ex uno auditu didicimus) Hieroſolymorum Præſul eſt ordinatus (necdum enim hactenus ejus ex more Synodica ſuſcepimus) apud Alexandriam tunc temporis poſitus cum præfato ſanctiſſimo Papa, quando... admirabilem illam circa eos, qui dudum Hæretici fuerant, Dei beneplacito unitatem componebat, atque cum eo de eiſdem capitulis pertractabat, adverſatus eſt, & contradixit ad unius operationis capitulum, duas omnino operationes Chriſti Dei noſtri dignum inquiens cenſeri. Prænominato autem ſanctiſſimo Papa præſertim teſtimonia ei quorundam ſanctorum Patrum noſtrorum proferente, diſperſim in quibusdam opuſculis ſuis unam operationem aſſerentium, ad hæc quoque & ex abundanti inquiente, quod multoties ſancti Patres noſtri, ut lucrarentur plurimarum animarum ſalutem, dum talia emergerent capitula, Deo gratis diſpenſationibus, ac placitia uſi fuiſſe videntur, nihil de ſubtilitate rectorum Eccleſiæ dogmatum exagitantes; & dicentes, quod oporteat utique etiam in præſenti, dum tantorum millium populorum ſalus præ manibus ponitur, nihil de hoc per contentionem altercari, idcirco quod ſicut dictum eſt,

etiam

Digitized by Google

Utrum Honorius Papa eadem hæreſi inquinatus fuerit, necne, inter Orthodoxos controvertitur. (B)

B

Catholicam fidem adverſus hos Hæreticos aſſeruerunt imprimis Sanctus Joannes Eleemoſynarius Patriarcha Alexandrinus; Sophronius ex

etiam a quibusdam ſacris Patribus vox hujusmodi dicta eſt, nihilque de hoc lædatur recta fidei ratio, memoratus Deo amabilis Sophronius talem diſpenſationem nullatenus acceptam tulit. Quia igitur pro hoc eum literis ejusdem ſanctiſſimi comminiſtri ad nos conjunxit, de hoc quoque etiam apud nos ſermonem movendo inſiſtens, ut de talibus adimeretur capitulis poſt factam unitionem vox unius operationis, durum nos hoc arbitrati ſumus. Quomodo enim non eſſet durum & valde oneroſum, quando hoc reſolvere evertereque erat futurum quidem omnem illam concordiam, atque unitatem, quæ bene fuerat effecta, tam apud Alexandrinam magnam civitatem, quamque per univerſas ſub ea provincias, quæ nullo tempore uſque nunc acquieverant, nomen ſaltem ſimplex divini, atque laudabilis Patris noſtri Leonis, aut ſancti & magni atque univerſalis Chalcedonenſis Concilii mentionem facere, nunc vero præclara & magna voce in divinis miſtarum arcanis hoc prædicantes? Multis igitur a nobis de hoc motis ſermonibus ad prænominatum venerabilem Sophronium, poſtremo adhortati eum ſumus, teſtimonia nobis proferre ſanctorum ac probabilium Patrum, illorum videlicet, quos omnes communiter Doctores confitemur, & quorum dogmata legem ſanctæ Dei cognoſcunt Eccleſiæ, duas nominatim, & ipſis verbis operationes in Chriſto dicendas tradentia; ille autem hoc facere penitus non valuit. Nos vero conſiderantes, incipientem ex hoc inter quosdam hic contentionem exardeſcere, & ſcientes quod ſemper ex hujusmodi decertationibus hæreſeon diſſenſiones effectæ ſunt, neceſſarium judicavimus, omne ſtudium ponere ad ſedandam, atque amputandum talem ſuperfluum verborum conflictum, & ad ſæpedictum ſanctiſſimum Alexandriæ Patriarcham ſcripſimus, ut poſtquam unitatem cum his, qui pridem ſeparabantur, Deo auxiliante compoſuit, de cetero nullum permitteret unam aut duas proferre operationes in Chriſto Deo noſtro, magis autem (ſicut ſancta & univerſalia tradiderunt Concilia) unum eumdemque Filium unigenitum, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Deum operatum confiteri tam divina quamque humana, & omnem Deo decibilem & homine dignam operationem, ex uno eodemque incarnato Deo Verbo indiviſe procedere, & ad unum eumdemque redigi, eo quod unius quidem operationis vox, quamquam a quibusdam ſanctis dicta eſt Patribus, tamen peregrina videatur, & perturbaret aures quorumdam, ſuſpicantium ad peremptionem hanc proferri inconfuſe, atque ſecundum ſubſtantiam unitarum in Chriſto Deo noſtro duarum naturarum, quod non eſt unquam, nec fiat. Similiter autem & duarum operationum dictio multos ſcandalizet, utpote a nulla ſanctorum, & probabilium Eccleſiæ inſtitutorum edita. Inſuper & conſequens ei ſit prædicare duas voluntates, contrarietates circa invicem habentes, tamquam Deo quidem Verbo ſalutarem volente adimpleri paſſionem, humanitate vero ejus obſiſtente ejus voluntati, & reſiſtente, & proinde duo contraria volentes introducantur, quod impium eſt. Impoſſibile quippe eſt, in uno eodemque ſubjacenti duas ſimul & erga hoc ipſum contrarias ſubſiſtere voluntates. Nam ſalutaris Deum gerentium Patrum doctrina manifeſte inſtruit, quod nunquam intellectualiter animata Domini caro ſeparatim, & ex appetitu proprio contrario nutui uniti ſibi ſecundum ſubſiſtentiam Dei Verbi naturalem motum ſuum effecit, ſed quando, & qualem, & quantum ipſe Deus Verbum volebat: &, ut planius dicatur, quemadmodum corpus noſtrum regitur, & ornatur, & diſponitur ab intellectuali, & rationali anima noſtra, ita & in Domino noſtro tota humana ejus conſperſio ab ipſius Verbi deitate ſemper in omnibus mota, Dei mobilis erat, ſecundum Nyſſenum Gregorium... Hanc igitur... contentionem incipientem accendi videntes, neceſſarium judicavimus, attritas potius ſanctorum Patrum voces & Synodice definitas ſemper ſequi, & neque quæ raro a Patribus dicta ſunt, & non circa hæc intentionem habentibus, quaſi planam & inambiguam de eis doctrinam exponerent, ad regulam, & legem per omnia dogmaticam reducere, quale eſt & quod de una operatione ab eis dictum eſt: neque iterum, quæ nullatenus dicta ſunt a probabilibus Patribus, nunc vero a quibusdam proferuntur, duas unquam operationes, tamquam dogma Eccleſiaſticum proferre. Et ad ultimum ſtetit ac placuit, quatenus prædictus Sophronius venerabilis nullum ſermonem de cætero de una ſive duabus operationibus movere debeat, ſed ei ſufficiat præfata cautaque ac trita ſanctorum Patrum recta traditio atque doctrina. His itaque contentus ſæpe nominatus venerabilis vir, & hæc cuſtodire certificans, petiit nos etiam per Epiſtolam de his ei præbere reſponſum, quatenus hujusmodi Epiſtolam, ut ait, oſtendat his, qui forſitan interrogare eum de prædicta quæſtione voluerint, quod & alacriter egimus. Nuper autem piiſſimus, & a Deo coronatus Dominus noſter apud Edeſſenam demorans civitatem, nos ad nos apices fecit, præcipientes, ut paterna illa teſtimonia deflorаremus, quæ continentur in libro.... Mennæ ad .... Vigilium de una operatione, & una voluntate .... quod & ad effectum perduximus. Nos autem quæ dudum mota ſunt, memoria retinentes, & tumultum qui ex hujuſcemodi motione cœpit, ſcientes, ſuggeſſimus ejus piiſſimæ ſerenitati ... hujus capituli omnem ſubtilitatem, horumque quæ a nobis de hoc actitata ſunt, & quod non oporteat de hujuſmodi inquiſitione perſcrutari, ſed permanere in attrita Patrum doctrina, quam omnes conſonanter confitentur de hujusmodi quæſtione, & confiteri unigenitum Filium Dei, qui veraciter Deus ſimul, & homo eſt, eumdem operari divina, & humana, & ex eo uno eodemque incarnato Deo Verbo... inſeparabiliter, atque indiviſe omnem divinam, atque humanam operationem procedere. Hoc namque nos Leo Dei portitor inſtruit, manifeſte perhibens: Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium habet. In quibus reſcriptum piæ juſſionis ab ejus manſuetiſſima ſuſcepimus fortitudine, quæ a Deo conſervandam ejus ſerenitatem condecent, continentem. His igitur omnibus principio ita provenientibus, rationabile ſimul & neceſſarium judicavimus de his ... cognitionem dare veſtræ... beatitudini ... & adhortamur vos hæc omnia legere... quæque ſuper his vobis fuerint placita, ſignificare.

(B) *Epiſtola* HONORII PAPÆ *ad Sergium*, *ibidem pag.* 928. Scripta Fraternitatis veſtræ ſuſcepimus, per quæ contentiones quaſdam, & novas vocum quæſtiones cognovimus introductas per Sophronium quemdam tunc Monachum, nunc vero ex auditu Epiſcopum Hieroſolymitanæ urbis conſtitutum, adverſus fratrem noſtrum Cyrum Alexandriæ Antiſtitem, unam operationem Domini noſtri Jeſu Chriſti converſis ex hæreſi prædicantem. Qui denique ad veſtram Fraternitatem Sophronius veniens, querelamque hujusmodi deponens, uniformiter eruditus, petiit de his, quæ a vobis fuerat inſtructus, paginalibus ſibi ſyllabis tradi: quarum literarum ad eumdem Sophronium directarum ſuſcipientes exemplar, & intuentes ſatis provide circumſpecteque Fraternitatem veſtram ſcripſiſſe, laudamus novitatem vocabuli auferentem, quod poſſet ſcandalum ſimplicibus generare. Nos enim in quo percepimus, oportet ambulare. Enim vero duce Deo perveniemus uſque ad menſuram rectæ fidei, quam Apoſtoli veritatis, Scripturarum ſanctarum funiculo extenderunt, confitentes Dominum Jeſum Chriſtum Mediatorem Dei & hominum, operatum divina, media humanitate Verbo Deo naturaliter (Gr. hypoſtatice) unita, eumdemque operatum humana ineffabiliter, atque ſingulariter aſſumpta carne diſcrete (Gr. indiſcrete) inconfuſe, atque inconvertibiliter plena divinitate, (Gr. & plene a divinitate,) & qui coruſcavit in carne * plena divinis miraculis, ipſe eſt, & carneus effectus plene Deus, & homo: paſſiones, & opprobria patitur unus Mediator Dei, & hominum in utriſque naturis, Verbum caro factum, & habitavit in nobis, ipſe Filius hominis de cælo deſcendens, unus atque idem, ſicut ſcriptum eſt, crucifixus Dominus majeſtatis, dum conſtet divinitatem nullas poſſe perpeti humanas paſſiones: & non de cælo, ſed ſancta eſt aſſumpta caro Dei genitrice: (nam per ſe veritas in Evangelio ita inquit: *Nullus aſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit Filius hominis, qui eſt in cælo:* profecto nos inſtruens, quod divinitati unita eſt caro paſſibilis ineffabiliter, atque ſingulariter, ut diſcrete atque inconfuſe, ſic indiviſe videretur conjungi.

* Gr. *miraculis perfecta divinitate, et ſe eſt qui & carnis effectus opprobria paſſionesque perpeſſus eſt. & perfectus Deus & homo unus mediator.*

Ut nimirum ſtupenda mente mirabiliter manentibus utrarumque naturarum differentiis cognoſcatur uniri.

Cui

Digitized by Google

1.Cor.2.6. Cui Apoſtolus concinens, ad Corinthios ait: *Sapientiam loquimur inter perfectos, ſapientiam vero non hujus ſæculi, neque principum hujus ſæculi, qui deſtruuntur, ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio abſconditam, quam prædeſtinavit Deus ante ſæcula in gloriam noſtram, quam nemo principum hujus ſæculi cognovit. Si enim cognoviſſent, nunquam Dominum majeſtatis crucifixiſſent*. Dum profecto divinitas nec crucifigi potuit, nec paſſiones humanas experiri vel perpeti, ſed propter ineffabilem conjunctionem humanæ divinæque naturæ, idcirco & ubique (*Gr.* utrobique &) Deus dicitur pati, & humanitas ea cælo cum divinitate deſcendiſſe. Unde & unam voluntatem fatemur Domini noſtri Jeſu Chriſti, quia profecto a divinitate aſſumpta eſt noſtra natura, non culpa, illa profecto, quæ (*Gr.* non culpa in illa, profecto quæ) ante peccatum creata eſt, non quæ poſt prævaricationem vi-
Phil. 2. 7. tiate. Chriſtus enim Dominus, in ſimilitudine carnis peccati veniens, peccatum mundi abſtulit, & de plenitudine ujus omnes accepimus: & formam ſervi ſuſcipiens, habitu inventus eſt ut homo, quia ſine peccato conceptus de Spiritu ſancto, etiam abſque peccato eſt partus de ſancta & immaculata Virgine Dei genitrice, nullum experiens contagium vitiatæ naturæ. Carnis enim vocabulum, duobus modis ſacris uloquiis boni malique cognovimus nominari... Non eſt itaque aſſumpta.. a Salvatore vitiata natura, quæ repugnaret legi mentis ejus, ſed *venit quærere, & ſalvare quod perierat*, id eſt,
Luc. 19.10. vitiatam humani generis naturam. Nam lex alia in membris, aut voluntas diverſa non fuit, vel contraria Salvatori, quia ſuper legem natus eſt humanæ conditionis.
Joh. 6 38. Marc. 14. 36. Et ſi quidem ſcriptum eſt: *Non veni facere voluntatem meam, ſed ejus qui miſit me Patris*. Et: *Non quod ego volo, ſed quod tu vis Pater*: & alia hujuſmodi, non ſunt hæc diverſæ voluntatis, ſed diſpenſationis humanitatis aſſumptæ. Iſta enim propter nos dicta ſunt, quibus dedit exemplum, ut ſequamur veſtigia ejus, pius magiſter diſcipulos imbuens, ut non ſuam unuſquiſque noſtrum, ſed potius Domini in omnibus præferat voluntatem. Via igitur regia incedentes, & dextrorſum vel ſiniſtrorſum venatorum laqueos circumpoſitos evitantes, ne ad lapidem pedem noſtrum offendamus, Idumæis, id eſt terrenis, atque Hereticis propria relinquentes, nec veſtigia quidem pedis ſenſus noſtri terram, id eſt, pravam eorum doctrinam, omnimodo atterentes, ut ad id quo tendimus, hoc eſt, ad fines patrios pervenire puſſimus, ducum noſtrorum ſemita gradientes, & ſi forte quidam balbutientes, ut ita dicam, niſi ſunt proferentes eaponetu, formantes ſe in ſpecimen nutritorum, (*Gr.* doctorum) ut poſſent mentes imbuere auditorum, non oportet ad dogmata hæc Eccleſiaſtica retorquere, quæ neque Synodales apices ſuper hoc examinantes, nuque autoritates canonicæ viſæ ſunt explanaſſe, ut unam vel duas energias (*id eſt operationes*) aliquis præſumat Chriſti Dei prædicare, quas neque Evangelicæ vel Apoſtolicæ literæ, neque Synodalis examinatio ſuper his habita, viſæ ſunt terminaſſe, niſi fortaſſis, ſicut præfati ſumus, quidam aliqua balbutiendo docuerunt, condeſcendentes ad informandas mentes, atque intelligentias parvulorum, quæ ad Eccleſiaſtica dogmata trahi non debent, quæ unuſquiſque in ſenſu ſuo abundans, videtur ſecundum propriam ſententiam explicare. Nam quia Dominus Jeſus Chriſtus, Filius ac Verbum Dei, per quem facta ſunt
* Gr. *unus & idem operans divina & humana plene, ſacræ litteræ luculenter demonſtrant*. omnia, ipſe ſit * unus operator divinitatis, atque humanitatis, plenæ ſunt ſacræ litteræ luculentius demonſtrantes. Utrum autem propter opera divinitatis, & humanitatie, una, an geminæ operationes debeant derivatæ dici vel intelligi, ed nos iſta pertinere non debent, relinquentes ea Grammeticis, qui ſolent parvulis exquiſita derivando nomina venditaru. Nos enim non unam operationem vel duas Dominum Jeſum Chriſtum, ejuſque ſanctum Spiritum, ſacris litteris percepimus, ſed multiformitur cognovimus operatum... Si enim diviſiones operationum ſunt multæ, & has omnes Deus in membris omnibus pleni corporis operatur, quanto magis capiti noſtro Chriſto Domino hæc poſſunt pluniſſime coaptari? ut caput & corpus unum ſit perfectum, *ut profecto occurrat*, ſicut
Epheſ.4.13. ſcriptum eſt, *in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti*. Si enim in aliis, id eſt, in membris ſuis, Spiritus Chriſti multiformiter operatur, in quo vivunt, moventur & ſunt: quanto magis per ſumetipſum Mediatorem Dei & hominum, plene ac perfecte, multiſque modis, & ineffabilibus confiteri nos communione utriuſque naturæ condeces operatum? Et nos quidem ſecundum ſanctiones divinorum eloquiorum oportet ſapere vel ſpirare, illa videlicet refutantes, quæ quidem novæ voces noſcuntur ſanctis Dei Eccleſiis ſcandala generare, ne parvuli aut duarum operationum vocabulo offenſi, ſectantes Neſtorianos nos veſana ſapere arbitrentur: aut certe, ſi rurſus unam operationem Domini noſtri Jeſu Chriſti fatendam eſſe cenſuerimus, ſtultam Eutychianiſtarum attonitis auribus dementiam fatuti putemur, præcaventes, nu quorum inania arma combuſta ſunt, eorum cineres redivivos ignes flammivomarum denuo renovent quæſtionum, ſimpliciter, atque veraciter confitentes Dominum Jeſum Chriſtum unum operatorem divinæ, atque humanæ naturæ, electius arbitrantes, ut vani naturarum ponderatores, otioſe negotiantes (*melius* ſicut idololatræ nugantes) & turgidi adverſus nos inſonent vocibus ranarum Philoſophi, quam ut ſimplices, & humiles ſpiritu populi Chriſtiani poſſint remaneru jejuni. Nullus enim decipiet per philoſophiam & inanem fallaciam diſcipulos piſcatorum, eorum doctrinam ſequentes; omnia enim argumenta ſcopuloſa diſputationis callidæ, atque fluctivaga intra eorum retia ſunt colliſa. Hæc nobiſcum Fraternitas veſtra prædicet, ſicut & nos ea vobiſcum unanimiter prædicamus, hortantes vos, & unius vel geminæ novæ vocis inductum operationis vocabulum aufugiantu, unum nobiſcum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei vivi, Deum veriſſimum, in duabus naturis operatum divinitus, atquu humanitus, fide orthodoxa, & unitatu Catholica prædicetie.

Ibid. Act. 13. p. 944. Glorioſiſſimi judices, & ſanctum Concilium dixerunt: relegantur acta præterita: & relecta ſunt.

Glorioſiſſimi Judices dixerunt: Proſequatur ſanctum, & univerſale veſtrum Concilium, quæ in antelatis ab eo promiſſa ſunt. Sanctum Concilium dixit: Secundum promiſſionem quæ a nobis ad veſtram gloriam facta eſt, retractantes dogmaticas Epiſtolas, quæ tamquam a Sergio quondam Patriarcha hujus a Deo conſervandæ regiæ urbis ſcriptæ ſunt, tum ad Cyrum, qui tunc fuerat Epiſcopus Phaſidis, quam ad Honorium quondam Papam antiquæ Romæ: ſimiliter autem, & Epiſtolam ab illo, id eſt, Honorio reſcriptam ad eumdem Sergium, haſque invenientes omnino alienas exiſtere ab Apoſtolicis dogmatibus, & a definitionibus ſanctorum Conciliorum & cunctorum probabilium Patrum, ſequi vero falſas doctrinas Hæreticorum, eas omnimodo abjicimus, & tanquam animæ noxias execramur. Quorum autem, id eſt, eorumdem, impia execramur dogmata, horum & nomina a ſancta Dei Eccleſia projici judicavimus, id eſt, Sergii quondam Præſulis hujus a Deo conſervandæ regiæ urbis, qui aggreſſus eſt de hujuſmodi impio dogmate conſcribere, Cyri Alexandriæ, Pyrrhi, Petri, & Pauli, qui & ipſi Præſulatu functi ſunt in ſede hujus a Deo conſervandæ civitatis, & ſimilia eis ſenſerunt, ad hæc & Theodori quondam Epiſcopi Pharan, quarum omnium ſupra ſcriptarum perſonarum mentionem fecit Agatho ſanctiſſimus ac ter beatiſſimus Papa antiquæ Romæ in ſuggeſtione, quam fecit ad piiſſimum, & a Deo confirmatum Dominum noſtrum, & magnum Imperatorem, eoſque abjicit, utpote contraria rectæ fidei noſtræ ſentientes, quos anathemati ſubmitti definimus. Cum hie vero ſimul projici a ſancta Dei Catholica Eccleſia, ſimulque anathematizari prævidimus, & Honorium, qui fuerat Papa antiquæ Romæ eo quod invenimus per ſcripta, quæ ab eo facta ſunt ad Sergium, quia in omnibus ujus mentem ſecutus eſt, & impia dogmata confirmavit. Pertractavimus autem & Synodica Sophronii venerabilis memoriæ, quondam Archiepiſcopi ſanctæ Dei Hieroſolymorum civitatis, & hæc reperientes cum vera fide convenientie, Apoſtoliciſque, & ſanctorum atque probabilium Patrum doctrinis paria, utpote quæ ſunt orthodoxa, recepimus, & ut ſalubria ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſuſcepimus, & nomen ejus inſeri ſanctis diptychis ſanctarum Eccleſiarum juſtum eſſe judicavimus.

Nota LABBEI. *S. Maximus Monachus Græcus, Doctor, & Martyr, qui per hæc tempora ſcripſit, Honorium Papam egregie defendit in Dialogo cum Pyrro*. MAXIMI *autem verba hæc ſunt*. PYR. Eſto du Vigilio ita ſit. Quid habes de Honorio dicere, qui ad prædeceſſorem meum ſcribens unam Domini noſtri Jeſu Chriſti voluntatem, apertu dogmatizavit? MAX. Quis Epiſtolæ illius fidei dignus erit interpres? qui eam ex perſona Honorii compoſuit, & vivit adhuc, inter alia ſua bona, hoc utiam conſpicuus, quod pietatis dogmatibus univerſum illuſtravit Occidentem? an Conſtantinopolitani de corde ſuo loquentes? PYR. Qui eam compoſuit. MAX. Ille idem igitur ad divum Conſtantinum quondam Imperatorem ſcribens rurſum ex perſona ſancti Papæ Johannis de ipſa:

Unam,

ex Monacho Patriarcha Jeroſolymitanus, Arcadius Archiepiſcopus Cyprius, ſanctus Maximus Abbas clariſſimus, qui pro defenſione fidei Catholicæ Monothelitarum furore Martyr occubuit.

Damnata eſt hæc hæreſis a Summis Pontificibus Severino, Johanne IV. Theodoro, S. Martino I. Agathone: ſub cujus Pontificatu habitum eſt Conſtantinopoli Concilium ſextum generale anno 680. In quo ſummo totius Concilii plauſu & gratulatione excepta eſt & approbata condemnatio Monothelitarum lata ab Agathone.

PAULICIANI Manichæorum hæreſim quæ ſopi-

Unam, inquit, voluntatem Domini diximus, non Divinitatis ejus, & humanitatis, ſed ſolius humanitatis. Cum enim ſcripſiſſet & Sergius, eſſe qui dicerent in Chriſto duas contrarias voluntates, reſcripſimus, Chriſtum non habuiſſe duas contrarias voluntates, carnis, inquam, & ſpiritus; ſed unam tantum, quæ naturaliter humanitatis ejus nota eſſentialis eſt. Id ita eſſe evidenter ex eo demonſtratur, quod membrorum & carnis facta eſt mentio, quæ divinitati quoque ejus non poſſunt attribui.

HONORII Papæ *ad Sergium Epiſt. altera. Ibid. pag.* 968.... Nec non & Cyro fratri noſtro Alexandriæ civitatis Præſuli, quatenus novæ adinventionis unius vel duarum operationum vocabulo refutato, claro Dei Eccleſiarum præconio nebuloſarum concertationum caligines offundi non debeant vel aſpergi, ut profecto unius vel geminæ operationis vocabulum noviter introductum ex prædicatione fidei eximatur. Nam qui hæc dicunt, quid aliud niſi juxta unius vel geminæ naturæ Chriſti Dei vocabulum, ita & operationem unam vel geminam ſuſpicantur? Super quod clara ſunt divina teſtimonia. Unius autem operationis vel duarum eſſe vel fuiſſe Mediatorem Dei, & hominum Dominum Jeſum Chriſtum, ſentire & promere, ſatis ineptum eſt.... Et quidem, quantum ad inſtruendam notitiam ambigentium, ſanctiſſimæ fraternitati veſtræ per eam inſinuandam prævidimus. Ceterum quantum ad dogma Eccleſiaſticum pertinet, quæ tenere vel prædicare debemus propter ſimplicitatem hominum & amputandas inextricabiles quæſtionum ambages; ſicut ſuperius diximus, non unam vel duas operationes in Mediatore Dei & hominum definire, ſed utraſque naturas in uno Chriſto unitate naturali copulatas, cum alterius communione operantes atque operatrices confiteri debemus: & divinam quidem, quæ Dei ſunt operantem: & humanam, quæ carnis ſunt exequentem, non diviſe, neque confuſe aut convertibiliter, Dei naturam in hominem, & humanam in Deum converſam edocentes, ſed naturarum differentias integras confitentes. Unus enim atque idem eſt humilis & ſublimis, æqualis Patri, & minor Patre, ipſe ante tempora, natus in tempore eſt: per quem facta ſunt ſæcula, factus in ſæculo eſt: & qui legem dedit, factus ſub lege eſt, ut eos qui ſub lege erant, redimeret: ipſe crucifixus, ipſe chirographum, quod erat contra nos, evacuans in cruce de poteſtatibus & principatibus triumphavit. Auferentes ergo... ſcandalum novellæ adinventionis, non nos oportet unam vel duas operationes definientes prædicare, ſed pro una, quam quidam dicunt, operatione, oportet nos unum operatorem Chriſtum Dominum in utriſque naturis veridice confiteri: & pro duabus operationibus, ablato geminæ operationis vocabulo, ipſas potius duas naturas, id eſt, divinitatis & carnis aſſumptæ, in una perſona unigeniti Dei Patris, inconfuſe, indiviſe, atque inconvertibiliter nobiſcum prædicare propria operantes. Et hoc quidem beatiſſimæ Fraternitati veſtræ inſinuandum prævidimus, quatenus unius confeſſionis propoſitum unanimitati veſtræ ſanctitatis monſtremus, ut profecto in uno ſpiritu anhelantes, pari fidei documento conſpiremus. Scribentes etiam communibus fratribus Cyro, & Sophronio Antiſtitibus, ne novæ vocis, id eſt, unius vel geminæ operationis vocabulo inſiſtere vel immorari videantur: ſed abraſa hujuſmodi novæ vocis appellatione, unum Chriſtum Dominum nobiſcum in utriſque naturis divina vel humana prædicent operantem. Quanquam hos, quos ad nos prædictus frater & Coepiſcopus noſter Sophronius miſit, inſtruximus, ne duarum operationum vocabulum deinceps prædicare innitatur, quod inſtantiſſime promiſerunt prædictum virum eſſe facturum, ſi etiam Cyrus frater & Coepiſcopus noſter ab unius operationis vocabulo diſceſſerit.

Ibid. pag. 972. Sanctum Concilium dixit: Cognitionem accipientes prolatorum nobis a Georgio Deo amabili Diacono & Chartophylace hujus ſanctæ magnæ Dei Eccleſiæ, libellorum, atque chartarum ſive aliorum opuſculorum, comperimus in unam eamdemque impietatem concurrere: Et prævidimus profana, & animæ perniciosa, continuo ob perfectum exterminium igne concremari. Et combuſta ſunt....

Ibid. Act. 18. *pag.* 1044. Neſtorio & Eutychi & Dioſcoro anathema. Apollinari & Severo anathema. Conſentaneis eorum anathema. Theodoro Pharanitæ anathema. Sergio & Honorio anathema. Pyrrho & Paulo anathema. Cyro & Petro anathema. Macario & Stephano & Polychronio anathema. Omnibus Hæreticis anathema: Qui prædicaverunt & prædicant, & docent ac docturi ſunt unam voluntatem, & unam operationem in diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei noſtri, anathema.

Epiſt. S. LEONIS II. Papæ *ad Conſtantinum Imperat. inter Act. Concil. Conſtant. III. pag.* 1112. Synodali igitur ſententia, & imperialis edicti cenſura, tanquam ancipiti ſpiritus gladio, cum priſcis hæreſibus etiam novæ pravitatis error expunctus eſt: & qui auctores falſitatis extiterunt, cum ſuæ blaſphemiæ labe proſtrati ſunt; qui ore ſacrilego tentaverunt aſſerere unam voluntatem & unam operationem in duabus ſubſtantialiter unitis naturis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ex quibus & in quibus indiviſibiliter & inconfuſe conſiſtit.... Propterea ſicut ſuſcepimus atque firmiter prædicamus ſancta quinque univerſalia Concilia, Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum primum, Chalcedonenſe, & Conſtantinopolitanum, quæ & omnis Chriſti Eccleſia approbat & ſequitur; ita & quod nuper in regia urbe pio veſtræ Serenitatis annisu celebratum eſt ſanctum ſextum Concilium, ut eorum pediſſequum, & ea interpretans pari veneratione, atque cenſura ſuſcepimus, & hoc cum eis digna connumerari, tanquam uno & æquali Dei gratia congregatum decernimus: & qui in eo fideliter convenerunt Chriſti Eccleſiæ Sacerdotes, inter ſanctos Eccleſiæ Patres atque Doctores aſcribendos æque cenſemus... Pariterque anathematizamus novi erroris inventores, id eſt, Theodorum Pharanitanum Epiſcopum, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſucceſſores magis quam Præſules, necnon & Honorium, qui hanc Apoſtolicam Eccleſiam non Apoſtolicæ traditionis doctrina luſtravit, ſed profana proditione immaculatam fidem ſubvertere conatus eſt. (*Gr.* maculari permiſit.)

Epiſt. ejuſdem ad Epiſcop. Hiſpaniæ, Tom. 6. Concil. pag. 1248. Qui vero adverſum Apoſtolicæ traditionis puritatem perduelliones extiterant, abeuntes quidem æterna condemnatione mulctati ſunt, id eſt, Theodorus Pharanitanus, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus Conſtantinopolitani, cum Honorio, qui flammam hæretici dogmatis, non, ut decuit Apoſtolicam auctoritatem, incipientem extinxit, ſed negligendo confovit.

Epiſt. ejuſdem ad Hervigium Regem Hiſpaniæ, ibidem pag. 1251. Perfectiſſime claruit veræ fidei noſtræ veracitas juxta venerandа Concilia, & probabilium Patrum doctrinas, ut in uno Domino noſtro Jeſu Chriſto Filio Dei, eodemque vero atque perfecto, & eodem homine vero atque perfecto, ſicut duas inſeparabiliter & inconfuſe confitemur naturas, id eſt, divinam & humanam, ita & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes eum omnes habere prædicamus, ſecundum qualitates & proprietates in eo concurrentium naturarum. Qui etſi eum unum Chriſtum unamque perſonam Trinitatis eſſe credamus, ut & divinam & humanam naturam & harum naturarum proprietates inconfuſe, indiviſe, & indiminute eum habere prædicemus... Omnes hæreticæ aſſertionis auctores, venerando cenſente Concilio condemnati, de Catholicæ Eccleſiæ adunatione projecti ſunt, id eſt, Theodorus Pharanitanus Epiſcopus, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Paulus, Pyrrhus, & Petrus, quondam Conſtantinopolitani Præſules, & una cum eis Honorius Romanus, qui immaculatam Apoſtolicæ traditionis regulam, quam a prædeceſſoribus ſuis accepit, maculari conſenſit.

CONCIL. NICÆN. II. *ann.* 787. *Act.* 6. *Tom.* 7. *Concil. pag.* 422. Sergius Conſtantinopolitanus, Cyrus Alexandrinus, Honorius Romanus, & qui circa ipſos ſunt unam voluntatem in Chriſto dicentes, ut Hæretici anathematizantur a Catholica Eccleſia, per hæreſim ſuam vana loquentes.

ſopita videbatur excitarunt e tenebris circa annum 653. additis novis figmentis ad vetera. Ducem habuerunt *Paulum* neſcio quem *Samoſatenum* ex Armenia. Illi in omne libidinis & immunditiæ genus ultro prorumpebant. Non obſcura fuit horum Hæreticorum ſecta. (C) Confutavit eorum errores & blaſphemias Euthymius. PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 10.

Circa

C

Ex Honorii Epiſt, jure an injuria hæreſeos inſimulatus fuerit, & a Conciliis œcumenicis anathemate percuſſus, Theologi dijudicent; certe magni nominis Scriptores, BARONIUS *Annalium Eccleſiaſticorum parent,* DIONYSIUS PETAVIUS *e Soc. Jeſu inter Theologos præcipuus,* NATALIS ALEXANDER *Dominicanus & alii eum ab hæreſi abſolvunt: & contra* D. FLEURY *in ſua Eccleſiaſtica hiſtor.* D. ELLIES DU PIN, *& Theologi paſſim eum hæreſim non tolaraſſe modo, ſed & docuiſſe propugnant, quos adire poteris.*

(C) CEDRENUS *in Hiſtor. Compend. num.* 187. & 188. *pag.* 432. Circa hoc tempus extitit Conſtantinus quidam, qui & Silvani nomen uſurpabat, Paulicianorum ſectæ princeps. Ejus hæreſeos hæc eſt hiſtoria. Manichæi Paulicianorum nomen ſibi ſumpſerunt a Paulo quodam Samoſateno, Manichææ cujuſdam mulieris Callinices nomine filio. Ea cum haberet duos filios, Paulum ſcilicet hunc, & alium Johannem, Manichæa eos hereſi inſtituit: Samoſatiſque in Armeniam emiſit, ut ibi eam hæreſim promulgarent, id quod ii ſecerunt in vico quodam Phanarræ. Exinde vico Epiſparidis ſectatoribus Paulicianorum nomen factum fuit. Hi longo poſt hunc Paulum tempore magiſtrum habuerunt alium, Conſtantinum illum, qui cognomentum Silvani geſſit. Hunc principem ſuarum doctrinarum agnoſcunt, non Paulum. Hic enim iis opiniones, quas ſectantur, abſque ſcripto per traditiones exhibuit: Evangelium quidem ex traditione, Apoſtolum autem ſcripto. Tradidit autem ita, ut nihil a Scriptura differrent apud nos recepta, ſed ſingula capita ad ſuam detorſit hereſin. Nam & hanc ipſis legem poſuit, ne præter Evangelium & Apoſtolum, ullum alium librum legerent. Secundum Conſtantinum illum Silvanum, alium habuerunt præceptorem, Simeonem nomine: ſed qui ſe Timotheum vocaret. Quartum, Joſephum, qui ſibi Epaphroditi appellationem impoſuit. Ab hoc Zachariam, quem tamen veluti mercenarium, & non verum paſtorem, quidam ipſorum repudiant. Sextum, Baanem, cognomento Sordidum. Septimum, Sergium, qui Tychicum ſeſe denominavit. Ac Manetem quidem, Paulum, Johannem, & alios quicunque ipſis proponantur, libenter ii damnant: Conſtantinum autem Silvanum, Simeonem qui Titi, Geneſium qui Timothei, Joſephum qui Epaphroditi, Baanem Sordidum, & Sergium qui Tychici titulo ſe inſignibat nequaquam damnant, quippe eos pro ſuis agnoſcentes magiſtris: ſed eos loco Apoſtolorum Chriſti habent.

Pag. 433. Servant primam Manichæorum hæreſin, duo principia cum ipſis affirmantes. Unum tantum eſſe ajunt, quod ipſos a Romana Eccleſia disjungat. Se enim ſentire, alium eſſe Deum Patrem cœleſtem, qui in hoc mundo nihil habeat poteſtatis, habeat autem in futuro: alium Deum mundi conditorem, cui in præſentem mundum jus ſit. Romanos autem profiteri eſſe unum Deum, eumdemque Patrem cæleſtem, & univerſi factorem. Se Chriſtianos, nos Romanos appellant. Iis, quibus ignoti ſunt, alacriter dicunt, credere ſe in Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, cæleſtem Patrem: execrantur que adeo eum, qui non hoc modo credat, ſed nimis meditate ſuam malitiam confectantur. Cum enim Patrem cæleſtem nominant, non addunt ſolum verum Deum, conditorem cæli & terræ, atque omnium quæ in iis ſunt. Enimvero Chriſtianus cum Manichæo diſputans, poſtulare ab eo debet ut Simbolum fidei recitet hoc, Credo in unum Deum patrem omnipotentem, qui fecit celum & terram, omnia quæ & videntur & viſu non deprehenduntur, & cetera. Deinde immoderata maledicendi impietate ſanctiſſimæ Deiparæ obtrectant. Cumque a nobis coguntur eam fateri, verbis aliud ſignificantibus dicunt: Credo in ſanctiſſimam Deiparam, in quam intravit, & ex qua exivit Dominus. His verbis occulte notant Hieruſolymorum urbem ſupernam in quam præcurſor noſtri cauſa intrevit Chriſtus, ut ait Apoſtolus. Neque vere appellant beatam Mariam Deiparam, neque Dominum ex ea carnem aſſumpſiſſe. Impie quoque de divinis myſteriis ſanctæ communionis pretioſi Corporis & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti garriunt, dicentes Dominum verba ſua Apoſtolis dediſſe, eaque juſſiſſe accipere, *Hebr.* 6. 20.

edere atque bibere, non panem & vinum, que quidem etiam adhibenda negant. Quin & venerandæ crucis ſcelerate detrahunt, Chriſtum eſſe crucem dicentes, neque adorandum eſſe lignum, execrationibus deditum inſtrumentum. Vates quoque divinos, & reliquos Sanctos explodunt. Beatum Petrum, magnum illum Apoſtolorum principem, gravius reliquis omnibus & infamant, & prorſus a ſe rejiciunt, negantes eum in ullam ſalutis partem venire. Concilia ſua Eccleſiam Catholicam nominant, in ſuis ad nos allegoriis: inter ſe enim a precibus ea proſeuchas appellant. Pro baptiſmo habent verba Evangelii, quia Dominus dixerit ſe eſſe aquam vivam. *Joh.* 4. 14. Omnia hæc, atque etiam plura ubi deprehenſi tenentur, aliud recte ſignificantibus verbis (id enim voco allegoriam) involvunt. Oportet autem attente & diſtincte de ſingulis contra eos diſputare. Nam & mentiri iis in promptu eſt, ita ferentibus ipſorum legibus, & cum alias ſemper, tum præcipue ubi urgentur, mendacio interpoſito elabuntur, affirmantes quidquid imperetur. Neque ob tale mendacium in aliqua apud ſuos ſunt culpa, quia nimirum ipſis liberum hoc fecit Manes. Is enim dixit, non ſe inhumanum eſſe inſtar Chriſti, dicentis ſe viciſſim eos abnegaturum, a quibus fuiſſet negatus. *Matt.* x. 33. Se eos qui ipſum coram hominibus diffeſſi fuiſſent, eoque mendacio ſibi ſalutem quæſiviſſent, tamquam non diffeſſos, cum gaudio recipere, revocationemque & mendacium non magis culpare quam ſi ipſum profeſſi fuiſſent. Similiter tamen ſeniores Sacerdotes reliquos noſtrates averſantur. Suos, peregrinationis ſuæ ſocios vocant, & notarios: hique a ceteris nulla prorſus re, non habitu, non victus ratione, non reliquo vitæ apparatu differunt. Omnia Evangelii & Apoſtoli dicta habent perverſa, & noſtris ſententiis contraria, ab ipſis ita compoſita, ut qui ſuis ea erroribus accommodarent. Nam quomodo ea ſcripta ſunt atque ſonant, ita apud ipſos habentur, nihil prorſus a noſtris deflexa: ſed ſententias pervertunt, ſicut alibi copioſe eſt a me de tota hac re dictum. Noſtrum Evangelium adurant ubi occaſio tulit, dicentes non in cruce eſſe Chriſti verba, ſed in libro, ideoque hunc a ſe adorari. Quidam ex ipſis cum morbis doloribusve premuntur, crucem ſibi imponunt: eamdemque recepta ſanitate confringunt, in ignem abjiciunt ac cremant, aut etiam conculcant. Sunt inter eos, qui infantes ſuos a noſtris Presbyteris baptizari curent. Alii in noſtram Orthodoxorum Eccleſiam cum veniunt, occulte communicant, ut eo facilius ſimplicioribus imponant. Hujuſmodi artibus ac ſimulationibus ii utentes, interim abſque ullo diſcrimine & metu omnis generis libidini & obſcœnitati vacant, promiſcue utrumque ſexum laſcivia ſua fœdantes: quando nonnulli de eorum corpore tantum parentibus & quidem propriis, abſtinendum perhibent.

Ibid. n. 243. *pag.* 480. Fuit etiam (*Nicephorus Imperator*) ſummo ſtudio deditus Manichæis iis qui nunc Pauliciani & Athincani dicuntur, per Phrygiam & Lycaoniam degentibus, & ſibi vicinis, (inde enim ortus erat) oraculis eorum & ſacrificiis gaudens. Ii ergo ipſo imperante licentiam nacti ſuo more vivendi, multos futilis ingenii homines nefariis ſuis opinionibus infecerunt. Fuit tum in exteriori columella Nicolaus quidam falſo eremitæ (ita vocantur, qui in ſolitudinibus religionis cauſa abditi vivunt) nomine præditus: qui cum ſuis ſociis veræ religioni & venerandis imaginibus impie obloquebatur. Eos Imperator amplectens, Patriarcham alioſque pios urebat. Itaque in eum ſæpe indignabundus Patriarcha invehebatur. At Nicephorus magnum ex mutuis odiis percipiebat gaudium: utque erat divinorum everſor mandatorum, ludibrio habebat omnes proximum ſuum diligentes Chriſtianos. Duces quoque exercituum juſſit Epiſcopis & Clericis mancipiorum loco uti, pro ſua auctoritate in ædibus Epiſcopalibus & Monaſteriis divertere; eorumque rebus pro arbitrio abuti. Vituperabat eos, qui ab omni ætate Deo aurea vel argentea vaſa conſecraſſent: & res templorum ſacras in profanos debere uſus converti ſtatuebat. Omnes ante ipſum Imperatores ut gubernandi neſcios culpabat, providentiam in univerſum tollens, affirmanſque neminem Imperatorem potentiorem eſſe, modo callide is imperaret.

Ibidem n. 268. *pag.* 541. (*Sub Michaele Imperatore*)

Z z

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 10.

Circa hujus ſæcoli initium ponitur ortus impiæ ſectæ MAHUMETANORUM, quam *Mahometes* Patria Cyrenenſis excogitavit, adjuvante, ut creditur, *Sergio* neſcio quo Monacho Neſtoriano. Hujus execrandæ Religionis dogmata partim ex Judæorum, partim ex Chriſtianorum, partim ex veterum Hæreticorum dogmatibus, adjunctis ad hæc mille figmentis & deliratinnibus coaluerunt. Norunt omnes quantos infelix & ridicula ſecta progreſſue armorum vi fecerit, Deo ita ulciſcente crimina Chriſtianorum, quorum maxime in Oriente & Africa impietas ad cumulum acceſſerat.

SÆCULUM OCTAVUM.

Ortæ ſunt hoc ſæculo hæreſes Iconoclaſtarum, & Felicis & Elipandi.

ICONOCLASTÆ ſeu *Iconomachi*, (ſic dicti a bello indicto ſanctæ Cruci & Imaginibus Domini Salvatoris, & Sanctorum cum ipſo regnantium) negarunt ullum ipſis cultum & honorem reddi oportere, contra perpetuam Eccleſiæ traditionem. Hujus hæreſeos, agente potiſſimum *Conſtantino* Nacoleæ in Phrygia magna Epiſcopo, *Leo Iſaurus* Imperator præcipuum columen fuit. Eamdem impietatem tuiti ſunt Imperatores *Conſtantinus Copronymus*, Leonis filius, & *Leo filius Conſtantini*; graveſque ob id vexationes in Eccleſia exercuerunt. (A) A

Huic Sectæ fortiter obſtiterunt Romani Pontifices Gregorius II. ejuſque ſucceſſores, ſanctus quoque Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Sanctus Johannes Damaſcenus Presbyter, & alii. Hanc damnavit tandem, & Synodus

dus

ve) univerſa Bulgaria pietati ſe dedit, & in Occidentu tranquilliſſima pax fuit, veraque Religio viguit. Quo ſucceſſu gaudens, ſeque oblectans Theodora, tantumque bonum veluti augere cupiens, Manichæos (qui per Orientem ſunt & vulgo Pauliciani a principibus hæreſis uſurpantur) aut ad pietatem traducere, aut ſi hanc amplecti detrectarent, extirpare, & ex hominum numero tollere inſtituit. Quæ res magnis orbem terrarum calamitatibus implevit. Nam qui ad eam rem agendam miſſi fuerant, Leo Argyri, & Andronicus Ducæ F. ac Sudalis, non moderate, ſed crudeliter negotium aggreſſi, Manichæorum alios in cruces agebant, alios gladiis cædebant, alios aliis, quorum innumera adhibebant genera, ſuppliciis tollebant e medio. Centum hominum millia ea ratione interfecerunt, publicatis eorum bonis. Itaque reliqua multitudo, neceſſitate ita urgente, ad defectionem ſpectavit.

JACQUES BENIGNE BOSSUET *hiſt. des Variations des Egliſes Proteſtantes*, *tom.* 2. *Livre* XI. *n.* 13. Pauliciani, vel Manichæi Armeniæ. Secta hæc adeo occulta, abominabilis, ſeductionis, ſuperſtitionis, & hypocriſis plena, invitis Imperatorum legibus, quæ ſectatores capite damnaverant, vigere & dilatari non ceſſabat. Eam Imperator Anaſtaſius, & Imperatrix Theodora, Juſtiniani uxor, favore proſecuti fuerant. Huic ſectæ addicti quamplures, ſub Heraclii filiis, *ſeptimo* nempe ſæculo, viſuntur in Armenia, Provincia Perſiæ contermina, a qua deteſtabilis hæc fabula prodierat, & olim ipſius imperio ſubjecta. Sedem ibi fixere, confirmatique ſunt a quodam nomine Paulo, a quo per Orientem Pauliciani vocitati, deinde a quodam Conſtantino, demum a Sergio; eoque potentiæ, vel imperantium imbecillitate, vel Saracenorum protectione, vel etiam Imperatoris Nicephori ſectæ huic addictiſſimi favore, pervenerunt, ut cum in eos Imperatrix Theodora Baſilii uxor ſæviret, & perſequeretur, urbes ædificare, armaque contra Principes ſuos capere potuerint.

PETRUS SICULUS *horum hiſtoriam ſcripſit quam adire potes.*

(A) GEORG. CEDRENUS *in Hiſtor. Compendio*, *pag.* 453. *num.* 211. (*Imperii ſui*) anno nono Leo impius cœpit de ſacris imaginibus evertendis mentionem facere. Quo cognito, Gregorius Romæ Papa, tributa Italiæ & Romæ eum prohibuit: miſſa etiam decretali epiſtola monens non eſſe Imperatoris, de fide ſtatuere, aut vetera Eccleſiæ decreta a ſanctis Patribus facta convellere. Ceterum Leo quantam in ſe Dei iram conciiaſſet reputans, impudentius venerandis imaginibus bellum movit. Quare populus regiæ urbis vehementi dolore percitus, cum ipſum Leonem ſtatuit invadere, tum multos ipſius domeſticos trucidavit: atque eos etiam, qui impoſitam magnæ æreæ portæ imaginem Domini auferebant. Quo factum eſt, ut multi pro pietate propugnantes ſuppliciis afficerentur, alii membris mutilati, alii flagellis, exiliis & mulctis puniti: utque pia ſcholarum doctrina ceſſaret.

Pag. 455. *n.* 213. 14. & 15. Enim vero Imperator Leo non tantum in errore de venerandarum imaginum debita adoratione verſatus eſt: ſed etiam de Deiparæ omniumque Sanctorum interceſſionibus impie ſenſit: Sanctorumque reliquias more Arabum ſuorum præceptorum abominatus eſt. Ab eo itaque tempore impudenter B. Germano offenſus fuit. Vocavit quoque eum ad ſe, illatoque ſubdole ſermone, damnare cœpit omnes qui ſe anteceſſiſsent Imperatores atque Pontifices, quod ii imaginibus ſacris adorandis, cultum ſoli Deo debitum, impie alio transtuliſsent. Ad hæc magnus ille Germanus: Audi, inquit, Imperator, Chriſto in carne exhibito, omnis profanorum ſimulacrorum cultus abolitus, omniſque impia imago ſublata eſt, & exploſa, quomodo Zacharias vates prædixit: *Sic ait*, *dicens*, *Dominus exercituum: Exſcindam e terra nomina ſimulacrorum*, *neque ulla in poſterum erit eorum memoria.* Ceterum ſacras quoque imagines audivimus abolitum iri, non tamen te imperante. Zac. 13.2

Et coactus ab Imperatore, eum nominare, quo rerum potiente hoc eſset futurum: Cononem, dixit. Tum Leo: omnino, inquit, is ego ſum. Conon enim eſt nomen meum, mihi in baptiſmo inditum. Quem ſermonem Germanus excipiens: Abſit, ait, Domine, ut hoc tam inviſum Deo facinus te imperante perpetretur. Sed Tyrannus Deo adverſus, auditis his verbis graviter indignatus, leoninum rugiit, Germanumque ſimulacricolam appellans, ſuaque manu alapam infligens, regia exturbavit. Facto deinde contra ſacras imagines edicto, Germanum rurſus arceſſit, perſuaſum ei ſe ſperans ut ſubſcriberet. At Germanus nequaquam vel nimis Tyranni conceſſit: immo autem pactorum eum ante acceptum imperium initorum admonuit in quibus is Deo fidejuſsore adſcito promiſerat, nihil ſe verorum decretorum labefactaturum. Sed tamen abſoit ut cœpti miſerum Leonem puderet, ut præterea, in hoc incubuerit, ut Germanum ſuis in verbis caperet, atque ita non ut Confeſſorem, ſed ut ſeditioſum ſolio detruderet.

Byzantii defenſor veræ religionis fuit divinus iſte Germanus, quotidie adverſus Leonem feræ cognominem, ut feram beſtiam, ejuſque ſtipatores depugnans: Romæ autem Gregorius, apoſtolicus vir & Petri Apoſtolorum coryphæi aſſeſſor, qui ob divinas ſuas lucubrationes Dialogi cognomen adeptus eſt: is a Leone ob ejus impietatem defecit: & pacto cum Francis icto, tributa Leoni denegavit. Anaſtaſium ac ſocios anathemate ferit, Imperatoremque multis epiſtolis & a multis lectis manifeſto redarguit. Damaſci Syriæ fuit Johannes Monachus & Presbyter Chryſorroas cognomento, Manſuris F. quod Græce ſonat Lentrabum, quem impius Judaico ſenſu Manzerem appellavit. Hic S. Johannes, una cum Coſma Maiumenſi Epiſcopo, & Theophane, fratre Theodori Graptorum Epiſcopi, melodi ſive cantores ſunt agnominati, eo quod melodiis comprehendiſſent eas cantilenas, quæ in Eccleſiis Chriſtianorum canuntur, prout ab eis compoſitæ firmatæque ſunt. Erat enim S. hic Johannes & vita & oratione magiſter optimus, omni divina humanaque cognitione repletus. Sed Germanum quidem Leo, ut ſuæ poteſtati ſubditum, Patriarchæ ſolio dejecit. Iſque humerale in ſacra menſa magni templi deponens, reſignavit munus ſuum, atque diſceſſit. Impiuſque Leo ei ſuffecit Anaſtaſium Syncellum impio ipſius conſilio & hæreſi conſentientem. Digrediens vero Germanus inter alia ad docendum compoſita verba, hoc quoque dixit: Si ego ſum Jonas, projiciet me in mare: nam extra univerſalem Synodum, novi aliquid de fide ſtatuere nequeo, o Imperator. Ac digreſſus, Platanii in domo ſua gentilitia quietus vixit.

Pag. 459. *n.* 217. & 18. Anno... ab incarnatione... 10 CCXXXIX. potitus Imperio Conſtantinus Caballinus

Ico-

Digitized by Google

dus Nicæna ſecunda, inter œcumenicas ſeptima, ſub pia Imperatrice Irene, & ejus filio Conſtantino Imperatore habita anno 787.

FELIX Epiſcopus Urgelitanus in Hiſpania, & ELIPANDUS Epiſcopus Toletanus, circa finem hujus ſæculi docuerunt Chriſtum eſſe ſervum Patris æterni, nec ejus filium eſſe niſi adoptione. Hanc hæreſim, qua renovari videbatur impia doctrina Neſtorii, fortiter impugnavit Etherius Epiſcopus Uxamenſis, cui adjunxit ſe presbyter quidam Beatus nomine, ſanctitate, & doctrina conſpicuus; item Alcuinus Diaconus Eboracenſis Eccleſiæ, & Caroli magni Imperatoris ejusque liberorum præceptor, Paulinus Aquilejenſis Patriarcha; ſanctus Benedictus fundator, & primus Abbas Anianenſis Monaſterii in diœceſi Montispeſſulana, vir doctrina, & ſanctitate celeberrimus, totius ordinis Monaſtici reſtaurator in Occidente ſub Imperio Caroli magni, & Ludovici Pii; Agobardus Archiepiſcopus Lugdunenſis, qui ſæculo ſequenti floruit, & alii. Extant omnia eorum ſcripta in Bibliotheca Patrum. Damnata eſt hæc hæreſis præcipue in Concilio Ratiſponenſi anno 792. Francofordienſi anno 794. & Romano ſub Leone III. ann. 799.

SÆCULUM NONUM.

Hoc ſæculo turbarunt Eccleſiam ſuis erroribus Sergius & Baanes, Claudius Taurinenſis (Goteſcalkus, ut multi contendunt, Photius, Johannes Scotus Erigena.

SERGIUS & BAANES Manichæorum, & Paulicianorum hæreſim, de qua ſuperius diximus in Oriente renovarunt, additis novis impietatibus, & veteribus nonnihil immutatis.

CLAUDIUS TAURINENSIS Epiſcopus renovando errores Vigilantii, & Aerii impugnavit debitam Sanctorum reliquiis venerationem, & Sanctorum invocationem. Renovavit item arrores Iconomachorum adverſus ſacrarum imaginum cultum. Hunc confutavit in primis Jonas Epiſcopus Aurelianenſis, & Dungalus Diaconus Pariſienſis in celebri monaſterio San-Dionyſiano Monachus.

GOTESCALKUS monaſterii Orbacenſis in diœceſi Sueſſionenſi Monachus, multas hoc ſæculo turbas excitavit, & male audiit ob errores, qui ſæculo quinto objecti fuerant iis, qui Prædeſtinatiani dicti ſunt, de quibus ſupra fecimus mentionem. Adverſus hunc aperte inſurrexerunt, & multa ſcripſerunt Rhabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus, & Hincmarus Remenſis. Damnatus eſt in Concilio Moguntino ann. 848. cui præfuit Rhabanus, & in duobus Cariſiaci ann. 849. & 853. quibus præfuit Hincmarus. Prioris Cariſiaci Concilii ſententia Sacerdotio depoſitus, verberibus caſtigatus, & in carcerem detruſus eſt. Sunt, qui negent Goteſcalkum eos erro-

---

Iconomachus, præfuit ei annos xxxv. Is ex ſæviſſimo Leone verſutiſſima pardalis, & ex ſemine ſerpentis aſpis & anguis volans, ut primum in patrium regnum & impiatatem ſucceſſit, longius etiam a Deo, Deipara, omnibusque ſa ſanctis abalienavit: ac deinceps veneficiis, libidinibus, dæmonum invocationibus, viſcerum exectionibus, aliisque malis ſtudiis, tum venationibus & ludis circenſibus deditus, idoneum ſe Antichriſto inſtrumentum præbuit. Atque adeo univerſali edicto vetuit, ne quis in univerſum Domini ſervorum, ſancti titulo cohoneſtaretur: quin imo conſpui eorum inventas reliquias juſſit, prohibuitque eorum interceſſionem poſtulari, quod eos nihil poſſe diceret. Atque addidit ſceleſtus, Mariæ quoque Virginis interceſſionem non eſſe implurandam: nihil enim eam præſtare poſſe. Quin & Deiparam hanc noluit appellari. Sumptis enim in manus auro plenis loculis, ac præſentibus demonſtratis, ſciſcitatus aſt: Quanti eos potarent eſſe pretii? Cum reſponſum eſſet, Magni: evacuato auro, rurſum interrogavit: Quanti loculos æſtimarent? Cumque reſponſum eſſet, Nihili: Ita, inquit, Maria quoque dum Chriſtum geſtavit utero, in honore fuit: poſtquam eam peperit, nihilo reliquis mulieribus præſtantior eſt. Parce nobis Domine. Hæc Chriſtianos in gravem conjecerunt mœrorem: omnesque eum exoſi, Artabasdo Curopalatæ ſeſe adjunxerunt.

Artabasdus urbem ingreſſus, ſtatim ubique per eam ſacras repoſuit imagines, eumque ordines Imperatorem ſalutarunt. Ceterum Anaſtaſius, qui falſo titulum Patriarchæ gerebat, manu tenens veneranda atque vivifica crucis ligna, eum qui iis affixus fuerat juravit ad populum, Copronymum Imperatorem hæc ſibi verba dixiſſe: Quem Maria peperit Chriſtum, hunc tu Filium Dei eſſe ne cenſueris, neque quicquam præter hominem. Ita enim eum Maria peperit, ut & me mater mea Maria. Hoc audito, populus Conſtantino imperium abrogavit.

Pag. 467. *num.* 228. Anno xxxv. in Bulgaros cum ſuſcepiſſet axpeditionem, irato Deo carbunculi pedes ejus invaſerunt, ac febris præterea vehemens eum & ardentiſſima corripuit. Quare lectica ab Arcadiopoli reportatus Selybriam, indeque navigio uſque ad caſtellum Strongylum vectus, ibi & animæ & corporis mortem obiit, vociferans, atque dicens: Vivum ſe inextinguibili igni traditum eſſe, propter Mariam Deiparam: jubensque eam exinde honorari ac celebrari ut vere Deiparam...

Corpus Copronymi ſepultum in æde ſanctorum Apoſtolorum Imperanta Michaelo Theophili F. inde juſſu hortatuque ipſius Imperatoris amotum, & in foro amaſtriano crematum eſt.

Pag. 470. *num.* 230. Anno quarto, Paulus ſanctiſſimus Patriarcha morbo affectus, ſolio relicto caput raſit, ſeque in monaſterium Flori abdidit. Imperatrix triſtis eum convenit, cauſam facti quærens. Cui Paulus: Utinam vero, inquit, ſolio pontificali nunquam inſediſſem, Eccleſia Dei per tyrannidem oppreſſa, atque ab aliis Catholicis ſoliis avulſa, anathemateque notata. Quod niſi œcumenica inſtituitur Synodus, & hactenus errata corriguntur, nulla eſt vobis ſalus. Quærenti ulterius Irenæ, Cur ergo Patriarcha deſignatus ſubſcripſerit ſe imagines non adoraturum? Hoc ipſum eſt, ait, quod lugeo, & ad pœnitentiam confugio, Deum deprecans ne me talem Pontificem puniat, qui hucuſque tacuerim, metuque furoris veſtri veritatis præconio abſtinuerim. His ita actis, ille vitam cum morte feliciter commutavit. Exinde libere ab omnibus verba de ſacris imaginibus fieri.

Anno quinto, Irene Senatu populoque convocatis, ſententiam de novo Patriarcha creando rogavit. Ab omnibus ſibi id munus delatum Taraſius Secretarius recuſavit, populorum, & Eccleſiarum cauſatus diſſenſionem, Conciliumque cogi poſtulans. Quod cum annuiſſent Imperatrix, & populus, ita demum ſanctus pater noſter Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus declaratur, xxv. die Decembris, indictione octava, miſſisque Romam de Concilio literis, & fidei ſuæ confeſſione, eſt ab Adriano Papa approbatus.

Anno vi. cum aſſet Concilium edictum in ædem Apoſtolorum, eodem convenerunt etiam Satanæ adminiſtri, gladiisque armati intraverunt. Quo perterriti alteri, inda ra infecta diſceſſere.

Anno octavo, ſeptimum œcumenicum Concilium Nicææ fuit, elapſis ad id a ſexto annis centum viginti duobus. Tuncque Taraſii ſanctiſſimi Patriarchæ opera priſtinum ſuum ornatum recepit. Convenerunt eo Patres CCCL. qui imagines cum cruce adorandas ſtatuerunt: nihil ii novum decernentes, ſed ſanctorum Patrum decreta immota relinqui jubentes. Iidem nova hæreſi damnata, anathemate deteſtati ſunt tres iſtos falſo Patriarchas habitos, Anaſtaſium, Conſtantinum, & Nicetam. Subſcripſerunt actis Concilii Imperator, materque ejus. Juxta pax tum Eccleſiæ Dei fuit, tametſi inimicus per ſuos miniſtros zizania ſua ſerere non ceſ-

errores propuguaſſe, propter quos damnatus eſt: licet alioqui dutius hunc locutum eſſe fateantur. Quidquid ſit de ea quæſtione non videtur ſane ulla Prædeſtinatianorum ſecta hoc ſæculo prodiiſſe.

Photius Sancti Tharaſii Patriarchæ Conſtantinopolitani, ſub quo celebratum eſt Concilium ſeptimum generale, Sororis filius, vir opibus & dignitate conſpicuus, iogenii vero facilitate & eruditione nulli ſecundus, (ut patet ex ejus ſcriptis, maxime ex illius Epiſtolis, & ex Opere illo celebri, quod *Photii Bibliotheca* inſcribitur, in quo poſuit ſummam rerum contentarum in libris omnibus quos legerat, & ſuum de ſingulis judicium, & ex iis fragmenta multa transmiſit ad poſteros;) cum eſſet antea laicus, intruſus eſt in ſedem Conſtantinopolitanam, vivente ſancto Igoatio Patriarcha legitimo, qui a Barda Michaelis III. Imperatoris Avunculo & Impetii moderatore, ſede pulſus fuerat, eo quod eum Sanctus Ignatius communione privaſſet, propter repudiatam uxorem cum gravi totius Orientis ſcandalo, & inceſtam cum nuru conſuetudinem.

Ordinatus eſt intra ſex dies Photius, homo ambitionis impotentis, a *Gregorio Syracuſano Epiſcopo* excommunicato & depoſito, aſſiſtentibus ſibi aliis Epiſcopis item excommunicatis. Re mature diſcuſſa Nicolaus I. Romanus Pontifex excommunicavit Photium ejusque aſſeclas & fautores. Photius ſpreta Summi Pontificis excommunicatione, eo impudentiæ proceſſit, ut convocata Pſeudo-Synodo, in ipſum Nicolaum tulerit excommunicationis ſententiam. Mox ſcripſit contra Romanam Eccleſiam, docuitque Spiritum ſanctum a ſolo Patre non a Filio procedere: in quo diſceſſit a perpetua Eccleſiæ traditione, non ſolum per Latinos, ſed & per Græcos Patres antiquiores & illuſtriores, Athanaſium, Baſilium, &c. ad nos usque quolibet ſæculo tranſmiſſa.

Necatus fuit Deo ulciſcente, & Michaele Imperatore jubente impius Bardas, ejusque cadaver in fruſta conciſum. Michael ipſe, qui in dejiciendo Sancto Ignatio Bardæ adjutor fuerat, occiſus eſt. Huic ſucceſſit in Imperio Baſilius Macedo. Is Synodum octavam œcumenicam junctis cum Adriano II. Romano Pontifice conſiliis Conſtantinopoli convocavit ann. 869. In ea Synodo reſtitutus in ſedem ſuam S. Ignatius; Photius depoſitus & excommunicatus, ac deinde per Imperatorem in exilium miſſus. Sed decennium poſt rediit Photius in gratiam Imperatoris, & mortuo deinde Sancto Ignatio invaſit denuo Patriarchalem ſedem. Mox adjuvante Imperatore miſit literas ad Summum Pontificem, ut peteret Patriarchalis auctoritatis confirmationem. Impetravit tandem, Johanne VIII. per nimiam laxitatem indulgente pro bono pacis. Tunc Photius Patriarcha legitimus fuit.

Adeptus pacificam Patriarchalis ſedis poſſeſſionem, congregavit pſeudo Synodum, quam auſus eſt appellare octavam œcumenicam. Ibi reſcidit omnia, quæ in Concilio octavo geſta fuerant, & adverſus Romanam Eccleſiam denuo inſurrexit. Dixit contra eum Romanus Pontifex excommunicationis ſententiam, & confirmavit quæcunque in octava Synodo œcumenica fuerant conſtituta. Marinus Johannis VIII. ſucceſſor latam in Photium depoſitionem iteravit; idem præſtitit Marini ſucceſſor Adrianus III. & poſt Adrianum Stephanus VI. Perſiſtit Photius in ſchismate, fretus auctoritate Baſilii Imperatoris. Sed hoc mortuo Leo ſapiens Baſilii ſucceſſor expulſum Photium ex ſede Conſtantinopolitana detruſit in monaſterium. Et Præſulem Orthodoxum, & cum Romana ſede communione conjunctum eligendum curavit. Sic Photianum ſchisma extinctum eſt, nec revixit niſi ſæculo undecimo, ut infra videbimus. Photius autem in monaſterio diem ſupremum obiit. (A) A

Johannes Scotus Erigena, imperante Carolo Calvo multos docuit errores circa prædeſtinationem, & ſacroſanctam Eucariſtiam. Ex ejus ſcriptis hauſit poſtea Berengarius principia ſuæ hæreſeos circa ſacroſanctam Euchariſtiæ Sacramentum, ut infra videbimus.

Sæculum Decimum.

Hoc ſæculo valde obſcuro nulla prodiit hæreſis alicujus nominis,

An-

ſet. Vincit tamen ſemper Eccleſia, Domini ſui favore.

(A) Mich. Glycas. *Ann. par.* 4. *pag.* 293. Præterea (*Bardas Imper. tutor*) facinus improbiſſimum committere auſus eſt, genuini filii conjuge vitiata. Quod ubi reſciviſſet Ignatius Patriarcha, hominem ſemel atque iterum fruſtra monitum, tandem adhibita commonefactione poſtrema, ſacris excludit. Tum vero Bardas furere, Ignatium gregi adimere, Photium ejus loco ſubſtituere. Qualibus autem, quantisque calamitatibus Ignatius opera Photii fuerit exagitatus, ut tandem ſponte ſua ſolium detrectare ac reſignare videretur verbis explicari omnino non poteſt. Quippe radicitus ei dentes effracti ſunt, ipſe nudus in longum exporrectus, & ſandapilæ cuidam luto commaculatæ incluſus, quæ abominabilis iſtius Copronymi cadaver continebat.

Verum Deus hæc non admodum diu toleravit. Quippe Photius ille mox ſolio dejectus eſt, Bardas miſere vitam in terris ſuam clauſit.

Pag. 297. His temporibus divinus ille Ignatius haſce res inferas reliquit. Quum autem Photius perpetuo ſolii recuperandi deſiderio teneretur, Eccleſiamque recuperare conaretur: hujusmodi quiddam ab occulta profectum verſutia vafricieque commiſcitur. Primas de appellationibus Imperatoris, filiorum, Auguſtæque literas ſumit, indeque ſaum illud Beclas componit: quo declarato, viſus eſt Imperatori vir apprime ſapiens eſſe. Hac ratione ſolium illud excellentiſſimum recepit.

Constant. Manasses *in Compend. Chronico*, *pag.* 104. Quin etiam (*Bardas Imper. tutor*) in flagitium ingens provolvebatur, quale nec Scytha quispiam, nec Perſa, nec Sarmata deſignaret. Nam cum filii conjuge (proh fœdam laſciviam) non aliter conſueſcebat, atque ſi thori legitimi conſors eſſet. Hoc terribile facinus ubi magnus Ignatius ille comperit, qui eo tempore novam Romam gubernabat (erat enim omnium in ore piaculum iſtud, paſſimque per compita & ædes jactabatur) Bardam Cæſarem verbis caſtigabat metum incutientibus, adjectis ſequuturæ vitæ ſuppliciorum minis, terrebat hominem, in viam revocabat, reprehendebat, admonebat, omnem machinam adhibebat, ut malum illud exſcinderet. Sed enim verum erat omnino verbum illud Salomonis qui vetat improbos taxari & reprehendi. Nam reprehenſiones ſunt hominibus impiis flagrorum inſtar, & corda perverſa velati ſagittæ feriunt. Nimirum objurgationibus hiſce Bardas Cæſar exacerbatus, non modo nihili fecit eas exhortationes: verum etiam conceptam adverſus monentem iracundiam & indignationem alebat, non aliter agens, atque ſi ſanioſos aliquo curare volente, non tantum aufugiant, ſed etiam erga bene facientem excandeſcant. Quum igitur aliquando Bardas accederet ad myſteria, nec divinum illud munus a Patriarcha conſequeretur: (non enim unguenta fragrantia vaſi putido committuntur) inflammatus iracundia

Antropomorphitæ quidam, Id eſt formam corpoream Deo tribuentes in Italia hoc ſæculo prodierunt: adverſus eos ſcripſit Ratherius Veronenſis Epiſcopus. Brevi ea ſecta extincta eſt, ſi tameo ſecta fuit, & non potius quorumdam rudium, & imperitorum opinio.

In Occitania noſtra Walafredus neſcio quis auſus eſt negare animam eſſe immortalem, & impium hunc errorem ſpargere non dubitavit. Impugnatus eſt a Durando Caſtrenſi Abbate Ordinis Saocti Benedicti, cujus Abbatia in ſedem Epiſcopalem evecta eſt a Johaone Papa XXII.

Sæculum Undecimum.

Hoc ſæculo novi Manichæi, Berengarius, & Michael Cerularius ſuis erroribus Eccleſiam exercuerunt.

Novi illi Manichæi prodierunt Aureliani in Gallia regnaote Roberto. Duces habuerunt Canonicos duos Eccleſiæ Aurelianenſis, qui deprehenſi, damnati ſunt in Concilio, & exauctorati. Prodiere quoque alii in Orienta, ſimiliter compreſſi.

Berengarius Archidiaconus Andegavenſis prodiit inter Hæreticos initio hujus ſæculi. Primus poſt Scorum Erigenam docere auſus eſt Corpus Chriſti non eſſe niſi figura tenus in Euchariſtia. Proſcriptus eſt ab univerſa Eccleſia, ut novator & Hæreticus, cujus error oppoſitus eſſet doctrinæ ab Apoſtolorum temporibus ad hæc usque tempora per univerſum orbem traditæ. Hunc ſcriptis egregie, & copiose conſutarunt imprimis Hugo Lingonenſis Epiſcopus, Lanſrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus, Durandus Troarneoſis Abbas, Guitmondus Averſanus Epiſcopus in Campania prope Neapolim, Algerus primum Diaconus Leodienſis, deinde Monachus Cluniacenſis, vir ſanctitate & eruditione celeberrimus, & multum a Sancto Petro Venerabili Abbate Cluniacenſi commendatus. Damnatus eſt in Concilio Romano ſub Leone IX. ann. 1050. In Conciliis Vercellenſi, & Pariſienſi anno eodem celebratis. In Florentino ſub Victore II. ann. 1055. Et eodem anno io Turonenſi. In altero Romano ſub Nicolao II. ann. 1059. In Rothomagenſi ann. 1063. Pictavenſi ann. 1075. Tertio Romano ſub Gregorio VII. ann. 1078. Quarto Romano ano. 1079. Errorem ejuravit Berengarius, & obiit pœnitens io ſiou Eccleſiæ Catholicæ.

Michael Cerularius primum Monachus, dein Patriarcha Conſtantinopolitanus inauguratus anno 1043. Poſt decennium a ſua inauguratione ſcripſit adverſus Eccleſiam Romanam, & Latinam. Præcipua accuſationum illius capita hæc fuere. 1. Quod Latini io pane azymo conſecrarent. 2. Quod carnes ſuffocatas comederent, & ſanguinem contra ſanctionem Apoſtolicam. 3. Quod barbam raderent. 4. Quod ſabbato jejunarent. 5. Quod tota Quinquageſimæ hebdomada carnes edereot. 6. Quod crederent Spiritum ſanctum a Patre, & Filio procedere, ideoque vocem Filioque Symbolo addidiſſent. Quod apud Latinos, fratres duos duas ſorores ducere uxores poſſint. 8. Quod pacis oſculum daretur mutuo a Miniſtris altaris ante communionem ſacrificii. Quod *Alleluja* non caneretur Quadrageſimæ tempore. 10. Quod nec Sanctorum reliquias, nec ſacras imagines Latini venereotur. Alia quædam aut falſa, aut futilia hujusmodi objiciebat. Hæc capita fuere tandem occaſio Schismaticis, quo etiamnum Eccleſia Græca a nobis diſtracta eſt.

Nihil non egit Leo IX. ut Cerularium ab errore, & ab anticipatis opinionibus revocaret. Conſtantinopolim conciliandi pacis cauſa Legatos tres miſit, quorum primus fuit vir eruditione conſpicuus Humbertus Cardinalis Epiſcopus Sylvæ Candidæ. Hi perhonorifice excepti ſunt a Conſtantino Monomacho Imperatore. Plures habuetuot cum Patriarcha collationes, quibus cum nihil profeciſſent, dixerunt tandem in eum Excommunicationis ſententiam ſolemni apparatu in Eccleſia ſanctæ Sophiæ. Michael viciſſim & Legatos, & ſummum ipſum Pontificem excommunicare non dubitavit. Pulſus eſt e ſua ſede Cærularius per Imperatorem. Nec propterea ſchisma deſiit, magnos ex eo tempore fecit in Oriente progreſſus. Non tamen omnes Orientis Eccleſiæ huic adhæſerunt. Pleræque earum in communione Eccleſiæ Romanæ, ſæculo ſequenti permanebant. Multæ in eadem communione perſeverant etiamnum, quamquam paucæ numero illæ quidem, præ aliis quas vel Neſtorianismus, vel Eutychianismus, vel Monothelitismus, vel ſchisma ſub Cerulario inchoatum ſeparat ab unitate Eccleſiæ. (A)

A

Sæ·

cundia leonis in morem rugit, ceu violenta pardalis in hominem juſtum inſilit, lacerat, a clavo ſommovet. Ejus in locum Photium ſubſtituit, proh qualem pro quali viro? Ex eo tempore miſeriarum æſtus Ignatium jactabat, & demergere virum conabatur. Cæſar autem adflabat, tamquam graviter ſpirans aquilo, vel ſævus ille tempeſtatesque ciens ſubſolanus: quo flante, procellæ graves concitabantur. Quis ea mala ſatis exponere poſſit, quibus Ignatium Photius & Bardas excruciabant? Nimirum ut propriæ manus ſubſcriptione teſtaretur, amictum ſe ſacrum ſponte ſua deponere, dentes homini radicitus excutiunt, genas contundunt maxillas frangunt, ceu piacularibus flagitiis gaudentem, latronum ducem, maleficum, nudum & vinctum (o ſol, o terra!) in frigidum ſepulcrum marmoreum, fœtens, pollutum ſtercore, quo abominabile cadaver Imperatoris Copronymi continebatur, extenſum toto corpore deponunt. Sed hæc audens quidvis manus perpetuo Deum latere non potuit. Quippe malorum machinator pœnas luit, & auctor ærumnarum Ignatiis ſcyphum iracundiæ divinæ hauſit. Bardas enim foveam cædis Imperatoris fodiens, ipſemet in illam juſto judicio præceps corruit: ſceleratus autem Photius ille ſolio Patriarchico deturbatus eſt.

Pag. 108. Quum autem liberatus vitæ procellis Ignatius, ad placidos jam cæli portus appuliſſet: aſtutus ille Photius, numquam non throni cupidus, in hoc totus incumbens, ut Eccleſia rurſum potiretur, hujusmodi quiddam ſane verſutam, ac pravum molitur. Solas primas literas nominum Imperatoris, liberorum ejus, & Auguſtæ ſumit, atque inde Beclas componit, eoque declarato, quum ejus ætatis hominibus literatis negotii non parum exhibuiſſet: viſus eſt Imperatori vir eſſe magnæ doctrinæ ac ſapientiæ, ideoque ſolium ei Patriarchicum redditur.

(A) *Hujuſce Schismatis hiſtoriam ſcripſere Auctores haud ſpernendi quos adire potes.*

S. Ber.

SÆCULUM DUODECIMUM.

Infeſtarunt Eccleſiam ſuis erroribus hoc ſæculo Tanchelinus, Petrobruſiani, qui & Henriciani parentes Albigenſium, nova Manichæorum progenies, Arnaldus de Brixia, Petrus Abælardus, Gilbertus Porretanus, Eudo de Stella, Apoſtolici, ac demum Waldenſes.

TANCHELINUS homo perditiſſimus circa initium hujus ſeculi docuit Antuerpiæ miniſterium Epiſcoporum, & Presbyterorum non fuiſſe a Chriſto initum: Sacroſanctæ Euchariſtiæ communionem nihil prodeſſe ad ſalutem. Ad hæc vitam agebat omni flagitiorum, & obſcœnitatum genere inquinatam. Nondum erat Antuerpia ad ſedem Epiſcopalem evecta. Erat ibi tum temporis Presbyter unicus, homo vitæ flagitioſiſſimæ. Opportunam itaque nactus occaſionem Tanchelinus lupi rapacis inſtar ſævîit in gregem Paſtore deſtitutam, & eos progreſſus fecit, ut eum omnis populus Antuerpienſis, ut magnum aliquem Prophetam ſequeretur. In illis anguſtiis ſuſcitatus a Deo eſt S. Norbertus Ordinis Præmonſtratenſis Inſtitutor, deinde Archiepiſcopus Magdeburgenſis. Is Antuerpiam profectus impiam hæreſim debellavit, & extinxit. De eo adi vitam S. Norberti a R. P. Hugo Ordinis Præmonſtratenſis conſcriptam.

PETROBRUSIANI ſic dicti a *Petro de Bruis*. Is ex oppido S. Ægidii in diœceſi Nemauſenſi ortus, Manichæorum errores non paucos diſſeminavit, quibus multa addidit, quæ ſæculis ſequentibus fuere a Lutheranis, & Calvinianis propugnata. Igni traditus eſt in eodem S. Ægidii oppido. HENRICIANI nomen ſortiti ſunt ab *Henrico* neſcio quo Monacho Apoſtata, qui impia Petrobruſianorum dogmata propugnavit multum. His velati parentibus *Albigenſium* ſecta prodiit, de qua agemus ſæculo ſequenti. (A) Confutati ſunt Petrobruſiani, & Henriciani a Petro Venerabili Abbate Cluniacenſi, S. Bernardo Abbate Clarevallenſi, & aliis. Damnati ſunt in Concilio ſecundo Lateranenſi an. 1139. ſub Innocentio II. quod eſt œcumenicorum decimum. A

ARNALDUS BRIXIENSIS in Italia, primum Clericus, deinde Monachus, tum Apoſtata. Multos docuit errores circa Euchariſtiam, Baptiſma parvulorum, ſtatum Clericalem, & Monachalem. In multis idem ſenſit cum Petrobruſianis. (B) Confutatus eſt a S. Bernardo, & damnatus in eodem Concilio Lateranenſi II. B

PETRUS ABÆLARDUS in Pago Namnetenſi Britanniæ minoris ortus, magnam ſibi famam in Academia Pariſienſi publica Philoſophiæ profeſſione comparavit. Nec minus famoſus fuit ſuis cum Heloiſſa amoribus, unde tot ipſi ærumnæ natæ ſunt. Eum nimia ex principiis Dialectices hauſta ſubtilitas induxit in multos errores circa ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium, aliaque capita plurima. Hos errores hic referre ſuperfluum eſt, maxime cum nullam Hæreticorum ſectam pepererint. Leget eos, qui voluerit apud S. Bernardum ceteroſque hujus ævi Scriptores, (C) qui Abælardum fuſe, & egregie confutarunt. Damnatus eſt in Concilio Sueſſionenſi aono 1120 & Senonenſi an. 1140. Et demum ab Innocentio C

(A) S. BERNAR. *Epiſt.* 241. *ad Hildefonſ. Comitem S. Ægidii*, *n.* 1. Quanta audivimus & cognovimus mala, quæ in Eccleſiis Dei fecit, & facit quotidie Henricus hæreticus! Verſatur in terra veſtra ſub veſtimentis oviam lupus rapax: ſed ad Domini deſignationem, a fructibus ejus cognoſcimus illum. Baſilicæ ſine plebibus, plebes ſine Sacerdotibus, Sacerdotes ſine debita reverentia ſunt, & ſine Chriſto denique Chriſtiani. Eccleſiæ Synagogæ reputantur; ſanctuarium Dei ſanctum eſſe negatur: ſacramenta non ſacra cenſentur: dies feſtivis fruſtrantur ſollemniis: moriantur homines in peccatis ſuis: rapiuntur animæ paſſim ad tribunal terrificum, heu! nec pœnitentia reconciliati, nec ſancta communione muniti. Parvulis Chriſtianorum Chriſti intercluditur vita, dum baptiſmi negatur gratia: nec ſaluti propinquare ſinuntur, Salvatore licet pie clamante pro eis; *Sinite*, inquit, *parvulos venire ad me*.

Mat. 7. 20.

Mat. 19. 14.

N. 2. Nec mirum tamen, ſi ſerpens ille callidus decepit te, quippe ſpeciem pietatis habens, cujus virtutem penitus abnegavit.

N. 3. Homo apoſtata eſt: qui relicto religionis habitu (nam Monachus exſtitit) ad ſpurcitias carnis & ſæculi tamquam canis ad ſuum vomitum, eſt reverſus. Præ confuſione autem habitare inter cognatos & notos non ſuſtinens, vel potius non permiſſus ob magnitudinem criminis; ſuccinxit lumbos ſuos, & iter qua neſciebat, arripuit, factus gyrovagus, & profugus ſuper terram. Cumque mendicare cœpiſſet, poſuit in ſumptu Evangelium (nam literatus erat), & venale diſtrahens verbum Dei, evangelizabat ut manducaret. Si quid ſupra victum elicere poterat a ſimplicioribus populi, vel ab aliqua matronarum; id ludendo aleis, aut certe in uſus turpiter effundebat. Frequenter ſi quidem poſt diurnum populi plauſum, nocte inſecuta cum meretricibus inventus eſt prædicator inſignis, & interdum etiam cum conjugatis. Inquire, ſi placet vir nobilis, quomodo de Lauſana civitate exierit: quomodo de Cenomannis, quomodo de Pictavi, quomodo de Burdegali: nec patet ei uſpiam reverſionis aditus, utpote qui fœda poſt ſe ubique reliquerit veſtigia.

(B) S. BERN. *ad Epiſc. Conſtant. Epiſt.* 195. *nu.* 1. Arnaldum loquor de Brixia, qui utinam tam ſanæ eſſet doctrinæ, quam diſtrictæ eſt vitæ. Et ſi vultis ſcire homo eſt neque manducans, neque bibens, ſolo cum diabolo eſuriens, & ſitiens ſanguinem animarum. Unus de numero illorum quos Apoſtolica vigilantia notat, habentes formam pietatis, virtutem illius penitus abnegantes; & ipſa Dominus: *Venient*, inquiens, *ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces*. Is ergo uſque ad hanc ætatem, ubicumque converſatus eſt, tam fœda poſt ſe, & tam ſæva reliquit veſtigia, ut ubi ſemel fixerit pedem, illuc ultra redire omnino non audeat. Denique ipſam, in qua natus eſt valde atrociter commovit terram, & conturbavit eam. Unde & accuſatus apud Dominum Papam ſchiſmate peſſimo, natali ſolo pulſus eſt: etiam & abjurare compulſus reverſionem, niſi ad ipſius Apoſtolici permiſſionem. Pro ſimili deinde cauſa, & a regno Francorum exturbatus eſt Schiſmaticus inſignis. Execratus quippe a Petro Apoſtolo, adhæſerat Petro Abælardo: cujus omnes errores, ab Eccleſia jam deprehenſos atque damnatos, cum illo etiam & præ illo defendere acriter, & pertinaciter conabatur.

2. Tim. 3. 5.
Mat. 7. 15.

N. 2. Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula. Unde & ſolet ſibi allicere blandis ſermonibus, & ſimulatione virtutum divites & potentes, juxta illud: *Sedet in inſidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem*. Demum cum fuerit de illorum captata benevolentia & familiaritate ſecurus, videbitis hominem aperte inſurgere in Clerum, fretum tyrannide militari, inſurgere in ipſos Epiſcopos, & in omnem paſſim Eccleſiaſticum ordinem deſævire. Pſ. 9. 8.

Epiſt. 196. *ad Guidon. Legat. num.* 1. Arnaldus de Brixia, cujus converſatio mel, & doctrina venenum: cui caput columbæ, cauda ſcorpionis eſt; quem Brixia evomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abominatur, Italia non vult recipere; fertur eſſe vobiſcum.

BONACURSUS *de Vita Hæretic. Spicileg Tom.* 13. *pag.* 85. Arnaldiſtæ pro malitia Clericorum ſacramenta Eccleſiæ dicunt eſſe vitanda.

(C) S. BERN. *Epiſt.* 189. *Innocentio ſummo Pontifici*, *n.* 4. Denique ſcripſit mihi, ſollicitante quidem ipſo, Archiepiſcopus Senonenſis, diem ſtatuens congreſſionis, quo

Digitized by Google

tio II. ſummo Pontifice. Errores ſuos ejuravit & a Petro Venerabili Abbate Cluniacenſi inter Monachos receptus, ibi pie admodum vixit, fuitque in S. Bernardi gratiam receptus. Deinum in monaſterio S. Marcelli Cabillonenſis Ordinis Cluniacenſis, quo recuperandæ ſanitatis cauſſa miſſus fuerat, functe obiit an. 1142.

GILBERTUS PORRETANUS Epiſcopus Pictavienſis, qui nimia ſubtilitate impegit in errores quoſdam circa SS. Trinitatis myſterium. (D) Ii confutati ſunt a S. Bernardo, & damnati in Concilio Remenſi ann. 1148. ubi hos ipſe abjuravit.

D

Prodiit eo tempore ex minori Britannia EUDO DE STELLA, neſcio quis, qui in ordinem Clericalem, & Monachalem vehementer incenſus plebem ad ſe undique aggregavit. Is multa demens ſomniavit, eo usque inſaniæ prolapſus, ut diceret eſſe ſe judicem vivorum, & mortuorum. Eam inſaniam hauſit ex ſui nominis pronuntiatione: *Eon* enim dicebatur: & de ſe intelligi oportere effutiebat, quod in exorcismis Eccleſiæ legitur *per* EUM (*Eon* pronuntiabat) *qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſæculum per ignem*. Concilii Remenſis an. 1148. celebrati ſententia in perpetuum carcerem detruſus eſt. Non paucos habuit diſcipulos: illi ubi deprehenſi ſunt, flammis addicti auctoritate Magiſtratuum.

APOSTOLICI maxime circa Coloniam Agrippinam hac tempeſtate Hæretici prodiere, vere Manichæi. Illi eadem fere ſentiebant eum Albigenſibus. (E) Eos S. Bernardus imprimis confutavit.

E

WALDENSES ſic dicti a Mercatore quodam Lugdu-

quo ille in præſentia ejus & Coepiſcoporum ſuorum debere, ſi poſſet, ſtatuere prava dogmata ſua, contra quæ ego auſus mutire fuiſſem. Abnui, tum quia puer ſum, & ille vir bellator ab adoleſcentia: tum quia judicarem indignum, rationem fidei humanis committi ratiunculis agitandam, quam tam certa ac ſtabili veritate conſtat eſſe ſubnixam. Dicebam ſufficere ſcripta ejus ad accuſandum eum; nec mea referre, ſed Epiſcoporum, quorum eſſet miniſterii de dogmatibus judicare. Nihilominus, immo eo amplius levavit vocem, vocavit multos, congregavit complices. Quæ de me ad diſcipulos ſuos ſcripſerit, dicere non curo. Diſſeminavit ubique, ſe mihi die ſtatuta apud Senonas reſponſurum. Exiit ſermo ad omnes, & non potuit me latere. Diſſimulavi primum: nec enim ſatis rumore populari movebar. Cedens tamen (licet vix, ita ut flerem) conſilio amicorum, qui videntes quomodo ſe quaſi ad ſpectaculum omnes pararent, timebant ne de noſtra abſentia & ſcandalum populo, & cornua creſcerent adverſario: quia error magis confirmetur, cum non eſſet qui reſponderet aut contradiceret; occurri ad locum & diem, imparatus quidem & immunitus, niſi quod illud meote

Mat. 10. 19. volvebam: *Nolite præmeditari, qualiter reſpondeatis: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini*. Et illud: *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mi-*

Pſ. 55. 5. *hi homo*. Convenerunt autem præter Epiſcopos & Abbates plurimi viri Religioſi, & de civitatibus Magiſtri ſcholarum, & Clerici literati multi: & Rex præſens erat. Itaque in præſentia omnium, adverſario ſtante ex adverſo, producta ſunt quædam capitula de libris ejus excerpta. Quæ cum cœpiſſent legi, nolens audire exivit, appellans ab electis judicibus, quod non putamus licere. Porro capitula judicio omnium examinata, inventa ſunt fidei adverſantia, contraria veritati.

De Abælardo, & ejus erroribus vide S. BERNARDI *Epiſt. 187. & ſeq. ad 195. & Epiſt. 326. 327. ad 339. Imprimis vero Epiſt. 190. ſeu Tractatum de Erroribus Abælardi.*

(D) S. BERNARD. *de Conſiderat. lib. 10. cap. 7. num.* 15. Quid eſt Deus? Quo nihil melius cogitari poteſt. Si approbas, non oportet aſſentiaris eſſe aliquid quod Deus ſit, & quod Deus non ſit: hoc enim ſine dubio melius. Quomodo non melius Deo, ſi Deus non eſt, quod dat Deo ut ſit? At melius illam divinitatem, qua dicunt Deum eſſe, non aliud quam Deum eſſe fatemur. Non eſt ergo in Deo niſi Deus. Quid? inquiunt; negas Deum habere divinitatem? Non, ſed quod habet, hoc eſt. Negas divinitate Deum eſſe? Non, ſed non alia, quam quæ ipſe eſt. Aut ſi tu aliam inveniſti, adjuvet me Trinitas Deus, adverſus illam tota me contumacia erigo. Quaternitas orbem diſterminat, non ſignat deitatem. Deus Trinitas eſt, Deus trium ſingula perſonarum. Si quartam divinitatem adjicere placet; interim ego hanc, quæ Deus non eſt, perſuaſi mihi minime adorandam.

In Cant. Cant. Serm. 80. *num.* 8. Unde non immerito nuper in Concilio, quod Papa Eugenius Remis celebravit, tam ipſi, quam ceteris Epiſcopis perverſa viſa eſt, & omnino ſuſpecta expoſitio illa in libro Gilleberti Epiſcopi Pictavienſis, quod ſuper verba Boetii de Trinitate, ſaniſſima quidem atque Catholica, commentabatur hoc modo. Pater eſt veritas, id eſt, verus: Filius eſt veritas, id eſt, verus: Spiritus ſanctus eſt veritas, id eſt, verus. Et hi tres ſimul non tres veritates, ſed una veritas, id eſt, unus verus. O obſcuram perverſamque explanationem! Quam verius ſaniusque per contrarium ita dixiſſet: Pater eſt verus, id eſt, veritas: Filius eſt verus, id eſt, veritas: Spiritus ſanctus eſt verus, id eſt, veritas. Et hi tres unus verus, id eſt, una veritas. Quod quidem feciſſet, ſi ſanctum dignaretur Fulgentium imitari, qui ait: Una quippe veritas unius Dei, imo una veritas unus Deus non patitur ſervitium, utque culturam Creatoris creaturæque conjungi. Bonus corrector, qui veraciſſime de veritate loqueretur, qui pie Catholiceque ſentiret de vera & mera divinæ ſimplicitate ſubſtantiæ, in qua nihil eſſe poſſit, quod ipſa non ſit, & ipſa Deus. Quamquam manifeſtius in nonnullis locis aliis a rectitudine fidei liber ille præfati Epiſcopi viſus eſt diſcrepare, quorum (verbi cauſa) adhuc unum pono. Nam dicente auctore, cum dicitur, Deus, Deus, Deus, pertinet ad ſubſtantiam: noſter commentator intulit, non quæ eſt, ſed qua eſt. Quod abſit, ut aſſentiat Catholica Eccleſia, eſſe videlicet ſubſtantiam, vel aliquam omnino rem, qua Deus ſit, & quæ non ſit Deus.

N. 9. Sed hæc minime jam contra ipſum loquimur, quippe qui in eodem conventu ſententiæ Epiſcoporum humiliter acquieſcens, tam hæc, quam cetera digna reprehenſione inventa proprio ore damnavit: ſed propter eos, qui adhuc librum illum, contra apoſtolicum utique promulgatum ibidem interdictum tranſcribere & lectitare feruntur, contentioſius perſiſtens ſequi Epiſcopum, in quo ipſe non ſtetit, & erroris quam correctionis magiſtrum habere malentes.

(E) EVERVINI STEINFELD *Præpoſ. Epiſt. S. Bernard. num.* 2. Nuper apud nos juxta Coloniam quidam Hæretici detecti ſunt, quorum quidam cum ſatisfactione ad Eccleſiam redierunt. Duo ex eis, ſcilicet qui dicebatur Epiſcopus eorum cum ſocio ſuo, nobis reſtiterunt in conventu Clericorum & Laicorum, præſente ipſo Domino Archiepiſcopo cum magnis viris nobilibus, hæreſim ſuam defendentes ex verbis Chriſti, & Apoſtoli. Sed cum vidiſſent ſe non poſſe procedere petierunt ut eis ſtatueretur dies, in quo adducerent de ſuis viros fidei ſuæ peritos: promittentes ſe velle Eccleſiæ ſociari, ſi magiſtros ſuos viderent in reſponſione deficere; alioquin ſe velle potius mori, quam ab hac ſententia deflecti. Quo audito, cum per triduum eſſent admoniti, & reſipiſcere noluiſſent; rapti ſunt a populis nimio zelo permotis, nobis tamen invitis, & in ignem poſiti; atque cremati; & (quod magis mirabile eſt) ipſi tormentum ignis non ſolum cum patientia, ſed cum lætitia introierunt & ſuſtinuerunt. Hic, ſancte Pater, vellem, ſi præſens eſſem, habere reſponſionem tuam, unde iſtis diaboli membris tanta fortitudo in ſua hæreſi quanta vix etiam invenitur in valde religioſis in fide Chriſti.

N. 3. Hæc eſt hæreſis illorum. Dicunt apud ſe tantum Eccleſiam eſſe, eo quod ipſi ſoli veſtigiis Chriſti inhæreant; & Apoſtolicæ vitæ veri ſectatores permaneant, ea quæ mundi ſunt non quærentes, non domum, nec agros, nec aliquod peculium poſſidentes: ſicut Chriſtus non poſſedit, nec diſcipulis ſuis poſſidenda conceſſit. Vos autem (dicunt nobis) domum domui, & agrum agro copulatis, & quæ mundi ſunt hujus quæritis: ita etiam ut qui in vobis perfectiſ-

Lugdunenſi ; cui *Petrus Vualdo* nomen fuit. Dicti ſunt quoque *Pauperes de Lugduno*, ob oſtentationem paupertatis. Alia multa nomina ſortiti ſunt, quæ hic enumerare ſuperfluum eſt. Erant omnes Laici, a nemine proinde miſſi ad prædicandum. Ob id correpti a Paſtoribus, minime paruerunt. Multos ſparſerunt errores non abſimiles iis, quos propugnant etiamnum, ii quos Proteſtantes dicimus. Ab iis tamen diſcrepabant in multis capitibus, iiſque graviſſimis. Horum hiſtoriam & errores legere licet apud Reinerum, qui cum fuiſſet primum horum hæreſi infectus, abjurata

ſectiſſimi habeatur, ſicut Monachi vel Regulares Canonici, quamvis hæc non ut propria, ſed poſſident ut communia; poſſident tamen hæc omnia. De ſe dicunt: Nos pauperes Chriſti, inſtabiles, de civitate in civitatem fugientes, ſicut oves in medio luporum, cum Apoſtolis & Martyribus perſecutionem patimur: cum tamen ſanctam & arctiſſimam vitam ducamus in jejunio & abſtinentiis, in orationibus & laboribus die ac nocte perſiſtentes, & tantum neceſſaria ex eis vitæ quærentes. Nos hoc ſuſtinemus, quia de mundo non ſumus: vos autem mundi amatores, cum mundo pacem habetis, quia de mundo eſtis... In cibis ſuis vetant omne genus lactis, & quod inde conficitur, & quidquid ex coitu procreatur. Hoc de converſatione ſua nobis opponunt. In ſacramentis ſuis velo ſe tegunt: tamen nobis aperte confeſſi ſunt, quod in menſa ſua quotidie cum manducant, ad formam Chriſti & Apoſtolorum, cibum ſuum & potum in Corpus Chriſti & ſanguinem per dominicam orationem conſecrant, ut inde ſe membra, & Corpus Chriſti nutriant. Nos vero dicunt in Sacramentis non tenere veritatem, ſed quamdam umbram & hominum traditionem. Confeſſi ſunt etiam manifeſte ſe præter aquam, in ignem & Spiritum baptizare, & baptizatum eſſe: adducentes illud teſtimonium Johannis Baptiſtæ baptizantis in aqua, & dicentis de Chriſto: *Ille vos baptizabit in Spiritu ſancto & igne*. Et in alio loco: *Ego baptizo in aqua, major autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis*, quaſi alio baptiſmo præter aquam vos baptizaturus. Et talem baptiſmum per impoſitionem manuum debere fieri conati ſunt oſtendere teſtimonio Lucæ, qui in Actibus Apoſtolorum deſcribens baptiſmum Pauli, quem ab Anania ſuſcepit ad præceptum Chriſti, nullam mentionem fecit de aqua, ſed tantum de manus impoſitione: & quidquid invenitur, tam in Actibus Apoſtolorum, quam in Epiſtolis Pauli de manus impoſitione, ad hunc baptiſmum volunt pertinere. Et quemlibet ſic inter eos baptizatum dicunt Electum, & habere poteſtatem alios qui digni fuerint baptizandi, & in menſa ſua Corpus Chriſti & Sanguinem conſecrandi. Prius enim per manus impoſitionem de numero eorum, quos Auditores vocant, recipiunt eum inter credentes: & ſic licebit eum intereſſe orationibus eorum, usquedum ſatis probatum eum faciant Electum. De Baptiſmo noſtro non curant. Nuptias damnant, ſed cauſam ab eis inveſtigare non potui; vel quia eam fateri non audebant, vel potius quia eam ignorabant.

Mat. 3. 11. Joban. 1. 26.

N. 4. Sunt item alii Hæretici quidam in terra noſtra, omnino ab iſtis diſcordantes, per quorum mutuam diſcordiam & contentionem utrique nobis ſunt detecti. Iſti negant in altari fieri Corpus Chriſti, eo quod omnes Sacerdotes Eccleſiæ non ſunt conſecrati. Apoſtolica enim dignitas (dicunt) corrupta eſt, implicans ſe negotiis ſæcularibus; & in cathedra Petri non militans Deo, ſicut Petrus, poteſtate conſecrandi, quæ data fuit Petro, ſe privavit: & quod ipſa non habet, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, qui in Eccleſia ſæculariter vivunt ab ea non accipiunt ut aliquos conſecrare poſſint, advertentes illud de verbis Chriſti: *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi; quæ vobis dicunt facite*. Quaſi iſtis talibus conceſſa ſit poteſtas tantum dicendi & præcipiendi, & nihil amplius. Et ita evacuant Sacerdotium Eccleſiæ, & damnant ſacramenta, præter Baptiſmum ſolum, & hunc in adultis, quos dicunt baptizari per Chriſtum, quicumque ſit miniſter Sacramentorum. De Baptiſmo parvulorum fidem non habent, præter illud de Evangelio: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit*. Omne conjugium vocant fornicationem, præter quod contrahitur inter utroſque virgines, maſculum & feminam.

Mat. 23. 2.

Mat. 26. 16.

N. 5. In ſuffragiis Sanctorum non confidunt; jejunia ceteraſque afflictiones, quæ fiunt pro peccatis, adſtruunt juſtis non eſſe neceſſaria, nec etiam peccatoribus: *Quia in quacumque die ingemuerit peccator, omnia peccata remittuntur ei*; ceteraſque obſervantias in Eccleſia, quas Chriſtus, & Apoſtoli ab ipſo diſcedentes non condiderunt, vocant ſuperſtitiones. Purgatorium ignem poſt mortem non concedunt: ſed animas ſtatim, quando egrediuntur de corpore, in æternam vel requiem, vel pœnam tranſire, propter illud Salomonis: *Lignum in quamcumque partem ceciderit, ſive ad auſtrum, ſive ad aquilonem, ibi manebit*. Et ſic fidelium orationes vel oblationes pro defunctis adnihilant.

Eccleſ. 11. 3

S. BERN. *Serm.* 65. *in Cant. Cant. num.* 8. Vile nempe hoc genus eſt & ruſticanum, ac ſine literis, & prorſus imbelle. Denique vulpes ſunt, & puſillæ: ſed neque illa, in quibus male ſentire dicuntur, defenſibilia ſunt; nec tam ſubtilia quam ſuaſibilia, idque dumtaxat mulierculis ruſticis & idiotis, & quales utique omnes ſunt, quotquot adhuc de ſecta hac eſſe expertus ſum. Nec enim in cunctis aſſertionibus eorum, (nam multæ ſunt) novum quid aut inauditum audiſſe me recolo, ſed quod tritum eſt, & diu ventilatum inter antiquos Hæreticos, a noſtris autem contritum & eventilatum. Dicendum tamen & dicam, quænam illæ ineptiæ ſint, partim quas ſciſcitantibus ſe Catholicis minus caute reſpondentes ipſi confeſſi ſunt, partim quas diviſi ab invicem litigantes de invicem prodiderunt, partim quoque quas nonnullis eorum redeuntes ad Eccleſiam detexerunt.

Serm. 66. *n.* 2. Hi oves ſunt habitu, actu vulpes, actu & crudelitate lupi. Hi ſunt qui boni videri, non eſſe; mali non videri, ſed eſſe volunt. Mali ſunt, & boni videri volunt, ne ſoli ſint mali. Mali videri timent, ne parum ſint mali. Etenim minus ſemper malitia palam nocuit, nec unquam bonus, niſi boni ſimulatione deceptus eſt. Ita ergo in malum bonorum boni apparere ſtudent; mali nolunt, ut plures liceat malignari. Neque enim eſt apud eos virtutes colere, ſed vitia colorare quodam quaſi virtutum minio. Denique ſuperſtitionis impietatem nomine religionis intitulant... innocentiæ proinde ſolum ſibi vindicantes colorem: in operimentum turpitudinis, continentiæ ſe inſignire voto. Porro turpitudinem in ſolis exiſtimant reputandam uxoribus: cum vel ſola ſit ea, quæ cum in uxore eſt, cauſa, quæ turpitudinem excuſat in coitu. Ruſticani homines ſunt & idiotæ, & prorſus contemptibiles.

N. 2. Hi nubere prohibent, hi a cibis abſtinent quos Deus creavit... Quære ab illis ſuæ ſectæ auctorem; neminem dabunt...

N. 4. Inter ſolos virgines matrimonium contrahi poſſe fatentur. Verum quid in hac diſtinctione rationis afferre poſſint, non video: niſi quod pro libitu quiſque ſuo ſacramenta Eccleſiæ, tanquam matris viſcera, dente vipereo certatim inter ſe dilacerare contendunt. Nam quod dicuntur prætendere de primis conjugibus, quia virgines erant: quid illud quæſo matrimonii præjudicat libertati, quo minus & inter non virgines contrahi liceat?

N. 6. Abſtinent namque hi a cibis quos creavit Deus ad percipiendum cum gratiarum actione: ... nempe horrent lac, & quicquid ex eo conficitur: poſtremo omne quod ex coitu procreatur...

N. 8. Non ignoro quod ſe & ſolos corpus Chriſti eſſe glorientur. Sed ſibi hoc perſuadeant qui illud quoque perſuaſum habent, poteſtatem ſe habere quotidie in menſa ſua corpus Chriſti & Sanguinem conſecrandi ad nutriendum ſe in corpus Chriſti & membra. Nempe jactant ſe eſſe ſucceſſores Apoſtolorum, & Apoſtolicos nominant, nullum tamen Apoſtolatus ſui ſignum valentes oſtendere: ... ſe dicunt Eccleſiam.

N. 9. Irrident nos, quod baptizamus infantes: quod oramus pro mortuis: quod Sanctorum ſuffragia poſtulamus. In omni genere hominum atque in utroque ſexu feſtinant proſcribere Chriſtum, in adultis & parvulis, in vivis & mortuis; hinc quidem infantibus ex impoſſibilitate naturæ, inde vero adultis ex difficultate continentiæ præſcribentes. Porro mortuos viventium fraudantes auxiliis, viventes nihilominus Sanctorum, qui deceſſerunt, ſuffragiis ſpoliantes.

Hiſtoriæ

Digitized by Google

rata hæreſi in familiam S. Dominici adſcriptus eſt, eosque ſcriptis confutavit. Item apud Boſſuetum Meldenſem Epiſcopum Hiſtoriæ Variationum libro undecimo. (F) Damnati ſunt multis in Conciliis: in Lumbarienſi (*de Lombez*) ann. 1163. In Toloſano an. 1178. In Lateranenſi III. an. 1179. quod fuit œcumenicorum undecimum ſub Alexandro III. Demum in Lateranenſi IV. nono 1215. ſub Innocentio III. quod fuit œcumenicorum duodecimum.

F

Sæculum Decimum-tertium.

Eccleſiam hoc ſæculo turbarunt maxime Albigenſes, Almariciani, Abbatis Joachim diſcipuli, Circumcelliones, Flagellantes, Fratricelli, Beguardi & Beguinæ.

Albigenses ſic dicti quia Albigenſem diœceſim & Toloſanam ſuis maxime infeſtarunt erroribus. Horum hæreſis partim ex Manichæorum, partim ex Petrobruſianorum & Arnaldiſtarum, partim ex Waldenſium erroribus coaluit. In omne prorumpebant genus libidinum & ſpurcitiarum. Eas pudet referre. His tamen Calviniani parentibus gloriantur. Eos impugnarunt maxime Arnaldus Abbas Ciſtercienſis; B. Petrus de Caſtro-novo ex Ciſtercienſi familia monaſterii Fontis-frigidi in diœceſi Narbonenſi ad dignitatem Legati Apoſtolici aſſumptus, & Albigenſium furore martyrio coronatus; S. Dominicus qui ad horum Hæreticorum expugnationem Ordinem ſuum maxime inſtituit. Inſtituta eſt ad eos profligandos Cruce ſignatorum militia. Celebrata ſunt adverſus eos multa Concilia præſertim in Occitania: Avenionenſe ann. 1210. Apud Sancti Ægidii oppidum eodem anno: Vaurenſe (*Lavaur*) ann. 1213. Montiſpeſſulanenſe ano. 1214. Tandem Concilium IV. Lateranenſe œcumenicum ann. 1215. Ad extirpandas hujus hæreſeos reliquias habitum eſt quoque Concilium Provinciæ Senonenſis Pariſiis anno 1223. aliud Toloſæ nono 1229. Narbonæ anno 1235. Biteriis anno 1246.

Almariciani ſic dicti ab *Almarico* Clerico Carnotenſis diœceſis & Academiæ Pariſienſis, primum in Philoſophicis dein in Theologicis auditore. Multa Calvinianorum dogmatibus conſona tenuerunt. Negabant præterea corporum reſurrectionem; effutiebant Paradiſum & Infernum nihil eſſe, ſed qui haberet cogitationem Dei in ſe, habere in ſe Paradiſum, qui peccatum mortale, habere Infernum. Aſſerebant non magis in SS. Patribus locutum fuiſſe Deum quam in Poetarum fabulis. Alia id genus multa ſomniabant. Damnati ſunt in Synodo Pariſienſi an. 1209. Item in Concilio generali Lateranenſi IV. anno 1215.

Joachim Abbas Ordinis Ciſtercienſis in monaſterio Calabriæ, magnam ſibi pietatis famam

(F) *Hiſtoire des Variations de feu* M. Bossuet *Eveque de Meaux* Liv. xi. nu. 71. *Hiſtoire de Vaudois*. Ipſi nomen a Waldo ſectæ auctore traxere. Lugduni ortum habuere. De Lugduno Pauperes dicebantur, quia paupertatem oſtentabant; cumque tum Lugdunum latine *Leona* diceretur, uno verbo Leoniſtæ, vel Lioniſtæ appellabantur, quemadmodum nunc Lugdunenſes appellarentur.

Ipſis quoque *Crepidati* nomen, ab antiquo verbo, quo crepidæ indigitabantur, & a quo ejusdem ſignificationis alia verba prodiere, quæ adhuc in pluribus linguis non minus ac in noſtra in uſu ſunt. Crepidati igitur ex eo appellati ſunt, quod peculiares quosdam calceos haberent ſuperiori parte ita exciſos ut nudos pedes oſtenderent ad inſtar Apoſtolorum, ad quorum exemplar id ſe facere dictitabant; in eoque calceamenti genere ſibi placebant, tanquam ſuæ Apoſtolicæ paupertatis indicio minime obſcuro.

Ecce modo ipſorum hiſtoriam in compendium redactam. Cum ſe a Fidelium corpore ſegregarunt, in pauciſſimis, & forte in nullo a nobis dogmate diſſentiebant. Anno 1160. Petrum Waldo Lugdunenſem Mercatorem, cum aliorum divitum negotiatorum cœtui intereſſet, adeo perculit ſubita mors cujusdam ex primoribus qui conventui intererant, ut ſtatim facultates omnes ſuas, quæ ingentes erant, in pauperes Urbis diſtribueret: cumque ita magnam hominum multitudinem ad ſe convocaſſet, ipſos paupertatem voluntariam docuit, atque Jeſum Chriſtum & Apoſtolos ad imitandum propoſuit. Hæc a Rainero habemus, cui Proteſtantes laudibus illecti, quibus Waldenſes ab ipſo ornatos videbimus, majorem adhiberi fidem quam cæteris volunt. Verum quo pietas quæ modum neſcit, ducat inſpicias. Petrus Valicdorf, qui Waldenſes, dum integris eſſent viribus, vidit, eorumque non modo dogmata, verum etiam mores cum ſimplicitate & doctrina conjunctos repræſentavit, inquit, hunc Waldo verbis Evangelii, quibus paupertas adeo commendatur, permotum crediſſe, Apoſtolicam vitam in terris minime inveniri. Eam renovandi conſilio capto, quidquid habebat vendidit. Item quidam alii fecerunt compunctione ducti, qui in unum ad hunc finem coierunt. Initio quidem ſecta hæc obſcura, & rimaris plena, aut nullum peculiare dogma habebat, aut in medium non proferebat; quod in cauſa fuit, ut Ebrandus Bethuniæ nihil in ea, niſi ſuperbæ, & otioſæ paupertatis oſtentationem deprehenderet. Hi Crepidati, ut appellant, nudis pedibus, vel *ſoleis ſuperiori parte circumſecatis*, Eleemoſynam petere, & ex eo quod ipſis erogabatur, victitare: initio quidem nonniſi oſtentatio culpabatur, ac licet inter hæreticos non referrentur, ipſis tamen vitio dabatur, quod eorum faſtum imitarentur. Verum ipſorum hiſtoriam audire pergamus. *Cum per aliquod temporis ſpatium jactatam hanc apoſtolicam paupertatem profeſſi eſſent, in mentem venit, Apoſtolos non modo paupertatis ſectatores, verum etiam Evangelii prædicatores fuiſſe.* Ad eorum igitur exemplum prædicationi vacare cœperunt, ut Apoſtolicam vivendi normam ad amuſſim imitarentur. Verum Apoſtoli miſſi erant, eos vero ob ignorantiam huic muneri obeundo minime idoneos, primum Prælati, deinde ſancta Sedes ab hoc miniſterio excluſit, quod ſine illorum conſenſu ſibi arrogaverant. Clam tamen prædicare non deſtiterunt, & Eccleſiaſticis maledicebant, qui zelotypia, ut ipſi dicebant, moti prædicationis munus interdicebant, quia ſua doctrine, vitaque ſancte acta ipſis morum pravitatem & corruptionem exprobrabant...

N. 75. Lucius III. eos condemnavit; quia vero ipſe quatuor tantummodo annos Pontificiam ſedem tenuit, primum, quo Waldenſes condemnati ſunt, decretum ab anno 1181. quo Pontifex hic ad ſupremam dignitatem evectus eſt, ad annum 1185. quo ad plures abiit, emanaſſe neceſſe eſt.

N. 82. *Ipſorum errores*, inquit Petrus de Vaucarn, quatuor potiſſimum capitibus comprehendebantur. Nempe *quod ſandalia ad inſtar Apoſtolorum gererent; quod ob quamlibet cauſam juramento uti licere negarent; quod homines*, neque propter crimina, *capite plecti poſſe inficiarentur; quod denique* ab ipſorum quibuslibet, licet laici eſſent, *modo ſandalia gererent*, hoc eſt, paupertatis Apoſtolicæ nota inſignirentur, Jeſu Chriſti corpus confici poſſe affirmarent.

N. 83. Anno 1212. Romam *a ſancta ſede ſuæ ſectæ approbationem impetraturi* venerunt...

N. 85. Poſt annos tres Innocentius III. magnum Lateranenſe Concilium habuit, in quo hæreticos damnans eos peculiariter notat, qui, pietatis prætextu, prædicandi auctoritatem, licet a nullo miſſi ſibi arrogant: quo nomine Waldenſes præcipue indicaſſe videtur, eorque ab origine ſchiſmatis dignoſcendos præbere.

mam comparavit. Incidit præ nimia vel ſimplicitate vel ſubtilitate in errorem circa ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium, diſtinguens naturam divinam a Perſonis, & Quaternitatem ut ita dicam admittens potius quam Trinitatem. (A) Hunc errorem S. Thomas Aquinas confutavit, & Concilium Lateranenſe IV. de quo ſupra damnavit an. 1215. Multi Abbati Joachim pro Propheta habito ultra modum addicti ſunt. Ex illis neſcio quis fanaticus librum ſcripſit ſub nomine Evangelii æterni, mille fabulis & blaſphemiis refertum, in quo elevare non dubitavit auctoritatem novi Teſtamenti, ut ejus loco Abbatis Joachim auctoritatem ſubſtitueret. Damnatus eſt liber impius cum ſuis defenſoribus in Concilio Arelatenſi an. 1260.

A

CIRCUMCELLIONES Hæretici prodiere in Germania circa ann. 1268. Sic dicti ſunt ab antiquis *Circumcellionibus* e Donatiſtarum grege, quorum ipſi errorem renovarunt. Cum ipſis enim docuerunt non poſſe ullum ſacramentum valide miniſtrari ab homine peccatore, peccatores peccato ſuo jure miniſterii excidiſſe, nullum proinde eſſe tunc temporis Sacerdotem ſive ex Epiſcopali ſive ex Presbyterali ordine, qui poteſtatem haberet ligandi & ſolvendi; omnes enim, inquiebant, ne ſummo quidem Pontifice excepto, ſunt Hæretici, Simoniaci & peccatores. Sed hoc ſibi jus impudenter arrogabant. Illos errores jampridem ab Eccleſia damnatos in Donatiſtis, renovavit non multo poſt Wicleſus, ut infra videbimus.

FLAGELLANTIUM ſecta, devotio primum popularis, tandem degeneravit in hæreſim. Anno 1260. novo pietatis & pœnitentiæ fervore ſuccenſi in Italia nonnulli catervatim per urbium vicos nudi ab humeris ad umbilicum procedebant crucibus & vexillis præeuntibus, flagellis armati quibus ſuam ipſi carnem ad ſanguinem uſque caſtigabant, divinam miſericordiam ſingultibus implorantes. Hoc ipſo & inſolito ſpectaculo multi peccatores ad Deum converſi pœnitentiam egerunt, illiſque ſe adjunxerunt: mox creſcente *Flagellantium* numero eo demum inſaniæ proceſſerunt, ut dicerent neminem poſſe conſequi remiſſionem peccatorum niſi ſe huic piæ ſocietati adjungeret; & tandem facta ſibi invicem peccatorum confeſſione, arrogarunt ſibi licentiam abſolvendi a peccatis Laici licet. Ab Italia in Germaniam, & in Hungariam tranſiit hæc ſecta, ibique renovata eſt ſæculo ſequenti anno ſcilicet 1349. Huic Facultas Theologica Pariſienſis fortiter obſtitit, eamque Gerſon celebris ille Cancellarius Academiæ Pariſienſis ſæculo ſequenti egregie confutavit.

FRATRICELLI Religioſi quidam Apoſtatæ ex S. Franciſci familia multos ſparſerunt errores hauſtos partim ex Manichæis, partim ex Waldenſibus, partim de ſuo additis. Hos Johannes XXII. ſummus Pontifex edita anno 1318. conſtitutione damnavit.

BEGUARDI & BEGUINÆ ex ſacra pariter ordinum Religioſorum familia viri & mulieres Apoſtatæ, multa docuerunt partim ab antiquis Gnoſticis, partim ab Manichæis partim a Meſſalianis hauſta, partim de ſuo addita & ab iis qui Quietiſtæ dicti ſunt ſæculo decimo ſeptimo renovata. Damnati ſunt illi in Concilio generali Viennenſi, habito an 1311.

SÆCULUM DECIMUM QUARTUM.

Eccleſiam turbarunt hoc ſæculo maxime Turlupini, Raymundus Lullus & Wicleſus.

TURLUPINI hoc ridiculo nomine appellati propter inſolitum & ridiculum, ne dicam abominandum vitæ genus. In Delphinatu potiſſimum & Sabaudia prodierunt ſub Pontificatu Gregorii XI. Ad Beguardorum errores quibus erant infecti id adjecerunt, mentalem orationem ſolam eſſe utilem, ad ſpiritualis vitæ perfectionem pertinere nulli prorſus legi, ne divinæ quidem, eſſe ſubjectum. Hine ſpre-

tus

(A) *Decretal.* GREGORII IX. *l.* 1. *Extra. de ſumma Trinitate & fide Catholica, titulo* 1. *c.* 1. Firmiter. *Vide ſupra Sect.* 1. *c.* 2. *§.* 2. *lit.* (L)

S. THOMAS *in Opuſc.* 24. *edit. Antuerp. an.* 1612. *pag.* 198. *fol. verſ.* Damnamus ergo & reprobamus, &c. Expoſita forma Catholicæ fidei in præcedentibus, in hac Decretali damnatur error Joachim, reprobante volentis doctrinam Magiſtri Petri Lombardi circa unitatem divinæ Eſſentiæ & Trinitatem perſonarum. Et ut utriuſque intentio plenius videatur, accipiendum eſt id, quod in præcedenti eſt dictum, quod ſcilicet ſancta Trinitas ſecundum communem eſſentiam eſt individua, & ſecundum proprietates perſonales diſcreta: ut enim ſupra expoſitum eſt, perſona Patris non diſtinguitur a perſona Filii, niſi paternitate, & Filius diſtinguitur a Patre filiatione, in quantum ſcilicet Pater genuit Filium, Filius genitus eſt a Patre: & ſimiliter Spiritus ſanctus diſtinguitur a Patre & Filio, in quantum procedit ab utroque. Perſona igitur in divinis diſtinguitur, in quantum perſona generat, vel generatur, vel procedit. Si ergo eſſentia divina generat vel procedit, conſequens eſt, quod diſtinguatur in tribus perſonis, & quod ſicut eſt alia perſona Patris, alia Filii, alia Spiritus ſancti, ita etiam ſit alrum alia ſubſtantia vel eſſentia. Quod in Arrio damnavit Nicæna Synodus, aſſerens Filium homouſion Patri, id eſt, coeſſentialem & conſubſtantialem. Quod magiſter Petrus ſequens docuit, quod una eſt eſſentia, vel ſubſtantia communis Patris & Filii, & Spiritus ſancti, quæ nec generatur, nec procedit, ut ſit penitus indiſtincta, ut patet in quinta diſtinctione primi ſententiarum ejus. Joachim autem Abbas Florenſis monaſterii non bene capiens verba Magiſtri prædicti, utpote in ſubtilibus fidei dogmatibus rudis, prædictam Magiſtri Petri doctrinam hæreticam reputavit, imponens ei quod quaternitatem induceret in divinis, ponens tres perſonas & communem eſſentiam, quam credebat ſic poni a Magiſtro Petro, quaſi aliquid diſtinctum a tribus perſonis, ut ſic poſſit dici quaſi quartum. Credebat enim, quod ex hoc ipſo quod dicitur, eſſentia divina, nec eſt generans, nec genita, nec procedens, diſtinguatur a Patre qui generat, & Filio qui generatur, & a Spiritu ſancto qui procedit. Et ideo ipſe Joachim proteſtatur, quod in divinis non eſt aliqua res una quæ ſit Pater & Filius & Spiritus ſanctus, ſive illa res una dicatur ſubſtantia, ſive eſſentia, ſive natura, his enim tribus nominibus idem intelligimus. Sed ne videretur totaliter a fide Nicænæ Synodi recedere, concedebat quod Pater & Filius & Spiritus ſanctus ſunt una eſſentia, una ſubſtantia, una natura, quaſi una eſſentia poſſit prædicari de tribus perſonis, ut dicamus, tres perſonæ ſunt una eſſentia, non autem e converſo, ut dicatur una eſſentia eſt tres perſonæ. Sed in hoc ipſo quod concedebat tres perſonas eſſe unam eſſentiam, vel ſubſtantiam, vel naturam, non habebat ſanum intellectum. Non enim ponebant unitatem eſſentiæ trium perſonarum eſſe veram, realem & ſimplicem, ſed quaſi ſimilitudinariam & collectivam, id eſt quaſi ex pluribus congregatam, ſicut multi homines dicuntur unus populus, & multi fideles dicuntur una Eccleſia... Unde manifeſtum eſt, quod Joachim in errorem Arrianorum incidit, licet non pertinaciter, quia ipſe ſcripta ſua Apoſtolicæ ſedis judicio ſubjecit.

GAGUI-

Digitized by Google

tis omnibus etiam honeſtatis & naturæ legibus omnino nudi incedebant, & in omne libidinum & turpitudinis genus canum inſtar impudentes palam ruere non dubitabant. Brevi extincta eſt ſecta impuriſſima, Magiſtratuum auctoritate, traditis igni quotquot reperiri potuerunt hujus ſectatoribus. (A)

A

RAYMUNDUS LULLUS non unus fuit ut male quidam exiſtimant: ſed ejusdem nominis homines duo extitere plane diverſi. Alter natus in majori inſula Baleari primum mercaturam exercuit. Deinde creditur tertio Ordini ſancti Franciſci nomen dediſſe. Is viginti libros edidit qui delati fuut ad Gregorium XI. ut ſcatentes plurimis erroribus circa naturam & attributa Dei, & ſanctiſſimam Trinitatem & alia capita ad minus centum. Eos damnavit ſummus Pontifex. Nec propterea dici poteſt Raymundus Lullus fuiſſe Hæreticus: ipſe enim libros ſuos ſubjecit judicio ſummi Pontificis. Quin & creditur martyr obiiſſe in Africa.

Lulliſtæ dicti ſunt, qui hos Raymundi Lulli errores merito a ſummo Pontifice damnatos pertinaciter propugnarunt, additis etiam aliis erroribus. Nec poſſunt illi effugere notam hæreſeos.

Raymundus alter ejusdem cognominis, ex Hebræorum Rabinu Chriſtianus factus, *Neophyti* nomen ſortitus eſt. Is complures de Alchimia, & arte Magica ſcripſit libros mille refertos erroribus & blaſphemiis & fabulis tum antiquis, tum novis. Qui lapidem ut aiunt Philoſophicum metallorum tranſmutatione aſſecuturos eſſe ſe confidunt, vel Cabaliſtarum Judæorum ſomnis delectantur, quæ eſt hominum inſania! ii *Raymundum* hunc *Neophytum*, ut magni nominis magiſtrum venerantur.

JOHANNES WICLEF Anglus in diœceſi Lincolnienſi Eccleſiæ Parochialis Rector. Plurimos errores docuit adverſus Deum & Chriſtum & Eccleſiam & Sacramenta. Donatiſtarum errores renovavit, & in multis præcurſor fuit Calvini: in multis, inquam, non in omnibus, neque enim rejecit ſacramentum Confirmationis, nec Pœnitentiæ, nec Unctionis-extremæ, nec Miſſæ ſacrificium, nec Sanctorum invocationem, nec honorem debitum Sanctorum reliquiis aut ſacris imaginibus. (B)

Wiclefi errores proſcripſit Facultas Theologica Pariſienſis, & damnavit Eccleſia multis in Conciliis tum in Majori Britannia, tum alibi congregatis, & demum in Concilio generali Conſtantienſi inchoato anno 1414.

B

SÆCULUM DECIMUM-QUINTUM.

Nulla alicujus nominis hæreſis nova extitit hoc ſæculo niſi hæreſis HUSSITARUM, ſic dicta a *Johanne Hus* Presbytero Bohemo, Rectore Academiæ Pragenſis. Is errores Wiclefi publice docuit cum novorum adjectione. Hunc Lutherani & Calviniani tanquam Martyrem venerantur. Id tamen conſtat & ab ipſo Domino *de la Roque* ſectæ Calvinianæ Miniſtro in Hiſtoria Euchariſtiæ ab eo ſcripta demonſtratum eſt, Johannem Hus ſemper credidiſſe & docuiſſe præſentiam realem Chriſti in Euchariſtia, Tranſſubſtantiationem, Purgatorium, cultum & invocationem Sanctorum, ſeptem Sacramenta Eccleſiæ, debitum reliquiis Sanctorum & ſacris imaginibus honorem.

Damnatus eſt ſicuti & Wicleſus in Concilio generali Conſtantienſi; & cum ſuos noluiſſet errores ejurare, in ſuæ obſtinationis pœnam traditus eſt brachio ſæculari, & ſententia Magiſtratus igne abſumptus.

Hieronymus Pragenſis homo Laicus, diſcipulus *Johannis Hus*, eamdem ſubiit cum Magiſtro ſuo ſententiam. Hinc ortæ ſunt multæ ex parte Hæreticorum calumniæ adverſus Concilium Conſtantienſe, quaſi violatæ publicæ fidei reum. Sed conſtat Johannem Hus, & Hieronymum Pragenſem non ſtetiſſe promiſſis, nihilque fuiſſe a Magiſtratibus toto hocce in negotio præter juris ordinem & juſtitiæ leges attentatum. (A)

A

(A) GAGUINUS *Lib. 9. Hiſtor. Franc. pag.* 158. *edit. VVechel. ann.* 1577. Superſtitionis quoddam genus eodem tempore a Turlupinis (hoc enim erat Hæreticis nomen qui ſe de ſocietate Pauperum vocitari gaudebant) ortum, finem cepit: crematis eorum veſtibus & libris, in foro ſuillo extra ſancti Honorati portam. Johanna autem Dabentona, & cum ea alter, cujus nomen Hiſtorici non tradunt, ejusdem ſectæ imprimis profeſſores comburuntur. Hic autem, quem ſine nomine ponimus, cum ante damnationis ejus ſententiam, in carcare mortem obiiſſet, dies xv. in aggere calcis, ne putreſceret ejus cadaver, aſſervatus eſt, & diu ad ſupplicium præſcriptu crematus.

Extrait des Annales de BELLEFOREST *pag.* 937. Superius de Lugduni Pauperibus & de Waldenſibus, nonnullisque aliis monſtris riſu, & ludibrio excipiendis, quæ non uno tempore errorum ſemina in Eccleſia ſparſerunt, verba fecimus: horum diſcipuli fuere fatui quidam, qui propter inconditam doctrinam, ſtultamque vivendi rationem, per contemptum Turlupini ſunt appellati, (ut Galli ad dicteria ſine fundamento ac cauſa imponenda proclives ſunt) qui ex numero Pauperum erant, & reliquorum Beguardorum, aliorumque factioſorum ſpirituum, qui in id incumbebant, ut Eccleſiam diſcerperent. Cum nonnulli libri ab his editi in manus Facultatis Theologicæ veniſſent, Hæretici habiti ſunt, decreto Dni. Milonis des Dormans Magni Epiſcopi Pariſienſis Vicarii, igne palam combuſti ſunt in platea, cui nomen la Greve, Pariſiis; perque flammas tranſire juſſi homo quidam, & fœmina hac hæreſi infecti; qui quidem cum in carcere diem ſuum obiiſſet, poſt mortem ſupplicio affectus eſt; fœmina vero, cui nomen Joanna Dabentona, Pariſiis orta, viva flammis combuſta eſt in foro ſuillo, ejusque cineres diſperſi, ut pote qui ſepulturæ honore minime digni haberentur. Hi Turlupini inaudita facinora, ac ſupra id quod cogitari poteſt, deteſtabilia patrabant, eoque impudentiæ prorupere, ut naturæ legem obliti humanæque fragilitatis fautores contenderent, numquam homines erubeſcere debere, quidquid natura impellente facerent... Utque infideles omnes impietate ſuperarent, omnia ad ſpiritus libertatem referebant, mordicus tenentes, preces ad Deum fundere neceſſe non eſſe, niſi imaginatione, & cogitatione, neque Dei mandata ſervare, quia id timorem inferret, non libertatem: quæ una eſt ex propoſitionibus ſtulti illius, qui noſtris temporibus, fidem, Deique metum, quos conſcientiæ carnifices appellabat, eliminare volebat: verum cum ignis ipſius opinionem extinxerit, ipſius nomen ac memoriam memoratu indignam ſilentio prememus, Turlupinosque miſſos faciemus, qui ſtatim ac parere cœperunt obruti ſunt, Epiſcoporum vigilantia ac diligentia, qui ſedulo huic folio extirpando manum admoverunt, anno ſalutis milleſimo tercenteſimo ſeptuageſimo ſecundo.

(B) *De VVicleſo & VVicleſiſtis lege* Hiſtoriam Concilii Conſtantienſis *Domini* LENFANT *Gallica ſcriptam paucis ab hinc annis in* 4. *&* Acta *ejusdem* Concilii *a* D. VONDER HART *publicata*.

(A) ÆNEAS SYLVIUS, *Hiſtoria Bohemica cap.* 35.

Sub

SÆCULUM DECIMUMSEXTUM.

Hoc ſæculum plurimos tulit novorum dogmatum conditores & Hæreticos, *Lutherum*, *Carloſtadium*, *Zuinglium*, *Oecolampadium*, *Melanchtonem*, *Bucerum*, *Oſiandrum*, *Brentium*, *Matthiam Flaccum Illyricum*, *Anabaptiſtas*, *Calvinum*, *Anglo-Calvinianos*, *Arminianos*, *Antitrinitarios*, *Socinianos*: Et ceteros id genus Hæreticos qui in varias diviſi factiones, jam plus quam quadraginta ſectas inter ſe oppoſitas, conjunctis tamen armis contra Eccleſiam pugnantes, veterum Hæreticorum inſtar, efficiunt. Hi omnes quorum utinam & nomina & ſcripta æterna in oblivione jacerent, damnati ſunt a ſancta ſede Romana, & tandem a ſacroſancto Concilio Tridenti congregato ab anno 1545. ad an. 1563.

Superfluum eſt hic ponere nomina eorum qui ſæculo decimo-ſeptimo vel novos errores condiderunt, vel antiquos renovarunt. Recentior eſt horum memoria: utinam æterna quoque oblivione deleatur.

I. Dic tamen, quæſo, pauca ſaltem de quinque famoſis Janſenii Propoſitionibus, de quibus ab annis plus quam ſexaginta quæſtio eſt, de quibus tot editi ſunt eduntur que etiamnum hinc inde libri. Quid id rei eſt?

R. Cornelius Janſenius ſacræ Theologiæ Doctor, & ſcripturæ ſacræ Profeſſor in Univerſitate Lovanienſi, ac demum Iprenſis Epiſcopus, multa ſcripſit, libroſque ſuos omnes ſanctæ ſedis Apoſtolicæ judicio, & correctioni teſtamento ſubjecit. Poſt ejus mortem publici juris factus eſt, quem de gratia ſcripſit librum, titulo *Auguſtinus*. Occaſione libri hujus, in quo plerique Theologi ſcholaſtici exagitantur, carpuntur, refelluntur, ſtatim atque in lucem prodiit, turbæ multæ, & graves excitatæ ſunt.

Ea de re ſcripſerunt ad Innocentium X. ſummum

Sub Venceslao Rege .... perfida Huſſitarum inſania ortum habuit, cujus & originem & progreſſum hoc loco proſequi animus eſt .... *Bohemus* quidam genere nobilis, ex domo quam *Putridi-piſcis* vocant, apud Oxoviam Angliæ civitatem literis ſtudens, cum Johannis Wyclevi libros offendiſſet, quibus *de realibus univerſalibus* titulus inſcribitur, magnopere illis oblectatus, exemplaria ſecum attulit. Inter quæ de civili, de jure divino, de Eccleſia, de diverſis quæſtionibus, contra Clerum pleraque volumina, velut pretioſum theſaurum patriæ ſuæ intulit. Imbutus jam ipſe Wyclevitarum veneno, & ad nocendum paratus... fœtidum virus in cives ſuos evomuit. Commodavit autem ſcripta quæ attulerat, his potiſſimum qui Theutonicorum (*Scholam Pragenſem regentium*) odio tenebantur. Inter quos Joannes eminuit, obſcuro loco natus, ex villa Hus, quod anſerem ſignificat, cognomentum mutuatus. Hic cum eſſet ingenio peracri, & lingua diſerta, multumque dialecticis oblectaretur, & peregrinas opiniones amaret, avide admodum Wyclevitarum doctrinam arripuit, eaque Theutonicos vexare Magiſtros cœpit, ſperans eo modo confuſos Theutones ſcholas relicturos. Quod cum ſuccederet, a Venceslao impetratum, ut Pragenſe gymnaſium ritu Pariſienſis gubernaretur... *Hinc* Bohemis ſcholæ ſuæ gubernatio libere patuit, quorum princeps eſt habitus Joannes Hus, lingua potens, & mundioris vitæ opinione clarus. Qui ubi ſatis fidei comparatum ſibi exiſtimavit, venenum quod jam pridem occulte conceperat, palam evomuit. Fundaverat opulentus quidam civis in urbe Pragenſi ſub nomine ſanctorum Matthiæ, & Matthæi haud ignobile templum, quod Bethleem appellavit, redditibus additis, ex quibus duo Prædicatores alerentur, qui feſtis profeſtiſque diebus verbum Dei Bohemico ſermone plebibus inſinuarent. Horum alter Johannes aſſumptus eſt. Qui cum ſe libenter audiri animadverteret, multa de libris Joannis Wyclevi in medium attulit, aſſerens in eis omnem veritatem contineri... Sequebantur Joannem Clerici fere omnes, ære alieno gravati, ſceleribus ac ſeditionibus inſignes, qui rerum novitate evadere pœnas arbitrabantur. His & nonnulli doctrina celebres juncti erant... Proruperunt in blaſphemias, & cum aliquibus ignaris fortaſſe ac vitioſis male dicere poſſent, in omnes latrare Sacerdotes cœpere, & ab Eccleſia Catholica recedentes, impiam Valdenſium ſectam atque inſaniam amplexi ſunt. Hujus peſtiferæ ac jam pridem damnatæ factionis dogmata ſunt, Romanum Præſulem reliquis Epiſcopis parem eſſe, inter Sacerdotes nullum diſcrimen. Presbyterum non dignitatem, ſed vitæ meritum efficere potiorem. Animas e corporibus excedentes, aut in æternas e veſtigio pœnas mergi, aut perpetua conſequi gaudia, purgatorium ignem nullum inveniri. Vanum eſſe orare pro mortuis, & avaritiæ Sacerdotalis inventum. Dei & Sanctorum imagines delendas. Aquarum palmarumque benedictiones irridendas. Mendicantium religiones malos dæmones inveniſſe. Sacerdotes pauperes eſſe debere, ſola contentos eleemoſyna. Liberam cuique prædicationem verbi Dei patere. Nullum capitale peccatum, quantumvis majoris mali vitandi gratia, tolerandum. Qui mortalis culpæ reus ſit, eum neque ſecalari, neque Eccleſiaſtica dignitate potiri, neque parendum ei. Confirmationem, quam chriſmate Pontifices inducunt, & extremam unctionem inter Eccleſiæ ſacra minime contineri. Auricularem confeſſionem nugacem eſſe, ſufficere ſua quemque Deo in cubili ſuo confiteri peccata. Baptiſma fluvialis undæ, nulla interjecta ſacri olei mixtura recipiendum. Cœmeteriorum inanem uſum quæſtus cauſa repertum, quacumque tegantur tellure humana corpora nihil diſtare. Templum Dei late patentis ipſum mundum eſſe; coarctare majeſtatem ejus, qui Eccleſias, monaſteria, oratoriaque conſtruunt, tamquam propitior in eis divina bonitas inveniatur. Sacerdotales veſtes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices, patenas, vaſaque hujuſmodi, nihil habere momenti. Sacerdotem quocumque loco, quocumque tempore, ſacrum Chriſti corpus conficere poſſe, petentibuſque miniſtrare, ſufficere ſi verba ſacramentalia tantum dicat. Suffragia Sanctorum in cœlis cum Chriſto regnantium, fruſtra impetrari, quæ juvare non poſſunt. In Canonicis horis cantandis dicendiſque fruſtra tempus teri. Nulla die ab opere ceſſandum, niſi quæ Dominica nunc appellatur, celebritates Sanctorum rurſus rejiciendas. Jejuniis quoque ab Eccleſia inſtitutis nihil eſſe meriti. Subinco, cognomine Lepus, claris parentibus apud Bohemos ortus, per idem tempus Pragenſem Eccleſiam Pontificio retinebat, conſilio & animo illuſtris. Qui orienti calamitati obviam ire cupiens, priuſquam amplius debacchaetur, libros Joannis Wyclevi ad ſe ferri, omneſque doctorum virorum conſilio adhibito, publice concremari juſſit. Supra ducenta volumina fuiſſe traduntur, pulcherrima conſcripta, bullis aureis tegumentiſque pretioſis ornata. Joanni prædicatio interdicta, & adjectæ minæ, quando priores in populo errores vulgare auderet. Ipſe Praga excedens, apud villam, ubi ſibi origo fuit ac cognomen, permittente loci Domino, qui ejus inſaniæ favebat, vocare plebes ac docere non deſtitit, multa in Romanum Præſulem, multa in reliquos Eccleſiæ Pontifices maledicta congerens. Utque populi animos ſibi magis ac magis conciliaret, decimas haud aliter quam eleemoſynas Sacerdotibus debitas adſtruit, liberum prædia poſſidentibus, ſi velint eas dare, ſi nolint nullo jure cogi poſſe.

Cap. 36. Dum hæc aguntur generale Concilium apud Conſtantiam Suevorum urbem cogitur. In quo de rebus Bohemicis ſermo habitus Patrum mentes ingenti cura confecit, volventium animo quonam modo ſanari provincia poſſet. Placuitque tandem Sigiſmundo Imperatore ſuadente, Johannem & Hieronymum ad Synodum vocari, qui cum ceteris ejuſdem regni doctiores, tum populi ductores ac hæreſum principes habebantur. Venerunt ambo non tam verecunde aliena diſcere, quam ſua impudenter ingerere parati, docendi quippe quam diſcen-

mum Pontificem octoginta quinque Galliarum Epiſcopi, ejusque judicium poſtularunt de quinque præcipuis Libri bujus dogmatibus ſeu propoſitionibus, de quibus erat inter Theologos acrior
A diſceptatio & controverſia. (A) Quinque autem Propoſitiones hæ ſunt:

Prima. *Aliqua Dei precepta hominibus juſtis volentibus & conantibus, ſecundum præſentes quas habeant vires, ſunt impoſſibilia; deeſt quoque illis gratia, qua poſſibilia fiant.*

Secunda. *Interiori gratiæ in ſtatu naturæ lapſæ numquam reſiſtitur.*

Tertia. *Ad merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas a neceſſitate, ſed ſufficit libertas a coactione.*

Quarta. *Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus, etiam ad initium fidei: & in hoc erant bæretici, quod vellent, eam gratiam talem eſſe cui poſſet humana voluntas reſiſtere, vel obtemperare.*

Quinta. *Semipelagianum eſt dicere, Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe.*

Innocentius X. re maturo examini ſubjecta, habitisque multis nonnullorum S. R. E. Cardinalium, & in ſacra Theologia Magiſtrorum Congregationibus; tandem pridie calendas Junii an. 1653. edita Conſtitutione, ſingulas Propoſitiones ſic notat:

Primam prædictarum Propoſitionem, Aliqua Dei præcepta, &c. *temerariam, impiam, blaſphemam, anathemate damnatam, & bæreticum declaramus, & uti talem damnamus.*

Secundam. Interiori gratiæ, &c. *bæreticam declaramus; & uti talem damnamus.*

Tertiam, Ad merendum & demerendum, &c. *bæreticam declaramus; & uti talem damnamus.*

Quartam, Semipelagiani, &c. *falſum & bæreticam; & uti talem damnamus.*

Quintu, Semipelagianum eſt dicere, &c. *falſam, temerariam, ſcandaloſam; & intellectum eo ſenſu*, ut Chriſtum pro ſalute dumtaxat prædeſtinatorum mortuus ſit, *impiam, blaſphemam, contumelioſam, divinæ pietati derogantem, & bæreticam declaramus; & uti talem damnamus.*

Addit Pontifex non intendere ſe approbare ullatenus alias opiniones quæ continentur in prædicto libro Cornelii Janſenii.

Hanc ſolemniter recepit Clerus Gallicanus in ſuis comitiis generalibus anni 1654. (B) B

Alexander VII. Innocentii X. Succeſſor, edita altera Conſtitutione XVII. calendas Novembris ann. 1656. confirmat, approbat & innovat Innocentii X. prædeceſſoris ſui Conſtitutionem; illasque propoſitiones ex libro Cornelii Janſenii, Epiſcopi Iprenſis, cui titulus eſt, *Auguſtinus*, excerptas, ac in ſenſu ab eodem Janſenio intento damnatas fuiſſe declarat & definit: ac eumdem librum omnesque alios tam manuſcriptos quam typis editos, & ſi

diſcendi cupidiores, & populares amantes aures. Auditi ſunt in conſenſu Patrum Johannes ætate major, & auctoritate babitus, doctrina ac facundia ſuperior Hieronymus. Lecti ex omni natione Patres divini atque humani juris doctores, ſæpe cum his colloquium habuere, dogmata eorum a lege divina aliena eſſe monſtrarunt, neque bonis conducere moribus. Rogaverunt, ne plus ſapere quam Eccleſia vallent, ſed ſaperent ad ſobrietatem, peregrinas opiniones relinquerent, ingenia ſua quæ quidem eſſent nobiliſſima, Wyclevitarum inſania ne fœdarent; eloquentiam qua præditi eſſet in corroborandis Eccleſiæ inſtitutis, non evertendis, in edocendis populis, non dedocendis exercerent. Poſſe eos & in conſpectu Dei, in Eccleſia militante ſublimem conſequi locum, ſi relictis novitatibus Patrum veſtigia ſequarentur, inventionesque ſuas univerſali Concilio ſubmitterent. Statere in propoſito pertinaces Bohemorum animi, neque victi rationibus vinci voluere, ſe veraces, ſe ſancti Evangelii æmulatores, ſe Chriſti Diſcipulos eſſe, Romanam Eccleſiam, ceterasque per orbem diſperſas longe a traditionibus Apoſtolorum abiiſſe, quæ opes ac delicias ſectarentur, dominatum in populos, & primos in conviviis accubitus exquirerent, canes, equos alerent, Eccleſiarum bona quæ Chriſti pauperibus deberentur, per laſciviam luxumque conſumerent, aut neſcire prorſus divina mandata, aut ſcientes contemnere. Primores magnæ Synodi, ubi pertinaciam & immutabiles animos perditorum hominum animadverterunt, membra Eccleſiæ putrida, quæ ſanari non poterant, ne reliquum corpus inficerent reſecanda conſuerunt. Lata eſt in conſeſſu Patrum adverſus contumaces ſententia cremandos eſſe qui doctrinam Eccleſiæ reſpuerent. Prior igitur Johannes combuſtus eſt, Hieronymus diu poſtea in vinculis habitus cum reſipiſcere nollet, pari ſupplicio affectus. Pertulerunt ambo conſtanti animo necem, & quaſi ad epulas invitati ad incendium properarunt, nullam emittentes vocem, qui miſeri animi poſſet facere indicium. Ubi ardere cœperunt hymnum cecinere, quem vix flamma & fragor ignis intercipere potuit. Nemo Philoſophorum tam forti animo mortem pertuliſſe traditur, quam iſti incendium... Cineres exuſtorum ne raperentur a Bohemis in lacum projecti. Diſcipuli eorum ex eo ſolo terram attulere in Patriam, Johannes ac Hieronymus apud Bohemos Martyrum honores meruere, nec minores quam Petrus & Paulus apud Romanos habiti. Nuntiatis enim in Bohemiam, quæ Conſtantiæ geſta fuerant de Johanne ac Hieronymo, Diſcipuli eorum, ſuaquacesque omnes in unum convenientes, memoriam in primis defunctorum conſecrant, celebrandamque quotannis omnes decernunt. Exhinc per amicos nonnullas ſibi Eccleſias a rege tradi extorquent, in quibus ſuæ prædicare plebi Sacramentaque miniſtrare libere poſſint. Neque hoc modo contenti apud Sclavoniam nobile monaſterium Fratrum Ord. Prædicatorum extra mœnia oppidi ſitum e fundamentis dejiciunt, Eccleſias, monaſteriaque paſſim nobiliſſima, ſuperis dicata templa ferro atque igne vaſtant.

Lege ſupra laudatam Concilii Conſtantienſis Hiſtoriam, *necnon* Acta ejusdem Concilii *a* D. VONDER HART *edita*, & Additiones ad Hiſtoriam Concilii Conſtantienſis *ab* ANONYMO Auctore Gallice vulgatas.

(A) *Relatio* GALLIC. EPISC. AD PONT. MAX. INNOCENT. X. Beatiſſime Pater, majores cauſas ad ſedem Apoſtolicam referre ſolemnis Eccleſiæ mos eſt, quem fides Petri numquam deficiens perpetuo retineri pro jure ſuo poſtulat. Æquiſſime huic legi obſequentes, de graviſſimo circa religionem negotio Sanctitati tuæ ſcribendum eſſe conſuimus. Decennium eſt, ex quo vehementiſſimis turbis Gallia magno noſtro mœrore commovetur, ob librum poſthumum & doctrinam Reverend. Cornelii Janſenii Iprenſis Epiſcopi. Tales quidem motus ſedari oportebat cum Concilii Tridentini auctoritate, tum bullæ illius qua Urbanus VIII. felicis memoriæ adverſus Janſenii dogmata pronunciavit, & Decreta Pii V. ac Gregorii XIII. in Baium edita confirmavit. Atque hujus quidem Bullæ veritatem ac robur novo diplomate vindicaſti: ſed quia nulli ſigillatim propoſitioni certa cenſuræ nota inuſta fuit, locus etiamnum aliquis quorumdam cavillis & effugio relictus eſt. Intercludendum autem penitus ſperamus, ſi ut precamur S. T. quid hac in re ſentiendum ſit clare diſtincteque definiat. Obteſtamur ergo ut has præſertim propoſitiones, de quibus diſceptatio periculoſior, ac contentio ardentior eſt, S. T. expendat, & perſpicuam ac certam de unaquaque ſententiam ferat.

Prima: Aliqua Dei præcepta, &c. *ut in Textu*.

(B) *Reverend. ac Religioſiſſ. DD. Archiep. & Epiſc. per Gallias Fratribus, &c.*

Spes nobis erat homines eos qui ſe Cornelii Janſenii Epiſcopi Iprenſis amatores ſectatoresque profitentur, poſt ejus ab Innocentio X. anathematizatas & damnatas quinque opiniones, deſtituros tandem ab omni motu; atque cum ſuo illo decreto *imperaſſet ventis*, *futuram* in Eccleſia *tranquillitatem magnam*. Sed contra plane quam expecta-

Digitized by Google

& ſi quos forſan edi contigerit, in quibus doctrina ſupradicta Janſenii defenditur vel aſtruitur, aut defendetur vel aſtruetur, damnat itidem atque prohibet. (C)

C Tertiam Conſtitutionem edidit Alexander VII.
ann. 1664. xv. calendas Martii, in qua tradit
D formulam fidei ab omnibus ſubſcribendam. (D)
Hæc autem eſt formula;

Ego N. Conſtitutioni Apoſtolicæ Innoc. X. datæ die 31. Maii 1653. & Conſtitutioni Alexandri VII. datæ die 16. Octobris 1656. Summorum Pontificum me ſubjicio, & quinque Propoſitiones ex Cornelii Janſenii libro, cui nomen, Auguſtinus, *excerptas, & in ſenſu ab eodem Auctore intento, prout illas prædictas Conſtitutiones Sedes Apoſtolica damnavit, ſincero animo rejicio, ac damno; & ita juro; ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.*

Poſt hanc fidei formulam novæ turbæ. Nonnullis viſum eſt ſedatas illas fuiſſe ac compoſitas, & pacem Eccleſiæ redditam, ann. 1669. per Clementem IX. ſummum Pontificem: verum recruduere primum in Belgio, deinde in Galliis.

Ad compeſcendas Belgii turbas Innocent. XII. ſcriptis in forma Brevis ad Epiſcopos Belgii Epiſtolis duabus 6. Februarii 1694. & 24. Novembris 1696. declaravit prædictas propoſitiones quinque ex libro Janſenii excerptas, damnatas eſſe in ſenſu obvio, quem ipſamet propoſitionum verba exhibent ac præſeferunt: Conſtitutiones prædeceſſorum ſuorum confirmavit, eas in ſuo robore eſſe, ſeque illis firmiter inhærere aſſeruit; vetuitque ne quis *vaga iſta accuſatione & invidioſo nomine Janſeniſmi traducatur aut nuncupetur*, niſi qui *ſuſpectus* fuerit aliquas e quinque propoſitionibus propugnare & adſtruere.

Ad componendas turbas & contentiones excitatas in Galliis, Clemens XI. novam edidit Conſtitutionem ann. 1705. xvii. Calendas Auguſti, in qua ſingulas Prædeceſſorum ſuorum Conſtitutiones laudat, inſerit, confirmat & approbat: ac præterea ſic edicit:

Hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, obedientiæ quæ præinſertis Apoſtolicis Conſtitutionibus debetur, obſequioſo illo ſilentio minime ſatisfieri; ſed damnatum in quinque præfatis propoſitionibus Janſeniani libri ſenſum, quem illarum verba præ ſe ferunt, ut præfertur, ab omnibus Chriſti fidelibus ut hæreticum, non ore ſolum, ſed & corde rejici ac damnari debere; nec alia mente, animo aut credulitate ſupradictæ formulæ ſubſcribi licite poſſe; ita ut qui ſecus aut contra quoad hæc omnia & ſingula ſenſerint, tenuerint, prædicaverint, verbo vel ſcripto docuerint aut aſſeruerint, tanquam Apoſtolicarum Conſtitutionum tranſgreſſores, omnibus & ſingulis illarum cenſuris & pœnis omnino ſubjaceant, eadem auctoritate Apoſtolica decernimus, declaramus, ſtatuimus & ordinamus.

Has ſedis Apoſtolicæ Conſtitutiones ſolemniter

pectatum a nobis fuerit accidit: mirarique ſatis non poſſumus poſt æquiſſimam ſanctiſſimamque Conſtitutionem illam, qua beatiſſimus Pater Innocentius X. prædictas quinque propoſitiones damnavit, & iis quidem verbis, quibus nihil dici poteſt expreſſius, nihil clarius, homines illos affirmare, imo & perſuadere aliis velle, res duas, vanas omnino & inanes: alteram, quinque illas propoſitiones non eſſe Janſenii; alteram, damnatas eſſe eo in ſenſu qui ad Janſenium nihil pertineat. Poteſt enim quicquam eſſe abſurdius, quam tueri id velle, cui refellendo revincendoque nihil opus ſit multis rationibus, nihil diſquiſitione, etiam mediocri aut levi, ſed ſola Pontificiæ Conſtitutionis, quæ per ſe ipſam rem totam aperte dirimit, lectione? Et quidem cum ejuſmodi ſint duæ res illæ, ut multis videri poſſint ipſæ per ſe ſponte ſua ruituræ; atque adeo ſpernendæ prorſus & negligendæ: nobis tamen, quibus compertum eſt eas *ignorantibus infir-*
1. Cor. 8. 9. *miſque* non paucis *eſſe offendiculo*, quibuſque pro mu-
Matt. 5. 29. neris noſtri ratione id præcipuum incumbit, ut *tollamus*
omnia ſcandala de regno Dei, viſum fuit occurrendum eſſe huic malo, comprimendumque mature hoc virus, quod jam aliquos occupavit. Quod ut fieret accuratius, & pro ea qua par erat gravitate dignitateque quotquot in hac urbe Regni primaria negotiorum Eccleſiaſticorum cauſa fuimus, Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, collecti in unum cenſuimus, hoc quidquid eſt rei committendum eſſe curæ ac diligentiæ Illuſtriſſimorum Reverendiſſimorumque Fratrum noſtrorum Archiepiſcoporum Turonenſis, Ebrodunenſis, Rothomagenſis, Toloſani, & Epiſcoporum Eduenſis, Muntalbanenſis, Redonenſis, Carnotenſis: ſic tamen, ut quicquid inter ſeipſi legiſſent, obſervaſſent, ſenſiſſent, referrent ad nos. Iis vero ex ipſa Conſtitutionis lectione, atque inſuper ex opere Janſeniano, quod etiam quantum ad quinque illas propoſitiones attinet, ſtudioſe legerunt expenderuntque, (quamquam ſola per ſe ad id ſufficiat Conſtitutio) manifeſtum & perſpectum fuit illas quinque propoſitiones vere eſſe Janſenii, & damnatas eſſe in vero ac proprio verborum ſenſu, & eo plane quo a Janſenio traduntur & explicantur. Atque cum id ipſi ad nos, ſcilicet in unum rurſus congregatos, retuliſſent, & a nobis quoque idem cognitum & exploratum fuiſſet, declaravimus & hoc noſtro judicio declaramus rem plane ita ſe habere, & nullum dubitandi eſſe locum. Quare & eos qui quinque illas propoſitiones tuentur aut probant, vere eſſe ex eorum numero, quos Innocentius X. ſua illa in conſtitutione vocat *Contradictores & rebelles*; & quos vult *a Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis per cenſuras & pœnas contra hæreticos & eorum fautores in jure expreſſas, cæteraque juris & facti remedia opportuna, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, omnino coerceri & compeſci.* Id vero nos omnes, quantum in nobis quidem erit, effecturi ſumus: rogamuſque quotquot hinc abſunt Gallicani Cleri dilectiſſimos & religioſiſſimos Fratres noſtros, ut idem quoque pro virili præſtent.

(C) ALEXANDER *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Univerſis Chriſti fidelibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem*... Cum autem, ſicut accepimus, nonnulli iniquitatis filii prædictas quinque propoſitiones, vel in libro prædicto ejuſdem Cornelii Janſenii non reperiri, ſed ficte & pro arbitrio compoſitas eſſe; non in ſenſu ab eodem intento damnatas fuiſſe aſſerere magno cum Chriſti fidelium ſcandalo non reformident. Nos qui omnia, quæ hac in re geſta ſunt, ſufficienter, & attente perſpeximus, utpote qui ejuſdem Innocentii prædeceſſoris juſſu, dum adhuc in minoribus conſtituti Cardinalatus munere fungeremur, omnibus illis congreſſibus interfuimus, in quibus Apoſtolica auctoritate eadem cauſa diſcuſſa eſt ea profecto diligentia, qua major deſiderari non poſſet, quamcumque dubitationem ſuper præmiſſis in poſterum auferre volentes, ut omnes Chriſti fideles in ejuſdem fidei unitate ſeſe contineant, ex debito noſtri paſtoralis officii, ac matura deliberatione præinſertam Innocentii Prædeceſſoris noſtri Conſtitutionem, declarationem & definitionem harum ſerie confirmamus, approbamus, & innovamus: & quinque illas propoſitiones ex libro præmemorati Cornelii Janſenii Epiſcopi Iprenſis, cui titulus eſt, *Auguſtinus*, excerptas, ac in ſenſu ab eodem Cornelio intento damnatas fuiſſe declaramus, & definimus: & uti tales, injuſta ſcilicet eadem ſingulis nota, quæ in prædicta declaratione & definitione, unicuique illarum ſigillatim inuritur, iterum damnamus.

Ac eundem librum ſæpedicti Cornelii Janſenii, cui titulus, *Auguſtinus*, omneſque alios tam manuſcriptos quam typis editos; & ſi quos forſan in poſterum edi contigerit, in quibus prædicta ejuſdem Cornelii Janſenii doctrina, ut ſupra damnata defenditur, vel aſtruitur aut defendetur, vel aſtruetur, damnamus itidem atque prohibemus. Mandantes omnibus Chriſti fidelibus, ne prædictam doctrinam teneant, prædicent, doceant, vel ſcripto exponant, vel interpretentur publice vel privatim, palam vel occulte imprimant, ſub pœnis & cenſuris contra hæreticos in jure expreſſis ipſo facto, abſque alia declaratione incurrendis.

(D) ALEXANDER, &c.... Cum autem præfatus Rex Chriſtianiſſimus eodem religionis zelo ductus, per ſuum in urbe Oratorem nobis ſignificari exponique curave-

ter recedit in generalibus Comitiis Clerus Gallicanus: nec ullus nunc eſt in Gallia ceteriſque orbis Catholici Regnis & Provinciis Epiſcopus, qui ſe his ſanctionibus non ſubjecerit ſubjiciatque: his ergo quilibet Chriſtianus debet veram corde & ore ſubjectionem.

§. 51. *De Præliis Eccleſiæ adverſus malos in ejus ſinu degentes.*

I. Præter dæmones, Ethnicos, Judæos, Hæreticos, Schiſmaticos, Excommunicatos, ſuntne hoſtes alii cum quibus Eccleſia dimicet?

R. Jam diximus præliandum ipſi & contra malos qui in ejus ſinu vivunt. * (A) Parte I. Sect. II. Cap. I. §. 51.

A

I. Quomodo mali adverſus Eccleſiam matrem inſurgunt?

R. 1. Dum eam pravis moribus affligunt & dedecore afficiunt; & in cauſa ſunt cur nomen Dei blaſphemetur inter gentes & impios. (B) * *Hoc cit. cap.* §. 8.

B

2. Dum bonos avocant a veri rectique tramite, terrendo eos injuriis, contumeliis, dicteriis, minis, perſecutionibus. Et corrumpendo malis exemplis, erroribus, conſiliis pravis, laudibus, promiſſis, aſſentationibus, blanditiis, &c. (C)

C

I. Quo-

raverit; nullum aliud opportunius remedium peſtiferæ hujus contagionis reliquiis extirpandis adhiberi poſſe, quam ſi omnes certam formulam ſubſcriberent noſtra auctoritate firmatam, in qua quinque propoſitiones ex Cornelii Janſenii libro, cui titulus, *Auguſtinus*, exceptas ſincere damnarent, ac proinde illam a nobis quantocitius expediri, ad quælibet effugia præcludenda, omneſque removendos obtentus flagitaverit. Nos tam piis dicti Regis Chriſtianiſſimi votis benigne annuendum eſſe ducentes, formulam infra ſcriptam ab omnibus Eccleſiaſticis etiam venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis; nec non aliis quibuſcumque Eccleſiaſtici ordinis, tam regularibus quam ſecularibus etiam Monialibus, Doctoribus & Licentiatis, aliiſque collegiorum Rectoribus atque Magiſtris ſubſcribi diſtricte mandamus, idemque intra tres menſes a die publicationis ſeu notificationis præſentium: alias contra eos, qui intra terminum præfatum non paruerint irremiſſibiliter procedi volumus juxta canonicas Conſtitutiones, & Conciliorum decreta.

Formula a ſupradictis ſubſcribenda.

Ego N. *Conſtitutioni*, &c. ut in Textu.

(A) S. AUG. *Lib. de fide rerum quæ non videntur* c. 8. *num.* 11. In ipſa Catholica (*Eccleſia*) mali Chriſtiani, tanto nocentiores, quanto interiores inimici. Quia & hinc ne perturbarentur infirmi, Prophetia divina non tacuit, ubi loquens in Cantico Canticorum ſponſus ad ſponſam, id eſt, Chriſtus Dominus

Cant. 11. 12. ad Eccleſiam: Non *ſicut lilium*, inquit, *in media ſpinarum, ita proxima mea in medio filiarum*. Non dixit *in media extranearum*, ſed *in media filiarum*.

(B) ISAI. LII. 5. Et nomquid mihi eſt hic, dicit Dominus, quoniam ablatus eſt populus meus gratis? Dominatores ejus inique agunt, dicit Dominus, & jugiter tota die nomen meum blaſphematur.

ROM. 11. 24. Nomen Dei per vos blaſphematur inter gentes.

S. AUG. *In Pſal.* XXV. *num.* 14. *Enarrat,* 2. Hoc eſt enim benedicere Deum in Eccleſiis, Fratres, ſic vivere, ut per mores cujuſque benedicatur Deus. Nam qui benedicit Dominum lingua, & factis maledicit, non in Eccleſiis benedicit Dominum. Lingua prope omnes benedicunt, ſed non omnes factis. Quidam voce benedicunt, quidam moribus. In quorum autem moribus non invenitur quod ajunt, faciunt blaſphemari Deum, ut illi qui nondum intrant Eccleſiam, quamvis amet peccata ſua, & ideo nolint eſſe Chriſtiani, tamen excuſent per malos, ut blandiantur ſibi, ſeducentes ſe ipſos, & dicant: Quid mihi perſuades ut Chriſtianus ſim? Ego fraudem a Chriſtiano paſſus ſum, & numquam feci: falſum mihi juravis Chriſtianus, & ego numquam. Et cum iſta dicunt, impediuntur a ſalute: ut nihil eis proſit, non quidem quod jam boni ſunt, ſed quod mediocre mali.

(C) S. AUG. *in Pſalm.* XC. *Serm.* 1. *num.* 4. Multos per verbum aſperum miſit in muſcipulam diabolus: verbi gratia, ... inter Chriſtianos, qui voluerint eſſe diligentiores & meliores, ab ipſis Chriſtianis audituri ſunt inſultationes.... Sunt multi male viventes Chriſtiani; inter quos qui voluerit bene vivere, & inter ebrioſos ſobrius eſſe, & inter fornicarios caſtus eſſe, & inter conſultatores Mathematicorum Deum ſinceriter colere, & nihil tale requirere, & inter ſpectatores nugacium theatrorum noluerit ire niſi ad Eccleſiam, patitur inſultatores ipſos Chriſtianos, & patitur verba aſpera, & dicunt: Magnus tu, juſtus, tu es Elias, tu es Petrus, de cælo veniſti: Inſultant; quocumque ſe verterit, audit hinc atque inde verbum aſperum. Quod ſi timet, & recedit a via Chriſti, cadit in laqueos venantium..... Dicat, Qualia verba audio, ſervus, peccator? Dominus meus au-

Joh. 8. 48. divit, *Dæmonium habes*.

In Pſal. CXIX. *num.* 7.... Quicumque hic etiam in Eccleſia terrenam felicitatem quærunt a Deo, adhuc ad Iſmael pertinent .... Ipſi ſunt, qui contradicunt ſpiritualibus proficientibus, & detrahunt illis, & habent labia iniqua & linguas ſubdolas... Ergo Iſaac cum Iſmael: id eſt, qui pertinent ad Iſaac, inter illos vivunt, qui pertinent ad Iſmael. Iſti ſurſum volunt aſcendere, illi deorſum volunt premere.... Spirituales ergo perſecutionem patiuntur a carnalibus.

In Pſal. CXLIII. *verſ.* 7. *num.* 14. *Erue me de aquis multis*. Quid eſt, *de aquis multis*? De populis multis. Quibus populis? alienigenis, infidelibus, ſive foris oppugnantibus, ſive intus inſidiantibus. *Exime me de aquis multis*, in quibus me exercebas, in quibus me ad exuendum a ſordibus volvebas, hæc eſt illa aqua contradictionis.

N. 18. Attendite obſecro; quia inter ipſos periclitamini, inter horum linguas adverſus carnis veſtræ deſideria dimicantis: inter horum linguas poſitas in manu diaboli, de quibus pugnat, colluctationem habetis, non adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus principes & poteſtates, & rectores mundi tenebrarum harum, hoc eſt, iniquorum. Adtendite ut diſcernatis vos, adtendite, ne putetis veram felicitatem eſſe quam ſibi optant homines aut infirmi aut maligni... Videte vanitatem, quam loquuntur, & cavete ne talia loquamini, cavete ne talia loquentes imitemini. Epheſ. 4. 11.

Serm. 81. *de Verb. Evangel. Matth.* XVIII. *alias ex Sirmond.* 33. *num.* 2. Sedebat ſub magna preſſura Job in ſtercore, inops, ſine ope, ſine ſubſtantia, ſine filiis; plenus, ſed vermibus, quod quidem ad hominem pertinet exteriorem. Sed quia & intus Deo plenus erat, laudabat Deum, & preſſura illa non illi erat ſcandalum. Ubi ergo ſcandalum? Quando acceſſit ei uxor, & ait, Dic aliquid in Deum, & morere, omnibus quippe ablatis a diabolo, exercitata Eva ſervata eſt, non ad conſolationem, ſed ad tentationem viri. Ecce ubi ſcandalum. Exaggeravit miſerias ejus, miſerias etiam ſuas cum illius, & cœpit perſuadere blaſphemiam. Illi autem, qui erat mitis, quia Deus ex lege ſua docuerat eum, & mitigaverat a diebus malignis, pax multa erat in corde ejus diligentis legem Dei, & non erat illi ſcandalum. Illa ſcandalum erat, ſed illi non erat.

N. 4. Quiſquis tibi carus eſt, quiſquis pro magno habetur a te, tamdiu magnus ſit, tamdiu dilectum membrum tuum ſit, quamdiu non cœperit ſcandalizare, ideſt, mali aliquid ſuadere. Audite quia hoc eſt ſcandalum. Conſtituimus exemplum de Job & uxore ejus: ſed ibi non eſt nominatum ſcandalum. Audi Evangelium: Dominus cum de paſſione ſua prædicaret, Petrus cœpit illi ſuadere ne pateretur: Redi retro Satanas, ſcandalum mihi es. Prorſus docuit te Dominus, qui tibi vivendi exemplum præbuit, & quid ſit ſcandalum, & quomodo caveatur ſcandalum. Cui dixerat paulo ante, Beatus es Simon Barjona, oſtenderat illum membrum ſuum eſſe. At ubi cœpit ſcandalum eſſe, præcidit membrum. Scandalum ergo tibi ille erit, qui tibi mali aliquid ſuadere cœperit. Et intendat caritas veſtras: ſit hoc plerumque, non malevolentia, ſed perverſa benevolentia. Videt enim te amicus tuus, qui te diligit, viciſſimque a te diligitur, parer tuus, frater tuus, filius tuus, conjux tua, videt te in malo, & vult te facere malum. Quid eſt, videt te in malo? Videt te in aliqua preſſura; ipſam propter juſtitiam forſitan pateris: ideo pateris preſſuram, quia non vis dicere falſum teſtimonium. Verbi gratia dixerim: abundant exempla, quia *væ mundo ab ſcandalis*. Ecce, verbi gratia, potens aliquis quærit a te propter prædam ſuam, propter rapinam ſuam, miniſterium falſi teſtimonii. Negas tu: negas falſum, ne neges verum. Ne multis immores, ille iraſcitur, potens eſt, premit: accedit amicus

Pars I. Sect. II. Cap. I. §. 16.

I. Quomodo id agunt male vivendo Chriſtiani, ut nomen Dei blaſphemetur inter gentes & impios?

R. Quia infideles & impii Eccleſiæ corpori per calumniam tribuunt quod male fit a privatis, & ex privatorum hominum corruptela & depravatione perperam concludunt, vel neminem eſſe qui pie & ſancte vivat, & perfectionem eſſe Chriſtianæ legis diſciplinam quam ut eam quis mortalis aſſequi poſſit; vel Eccleſiam fuiſſe a Domino derelictam; vel figmentum eſſe & fabulam quidquid de Religione prædicatur. Hæc autem omnia injurioſa Deo ſunt. Horrendæ blaſphemiæ, quibus infiniti propemodum infideles & Hæretici in falſa Religione, & impii in ſua impietate detinentur. (D) D

I. Quomodo pugnat Eccleſia adverſus malos & impios?

R. Gemitibus, orationibus, exemplis, doctrina, prædicationibus, adhortationibus, minis, excommunicatione, aliiſque cenſuris & pœnis. (E) E

I. Eſtne magnus inter Chriſtianos malorum & impiorum numerus?

R. Bonorum numerum, proh dolor! longe ſupe-

cus qui non vult te eſſe in preſſura, non vult te eſſe in malo; Rogo te, fac quod tibi dicitur, quod magnum eſt? Jam forte, quomodo & Satanas Domino,
Pſ. 115. 2. *Scriptum eſt quia Angelis ſuis mandavit de te, ne offendas ad lapidem pedem tuum.* Forte & iſte amicus tuus, quia videt te Chriſtianum, de lege tibi vult perſuadere, quod putat te debere facere. Fac quod dicit. Quid? Hoc quod vult ille. Sed mendacium
Mat. v. 29. 30. eſt, falſum eſt. Non legiſti, *Omnis homo mendax?* Jam iſte ſcandalum eſt. Amicus eſt; quid facturus es? Oculus eſt, manus eſt. *Amputa, & projice abs te.* Quid eſt, *amputa & projice abs te?* Noli conſentire. Hoc ſignificat, amputa & projice abs te, noli conſentire.

N. 7. Quæ ſunt ſcandala? Locutiones illæ, verba illa, quibus nobis dicitur, Ecce quid faciunt tempora Chriſtiana, ecce quæ ſunt ſcandala. Ad hoc enim tibi dicitur, ut tu, ſi amas mundum, blaſphemes Chriſtum: & dicit tibi hoc amicus tuus, conſiliarius tuus: ergo oculus tuus. Dicit tibi hoc miniſter tuus, cooperarius tuus: ergo manus tua. Dicit tibi hoc forte qui te ſuſtentat, qui te ab humilitate terrena ſublevat: ergo pes tuus. Abjice, amputa; projice abs te, noli conſentire. Reſponde talibus, quomodo reſpondebat ille, cui ſuadebatur falſum teſtimonium. Reſponde, & tu: dic homini dicenti tibi, Ecce temporibus Chriſtianis tantæ preſſuræ ſunt, vaſtatur mundus: reſponde tu, Hoc mihi antequam eveniſſet, prædixit Chriſtus.

Serm. 335. *alias* 50. *de Sanctis cap.* 1. *num.* 1. Quomodo poteſt ſuperare mundum ſævientem, qui non poteſt ſuperare blandientem? Blanditur hic mundus pollicendo honores, divitias, voluptates; minatur hic mundus intentando dolores, egeſtates, humilitates. Qui non contemnit quod pollicetur, quomodo ſuperare poteſt quod minatur?

Epiſt. 78. *alias* 137. *Clero & Plebi Eccleſiæ Hipponenſi, num.* 7. Periclitamur omni hora, habentes foris pugnas, intus timores; periculum in civitate, periculum in deſerto; periculum ex gentibus, periculum ex falſis fratribus. Scio quia doletis, ſed numquid acrius quam ego? Scio quia conturbati eſtis, & timeo ne inter linguas maledicorum deficiat & pereat infirmus, propter quem Chriſtus mortuus eſt.

Epiſt. 145. *alias* 143. *ad Anaſtaſium, n.* 2. . . . Mundus iſte periculoſior eſt blandus quam moleſtus, & magis cavendus cum ſe illicit diligi, quam cum admonet cogitque contemni. Nam cum omnia quæ
1 Joh. 11. 6. in illo ſunt, concupiſcentia ſint carnis & concupiſcentia oculorum & ambitio ſæculi, ſæpe etiam iis, qui talibus ſpiritalia, inviſibilia, æterna præponunt, inſerit ſe terrenæ ſuavitatis affectus, & delectationibus ſuis noſtra comitatur officia. Quanto enim ſunt caritati futura meliora, tanto ſunt infirmitati violentiora præſentia: & utinam ii qui ea videre & gemere noverunt, vincere & evadere mereantur: Quod ſine Dei gratia nullo modo voluntas implet humana; quæ nec libera dicenda eſt, quamdiu eſt vincentibus & vincientibus cupiditatibus ſubdita.

(D) S. Aug. *Enarrat.* 2. *in Pſal.* xxv. *n.* 14. *Vide ſupra litt.* (B) *hocce* §. *& alias* S. Auguſt. *auctoritates allatas ſupra lit.* (C) *hocce etiam* §.

Serm. 4. *in Pſal.* xxx. *num.* 12. Qui divites eſſe voltis, tales divitias concupiſcite, quas nec in naufragio poteſtis amittere. Ergo tales quando humiliantur nolite eos putare miſeros. Erratis, non ſcitis quid intus habeant. Ex vobis conjicitis qui mundum diligitis, quia vos cum talia perditis miſeri remanetis. Prorſus nolite hoc putare, habent intus quo gaudeant. Interior eſt dominator eorum, interior eſt paſtor, & conſolator ipſorum. Ipſi ſunt qui male cadunt, & ſpem ſuam in hoc ſæculo ponunt. Auferrur quod nitebat foris, nihil remanet intus niſi fumus malæ conſcientiæ. Unde ſe conſolentur non habent, non habent quo foras exeant, non habent quo intro redeant, deſerti pompa ſæculari, inanes gratia ſpiritali vere humiliantur . . . Nam in te tribulatio fornax aurificis eſt. Si tamen aurum ſis & non palea, ut ſordibus careas non in cinerem convertaris.

In Pſal. xl. *num.* 4. Inimicus ipſe eſt qui ſuggerit, ut propter res terrenas colatur; quia non poteſt evertere nomen Chriſtianum inimicus iſte: vidit enim ſe victum fama & laudibus Chriſti, vidit in eo quod occidit Martyres Chriſti coronatos, & ſe triumphatum. . . Vituperando Chriſtum, jam difficile decipit, laudando Chriſtum conatur decipere. . . . & cœpit a fide alio modo deterrere. Magna lex eſt Chriſtiana, potens illa lex, divina, ineffabilis; ſed quis illam implet? In nomine Salvatoris noſtri conculcate leonem & draconem. Aperte reprehendendo fremebat leo, aſtute laudando inſidiatur draco. . . . . Noli mihi dicere, Quis illud implet? Ille in me implet, qui venit dives ad pauperem, pauper quidem ad pauperem, ſed plenus ad inanem.

In Pſalm. cxxxviii. *num.* 27. Nunc autem dicit corpus Chriſti quod eſt Eccleſia. Quid eſt quod mihi calumniantur ſuperbi, quaſi me maculent aliena peccata . . . . . . Ut quid a me pejores exigunt etiam corporalem a nobis ſeparationem, ut ante tempus meſſis ſimul cum zizaniis eradicetur & triticum: ut ante tempus ventilationis perdam ſuſtinentiam tolerandi paleam, ut antequam genera piſcium ad finem ſæculi, tamquam ad littus ſeparanda perveniant, retia pacis unitatiſque disrumpam? Numquid malorum ſunt ſacramenta, quæ accipio? Numquid eorum vitæ, factiſque conſentiendo communico?

(E) S. Aug. *in Pſ.* cxxxviii. *num.* 29. Cum ergo corpus Chriſti ab impiis & iniquis etiam corporaliter in fine ſeparandum, nunc inter eos interius gemat: & cum illi occiſi peccatores tanquam de malorum communione bonis calumniando, & ſe quaſi per occaſionem malorum magis a bonis & innocentibus ſeparando. Quid inter hæc agit corpus Chriſti, ſive centenum, ſive ſexagenum, ſive tricenum fructum afferens cum patientia? Quid agit proxima Chriſti in medio filiarum, ſicut lilium in medio ſpinarum? . . . Tu Deus, tu proba, tu ſcito: non homo, non hæreticus . . . . nemo, cum iis qui oderant pacem ſum pacificus, donec perveniam ad illam viſionem pacis quod interpretatur Jeruſalem, quæ eſt mater omnium noſtrum civitas æterna in cælis.

Epiſt. 78. *alias* 137. *Clero & plebi Eccleſiæ Hipponenſi, n.* 7. *Vide ſupra litt.* (C) *hocce* §.

Epiſt. 243. *alias* 38. *ad Lætum, num.* 8. Mater Eccleſia, mater eſt etiam matris tuæ. Hæc vos de Chriſto concepit, hæc Martyrum ſanguine parturivit, hæc in ſempiternam lucem peperit, hæc fidei lacte nutrivit & nutrit, ciboſque majores præparans, quod adhuc parvuli & ſine dentibus vagire vultis, horreſcit. Hæc mater toto orbe diffuſa, tam variis & multiplicibus errorum infeſtationibus agitatur, ut abortivi jam filii ejus adverſus eam infrenis armis belligerare non dubitent. Ignavia etiam atque torpore quorumdam quos gremio continet, membra ſua frigeſcere plurimis locis, & fovendis parvulis minus idonea fieri dolet. Unde niſi per alios filios, unde niſi per alia membra, quorum e numero es, juſtum ac debitum poſcit auxilium? Hujuſne tu neceſſitates deſerens, ad carnalia verba converteris? Nonne hæc gravioribus querelis inſonat auribus? Nonne hæc cariora viſcera, & cæleſtia ubera oſtentat?

In Pſ. lii. *n.* 1. . . . Gemit autem & parturit & dolet iſte homo . . . . Unde eſſet magnum perſeverare, niſi inter moleſtias & tentationes, & turbationes & ſcandala eſſet perſeverandum. Nemo enim jubetur bona tolerare.

Lib. 3. *contra literas Petiliani, cap.* 38. *n.* 44. Vix enim alicubi deeſt hoc genus hominum quo appareat iniquos

Mat.7.13.14 ſuperat. *Lata & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad corruptionem, & quam multi ſunt qui intrant per eam. Quam anguſta & arcta via eſt quæ ducit ad vitam, & quam pauci ſunt qui inveniunt eam.* Verba ſunt Chriſti, quorum veritatem & manifeſtavit & manifeſtabit ſemper experientia. (F)

I. Quid inde ad vitæ noſtræ recte inſtituendæ rationem colligere expedit?

R. Extra viam ſalutis eſſe, ex Evangelicis oraculis, omnes quotquot majorem hominum numerum vivendo imitantur. Viæ ſalutis paucos inſiſtere. Et certe quicumque ſecundum carnem ambulant, quicumque ſequuntur concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum & ſuperbiam vitæ, ii viam tenent quæ ducit ad perditionem: nihil eſt in Evangelica doctrina certius, nihil eſt quod ſæpius & apertius in novo Teſtamento doceatur. (G) Atqui pars longe maxima Chriſtianorum ſecundum carnem ambulat, & ſequitur triplicem concupiſcentiam, ut experientia docet. (H) Itaque longe maxima pars Chriſtianorum extra viam ſalutis eſt. Circa eam rem aciem ſibi mentis obtundant quantumlibet & claudant oculos Chriſtiani: manet tamen æternumque manebit inconcuſſa rei veritas. (I)

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. II.

I. Quis Eccleſiam tot in præliis & bellis tuetur ne corruat?

R. Jeſus Chriſtus Dominus noſter, qui eam re-

quos præpoſitos ac miniſtros & in Catholica Eccleſia ſolere damnari.... Quamobrem commixti corporaliter, ſeparati ſpiritualiter in Eccleſia Catholica mali, & quando humana conditione ignorantur, & quando diſciplinæ conſideratione damnantur, ſuas ſarcinas portant; ac per hoc illi ſecuri ſunt ſi eorum peccatis imitatione & conſenſione non communicant, quicumque per eos Chriſti baptiſmo baptizantur. Quia etſi per optimos baptizarentur, non niſi ab illo qui juſtificat impium, juſtificarentur.

(F) ISAI. IX. 3. Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam.

S. AUG. *Epiſt. ad Catholicos contra Donatiſtas, vulgo de Unitate Eccleſiæ, tom. 9. cap. 13. num. 34*...... Non obeſſe juſtis in medio impiorum conſtitutis, quidquid in ipſos populos propter impiorum multitudinem dicitur..... Plerumque enim ſermo divinus impias turbas Eccleſiæ, quæ nec in Eccleſia deputantur tamen propter ſacramenta quæ cum Sanctis communiter habent, quia ineſt in eis quædam forma pietatis, cujus

2.Tim.3.5. virtutem negant, ſicut ait Apoſtolus, Habentes formam pietatis, virtutem autem ejus abnegantes: ſic redarguit tanquam omnes tales ſint, & nullus bonus omnino remanſerit .... Neque enim nos ita dicimus per totum orbem diffundi Eccleſiam, ut in ſacramentis ejus ſolos bonos eſſe dicamus, ac non etiam malos, & eos etiam multo plures, ut in eorum comparatione pauci ſint, cum per ſe ipſos ingentem numerum faciant.

Cap. XIV. num. 36 ..... Apocalypſis millia millium dicit eſſe ſanctorum Eccleſiæ filiorum. Ecce ipſi dicuntur multi qui dicuntur & pauci. Quare niſi multi per ſe ipſos conſiderati; pauci autem in comparatione iniquorum.

(G) JOHAN. XV. 19. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret: quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

1. JOHAN. II 15. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo. 16. Quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt. 17. Et mundus tranſit & concupiſcentia ejus.

ROM. XII. 2. Et nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in novitate ſenſus veſtri: ut probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.

S AUG. *Lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas, c. 19. n.* 26. Nec ſi aliquid unum habeat ex iis (vitiis) debemus ei ſocietatem ſupernæ patriæ polliceri. Ad Corinthios enim ſingula enumerat, in quibus ſingulis

1.Cor. 6. 9. ſubauditur, quod regnum Dei non poſſidebunt. Nolite, inquit, errare neque fornicatores, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Non ait qui hæc omnia ſimul habuerunt, regnum Dei poſſidebunt, ſed neque illi, neque illi; ut in ſingulis hoc ſubaudias quod nulli eorum regnum Dei poſſidebunt.

(H) S. AUG. *Lib. 3. contra Fauſtum, c.* 26. Sciret eam paucis hæreditatem Dei....... eoſque paucos in comparatione multitudinis malorum paucos dici, eſſe autem per ſe ipſos conſideratos in magno numero diffuſos toto orbe terrarum. Creſcentes inter zizania, & cum palea uſque in diem meſſis & ventilationis

Cant. II. 2. .... Ante enim prædictum eſt: Sicut lilium in me-

dio ſpinarum, ita proxima mea in medio filiarum.

Pſ.119.5.6 Inhabitavi in tabernaculis Cedar: cum his qui oderant pacem, eram pacificus: Signa in fronte eos qui

Ezech.9.4. gemunt & mœrent ob iniquitates populi mei quæ fiunt in medio eorum.

(I) S. AUG. *Epiſt. 127. alias 45. ad Armentarium & Paulinam, n.* 1.... Fiat quod Apoſtolus ait propterea mortuum eſſe Chriſtum, *Ut qui vivunt non ſibi jam vivant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit.* Niſi forte adhuc mundus amandus eſt, tanta rerum labe contritus, ut etiam ſpeciem ſeductionis amiſerit. Nam quantum illi laudandi atque prædicandi, qui dignati non ſunt etiam cum mundo florente florere: tantum increpandi & accuſandi ſunt, quos perire cum pereunte delectat. 2.Cor.5.15.

N. 2. Labores & pericula & exitia hujus tranſitoriæ vitæ, ſi pro eadem vita quandoque finienda ſubeuntur, ut mors ejus non omnino auferatur, ſed paululum differatur; quanto magis pro æterna ſubeunda ſunt, ubi mortem nec natura ſollicite cavet, nec ignavia turpiter timet, nec ſapientia fortiter ſuſtinet? Nulli quippe erit quæ non erit. Habeat igitur te vita æterna in dilectoribus ſuis. Nonne cernis, hæc vita miſerabilis & egena quam vehementes habeat, quantumque ſibi obliget amatores ſuos? Qui tamen periculo ejus ſæpe turbati, citius eam finiunt, eo ipſo quo finire formidant, & mortem dum declinant, accelerant; veluti ſi quiſpiam fluvio rapiendus irruat, latronem beſtiamve fugiendo? Jactant in mare tempeſtate ſæviente aliquando & alimenta; ut & vivant, projiciunt unde vivunt, ne cito finiatur, quod vel in labore vivitur. Quantis laboribus agitur, ut longiore tempore laboretur; & mors cum impendere cœperit, ideo cavetur, ut diutius timeatur. Nam inter tot caſus fragilitatis humanæ, quam multæ mortes timentur, quarum certe una cum venerit, reſtat ceteras non timeri, & tamen fugitur una, ut omnes timeantur. Quibus excruciantur doloribus qui curantur a medicis & ſecantur? Numquid ut non moriantur? Sed ut aliquanto ſerius moriantur. Multi cruciatus ſuſcipiuntur certi, ut pauci dies adjiciantur incerti: & nonnunquam ipſis doloribus victi continuo moriuntur, quos mortis timore ſuſcipiunt: & cum omnino non eligant vitam finire ne doleant, ſed dolere ne finiant, accidit eis, ut doleant & finiant; non ſolum quia & ſanati utique vitam finient poſt dolores, quæ tantis pœnis comparata nec ſempiterna eſſe poteſt, quia mortalis eſt; nec diuturna, quia tota brevis eſt; nec de ipſo brevi ſpatio ſui ſecura, quia ſemper incerta eſt: verum etiam quod aliquando eam dolere finierunt, quam ne finirent, dolere voluerunt.

N. 3. Habet etiam hoc magnum malum, ac vehementer execrandum & horrendum nimius amor vitæ iſtius, quod multi dum volunt paulo diutius vivere, graviter offendunt Deum, apud quem eſt fons vitæ. Atque ita dum ab eis fruſtra, qui neceſſario futurus eſt vitæ finis, metuitur, illic prohibentur, ubi ſine fine vivitur. Huc accedit quia vita miſera etiam ſi poſſet eſſe perpetua, nullo modo beatæ vitæ etiam breviſſimæ comparanda eſt: & tamen iſti, amando miſerrimam atque breviſſimam, perdunt beatiſſimam ac ſempiternam; cum in hac ipſa, quam male diligunt, hoc velint quod in altera perdunt: quia utique in iſta nec miſeriam diligunt, nam beati eſſe volunt; nec brevitatem, nam eam finiri nolunt; tantum quia vita eſt, ſic amatur, ut ſæpe propter eam (licet miſeram & brevem) beata & ſempiterna amittatur.

regit, qui in medio ejus eſt, qui eam, ut jam pluribus in locis diximus, Spiritu ſuo vivificat, ipſique promeruit prærogativas quas vel jam poſſidet vel exſpectat, & quæ ſunt victoriarum Eccleſiæ, vel cauſa, vel præmium.

§. 12. *De Prærogativis Eccleſiæ in genere.*

I. Quænam ſunt Eccleſiæ prærogativæ?

R. Aliæ ad corpus, aliæ ad ſingula membra Eccleſiæ pertinent.

Quæ ad corpus Eccleſiæ pertinent ſunt Unitas, Sanctitas, & (ſi fas ita loqui) Catholicitas & Apoſtolicitas.

Quæ ad ſingula membra pertinent, vel ſpectant ad hanc vitam vel ad futuram.

Pſ. 115. 2. Quæ ſpectant ad hanc vitam omnes poſſunt ad Sanctorum communionem & peccatorum remiſſionem revocari.

Mat. 5. 29. 30. Quæ ſpectant ad vitam futuram ſunt reſurrectio corporum glorioſa & vita æterna.

Jam egimus de dotibus & prærogativis quæ pertinent ad corpus Eccleſiæ; egimus quoque de communione Sanctorum. Nunc ceteræ explicandæ ſunt.

Ac primo quidem agendum de peccatorum remiſſione, quæ ſpectat ad vitam præſentem. Et antequam tractemus ea quæ pertinent ad corporum reſurrectionem & vitam æternam, dicendum nonnihil de iis, quæ novimus eventura & toti Eccleſiæ & ſingulis ejus membris ante futuram conſummationem ſæculi, quam ſequetur generalis reſurrectio corporum.

I. Nonne ſingulis Eccleſiæ membris competunt eæ dotes & prærogativæ, quas dixiſti ad totum corpus Eccleſiæ pertinere?

R. Competunt aliquatenus, non omnimode. Rem explico.

Singula Eccleſiæ membra pertinent ad unitatem Eccleſiæ, ut jam diximus, ſed ſoli corpori competit non poſſe ab unitate deficere: poſſunt deficere membra, poſſunt reſcindi.

Singula Eccleſiæ membra vocata ſunt ad ſanctitatem, non ſingula ſancta ſunt; & poſſunt corrumpi & vitiari quæ ſancta ſunt. Soli Eccleſiæ corpori competit non poſſe in errorem & corruptionem generalem prolabi.

Idem eſto judicium de Catholicitate & Apoſtoli-
1 Joh. 12. 16. citate Eccleſiæ. Hæ dotes ſingulis membris competunt aliquatenus in quantum quodlibet membrum pars eſt totius corporis Catholici & Apoſtolici, Sed ſoli corpori competunt illæ ſecundum omnem modum & ſine ulla mutatione; ut jam probavimus paragraphis 2. 3. 4. 5. & 6. hujuſce capitis.

§. 13. *De Remiſſione peccatorum, quæ prima eſt Eccleſiæ prærogativa, qua patet aditus ad ceteras Eccleſiæ dotes.*

I. Qua patet nobis aditus ad Eccleſiæ bona & prærogativas?

R. Per remiſſionem peccatorum, quæ & ipſa magna eſt Eccleſiæ prærogativa. Rem explico.

Naſcimur omnes natura filii iræ, ſervi diaboli, alienati a vita Dei. (A) Dum vocat nos A
ad ſe Chriſtus, nihil aliud in nobis videt, quam corruptionem & peccatum. Neque enim poſſumus fieri juſti, membra Eccleſiæ, filii Dei, fratres Chriſti, niſi prius acceperimus remiſſionem peccatorum. Debent prius *remiſſionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes qui credunt in eum*, *Act. 10. 43.*
inquit Petrus Apoſtolus.

Hæc prima peccatorum remiſſio tribuitur vulgo per ſolum Baptiſmi ſacramentum, juxta illud Apoſtoli: *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ ... ut ſit ſancta & immaculata.* *Epheſ. 5. 25. 26.*

Sed quoniam Deus donorum ſuorum ſupremus eſt arbiter, fieri poteſt, ut primam hanc peccatorum remiſſionem per ſeipſum Deus ſine exteriori Eccleſiæ miniſterio largiatur: ut reipſa largitur iis qui nondum baptizati, vel pro Chriſto Martyres occumbunt, vel cum voto Baptiſmi moriuntur. Sed remiſſio peccatorum, quacumque tandem ratione obtineatur, prorſus neceſſaria eſt. *Tit. 11. 14.*
Chriſtus enim, ut ait Apoſtolus, *dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum.*

Itaque remiſſio peccatorum unica via eſt qua pateat nobis aditus ad Eccleſiæ bona. Per hanc enim efficimur membra Eccleſiæ, & ſola membra Eccleſiæ participant bonis ejus.

I. Cur ais ipſam peccatorum remiſſionem magnam prærogativam Eccleſiæ?

R. Ob triplicem rationem.

1. Quia ſoli Eccleſiæ dedit Chriſtus poteſtatem remittendi peccata.

2. Quia, quibus Deus tribuit per ſemetipſum, ut jam diximus, ſine exteriori Eccleſiæ miniſterium peccatorum remiſſionem, non largitur hanc niſi urgente extrema neceſſitate,

nec

N. 4. His conſideratis, quid magnum vita æterna jubet amatoribus ſuis, cum ſe jubet ſic amari, quemadmodum hæc amatur a ſuis? An vero dignum eſt vel ferendum, cum contemnuntur omnia, quæ amantur in mundo, ut vita poſt paululum finienda, ſaltem ipſum paululum teneatur in mundo; & non contemnitur mundus, ut obtineatur vita, quæ ſine fine apud illum eſt, per quem factus eſt mundus? Modo eam ipſa Roma .... barbarico vaſtaretur incurſu, quam multi hujus vitæ temporalis amatores, ut eam vel infeliciter producendam nudamque redimerent, dederunt omnia, quæ illi non ſolum oblectandæ & ornandæ, verum etiam ſuſtentandæ, tuendæque ſervabant ... Hinc admonendi ſumus quales æternæ vitæ dilectores eſſe debeamus, ut propter eam contemnamus cuncta ſuperflua, cum pro hac tranſitoria vita contempta ſint, quæ illi fuerant neceſſaria.

N. 5. Neque enim amatam noſtram, ſicut illi ſuam, ut teneamus expoliamus, ſed illi æternæ adipiſcendæ iſtam temporalem velut famulam expeditiorem ſervire facimus, ſi eam nec ornamentorum vanorum vinculis alligemus, nec curarum noxiarum ſarcinis oneremus, audiamuſque Dominum qui nobis illam vitam ſummo ardore deſiderandam fideliſſime pollicetur.... Hæc diſciplina piæ humilitatis, ventoſam & turbidam cupiditatem, avidam rerum extra noſtram poteſtatem conſtitutarum, pellit ex animo & quodammodo exſpirat. Ibi enim labor, ubi multa quæruntur, & diliguntur, quibus adipiſcendis atque retinendis voluntas non ſatis eſt, quia conſequentem non habet facultatem. Juſta vero vita, cum volumus, adeſt, quia eam ipſam plane velle, juſtitia eſt; nec plus aliquid perficienda juſtitia, quam perfectam voluntatem requirit. Vide ſi labor eſt, ubi velle ſatis eſt .... Ubi pax, ibi requies, ibi finis appetendi, & nulla cauſa laborandi. Sed hæc voluntas ut plena ſit, oportet ut ſana ſit. Erit autem ſana, ſi medicum non refugiat, cujus ſolius gratia ſanari poteſt a morbo deſideriorum noxiorum ..... . Divitiæ ibi diligantur, ibi ſerventur, ubi perire non poſſunt. Honor ſi diligitur, illic habeatur ubi nemo indignus honoratur. Salus ſi diligitur, ibi adipiſcenda deſideretur, ubi adeptæ nihil timetur. Vita ſi diligitur, ibi adquiratur ubi nulla morte finitur.

(A) ROM. v. 10. Cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem Filii ejus.

EPHES. II. 3. Eramus natura filii iræ, ſicut & ceteri.

IV. 18. Tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei.

HEB. II.

Digitized by Google

nec alium ob finem quam ut ipſi hac peccatorum remiſſione fiant membra Eccleſiæ. Si vero ipſi ſint adultæ ætatis, non tribuit eis omnino Deus hanc remiſſionem, niſi adſit votum recipiendi ſacramenta Eccleſiæ, atque ita niſi per anticipatam, ut ita dicam, virtutem ſacramentorum.

3. Non tribuitur remiſſio peccatorum niſi in Eccleſia. Nam extra Eccleſiam nulla ſalus, ut jam probavimus. Itaque qui ab Eccleſia receſſerunt, non poſſunt pervenire ad peccatorum remiſſionem, niſi ad eam redeant. Et qui nondum in Eccleſia ſunt, hoc ipſo eſſe membra Eccleſiæ incipiunt, quo peccatorum accipiunt remiſſionem.

I. Qua ratione novimus Chriſtum dediſſe Eccleſiæ poteſtatem remittendi peccata?

Mat. 16. 18. 19. *R.* Id patet ipſis Chriſti verbis: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Et tibi dabo claves regni cælorum; & quodcumque ligaveris ſuper terram erit ligatum & in cælis; & quodcumque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cælis.* Quibus verbis in perſona Petri Paſtorum Principis dedit Chriſtus omnibus Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus ceteriſque miſſis legitima eorum auctoritate miniſtris poteſtatem adminiſtrandi Baptiſmum ceteraque Eccleſiæ ſacramenta, quibus vel Chriſtus vel Apoſtoli docuerunt annexam eſſe virtutem remiſſionis peccatorum, ut de ſingulis ſuo loco dicemus. Interpretatio noſtra probatur Chriſti ad Apoſtolos verbis. Cum enim
Joh. 20. 22. 23. poſt reſurrectionem ſuam *inſufflaſſet* in eos, *dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt.* (B) B

I. Qua ratione novimus poteſtatem remittendi peccata ſoli Eccleſiæ convenire?

R. Id novimus ex ipſis Chriſti verbis, qui tribuit hanc poteſtatem Eccleſiæ ſoli: ideoque ait dare ſe Eccleſiæ claves regni cælorum, ut intelligatur non introducendos eſſe in regnum cælorum eos quibus ejus januam per remiſſionem peccatorum Eccleſia non aperuerit: ſola enim peccatorum remiſſione cælum reſeratur. At remiſſionem peccatorum tribuere facultas eſt quæ nemini niſi ex ſpeciali Dei dono tribui poteſt. Non legimus conceſſum fuiſſe alicui donum illud, præterquam Eccleſiæ. Hinc recte colligimus poteſtatem remittendi peccata ſoli Eccleſiæ convenire. (C) C

I. Nonne ſcriptum eſt, non poſſe quemquam remittere peccata niſi ſolum Deum? Ergo peccata remittere non poteſt Eccleſia.

R. Hæc inter ſe non pugnant, & Deus ſolus peccata remittit & Eccleſia remittit tamen, non quidem auctoritate propria, nec ſuo nomine, ſed nomine & auctoritate Dei, cujus miniſterio fungitur. *Miniſtri Chriſti ſumus* (D) D
inquit Apoſtolus, *pro Chriſto legatione fungimur.* 2. Cor. 6. 4. Ib. v. 20. & Epheſ. 6. 20.
(E) E

I. Acceperuntne ſingula membra Eccleſiæ poteſtatem remittendi peccata?

R. Hanc ſoli Apoſtoli acceperunt, cum facultate eam communicandi cum Epiſcopis, & per eos cum iis, qui legitima miſſione ad finem uſque ſæculi ſacramenta eſſent rite miniſtraturi. Reſponſionem enucleatius explico.

Eccleſia a Chriſto ipſo edocta per Apoſtolos eorumque ſucceſſores, nomine Chriſti dat, ob inſtantem neceſſitatem, unicuique homini ſine ullo ſexus aut ordinis aut religionis diſcrimi-

Heb. 11. 14. Quia ergo pueri communicaverunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participavit eiſdem; ut per mortem deſtrueret eum qui habebat mortis imperium, id eſt diabolum. 15. Et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant ſervituti.

(B) Matth. xviii. 18. Amen dico vobis, quæcumque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.

(C) S. Aug. *Enchiridio ad Laurentium c. 64. nu. 17.* Poſt commemorationem ſanctæ Eccleſiæ in ordine confeſſionis ponitur remiſſio peccatorum. Per hanc enim ſtat Eccleſia quæ in terris eſt: per hanc non perit quod perierat, & inventum eſt. Excepto quidem baptiſmatis munere, quod contra originale peccatum donatum eſt, ut quod generatione adtractum eſt, regeneratione detrahatur; & tamen activa quoque peccata, quæcumque corde, ore, opere commiſſa invenerit, tollit. Hac ergo excepta magna indulgentia, unde incipit hominis renovatio, in qua ſolvitur omnis reatus & ingeneratus & additus; ipſa etiam vita cetera jam ratione utentis ætatis, quantalibet præpolleat fœcunditate juſtitiæ, ſine peccatorum remiſſione non agitur. Quoniam filii Dei quamdiu mortaliter vivunt, cum morte confligunt, & quam-
Rom. 8. 14. vis de illis ſit veraciter dictum, *Quotquot Spiritu Dei aguntur, hi filii ſunt Dei*: ſic tamen Spiritu Dei excitantur, & tamquam filii Dei proficiunt ad Deum, ut etiam Spiritu ſuo, maxime aggravante corruptibili corpore, tamquam filii hominum quibusdam humanis motibus deficiant ad ſe ipſos, & ideo peccent. Intereſt quidem quantum: neque enim quia peccatum eſt omne crimen, ideo crimen eſt etiam omne peccatum. Itaque Sanctorum hominum vitam quamdiu in hac mortali vivitur, inveniri non poſſe
Joan. 1. 8. dicimus ſine crimine: *Peccatum autem ſi dixerimus quia non habemus*, ut ait tantus Apoſtolus, *nosmetipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Sed neque de ipſis criminibus quamlibet magnis remittendis in ſancta Eccleſia, Dei miſericordia deſperanda eſt agentibus pœnitentiam ſecundum modum ſui cujusque peccati ... Recte conſtituuntur ab iis qui Eccleſiis præ-

ſunt, tempora pœnitentiæ, ut fiat ſatis etiam Eccleſiæ, in qua remittuntur ipſa peccata: extra eam quippe non remittuntur. Ipſa namque proprie Spiritum ſanctum pignus accepit, ſine quo non remittuntur ulla peccata.

Lib. 1. De Baptiſmo contra Donatiſtas, c. 10. *nu.* 14. Quaſi vero ex hoc generet (Pars Donati) unde ſeparata eſt, & non ex hoc unde conjuncta. Separata eſt enim a vinculo caritatis & pacis, ſed juncta eſt in uno Baptiſmate. Itaque eſt una Eccleſia, quæ ſola Catholica nominatur; & quidquid ſuum habet in communionibus diverſorum a ſua unitate ſeparatis, per hoc quod ſuum in eis habet, ipſa utique generat, non illæ. Neque enim ſeparatio earum generat, ſed quod ſecum de iſta tenuerunt: quod ſi & hoc dimittant, omnino non generant. Hæc itaque in omnibus generat, cujus Sacramenta retinentur, unde poſſit tale aliquid ubicumque generari: quamvis non omnes quos generat, ad ejus pertineant unitatem, quæ usque in finem perſeverantes ſalvabit.

Cap. 15. *num.* 20. Eccleſia Catholica & temporibus Beati Cypriani, & ante ipſum præterito tempore, aut rebaptizatos, aut baptiſmum non habentes unitatis gremio continebat: aut illi ſalutem non niſi unitatis ipſius merito conſecuti ſunt. Si enim non habebant Baptiſmum, qui ab Hæreticis veniebant, ſicut aſſerit Cyprianus, non recte admittebantur: & tamen eiſdem ipſe indulgentiam de Domini miſericordia propter unitatem Eccleſiæ non deſperavit.... Quid itaque illos niſi eadem unitatis caritas adjuvabat ...
Venite ad Catholicam concordantem, quam Cyprianus non deſeruit fluctuantem... Si vero ei, propter abundantiam caritatis, & amorem fraternitatis, & vinculum pacis, nec ſua peccata, nec aliena obeſſe potuerunt; huc redite, ubi & nobis & vobis multo minus oberunt quæ veſtri finxerunt.

(D) 2. Cor. vi. 4. In omnibus exhibeamus nosmetipſos, ſicut Dei miniſtros.

xi. 23. Miniſtri Chriſti ſunt (ut minus ſapiens dico) plus ego.

(E) Ephes. vi. 20. Pro quo (*Evangelio Chriſti*) legatione fungor in catena, ita ut in ipſo audeam, prout oportet me loqui.

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 13.

crimine facultatem remittendi peccata per Baptiſmi collationem. Poſſunt ergo baptizare Infideles, Hæretici, Laici, feminæ ipſæ, alioqui inhabiles ad miniſterium. Id ſumma Dei optimi maximi benignitate factum eſt, ut facilius obtineri poſſet ſacramentum, ſine quo perveniri nequit ad ſalutem. Ea tamen indulgentia non uti licet niſi in caſu extremæ neceſſitatis; alioqui non invalide quidem, ſed illicite baptizabitur, ut fuſius explicabimus ubi de ſacramento Baptiſmi.

Hac exceptione præmiſſa, dico ad remiſſionem peccatorum conditiones duas requiri in miniſtro, 1. Ordinationem canonicam, 2. Miſſionem legitimam.

Defectu primæ conditionis Paſtores Lutherani & Calviniſtæ ſicut & Laici omnes etiam Catholici quamdiu permanent in ſtatu Laicali, nullum jus habent ad miniſterium Eccleſiæ; quia ab Apoſtolorum ſucceſſoribus nec ordinati, nec miſſi ſunt, nec proinde poſſunt remittere peccata.

Defectu alterius conditionis Epiſcopi aut Presbyteri Hæretici, aut Schiſmatici, aut excommunicati, aut depoſiti, aut ſuſpenſi & interdicti, aut non approbati non poſſunt remittere peccata, licet fuerint canonice ordinati: quia Eccleſia cujus eſt mittere & dare ordinis exercendi facultatem, vel non dedit miſſionem, vel abſtulit, vel ad tempus ſuſpendit.

In mortis articulo omnis Epiſcopus aut Presbyter valide ordinatus, quantumvis interdictus, exauctoratus, excommunicatus, Schiſmaticus, Hæreticus, poteſt remittere peccata, ſi tamen is qui a tali miniſtro ſacramenta ſuſcipit non particeps ſit ſchiſmatis, aut hæreſeos, aut excommunicationis, aut iniquitatis miniſtri; nec aliunde ſuppetat alterius miniſtri copia. In hoc enim ſpeciali caſu, deficiente alio miniſtro, dat Eccleſia miſſionem Epiſcopis & Presbyteris alias interdictis. (F) F

I. Miniſtri Eccleſiæ qui nulla quidem excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti cenſura, ſed tamen peccati mortiferi labe tenentur, poſſuntne remittere peccata cum ipſi ſint peccatores?

R. Poſſunt. Jam a quarto ſæculo damnavit Eccleſia Donatiſtas ut Hæreticos eo quod contrarium aſſererent. (G) G

I. Quomodo Eccleſiæ Miniſtri conferunt remiſſionem peccatorum?

R. Adminiſtrando Baptiſmum ceteraque Sacramenta quibus remiſſio peccatorum annexa eſt.

I. Baptiſmus confertur vel ab iis qui extra Eccleſiam ſunt; falſum ergo eſt quod dixiſti ad ſolam Eccleſiam pertinere facultatem remittendi peccata?

R. Non ſuo nomine baptizant quicumque extra Eccleſiam poſiti rite baptizant, ſed nomine Chriſti & Eccleſiæ, cujus exercent hac in parte miniſterium. Itaque non alius quam Chriſtus horum ore & manu baptizat & peccata remittit. Et hæc quidem cauſa eſt cur infantes ab iis baptizati & adulti qui Sacramentum ab iis ſuſcipientes non communicant eorum iniquitati, ad Eccleſiam pertinent, ſuntque ejus filii & membra. Eo in caſu ancilla genuit liberos non ſibi, ſed ſponſæ matri. (H) H

I. Quotieſcumque Miniſtri Eccleſiæ rite conferunt Sacramenta, quibus remiſſio peccatorum adjuncta eſt, remittuntne toties peccata?

R. Toties remittunt, niſi adſit impedimentum ex parte ſuſcipientis. Adeoque infantes rite baptizati, recipiunt ſemper remiſſionem peccatorum, quia nullum ipſi poſſunt impedimentum ponere, ut pote rationis incapaces,

In

(F) *Lege quæ dicemus infra in tract.* de Sacramento pœnitentiæ *parte 3. ſectione 1. capite quinto, §. vigeſimo tertio.*

(G) S. AUG. *Lib. 2. Contra Epiſtolam Parmeniani c. 11, num. 23.* Evangelium autem fur quoque Judas ſine detrimento credentium prædicavit: & fictos eorum, id eſt, occultos malos, ... cum fugiat Spiritus ſanctus, per eorum tamen miniſterium gigni ſpiritales filios aſſerunt. Nam quis ferat tantam dementiam, ut cum forte carnalem vocet hominem de conjuge filios procreantem, ſpiritalem appellet adulterum? Abſit, inquit, ut hoc ſentiam. Quomodo ergo adulter latens, cum apud eos præpoſitus eſſet, ſpiritales poſſit filios procreare, ſi carnales hoc facere non poſſunt? An forte tunc per manus ejus vel Chriſtus, vel Spiritus ſanctus, vel forte Angelus baptizavit? Si ergo tunc homo baptizat, cum baptizator manifeſtus eſt bonus; cum vero baptizator latet malus, tunc Deus baptizat aut Angelus, & unusquisque talis ſpiritualiter naſcitur qualis fuerit a quo baptizatur; optent qui deſiderant baptizari, ut homines per quos baptizantur, non ſint manifeſti boni, ſed latentes mali, ut ſic Deo vel Angelo baptizante ſanctiores renaſci mereantur. Hanc abſurditatem ſi cogitant evitare, per quemlibet hominem, cum quis Chriſti baptiſmo baptizatur, Chriſtum baptizare fateantur, de quo ſolo dictum eſt: *Hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.* *Joh. 1. 33.*

Id. 20, 21. *N. 24. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos; hoc cum dixiſſet, inſufflavit, & dixit: Accipite Spiritum ſanctum, ſi quorum dimiſeritis peccata, dimittentur; & ſi cui retinueritis, retinebuntur....* Satis oſtenditur, non ipſos id agere, ſed per eos utique Spiritum ſanctum..., Spiritus autem ſanctus in Eccleſiæ Præpoſito vel Miniſtro ſic ineſt, ut ſi fictus non eſt, operetur per eum Spiritus, & ejus mercedem in ſalutem ſempiternam, & eorum regenerationem vel ædificationem qui per eum ſive conſecrantur, ſive evangelizantur. Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, deeſt quidem ſaluti ejus, ut auferat ſe a cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu: miniſterium tamen ejus non deſerit, quo per eum ſalutem operatur aliorum... Illos vero qui Evangelium annuntiabant non caſte, qui non quidem aliud niſi veritatem, id eſt, Chriſtum tamen non veritate cordis boni, ſed per occaſionem commodorum ſuorum annuntiabant, ſinite, inquit, hos annuntiare: & gaudet non utique illis, ſed eis qui per eos ſalvi fiebant ... Numquid de talium prædicatione gauderet, niſi ſciret quod illis quidem perniciosum eſſet, rem caſtam non caſte annuntiare; illis autem ſalubre, qui bona & vera per eos audientes proficerent ad ſalutem? Nam ubi non Chriſtus, qui veritas eſt, ſed falſitas & mendacium prædicatur, apertiſſime prohibet ad Galatas dicens: Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. *Galat. 1. 9.* Itemque ad Timotheum, Sicut rogavi te, *1. Tim. 1. 3.* inquit, ... ut denuntiares quibusdam, ne aliter docerent. Illos autem invidioſos, contentioſos, contumaces, non caſtos, occaſionem quærentes faciendæ ſuæ malæ voluntatis, quia ſic eorum fictionem fugiebat Spiritus ſanctus, ut eorum non deſereret miniſterium, quo per eos Chriſtus prædicabatur, non ſolum permittit ut faciant, ſed & gaudet quia faciunt.

Cap. 23. n. 30. Unde conſequenter intelligitur perverſitatem hominum eſſe corrigendam, ſanctitatem autem Sacramentorum in nullo perverſo violandam. Conſtat enim eam in perverſis & ſceleratis hominibus, ſive in eis qui intus ſunt, ſive in eis qui foris ſunt, impollutam atque inviolabilem permanere: Et quia dicuntur ea mali polluere, quantum in ipſis eſt dicuntur, cum illa impolluta permaneant; ſed in bonis permanent ad præmium, in malis permanent ad judicium.

(H) S. AUG. *Lib. 1. De Baptiſmo contra Donatiſtas, c. 14. n. 22.* Non baptiſmum veſtrum acceptamus: quia non eſt baptiſmus ille Schiſmaticorum vel Hæreticorum, ſed Dei & Eccleſiæ, ubicumque fuerit inventus & quocumque tranſlatus. Veſtrum autem non eſt, niſi quod prave ſentitis, & ſacrilege agitis, & impie ſeparamini,

Cap. 15.

Digitized by Google

In adultis autem requiruntur ad remiſſionem peccatorum diſpoſitiones quædam, quæ ſi deſint peccata non remittuntur. Has explicabimus infra ubi de Sacramentis dicemus.

I. Ad cujuſcumque peccati remiſſionem obtinendam, recurrendumne eſt ſemper ad exterius Eccleſiæ miniſterium?

R. Recurrendum eſt, niſi adſit impedimentum ineluctabile, ubi quæſtio eſt de peccato originali & de peccatis quibuslibet mortiferis. Sed de peccatis venialibus non item. Horum enim remiſſio poteſt obtineri per orationem, ſacrificium, jejunium, ſolam cordis contritionem, bona opera, &c. De his fuſius & enucleatius agemus ubi de Sacramentis, maxime cum de Sacramento pœnitentiæ verba faciemus.

I. Quid intelligis dum ais peccata remitti?

R. Intelligo peccata ita condonari & deleri ut amplius non ſuperſit eorum macula.

Docuit Calvinus peccatorum remiſſionem nihil aliud eſſe quam eorum non imputationem, ita ut etiamſi numquam deleantur, & permaneant ſemper, Deus tamen ea nec imputet nec puniat.

Eccleſia contra docuit ſemper cum Apoſtolo; ideo peccata non imputari, dum condonantur a Deo, quia reipſa delentur, ita ut amplius coram Deo non permaneant; ideo non puniri, quia non ſupereſt ulla amplius
1. Cor. vi. 14. 15. horum macula. *Quæ enim participatio juſtitiæ cum iniquitate*, inquit Apoſtolus, *aut quæ ſocietas luci ad tenebras; quæ autem conventio Chriſti ad Belial?* Templum Dei ſumus per Baptiſmum & Spiritus Dei habitat in nobis.
I (I) At quomodo Spiritus Chriſti & Dei habitaret in corde in quo peccatum permaneret? Id itaque certiſſimum eſt, non imputari peccata condonata quia abſconduntur & teguntur, ſed quia delentur nec amplius permanent.
K (K)

I. Noſtriſne meritis conſequimur peccatorum remiſſionem?

R. Peccatorum remiſſionem Chriſtus nobis morte ſua promeruit. Non aliam ob rem venit in mundum, & paſſus eſt, & reſurrexit, niſi ut nobis mereretur remiſſionem peccatorum. *Traditus eſt propter delicta noſtra*, inquit Apoſtolus, *& reſurrexit propter reſurrectionem noſtram*. Propriis ipſi viribus nihil poſſumus mereri. Merita noſtra Chriſti dona ſunt. Totum debemus Deo per Chriſtum. Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 23. Rom. iv. 25

I. Quænam eſt effectus remiſſionis peccatorum in nobis?

R. Per hanc remiſſionem Spiritus ſanctus habitat in nobis, ut maneat nobiſcum & efficiat nos amicos, immo *filios & heredes Dei, cohæredes autem Chriſti*. (L) Rom. viii. 17. L

I. Cum ſemel accepimus remiſſionem peccatorum, indigemusne iterum eadem gratia?

R. Eadem quotidie indigemus, quandiu vitam mortalem vivimus.

Tum quia infirmitate noſtra fit ut quotidie prolabamur in peccata venialia plurima, pro quibus indigemus indulgentia divina, ideoque Chriſti ipſius præcepto dicendum nobis eſt quotidie, *dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, Mat. vi. 12.

Tum quia quandoque accidit ut accepta remiſſione peccatorum in peccata graviora relabamur, pro quorum remiſſione omnino recurrendum eſt ad Sacramentum pœnitentiæ. Hoc enim Sacramentum altera eſt poſt naufragium tabula, nec alia ratione remitti poſſunt peccata mortifera poſt baptiſmum commiſſa, juxta præſcriptas a Chriſto leges.

Quidquid pertinet ad peccatorum remiſſionem fuſius explicabimus ubi agemus de Sacramentis Baptiſmi, Pœnitentiæ & Extremæ unctionis.

§. 14. *De iis quæ eventura ſunt ſingulis Eccleſiæ membris, antequam gaudeant æternæ vitæ dotibus; ac primum de morte quæ ſubeunda eſt omnibus omnino hominibus.*

I. Quid eſt mors?

R. Mors eſt ſeparatio animæ a corpore, in pœ-

Cap. 15. *numer.* 23. Eccleſia quippe omnes per Baptiſmum parit, ſive apud ſe, id eſt, in utero ſuo; ſive extra ſe de ſemine viri ſui: (ſive de ſua, ſive de ancilla.) Sed & Eſau de uxore natus, propter fraternam diſcordiam ſeparatus eſt a populo Dei... Sicut apud iſtos (Hæreticos) Eccleſiæ jure quod eſt in Baptiſmo, naſcuntur quicumque naſcuntur: ſed ſi concordent cum fratribus, per unitatem pacis ad terram veniunt promiſſionis, non de materno utero rurſus ejiciendi, ſed in paterno ſemine agnoſcendi: Si autem in diſcordia perſeverent, ad Iſmaelis funiculum pertinebunt.

Conſule libros tres S. Augustin. contra literas Petiliani, *& Libros ſeptem* de Baptiſmo, *nec non auctoritates ex ejus libris ſupra allatas lit.* (C) *&* (G) *hujuſce Paragraphi*.

(I) 1. Cor. iii. 16. Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? 17. Si quis autem templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.

vi. 19. An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis a Deo, & non eſtis veſtri.

2. Cor. vi. 16. Quis autem conſenſus templo Dei
Levit. xxvi. 12. cum idolis? Vos enim eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. 17. Propter quod exite de medio eorum, & ſeparamini, dicit Dominus, & immundum
Jerem. xxxi. 9. ne tetigeritis; 18. Et ego recipiam vos: & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios, & filias, dicit Dominus omnipotens.

(K) S. Augustin. *Expoſit.* 2. *in Pſal.* xxxi. *numer.* 9. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum, nec eſt in ore ejus dolus*... Non in quibus non ſunt inventa peccata, ſed quorum tecta ſunt peccata. Cooperta ſunt peccata, tecta ſunt, abolita ſunt. Si texit peccata Deus, noluit advertere; ſi noluit advertere, noluit animadvertere; ſi noluit animadvertere, noluit punire; ſi noluit punire, noluit agnoſcere: maluit ignoſcere... Nec ſic intelligatis quod dixit, peccata cooperta ſunt, quaſi ibi ſint & vivant. Tecta ergo peccata quare dixit? Ut non viderentur. Quid enim erat Dei videre peccata, niſi punire peccata?

(L) Rom. viii. 9. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus.

Conc. Tridant. *Seſſ.* vi. *cap.* 7. *de Juſtificatione*, 13. *Jan.* 1547. Nos juſtos facit.... renovamur ſpiritu mentis noſtræ; & non modo reputamur, ſed vere juſti nominamur, & ſumus, juſtitiam in nobis recipientes... Quamquam enim nemo poſſit eſſe juſtus, niſi cui merita paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti communicantur: id tamen in hac impii juſtificatione fit, dum ejuſdem ſanctiſſimæ paſſionis merito per Spiritum ſanctum caritas Dei diffunditur in cordibus eorum qui juſtificantur, atque ipſis inhæret.

S. Am-

Digitized by Google

pœnam peccati ſingulis hominibus conſtitutam. (A)

A In pœnam inquam peccati: neque enim, ut ſuperius diximus, homo conditus fuerat mortis legibus obnoxius: nonniſi poſt corruptam peccato naturam mors ineluctabilis homini facta eſt. Eſt ergo mors effectus & pœna peccati. (B) B

Par. 1. Sect. 1. c. 4. §. 4.

I. Quid reputare animo maxime & meditari debemus circa mortem?

R. Hæc

(A) S. Ambros. *De Bono mortis*, *c.* 3. n. 8. Scriptura docente, cognovimus quia mors abſolutio eſt animæ & corporis, & quædam hominis ſeparatio.

S. August. *Enarr.* 2. *in Pſal.* xlviii. *num.* 2... Mors nempe aut ſeparatio eſt animæ a corpore. Et ea quidem quam timent homines, ſeparatio eſt animæ a corpore: mors autem vera quam non timent homines, ſeparatio eſt animæ a Deo: & plerumque cum timent homines iſtam quæ ſeparat animam a corpore, incidunt in illam ubi anima ſeparatur a Deo.

Enarrat. in Pſal. lxx. *Serm.* 2. *num.* 3. *circa finem.* Duæ vitæ ſunt, una corporis, altera animæ: ſicut vita corporis anima, ſic vita animæ Deus: quomodo ſi anima deſerat, moritur corpus; ſic anima moritur, ſi deſerat Deus.

(B) Eccli. xxv. 33. A muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur.

Rom. v. 12. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt.

vi. 23. Stipendia enim peccati mors.

S. August. *Serm.* 165. *alias* 7. *de verbis Apoſt. Epheſ.* 3. *cap.* 6. *numer.* 7. Aliqui (ſicut audivimus) ipſorum (*Pelagianorum*) ita diſputant: Prorſus, inquiunt, pro meritis ſuis omnes homines moriuntur, quia peccaverunt; non enim eſſet mors, niſi veniens de peccato. Optime quidem & vere dictum eſt, non eſſet mors, niſi veniens de peccato. Sed ego, cum hoc audio, ideo laudo, quia illam primam mortem intueor & illius primi hominis peccatum. Audio enim Apoſtolum: Sicut in Adam omnes moriuntur, ſic & in Chriſto omnes vivificabuntur. Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccaverunt. Omnes enim unus fuerunt. Sic te audio dicentem mortem hominis de peccato eſſe? Non, inquit. Et quid dicis? Omnem hominem Deus immortalem creat modo: Mirabilis novitas. Quid dicis? Prorſus, inquis, omnem hominem Deus immortalem creat. Quare ergo moriuntur parvuli infantes? Nam ſi dicam, quare moriuntur grandes homines? dicturus es mihi, Peccaverunt. Ergo de majorum ætate non diſputabo: parvulorum infantiam contra te teſtem citabo. Non loquuntur, & convincunt: tacent, & quod dico probant. Ecce infantes in ſuis utique operibus innocentes ſunt, nihil ſecum niſi quod de primo homine traxerunt habentes: quibus propterea eſt gratia Chriſti neceſſaria, ut in Chriſto vivificentur, qui in Adam mortui ſunt; ut quia inquinati ſunt generatione, purgentur regeneratione. Ipſos ergo teſtes citabo. Reſponde mihi, quare moriuntur, ſi omnes homines immortales naſcantur, & quoniam peccant, ideo moriuntur? Quid putatis dici potuiſſe? Quæ aures ferant? Peccaverunt & ipſi. Ubi peccaverunt? Rogo te, quando peccaverunt? Quomodo peccaverunt? Bonum & malum quid ſit neſciunt. Peccatum accipiunt qui præceptum non capiunt? Proba mihi peccatores infantes: quod dixiſti, vere quia oblitus es quod fuiſti, proba mihi peccata infantium. An quia plorant, peccant? Quia motibus quaſi mutorum animalium, moleſtias repellunt, voluptates accipiunt, ideo peccant? Si motus iſti peccata ſunt, ampliores peccatores in baptiſmo fiunt, quia cum baptizantur, vehementiſſime reluctantur. Quare illis in tanta reluctatione non imputatur peccatum, niſi quia nullum eſt adhuc voluntaris arbitrium?

1. Cor. xv. 22.
Rom. v. 12.

N. 8. Sed aliud dico: Iſti quia nati ſunt, ut arbitraris, peccarunt. Nam ſi non peccarent, inquis, non morerentur. Quid de illis dicis, qui in utero moriuntur? O anguſtia! Et ipſi, inquis, peccarunt, ideo moriuntur? Mentiris, an falleris? Contradicit Apoſtolus, Nondum natis, nec aliquid agentibus boni aut mali. Si autem hoc teſtimonium refellis, vade tibi potius ad illas vagationes, & dic: Quia in cælo peccarunt, & inde in corpora præcipitantur. Non dico, inquis. Quare non dicis? Quia dicit Apoſtolus, Nondum natis, nec aliquid agentibus boni aut mali. Si ergo non eos accuſas in cælo, quare accuſas in utero? Ad utrumque reſpondet Apoſtolus, & eis reſpondet qui dicunt, In cælo peccaverunt; & eis reſpondet qui dicunt, In utero peccaverunt, quia ad utrumque valent illa verba quæ dicunt, antequam naſcerentur, nihil egiſſe vel boni vel mali.

Rom. ix. 11

Sermon. 173. *alias* 33. *de Verbis Apoſt.* 1. *Theſſal.* 4. *cap.* 2. *num.* 2. *verſus finem.* Si peccatum non præceſſiſſet, ſine dubio mors ſecuta non fuiſſet. Secuta eſt ergo mors etiam corporis, quam præceſſit mors animæ. Mors animæ præceſſit deſerendo Deum, & mors corporis ſecuta eſt deſerente anima. Hæc deſeruit volens, hæc coacta eſt deſerere nolens. Tamquam illi diceretur, Receſſiſti ab eo quem diligere debuiſti, recede ab eo quod dilexiſti.

Serm. 231. *in diebus Paſchal.* 2. *alias de temp.* 141. *cap.* 2. *n.* 2. Unde venerit mors, originem ipſius quæramus. Pater mortis peccatum eſt. Si enim numquam peccaretur, nemo moreretur. Legem Dei, hoc eſt, præceptum Dei cum conditione homo primus accepit; ut ſi ſervaret, viveret: ſi corrumperet, moreretur. Non ſe ſe credendo moriturum, fecit unde moreretur: & invenit verum fuiſſe quod dixerat qui legem dederat. Inde mors, inde mortalis, inde labor, inde miſeria, inde etiam poſt mortem primam mors ſecunda, id eſt, poſt mortem temporalem mors ſempiterna.

Serm. 299. *in Natali Apoſt.* 5. *n.* 8. *poſt med.* Mors ergo noſtra de pœna eſt propinata nobis. A radice hanc accepimus, diffuſione ramorum generis humani. Adam primus hanc peccando meruit. *A muliere initium factum eſt peccati*, ſicut Scriptura loquitur, *& per illam omnes morimur*. Et, *per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccaverunt*. Ergo in noſtra natura & culpa & pœna. Deus naturam ſine culpa fecit, & ſi ſine culpa perſiſteret (*forte* perſtitiſſet) nec pœna utique ſequebatur. Inde venimus, inde utrumque traximus, & hinc multa contraximus.

Eccleſ. 25. 33.
Rom. v. 12.

N. 10. Peccatum aculeus mortis, quo aculeo facta eſt mors, non quem aculeum fecit mors: quomodo venenum poculum mortis, quia facit mortem, non quia fit a morte... Ad agonem tibi mors dimiſſa eſt. Nam poterat Deus juſtificato tibi auferre mortem, ſed dimiſit ad certamen, ut eſſet quod pro fide contemneres. Nam de quibus voluit, fecit. Enoch tranſlatus eſt, & Elias tranſlatus eſt, & vivunt. Juſtitia ipſorum meruit hoc? An Dei gratia & Dei beneficium & ſpeciale conceſſum? Ut creator oſtendat in omnibus poteſtatem, commendavit nobis quid poſſit.

N. 11. Fruſtra ergo iſti, qui dicunt non de peccato nos mori, quantum pertinet ad corporis mortem, ſed, naturæ eſſe quod morimur, & moriturum fuiſſe Adam etiam ſi non peccaſſet, fruſtra nobis iſtos opponunt, Enoch & Eliam. Valde inconſiderate loquuntur; & ſi attendant, contra ſe loquuntur Quid enim dicunt? Si peccati eſt mors, quare non mortui ſunt Enoch & Elias? Non vides, qui hoc loqueris, quia naturæ dicis eſſe mortem, qui negas eſſe peccati... Et interrogas me, Si peccati eſt, quare Enoch & Elias non ſunt mortui? Et ego reſpondeo, Immo ſi naturæ eſt, quare Enoch, & Elias non ſunt mortui? Vivunt Enoch & Elias; tranſlati ſunt, ubicumque ſint, vivunt. Et ſi non fallitur quædam ex Scriptura Dei conjectura fidei, morituri ſunt. Commemorat enim Apocalypſis quoſdam duos mirabiles Prophetas, eoſdemque morituros, & in conſpectu hominum reſurrecturos & adſcenſuros ad Dominum; & intelliguntur ipſi Enoch & Elias; quamvis illic nomina eorum taceantur.... Adhuc dic mihi, Si peccati eſt mors, quare non ſunt mortui? Repono tibi, Si naturæ eſt mors, quare non ſunt mortui? Ego dico, ut vivant, finitam eſſe culpam, tu dic, ſi potes, finitam eſſe naturam.

Serm. 361. *alias* 120. *de diverſis*, *cap.* 17. *num.* 16. Mors ergo in Domino noſtro ſignum fuit alienorum peccatorum, non pœna propriorum. In omnibus autem hominibus mortalitas pœna peccati: trahitur enim ab origine peccati, unde omnes venimus: de illius hominis lapſu .... *Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ſic in Chriſto omnes vivificabuntur* ... meritum enim mortis peccatum eſt.

N. 17. Mortalitas de peccato venit in omnes homines.

Eccl.

R. Hæc pauca quidem, ſed graviſſima.

1. Certiſſime moriemur. Ab ea lege nullus eximitur. (C)

C

2. Quandonam & quo mortis genere, incertum. Incautos forte ſubita mors occupabit. (D)

D

3. Omnibus fere pallida mors de improviſo intervenit. (E)

E

4. Moriendum omnibus, ſed ſemel. Itaque mors parum Chriſtiana, malum irreparabile. (F)

F

5. Ex morte pendet vel æterna felicitas vel æterna miſeria: nihil eſt ergo cui majori cura & ſollicitudine proſpiciendum ſit, quam ut ſancte & pie moriamur. (G)

G

6. Nec procraſtinanda ejuſmodi cura & ſollicitudo eſt. Nam etiam ſi certum eſſet non eſſe te morte ſubita præripiendum, tamen experientia docet,

(C) ECCLES. VIII. 8. Noli de mortuo inimico tuo gaudere: ſciens quoniam omnes morimur.

1. COR. XV. 22. In Adam omnes moriuntur.

S. AUG. *in Pſ.* CXXXVIII. *verſ. 7. num. 19. Veruntamen vane conturbatur omnis homo vivens* .... Quid enim in hac terra certum eſt, niſi mors? ... Profeciſti, quid ſis hodie ſcis; quid futurus ſis craſtino, neſcis. Peccator es, quid ſis hodie, ſcis; quid futurus ſis craſtino, neſcis... Quocumque te verteris, incerta omnia: ſola mors certa.... natus es, certum eſt quia morieris: & in hoc ipſo quia mors ipſa certa eſt, dies mortis incertus eſt. Inter hæc incerta, ubi ſola mors certa, cujus etiam hora incerta, & ſola multum cavetur, quæ nullo modo devitatur, *Omnis homo vivens vane conturbatur*.

(D) S. AUG. *in Pſ.* CXXXVIII. *nu.* 21. Hic autem ubi dicturus eſt Dominus domus, Migra, & quando dicturus eſt, neſcis; paratus eſto. Deſiderando autem domum æternam paratus eris. Nec ſuccenſeas ei, quia cum vult dicit, Migra. Non enim cautionem tecum fecit, & placito quodam ſe obſtrinxit, & conductor domus acceſſiſti certa penſione ad certum tempus: quando vult Dominus ejus, migraturus es.

Serm. 154. *alias* 5. *de verbis Apoſtoli*, *cap.* 10. *num.*
Rom. 7. 24. 35. ... Quis me liberabit de corpore mortis hujus... Quaſi carcere vult corpore?.. Quid feſtinas?.. Mors quandoque ventura eſt & te ab iſto corpore mortis dies adveniens ultimus procul dubio liberabit.... Quid eſt quod dicis, Quis me liberabit? Mortalis loqueris, moriturus loqueris. Separatio mentis a carne quandoque ventura eſt: propter brevitatem vitæ numquam longe eſt, propter quotidianos caſus quando ſit, neſcis. Ergo ſive feſtines, ſive tardes, omnis vita humana brevis eſt.

Serm. 361. *alias* 120. *de diverſis*, *c.* 5. *n.* 5. Utinam vere cogitarent, ſe cras eſſe morituros. Quis enim tam demens atque perverſus eſt, quis tam hoſtis animæ ſuæ, qui craſtino die moriturus non cogitet finita eſſe omnia propter quæ laborat?.. Et ſi homines propter eos, quos hic relinquunt, teſtamenti curam gerunt imminente die mortis ſuæ, quanto magis debent de anima ſua aliquid cogitare? Cogitat homo quos relinquat, & ſe qui hæc omnia relinquit non cogitat? Ecce habebunt filii tui quod dimittis, tu nihil habebis, & tota cogitatio tua in eo conſumitur, qua peregrini poſt te traſeant, non qua tranſeuntes perveniant.

Cap. eo. *n.* 19. Attendite vobis: tranſit hic mundus, recordamini Evangelium, ubi prædicit Dominus ſic futurum noviſſimum diem, quomodo in diebus Noe, manducabant & bibebant, emebant & vendebant, uxores ducebant, nubebant, donec intravit Noe in arcam, venit diluvium & perdidit omnes... *Non graventur corda*
Luc. 21. 34.
Luc. 12. 35. *veſtra in crapula & ebrietate. Sint lumbi veſtri accincti, & lucernæ ardentes, & ſimiles eſtote pueris expectantibus Dominum ſuum, quando veniat a nuptiis*. Exſpectemus eum venturum, non nos torpentes inveniat. Turpe eſt mulieri conjugatæ non deſiderare virum ſuum: quanto turpius Eccleſiæ non deſiderare Chriſtum?.. Venturus eſt ſponſus Eccleſiæ ad tradendos æternos amplexus, ad faciendos nos ſibi ſempiternos cohæredes; & nos ita vivimus, ut ejus adventum non ſolum non deſideremus, ſed etiam timeamus. Quam verum eſt quod ſic venturus eſt dies ille, quomodo in diebus Noe? Quam multos ſic inventurus eſt, & eos qui Chriſtiani appellantur? Ideo per tot annos ædificatur arca, ut evigilent qui non credunt.

Serm. 20. *alias* 13. *ex homil.* 50. *c.* 1. *n.* 1. Promiſit tibi, quoniam quo die converſus fueris obliviſcitur mala tua præterita: ſed numquid vitam craſtini diei promiſit tibi?.. Diem mortis incertum ſalubriter conſtituit Deus: Diem ultimum ſuum quiſque ſalubriter cogitet. Miſericordia Dei eſt, quia neſcit homo quando moriatur. Latet ultimus dies, ut obſerventur omnes dies.

Enarrat. in Pſal. CXLIV. *Serm.* 1. *num.* 4. *ad calcem*. Cras forte moriturus ſum, qua fronte te videbo? Magna miſericordia ipſius, & monuit ut bene vivamus, & diem nobis noviſſimum mortis noſtræ abſcondit, ne nobis de futuro aliquid promittamus. Facio hodie, & vivo: cras non facio. Quid ſi te non invenit cras?

(E) S. AUG. *Serm.* 40. *alias* 11. *inter homil.* 50. *cap.* 3. *n.* 5. Craſtin die te victurum nemo tibi promiſit.

(F) HEBR. IX. 27. Statutum eſt hominibus ſemel mori.

S. AUGUST. *Serm.* 77. *de verbis Evang. Math. alias de temp.* 74. *cap.* 10. *num.* 14. Ex quo naſcimur neceſſe eſt ut moriamur. Morbus hic neceſſe eſt ut ad mortem perducat... Neceſſe eſt ut quiſquis natus fuerit, inde moriatur. Moritur inde, non poteſt aliter. Hoc & medicus & imperitus pronuntiat.

Serm. 97. *de verbis Evang. Marc.* 13. *alias* 21. *de verbis Dom. cap.* 2. *n.* 2. Audivit homo, Morte morieris. Utatur bene pœna ſua... bene utatur malo ſuo, ut proficiat bono ſuo. Quis neſcit, quia pœna eſt, neceſſe eſſe ut moriamur; & quod eſt gravius, quando neſcimus? Pœna certa eſt, hora incerta: & de iſta pœna ſola certi ſumus in rebus humanis. Gen. 2. 17.

Cap. 3. *n.* 3. Cetera noſtra & bona & mala incerta ſunt; ſola mors certa eſt.. Ex quo naſcitur homo decendum eſt, Non evadit. Quando natus eſt, ægrotare cœpit. Quando mortuus fuit, finit quidem ægritudinem: ſed neſcit utrum pergat in pejorem.

Serm. 343. *alias* 2. *inter editos ex* MSS. *Carthuſ. num.* 2. Morituri ſumus omnes: nec agit quiſquam qui cupit evadere, ut mortem auferat; ſed ut differat debitum. Hoc omnes tenent, hoc omnes redditturi ſumus, quod de Adam traximus; & quod mori nolumus, ab exactore hujus debiti non ſecuritas datur, ſed dilatio poſtulatur.

Serm. 361. *alias* 120. *de diverſis*, *cap.* 22. *num.* 21. Jejunemus & oremus, cras enim morimur.... non deficiamus, nec corda noſtra oneremus crapula & ebrietatibus; ſed ſolliciti exſpectantes, accincti lumbis, & lucernis ardentibus adventum Domini noſtri, jejunemus & oremus, non ideo quia cras moriemur, ſed ut ſecuri moriamur.

(G) S. PAULINUS *Epiſt.* 43. *ad Deſid. alias* 35. 1. Joh. 2. 18.
num. 6. Verum quia *noviſſima hora eſt*, & *ſecuris jam ad radices arborum poſita*, aridis & infelicibus lignis Luc. 3. 9.
juſtum minatur excidium, quæſo te, ut indulgentiam mihi & laxamentum temporis depreceris; ut morte dilata forſitan ſuccum feracitatis accipiam de caritatis tuæ diligentia & ſollicitudinis meæ cultu; ut cor meum divinus timor fodiat, & ſtirpem meam neceſſaria pœnitudo ſtercore humilitatis impinguet: deinde ego ad vigilantiam ſollicitudinis excitatus, omni hora paratus exiſtam, & Domino abſente ſim trepidus, ut adveniente ſecurus ſim; omni tempore, omni die me fertilem ſibi Chriſtus inveniat, id eſt, ut numquam cuiquam operi voluntatis illius immaturus appaream: ſed ſi forte in tempore iracundiæ deſideraverit a me pacem ſuam, non ſit mens mea per iracundiæ acerbitatem cruda concordiæ; nec exſpectem ut ſol occidat ſuper iram meam, ne occidat vita mea, ſi ante clauſerit veſper diem, quam exſtinxerit pax furorem.

Num. 7. Quod autem de iracundia poſui, de omni vitiorum genere dictum puta. Hoc enim arbitror eſſe illud quod Dominus in arbore illa ante tempus ſuum poma quæſivit. Neque enim ille qui *Novit occulta cordis*, & qui cogitationes hominum perſpiciebat, id quod in hominum oculis erat poſitum, non videbat; aut etiam humano ſenſu minor erat, ut etiam in parvulorum ſcientia poſitum anni tempus ignoraret, & autumni fructum vere depoſceret? Sed artifex ſalutis noſtræ, Creator, cujus vita & actus omnis in terris forma nobis converſationis & morum fuit, ideo viſibiliter inviſibilia ſua conſilia diſpoſuit, & in creaturis irrationabilibus animæ rationali ſpeciem ſuæ conformationis expreſſit, ut nos ad omnia nobis ſalutaria ſcriptis operum ſuorum atque verborum inſignibus erudiret. Et hoc eſt quod voluit intelligi Pſ. 43. juxta 70.

Digitized by Google

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 14.

cet, parum aptum eſſe, nec ſufficere ad rem tam gravem, ut par eſt, procurandam, tempus ingraveſcentis morbi, ſi tunc ſolum de morte cogitare incipias. Quod ſi exſpectes ætatem provectiorem, ſpes hæc nimium incerta eſt. *Interea forte capiet* te **Deus & derelinquet.** (H)

H

I. Quomodo cavenda mors eſt?

R. 1. Emundanda eſt ſerio conſcientia a præteritis peccatis.

2. Proſpiciendum ſibi & ſuis in his quæ tum ad præſentem vitam, tum ad futuram pertinent.

3. Inſtituenda vitæ ratio plane Chriſtiana ad

telligi per Evangeliſtam nobis indicando non ſuo tempore fructum ab arborem ſe petiiſſe, ut omni tempore homo ſe fructum Deo debere cognoſcat, quia bonus Dominus qui hominem mortalem immortalitati præparat, jam & in hoc ſæculo vult eum ſpeciem perpetuitatis induere; ut fructum non accipiat de tempore, ſed omni tempore ſit maturus illi cum quo vel in quo manſurus eſt ſine tempore.

S. Aug. *Serm.* 102. *de verbis Evang. Luca* 10. *cap.* 5. *n.* 1. *in fine.* Vivite bene, ne moriamini male.

Cap. 3. *n.* 4. Non probat malam mortem, niſi tempus poſt mortem.

Serm. 40. *alias* 22. *inter homil.* 50. *cap.* 4. *num.* 6. Noli dormire ne in æternum dormias; evigila, ut mecum vivas.

Serm. 154. *in append. olim de temp.* 120. *& poſt in append.* 45. *n.* 20. Quotidie expaveſcenda tranſitus noſtri & commigrationis incerta hora; quæ & modo vel inſperata vel ſubita ſunt & in æternum remediis caritura ſunt. Præveniendus eſt dies, qui prævenire conſuevit... periculoſiſſima eſt in ultimum diem promiſſa ſecuritas: deinde ſtultiſſimum eſt, ut cauſa quæ de neceſſitatibus agitur æternis, inutilitatibus vitæ deficientis committetur extremis. Odibile eſt apud Deum, quando homo ſub fiducia pœnitentiæ in ſenectutem reſervatæ liberius peccat... Ille (*latro bonus*) nec ſalutis tempora ſciens diſtulit, nec remedia ſtatus ſui in momenta ultima infelici fraude poſuit.. Opus ergo, ut ſibi homo quotidiano actu provideat, & procuret bonam conſummationem: opus eſt, ut tota vita noſtra talis ſit in converſatione, ut liberi mereamur eſſe in fine. Inceſſabiliter diem tranſitus noſtri & tempus judicii cogitantes, nos quoque cum latrone jugiter proclamemus: Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.

Serm. 279. *de Paulo Apoſt. in ſolemn. converſ. ejuſd.* 2. *alias* 24. *ex Sirmond. num.* 9. Quid enim, ſi nolis mori, non es moriturus? Quid times, quod vitare non potes? Times, quod etſi nolis, erit; non quod etſi nolis, non erit. Quid eſt quod dixit? Omnibus hominibus natis conſtituit Deus mortem, per quam de iſto ſæculo emigrent. Exceptus eris a morte, ſi exceptus fueris a genere humano. Quid facis? Numquid tibi modo dicitur, Elige utrum velis eſſe homo? Jam homo es, veniſti. Quomodo hinc exeas, cogita: natus es, moriturus es. Fuge, cave, repelle, redime: mortem potes differre, non auferre. Veniet, etſi nolis: veniet, quando neſcis. Quid ergo times, quod etſi nolueris, erit? Time potius, quod ſi nolueris, non erit. Quid eſt hoc? Impiis, infidelibus, blaſphemis, perjuris, iniquis, & omnibus malis gehennæ ignes ardentis, & æternas flammas minatus eſt Deus. Primo compara hæc duo, mortem, ad momentum & pœnas in æternum. Times mortem ad momentum, veniat, etſi nolis: time pœnas in æternum, quæ non venient, ſi nolueris. Multo majus eſt quod timere debes, & in poteſtate habes ne veniat tibi; & majus eſt, & longe majus, incomparabiliter majus, quod timare debes, & in poteſtate habes ne veniat tibi. Etenim ſi bene vixeris, ſi mala vixeris, moriturus es: non effugies, ut non moriaris, ſeu vivendo bene, ſeu vivendo male. At vero ſi elegeris hic bene vivere, in æternas pœnas non mitteris. Quia vero eligere non potes hic, moriaris: elige cum vivis, ne in æternum moriaris. Hæc eſt fides, hoc Chriſtus oſtendit moriendo, & reſurgendo. Moriendo oſtendit, quod velis nolis paſſurus eſt: reſurgendo oſtendit, quod ſi bene vixeris, accepturus es.

Serm. 306. *in Natali Miſſæ candidæ, alias de diverſis* 112. *cap.* 2. *n.* 2. Non eſt in hominis poteſtate quo exitu hanc vitam ſecurus finiat: ſed eſt in hominis poteſtate quomodo vivat, & vitam ſecurus finiat.

Serm. 344. *alias* 31. *ex Sirmod. num.* 3. Unde ergo & Martyres vicerunt? Quia voluntati carnis voluntatem ſpiritus præpoſuerunt. Amabant hanc vitam, & deponderebant. Inde conſiderabant quantam amanda eſſet æterna, ſi ſic amatur iſta peritura. Moriturus mori non vult; & tamen erit neceſſario moriens, quamvis continue mori nolens. Nil agis quod mori non vis, nil efficis, nil extorques: nullam habes poteſtatem tollendi mortis neceſſitatem. Veniet, te nolente, quod times; aderit, te recuſante, quod differs. Mortem quippe ſatagis ut differas; numquid ut auferas? Si ergo in amatoribus hujus vitæ tantum de differenda morte ſatagitur, quantum de auferenda laborandum eſt? Mori certe non vis. Muta amorem, & oſtenditur tibi mors, non quæ te nolente aderit, ſed quæ, ſi volueris, non erit.

N. 4. Vide duas mortes, unam temporalem eamdemque primam, alteram ſempiternam & eamdem ſecundam. Prima mors omnibus præparata eſt: ſecunda ſolis malis, impiis, infidelibus, blaſphemis, & quidquid aliud ſanæ doctrinæ adverſatur. Intende, propone tibi iſtas mortes duas. Si fieri poteſt, ambas non vis pati. Scio, vivere amas, mori non vis; & de hac vita in aliam vitam ſic tranſire velles, ut non mortuus reſurgeres, ſed vivus in melius mutareris... Non vis ſpoliari, ſed ſpoliandus es. Hoc tamen agas oportet, ut ſpoliatus per mortem carnea tunica, inveniaris indutus lorica fidei.... Nam prima mors ſpoliatura eſt te carne, interim ſeponenda, & ſuo tempore recipienda. Hoc velis, nolis. Non enim quia vis, reſurges; aut ſi nolis, non reſurges; aut ſi reſurrectionem non credis, non propterea non reſurges. Opus eſt ut potius agas, ut qui reſurrecturus es, velis, nolis, ſic reſurgas ut habeas quod velis.

(H) S. Aug. *Enarr. in Pſal.* CXLVIII. *num.* 11. Quare aliquando percutiunt montem fulmina, & non percutiunt latronem?... Quia forte adhuc latronis converſionem quærit; & ideo percutitur mons qui non timet, ut mutetur homo qui timet. Aliquando & tu cum das diſciplinam, terram feris, ut infans expaveſcat. Et aliquando ferit & quem vult hominem. Sed dicis mihi, Ecce ferit innocentiorem, & dimittit ſceleratiorem. Noli mirari: undecumque mors piis bona eſt. Unde autem ſcis, illi ſceleratiori, ſi ſe mutare noluerit, quid pœnarum in occulto ſervetur? Nonne mallent fulmine incendi, quibus in fine dicetur, Ite in ignem æternum? Opus eſt, ut innocens ſis. Quid enim? Malum eſt mori naufragio, & bonum eſt mori febre? Sive inde, ſive inde moriatur, quære qualis ſit qui moritur; quo poſt mortem iturus eſt, non unde de vita exiturus. Quacumque occaſione hinc exituri ſumus..... Novit igitur Deus quid agat. Tu time, & bonus eſto. Undecumque voluerit ut exeas hinc paratum te inveniat. Inquilinus enim es, non poſſeſſor domus. Locata eſt enim tibi domus; domus iſta tibi locata eſt, non donata, & ſi nolis, migrabis: & non eam tali conditione accepiſti, ut quaſi tempora certa tibi ſint. Quid dixit Dominus tuus? Quando voluero, cum dixero, Migra, paratus eſto. Expello te de hoſpitio, ſed dabo domum: inquilinus es in terra, eris poſſeſſor in cælo.

Serm. 20. *alias* 3. *ex Sirmondianis, numer.* 4... Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem: ſubito enim veniet ira ejus, & in tempore vindictæ diſperdet te... Si deſperes, peris. Si ſperes, peris. Ubi tibi tutus locus erit ut ab utraque fovea te eripias & conſtituas te in via recta, ſerviens Deo, miſerans animam tuam, placens Deo? Male deſperabas; audiſti, In quacumque die converſus fuerit iniquus, omnes iniquitates ejus obliviſcar. Male ſperare cœperas; audiſti, Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem. Undique te circumdedit providentia Dei miſericorditer. Quid dicis? Promiſit mihi Deus indulgentiam; quando me convertero dabit eam. Prorſus quando te converteris, dabit: ſed ipſum quando quando eſt? Quare non hodie eſt? Quare non cum tu me audis?.... Quare non hic? quare non modo?... Cras tu tibi promittis?... Ne differas de die in diem, ſubito enim veniet ira ejus.

Serm. 40. *alias* 11. *inter homil.* 50. *num.* 2. Quiſquis non vis corrigi, quid tibi promittis? Deſperando peris, an ſperando? Quiſquis deſperando peris, hoc dicis in animo tuo: Iniquitas mea ſuper me eſt, in peccatis meis con-

ad legis Evangelicæ normam.

Hæc omnia fuſius explicabimus in ſetie hujus operis.

I. Debetne videri mors terribilis homini Chriſtiano?

R. Imo vero eſt quod deſideret eam Chriſtianus. *1 Cor. 15. 19.* *Si enim in hac vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus*, inquit Apoſtolus, *miſerabiliores ſumus omnibus hominibus*. Eſt ergo unde gaudio exultent, dum ſentiunt appropinquare horam, in qua finis imponetur miſeriis & patebit aditus ad vitam æternam beatam, cujus una ſpe reficiuntur hic, & recreantur vere Chriſtiani.

Id. Ibid. *I.* Quod ait Apoſtolus: *Si in hac vita tantum ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus*; nonne id de Apoſtolis ſolum eorumque ſucceſſoribus intelligendum eſt, propter labores & ærumnas & difficultates miniſterii Evangelici? Cur ergo ſententiam hanc ad omnes omnino Chriſtianos extendis?

R. Hanc & ad omnes Chriſtianos extendi nihil vetat. Ut enim Chriſtiane vivatur, abſtrahendus plane animus eſt ab omni cupiditate, ſoli Deo vivendum. Adeoque indeſinenter pugnandum eſt contra propriam concupiſcentiam, continuo vigilandum, ne quando abripiat vis cupiditatum, conſuetudinis, exemplorum, præjudiciorum, quæ nobis velut innata & educatione firmata ſunt. Vincendæ difficultates undique erumpentes. Subeunda ſæpius hominum contradictio, invidiæ, odia, ludibria, dicteria, calumniæ, violentiæ, vexationes. Eligendum magis affligi cum populo Dei, & deprimi, & privari bonis omnibus, quam temporalis peccati habere jucunditatem. Hæc omnia dura naturæ. Ideoque ſpes vitæ melioris una eſt vere Chriſtianorum hic peregrinantium conſolatio. *Si in hac vita tantum ſperantes eſſent, miſerabiles eſſent & miſerabiliores omnibus hominibus.* *Id. Ibid.*

Jam apud ſe cogitet coram Deo unusquiſque qui hæc Apoſtoli verba legerit, num revera exiſtimet miſerum ſe fore, & miſerabiliorem omnibus hominibus, niſi ſpes adeſſet vitæ melioris.

Sanctus Auguſtinus non dubitat aſſerere, ad damnationem æternam ſufficere ſi quis nullo patriæ cæleſtis deſiderio teneatur, & ſuam omnem felicitatem & ſpem ponat in vitæ præſentis commodis. Hanc Sanctus Auguſtinus doctrinam hauſit ex Evangelicis oraculis. Legantur verba Abrahæ ad divitem epulonem apud Lucam: *Luc. 16. 25.* *Fili, recordare quia accepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris.* (I)

I. Malum ergo eſt mortem timere; & metus ille ab homine Chriſtiano procul excutiendus?

R. Me-

contabeſco: quæ mihi ſpes eſt vivendi? Audi Prophetam dicentem: *Ezech. 33. 11.* *Nolo mortem impii, tantum revertatur impius a via ſua peſſima, & vivat*. Qui ſperando peris, hoc dicis in animo tuo: Bonus eſt Deus, miſericors eſt Deus, ignoſcit omnia, non reddit mala pro malis. *Rom. 11. 4.* Audi Apoſtolum dicentem: *Ignoras quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit.*

Tract. 33. in Joban. num. 7. Intendant ergo qui amant in Domino manſuetudinem, & timeant veritatem. *Pſ. 24. 8.* Etenim *dulcis & rectus Dominus*. Amas quod dulcis eſt, time quod rectus eſt. Tamquam manſuetus dixit, *Tacui*: ſed tamquam juſtus, Numquid ſemper tacebo? *Iſ. 42. 14.* *Miſericors & miſerator Dominus*. Ita plane. *Pſal. 70.* Adhuc adde, longanimis, adhuc adde, & multum miſericors: *Pſalm. 85. 15.* ſed time quod eſt in noviſſimo, & verax. Quos enim modo ſuſtinet peccantes, judicaturus eſt contemnentes. *Rom. 11. 4.* *An divitias longanimitatis, & manſuetudinis ejus contemnis, ignorans quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit?* Tu autem ſecundum duritiam cordis tui, & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram in die iræ & revelationis juſti Judicii Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua. Manſuetus Dominus, longanimis Dominus, miſericors Dominus: ſed & juſtus Dominus & verax Dominus. Largitur tibi ſpatium correctionis: ſed tu plus amas dilationem quam emendationem. Malus fuiſti heri; hodie bonus eſto. Et hodiernum diem in malitia peregiſti; vel cras mutare. Semper expectas, & de miſericordia Dei tibi plurimum polliceris: quaſi ille qui tibi per pœnitentiam promiſit indulgentiam, promiſerit tibi etiam prolixiorem vitam. Unde ſcis quid pariat craſtinus dies? Recte dicis in corde tuo: Quando me correxero, Deus mihi omnia peccata dimittet. Negare non poſſumus, quod correctis atque converſis indulgentiam Deus promiſit. Nam in quo Propheta mihi legis quia promiſit correcto indulgentiam, non mihi legis quia promiſit tibi Deus longam vitam.

N. 8. Ex utroque igitur homines periclitantur, & ſperando & deſperando, contrariis rebus, contrariis affectionibus. Sperando decipitur. Qui decipitur? Qui dicit: Bonus eſt Deus, miſericors eſt Deus, faciam quod mihi placet, quod libet, laxem habenas cupiditatibus meis impleam deſideria animæ meæ. Quare hoc? Quia miſericors eſt Deus, bonus eſt Deus, manſuetus eſt Deus. Spe iſti periclitantur. Deſperatione autem, qui cum inciderint in gravia peccata, putantes ſibi non poſſe jam ignoſci pœnitentibus, & ſtatuentes ſe ad damnationem ſine dubio deſtinatos, dicunt apud ſeipſos: Jam damnandi ſumus, quare non quod volumus facimus; animo gladiatorum ferro deſtinatorum. Ideo moleſti ſunt deſperati: jam enim quod timeant non habent, & vehementer timendi ſunt. Iſtos deſperatio necat, ſpes illos. Inter ſpem & deſperationem fluctuat animus. Metuendum eſt ne te occidat ſpes, & cum multum ſperas de miſericordia, incidas in judicium: metuendum & rurſus ne te occidat deſperatio, & cum putas jam tibi non ignoſci quæ gravia commiſiſti, non agas pœnitentiam, & incurras in judicem ſapientiam, quæ dicit: *Prov. 1. 26.* Et ego veſtræ perditioni ſuperridebo. Quid ergo agit Dominus cum periclitantibus utroque morbo? Illis qui ſpe periclitantur, hoc dicit: *Eccli. 5. 8. & 9.* *Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem, ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.* Illis qui deſperatione periclitantur, quid dicit? In quacumque die iniquus converſus fuerit, omnes iniquitates ejus obliviſcar. Propter illos ergo qui deſperatione periclitantur, propoſuit indulgentiæ portum: propter illos qui ſpe periclitantur & dilationibus illuduntur, fecit diem mortis incertum. Quando veniat ultimus dies, neſcis. Ingratus es, quia hodiernum habes, in quo corrigaris.

Vide etiam auctoritates infra allatas litt. (P) *hocce §.*

(I) S. AUG. *Enarrat. in Pſalm. 49. num. 22. circa med.* Et quædam tribulatio quam nos debemus quærere, & invenire. Quæ eſt iſta? Ea ipſa in hoc mundo felicitas; affluentia rerum temporalium; non quidem ipſa tribulatio eſt, ſolatia ſunt noſtræ tribulationis. Cujus tribulationis? Noſtræ peregrinationis. Hoc enim ipſum quod cum Deo nondum ſumus, hoc ipſum quod inter tentationes moleſtiaſque verſamur, quod ſine timore eſſe non poſſumus, tribulatio eſt: non enim eſt illa ſecuritas quæ nobis promiſſa eſt. Hanc tribulationem peregrinationis ſuæ qui non invenerit, ad patriam redire non cogitat.

In Pſalm. 85. num. 11. Quamdiu in corpore ſumus, peregrinamur a Domino. Quodlibet hic abundet, nondum ſumus in illa patria, quo redire feſtinamus. Cui peregrinatio dulcis eſt, non amat patriam: ſi dulcis eſt patria, amara eſt peregrinatio: ſi amara peregrinatio, tota die tribulatio. Quando non eſt tribulatio? Quando in patria delectatio .... Nemo carnem conſulat, Spiritum conſulite. Ergone ſi acciperemus ſecuritatem nos in affluentia bonorum ſecularium ſemper futuros, & diceret nobis Deus, faciem meam non videbitis, gauderemus in illis bonis? Eligeret forte aliquis gaudere, & dicere: Abundant mihi iſta, bene mihi eſt, nihil amplius quæro. Nondum cœpit eſſe amator Dei, nondum cœpit ſuſpirare tamquam peregrinus. Abſit,

R. Metus ille vel procedit a principio legitimo, tuncque nihil habet in ſe mali: vel a malo principio procedit, tuncque malus eſt. Rem explico.

Si quis mortem ideo timet, quia dolet ſe invitum avelli a ſuis cupiditatibus, quibus adeo illaqueatus eſt, ut vellet iis, ſi fas eſſet, æternum frui: is corde corruptus eſt. Caritas enim exulat ab eo corde in quo cupiditas dominatur. In ſtatu damnationis eſt qui ad mortem timendam ex tali
K principio movetur. (K)

Sed nihil eſt vitii, ſi quis mortem timeat ex innata cuilibet propenſione, qua fugit unusquisque mortem et diſſolutionem ſui. Hunc metum experiri voluit Chriſtus ad conſolationem ſuorum, qui & illum eſſent experturi.
L (L)

Licet quoque mortem timere ex conſideratione peccatorum, quibus fit ut moriamur incerti quid futuri ſimus poſt ſupremum diem. Sed metus ille temperari debet Chriſtiana fide & ſpe divinæ miſericordiæ per Chriſtum recipiendæ. Nec fas eſt ex metu mortis quidquam agere contra legem Dei.

Tandem tenentur omnes ſaltem patienter & cum intima cordis ſubjectione ferre mortem, ut pœnam peccatis noſtris debitam, ſi nondum eo perfectionis devenerint, ut eam libenter & cum delectatione ſubeant in finem miſeriarum & initium æternæ beatitudinis. Peccaret certe graviter, adeoque reprobus moreretur, qui moriens non offerret vitam ſuam ſacrificium Deo, in ſpiritu humilitatis & pœnitentiæ. (M) M

I. Quibusnam terribilior videri debet mors imminens?

R. Iis qui vixerunt hactenus in peccatis

ſuis

abſit. Recedant omnia ſeductoria, recedant blandimenta falſa, recedant ea, quæ nobis quotidie dicunt: Ubi eſt Deus tuus? Effundamus ſuper nos animam noſtram, confiteamur in lacrymis, gemamus in confeſſionibus, in miſeriis ſuſpiremus. Quidquid nobis adeſt præter Deum noſtrum, non eſt dulce. Nolumus omnia quæ dedit, ſi non dat ſeipſum qui omnia dedit.

Enarrat. in Pſalm. CXXXVII. *verſ.* 7. *n.* 12. In medio tribulationis es, & neſcis? Vita iſta parva tribulatio eſt? Si non eſt tribulatio, non eſt peregrinatio: ſi autem peregrinatio eſt, aut parum patriam diligis, aut ſine dubio tribularis. Quis enim non tribuletur, non ſe eſſe cum eo quod deſiderat? Sed unde tibi non videtur iſta tribulatio? Quia non amas. Ama alteram vitam, & videbis quia iſta vita tribulatio eſt: quacumque proſperitate fulgeat, quibuslibet deliciis abundet, atque circumfluat; quando nondum eſt illud gaudium ſine ulla tentatione certiſſimum, quod nobis in fine ſervat Deus, ſine dubio tribulatio eſt.

In Pſalm. CXLVIII. *num.* 4. Qui non gemit peregrinus, non gaudebit civis: quia deſiderium non eſt
2 Cor. 5. 6. in illo ... Quamdiu ſumus in corpore, peregrinamur a Domino. Nondum ſumus in patria, quando erimus in patria? Quando triumphabimus de victo inimico? ... Quando ergo nulla erit mortis contentio, quæ modo eſt, & facit nos gemere ex defectu & mutabilitate rerum, ex fragilitate carnis humanæ? .... Securi eſtote, tantummodo in iſta peregrinatione vitæ quomodo agatis, videte ... Non vobis placeat amor Babyloniæ, ne obliviſcamini civitatem Jeruſalem. Et ſi corpus veſtrum adhuc in Babylonia tenetur, cor veſtrum ad Jeruſalem præmittatur.

(K) S. AUGUST. *in Pſalm.* LXXXV. *Vide ſup. lit.* (I) *hocce.* §.

(L) S. AUGUST. *Serm.* 305. *in ſolemn. Mart. Laurentii* IV. *alias* 26. *ex Sirmond. n.* 4. *Anima mea turbata eſt.* Nos in ſe transfiguravit, nos vidit, nos inſpexit, nos fatigatos ſuſcepit & fovit; ne forte quando veniret alicui membro ejus ultimus dies, quo iſta eſſet vita finienda, turbaretur per infirmitatem, & deſperaret ſalutem, & diceret ſe ad Chriſtum non pertinere, quoniam non ſic præparatus eſſet ad mortem, ut nulla in illo perturbatio exoriretur, nulla triſtitia mentem devotiſſimam nubilaret ... *Nunc anima mea turbata eſt.* Agnoſcite vos in me ut quando forte turbati fueritis, non deſperetis, ſed ad caput veſtrum revocetis adſpectum, & dicatis vobis: Quando Dominus dicebat, *anima mea turbata eſt*, nos in illo eramus, nos ſignificabamur; turbamur, ſed non perimus. *Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?* Non vis finiri miſeram vitam? Tanto eſt miſerior, quanto & miſera amata eſt, & non vis finiri: minus eſſet miſera, ſi non amaretur. Qualis eſt beata vita, quando ſic amatur miſera vita, tantum quia vocatur vita.

Serm. 296. *alias de diverſ.* 112. *num.* 4. Si dicam, Vis vivere? Puto nemo eſt qui dicat, Nolo. Omnes enim natura habent inſitum vivere velle, mori nolle.

Serm. 297. *alias* 107. *de diverſis*, *cap.* 2. *num.* 2. Conſolatur Dominus, transfigurans in ſe infirmitatem noſtram, & dicens: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem* ... Utique natura refugit mortem. Intuere Mat. 26. 38.
omne animalium genus, nullum invenies quod nolit vivere, quod non timeat interire. Habet illum ſenſum genus humanum. Dura eſt mors: ſed non, inquam, quia mors eſt dura, ideo neganda eſt vita. Petrus etiam ſenex nolebat mori. Mori quidem nolebat, ſed Chriſtum ſequi malebat.

Cap. 3. *num.* 4. Non reprehendimus, non accuſamus, etiam ſi vita illa ametur. Sic tamen vita iſta ametur, ne in ejus amore peccetur. Ametur vita, ſed aligatur vita.

Tract. 43. *in Johan. num.* 11. & 12. *Mortem non videbis in æternum, qui ſermonem meum ſervaverit.* Non expaveſcamus iſtam mortem, ſed illam timeamus. Quod eſt autem gravius, multi perverſe timendo iſtam, inciderunt in illam ... Timendo mortem quæ non evaditur, inciderunt in mortem quam evadere feliciter poſſent, ſi iſtam quæ non evaditur infeliciter non timerent. Natus es homo, moriturus es. Qua ibis, ut non moriaris? Quid facies ut non moriaris? Ut Dominus tuus neceſſitate moriturum conſolaretur, voluntate mori dignatus es. Quando vides Chriſtum mortuum dedignaris mori? Ergo moriturus es: Qua evades hoc, non habes. Hodie ſit, cras ſit; futurum eſt, debitum eſt reddendum ... Quantumlibet diu differatur, veniet quod differtur.

Tract. 60. *in Johan. num.* Turbatus eſt ergo poteſtatem habens ponendi animam ſuam, & poteſtatem habens iterum ſumendi eam. Turbatur tam ingens poteſtas, turbatur petræ firmitas: an potius in eo noſtra turbatur infirmitas? Ita vero: nihil indignum credant ſervi de Domino ſuo, ſed agnoſcant ſe membra in capite ſuo. Qui mortuus eſt pro nobis, turbatus eſt idem ipſe pro nobis ... Transfiguravit etiam in ſe affectum infirmitatis noſtræ, compatiens nobis affectu animæ ſuæ ... Nos ipſos in illius perturbatione videamus, ut quando turbamur, non deſperatione pereamus.

N. 5. Firmiſſimi quidem ſunt Chriſtiani, ſi qui ſunt, qui nequaquam morte imminente turbantur: ſed numquid Chriſto firmiores? Quis hoc inſaniſſimus dixerit? Quid eſt ergo quod ille turbatus eſt, niſi quia infirmos in ſuo corpore, hoc eſt in ſua Eccleſia, ſuæ infirmitatis voluntaria ſimilitudine conſolatus eſt: ut ſi qui ſuorum adhuc morte imminente turbantur in ſpiritu, ipſum intueantur, ne hoc ipſo ſe putantes reprobos, pejore deſperationis morte ſorbeantur? ... Ne nobis deſperatio ſalutis oriatur, quando non poteſtate, ſed infirmitate turbamur.

(M) S. AUGUST. *Tract.* 9. *in Epiſt.* 1. *Johan. cap.* 4. *num.* 2. Quisquis fiduciam habet in die judicii, perfecta eſt in illo charitas. Quid eſt habere fiduciam in die judicii? Non timere ne veniat dies judicii ... Cœpit aliquis credere diem judicii: ſi cœpit credere, cœpit & timere. Sed quia timet adhuc, nondum habet fiduciam in die judicii, nondum eſt in illo perfecta charitas. Numquid tamen deſperandum eſt? In quo vides initium, cur deſperas finem? ... Cœpit ergo timere diem judicii, timendo corrigat ſe, vigilet adverſus hoſtes ſuos, id eſt, adverſus peccata ſua; incipiat reviviſcere interius, & mortificare membra ſua,

quæ

ſuis, nulla peracta pœnitentia; qui diligunt Mundum, & ea quæ in Mundo ſunt, qui terrenis inhiant, nec niſi terrena ſapiunt. Ægre enim dimittitur, quod amatur: & tamen dimit-

quæ ſunt ſuper terram... Surgentibus cæleſtibus membris, incipit deſiderare quod timebat. Timebat enim ne veniret Chriſtus, & inveniret impium quem damnaret: deſiderat ut veniat, quia inventurus eſt pium, quem coronet. Jam cum cœperit deſiderare venientem Chriſtum caſta anima, quæ deſideret amplexus ſponſi, renuntiat adultero; fit virgo interius ipſa fide, ſpe, & caritate. Habet jam fiduciam in die judicii; non contra ſe pugnat quando orat, & dicit, Adveniat regnum tuum. Qui enim timet ne veniat regnum Dei, timet ne exaudiatur. Qui autem orat cum fiducia caritatis, optat jam ut veniat. De ipſo deſiderio dicebat quidam

Pſal. 6. 4. in Pſalmo: Et tu Domine uſquequo? Convertere Domine, & erue animam meam, gemebat ſe differri. Sunt enim homines, qui cum patientia moriuntur. Sunt autem quidam perfecti, qui cum patientia vivunt. Quid dixi? Qui adhuc deſiderat iſtam vitam, quando illi venerit dies mortis, patienter tolerat mortem: luctatur adverſum ſe, ut ſequatur voluntatem Dei.... & adhibet patientiam & fortitudinem, ut æquo animo moriatur: iſte patienter moritur. Qui autem deſiderat... diſſolvi & eſſe cum Chriſto, non patienter moritur, ſed patienter vivit, delectabiliter moritur.... Aliter non probatur perfecta caritas.

Quæſt. in Jud. Lib. 7. num. 15. Mors enim ſicut nec ſibi a quoquam ſponte, nec cuiquam ſponte inferenda eſt; ita Deo jubente recuſanda non eſt, cujus conſtitutione quocumque temporis obeunda eſt: nec quiſquam qui eam perpeti detrectat, ut omnino evitetur, ſed tantummodo ut differatur, laborat.

Quæſt. XVII. *in Matthæum, quæſt.* 17. *num.*... Fruſtra itaque quidam dicunt, qui jam ſanam fidem tenent, ideo ſe nolle mori ut proficiant, cum ipſe profectus eorum in eo profectu ſit, ut mori velint. Si ergo verum loqui volunt, non dicant: Ideo mori nolo, ut proficiam; ſed, Ideo mori nolo, quia parum profeci. Itaque mori nolle fidelibus non conſilium eſt ut proficiant, ſed indicium quod parum profecerint.

Pſ. 141. 8. *Enarrat. in Pſalm.* CXLI. *num.* 18. Quid ergo magnum petitur, *Educ de carcere animam meam*: cum ſive ſero, ſive cito, neceſſe ſit exire? Forte juſtus dixit, Jam moriar, educ de carcere iſto corporis animam meam? Si nimis feſtinat, non habet caritatem. Deſiderare quidem hoc debet & concupiſcere, ſicut Apoſtolus ait, Concupiſcentiam habens diſſolvi & eſſe cum

Philip. 1. 23 Chriſto, multo enim magis optimum. Sed ubi eſt caritas? Ergo ſequitur, Manere in carne, neceſſarium

Ibid. 24. propter vos. De corpore ergo educat Deus, quando voluerit.

S. CYPRIAN, *de Mortalit. edit. Oxonienſ. ann.* 1682. *pag.* 158. *edit. ann.* 1700. *Boudot*, *p.* 110. Quis hic anxietatis & ſollicitudinis locus eſt? Quis inter hæc trepidus & mœſtus eſt, niſi cui ſpes & fides deeſt? Ejus eſt enim mortem timere, qui ad Chriſtum nolit ire; qui ſe non credat cum Chriſto incipere regnare. Scriptum eſt enim juſtum fide vivere. Si juſtus es, & fide vivis, ſi vere in Deum credis; cur non cum Chriſto futurus, & de Domini pollicitatione ſecurus, quod ad Chriſtum voceris, amplecteris; & quod diabolo careas, gratularis?

Pag. 111. Hoc autem fit, fratres dilectiſſimi, quia fides deeſt; quia nemo credit vera eſſe quæ promittit Deus qui verax eſt, cujus ſermo credentibus æternus & firmus eſt. Si tibi vir gravis & laudabilis aliquid polliceretur, haberes utique pollicenti fidem, nec te falli aut decipi ab eo crederes, quem ſtare in ſermonibus atque in actibus ſuis ſcires: nunc Deus tecum loquitur; & tu mente incredula perfidus fluctuas? Deus de hoc mundo recedenti tibi immortalitatem atque æternitatem pollicetur, & tu dubitas? Hoc eſt Deum omnino non noſſe: hoc eſt Chriſtum credentium Dominum & magiſtrum peccato incredulitatis offendere; hoc eſt, in Eccleſia conſtitutum fidem in domo fidei non habere.

Pag. 161. *vel* 113. Mori plane timeat, ſed qui ex aqua & Spiritu non renatus, gehennæ ignibus mancipatur: mori timeat, qui non Chriſti cruce & paſſione cenſetur: mori timeat, qui ad ſecundam mortem de hac morte tranſibit: mori timeat, quem de ſæculo recedentem perennibus pœnis æterna flamma torquebit: mori timeat, cui hoc mora longiore confertur, ut cruciatus ejus & gemitus interim differantur... Mortalitas iſta ut Judæis & gentilibus & Chriſti hoſtibus peſtis eſt, ita Dei ſervis ſalutaris exceſſus eſt.... Ad refrigerium juſti vocantur, ad ſupplicium rapiuntur injuſti.

Pag. 163. *vel* 114. Meminiſſe debemus voluntatem nos, non noſtram, ſed Dei facere debere; ſecundum quod nos Dominus quotidie juſſit orare. Quam præpoſterum eſt quamque perverſum, ut cum Dei voluntatem fieri poſtulemus, quando avocat nos & accerſit de hoc mundo Deus, non ſtatim voluntatis ejus imperio pareamus. Obnitimur & reluctamur, & pervicacium more ſervorum ad conſpectum Domini cum triſtitia & mœrore perducimur, exeuntes iſtinc neceſſitatis vinculo, non obſequio voluntatis; & volumus ab eo præmiis cæleſtibus honorari, ad quem venimus inviti? Quid ergo oramus & petimus ut adveniat regnum cælorum, ſi captivitas terrena delectat?

Pag. 164. *Ego ſum reſurrectio & vita: qui credit in me non morietur in æternum.* Si in Chriſtum credimus, fidem verbis & promiſſis ejus habeamus; & non morituri in æternum, ad Chriſtum, cum quo & victuri & regnaturi ſemper ſumus, læta ſecuritate veniamus. Quod interim morimur, ad immortalitatem morte tranſgredimur: nec poteſt vita æterna ſuccedere, niſi hinc contigerit exire: non eſt exitus iſte, ſed tranſitus; & temporali itinere decurſo, ad æterna tranſgreſſus. Quis non ad meliora feſtinet? Quis non mutari & reformari ad Chriſti ſpeciem, & ad cæleſtis gratiæ dignitatem venire citius exoptet?... Venturus ad Chriſti ſedem, ad regnorum cæleſtium claritatem, lugere non debet & plangere; ſed potius ſecundum pollicitationem Domini, ſecundum fidem veritatis in profectione hac ſua, & translatione gaudere. Joh. 11. 25.

Pag. 165.... Per Salomonem docet Spiritus ſanctus eos qui Deo placeant, maturius iſtinc eximi, & citius liberari, ne dum in iſto mundo diutius immorantur, mundi contactibus polluantur. Raptus eſt, inquit, ne malitia mutaret intellectum iſtius: placita enim erat Deo anima ejus: propter hoc properavit educere eum de medio iniquitatis. Ejus eſt in mundo diu velle remanere, quem mundus oblectat, quem ſæculum blandiens atque decipiens, illecebris terrenæ voluptatis invitat. Sap. 4. 11.

S. AMBROS. *Lib. de bono mortis cap.* 2. *n.* 7. Sapiens lucrum mortis amplectitur. Lucrum eſt enim evaſiſſe incrementa peccati, lucrum fugiſſe deteriora, & ad meliora tranſiſſe.

Cap. 4. *n.* 15. Igitur mors eſt bonum; & quia compugnantia dividit, ne ſe invicem impugnent; & quia portus quidam eſt eorum, qui magno vitæ iſtius jactati ſalo, fidæ quietis ſtationem requirunt... Fruſtra homines mortem timent, quaſi finem naturæ. Nam ſi recolamus quod Deus mortem non fecerit, ſed poſtquam homo lapſus in flagitium eſt prævaricationis & fraudis, ſententia eum comprehenderit, ut in terram ſuam terra remearet: inveniemus mortem finem eſſe peccati; ne quo eſſet vita diuturnior, eo fieret culpa numeroſior. Paſſus eſt igitur Dominus ſubintrare mortem, ut culpa ceſſaret... Mors hæc tranſitus univerſorum eſt. Opus eſt, ut conſtanter tranſeas. Tranſitus autem a corruptione ad incorruptionem, a mortalitate ad immortalitatem, a perturbatione ad tranquillitatem. Non igitur nomen te mortis offendat, ſed boni tranſitus beneficia delectent. Quid eſt enim mors, niſi ſepultura vitiorum, virtutum ſuſcitatio?

Cap. 7. *n.* 28. *Inveni ego eam* (lætitiam impiorum) *amariorem quam mortem*: non quia amara ſit mors, ſed quia impio amara; & tamen amarior vita quam mors. Gravius eſt enim ad peccatum vivere, quam in peccato mori; quia impius quamdiu vivit, peccatum auget; ſi moriatur, peccare deſinit.

N. 30. Non igitur mors malum.

Cap. 8. *n.* 31. Quod ſi terribilis apud viventes æſtimatur, non mors ipſa terribilis eſt, ſed opinio de morte... Sua igitur unuſquiſque conſcientiæ vulnus accuſet, non mortis acerbitatem. Denique juſtis mors quietis eſt portus, nocentibus naufragium putatur. Certe iis quibus gravis eſt timor mortis, non eſt grave mori, ſed grave eſt vivere ſub metu mortis. Non eſt ergo mors gravis, ſed metus mortis... Metus mortis non ad mortem referendus eſt, ſed ad vitam. Non enim habemus quod in morte metuamus, ſi nihil quod timendum ſit, vita noſtra commiſit.

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 14.

mittendum prorſus illud eſt eo in temporis momento quo nihil illis ſolatii, nec ferè ſpei quidquam affulget. (N)

N *I.* Quid agere debent Chriſtiani, ut excutiant a ſe metum illum impiis ineluctabilem?

R. Mature confugiendum eſt ad miſericordiam Dei, dum tempus ſuppetit agenda ſeria pœnitentia; intrandum per anguſtam portam, per arctam viam, quæ ducit ad vitam; præoccupanda Dei judicia, nequando nobis eveniat tandem, quod comminatus eſt Deus in libro Proverbiorum his verbis: *Quia vocavi & renuiſtis; extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret; deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis: Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum vobis id quod timebatis advenerit. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit: quando venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia. Tunc invocabunt me, & non exaudiam; mane conſurgent & non invenient me: eo quod exoſam habuerint diſciplinam, & timorem Domini non ſuſceperint, nec acquieverint conſilio meo, & detraxerint univerſæ correptioni meæ. Comedent igitur fructus viæ ſuæ, ſuiſque conſiliis ſaturabuntur.*

Prov. I. 24. & ſeq.

Minacem & terribilem hanc Prophetiam impleri quotidie cernimus in infinitis propemodum Chriſtianis. Væ inſipientibus corde, qui rem ſerio non cogitant, nec convertuntur ad Dominum. (O) O

I. Cur voluit Deus incertum eſſe unicuique ſuæ mortis diem?

R. Id magna Dei miſericordia factum eſt, inquit S. Auguſtinus, ut vigilemus quotidie, quibus certum eſt, nullum eſſe diem, qui non poſſit eſſe ultimus. (P) P

§. 15.
De Judicio Particulari.

I. Quonam abit anima noſtra ſtatim atque ſeparatur a corpore?

R. Statim rapitur ante tribunal Chriſti, rationem redditura de omnibus quæ fecit, ſive

bona

Lege librum R. P. LALLEMANT *Canonici Regularis, quem inſcripſit* Les SS. delirs de la mort, *troiſieme Edition in* 12. *Pariſ.* 1677.

(N) ECCLI. XLI. 1. O mors, quam amara eſt memoria tua, homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis! 2. Viro quieto, & cujus viæ directæ ſunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum! 3. O mors, bonum eſt judicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus! 4. Defecto ætate, & cui de omnibus cura eſt, & incredibili qui perdit patientiam! 5. Noli metuere judicium mortis.

S. AUG. *Serm.* 1. *in Pſ.* XXXVI. *n.* 1. Noviſſimus dies terribiliter venturus auditur eis, qui ſecuri eſſe bene vivendo nolunt, & male vivere diu volunt. Utiliter autem Deus latere voluit illum diem, ut ſemper ſit paratum cor ad expectandum quod eſſe venturum ſcit, & quando venturum ſit neſcit... Quoniam diem noviſſimum utiliter ſcimus venturum, & utiliter ignoramus quando venturus ſit, paratum cor habeamus bene vivendo; & non ſolum non timeamus venturum illum diem, ſed & amemus. Dies quippe ille ſicut infidelibus laborem auget, ſic fidelibus finit. Quid autem horum duorum eſſe velis, antequam veniat, nunc eſt in poteſtate; cum venerit, non erit. Elige ergo cum tempus eſt: Quia Deus, quod miſericorditer occultat, miſericorditer differt.

(O) S. AUGUST. *Serm.* 19. *alias* 4. *ex Sirmondianis*, *n.* 6. Bene ergo vivamus, & ut hoc poſſimus, eum qui hoc præcipit, invocemus.... Cor noſtrum ibi ponamus, ubi putreſcere non poteſt ſæcularibus curis. Tranſeunt iſta quæ occupant homines, volant iſta; vapor eſt vita humana ſuper terram. Accedunt etiam ipſius fragilis vitæ tanta & tam quotidiana pericula.... Undique Deus terret, quia non vult invenire quos damnet:... convertatur quiſque ad Deum, & mutet vitam;... de tranſverſo una febricula aufert hominem. Et ſi talem invenit ille judex, qualem non novit, qualibus dicturus eſt? Neſcio vos, recedite a me; quid fiet poſtea? Quo itur?... Unde vita reparanda redimitur? Quis iterum vivere, & quod male fecit, emendare permittitur?

Serm. 20. *alias* 3. *ex Sirmondianis*, n. 4. *Vide ſupra lit.* (H) *hocce* §.

Serm. 109. *alias* 1. *de verbis Domini*, *cap.* 1. *num.* 1. Regnum cælorum intra vos eſt. Prudenter accipiat unuſquiſque monita Præceptoris, ut non perdat tempus miſericordiæ Salvatoris, quæ modo impenditur, quandiu generi humano parcitur. Ad hoc enim parcitur homini, ut convertatur, & non ſit qui damnetur... Tempus cuique noſtrum proximum eſt, quia mortales ſumus, inter caſus ambulamus... Nos ergo fragiliores & infirmiores ſumus: (*vitro*) quia & caſos omnes qui non ceſſant in rebus humanis, fragilitate utique noſtra quotidie formidamus; & ſi ipſi caſus non accedant, tempus ambulat. Vitat homo ictum, numquid vitat exitum? Vitat quæ extrinſecus eveniunt, numquid quod intus naſcitur, pellitur?.. Nunc morbus quilibet ſubito occupat: poſtremo quantumvis homini parcatur, noviſſime ſenectus cum venerit, non eſt quod differatur.

Cap. 4. *n.* 4. Unuſquiſque habet horam, quando finiat viam. Via, vita iſta dicta eſt: finiſti iſtam vitam, finiſti viam. Ambulamus; & ipſum vivere, accedere eſt. Non anni nobis accedunt, ſed magis decedunt... Anni cum tranſeunt per nos, terunt nos, & minus minuſque valere nos faciunt.

(P) S. AUG. *Enarr.* 1. *in Pſal.* XXXVI. *n.* 14. Cras forte moriturus ſum, qua fronte te videbo? Magna miſericordia ipſius, & monuit ut bene vivamus, & diem nobis noviſſimum mortis noſtræ abſcondit, ne nobis de futuro aliquid promittamus, facio hodie, & vivo: cras non facio. Quid ſi te non invenit cras?

Enarr. 1. *in Pſalm.* CL. *num.* 10. Diſcute conſcientiam tuam, adſcende tribunal mentis tuæ, noli tibi parcere, examina te, loquatur tibi medulla cordis. Vide utrum audeas innocentiam profiteri. Hic plane ſi ſe reſpexerit, conturbabitur: ſi ſe non palpaverit, confitebitur. Et quid agis miſer, ſi non ſit portus impunitatis? Si ſola ſuit peccandi licentia, & nulla peccatorum eſt indulgentia, ubi eris? quo ibis?... Ne deſperatione homines pejus viverent, promiſit indulgentiæ portum: rurſus ne ſpe veniæ pejus viverent, fecit diem mortis incertum: providentiſſime utrumque conſtituens, & revertentes quo recipiantur, & differentes unde terreantur.... Noli deſperare, promiſſa eſt indulgentia tibi .... Ergo jam bene vive. Cras, inquit, bene vivam. Indulgentiam tibi Deus promiſit, craſtinum diem tibi nemo promiſit. Si male vixiſti, bene vive jam hodie. Stulte, hac nocte auferetur a te anima tua: non dico, Quæ præparaſti, cujus erunt? Sed, Secundum quod vixiſti, ubi eris? Corrige ergo te.

Serm. 39. *alias* 13. *ex homiliis* 50. *c.* 1. *Vide ſupra lit.* (D) *hocce* §.

Serm. 24. *in dieb. Paſchal.* XII. *alias de tempore* 143. *c.* 8. *n.* 2. Mutabile corpus per ætates, per corruptiones, per alimenta, per refectiones, per defectiones, per vitam, per mortem.

Enarrat. in Pſalm. CXLIV. *verſ.* 8. *num.* 11. *Longanimis:* Quantos enim ſuſtinet peccatores? *Miſericors & miſerator Dominus*, in his quibus veniam dedit: in his quibus adhuc non dedit, *longanimis*, non damnans, ſed exſpectans, ipſa exſpectatione clamans, *Convertimini ad me, & convertar ad vos.* Et nimia longanimitate, *Nolo*, inquit, *mortem impii, quantum ut revertatur & vivat.* Ille quidem longanimis; tu autem *ſecundum duritiam cordis tui cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iræ & revelationis juſti judicii Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua.* Non enim modo ſic longanimis in ſuſtinendo, ut numquam juſtus in vindicando. Diſtribuit tempora: vocat te nunc, exhortatur te nunc; exſpectat donec reſipiſcas, & tu tardas? Magna ejus miſericordia, & in hoc quod diem vitæ tibi incertum fecit, ut neſcias quando hinc emigrabis; & cum quotidie ſperas te migrare, aliquando convertaris: & in hoc magna ejus miſericordia. Ceterum ſi ſtatuiſſet diem omnibus, faceret abundare peccata de ſecuritate. Dedit ergo ſpem veniæ, ne deſperando amplius pecces. Et ſpes,

Zachar. I. 3. Mal. III. 7. Ezech. 33. 11. Rom. II. 5. 6.

& de-

Digitized by Google

A bona illa ſint, ſive mala. (A) Eſt autem accuratiſſima ea ratio: *Omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii*, inquit Chriſtus ipſe. (B) Mat.12.36.

B

I. Quænam ſunt quæ ſubjiciuntur Chriſti judicis examini?

R. 1. Peccata omnia & ſingula cogitatione, verbo, opere, omiſſione admiſſa.

2. Prava exempla aliis objecta.

3. Aliena peccata quorum participes fuerimus.

4. Virtutes ipſæ quas vitiavit vel perverſa intentio, vel aliud quidpiam imperfectionis iis adjunctum.

Uno verbo quidquid agendum nobis fuit ex obligatione vel generali, vel particulari, vel perſonali, quod quidem fuſius alibi explicabimus, totum id adamuſſim, & æqua lance expendetur a Judice integerrimo juxta & perſpicaciſſimo, qui cordium ſecreta plane intuetur, & ante cujus oculos omnia nuda & aperta ſunt. (C) C

I. Ad quam lancem expendentur facta hominum?

R. Non ad leges pravo uſu, malo conſuetudine, exemplo, opinione, præjudiciis hominum receptas; ſed ad normam & trutinam veritatis æternæ, verbi divini, Evangelii Chriſti. Perpendat unusquisque coram Deo, num vita ſua cum hac regula conveniat. (D) D

I. Quis Judex ſedet?

R. Chriſtus Jeſus Dominus noſter, cui dedit Pater omne judicium; qui merito mortis & reſurrectionis ſuæ conſtitutus eſt Judex vivorum & mortuorum. (E) E

I. Quænam ſunt in hoc judicio, quæ peccatorem maxime terrere debeant?

R. 1. Ratio omnium & ſingulorum adamuſſim reddenda, ut jam diximus.

2. In-

& deſperatio timenda eſt in peccatis. Videte vocem deſperantis ad augenda peccata, & quomodo utrique voci occurrit providentia & miſericordia Dei. Audi vocem deſperantis: Jam, inquit, damnatus ſum, quare non facio quidquid volo? Audi & vocem ſperantis: Miſericordia Domini magna eſt, quando me convertero, dimittet mihi omnia; quare non facio quidquid volo? Deſperat, ut peccet; ſperat, ut peccet. Utrumque metuendum eſt, utrumque periculoſum: væ a deſperatione, væ a perverſa ſpe. Utrique huic periculo & utrique malo, quomodo occurrit miſericordia Dei? Quid dicis tu, qui deſperando volebas peccare? Jam damnandus ſum, quare non facio
Ezec.33.11. quidquid volo? Audi Scripturam: *Nolo mortem impii, quantum ut revertatur & vivat*. Hac voce Dei reducitur in ſpem: ſed timendus eſt alius laqueus, ne ipſa ſpe amplius peccet. Quid ergo & tu dicebas, qui ſpe magis peccas? Quando me convertero, omnia mihi Deus dimittet,
Eccli. 5. 8. faciam quidquid volo. Audi & tu Scripturam: Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem: enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Noli ergo dicere, Cras me convertam, cras Deo placebo; & omnia hodierna & heſterna dimittentur mihi. Verum quidem dicis, quia Deus converſioni tuæ indulgentiam promiſit; ſed dilationi tuæ diem craſtinum non promiſit.

Tract. 34. in Job, n. 7. & 8. Vide ſupra hocce §. lit. (H)

Serm. 20. alias 1. ex Sirmond. n. 3. Si deſperes, peris; ſi ſperes, peris. Ubi tibi tutus locus erit, ut ab utraque fovea te eripias, & conſtituas te in via recta, ſerviens Deo, miſerans animam tuam, placens Deo? Male deſperabas, audiſti: In quacumque die converſus fuerit iniquus, omnes iniquitates ejus oblivíſcar. Male ſperare cœperas, audiſti? Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem. Undique te circumdedit providentia Dei miſericorditer. Quid dicis? Promiſit mihi Deus indulgentiam, quando me convertero dabit eam. Plane dabit, quando te converteris, ſed quare te non convertis? Quoniam quando me convertero, dabit. Prorſus quando te converteris, dabit; ſed ipſum quando eſt? Quare non hodie eſt? Quare non cum tu me audis?.... Cras, inquit, indulgentiam mihi Deus promiſit. Cras tu tibi promittis? ... Si erit craſtinus dies ſit & hodiernus.... Si enim non erit craſtinus dies, hodiernus te ſecurum inveniet.

(A) ROM. XIV. 10. .... Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti.

2. COR. V. 10. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unusquisque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum.

HEB. IX. 27. .... Statutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem judicium.

(B) SOPHON. I. 12. Et erit in tempore illo, ſcrutabor Jeruſalem in lucernis: & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis: qui dicunt in cordibus ſuis, Non faciet bene Dominus, & non faciet male. 13. Et erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in deſertum.... 14. Juxta eſt dies Domini magnus, juxta eſt & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. 15. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, 16. dies tubæ & clangoris ſuper civitates munitas, & ſuper angulos excelſos. 17. Et tribulabo homines, & ambulabunt ut cœci, quia Domino peccaverunt: & effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora. 18. Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini: in igne zeli ejus devorabitur omnis terra, quia conſummationem cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terram.

(C) ECCLE. XII. XIV. Cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato, ſive bonum, ſive malum illud ſit.

MATT. XXV. 30. Inutilem ſervum ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & ſtridor dentium. 31. Cum autem venerit Filius hominis in majeſtate ſua ... 32. congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab invicem, ſicut paſtor ſegregat oves ab hœdis. 33. Et ſtatuet oves quidem a dextris ſuis, hœdos autem a ſiniſtris. 34. Tunc dicet Rex his, qui a dextris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. 35. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare: ſitivi, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: 36. nudus, & cooperuiſtis me: infirmus & viſitaſtis me: in carcerem eram, & veniſtis ad me... 41. Dicet & his qui a ſiniſtris erunt: Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis ejus. 42. Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitivi, & non dediſtis mihi potum: 43. Hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non cooperuiſtis me: infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me.

ROM. II. 5. Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei: 6. qui reddet unicuique ſecundum opera ejus.

Ibid. 16. In die, cum judicabit Deus occulta hominum, ſecundum Evangelium meum per Jeſum Chriſtum.

2. COR. V. 10. *Vide ſupra lit.* (A) *hocce §.*

GALAT. VI. 5. Unusquisque enim onus ſuum portabit.

JACOB. II. 13. Judicium enim ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam, ſuperexaltat autem miſericordia judicium.

1. PETR. IV. 5. Reddent rationem ei, qui paratus eſt judicare vivos & mortuos.

JUDÆ 14.... Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis, 15. facere judicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti ſunt contra Deum peccatores impii.

APOC. XX. 12. Et vidi mortuos, magnos & puſillos, ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt: & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ: & judicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera ipſorum. 13. Et dedit mare mortuos, qui in eo erant: & mors & infernus dederunt mortuos ſuos, qui in ipſis erant: & judicatum eſt de ſingulis ſecundum opera ipſorum. 14. Et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt mors ſecunda. 15. Et qui non inventus eſt in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.

(D) JOANN. XII. 48. Qui ſpernit me, & non accipit verba mea, habet qui judicet eum: ſermo, quem locutus ſum, ille judicabit eum in noviſſimo die.

(E) MATTH. XIX. 28.... Amen dico vobis, quod vos

qui

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 15.

2. Integritas & perſpicacia Judicis, quem nihil latere poteſt.

3. Judicis ira tunc omnino implacabilis.

4. Pudor & confuſio peccatoris, qui ſtat ibi omni excuſatione, omni perfugio, omni ſolatio deſtitutus; ſolo peccatorum ſuorum pondere preſſus, revocans fruſtra in memoriam tot a ſe neglectas & deſpectas ſalutis occaſiones, tot Chriſti auxilia rejecta, & ſentiens ſerius quam vana fuerit peccati delectatio.

F 5. Tandem incertum eſſe, qua die ſtandum ſit ante tribunal hujus Judicis. (F)

I. Quid agendum ut his omnibus occurratur?

R. 1. Implendæ nunc ſunt a nobiſmetipſis partes Judicis accurati & integri. Si enim noſmetipſos judicemus, non judicabimur utique a Domino judicio ultionis, ſed judicio miſericordiæ. (G) G

2. Flectenda nunc lacrymis noſtris & pœnitentia, noſtri Judicis ira. (H) H

3. Nullia pareendum laboribus, ut pax bonæ conſcientiæ teneatur. (I) I

4. Vigilandum & orandum omni tempore, ne incautos & imparatos hora judicii aliquando præoccupet. (K) K

I. Timenduſne eſt vel ipſis juſtis Judicii dies?

R. Eſt

---

qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſraei.

xxv. 31. *Vide ſupra litt.* (C) *hocce* §.

Johan. v. 22. Neque enim Pater judicat quemquam, ſed omne judicium dedit Filio.

Act. x. 42. Et præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari, quia Ipſe eſt, qui conſtitutus eſt a Deo Judex vivorum & mortuorum.

Rom. ii. 16. *Vide ſupra litt.* (C) *hocce* §.

(F) Ezech. vii. 2.... Finis venit, venit finis ſuper quatuor plagas terræ. 3. Nunc finis ſuper te, & immittam furorem meum in te: & judicabo te juxta vias tuas: & ponam contra te omnes abominationes tuas. 4. Et non parcet oculus meus ſuper te, & non miſerebor; ſed vias tuas ponam ſuper te, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcietis quia ego Dominus. 5.... Afflictio una, afflictio ecce venit. 6. Finis venit, venit finis, evigilavit adverſum te: Ecce venit. 7. Venit contritio ſuper te, qui habitas in terra: venit tempus, prope eſt dies occiſionis... 8. Nunc de propinquo effundam iram meam ſuper te, & complebo furorem meum in te: & judicabo te juxta vias tuas, & imponam tibi omnia ſcelera tua: 9. & non parcet oculus meus, nec miſerebor, ſed vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcietis, quia ego ſum Dominus percutiens. 10. Ecce dies, ecce venit: egreſſa eſt contritio... 12. Venit tempus, appropinquavit dies, ... quia ira ſuper omnem populum ejus.

S. Aug. *Serm. 9. alias 69. de Tempore, cap. 1. n. 1.* Dominus & Deus noſter miſericors & miſerator & verax, quam largiter prærogat miſericordiam in præſenti ſæculo, tam ſevere minatur judicium in futuro... Gaudeamus ad miſericordiam Domini: ſed timeamus ad judicium Domini. Parcit, dum tacet. Tacet, ſed non ſemper tacebit. Audi dum non tacet in verbo, ne non tibi vacet audire dum non tacebit in judicio.

Serm. 17. alias 28. ex Homil. 50. cap. 2. num. 1. Deus manifeſte veniet, Deus noſter, & non ſilebit. Deum Chriſtum Scriptura prædixit venturum ad judicium vivorum & mortuorum. Quando enim prius venit judicari, occultus fuit: quando veniet judicare, manifeſtus erit.

Cap. 5. num. 5... Arguam te: Quomodo non putas, & quando non putas. *Arguam te:* Sileo cum facis: ſed non ſileo cum judico: *Arguam te.* Quid tibi faciam, quando arguam te? *Statuam te ante faciem tuam...* Videbis te, & planges te: & non erit jam tunc quomodo corrigas te. Contemnis ergo tempus miſericordiæ, veniet tempus judicii... Tempus eſt miſericordiæ, ut corrigamur: Nondum venit tempus judicii. Locus eſt, ſpatium eſt: peccavimus, corrigamur.

Cap. 7. n. 7.... Quis tibi dixit, quia longe eſt dies judicii? Numquid ſi longe eſt dies judicii, longe eſt dies tuus? .... Nonne caſus noſtros nobiſcum in hac carne portamus? Nonne fragiliores ſumus, quam ſi vitrei eſſemus? .... Vita humana tota brevis eſt, ab infantia uſque ad decrepitam ſenectutem tota brevis eſt... Quotidie moriuntur homines.

Enarr. in Pſal. xlviii. *n. 6.* Si ergo vitet iniquitatem calcanei ſui, & ambulet per vias Dei, non perveniet ad diem malam: Dies mala, dies noviſſima, non erit illi mala... modo cum vivunt provideant ſibi, tollant iniquitatem a caſtaneo ſuo.

In Pſal. xlix. *num. 6...* Venit occultus judicandus, veniet manifeſtus judicaturus: venit occultus, ut ante judicem ſtaret; veniet manifeſtus, ut etiam de judicibus judicet...

N. 7.... Supplicia terreant, quem præmia non invitant, Vile tibi eſt quod Deus pollicetur, contremiſce quod minatur.... Excutiat ergo unuſquiſque cor ſuum, & videat quid ibi fides teneat. Si credimus futurum judicium, bene vivamus. Tempus miſericordiæ nunc eſt, tempus judicii tunc erit. Nemo dicet, Revoca me ad priores annos. Pœnitebit & tunc, ſed fruſtra pœnitebit: modo pœniteat, cum fructus eſt pœnitendi; modo adhibeatur ad radices arboris cophinus ſtercoris, cordis luctus & lacrymarum, ne veniat & eradicet. Cum enim eradicaverit, jam ignis expectatur.

Num. 8.... Erit illa ventilatio, qua ſeparabitur a ſanctis omne immundum, a fidelibus omnis ſimulatio, a piis & trementibus verbum Dei omnis contemptor & ſuperbus.

(G) 1. Cor. xi. 28. Probet autem ſeipſum homo.... 31. Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus, non utique judicaremur. 32. Dum judicamur autem, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.

S. August. *in Pſal.* xlix. *num. 28...* A vindicta ſuperſedi, ſeveritatem meam diſtuli, patientiam tibi prolongavi, pœnitentiam tuam diu expectavi... modo.. fac, ... quidquid minatur facere Deus. Tolle te a tergo tuo, ubi te videre non vis, diſſimulans a factis tuis, & conſtitue te ante te. Adſcende tribunal mentis tuæ, eſto tibi Judex, torqueat te timor, erumpat a te confeſſio.

In Pſal. lxxiv. *n. 2...* Qui ſe conterit, iraſcitur ſibi. Se habeat iratum, ut illum habeat propitium: ſe habeat judicem, ut illum habeat defenſorem.

(H) S. Aug. *Serm. 18. alias 220. de Tempore, c. 2. n. 1.* Ipſe enim Dominus Chriſtus, Deus noſter, Filius Dei, primo adventu venit occultus, ſecundo adventu manifeſtus, innoteſcet bonis & malis. Quando venit occultus, venit judicandus: quando veniet manifeſtus, veniet judicaturus.

Cap. 2. num. 2. Si numquam in præſenti judicaret, non eſſe Deus crederetur: ſi omnia in præſenti judicaret, nihil judicio reſervaret. Ad hoc enim multa ſervantur judicio, & quædam in præſentia judicantur, ut illi qui differuntur, timeant & convertantur. Non enim amat Deus damnare, ſed ſalvare: & ideo patiens eſt in malos, ut de malis faciat bonos.

Serm. 19. alias 4. ex Sirmondianis, n. 2... Peccatum impunitum eſſe non poteſt: ſi peccatum impunitum remaneat, injuſtum eſt. Ergo ſine dubitatione puniendum... Punitur ergo peccatum, aut ab homine pœnitente, aut a Deo judicante.

(I) S. August. *in Pſal.* xxxvii. *verſ. 16. num. 21.* Apud Deum cauſa tua dicenda eſt? Quando Deus judex erit, alius teſtis quam conſcientia tua non erit. Inter judicem juſtum & conſcientiam tuam noli timere niſi cauſam tuam.

Serm. 47. c. 7. num. 8. Danda ergo opera eſt puræ conſcientiæ; & ſi forte aliquis ineſt ſcrupulus, præveniamus faciem ejus in confeſſione. Præveniamus eum, ne nos ipſe præveniat. Poſt confeſſionem non affert ultionem, ſi & tu poſt confeſſionem non repetas iniquitatem. Præveni antequam præveniaris... Noli differre medicinam tuam.

(K) Luca xxi. 34. Attendite autem vobis, ne forte graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ: & ſuperveniat in vos repentina dies illa: 35. Tamquam laqueus enim ſuperveniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. 36. Vigilate itaque, omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante Filium hominis.

S. August. *Serm. 265. alias 6. inter additos a Pariſienſibus, c. 3. num. 4. in fine...* Curioſitas abſcedat, pietas ſuccedat. Quid ad te quando veniet? Sic vive, quaſi

hodie

Digitized by Google

R. Eſt quoque unde juſti timeant eum diem. Tum quia nemo ſcit utrum amore an odio dignus
L ſit. (L) Tum quia ſi iniquitates hominum Deus ſecluſa miſericordia diſcuteret, nemo poſſet Judicis
M præſentiam ſuſtinere. (M)

Sed timor juſtorum fide, ſpe, & charitate temperatus, non eſt ſine conſolatione. Imo in multis eo usque prævalet charitas, ut judicii diem & expectent & cum voluptate meditentur & poſtu-
N lent. (N)

I. Quo fundamento nititur conſolatio juſtorum qua temperatur judicii metus?

R. Meritis Chriſti, ejus promiſſis, Dei optimi maximi miſericordia, propriæ conſcientiæ teſtimonio minime fallaci. (O)
O

I. Cur juſti quidam judicii diem expetunt & eum voluptate meditantur?

R. Quia charitas diffuſa in cordibus eorum per Spiritum ſanctum facit ut cupiant liberari a corpore mortis hujus, & judicium contemplentur tamquam triumphum veritatis, ſanctitatis, majeſtatis Chriſti, denique tamquam felicem illum diem quo ipſi ſoluti vinculis carnis afferentur plane in libertatem Filiorum Dei, & cum Chriſto regna-
P bunt in æternum. (P)

Ad expectationem magnæ illius diei nos horta-

tur

hodie venturum ſit (*tempus judicii*,) & non timebis, cum venerit.

Marc. 13. 35 *Epiſt.* 199. *alias* 80. *c.* 1. *num.* 3. *ad Heſychium*. *Vigilate ergo, quia neſcitis quando Dominus domus veniat, ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane, ne cum venerit repente, inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.* Quibus enim *omnibus* dicit, niſi electis & dilectis ſuis ad corpus ejus pertinentibus, quod eſt Eccleſia? Non ſolum ergo illis dixit, quibus tunc audientibus loquebatur; ſed etiam illis qui fuerunt poſt illos, ante nos, & ad nos ipſos, & qui erunt poſt nos usque ad ejus noviſſimum adventum.. Tunc enim unicuique veniet dies ille, cum venerit ei dies, ut talis hinc exeat, qualis judicandus eſt illo die. Ac per hoc vigilare debet omnis Chriſtianus, ne imparatum inveniat eum Domini adventus. Imparatum autem inveniet ille dies, quem imparatum invenerit ſuæ vitæ hujus ultimus dies.

In Pſ. CXLVII. *n.* 3... Territi ſumus de die noviſſimo. Terror ille ſecuritatem parturit: territi enim præcavemus, præcaventes ſecuri erimus. Quomodo enim præpoſtera ſecuritas in terrores impellit, ita ordinata ſollicitudo ſecuritatem parit. Territi autem ſumus, ne præſentem vitam deficientem, volaticam, tranſitoriam ſic amemus, quaſi alia nulla ſit.

(L) Eccle. ix. 1... Neſcit homo utrum amore, an odio dignus ſit.

1. Petr. iv. 18 Et ſi juſtus vix ſalvabitur, impius, & peccator ubi parebunt?

(M) Psal. cxxix. 3. Si iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis ſuſtinebit?

Vide ſupra lit. (L) 1. Pet. iv. 18. *hocce* §.

S. Aug *in Pſ.* cxxix. *n.* 2... Clamet ſub molibus & fluctibus iniquitatum ſuarum. Circumſpexit ſe, circumſpexit vitam ſuam, vidit illam undique flagitiis & facinoribus coopertam: quacumque reſpexit, nihil in ſe bonum invenit, nihil illi juſtitiæ ſerenum potuit occurrere. Et cum tanta & tam multa peccata undique & catervas ſcelerum ſuorum videret, tamquam expaveſcens exclamavit: *Si iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis ſuſtinebit*... Vidit enim prope totam vitam humanam circumlatrari peccatis ſuis, accuſari omnes conſcientias cogitationibus ſuis, non inveniri cor caſtum præſumens de ſua juſtitia. Si ergo cor caſtum non poteſt inveniri, quod præſumat de ſua juſtitia, præſumat omnium cor de miſericordia Dei.

N. 3... Si non eſſet apud te propitiatio, ſi judex ſolum eſſe velles & miſericors eſſe nolles, obſervares omnes iniquitates noſtras, & quæreres eas, quis ſuſtineret? Quis ante te ſtaret, & diceret, Innocens ſum? Quis ſtaret in judicio tuo? Spes ergo una eſt, *quoniam eſt apud te propitiatio.*

N. 5... Venturus eſt Dominus, & inventurus peccata tua... Ille (*David*) conſiderans quam multa minuta peccata quotidiana committat homo, ſi nihil aliud, vel per cogitationes & linguam, attendit quam multa ſint; & ſi attendit quam minuta ſint, videt per multa minuta fieri acervum magnum; & non quaſi peccata ſua priſtina cogitans, ſed ipſam fragilitatem humanam, jam aſcendens clamat, *De profundis clamavi ad te, Domine, Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. Si iniquitates obſervaveris Domine, Domine, quis ſuſtinebit?* Vitare poſſum homicidia, adulteria, rapinas, perjuria, maleficia, idololatriam: numquid & peccata linguæ? Numquid & peccata cordis? .. Si nobiscum ſeverus judex agere volueris, non miſericors Pater, quis ſtabit ante oculos tuos?

Psal. cxlii. 2. Et non intres in judicium cum ſervo tuo, Domine, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.

S Aug. *in Pſ.* cxlii. *verſ.* 2. *n.* 6... Noli ergo mecum intrare in judicium, Domine, Deus meus. Quantumlibet rectus mihi videar, producis tu de theſauro tuo regulam, coaptas me ad eam, & pravus invenior. *Ne intres in judicium cum ſervo tuo*... Miſericordia indigeo, fugitivus redeo, pacem quæro, non ſum dignus vocari filius tuus.

(N) S. Aug. *Lib. de Sententia Jacobi, ſeu Epiſt.* 167. *alias* 29. *ad Hieron. c.* 6. *nu.* 19. *Quoniam in multis offendimus omnes.* Suggerit Dominicam tamquam quotidianam quotidianis, etſi levioribus, tamen vulneribus medicinam. *Judicium enim ſine miſericordia illi, qui non fa-* Luc. 6. 37.
cit miſericordiam. Hic enim & Dominus, *Dimitte & di-* Jac. 11. 13.
mittetur vobis, date & dabitur vobis. Superexaltat autem miſericordia judicio.

N. 20. Et hoc utique juſtum eſt, ut dimittatur eis, qui dimiſerunt; & detur eis, qui dederunt. Ineſt quippe Deo & miſericordia judicanti, & judicium miſeranti.... Quæ igitur ſpes niſi ſuperexaltet miſericordia judicio?... Denique ſenſu Jacobus... quos vehementer terruerat, conſolatur; cum admonet, quomodo etiam quotidiana peccata, ſine quibus hic non vivitur, quotidianis remediis expientur: ne homo, qui cum in uno offenderit, fit omnium reus, in multis offendendo, (qui in multis offendimus omnes) propter magnum aggerem reatus ſui minutatim collectum, ad tribunal tanti judicis perveniat, & eam quam non fecit miſericordiam non inveniat: ſed potius dimittendo atque dando mereatur ſibi dimitti peccata, reddique promiſſa.

In Pſal. c. *num.* 2... Judicium...: formidandum malis propter pœnam, amandum bonis propter coronam.... Si reddere vellet, quid inveniret quod redderet peccatori, niſi pœnam & ſupplicium. Noluit reddere pœnam, ſed donavit gratiam. Audi, quia ille cui donavit, tenet Dominum etiam debitorem. Invenit eum donatorem tempore miſericordiæ, tenet debitorem tempore judicii... De cetero ſupereſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus illa die juſtus judex. Non dixit, *donat*, ſed *reddet*. Quando donabat, miſericors erat: quando reddet, judex erit: quia, *Miſericordiam & judicium cantabo tibi, Domine.* Sed donando delicta, fecit ſe coronæ debitorem: ibi miſericordiam conſecutus ſum. Miſericors ergo Dominus primo, hic autem reddet mihi coronam juſtitiæ. Unde reddet? Quia juſtus judex eſt. Quare juſtus judex? Quia bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi. Idem juſtus non poteſt niſi coronare iſta. Invenit enim iſta, quæ coronaret: antea vero quid invenerat? qui prius fui blaſphemus & perſecutor. Iſta donavit, illa coronabit: donavit hæc tempore miſericordiæ, coronabit illa tempore judicii.

(O) Psal. cxxix. 4. Quia apud te propitiatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui te Domine. Suſtinuit anima mea in verbo ejus.

Luc. xxi. 28. His autem fieri incipientibus reſpicite, & levate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra.

1. Cor. iv. 4. Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc juſtificatus ſum: qui autem judicat me, Dominus eſt. 5. Itaque nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus; qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit unicuique a Deo.

S. Aug. *in Pſ.* c. *n.* 2. *Vide ſupra lit.* (N) *hocce* §.

(P) Luc. xxi. 28. *Vide ſupra lit.* (O) *hocce* §.

Rom.

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 16.

Tit. c. II. 12. 13. tur Apoſtolus his verbis : *Apparuit gratia Dei & Salvatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos ut abnegantes impietatem & ſæcularia deſideria, ſobrie & juſte & pie vivamus in hoc ſæculo; expectantes beatam ſpem & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

Philip. III. 20. 21. Et alibi : *Noſtra converſatio in cælis eſt, unde etiam Salvatorem expectamus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundum operationem qua etiam poſſit ſubjicere ſibi omnia.*

§. 16. *De ſtatu uniuscujusque animæ poſt judicium.*

I. Quo abeant animæ poſt judicium particulare ?

R. Aliæ cum Chriſto permanent, & æterna felicitate donantur; aliæ mittuntur in locum earum purgationi deſtinatum : aliæ detruduntur in infernum æternis plectendæ ſuppliciis.

a §. 20. hujuſce cap. b 3. p. ſect. 1 c. 5. §. 17. c §. 28. hujuſce c. Agemus in ſerie hujus operis de paradiſo *a*, de Purgatorio *b*, & de Inferno *c*.

I. Quinam illi ſunt quorum animæ poſt particulare judicium, ſtatim æterna felicitate donantur ?

R. Qui baptiſmalem innocentiam ſic conſervaverunt aut recuperaverant, ut dum e vivis excedunt, nulla peccati etiam venialis macula teneantur, nihilque ſuperſit ipſis eluendum aut pœna ſolvendum.

I. Quinam illi ſunt quorum anima mittitur in Purgatorium ?

R. Qui dum e vivis excedunt, nulla quidem peccati mortalis macula tenentur, ſed tamen nondum ab omni peccati venialis labe purgati ſunt, vel nondum congruentem dedere pro peccatis ſatisfactionem.

I. Quinam illi ſunt quorum anima detruditur in infernum?

R. Qui moriuntur peccati mortalis labe inquinati.

I. Quid fit interea de corporibus?

R. Corrumpuntur in ſepulchris, & revertitur pulvis in pulverem uſque in diem Reſurrectionis. (A) A

Hæc eſt lex omnibus hominibus conſtituta. Ab ea tamen eximuntur ſpeciali privilegio Sancti nonnulli, quorum corpora præter naturæ ordinem ſervat Deus incorrupta ad pleniorem eorum ſanctitatis manifeſtationem, & hoſtium Eccleſiæ confuſionem, ut pluribus exemplis conſtat.

I. Quomodo novimus animas, ſtatim atque a morte ſolutæ ſunt, vel ſuppliciis vel præmiis affici, non expectato ultimi judicii die?

R. Id Scriptura & Traditione conſtat, & Eccleſia definivit.

Scriptura quidem : legimus enim in Evangelio divitem Epulonem ſtatim a morte ſepul-

ROM. VI. 23. Stipendia peccati mors. Gratia autem Dei vita æterna, in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

2. COR. V. 1. Scimus enim, quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus : domum non manufactam, æternam in cælis. 2. Nam & in hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram, quæ de cælo eſt, ſuperindui cupientes : 3. Si tamen veſtiti, non nudi inveniamur. 4. Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus gravati : eo quod nolumus expoliari, ſed ſuperveſtiri ; ut abſorbeatur quod mortale eſt, a vita .... 6. Audentes igitur ſemper, ſcientes quoniam dum ſumus in corpore, peregrinamur a Domino : ... 8. ... & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & præſentes, eſſe, abſentes, ſive præſentes, placere illi. 10. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unusquisque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum ſive malum.

APOCAL. XXI. 20.... Etiam venio cito : amen. Veni Domine Jeſu.

S. AUG. *Epiſt.* 199. *alias* 80. *ad Heſychium*, *cap.* 1. *num.* 1. Valde ſalubriter exhortaris ut Salvatoris noſtri diligatur & deſideretur adventus. Facis hoc ut ſervus bonus ejusdem patrisfamilias, avidus lucrorum Domini tui, & volens habere plurimos ſocios dilectionis, qua ipſe præcipue & perſeveranter accenderis. Intuentes igitur quod commemoraſti de Apoſtolo, quia Dominum dixit redditurum coronam juſtitiæ non tantum ſibi, ſed & omnibus qui diligunt manifeſtationem ejus, ita recte vivimus, & in hoc ſæculo tamquam peregrini agimus, cum ſe in hac dilectione cor noſtrum proficientes extendit, ſive citius ſive tardius veniat quam putatur, cujus manifeſtatio fideli caritate diligitur & pio deſideratur affectu.. quo ardebat ille qui dicebat, *Sitivit anima mea ad Deum vivum ; quando veniam & apparebo ante faciem Dei ?* Dicendo enim *quando veniam ?* moras ſe perpeti moleſte ferebat : quia etiam quod tempore acceleratur, deſiderio tardum videtur.

Pſ. 41. 2.

Cap. 5. *num.* 14. Diligendus ergo eſt, & expectandus, ſicut ſancte hortaris, adventus Domini, magnamque dicis eſſe beatitudinem diligentibus ejus adventum.

N. 15. Hoc plane piiſſime & veriſſime dicis, commendans eorum beatitudinem qui diligunt adventum Domini... Ille diligit adventum Domini... qui ſive prope, ſive longe ſit, ſinceritate fidei, firmitate ſpei, ardore caritatis expectat.

Serm. 213. *alias* 119. *de Tempore*, *cap.* 5. *num* 5. Confiteamur Salvatorem, ne timeamus Judicem. Qui enim modo in eum credit, & præcepta ejus facit, & diligit eum, non timebit quando veniet judicare vivos & mortuos : non ſolum non timebit, ſed ut veniat optabit. Quid enim nobis felicius, quam quando venit quem deſideramus, quando venit quem amamus ? Sed timeamus, quia judex noſter erit. Qui modo eſt advocatus noſter, ipſe tunc erit judex noſter ..... Et modo ipſe pro nobis orat, ipſe pro nobis interpellat, advocatum eum habeamus, & judicem timeamus. Imo quia advocatum præmiſimus, ſecuri judicem venturum ſperemus.

Serm. 299. *Edit. B B. num.* 4. ...... Si enim times ne veniat Dominus, non diligis manifeſtationem ejus. Dominus Chriſtus modo in occulto eſt ; manifeſtabitur tempore ſuo, judex futurus juſte, qui fuit reus ſub judice injuſte. Venturus eſt ; & quomodo venturus ? Judicaturus. Neque enim iterum judicandus, ſed utique jam judicaturus, ſicut novimus, ſicut credimus, de vivis & mortuis. Interrogo ..... vis ut veniat judex iſte ? Volo, inquit. Vide quid dicis : ſi verum dicis, ſi vis ut veniat : vide quomodo te inveniat : Judex enim venturus eſt... Ne forte ideo venturum expectes, quia humilem venturum adhuc putas. Tacuit judicandus ; non tacebit judicaturus.

N. 5. Sed ſi ſervas fidem, diligis vere ejus manifeſtationem, ſecurus coronam debes expectare juſtitiæ : non enim donatur talibus, ſed debetur. Nam & ipſe Apoſtolus Paulus tamquam debitum flagitat : *Quam reddet*, inquit, *mihi Dominus in illa die juſtus judex*. Reddet, quia juſtus eſt : fecit ſe mihi promiſſione debitorem.

In Pſalm. CXLVII. *num.* 1. Si enim amamus Chriſtum, utique adventum ejus deſiderare debemus. Perverſum enim eſt, & neſcio utrum verum, quem diligis timere ne veniat ; orare, Adveniat regnum tuum, & timere ne exaudiaris.... Quis ergo venturus eſt ? Quare non gaudes? Quis venturus eſt judicare te, niſi qui venit judicari propter te?

Vide §. *ſuperiori auctoritates PP. lit.* (I)

(A) GENES. III. 19. Donec revertaris in terram, de qua ſumptus es : quia pulvis es, & in pulverem reverteris.

ECCLE. XII. *verſ.* 7. Et revertatur pulvis in terram ſuam unde erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui fecit illum.

Luc.

Digitized by Google

pultum fuiſſe in inferno, ibique cruciari. Legimus ibidem pauperem Lazarum tranſlatum fuiſſe in ſinum Abrahæ, ibique frui æterna conſolatione. (B)

B

In eodem Evangelio Chriſtus bonum latronem
Luc. 23. 43. alloquens ait: *Hodie mecum eris in Paradiſo*.

Paulus Apoſtolus ad Philippenſes ſcribens, ait:
Phil. 1. 23. *Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto*. Ergo ſtatim poſt ſui corporis diſſolutionem futurum ſe in cælis cum Chriſto confidebat.

Id ipſum cap. 5. ſecundæ Epiſtolæ ad Corinth.
2. Cor. 5. 7 & 9. & 10. aperte innuit his verbis: *Per fidem ambulamus & non per ſpeciem: audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore & præſentes eſſe ad Dominum, Et ideo contendimus ſive abſentes, ſive præſentes placere illi. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unusquisque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum.*

Ex his Apoſtoli verbis duo manifeſte colliguntur. 1. Animam ſtatim atque ſoluta eſt a corpore ſiſti ante tribunal Chriſti. 2. Frui ſtatim viſione beatifica, ſi recte vixerit. Et ex duobus his capitibus duo concludit Apoſtolus: 1. Contendit in omnibus placere Deo, ut poſſit ſtare cum fiducia ante tribunal Filii hominis ſtatim a morte. 2. Optat corporis ſui diſſolutionem, ut rupta corporis compage poſſit anima ſtatim præſens eſſe ad Dominum.

Nec minus perſpicuum eſt quod legimus in Apocalypſi capite 4. & 5. Vidit Johannes Apoſtolus cælum apertum, & Deum in throno ſedentem, & circa thronum quatuor animalia & viginti quatuor ſeniores, & in medio *Agnum ſtantem tanquam occiſum*, qui cum aperuiſſet librum (Myſteriorum Dei) *quatuor animalia & viginti quatuor ſeniores... habentes ſinguli phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum, cantabant Canticum novum, dicentes, Dignus es Domine accipere librum & aperire, quoniam occiſus es, & redemiſti nos in Sanguine tuo ex omni tribu & lingua & populo & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnum & Sacerdotes, &c.* Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 16. Apoc. 5. 6. Ibid. 8. 9. & 10.

Ex hac ſancti Apoſtoli viſione liquido conſtat, ſanctos Chriſti Sanguine redemptos cum Chriſto in cælis, non expectato ultimo judicii die, regnare & offerre interea coram Agno, id eſt coram Chriſto, orationes Sanctorum in terris degentium.

Mitto brevitatis cauſa cætera teſtimonia Scripturarum.

Jam ad Traditionem veniamus. Certa illa eſt ut patet ex teſtimoniis veterum Patrum, ſancti Ignatii Antiocheni Epiſcopi viri Apoſtolici & Martyris, S. Cypriani Epiſcopi & Martyris, S. Martini referente S. Sulpitio Severo in ejus vita, S. Baſilii magni, S. Gregorii Nazianzeni, S. Gregorii Nyſſeni, S. Ambroſii, S. Chryſoſtomi, S. Auguſtini, S. Bernardi, &c. (C) Ex quibus manifeſte conſtat C
hanc

(B) Luc. xvi. 22. Factum eſt autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem dives, & ſepultus eſt in inferno.

(C) S. IGNATII *Epiſt. ad Roman. Edit. Voſſianæ, pag. 59.* Nunc incipio (*Chriſti*) diſcipulus eſſe, nihil me zelare viſibilium, ut *Jeſu Chriſto* fruar. Ignis & crux, beſtiarumque congregationes diſperſiones oſſium, conciſio membrorum, molitiones totius corporis, malæ punitiones diaboli in me veniant; ſolum ut Jeſu Chriſto fruar.... Illum quæro qui pro nobis mortuus eſt; illum volo qui propter nos reſurrexit. Ille lucrum mihi adjacet... Dimittite me purum lumen aſpicere.

S. CYPRIAN. *De Exort. Martyrii, n. 12.* Dominus in
Mat. 5. 10. & ſeq. Evangelio, ultor ipſe perſecutionis noſtræ & remunerator paſſionis: Beati, inquit, qui perſecutionem paſſi fuerint propter juſtitiam, quia ipſorum eſt regnum cælorum. Et iterum: Beati eritis cum odio vos habuerint homines, & ſeparaverint vos, & expulerint, & maledixerint nomini veſtro quaſi nequam propter Filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in cælis.
Mat. 10. 39. Et iterum: Qui perdiderit animam ſuam propter me, hic ſalvabit illam. Nec ſolos animadverſos & interfectos divinæ pollicitationis manent præmia, ſed etiam ſi ipſa paſſio fidelibus deſit, fides tamen integra atque invicta perſtiterit, & contemptis ac relictis ſuis omnibus Chriſtum ſe ſequi Chriſtianus oſtenderit, ipſe quoque a Chriſto inter Martyres honoratur, pollicente
Luc. 18. 29 ipſo & dicente: Nemo eſt qui relinquat domum, aut agrum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat ſepties tantum in iſto tempore, in ſæculo autem venturo vitam
Apoc. 6. 9. æternam. Item in Apocalypſi hoc idem loquitur: Et vidi, inquit, animas occiſorum propter nomen Jeſu & ſermonem Dei: & cum primo in loco poſuiſſet oc-
Ibid. 20. 4. ciſos, addidit, dicens: Et quicumque imaginem Beſtiæ non adoraverunt, nec acceperunt inſcriptionem in fronte aut in manu ſua; quos univerſos a ſe in eodem loco ſimul viſos conjungit & dicit: Et vixerunt & re-
Ibid. gnaverunt cum Chriſto. Vivere omnes dicit & regnare cum Chriſto, non tantum qui occiſi fuerint, ſed & quicumque in fidei ſuæ firmitate, & Dei timore perſtantes, imaginem beſtiæ non adoraverint, neque ad
Rom. 8. 18. funeſta ejus, & ſacrilega edicta conſenſerint... Non ſunt, inquit, condignæ paſſiones hujus temporis ad ſuperventuram claritatem, quæ revelabitur in nobis. Quis ergo non omnibus viribus elaboret ad tantam claritatem pervenire, ut amicus Dei fiat, ut cum Chriſto ſtatim gaudeat? Ut poſt tormenta & ſupplicia terrena, præmia divina percipiat? Si militibus ſæcularibus glorioſum eſt, ut hoſte devicto redeant in patriam triumphantes: quanto potior & major eſt gloria, victo diabolo ad paradiſum triumphantem redire.... Clauduntur in perſecutionibus terræ, ſed patet cælum: minatur Antichriſtus, ſed Chriſtus tuetur; mors infertur, ſed immortalitas ſequitur: occiſo mundus eripitur, ſed reſtituto paradiſus exhibetur: vita temporalis extinguitur, ſed æterna reparatur. Quanta eſt dignitas & quanta ſecuritas exire hinc lætum, exire inter preſſuras & anguſtias glorioſum: claudere in momento oculos quibus homines videbantur & mundus, & aperire eoſdem ſtatim, ut Deus videatur & Chriſtus? Tam feliciter migrandi, quanta velocitas? Terris repente ſubtraheris, ut in regnis cæleſtibus reponaris.

Epiſt. ad Antonianum paulo poſt medium, loquens de pœnitentibus lapſis & de Martyribus. Aliud eſt, inquit, ad veniam ſtare, aliud ad gloriam pervenire: aliud miſſum in carcerem non exire inde, donec ſolvat noviſſimum quadrantem: aliud ſtatim fidei & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari, & purgari diu igne, aliud peccata omnia paſſione purgaſſe: aliud denique pendere in die judicii ad ſententiam Domini, aliud ſtatim a Domino coronari.

Auctoritates ex Lib. S. Cypriani *de Mortalit. Vide ſupra hujuſce capitis* §. 14 *lit.* (M)

S. ATHANAS. *in Vita S. Anton. pag. 469 tom. 2. edit. Commelin. an.* 1600. Alio rurſus tempore cum (*B. Antonius*) ſederet in monte, & oculos tetendiſſet in cælum, vidit neſcio quam animam, lætantibus in ejus occurſum Angelis, ad cælum pergere. Cujus ſpectaculi novitate ſtupefactus, beatum dixit ſanctorum chorum, oravisque ut ſibi præſentis agnitio panderetur.

D. BASIL. *Homil. 20. in Quadrag. Martyr. p.* 298 Patria igitur horum Martyrum, Dei civitas eſt, cujus auctor atque conditor ipſe Deus. Hæc eſt ſuperna Jeruſalem quæ libera eſt, quæ eſt mater Pauli & omnium ei ſimilium... O communes generis humani cuſtodes, optimi curarum ſocii, precum ac votorum invicem ſuffragatores, legati apud Deum potentiſſimi, aſtra mundi, flores Eccleſiarum vos non terra contexit, ſed cælum excepit: apertæ ſunt vobis paradiſi portæ...

S. GREGOR. NAZIANZ. *Oratio undec. in Gorgon. p.* 189. Equidem non dubito, quin iis, quæ oculis cernuntur, multo præſtantiora ſint ea, quibus nunc frueris, nempe ſonus epulantium, Angelorum chorea, cæleſtis, ordo, gloriæ contemplatio, cum alius, tum ſupremæ Trinitatis purior & perfectior illuminatio, non jam vinctam mente ac per ſenſus diffuſam ſuffugientis, ſed totam ſe-
ſe

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 16.

ſe toti menti contemplandam & tenendam præbentis, toteque divinitatis lumine animis noſtris affulgentis.

Orat. vigeſima in laudem S. Baſilii, pag. 350. Mors porro beneficii mihi loco erit: citius enim me ad Deum transmittet, cui vivo, & munere meo fungor, maximaque ex parte mortuus obii, & ad quem jampridem propero...

Ps. 30. 6. *Pag.* 371. Ipſe ad Angelos eos, a quibus abducebatur, poſtremis his verbis habitis: In manus tuas commendo ſpiritum meum, animam lætus exhalavit.

Pag. 372. Ac nunc ille quidem in cælis eſt, illic etiam, ni fallor, ſacrificia pro nobis offerens, & pro populo preces fundens.

Pag. 373. E cælo nos quæſo inſpice; nosque, posteaquam ex hac vita migraverimus, illic quoque tabernaculis tuis excipe: ut ſimul viventes, & ſanctam ac beatam Trinitatem, cujus nunc exiguam ſpeciem & imaginem accepimus, purius pleniusque cernentes, deſideriis noſtris finem ſtatuamus, ac bellorum eorum, quæ intulimus, vel pertulimus, hoc præmium referamus.

S. Greg. Nyssen. *Orat. in S. Ephrem.* In cæleſtibus tabernaculis animas illius conſedit, ubi ſunt ordines Angelorum, ubi Patriarcharum populi, ubi chori Prophetarum, ubi ſedes Apoſtolorum, ubi gaudium Martyrum, ubi piorum lætitia, ubi Doctorum ſplendor, ubi celebres primogenitorum cœtus, ubi puræ lætantium voces. *Et paulo poſt.* Tu vero divino aſſiſtens altari, vitæque principi, & ſacroſanctæ una cum Angelis ſacrificans Trinitati, omnium noſtrum recordare, nobisque peccatorum veniam impetra.

S. Ambros. *De Cain & Abel, lib.* 2. *c.* 2. *n.* 32. Deus juſtos ſuos audit etiam mortuos, quoniam Deo vivunt. Et merito pro viventibus habentur; quia etiam ſi corporis guſtaverint mortem, vitam tamen incorpoream capiunt, & illuminantur ſuorum ſplendore meritorum, luce quoque fruuntur æterna.

De bono Mort. c. 11. *n.* 49. Juſti hanc remunerationem habent, ut videant faciem Dei, & lumen illud quod illuminat omnem hominem... Tunc revelata facie gloriam Domini ſpeculari licebit...

Cap. 12. *n.* 53. Ibimus eo ubi paradiſus eſt jucunditatis, ubi Adam qui incidit in latrones, naſcit jam vulnera ſua flere, ubi & latro ipſe Regni cæleſtis conſortio gratulatur, ubi... ſola Dei fulgebit claritas. Dominus enim erit lux omnium; & illud lumen verum, quod illuminat omnem hominem, fulgebit omnibus. Ibimus eo ubi ſervulis ſuis Dominus Jeſus manſiones paravit, ut ubi ille eſt, & nos ſimus.

Joan. 1. 9.

S. Hieronymus *Epiſt.* 20. *ad Marcellam, de exitu Leæ, tom.* iv. *pag.* 51. Univerſorum gaudiis proſequenda ſit (*Lea*) quæ calcato diabolo, coronam jam ſecuritatis accepit... Nunc igitur pro brevi labore æterna beatitudine fruitur; excipitur Angelorum choris; Abrahæ ſinibus confovetur,... Chriſtum ſequitur, & dicit: *Quæcumque audivimus, ita & vidimus in civitate Dei noſtri.*

Ps. 47. 9.

Adverſ. Vigilantium, pag. 283. *tom.* iv. Tu Deo leges pones? Tu Apoſtolis vincula injicies; ut usque ad diem judicii teneantur cuſtodia; nec ſint cum Domino ſuo, de quibus ſcriptum eſt: *Sequuntur agnum, quocumque vadit...*

Apoc. 14. 4.

Epiſt. 53. *ad Theodor. de obitu Lucinii, ibid p.* 579. Non ejus vicem doleam, quem ſcio ad meliora tranſiſſe, dicente Moyſe: *Tranſiens videbo viſionem hanc magnam..* Gaudeas regnare cum Chriſto... Ille jam ſecurus & victor te aſpicit de excelſo, & favet laboranti: & juxta ſe locum præparat.

Exod. III. 3.

S. Johannes Chrysost. *Homil.* 32. *in Epiſt. ad Roman.* Paulus homo fuit ſicut nos: verumtamen quia multum dilectionis erga Chriſtum oſtendit, cælos ipſos tranſcendit: jam cum Angelis conſtitutus: non ſolum ergo admiremur ipſum, ſed imitemur, ut mereamur hinc migrantes videre ipſum, & ineffabilis ejus gloriæ participes fieri.

Lib. 6. *de Sacerdot.* Narravit mihi quidam qui hoc videre meruerat, quod qui de hac vita emigrant, ſi Sanctorum myſteriorum cum pura & munda conſcientia participes fuerint, ab Angelis hinc recta in cælum abducuntur.

In c. 5. *Epiſt. poſter. ad Cor. hom.* 10. *p.* 759. Confide dum adverſa pateris: non ſolum enim te liberat corruptione & moleſtia, ſed etiam ſtatim te ad Dominum tranſmittit... Ne ullos præſentium amore detineatur, ſed illis potius gravetur, neque mortuus indoleſcat, ſed gaudeat, quaſi ad majora profecturus bona.

Comment. in Epiſt. Pauli ad Philipp. cap. 1. *ſermo tertio, pag.* 1142. Gaudeamus propter juſtos, non ſolum viventes, ſed & mortuos. Nam... iſti mortui quoque vivunt ... in aliam quoque vitam tranſlati beati ſunt, eo quod ad Chriſtum hinc abierunt. Peccatores ubi fuerint, procul a Rege ſunt, atque ideo digni qui fleantur. Juſti vero ſive hic, ſive in futuro ſæculo fuerint, cum Rege ſunt, illic tamen magis & propius, non per acceſſum ac fidem, ſed facie ad faciem...

Hom. 47. Quid dices, Paula, cum hinc abiens in ipſum cælum migraturus ſis, atque cum Chriſto futurus?

S. Aug. *Confeſſ. lib.* 9. *c.* 3. *n.* 6. Et nunc ille vivit in ſinu Abrahæ. Quidquid illud eſt quod illo ſignificatur ſinu, ibi Nebridius meus vivit, dulcis amicus meus, tuus autem, Domine, adoptivus ex liberto filius, ibi vivit. Nam quis alius tali animæ locus? Ibi vivit, unde me multa interrogabat homuncionem inexpertum. Jam non ponit aurem ad os meum, ſed ſpiritale os ad fontem tuum, & bibit quantum poteſt ſapientiam pro aviditate ſua ſine fine felix. Nec ſic eum arbitror inebriari ea ea, ut obliviſcatur mei, cum tu, Domine, quem potat ille, noſtri ſis memor.

Lib. 12. *de Geneſi ad liter. c.* 34. *nu.* 67. Tertium vero (*cælum*) quod mente conſpicitur ita ſecreta & remota, & omnino abrepta a ſenſibus carnis atque mundata, ut ea quæ in illo cælo ſunt, & ipſam Dei ſubſtantiam, Verbumque Deum per quod facta ſunt omnia, in charitate Spiritus ſancti ineffabiliter valeat videre & audire: non incongruenter arbitramur, & illuc eſſe Apoſtolum raptum, & ibi fortaſſis eſſe paradiſum omnibus meliorem, & ſi dici oportet, paradiſum paradiſorum. Si enim animæ bonæ lætitia in rebus bonis eſt in omni creatura, quid ea lætitia præſtantius, quæ in Verbo Dei eſt per quod facta ſunt omnia?

In Joban. Evang. c. 6. *tract.* 26. *num.* 16. Cum dixiſſet (*Chriſtus*) *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam:* continuo ſubjecit, *Et ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die*: ut habeat interim ſecundum ſpiritum vitam æternam in requie, quæ ſanctorum ſpiritus ſuſcipit: quod autem ad corpus attinet, nec ejus vita æterna fraudatur, ſed in reſurrectione mortuorum noviſſimo die. Joh. 6. 55.

Enarrat. in Pſ. cxix. *n.* 6. *in fine.* Ibi (*in cæleſti Jeruſalem*) omnes juſti & ſancti, qui fruuntur Verbo Dei ſine lectione, ſine literis: quod enim nobis per paginam ſcriptum eſt, per faciem Dei illi cernunt.

De Civit. Dei, lib. 20. *c.* 13. Animæ victrices glorioſiſſimorum Martyrum, omnibus doloribus ac laboribus ſuperatis atque finitis, poſteaquam mortalia membra poſuerunt, cum Chriſto utique regnaverunt & regnant, donec finiantur mille anni, ut poſtea receptis etiam corporibus jam immortalibus regnent.

Cap. 15. Si enim non abſurde credi videtur antiquos etiam Sanctos, qui venturi Chriſti tenuerunt fidem, locis quidem a tormentis impiorum remotiſſimis, ſed apud inferos fuiſſe, donec eos inde ſanguis Chriſti & ad ea loca deſcenſus erueret; profecto deinceps boni fideles effuſo illo pretio jam redempti, prorſus inferos neſciunt, donec etiam receptis corporibus bona recipiant, quæ merentur.

Quæſt. Evang. lib. 2. *q.* 38. *nu.* 1. *verſus finem.* Sinus Abrahæ, requies beatorum pauperum, quorum eſt regnum cælorum, in quo poſt hanc vitam recipiuntur.

N. 5. *circa med.* Jam ſinus Abrahæ intelligitur ſecretum Patris, quo poſt paſſionem reſurgens aſſumptus eſt Dominus: quo eum portatum ab Angelis ideo dictum puto, quia ipſam receptionem qua in ſecretum Patris abſceſſit, Angeli annuntiaverunt Diſcipulis intuentibus. Dicendo enim, *Quid ſtatis aſpicientes in cælum?* quid aliud dixerunt, niſi nullo modo poſſe oculos hominum usque in illud penetrare ſecretum quo ibat Dominus, cum in conſpectu Diſcipulorum ferretur in cælum?.. Quia ſecretum Patris bene intelligitur, ubi etiam ante reſurrectionem juſtorum animæ vivunt cum Deo. Tanto enim verius ubique eſt Deus, quanto nullo continetur loco, ſicut & latroni dictum eſt, *Hodie mecum eris in Paradiſo*: unde numquam receſſit Dei Filius.

Act. 1. 11. Luc. 23. 43.

S. Cyrill. *Catech.* 13. *pag.* 315 Nondum Abraham fidelis ingreſſus eſt, & latro ingreditur: nondum Moyſes & Prophetæ, & jam latro iniquus ingreditur. Admiratus eſt re etiam Paulus, dicens: *Ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit gratia.* Qui tulerunt æſtum, nondum ingreſſi ſunt: & qui undecima hora venit, ingreſſus eſt.

Rom. 5. 20

B. Sulpicii Sever. *Epiſt.* 2. *ad Aurelium Diacon. de*

obitu

obitu Sancti Martini, *pag.* 189. In eum luminibus intentis, cum exſatiari vultu illius conſpectuque non poſſem, ſubito mihi in ſublime ſublatus eripitur: donec emenſa aeris iſtius vaſtitate, cum tamen rapida nube ſubvectum acie ſequeremur oculorum, patenti cælo receptus videri ultra non potuit. *Nec multo poſt:* Presbyterum ſanctum Clarum, diſcipulum illius, qui nuper exceſſerat, video eandem, quam magiſtrum viam ſcandere ..... Congratulari cœperam viſioni, cum ad me puer familiaris ingreditur, ſolito triſtior vultu, loquentis pariter & dolentis: Quid tu tam triſtis loqui geſtis? *Duo*, inquit, *Monachi modo a Turonis adfuerunt: Dominum Martinum obiiſſe nuntiant* ... Eſt enim ille, ut eſt conſertus Apoſtolis ac Prophetis, & quod pace Sanctorum omnium dixerim, in illo juſtorum grege nulli ſecundus, ut ſpero, credo, confido, illis potiſſimum, qui ſtolas ſuas in ſanguine agni laverunt adgregatus: agnum ducem ab omni integer labe comitatur.

Epiſt. 3. *ad Baſſulam*. Martinus Abrahæ ſinu lætus excipitur; Martinus hic pauper & modicus, cælum dives ingreditur...

S. FULGENT. *Serm.* 3. *de S. Steph. n.* 1. Hodie miles de tabernaculo corporis exiens, triumphator migravit ad cælum... Depoſitis corruptibilibus corporis indumentis, ad cælum paulatim perenniter regnaturus aſcendit.. *Luc.* 11. 14. *Gloria in excelſis Deo*, heri ſancti Angeli exultantes cantaverunt: hodie Stephanum lætantes in ſuum conſortium ſuſceperunt.... Hodie Stephanus ſtola eſt ab eo immortalitatis indutus.... hodie immenſitas cæli ſuſcepit Stephanum triumphantem.

S. GREGOR. M. *Expoſit. in ſept. Pſalm. Pœnit. Pſal.* 4. *Iſai.* 60. 17. *n.* 9. De ipſis enim ſcriptum eſt: *In terra ſua duplicia poſſidebunt*. Sancti etenim viri mundi gloriam mentis deſpectu calcantes, omnes in ſe carnales voluptates mortificant, ut in Deo poſtmodum perenniter vivant. Qui quoniam mundi miſerias pro Deo pati minime refugiunt, beatitudinis æternæ retributionem acquirunt. Quæ nimirum beatitudo & animabus eorum ante reſurrectionem tribuitur, & corporibus nihilominus poſt judicium conferetur; ſicut in Apocalypſi Johannes Apoſtolus ſcribit, dicens: *Apoc.* 6. 9. & *ſeq.* *Vidi ſub altare Dei animas interfectorum propter Verbum Dei, & teſtimonium quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Uſquequo Domine ſanctus & verus non vindicas ſanguinem noſtrum, de his qui ſunt in terra? Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis, ut requieſcerent tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus conſervorum & fratrum ipſorum, qui interficiendi ſunt ſicut & illi.* Quid namque eſt ſingulas illis ſtolas albas tribuere, niſi animabus eorum beatitudinis æternæ immortalitatem conferre? .... Quid vero eſt donec Electorum numerus impleatur requieſcere, niſi futuræ reſurrectionis gloriam expectare? In qua nimirum iterum ſingulas ſtolas albas accipient; quia immortalia & incorruptibilia corporum veſtimenta reſument. Quia ergo ſancti viri ad æternæ felicitatis præmia non ſolum anima, ſed etiam corpore poſt judicium tranſeunt, recte de eis dicitur, quia *in terra ſua duplicia poſſidebunt*.

Dialog. lib. 4. *cap.* 24. *Petrus*... Noſſe velim, ſi nunc ante reſtitutionem corporum in cælo recipi valeant animæ juſtorum.

Cap. 25. *Gregorius*. Hoc neque de omnibus juſtis fateri poſſumus, neque de omnibus negare. Nam ſunt quorumdam juſtorum animæ, quæ a cæleſti regno quibusdam adhuc manſionibus differuntur: in quo dilationis damno quid aliud innuitur, niſi quod de perfecta juſtitia aliquid minus habuerunt? Et tamen luce clarius conſtat, quia perfectorum juſtorum animæ mox ut hujus carnis clauſtra exeunt, in cæleſtibus ſedibus recipiuntur: quod & ipſa per ſe veritas atteſtatur, di- *Matt.* 24. 28. cens: *Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ:* quia ubi ipſe Redemptor noſter eſt corpore, illuc proculdubio colliguntur juſtorum animæ. Et Paulus diſſolvi deſiderat, & eſſe cum Chriſto. Qui ergo Chriſtum in cælo eſſe non dubitat, nec Pauli animam eſſe in cælo negat. Qui etiam de diſſolutione ſui corporis, atque de inhabitatione cæleſtis patriæ, dicit: 2. *Cor.* 5. 1. *Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quod ædificationem habemus ex Deo, domum non manufactam, ſed æternam in cælis.*

Petrus. Si igitur nunc ſunt in cælo animæ juſtorum, quid eſt quod in die judicii pro juſtitiæ ſuæ retributione recipiant?

Gregorius. Hoc eis nimirum creſcit in judicio quod nunc animarum ſola, poſtmodum vero etiam corporum beatitudine perfruuntur: ut in ipſa quoque carne gaudeant, in qua dolores pro Domino cruciatuſque pertulerunt. Pro hac quippe geminata eorum gloria ſcriptum eſt: *In terra ſua duplicia poſſidebunt*.

S. BERNARD. *Serm.* 2. *in natali Sancti Victoris Confeſſ. num.* 2. Hodie Victor poſito corpore, quo ſolo præpediri ab introitu gloriæ videbatur, tanto alacrior, quanto expeditior penetravit in ſancta, ſimilis factus in gloria Sanctorum ... Hodie deſpecto mundo, & mundi principe triumphato ſupra modum vere victor adſcendit, accipiens de manu Domini coronam victoriæ ... Pauſat miles emeritus, & poſt labores ſudoreſque ſacræ peractæ militiæ locatur feliciter, coronatur ſublimiter. Anima ejus in bonis demorabitur. Quæris ubi? Cum Abraham, Iſaac & Jacob in regno cælorum. Ita cum talibus & tali in loco ſibi ſedet: ſedet excelſa & fulgida, ſedet lætabunda & laudans: ſedet, ... inquam, ſibi vacua curis, deliciis affluens, abundans otii & quietis ad vacandum ſapientiæ. Qui ſedit & flevit ſuper flumina Babylonis, ſedet modo ad fontem vitæ, & converſatio illi ſecus torrentem voluptatis, cujus impetus lætificat civitatem Dei ..... Sedet media Angelorum, &c.

Serm. 3. *in feſto omnium Sanctorum*, *num.* 1. Lætatus ſum plane in his quæ dicta ſunt mihi, quoniam in domum Domini ibimus. Quod ſi quæritis unde id tam fiducialiter præſumat, inde ſine dubio quod jam multi ex nobis in atriis ſtent, expectantes donec recipiant corpora ſua, donec impleatur numerus fratrum. In illam enim beatiſſimam domum nec ſine nobis intrabunt, nec ſine corporibus ſuis, id eſt, nec Sancti ſine plebe, nec ſpiritus ſine carne. Neque enim præſtari decet integram beatitudinem, donec ſit homo integer cui detur, nec perfectione donari Eccleſiam imperfectam. Propterea cum reſurrectionem expeterent corporum, ... acceperunt divinum reſponſum, dicens: *Suſtinete modicum tempus, donec compleatur numerus fratrum veſtrorum*. *Apoc.* 6. 11. Acceperunt tamen jam ſingulas ſtolas, ſed non veſtientur duplicibus donec veſtiamur & nos: quomodo de Patriarchis & de Prophetis ait Apoſtolus: Deo melius aliquid providente pro nobis, ut non ſine nobis conſummarentur. Stola enim prima ipſa eſt, quam diximus FELICITAS & REQUIES ANIMARUM: ſecunda vero IMMORTALITAS & GLORIA CORPORUM.

Serm. 5. *n.* 4. Non eſt quod laudare vereamur veriſſime, certiſſimeque laudabiles: non eſt quod glorificare cunctemur ſic abſorptos in gloria, ut noſtra omnino nequeant laudatione moveri. Non enim eſt quo vanitas intret, ubi veritas jam totum occupavit.

In tranſitu S. Malach. Serm. 2. *n.* 5. Hodie Malachias in conſortium Angelorum recipitur, re adeptus, quod nomine dicebatur. Et quidem ante Angelus erat non minus puritate, quam nomine: ſed nunc felicius glorioſi in eo interpretatio nominis adimpletur, quando pari cum Angelis gloria & felicitate lætatur. Congratulemur itaque, fratres, congratulemur, ut dignum eſt, Patri noſtro: quia & pium eſt, defunctum plangere Malachiam, & pium magis, Malachiæ congaudere viventi. Numquid non vivit? & beate. Nimirum viſus eſt *oculis inſipientium mori*: ille autem eſt *Sap.* 3. 2. in pace. Denique jam concivis Sanctorum & domeſticus Dei, pſallit pariter, & agit gratias, dicens: *Tranſivimus per ignem & aquam, & induxiſti nos in refrigerium*.

S. MAXIM. TURIN. *Hom. in Euſeb. Vercell.* Digne in memoria vertitur hominum, qui ad gaudium tranſit *Pſal.* 65. 12. Angelorum.

S. LEO MAGN. *in Serm. de S. Laurent.* Nihil obtines, nihil proficis ſæva crudelitas, ſubtrahitur tormentis tuis materia mortalis, & Laurentio in cælos abeunte, tu deficis flammis tuis.

VENER. BEDA *in c.* 6. *Apoc.* Singulas modo ſtolas habent animæ de ſua beata immortalitate gaudentes; reſurgentibus autem corporibus juxta Iſaiam, *In terra ſua duplicia poſſidebunt*. *Iſai.* 61. 7.

PSEUDO-DIONYS. AREOPAG. *ſui ſæculi fidem adſtruit his verbis*, *lib. de Eccleſ. Hierarchia*, *c.* 7. *part.* 1. Norunt (*ſancti*) profecto ſe totos percepturos exactiſſimam ad Chriſti ſpeciem, requiem, cum ad præſentis vitæ finem pervenerint, viamque ad immortalitatem ſuam e vicino jam clarius intuentes, divinitatis laudant munera, divinaque lætitia geſtiunt, non jam ad deteriora converſionem metuentes, ſed parata bona ſe firmiter, perpetuoque habituros probe noſcentes.

AUCTOR *libri Quæſt. inter opera* S. JUSTINI, *quiſquis ille ſit*, *opinionem Catholicam mire confirmat*, *Quæſt.* 75.

hanc perpetuam fuiſſe Eccleſiæ fidem, Sanctos corpore ſolutos non expectato ultimo judicii die cum Chriſto in cælis regnare.

Unde non mirum ſi id Eccleſia definierit tanquam dogma fidei, in Conciliis generalibus Florentino & Tridentino. (D)

D

I. Quandiu permanent in Purgatorio animæ juſtorum, quibus aliquid ſolvendum ſupereſt?

R. Nihil certi de hac quæſtione ſtatui poteſt ex Scriptura & Traditione: nihil ea de re Eccleſia definivit. Id ſolum ex idea juſtitiæ Divinæ colligimus, alias animas diutius, alias minus ibi detineri, habita ratione uniuſcujuſque delictorum & peractæ pœnitentiæ.

I. Quandiu ſtabit Purgatorium?

E

R. Uſque ad ultimum Chriſti adventum, nec plus ultra. (E)

I. Ergo non permanebit in æternum Eccleſia militans, nec patiens?

I. Non permanebunt niſi ad conſummationem ſæculorum. Quia tunc temporis nullum erit amplius bellum, nullus dolor; ſed membra Eccleſiæ a præliis ad vindictam, a doloribus ad ſempiterna gaudia tranſibunt.

I. Eccleſia autem triumphans quandiu permanebit?

R. Nondum ſuis omnibus membris conſtat Eccleſia triumphans, nondum completa eſt hæc ſancta ſocietas. Jam formatur, jam ædificatur: tunc ſolum conſummabitur, cum finem accipiet Eccleſia militans & patiens: tunc a Chriſto dedicabitur & permanebit in æternum.

I. Cur ais Eccleſiam triumphantem non eſſe conſummandam & dedicandam niſi in fine ſæculorum, poſtquam nulla ſupererit Eccleſia militans aut patiens?

R. Quia ut perfecta ſit Eccleſia triumphans, & conſummata beatitudine fruatur, neceſſe eſt, 1. Ut omnibus ſuis membris conſtet, adeoque in cælum introducti ſint omnes electi, qui ad finem uſque ſæculi victuri ſunt vel in Eccleſia militante, vel in Eccleſia patiente: 2. Ut juncta ſint iterum corpora animabus, veniantque in partem earum beatitudinis, ſicut fuerunt participes laborum & ærumnarum. Hoc autem non fiet niſi in mundi conſummatione.

§. 17.

---

1. Cor. 5. 8. Poſt animi e corpore exceſſum* ſtatim fit bonorum malorumque diſtinctio. Ducuntur enim ad loca, quæ eis digna ſunt, ab Angelis, bonorum quidem animi in paradiſum, ubi conſuetudo eſt, & aſpectus Angelorum & Archangelorum, viſio vero etiam conſervatoris Chriſti ex verbis his, *Peregrinari a corpore, & præſentes eſſe ad Dominum;* improborum autem ad inferorum loca.

S. IRENÆUS *adverſus Hæreſ. lib. 1. c. 2.* (*Deus*) Juſtis & æquis & præcepta ejus ſervantibus & in dilectione ejus perſeverantibus, quibuſdam quidem ab initio, quibuſdam autem ex pœnitentia vitam donans loco muneris confert, & claritatem æternam circumdat.

S. EPHIPHAN. *Hæreſ. 78. in fine.* Sancti ſunt in honore, quies ipſorum in gloria, profectio hinc in perfectione, ſors ipſorum in beatitudine, in manſionibus ſanctis, tripudium cum Angelis, diæta in cælo, gloria in honore incomparabili & perpetuo, bravia in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

THEODORET. *Lib. 8. ad Græcos.* Si cælum ſedes illorum eſt qui pie vixerunt: hunc profecto finem ſui curſus & Martyres jam conſequuti ſunt, his enim magis pium eſſe nihil poteſt ..... Ideoque majori forte merito perfruuntur Martyres, qui nunc & a cunctis late mortalibus honores ampliſſimos ferunt, & æternis ſunt inſigniti coronis.

S. JOH. DAMASCENUS *in Hiſt. de Barlaam & Joſaphat, in fine:* Vultui Domini nitide & nude præſentatur, illuſque gloriæ jam ante promiſſa ſibi corona exornatur.

S. PROSPER *ſeu* JULIANUS POMERIUS, *aut quis alius auctor lib. de Vita contempl. lib. 1. c. 1.* Quia ſecundum Scripturæ ſacræ ſermonem, tota humana vita tentatio eſt ſuper terram, tunc eſt tentatio finienda, quando finitur & pugna: & tunc eſt finienda pugna, quando poſt hanc vitam, pugnæ ſuccedet ſecura victoria, ut omnes milites Chriſti, qui uſque in finem vitæ præſentis divinitus adjuti ſuis hoſtibus inſatiabiliter reſtiterunt, laborioſa jam peregrinatione tranſacta regnent felices in patria: cujus hoc erit totum præmium, ut vitæ contemplativæ ſemel compos effecta, inexplebiliter auctorem beatitudinis ſuæ conſpiciat, de illo gaudeat, de illo quod ſperavit obtineat, & in eo, ad quod ſancte vivendo pervenerit, ſine fine permaneat.

AUCTOR *lib. Medit. quæ ſub* AUG. *nomine vulgo laudantur, cap.* 22. Felix anima quæ terreno reſoluta corpore libera cælum petit, ſecura eſt & tranquilla, non timet hoſtem, neque mortem, habet enim præſentem, cernitque indeſinenter pulcherrimum Dominum, cui ſervivit, quem dilexit, & ad quem tandem læta, & glorioſa pervenit.

Cap. 24. Per ipſum vos toga, qui vos elegit, qui vos tales fecit; de cujus pulchritudine jam ſatiamini, de cujus immortalitate jam immortales facti eſtis, de cujus beatiſſima viſione ſemper gaudetis.

S. THOMAS *Supplem. 3. part. Quæſt. 69. artic. 2. Utrum ſtatim poſt mortem animæ deducantur ad cælum vel ad infernum. Quarum objectionibus generaliter ſic reſpondet.*

Sed contra quod dicitur, 2. Cor. 5, *Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam conſervatam in cælis:* Ergo diſſoluta anima habet manſionem, quæ ei in cælis fuerat conſervata.

Præterea Philipp. 1. dicit Apoſtolus, *Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto.* Ex quo ſic arguit Gregorius *in 4. Dialog.* (*cap.* 25.) Qui ergo Chriſtum eſſe in cælo non dubitat, nec Pauli animum in cælo eſſe negat: ſed non eſt negandum Chriſtum eſſe in cælo; cum ſit articulus fidei: Ergo nec dubitandum eſt animas ſanctorum ad cælos ferri.

In corp. Reſpondeo dicendum quod ſicut in corporibus eſt gravitas vel levitas qua feruntur ad ſuum locum, qui eſt finis motus ipſorum, ita etiam eſt in animabus meritum vel demeritum, quibus perveniunt animæ ad præmium vel ad pœnam, quæ ſunt fines actionum ipſarum: Unde ſicut corpus per gravitatem vel levitatem ſtatim fertur in locum ſuum, niſi prohibeatur; ita animæ ſtatim, ſoluto vinculo carnis, per quod in ſtatu viæ detinebantur, præmium conſequuntur vel pœnam, niſi aliquid impediat: ſicut interdum impedit conſecutionem præmii veniale peccatum, quod prius purgari oportet; ex quo ſequitur quod præmium differatur. Et quia locus deputatur animabus ſecundum congruentiam præmii vel pœnæ, ſtatim ut anima abſolvitur a corpore, vel in inferno demergitur, vel ad cælos evolat, niſi impediatur aliquo reatu quo oporteat evolationem differri ut prius anima purgetur. Et huic veritati auctoritates Scripturæ canonicæ manifeſte atteſtantur, & documenta ſanctorum Patrum. Unde contrarium pro hæreſi eſt habendum; ut patet 4. Dial. (*hunc locum exſcripſimus ſupra*) & in libro de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 79. inter opera Auguſtini tom. 3. *vel* 8. ſic dicitur: *Poſt adſcenſionem Chriſti ad cælos omnium Sanctorum animæ cum illo ſunt, & exeuntes de corpore ad illum vadunt, exſpectantes reſurrectionem corporis ſui, ut ad integram & perfectam beatitudinem cum ipſo pariter immutentur,* &c. *Legendus* ESTIUS *in 4. Sentent. diſt. 45. a §. 2. ad 7.*

(D) CONC. FLORENT. *in Decreto Eugenii* Lætentur cæli, *pag.* 515. Diffinimus inſuper, .. animas, quæ poſt baptiſma ſuſceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus vel eiſdem exutæ corporibus, prout ſuperius dictum eſt, ſunt purgatæ, in cælum mox recipi, & intueri clare ipſum Deum trinum & unum, ſicuti eſt, pro meritorum tamen diverſitate alium alio perfectius . . .

CONC. TRIDENT. *Seſſ.* 25. Mandat ſancta Synodus omnibus Epiſcopis, fideles diligenter inſtruant, docentes eos, Sanctos una cum Chriſto regnantes orationes ſuas pro hominibus Deo offerre . . . Illos vero, qui negant Sanctos æterna felicitate in cælo fruentes invocandos eſſe .... vel ſtultum eſſe in cælo regnantibus voce vel mente ſupplicare, impie ſentire.

(E) S. AUG. *Lib.* 21. *de Civitate Dei, cap.* 13. Nos vero etiam in hac quidem mortali vita eſſe quaſdam pœnas purgatorias confitemur . . . (*quæ*) illis ſunt purgatoriæ qui eis coerciti corriguntur ... ſed temporarias pœnas

alii

§. 17. *De fine mundi, de Antichriſto, De Adventu Eliæ & Enoch, atenon de Converſione Judæorum.*

I. Quando nam mundus conſummabitur?

A *R. De die autem illa aut hora nemo ſcit.* (A)
Matth. 24. 36. & Mar. 13. 32. Hoc ſolum revelante Chriſto, & Apoſtolis & Prophetis ſcimus, quod nimirum *cœlum & terra tranſibunt*, & ſuccedent cæli novi & terra nova, quæ
Matth. 24. 35. & Luc. 21. 33. erit ſedes æterna Sanctorum. (B)

B *I.* Quid fiet in fine mundi

R. Hæc novimus Deo revelante futuris temporibus eventura ſub mundi finem.

Luc. 21. 10. & 11. 1. *Surget gens contra gentem & regnum adverſus regnum. Et terræ motus magni erunt per loca & peſtilentiæ & fames, terroreſque de cœlo & ſigna magna erunt.* (C)

C Matt. 24. 12. 2. *Quoniam abundavit iniquitas, refrigeſcet caritas multorum.*

Ibid. 14. 3. *Prædicabitur Evangelium regni in univerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus.*

4. Veniet Antichriſtus & dire perſequetur Eccleſiam.

5. Veniet Elias & Enoch ſuper terram.

6. Judæi convertentur ad Dominum.

I. Quid docet Scriptura de Antichriſto?

R. De Antichriſto multa reperiuntur in Scripturis: ex iis hæc pauca ſeligimus.

1. Erit is homo potentiſſimus, *homo peccati, filius perditionis, qui adverſabitur & extolletur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur.* 2. Theſſ. 11. 3. & 4.

2. *Ita ut in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus.* Ibid. 4.

3. Adverſus Eccleſiam ſuſcitabit perſecutionem acerbiorem & periculoſiorem omnibus quæ fuerint hactenus, & *veniet in omni ſeductione iniquitatis & plurimos ſecum trahet in perditionem.* (D) Ibid. 10.

D

4. *Adventus ejus erit ſecundum operationem Satanæ in omni virtute & ſignis & prodigiis mendacibus.* Ibid. 9.

5. An-

alii in hac vita tantum, alii poſt mortem, alii & nunc & tunc, verumtamen ante judicium illud ſeveriſſimum, noviſſimumque patiuntur.

Cap. 16. Quisquis igitur cupit pœnas evadere ſempiternas non ſolum baptizetur, verum etiam juſtificetur in Chriſto, ac ſic vere tranſeat a diabolo ad Chriſtum. Purgatorias autem pœnas nullas futuras opinetur, niſi ante illud ultimum, tremendumque judicium.

(A) ACTOR. 1. 7. ... Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.

(B) ISAII. LXV. 17. Ecce enim ego creo cælos novos, & terram novam: & non erunt in memoria priora, & non aſcendent ſuper eos.

LXVI. 22. Quia ſicut cæli novi, & terra nova, quæ ego facio ſtare coram me, dicit Dominus: ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum.

APOC. XXI. 1. Et vidi cælum novum, & terram novam. Primum enim cælum & prima terra abiit, & mare jam non eſt.

(C) MATTH XXIV. 27. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret uſque in Occidentem: ita erit & adventus Filii hominis ... 29. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commovebuntur. 30. Et tunc parebit ſignum Filii hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & majeſtate. 31. Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a ſummis cælorum uſque ad terminos eorum ... 33. Cum videritis hæc omnia, ſcitote quia prope eſt in januis. 34. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant.

MARC. XIII. 24. Sed in illis diebus, poſt tribulationem illam, ſol contenebrabitur, & luna non dabit ſplendorem ſuum, 25. & ſtellæ cæli erunt decidentes, & virtutes quæ in cælis ſunt movebuntur. 26. Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa & gloria. 27. Et tunc mittet Angelos ſuos, & congregabit electos ſuos a quatuor ventis, a ſummo terræ, uſque ad ſummum cæli ... 29. Cum videritis hæc fieri, ſcitote quod in proximo ſit in oſtiis.

LUC. XXI. 25. Et erunt ſigna in ſole, & luna & ſtellis, & in terris preſſura gentium præ confuſione ſonitus maris, & fluctuum: 26. Areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſupervenient univerſo orbi. Nam virtutes cælorum movebuntur: 27. & tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna, & majeſtate. 28. His autem fieri incipientibus, reſpicite & levate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra.

S. HIPPOLYT. Epiſc. & Mart. *de Conſummat. mundi, ſeu cujuslibet alterius, IV. ut videtur, ſeculi auctoris. Orat. tom. 3. Biblioth. PP. Pariſ. ann.* 1624. *pag.* 345. *& edit. Colon. ann.* 1618. *tom. 3. p.* 12. *& ſeq.* Audi Oſeam grandiloquia fundentem: *In diebus illis inducet Dominus a deſerto ventum uredinis contra illos, deſiccabit venas eorum, & deſertos faciet fontes eorum, & univerſa vaſa deſiderabilia delebuntur: Quia reſtiterunt contra Deum, in gladio cadent; & quæ ex eis prægnantes fuerint diſrumpentur.* Ecquis alius ventus uredinis a deſerto, quam Antichriſtus, qui temporibus ſuis deleturus eſt & deſiccaturus venas aquarum & fructus arborum, propterea quod homines ampleni ſunt opera ejus. Itaque delebit eos, ipſique ſervient in impuritate illius ... Hæc prænarravimus ut intelligatis cruciatum & perturbationem extremis futuram temporibus, omniumque hominum inter ſe vivendi conſuetudinem, invidiam, odium, contentionem, Paſtorum in ovibus negligentiam, populi erga Sacerdotes animum immorigerum: ita omnes ſuo arbitratu vivent. Filii manus injicient in parentes, uxor virum ſuum tradet in mortem, vir uxorem ſuam ut ream tradet in judicium, domini in ſervos ſuos erunt inhumani, ſervi in dominos animum gerent inobedientem, ſenis canitiem nemo reverebitur, juvenilis formæ nemo miſerebitur. Templa divina domorum inſtar erunt, locis omnibus everſiones fient Eccleſiarum, Scripturæ contemnentur; hoſtes illius cantica ubique decantabunt. Poſt hæc ſtupra, adulteria, perjuria, incantationes, divinationes magno impetu ſtudioque ſequentur ... Tunc exurgent falſi Apoſtoli, falſique Prophetæ; homines impoſtores, corruptores, malefici, mentientes alius ad alium, adulteri, ſtupratores, rapaces, avari, perjuri, detractores, Paſtores ſicut quaſi lupi, Monachi expetent quæ ſunt mundi, divites animum expertem miſericordiæ induent, pauperi non ſuccurrent Principes; Potentes miſerationes abjicient; Judices juſtum auferent ea juſto, muneribusque excæcati injuſtitiam probabunt ... Terræ motus erunt per regiones, tonitrua, venti, horrenda fulgura, quæ domos agrosque exurent; procellæ ventorum, quæ terram ac mare ſine modo perturbabunt: terræ ſterilitates, ſonitus maris, intolerabilis commotio ob interitum tam animarum quam hominum: ſigna in ſole, ſigna in luna, ſiderum de via deflexiones, anguſtiæ gentium, aeris intemperies, grandinis emiſſiones ſuper faciem terræ, hyemes inordinatæ, diverſa frigore, ardores qui ſedari nequeant, repentina fulmina, inſperata incendia: & ut ſemel dicam, gemitus, & planctus univerſæ terræ conſolatione carentis.

(D) S. HIPPOLYT. *de Conſummat. mundi, p.* 15. *vel* 357. Lugebit univerſa terra vitam cruciatuum plenam, lugebit mare, lugebit aer, lugebunt animantes, feræ cum volatilibus, lugebunt montes & colles ac ligna campi propter genus hominum, eo quod omnes defecerint a ſancto tuo, & crediderint impoſtori illi, ſuſcepto charactere impuri illius & hoſtis Dei, loco vivificæ crucis Salvatoris. Lugebunt etiam Eccleſiæ luctum magnum, quia nec oblatio, nec ſuffitus fiet, nec cultus Deo gratus. Sed Eccleſiarum ædes ſacræ, tugurii inſtar erunt: pretioſumque Corpus & Sanguis Chriſti non extabit in diebus illis, Liturgia extinguetur, Pſalmorum decantatio ceſſabit, Scripturarum recitatio non audietur: ſed

erunt

Digitized by Google

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 17.

Dan. 11. 35. 5. *Auferet juge ſacrificium*, hoc eſt, ſacrificium Corporis, & Sanguinis Domini, quod quotidie offertur in Eccleſia, offerri prohibebit in omnibus locis ſuæ ditioni ſubjectis. Licet enim hæc verba de Antiocho dicta ſint a Daniele, tamen in eo Antiochum a Propheta pronuntiari ut typum Antichriſti conſtans eſt omnium SS. Patrum interpretatio (E).

E

6. Non erit diuturna Antichriſti perſecutio, nec ultra annos tres cum dimidio producetur, ut ex multis Scripturarum teſtimoniis colligere licet. (F)

F

2. Theſſ. 11. 8. 7. *Antichriſtum Dominus Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione adventus ſui eum.*

Ibid. 3. 8. Antequam *reveletur* ille *homo peccati*, *veniet diſceſſio primum*, id eſt, ſegregatio ab Eccleſia, & apoſtaſia maxima. Utrum hæc diſceſſio, & apoſtaſia jam facta fuerit necne non conſtat. Forte ſectam Mahumetanorum, forte ſchisma Græcorum, forte diſceſſionem Lutheranorum & Calvinianorum intelligit Apoſtolus: forte etiam intelligit diſceſſionem omnium omnino Hæreticorum & Schismaticorum ab Eccleſia, ut ſenſus ſit tunc venturum Antichriſtum, cum omnes Hæretici & Schismatici, qui proditurí erant ad finem uſque ſæculi, ab Eccleſia diſceſſerint; juxta quem ſenſum venturus eſt Antichriſtus poſt ultimæ Hæreticorum aut Schismaticorum ſectæ diſceſſionem.

9. Denique, ut ex ſupradictis colligitur, non veniet Antichriſtus niſi in fine ſæculorum, poſtquam annunciatum fuerit Evangelium in univerſo orbe, paulo ante ultimum Chriſti adventum. (G) G

I. Ces-

ceſſat apud homines tenebræ, lamentatio ſuper lamentationem, væ ſuper væ.

S. AUGUST. *in Pſalm.* IX. *num.* 27. Tertia (*Eccleſiæ perſecutio*) ſupereſt per Antichriſtum ventura, qua nihil eſt periculoſius: quoniam & violenta & fraudulenta erit. Vim habebit in imperio, dolum in miraculis.

(E) *Vide ſupra ſect.* I. *cap.* IV. §. 22. *allatas auctoritates Patrum, ut & infra afferendas hoc* §.

(F) DANIEL. XII. 7. In tempus, & tempora, & dimidium temporis ... 11. Et a tempore cum ablatum fuerit juge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille ducenti nonaginta. 12. Beatus, qui expectat, & pervenit uſque ad dies mille trecentos triginta quinque.

APOCALYPS. XI. 2. Civitatem ſanctam calcabunt menſibus quadraginta duobus: & dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta.

S. HIPPOLYT. *de Conſummat. mundi*, *pag.* 14. *vel* 353. Tres annos cum dimidio regnabit Antichriſtus ſuper terram: poſt auferetur regnum ejus & gloria ... Neque tamen eo tempore miſericors, & hominum amans Deus relinquet humanum genus omni conſolatione deſtitutum, ſed decurtabit dies illos & tempus trium annorum & ſemis, conciſum reddet, propter reliquias latitantium in montibus & ſpeluncis. Ne phalanx illa Sanctorum illorum omnium deficiat, ſed dies illi celeriter tranſibunt: ſeductoris & Antichriſti regnum citò tolletur ... Deinde in ictu oculi præteribit ſpecies mundi hujus; hominumque potentia evacuabitur, & cuncta quæ cadunt ſub oculos delebuntur.

M. BOSSUET Eveque de Meaux, *Explicat. ſur l'Apocalypſe*, *chap.* XX. *verſ.* 7. Ab hoc Tyranno (Antiocho) Patrum omnium ſententia Antichriſtus expreſſus & repræſentatus.

Sur le verſ. 8. Oportet itaque hic intelligere ſpiritualem Civitatem, qualis eſt Eccleſia, & campum ſpiritalem, qui eſt ſocietas filiorum Dei mortali carne adhuc indutorum, atque tentationis loco per conſequens etiam bellum & pugnam ſpiritualem, quali nos Hæretici laceſſere non ceſſant, quæque verſus ſæculorum finem nova rabie crudelior fiet. Affirmare nolo, nullas futuras pugnas inter Chriſtianos Reges & Antichriſtum ..... Neque imaginari oportet, inquit D.

S. Auguſt. de Civit. 20. 11. Auguſtinus, in eum tantummodo locum, quo obſidetur, Eccleſiam veluti civitatem quamdam eſſe redactam. Ipſa ſemper, addit, per totum terrarum orbem diſſeminata vigebit: ipſius quoque hoſtes ubique erunt, verum ubicumque erunt hoſtes, ſanctorum quoque acies, Civitaſque Deo cara erit.

Sur le verſ. 14... Tremore concutior, dum quæ futura ſunt conſidero. Quod certo affirmare me poſſe reor illud eſt, poſtremam hanc perſecutionem, quoquo modo violentam, eo magis ſpectaturam, ut homines decipiat & ſeducat; ita enim D. Paulus prodigia, ſigna fallacia, illuſiones futuras prænuntiat. Divus quoque Joannes ſeductionem prævalituram prævidet, de effuſo ſanguine verba minima faciens, quemadmodum per totum librum fecerat, ipſeque Jeſus Chriſtus; magna prodigia & fallacia miracula erunt, ut in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi.

2. Theſſal. 11. 9.
Apoc. 20. 3. 7. & 9.
Mat. 24. 24.

Duas igitur in Eccleſia perſecutiones conſidero; *primam*, cum ortum habuit, ſub Romano imperio, in qua vis prævalere debebat; *alteram* in fine ſæculorum in qua regnum ſeductionis erit; non quaſi ſine vi futura ſit, quemadmodum neque illa paganæ Romæ, in qua vis dominata eſt, ſine ſeductione fuit; verum utraque ab eo quo excelluit nomen accipere debet, & ſub Antichriſto ſunt expectanda ſigna magis fallacia quam unquam viſa ſint, quæ malitia maxime occulta, hypocriſis maxime fucata, lupique pellis ab agnina pelle mire tecta comitabitur. Qui ſe Reformatores prædicant, videant ne ſimulata benignitas ſpecioſique prætextus, quibus a principio ſuam vim, ſuumque ſchisma tegere voluerunt, hujus ſeductionis nuntii fuerint.

Illud etiam compertum eſſe reor, poſtremam hanc perſecutionem brevi duraturam, Deumque illi, non ſecus ac cæteris, fines præſcripturum. Quod D. Joannes nobis explicuit, cum Diabolum modico tempore ſolvi oportere aſſerit: verum perſecutionem hanc tribus præciſe annis cum dimidio duraturam neque negare audeo, eorum exemplum ſecutus, qui conjectura ducti negarunt, neque earum conjecturas dogmatis loco habere. Eorum itaque quæ futura ſunt curam & ſcientiam Deo relinquo, tentationem hanc brevem fore cum D. Joanne affirmare contentus. Apoc. 20. 3.

(G) MATTH. XXIV. 14. Prædicabitur hoc Evangelium regni in univerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus: & tunc veniet conſummatio.

MARC XIII. 10. In omnes gentes primum oportet prædicari Evangelium.

ORIGEN. *Lib.* 6. *contra Celſ.* Quæ de Antichriſto diximus omnes SS. PP. teſtantur. Cæterum prophetia deſignans eum (*Antichriſtum*) apud Danielem extat, efficax ad movendam prudenti & candido lectori admirationem, cum ibi tam vere prædicatur divinitus de futuris regnis, incipiendo a Danielis temporibus & deinceps uſque ad mundi interitum, cum licet cuilibet legere. Verum de Antichriſto vide an non ſic loquatur: Ultimis regni eorum temporibus, completis jam eorum peccatis exorietur rex impudens facie, & intelligens problemata: & roborabitur fortitudo ejus & deſtruet mirabilia, proſperabitur & res geret, & interficiet potentes, ſanctumque populum, & jugum vinculorum ejus proſperabitur. Dolus in manibus ejus, corde ſuo extolletur, perdetque multos dolis circumventos: & inſtabit in multorum perniciem, quos non aliter quam una manu conteret. Ceterum quod ex Paulo citavimus dicente ſeſſurum eum in templo Dei, & oſtentaturum ſe pro Deo, id in Danielis libro ſic legitur: Et in templo abominatio deſolationis uſque ad conſummationem temporis, conſummatio dabitur ad deſolationem.

S. HIERONYM. *in cap.* 7. *Daniel. p.* 1101. *t.* III. Putemus (*Antichriſtum*) unum de hominibus, in quo totus Satanas habitaturus ſit corporaliter ... Eſt enim homo peccati, Filius perditionis, ita ut in templo Dei ſedere audeat, faciens ſe quaſi Deum.

Pag. 1103. *Et ſermones contra Excelſum loquetur*, &c. Sive ut interpretatus eſt Symmachus: *Sermones quaſi Deus loquetur*, ut qui Dei aſſumit potentiam, verba quoque divinæ ſibi vindicet majeſtatis. *Et ſanctos Altiſſimi conteret. & putabit quod poſſit mutare tempora, &* Dan. 12. 7.
leges. Præliabitur enim Antichriſtus contra Sanctos, & ſuperabit eos: in tantamque erigetur ſuperbiam, ut leges Dei, & ceremonias mutare conetur, & elevetur ſu-

pra

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 17.

pra omnia quod dicitur Deus, Religionem conſtam ſue ſubjiciens poteſtati. *Et tradentur in manus ejus uſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Tempus *annum* ſignificat: tempora, juxta Hebraici ſermonis proprietatem, qui & ipſi duolem numerum habent, *duos annos* præfigurant. Dimidium autem temporis, *ſex menſes*: quibus ſancti poteſtati Antichriſti permittendi ſunt.

Comm. in Dan. 1. c. 1. p. 1127. Noſtri hæc omnia de Antichriſto prophetari arbitrantur, qui ultimo tempore futurus eſt... Quumque multa quæ poſtea lecturi & expoſituri ſumus, ſuper Antiochi perſona conveniant, typum eum volunt Antichriſti habere: & quæ in illo ex parte præceſſerint, in Antichriſto ea toto eſſe complenda. Antichriſtus peſſimum Regem Antiochum, qui ſanctos perſecutus eſt, templumque violavit, recte typum ſui habuiſſe credendus eſt.

Pag. 128. Antichriſtus naſciturus eſt de populo Judæorum & de Babylone venturus...

Pag. 1129. De Antichriſto nullus ambigit quin pugnaturus ſit adverſus Teſtamentum ſanctum: hæc autem ſub Antiocho Epiphane in imagine præceſſerunt, ut Rex ſceleratiſſimus, qui perſequutus eſt populum Dei, præfiguret Antichriſtum, qui Chriſti populum perſequuturus eſt... qui ſeſſurus eſt in templo Dei, & ſe facturus ut Deum... In Machabæis legimus, quod quidam (*Judæi*) ſimulaverint ſe legis Dei eſſe cuſtodes, & poſtea cum gentibus pactum fecerint: alii vero permanſerint in religione: quod & Antichriſti temporibus futurum arbitror, quando refrigeſcet charitas multorum. Judæi putant quod... ſorrecturus ſit Rex qui faciat juxta voluntatem ſuam, & elevetur contra omne quod dicitur Deus & adverſus Deum Deorum loquatur magnifica: ita ut ſedeat in templo Dei; & ſe ipſum faciat Deum, & diligatur voluntas ejus donec compleatur ira Dei; quia in ipſo erit conſummatio. Quod quidem & nos de Antichriſto intelligimus... *Per concupiſcentiam feminarum non intelligat*, de Antichriſto interpretatio eſt, quod ideo ſimulet caſtitatem ut plurimos decipiat... *Deum quem ignoraverunt Patres ejus, colet:* hoc magis Antichriſto, quam Antiocho convenit... Antichriſtus multa deceptis munera largietur, & terram ſuo exercitui dividet, quosque terrore non quiverit, ſubjugabit avaritia... Veniet uſque ad ſummitatem... montis Oliveti, qui inclytus vocatur: quia ex eo Dominus, atque Salvatur adſcendit ad Patrem; & nullus Antichriſto poterit auxiliari contra ſe Domino ſæviente. Et aſſerunt ibi Antichriſtum eſſe periturum unde Dominus aſcendit ad cælos.

Quæſt. XI. *ad Algaſium Tom.* IV. *parte* 1. *alias Epiſt.* 151... Duos autem eſſe adventus Domini Salvatoris, & omnia Prophetarum docent volumina, & Evangeliorum fides; quod primum in humilitate venerit, & poſtea ſit venturus in gloria ipſo Domino proteſtante, quæ ante conſummationem mundi ventura ſint, & quomodo venturus Antichriſtus, quando loquitur ad Apoſtolos: *Surgent enim pſeudo-Chriſti & pſeudo-Prophetæ, & dabunt ſigna, & prodigia; ita ut in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi*... Rurſum de Antichriſto loquitur ad Judæos: *Ego veni in nomine Patris mei, & non credidiſti mihi; ſi alius venerit in nomine ſuo, illum ſuſcipietis*... Exponit (*Apoſtolus Paulus Epiſt.* II. *ad Theſſalon.*) quæ ante adventum Chriſti debeant preſtolari, ut cum illa facta viderint, tunc ſciant Antichriſtum, id eſt, hominem peccati, & filium perditionis, qui adverſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei ſedeat, eſſe venturum. Niſi, inquit, venerit diſceſſio primum, quod Græce dicitur ἀποστασία ut omnes gentes quæ Romano imperio ſubjacent, recedant ab eis, & revelatus fuerit, id eſt, oſtenſus (quem omnia Prophetarum verba prænuntiant) homo peccati, in quo fons omnium peccatorum eſt, & filius perditionis, id eſt, diaboli: ipſe eſt enim univerſorum perditio, qui adverſatur Chriſto, & ideo vocatur Antichriſtus; & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus ut cunctarum gentium Deos, ſive probatam omnem & veram religionem ſuo calcet pede: & in templo Dei, vel Hieroſolymis (ut quidam putant) vel in Eccleſia (ut verius arbitramur) ſederit, oſtendens ſe tamquam ipſe ſit Chriſtus & Filius Dei: niſi, inquit, fuerit Romanum Imperium ante deſolatum, & Antichriſtus præceſſerit, Chriſtus non veniet: qui ideo ita venturus eſt ut Antichriſtum deſtruat... Dicebam vobis, Chriſtum non eſſe venturum, niſi præceſſiſſet Antichriſtus .... quod ſequitur: *Jam enim myſterium operatur iniquitatis,*

Mat. 24. 11. 14.

...h. 5. 23.

...Theſſ. 2. 3. & ſeq.

...bid. 7.

tantum ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat: & tunc revelabitur ille iniquus, hunc habent ſenſum: Multis malis atque peccatis, quibus Nero impuriſſimus Cæſarum mundum premit, Antichriſti parturitur adventus: & quod ille operaturus eſt poſtea, in iſto ex parte completur: tantum ut Romanum Imperium, quod nunc univerſas gentes tenet, recedat & de medio fiat: & tunc Antichriſtus veniet, fons iniquitatis, quem Dominus Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui, divina videlicet poteſtate & ſuæ majeſtatis imperio, cujus juſſiſſe, feciſſe eſt; non in exercitus multitudine, non in robore militum, non in Angelorum auxilio; ſed ſtatim ut ille advenerit, interficietur Antichriſtus. Et quomodo tenebræ ſolis fugantur adventu; ſic illuſtratione adventus ſui eum Dominus deſtruet, atque delebit, cujus opera, Satanæ ſunt opera: & ſicut in Chriſto plenitudo divinitatis fuit corporaliter; ita & in Antichriſto omnes erunt fortitudines, & ſigna & prodigia; ſed univerſa mendacia.... Mendacium Antichriſti, Chriſti veritas devorabit: ſeducentur autem ejus mendacio qui perditioni ſunt præparati... Qui ergo caritatem & veritatem non receperunt, ut Salvatore ſuſcepto ſalvi fierent, mittet illis Deus non operatorem, ſed ipſam operationem, id eſt, fontem erroris, ut credant mendacio: quia mendax eſt ipſe, & pater ejus... Nunc autem ideo judicandi ſunt, immo proculdubio condemnandi: quia Chriſti veritate contempta, poſtea mendacium, id eſt, Antichriſtum ſuſcepturi ſunt.

S. Aug. *in Pſ.* IX. *n.* 22. Multum iraſcitur (*Deus*) dum non exquirit, dum quaſi obliviſcitur, & non attendit peccata, & per fraudes & ſcelera ad divitias honoresque pervenitur: quod maxime in illo Antichriſto eventurum eſt, qui uſque adeo beatus videbitur hominibus, ut etiam Deus putatur.

N. 23. Ita enim traditur quod reges omnes ſuperaturus ſit, & ſolus regnum obtenturus: quando etiam ſecundum Apoſtolum, qui de illo prædicat, In templo Dei ſedebit, extollens ſe ſuper omne quod colitur, & quod dicitur Deus. 2. *Theſſ.* II. 4.

N. 24. Et quoniam traditus in concupiſcentiam cordis ſui, & damnationi ultimæ deſtinatus, per neſarias artes ad illud vanum & inane culmen dominationemque venturus eſt. 2. *Theſſ.* II. 4.

N. 27. *Vide litt.* (D) *hocce* §.

Lib. 20. *de Civit. Dei. cap.* 19. *num.* 2. Nulli dubium eſt eum (*Paulum Apoſtolum*) de Antichriſto iſta dixiſſe; diemque judicii, hunc enim appellat diem Domini, non eſſe venturum, niſi ille prior venerit, quem refugam vocat, utique a Domino Deo. Quod ſi de omnibus impiis merito dici poteſt, quanto magis de iſto? Sed in quo Templo Dei ſit ſeſſurus, incertum eſt: utrum in illa ruina Templi, quod a Salomone Rege conſtructum eſt; an vero in Eccleſia. Non enim Templum alicujus idoli aut dæmonis, Templum Dei Apoſtolus diceret. Unde nonnulli, non ipſum principem, ſed univerſum quodammodo corpus ejus, id eſt, ad eum pertinentem hominum multitudinem ſimul cum ipſo ſuo principe hoc loco intelligi Antichriſtum volunt.

N. 3. *Et tunc revelabitur iniquus:* quem ſignificari Antichriſtum nullus ambigit. Alii vero, quod ait, *Quid detineat ſcitis, & myſterium operari iniquitatis*, non putant dictum, niſi de malis & fictis, qui ſunt in Eccleſia, donec perveniat ad tantum numerum, qui Antichriſto magnum populum faciat; & hoc eſſe myſterium iniquitatis, quia videtur occultum. Hortari autem Apoſtolum fideles, ut in fide quam tenent, tenaciter perſeverent, dicendo, *Tantum qui modo tenet, teneat; donec de medio fiat:* Hoc eſt, donec exeat de medio Eccleſiæ myſterium iniquitatis, quod non occultum eſt. Ad ipſum enim myſterium pertinere arbitrantur, quod ait in Epiſtola ſua Johannes Evangeliſta: *Pueri, noviſſima hora eſt; & ſicut audiſtis, quod Antichriſtus ſit venturus; nunc autem Antichriſti multi facti ſunt: unde cognoſcimus quod noviſſima ſit hora. Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis. Quod ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utique nobiſcum.* Sicut ergo ante finem in hac hora, inquiunt, quam Johannes noviſſimam dicit, exierunt multi Hæretici de medio Eccleſiæ, quos multos dicit Antichriſtos; ita omnes tunc inde exibunt, qui non ad Chriſtum, ſed ad illum noviſſimum Antichriſtum pertinebunt, & tunc revelabitur... 2. *Theſſ.* II. 8. *Ibid.* 7.

N. 4. Non veniet ad vivos & mortuos judicandos Chriſtus, niſi prius venerit ad ſeducendos in anima mortuos adverſarius ejus Antichriſtus, quamvis ad occultum jam

judi-

I. Certumne eſt Antichriſtum nondum veniſſe ?

R. Nominis *Antichriſti* ſignificatio duplex. Altera generalis, ſpecialis altera. Secundum priorem ſignificationem Antichriſtus dicitur quisquis oppoſitus Chriſto. Quo ſenſu Hæretici dicuntur Antichriſti in Scripturis, & mundus ipſe Antichriſtus eſt, mundus enim oppoſitus ſemper fuit & erit Chriſto. Itaque juxta illum ſenſum Antichriſti multi ſunt, & jam venit Antichriſtus, ut ſæpius ait Johannes Apoſtolus. (H)

H Sed ſi ſumatur Antichriſtus juxta ſpecialiorum ſignificationem, pro impio illo homine, qui ſuſcitaturus eſt ultimam perſecutionem, & cujus notas & caracteres ſupra expoſuimus ex Scripturis, certum eſt Antichriſtum nondum veniſſe: nullus enim hactenus extitit, cui omnes illi caracteres ſimul ſumpti convenire poſſint.

Ad coercendam ergo inſaniam & impudentiam quorumdam ex recentioribus Hæreticis, qui aſſerere non verentur ſummum Pontificem, quia Papa dicitur, eſſe illum Antichriſtum, de quo loquitur Apoſtolus in ſecunda Epiſtola ad Theſſalonicenſes, dicendum eſt illos eſſe vere Antichriſtos, qui tam putidum mendacium proferre non dubitent. Id facile probatur.

1. Summus Pontifex dici non poteſt Antichri-

2. Theſſ. II. 9. Judicium Dei pertineat, quod ab illo ſeducentur. *Præſentia quippe ejus erit ſecundum operationem Satanæ, in omni virtute, & ſignis & prodigiis mendacii, & in omni ſeductione iniquitatis, his qui pereunt.* Tunc enim ſolvetur Satanas, & per illum Antichriſtus in omni ſua virtute mirabiliter quidem, ſed mendaciter operabitur... Quæ ſolet ambigi, utrum propterea dicta ſint ſigna & prodigia mendacii, quoniam mortales ſenſus per phantaſmata decepturus eſt; ut quod non facit, facere videatur: an quia illa ipſa, etiam ſi erunt vera prodigia, ad mendacium pertrahent credituros non ea potuiſſe niſi divinitus fieri, virtutem diaboli neſcientes; maxime quando tantam, quantam numquam habuit, acceperit poteſtatem...

Ibid. 10. *Ideo mittet illis Deus operationem erroris ut credant mendacio:* Deus enim mittet; quia Deus diabolum facere iſta permittet, juſto ipſe judicio, quamvis faciat ille iniquo, malignoque conſilio.

Ibid. 11. *Ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.* Proinde judicati ſeducentur, & ſeducti judicabuntur. Seducti autem judicabuntur noviſſimo manifeſtoque judicio per Jeſum Chriſtum, juſtiſſime judicaturum.

Cap. 23. *num.* 1. Daniel de hoc ultimo judicio ſic prophetat, ut Antichriſtum prius quoque venturum eſſe prænuntiet, atque ad æternum regnum Sanctorum perducat narrationem ſuam. Cum enim viſione Prophetica quatuor beſtias ſignificantes quatuor regna vidiſſet; ipſumque quartum a quodam rege ſuperatum, qui Antichriſtus agnoſcitur; & poſt hæc æternum Regnum Filii hominis qui intelligitur Chriſtus... Quatuor illa regna expoſuerunt quidam Aſſyriorum, Perſarum, Macedonum, & Romanorum. Quam vero convenienter id fecerint... qui noſſe deſiderant, legant Presbyteri Hieronymi librum in Danielem, ſatis diligenter eruditeque conſcriptum. Antichriſti tamen adverſus Eccleſiam ſæviſſimum regnum, licet exiguo ſpatio temporis ſuſtinendum, donec Dei ultimo judicio regnum Sancti accipiant ſempiternum, qui vel dormitans hæc legit, dubitare non ſinitur. Tempus quippe & tempora & dimidium temporis; annum unum eſſe & duos & dimidium, ac per hoc tres annos & ſemiſſem etiam numero dierum poſterius poſito dileceſcit.

S. GREG. MAGN. Papa *Lib.* 15. *moral. in Job. c.* 36.... Vidit enim (*Job*) quod in fine mundi Satan hominem ingrediens, quem ſacra Scriptura Antichriſtum appellat tanta elatione extollitur, tanta virtute principatur, tantis ſignis & prodigiis in ſanctitatis oſtenſione elevatur, ut argui ab homine ejus facta non valeant: quia cum poteſtate terroris adjungit etiam ſigna oſtenſæ ſanctitatis.... Sed tamen ejus viam non ſolum Elias & Enoch qui in ejus exprobrationem in medium deducuntur, ſed etiam omnes electi arguunt, dum contemnunt, dum virtute mentis ejus malitiæ reſiſtunt... Multi enim nunc vias Antichriſti dijudicantes corripiunt: ſed hoc quaſi in ejus abſentia faciunt, dum illum arguunt, quem adhuc ſpecialiter non intuentur. Cum vero in illo damnando homine venerit, quisquis eum arguit, cujus vires & conſpicit & contemnit, vel certe viam ejus arguere, eſt proſperitatem curſus ejus æterno ſupplicio interveniente turbare. Quod quia ſolus Dominus propria virtute facturus eſt: de quo ſcriptum eſt: Quem Dominus Jeſu

2. Theſſ. II. 8. interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione adventus ſui... Qui ſolus illi perdito homini quæ fecit reddet, dum poteſtatem ejus tam validam per adventum ſuum æterna damnatione contriverit.

Cap. 29.... Et nunc innumerabiles rapit, cum falſitatis ſuæ ſtupenda hominibus ſigna non exhibet. Cum vero coram carnalium oculis miranda eis prodigia fecerit; poſt ſe tunc non innumerabiles, ſed omnes trahit: quia qui bonis præſentibus delectantur, poteſtati illius ſe abſque retractione ſubjiciunt... Poſt ſe enim omnem hominem trahit: quia in tribus annis & dimidio, omnes quos in ſtudiis vitæ carnalis invenerit jugoque dominationis aſtringit: ante ſe vero innumerabiles traxit per quinque millia & adhuc amplius annorum curricula.

S. HIPPOLYT. Epiſc. & Mart. *Lib. de conſumm. mundi pag.* 14. *vel* 352. Ille certo naſciturus eſt e tribu Dan, elatus corde poſtea incipiet exaltare ſe ipſum & glorificare tamquam Deum, perſecutione Sanctos & blaſphemia Chriſtum inceſſens..... Judaicam gentem amabit, apud eos omnes ſigna edet, & horrenda miracula, non vera ſed falſa ad ſeducendos ſui ſimiles impios. Etenim ſi fieri poteſt, etiam electos abducet a dilectione Chriſti. Verum in primordiis ſuis clemens erit, factus ad dilectionem, quietus, religioſus, pacificus, qui odio proſequatur injuſtitiam, deteſtetur munera, idololatriam non admittat, amet Scripturas, revereatur Sacerdotes, canitiem honori habeat, ſcortationem repudiet, adulterium abominetur, obtrectationes non audiat, pejerationes non recipiat; hoſpitalis, ſtudioſus pauperum, miſericors. Poſtea edet prodigia, leproſos mundando, paralyticos excitando, expellendo dæmones, longinqua non aliter quam præſentia denunciabit, excitabit mortuos, viduis opem feret, pupillos tuebitur, cunctos diliget, conciliabit homines... Non poſſidebit aurum, nec diliget argentum, divitias non amplectetur, atque hæc omnia faciet conſilio ſimulato, ac fraudalento: quo circumveniat omnes, ut ſe regem creent..... Poſtea extollet animum... evadet ferox... fiet immiſericors... ſuperbus atque inhumanus evadet.... juſtos perſequetur... bellum inſtruet, itaque tres magnos reges percutiet, Ægyptiorum, Afrorum, atque Æthiopum. Inde templum conſtruet Hieroſolymis, quod confeſtim exeitatum tradet Judæis. Tum.... in Deum ipſum contumelioſa verba proferet, ſperans doloſus ille ſe perpetuo in poſterum regnaturum ſuper terram; ignorans miſer regnum ſuum brevi irritum fore, & quam primum ſe percepturum ignem paratum ipſi cum omnibus qui crediderint & ſervierint illi.

(H) 1. JOHAN. II. 18. Filioli, noviſſima hora eſt: & ſicut audiſtis quia Antichriſtus venit, & nunc Antichriſti multi facti ſunt: unde ſcimus, quia noviſſima hora eſt. 19. Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis, nam ſi fuiſſent ex nobis permanſiſſent utique nobiſcum, ſed ut manifeſti ſint quoniam non ſunt omnes ex nobis... 22. Quis eſt mendax, niſi qui negat quoniam Jeſus eſt Chriſtus? Hic eſt Antichriſtus qui negat Patrem, & Filium.

IV. 3. Omnis Spiritus, qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt; & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis quoniam venit, & nunc jam in mundo eſt.

2. JOHAN *verſ.* 7. Quoniam multi ſeductores exierunt in mundum, qui non confitentur Jeſum Chriſtum veniſſe in carnem: hic eſt ſeductor, & Antichriſtus.

S. AMBROS. *Lib.* 10. *Expoſ. Evang. Luc. numer.* 21. Eſt etiam tertius Antichriſtus, aut Arrius, aut Sabellius: immo omnes ſunt Antichriſti quia prava nos interpretatione ſeducunt. Et ideo *qui legit intelligat*: Mat. 23. 15.
qui intelligit non ſeducatur, ut credat falſa pro veris, more utique Judæorum, qui verum Chriſtum negaverunt; unde conſequens erit ut credant verum eſſe qui falſus eſt: ſic & Arriani, quod negant Chriſto, Antichriſto non negabunt.

S. AUGUST. *In Epiſt. Johan. cap.* 2. *Tract.* 3. *n.* 4. Quos dixit

tichriſtus, niſi ſupponatur Eccleſia eo uſque corruptionis prolapſa eſſe, ut ejus caput viſibile, cui quidem adhæret & adhæſit ſemper, factus ſit dux & caput hoſtium Chriſti. At qui hæc dixerit is manifeſte contradicit & opponitur Chriſto, qui promiſit ſe nunquam derelicturum Eccleſiam, nunquam eam periturum, nunquam adverſus eam portas inferi eſſe prævalituras. Antichriſtus eſt qui contradicit & opponitur Chriſto. Ergo Antichriſtus eſt qui audet aſſerere Papam eſſe Antichriſtum.

2. Quicumque ſanæ mentis eſt, is facile intelligit in ipſa meridiana luce cæcutire qui caracteres Antichriſti ſummo Pontifici convenire contendat. PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 17.

3. Inter eruditiores Proteſtantes qui ſcripſere ſincerius, illi ultro confeſſi ſunt nullo fundamento niti aſſertionem eorum qui dicere auſi ſunt Papam eſſe Antichriſtum. (I) I

I. Certumne eſt Eliam & Enoch eſſe venturos ſub fine mundi?

R. Id Scriptura & Traditione conſtat: ideoque

que

1. Joh. 12. 19 dixit Antichriſtos? Sequitur, & exponit. *Unde cognoſcimus quod noviſſima ſit hora.* Unde? Quia Antichriſti multi facti ſunt. Ex nobis exierunt: Videre Antichriſtos. *Ex nobis exierunt:* Ergo plangimus damnum. Audi conſolationem: Sed non erant ex nobis. Omnes Hæretici, omnes Schiſmatici ex nobis exierunt, id eſt, ex Eccleſia exierunt; ſed non exirent, ſi ex nobis eſſent. Antequam exirent ergo, non erant ex nobis. Si antequam exirent, non erant ex nobis; multi intus ſunt, non exierunt, ſed tamen Antichriſti ſunt. Audemus hoc dicere: ut quid, niſi ut unusquiſque cum intus eſt, non ſit Antichriſtus? Deſcripturus enim, & deſignaturus eſt Antichriſtos: & videbimus eos nunc. Et interrogare debet unusquiſque conſcientiam ſuam, an ſit Antichriſtus. Latine enim Antichriſtus, contrarius eſt Chriſto. Non quomodo nonnulli intelligunt Antichriſtum ideo dictum, quod ante Chriſtum venturus ſit, id eſt poſt eum venturus ſit Chriſtus: non ſic dicitur, nec ſic ſcribitur; ſed Antichriſtus: id eſt, contrarius Chriſto. Jam quis ſit contrarius Chriſto, nunc advertitis ipſo exponente, & intelligitis non poſſe exire foras niſi Antichriſtos; eos autem qui non ſunt Chriſto contrarii, foras exire nullo modo poſſe. Qui enim non eſt Chriſto contrarius, in corpore ipſius hæret, & membrum computatur. Numquam ſibi ſunt membra contraria... Si ergo in glorificatione membri cetera membra congaudent, & in paſſione omnia membra patiuntur: concordia membrorum non habet Antichriſtum. Et ſunt qui intus ſic ſunt in corpore Domini Jeſu Chriſti; quandoquidem adhuc curatur corpus ipſius, & ſanitas perfecta non erit niſi in reſurrectione mortuorum: ſic ſunt in corpore Chriſti quomodo humores mali. Quando evomuntur, tunc relevatur corpus: ſic & mali quando exeunt, tunc Eccleſia relevatur, &c.

N. 8. Quicumque negat quod Jeſus non ſit Chriſtus, ipſe eſt Antichriſtus. Jam ergo quæramus quis neget; & non attendamus ad linguam, ſed ad facta. Si enim omnes interrogentur, omnes uno ore confitentur Jeſum eſſe Chriſtum. Quieſcat paululum lingua, vitam interroga. Si invenerimus hoc, ſi ipſa Scriptura nobis dixerit, quia negatio non tantum lingua fit, ſed & factis; certe invenimus multos Antichriſtos, qui ore profiten-
Tit. 1. 16. tur Chriſtum, & moribus diſſentiunt a Chriſto. Ubi invenimus hoc in Scripturis? *Paulum* audi *Apoſtolum*: de quibus cum loqueretur, ait, Confitentur enim ſe noſſe Deum, factis autem negant. Invenimus & ipſos Antichriſtos: quisquis factis negat Chriſtum, Antichriſtus
Mat. 12. 34. eſt. Non audio quid ſonet, ſed video quid vivat. Opera loquuntur, & verba requirimus? Quis enim malus non bene vult loqui? ſed quid dicit talibus Dominus? Hypocritæ quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? ... Magis mendax eſt Antichriſtus, qui ore profitetur Jeſum eſſe Chriſtum, & factis negat. Ideo mendax, quia aliud loquitur, aliud agit.

N. 9 Jam ergo, Fratres, ſi facta interroganda ſunt, non ſolum multos invenimus Antichriſtos foras exiiſſe: ſed multos nondum manifeſtos, qui minime foras exierunt: Quotquot enim habet Eccleſia perjuros, fraudatores, maleficos, ſortilegiorum inquiſitores, adulteros, ebrioſos, fœneratores, mangones, & omnia quæ numerare non poſſumus; contraria ſunt doctrinæ Chriſti, contraria ſunt verbo Dei, Verbum autem Dei Chriſtus eſt: quidquid contrarium eſt Verbo Dei, in Antichriſto eſt. Antichriſtus enim contrarius eſt Chriſto.

2. Theſſ. 2. (I) M. BOSSUET Eveque de Meaux, *Explication de l'Apocalypſe de S. Jean, Avertiſſement n.* 45. Rogamus
„ vos per adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, & no-
„ ſtræ congregationis in ipſum: 2. Ut non cito movea-
„ mini a veſtro ſenſu, neque terreamini, neque per ſpi-
„ ritum, neque per ſermonem, neque per Epiſtolam
„ tamquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies Domini.
„ 3. Ne quis vos ſeducat ullo modo: quoniam niſi ve-
„ nerit diſceſſio primum (*Geneve*, vel Apoſtaſia) & re-
„ velatus fuerit homo peccati, filius perditionis. 4. Qui
„ adverſatur, & extollitur ſupra omne quod dicitur
„ Deus, aut quod colitur, ita ut in Templo Dei ſedeat
„ oſtendens ſe, tamquam ſit Deus. 5. Non retinetis,
„ quod cum adhuc eſſem apud vos hæc dicebam vobis?
„ 6. Et nunc quid retineat ſcitis (quod impedit ne ve-
„ niat, quod prohibet, *Gen.*) ut reveletur in ſuo tem-
„ pore. 7. Nam myſterium jam operatur iniquitatis:
„ (modo formatur, operari incipit,) tantum ut qui
„ tenet nunc, teneat, (qui habet, habeat; vel qui mo-
„ do obtinet, etiam obtineat, *Gen.* is qui occupavit,
„ *Jurieu.*) donec de medio fiat, (deſtruatur, deleatur,
„ *Geneve*). 8. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem
„ Dominus Jeſus interficiet (debellabit, *Gen.* deſtrue,
„ *Jurieu*) ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione adven-
„ tus ſui eum (ſuo illuſtrante adventu) aut gloria ſui
„ adventus (loco gloriæ *Gen.* charitate) 9. Cujus eſt
„ adventus ſecundum operationem ſatanæ, in omni vir-
„ tute, & ſignis, & prodigiis mendacibus. 10. Et in
„ omni ſeductione iniquitatis iis, qui pereunt. 11. Ideo
„ mittet illis Deus operationem erroris, ut credant men-
„ dacio. 12. Ut judicentur omnes, qui non crediderunt
„ veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.

N. 46. Hæc ſunt D. Pauli verba e diametro Proteſtantium ſyſtemati circa Papam oppoſita. Ratio eſt, quia juxta ipſorum interpretationem, D. Paulus hominem peccati, impium, Dei hoſtem verbo Antichriſtum, his revelari vult, primum, eum qui tenet deſtruetur, *v.* 7. & 8. deinde inſtante die Domini *v.* 2. & 8. verum utraque circumſtantia, juxta eorum explicationem, eum iis quæ de Papa effutiunt, convenire non poteſt.

N. 47. Quoad primam, quia D. Paulum de imperii diviſione ſub Alarico per totum ſæculum quintum intelligunt. Per hoc vero tempus neque prodigia, neque ſigna mendacia fuere, neque quidquam extra ordinem in Pontificatus dignitate, ne allegorice quidem. Quæ prope ſanctorum Martyrum ſepulchra miracula patrabantur, eo tendebant, ut Martyrum Deo gloria major redderetur; Evangelium, cujus intuitu mortem obierant, confirmaretur; Julianus Apoſtata, obduratique infideles confunderentur, reliqui vero ad Eccleſiam accederent. Qui ea deſcripſere, nempe SS. Patres, omneſque hiſtorici, non impoſtores, ſed ſancti, ſuorumque ſæculorum lux fuere. In iis Pontifices æque partem habuere ac reliqui Epiſcopi per Orientem, Occidentemque, ac reliquum terrarum orbem diſperſi. Nullus unquam locus in medium allatus eſt, quo probaretur, Pontifices peculiare quidquam in eo feciſſe, neque ut afferatur in mentem venit. Neque quiſquam adeo audax fuit, ut imaginaretur, Pontifices, qui tum, vel ſæculis poſterioribus fuere, ſe ſupra Deum extollere voluiſſe, divinoſque honores & cultus in templo ambiiſſe: nemo unquam auſus eſt affirmare, divos Leonem, Simplicianum, Gelaſium, Hormiſdam, Gregorium quidpiam ſimile feciſſe, ne, iterum dico, allegorice quidem: licet illud inter Reformatores receptum ſit, hoſce Pontifices ſanctitatis gloria excelluiſſe, aut certe virtute & inſigni bonitate præditos fuiſſe. Verba igitur dantur, cum homo peccati apparuiſſe dicitur.

N. 48. Neque minus a ſcopo aberrant, cum alterum tempus ſcrutantur, quo D. Paulus hominem peccati naſciturum affirmat, nempe inſtante die Domini, & illuſtrante ipſius adventu: homo enim peccati, ſi Proteſtantes audias, nullo modo apparere debet inſtante die Domini.

N. 49. D. Paulus hortatur ad perſeverantiam invitis illuſionibus Antichriſti... Qui fidem habet, inquit D. Paulus, ſervet, qui ſtare credit, videat ne cadat. Monitum maxime neceſſarium in magna Antichriſti tentatione, quamdiu ipſius illuſiones durarunt, & quoadusque deſtruatur ab illuſtrante adventu Filii Dei... State & 1. Cor. 9. 12.

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 17.

teneте Traditiones quas didiciſtis, ſive per ſermonem, ſive per Epiſtolam noſtram ... Doctus Theodoretus inter S. Scripturæ interpretes judicio maxime pollens, D. Pauli verbis illis (*v. 6. c. 2.* ſecundæ ad Theſſalonicenſes Epiſtolæ.) *Et nunc quid detineat, ſcitis*, cum multis aliis Patribus Romanum Imperium non intellexit, verum immutabile Dei decretum, qui Antichriſtum detinebat, quia tantummodo verſus ſæculi finem illum apparere volebat quo tempore Evangelium per totam terram diffuſum erit. Suam opinionem ſequitur *v. 7.* atque eum qui tenet de idololatria intelligi, quæ in mundo duratura eſt, usque ad Antichriſti adventum; atque hinc concludit, ipſum tum tantummodo adventurum, cum idololatria omnino deleta, & Evangelium toti mundo annuntiatum fuerit.

N. 51. Cur negabitur, futurum præſtantiorem Antichriſtum, peculiarem hominem, qui in fine ſæculorum appareat, quem alii Antichriſti impietate & malitia inferiores, Nabucodonoſor, Antiochus, Nero, Simon Magus, aliisque ſimiles impoſtores præceſſerint?

N. 52. .... Omnes Patres uno ore, nemine penitus excepto, a Chriſtianæ religionis origine, naturali lumine per iniquum, impium, peccati hominem, filium perditionis a D. Paulo notatum, verbo Antichriſtum, deſignari faſſi ſunt privatum hominem, qui in fine ſeculorum venturus eſt ad probandos electos Dei, exemplumque maxime illuſtre Divinæ ultionis dandum ante Judicium proximum ... D. Chryſoſtomus, qui certe Græcis litteris erat imbutus, vim verbi ἀναλίσκειν, quo utitur D. Paulus, explicare volens, ſimulque oſtendere, quam cito Antichriſtus diſſipabitur ab adventu Jeſu Chriſti: Hoc erit, inquit, velut ignis qui ſolum cadens ſuper pecora animalia, etiam antequam ea tangat, & longe etiam ſit, immobilia ea terrore reddit, & conſumit ἀναλίσκει; ita Jeſus Chriſtus ſolo imperio & præſentia Antichriſtum conſumet, ἀναλώσειν; tantum adveniat, & omnia hæc ſtatim peribunt.

S. Chryſ. Hom. 4. in 2. Theſſ. 11.

N. 44. Abominabile hoc Antichriſti miniſterium in ſæculi fine modo etiam magis ad decipiendum aptum fiet: magna Apoſtaſia præcedet, vel per rebellionem a magno aliquo Imperio, vel per ſchiſma Lutherano & Calviniano magis diffuſum, quibus integra Regna odio contra Eccleſiam Catholicam obdurata diſceſſionem fecerunt: & propter hæc D. Pauli verba, qui tenet, teneat, quibus hortatur, qui veram fidem tenent ad eam adverſus præſtigia & vires Antichriſti tuendam .... Nos jam vidiſſemus præter hujus magni Imperii caſum, non modo blaſphemias, falſa miracula, & Antichriſti ruinam, verum etiam totius terrarum orbis, magnamque Jeſu Chriſti adventus diem.

N. 45. *Vide ſupra hocce litt.* (I)

Recapitulation. nu. 77. ſecunda beſtia falſa miracula operatur, velut ignem e cælo deſcendere facit. Pontifex nullo modo virtutem miracula patrandi ſibi arrogat, multo vero minus ignem e cælo trahendi: non eſt igitur *ſecunda* beſtia.

II. Aſſerere, ignem de Cælo eſſe excommunicationem quæ tanquam fulmen proponitur, idem eſt ac in præſtigiorum beſtiæ numero habere poteſtatem excommunicandi a Jeſu Chriſto inſtitutam: quæ quidem poteſtas terribilis fulminique ſimilis non poteſt non eſſe, cum Eccleſiæ corpus recidat, fulmineque tactos Satanæ tradat.

III. Inter falſa Papæ miracula referre quidquid SS. Patres, utraque Eccleſiaſtica hiſtoria nobis de Sanctorum miraculis ſcriptum reliquit, altera prophanatio eſt: hæcque miracula, re attenta, æque Papæ ſunt, ac omnium Chriſtianorum Græcorum, Armenorum, Ægyptiorum, Meridionalium, & Orientalium, qui ea prædicant non minus ac Latini.

HUGO GROTIUS, *in Append. ad interpret. locorum N. T. quæ de Antichriſto agunt, aut agere putantur, Oper. Tom. 3. pag. 475.* Nimirum eorum qui ſchiſma eſſe perpetuum volunt, qui ad ipſum unitatis Eccleſiæ ac concordiæ nomen contremiſcunt, intereſt Papam credi Antichriſtum, ac non poſſe non eſſe talem usque ad Domini adventum. Niſi ſchiſma eſſet, non haberent multi unde viverent: & cum ipſi ſine ſpe mercedis de ſacris literis cogitaturi quidem fuerint, alios de ſe metiuntur. Hoc autem æquius eſt me aliquid condonare inſanientibus, quod iſta maledictorum licentia Regem Chriſtianiſſimum Galliæ vel maxime petit, qui cum prudentiſſimorum virorum uſus conſilio interdixerit ne quis Papam Antichriſtum vocet, placuit homini Gallo hoc imperium & ſpernere & incuſare, &c.

Pag. 476. Altera hæc (*ſic obſervatio*,) quod templum Dei tum in veteri, tum in novo fœdere propriedicatur de templo Hieroſolymitano, myſtice de piis mentibus, .. ut autem cœtum idololatrarum, qualem eſſe volunt ſocii Borboritæ eum cœtum qui Papæ Romano adhæret, Apoſtolus vocaverit Dei templum, ſine exemplo & perabſurdum eſt.

Pag. 480. Præterea omnino non potuit ſi de Papa ageret Paulus, eorum, qui Dii dicerentur nomine, Imperatores hic intelligere: non paganos, quia iis nihil obſtitit Papa: non Chriſtianos, quia illi Deorum nomine appellati non ſunt. Quod ſi Reges Dii ſunt Chriſtianis, Papa autem revera Romæ Rex eſt a tempore longiſſimo, qualem poſſeſſionem convellere eſt omnia imperia turbare, quid illi de Dei titulo ultra controverſiam iſti movent, idque vel imprimis pro argumento arripiunt ut hunc locum & alios de ipſo potius quam de aliis interpretentur?

Pag. 482. Sicut multi errorem ſuum agnoverunt qui in Daniele Papam quæſierant, & temporum mutationem ad novum retulerant Calendarium, (quamquam non deſunt qui adhuc putent ibi ſe videre Reges ad ſuorum Presbyteriorum genua procumbentes) ita futurum ſpero, ut pares aliunde hauſti errores evaneſcant, & conſpicuam ſe præbeat inſignis Dei providentia ſingulis Prophetiis ad ſua tempora relatis.

Pag. 483. Quod ait (Borborita) communem eſſe Proteſtantium omnium ſententiam Papam eſſe Antichriſtum, & hic deſcribi, (2. *ad Theſſ. c.* 2.) id vero ego pernego. Confeſſio Auguſtana, princeps omnium inter Proteſtantes, de traditionibus agens, ait *Pontificiæ fore clementiæ* eas mitigare. Itane locutus fuiſſet Philippus Melanchton, & ex ejus conſilio Elector & Principes multi & civitates, ſi ſenſiſſent Papam eſſe Antichriſtum, & quod hic addit, ad finem usque mundi talem fore? Idem Melanchton ... vir multis Proteſtantium præferendus, is neque Papam eſſe Antichriſtum aut *adverſarium*, & ſemper futurum credidit, & multas quas Borboritæ ſodales afferunt Antichriſti notas, paucis verbis evertit ... Neque vero Papæ Deo ſe æquant aut Chriſto, imo ne Petro quidem, cujus ita ſe dicunt in ſede ſucceſſores, ut donis a Deo datis multo ſe Petro minores agnoſcant.

Pag. 490. Interpretationem vix memini videre magis violentam quam eſt eorum qui hæc Pauli verba ad Papam trahunt. Theſſalonicenſes monet hæc Epiſtola. Quid illis cum re tot poſt ſæculis extitura? Miracula, ſigna, prodigia Papa non exhibet. At finguntur quædam miracula. Eſto: ſed aliud eſt facere miracula, aliud confingere. Tum vero figmenta talia & mendacia Papa non probat, ſed prohibet; & ſolent talia mendacia ſevere puniri. Quod ſi etiam Papa aliquis magus fuiſſet, non ob id tamen poſſet tota Paparum ſeries accuſari, aut etiam ex tali nota cognoſci. Metuo ne conſcientiæ ſuæ vim faciant, qui tam incredibilia defendunt.

Pag. 492. Evigilate tandem & videte qua ſpecie hæc ad Papam Romanum transferatis. (1. Timoth. iv. 1.) Quid ad ipſum illud *in carne*? Si de Prophetis agitur, Papa Prophetam ſe non dicit: ſi de dogmate, & quidem tali quale vos dicitis, quid illi cum Marciona, quid cum Neſtorio, quos & veteres Papæ damnarunt & damnant novi? Quod ſi ad noſtri ſæculi homines veniendum eſt, & *carnem* accipimus ſtatum humilem, *inimicos carnis crucisque Chriſti*, qui ei ſtatui ſe non accommodant, videamus ne hæc nota late pateat, multosque non minus Miniſtrorum quam Paparum comprehendat.

De numero beſtiæ loquens pag. 499. hæc habet: Hominis hic nomen requiritur non generis, ipſo Apoſtolo clare id ſignificante. Qui Latinas hic numerales notas imaginantur, Sabinorum ritu ſomniant; Græce enim ſcripſit Johannes: multoque magis qui Pauli V. inſcriptionem huc trahunt, benigne ſane ad ridendi materiam, ſi ea hic quæreretur. Illud veriſſimum agnoſco quod ait Borborita, multos affectibus impediri, ne verum Prophetarum ſenſum intelligant.

Pag. 501. Vindicavi meam ad loca Apocalypſeos interpretationem, quantum ingeniis non contumacibus ſatis futurum arbitror. Hanc ſi quis recipiat, nihil hic de Papa aut ejus functione cogitandum. Imo etiamſi meam quis expoſitionem non admittat, ne ſic quidem debeat huc Papam aut ejus munus introdere. Quid enim ad eum Capitolii lapſus? Quid nomen *Urbis æternæ*, pridem deſitum? Quid decem Reges imperii Romani reverentes Johannis tempore? Quid decem alii poſt Johannem exituri & reverentiam prius præſtitam abjecturi? Quid illa per Gothos & Wandalos facta direptio?

Digitized by Google

que uterque ſublatus eſt antequam e vivis excederet. (K) K

De Elia quidem hoc conſtat his Malachiæ verbis: *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. Et convertet cor patrum ad filios & cor filiorum ad Patres eorum: ne forte veniam & percutiam terram anathemate.* *Malac.4.5. & 6.*

Mat.17.11. Id confirmavit Chriſtus his verbis: *Elias venturus eſt & reſtituet omnia.* (L) L

De Enoch ſimilia habentur in libro Eccleſiaſtici, *Eccli.44.16.* his verbis: *Henoch placuit Deo, & translatus eſt in paradiſum, ut det gentibus pœnitentiam.*

Et de utroque in Apocalypſi hæc leguntur; *Apoc.11.3.* *Dabo duobus teſtibus meis & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta amicti ſaccis. 4. Hi ſunt duæ olivæ & duo candelabra, in conſpectu Domini terræ ſtantes. 5. Et ſi quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & devorabit inimicos eorum: & ſi quis voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi. 6. Hi habent poteſtatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipſorum: & poteſtatem habent ſuper aquas convertendi eas in ſanguinem, & percutere terram omni plaga quotieſcumque voluerint. 7. Et cum finierint teſtimonium ſuum, beſtia quæ aſcendit de abyſſo, faciet adverſum eos bellum, & vincet eos & occidet eos. 8. Et corpora eorum jacebunt in plateis ... 11. Et poſt dies tres & dimidium ſpiritus vitæ a Deo intravit in eos &c.*

Hæc ſcripturæ teſtimonia firmantur & explanantur manifeſta Traditione, ut patet ex Sancto Martyre Hyppolito, & Origene, Sancto Gregorio Nyſſeno, Sancto Chryſoſtomo, Johanne Damaſceno, Lactantio, Hilario, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, Primaſio, Gregorio Magno aliiſque quos brevitatis cauſa prætermitto. (M) M

Et

nio? Argumenta quæ maxime efficacia putat Borborita, ut hæc ad Papam trahantur, ſunt imperium in Reges, idololatria, ſævitia in diſſidentes. Imperium in Reges eorumque regna Papæ competere nego, ſi quid adulatores contra commenti ſunt, id etiam Cardinalis Bellarminus refutavit: idem refutant amplius omnes Eccleſiæ, in quibus canitur,

In Hymno Epiphan. Non eripit terreſtria
Qui regna dat cæleſtia...

Ceterum pro certo haberi debet, Reges, ſicut Chriſto omnem obedientiam, ita & propter Chriſtum reverentiam quamdam debere Eccleſiæ, ſecundum veteres prophetias. Idololatrica quædam aut ad idololatriam accedentia admitti ab imperitis hominibus ut non nego: ita nego ejus culpæ omnes teneri qui ejus ſunt communionis, aut talia a Papa præcipi: contra ſi quis ſerio talia velit corrigere, habebit pro ſe auctoritatem Synodi Tridentinæ ... Sævitiam in diſſidentes improbo. Papas nec omnes ea in re abſolvo, nec omnes eidem involvo crimini. A Papis autem non profecta omnia quæ ejus ſunt generis, vel hoc argumento ſit, quod Imperatores & Reges & Principes qui bellum cum Papis habuere, eo ipſo tempore pœnis coercuere novos cœtus, nimirum ſuis conſulentes rebus atque exiſtimantes initia iſta eſſe ad mutandum publicæ rei ſtatum . . . Papalis auctoritatis rectus uſus eſſet haud dubie anchora fluctuanti Europæ, ut dixit Lipſius... Reverentia Papæ Romano quæ debeatur oſtendunt Canones & conſuetudo. Nam ſi inſtitutus ad unitatem Eccleſiæ ſervandam Eccleſiam ſcindat, quid juris ſit, docent Conſtantienſis & Baſileenſis Synodi, in Gallia & aliis multis in locis receptæ. Eccleſiæ enim bono ſervire iſta poteſtas debet, ad ædificationem, non ad deſtructionem. *Non ergo Grotius putavit Catholicos Papam uti Deum venerari, ut plerique Miniſtri Proteſtantes imperitæ plebi obtrudunt.*

Doctiſſimi inter Acatholicos idem cum Grotio ſentiunt; certe celeberrimus HAMMONDUS *in ſuo in novum Teſtamentum Commentario, loca quæ de Antichriſto agunt explicans nuſquam Papæ mentionem ingerit. Hujus quoque exemplum ſecutus eſt* JOHANNES CLERICUS *in notis ſuis ad Hammondi Commentarium.*

(K) GENES. V. 24. Ambulavitque cum Deo (*Henoch*) & non apparuit, quia tulit eum Deus.

4. REG. II. 11. Cumque pergerent, (Elias & Eliſeus) & incedentes ſermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diviſerunt utrumque, & aſcendit Elias per turbinem in cælum. 12. Eliſæus autem videbat & clamabat: Pater mi, Pater mi, currus Iſrael, & auriga ejus: & non vidit eum amplius.

XLIX. 16. Nemo natus eſt in terra qualis Henoch: nam & ipſe receptus eſt a terra.

1. MACHAB. II. 58. Elias dum zelat zelum legis, receptus eſt in cælum.

HEB. XI. 5. Fide Henoch translatus eſt ne videret mortem, & non inveniebatur: quia tranſtulit eum Deus: ante translationem enim teſtimonium habuit placuiſſe Deo.

Vide Patrum teſtimonia infra lit. (M) *hocce* §.

(L) ECCLI. XLVIII. Qui (Elias) receptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum. 19. Qui ſcriptus es in judiciis temporum, lenire iracundiam Domini.

(M) S. HIPPOLYT. Epiſcop. & Mart. *Lib. de Conſumm. mundi pag. 14. vel 351.* Poſterior ejus (Chriſti) adventus prædicatus eſt glorioſus, quoniam veniet e cælis cum potentia, cum Angelis, & gloria Patris.... Poſterior quo venturus eſt in gloria, Enoch, Eliam exhibebit.... Dimidium hebdomadæ ſument duo Prophetæ.... ad denunciandum per univerſum mundum adventum Antichriſti, hoc eſt, mille ducentos ſexaginta dies, amicti ſaccis: facientque ſigna & prodigia, ut vel hac ratione flectant, & convertant homines ad pœnitentiam propter immenſam eorum iniquitatem: *Quod ſi quis velit eis nocere, ignis egredietur ex ore ipſorum, devorabit hoſtes eorum. Hi poteſtatem habent claudendi cælum, ne pluat diebus adventus Antichriſti: & aquam convertendi in ſanguinem, ac percutiendi terram omni plaga quotieſcumque voluerint. Cumque prædicaverint hæc omnia, occumbent gladio interfecti a diabolo, & implebunt teſtimonium ſuum:* ut inquit etiam Daniel qui prævidit beſtiam aſcendentem ex abyſſo cum eis bellum geſturam, id eſt, Enoch, & Elia, & ſuperatos eos interfecturam, propterea quod noluerint gloriam dare diabolo. *Apoc. 11. 5. & 6.*

ORIGENES *Tract. 3. in Matth. cap. 17. pag. 31.* Diſcipuli recordabantur Traditionem Scribarum de Helia Propheta, quoniam ante adventum Chriſti erat venturus, ut præparet animas, quæ ſuſcipiant eum.

S. GREGOR. NYSSEN. *Teſtim. de adventu Domini in carne adverſus Judæos, tom. 2. in fol. pag. 160. edit Pariſ. 1638. mihi T. 1. pag. 992. Quod ante ſecundum adventum Domini venturus ſit Helias,* Malachias Propheta *Malach.4.5. & 6.* dicit: Ecce ego mitto vobis Heliam Prophetam, antequam veniat dies ille Domini magnus & illuſtris, qui reſtituet corda Patrum in filios, & cor hominis in proximum ſuum, ne ubi venero percutiam & perdam terram funditus.

S. JOHAN. CHRYSOST. *Homil. 58. in cap. 17. Matth. initio.* Prophetæ mentionem faciunt (*a. adventus Chriſti*) cui præcurſorem Heliam aſſerunt futurum... Sicut ille ſecundi adventus præcurſor erit, ſic primi fuit Johannes. Sed Scribæ iſta confundentes, & populum pervertentes ſecundi adventus ſolummodo recordabantur... Quænam vero cauſa eſt (*adventus Heliæ?*) Ut Judæis credere in Chriſtum perſuadeat, ne omnes ſimul condemnentur.

Homil. 4. in capit. 2. 2. ad Theſſal. . . . . . Et Elias *Mat.17.11.* tunc veniet fideles confirmans: & hoc dicit Chriſtus, *& veniet Elias & reſtituet omnia* ..... Sicut Johannes fuit præcurſor prioris adventus, ita ille quoque erit præcurſor ſecundi & glorioſi adventus, & ad id ſervatur.

S. JOHAN. DAMASCEN. *Lib. 4. Orthodoxæ fidei, c. 27.* Noſſe oportet, oportere Antichriſtum venire: omnis enim qui non confitetur Filium Dei, & Deum, veniſſe in carne, & eſſe Deum perfectum, & factum eſſe hominem perfectum, cum hoc ipſo quod Deus eſt, Antichriſtus eſt. Attamen peculiari modo, ac præcipuo, Antichriſtus dicitur, qui in conſummationem ſæculi venturus eſt. Oportet ergo primum prædicari Evangelium omnibus gentibus... & tunc veniet in redargutionem adverſariorum Dei Judæorum.... Dixit enim illis Dominus;

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 17.

Joh. 5. 43. *2. Theſſ.* 11. 10. nus: Ego veni in nomine Patris mei & non recepiſtis me: veniet alius in nomine proprio, & illum recipietis. Et Apoſtolus: Pro eo quod dilectionem veritatis non ſuſceperunt, ut ipſi ſalvarentur, propter hoc mittet eis Deus operationem erroris ad credendum mendacio, ut judicentur omnes, qui nec crediderunt veritati, ſed approbaverunt injuſtitiam. Judei igitur Filium Dei, qui eſt Dominus Jeſus Chriſtus, & Deus, non receperunt: ſeductorem, ſeipſum dicentem Deum, ſuſcipient. Quod autem ſeipſum vocabit Deum ... ſic inquit Apoſtolus: Quis vos ſeducat ullo modo: quoniam niſi venerit diſceſſio primum, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adverſatur & extollitur ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei ſedeat, demonſtrans ſeipſum quod ſit Deus ... Oportet igitur primum prædicatum eſſe Evangelium in omnibus Gentibus, & tunc revelabitur iniquus, cujus adventus ſecundum operationem Satanæ in omni virtute & ſignis, & prodigiis mendacii, & in omni fallacia injuſtitiæ eis qui pereunt: Quem Dominus interficiet verbo oris ſui, & diſſolvet adventu ſuperapparitionis ſuæ. Non ipſe igitur diabolus fiet homo, inſtar Dei humanitatis; (abſis enim) ſed naſcetur homo ea fornicatione, & ſuſcipiet omnem operationem Satanæ ... & educabitur occulte, & repente inſurget, & elevabit ſe, & regnabit, in exordiis regni ſui, ſeu potius tyrannidis, ſimulabit bonitatem: cum vero dominator factus fuerit, perſequetur Eccleſiam Dei, & manifeſtabit omnem malitiam ſuam: & vaniet in ſignis & prodigiis mendacii fictis, & non veracibus, & eos qui debile & infirmum fundamentum mentis habent, decipiet, &

Mat. 24. 24. ſeparabit a Deo vivente, ita ut ſcandalizentur, ſi fieri poteſt, electi. Mittentur autem Enoch & Elias Theſbites, & convertent corda patrum in filios, hoc eſt,

Luc. 1. 17. Synagogam ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & Apoſtolorum prædicationem, & ab illo interficientur. Et veniet Dominus ex cælo, quemadmodum Apoſtoli intuiti ſunt eum euntem in cælum, Deus perfectus, &

2. Theſſ. 11. 8. homo perfectus, cum gloria & virtute, & interficiet hominem peccati, filium perditionis ſpiritu oris ſui.

Cap. 18. *ſub finem*. Et tradetur diabolus & demones

Apoc. 20. 9. ejus, & homo ejus, id eſt Antichriſtus, & impii, & peccatores in ignem æternum, non materialem qualis eſt apud nos, ſe qualem novit Deus.

LACTANTIUS *Divinarum inſtitutionum*, *lib.* 7. *cap.* 16. (Antichriſtus) Princeps omnium conſtituetur. Hic inſuſtentabili dominatione vexabit orbem, divina & humana miſcebit, infanda dictu, & execrabilia molietur, nova conſilia in pectore ſuo volutabit, ut proprium ſibi conſtituat imperium; leges commutabit, ſuas ſanciet; contaminabit, diripiet, ſpoliabit, occidet ... confuſio, ac perturbatio humani generis conſequetur. Tum vero deteſtabile, atque abominandum tempus exiſtet, quo nulli hominum ſit vita jucunda. Evertentur funditus civitates, atque interibunt non modo ferro, atque igni, verum etiam terræ motibus aſſiduis, & eluvie aquarum & morbis frequentibus, & fame crebra, aer enim vitiabitur, & corruptus, ac peſtilens fiet; modo importunis imbribus, modo inutili ſiccitate, nunc frigoribus, nunc æſtibus nimiis, nec terra homini dabit fructum; nec ſeges quidquam, non arbor, non vitis feret, ſed cum in flore ſpem maximam dederint, in fruge decipient. Fontes quoque cum fluminibus areſcent; ut ne potus quidem ſuppetat; & aquæ in ſanguinem, aut amaritudinem mutabuntur. Propter hæc deficient & in terra quadrupedes, & in aere volucres, & in mari piſces. Prodigia quoque in cælo mirabilia mentes hominum maximo terrore confundent, crines cometarum, & ſolis tenebræ, & color lunæ, & cadentium ſyderum lapſus, nec tamen hæc uſitato modo fient; ſed exiſtent ſubito, & ignota & inviſa oculis aſtra; ſol in perpetuum fuſcabitur, ut via inter noctem diemque diſcernatur, luna jam non tribus deficiet horis, ſed perpetuo ſanguine obfuſa, meatus extraordinarios peraget; ut non ſit homini promptum, aut ſyderum curſus, aut rationem temporum agnoſcere, fiet enim vel æſtas in hyeme, vel hyems in æſtate, tunc annus breviabitur, & menſis minuetur, & dies in anguſtum coarctabitur, ſtellæ vero creberrimæ cadent, ut cælum omne cæcum, ſine ullis luminibus appareat, montes quoque altiſſimi decident, & planis æquabuntur; mare innavigabile conſtituetur. Ac ne quid malis hominum, terræque deſit, audietur e cælo tuba... Itaque trepidabunt omnes, & ad luctuoſum illum ſonitum contremiſcent. Tum vero per iram Dei adverſum homines, qui juſtitiam Dei non agnoverunt, ſæviet ferrum, ignis, fames, morbus: & ſuper omnia metus ſemper impendet. Tunc orabunt Deum & non exaudiet, optabitur mors & non veniet; nec nox quidem requiem timori dabit; nec ad oculos ſomnus accedet; ſed animas hominum ſollicitudo ac vigilia macerabit: plorabunt & gement, & dentibus ſtridebunt; gratulabuntur mortuis & vivos plangent. His & aliis pluribus malis ſolitudo fiet in terra, & erit deformatus orbis, atque deſertus ... Ita enim conficietur humanum genus, ut vix decima pars hominum relinquatur, & unde mille proceſſerant, vix prodient centum. De cultoribus etiam Dei, duæ partes interibunt, & tertia quæ fuerat probata remanebit.

Cap. 17. ... Imminente jam temporum concluſione, Propheta magnus mittetur a Deo, qui convertat homines ad Dei agnitionem, & accipiat poteſtatem mirabilia faciendi. Ubicumque non audierint eum homines, claudet cælum; & abſtinebit imbres; & aquam convertet in ſanguinem, cruciabit illos ſiti, ac fame, & quicumque conabitur eum lædere, procedet ignis de ore ejus, itaque amburet illum. His prodigiis, atque virtutibus convertet multos ad Dei cultum, peractiſque operibus ipſius alter rex orietur e Syria malo ſpiritu genitus, everſor ac perditor generis humani qui reliquias illius prioris mali cum ipſo ſimul deleat. Hic pugnabit adverſus Prophetam Dei; & vincet, & interficiet eum, & inſepultum jacere patietur: ſed poſt diem tertium reviviſcet; atque inſpectantibus & mirantibus cunctis rapietur in cælum. Rex vero ille teterrimus erit quidem, & ipſe, ſed mendaciorum Propheta, & ſeipſum conſtituet & vocabit Deum, & ſe coli jubebit ut Filium Dei: & dabitur ei poteſtas, ut faciat ſigna & prodigia quibus viſis irretiat homines, ut adorent eum. Jubebit ignem deſcendere de cælo & ſolem a ſuis curſibus ſtare, & imaginem loqui, & fient hæc ſub verbo ejus. Quibus miraculis etiam ſapientium plurimi allicientur ab eo. Tunc eruere templum Dei conabitur; & juſtum populum perſequetur: & erit preſſura & contritio, qualis numquam fuit a principio mundi. Quicumque crediderint atque acceſſerint ei, ſignabuntur ab eo tamquam pecudes. Qui autem recuſaverint notam ejus, aut in montem fugient, aut comprehenſi, exquiſitis cruciatibus necabuntur. Idem juſtos homines obvolvet libris Prophetarum; atque ita cremabit, & dabitur ei deſolare orbem terræ menſibus quadraginta duobus. Id erit tempus quo juſtitia projicietur & innocentia odio erit; quo mali bonos hoſtiliter prædabuntur; non lex aut militiæ diſciplina ſervabitur; non canos quiſquam reverebitur, non officium pietatis agnoſcet; non ſexus aut infantiæ miſerebitur, confundentur omnia, & miſcebuntur contra fas, contra jura naturæ. Ita quaſi uno communique latrocinio terra univerſa vaſtabitur. Cum hæc facta erunt, tum juſti & ſectatores veritatis ſegregabunt ſe a malis, & fugient in ſolitudines. Quo audito, impius rex inflammatus ira veniet cum exercitu magno, & admotis omnibus copiis circumdabit montem in quo juſti morabuntur, ut eos comprehendat. Illi vero ubi ſe clauſos undique, atque obſeſſos viderint, exclamabunt ad Deum voce magna, & auxilium cæleſte implorabunt; & exaudiet eos Deus: & emittet regem magnum de cælo qui eos eripiat, ac liberet, omneſque impios ferro ignique diſperdat.

S. HILAR. *in Matth. cap.* 20. *num.* Et quantum ſentire ex ipſis Evangeliis licet, in regno cælorum Moyſes & Elias aſſidebunt ... & hos quidem eoſdem Prophetas duos prævenientes adventum ejus intelligimus, quos Apocalypſis Johannis ab Antichriſto permanendos eſſet dicit, licet variæ vel de Enoch, vel de Hieremia, plurimorum extiterint opiniones, quod alterum eorum ſicut Eliam mori oporteat. *Apoc.* 13. 5

S. AMBROS. *in Pſalm.* XLV. *n.* 10. ... Beſtia illa Antichriſtus ex abyſſo adſcendit, ut adverſum Eliam, atque Enoch ... qui propter teſtimonium Domini Jeſu terris ſunt redditi, prœliaretur. *Apoc.* 13. 5.

Lib. 1. *de Pœnitentia*, *c.* 8. *alias* 7. *num.* 34. Et quia deſcenſurus eſſet e cælo, & in cælum adſcenſurus, Eliam ad cælum levavit, inde eum terris complacita redditurus tempore.

S. JERONYM. *in cap.* 11. *Matth. lib.* 2. In ſecundo Salvatoris adventu juxta Malachiam præceſſorus eſt Elias, & venturum judicem annunciaturus. *Malac.* 4. 5.

Lib. 3. *in Matth. c.* 17. *v.* 3. .. Elia inde deſcendente quo conſcenderat.

v. 10. ... Traditio Phariſæorum eſt, juxta Malachiam pro-

Ex his tum Scripturæ tum Traditionis teſtimoniis conſtat, 1. Eliam & Enoch venturos tum ad defenſionem & præſidium tam Judæorum quam gentium adverſus Antichriſti perſecutionem. 2. Ad procurandam Judæorum converſionem. 3. Eos eſſe ab Antichriſto occidendos, & deinde a Chriſto ſuſcitandos; quo peracto, deſtruet Antichriſtum Dominus illuſtratione adventus ſui.

I. Certumne eſt Judæos omnes ad Chriſtum in fine mundi convertendos?

R. Id conſtat ex veteri & ex novo Teſtamento.

Ex veteri quidem his verbis, *Dies multos ſedebunt filii Iſrael ſine rege & ſine principe, & ſine* Oſee III. 4. & 5. *ſacrificio, & ſine altari & ſine ephod, & ſine theraphim* (hoc eſt ſine idolis,) *& poſt hæc revertentur filii Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & David Regem ſuum: & pavebunt ad Dominum, & ad bonum ejus in noviſſimo dierum.*

Multi Prophetiam hanc intelligendam putant de reditu a captivitate Babylonica; ſed videntur hæc de ultima eorum converſione non minus ad literam intelligenda, ut revera intellexerunt SS. Patres. Sed quidquid ſit de eo teſtimonio, certe futura Judæorum converſio verbis apertis prædicta eſt a Paulo Apoſtolo cap. XI. Epiſtolæ ad Romanos.

Nolo vos, inquit, *ignorare fratres myſterium hoc* Rom. XI. 25.

Luc. I. 17. Prophetam, ... quod Elias veniat ante adventum Salvatoris: & reducat cor patrum ad filios, & filiorum ad patres & reſtituat omnia in antiquum ſtatum ... quod niſi Elias venerit, non ſit ſecundum Scripturas Salvatoris adventus.

v. 12. Ipſe qui venturus eſt in ſecundo Salvatoris adventu, juxta corporis fidem, nunc per Johannem venit in virtute & ſpiritu.

S. AUG. *Lib. 9. de Geneſi ad literam, c. 6. n.* 11. Neque enim arbitrandum eſt, Eliam vel ſic eſſe jam, ſicut erunt ſancti, quando peracto operis die denarium pariter accepturi ſunt: vel ſic quemadmodum ſunt homines, qui ex iſta vita nondum emigrarunt, de qua ille tamen non morte ſed translatione migravit. Jam itaque aliquid melius habet, quam in hac vita poſſet. Quamvis nondum habeat quod ex hac vita recte geſta in fine habiturus eſt ... Enoch ... Deo placens non mortuus, ſed translatus eſt? .... Nam ſi Enoch & Elias in Adam mortui, mortiſque propaginem in carne geſtantes, quod debitum ut ſolvant creduntur etiam redituri in hanc vitam, & quod tamdiu dilatum eſt morituri, nunc tamen in alia vita ſunt, ubi ante reſurrectionem carnis, antequam animale corpus in ſpirituale mutetur, nec morbo, nec ſenectute deficiunt.

Joh. I. 21. *Tract. 4. in Johan. c.* 1. *n.* 5. Quare ergo ille, (Johannes) *Non ſum Elias*: & Dominus, ipſe eſt Elias? Quia in eo Dominus Jeſus Chriſtus præfigurare voluit futurum adventum ſuum, & hoc dicere, quia in ſpiritu Eliæ erat Johannes, & quod erat Johannes ad primum adventum, hoc erit Elias ad ſecundum adventum. Quomodo duo adventus judicis, ſic duo præcones: judex quidem ipſe, præcones autem duo, non duo judices. Oportebat enim judicem primo venire judicandum. Miſit ante ſe primum præconem, vocavit illum Eliam: quia hoc erit in ſecundo adventu Elias, quod in primo Johannes.

Matt. 17. 11. *Lib.* 1. *qq. Evang. quæſt.* 21. Quod dixit Dominus, *Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia*, id eſt, vel eos quos perſecutio Antichriſti conturbaverit, vel ut ipſe reſtituat moriendo quæ debet.

Lib. 83. qq. quæſt. 58. *n.* 3. Prophetia manifeſtari incipit, ſed ... nondum tam evidenter, ut omnes ſicut in luce manifeſtum eſſe fateantur quod futurum credimus ſecundo adventu Domini, quo in claritate venturus eſt; cujus adventus præcurſor ſperatur Elias, ſicut hujus (*id eſt primi*) Johannes fuit, & ideo dicitur a Domino, *Elias jam venit, & multa ei homines fecerunt, & ſi vultis ſcire, ipſe eſt Johannes Baptiſta, qui venturus eſt.* Quia in eodem ſpiritu & in eadem virtute, tamquam præcedentis præconis officio & hic jam venit, & ille venturus eſt. Ibid. 12.

Lib. 20. de Civitate Dei, cap. 29. Per hunc Eliam magnum, mirabilemque prophetam expoſita ſibi lege, ultimo tempore ante judicium, Judæos in Chriſtum verum, hoc eſt, in Chriſtum noſtrum eſſe crediturus, celeberrimum eſt in ſermonibus, cordibuſque fidelium. Ipſe quippe ante adventum judicis Salvatoris non immerito ſperatur eſſe venturus: quia etiam nunc vivere non immerito creditur. Curru namque igneo raptus eſt de rebus humanis, quod evidentiſſime ſancta Scriptura teſtatur. Cum venerit ergo, exponendo legem ſpiritualiter, quam nunc Judæi carnaliter ſapiunt, convertet cor patris ad filium, id eſt, cor patrum ad filios: .... ut etiam filii ſic intelligant legem, id eſt, Judæi, quemadmodum patres eam intellexerant, id eſt, Prophetæ, in quibus erat & ipſe Moyſes. Sic enim cor patrum convertetur ad filios, cum intelligentia patrum perducetur ad intelligentiam filiorum, & cor filiorum ad patres eorum, dum in id quod ſenſerunt illi, conſentient iſti ... Quamquam in verbis LXX. Interpretum, qui prophetice interpretati ſunt, poteſt ſenſus alius idemque electior inveniri; Malach. 4. 6. ut intelligatur Elias cor Dei Patris converſurus ad Filium, non utique agendo ut Pater diligat Filium; & ut Judæi, quem prius oderant, diligant eumdem, qui noſter eſt, Chriſtum. Judæis enim nunc averſum cor habet Deus a Chriſto noſtro, quia hoc putant. Eis ergo tunc cor ejus convertetur ad Filium, cum ipſi converſo corde didicerint dilectionem Patris in Filium. Quod vero ſequitur, *& cor hominis ad proximum ſuum*, id eſt, convertet Elias & cor hominis ad proximum ſuum; quid melius intelligitur, quam cor hominis ad hominem Chriſtum? Cum enim ſit in forma Dei Deus noſter, formam ſervi accipiens eſſe dignatus eſt etiam proximus noſter.

PRIMASIUS *lib. 3. Comment. in Apocalypſ. c.* XI. *p.* 314. *tom.* 2. *Biblioth. Patrum Lugdun. an. 1677. vel* 175. *par.* 2. *T. 6. Col.* De tribu Dan Antichriſtus traditur naſciturus ... Tres dies & dimidium poſſumus intelligere tres annos & ſex menſes ... Daniel ... cum ablatum, inquit, fuerit juge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolatione, dies mille ducenti nonaginta, qui numerus circa trium annorum & ſex menſium curricula verſatur, quando maxime illa duo martyrii genera quæ in habitu actuque conſtare præmiſimus, ſic dimidio hebdomadis prædicationis Eliæ firmantur, ut nullo poſſint venturæ mox perſecutionis impetu dejici; quia ſicut tunc acrior perſecutio, ita in militibus Chriſti invicte certantibus enitebit amplior fortitudo. De ipſis enim & Johannes dicit: Et dabo duobus Martyribus meis, ut prophetent diebus mille ducentis ſexaginta, ſaccis amicti. Licet enim reſiduis tribus annis, & ſex menſibus ante Antichriſti violentiam, aut ſucceſſione locorum tamquam mortui cadant, aut congrue latibulis recepti non pareant, eo quod divinitus moniti deliteſcant: ſic tamen ſtabiliti, ejuſque pugnæ certamine inſtaurato reddendi narrantur, ut per ſpiritum vitæ ſuper pedes ſuos ſtabiles perſeverent, quando noviſſima, vel prædicatione, vel perſecutione confirmabit pactum multis hebdomada una, ſed etiam aliis martyrio conſummato peremptis, aliiſque fugatis, pro unius compage corporis ipſi reſurgere prædicantur, eo quod uno ſpiritu armati, & una fide fundati, ſpiritualiter demigrant, ... Helias veniet & ipſe reſtituet omnia ... Tribus annis & ſex menſibus ne plueret, latuit: divinoque nutu iterum pluvias impetraturus, apparuit, & per ſacrificium quod oblatum fuerat adverſus Iſraeliticæ plebis animos Deo reconcilians acquiſivit ... Reſiduis tribus annis & ſex menſibus, perſecutione Antichriſti, occiſo Elia, graſſante, tamquam medio hebdomadis hoſtiam dicit ſacrificiumque deficere, quod in Eccleſia tunc ſolemniter immolatur, Antichriſti ſcilicet tunc ſævitia prævalente. Ipſo denique prædicante in Chriſtum Judæi ſunt credituri, quo increpante ab idololatria quondam meruere converti: *Hic Epiſcopus erat Adrumetinus in Byzacena Africæ provincia: florebat* VI. *ſæculo.*

S. GREG. Papa *Lib.* 11. *Moral. in Job cap.* 9. Unde etiam Helia veniente promittitur, quod reducat corda filiorum ad patres eorum; ut doctrina ſeniorum quæ nunc a Judæorum corde ablata eſt, tunc miſerante Domino redeat, quando hoc intelligere de Domino cœperint filii, quod prædicaverunt patres.

Cap. 11. Cum omnibus ſequacibus ſuis (*Antichriſtus*) fine mundi interveniente, damnabitur ... & omnes iniqui qui de ejus perverſa perſuaſione in pravis actionibus uniti ſunt; illuſtratione adventus Domini æterna in-

hoc ... quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, 26. & ſic omnis Iſrael ſalvus fieret ſicut ſcriptum eſt: Veniet ex Sion qui eripiat & avertat impietatem Jacob. 27.
Iſai. 59.20. *Et hoc illis a me teſtamentum: cum abſtulero peccata eorum. 28. Secundum Evangelium quidem inimici propter vos: ſecundum electionem autem cariſſimi propter patres ... 30. Sicut enim aliquando & vos non credidiſtis Deo, nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis propter incredulitatem illorum: 31. Ita & iſti nunc non crediderunt in veſtram miſericordiam, ut & ipſi miſericordiam conſequantur. 32. Concluſit enim Deus omnia in incredulitate ut omnium miſereatur.*

Nunc Judæi in ultionem occiſionis Chriſti velamen habent poſitum in cordibus ſuis, ita ut videntes non videant, & auribus ſuis non intelligant, & ſit ipſis omnis viſio & prophetia ſicut verba libri ſignati. Sed adveniente fine ſæculorum auferetur velamen de cordibus eorum, & intelligent fruſtra expectari alium Meſſiam, & aſpicient ad Chriſtum quem confixerunt; & plangent & dolebunt ſuper eum, & convertentur ad Dominum Deum ſuum, adjuvantibus maxime Enoch & Elia. (N) N

§. 18.

interitu cum eodem ſuo capite ferientur... diſtrictus judex iniquitates illius cum ipſo mundi fine concludit ... Tanta enim tunc contra nos iniquitate effrænabitur, ut etiam electorum corda non parvo pavore feriantur. Ita ut in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Quod videlicet dicitur, non quia electi caſuri ſunt, ſed magnis terroribus trepidaturi. Tunc vero contra eum certamen juſtitiæ & noviſſimi electi habere narrantur & primi: quia ſcilicet & hi qui in fine mundi electi recipiuntur, in morte carnis proſternendi ſunt, & illi etiam qui a prioribus mundi partibus proceſſerunt. Enoch ſcilicet & Elias ad medium revocabuntur, & credulitatis ejus ſævitiam in ſua adhuc carne paſſuri ſunt.

Lib. 20. *c.* 25. Et ſi ad cælum raptus Helias eſſe perhibetur, mortem tamen diſtulit, non evaſit, de ipſo quippe ore veritatis dicitur: Helias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia. Veniet enim reſtituturus omnia, qui ad hoc nimirum huic mundo reſtituitur, ut & prædicationis munera impleat, & carnis debitum ſolvat.

Hom. 7. in Evang. Sicut Elias ſecundum Domini adventum præveniet; ita Johannes prævenit primum. Sicut ille præcurſor eſt Judicis, ita iſte præcurſor eſt factus Redemptoris.

Hom. 29. in Evang. In cælum itaque aereum Helias ſublevatus eſt, ut in ſecretam quandam terræ regionem repente duceretur; ubi in magna jam carnis & ſpiritus quiete viveret, quouſque ad finem mundi redeat, & mortis debitum ſolvat. Ille etenim mortem diſtulit non evaſit ... Sic Enoch translatus, atque ad cælum aereum Helias ſublevatus, aſcenſionem Dominicam uterque figuravit ... Enoch translatus, Elias vero ad cælos ſubvectus eſſe memoratur.

Lib. 1. Homil. 12. in Ezechiel. ... In fine mundi Judæi in fidem redeunt ... & ſic omnis Iſrael ſalvus fiet .. Antichriſti tempore ab eis gentibus quæ in infidelitate remanſerint, plebs converſa Judæorum duris perſecutionibus anguſtabitur ... In extremis cum Judæa crediderit, graviſſimas Antichriſti tempore perſecutiones ſentit .. Quia Enoch & Elia prædicante, multi ex his, qui tunc ex Judæis in infidelitate remanſerint, ad cognitionem veritatis redeunt, ſicut de eodem Elia dicitur.
Matt. 17. 11. Elias veniet, & ipſe reſtituet omnia .. In prædicatione Enoch & Eliæ Judæis ad fidem redeuntibus.

(N) ECCLI. XLVIII. 9. Qui (Elias) receptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum. 10. Qui ſcriptus es in judiciis temporum lenire iracundiam Domini; conciliare cor patris ad filium, & reſtituere tribus Jacob.

MALACH. 5. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. 6. Et convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam, & percutiam terram anathemate.

MATT. XVII 10... Quid ergo Scribæ dicunt quod Eliam oportet primum venire. 11. At ille reſpondens, ait eis. Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia.

S. AUG. *Lib. 18. de Civitate Dei, cap.* 28. Iſtos autem carnales Iſraelitas, qui nunc nolunt credere in Chriſtum, poſtea crediturus, id eſt, filios eorum, (nam utique iſti in ſuum locum moriendo tranſibunt) (*Oſee*) Propheta
Oſee III. 5. teſtatur, dicens: *Et poſtea revertentur filii Iſrael, & inquirent Dominum Deum ſuum, & David Regem ſuum, & ſtupeſcent in Domino, & in bonis ipſius in noviſſimis diebus.* Nihil eſt iſta Prophetia manifeſtius, cum David Regis nomine ſignificatus intelligatur Chriſtus, *qui factus eſt,*
Amos 9. 11. 12. ſicut dicit Apoſtolus, *ex ſemine David ſecundum carnem* ... Amos quoque de rebus talibus ſic prophetat: ... In illa die reſuſcitabo tabernaculum David quod cecidit, & reædificabo quæ ceciderunt ejus, & deſtructa ejus reſuſcitabo, & reædificabo ea, ſicut dies ſæculi; ita ut exquirant me reſidui hominum, & omnes gentes in quibus invocatum eſt nomen meum ſuper eos, dicit Dominus faciens hæc.

Lib. 20. c. 29. Vide ſupra litt. (M) *hujus §. ut & alias auctoritates Patrum ſub hac littera allatas.*

Cap. 20. n. 2. Apud Zachariam ... ita ſcriptum eſt: *Hæc dicit Dominus omnipotens, poſt gloriam miſit me ſuper gentes, quæ ſpoliaverunt vos; quia qui tetigerit vos, quaſi qui tangit pupillam oculi ejus. Ecce ego inferam manum meam ſuper eos, & erunt ſpolia his qui ſerviebant eis: & cognoſcetis quia Dominus omnipotens miſit me* .... Quis hic audeat intelligere niſi Chriſtum loquentem, ſcilicet ovibus quæ perierant domus Iſrael? Zach. II. 8. 9.
Ait namque in Evangelio: *Non ſum miſſus, niſi ad oves quæ perierant domus Iſrael:* quas hic comparavit pupillæ oculi Dei, propter excellentiſſimum dilectionis affectum, ex quo genere ovium etiam ipſi Apoſtoli fuerunt. Matt. 10. 6.

N. 3. Item per eumdem Prophetam Dominus loquens, Zach. 11. 9. 10.
Et erit, inquit, *in illa die, quæram auferre omnes gentes quæ veniunt contra Jeruſalem, & effundam ſuper domum David, & ſuper habitatores Jeruſalem ſpiritum gratiæ & miſericordiæ; & adſpicient ad me, pro eo quod inſultaverunt, & plangent ſuper eum quaſi ſuper cariſſimum, & dolebunt dolore quaſi ſuper unigenitum* ... Pœnitebit quippe in die illa Judæos, etiam eos qui accepturi ſunt ſpiritum gratiæ & miſericordiæ, quod in ejus paſſione inſultaverint Chriſto, cum ad eum adſpexerint in ſua majeſtate venientem, eumque eſſe cognoverint, quem prius humilem in ſuis parentibus illuſerunt: quamvis & ipſi parentes eorum tantæ illius impietatis auctores reſurgentes videbunt eum, ſed puniendi jam non adhuc corrigendi. Non itaque hoc loco intelligendi ſunt, ... ſed de illorum ſtirpe venientes, qui per Eliam illo tempore ſunt crediturı.

N. 5. In illo itaque judicio, vel circa illud judicium has res didicimus eſſe venturas, Eliam Theſbitem, fidem Judæorum, Antichriſtum perſecuturum, Chriſtum judicaturum, mortuorum reſurrectionem, bonorum malorumque diremptionem, mundi conflagrationem, ejoſdemque renovationem. Quæ omnia quidem ventura eſſe credendum eſt, ſed quibus modis, & quo ordine veniant, magis tunc docebit rerum experientia, quam nunc valet conſequi ad perfectum hominum intelligentia. Exiſtimo tamen eo quo a me commemorata ſunt ordine eſſe ventura.

Quæſt. Evang. lib. 2. quæſt. 33. num. 7 Sed indignatur etiam nunc, (*Iſrael filius natu major*) & adhuc non vult introire. Cum ergo plenitudo gentium intraverit, egredietur opportuno tempore pater ejus, ut etiam omnis Iſrael ſalvus fiat: cui ex parte cæcitas facta eſt velut abſentia in agro, donec plenitudo filii minoris longe in idololatria gentium conſtituti redux ad manducandum vitulam intraret. Erit enim quandoque aperta vocatio Judæorum in ſalutem Evangelii. Quam manifeſtationem vocationis, tamquam egreſſus patris appellat ad rogandum majorem filium.

S. HIERON. *in cap. 4. Malachiæ in fine* ... Eliam dicit eſſe mittendum .... igitur antequam veniat dies judicii, & percutiat Dominus terram anathemate ... mittet Dominus in Elia, qui interpretatur *Deus meus*, & eſt de oppido Theſbi, quod *converſionem & pœnitentiam* ſonat, omnem Prophetarum chorum, qui convertat cor patrum ad filios, Abraham videlicet, & Iſaac & Jacob, & omnium Patriarcharum: ut credant poſteri eorum in Dominum Salvatorem, in quem & illi crediderunt .... Si enim Elias non cor patrum ad filios ante converterit, & cor filiorum ad patres eorum, cum venerit

dies

Digitized by Google

§. 18. *De Generali corporum Reſurrectione in fine mundi futura.*

I. Poſt perſecutionem Antichriſti & Judæorum converſionem, quid fiet in fine ſæculorum?

Matt. 26. 18. 1. Cor. 15. 52 A *R. Mittet Deus Angelos ſuos cum tuba & voce magna*, & in noviſſima tuba, in momento, in ictu oculi omnes mortui reſurgent. (A)

I. Quid hoc rei eſt, omnes mortui reſurgent?

R. Hoc eſt, unicujusque hominis mortui anima adjungetur iterum ſuo corpori, licet antea corrupto, & in pulverem a multis forte ſæculis reverſo.

I. Quomodo id fiet?

R. Per omnipotentiam Dei, qui eadem facilitate cadavera noſtra excitabit e tumulis, qua eduxit e nihilo. (B) B

I. Id

dies magnus horribilis; magnus Sanctis, horribilis peccatoribus; percutiet verus & juſtus judex: non cælum, nec eos, qui verſantur in cælo; ſed terram anathemate, eos qui faciunt opera terrena.

S. Leo *aut* Prosper *de Vocat. Gentium*, *lib.* 1. *c.* 13. Cur... ipſi (*filii Iſrael*) quorum diminutio ſalus Gentium eſt, ab obcæcatione ſua non liberentur, priusquam ingrediatur Gentium plenitudo: quaſi illuminari cum omnibus nequeant, qui omnes facta omnium Gentium adoptione ſalvandi ſunt, aut quomodo omnis Iſrael ſublata obcæcatione ſalvandus ſit, cujus innumerabilis multitudo in ſua infidelitate deficiens, ad tempora ſalvandis promiſſa non pervenit?

S. Greg. *Lib.* 2. *Moral. in Job cap.* 23. Sed nunquid hanc omnino deſeruit? Et ubi eſt quod per Prophetam dicitur: ſi fuerit numerus filiorum Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ ſalvæ fient? Ubi eſt quod

Iſa 10. 22. ſcriptum eſt: Donec plenitudo Gentium intraret, &

Rom 9. 27. ſic omnis Iſrael ſalvus fieret? Erit ergo quandoque

Id. 11. 25. conſpicuus, ut etiam Synagogæ appareat. Erit in fine mundi proculdubio, quando gentis ſuæ reliquiis ſemetipſum, ſicut eſt Dominus, innoteſcet.

(A) Matth. xxiv. 31. Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna & congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a ſummis cælorum uſque ad terminos eorum.

1. Cor. xv. 52. In momento, in ictu oculi, in noviſſima tuba: canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti: & nos immutabimur.

1. Thess. iv. 16. Deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obviam Chriſto in aera, & ſic ſemper cum Domino erimus.

(B) 1. Cor. xv. 35. Sed dicet aliquis: Quomodo reſurgent mortui? qualive corpora venient? 36. Inſipiens, tu quod ſeminas non vivificatur, niſi prius moriatur. 37. Et quod ſeminas, non corpus, quod futurum eſt, ſeminas, ſed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus cæterorum. 38. Deus autem dat illis corpus ſicut vult: & unicuique ſeminum proprium corpus.

Tertull. *Apolog. num.* 48. Sed quomodo, inquis, diſſoluta materia exhiberi poteſt? Conſidera temetipſum, o homo, & fidem rei invenies: recogita quod fueris antequam eſſes. Utique nihil, meminiſſes enim, ſi quid fuiſſes. Qui ergo nihil fueras, priusquam eſſes, idem nihil factus cum eſſe deſieris, cur non poſſis rurſus eſſe de nihilo, ejusdem ipſius auctoris voluntate qui te voluit eſſe de nihilo? Quid novi tibi eveniet? Qui non eras, factus es; cum iterum non eris, fies. Redde ſi potes rationem qua factus es, & tunc require qua fies: & tamen facilius utique fies, quod fuiſti aliquando, quia æque non difficile factus es, quod nunquam fuiſti aliquando. Dubitabitur, credo, de Dei viribus, qui tantum corpus hoc mundi de eo quod non fuerat, non minus quam de morte vacationis & inanitatis, compoſuit, animatum ſpiritu omnium animatore. Signatum & per ipſum humanæ reſurrectionis exemplum in teſtimonium vobis. Lux quotidie interfecta reſplendet, & tenebræ pari vice decedendo ſuccedunt. Sidera defuncta reviviſcunt, Tempora ubi finiuntur, incipiunt. Fructus conſummuntur & redeunt. Certe ſemina nonniſi corrupta & diſſoluta fecundius ſurgunt. Omnia pereundo ſervantur, omnia de interitu reformantur. Tu homo, tantum nomen, ſi intelligas te, vel de titulo Pythiæ diſcens, Dominus omnium morientium & reſurgentium, ad hoc morieris ut pereas?...

De Reſurr. carnis, n. 1. Fiducia Chriſtianorum, Reſurrectio mortuorum. Illa, credentes ſumus, hoc credere veritas cogit: veritatem Deus aperit.

N. 11. Nunc, & ſi intereſt, tamen utrumque mihi applaudit. Sive enim ex nihilo Deus molitus eſt cuncta, poterit & carnem in nihilum perductam, exprimere nihilo. Sive de materia modulatus eſt alias, poterit & carnem quocumque dehauſtam evocare de alio. Et utique idoneus eſt reficere, qui fecit; quanto plus eſt feciſſe, quam refeciſſe; initium dediſſe, quam reddidiſſe. Ita reſtitutionem carnis faciliorem credas inſtitutione. Aſpice nunc ad ipſa quoque exempla divinæ poteſtatis. Dies moritur in noctem, & tenebris uſquequaque ſepelitur. Funeſtatur mundi honor; omnis ſubſtantia denigratur, ſordent, ſilent, ſtupent cuncta: ubique judicium eſt. Ita lux amiſſa lugetur: & tamen rurſus cum ſuo cultu, cum dote, cum ſole, eadem & integra, & tota univerſo orbi reviviſcit, interficiens mortem ſuam, noctem; reſcindens ſepulturam ſuam, tenebras; hæres ſibimet exiſtens, donec & nox reviviſcat, cum ſuo & illa ſuggeſtu. Redaccenduntur enim & ſtellarum radii, quos matutina ſuccenſio extinxerat. Reducuntur & ſiderum abſentiæ, quos temporis diſtinctio exemerat. Redornantur & ſpecula lunæ, quæ menſtruus numerus adtriverat. Revolvuntur hyemes & æſtates, verna & autumna, cum ſuis viribus, moribus, fructibus. Quippe etiam terræ de cælo diſciplina eſt arbores veſtire poſt ſpolia, flores denuo colorare, herbas rurſus imponere, exhibere eadem quæ abſumpta ſint ſemina; nec prius exhibere, quam abſumpta. Mira ratio: de fraudatrice ſervatrix; ut reddat, intercipit; ut cuſtodiat, perdit; ut integret, vitiat; ut etiam ampliet, prius decoquit. Si quidem uberiora & cultiora reſtituit, quam exterminavit. Revera fœnore interitu, & injuria uſura, & lucro damno. Semel dixerim, univerſa conditio recidiva eſt. (Quodcumque conveneris fuit; quodcumque amiſeris, nihil non iterum eſt.) Omnia in ſtatum redeunt, cum abſceſſerint: omnia incipiunt, cum deſierint: ideo finiuntur, ut fiant, nihil deperit, niſi in ſalutem. Totus igitur hic ordo revolubilis rerum, teſtatio eſt reſurrectionis mortuorum. Operibus eam præſcripſit Deus antequam literis; viribus prædicavit antequam vocibus: præmiſit tibi naturam magiſtram, ſubmiſſurus & prophetiam, quo facilius credas prophetiæ diſcipulus naturæ: quo ſtatim admittas, cum audieris quod ubique jam videris: nec dubites Deum carnis etiam reſuſcitatorem, quem omnium noris reſtitutorem.

N. 18. Incredibile habeatur reſtitui ſubſtantiam interitu ſubductam: non quia aut ſubſtantiæ ipſi immeribile ſit aut Deo impoſſibile, aut judicio inhabile. Plane incredibile, ſi nec prædicatum divinitus fuerit: niſi quod etſi prædicatum id a Deo non fuiſſet, ultro præſumi debuiſſet, ut propterea non prædicatum, quia tot auctoritatibus præjudicatum. At cum divinis quoque vocibus perſonet, tanto abeſt ut aliter intelligatur, quam deſiderant illa, a quibus etiam ſine divinis vocibus perſuadetur.

S. Joh. Damasc. *Lib.* 4. *Orthod. fidei cap.* 28. Credimus autem & reſurrectionem mortuorum: erit enim reſurrectio mortuorum. Reſurrectionem autem dicentes, corporum intelligimus reſurrectionem.. Nam animæ cum immortales ſint, quomodo reſurgent? Siquidem mortem definientes dicimus eſſe ſeparationem animæ a corpore: reſurrectio omnino erit conjunctio rurſus animæ & corporis, & ſecunda, iterataque ejus quod diſſolutum fuerit, ieritque peſſum, animalis reſtitutio. Ipſum igitur corpus quod corrumpitur & diſſolvitur idem reſurget incorruptibile. Non impotens enim eſt is, qui in principio ex pulvere terræ ipſum conſtituit rurſus reſolutum & converſum in terram ex qua ſumptum fuerat, ſecundum conditoris dictum iterato ſuſcitare illud. Nam non eſt reſurrectio, manducemus & bibamus & voluptuariam delicioſamque vitam tranſigamus. Si non eſt reſurrectio, in quo differimus a rationis expertibus? Si non eſt reſurrectio, beatas dicimus agreſtes feras, jucundam triſtitiaque carentem ducentes vitam. Si non eſt reſurrectio, neque Deus eſt, neque providentia, ſed caſo cuncta ducuntur & feruntur. Ecce enim videmus complures juſtos penuria laborantes & injuriis affectos, neque unum in præſenti vita adeptos præſidium: peccatores autem & injuſtos, divitiis

& omni-

C

I. Id vero qua ratione fieri poſſit, quis capiat?

R. Id quidem perfecte capere non poſſumus, credimus tamen ſine ulla dubitationis umbra, quia Deus id plane revelavit. (C) Quin & videmus hujus rei imagines quaſdam in rebus naturalibus.

Ex grano frumenti in terram miſſo & corrupto prodit iterum ſpica. Idem uſu venit in omnibus omnino ſeminibus quæ poſt corruptionem reviviſcunt. Ex illis quantumlibet imperfectis imaginibus conjicere licet quæ ſit Dei potentia in excitandis e pulvere corporibus, ut ex allatis Patrum teſtimoniis patet.

I. Reſurgetne corpus hominum tale, quale fuit ante mortem?

R. Idem corpus reſurget, ſed non iiſdem qualitatibus affectum. Alia erit reſurrectio Juſtorum, alia impiorum ex Apoſtolo. (D) D

I. Quales reſurgent juſti?

R. Re-

& omnibus deliciis affluentes. At quis hoc juſti judicii aut ſapientis providentiæ opus, qui probe ſapiat, exiſtimabit? Erit igitur, erit reſurrectio: nam Deus juſtus eſt & iis qui ſuſtinent eum mercedis retributor efficitur. Si igitur anima ſola, virtutis certaminibus, conflixit, & ſola coronabitur: & ſi ſola in voluptatibus implicita fuit, & ipſa ſola juſte punietur. Sed quia neque ſubſiſtebat ſeparata, neque virtutem, neque vitium tranſegit anima ſine corpore, juſte ambo ſimul ad retributiones ſunt fabricata.

1. Cor. 15. 44. *Deinde affert Scripturæ ſacræ teſtimonia & addit:* Seminatur corpus animale, id eſt, craſſum & mortale, reſurget corpus ſpirituale, immutabile, impaſſibile, ſubtile. Hoc enim deſignat ſpirituale; quale Domini corpus poſt reſurrectionem, clauſis portis ingrediens, infatigabile, cibo ſomno & potu non indigens.

Matt. 22. 30. Erunt enim, inquit Dominus, ſicut Angeli Dei: non nuptiæ erunt, non filiorum procreatio.

S. CYRILL. HIEROSOLYM. *Catech.* 18. *n.* 1. Radix totius bonæ operationis, eſt ſpes reſurrectionis: expectatio enim retributionis incitat mentem ad bona opera: promptiorque fit omnis operarius ad perferendos labores ſi præmium laborum præviderit ... Et omnis anima credens in reſurrectionem, merito ſibi parcit: non credens autem reſurrectioni, expoſita fit perditioni. Credens manere corpus in reſurrectionem, parcit illi tamquam veſti, & non polluit eam in iniquitatibus: qui vero non credit reſurrectionem, exponit ſeſe libidini, ac veluti alieno abutitur corpore ſuo. Magna igitur eſt Eccleſiæ Catholicæ admonitio, fides de reſurrectione, & doctrina valde neceſſaria.

N. 2. Occidit homo, mortuus eſt, & computruit, & totus in vermes reſolutus eſt, atque ii vermes quoque interierunt. Putrefactio tanta & corruptio corpus excepit, quomodo igitur reſurget? Navigatores a piſcibus devorati ſunt, & ipſi quoque comeſti ſunt: qui cum beſtiis pugnarunt, urſi & leones, una cum oſſibus comminuerunt. Vultures & corvi mortuorum humi projectorum corpora comederunt, & in univerſum mundum diſperſi ſunt. Unde congregabitur corpus? Nam avium, quæ illud comederunt, aliam quidem in India mori contigit, aliam in Perſide, aliam in Gothia igne comburi, & ipſius cinerem ventus diſperſit. Unde id corpus congregabitur? Tibi ſane homuncioni exiguo & imbecilli procul a Gothia India, & Hiſpania a Perſide videtur.... Deo autem qui terram pugillo continet, omnia ſunt prope. Non igitur pro tua imbecillitate Deum urgeas impotentiæ, ſed potius illius potentiæ aſſentiare... Cogita diverſa ſemina germinum miſceri (infirmo enim tibi in fide, infirma propono exempla) & hæc diverſa ſemina tuo pugillo contineri. Eſtne tibi homini res magna, an facilis, pugillum tuum aperire, & unumquodque germen, ſecundum ipſius naturam colligere, & ad germen reſtaurare? & tu quidem id in tuo pugillo poteris, num & Deus, quæ illius pugillo continentur, diſcernere, congregare, & reſtaurare non poterit?

N. 3. Si non eſt reſurrectio mortuorum ſecundum te, cur ſepulchrorum ſpoliatores condemnas? Si enim periit corpus, & deſperata reſurrectio, cur tumulorum prædones mulctantur? Vides, quod etiam neges labiis, infracta tamen apud te manet reſurrectionis conſcientia? Tum vero arbor quidem excisa rurſus floret, homo autem exciſus non florebit? ... Qui ex nihilo nos fecit Deus, numquid jam exiſtentes & cadentes rurſus excitare non poterit? Si non credis his quæ de reſurrectione ſcripta ſunt, Gentilis exiſtens, ex rerum natura id perſpice, & his quæ ad hodiernam uſque diem apparent, intellige. Seminatur frumentum, vel forte aliud genus ſeminis, cadens moritur, & quaſi putreſcit, fitque omnino ineptum ad cibum; ſed mox illud putridum fit herbidum, & exile cadens ſurgit pulchrum. Frumentum autem fit propter nos, & propter uſum noſtrum factum eſt: neque enim frumenta & ſemina ſunt propter ſeipſa. Si ergo iſta quæ propter nos naſcuntur, mortua reviviſcunt, nos vero quorum cauſa & illa nata ſunt, mortui an non excitabimur?

N. 5. Accipe aliam rurſus demonſtrationem ex his, quæ in dies tibi ſunt præ oculis: ante centum vel ducentos annos, nos omnes qui loquimur & audimus, ubi eramus? An neſcimus conſtitutionis noſtræ ſubſiſtentiam? Neſcis quomodo ex infirmis, rudibus, & confuſis rebus generamur? Et ex tam rudi infirmaque materia formatur homo: & quod erat imbecillum, incarnatum, in robur nervorum mutatur, & oculorum ſplendorem, & narium odoratum, & aurium auditum, & linguam loquentem, & cor ſaliens, & manus operantes, & pedes currentes, & in omnimodam membrorum ſpeciem. Ac illud imbecillum fit navium fabricator & domorum opifex, architectus & omnium artium operarius: miles, princeps, legiſlator & rex. Qui ex levibus ita nos fecit Deus, num cadentes excitare non poterit? & qui non exiſtens fecit ut eſſet, numquid cadens non ſublevabit?...

N. 7. Veniamus ad ſcripta legis. Dicit igitur Deus ad Moyſen: *Ego Deus Abraham, Iſaac, & Jacob*: certum quod exiſtentium, & ſubſiſtentium. Si enim Abraham mortuus eſt, vel non exiſtit, & Iſaac, & Jacob, numquid Deus eſt non exiſtentium? Num aliquando dixit Rex, ſe Regem eſſe militum quos non habet? Quando aliquis oſtentat divitias, quas non poſſidet? Neceſſe eſt itaque ſubſiſtere, & Abraham & Jacob, ut Deus ſit exiſtentium Deus: neque enim dixit, ipſorum eram Deus, ſed ſum ... *Et creavit Deus hominem pulverem de terra*. Pulvis in corpus mutatur, & caro in carnem rurſus non convertetur? Quærendum eſſet a vobis, unde conſtituti ſunt cæli & terra, & mare, unde ſol & luna & aſtra? Quomodo ex aquis volatilia & natantia? & quomodo de terra omnia animantia? Tot myriades ex non exiſtentibus, ad eſſe deductæ ſunt, & nos homines, qui facti ſumus ad illius imaginem, numquid non reſurgemus?...

(C) JOB XIX. 25. Scio quod Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum: 26. Et rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum. 27. Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius: repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

1. COR. XV. 51. Ecce myſterium vobis dico: omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. 52. In momento, in ictu oculi, in noviſſima tuba: canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti: & nos immutabimur. 53. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. 54 Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo, qui ſcriptus eſt: Oſee 13. 14
Abſorpta eſt mors in victoria.

S. AUG. *Lib.* 22. *de Civit. Dei cap.* 5. *Vide ſupra* §. 9. *lit.* (A) *hocce cap.*

(D) JOB XIX. 25. 26. *Vide ſupra lit.* (C) *hocce* §.

1. COR. XV. 35. *Vide ſupra Sect.* 2. *cap.* 1. *Paragr.* 21. *litt.* (AA)

S. AUG. *Enchirid. c.* 88 *n.* 23. Non autem perit Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro: ſed in quemlibet cinerem pulveremve ſolvatur, in quoslibet halitus aurasque diffugiat, in quamcumque aliorum corporum ſubſtantiam, vel in ipſa elementa vertatur, in quorumcumque animalium etiam hominum cibum cedat carnemque mutetur, illi animæ humanæ puncto temporis redit, quæ illam primitus, ut homo fieret, viveret, creſceret, animavit.

Cap. 89. Ipſa itaque terrena materies, quæ diſcedente anima fit cadaver, non ita ad reſurrectionem reparabitur, ut ea quæ dilabuntur, & in alias atque alias aliarum rerum ſpecies & formas vertantur, quamvis ad corpus redeant unde dilapſa ſunt, ad eaſdem quoque corporis partes ubi fuerunt, redire neceſſe ſit. Alioquin ſi capillis redit quod tam crebra tonſura detraxit, ſi unguibus

quod

quod toties detrahit exſectio; immoderata & indecens cogitantibus, & ideo reſurrectionem carnis non credentibus occurrit informitas. Sed quemadmodum ſi ſtatua cujuslibet ſolubilis metalli, aut igne liqueſceret, aut conteretur in pulverem, aut confunderetur in maſſam, & eam vellet artifex rurſus ex illius materiæ quantitate reparare, nihil intereſſet ad ejus integritatem, quæ particula materiæ cui membro ſtatuæ redderetur, dum tamen totum ex quo conſtituta fuerat, reſtituta reſumeret: Ita Deus mirabiliter atque ineffabiliter artifex, de toto quo caro noſtra conſtiterat, eam mirabili & ineffabili celeritate reſtituet, nec aliquid attinebit ad ejus redintegrationem, utrum capilli ad capillos redeant, & ungues ad ungues; an quidquid eorum perierat mutetur in carnem, & in partes alias corporis revocetur, curante artificis providentia ne quid indecens fiat.

Cap. 90. Nec illud eſt conſequens, ut ideo diverſa ſit ſtatura reviviſcentium ſingulorum, quia fuerat diverſa viventium, aut macri cum eadem macie, aut pingues cum eadem pinguedine, reviviſcant. Sed ſi hoc eſt in conſilio creatoris, ut in effigie ſua cujusque proprietas, & diſcernibilis ſimilitudo ſervetur, in cæteris autem corporis bonis æqualia cuncta reddantur; ita modificabitur illa in unoquoque materies, ut nec aliquid ex ea pereat, & quod alicui defuerit ille ſuppleat, qui etiam de nihilo potuit quod voluit operari. Si autem in corporibus reſurgentium rationabilis inæqualitas erit, ſicut eſt vocum quibus cantus impletur; hoc fiet cuique de materie corporis ſui, quod & hominem reddat Angelicis cœtibus, & nihil inconveniens eorum ingerat ſenſibus. Indecorum quippe aliquid ibi non erit, ſed quidquid futurum eſt, hoc decebit; quia nec futurum eſt, ſi non decebit.

Cap. 91. Reſurgent igitur Sanctorum corpora, ſine ullo vitio, ſine ulla deformitate, ſicut ſine ulla corruptione, onere, difficultate: in quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit. Propter quod & ſpiritalia dicta ſunt, cum proculdubio corpora ſint futura, non ſpiritus. Sed ſicut nunc corpus animale dicitur, quod tamen corpus, non anima eſt: ita tunc ſpiritale corpus erit, corpus tamen non ſpiritus erit. Proinde quantum attinet ad corruptionem, quæ nunc aggravat animam, & ad vitia, quibus caro adverſus ſpiritum concupiſcit, tunc non erit caro, ſed corpus: quia & cæleſtia corpora perhibentur.
1.Cor.15.50 Propter quod dictum eſt, *Caro & Sanguis regnum Dei non*
Ibid. 54. *poſſidebunt*... Et quanquam exponens quid dixerit, *neque corruptio*, inquit, *incorruptionem poſſidebit*... Ideo ait Apoſtolus: *Seminatur corpus animale, reſurget corpus ſpiritale:* quoniam tanta erit tunc concordia carnis & ſpiritus, vivificante ſpiritu ſine ſuſtentaculi alicujus indigentia ſubditam carnem, ut nihil nobis repugnet ex nobis; ſed ſicut foris neminem, ita nec intus nos ipſos patiamur inimicos.

Cap. 92. Quicumque vero ab illa perditionis maſſa, quæ facta eſt per hominem primum, non liberantur per unum mediatorem Dei & hominum, reſurgent quidem etiam ipſi unusquisque cum ſua carne, ſed ut cum diabolo & ejus angelis puniantur. Utrum ſane ipſi cum vitiis & deformitatibus ſuorum corporum reſurgant, quæcumque in eis vitioſa & deformia membra geſtarunt, in requirendo laborare quid opus eſt? Neque enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa & ſempiterna damnatio. Nec moveat quomodo in eis erit corpus incorruptibile, ſi dolere poterit; aut quomodo corruptibile, ſi mori non poterit. Non eſt enim vera vita niſi ubi feliciter vivitur; nec vera incorruptio, niſi ubi ſalus nullo dolore corrumpitur. Ubi autem infelix mori non ſinitur, ut ita dicam, mors ipſa non moritur; & ubi dolor perpetuus non intermit, ſed affligit, ipſa corruptio non finitur: hæc in ſanctis Scripturis ſecunda mors dicitur.

Lib. 2. *de Civitate Dei*, *c.* 15. Reſtat ergo, ut ſuam recipiat quisque menſuram, quam vel habuit in juventute, etiam ſi ſenex eſt mortuus; vel fuerat habiturus, ſi ante eſt defunctus.

Cap. 16... Quemadmodum ille (*Chriſtus*) nobis mortalitate, ita nos illi efficiamur immortalitate conformes: Quod quidem & ipſam mortalitatem corporum pertinet... Reſurgent itaque omnes tam magni corpore, quam vel erant, vel futuri erant juvenili ætate; quamvis nihil oberit, etiam ſi erit infantilis, vel ſenilis corporis forma, ubi nec mentis, nec ipſius corporis ulla remanebit infirmitas. Unde etiam ſi quis in eo corporis modo, in quo defunctus eſt, reſurrecturum unumquemque contendit, non eſt cum illo laborioſa contradictione pugnandum.

Cap. 17.... Mihi melius ſapere videntur, qui utrumque ſexum reſurrecturum eſſe non dubitant. Non enim libido ibi erit, quæ confuſionis eſt cauſa... Corporibus ergo illis vitia detrahentur, natura ſervabitur.... Qui ergo utrumque ſexum inſtituit, utrumque reſtituet.

Cap. 17. *nu.* 1..., Quapropter ſi capilli toties tonſi unguesve deſecti ad loca ſua deformiter redeunt, non redibunt: nec tamen cuique reſurgenti peribunt, quia in eamdem carnem, ut quemcumque ibi locum corporis teneant, ſervata partium congruentia, materiæ mutabilitate vertentur... Si enim ſtatuam poteſt artifex homo, quam propter aliquam cauſam deformem fecerat, conflare, & pulcherrimam reddere, ita ut nihil inde ſubſtantiæ, ſed ſola deformitas pereat... quid de omnipotente artifice ſentiendum eſt? Ergone non poterit, quasque deformitates humanorum corporum, non modo uſitatas, verum etiam raras atque monſtroſas, quæ huic miſeræ vitæ congruunt, abhorrent autem ab illa futura felicitate Sanctorum, ſic auferre ac perdere, ut quæcunque earum faciunt, etſi naturalia, tamen indecora excrementa ſubſtantiæ corporalis, nulla ejus diminutione tollantur.

N. 2. Ac per hoc non eſt macris, pinguibusve metuendum, ne ibi etiam tales ſint, quales ſi poſſent, nec hic eſſe voluiſſent.... Proinde nulla erit deformitas, quam facit incongruentia partium, ubi & quæ prava ſunt corrigentur; & quod minus eſt quam decet, unde Creator novit, inde ſupplebitur; & quod plus eſt quam decet, materiæ ſervata integritate, detrahetur. Coloris porro ſuavitas quanta erit, ubi juſti fulgebunt ſicut ſol in regno Patris ſui?

N. 3. *alias c.* 20. Vulnerum cicatrices, quæ pro Chriſti nomine (*Martyres*) pertulerunt, fortaſſe videbimus. Non enim deformitas in eis, ſed dignitas erit, & quædam, quamvis in corpore, non corporis, ſed virtutis pulchritudo fulgebit.

Cap. 22. *num.* 1. Abſit autem ut ad reſuſcitanda corpora, vitæque reddenda non poſſit omnipotentia Creatoris omnia revocare, quæ vel beſtiæ, vel ignis abſumpſit, vel in pulverem cineremve collapſum, vel in humorem ſolutum, vel in auras eſt exhalatum. Abſit ut ſinus ullus ſecretumque naturæ ita recipiat aliquid ſubtractum ſenſibus noſtris, ut omnium Creatoris aut lateat cognitionem, aut effugiat poteſtatem.

N. 2. Quæritur, cum caro mortui hominis etiam alterius fit viventis caro, cui potius eorum in reſurrectione reddatur... Quidquid enim carnium exhauſit fames, utique in auras eſt exhalatum: unde diximus omnipotentem Deum poſſe revocare quod fugit. Reddetur ergo caro illa homini, in quo eſſe caro humana primitus cœpit: ab illo quippe altero tamquam mutuo ſumpta deputanda eſt: quæ ſicut æs alienum, ei redhibenda eſt, unde ſumpta eſt. Sua vero illi, quem fames exinanierat, ab eo qui poteſt etiam exhalata revocare, reddetur. Quamvis & ſi omnibus periſſet modis, nec ulla ejus materies in ullis naturæ latebris remanſiſſet, unde vellet, eum repararet omnipotens.

N. 3.... Abſit omnis deformitas, omnis infirmitas, omnis tarditas, omnisque corruptio; & ſi quid aliud, non decet regnum, in quo reſurrectionis & promiſſionis filii æquales erunt Angelis Dei, ſi non corpore, non ætate, certe felicitate.

Cap. 21. Reſtituetur ergo & quidquid de corporibus vivis, vel poſt mortem de cadaveribus periit, & ſimul cum eo quod in ſepulchris remanſit, in ſpiritalis corporis novitatem ex animalis corporis vetuſtate mutatum reſurget, incorruptione atque immortalitate veſtitum. Sed & ſi vel caſu aliquo gravi, vel inimicorum immanitate totum penitus conteretur in pulverem, atque in auras vel in aquas diſperſum quantum fieri poteſt, nuſquam eſſe ſinatur omnino, nullo modo ſubtrahi poterit omnipotentiæ Creatoris; ſed capillus in eo capitis non peribit. Erit ergo ſpiritui ſubdita caro ſpiritalis, ſed tamen caro, non ſpiritus... Seminatur corpus animale, reſur- 1.Cor.15.42
get corpus ſpiritale.

Tertull. *Lib. de Reſurrect. carnis*, *pag.* 361. In reſurrectionis eventum mutari, converti, reformari licebit cum ſalute ſubſtantiæ. Etenim quam abſurdum, quam vero & iniquum, utrumque autem quam Deo indignum, aliam ſubſtantiam operari, aliam mercedem diſpungi; ut hæc quidem caro per martyria laceretur, alia vero coronetur; item e contrario, hæc quidem caro in ſpurcitiis volutetur, alia vero damnetur? Nonne præſtat omnem ſemel fidem a ſpe reſurrectionis abducere, quam de gravitate atque juſtitia Dei ludere?

PARS I. SECT. II. CAP. III. § 18.

R. Reſurgent cum corporibus glorioſis, & ut ita dicam ſpiritualibus. (E)

I. Quæ erunt qualitates corporum glorioſorum & ſpiritualium?

E R. Quatuor aſſignant vulgo ſancti Patres, quas videtur & tradidiſſe Apoſtolus, cap. 15. prioris Epiſtolæ ad Corinthios.

1. Erunt corpora ſplendida & fulgentia luminis inſtar.

2. Erunt agilia inſtar ſpirituum.

3. Erunt ſubtilia ita ut nullo corporali obice detineri poſſint, quale fuit corpus Chriſti poſt reſurrectionem, quod in locum ubi erant Apoſtoli congregati, intravit januis clauſis.

F 4. Erunt prorſus impaſſibilia. (F)

I. Quomodo impii qualive corpore reſurgent?

R. Veriſimile eſt ex impreſſa eorum fronti nota reprobationis futurum ut & deformia & horrida eſſe videantur, ſicut in juſtis ex impreſſo eorum corpori gratiæ caractere fiet ut glorioſa appareant.

I. Reſurgentne omnes omnino homines?

R. Certum eſt reſurrecturos omnes omnino mortuos. Utrum autem omnes omnino ſint morituri non ita certum eſt. Variæ ſunt ea de re SS. Patrum & Theologorum ſententiæ. Alii putant omnes omnino morituros; eoſque quos adventus Chriſti vivos repererit morituros item ut mox reſurgant. Alii exiſtimant eos quos adventus Chriſti vivos repererit, non morituros quidem, ſed in momento in ictu oculi immutandos, adeo ut eorum corpora iis afficiantur qualitatibus quas habuiſſent ex reſurrectione: ideoque & in Scriptura & in Sym-

S. HIERON. *ad Pammac. Epiſt. 38. alias 61. adverſus Hæreſ. Johan. Jeroſolym. T. 4. p. 323.* Poſt reſurrectionem eadem habebimus membra, quibus nunc utimur, eaſdem carnes & ſanguinem & oſſa, quorum in Scripturis ſanctis opera, non natura damnatur . . . Hæc eſt vera reſurrectionis confeſſio, quæ ſic gloriam carni tribuit, ut non auferat veritatem. Quod vero dicit Apoſtolus, *corruptibile hoc & mortale*, hoc ipſum corpus, id eſt, carnem, quæ tunc videbatur, oſtendit. 1.Cor 15.53 Quod autem copulat, *induere incorruptionem & immortalitatem*, illud indumentum, id eſt, veſtimentum, non dicit corpus abolere quod ornat in gloria: ſed quod ante inglorium fuit, efficere glorioſum, ut mortalitatis & infirmitatis viliore veſte depoſita, immortalitatis auro, &, ut ita dicam, firmitatis atque virtutis beatitudine induamur; volentes non ſpoliari carne, ſed ſuperveſtiri in gloria, & domicilium noſtrum quod de cælo eſt, ſuperindui deſiderantes, ut devoretur mortale a vita . . . Fidem Eccleſiæ apertiſſime confitebor. Reſurrectionis veritas, ſine carne & oſſibus, ſine ſanguine & membris, intelligi non poteſt. Ubi vero & oſſa, & ſanguis & membra ſunt, ibi neceſſe eſt ut ſexus diverſitas ſit. Ubi ſexus diverſitas eſt, ibi, Johannes Johannes, Maria Maria. Noli timere eorum nuptias, qui etiam ante mortem in ſexu ſuo ſine ſexus opere vixerunt. Quando dicitur: Matt. 22 30 *In illa die neque nubent neque nubentur*, de his dicitur qui poſſunt nubere, & tamen non nubent. Nemo enim dicit de Angelis, *non nubet neque nubentur*. Ego numquam audivi ſpiritualium virtutum in cælo nuptias celebrari: ſed ubi ſexus eſt, ibi vir & femina. Unde & tu invitus licet cogente veritate confeſſus es, & dixiſti: aut coronandus in corpore, quod caſte egit & juſte: aut condemnandus in corpore, quod voluptatibus iniquitatique ſervivit . . Poteſt utique (*Deus*) eadem potentia, qua de nihilo cuncta fabricatus eſt, reddere quæ fuerunt: quia multo minus eſt reſtituere quod fuerit, quam facere quod non fuit . . .

(E) 1. COR. XV. 35. *Vide ſupra hac ſectione cap.* 1. §. 21. *lit.* (AA) & S. AUG. *de Civit. Dei, lib.* 22. *cap.* 16. *Vide ſupra lit.* (D) *hocce* §.

(F) ISAI. XL. 31. Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current, & non laborabunt; ambulabunt, & non deficient.

MATTH. XIII. 43. Juſti fulgebunt ſicut ſol in regno Patris eorum.

PHILIPP. III. 21. Qui (Chriſtus) reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundum operationem, qua etiam poſſit ſubjicere ſibi omnia.

APOCALYPS. XXI. 4. Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt.

S. AUG. *Enchirid. c.* 91. & *lib.* 22. *de Civit. Dei, c.* 20. & 21. *Vide ſupra lit.* (D) *hocce* §.

Serm. 246. *in diebus Paſchal.* XI. *alias de Temp.* 139. *cap.* 3. *num.* 3. *Vide infra part.* 2. *ſect.* 4. *cap.* 2. *paragr.* 12. *litt.* (G)

S. HIERON. *Lib.* 11. *in Iſai. c.* 40. *T.* 3. *p.* 302. Qui autem habet & cuſtodit imaginem cæleſtis, ille caro eſt quæ cernit ſalutare Domini, quæ quotidie renovatur in cognitionem ſecundum imaginem Creantis: & incorruptibile atque immortale corpus accipiens, mutat gloriam, non naturam. Verbum autem Domini noſtri, & hi qui Verbo ſociati ſunt, permanent in æternum.

Lib. 12. *in cap.* 40. *Tom.* 3. *p.* 309. *in fine* Itaque & Sanctos repueraſcere: & aſſumpto immortali corpore laborem non ſentire mortalium, ſed rapi in nubibus obviam Chriſto, & nequaquam juxta *Septuaginta* eſurire, quia præſentem Dominum habeant cibum.

Epiſt. 86. *ad Euſtoch. Virginem, alias* 27. *T.* 4. *p.* 684. & 685. Utrum crederet futuram reſurrectionem mortuorum, an non? Qui cum ſe credere reſpondiſſet, intuli: Eadem reſurgent corpora, an altera? Cum dixiſſet, Eadem, ſciſcitatus ſum: In eodem ſexu, an in altero? Ad interrogata reticenti, & inſtar colubri huc atque illuc transferenti caput ne feriretur; Quia, inquam, taces, ego mihi pro te reſpondebo, & conſequentia inferam. Si non reſurget mulier, ut mulier, neque maſculus, ut maſculus; non erit reſurrectio mortuorum; quia ſexus membra habet, membra autem totum corpus efficiunt. Si autem ſexus & membra non fuerint, ubi erit reſurrectio corporum, quæ ſine ſexu non conſtant & membris? Porro ſi corporum non fuerit reſurrectio nequaquam erit reſurrectio mortuorum. Sed & illud quod de nuptiis objicis . . . . Ubi dicitur, non nubent, neque nubentur, ſexuum diverſitas demonſtratur . . . . Quod ſi oppoſueris, Quomodo ergo erimus ſimiles Angelorum, cum inter Angelos non ſit maſculus & femina? Breviter auſculta: non ſubſtantiam nobis Angelorum, ſed converſationem, & beatitudinem Dominus repromittit . . . . Porro ſi quærit . . . . in qua ætate reſurrecturi ſimus; cum diverſa ætate moriamur, ingratis ſuſcipies: . . . . ætatum autem diverſitas non mutat corporum veritatem. Cum enim corpora quotidie noſtra fluant, & aut creſcant, aut decreſcant: ergo tot erimus homines, quot quotidie commutamur. Aut alius fui cum decem annorum eſſem, alius cum triginta, alius cum quinquaginta, alius cum jam toto cano capite ſum? Igitur juxta Eccleſiarum Traditiones, & Apoſtolum Paulum, illud eſt reſpondendum: quod in virum perfectum, & in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti reſurrecturi ſumus, in qua & Adam Judæi conditum autumant: & Dominum Salvatorem legimus ſurrexiſſe.

S. CYRILLUS HIEROSOL. *Cath.* 18. *n.* 9. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.* Corpus enim hoc excitabitur non ita infirmum, ſed ipſum quidem reſurget, indutum tamen incorruptione transformabitur . . . Non amplius ejuſmodi cibis ad vitam opus habebit, neque ſcalis ad aſcenſum: fiet enim ſpiritale admirandum quid, & quale pro dignitate declarare nequimus. Juſti ſplendebunt ut ſol, & tanquam luna, & ſicut ſplendor firmamenti . . . Reſurget itaque hoc corpus, ſed non tale manebit, verum erit æternum . . . fiet ſpiritale. 1.Cor.15.53

Num. 10. Excitabimur ergo æterna habentes corpora, non omnes autem ſimilia: ſed qui eſt juſtus, corpus accipiet cæleſte, ut poſſit cum Angelis digne converſari. Si vero peccator eſt, accipiet corpus æternum, quo ſufferre poſſit pœnas peccatorum, ut perpetuo in igne ardeat, & numquam diſſolvatur. Et juſte utriſque his ordinibus Deus hoc præbebit. Nihil enim ſine corpore a nobis geſtum eſt . . . Cum igitur in omnibus cooperetur corpus, etiam in futuris fructum ejus percipiet.

Alios SS. PP. qui in cap. XV, 1. *ad Corinth. ſcripſerunt adire potes.*

TER-

Digitized by Google

Symbolo Chriſtum Jeſum dici judicem vivorum & mortuorum. (G)

I. Cur dixiſti ſuperius glorioſam carnis reſurrectionem unam eſſe ex prærogativis Eccleſiæ?

R. Quia ſola Eccleſiæ membra reſurgent in gloria: nam extra Eccleſiam nulla ſalus.

I. Reſurgentne in gloria omnes qui fuerint Eccleſiæ membra?

R. Nequaquam: ſed ii ſolum qui nulla peccati mortalis labe inquinati ſupremum diem obierint. Alii poſt mortem non pertinent amplius ad Eccleſiam, ſed ad ſocietatem dæmoniorum & reproborum, ut jam diximus.

I. Reſurgetne anima ſimul cum corpore? PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 18.

R. Immortalis anima eſt, nulla indiget reſurrectione, id eſt, vitæ novæ acceſſione: niſi reſurrectionem voces aditum ad vitam æternam, quæ utique nova vita eſt. Quo ſenſu reſurgunt animæ Sanctorum ſtatim atque e corporibus exceſſerunt; & hoc eſt quod in Apocalypſi vocatur *reſurrectio prima*. Ceterum reſurrectionem dicimus novam acceſſionem animæ ad corpus prius mortuum. Apoc. 20. 5.

I. Morienturne iterum homines poſt reſurrectionem?

R. Non morientur amplius. Corporum reſurrectionem immortalitas conſequetur.

§. 19.

(G) TERTULL. *de Reſurrect. carn. n.* 41. Nam & hoc gemimus; domicilium noſtrum, quod de cælo eſt, ſuperindui deſiderantes; ſiquidem induti, non nudi inveniamur; id eſt, ante volumus ſuperinduere virtutem cæleſtem æternitatis, quam carne exuamur. Hujus enim gratiæ privilegium illos manet, qui ab adventu Domini deprehendentur in carne, & propter duritias temporum Antichriſti merebuntur, compendio mortis per demutationem expunctæ, concurrere cum reſurgentibus; ſicut Theſſalonicenſibus ſcribit (*Apoſtolus*.)

S. AUG. *Epiſt.* 193. *edit. BB. ad Mercatorem*, *c.* 3. *n.* 5. Enoch & Elias mortui non fuerint, ſed cum ſuis corporibus ex iſta hominum converſatione tranſlati.... Ipſi quoque morituri poſtea perhibentur ſicut plerique exponunt Apocalypſim Johannis de duobus illis Prophetis, de quibus, tacitis eorum nominibus, loquitur, quo iſti duo Sancti cum ſuis tunc corporibus apparebunt, in quibus nunc vivunt, ut etiam ipſi quemadmodum ceteri Martyres pro Chriſti veritate moriantur.

1.Theſſ.4.17 *Cap.* 4. *n.* 9. Et non viventes qui reliqui ſumus, ſimul cum illis rapiemur in nubibus obviam Chriſto in aera: & ita ſemper cum Domino erimus.

N. 10. Reſurrectio quippe, niſi mors præceſſerit, nulla eſt ... Nullus hominum exiſtimetur immortalitatem, niſi mors præceſſerit, adepturus. Et nos viventes qui reliqui ſumus in adventum Domini non præveniemus eos qui ante dormierunt. Ipſe enim Dominus in juſſu, in voce Archangeli & in tuba Dei deſcendet de cælo, & mortui in Chriſto reſurgent primi; deinde nos &c.... Vellem de his audire doctiores... Neque enim debemus indociles eſſe doctores, & certe melius homo corrigitur parvus quam frangitur durus. Cum iis quæ ſcripſimus, ita noſtra vel aliorum exerceatur, & erudiatur infirmitas, ut tamen in eis nulla velut canonica conſtituatur auctoritas.

N. 11. Si enim in his verbis Apoſtoli nullus alius ſenſus potuerit reperiri, & hoc eum intelligi voluiſſe claruerit, quod videntur verba ipſa clamare; id eſt, quod futuri ſint in fine ſæculi & in adventu Domini, qui non expolientur corpore, ſed ſuperinduantur immortalitate, ut abſorbeatur mortale a vita: huic ſententiæ proculdubio conveniet quod in regula fidei confitemur, venturum Dominum, judicaturum vivos & mortuos; ut non hic intelligamus vivos juſtos, mortuos autem injuſtos, quamvis judicandi ſunt juſti & injuſti; ſed vivos quos nondum exiiſſe, mortuos autem quos jam exiiſſe de corporibus adventus ejus inveniet. Quæ ſi ita eſſe conſtiterit, illa verba excutienda erunt, quomodo ſic accipiemus,

1.Cor.15.36 *Tu quod ſeminas non vivificatur, niſi prius moriatur; & omnes reſurgemus, ſive omnes dormiemus*, ut non adverſentur huic ſententiæ, qua quidem creduntur etiam cum ſuis corporibus in æternum, non deguſtata morte, victuri.

N. 13. Ceterum quod adtinet ad quæſtionem reſurrectionis, propter illos, qui creduntur non eſſe morituri, ſed ex hac mortalitate ad immortalitatem ſine media morte tranſituri, inquiſitio diligentior adhibenda eſt: & ſi quid hinc abſolutum, ac definitum diſputatione rationabili atque perfecta vel audiſti, vel legiſti, vel etiam ipſe cogitare potuiſti ... peto mihi mittere ne graveris

1.Theſſ.4.12 *Lib.* 20. *de Civit. Dei*, *c.* 20. *n.* 1. *Nolumus ignorare vos, fratres, de dormientibus, ut non contriſtemini, ſicut & ceteri, qui ſpem non habent.* 13. *Nam ſi credimus, quod Jeſus mortuus eſt, & reſurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Jeſum, adducet cum eo.* 14. *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos viventes, qui reliqui ſumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui ante dormierunt:* 15. *quoniam ipſe Dominus in juſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cælo; & mortui in Chriſto reſurgent primi;* 16. *deinde nos viventes, qui reliqui ſumus, ſimul cum illis rapiemur in nubibus obviam Chriſto in aera; & ita ſemper cum Domino erimus*. Hæc verba Apoſtolica reſurrectionem mortuorum futuram, quando veniet Dominus Chriſtus, utique ad vivos & mortuos judicandos, præclariſſime oſtendunt.

N. 2. Sed quæri ſolet, utrum illi quos hic viventes inventurus eſt Chriſtus, quorum perſonam in ſe atque illos qui tunc ſecum vivebant, transfigurabat Apoſtolus, nunquam omnino morituri ſunt, an ipſo temporis puncto, quo cum reſurgentibus rapientur in nubibus obviam Chriſto in aera, ad immortalitatem per mortem mira celeritate tranſibunt. Neque enim dicendum eſt, fieri non poſſe, ut dum per aera in ſublime portantur, in illo ſpatio & moriantur, & reviviſcant... Ad hunc autem ſenſum, quo exiſtimemus etiam illos, quos hic vivos inventurus eſt Dominus, in ipſo parvo ſpatio & paſſuros mortem & accepturos immortalitatem, ipſe Apoſtolus nos videtur urgere, ubi dicit, *In Chriſto omnes vivificabuntur*: cum alio loco de ipſa loquens reſurrectione corporum dicat, *Tu quod ſeminas, non vivificatur, niſi moriatur*. Quomodo igitur, quos viventes hic Chriſtus inveniet, per immortalitatem in illo vivificabuntur, etſi non moriantur; cum videamus propter hoc eſſe dictum, *Tu quod ſeminas, non vivificatur, niſi moriatur*? Aut ſi recte non dicimus ſeminari, niſi ea corpora hominum, quæ moriendo quoquomodo revertuntur in terram; ſicut ſeſe habet etiam illa in tranſgreſſorem patrem generis humani divinitus prolata ſententia: *Terra es, & in terram ibis*. Fatendum eſt iſtos, quos nondum de corporibus egreſſos, cum veniet Chriſtus, inveniet, & iſtis verbis Apoſtoli, & illis de Geneſi non teneri: quoniam ſurſum in nubibus rapti, non utique ſeminantur; quia nec eunt in terram, nec redeunt; ſive nullam prorſus experiantur mortem, ſive paululum in aere moriantur. 1.Cor.15.22 Ibid. 46. Gen.111.19

N. 3. Sed aliud rurſus occurrit, quod idem dixit Apoſtolus, cum de reſurrectione corporum ad Corinthios loqueretur: *Omnes reſurgemus*, vel ſicut alii codices habent, *Omnes dormiemus*. Cum atque nec reſurrectio fieri poſſit, niſi mors præceſſerit; nec dormitionem poſſimus illo loco intelligere, niſi mortem; quomodo omnes vel dormient, vel reſurgent, ſi tam multi, quos in corpore inventurus eſt Chriſtus, nec dormient, nec reſurgent? .. Si ergo Sanctos, qui reperientur Chriſto venienti viventes, eique in obviam rapientur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia redituros, nullas in verbis Apoſtoli patiemur anguſtias, ſive ubi dicit, *Tu quod ſeminas, non vivificatur, niſi moriatur*; ſive ubi dicit, *omnes reſurgemus*, aut, *omnes dormiemus*: quia nec illi per immortalitatem vivificabuntur, niſi, quamlibet paululum tamen ante moriantur, ac per hoc & a reſurrectione non erunt alieni, quam dormitio præcedit, quamvis breviſſima, non tamen nulla. Cur autem autem nobis incredibile videatur, illam multitudinem corporum in aere quodammodo ſeminari, atque ibi protinus immortaliter atque incorruptibiliter reviviſcere, cum credamus, quod idem ipſe Apoſtolus apertiſſime dicit, in ictu oculi futuram reſurrectionem, & in membra ſine fine victura, tanta facilitate tamque ineſtimabili velocitate, rediturum antiquiſſimorum cadaverum pulverem? .. Reſurrectionem quippe mortuorum futuram eſſe in carne, quando Chriſtus venturus eſt judicaturus vivos & mortuos, oportet,

§. 19. *De ultimo Chriſti adventu, & de Judicio generali.*

I. Poſt corporum reſurrectionem quid fiet?

Matt. 24. 29. „ R. Sol obſcurabitur & Luna non dabit lu-
Luc. 21. 25. „ men ſuum: ſtellæ cadent de cælo, & virtu-
2. Pet. 3. 10. „ tes cælorum movebuntur cum confuſione ſoni-
„ tus maris & fluctuum; & cæli magno impetu
„ tranſient, elementa vero calore ſolventur, ter-
„ ra autem & quæ in ipſa ſunt opera exurentur.

A „ (A) Tunc parebit ſignum Filii hominis (id
Mat. 24. 30. „ eſt ſignum crucis) in cælo, & plangent om-
Luc. 21. 27. „ nes tribus terræ, & videbunt Filium hominis
„ venientem in nubibus cæli cum poteſtate ma-
„ gna & majeſtate. Et (erunt) omnes Angeli &
B „ ſancti cum eo. (B)
Mat. 25. 31. „ Et ſedebit ſuper ſedem majeſtatis ſuæ judicatu-
2. Tit. 4. 1. „ rus vivos & mortuos.
Mat. 25. 32. „ Et congregabuntur ante eum omnes gen-
„ tes, & (ejus juſſu) exibunt Angeli, &
„ ſeparabunt malos de medio juſtorum, ſicut
paſtor

tet, ſi Chriſtiani eſſe volumus, ut credamus. Sed non ideo de hac re inanis eſt fides noſtra, ſi quemadmodum futura ſit perfecte comprehendere non valeamus.

Iſai. 26. 19. *Cap.* 21. *n.* 1. Propheta Iſaias, *Reſurgent*, inquit, *mortui, & reſurgent qui in ſepulchris erant: & lætabuntur omnes qui ſunt in terra; ros enim qui abs te eſt, ſanitas illis eſt: terra vero impiorum cadet*: Totum illud ſuperius ad reſurrectionem pertinet beatorum. Quod autem ait, *Terra vero impiorum cadet*, bene intelligitur dictum, corpora vero impiorum ruina damnationis excipiet.. Jam ſi & illos inquiramus Sanctos, quos hic vivos inventurus eſt Dominus, eis congrue deputabitur quod adjungit, *& lætabuntur omnes qui ſunt in terra; ros enim qui abs te eſt, ſanitas illis eſt*. Sanitatem loco iſto, immortalitatem rectiſſime accipimus. Ea namque eſt pleniſſima ſanitas, quæ non reficitur alimentis tamquam quotidianis medicamentis.

De Eccleſiaſt. dogmat. GENNADIO *tributus in append. tom.* 9. *oper. S. Auguſt. edit.* BB. *cap.* 7. Omnium hominum erit reſurrectio: ſi omnium erit, ergo omnes moriuntur, ut mors ab Adam ducta omnibus filiis ejus dominetur, & maneat illud privilegium Domino, quod de eo
Pſ. 15. 10. ſpecialiter dicitur: *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*. Ejus enim caro non vidit corruptionem. Hanc rationem maxima Patrum turba tradente ſuſcepimus. Verum quia ſunt & alii æque Catholici eruditi viri, qui credunt, anima in corpore manente mutandos ad incorruptionem & immortalitatem eos, qui in adventu Domini vivi inveniendi ſunt, & hoc eis reputari pro reſurrectione ex mortuis, quod mortalitatem immutatione deponant, non morte: quolibet quis acquieſcat modo, non eſt hæreticus, niſi ex contentione hæreticus fiat. Sufficit enim in Eccleſia lege carnis reſurrectionem credere futuram de morte.

Cap. 8. Quod autem dicimus in Symbolo, in adventu Domini vivos ac mortuos judicandos, non ſolum juſtos & peccatores ſignificari,... ſed & vivos eos qui in carne inveniendi ſunt credimus, qui adhuc morituri creduntur; vel immutandi ſunt, ut alii volunt, ut ſuſcitati continuo vel reformati, cum ante mortuis judicentur.

Lege ESTIUM *in* 4. *Sent. Diſtinct.* 43. §. 7.

(A) PSAL. XCVI. 3. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus. 4. Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: vidit & commota eſt terra.

ISAI. LXVI. 10. Lætamini cum Jeruſalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio univerſi, qui lugetis ſuper eam. 11. Ut ſugatis, & repleamini ab ubere conſolationis ejus: ut mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus. 12. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo ſuper eam, quaſi fluvium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam gentium, quam ſugetis: ad ubera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis. 13. Quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos, & in Jeruſalem conſolabimini. 14. Videbitis, & gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinabunt, & cognoſcetur manus Domini ſervis ejus, & indignabitur inimicis ſuis. 15. Quia ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ ejus: reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis. 16. Quia in igne Dominus dijudicabit, & in gladio ſuo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti a Domino... 22. Quia ſicut cæli novi, & terra nova, quæ ego facio ſtare coram me, dicit Dominus: ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum... 23... Veniet omnis caro, ut adoret coram facie mea. 24. Et egredientur, & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati ſunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt uſque ad ſatietatem viſionis omni carni.

2. PETR. III. 7. Cæli autem qui nunc ſunt, & terra, eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſervati in diem judicii, & perditionis impiorum hominum... 11. Cum igitur hæc omnia diſſolvenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis converſationibus & pietatibus, 12. Expectantes & properantes in adventum diei Domini, per quem cæli ardentes ſolventur, & elementa ignis ardore tabeſcent? 13. Novos vero cælos, & novam terram ſecundum promiſſa ipſius expectamus, in quibus juſtitia habitat. 14. Propter quod, cariſſimi, hæc expectantes, ſatagite immaculati & inviolati ei inveniri in pace.

S. AUG. *Lib.* 20. *de Civit. Dei*, *c.* 18.. Qui cæli, & quæ terra, id eſt, qui mundus, pro eo mundo qui diluvio periit, ex eadem aqua repoſitus eſt, ipſe igni noviſſimo reſervatur in diem judicii & perditionis hominum impiorum... Sed nec ignem conflagrationis illius pertimeſcant immortales, atque incorruptibiles facti.

(B) S. HIPPOLYTUS *de Conſumm. mundi*, *tom.* 3. *Biblioth. Patrum*, *pag.* 358. Orietur ab Oriente ad Occidentem uſque ſignum crucis ſuperantis ſplendorem ſolis, denuncians adventum & apparitionem judicis, ut reddat
Dan. 12. 2. cuique ſecundum opera ſua... *& multi dormientium excitabuntur e pulvere terræ: hi in vitam æternam, illi in contumeliam & ignominiam æternam*... Tunc enim ſonabit tuba, & excitabit dormientes e profundiſſimis terræ tam juſtos, quam peccatores: omniſque natura, lingua, gens, & tribus reſurgent in ictu oculi, & aſtabunt ſuper faciem terræ, expectantes juſti, atque terribilis judicis adventum, in timore & tremore inenarrabili. Fluvius enim igneus egrediens cum furore inſtar maris ſævi, exuret montes & colles, & mare delebit, ac æthera veluti ceram inflammatione diſſolvet: ſtellæ cadent de cælo, ſol convertetur in tenebras, & luna in ſanguinem: cælum more libri volutabitur: exuretur univerſa terra propter opera quæ in ea corruperunt homines, in ſcortationibus, adulteriis, mendaciis, idololatriis, cædibus ac pugnis; nam fiet cælum novum & terra nova. Tunc ſancti Angeli diſcurrent, congregantes omnes gentes; quos expergefaciet horrenda vox illa tubæ: ſiſtenturque ad tribunal Chriſti, qui fuere quondam Reges, Principes, Pontifices, Sacerdotes, ut adminiſtrationis ſuæ & ovilis reddant rationem, qui videlicet per negligentiam ſuam perdiderunt ovem de grege ſuo. Adducentur eo tempore milites qui non contenti ſtipendiis ſuis vexaverunt viduas, pupillos & pauperes. Tunc ſiſtentur tributi exactores, qui plus quam ſit imperatum pauperi eripiunt. Item qui probum aurum adulterant, ut damno pauperem afficiant, in agris, in domibus, in Eccleſiis. Tunc exurgent effœminati, cum pudore; qui quidem thorum proprium immaculatum non ſervaverunt, ſed quavis carnis pulchritudine capti ſua deſideria ſunt ſecuti. Tunc qui dilectionem Domini non ſervaverunt, exurgent mœſti ac tetrici, eo quod mandatum Salvatoris facile contempſerunt.. Tunc qui habuerint libram iniquam, ſtateras, menſuras, modios injuſtos, gement expectantes juſtum judicem... Tunc juſti fulgebunt ut ſol; peccatores autem triſtes & tetrici apparebunt. Utrique enim & juſti & peccatores reſurgent incorruptibiles: juſti ut perpetuo ſint in honore, & immortalibus fruantur deliciis; peccatores, ut per judicium pœnas luant ſempiternas. Quiſque igitur veſtrum perpendat apud ſe tum bonorum, tum malorum juſto judici rationem reddendam. Nam actiones omnes hominum unumquemque tam probum, quam improbum circumdabunt. Quandoquidem virtutes cælorum commovebuntur, & omnia timor ac tremor abſumet, cælum, terram, ac ſubterranea: & omnis lingua confitebitur eum & fatebitur eum, qui veniet juſtum judicium judicaturus, Deum fortem & conditorem omnium.... Et revelabitur Rex Regum & Dominus Dominantium, ac Judex qui perſonam non accipit, ſed cuique quod juſtum eſt diſtribuit, in throno terribili & exaltato: & videbit omnis caro mortalium faciem ejus, tum juſtus, tum peccator cum timore ac metu ingen-

ti.

Digitized by Google

„ paſtor ſegregat oves ab hœdis, 33. Et ſtatuent „ oves quidem a dextris, hœdos autem a ſiniſtris.

„ 34. Tunc dicet Rex Chriſtus his qui a dextris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. 35. Eſurivi enim & dediſtis mihi manducare; ſitivi, & dediſtis mihi bibere; hoſpes eram, & collegiſtis me, 36. Nudus, & cooperuiſtis me, infirmus & viſitaſtis me; in carcere eram, & veniſtis ad me .... 40. Amen dico vobis quandiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis mihi feciſtis.

Mox ſedebunt cum Chriſto Sancti, & judicabunt dæmones, & impios ſecundum opera ipſorum. (C)

C Mat.25.41. „ Tunc dicet Chriſtus & his qui a ſiniſtris erunt: „ Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, „ qui paratus eſt diabolo & angelis ejus. 42. Eſurivi enim & non dediſtis mihi manducare; ſitivi, & non dediſtis mihi potum: 43. Hoſpes eram, & non collegiſtis me, nudus, & non cooperuiſtis me; infirmus & in carcere, & non viſitaſtis me ..... 45. Amen dico vobis quandiu non feciſtis uni de minoribus his, nec mihi feciſtis.

„ 46. Et ibunt hi (cum dæmonibus) in ſupplicium æternum in ſtagnum ignis (corpore ſimul „ & anima cruciandi.) Juſti autem ibunt in vitam æternam (cum Chriſto & ſanctis Angelis „ corpore ſimul & anima regnaturi.) (D) D

I. Cur Chriſtus Sanctos aſſidere ſibi faciet judices impiorum?

R. 1. Ut quantum ipſi humiles fuerint & depreſſi, tantum gloria & honore coronati eſſe videantur.

Deinde, ut vel inde frangatur & contundatur ſuperbia impiorum, qui in terris poſiti juſtos & contempſerunt & inſectati ſunt & affecerunt contumeliis.

Tum, ut membra non ſeparentur a capite, appareatque Sanctos unum cum Chriſto corpus efficere. (E) E

I. Si privatim judicatur uniuscujusque anima

ti. Tum adducetur filius perditionis, id eſt diabolus, cum dæmonibus & miniſtris ſuis, ab Angelis ſeveris & rigidis, tradenturque igni inextinguibili, vermi non dormienti, ac tenebris exterioribus... oſtendetque (*Jeſus*) eis (*Judæis*) manuum pedumque clavos, latus ſuum lancea perforatum, caput coronatam ſpinis, ac pretioſam crucem: denique omnia videbunt Hebræi, & plangent ac plorabunt, quemadmodum Propheta clamat. *Videbunt in quem transfixerunt*, nemoque feret opem illis, aut miſerebitur eorum, quia non egerunt pœnitentiam, nec averſi ſunt a via ſua prava.

S. Hilar. *c. 26. Comment. in Matth. n.* 1. Gloriam adventus ſui, & claritatis reditum indicat obſcuratione ſolis, defectione lunæ, caſu ſtellarum, virtutum cæleſtium motu, oſtenſione ſigni ſalutaris, lamentatione gentium cognoſcentium Filium hominis in Dei gloria: & ad collectionem Sanctorum deſtinatione Angelorum, tum tubæ, id eſt, jam publicæ libertatis hortatu.

S. Chrysost. *Hom. 17. in Matth.* Tunc apparebit ſignum Filii hominis in cælo: crux enim ſole fulgentior videbitur: obſcuratur enim ſol, crux autem apparet: quod fieri non poſſet, niſi ſolares radios ſplendore ſuperaret. Cujus autem rei gratia iſtud ſignum apparet? Ut magno cumulo Judæorum impudentia opprimatur, crucem in ſuam juſtificationem ſecum habens, in judicium veniet, non vulnera ſolum, ſed etiam acerbum, ac ignominioſum mortis ſuæ genus oſtendens: *Tunc plangent tribus*, non enim accuſantibus opus erit, cum crucem viderint. Plangent igitur quia ex morte ipſius nihil profecerunt, quia crucifixum quem adorare oportebat, contempſerunt. Alius autem, *videbunt*, inquit, *in quem pupugerunt*.. Videbunt Filium hominis, non in cruce, ſed venientem in nubibus cæli cum virtute & gloria multa ... Crucem autem ſecum habet, ut peccatum ipſorum ſine accuſatione condemnetur, veluti ſi quis lapide percuſſus, ipſum lapidem vel cruentas veſtes in teſtimonium oſtendat.

S. Hieronym. *in c. 24. Matth. v.* 30. Signum hic aut crucis intelligamus; ut videant (juxta Zachariam & Johannem) Judæi quem compunxerunt: aut vexillum victoriæ triumphantis.

Theophilactus *in c. 24. v. 30. Matth.* Crux tunc apparebit in cælo, ſupra ſolem fulgens, ad arguendos Judæos: veniet enim Chriſtus contra Judæos habens crucem, ut magnam juſtificandi materiam & teſtimonium: veluti ſi quis lapide percuſſus oſtendat lapidem. Signum autem dicit crucem tanquam trophæum, & inſigne regium. Tunc enim plangent omnes tribus terræ Judaicæ, lugentes ſuam inobedientiam & incredulitatem, & omnes qui terrena ſapiunt plangent etiam ſi Chriſtiani ſint. Tribus enim terræ dicuntur hi, qui terrena ſapiunt. Quamvis cum cruce veniat Dominus, veniet tamen cum gloria & virtute.

Alii Interpretes in hunc locum Scripturæ legendi ſunt.

(C) Psal. cxlix. 9. Ut faciant in eis judicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus Sanctis ejus.

Sapient. iii. 8. (*Juſti*) judicabunt nationes, & dominabuntur populis & regnabit Dominus illorum in perpetuum.

Matth. xix. 28. Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cum ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſrael.

Luc. xxii. 30. Ut ... ſedeatis ſuper thronos judicantes duodecim tribus Iſrael.

1. Corint. vi. 2. An neſcitis quoniam Sancti de hoc mundo judicabunt?.. 3. Neſcitis quoniam Angelos judicabimus? Quanto magis ſæcularia?

(D) S. Hippolytus *de Conſumm. mundi. Vid. ſup. hocce §. lit.* (B)

(E) S. Aug. *Lib. 20. de Civit. Dei, c. 5. n. 3. Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſrael.* Hic diſcimus cum ſuis Diſcipulis judicaturum Jeſum ... Nec quoniam ſuper duodecim ſedes ſeſſuros eſſe ait, duodecim ſolos homines cum illo judicaturos putare debemus. Duodenario quippe numero, univerſa quædam ſignificata eſt judicantium multitudo ... Alioquin quoniam in locum Judæ traditoris Apoſtolum Matthiam legimus ordinatum: Apoſtolus Paulus, qui plus illis omnibus laboravit, ubi ad judicandum ſedeat, non habebit: qui profecto cum aliis Sanctis ad numerum judicum ſe pertinere demonſtrat, cum dicit, *Neſcitis quia Angelos judicabimus?* De ipſis quoque judicandis in hoc numero duodenario ſimilis cauſſa eſt. Non enim quia dictum eſt, *Judicantes duodecim tribus Iſrael*, tribus Levi, quæ tertia decima eſt, ab eis judicanda non erit, aut ſolum illum populum, non etiam ceteras gentes judicabunt. Quod autem ait, *in regeneratione*, procul dubio mortuorum reſurrectionem nomine voluit regenerationis intelligi.

In Pſalm. xlix. *n. Vide ſupra §. 15. lit.* (F) *hocce capite. Deinde addit.* Procul dubio iſta tempeſtas quamdam ſeparationem factura eſt .... Alii ergo erunt judicantes cum Domino: alii vero judicandi; ſed ad dexteram ponendi. Nam quia erunt quidam judicantes cum Domino, habemus apertiſſimum teſtimonium, quod modo commemoravi: Sedebitis ſuper duodecim ſedes, judicantes duodecim tribus Iſrael.

N. 9. Sed dicit aliquis, duodecim illic Apoſtoli conſedebunt, non amplius. Ubi ergo erit Apoſtolus Paulus? Numquid inde ſeparatus erit? Abſit ut hoc dicamus ... Cum ergo ille numerus duodenarius occupaverit duodecim ſedes, non judicabit Paulus Apoſtolus? An forte ſtans judicabit? Non ita eſt: non faciet hoc ille juſtitiæ retributor: non omnino ſtans judicabit qui plus omnibus illis laboravit. Certe vel iſte unus Apoſtolus Paulus cogit nos diligentius cogitare & perſcrutari, quare dictæ ſint duodecim ſedes. Invenimus enim & alios numeros in Scripturis multitudinem ſignificantes . . . Sic in duodecim ſedibus non duodecim homines, ſed magnus eſt numerus perfectorum.

M. Bos-

PARS I. ma ſtatim poſt diſceſſionem a corpore, ſuperfluum
SECT. II. videtur publicum & generale judicium?
CAP. III. R. Neceſſarium tamen eſt judicium publicum,
§. 19. maxime ob rationes quatuor hic ſubjectas.

1. Ut palam & publice vindicetur ſapientia, juſtitia, providentia Dei, non ſolum ab impiorum blaſphemiis, ſed etiam a querelis juſtorum, qui quandoque deficiunt in adverſis, & nimium conturbantur dum vident impios valentes opibus & pollentes auctoritate, juxta illud Pſalmi 72. *Mei pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus* Pſal. 72. 2. 3.
mei; quia zelavi ſuper iniquos pacem peccatorum videns ... Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo obtinuerunt divitias; & dixi: Ergo ſine cauſa juſtificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die, &c. (F) Ibid. 12. 13.

2. Ut publice fiat ſegregatio juſtorum ab im-

M. BOSSUET Eveque de Meaux *Preface ſur l'Apocal. n.* 28. In Apocalypſi non modo magnam gloriam, ſed & magnam ſanctorum poteſtatem video: cum Jeſus Chriſtus eos ſuper thronum ſuum ſedere facit ... Non modo cum ipſo ſedebunt in finali judicio, ſed impræſentiarum eos ſocios adhibet in iis quæ modo exercet: & in hoc ſenſu accipiebatur primis Eccleſiæ ſæculis, cum D. Dionyſius, qui tertium ſæculum ſua doctrina illuſtravit, verbis formalibus id ita explicet. Divini Martyres aſſeſſores modo ſunt Jeſu Chriſti, ipſiuſque regno conſociati, ipſius judiciorum participes ſunt, & cum ipſo judicant ... Ego vidi animas decollatorum propter teſtimonium Jeſu, & ſedes, & judicium datum eſt illis ... Hiſce animabus ſanctitate præditis judicium datum eſt, Sancti igitur judicant mundum. In hoc ſtatu cum Jeſu Chriſto regnant, & ipſius imperii conſortes ſunt.

Euſeb. 6. 46. — Apoc. 20. 4.

(F) JOB. XXI. 7. Quare ergo impii vivunt, ſublevati ſunt confortatique divitiis? 8. Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum in conſpectu eorum. 9. Domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper illos ... 11. Egrediuntur quaſi greges parvuli eorum, & infantes eorum exultant luſibus ... 13. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Quia in diem perditionis ſervatur malus, & ad diem furoris ducetur.

SAPIENT. IV. 15. Gratia Dei, & miſericordia eſt in Sanctos ejus; & reſpectus in electos illius. 16. Condemnat autem juſtus mortuus vivos impios, & juventus celerius conſummata longam vitam injuſti.

V. 1. Tunc ſtabunt juſti in magna conſtantia adverſus eos qui ſe anguſtiaverunt, & qui abſtulerunt labores eorum. 2. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis. 3. Dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes: Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum, & ſimilitudinem improperii. 4. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore: 5. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt ... 16. Juſti autem in perpetuum vivent, & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio illorum apud Altiſſimum. 17. Ideo accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini: quoniam dextera ſua teget eos, & brachio ſancto ſuo defendet illos.

APOC. XX. 4. *Et vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas,* & judicium datum eſt illis: & animas decollatorum propter teſtimonium Jeſu, & propter verbum Dei, & qui non adoraverunt beſtiam, neque imaginem ejus, nec acceperunt characterem ejus in frontibus, aut in manibus ſuis ... 5... Ceteri mortuorum non vixerunt ... 6. Beatus, & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima: in his ſecunda mors non habet poteſtatem, ſed erunt Sacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum illo ... 9. Et deſcendit ignis a Deo de cælo, & devoravit eos: & diabolus, qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, ubi & beſtia, 10. & Pſeudo-propheta cruciabuntur die ac nocte in ſæcula ſæculorum ... 12. Et vidi mortuos, magnos & puſillos, ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt: & alius liber apertus eſt qui eſt vitæ: & judicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris, ſecundum opera ipſorum. 13. Et dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos ſuos, qui in ipſis erant, & judicatum eſt de ſingulis, ſecundum opera ipſorum. 14. & infernus, & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis, hæc eſt mors ſecunda. 15. Et qui non inventus eſt in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.

S. AUGUST. *Enar. in Pſal.* XXXVI. *Serm.* 1. *n.* 3. Hoc te perturbat hominem Chriſtianum, quia vides male viventes felices, rerum iſtarum copia circumfluere, ſanos eſſe, ſuperbis dignitatibus eminere, incolumem habere domum, gaudia ſuorum, obſequia clientium, excellentiſſimas potentias, nihil triſte interpellare vitam ipſorum: mores nequiſſimos vides, facultates copioſiſſimas perſpicis; & dicis cor tuum nullum eſſe divinum judicium, omnia caſibus ferri & fortuitis motibus ventilari. Nam ſi Deus, inquis, res humanas reſpiceret, floreret illius iniquitas, & mea innocentia laboraret? ... Mali florent, boni laborant: quomodo iſta videt Deus? Accipe, bibe: ipſe tibi hanc, de quo iſta murmuras, temperavit potionem: tantum ne recuſes ſaluberrimum poculum; accomoda per aurem os cordis, & bibe quod audis: *Noli æmulari in malignantibus, neque æmulatus facientes iniquitatem. Quoniam tamquam fœnum cito areſcent, & ſicut olera prati cito cadent.* Quod tibi longum videtur, cito eſt Deo: ſubjunge te Deo, & tibi cito erit ... Modo ergo tempus eſt hyemis, gloria tua nondum apparet: ſed ſi alta radix eſt caritatis tuæ, ſicut multarum arborum per hyemem, tranſit frigus, veniet æſtas, id eſt, judicii dies: tunc areſcet viror fœni, tunc apparebit arborum gloria. *Mortui enim eſtis*, ait Apoſtolus: quomodo videntur arbores per hyemem, quaſi aridæ, quaſi mortuæ. Ergo quæ ſpes, ſi mortui ſumus? Intus eſt radix: ubi radix noſtra, ibi & vita noſtra: ibi enim caritas noſtra. *Et vita veſtra*, inquit, *abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Quando areſcit qui ſic habet radicem? quando autem erit ver noſtrum? quando æſtas noſtra? quando nos circumveſtit dignitas foliorum, & ubertas fructuum locupletat? quando hoc erit? Audi quod ſequitur: *Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos cum ipſo apparebitis in gloria ...*

Pſal. 36. 1. & 2. — Coloſſ. III. 3. — Id. Ibid. — Coloſſ. III. 4.

N. 9. Vicinus ille nequam, male agens & florens eſt, furta ejus, adulteria ejus ego novi; in omnibus elatus, ſuperbus, per iniquitatem exaltatus non me dignatur agnoſcere. In his quomodo durabo? Morbus ille eſt, bibe contra: *Ne ſubæmulaveris eum qui proſperatur in via ſua.* Proſperatur, ſed in via ſua: labores, ſed in via Dei. Illi proſperitas in via eſt, in perventione infelicitas: tibi labor in via, in perventione felicitas: quoniam iter impiorum peribit. Novit Dominus vias juſtorum, & iter impiorum peribit ... Si felicitatem ſæculi hujus tibi promiſit Chriſtus, murmura adverſus Chriſtum, murmura adverſus illum, quando vides infidelem felicem. Quid tibi promiſit felicitatis? quid niſi in reſurrectione mortuorum?

Pſal. 36. 7.

Enar. in Pſal. LXXIX. *n.* 14. Mortui ergo erant, qui propterea Deum colebant, ut eis ſecundum carnem bene eſſet: ſapere enim ſecundum carnem mors eſt: & mortui ſunt qui non Deum gratis colunt, id eſt, quia ipſe bonus eſt, non quia dat talia bona, quæ dat & non bonis. Pecuniam vis a Deo? habet & latro. Uxorem, fecunditatem filiorum, ſalutem corporis, dignitatem ſæculi, attende quam multi mali habent. Hoc eſt totum propter quod eum colis? Nutabunt pedes tui, putabis te ſine cauſſa colere, quando in eis vides iſta qui eum non colunt. Ergo iſta dat omnia etiam malis, ſe ſolum ſervat bonis. *Vivificabis nos:* nam mortui eramus, quando terrenis rebus inhærebamus, mortui eramus, quando terreni hominis imaginem portabamus: *Vivificabis nos:* innovabis nos, vitam interioris hominis dabis nobis. *Et nomen tuum invocabimus*: id eſt, te diligemus. Tu nobis dulcis eris remiſſor peccatorum noſtrorum, tu eris totum præmium juſtificatorum.

Lib. 20. *de Civit. Dei*, *cap.* 2. Nunc vero quando non ſolum in malo ſunt boni, & in bono mali, quod videtur injuſtum: verum etiam plerumque, & malis mala eveniunt, & bonis bona proveniunt: magis inſcrutabilia ſunt judicia Dei & inveſtigabiles viæ illius. Quamvis ergo neſciamus quo judicio Deus iſta, vel faciat vel fieri ſinat, apud quem ſumma virtus eſt, & ſumma ſapientia, ſummaque juſtitia, nulla infirmitas, nulla te-

mo-

Digitized by Google

impiis. Et qui ſimulatione juſtitiæ ceteros decepe- runt, innoteſcant omnibus, & recipiant debitam
G ſuæ fraudi confuſionem. (G)

3. Ut corpora ſimul cum animabus remunerentur vel addicantur æternis ſuppliciis, quæ fuerunt
H inſtrumenta bonorum & malorum. (H)

4. Ut augeantur vel bonorum præmia vel ſup-
I plicia impiorum pro eorum meritis. (I)

Quæ quidem ultima ratio ut intelligatur, advertendum eſt opera quædam ſive bona, ſive mala ſuum non habitura complementum niſi in fine mundi, neç proinde poſſe ante diem ultimum debita pro meritis mercede vel pœna omnino affici. Id productis in medium exemplis duobus manifeſtum fiet.

Hereſiarcha verbi gratia non ſolum reus eſt peccati quod ipſe commiſit, novum condendo dogmu & diſcedendo ab Eccleſia; ſed particeps etiam eſt omnium peccatorum, quæ ipſo vel vivente, PARS I.
vel mortuo, committentur ad finem uſque ſæ- SECT. II.
culorum ab iis, qui illius vel exemplo vel pravis CAP. III.
rationibus adducti eodem errore & ſchiſmate deti- §. 19.
nendi ſunt.

Apoſtolus contra non ſolum meritum habet propriæ virtutis & juſtitiæ, ſed etiam virtutis & juſtitiæ eorum qui ad finem uſque ſæculi ejus exemplo, ſcriptis, adhortationibus, inſtitutione ad Chriſtum ſunt vel ab eo vel ab ejus diſcipulis adducendi.

Hinc patet quantus ſit progreſſus, quanta fecunditas virtutum & vitiorum, & quantum ex hac mira fecunditate augenda ſint uniuſcujuſque merita ſive bona ſive mala ad conſummationem uſque ſæculorum: unde neceſſe eſt ad juſtam eorum cognitionem & retributionem ut fiat in conſummatione mundi judicium generale.

Id

meritas, nulla iniquitas: ſalubriter tamen diſcimus non magni pendere ſeu bona, ſeu mala, quæ videmus eſſe bonis maliſque communia; & illa bona quærere, quæ bonorum, atque illa mala maxime fugere, quæ propria ſunt malorum. Cum vero ad illud Dei judicium venerimus, cujus tempus jam proprie dies judicii, & aliquando dies Domini nuncupatur; non ſolum quæcumque tunc judicabuntur; verum etiam quæcumque ab initio judicata, & quæcumque uſque ad illud tempus judicanda ſunt apparebunt eſſe juſtiſſima. Ubi hoc quoque manifeſtabitur, quam juſto judicio Dei fiat, ut nunc tam multa ac pene omnia juſta judicia Dei ſenſus menteſque mortalium lateant; cum tamen hac re piorum fidem non lateat, juſtum eſſe quod latet.

(G) MATTH. xxv. 31. *& ſeq. in prima reſponſione hujuſce paragraphi laudatum eſt.*

(H) TERTULL. *de Carne Chriſti*, *num.* 14. *pag.* 33. Hoc erit tota cauſa, immo neceſſitas reſurrectionis; congruentiſſima ſcilicet Deo deſtinatio judicii. De cujus diſpoſitione deſpicias, an utrique ſubſtantiæ humanæ dijudicandæ cenſura divina præſideat, tam animæ quam & carni. Quod enim congruet judicari, hoc competit etiam reſuſcitari. Dicimus plenum primo perfectumque credendum judicium Dei, ut ultimum jam atque exinde perpetuum: ut ſic quoque juſtum, dum non in aliquo minus: ut ſic quoque Deo dignum, dum pro tanta ejus patientia, plenum atque perfectum. Itaque plenitudinem perfectionem judicii, non niſi de totius hominis repræſentatione conſtare. Totum porro hominem ex utriuſque ſubſtantiæ concretione parere: idcircoque in utraque exhibendum, quem totum oporteat judicari: qui niſi totus, utique non vixerit. Qualis ergo vixerit, talem judicari, quia de eo quod vixerit, habeat judicari. Vita eſt enim cauſa judicii; per tot ſubſtantias diſpungenda, per quot & functa eſt. Age jam, ſcindant adverſarii noſtri carnis animæque contextum, prius in vitæ adminiſtratione, ut ita audeant ſcindere illud etiam in vitæ remuneratione. Negent operarum ſocietatem, ut merito poſſint utram mercedem negare. Non ſit particeps in ſententia caro, ſi non fuerit & in cauſa. Sola anima revocetur, ſi ſola decidit. At enim non magis ſola decidit, quam ſola decucurrit illud unde decidit: vitam hanc dico. Adeo autem non ſola anima tranſigit vitam, ut nec cogitatus, licet ſolos, licet non ad effectum per carnem deductos, auferamus a collegio carnis. Si quidem in carne, & cum carne, & per carnem agitur ab anima, quod agitur in corde...

De Reſurrectione carnis, *num.* 34. *pag.* 345. Imprimis cum ad hoc veniſſe ſe dicit, uti quod periit, ſalvum faciat, quid dicas periſſe? Hominem, ſine dubio. Totum ne, an ex parte? utique totum. Siquidem tranſgreſſio, quæ perditionis humanæ cauſa eſt, tam animæ inſtinctu ex concupiſcentia, quam & carnis actu ex degustatione commiſſa, totum hominem elogio tranſgreſſionis inſcripſit, atque exinde merito perditionis implevit. Totus itaque ſalvus fiet, qui periit totus delinquendo...

Vide §. ſuperiori S. CYRIL. HIEROS. *Catech.* 18. *lit.* (F)

(I) S. BASIL. *de Virginitate*, *circa medium*. Sicut enim ſanctum, atque admirabilem Paulum, dum adhuc eſſet in corpore, alia quidem præceſſerunt opera: cum plurimi ex his, qui propter doctrinam & converſationem ejus perfecti evaſere, in æternam illam vitam præcedentes, ſudorum præmia, quos pro illis pertulit apud juſtum judicem Deum illi paraverunt: alia vero ſolutum carneis vinculis, & jam cum Chriſto regnantem uſque ad hanc diem conſequuntur, eorum ſcilicet qui per eum in ſacris Epiſtolarum ejus monitis ſe ad virtutem exercentes, laudes ſemper ac præmia præclaro illi duci & præceptori optimo hinc tranſmittunt: ſi e contra alia quidem præcedunt peccata eorum, qui peſſimis ſermonibus & operibus læſi, atque impediti a virtutis tramite, in infernum præceſſere: ſupplicia ſuæ damnationis auctoribus illic paraturi, alia vero etiam ſequuntur, eorum ſcilicet, qui poſt ipſorum mortem per ſummam nequitiam & exempla peſſima quæ mundo reliquere, dum eos imitari pergunt, maxime læduntur. Nam ſicut hodie quoque beatus David ad veram religionem, & ad Dei cultum, providentiæque agnitionem mundo perutilis eſt, & qui propter illum in religione proficiunt, hinc jam ex recte factis ſuis conſequentes ei tranſmittunt laudum voces: ita & Marcion & reliqui Hæreticorum dogmatum duces, quia per eam perverſitatem doctrinæ, quam mundo invexere, maxime nocent. Cuncti, qui ſalutis ſuæ damna per eos in hac vita perceperunt, auctores proditionis ſuæ, niſi dudum vita functos atrocioribus illic ſuppliciis tradunt. Si enim qui ſcandalizaverit unum ex puſilli hujuſmodi, morte dignus judicatur: profecto qui tam multos per vitam improbam quo pernicioſorum operum mundo exempla reliquerit, aut in animarum perniciem falſa dogmata ingeſſerit, ſcandalizat: poſt mortem quoque omnium qui ſui cauſa pereunt, digniſſime ac juſtiſſime mortis reus habebitur: per ſingulos eorum qui ſui cauſa hic ſeu vulnerantur ſeu moriuntur, auctore etiam vulnera mortemque ſuſcipiente.

CATECHISMUS CONC. TRIDENT. *artic.* 7. *Symboli*, *num.* 5. Accedit etiam quod cum piorum fama ſæpe lædatur, impii vero innocentiæ laude commendentur, divinæ juſtitiæ ratio poſtulat, ut pii ereptam injuria apud homines exiſtimationem, in publico univerſorum hominum conventu, & judicio recuperent.

Deinde vero boni, & mali homines, quæcumque in vita egerunt, cum non ſine corporibus egerint, omnino ſequitur, ut benefacta, ſive malefacta ad corpora etiam pertineant, quæ actionum ipſarum inſtrumenta fuerunt. Maxime igitur conveniebat, corporibus una cum eorum animis debita æternæ gloriæ præmia, aut ſupplicia impertiri: quod quidem neque ſine omnium hominum reſurrectione, neque ſine generali judicio fieri poterat.

Poſtremo, quoniam in adverſis, & ſecundis hominum rebus, quæ promiſcue nonnunquam bonis, & malis eveniunt, probandum erat, nihil non infinita Dei ſapientia & juſtitia geri, ac gubernari, par fuit, non ſolum bonis præmia, improbis ſupplicia in futuro ſæculo conſtitui, verum etiam publico, ac generali judicio decerni: quo omnibus notiora, & illuſtriora fierent, atque ut Deo juſtitiæ, & providentiæ laus ab omnibus tribueretur, pro injuſta illa querela qua ſan-

cti

Digitized by Google

Id ipſum docet Catechiſmus ad Parochos editus ex decreto Concilii Tridentini, cujus hæc verba ſunt.

„ Cum vel ipſis hominibus mortuis interdum „ ſuperſtites ſint filii parentum imitatores, reliqui „ ſint liberi, diſcipuli, exemplorum, orationum, „ actionum amatores, ac propugnatores, quibus „ rebus ipſorum mortuorum præmia & pœnas au- „ geri neceſſe eſt: cum hæc vel utilitas vel ca- „ lamitas ad plurimos pertinens, non prius finem „ habitura ſit, quam extremus veniat mundo dies: „ æquum erat de univerſa hac recte aut perperam „ factorum ratione perfectam quæſtionem haberi: „ quod fieri non poterat niſi facto communi om- „ nium hominum judicio.

§. 20. *De vita æterna.*

I. Vitæ æternæ nomine quid intelligis?

R. Intelligo Beatitudinem qua fruuntur Sancti in cælis. Hæc autem variis nominibus in Scriptura deſignatur. Dicitur enim Regnum Dei & Chriſti, Regnum cælorum, Nuptiæ Agni, Cœna nuptialis, voluptatis Torrens, Gaudium Domini, &c.

A *Regnum Dei & Chriſti*. (A) 1. Eo quod idcirco felices ſint qui beata illa vita fruuntur, quia Jeſus Chriſtus Homo Deus ſic regnat in cordibus eorum, ut nullam in iis inveniat contradictionem, nullam repugnantiam; omnes illi ex animo perfectiſſime ſubjecti ſint; omnes idem velint, idem ſentiant cum Chriſto & Deo. (B) B

2. Quia tunc ſolum perfecta erit ex omni parte Sanctorum felicitas, cum poſuerit Chriſtus inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorum, & de iis plane triumphaverit: quod quidem non perficietur niſi in mundi conſummatione.

Regnum cælorum. (C) Tum quia cælum hujus regni ſedes eſt, tum quia reges ſunt quicumque cælorum cives ſunt: nam & cum Chriſto regnant, & abſolutum exercent dominium & in ſe & in alias res creatas, & omnia ſubjicientur eis ſicut & Chriſto cujus membra ſunt. (D) C *Matt. 18.3. &c.* D

Nuptiæ Agni, cœna nuptialis. (E) Tunc enim conſummabitur fœdus Chriſtum inter, Agnum utique Dei, & Eccleſiam initum. Tunc erit inter Chriſtum & cælites tam arcta compago, ut ipſi ſimul cum Chriſto unum corpus futuri ſint. (F) *Apoc. 19.7. & 9.* E F

Voluptatis torrens; gaudium Domini. (G) Tunc enim Sancti *inebriabuntur ab ubertate domus Dei, & torrente voluptatis ſua potabit eos* Dominus. *Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis*. (H) *Pſ. 35.9.* G *Matt. 25.21 23.* *Pſ. 149.5.* H

Multis item nominibus deſignatur in Scripturis locus, in quo Sancti cum Chriſto fruuntur vita æterna. Dicitur Cælum, Paradiſus, Civitas ſancta, nova Jeruſalem, Templum, & Domus Dei &c.

Cælum, (I) Quia in Scripturis dicitur Deus cælos inhabitare; & Sancti illuc dicuntur per Chriſtum eſſe introducendi. I *Iſai. 66. 1.* K

Paradiſus, (K) Id eſt locus voluptatis, ſic dictus per allegoriam ſumtam a loco ubi primum Adamus poſitus fuerat. (L) *Luc. 23. 43.* *Apoc. 11.7.* L

Sancta

cti etiam viri deplorare interdum, ut homines ſolebant, cum improbos valentes opibus, & honoribus florentes animadverterent. Nam Propheta: Mei, inquit, pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei, quia zelavi ſuper iniquos pacem peccatorum videns. Et paulo poſt: Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſæculo obtinuerunt divitias: & dixi: Ergo ſine cauſa juſtificavi cor meum..... Atque frequens querela multorum fuit. Ergo neceſſe erat ut generale judicium exerceretur; ne forte homines dicerent: Deum circa cardines cæli perambulantem non curare terrena. Hæc autem veritatis formula, jure una ex duodecim fidei Chriſtianæ articulis conſtituta eſt, ut, ſi quorum animi in providentia, & juſtitia Dei nutarent, hujus doctrinæ ratione confirmarentur. *Pſ. 72. 2. & 3.* *Ibid. 12. & 13.*

Præterea, propoſito judicio pios recreari, impios terreri oportebat, ut, cognita Dei juſtitia, illi ne deficerent, hi a malis, æterni ſupplicii metu, atque expectatione, revocarentur. Quare Dominus, & Salvator noſter cum de extremo die loqueretur, declaravit futurum aliquando generale judicium, ſignaque adventantis ejus temporis deſcripſit; ut, cum illa viderimus, finem ſæculi prope intelligamus: ac deinde in cælum aſcendens Angelos miſit, qui Apoſtolos, ejus abſentia mœrentes, his verbis conſolarentur: Hic Jeſus, qui aſſumptus eſt a vobis in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum. *Act. 1. 11.*

(A) EPHES. v. 5. Hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.

(B) PHILIP. III. 20. Noſtra autem converſatio in cælis eſt: unde etiam Salvatorem expectamus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, 21. qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundum operationem, qua etiam poſſit ſubjicere ſibi omnia.

HEBR. II. 8. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus: in eo enim quod omnia ei ſubjecit, nihil dimiſit, non ſubjectum ei. Nunc autem, nec dum videmus omnia ſubjecta ei... 10. Decebat enim eum, propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſionem conſummare. 11. Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex uno omnes.

(C) MATTH. XVIII. 3.... Amen dico vobis, niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum.

(D) SAPIENT. III. 8. Judicabunt nationes & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum.

APOC. I. 6. Fecit nos regnum, & Sacerdotes Deo, & Patri ſuo.

(E) APOCALYPS. XIX. 7. Gaudeamus & exultemus; & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ agni, & uxor ejus præparavit ſe..... 9. Scribe: Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt.

(F) JOHAN. XVII. 23. Ego in eis, & tu in me, ut ſint conſummati in unum.

(G) MATTH. XXV. 21. & 23. Euge, ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.

(H) ISAI. LXVI. 11. Ut ſugatis, & repleamini ab ubere conſolationis ejus, ut mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus.

(I) ISAI. LXVI. 1. Hæc dicit Dominus: Cælum ſedes mea.

HEBR. IX. 11. Chriſtus autem aſſiſtens, Pontifex futurorum bonorum, per amplius, & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non hujus creationis: 12. Neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem, introivit ſemel in ſancta, æterna redemptione inventa....

IX. 24. Non enim in manufacta ſancta Jeſus introivit, exemplaria verorum: ſed in ipſum cælum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.

(K) LUC. XXIII. 43. Hodie mecum eris in paradiſo.

APOC. II. 7. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei.

(L) APOC. XXI. 2. Et ego Johannes vidi ſanctam civitatem Jeruſalem novam, deſcendentem de cælo a Deo, paratam ſicut ſponſam, ornatam viro ſuo..... 10. Et ſuſtulit me in ſpiritu, in montem magnum & altum, & oſtendit mihi civitatem ſanctam Jeruſalem, deſcendentem de cælo a Deo, habentem claritatem Dei.

S. AUG.

Digitized by Google

Apoc. 21. 2. *Sancta civitas, nova Jeruſalem, Templum &* PARS I.
Pſ. 26. 4. *Domus Dei*. (M) Quia civitas & templum Jeru- SECT. II.
M ſalem, ubi Deus manifeſtavit olim gloriam ſuam, CAP. III.
typus fuere civitatis cæleſtis, ubi Deus inhabitat, §. 20.
& Sanctis ſuis dat ſe perfecte poſſidendum.

I. In quo poſita eſt æternæ vitæ felicitas?

R. Id perfecte explicari nequit, neque enim niſi experimento perfecte cognoſcitur. *Nec oculus vidit*, inquit Apoſtolus, *nec auris audivit, nec in cor hominis adſcendit quæ præparavit Deus diligentibus ſe.* 1. Cor. 2. 9.

Id unum in genere novimus, vitam æternam eſſe liberationem ab omni malo, & cumulatam omnis boni poſſeſſionem. (N) N

I. Quid agent ſancti in cælis? quæ erit eorum occupatio?

R. Ab

S. AUG. *in Pſ.* CXLVII. n. 8... Videte qualem Jeruſalem exhortetur ad laudem, vel potius præſentiat laudaturam. Non enim illius civitatis laudes, tunc cum videbimus & amabimus & laudabimus, voce prophetica exhortando excitandæ ſunt: ſed propterea modo dicunt hoc Prophetæ, ut potent, quantum poſſunt in hac carne conſtituti, futura gaudia beatorum, & eructantes in aures noſtras, excitent amorem illius civitatis. Ferveamus deſiderio, non ſimus ſpiritu pigri.

(M) PSAL. XXVI. 4. Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Ut videam voluptatem Domini, & viſitem templum ejus

(N) ISAI. XXV. 8. Præcipitabit mortem in ſempiternum, & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de univerſa terra.

XLIX. 10. Non eſurient, neque ſitient, & non percutiet eos æſtus & ſol: quia miſerator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos.

APOC. VII. 16. Non eſurient, neque ſitient amplius, nec cadet ſuper illos ſol, neque ullus æſtus. 17. Quoniam agnus qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum; & abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

XXI. 4. Et abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt... 23. Et civitas non eget ſole, neque luna, ut luceant in ea. Nam claritas Dei illuminavit eam, & lucerna ejus eſt Agnus... 27. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ.

XXII. 3. Et omne maledictum non erit amplius: ſed ſedes Dei, & Agni in illa erunt, & ſervi ejus ſervient ei; 4. & videbunt faciem ejus: & nomen ejus in frontibus eorum. 5. Et nox ultra non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine ſolis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos: & regnabunt in ſæcula ſæculorum.

S. AUG. *in Pſal.* XXVI. *Enar.* 2. n. 7. Hac iſta... cupiditate ardens, & amore iſto æſtuans, deſiderat omnes dies vitæ ſuæ in domo Domini habitare: in domo Domini omnes dies vitæ ſuæ non quaſi finiendos, ſed æternos... Nam dies vitæ æternæ unus dies eſt ſine occaſu... Et quaſi diceremus ei, quid ibi facturus es? Quæ ibi delectatio tua... Non enim ibi perdurabis niſi felix eris... Vere autem felix eſt, non ſi id habeat quod amat: ſed ſi id amet quod amandum eſt... Hæc eſt illa una quæ debet amari, ut habitemus in domo Domini per omnes dies vitæ noſtræ.

Pſ. 26. 4. *N.* 8. Quid eſt quod deſideras? Audi quid, *Ut contempler delectationem Domini*. Ecce quod amo... Habet ibi magnum ſpectaculum, delectationem ipſius Domini contemplari. Vult finita nocte ſua hærere in luce ipſius... Levat enim nos, ad quos cadentes deſcendit, ſtabimus, & contemplabimur, & magna delectatione perfruemur. Ecce dixi hoc, & exclamaſtis deſiderio cujuſdam ſpeciei nondum viſæ. Excedat cor veſtrum omnia uſitata, & excedat intentio univerſas cogitationes veſtras ſolemnes ex carne, eductas a ſenſibus carnis, & imaginantes neſcio quæ phantaſmata.. Ita deſiderabitis quoddam bonum. Quale bonum? Omnis boni bonum, unde omne bonum, bonum cui non additur quid ſit ipſum bonum... Eſt bonum ſimplex, ipſum bonum quo cuncta ſunt bona... ipſa eſt delectatio Domini, hanc contemplabimur. Jam videte, fratres: Si nos delectant bona iſta quæ appellantur bona, ſi nos delectant bona quæ non ſunt per ſe bona; (omnia enim mutabilia non ſunt per ſe bona:) qualis erit contemplatio incommutabilis boni, æterni, ſemper eodem modo manentis.

N. 9. Ut autem ſemper contempler, & nulla moleſtia me contingat contemplantem, nulla ſuggeſtio avertat, nulla auferat alicujus potentia, nullum inimicum patiar in contemplando, & perfruar deliciis ſecurus, ipſo Domino Deo meo, quid fiet mihi? Proteget me... Contemplabor ad delectationem, & protegar ad ſalutem. Quam erit illa contemplatio perfecta, tam iſta perfecta protectio.

N. 14. Securi erimus, & ſecuri cantabimus, & ſecuri pſallemus, cum contemplabimur delectationem Domini, & protegemur templum ejus, in illa incorruptione, quando abſorbebitur mors in victoriam... Tranſiet oratio, ſuccedet laudatio; tranſiet fletus, ſuccedet gaudium.

In Pſal. XLIX. *n.* 22... Quanto melius ibi jam eſſes, ubi non invenis eſurientem quem paſcas, ubi non invenis peregrinum quem ſuſcipias, non nudum quem veſtias, non ægrum quem viſites, non litigantem quem concordes? Omnia enim ibi ſumma ſunt, vera ſunt, ſancta ſunt, æterna ſunt. Panis noſter ibi juſtitia eſt, potus noſter ibi ſapientia eſt, veſtis noſtra ibi immortalitas eſt, domus noſtra æterna in cælis, firmitas noſtra immortalitas. Nunquid ægritudo ſubrepit? Numquid laſſitudo ad ſomnum trahit? Nulla mors, nulla lis; ibi pax, quies, gaudium, juſtitia. Nullus intrat inimicus, nullus labitur amicus. Quæ ibi quies? Si cogitemus & attendamus ubi ſimus, & ubi nos futuros eſſe promiſit qui mentiri neſcit, ex ipſa ejus promiſſione invenimus in qua ſumus tribulatione...

In Pſal. LXXXIV. *n.* 10. Pax quid eſt? Ubi nullum bellum eſt? Ubi nulla eſt contradictio, ubi nihil reſiſtit, nihil adverſum eſt.. Quæ erit perfecta pax? Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem... Quando ergo abſorpta fuerit mors in victoriam,.. erit pax plena & æterna. Quis non deſideret illam civitatem, unde amicus non exit, quo inimicus non intrat, ubi nullus tentator eſt, nullus ſeditioſus, nullus dividens populum Dei, nullus fatigans Eccleſiam in miniſterio diaboli, quando ipſe princeps ipſorum mittitur in ignem æternum?.. Erit ergo pax purgata in filiis Dei, omnibus amantibus ſe, videntibus ſe plenos Deo, cum erit Deus omnia in omnibus. Commune ſpectaculum habebimus Deum, communem poſſeſſionem habebimus Deum, communem pacem habebimus Deum... Ipſe erit perfecta & plena pax... Gaudium noſtrum, pax noſtra, requies noſtra, finis omnium moleſtiarum, non eſt niſi Deus. 1. Cor. 15. 53

In Pſ. LXXXV. *n.* 24. *& ult. pag.* 917. *edit. BB.* Cum autem tranſierit gemitus noſter, omnes in una voce, in uno populo, in una patria conſolabimur, millia millium conjuncta pſallentibus Angelis, choris cæleſtium poteſtatum in una civitate viventium. Quis ibi gemit? Quis ibi ſuſpirat? Quis ibi laborat? Quis ibi eget? Quis ibi moritur? Quis ibi miſericordiam præbet? quis frangit panem eſurienti, ubi omnes pane juſtitiæ ſaginantur? Nemo ibi dicit, Hoſpitem ſuſcipe. Peregrinus ibi nemo erit, omnes in patria ſua vivunt. Nemo ibi dicit, Concorda amicos tuos litigantes: in pace ſempiterna Dei vultu perfruuntur. Nemo ibi dicit, Viſita ægrum: ſanitas immortalitaſque permanent. Nemo ibi dicit, Sepeli mortuum: omnes in vita æterna erunt. Ceſſant opera miſericordiæ, quia miſeria non invenitur... Neceſſitas non erit. Sic non erunt opera miſericordiæ, quia tranſit miſeria: ubi neceſſitas non erit nec miſeria, opera neceſſitatis & miſericordiæ non erunt... Amor ergo quietus in vultu Dei, quem modo deſideramus, cui ſuſpiramus, cum ad eum venerimus, quomodo nos accendet? In quem nondum viſum ſic ſuſpiramus cum ad eum venerimus, quomodo illuminabit? Quomodo nos mutabit?.. Quid de nobis faciet? Quid ergo agemus, fratres? Pſalmus nobis dicat: Beati qui habitant in domo tua. Unde? In ſæcula ſæculorum laudabunt te. Hæc erit actio noſtra, laus Deo. Amas, & laudas. Deſines laudare, ſi deſines amare. Non autem deſines amare, quia talis eſt quem vides, qui nullo te offendat faſtidio: & ſatiat te, & non te ſatiat. Mirum eſt quod dico. Si dicam quia ſatiat te, timeo ne quaſi ſatiatus velis abſcedere: quomodo de prandio, quomodo de cœna. Ergo quid dico, Non te ſatiat? Timeo rurſus, ne ſi dixero, Non te ſatiat, indigens videaris; &

Pars I. Sect. II. Cap. III. §. 20.

R. Ab iis Deus in æternum & ſine ceſſatione videbitur, adorabitur, amabitur, laudabitur. (O)

O Et exinde ſequetur gaudium æternum, & pax nulla anxietate, nullo metu, nullo tædio, nullo labore, nulla moleſtia turbanda. (P)

P I. Suntne varii gloriæ gradus in Sanctis?

R. Sunt, *Stella enim differt a ſtella in claritate*, inquit Apoſtolus, *ſic & reſurrectio mortuorum*. 1. Cor. 15. 41. Qui plus Deum in terra dilexerint, & Chriſtum fuerint perfectius imitati, illi ſuperiorem gloriæ gradum obtinebunt. Omnes ejusdem boni poſſeſſione beantur: ſed hoc alii aliis perfectius poſſident: & in eo poſita eſt inæqualitas gloriæ. (Q) Q

I. Cur

quaſi inanior eaiſtas, & minus in te ſit aliquid quod debeat impleri. Quid ergo dicam, niſi quod dici poteſt, cogitari vix poteſt? Et ſatiat te, & non te ſatiat: quia utrumque invenio in Scriptura. Nam cum diceret, *Matt. 5. 6.* Beati eſurientes, quia ipſi ſaturabuntur: eſt rurſus dictum de ſapientia, *Eccli. 24. 29.* Qui te manducant, iterum eſurient; & qui te bibunt, iterum ſitient. Immo vero non dixit, Iterum; ſed dixit, Adhuc. Nam iterum ſitiet, quaſi primo ſaginatus diſceſſerit & digeſſerit & redierit bibere, tale eſt. Qui te edunt, adhuc eſurient, ſic cum edunt eſurient: & qui te bibunt, ſic bibendo ſitient. Quid eſt bibendo ſitire? Numquam faſtidire.

Tract. 30. in Johan. n. 7.... Ad quam rem innovatus? Ad deſideranda cæleſtia, ad concupiſcenda ſempiterna, ad patriam quæ ſurſum eſt & hoſtem non timet, deſiderandam, ubi non perdimus amicum, non timemus inimicum, ubi vivimus cum bono affectu, ſine ullo defectu; ubi nemo naſcitur, quia nemo moritur; ubi nemo jam proficit, & nemo deficiet, ubi non eſuritur, & non ſititur, ſed ſatietas eſt immortalitas, & cibus veritas.

Lib. 4. de Civit. Dei, c. 25. Niſi beatus, non vivit ut vult: & nullus beatus, niſi juſtus. Sed etiam ipſe juſtus non vivit ut vult, niſi eo pervenerit, ubi mori, falli, offendi omnino non poſſit; eique ſit certum, ita ſemper futurum. Hoc enim natura expetit: nec plene atque perfecte beata erit, niſi adepta quod expetit. Nunc vero quis hominum poteſt ut vult vivere, quando ipſum vivere non eſt in poteſtate? ... Et ſi ideo mori velit, non quo nolit vivere, ſed ut poſt mortem melius vivat: nondum ergo ut vult vivit, ſed cum ad id quod vult moriendo pervenerit.... Beata quippe vita ſi non amatur, non habetur. Porro ſi amatur, & habetur, ceteris omnibus rebus excellentius neceſſe eſt ametur: quoniam propter hanc amandum eſt, quidquid aliud amatur... Tunc beata erit, quando æterna erit.

Lib. 22. c. 30. n. 1. Quanta erit illa felicitas, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus? Nam quid aliud agatur, ubi neque ulla deſidia ceſſabitur, neque ulla indigentia laborabitur, neſcio.... *Beati qui habitant in* *Pſ. 83. 5.* *domo tua, Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te* ... Tunc non erit ipſa neceſſitas, ſed plena, certa, ſecura, ſempiterna felicitas, proficient in laudibus Dei... Harmoniæ corporalis numeri, cum ceteris rebus quæ ibi magnæ atque mirabiles videbuntur, rationales mentes in tanti artificis laudem, rationabilis pulchritudinis delectatione ſuccedent ... Certe ubi volet ſpiritus, ibi protinus erit corpus: nec volet aliquid ſpiritus, quod nec ſpiritum poſſit decere, nec corpus. Vera ibi gloria erit, ubi laudantis nec errore quiſquam, nec adulatione laudabitur .... Vera pax, ubi nihil adverſi, nec a ſe ipſo, nec ab alio quiſquam patietur... Præmium virtutis erit ipſe qui virtutem dedit, eique ſeipſum, quo melius & majus nihil poſſit eſſe, promiſit... Ipſe finis erit deſideriorum noſtrorum, qui ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur.

N. 3... Erit inamiſſibilis voluntas pietatis & æquitatis, quomodo eſt felicitatis.. Ergo illius civitatis & una in omnibus, & inſeparabilis in ſingulis voluntas libera, ab omni malo liberata, & impleta omni bono, fruens indeficienter æternum jucunditate gaudiorum, oblita culparum, oblita pœnarum; nec tamen ideo ſuæ liberationis oblita, ut liberatoris ſuo non ſit grata.

N. 4. ... Non erunt memores Sancti præteritorum malorum: carebunt enim omnibus, ita ut penitus deleantur de ſenſibus eorum. Ea tamen potentia ſcientiæ quæ magna in eis erit, non ſolum ſua præterita, ſed etiam damnatorum eos ſempiterna miſeria non latebit... Ibi perficietur, *Pſ. 45. 11.* *Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus* ... Vacabimus in æternum, in omnibus, videntes quia ipſe eſt Deus, quo pleni erimus, quando ipſe erit omnia.

N. 5... Ibi vacabimus, & videbimus: videbimus, & amabimus, amabimus & laudabimus. Ecce quod erit in fine ſine fine. Nam quis alius noſter eſt finis, niſi pervenire ad regnum, cujus nullus eſt finis?

(O) Psal. lxxxiii. 5. Beati qui habitant in domo tua, Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te.

1. Cor. xiii. 12. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem: nunc cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum.

Apocalyps. v. 9. Et cantabant Canticum novum, dicentes ... Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo; ex omni tribu, & lingua, populo, & natione: 10. Et feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes, & regnabimus ſuper terram.

Apoc. xxii. 4. & 5. *Vide ſupra litt.* (N) *hocce §.*

S. Aug. *Lib. 22. de Civit. Dei, c. 30. Vide ſupra litt.* (N) *hocce §. n.* 1. 3. 4. & 5.

In Pſ. xxx. *n.* 6. Ibi capitur ... ibi gaudetur ... ibi laudatur ... ibi exultatur.

In Pſ. cxlv. *num.* 7... Beati qui habitant in domo tua, in ſæcula ſæculorum laudabunt te; quando totum negotium noſtrum ipſa laus erit.. Quid ergo factura es? collauda Jeruſalem Dominum. Ecce hoc eſt negotium tuum.

N. 8. Ubi ſempiterna laudatio erit, ſempiternum eſſe erit.

In Pſ. cxlvii. *n.* 6. Quid factura es, o Jeruſalem? Tranſiet certe labor & gemitus...

N. 8. *Vide ſupra hocce paragrapho litt.* (L)

Lib. 1. de Morib. Eccleſ. Catholicæ, c. 3. num. 4. Beatus autem, quantum exiſtimo, neque ille dici poteſt, qui non habet quod amat, qualecumque ſit... Video ubi beata inveniri queat, cum id quod eſt hominis optimum & amatur & habetur. Quid enim eſt aliud quod dicimus frui, niſi præſto habere quod diligis?

(P) S. Aug. *Serm. 1. in Pſal.* xxxvi. *nu.* 12.... Deus tuus pax. Quidquid deſideras pax tibi erit ... Deus tuus totum tibi erit. Manducabis eum, ne eſurias; bibes eum ne ſitias; illuminaberis ab eo, ne ſis cœcus; fulcieris ab eo, ne deficias; poſſidebit te totum integrum, totus integer. Anguſtias non ibi patieris cum eo cum quo totum poſſides: totum habebis, totum & ille habebit, quia tu & ille unum eritis.

In Pſ. xlvi. *nu.* 25. Si Deus noſter eſt, & Rex noſter eſt: protegit nos, quia Deus eſt, ne moriamur: regit nos, quia Rex eſt, ne cadamus... Ab illo ergo optemus tegi & liberari.

Tract. 77. in Johan. n. 3. Pacem ſuam nobis dabit in futuro ſæculo .... Pacem ſuam nobis dabit, quando ſine hoſte regnabimus... Pacem ſuam nobis dabit, ubi nunquam diſſentire poſſimus... Pacem ſuam dabit nobis, cum manifeſtabit cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuique a Deo. In illo tamen atque ab illo nobis eſt pax... Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit utraque unum. Pax ergo ipſe nobis eſt... cum videmus enim ſicuti eſt. Si enim quamdiu ſumus in corpore corruptibili quod aggravat animam, cum per fidem ambulamus non per ſpeciem, non deſerit peregrinantes a ſe: quanto magis cum ad ipſam ſpeciem venerimus, nos implebit ex ſe.

Enarr. in Pſal. cxxvi. *num.* 17. Ibi eſt enim ſumma jucunditas, ubi Deo perfruimur, ubi de fraternitate cohærente & civica ſocietate ſecuri ſumus. Nullus ibi tentator nos violabit, nullus vel ad aliquam illecebram percellere poterit, nihil ibi delectabit niſi bonum. Morietur ibi omnis neceſſitas, orietur ibi ſumma felicitas.

(Q) Matth. xx. 9. Cum veniſſent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt ſingulos denarios.

Johan. xiv. 2. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt...

1. Cor. xv. 40... Alia quidem cæleſtium gloria. 41. Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum. Stella enim a ſtella differt in claritate.

S. Aug. *Tract. 67. in Johan. n. 2.*... Quia & ſi alius

eſt

Digitized by Google

I. Cur vitam æternam ſuperius poſuiſti inter dotes Eccleſiæ?

R. Quia ſolis Eccleſiæ membris hæc vita deſtinata eſt: & poſt ultimum Chriſti adventum non conſtabit Eccleſia, niſi ex iis qui vita hac beata fruentur. Id jam ſuperius explicatum eſt ſatis ſuperque §. 18. hujuſce capitis.

I. Quinam excluduntur a vita æterna?

R. Qui moriuntur extra Eccleſiam, vel intra Eccleſiam quidem, ſed peccati mortalis labe inquinati: uno verbo quicumque non ſcripti ſunt in libro vitæ, qui reprobi dicuntur in Scripturis. (R) R

I. Quomodo affecti eſſe debemus intuitu vitæ æternæ?

R. 1. Omni ope atque opera enitendum, ut ad eam perveniamus. (S) S

2. Contemnenda omnia terrena & caduca, quæ revera nihil ſunt in comparatione illius ſupremæ felicitatis. (T) T

3. Se-

eſt alio fortior, alius alio ſapientior, alius alio juſtior,
Joh. 14. 2. alius alio ſanctior: *In domo Patris manſiones multæ ſunt:* nullus eorum alienabitur ab illa domo, ubi manſionem pro ſuo quiſque accepturus eſt merito. Denarius quidem ille æqualis eſt omnibus, quem Pater familias eis qui operati ſunt in vinea jubet dari omnibus, non in eo diſcernens qui minus & qui amplius laborarunt: quo utique denario vita ſignificatur æterna, ubi amplius alio nemo vivit, quoniam vivendi non eſt diverſa in æternitate menſura. Sed multæ manſiones diverſas merito-
1. Cor. 15. 41 rum in una vita æterna ſignificant dignitates. Alia eſt enim gloria Solis, alia gloria Lunæ, alia gloria ſtellarum: ſtella enim ab ſtella differt in gloria, ſic & reſurrectio mortuorum. Tanquam ſtellæ Sancti diverſas manſiones diverſæ claritatis, tanquam in cælo, ſortiuntur in regno; ſed propter unum denarium nullus ſeparatur a regno: atque ita Deus erit omnia in omnibus, ut quoniam Deus caritas eſt, per caritatem fiat, ut quod habent ſinguli, commune ſit omnibus.... Non erit itaque aliqua invidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus unitas caritatis.

De Civit. Dei, *lib.* 22. *cap.* 30. *nu.* 2. Ceterum qui futuri ſint pro meritis præmiorum etiam gradus honorum atque gloriarum, quis eſt idoneus cogitare, quanto magis dicere? Quod tamen futuri ſint, non eſt ambigendum. Atque id etiam beata civitas illa magnum in ſe bonum videbit, quod nulli ſuperiori ullus inferior invidebit, ſicut nunc non invideant Archangelis Angeli ceteri: tamque nolet eſſe unuſquiſque quod non accepit, quamvis ſit pacatiſſimo concordiæ vinculo ei qui accepit obſtrictus, quam nec in corpore vult oculus eſſe qui eſt digitus, cum membrum utrumque contineat totius carnis pacata compago. Sic itaque habebit donum alius alio minus, ut hoc quoque donum habeat, ne velit amplius.

(R) Matth. xxv. 1. Tunc ſimile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas exierunt obviam ſponſo, & ſponſæ. 2. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. 3. Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus non ſumpſerunt oleum ſecum. 4. Prudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis, cum lampadibus ... 10. Venit ſponſus, & quæ paratæ erant intraverunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt janua. 11. Noviſſime vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. 12. At ille reſpondens, ait: Amen dico vobis, neſcio vos.

Ibid. 30. Inutilem ſervum ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & ſtridor dentium.

Ibid. 41. Tunc dicet & his qui a ſiniſtris erunt: Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis ejus. 42. Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitivi, & non dediſtis mihi potum. 43. Hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non cooperuiſtis me: infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me. 44. Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtravimus tibi? 45. Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis: Quamdiu non feciſtis uni de minoribus his, nec mihi feciſtis. 46. Et ibunt hi in ſupplicium æternum.

1. Cor. xv. 50. Hoc autem dico, fratres: quia caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt: neque corruptio incorruptelam poſſidebit.

Galat. v. 19. Manifeſta ſunt autem opera carnis: quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, 20. Idolorum ſervitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ. 21. Invidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia quæ prædico vobis, ſicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.

Ephes. v. 5. *Vide ſupra lit.* (A) *hujus* §.

Apoc. xx. 5. Ceteri mortuorum non vixerunt, &c.

(S) Matth. xi. 12.... Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

1. Cor. ix. 24. Neſcitis quod ii qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium? Sic currite ut comprehendatis. 25. Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptam. 26. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aerem verberans. 27. Sed caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo: ne forte cum aliis prædicaverim ipſe reprobus efficiar.

S. Aug. *Lib.* 8. *Confeſſ. cap.* 6. *n.* 15. .. Dic, quæſo te, omnibus iſtis laboribus noſtris quo ambimus pervenire? Quid quærimus? cujus rei cauſa militamus? Majorne eſſe poterit ſpes noſtra in palatio, quam ut amici Imperatoris ſimus.... Et quando id fuerit? Amicus autem Dei ſi voluero, ecce nunc fio... Deo ſervire ſtatui, & hoc ex hac hora, in hoc loco aggredior. Te ſi piget imitari, noli adverſari. Reſpondit ille, adhærere ſe ſocium tantæ mercedis, tantæque militiæ.

Epiſt. 127. *alias* 45. *Armentario & Pauline*, *n.* 1. *& ſeq.* *Vide* §. 11. *hujuſce capitis lit.* (1)

(F) 2. Cor. iv. 17. Id enim, quod in præſenti eſt, momentaneum & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

Hebr. xii. 1. Ideoque & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen.

S. Aug. *Lib.* 5. *de Civit. Dei*, *c.* 18. *n.* 1. Quid ergo magnum eſt pro illa æterna, cæleſtique patria, cuncta ſæculi hujus jucunda blandimenta contemnere?

Num. 2. Quis regno cælorum imputaturus eſt merita ſua? ... Quid ſe magnum pro æterna patria feciſſe dicturus eſt, qui aliquem fidei ſuæ paſſus inimicum, non ſe ultro... in mortem mittens, ſed ab illo miſſus obierit ... Quid magnum ſit pro Evangelii ſancta prædicatione, quia cives ſupernæ patriæ de diverſis liberantur & colliguntur erroribus, feciſſe dicturus eſt ... Quomodo ſe audebit extollere de voluntaria paupertate Chriſtianus, ut in ejus vitæ peregrinatione expeditior ambulet viam, quæ perducit ad patriam, ubi veræ divitiæ ipſe Deus eſt.

N. 3. *Indignæ ſunt paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis*.... Pro æterna vita muneribusque perpetuis & ipſius ſupernæ civitatis ſocietate colatur Deus unus & verus. Rom. 8. 18.

N. 5. *Qui proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non & cum illo omnia nobis donabit?* Cum hæc promiſſio complebitur, quid erimus? Quales erimus? Quæ bona in illo regno accepturi ſumus, quando quidem Chriſto moriente pro nobis tale jam pignus accepimus? Qualis erit ſpiritus hominis, nullum omnino habens vitium, nec ſub quo jaceat, nec cui cedat, nec contra quod ſaltem laudabiliter dimicet, pacatiſſima virtute perfectus? Rerum ibi omnium quanta, quam ſpecioſa, quam certa ſcientia, ſine errore aliquo vel labore, ubi Dei ſapientia de ipſo ſuo fonte potabitur, cum ſumma felicitate, ſine ulla difficultate? Quale erit corpus, quod omnimodo ſpiritui ſubditum, & eo ſufficienter vivificatum, nullis alimoniis indigebit? Non enim animale, ſed ſpiritale erit, habens quidem carnis, ſed ſine ulla carnali corruptione ſubſtantiam. Rom. 8. 32.

De Civit. Dei, *Lib.* 22. *cap.* 24. *num.* 5. Jam cetera pulcritudo, & utilitas creaturæ, quæ homini, licet in iſtos labores miſeriasque projecto atque damnato, ſpectanda atque ſumenda divina largitate conceſſa eſt, quo ſermone terminari poteſt? In cæli & terræ & maris multimoda & varia pulcritudine, in ipſius lucis tanta copia tamque mirabili ſpecie, in Sole ac Luna & ſideribus, in opacitatibus nemorum, in coloribus & odoribus florum, in

Digitized by Google

PARS I. SECT. II. CAP. III. §. 21.

3. Sedentes hic ſuper flumina Babylonis, & in terra aliena peregrinantes, flere & gemere oportet in recordatione Sion; ex intimo corde ſuſpirandum ad Patriam. (V)

4. Chriſto hic adhærendum quantum in nobis eſt, ut ipſi in terris concorporati, accipiamus tandem divinæ hujus conjunctionis conſummationem in die reſurrectionis. (X)

§. 21. *De morte æterna.*

I. Mortis æternæ nomine quid intelligis?

R. Intelligo æternam a Deo ſeparationem. Deus enim eſt vita animæ, ſicut anima vita cor-

diverſitate ac multitudine volucrum garrularum atque pictarum, in multiformi ſpecie tot tantorumque animantium, quorum illa plus habent admirationis, quæ molis minimum. (Plus enim formicularum & apicularum opera ſtupemus, quam immenſa corpora ballenarum:) in ipſius quoque maris tam grandi ſpectaculo, cum ſe ſe diverſis coloribus induit velut veſtibus, & aliquando viride, atque hoc multis modis, aliquando purpureum, aliquando cæruleum eſt. Quam porro delectabiliter ſpectatur etiam quandocumque turbatur, & fit inde major ſuavitas, quia ſic demulcet intuentem, ut non jactet & quatiat navigantem? Quid ciborum uſquequaque copia contra famem? Quid ſaporum diverſitas contra faſtidium, naturæ diffuſa divitiis, non coquorum arte ac labore quæſita? Quanta in tam multis rebus tuendæ ac recuperandæ ſalutis auxilia? Quam grata viciſſitudo diei alternantis & noctis? Aurarum quam blanda temperies! In fruticibus & pecoribus indumentorum conficiendorum quanta materies? Omnia commemorare quis poſſit? Hæc autem ſola, quæ a me velut in quemdam aggerem ſunt coartata, ſi vellem velut colligata involucra ſolvere atque diſcutere, quanta mihi mora eſſet in ſingulis, quibus plurima continentur? Et hæc omnia miſerorum ſunt damnatorumque ſolatia, non præmia beatorum. Quæ igitur illa ſunt, ſi tot ac talia & tanta ſunt iſta? Quid dabit eis quos prædeſtinavit ad vitam, qui hæc dedit etiam eis quos prædeſtinavit ad mortem? Quæ bona in illa beata vita faciet eos ſumere, pro quibus in hac miſera unigenitum Filium ſuum voluit uſque ad mortem mala tanta perferre?

(V) PSAL. CXXXVI. 1. Super flumina Babylonis, illic ſedimus, & flevimus: cum recordaremur Sion.

2. COR. V. 1. Scimus enim, quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam, æternam in cælis. 2. Nam & in hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram, quæ de cælo eſt, ſuperinduì cupientes.. 10. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unusquisque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum .... 17. Si qua ergo in Chriſto nova creatura, vetera tranſierunt: ecce facta ſunt omnia nova.

S. AUGUST. *Enarr. in Pſal.* XLI. n. 6. Interim dum meditor, dum curro, dum in via ſum, antequam veniam, antequam appaream: *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panis die ac nocte, dum dicitur mihi per ſingulos dies, Ubi eſt Deus tuus?* Suaves erant mihi ipſæ lacrymæ: ſitiens illum fontem, quia bibere nondum poteram .... ſervata illa ſiti, qua ardeſco, qua rapior ad fontes aquarum, panis mihi factæ ſunt lacrymæ meæ, dum differor: & utique manducando lacrymas ſuas, ſine dubio plus ſitit ad fontes... ſive, inquit, in proſperis rebus ſæculi, ſive in adverſis rebus ſæculi, ego deſiderii mei lacrymas fundo, ego deſiderii mei aviditatem non deſero: & cum in mundo bene eſt, mihi male eſt, antequam apparebo ante faciem Dei. *Pſal. 41. 4.*

In Pſ. CXXII. *num.* 2.... Unde angitur cor Chriſtiani? Quia nondum cum Chriſto vivit. Unde angitur cor Chriſtiani? Quia peregrinatur & deſiderat patriam. Si inde angitur cor tuum, etiamſi felix ſecundum ſæculum fueris, gemis; omnia proſpera confluant, & undique tibi iſte mundus arrideat, ut tamen gemis, quia in peregrinatione te conſtitutum vides; & ſentis jam quidem te habere felicitatem ſecundum oculos ſtultorum, ſed nondum ſecundum promiſſionem Chriſti: illam quærens gemis, illam quærens deſideras, & deſiderando adſcendis.

In Pſ. CXXXVI. n. 1... Omnis eruditus in ſancta Eccleſia noſſe debet unde cives ſimus, & ubi peregrinemur, & peregrinationis noſtræ cauſam eſſe peccatum, reverſionis autem munus remiſſionem peccatorum & juſtificationem gratiæ Dei ... *Super flumina Babylonis ibi ſedimus & flevimus, cum recordaremur Sion* ... *Pſal. 136. 1.*

N. 2. Si cives ſumus de Jeruſalem, id eſt, de Sion, & in iſta vita, in iſta confuſione ſæculi hujus, in iſta Babylonia non cives habitamus, ſed captivi detinemur, oportet ut non tantum iſta decantemus, ſed & faciamus affectu cordis pio, religioſo deſiderio æternæ civitatis... Oſtendit illis (*Deus*) aliam civitatem, cui vere debeant ſuſpirare, pro qua debeant cuncta conari, ad quam capeſſendam debeant cives ſuos ſecum peregrinos, quantum valuerint, adhortari.

N. 4. Alii ergo cives ſanctæ Jeruſalem intelligentes captivitatem ſuam ... ſedent ſuper flumina Babylonis, vel illos qui rapiuntur, vel ſi ipſos qui in Babylonia eſſe meruerunt, ſedentes tamen, hoc eſt humiliati: *Super flumina ergo Babylonis ibi ſedimus & flevimus, cum recordaremur Sion*. O Sancta Sion, ubi totum ſtat, & nihil fluit! quis nos in iſta præcipitavit? ... Inde oportet ut fleas, recordando Sion.

N. 16... Interrogate corda veſtra, fratres, ſi deſideratis bona Dei, ſi deſideratis civitatem illam Jeruſalem, ſi concupiſcitis vitam æternam.

In Pſalm. CXLVIII. *num.* 4... Gemimus in peregrinatione, exultabimus autem in patria. Qui autem non gemit peregrinus, non gaudebit civis: quia deſiderium non eſt in illo.... (Dicit Apoſtolus:) Quamdiu ſumus in corpore, peregrinamur a Domino. Nondum ſumus in patria: quando erimus in patria? Quando triumphabimus devicto inimico diabolo, quando mors noviſſima inimica deſtruetur... Quando ergo nulla erit mortis contentio, quæ modo eſt, & facit nos gemere ex defectu & mutabilitate rerum, ex fragilitate carnis humanæ... Non ceſſat & non moritur hoſtis niſi in reſurrectione mortuorum... Non vobis placeat amor Babyloniæ: ne obliviſcamini civitatem Jeruſalem; & ſi corpus veſtrum adhuc in Babylonia tenetur, cor veſtrum ad Jeruſalem præmittatur. *2. Cor. 5. 6.*

(X) JOHAN. XV. 2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum (*Pater meus*,) & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat... 4. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt facere fructum a ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis... 5. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. 6. Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet: & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. 7. Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint: quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis.... 9. ... Manete in dilectione mea. 10. Si præcepta mea ſervaveritis, manebitis in dilectione mea .... 11. Hæc locutus ſum vobis, ut gaudium meum ſit in vobis, & gaudium veſtrum impleatur.

XVII. 13.... Ut habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis ... 21. Ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint... 23. Ego in eis, & tu in me, ut ſint conſummati in unum... 24. Pater, quos dediſti mihi, volo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum, ut videant claritatem meam, quam dediſti mihi... 26... Ut dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.

S. AUG. *in Pſal.* CXXII. *num.* 1... Deſiderio bono levamur ad Deum... Supereſt nobis.. hærendo illi (*Chriſto*) adſcendere; quia viribus noſtris non poſſumus... Quid debent facere ceteri? (*id eſt fideles*) Uniri corpori ipſius, ut ſit unus Chriſtus.... Nos quando cum illo ſic ſumus, ut in illo membra ejus ſimus; & nobiſcum ſolus eſt, & ideo unus, & ſemper unus. Unitas nos compaginat uni. Et illi ſoli cum illo non adſcendunt, qui cum illo unus eſſe noluerint... Non præter ſpem eſſe debeamus, immo cum magna fiducia præſumere, quia ſi per caritatem ipſe nobiſcum in terra eſt, per eamdem caritatem & nos cum eo in cælo ſumus.

N. 2. De unoquoque corde veſtrum cantet hic homo, & unusquisque ſit ille homo. Cum enim dicitis illud ſinguli, quia omnes unum eſtis in Chriſto, unus homo illud dicit: & non, Ad te Domine levavimus oculos noſtros; ſed *Ad te Domine levavi oculos meos*. Debetis quidem putare unumquemque veſtrum loqui, ſed unus ille maxime loquitur, qui etiam diffuſus eſt toto orbe terrarum. Unus ille loquitur, qui alibi dicit, A finibus terræ ad te clamavi, cum angeretur cor meum. Quis *Pſal. 60. 3.*

eſt

corporis eſt. Itaque ſeparata anima a Deo in ſtatu mortis eſt. Æternum a Deo ſeparata, in ſtatu
A æternæ mortis eſt. (A)

I. Ergo anima non eſt immortalis?

R. Immortalis eſt, ſi de vita naturæ ſermo ſit: non item ſi de vita ſpiritus. At hic ſermo eſt de vita & morte ſpirituali. Spiritualiter vivit anima, quando cum Deo conjuncta eſt: ſpiritualiter moritur, cum ſeparatur a Deo. Æternum vivit, cum adhæret æternum Deo, nec poteſt amplius a Deo ſeparari; quod fit in Beatis. Æternum mortua eſt, cum ſic a Deo ſeparatur, ut non poſſit amplius ad ipſum reverti; quod fit in damnatis.

I. Quænam ergo ſors eſt eorum qui ſcripti non ſunt in libro vitæ, ſed æterna hac morte damnati ſunt?

R. 1. Nunquam intraturi ſunt in regnum cælorum, extra Dei conſpectum & præſentiam in æternum ablegabuntur. (B) B

2. Vermis eorum non morietur: id eſt, æternis conſcientiæ ſtimulis fruſtra vexabuntur: neque enim eos ſua pœnitentia liberabit a morte. (C) C

3. Mittentur in ſtagnum ignis, æternis cum diabolo & angelis ejus, ſuppliciis cruciandi. (D) D

I. Eritne ignis ille reapſe corporeus?

R. Erit, quantum colligere licet ex Scripturis. Eaque Sancti Auguſtini, & plerorumque ex SS. Patribus mens fuit. (E) Aget ergo virtute divina ignis ille in corpora, quæ tamen propterea non conſummentur, & in animas licet ſpirituales. E

I. Eſtne fidei articulus, ignem quo damnati cruciabuntur fore corporeum?

R. De

eſt qui clamat a finibus terræ? Quis unus homo, diffuſus eſt uſque ad fines terræ? Unusquiſque homo in regione ſua poteſt clamare; numquid in finibus terræ? Sed hæreditas Chriſti, de qua dictum eſt, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Pſal. 11. 8.

In diebus Paſchal. Serm. 23. *edit. BB.* 242. *alias de Tempore* 147. *c.* 8. *n.* 11. Dicitur ſpiritale corpus . . . quia ad nutum ſpiritus ſerviet. Nihil tibi contradicet ex te, nihil in te rebellabit adverſus te . . . Pax ibi erit, pax perfecta ibi erit. Ubi volueris, eris: ſed a Deo non recedes. Ubi volueris, eris: ſed quocumque ieris, Deum tuum habebis. De quo beatus eris, ſemper cum illo eris.

Serm. 259. *in die Dominico octavarum Paſchæ, alias ex Sirmondianis* 19. *num.* 1. . . . Omnis intentio veſtra . . . non dirigatur, niſi ad illam vitam, quæ nobiſcum Angelis eſt futura: ubi perpetua quies, ſempiterna lætitia, indeficiens beatitudo, nulla perturbatio, nulla triſtitia, nulla mors.

S. AUGUST. *Lib.* 10. *Confeſſ. cap.* 20. *n.* 29. . . Vivit anima mea de te.

Luc. 12. 4. & 5. *Tract.* 47. *in Johan. n.* 8. Eum timete qui habet poteſtatem & corpus & animam occidere in gehenna. Ecce quia moritur . . . Quid eſt mori ipſius? Mori animæ tuæ, eſt amittere vitam ſuam . . . Vita animæ tuæ, Deus tuus . . . Moritur anima amiſſo Deo, qui vita eſt ejus.

De Civit. Dei lib. 13. *cap.* 2. . . Quamvis humana anima veraciter immortalis perhibeatur, habet tamen quamdam etiam ipſa mortem ſuam . . . Mors igitur animæ fit, cum eam deſerit Deus . . . totius hominis mors eſt, cum
Matt. 10. 28. anima a Deo deſerta deſerit corpus . . . Eum timete qui habet poteſtatem & corpus & animam perdere in gehennam . . . Secunda mors ſine dubio ſicut nullorum bonorum eſt, ita nulla bona.

Serm. 62. *alias* 6. *de Verbis Domini*, *c.* 1. *n.* 2. Sicut enim vita corporis anima eſt: ſic vita animæ Deus . . Expirat anima, cum Deum amittit. Deus amiſſus, mors animæ: anima emiſſa, mors corporis.

Serm. 65. *alias* 13. *inter additos a Pariſienſibus*, *c.* 3. *n.* 5. Poteſt anima occidi . . . contradici non poteſt vitæ, niſi ab anima mortua.

Cap. 4. Evangelium vita eſt; impietas & infidelitas mors animæ eſt. Ecce poteſt mori, & immortalis eſt . . . Quomodo moritur? Non ut non ſit vita, ſed amittendo vitam . . . vita animæ Deus eſt . . . Debet adeſſe vita animæ, hoc eſt, Deus, ne moriatur anima.

Cap. 5. *num.* 6. Impius eſt, infidelis eſt, ad credendum durus, ad corrigendos mores ferreus, vivente corpore mortua eſt anima . . . Nam ipſa anima impii, anima infidelis, anima perverſi, duri, mortua eſt . . mendacium
Sap. 1. 11. loquitur, ergo mortua eſt. Os quod mentitur occidit animam . . . Quare mortua eſt anima? Quia deſeruit eam vita ejus Deus.

Cap. 6. *n.* 7. Scitote, certumque tenete animam mortuam eſſe ſine Deo. Omnis homo ſine Deo mortuam habet animam . . . Animam time ne moriatur in gehenna ignis.

Cap. 7. *n.* 8. . . Quando mittetur in gehennam impius, ardebit ibi corpus, ibi anima? Mors corporis, ſempiterna pœna; mors animæ, Dei abſentia. Vis noſſe quæ ſit mors animæ? Intellige Prophetam dicentem: Tollatur
Iſai. 26. 10. impius, ut non videat claritatem Domini: timeat ergo anima mortem ſuam.

Vide inſuper, quæ dicemus infra de peccato mortali, parte ſecunda, ſectione prima, capite primo, paragrapho tertio; & auctoritates allatas ſupra hujuſce capitis §. 14. *lit.* (A)

(B) MATTH. V. 20. . . . Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.

(C) ISAI. LXVI. 14. . . (*Dominus*) Indignabitur inimicis ſuis . . . 24. . . . Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.

MARC. IX. 43. 45. & 47. Vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

(D) MATTH. XXV. 1. &c. *Vide paragrapho ſuperiori lit.* (R)

APOC. XX. 14. Et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis: hæc eſt mors ſecunda. 15. Et qui non eſt inventus in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.

(E) ISAI. LXVI. 24. & MARC. IX. 43. 45. & 47. *Vide ſupra lit.* (C) *hocce* §.

MATT. XXV. 45. *Vide* §. *ſuper. lit.* (R)

LUC. XVI. 22. . . . Mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno . . . 23. . . Cum eſſet in tormentis. 24. & ipſe clamans, dixit: Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. 25. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepiſti bona in vita tua . . . nunc vero cruciaris . . .

APOC. XX. 15. *Vide ſupra lit.* (D) *hocce* §.

S. AUG. *Lib.* 20. *de Civit. Dei*, *c.* 22. Significatum eſt, Matt. 25. 3.
eos qui cruciabuntur extra futuros. Propter quod & Dominus ea loca tenebras exteriores vocat: . . Qui enim erunt in pœnis, quid agatur intus in gaudio Domini neſcient: in pœnis autem malorum & inextinguibilis ignis, & vivaciſſimus vermis, ab aliis atque aliis, aliter atque aliter eſt expoſitus. Alii quippe utrumque ad corpus, alii utrumque ad animum retulerunt: alii proprie ad corpus ignem, tropice ad animum vermem, quod credibilius eſſe videtur.

Lib. 21. *c.* 2. Convincantur increduli, poſſe humana corpora animata atque viventia, non ſolum numquam morte diſſolvi, ſed in æternorum quoque ignium durare tormentis. Nolunt enim hoc ad omnipotentis nos referre potentiam . . . Mirabile eſt enim dolere in ignibus, & tamen vivere.

Cap. 3. *n.* 1. (*Dæmones*) ſe affligi magnis cruciatibus confitentur . . . Neceſſe eſt ergo ut vivat dolens, non eſt neceſſe ut occidat dolor: quia nec corpora iſta mortalia, & utique moritura, omnis dolor occidit; & ut dolor aliquis poſſit occidere, illa cauſſa eſt, quoniam ſic eſt anima connexa huic corpori, ut ſummis doloribus cedat, atque diſcedat: quoniam & ipſa compago membrorum atque vitalium ſic infirma eſt, ut eam vim quæ magnum vel ſummum dolorem facit, non valeat ſuſtinere. Tunc autem tali corpori anima & eo connectitur modo, ut illud vinculum ſicut nulla temporis longitudine ſolvitur, ita nullo dolore rumpatur . . . . Non enim nulla, ſed ſempiterna mors erit, quando nec vivere anima poterit Deum non habendo, nec doloribus corporis carere moriendo. . . . Secunda mors animam nolentem tenet in corpore.

N. 2. Ipſe animus . . . dolorem pati poteſt & mori

non

R. De fide eſt reprobos omnes æternum eſſe a Deo ſeparandos, æterna felicitate privandos, furas in æternum ablegandos; quæ quidem pœna eſt omnium maxima quam experiri poſſit creatura rationalis ad Deum condita.

De fide eſt eos corpore ſimul & anima æternum torquendos cruciatibus acerbiſſimis, ſine ulla conſolatione, ſine ullo allevamento.

De fide eſt hos cruciatus in Scripturis deſignari nomine ignis æterni.

Utrum autem ignis ille ſit reapſe corporeus & materialis, & quæ ſit ejus præciſe natura, id nec Scriptura docet, nec Eccleſia definivit. (F) F

I. Eritne æqualis reproborum omnium pœna?

R. Pro inæqualitate meritorum erit aliquatenus inæqualis.

Aliquatenus, inquam: nam æqualiter omnes patientur pœnam, quæ *damni* dicitur, id eſt, ſeparationem a Deo. Erit æqualis item in omnibus pœnæ duratio: æterna nimirum. Tota ergo inæqualitas poſita eſt in pœna, quæ ſenſus dicitur, id eſt, in pœna ignis. Nam

1. Certum non eſt infantes mortuos ante rationis uſum, nondum accepta peccati originalis remiſſione, affici proprie pœna ſenſus. De hoc non una eſt Theologorum ſententia; nec quidquam Eccleſia definivit. (G) G

2. Qui pœna ſenſus afficientur, ii majorem minoremve pro inæqualitate meritorum pœnam ſuſtinebunt. (H) H

I. Certumne eſt æternas fore damnatorum pœnas?

R. Id certiſſimum eſt dogma fidei, manifeſtis Scripturarum teſtimoniis ſtabilitum, perpetua Traditione, & Eccleſiæ definitione firmatum, ita ut contrarium aſſerentes, pro Hæreticis ſemper habiti ſint. (I) I

I. Quid agendum ut & æterna damnatio vitetur, & ad vitam perveniatur æternam?

R. Chri-

non poteſt... Hoc igitur erit tunc etiam in corporibus damnatorum, quod nunc eſſe ſcimus in animis omnium. ... Animæ enim eſt dolere, non corporis, etiam quando ei dolendi cauſa exiſtit a corpore... Dolet etiam non in corpore conſtituta: nam utique dolebat dives ille apud

Luc. 16. 24. inferos, quando dicebat, *Crucior in hac flamma*. Si ergo a dolore argumentum recte ſumeretur ad mortem, ut ideo mors poſſit accidere, quia potuit accidere & dolor, magis ad animam pertineret mori, ad quam magis pertinet & dolere. Cum vero illa quæ magis dolere poteſt, non poſſit mori, quid momenti affert cur illa corpora, quoniam futura ſunt in doloribus, ideo etiam moritura eſſe credamus?

S. BASIL. *in Pſal.* XXXIII. *v.* 12. *pag.* 555. *edit. Pariſienſ.* 1618..... Eos qui multa perperam in vita admiſerunt, horrendi quidam & triſtes circumſtabunt Angeli, ignem aſpectu reddentes, ignem exſpirantes, propter propoſiti ac voluntatis acerbitatem, vultum præferentes nocti aſſimilem propter mœrorem, atque hominum odium. Subtus conſpicient barathrum in imum patens, tenebras impermeabiles quidem illas, ignemque obſcurum, urendi quidem in tenebris vim habentem, luce vero deſtitutum. Inde vermium innumerabilium genus venenoſum, ac carnivorum, eſitans quidem ſemper, nec tamen ſe exſatians, intolerabiles dolores morſibus infligens. Poſtremo omnium duriſſimam pœnam, probrum illud, & verecundiam ſempiternam. Hæc tu time, & hujuſmodi timore eruditus, quaſi fræno quopiam abstrahe animam, & inhibe ad vitioſam concupiſcentiam propendentem.

In verſ. 22. *pag.* 534. *Mors peccatorum mala*. Excipit enim illos ſupplicium, quemadmodum divitem illum qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide.

TERTULL. *Lib. de Pœnit. cap.* 12. *& ult.* Gehennam in corde conſidera... & pœnæ magnitudinem imaginare... Quid illum theſaurum ignis æterni æſtimamus, cum fumariola quædam ejus tales flammarum ictus ſuſcitent, ut proximæ urbes aut jam nullæ extent, aut idem ſibi de die ſperent? Diſſiliunt ſuperbiſſimi montes ignis intrinſecus fœtu, &, quod nobis judicii perpetuitatem probat, cum diſſiliant, cum devorentur, nunquam tamen finiuntur. Quis hæc ſupplicia interim montium non judicii minantis exemplaria deputabit? Quis ſcintillas tales non magni alicujus & inæſtimabilis foci miſſilia quædam & exercitoria jacula conſentiet?

LACTANT. *Lib.* 7. *divin. Inſtit. c.* 21... Dæmones reformidant Deum, quia torquentur ab eo, ac puniuntur. Quid ergo mirum, ſi cum ſint immortales animæ, tamen patibiles ſint Deo? .... Docent nos ſanctæ literæ, quemadmodum pœnas impii ſint laturi. Nam quia peccata in corporibus contraxerunt, rurſus carne induentur, ut in corporibus piaculum ſolvant, & tamen non erit caro illa, quam Deus homini ſuperjecerit, huic terrenæ ſimilis, ſed inſolubilis ac permanens in æternum, ut ſufficere poſſit cruciatibus, & igni ſempiterno, cujus natura diverſa eſt ab hoc noſtro, quo ad vitæ neceſſaria utimur: qui niſi alicujus materiæ fomite alatur, extinguitur. At ille divinus per ſeipſum ſemper vivit, ac viget ſine ullis alimentis, nec admiſtum habet fumum, ſed eſt purus, ac liquidus, & in aquæ modum fluidus.... Idem igitur divinus ignis una eademque vi, atque potentia & cremabit impios & recreabit, & quantum e corporibus abſumet, tantum reponet: ac ſibi ipſi æternum pabulum ſubminiſtrabit.... Tum quorum peccata, vel pondere, vel numero prævaluerint, perſtringentur igni, atque amburentur.

S. CYPRIANUS *ad Demetrianum, non longe a fine, edit. Oxon. in fol. ann.* 1700. *pag.* 134. Credite illi, qui incredulis æterna ſupplicia gehennæ ardoribus irrogabit... Cremabit addictos ardens ſemper gehenna, & vivacibus flammis vorax pœna, nec erit unde habere tormenta vel requiem poſſint aliquando vel finem. Servabuntur cum corporibus ſuis animæ infinitis cruciatibus ad dolorem. Spectabitur illic a nobis ſemper, qui hic nos ſpectavit ad tempus: & in perſecutionibus factis oculorum crudelium brevis fructus, perpetua viſione penſabitur: ſecundum Scripturæ ſanctæ fidem dicentis: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur... Erit tunc ſine fructu pœnitentia, dolor pœnæ, inanis ploratio, & inefficax deprecatio. In æternam pœnam ſero credent, qui in vitam æternam credere noluerunt. If. 66. 24. Marc. 9. 43.

S. GREGORIUS MAGNUS Papa *Lib.* 1. *moral. in Job, cap.* 17. Devorabit eum ignis, qui non ſuccenditur.... Job 20. 26. Gehennæ ignis, cum ſit incorporeus, & in ſe miſſos reprobos corporaliter exurat, nec ſtudio humano ſuccenditur, nec lignis nutritur, ſed creatus ſemel durat inextinguibilis, & ſucceſſione non indiget, & ardore non caret. Bene ergo de hoc iniquo dicitur: Devorabit eum ignis, qui non ſuccenditur: quia omnipotentis juſtitia futurorum præſcia, ab ipſa mundi origine gehennæ ignem creavit, qui in pœna reproborum eſſe ſemel inciperet: ſed ardorem ſuum etiam ſine lignis nunquam finiret. Sciendum vero eſt, quod omnes reprobi, quia ex anima ſimul & carne peccaverunt, illic in anima pariter & carne cruciantur. Unde per Pſalmiſtam dicitur: Pone eos ut Pſal. 20. 10. clibanum ignis, in tempore vultus tui: Dominus in ira ſua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.... ut per ignem crucientur in corpore, & per dolorem ardeant in mente.

Lib. 4. *Dialog. c.* 58..... Oportet ut per omnia eſſe credas & iniquorum animas in inferno: quia ea retributione æternæ juſtitiæ... neceſſe eſt per omnia ut & injuſti crucientur... Credi neceſſe eſt quod a die exitus ſui ignis reprobos exuret.

S. THOM. *Opuſc.* X. *art.* 41. An in inferno erit corporaliter vermis. Hoc Auguſtinus ſub dubio reliquit 21. *de Civit.* licet in 20. ejuſdem dicat hoc probabilius videri quod ignis referatur ad corpus, vermis tropice ad animam: quod etiam mihi probabilius videtur.

(F) ESTIUM *in* 4. *Sentent. diſt.* 44. §. 12. *&* 13. *ea de re conſule*.

(G) *Lege quæ dicuntur infra in tractatu* de Baptiſmo §. 3. De neceſſitate Baptiſmi *cap.* 21. *Sectionis primæ*, *Partis tertiæ*.

(H) APOCAL. XVIII. 7. Quantum glorificavit ſe, & in deliciis fuit: tantum date illi tormentum & luctum... 8. Ideo in una die venient plagæ ejus, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis eſt Deus, qui judicabit illam.

(I) S. AUGUST. *Lib.* 21. *de Civit. Dei*, *cap.* 23. Eccleſia ferre nequivit hominum diſputationem, diabolo etiam

poſt

R. Chriſtianum eſſe oportet ; & Chriſtiane vivendum : quod quidem in ſerie totius ſecundæ partis hujus operis explicabimus.

I. Poſſumusne propriis viribus vitam æternam conſequi ?

R. Nullo modo : nam gratia Dei vita æterna, quam nobis Chriſtus morte ſua promeruit, & per miſericordiam largitur. Id jam probavimus initio hujus operis, & de hoc agemus quoque initio tertiæ partis, ubi ſermo erit de gratia.

I. Cur ergo vita æterna meritis noſtris ut merces tribuitur, ut patet ex iis quæ dixiſti ſuperius, ubi de Judicio generali diſſeruiſti?

R. Tribuitur quidem ut merces, & meritis noſtris tribuitur ; ſed non propterea propriis eam viribus conſequimur. Neque enim ſine gratia Dei poſſumus pie, & ſancto vivere. Ipſa ergo merita noſtra donum Dei ſunt, & hoc dono vitam meremur æternam. Itaque Deus propria dona coronat, dum vitam æternam ut mercedem meritis noſtris tribuit : & totum ſemper Deo debemus. Id fuſius infra explicabimus in ſpeciali capite de Gratia.

I. Qua ratione conſequimur gratiam qua ſancte & pie vivamus?

R. Per Sacramenta traditur. Eamque per noſtras vel Eccleſiæ orationes impetramus. Agemus de ſacramentis & de oratione, itemque de adjunctis omnibus in tertia & ultima parte hujus operis.

Conclusio hujus primæ Partis.

De Symbolo Apoſtolorum : Quæ eſt velut ſumma & brevis enumeratio eorum quæ hactenus dicta ſunt.

I. Jam multa diſſeruiſti ; totamque adeo religionis hiſtoriam ab initiis ad conſummationem usque perduxiſti. Hæc autem omnia, quoniam maxime neceſſaria ſunt, velim in ſumma perſtringas, & uno veluti conſpectu ponas ob oculos.

R. Id vero facillimum eſt : hæc enim omnia in uno & breviſſimo illo quidem Apoſtolorum Symbolo continentur. Conclus. Part. I.

I. Quid intelligis per Symbolum Apoſtolorum?

R. Intelligo formulam profeſſionis fidei, quæ ab Apoſtolis ad nos usque Traditione manavit. (A) Duodecim illa articulis conſtat. Hanc accipe : A

1. *Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cæli & terræ.*
2. *Et in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum.*
3. *Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine.*
4. *Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus.*
5. *Deſcendit ad inferos ; tertia die reſurrexit a mortuis.*
6. *Aſcendit ad cælos ; ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.*
7. *Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos.*
8. *Credo in Spiritum ſanctum.*
9. *Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem.*
10. *Remiſſionem peccatorum.*
11. *Carnis reſurrectionem.*
12. *Et vitam æternam. Amen.*

Articulo primo continetur quidquid ſupra diximus de Deo, ejusque natura & perfectionibus : item de ſanctiſſima Trinitate, de mundi creatione, de Angelis & hominibus.

Articulus ſecundus agit de Chriſto Jeſu Domino noſtro, Salvatore hominum & Mediatore : atque adeo includit ſummam eorum quæ diximus de ſtatu innocentiæ, de peccato originali, de neceſſitate Redemptoris, & de iis omnibus quæ ad ejus adventum contigere.

Articulo tertio continetur quidquid diximus de conceptione & nativitate Chriſti.

Articulus quartus tacite innuit quidquid diximus de vita Chriſti, agitque ſpeciatim de ejus paſſione, morte & ſepultura, de quibus fuſe egimus.

Arti-

poſt maximas & diuturniſſimas pœnas, purgationem vel indulgentiam pollicentem... Sancti & ſacris veteribus ac novis litteris eruditi... viderunt divinam vacuari vel infirmari non poſſe ſententiam, quam ſe Dominus prænuntiavit in judicio prolaturum atque
Mt. 25.41. dicturum, *Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus.* Sic quippe oſtendit æterno igne diabolum, & angelos ejus arſuros :
Apoc. 20. 9 10 & quod ſcriptum eſt in Apocalypſi : *Diabolus qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, quo & beſtia & pſeudo-propheta ; & cruciabuntur die ac nocte in ſæcula ſæculorum.* Quod ibi dictum eſt *æternum*, hic dictum eſt *in ſæcula ſæculorum* : Quibus verbis nihil Scriptura divina ſignificare conſuevit, niſi quod finem non habet temporis. Quamobrem prorſus nec alia cauſa, nec juſtior atque manifeſtior inveniri poteſt, cur veriſſima pietate teneatur fixum & immobile, nullum regreſſum ad juſtitiam vitamque Sanctorum diabolum & angelos ejus habituros, niſi quia Scriptura, quæ neminem fallit, dicit eis Deum non pepercisse, & ſic ab illo eſſe interim prædamnatos, ut carceribus caliginis inferi retruſi traderentur ſervandi, atque ultimo judicio puniendi, quando eos æternus ignis accipiet, ubi cruciabuntur in ſæcula ſæculorum, &c.

S. Hieron. *Epiſt.* 110. *alias* 60. *ſeu Epiphan. ad Johann. Epiſc. Hieroſolym. pag.* 661. *Edit. Pariſienſ. ann.* 1609. *mihi* 825 Doctor egregius Origenes audet docere diabolum id rurſum futurum eſſe quod fuerat, & ad eandem rediturum dignitatem, & conſcenſurum regna cælorum. Proh nefas ! quis tam vecors & ſtolidus, ut hoc recipiat, quod S. Johannes Baptiſta, & Petrus, & Johannes Apoſtolus & Evangeliſta, Iſaias quoque, & Jeremias, & reliqui Prophetæ cohæredes fiant diaboli in regno cælorum?

S. Greg. Magnus *Lib.* 4. *Dial. cap.* 44. Conſtat nimis, & incunctanter verum eſt, quia ſicut finis non eſt gaudio bonorum, ita finis non erit tormento malorum. Nam cum veritas dicat : Ibunt impii in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam : quia verum eſt quod promiſit, falſum proculdubio non erit, quod minatus eſt Deus... Iniqui.... voluiſſent utique, ſi potuiſſent, ſine fine vivere, ut potuiſſent ſine fine peccare. Oſtendunt enim quia in peccato ſemper vivere cupiunt, qui numquam deſinunt peccare dum vivunt. Ad magnam ergo juſtitiam judicantis pertinet, ut numquam careant ſupplicio, qui in hac vita numquam voluerunt carere peccato.... Omnipotens Deus, quia pius eſt, miſerorum cruciatu non paſcitur : quia vero juſtus eſt, ab iniquorum ultione in perpetuum non ſedatur. Sed iniqui omnes æterno ſupplicio deputati, ſua quidem iniquitate puniuntur : & tamen ad aliquid ardebunt, ſcilicet ut juſti omnes, & in Deo videant gaudia quæ percipiunt, & in illis reſpiciant ſupplicia quæ evaſerunt : quatenus tanto magis in æternum gratiæ divinæ debitores ſe eſſe cognoſcant, quanto in æternum mala puniri conſpiciunt, quæ ejus adjutorio vicerunt.

Estius *in* 4. *Sent. Diſt.* 46. §§. 1. 2. & 3. *legendus eſt*, & Natalis Alexander *Diſſert.* 17. *in hiſt. Eccleſ. ſæculi III. art.* 2.

(A) *Lege* R. P. Natalis Alexandri *Diſſert.* 21. *in hiſtor. Eccleſ. primi ſæculi* & D. Elies du Pin, *Tomo* 1. *Biblioth. Eccleſ.*

Con-

Digitized by Google

CONCLUS. PART. I.

Articulus quintus ſummam habet eorum quæ diximus de deſcenſu animæ Chriſti ad inferos, & de ejus corporis reſurrectione.

Articulus ſextus ſumma refert eorum quæ expoſuimus circa Chriſti aſcenſionem, ejusque in cælo dotes.

Articulo ſeptimo breviter continetur quidquid diximus de judicio Chriſto tum privato tum publico, & de iis quæ utrique huic judicio adjuncta ſunt.

Articulo octavo continetur quidquid tradidimus de Spiritu ſancto, & formatione Eccleſiæ.

Articulo nono ſummam habes eorum quæ fuſe diximus de Eccleſia, & de mirabili ejus membrorum communione.

Articulo decimo ſummam eorum quæ diximus de prærogativis Eccleſiæ, quarum prima eſt remiſſio peccatorum.

Articulo undecimo continetur quidquid diximus de generali corporum reſurrectione, adeoque de iis quæ in fine mundi eventura ſunt.

Articulo demum duodecimo ſummam habes eorum quæ diximus de vita & de morte æterna.

I. Quomodo probas Symbolum, quod Apoſtolorum dicitur, ad nos ab Apoſtolis Traditione manaſſe?

R. Id duobus potiſſimum rationibus demonſtratur,

1. Quia SS. Patres antiquiſſimi id afferunt,

2. Quia hoc Symbolum videmus ab omnibus omnino Eccleſiis receptum jam a primis Eccleſiæ ſæculis.

Eſt quidem in quibusdam nonnullarum Eccleſiarum Symbolis diverſitas quædam in terminis aliquibus, quorum aliqui deſunt, alii abundant. Sed hæc ipſa varietas probat Symbolum hoc ad nos ab Apoſtolis Traditione manaſſe.

Nam 1. In his Symbolis omnibus reperitur non ſolum doctrina eadem, ſed etiam idem ordo ſingulorum fidei articulorum: quod quidem hoc tam miro conſenſu fieri non potuit, niſi Symbolum ipſum fuerit ab Apoſtolis conditum.

2. Non magni momenti eſt diverſitas illa quæ reperitur in Symbolis. Ec hæc ipſa varietas probat non ab una Eccleſia ad aliam miſſum fuiſſe Symbolum, ſed illud fuiſſe a ſingulis Apoſtolis & viris Apoſtolicis, non quidem ſcripto, ſed vivæ vocis oraculo traditum ſingulis Eccleſiis quas ipſi condiderunt.

I. Numquid alias Eccleſia condidit formulas fidei fuſiores?

R. Inſurgentibus ſubinde variis hæreſibus factum eſt, ut ad majorem Symboli Apoſtolici explicationem addiderit Eccleſia Symbolo verba quædam. Concilium Nicænum addidit Apoſtolorum Symbolo ea verba, quæ neceſſaria viſa ſunt ad profligandam hæreſim Arianam. Conſtantinopolitanum Concilium œcumenicorum alterum alia multa addidit Symolo Nicæno, ad explicandam contra Macedonianos aliosque Hæreticos Eccleſiæ fidem. Demum Conſtantinopolitano Symbolo vocem unam addidit Eccleſia, ad explicandam contra recentiorem Græcorum hæreſim proceſſionem Spiritus ſancti a Patre & Filio.

Præter hoc Symbolum partim Nicænum, & partim Conſtantinopolitanum recipit Eccleſia & ſingulis diebus Dominicis ſolemniter canit Symbolum aliud quod Sancti Athanaſii dictum eſt. Quod tamen non eſſe S. Athanaſii conſtat apud eruditos. (B) B

Tandem auctoritate ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Romanæ edita eſt nova fidei formula juxta decreta ſacroſancti Concilii Tridentini, in qua poſt Nicænum & Conſtantinopolitanum Symbolum, de quo mox diximus, ſubjicitur Eccleſiæ fides circa articulos in quibus erraverunt Hæretici recentiores, a Concilio Tridentino anathemate percuſſi. Hanc fidem profiteri tenetur quilibet Catholicus.

(Hanc fidei formulam hic ſubjicimus, adjectis ad marginem ſingulis hujus libri capitibus, in quibus ſingula hujus fidei formulæ dogmata probantur & explicantur.)

FORMULA PROFESSIONIS FIDEI *Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ, edita juſſu Pii IV. ex decretis ſacri Concilii Tridentini excerpta.*

Ego N. firma fide credo & profiteor omnia & ſingula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo ſancta Romana Eccleſia utitur, videlicet: (C) C

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia ſæcula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis; & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria Virgine; & Homo factus eſt; & reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas; & aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris; & iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et unam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum; & vitam venturi ſæculi. Amen. (D) D

Apoſtolicas & Eccleſiaſticas Traditiones, reliquasque ejusdem Eccleſiæ obſervationes, & conſtitutiones firmiſſime admitto & amplector. (E) E

Item

(B) *Conſule diſſertationem* PP. BENEDICTINORUM *de auctore hujus Symboli, quæ jacet Tom. 3. Operum Sancti Athanaſii ultimæ editionis pag.* 819. *& ſeq.*

(C) Non corde ſolum credendum eſt, ſed & ore & opere quod credimus confitendum; *quod quidem probabitur in 2. parte hujuſce Operis, Sect.* 11. *capite* 1. §. 7.

(D) *Hoc Symbolum in Conciliis Nicæno, & Conſtantinopolitano conſcriptum, a ſequentibus generalibus Conciliis receptum fuit. Eaſdem veritates, quæ in Symbolo Apoſtolorum leguntur, ſed fuſius expreſſas continet, quas quidem in hac prima operis noſtri parte explicare conati ſumus. Quod in hac fidei profeſſione poſt Symbolum Nicænum legitur, additum fuit a ſancta Sede, & ex deciſionibus Sacroſancti Concilii Tridentini deſumptum.*

(E) *In tractatu* de Fide, *hujuſce operis parte ſecunda, traditionis auctoritatem demonſtramus. Quisque vero in legendo totius operis noſtri contextu ultro fatebitur Eccleſiæ ſanctiones, obſervationesque, quæ ſingulæ paſſim in opere iſto referuntur atque elucidantur, utiliſſimas eſſe atque ſanctiſſimas.*

Hoc

Item Sacram Scripturam, juxta eum ſenſum quem tenuit & tenet ſancta mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu & interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam, niſi juxta unanimem conſenſum Patrum, accipiam & interpretabor. (F)

Profiteor quoque ſeptem eſſe vere & proprie ſacramenta novæ Legis, a Jeſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria: ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium: illaque gratiam conferre; & ex his Baptiſmum, Confirmationem & Ordinem, ſine ſacrilegio iterari non poſſe.

Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus, in ſupradictorum omnium ſolemni adminiſtratione recipio & admitto. (G)

G Omnia & ſingula quæ de peccato originali & de juſtificatione in ſacroſancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio (H)

H Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium & propitiatorium ſacrificium pro vivis & defunctis: atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento eſſe vere, realiter & ſubſtantialiter Corpus & Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti: fierique converſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem; quam converſionem Catholica Eccleſia Tranſubſtantiationem appellat.

Vide 3. partis hanc propoſitionem.

Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie, totum atque integrum Chriſtum, verumque ſacramentum ſumi.

Conſule Tract. de Fide §. 17. & Tract. de Sac. Miſſæ §. 12. & 13.

Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animasque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari.

Similiter & Sanctos una cum Chriſto regnantes, venerandos atque invocandos eſſe; eosque orationes pro nobis offerre; atque eorum reliquias eſſe venerandas.

CONCLUS. PART. I.

Firmiter aſſero, Imagines Chriſti ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum, habendas & retinendas eſſe; atque eis debitum honorem, & venerationem impertiendam.

Hæc probantur ſect. 3. ſecundæ partis.

Indulgentiarum etiam poteſtatem a Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe; illarumque uſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe affirmo.

De Indulg. agimus 3 part. ſect. 1. c. 3. §. 18. 19. 20.

Sanctam Catholicam & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum matrem & magiſtram agnoſco.

Romanoque Pontifici beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo & juro.

Vide 1. part. ſect. 2. c. 3.

Cetera item omnia a ſacris canonibus, & œcumenicis Conciliis, ac præcipue a ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor. Simulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas, rejectas & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio & anathematizo.

Hæc elucidantur in ſingulis hujuſce operis Partibus.

Hæreſeon quas Eccleſ. damnavit Catalogum texuimus ſect. 2. c. 3. §. 10. hujuſce partis.

His dictis, qui fidei profeſſionem facit, ponit manum dexteram ſuper ſancta Evangelia, dicens:

Ego N. hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo; eamdem integram & immaculatam, uſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime, Deo adjuvante, retinere, & confiteri, (I) atque a meis ſubditis, ſeu illis quorum cura ad me in meo munere ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit curaturum, (K) ego idem N. ſpondeo, voveo, ac juro. (L) Sic me Deus adjuvet & hæc ſancta Dei Evangelia.

I

Ultima hæc verba proferens tangit textum ſacri Evang.

(F) *Hoc probatur in ſecunda parte hujuſce Operis, tractatu* de Fide §. 2. 3. 4. & 5. *In quibus agimus de auctoritate Eccleſiæ & SS. Patrum circa intelligentiam, ſenſumve ſacrarum Scripturarum.*

(G) *Id elucidamus ac probamus in prima ſectione tertiæ partis hujuſce operis, quæ tota quanta eſt meram complectitur expoſitionem fidei & uſum Eccleſiæ circa ſacramenta tam in genere quam in ſpecie.*

(H) *Quæ vel* juſtificationem *ſpectat vel* peccatum originale *quatuor in locis hocce opere pertractantur, ſcilicet in primæ partis ſectionis primæ, cap. tertio; ſectionis ſecundæ ejuſdem partis cap. 1. §. 19. tertiæ partis ſectione præliminari, denique in tractatu* de Sacramento pœnitentiæ *paragrapho* 13.

(I) *In tractatu* de Eccleſia §. 2. *& ſeq. demonſtravimus* fidem eſſe unam; & æternam ſalutem neminem adipiſci poſſe, niſi crediderit omnia & ſingula quæ ſancta Eccleſia tenet ac profitetur: *demonſtravimus etiam* nullum extra Eccleſiam poſſe ſalvari.

K (K) *Dum agemus* de quarto Dei præcepto, *partis 2. ſect. 3. probabimus Superiores quoſcunque ad ea teneri quæ hoc articulo continentur.*

L (L) *Elucidanda* ſecundum Dei præceptum *evincemus* ſanctum eſſe ac juſtum jurare cum veritate, cum juſtitia, & cum judicio. *Porro hæ juſjurandi juſti conditiones omnes inveniuntur, dum firmat quis cum jurejurando ſe non veraciter tantum credere, & tenere, immo ſe curaturum uti alii credant, prædicent, doceant omnia & ſingula, quæ profitetur, & tenet Eccleſia.*

FINIS PRIMÆ PARTIS.

Digitized by Google

INSTITUTIONES CATHOLICÆ AD NORMAM CATECHESEOS, SECUNDA PARS.

IN QUA EXPENDITUR QUA SIT RATIONE vivendum ut ad vitam perveniatur æternam, ad quam homines conditi.

CAPUT PRÆVIUM.

De vita Chriſtiana in genere.

CAPUT PRÆVIUM. *Interrog.* *Diſcip.* QUID nobis facto opus eſt ut ad vitam perveniamus æternam, ad quam ſumus conditi?

R. Chriſtiane vivendum.

I. Quid intelligis per vitam Chriſtianam?

R. Eam intelligo quæ ad Chriſti mores & præcepta conformetur.

I. Quid hoc rei eſt Chriſti mores & præcepta?

R. Per ſe patet, id eſſe quod Chriſtus docuit & fecit, dum in terris degeret. (A)

A *I.* Quid Chriſtus docuit & fecit?

R. Jam Chriſti vitam & mores & præcipua præcepta ſuperius expoſuimus. Hæc autem omnia commode revocantur ad capita duo: nimirum ad fugam mundi & amorem Dei.

Nam omnia morum præcepta revocantur ad hæc verba duo: *Declina a malo, & fac bonum.* (*Pſ.* XXXVI. 27.) A malo declinatur quoties mundus vincitur. Mundus enim, ſeu, ut infra dicemus, concupiſcentia triplex quæ mundi nomine deſignatur, totius mali fons eſt. Fit bonum quoties Deus diligitur: quia qui Deum diligit Legem implevit. (B)

B Quod autem fugiendus ſit mundus conſtat ex multis Scripturæ teſtimoniis.

De mundo non eſtis, inquit Chriſtus non Apoſtolis ſolummodo, ſed & omnibus Chriſtianis, *ſed ego elegi vos de mundo.* (*Joh.* XV. 17.)

Adulteri, neſcitis quia amicitia hujus mundi inimica eſt Dei, inquit Johannes Apoſtolus, *qui ergo voluerit amicus eſſe ſæculi hujus, inimicus Dei conſtituitur.* (*Jac.* IV. 4.)

Et alibi: *Nolite diligere mundum neque ea quæ in mundo ſunt: ſi quis diligit mundum, non eſt caritas Patris in eo.* (1. *Joh.* II. 15.)

Et alibi: *Scimus quoniam ex Deo ſumus; & mundus totus in maligno poſitus eſt.* (*Ibid.* V. 19.)

Mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo, inquit Paulus Apoſtolus. (*Gala.* VI. 14.)

Et alibi: *Omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam.* (*Phil.* III. 8.)

Et alibi: *Tempus breve eſt: reliquum eſt, ut & qui habent uxores, tanquam non habentes ſint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non poſſidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur; præterit enim figura hujus mundi.* (1. *Cor.* VII. 29. 30. & 31.)

Hæc de fuga mundi dicta ſufficiant. De amore Dei dicemus alibi fuſius. Hic per tranſennam notaſſe ſatis eſt, non poſſe quemquam ſervire dominis duobus, & unum Deum eſſe diligendum ut ad vitam perveniatur æternam. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & tota virtute tua. Nemo poteſt duobus dominis ſervire.* (*Mat.* XXII. 37. *Marc.* XII. 30. *Mat.* VI. 24.) Hæc Chriſtus non uno in loco.

I. Quid intelligis nomine mundi, quem fugiendum eſſe mox demonſtraſti?

R. Intelligo, ut jam ſupra innui, hujus ſæ- culi

(A) MATTH. X. 38. Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.

XVI. 24. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

S. AUG. *Epiſt.* 234. *alias* 38. *ad Letum*, *num.* 1... Tolle crucem tuam & ſequere Dominum. Nam cum te præſens animadverterem domeſticis curis a divino ſtudio retardari, ferri te potius & duci a cruce tua, non eam te ferre ac ducere ſentiebam. Crucem enim noſtram, quam Dominus portari a nobis jubet, ut eum expeditiſſimi ſequamur, quid aliud quam mortalitatem carnis hujus ſignificat? Ipſa enim nos cruciat donec abſorbeatur mors in victoriam. Crux ergo hæc ipſa crucifigenda eſt, & transfigenda eſt clavis timoris Dei, ne ſolutis & liberis membris reluctantem portare non poſſis. Sequi enim Dominum niſi eam portans, omnino non vales. Nam quomodo eum ſequeris, ſi non es ejus? *Qui autem Jeſu Chriſti ſunt*, ait Apoſtolus, *carnem ſuam crucifixerunt cum paſſionibus & deſideriis.* (*Galat.* V. 24.)

S. BERN. *Serm.* 41. *de diverſis n.* 10. *in fine*. Faciendum eſt ut a proſperitate animo ſeparemur, & adverſitatem animo complectamur, ſi volumus illum ſequi, qui regnum fugit, & ad paſſionem voluntarius venit.

(B) S. AUG. *Enarr.* 2. *in Pſal.* XXXIII. *n.* 10... Parum eſt ut nulli noceas, nullum occidas, non fureris, non adulteres, non fraudem facias, non falſum teſtimonium dicas: *Declina a malo*. Cum declinaveris, dicis, Securus ſum, perfeci omnia, habebo vitam, videbo dies bonos. Non ſolum *declina a malo*, ſed, *& fac bonum*. Parum eſt ut non exſpolies, veſti nudum; ſi non exſpoliaveris, declinaſti a malo: ſed non facies bonum, niſi cum peregrinum ſuſceperis in domum tuam.

In 1. *Joann. cap.* 2. *Tract.* 2. *num.* 10.... Quid vis, utrum amare temporalia, & tranſire cum tempore: an mun-

culi concupiſcentiam, voluptates, vanitatem, di-
1. Joh. 2. 16. 17. vitias, &c. *Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: quæ non eſt ex Patre.... Et mundus tranſit & concupiſcentia ejus.*

Dum ergo ſuperius dixi mundum eſſe fugiendum; & hoc primum eſſe ex capitibus duobus, ad quæ revocantur omnia præcepta Evangelica circa mores; intellige fugiendam eſſe triplicem hanc concupiſcentiam, in qua tota mundi corruptio poſita eſt. *Fugientes ejus quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem*, inquit Petrus Apoſtolus. CAPUT PRÆVIUM.

I. Quid intelligis per concupiſcentiam carnis, 1. Petr. 1. 14
concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ?

R. Concupiſcentiæ carnis nomine intelliguntur omnes corporeæ voluptates. (C) Per C
concupiſcentiam oculorum intelligitur vel avaritia vel curioſitas. (D) Per ſuperbiam vitæ D
intelligitur omne ambitionis & vanitatis & ſuperbiæ genus. (E) Porro triplex hæc concupiſcen- E

---

mundum non amare, & in æternum vivere cum Deo? ... Raperis in præceps? tene lignum. Volvit te amor mundi? Tene Chriſtum.

N. 11. Væ tibi ſi amaveris condita, & deſerueris conditorem. Pulcra ſunt tibi: ſed quanto eſt ille pulcrior qui iſta formavit?.. Inebriantur, & pereunt, & obliviſcuntur creatorem ſuum: dum non temperanter ſed cupide utuntur creatis, creator contemnitur... Non te prohibet Deus amare iſta, ſed non diligere ad beatitudinem: ſed approbare & laudare ut ames Creatorem.

(C) S. AUG. *De vera Relig. c.* 38. *n.* 70. Veruntamen quamquam in hac rerum extremitate miſeri jaceant, ut vitia ſua ſibi dominari patiantur vel libidine, vel ſuperbia, vel curioſitate damnati, vel duobus horum, vel omnibus; quamdiu ſunt in hoc ſtadio vitæ humanæ, licet eis congredi & vincere, ſi prius credant quod intelligere nondum valent, & non diligant mundum: quoniam omne quod in mundo eſt, ſicut divinitus dictum
1. Joh. 2. 16. eſt, *concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ambitio ſæculi*... Concupiſcentia carnis, voluptatis infimæ amatores ſignificat: concupiſcentia oculorum, curioſos: & Ambitio ſæculi, ſuperbos.

N. 72... Quiſquis intus verbo Dei paſcitur, non quærit in iſta eremo voluptatem. Qui uni Deo tantum ſubjectus eſt, non quærit in monte, id eſt, in terrena elatione jactantiam. Quiſquis æterno ſpectaculo incommutabilis veritatis adhæreſcit, non per faſtigium hujus corporis, id eſt, per hos oculos præcipitatur, ut temporalia & inferiora cognoſcat.

Lib. 10. *Confeſſ. cap.* 29. *num.* 40. O Amor qui ſemper ardes & numquam extingueris, charitas Deus meus, accende me. Continentiam jubes; da quod jubes, & jube quod vis.

Cap. 30. *num.* 41. Jubes certe ut contineam a concupiſcentia oculorum, & ambitione ſæculi.

N. 42. Numquid non potens eſt manus tua, Deus omnipotens, ſanare omnes languores animæ meæ, atque abundantiore gratia tua laſcivos motus etiam mei ſoporis extinguere? Augebis, Domine, magis magiſque in me munera tua, ut anima mea ſequatur me ad te concupiſcentiæ viſco expedita, ut non ſit rebellis ſibi, atque ut in ſomnis etiam non ſolum non perpetret iſtas corruptelarum turpitudines, per imagines animales uſque ad carnis fluxum, ſed ne conſentiat quidem.

Cap. 31. *num* 44. Dum ad quietem ſatietatis ex indigentiæ moleſtia tranſeo, in ipſo tranſitu mihi inſidiatur laqueus concupiſcentiæ.... & cum ſalus ſit cauſa edendi & bibendi, adjungit ſe tamquam pediſſequa periculoſa jucunditas, & plerumque præire conatur, ... nec idem modus utriuſque eſt. Nam quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt.

N. 46... Eripe me ab omni tentatione. Non ego immunditiam obſonii timeo, ſed immunditiam cupiditatis. Scio Noe omne carnis genus quod cibo eſſet uſui manducare permiſſum... Et ſcio Eſau lenticulæ concupiſcentiæ deceptum.

N. 47. Et quis eſt Domine, qui non rapiatur aliquantulum extra metas neceſſitatis?

Cap. 32. *n.* 48. De illecebra odorum non ſatago nimis. Cum abſunt non requiro, cum adſunt non reſpuo, paratus etiam eis ſemper carere... Et nemo ſecurus eſſe debet in iſta vita, quæ tota tentatio nominatur.

Cap. 33. *n.* 49. Delectatio carnis meæ, cui mentem enervandam non oportet dari, ſæpe me fallit, dum rationem ſenſus non ita comitatur ut patienter ſit poſterior; ſed tantum quia propter illa meruit admitti, etiam præcurrere ac ducere conatur. Ita in his pecco non ſentiens, ſed poſtea ſentio.

N. 50. Aliquando autem hanc ipſam fallaciam immoderatius cavens erro nimia ſeveritate: ſed valde interdum, ut melos omne cantilenarum ſuavium quibus Davidicum pſalterium frequentatur, ab auribus meis, removeri velim atque ipſius Eccleſiæ: Veruntamen cum reminiſcor lacrymas meas quas fudi ad cantus Eccleſiæ tuæ in primordiis recuperatæ fidei meæ, & nunc ipſo quod moveor, non cantu, ſed rebus quæ cantantur, cum liquida voce & convenientiſſima modulatione cantantur, magnam inſtituti hujus utilitatem rurſus agnoſco. Ita fluctuo inter periculum voluptatis & experimentum ſalubritatis; magiſque adducor, non quidem irretractabilem ſententiam proferens, cantandi conſuetudinem approbare in Eccleſia; ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis aſſurgat. Tamen cum mihi accidit ut me amplius cantus quam res quæ canitur moveat; pœnaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem.

(D) S. AUG. *In* 1. *Joban. c.* 2. *Tract.* 2. *num.* 13. Deſiderium oculorum dicit omnem curioſitatem. Jam quam late patet curioſitas? Ipſa in ſpectaculis, theatris, in ſacramentis diaboli, in magicis artibus, in maleficiis ipſa eſt curioſitas.

Lib. 10. *Confeſſ. cap.* 34. *n.* 52... Iſta (*Lux*) corporalis... illecebroſa ac periculoſa dulcedine condit vitam ſæculi cæcis amatoribus... Reſiſto ſeductionibus oculorum, ne implicentur pedes mei quibus ingredior viam tuam, & erigo ad te inviſibiles oculos, ut tu evellas de laqueo pedes meos...

N. 53. Quam innumerabilia variis artibus & opificiis, in veſtibus, calceamentis, vaſis, & cujuſcemodi fabricationibus, picturis etiam, diverſiſque figmentis, atque his uſum neceſſarium atque moderatum, & piam ſignificationem longe transgredientibus, addiderunt homines ad illecebras oculorum, foras ſequentes quod faciunt, intus relinquentes a quo facti ſunt, & exterminantes quod facti ſunt... Pulchritudinum exteriorum operatores & ſectatores inde trahunt approbandi modum, non autem inde trahunt utendi modum.

Cap. 35. *n.* 54. Huc accedit alia forma tentationis multiplicius periculoſa. Præter eam enim concupiſcentiam carnis, quæ ineſt in delectatione omnium ſenſuum & voluptatum, cui ſervientes depereunt, qui longe ſe faciunt a te, ineſt animæ per eoſdem ſenſus corporis quædam non ſe oblectandi in carne, ſed experiendi per carnem vana & curioſa cupiditas, nomine cognitionis & ſcientiæ palliata. Quæ quoniam in appetitu noſcendi eſt, oculi autem ſunt ad cognoſcendum in ſenſibus principes, concupiſcentia oculorum eloquio divino appellata eſt .... Generalis experientia ſenſuum, concupiſcentia... oculorum vocatur.

N. 56. Me jam theatra non rapiunt, nec curo noſſe tranſitus ſyderum, nec anima mea umquam reſponſa quæſivit umbrarum: omnia ſacrilega ſacramenta deteſtor.

N. 57. Veruntamen in quam multis minutiſſimis & contemptibilibus rebus curioſitas quotidie noſtra tentatur, & quam ſæpe labamur quis enumerat? Quoties narrantes inania, primo quaſi toleramus ne offendamus infirmos, deinde paulatim libenter advertimus... & talibus vita mea plena eſt, & una ſpes mea magna valde miſericordia tua. Cum enim hujuſcemodi rerum conceptaculum ſit cor noſtrum, & portat copioſæ vanitatis catervas, hinc & orationes noſtræ ſæpe interrumpuntur atque turbantur, & ante conſpectum tuum dum ad aures tuas vocem cordis intendimus, neſcio unde irruentibus nugatoriis cogitationibus res tanta præciditur.

(E) S. AUG. *In* 1. *Joħann. c.* 2. *Tract.* 2. *n.* 13. Non ſit ambitio ſæculi. Ambitio ſæculi ſuperbia eſt. Jactare ſe vult in honoribus; magnus ſibi videtur homo, ſive de divitiis, ſive de aliqua potentia.

N. 14. Nihil invenis unde tentetur cupiditas humana, niſi aut deſiderio carnis, aut deſiderio oculorum, aut ambitione ſæculi...

Vide ſupra lit. (C) S. Aug. *De vera Religione c.* 38. *n.* 70. 71. *Vide etiam infra cap.* 2. §. 1.

CAPUT PRAVIUM. piſcentia ſolet ſub unico nomine cupiditatis comprehendi, Ideoque abſtinere ab omni cupiditate idem ſonat quod abſtinere a triplici concupiſcentia.

I. Quid intelligis nomine curioſitatis?

R. Intelligo cupiditatem ea videndi, ſciendi, cognoſcendi quæ nobis vel noxia vel inutilia ſunt. Verbi gratia, addiſcendi vanas & ſuperfluas artes vel ſcientias, contuendi vana & laſciva ſpectacula, legendi libros per ſe malos, vel auctoritate legitima prohibitos, explorandi proximorum negotia quæ nihil ad nos ſpectant, & cetera id
F genus. (F)

I. Cur abſtinendum ab illa triplici cupiditate?

R. 1. Quia ex illo triplici fonte derivatur omne peccatorum genus. *Radix omnium malorum cupiditas*, inquit Apoſtolus. (G) 1.Tim.5.10 G

2. Quia cupiditas non eſt ex Deo Patre, ſed ex maligno, ut jam diximus. (H) H

3. Quia *mundus tranſit & concupiſcentia ejus*. 1.Joh.15.17 Et fugienda omnia tranſitoria. Uni Deo adhærendum. (I) I

I. Cur uni Deo adhærendum?

R. Quia Dominus Deus noſter unus ſupremus eſt omnium Dominus, ſummum bonum, cui cuncta debemus, qui nos eduxit e nihilo, qui nos per Chriſtum reconciliavit ſibi, qui poteſt ſolus nos æterna felicitate donare, qui nos ideo condidit, ut nos æterna illa beatitudine cumularet. (K) K

I. Quo-

Confeſſ. Lib. 10. *c.* 30. *n.* 64. Etiam intus eſt aliud in eodem genere tentationis malum, quo inaneſcant qui placent ſibi de ſe, quamvis aliis vel non placeant, vel diſpliceant, nec placere affectent ceteris. Sed ſibi placentes multum tibi diſplicent.

Lib. de vera Relig. c. 46. *n.* 84. Quid aliud homo appetit, niſi ſolus eſſe, ſi fieri poſſit, cui cuncta ſubjecta ſint; perverſa ſcilicet imitatione omnipotentis Dei.... Habet ergo & ſuperbia quemdam appetitum unitatis & omnipotentiæ: ſed in rerum temporalium principatu, quæ omnia tranſeunt tamquam umbra.

Vide auctoritates S. AUG. *ſupra allatas lit.* (C D) *hocce capite.*

(F) *Vide* S. AUG. *ſupra lit.* (D) *hocce* §.

De vera Relig. c. 49. *n.* 94. Jam vero cuncta ſpectacula, & omnis illa quæ appellatur curioſitas, quid aliud quærit quam de rerum cognitione lætari? Quid ergo admirabilius, quid ſpecioſius ipſa veritate, ad quam omnis ſpectator pervenire ſe cupere confitetur, cum vehementer ne fallatur invigilat?

N. 95. Itaque in tantas nugas & turpitudines merſi ſumus, ut cum interrogati quid ſit melius, verum an falſum, uno ore reſpondeamus, verum eſſe melius: jocis & ludis tamen, ubi nos utique non vera, ſed ficta delectant, multo propenſius quam præceptis ipſius veritatis hæreamus. Ita noſtro judicio & ore punimur, aliud ratione approbantes, aliud vanitate ſectantes... Sed diligendo talia excidimus a vero; ... & ab eie ſecedentes amplexamur noſtra phantaſmata.

Cap. 51. *n.* 100. Omiſſis igitur & repudiatis nugis theatricis & poeticis, divinarum Scripturarum conſideratione & tractatione paſcamus animum, atque potemus vanæ curioſitatis fame ac ſiti feſſum & æſtuantem, & inanibus phantaſmatis tamquam pictis epulis, fruſtra refici ſatiarique cupientem. Hoc vere liberali, & ingenuo ludo ſalubriter erudiamur. Si nos miracula ſpectaculorum, & pulchritudo delectant, illam deſideremus videre ſapientiam, quæ pertendit a fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter.

Cap. 52. *n.* 101. Quid enim appetit curioſitas, niſi cognitionem, quæ certa eſſe non poteſt, niſi rerum æternarum & eodem modo ſemper habentium?

(G) JACOB. I. 14. Unuſquiſque vero tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. 15. Deinde concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem.

S. AUG. *Lib.* 22. *de Civitate Dei*, *c.* 22. *num.* 1... Quid amor ipſe tot rerum vanarum atque noxiarum, & ex hoc mordaces curæ, perturbationes, mœrores, formidines, inſana gaudia, diſcordiæ, lites, bella, inſidiæ, iracundiæ, inimicitiæ, fallacia, adulatio, fraus, furtum, rapinæ, perfidia, ſuperbia, ambitio, invidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, ſævitia, nequitia, luxuria, petulantia, impudentiæ, impudicitiæ, fornicationes, adulteria, inceſta, & contra naturam utriuſque ſexus tot ſtupra, atque immunditiæ, quas turpe eſt etiam dicere, ſacrilegia, hæreſes, blaſphemiæ, perjuria, oppreſſiones innocentium, calumniæ, circumventiones, prævaricationes, falſa teſtimonia, iniqua judicia, violentiæ, latrocinia, & quidquid talium malorum in mentem non venit, & tamen de vita iſta hominum non recedit? Verum hæc hominum ſunt malorum, ab illa tamen erroris & perverſi amoris radice venientia, cum qua omnis filius Adam naſcitur.

N. 2... Quid enim ſibi volunt, multimodæ formidines, quæ cohibendis parvulorum vanitatibus adhibentur? Quid pædagogi, quid magiſtri, quid ferulæ, quid lora, quid virgæ, quid diſciplina illa qua Scriptura ſancta dicit dilecti filii latera eſſe tundenda, ne creſcens indomitus, domarique jam durus aut vix poſſit, aut fortaſſe nec poſſit? Quid agitur his pœnis omnibus, niſi ut debelletur imperitia, & prava cupiditas infrenetur, cum quibus malis in hoc ſæculum venimus? quid eſt enim, quod cum labore meminimus, ſine labore obliviſcimur; cum labore diſcimus, ſine labore neſcimus; cum labore ſtrenui, ſine labore inertes ſumus? Nonne hinc apparet in quid velut pondere ſuo proclivis & prona ſit vitioſa natura, & quanta ope, ut hinc liberetur, indigeat? Deſidia, ſegnities, pigritia, negligentia, vitia ſunt utique quibus labor fugitur, cum labor ipſe etiam qui eſt utilis, pœna ſit.

(H) *Lege auctoritates ex novo Teſtamento allatas ſupra in ipſis reſponſionibus hujuſce capitis.*

(I) ECCLI. XVIII. 30. Poſt concupiſcentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere. 31. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis.

MATT. XI. 12. A diebus autem Johannis Baptiſtæ uſque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

XVI. 24. *Vide ſupra lit.* (A) *hocce capite.*

ROM. VI. 12. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentiis ejus.

GALAT. V. 24. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt, cum vitiis & concupiſcentiis.

1. PET. II. 1. Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias, & omnes detractiones, 2. ſicut modo geniti infantes, rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite, ut in eo creſcatis in ſalutem.

S. AUG. *De vera Religione*, *c.* 46. *n.* 87. Ea autem eſt regula dilectionis, ut quæ ſibi vult bona provenire, & illi velit; & quæ accidere ſibi mala non vult, & illi nolit: hanc voluntatem erga omnes homines ſervat. Nam erga neminem operandum eſt malum. *Dilectio proximi* Rom.13.10 *malum non operatur*. Diligamus ergo, ut præceptum eſt, Mat. 5.44 etiam inimicos noſtros, ſi vere invicti eſſe volumus. Nam ſi vel ipſum hominem homo dilexerit, non tamquam ſe ipſum, ſed tamquam jumentum aut balneas, aut aviculam pictam vel garrulam, id eſt, ut ex eo aliquid temporalis voluptatis aut commodi capiat, ſerviat neceſſe eſt, non homini, ſed quod eſt turpius, tam fœdo & deteſtabili vitio, quo non amat hominem ſicut homo amandus eſt: quo vitio dominante, uſque ad extremam vitam, vel potius mortem perducitur.

Cap. 47. *num.* 92. Homo qui proſperis rebus proficit, aſperis quid profecerit diſcit. Cum enim mutabilium bonorum adeſt copia, non eis confidit: ſed cum ſubtrahuntur, agnoſcit utrum eum non ceperint. Quia plerumque cum adſunt nobis, putamus quod ea non diligamus: ſed cum abeſſe cœperint, invenimus qui ſimus. Hoc enim ſine amore noſtro aderat, quod ſine dolore diſcedit.

Cap. 48. *num.* 93. Quem ergo delectat libertas, ab amore mutabilium rerum liber eſſe appetat, & quem regnare delectat, uni omnium regnatori Deo ſubditus hæreat, plus eum diligendo quam ſeipſum; & hæc eſt perfecta juſtitia, qua potius potiora, & minus minora diligimus.

(K) S. AUG. *Lib.* 1. *Confeſſ. cap.* 1. *num.* 1... Feciſti nos ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te.

In

Digitized by Google

Quomodo poſſumus adhærere Deo?

R. Nunc quoniam adhuc peregrinamur a Domino, fide & ſpe & inchoata caritate adhæremus Deo. Cum autem venerit quod perfectum eſt, evacuabitur quod ex parte eſt, fides nimirum & ſpes: & videntes Deum ſicuti eſt, adhærebimus illi ſola caritate, & perfecta illa quidem. (L)

L

I. Qua ratione poſſumus dijudicare num revera nunc adhæreamus Deo per fidem, ſpem & caritatem?

R. Ex operibus ſolum id cognoſci poteſt. Si quis facit voluntatem Dei, is Deum diligit. Oſtenduntur fides, ſpes & caritas ex obſervatione mandatorum Dei & Eccleſiæ. Alioqui nulla caritas, & vana eſt fides, ſpeſque inutilis. (M)

M

Ex dictis in hoc capite collige totam Chriſtianæ vitæ rationem hoc Davidis effato contineri; *Declina a malo & fac bonum.*

CAPUT PRÆVIUM.

Nomine mali peccatorum omne genus intelligitur quorum radix cupiditas.

Nomine boni deſignantur virtutes, & debita mandatis Dei & Eccleſiæ ſubjectio & obedientia: quod ſolo caritatis nomine comprehenditur.

De his omnibus ſigillatim agemus ſectionibus quatuor.

In prima ſectione agemus de Peccatis.

In altera de Virtutibus.

In tertia de Præceptis Dei.

In quarta de Præceptis Eccleſiæ.

Atque ita methodo facili proſequemur quidquid pertinet ad Chriſtianæ vitæ rationem. (N)

N

IN-

In Pſ. LXXII. *n.* 31. *ſuper verſ.* 25. *Quid enim mihi eſt in cælo, & a te quid volui ſuper terram?* Comparavit voluntati ſuæ terrenæ præmium cæleſte, quod accepturus eſt, vidit quid ibi ſibi ſervaretur; & cogitans & æſtuans in cogitatione cujuſdam rei ineffabilis, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adſcendit ... ſervas mihi tu.... ſervas, inquit, mihi tu in cælo divitias immortales teipſum.

N. 32... *Pars mea Deus meus*, non ad tempus pars mea; *ſed pars mea Deus in ſæcula* ... Præmium Dei, ipſe Deus eſt.

N. 34. *ſup. verſ.* 29. *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt*... Hoc eſt totum bonum: Deo adhærere nihil eſt melius, quando eum videbimus facie ad faciem. Modo ergo quid ... *ponere in Deo ſpem meam*. Quamdiu ergo nondum adhæſiſti, ibi pone ſpem. Fluctuas, præmitte ad terram anchoram. Nondum hæres per præſentiam, inhære per ſpem; *ponere in Deo ſpem meam*. Et quid hic agens pones in Deo ſpem tuam? Quod erit negotium tuum, niſi ut laudes quem diligis, & facias tecum coamatores ejus?.. Ama Deum gratis, nulli invideas Deum. Rapite eum quotquot poteſtis, quotquot poſſeſſuri eſtis: non fit anguſtus, nullos in illo limites facietis; totum ſinguli poſſidebitis, & totum omnes habebitis.

In Pſ. LXXVI. 1.... Omnia deſideria carnalia tranſiliat, ſæculique hujus pompam & illecebram calcet, nihilque ſibi aliud proponat ubi conſiſtat, niſi ex quo ſunt omnia: in quibus omnibus etiam ipſe laborat, donec ad finem perveniat.

(L) S. AUG. *Enchirid. ad Laurentium c.* 3. *n.* 5. Quomodo ſit colendus Deus?.. fide, ſpe, caritate.

(M) 1. JOHAN. II. 3. Et in hoc ſcimus quoniam cognovimus eum, ſi mandata ejus obſervemus. 4. Qui dicit ſe noſſe eum & mandata ejus non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt. 5. Qui autem ſervat verbum ejus, vere in hoc charitas Dei perfecta eſt: & in hoc ſcimus quoniam in ipſo ſumus.

LUC. X. 16. Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me.

(N) *Qui Ethicam Chriſtianam addiſcere & meditari voluerint, evolvant magno ſtudio, & ſumma diligentia legant Scripturam ſacram, præſertim vero novum Teſtamentum; Concilia omnia, præſertim Canones: eaque legenda, eodem ſpiritu, quo ſunt directa, repleri ſtudeant, ut ad eorum intelligentiam admittantur. Corpus Juris Canonici & maxime Decreta Pontificum, Sanctorum Patrum opera omnia. Præcipue vero legant e Latinis, SS. Auguſtinum, Gregorium magnum & Sanctum Bernardum: ex Græcis S. Clementis Alexandrini Librum qui inſcribitur Pædagogus. SS. Baſilium, Athanaſium, Chryſoſtomum. Inter recentiores vero evolvenda ſunt opera Sancti Franciſci Saleſii, Ludovici Granatenſis, Roderici vulgo Rodriguez e Societate Jeſu, & R. P. S. Jure ejuſdem Societatis opera, & aliorum quorumdam ſcriptorum opera, quæ ab omnibus laudantur, tum ob ſanam doctrinam, tum ob cæleſtem unctionem qua Lectores ſuos perfundunt. Inter Theologos qui Ethicam univerſam pertractarunt, aut eas elucidarunt Juris Canonici quæſtiones, quæ morum regulas ſpectant, primas tulit Sanctus Thomas, nec alius in ea ſcientia dux eſt ſequendus; huic adjungendi ſunt Sanctus Antoninus, Sylveſter, Dominicus Soto, Johannes Medina, Navarrus, Toletus, Paulus Comitolus, Azor, Covarruvias, Sayrus, Fagnanus, Sylvius, D. de Merbes, Theologia moralis a Gratianopolitano Epiſcopo Eminent. Cardin. D. le Camus approbata: D. Godeau Vincienſis Epiſcopi; Natalis Alexandri Dominicani moralis Theologia, Van Eſpen & alii Doctores tam Theologi quam Canonici. Verum hoſce Auctores qui leget ſemper meminerit morum regulas ex ſcriptura & Traditione eſſe repetendas, eaſque non fidei noſtræ ſolum, ſed & vitæ dirigendæ normam eſſe, proindeque opiniones, ac dogmata ſeu Scripturæ, ſeu Traditioni contraria a quocumque auctore tradantur, omnino eſſe reſpuenda.*

INSTI-

INSTITUTIONES CATHOLICÆ AD NORMAM CATECHESEOS,

SECUNDA PARS.

SECTIO PRIMA

De Peccatis.

Caput Primum.

De Peccatis in genere.

§. 1. *De peccatis in genere ; & de variis Peccatorum diviſionibus.*

Interrog. QUID eſt Peccatum?

Diſcip. *Reſp.* Variæ traduntur a Theologis, maxime ex mente S. Auguſtini, peccati definitiones. Definitur enim averſio a Deo, & converſio ad creaturam.

A Definitur etiam, quod eodem ferme recidit, inordinatus amor ſui & rerum creaturum. (A)

Mitto ceteras peccati defioitiones. Hæc una inter alias maxime arridet, qua definitur uno verbo peccatum, tranſgreſſio legis Dei.

Tranſgreſſio. Quo generali nomine comprehenditur omne genus prævaricationis : tunc enim legem tranſgredimur, cum vel cogitamus, vel dicimus, vel facimus, vel omittimus aliquid contra legis præceptum. (B) B

Legis Dei. Quo generali item nomine comprehenditur quidquid Deus præcipit vel per ſe, vel per alios. Itaque legis Dei nomine hic intelligitur lex æterna, naturalis, poſitiva. (C) C

Lex æterna nihil aliud eſt quam increata *Divinaque ratio, vel Dei voluntas, quæ ordinem naturalem conſervari jubet & perturbari vetat.* Hac lege tenemur ex S. Auguſtino, *avertere amorem a temporalibus, & eum mandatam convertere ad æterna.* (D) S. Aug. lib. a contra Fl. c. 27. S. Ag. l. 1. de lib. Arb. c. D

Lex naturalis eſt ratio quædam omnium hominum cordibus ingenita, qua moventur ad bonum & avocantur a malo. De ea lege loquitur Apoſtolus his verbis : *Cum gentes quæ legem* (Moyſi) *non habent, naturaliter* (id eſt, ſine lege

(A) S. AUGUSTIN. *Lib. 22. contra Fauſtum capit.* 27. Ergo peccatum, eſt factum, vel dictum, vel concupitum aliquid contra æternam legem. Lex vero æterna eſt, vel ratio divina, vel voluntas Dei, ordinem naturalem conſervari jubens, perturbari vetans.

Cp. 28. ..... Si nihil delectaret illicitum, nemo peccaret. Peccat ergo, qui delectationem illiciti relaxat potius quam refrenat. Eſt autem illicitum, quod lea illa prohibet, qua naturalis ordo ſervatur.

(B) S. AUG. *Lib.* 22. *contra Fauſtum cap.* 27. *Vide ſupra lit.* (A) *hocce* §.

(C) S. AUG. *Lib.* 22. *contra Fauſtum c.* 47. Alia ſunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta.

(D) S. AUG. *Lib.* 1. *De libero arbitrio, cap.* 16. *numer.* 15. (*Auguſtinus*) Quod illa lex quæ ſumma ratio nominatur, cui ſemper obtemperandum eſt, & per quam mali miſeram, boni beatam vitam merentur ; per quam denique illa, quam temporalem vocandam diximus, recte fertur, recteque mutatur, poteſtne cuipiam intelligenti non incommutabilis æternaque videri ? An poteſt aliquando injuſtum eſſe, ut mali miſeri, boni autem beati ſint : aut ut modeſtus & gravis populus ipſe ſibi Magiſtratus creet, diſſolutus vero & nequam iſta licentia careat? (*Evodius*) Video hanc æternam eſſe, atque incommutabilem legem. (*Aug.*) Simul etiam te videre arbitror in illa temporali nihil eſſe juſtum atque legitimum, quod non ex hac æterna ſibi homines derivarint : nam ſi populus ille quodam tempore honores dedit, quodam rurſus juſte non dedit, hæc viciſſitudo temporalis ut juſta eſſet, ex illa æternitate tracta eſt, qua ſemper juſtum eſt gravem populum honores dare, levem non dare ; an tibi aliter videtur? (*Evod.*) Aſſentior : (*Aug.*) Ut igitur breviter æternæ legis notionem, quæ impreſſa nobis eſt, quantum valeo verbis explicem, ea eſt qua juſtum eſt, ut omnia ſint ordinatiſſima : ut ſi aliter exiſtimas, prome. (*Evod.*) Quid tibi vera dicenti contradicam non habeo. (*Aug.*) Cum ergo hæc ſit una lex, ex qua illæ omnes temporales ad homines regendos variantur, num ideo ipſa variari ullo modo poteſt ? (*Evod.*) Intelligo omnino non poſſe : neque enim ulla vis, ulla rerum labes umquam effecerit, ut juſtum non ſit omnia eſſe ordinatiſſima.

Cap. 7. *nu.* 16 (*Aug.*) Age nunc videamus, homo ipſe quomodo in ſeipſo ſit ordinatiſſimus : nam ex hominibus una lege ſociatis, populus conſtat : quæ lex... temporalis eſt...

Cap. 15. *num.* 32. (*Aug.*) Jubet igitur æterna lex avertere amorem a temporalibus, & eum mundatum convertere ad æterna. (*Evod.*) Jubet vero. (*Auguſt.*) Quid deinde cenſes temporalem jubere, niſi ut hæc, quæ ad tempus noſtra dici poſſunt, quando eis homines cupiditate inhærent, eo jure poſſideant, quo pax & ſocietas humana ſervetur, quanta in his rebus ſervari poteſt ? Ea ſunt autem primo hoc corpus, & ejus quæ vocantur bona, ut integra valetudo, acumen ſenſuum, vires, pulchritudo, & ſi qua ſunt cetera, partim neceſſaria bonis artibus, & ideo pluris penſanda, partim viliora. Deinde libertas, quæ quidem nulla vera eſt, niſi beatorum, & legi æternæ adhærentium : ſed eam nunc liber-

Digitized by Google

lege ſcripta) *ea quæ legis ſunt faciunt, ejuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe invicem cogitationibus accuſantibus aut etiam defendentibus*. Ea lege novimus alteri non eſſe faciendum quod nobis fieri nolimus.

E (E) Poteſt ea lex obſcurari in cordibus hominum; deleri penitus non poteſt, juxta illud S.
Confeſſ. l. 2. cap. 4. Auguſtini: *Lex tua ſcripta eſt in cordibus hominum, quam ne ipſa quidem delet iniquitas*. (F)

F *Lex Poſitiva* ea eſt quæ a Legiſlatore vel verbo vel ſcripto traditur. Hæc autem vel eſt divina vel humana. Divina ponitur a Deo ipſo: humana ab hominibus.

Lex Divina dividitur in veterem & novam.

Lex Vetus Judæis eſt ſcripto tradita per Moyſen.

Lex Nova promulgata eſt per Chriſtum, &
1. Cor. III. 3. per Spiritum ſanctum ſcripta eſt *non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus*.

Lex Humana vel eſt Eccleſiaſtica vel Civilis.

Lex Eccleſiaſtica ea eſt quæ ſancitur ab Eccleſia.

Lex Civilis ea eſt quæ fertur a Principibus temporalibus.

Lege divina præceptum eſt ut Eccleſiæ, imo & Principibus temporalibus juſta jubentibus, pareamus, idque *non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam*: nam *qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit*, ex Apoſtolo. Ergo & legis humanæ transgreſſio recte ponitur ſub generali notione transgreſſionis legis Dei. *Pars II. Sect. I. Cap. I. §. 1. Rom. XIII. 5. Ibid. 2.*

I. Quot ſunt peccatorum genera?

R. Peccatorum genus duplex, originale & actuale.

Peccatum originale illud eſt quod ab Adamo in poſteros transmiſſum, a ſingulis hominibus ipſa origine contrahitur. De quo jam ſatis diximus (in prima parte.)

Peccatum actuale illud eſt quod actu proprio & propria voluntate libere committitur ab habentibus rationis uſum. *Sect. 1. c. III. §. 12.*

I. Ab habentibus rationis uſum, inquis? Ergo non peccant qui præ ebrietate malum operantur; tunc enim privantur rationis uſu?

R. Peccant ebrii, & peccati labe tenentur, ſi culpa ſua inebriati ſint: tunc enim quod præ ebrietate male egerunt voluntarium fuit in ſua cauſa. (G) Quiſquis enim ſciens & volens G

libertatem commemoro, qua ſe liberos putant, qui dominos homines non habent, & quam deſiderant ii, qui a dominis hominibus manumitti volunt. Deinde parentes, fratres, conjux, liberi, propinqui, affines, familiares, & quicumque nobis aliqua neceſſitudine adjuncti ſunt. Ipſa denique civitas, quæ parentis loco haberi ſolet, honores etiam & laudes, & ea quæ dicitur gloria popularis. Ad extremum pecunia, quo uno nomine continentur omnia, quorum vendendorum, aut donandorum habere poteſtatem videmur. Horum omnium quemadmodum lex illa ſua cuique diſtribuat, difficile & longum eſt explicare, & plane ad id quod propoſuimus non neceſſarium. Satis eſt enim videre non ultra porrigi hujus legis poteſtatem in vindicando, quam ut hæc vel aliquid horum adimat, atque auferat ei quem punit. Metu coercet ergo, & ad id quod vult torquet & retorquet miſerorum animos, quibus regendis accommodata eſt. Dum enim hæc amittere timent, tenent in his utendis quemdam modum aptum vinculo civitatis, qualis ex hujuſcemodi hominibus conſtitui poteſt. Non autem ulciſcitur peccatum cum amantur iſta, ſed cum aliis per improbitatem auferuntur.

Lib. 22. contra Fauſtum c. 30. Æterna lege conſulta, quæ ordinem naturalem conſervari jubet, perturbari vetat.

Serm. 81. De verbis Evang. alias ex Sirmond. 33. n. 2. verſus finem. Vide eruditum in lege Dei, (*de Job loquitur*) lege Dei dico æterna. Nam lex illa in tabulis data Judæis nondum erat temporibus Job, ſed manebat adhuc lex æterna in cordibus piorum, unde illa deſcripta eſt quæ populo data eſt.

(E) S. AUG. *Epiſt. 157. alias 89. ad Hilarium, num. 15.*... Legem quippe ſive naturalem intelligamus, quæ in eorum apparet ætatibus, qui jam ratione uti poſſunt; ſive conſcriptam, quæ data eſt per Moyſen, quia nec ipſa vivificare potuit, & liberare a lege peccati & mortis, quæ tracta eſt ex Adam, ſed magis addidit prævaricationis augmenta. *Ubi enim lex non eſt*, ait
Rom. IV. 15 idem Apoſtolus, *nec prævaricatio*. Proinde quoniam lex eſt etiam in ratione hominis, qui jam utitur arbitrio libertatis, naturaliter in corde conſcripta, qua ſuggeritur ne aliquid faciat quiſque alteri, quod pati ipſe non vult: ſecundum hanc legem prævaricatores ſunt omnes, etiam qui legem per Moyſen datam non
Pſ. CXVIII. 19. acceperunt, de quibus in Pſalmo legitur, *Prævaricatores æſtimavi omnes peccatores terræ*. Non enim omnes peccatores terræ legem per Moyſen datam prævari-
Rom. IV. 15. cavarunt: ſed tamen niſi aliquam prævaricaſſent, non appellarentur prævaricatores. *Ubi enim lex non eſt, nec prævaricatio*. Prævaricata ergo lege quæ in
Rom. VII. 23 Paradiſo data eſt, naſcitur homo ex Adam cum lege peccati & mortis, de qua dicitur: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivum me ducentem in lege peccati quæ eſt in membris meis*. Quæ tamen niſi mala poſtea conſuetudine roboretur, facilius vincitur; non tamen niſi gratia Dei. Lege autem alia prævaricata, quæ eſt in uſu rationis animæ rationalis in ætate hominis jam ratione utentis, prævaricatores fiunt omnes peccatores terræ. Prævaricata vero lege etiam illa, quæ data eſt per Moyſen, multo amplius abundat delictum.

In Pſ. LVII. n. 1.... Quando quidem manu formatoris noſtri in ipſis cordibus noſtris veritas ſcripſit, Quod tibi non vis fieri, ne facias alteri? Hoc & antequam lex daretur, nemo ignorare permiſſus eſt, ut eſſet unde judicarentur & quibus lex non eſſet data. *Tob. IV. 16.* Sed ne ſibi homines aliquid defuiſſe quererentur, ſcriptum eſt & in tabulis, quod in cordibus non legebant. Non enim ſcriptum non habebant, ſed legere nolebant. Oppoſitum eſt oculis eorum quod in conſcientia videre cogerentur: & quaſi forinſecus admota voce Dei, ad interiora ſua homo compulſus eſt... Sed quia homines appetentes ea quæ foris ſunt, etiam a ſe ipſis exules facti ſunt, data eſt etiam conſcripta lex: non quia in cordibus ſcripta non erat; ſed quia tu fugitivus eras cordis tui, ab illo qui ubique eſt comprehenderis, & ad te ipſum intra revocaris. Propterea ſcripta lex quid clamat eis qui deſeruerunt legem ſcriptam in cordibus ſuis? *Redite prævaricatores ad cor*. *Iſai. XLVI. 8.* Quis enim te docuit nolle accedi ab altero ad uxorem tuam? Quis te docuit, nolle tibi furtum fieri? Quis te docuit, nolle injuriam pati, & quidquid aliud vel univerſaliter vel particulariter dici poteſt? Multa enim ſunt, de quibus ſingulis interrogaſi homines, clara voce reſpondeant, nolle ſe pati. Age, ſi non vis pati iſta, numquid ſolus es homo? Nonne in ſocietate vivis generis humani? Qui tecum factus eſt, ſocius tuus eſt; & omnes facti ad imaginem Dei, niſi terrenis cupiditatibus conterant quod ille formavit. Quod ergo tibi non vis fieri, noli alteri facere. Judicas enim malum eſſe in eo quod pati non vis: hoc te cogit noſſe lex intima, in ipſo tuo corde conſcripta. Faciebas, & clamabatur inter manus tuas: Quomodo cogeris redire ad cor tuum, cum hoc pateris inter manus alienas? Furtum bonum eſt? Non. Interrogo, Adulterium bonum eſt? Omnes clamant, Non. Homicidium bonum eſt? Omnes clamant deteſtari ſe. Concupiſcere rem proximi bonum eſt? Non, vox omnium eſt. Aut ſi adhuc non confiteris, accedit qui concupiſcat rem tuam: placeat tibi, & reſponde quod vis. Omnes ergo de his rebus interrogati clamant hæc bona non eſſe.

In Pſal. CXVIII. Serm. 25. n. 4.... Non immerito prævaricatores æſtimantur omnes peccatores terræ. Nullus enim eſt qui faciat alteri injuriam, niſi qui fieri nolit ſibi: & in hoc transgreditur naturæ legem, quam non ſinitur ignorare, dum id quod facit, non vult pati.

(E) *Vide* S. AUG. *ſup. lit.* (F) *hocce* §.

(G) S. AUG. *Lib. 3. de Libero arbitrio, c. 19. n. 52.* Cum vero

volens exponit ſe ebrietatis periculo, velle cenſetur id omne quod ex ebrietate conſequitur. Quod ſi forte accidat aliquem nulla ſua culpa, ne veniali quidem, inebriari, (ut contingit verbi gratia iis qui dum vinum efferveſcit in cellariis, ſubito illius vapore occupantur, etiam ſi illud ne primis quidem labiis guſtaverint;) quod is male egerit ebrius, non ipſi imputabitur ad culpam, ſicuti non imputatur ad culpam amenti aut furioſo aut freneţico, quod ipſi male egerint.

I. Quot ſunt genera peccatorum actualium?

R. Peccatorum actualium multa genera ſunt. Nam 1. vel ſunt mortalia, vel venialia.

2. Vel ſunt omiſſionis, vel commiſſionis. Hæc autem vel corde, vel ore, vel opere committuntur.

3. Vel ſunt ſpiritalia, vel carnalia.

4. Vel lædunt directe Deum, vel proximum, vel ipſum peccantem.

5. Vel ſunt infirmitatis, vel ignorantiæ, vel malitiæ.

6. Vel ſunt propria, vel ſimul & aliena.

7. Denique ſolemnis ea diviſio eſt, qua revocantur omnia peccata actualia ad capita ſeptem, quæ dicuntur peccata capitalia.

(De ſingulis illis peccatorum generibus ſingillatim agemus ſequentibus Paragraphis.)

§. 2. *De ſingulis peccatorum Actualium generibus; ac 1. de Mortali & Veniali.*

I. Peccati mortalis nomine quid intelligis? Quid nomine venialis?

R. Peccati mortalis nomine, illud peccati genus intelligitur, quod animam ſpiritualiter occidit. Nomine venialis autem, illud quod cum non occidat ſpiritualiter animam, venia minus indignum eſt.

I. Quam nobis mortem animæ narras? Nonne immortalis anima eſt?

R. Immortalis eſt certe, ſi de morte naturali quæſtio ſit: mori poteſt, ſi de morte ſpirituali. Rem explico.

Animæ vita duplex; naturalis, & ſpiritualis. Naturalis ea eſt, qua ſubſiſtit anima; nam eo

vero ubique ſit præſens (Deus,) qui multis modis creaturam ſibi Domino ſervientem averſam vocet, doceat credentem, conſoletur ſperantem, diligentem adhortetur, conantem adjuvet, exaudiat deprecantem; non tibi deputatur ad culpam, quod invitus ignoras, ſed quod negligis quærere quod ignoras; neque illud quod vulnerata membra non colligis, ſed quod volentem ſanare contemnis: iſta tua propria peccata ſunt. Nulli enim homini ablatum eſt ſcire utiliter quæri, quod inutiliter ignoratur, & humiliter confitendam eſſe imbecillitatem, ut quærenti & confitenti, ille ſubveniat, qui nec errat dum ſubvenit, nec laborat.

N. 54. Nam illud quod ignorans quisqua non recte facit, quod recta volens facere non poteſt, ideo dicuntur peccata, quia de peccato illo liberæ voluntatis originem ducunt. Illud enim præcedens meruit iſta ſequentia... Non ſolum peccatum illud dicimus, quod proprie vocatur peccatum, libera enim voluntate, & ab ſciente committitur; ſed etiam illud quod

Luc.xii.17 jam de hujus ſupplicio conſequatur neceſſe eſt.

48. *De Gratia & Libero arbitrio c.* 3. n. 5. Servus qui neſcit voluntatem domini ſui, & facit digna plagis vapulabit pauca; ſervus autem qui ſcit voluntatem Domini ſui, & facit digna plagis vapulabit multa. Ecce ubi oſtendit gravius peccare hominem ſcientem, quam neſcientem. Nec tamen ideo confugiendum eſt ad ignorantiæ tenebras, ut in eis quisque requirat excuſationem. Aliud eſt enim neſciſſe, aliud neſcire voluiſſe. Voluntas quippe in eo arguitur, de quo di-

Pſ.xxxv.4. citur: *Noluit intelligere ut bene ageret.* Sed & illa ignorantia quæ non eſt eorum qui ſcire nolunt, ſed eorum qui tamquam ſimpliciter neſciunt, neminem ſic excuſat, ut ſempiterno igne non ardeat; ſi propterea non credidit, quia non audivit omnino quid crede-

Pſ.lxxiix. ret; ſed fortaſſe ut mitius ardeat. Non enim ſine

n. cauſa dictum eſt, *Effunde iram tuam in gentes quæ te*

2.Theſſ.1.8. *non noverunt:* & illud quod ait Apoſtolus: *Cum venerit in flamma ignis dare vindictam in eos, qui ignorant Deum...* Veruntamen ut habeamus & ipſam ſcientiam, ne dicat unusquisque, Neſcivi, non audivi, non in-

Pſ.xxxi. 9. tellexi, voluntas convenitur humana, ubi dicitur: *Nolite eſſe ſicut equus & mulus, quibus non eſt intelle-*

Prov. xxix. *ctus:* quamvis pejor appareat, de quo dictum eſt:

19. *Verbis non emendabitur ſervus durus; ſi enim intellexerit, non obaudiet.* Quando autem dicit homo, Non poſſum facere quod præcipitur, quoniam concupiſcentia mea vincor: jam quidem de ignorantia non habet excuſationem, nec Deum cauſatur in corde ſuo; ſed malum ſuum in ſe cognoſcit & dolet, cui tamen

Rom.xii.21 dicit Apoſtolus, *Noli vinci a malo, ſed vince in bono malum*, & utique cui dicitur... Velle enim & nolle propriæ voluntatis eſt.

Lib. 4. *Operis imperfecti contra Julian. c.*103. Qui volens fecit peccatum, nolens habet peccatum; volens impudicus, nolens reus: eo quippe nolente peccatum manet, quo nolente non fieret. Ac per hoc, & non poteſt eſſe ſine voluntate peccatum, quia non fit niſi voluntate; & poteſt ſine voluntate peccatum, quia manet etiam ſine voluntate, quod factum eſt voluntate... Conſuetudo non facta ſit ſine voluntate.

S. Greg. Magn. Papa *Lib.* 15. *moral. in Job. cap.* 25.... Qui enim illa agunt quæ Deus omnipotens prohibet, quid aliud faciunt, quam ſuum animum contra omnipotentem claudunt? Ita ejus mandatis obſiſtere, eum a cordis inhabitatione repellere eſt. Dicunt ergo: *Recede a nobis*, qui ei ad ſe aditum præbere recuſant, cumque pravis actibus impugnant, e- Job.xxi.14.

tiam ſi verbis laudare videantur. Dicunt etiam: *Scien-* Id. ibid.

tiam viarum tuarum nolumus, eo ipſo quo ejus ſcientiam apprehendere contemnunt... Sed aliud eſt neſciſſe, aliud ſcire noluiſſe. Neſcit namque qui apprehendere vult, & non valet. Qui autem ut neſciat, aurem a voce veritatis avertit, iſte non neſciens, ſed contemptor addicitur.

S. Thomas *prima ſecundæ quæſt.* 77. *art.* 7. *in corp. Paſſiones quæ uſum rationis prorſus tollunt, ab omni culpa excuſant; niſi fortaſſis paſſiones iſtæ fuerint voluntariæ, quo caſu & peccata ſequentia homini imputantur.*

Reſpondeo dicendum, quod ſecundum hoc ſolum actus aliquis qui de genere ſuo eſt malus, totaliter a peccato excuſatur, quod totaliter involuntarius redditur: unde ſi ſit talis paſſio, quæ totaliter involuntarium reddat actum ſequentem, totaliter a peccato excuſat, alioquin non totaliter. Circa quod duo conſideranda videntur. Primo quidem, quod aliquid poteſt eſſe voluntarium, vel ſecundum ſe, ſicut quando voluntas directe in ipſum fertur, vel ſecundum ſuam cauſam, quando voluntas fertur in cauſam, & non in effectum, ut patet in eo qui voluntarie inebriatur: ex hoc enim quaſi voluntarium ei imputatur, quod per ebrietatem committit. Secundo conſiderandum eſt, quod aliquid dicitur voluntarium directe: directe quidem id in quod voluntas fertur; indirecte autem illud quod voluntas potuit prohibere, ſed non prohibet. Secundum hoc igitur diſtinguendum eſt, quia paſſio quandoquidem eſt tanta, quod totaliter aufert uſum rationis, ſicut patet in his qui propter amorem vel iram inſaniunt: & tunc ſi talis paſſio a principio fuerit voluntaria, imputatur actus ad peccatum: quia eſt voluntarius in ſua cauſa, ſicut etiam de ebrietate dictum eſt. Si vero cauſa non fuerit voluntaria ſed naturalis, puta cum aliquis ex ægritudine, vel aliqua ejusmodi cauſa incidit in talem paſſionem quæ totaliter aufert uſum rationis, actus omnino redditur involuntarius, & per conſequens totaliter a peccato excuſatur. Quandoque vero paſſio non eſt tanta quod totaliter intercipiat uſum rationis: & tunc ratio poteſt paſſionem excludere, divertendo ad alias cogitationes: vel impedire ne ſuum conſequatur effectum: quia membra non applicantur operi niſi per conſenſum rationis... Unde talis paſſio non totaliter excuſat a peccato.

2. 2. q. 71. art. 3. in corp. *Advocatus, ſi injuſtam cauſam ſcienter defendat, graviter peccat, & vinculo reſtitutionis*

Digitized by Google

eo ipſo quo ſubſiſtit, vivit. Subſtantia enim ex ſe ſimplex & intelligens, nullis conſtans partibus inter ſe diſtinctis, eo ipſo vivit quo ſubſiſtit, nec mori poteſt quin ad nihilum recidat.

Vita ſpiritualis animæ ea eſt, quæ inhabitante
A gratia & Spiritu Dei conſtat. (A) Eſt enim ſpiritus & gratia Dei aliquatenus vita animæ, quemadmodum ipſa anima vita corporis eſt. Mortua enim ſpiritualiter anima eſt ſtatim atque inhabitan-
B te gratia & ſpiritu Dei deſtituitur. (B)

Ergo peccatum illud, quod gratiam & ſpiritum Dei expellit ab anima, mortale dicitur.

Quod autem ſtat cum inhabitante ſpirito Dei in anima, dicitur veniale.

I. Id ſi ita eſt, omnia peccata mortalia dici debent, nullum veniale: quæ enim ſocietas ſpiritus Dei cum peccato? Numquid poteſt eſſe in eadem anima & peccatum & Deus ipſe, ſuprema ſancti-
2.Cor.6.14. tas? *Quæ participatio juſtitiæ cum iniquitate?* inquit Apoſtolus.

R. Eſſe peccata quædam ex genere ſuo mortalia, quædam venialia probatur invictiſſimis ex Scriptura ac Traditione petitis argumentis.

1. Ex Scriptura manifeſte colligitur nullum eſſe hominem qui non peccet, nullum eſſe a quo quotidie dici non oporteat, *dimitte nobis debita noſtra*; ſi quis dixerit eſſe ſe ſine peccato, veritatem in eo non eſſe. Et cetera id genus. (C) C

At peccata iſtiuſmodi quæ quotidie committuntur vel a ſanctiſſimis viris, talia non ſunt, ut per ea extinguatur ſpiritus, & expellatur a cordibus hominum: alioquin nullus eſſet juſtus ſuper terram, ne unus quidem. Ergo peccata iſtæc quotidiana leviora ſunt, & ſtant ſimul cum inhabitante ſpiritu Dei in cordibus noſtris.

Et certe quemadmodum multi dicuntur in Scripturis juſti & ſancti, ita multi, & longe plures, dicuntur mali & impii. Et Eccleſia bonos & malos complectitur, ut ſupra probavimus, adductis in medium Scripturæ teſtimoniis notiſſimis. (D) At ſi omnia peccata mortalia ſunt, D
nullus jam erit qui malus & impius dici non debeat: bonos inter & malos diſcrimen nullum erit. Siquidem malus eſt qui peccati mortalis labe inficitur; & nemo eſt qui peccati alicujus labe non inficiatur.

Itaque ex Scriptura ſacra manifeſte colligitur eſſe peccata quædam ex genere ſuo non mortalia, ſed venialia; quæ ſtent ſimul cum juſtitia.

2. *Idem* certiſſima Traditione demonſtratur. Cujus teſtes ſelectos in plurimis proferre ſufficiat

entionis tenetur: ſi vero ſe ignoranter defenderit, excuſatur a peccato, pro ignorantiæ excuſantis qualitate.

Reſpondeo dicendum, quod illicitum eſt alicui cooperari ad malum faciendum, ſive conſulendo, ſive adjuvando, ſive qualitercumque conſentiendo: quia conſilians & coadjuvans quodammodo eſt faciens. Ait Apoſtolus ad Rom. *Quod digni ſunt morte non*
Rom.1.32. *ſolum qui faciunt peccatum, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* Unde & ſupra dictum eſt, quod omnes tales ad reſtitutionem tenentur. Manifeſtum eſt autem, quod Advocatus, & auxilium, & conſilium præſtat ei cujus cauſæ patrocinatur: unde ſi ſcienter injuſtam cauſam defendit, abſque dubio graviter peccat, & reſtitutionem tenetur ejus damni, quod contra juſtitiam per ejus auxilium altera pars incurrit. Si autem ignoranter injuſtam cauſam defendit, putans eſſe juſtam, excuſatur ſecundum modum quo ignorantia excuſari poteſt.

(A) ROM. VIII. 9. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu; ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus. 10. Si autem Chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus vero vivit propter juſtificationem.

GAL. II. 20. Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Chriſtus.

S. AUG. *Lib. 3. de Civit. Dei, cap.* 27. Et quamvis enim humana anima veraciter immortalis perhibeatur, habet tamen quamdam etiam ipſa mortem ſuam. Nam ideo dicitur immortalis, quia modo quodam quantulocumque non deſinit vivere atque ſentire: corpus autem ideo mortale, quoniam deſeri omni vita poteſt, nec per ſeipſum aliquatenus vivit. Mors igitur animæ fit, cum eam deſerit Deus: ſicut corporis, cum id deſerit anima. Ergo utriuſque rei, id eſt, totius hominis mors eſt, cum anima a Deo deſerta deſerit corpus. Ita enim nec ex Deo vivit ipſa, nec corpus ex ipſa..... Nam in illa pœna ultima ac ſempiterna... recte mors animæ dicitur, quia non vivit ex Deo: mors autem corporis quonammodo, cum vivat ex anima?... Vivit itaque anima ex Deo, cum vivit bene; non enim poteſt bene vivere, niſi Deo operante in ſe quod bonum eſt.

Lib. 10. *Confeſſ. cap.* 20. *nu.* 29. Vivit anima mea de te, (*Deus.*)

Vide ſupra part. 1. *ſect.* 2. *cap.* 3. §. 21. *auctoritates ex* S. AUG. *petitas, lit.* (A) *& quas hic exhibemus infra lit. ſeq.* (B)

(B) S. AUG. *Annot. in Job cap.* IX. *verſ.* 12. Hæc eſt mors animæ, ut Deum neſciat.

Enarrat. in Pſal. LXX. *Serm.* 2. *num.* 3. *poſt med.* Quæ ſunt potius mirabilia Dei? Quid mirabilius inter Dei mirabilia, quam mortuos ſuſcitare? Numquid nam ego mortuus ſum, inquis? Si mortuus non eſſes,
Epheſ.5.14. non diceretur tibi, Surge qui dormis, & exſurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Mortui ſunt omnes infideles, omnes iniqui, corpore vivunt, ſed corde extincti ſunt. Qui autem ſuſcitat mortuum ſecundum corpus, reddit eum luci huic videndæ, & huic aeri ducendo: non autem ſuſcitator ejus ipſe illi lux, & aer eſt: incipit videre, quemadmodum videbat ante. Anima non ſic exſuſcitatur. Anima enim exſuſcitatur a Deo: quamquam & corpus exſuſcitetur a Deo: ſed Deus quando exſuſcitat corpus, mundo reddit; quando exſuſcitat animam, ſibi reddit. Si recedat aer mundi iſtius, moritur corpus: ſi recedat Deus, moritur anima. Cum ergo animam ſuſcitat Deus, niſi adſit qui ſuſcitavit, ſuſcitata non vivit. Non enim ſuſcitat, & dimittit ut vivat ſibi... ſuſcitat illam Deus, moritur ſi diſceſſerit Deus. Dicam enim audacter, Frater, ſed tamen verum: duæ vitæ ſunt, una corporis, altera animæ: ſicut vita corporis anima, ſic vita animæ Deus: Quomodo ſi anima deſerat, moritur corpus; ſic anima moritur, ſi deſerat Deus..... Cum mecum es vivo, & animæ meæ vita tu es, quæ morietur ſi dimittatur ſibi.

Enarrat. in Pſalm. LXXXVII. *num.* 12. Quis enarrabit in ſepulcro miſericordiam tuam, id eſt, animæ mortuæ, cujus mors jacet (*forte* latet) ſub corporis pondere? & veritatem tuam in perditione, hoc eſt, in tali morte nihil horum valenti credere atque ſentire? Numquid enim in tenebris hujus mortis, hoc eſt, in homine qui te obliviſcendo vitæ lumen amiſit, tua mirabilia & juſtitia cognoſcentur?

(C) ECCLE. VII. 21. Non eſt enim homo juſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.

JACOB III. 2. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Poteſt etiam freno circum ducere totum corpus.

I. JOHAN. I. 8. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus; ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.

(D) MATTH. XIII. 37.... Qui ſeminat bonum ſemen, eſt Filius hominis. 38. Ager autem eſt mundus. Bonum vero ſemen, hi ſunt filii regni. Zizania autem filii ſunt nequam. 39... Meſſis vero, conſummatio ſæculi eſt.

Ibid. 49... Exibunt Angeli & ſeparabunt malos de medio juſtorum.

XXII. 10. Et egreſſi ſervi ejus in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, malos & bonos: & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium. (*id eſt* Eccleſia.)

Ibidem 14. Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.

Vide ſupra §. 4. *cap.* 3. *ſect.* 2. *part.* 1. *Scripturæ ſacræ teſtimonia tam ſub litt.* (N) *quam ſub litt.* (O) *allata.*

ficiat SS. Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum, Cæſarium, quorum teſtimonia legeſis ad marginem hic tranſcripta. (E)

E

I. Quandonam peccatur mortaliter?

R. Quan-

(E) S. AMBROS. *Lib. 2. de pœnit. c. 10. nu. 91.* Hoc ergo in Eccleſia facere faſtidis, ut Deo ſupplices, ut patrocinium tibi ad obſecrandum ſanctæ plebis requiras, ubi nihil eſt quod pudori eſſe debeat, niſi non fateri, cum omnes ſimus peccatores: ubi ille laudabilior qui ſibi abjectior.

N. 95. Sicut unum baptiſma, ita una pœnitentia, quæ tamen publice agitur; nam quotidianı nos debet pœnitere peccati: ſed hæc delictorum leviorum, illa graviorum.

S. HIERONYM. *in cap. 2. Jeremiæ pag. 537.* Qui levi peccatorum ſorde maculatus eſt, levioribus purgatur monitis. Porro peccata gravia, quæ ad mortem trahunt, nec nitro, nec herba Borith dilui poſſunt: ſed gravioribus tormentis indigent. *Unuſcujuſque enim opus quale ſit, ignis probabit, & in igne revelabitur.* (1.Cor.3.13.) Pulchreque addidit: *maculata es in iniquitate tua in conſpectu meo*: (Jerem. 21. 122.) quod etiamſi hominibus munda videaris, mihi munda non ſis, qui novi conſcientias ſingulorum. Unde & in alio loco dicitur: *Non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.* (Pſ. 143. 2.)

Adv. Jovin. Lib. 2. part. 2. T. IV. p. 222. nov. Edit. Sunt peccata levia, ſunt gravia. Aliud eſt decem millia talenta debere, aliud quadrantem. Et de otioſo quidem verbo & adulterio rei tenebimur, ſed non eſt idem ſuffundi, & torqueri: erubeſcere, & longo tempore cruciari. Putas noſtrum eſſe quod loquimur? Audi Apoſtolum Johannem: *Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabit ei vitam, peccanti non ad mortem. Qui vero peccaverit ad mortem, quis orabit pro eo?* (1.Joh.5.16.) Cernis quod ſi pro peccatis minoribus deprecemur, impetremus veniam. Si pro majoribus, difficilis impetratio ſit, & inter peccata & peccata, magnam eſſe diſtantiam.

S. AUG. *Enchrid. c. 64 num. 17.* Ipſa etiam vita cetera jam ratione utentis, quantalibet præpolleat fœcunditate juſtitiæ, ſine peccatorum remiſſione non agitur. Quoniam filii Dei quamdiu mortaliter vivunt, cum morte confligunt: & quamvis de illis ſit veraciter dictum, *Quotquot Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filii Dei*: (Rom. 8. 14.) Sic tamen Spiritu Dei excitantur, & tamquam filii Dei proficiunt ad Deum, ut etiam ſpiritu ſuo, maxime aggravante corruptibili corpore, tamquam filii hominum quibuſdam humanis motibus deficiant ad ſe ipſos, & ideo peccent. Intereſt quidem quantum: neque enim quia peccatum eſt omne crimen, ideo crimen eſt etiam omne peccatum. Itaque ſanctorum hominum vitam, quamdiu in hac mortali vivitur, inveniri poſſe dicimus ſine crimine. *Peccatum* autem *ſi dixerimus quia non habemus*, ut ait tantus Apoſtolus, *nosmetipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* (1.Joh.1.8.)

N. 19. cap. 70. Sane cavendum eſt, ne quiſquam exiſtimet infanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non poſſidebunt, quotidie perpetranda, & eleemoſynis quotidie redimenda. In melius quippe eſt vita mutanda, & per eleemoſynas de peccatis præteritis eſt propitiandus Deus; non ad hoc emendus quodam modo, ut ea ſemper liceat impune committere: *Nemini enim dedit laxamentum peccandi*: (Eccli.15.21) quamvis miſerando deleat jam facta peccata, ſi non ſatisfactio congrua negligatur.

N. 19. c. 71. De quotidianis autem brevibus levibusque peccatis, ſine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana fidelium oratio ſatisfacit. Eorum eſt enim dicere, *Pater noſter qui es in cælis*, (Matt. 6. 9.) qui jam Patri tali regenerati ſunt ex aqua & Spiritu. Delet omnino hæc oratio minima & quotidiana peccata.

Lib. 21. de Civit. Dei, cap. 27. & ult. num. 2... *Fili peccaſti, ne adjicias iterum, & de præteritis deprecare, ut dimittantur tibi.* (Eccli. 21.1.) Propter hoc ergo eleemoſynæ faciendæ ſunt, ut cum de præteritis peccatis deprecamur, exaudiamur, non ut in eis perſeverantes, licentiam malefaciendi nos per eleemoſynas comparare credamus.

N. 3. Ideo autem Dominus & dextris eleemoſynas ab eis factas, & ſiniſtris non factas ſe imputaturum eſſe prædixit: ut hinc oſtenderet quantum valeant eleemoſynæ ad priora delenda, non ad perpetua impune committenda peccata. Tales autem eleemoſynas non dicendi ſunt facere, qui vitam nolunt a conſuetudine ſcelerum in melius commutare... Ita parum eſt eleemoſynas quantaslibet facere pro quocumque ſcelere, & in conſuetudine ſcelerum permanere.

N. 4. Oratio vero quotidiana, quam docuit ipſe Dominus, unde & Dominica nominatur, delet quidem quotidiana peccata, cum quotidie dicitur, *dimitte nobis debita noſtra.... ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris* (Mat. 6. 12.) .... Per hanc enim nobis voluit Salvator oſtendere, quantumlibet juſte in hujus vitæ caligine, atque infirmitate vivamus, non nobis deeſſe peccata pro quibus dimittendis debeamus orare, & eis qui in nos peccant, ut & nobis ignoſcatur, ignoſcere. Non itaque propterea Dominus ait; *Si dimiſeritis peccata hominibus, dimittet vobis & Pater peccata veſtra*, (Ibid. 14.) ut de hac oratione confiſi, ſecuri quotidiana ſcelera faceremus, vel potentia qua non timeremus hominum leges, vel aſtutia qua ipſos homines falleremus: ſed ut per illam diſceremus, non putare nos eſſe ſine PECCATIS, etiam a CRIMINIBUS eſſemus immunes: .... Verumtamen nec ipſa MAGNA, a quibus omnino mutatis in melius moribus recedendum eſt, dimittuntur orantibus, niſi hoc quod ibi dicitur *ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtri*. Si enim MINIMA peccata, ſine quibus non eſt etiam vita juſtorum, aliter non remittuntur: quanto magis multis & magnis criminibus involuti, etiam ſi ea perpetrare jam deſinant, nullam indulgentiam conſequuntur, ſi ad remittendum aliis quod in eos quiſque peccaverit inexorabiles fuerint, cum dicat Dominus, *ſi autem non dimiſeritis hominibus, neque Pater veſter dimittet vobis?* (Ibid. 15.) .... *Judicium futurum ſine miſericordia illi qui non fecit miſericordiam.* (Jacob 11.13) Venire quippe debet in mentem etiam ſervus ille, cui debitori Dominus ejus relaxavit decem millia talentorum; quæ poſtea juſſit ut redderet, quia ipſe non miſertus eſt conſervi ſui, qui ei debebat centum denarios. In his ergo qui filii ſunt promiſſionis & vaſa miſericordiæ, valet quod idem Apoſtolus, conſequenter adjungens, dicit: *ſuperexaltat autem miſericordia judicio...*

Vide eumdem infra lit. (I) *hocce* §.

S. CÆSARIUS *Serm. 37. alias de Sanctis 41. nunc vero append. tom 5. Serm. 104. num. 1....* Illo tranſitorio igne de quo dixit Apoſtolus, *Ipſe autem ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem*, (1.Cor.3.15.) non CAPITALIA, ſed MINUTA peccata purgantur. Et quamvis, quod pejus eſt, non ſolum majora, ſed etiam minuta, ſi nimium plura ſint, mergunt; de ipſis majoribus ſive minoribus peccatis, & ſi non omnia, vel aliqua commemoranda ſunt, ne aliquis ſe inaniter excuſare conetur, & dicat, neſcire ſe quæ ſint minuta peccata, vel quæ crimina capitalia.

N. 2. Et quamvis Apoſtolus capitalia plura commemoraverit, nos tamen ne deſperationem facere videamur, breviter dicimus quæ ſint illa: ſacrilegium, homicidium, adulterium, falſum teſtimonium, furtum, rapina, ſuperbia, invidia, avaritia; & ſi longo tempore teneatur, iracundia; & ebrietas, ſi aſſidua ſit, in eorum numero computatur. Quicumque enim aliqua de iſtis peccatis in ſe dominari cognoverit, niſi digne ſe emendaverit, &, ſi habuerit ſpatium, longo tempore pœnitentiam egerit, & largas eleemoſynas erogaverit, & a peccatis ipſis abſtinuerit, illo tranſitorio igne, de quo ait Apoſtolus, purgari non poterit, ſed æterna illum flamma ſine ullo remedio cruciabit.

N. 3. Quæ autem ſunt minuta peccata, licet omnibus nota ſint, tamen quia longum eſt ut omnia replicentur, opus eſt ut ex eis vel aliqua nominemus. Quoties aliquis aut in cibo aut in potu plus accipit quam neceſſe ſit, ad minuta peccata noverit pertinere. Quoties plus loquitur quam oportet, aut plus tacet quam expedit. Quoties pauperem importune petentem exaſperat. Quoties cum corpore ſit ſanus, aliis jejunantibus prandere voluerit; aut ſomno deditus tardius ad Eccleſiam ſurgit. Quoties excepto deſiderio filiorum uxorem ſuam cognoverit. Quoties in carcere clauſos, & in vinculis poſitos tardius requiſierit. Quoties infirmos tardius viſitaverit. Si diſcordes ad concordiam revocare neglexerit. Si plus aut proximum, aut uxorem, aut filium, aut ſervum exaſperaverit quam oportet; ſi amplius fuerit blanditus quam expedit. Si cuicumque majori perſonæ aut ex voluntate, aut ex neceſſitate adulari voluerit. Si pauperibus eſurientibus cibum non dederit; aut nimium delicioſa, aut ſumtuoſa ſibi convivia præparaverit. Si

ſe

R. Quando violatur lex Dei in re gravi, & cum perfecto rationis conſenſu.

I. Quinam ſunt peccati mortalis effectus?

R. Qui peccant mortaliter ii ſubeunt & inimicitiam Dei & ſervitutem diaboli & æterni ſupplicii reatum.

I. Quandonam peccatur venialiter?

R. Quando violatur lex Dei vel in re levi, vel ſi in re gravi, certe non ex pleno voluntatis con-
F ſenſu. (F)

I. Si quis juſtus impotentis libidinis ſubito impetu abreptus, vel ingenti metu fractus legem Dei violaverit in re gravi; moxque reverſus in ſe reſipuerit; peccavitne is venialiter, an mortaliter?

R. Peccavit mortaliter: quippe in re gravi. Neque enim tollunt libidinis impotentia vel metus liberum volontatis conſenſum. Peccavit quia libere voluit: libidinem vel quietem legi Dei prætulit, idque in re gravi: Ergo

ſe in Eccleſia aut extra Eccleſiam fabulis otioſis, de quibus in die judicii ratio reddenda eſt, occupaverit. Si dum incaute juramus, & cum hoc per aliquam neceſſitatem implere non poterimus, utique perjuramus. Et cum omni facilitate & temeritate maledicimus; cum ſcriptum
1.Cor.6.10 ſit, *Neque maledici regnum Dei poſſidebunt.* Et cum aliquid ſuſpicamur temere, quod tamen plerumque non ita, ut credimus, comprobatur, ſine ulla dubitatione delinquimus. Hæc enim, & his ſimilia, ad minuta peccata pertinere non dubium eſt, quæ ſicut jam dixi, enumerari vix poſſunt, & a quibus non ſolum populus Chriſtianus, ſed etiam nullus Sanctorum immunis eſſe potuit aliquando, aut poterit. Quibus peccatis licet occidi animam non credamus, ita tamen eam velut quibusdam puſtulis, & quaſi horrenda ſcabie replentia deformem faciunt, ut eam ad amplexus illius ſponſi cæleſtis aut vix, aut cum grandi confuſione venire permittant.

N. 4. Et ideo continuis orationibus, & frequentibus jejuniis, & largioribus eleemoſynis & præcipue per indulgentiam eorum qui in nos peccant, aſſidue redimantur; ne forte ſimul collecta cumulum faciant, & demergant animam. Quidquid enim de iſtis peccatis a nobis redemptum non fuerit, illo igne purgandum eſt, de quo
1.Cor.3.13. 15. dixit Apoſtolus: *Quia in igne revelabitur: & ſi cujus opus arſerit, detrimentum patietur.* Aut enim, dum in hoc mundo vivimus, ipſi nos per pœnitentiam fatigamus: aut certe, volente aut permittente Deo, multis tribulationibus pro iſtis peccatis affligimur: & ſi Deo gratias agimus, liberamur... Ita peccata ipſa in hoc ſæculo purgantur, ut in futuro ille ignis purgatorius aut non inveniat, aut certe parum inveniat quod exurat. Si autem nec in tribulatione Deo gratias agimus, nec bonis operibus peccata redimimus, ipſi tandiu in illo purgatorio igne moras habebimus, quamdiu ſupradicta peccata minuta, tamquam ligna, fœnum, ſtipula, conſumantur.

N. 5. Sed dicit aliquis: non pertinet ad me quamdiu moras habeam, ſi tamen ad vitam æternam pertraero. Nemo hoc dicat, fratres cariſſimi, quia ille purgatorius ignis durior erit, quam quidquid poteſt in hoc ſæculo pœnarum aut cogitari, aut videri, aut ſentiri, ... Et ideo totis viribus unusquisque laboret, ut capitalia crimina poſſit evadere, & minuta peccata ita operibus bonis redimere, ut de ipſis nihil videatur remanere, quod ille ignis poſſit abſumere. Illi autem qui capitalia crimina commiſerunt, ſi quandiu vivunt, ea redimere pœnitentiæ medicamentis noluerint, ad illum ignem, de quo
Ibid. 15. dicit Apoſtolus: *Ipſe autem ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem*... Illam duram & irrevocabilem ſententiam
Mat.25.41. audituri ſunt, *Diſcedite a me maledicti in ignem æternum*, & ideo, qui ab iſta perpetua pœna, & ab illo purgatorio igne deſiderant liberari, crimina capitalia non admittant: aut ſi jam commiſerunt, fructuoſam agant pœnitentiam, & illa parva vel quotidiana peccata bonis operibus redimere non deſiſtant.

N. 6. Quibus tamen operibus minuta peccata redimantur, planius vobis inſinuare deſidero. Quoties infirmos viſitamus in carcere clauſos, & poſitos in vinculis requirimus, diſcordes ad concordiam revocamus, indicto in Eccleſia jejunio jejunamus, pedes hoſpitibus abluimus, ad vigilias frequenter convenimus, eleemoſynam ante oſtium prætereuntibus pauperibus damus, inimicis noſtris, quoties petierunt, veniam indulgemus: iſtis operibus, & his ſimilibus, minuta peccata redimuntur quotidie.

N. 7. Pro capitalibus vero criminibus non hoc ſolum ſufficit; ſed addendæ ſunt lacrymæ, rugitus & gemitus, continuata & longo tempore protracta jejunia, largiores eleemoſynæ erogandæ, ultro nos ipſos a communione Eccleſiæ removentes, in luctu, & in triſtitia multo tempore permanentes, & pœnitentiam etiam publice agentes: quia juſtum eſt, ut qui cum multorum destructione ſe perdiderit, cum multorum ædificatione ſe redimat.

N. 8. Omnes ſancti qui Deo fideliter ſerviunt, lectioni & orationi vacare, & in bonis operibus perſeverare contendunt, nec capitalia crimina, nec minuta peccata, id eſt, ligna, fœnum & ſtipulam ſupra fundamentum Chriſti, ſed bona opera, id eſt, aurum, argentum, lapides pretioſos ſuperædificantes, per ignem illum, de quo dicit Apoſtolus, *Quia in igne revelabitur*, 1 Cor.3.13.
abſque ulla violatione tranſibunt. Illi vero, qui quamvis capitalia crimina non admittant, & ad perpetranda minuta peccata ſunt faciles, & ad redimenda ſunt negligentes; ad vitam æternam, pro eo quod in Chriſtum crediderunt, & capitalia peccata non admiſerunt, venturi ſunt: ſed prius aut in hoc ſæculo per Dei juſtitiam vel miſericordiam, ſicut jam dictum eſt, amariſſimis tribulationibus ſunt excoquendi, ut illi ipſi per multas eleemoſynas, & præcipue dum inimicis ſuis clementer indulgent, per Dei miſericordiam liberandi, aut certe illo igne, de quo dicit Apoſtolus, longo tempore cruciandi, ut ad vitam æternam ſine macula & ruga perveniant. Illi vero qui aut homicidium, aut ſacrilegium, aut adulterium, vel reliqua his ſimilia commiſerunt, ſicut jam dictum eſt, ſi eis digna pœnitentia non ſubvenerit, non per purgatorium ignem tranſire merebuntur ad vitam, ſed æterno incendio præcipitabuntur ad mortem.

Diſtinctionem porro peccati in mortale & veniale Theologice ſic explicat S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 88. *art.* 1. *in corp.* Cum enim peccatum ſit quædam infirmitas animæ... peccatum aliquod mortale dicitur ad ſimilitudinem morbi, qui dicitur mortalis, ex eo quod inducit defectum irreparabilem per deſtitutionem alicujus principii.... Principium autem ſpiritualis vitæ, quæ eſt ſecundum virtutem, eſt ordo ad ultimum finem,.. qui quidem ſi deſtitutus fuerit, reparari non poteſt per aliquod principium intrinſecum, ſed ſolum per virtutem divinam:.. ideo hujusmodi peccata dicuntur mortalia quaſi irreparabilia. Peccata autem quæ habent inordinationem circa ea quæ ſunt ad finem, conſervato ordine ad ultimum finem, reparabilia ſunt; & hæc dicuntur venialia. Tunc enim peccatorum veniam habet, quando reatus pœnæ tollitur, qui ceſſat ceſſante peccato... Ad tertium dicendum, quod ille qui peccat venialiter, inhæret bono temporali, non ut fruens; quia non conſtituit in eo finem, ſed ut utens, referens in Deum non actu, ſed habitu.

Artic. ſecundo in corpore. Reſpondeo dicendum, quod peccatum veniale a venia dicitur.... non meretur pœnam æternam, ſed temporalem.... Cum enim voluntas fertur in aliquid quod ſecundum ſe repugnat caritati, per quam homo ordinatur in ultimum finem, illud peccatum ex ſuo objecto habet quod ſit mortale: unde eſt mortale ex genere, ſive ſit contra dilectionem Dei ſicut blaſphemia, perjurium, & hujusmodi: ſive contra dilectionem proximi, ſicut homicidium, adulterium & ſimilia; unde hujusmodi ſunt peccata mortalia ex ſuo genere. Quandoque vero voluntas peccantis fertur in id quod in ſe continet quandam inordinationem, non tamen contrariatur dilectioni Dei & proximi: ſicut verbum otioſum, riſus ſuperfluus, & alia hujusmodi: & talia ſunt peccata venialia ex ſuo genere...

(F) S. Thomas *prima ſecundæ quæſt.* 88. *art.* 6. *in corp.* Poteſt tamen id quod eſt ex genere mortale, eſſe veniale propter imperfectionem actus, quia non perfecte pertingit ad rationem actus moralis, cum non ſit deliberatus, ſed ſubitus. Et hoc fit per ſubſtractionem quamdam, ſcilicet deliberatæ rationis, & quia a ratione deliberata habet ſpeciem moralis actus, inde eſt quod per talem ſubſtractionem ſolvitur ſpecies.

1. 2. *q.* 88. *art.* 2. *in c.* Similiter etiam ex parte agen-

Pars II. Sect. I. Cap. I. §. 2.

Ergo lethalis culpæ labe tenetur. (G) Si quis aliter ſenſerit, is facilem ad omne licentiæ genus aditum patefaciet. (H)

I. Quinam ſunt peccati venialis effectus?

G *R.* Illud non tollit quidem vitam ſpiritualem,
H ſed vires animæ debilitat; diſponit & ſternit viam ad peccatum mortale, efficit nos minus gratos Deo; auget diaboli vires & impetus in nos; pœnam meretur, temporalem illam quidem, ſed maximam. (I)

I. Si quis peccata venialia parvipendat, verſaturne is in errore gravi?

R. Ver-

tis contigit, quod aliquod peccatum, quod ex ſuo genere eſt mortale, ſit veniale, propter hoc ſcilicet quod actus eſt imperfectus, id eſt, non deliberatus ratione, quæ eſt principium proprium mali actus.

(G) S. THOM. 1. 2. *q.* 88. *art.* 2. *in corp.* Contingit quandoque quod id quod eſt pecatum veniale ex genere, ratione ſui objecti, ſit mortale ea parte agentis: vel quia in eo conſtituit finem ultimum, vel quia ordinat ipſum ad aliquid quod eſt peccatum mortale ex genere: puta cum aliquis ordinat verbum otioſum ad adulterium committendum.

22. *Quæſt.* 125. *de Timiditate art.* 1. *in corp.* Dicendum, quod aliquid dicitur eſſe peccatum in actibus humanis propter inordinationem: nam bonum actus humani in ordine quodam conſiſtit. Eſt autem hic debitus ordo, ut appetitus regimini rationis ſubdatur. Ratio autem dictat aliqua eſſe fugienda, & aliqua eſſe proſequenda; & inter fugienda, quædam dictat eſſe magis fugienda, quam alia: & ſimiliter etiam inter proſequenda, quædam dictat eſſe magis proſequenda, quam alia, & quantum eſt bonum proſequendum, tantum eſſe oppoſitum malum fugiendum. Inde eſt quod ratio dictat quædam bona magis eſſe proſequenda quam quædam mala fugienda. Quando ergo appetitus fugit ea quæ ratio dictat eſſe ſuſtinenda, ne deſiſtat ab aliis quæ magis proſequi debet; timor inordinatus eſt, & habet rationem peccati.

Art. 3. *in corp.* Quandoque vero hujuſmodi inordinatio timoris pertingit uſque ad appetitum rationalem, qui dicitur voluntas, quæ ex libero arbitrio refugit aliquid non ſecundum rationem: & talis inordinatio timoris quandoque eſt peccatum mortale, quandoque veniale. Si enim aliquis propter timorem quo refugit periculum mortis, vel quodcumque aliud temporale malum, ſic diſpoſitus eſt ut faciat aliquid prohibitum, vel prætermittat aliquid quod eſt præceptum in lege divina: talis timor eſt peccatum mortale.

(H) *Cenſura* CLERI GALLICANI, *lata in comitiis generalibus* 4. *Sept. anni* 1700. *art.* 18. *n.* 114. Pleraque
Galat. 5. 21 peccata de quibus ait Apoſtolus, quod *qui talia agunt regnum Dei non poſſidebunt*, & quæ expreſſe adverſantur præceptis Decalogi, mortalia dici poſſunt: quoniam ... horum facinorum rei, aut amiſere omnem caritatis ſenſum, aut exiguum retinent, ita ut ipſis omnino dominetur cupiditas.

N. 115. Id tamen intelligi poſſet adhibito eo temperamento, ut qui plane repugnantes, ac velut inviti iſta perpetraſſent, aut gravis mali impendentis metu, aut æſtu libidinis abrepti, ita ut ab iſtis anguſtiis liberati acri dolore tangerentur ob commiſſum peccatum, tam certo affirmari non poteſt excidiſſe illos gratia, aut incurriſſe pœnam damnationis; quamquam enim hoc momento dominata ſit cupiditas, brevis & tranſitoria potuit eſſe ejuſmodi dominatio, qua voluntatis intima diſpoſitio non mutatur .... Hoc temperamentum naturaliter conſequitur ea doctrina ſancti Auguſtini.

Cenſura. Hæ propoſitiones quæ divinæ caritatis habitum docent, aut ſignificant poſſe conſiſtere cum peccatis adverſus Decalogum, ac de quibus ait Apoſtolus, quod qui talia agunt regnum Dei non poſſidebunt, falſæ ſunt, pernicioſæ, erroneæ, verbo Dei contrariæ:
2. Cor. 6. 14. & 15. *Quæ enim participatio juſtitiæ cum iniquitate, .. quæ conventio Chriſti ad Belial?* Ad excuſanda, & imminuenda cujuſvis generis præcepta, viam aperiunt, & imponunt ſancto Auguſtino.

(I) S. AUGUST. *Serm.* 351. *de Utilitate agendæ pœnitentiæ* 1. *alias* 50. *inter* 50. *homil. cap.* 3. *num.* 3. Altera vero pœnitentia eſt, cujus actio per totam iſtam vitam, qua in carne mortali degimus, perpetua ſupplicationis humilitate ſubeunda eſt. Primo, quia nemo vitam æternam, incorruptibilem immortalemque deſiderat, niſi eum vitæ hujus temporalis, corruptibilis, mortaliſque pœniteat.... Quis dubitet in quacumque temporali felicitate verſemur, pœnitere tamen nos debere hujus vitæ, ut ad illam incorruptionem tota aviditate curramus?.. Quis ergo feſtinat atque optat ad patriam remeare, & illam ſpeciem quæ eſt facie ad faciem contemplari, niſi quem peregrinationis ſuæ pœnituerit? Ex quo dolore pœnitentis, etiam vox illa miſerabilis crumpit & ſonat, *Heu me, quoniam peregrinatio mea longinqua facta eſt...* Pſ. 119. 5.

N. 4... Ne quis per baptiſmum quamvis juſtificatus ſit a prioribus peccatis, tamen ſuperbire audeat, ſi nihil committat, unde ab altaris communione ſeparetur, quaſi jam de plena ſecuritate ſe jactans, ſed potius ſervet humilitatem, quæ pene una diſciplina Chriſtiana eſt: nec ſuperbiat terra & cinis, donec iſta nox tota tranſeat... Quis itaque ſanæ mentis non ingemiſcat? cui non per pœnitentiam ſic eſſe diſpliceat? Quis non tota humilitate ſupplicans divino adjutorio, ſe exaudibilem præbeat, donec tranſeat omnis iſta tentationum materies atque umbra terrena... Deinde quamvis ſe quiſque glorietur ſic habere corpus edomitum, ut mundo crucifixus ab omni opere malo, in ſervitutem redacta membra caſtiget, ne jam regnet peccatum in ejus mortali corpore, ad obediendum deſideriis ejus; ſolum unum Deum verum colat, nulli ſimulacrorum ritui deditus, nullis ſacris dæmoniorum irretitus, non accipiens in vanum nomen Domini Dei ſui, quietem ſempiternam certus expectans, debitum honorem parentibus reddens, nec cruentus homicidio, nec fornicatione turpatus, nec furto fraudulentus, nec mendacio duplicatus, nec rei, nec uxoris alienæ concupiſcentia ſordidus: non in ſuis etiam rebus aut luxuria diffluat aut areſcat avaritia; non ſit contentioſus, non ſit contumelioſus, non maledicus; vendat poſtremo omnia ſua, & det pauperibus, & ſequatur Chriſtum, atque theſauro cæleſti radicem cordis infigat: Quid videtur addi poſſe ad tam plenam juſtitiam? Tamen nolo glorietur... Eroget ſane pecuniam dominicam: conſulat proximo, ſicut ſentit ſibi eſſe conſultum... verſabitur ergo iſte in rebus humanis, non carnalis, ſed ſpiritalis adquiſitionis devinctus officio; non quidem negotiis ſæcularibus obligatus, ſed tamen quia militat Deo, non otio deſidiæ torpidus & abjectus. Det ergo, ſi poteſt, ſuas eleemoſynas omnes cum omni hilaritate... non tædio frangatur in difficultatibus rerum, quæ neceſſe eſt exiſtant, ut oſtendatur homini quod homo eſt. Non ira ſubrepat in eum, qui aut odioſe irruit, aut inopportune inopia coactus petit, aut negotio ſuo, cum tu majore occupatus es, indifferenter flagitat ſubveniri... Non det quidquam amplius, vel minus quam oportet: non loquatur amplius quam opus eſt... Sed tamen de terra ſicca pulverem contrahunt... Non ſolum ergo propter ipſam vitæ hujus mortalitatem, & ignorantiam, & propter diei malitiam,... quam jubemur ferre atque portare,... & ſuſtinere Deum viriliter agendo, ut fructum afferamus cum tolerantia: ſed etiam propter ipſum pulverem mundi hujus, qui per itinera conſulendi conſulentium pedibus adhæreſcit, & damna quæ in ipſa negotioſiſſima diſpenſationis actione contingunt, quæ Dominus præſtet ut cum lucris majoribus compenſentur, quotidianam debemus habere pœnitentiam.

N. 5. Quanto magis Eccleſiæ provinciales (*id eſt* Laici) ſæcularibus negotiis obligati, quotidianam debent agere pœnitentiam? Qui quamvis a furtis, a rapinis, a fraudibus, ab adulteriis, & fornicationibus, omnique luxuria, a crudelitate odiorum, & inimicitiarum pertinacia, ab omni denique idololatriæ fœditate, ſpectaculorum nugacitate, hæreſum atque ſchiſmatum impia vanitate, atque ab omnibus hujuſcemodi flagitiis & facinoribus immunes, puri atque integri eſſe debeant: tamen propter adminiſtrationem rerum ſæcularium, & conjugiorum arctiſſima vincula, tam multi peccant, ut non tam de iſtius mundi pulvere adſpergi, quam luto obliniri videantur... Sola enim generandi cauſa eſt inculpabilis ſexus utriuſque commixtio. Quam multa ſunt alia peccata, ſive in loquendo de rebus & negotiis alienis, quæ non ad te pertinent; ſive in vanis cachinnationibus, cum ſcriptum ſit, *Stultus in riſu exaltat vocem* Eccli. 21. 23
ſuam, ſapiens autem vix tacite ridebit: ſive in ipſis eſcis, quæ ad neceſſitatem ſuſtentandæ hujus vitæ præparantur avidior atque immoderatior appetitus, ſæpe exceſſum modum

II. Verſatur. 1. Enim peccata iſthæc etiamſi venialia, Deum lædunt. At quidquid Deum lædit & offendit, debet eſſe grave Chriſtiano.

Eccli. 10. 1. 2. *Qui ſpernit modica paulatim decidet*. A peccatis levioribus facilis eſt ad graviora progreſſus,

K atque inde ad ruinam. (K)

3. Mortalis eſt ſæpe, habita ratione adjunctorum, culpa, quæ venialis eſſe videbatur. Nec facile ſemper mortale peccatum a veniali diſcernitur. (L) Pars II. Sect. I. Cap. I. §. 2.

I. Peccatorum venialium remiſſionem poſſumusne propriis meritis & viribus adipiſci? L

R. Pec-

mudum poſtridiana cruditate conteſtans: ſive in vendendis & emendis rebus caritatis & vilitatis vota perverſa. Piget cuncta colligere, quæ quisque in ſeipſo certius comprehendit atque reprehendit, ſi divinarum Scripturarum ſpeculum non negligenter adtendat. Quæ quamvis ſingula non letbali vulnere ferire ſentiantur, ſicuti homicidum & adulterium, vel cetera hujusmodi: tamen omnia ſimul congregata velut ſcabies, quo plura ſunt necant, aut noſtrum decus ita exterminant, ut ab illius ſponſi ſpecioſi forma præ filiis hominum cariſſimis amplexibus ſeparent, niſi medicamento quotidianæ pœnitentiæ deſiccentur.

N. 6. Quod ſi falſum eſt, unde quotidie tundimus pectora? Quod nos quoque Antiſtites ad altare aſſiſtentes cum omnibus facimus. Unde etiam orantes dicimus,

Mat. 6. 12. *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*.... Utique de quotidianis peccatis hoc dicimus, pro quibus etiam ſacrificia eleemoſynarum, jejuniorum, & ipſarum orationum ac ſupplicationum quisque pro ſuis viribus offerre non ceſſat. Quisquis itaque ſe diligenter adtendens, nulla ſeipſum adulatione ſeducit, ſatis intelligit cum quanto periculo mortis æternæ, & cum quanta penuria perfectæ juſtitiæ peregrinantur a Domino... Nam ſi non habemus peccata & tundentes pectora dicimus, *Dimitte nobis debita noſtra*; ex hoc ipſo certe & graviter nullo dubitante peccamus, cum inter ipſa ſacramenta mentimur.

Tract. 12. in Johan. nn. 13. Oportet ut oderis in te opus tuum, & ames in te opus Dei. Cum autem cœperit tibi diſplicere quod feciſti, inde incipiunt bona opera tua, quia accuſas mala opera tua. Initium operum bonorum, confeſſio eſt operum malorum... Qui autem facit veritatem, accuſat in ſe mala ſua: non ſibi parcit, non ſibi ignoſcit ut Deus ignoſcat, quia quod vult Deus ignoſcat, ipſe agnoſcit.

N. 14. Chriſtus paratus eſt ignoſcere, ſed agnoſcentibus... In dilectione autem ejus & in miſericordia ejus qui ambulat, etiam liberatus ab illis lethalibus & grandibus peccatis, qualia ſunt facinora, homicidia, furta, adulteria, propter illa quæ minuta videntur eſſe peccata linguæ, aut cogitationum, aut immoderationis in rebus conceſſis, facit veritatem confeſſionis, & venit ad lucem in operibus bonis: quoniam minuta plura peccata ſi negligentur, occidunt. Minutæ ſunt guttæ quæ flumina implent; minuta ſunt grana arenæ: ſed ſi multa arena imponatur, premit, atque opprimit. Hoc facit ſentina neglecta, quod facit fluctus irruens: paulatim per ſentinam intrat, ſed diu intrando & non exhauriendo, mergit navim. Quid eſt autem exhaurire, niſi bonis operibus agere ne obruant peccata, gemendo, jejunando, tribuendo, ignoſcendo? Iter autem hujus ſæculi moleſtum eſt, plenum eſt tentationibus: in rebus proſperis ne extollat, in rebus adverſis ne frangat. Qui tibi dedit felicitatem hujus ſæculi, ad conſolationem tuam dedit, non ad corruptionem. Rurſus qui te flagellat in iſto ſæculo, ad emendationem, non ad damnationem facit. Ferto patrem erudientem, ne ſentias judicem punientem.

S. Greg. Magn. *Lib. 10. Moral. in Job c. 9.*... Ad iniquitatem ducimur, cum prius per levia delicta deflectimus, ut uſu cuncta levigante, nequaquam poſt committere etiam graviora timeamus. Nam dum moderari lingua otioſa verba negligit, more inolitæ remiſſionis capta, audax ad noxia prorumpit: dum gulæ incumbitur, ad levitatis protinus inſaniam proditur: cumque mens ſubigere delectationem carnis renuit, plerumque & ad

Eccli. 19. 1. perfidiæ voraginem ruit.... *Qui modica ſpernit, paulatim decidit*. Si enim curare parva negligimus inſenſibiliter ſeducti, audenter etiam majora perpetramus. .... Quia igitur a levioribus malis incipitur, & ad graviora pervenitur; vanitas mentem obnubilat, iniquitas cæcat.

(K) S. Basil. *in Pſal. LXI. pag. 290. edit. Pariſ. in fol. ann.* 1618. Tantiſper dum exigui ſunt momenti & eadem in pauco numero quæ admittimus peccata, leniter ac ſenſim aliquo usque movemur, perinde atque aſſoleut plantæ tenellæ hac illac motitari ſuſurro impulſæ auræ leniter ac placide aſpirantis. Mox ubi plura acceſſerint gravioraque peccata, juxta proportionem coaleſcentis peccati intendi ſolet & animæ agitatio.

Regulæ breviores Reſp. ad interrog. 4. Cum Dominus etiam pronuntiaverit, quod omne verbum otioſum, Mat. 12. 36 quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii, nihil omnino tamquam minutum contemni debet. Qui enim rem contemnit, contemnetur ab ea. Quamquam quis eſt, qui peccatum ullum (cujuscumque modi illud ſit) leve audeat appellare? Cum aſſeruerit Apoſtolus, Quod per transgreſſionem legis Deum Rom. 12. 23 inhonoras.

S. Aug. *in Joh. Evang. cap. 3. Tract. 12. n. 13. & 14. &* S. Gregor. *M. lib. 10. Moral. in Job cap. 9. Vide hocce §. lit. ſuperiori*.

S. Aug. *Serm. 56. in Matt. 6. de Orat. Dom. 48. de diverſis, c. 7. nu. 11.* Qui baptizantur & exeunt, ſine debito adſcendunt, ſine debito pergunt. Qui autem baptizantur & tenentur in hac vita, de fragilitate mortali contrahunt aliquid, unde etſi non naufragatur, tamen oportet ut ſentinetur. Quia ſi non ſentinatur, paulatim ingreditur unde tota navis mergatur.

Cap. 8. n. 12. Dimiſſis ergo peccatis omnibus per lavacrum regenerationis, in magnas anguſtias contruſi fuerimus, ſi non nobis daretur quotidiana mundatio ſanctæ orationis. Eleemoſynæ & orationes mundant peccata; tantum ne talia committantur, unde neceſſe ſit ſeparari nos a pane quotidiano, vitantes debita, quibus debetur certa & ſevera damnatio... Iſtis ergo exceptis non deeſt unde homo peccet. Quod non oportet videndo libenter peccat. Et quis teneat oculi velocitatem? ... Quis teneat aurem vel oculum?

Cap. 9... Iſta omnia ſi colligantur contra nos, num ideo non premunt, quia minuta ſunt? Quid intereſt, utrum te plumbum premat, an arena? Plumbum una maſſa eſt, arena minuta grana ſunt, ſed copia te premunt. Minuta ſunt peccata: non vides de guttis minutis flumina impleri, & fundos tradi? Minuta ſunt, ſed multa ſunt.

Serm. 61. in die Adſcenſionis Domini 1. alias de diverſis 12. n. 10. c. 11. Minora peccata ſunt quæ habeo: non ſunt multa? Nam quomodo minora ſunt, quæ premunt, obruunt: ſed parvi morbi ſunt? Congerie premunt. Quid minutius pluviæ guttis? Flumina implent. Quid minutius granis tritici? Horrea implent. Tu adtendis quia minora ſunt, & non adtendis quia multa ſunt...

Serm. 278. alias de diverſis 34. in Converſione S. Pauli 1. c. 12. Sunt autem peccata levia & minuta, quæ devitari omnino non poſſunt, quæ quidem videntur minora, ſed multitudine premunt. Nam & acervus frumenti minutiſſimis granis colligitur, & tamen onerantur inde naves: & ſi amplius onerentur, demerguntur.. Sed & ſi pluvia ſit nimia, minutiſſimis guttis tamen multos interficit... ea multitudine extinguit... Minutæ (beſtiæ) cum fuerint multæ congregatæ, plerumque interimunt, & talem perniciem inferunt, ut pœnis ejusmodi gens ſuperba Pharaonis judicari meruerit.

(L) S. Aug. *Enchirid. n. 21. c. 78.* Quæ ſint autem levia, quæ gravia peccata, non humano, ſed divino ſunt penſanda judicio. Videmus enim quædam ab ipſis quoque Apoſtolis ignoſcendo fuiſſe conceſſa: quale illud eſt quod venerabilis Paulus conjugibus ait: *Nolite fraudare invicem, niſi ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi; &* 1. Cor. 7. 5. *iterum ad idipſum eſtote, ne vos tentet Satanas propter incontinentiam veſtram*: quod putari poſſet non eſſe peccatum, miſceri ſcilicet conjugi non filiorum procreandorum cauſa, quod bonum eſt nuptiale, ſed carnalis etiam voluptatis; ut fornicationis, ſive adulterii, ſive cujusquam alterius immunditiæ mortiferum malum, quod turpe eſt etiam dicere, quo poteſt tentante Satana libido pertrahere, incontinentium devitet infirmitas. Poſſet ergo... hoc putari non eſſe peccatum, niſi addidiſſet: *Hoc autem* Ibid. 6. *dico ſecundum veniam, non ſecundum imperium*. Quis autem jam eſſe peccatum neget, cum dari veniam facientibus, Apoſtolica auctoritate, fateatur?.. Propter hæc atque hujusmodi peccata, & alia licet iis minora, quæ fiunt verborum & cogitationum offenſionibus, Apoſtolo Jacobo confitente ac dicente, *In multis offendimus omnes*: Jac. III. 2.

opor-

R. Peccati cujuscumque ſive venialis, ſive mortalis remiſſionem & veniam non niſi ex virtute Sanguinis Chriſti, & meritis ipſius conſequimur. (M)

§. 3. De ceteris peccatorum actualium Generibus.

I. Quid eſt peccatum omiſſionis?

R. Eſt prætermiſſio rei alicujus lege Dei præceptæ. Si quis, verbi gratia, dives non erogat eleemoſynam, ſi quis abeſt a ſacro diebus Dominicis,
1. Tim. 5. 8. *ſi quis domeſticorum curam non habet*, & ii peccant omiſſione.

I. Quid eſt peccatum commiſſionis?

R. Actus legi Dei contrarius, verbi gratia mendacium, furtum, adulterium, &c.

I. Quid eſt peccatum cordis, oris, operis?

R. Corde peccatur, 1. Ubi actio prava ſola mente concipitur, cum aliquo ſaltem voluntatis conſenſu. 2. Ubi quis rem pravam ſponte & cum voluptate cogitat, etiam ſepoſito conſenſu voluntatis in rem pravam.

Ore peccatur cum profertur aliqua vox legi Dei contraria.

Opere peccatur cum actio mala exterius committitur. Hæc per ſe patent.

I. Quæ ſunt peccata ſpiritualia, quæ carnalia?

R. Peccata ſpiritualia ea ſunt quæ ſolo ſpiritu perficiuntur, qualia ſunt ſuperbia, invidia, deſidia.

Carnalia ea ſunt quæ carne conſummantur, qualia ſunt gula, luxuria.

Apoſtolus tamen invidiam ponit inter opera carnis, quamvis ea videatur ad ſolam mentem pertinere. (A) Sed eo loci Apoſtolus nomine carnis ipſam concupiſcentiam intelligit: quo ſenſu nullum eſt peccatum ſpirituale quod non pertineat ad opera carnis. *Omnium* enim malorum 1. Tim. 6. 10
ſeu peccatorum *radix cupiditas*, ſeu concupiſcentia.

I. Quæ ſunt peccata quæ vel Deum, vel ipſum peccantem, vel proximum lædunt?

R. Abſolute loquendo, nullum eſt peccatum quo Deus & peccans ipſe non lædatur: Deus quidem, quia peccatum quodlibet eſt transgreſſio legis Dei: Peccans autem, quia peccatum quodlibet peccanti nocet.

Solemnis tamen eſt & jure quidem recepta apud omnes Theologos ea peccatorum diviſio, qua peccata dicuntur alia in Deum, alia in proximum, alia in peccantem ipſum commiſſa.

Peccata in Deum ea ſunt quibus directe & immediate Dei majeſtas offenditur: qualia ſunt, Blaſphemia, ſacrilegium, infidelitas, idololatria, &c.

Peccata in proximum ea ſunt quibus violatur ordo ſervandus erga proximos, ſive ſuperio-

---

oportet ut quotidie crebroque oremus Dominum, at-
Mat. 6. 12. que dicamus, *Dimitte nobis debita noſtra*: nec in eo quod ſequitur mentiamur, *ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*.

Cap. 79. *num.* 21. Sunt autem quædam (peccata) quæ leviſſima putarentur, niſi in Scripturis demonſtrarentur opinione graviora. Quis enim dicentem fra-
Id. 5. 22. tri ſuo, Fatue, reum gehennæ putaret, niſi veritas diceret? Cui tamen vulneri ſubjecit continuo medicinam, præceptum fraternæ reconciliationis adjun-
Ibid. 23. gens: mox quippe ait, *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſus te*, &c. Aut quis æſtimaret quam magnum peccatum ſit, dies obſervare & menſes & annos & tempora, ſicut obſervant qui certis diebus, ſive menſibus, ſive annis volunt vel nolunt aliquid inchoare, eo quod ſecundum vanas doctrinas hominum fauſta vel infauſta exiſtiment tempora; niſi hujus mali magnitudinem ex timore Apoſtoli penſare-
Galat. 4. 11. mus, qui talibus ait, *Timeo vos ne forte ſine cauſſa laboraverim in vobis*? Huc accedit, quod peccata, quamvis magna & horrenda, cum in conſuetudinem venerint, aut parva aut nulla eſſe creduntur; uſque adeo ut non ſolum non occultenda, verum etiam prædicanda ac diffamanda videantur, quando, ſicut
Pſ. 10. 3. ſcriptum eſt, *Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ,*
Gen. 18. 20. *& qui iniqua gerit benedicitur*..... In Geneſi dicitur *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt*: quia non ſolum jam apud eos non puniebantur illa flagitia, verum etiam publice velut lege frequentabantur. Sic noſtris temporibus iſta multa mala, & ſi non talia, in apertam conſuetudinem jam venerunt, ut pro his non ſolum excommunicare aliquem Laicum non audeamus, ſed nec Clericum degradare.

(M) S. Aug. *De S. Virginit. cap.* 40. *num.* 41. Niſi forte revera ideo minus timebis, magisque inflaberis, ut modicum diligas eum, qui te tantum dilexit, ut traderet ſemetipſum pro te, quia modicum tibi dimiſit, viventi videlicet a pueritia religioſe, pudice, pia caſtitate, illibata virginitate. Quaſi vero non tu multo ardentius diligere debeas eum, qui flagitioſis ad ſe converſis quæcumque dimiſit, in ea te cadere non permiſit? ..... Ergone hunc quanto ejus donis ornatiores eſtis, tanto minus amabitis? Avertat tam horrendam ipſe dementiam. Proinde quoniam verum veritas dixit, quod ille cui modicum dimittitur, modicum diligit; vos ut ardentiſſime diligatis, cui diligendo, a conjugiorum nexibus liberi vacatis, deputate vobis tamquam omnino dimiſſum, quidquid mali a vobis non eſt illo regente commiſſum..... Quis ergo donat iſta? Quis diſtribuit propria unicuique ſicut vult? Nempe Deus, apud quem non eſt iniquitas. Ac per hoc qua æquitate ille facit alios ſic, alios autem ſic, homini noſſe aut impoſſibile, aut omnino difficile eſt: quin tamen æqui-
tate faciat dubitare fas non eſt. *Quid* itaque *habes* 1. Cor. 4. 7.
quod non accepiſti? Aut qua perverſitate minus diligis, a quo amplius accepiſti?

Cap. 41. *numer.* 42. Quapropter hæc primo ſit induendæ humilitatis cogitatio, ne a ſe ſibi putet eſſe Dei virgo quod talis eſt, ac non potius hoc do-
num optimum deſuper deſcendere a patre luminum, Jac. 1. 17.
apud quem non eſt transmutatio, nec momenti obumbratio. Ita enim non putabit modicum ſibi eſſe dimiſſum, ut modicum diligat, & ignorans Dei juſtitiam, ac ſuam volens conſtituere, juſtitiæ Dei non ſubjiciatur .... Sed cautius & verius cogitabit, omnia peccata ſic habenda tamquam dimittantur, a quibus Deus cuſtodit ne committantur. Teſtes ſunt voces piarum deprecationum in Scripturis ſanctis, quibus oſtenditur, ea ipſa quæ præcipiuntur a Deo, non fieri niſi dante atque adjuvante qui præcipit. Mendaciter enim petuntur, ſi ea non adjuvante ejus gratia facere poſſemus.

Cap. 50. *num.* 51. Sed quoniam etiam ſatagentibus vigilantibusque ne peccent, ſubrepunt quodammodo ea humana fragilitate peccata, quamvis parva, quamvis pauca, non tamen nulla; eadem ipſa fiunt magna & gravia, ſi eis ſuperbia incrementum & pondus adjecerit: a Sacerdote autem quem habemus in cælis, ſi pia humilitate perimantur, tota facilitate purgantur.

Concil. Tridentin. *Seſſ. 6. de Juſtificat. cap.* 9. Quamvis autem neceſſarium ſit credere, neque remitti, neque remiſſa unquam fuiſſe peccata, niſi gratis divina miſericordia propter Chriſtum, nemini tamen fiduciam & certitudinem remiſſionis peccatorum ſuorum jactanti, & in ea ſola quieſcenti, peccata dimitti vel dimiſſa eſſe dicendum eſt ..... Nam ſicut nemo prius de Dei miſericordia, de Chriſti merito, deque ſacramentorum virtute & efficacia dubitare debet; ſic quilibet dum ſeipſum, ſuamque propriam infirmitatem & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare, & timere poteſt: cum nullus ſcire valeat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum.

(A) Galat. v. *verſ.* 19. Manifeſta ſunt autem opera carnis: quæ ſunt fornicatio, ... ac invidiæ, ... & his ſimilia.

S. Ful-

Digitized by Google

periores, ſive æquales, ſive inferiores: qualia ſunt furtum, falſum teſtimonium, adulterium, homicidium, &c.

Peccata in ſe ipſum ea ſunt quibus violatur ordo quem unusquisque debet erga ſeipſum ſervare. Qualia ſunt gula, luxuria, &c.

Triplex hoc peccati genus innuit Apoſtolus his
Tit. II.12. verbis: *Sobrie, juſte & pie vivamus in hoc ſæculo*. *Sobrie*, ne peccemus in nos ipſos; *juſte*, ne peccemus in proximum; *pie*, ne peccemus in
B Deum. (B)

I. Quænam ſunt peccata infirmitatis?

R. Peccata infirmitatis ea ſunt quæ ex fragilitate naturæ committuntur, verbi gratia ex metu,
C concupiſcentia, ira, vel alia perturbatione animi, vel ex parvo habitu. (C)

I. Quænam ſunt peccata ignorantiæ?

R. Peccata ignorantiæ ea ſunt quæ ex ignorata lege Dei committuntur ab eo qui legem ſcire potuit & debuit.

Hinc celebris apud Theologos diviſio ignorantiæ in eam quæ dicitur vincibilis, & eam quæ dicitur invincibilis. Vincibilis ea eſt quæ ſuperari poteſt, & quæ proinde non excuſat a peccato, in iis quæ ſcire debuimus.

D Invincibilis ea eſt quæ nullatenus ſuperari poteſt, & quæ proinde excuſat a peccato. (D)

Quænam autem illa ſint quorum ignorantia vincibilis eſt vel invincibilis, varie diſputatur apud Theologos, quorum hic referre controverſias noſtri non eſt inſtituti.

I. Quænam ſunt peccata malitiæ?

R. Ea ſunt quæ quis committit ſciens & volens, nulla ad id impellente perturbatione animi. (E) E

I. Ergo peccata malitiæ graviora ſunt peccatis iis quæ vel ex ignorantia, vel ex infirmitate committuntur?

R. Graviora ſunt ex ſe & natura ſua, ſi cetera ſint paria; ſed ex adjunctis poſſunt fieri leviora. Quod ut intelligatur adverte, omne peccatorum genus eſſe vel peccatum malitiæ, vel peccatum infirmitatis, vel peccatum ignorantiæ. (F). F

Poſſumus peccare contra Deum, vel contra proximum, vel contra noſmetipſos ex malitia, ignorantia, & infirmitate.

Peccata ſive ſpiritualia, ſive carnalia committi poſſunt ex malitia, ex infirmitate, vel ex ignorantia.

Poſſumus vel corde, vel ore, vel opere peccare ex ignorantia, ex malitia, ex infirmitate.

Denique poſſumus peccare venialiter ſicut & mos-

(B) S. FULGENTIUS *Lib.* I. *de Remiſſione peccatorum, c.* 28. *ad Euthymium*. Illorum eſt igitur ſpes beata, illorum expectatio certa, illorum felicitas futura, qui abnegantes impietatem & ſæcularia deſideria, ſobria & juſte & pie vixerint in hoc ſæculo. Sobrietas itaque & juſtitia & pietas debent a Chriſtianis intentiſſime cuſtodiri. Sobrietatem autem cuſtodit quisquis mores ſuos vitamque componit: & ille juſte vivit, qui proximo nec mali aliquid ingerit, & in quantum poteſt adjutorium bonæ operationis impendit. Ille etiam pie vivit, qui perverſum aliquid nec credit de Deo, nec dicit. Quisquis ergo vult ad regnum pervenire cælorum, vivat ſobrius in ſemetipſo, juſtitiam ſervet in proximo, pius perſeveret in Deo.

GAUFRIDI Abbatis *Declamationes ex* BERNARDO, *c.* 38 *num.* 47. *tom* 2. *edit. Mabillonii*, *pag.* 302. Sobrietas voluptatem carnis impugnat, juſtitia ſæculi vanitatem; dum videlicet cuique reddens quod ſuum eſt, & adulantem deplorat, & compatitur iraſcenti. Deni-
Matt. III. 15. que & ipſe Salvator dum Baptiſtæ manibus celſum illum verticem inclinaret: *Sic*, inquit, *decet nos implere omnem juſtitiam*, ſolam nimirum humilitatem juſtitiam reputans. Exhibeatur ergo ſobrietas nobis, juſtitia proximo, pietas Deo. Pietas enim cultus Dei eſt.

Gal. 5. 17. (C) S. AUG. *Serm.* 30. *de verbis Pſal.* CXVIII. & *Apoſt. c.* 5. *n.* 6. Si ergo concupiſcit caro adverſus ſpiritum, ut in hoc ipſo non quod vis agas, quia vis ut non concupiſcat, & non potes; tene ſaltem in gratia Domini voluntatem, & in ejus adjutorio perſevera: dic ei
Pſal. 118. 133. quod cantaſti, *Greſſus meos dirige ſecundum verbum meum, & ne dominetur mihi omnis iniquitas*. Quid eſt, *Ne domi-*
Rom. 6. 12. *netur mihi omnis iniquitas*? Audi Apoſtolum. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Quid eſt, non regnet? Ad obediendum deſideriis ſuis. Non dixit, Noli habere deſideria mala. Quomodo enim in hac carne mortali, ubi caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem, non habeo deſideria mala? Illud ergo fac, non regnet peccatum in veſtro mortali corpore ad obediendum deſideriis ejus. Et ſi ſunt deſideria, non eis obediatur, ne iniquitas dominetur.

Legendus S. AUG. *variis in locis ſupra cap.* I. §. I. *hujuſce ſecundæ partis*, & S. GREG. M. *Lib.* 15. *Moral. in Job c.* 15. *ibid. lit.* (G)

(D) S. HIERON. *Lib.* I. *Dialog. adverſus Pelagianos*, *edit. D. Martianay*, *pag.* 504. *tom.* 4. Eccleſia etiam ea quæ per ignorantiam delinquimus, & ſola cogitatione peccamus, delicta eſſe fatetur; in tantum, ut hoſtias pro errore jubeat offerri, & Pontifex qui pro cuncto populo deprecatur, ante pro ſe offerat victimas, qui certe numquam pro aliis juberetur offerre, niſi juſtus ipſe eſſet, nec rurſum pro ſe offerret, ſi peccato careret ignorantiæ.. Volunt enim eloquia Scripturarum etiam ignorantiam habere peccatum: unde & Job offert hoſtias pro filiis ſuis, ne forte per ignorantiam in cogitatione peccaverint.

S. AUG. *De Gratia & libero arbitr. cap.* 3. *n.* 5. & *Lib* 3. *de libero arbitr. c.* 19. *n* 53. & 54. *Et* S. GREG. *Lib.* 15. *Moral. in Job c.* 25. *Vide ſuperius hocce cap.* §. I. *lit.* (G)

S. THOMAS 1. 2. *q.* 76. *art.* 2. *in concluſ. Ignorantia quæ ſtudio ſuperari non poteſt, atque ob id invincibilis dici ſolet, nullum eſt peccatum: ſed tantummodo vincibilis, ſi ſit eorum quæ quis ſcire tenetur ... non illorum quæ ſcire non tenetur...*

In corpore .... Unde omnes tenentur ſcire communiter ea quæ ſunt fidei, & univerſalia juris præcepta; ſinguli autem ea quæ ad eorum ſtatum vel officium ſpectant ... Manifeſtum eſt autem, quod quicumque negligit habere vel facere id quod tenetur habere vel facere, peccat peccato omiſſionis; unde propter negligentiam ignorantia eorum quæ aliquis ſcire tenetur, eſt peccatum; non autem imputatur homini ad negligentiam, ſi neſciat ea quæ ſcire non poteſt: unde horum ignorantia invincibilis dicitur, quia ſtudio ſuperari non poteſt, & propter hoc talis ignorantia, cum non ſit voluntaria, eo quod non eſt in poteſtate noſtra eam repellere, non eſt peccatum. Ex quo patet, quod nulla ignorantia invincibilis eſt peccatum, ſi ſit eorum quæ aliquis ſcire tenetur: non autem ſi ſit eorum quæ quis ſcire non tenetur...

Ad ſecundum dicendum, quod privatio gratiæ, etſi ſecundum ſe non ſit peccatum, tamen ratione negligentiæ præparandi ſe ad gratiam poteſt habere rationem peccati.

(E) S. AUG. *Confeſſ. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 9. Ego furtum facere volui & feci, nulla compulſus egeſtate ac penuria, ſed faſtidio juſtitiæ, & ſagina iniquitatis. Nam id furatus ſum quod mihi abundabat, & multo melius. Nec ea re volebam frui quam furto appetebam; ſed ipſo furto & peccato... Dicat tibi nunc ecce cor meum, quid ibi quærebat; ut eſſem gratis malus, & malitiæ meæ cauſſa nulla eſſet niſi malitia. Fœda erat, & amavi eam: amavi perire; amavi defectum meum: non illud ad quod deficiebam, ſed defectum meum ipſum amavi.

(F) S. GREG. MAGN. *Lib.* 6. *in* I. *Regum*, *c.* 15. *p.* 577. Studio autem & voluntate peccare magna prævaricatio eſt: infirmitate vero peccare, tanto tolerabilius eſt, quanto is, qui peccato ſubjacet, ejuſdem peccati viribus impar eſt.

Lib. 15. *Moral. in Job cap.* 25. *Vide ſupra* §. I. *hujuſce cap. lit.* (G)

Lib. 31. *cap.* 8. Aliud eſt infirmitate, aliud malitia peccare.

Epiſt. lib. I. *Epiſt.* 26. Minoris exceſſus eſt veritatem non conoſcere, quam in eadem cognita non manere. Aliudque eſt quod aberrante committitur, aliud quod per ſcientiam perpetratur.

S. GREG-

Pars II, Sect. I. Cap. I, §. 3.

mortaliter ex malitia, vel ex infirmitate, vel ex ignorantia.

His poſitis nemo non intelligit fieri poſſe ut quandoque peccatum ex malitia commiſſum levius ſit peccato infirmitatis, ſi comparetur nimirum peccatum veniale malitiæ cum peccato mortali infirmitatis. Imo & in genere peccati mortalia gravios eſſe poteſt peccatum infirmitatis peccato malitiæ. Si quia v. gr. ex pura malitia furetur diviti centum aureos, peccat mortaliter; ſed levius tamen peccat quam ſi ex infirmitate & impotentia cupiditatis adulterium committeret cum uxore illius divitis, vel ſi filiæ ejus virgini ſtuprum inferret.

Ergo dum dicuntur peccata malitiæ graviora peccatis infirmitatis aut ignorantiæ intellige, id ſolum, ſi aliunde cetera ſint paria adeo ut in eodem genere gravitatis unum hoc diſcrimen intercedat, quod hinc malitia inde infirmitas cauſa peccati fuerint.

I. Quid intelligis per ſeptem peccata capitalia?

R. Intelligo capita ſeptem ad quæ reduci ſolent cetera peccata omnia, quæ poſſunt ab homine perpetrari.

I. Quænam illa ſunt?

R. Superbia, avaritia, luxuria, gula, invidia, ira, pigritia, quam Theologi vulgo acediam vocant. (G) Ea his velut ex fonte manant cetera G
peccata omnia. Hinc capitalia dicuntur.

I. Peccata capitalia ſuntne omnia mortalia?

R. Aliquando mortalia, aliquando venialia ſunt: ſeu, quod idem eſt, vel mortaliter vel venialiter peccari poteſt per ſuperbiam, avaritiam, luxuriam, & cetera peccata capitalia.

Peccatur per ea mortaliter, quando peccatur in re gravi & cum pleno voluntatis conſenſu. Peccatur per ea venialiter, cum peccatur in re levi, vel cum imperfecto voluntatis conſenſo (H) H

I. Cur ergo peccata capitalia vulgo mortalia dicuntur?

R. Sic vulgus imperitum loquitur, ſed parum accurate.

CA-

(G) S. GREG. MAGN. *Lib. 3. Moral. in Job c. 17. paulo ante finem.* Quia... plerumque ex bonis per incuriæ vitium mala naſcuntur: vigilanti ſtudio contemplatur (juſtus) quo modo ex doctrina, arrogantia; ex juſtitia, crudelitas; ex pietate, remiſſio; ex zelo, ira; ex manſuetudine, torpor oriatur... Nam cum adipiſcendis doctrinæ ſtudiis elaborat, mentem ſollicite contra certamen arrogantiæ præparat. Cum culpas delinquentium juſte ulciſci deſiderat, ſagaciſſime evitat ne modum juſtitiæ crudelitas vindictæ tranſcendat.... cum ſe recti zeli ſtimulis excitat, ſummopere providet ne plus quam neceſſe eſt iræ ſe flamma ſuccendat. Cum magna manſuetudinis tranquillitate ſe temperat, vigilanter obſervat ne torpore frigeſcat... Neque enim culpæ omnes pari acceſſu cor occupant. Sed dum majores & paucæ neglectam mentem præveniunt, minores & innumeræ ad illam ſe catervatim fundunt. Ipſa namque vitiorum regina ſuperbia cum devictum plene cor ceperit, mox illud ſeptem principalibus vitiis, quaſi quibusdam ſuis ducibus devaſtandum tradit. Quos videlicet ducens exercitus ſequitur: quia ex eis proculdubio importunæ vitiorum multitudines oriuntur... Radix cuncti mali ſuperbia eſt, de qua
Eccli. 10. 15. Scriptura atteſtante, dicitur: *Initium omnis peccatis eſt ſuperbia.* Primæ autem ejus ſoboles, ſeptem nimirum principalia vitia, de hac virulenta radice proferuntur: ſcilicet, inanis gloria, invidia, ira, triſtitia, avaritia, ventris ingluvies, luxuria.... Nam de inani gloria inobedientia, jactantia, hypocriſis, contentiones, pertinaciæ, diſcordiæ, & novitatum præſumptiones oriuntur. De invidia, odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in adverſis proximi, afflictio autem in proſperis naſcitur. De ira, rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, blaſphemiæ proferuntur. De triſtitia, malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor circa præcepta, vagatio mentis circa illicita naſcitur. De avaritia, proditio, fraus, fallacia, perjuria, inquietudo, violentiæ, & contra miſericordiam obdurationes cordis oriuntur. De ventris ingluvie, inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo ſenſus circa intelligentiam propagantur. De luxuria, cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, horror autem vel deſperatio futuri generantur.... Ex quibus videlicet ſeptem quinque ſpiritualia, duoque carnalia ſunt. Sed unumquodque eorum tanta ſibi cognatione jungitur, ut nonniſi unum de altero proferatur. Prima namque ſuperbiæ ſoboles, inanis eſt gloria, quæ dum oppreſſam mentem corruperit, mox invidiam gignit, quia nimirum dum vani nominis potentiam appetit, ne quis hanc aliud adipiſci valeat tabeſcit. Invidia quoque iram generat: quia quanto interno livoris vulnere animus sauciatur, tanto etiam manſuetudo tranquillitatis amittitur.... Ex ira quoque triſtitia oritur: quia turbata mens quo ſe inordinate concutit, eo addicendo confundit... Triſtitia quoque ad avaritiam derivatur... poſt hæc vero duo carnalia vitia, id eſt, ventris ingluvies, & luxuria ſuperſunt, ſed cunctis liquet quod de ventris ingluvie luxuria naſcitur.

S. THOMAS *prima ſecundæ quæſt. 84. artic. 4. in corp.* Vitia capitalia dicuntur, ex quibus alia oriuntur, præcipue ſecundum rationem cauſæ finalis. Hujusmodi autem origo poteſt attendi dupliciter. Uno quidem modo ſecundum conditionem peccantis, qui ſic diſpoſitus eſt, ut maxime afficiatur ad unum finem, ex quo ut plurimum in alia peccata procedat; ſed iſte modus originis ſub arte cadere non poteſt, eo quod infinitæ ſunt particulares hominum diſpoſitiones. Alio modo ſecundum naturalem habitudinem ipſorum finium ad invicem; & ſecundum hoc in pluribus unum vitium ex alio oritur, unde iſte modus originis ſub arte cadere poteſt. Secundum hoc ergo illa vitia capitalia dicuntur, quorum fines habent quasdam primarias rationes movendi appetitum, & ſecundum harum rationum diſtinctionem diſtinguuntur capitalia vitia. Movet autem aliquid appetitum dupliciter. Uno modo directe & per ſe, & hoc modo bonum movet appetitum ad proſequendum, malum autem ſecundum eam rationem ad fugiendum, alio modo indirecte & quaſi per aliud; ſicut aliquis aliquod malum proſequitur propter aliquod bonum adjunctum, vel aliquod bonum fugit propter aliquod malum adjunctum. Bonum autem hominis eſt triplex: eſt enim primo quoddam bonum animæ; quod ſcilicet ex ſola apprehenſione rationem appetibilitatis habet; ſicut excellentia laudis vel honoris, & hoc bonum inordinate proſequitur inanis gloria. Aliud eſt bonum corporis; & hoc vel pertinet ad conſervationem individui, ſicut cibus & potus; & hoc bonum inordinate proſequitur gula. Aut ad conſervationem ſpeciei, ſicut coitus; & ad hoc ordinatur luxuria. Tertium bonum eſt exterius, ſcilicet, divitiæ; ad hoc ordinatur avaritia. Et eadem quatuor vitia inordinate fugiunt quatuor mala contraria. Vel aliter; bonum movet præcipue appetitum, ex hoc quod participat aliquid de proprietate felicitatis, quam naturaliter omnes appetunt. De cujus ratione eſt, primo quædam perfectio; felicitas eſt perfectum bonum, ad quod pertinet excellentia vel claritas; quam appetit ſuperbia vel inanis gloria. Secundo de ratione ejus eſt ſufficientia; quam appetit avaritia, in divitiis eam promittentibus. Tertio eſt de conditione ejus delectatio; ſine qua felicitas eſſe non poteſt..., hanc appetunt gula & luxuria. Quod autem aliquis bonum fugiat propter aliquod malum conjunctum, hoc contingit dupliciter: quia aut hoc eſt reſpectu boni proprii, & ſic eſt acedia, quæ triſtatur de bono ſpirituali propter laborem corporalem adjunctum. Aut eſt de bono alieno: & hoc ſi ſit ſine inſurrectione, pertinet ad invidiam, quæ triſtatur de bono alieno, in quantum eſt impeditivum propriæ excellentiæ. Aut eſt cum quadam inſurrectione ad vindictam; & ſic eſt ira. Et ad eadem vitia pertinet proſecutio mali oppoſiti.

(H) *Lege quæ ſuperius diximus hujuſce capitis* §. 2. de Peccato mortali & veniali.

ECCLI-

CAPUT SECUNDUM.

De Peccatis in ſpecie.

§. 1. *De Superbia.*

I. Quid eſt Superbia?

S. Aug. De Civit. Dei Lib. 14. c. 13. n. 1. *R. Superbia eſt perverſæ celſitudinis appetitus: Perverſa enim celſitudo eſt, deſerto eo cui debet animus inhærere principio, ſibi quodammodo fieri atque eſſe principium. Hoc fit, cum ſibi nimis placet. Sibi vero ita placet, cum ab illo bono immutabili deficit, quod ei magis placere debuit, quam ipſe ſibi.* (A) A

I. Eſtne ſuperbia grave peccatum?

R. Eſt peccatorum omnium & primum, & graviſſimum, & periculoſiſſimum.

Primum. Quia *a ſuperbia initium ſumpſit omnis perditio*, inquit Tobias. Peccarunt enim Angeli & primi homines per ſuperbiam. (B) Tob. 4. 14. B

Maximum. Tum quia fons eſt & origo ceterorum omnium, tum quia nullum aliud eſt quod Deo magis adverſetur, ipſiuſque ſupremum dominium lædat magis. (C) C

Periculoſiſſimum. Tum quia *etiam bonis operibus inſidiatur, ut pereant.* Unde etiam *in recte factis timenda eſt, ne illa quæ laudabiliter facta ſunt, ipſius laudis cupiditate amittantur*, inquit S. Auguſtinus. (D) D

Tum quia illius peccati fontem & radicem in

(A) ECCLI. X. *verſ.* 14. Initium ſuperbiæ hominis, apoſtatare a Deo. 15. Quoniam ab eo qui fecit illum, receſſit cor ejus. Quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia.

S. AUG. *Epiſt.* 118. *alias* 56. *c.* 1. *n.* 6. *ad Dioſcorum* .... Non ſit finis miſeriæ, quandiu finis officiorum noſtrorum in re inſtabili collocatur. In aliquo igitur firmo atque incommutabili bono te figere volumus conſtantiſſimæ intentionis domum, & ſecuriſſimam requiem omnis bonæ atque honeſtæ actionis tuæ... At mihi non videtur, atque omnino ipſa veritas negat, vel tantis ad ſe amfractibus, quæ tam proxima eſt, vel tantis ſumptibus quæ tam gratuita eſt perveniri.

Cap. 2. *n.* 12. Nam cognitio veritatis, omnia falſa, ſi modo proferantur, etiam quæ prius inaudita erant, & dijudicare & ſubvertere idonea eſt.

Cap. 3. *n.* 13. Summum id dicitur, quo cuncta referuntur: eo enim fruendo quiſque beatus eſt.... Ibi requies appetendi, ibi fruendi ſecuritas, ibi tranquilliſſimum gaudium optimæ voluntatis.

N. 14. Tam potenti enim natura Deus fecit animam, ut ex ejus pleniſſima beatitudine, quæ in fine temporum ſanctis promittitur, redundet etiam in inferiorem naturam, quod eſt corpus, non beatitudo, quæ fruentis & intelligentis eſt propria, ſed plenitudo ſanitatis, id eſt, incorruptionis vigor.

N. 15. Cum ſeipſo ſibi quaſi ſuo bono animus gaudet ſuperbus eſt.

(B) ISAI. XIV. 12. Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes? 13. Qui dicebas in corde tuo: In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte Teſtamenti, in lateribus Aquilonis. 14. Adſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo. 15. Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci.

S. AUG. *Lib.* 12. *de Civit. Dei c.* 1. *n.* 2. Alii ſua poteſtate potius delectati, velut bonum ſuum ſibi ipſi eſſent, a ſuperiore communi omnium beatifico bono ad propria defluxerunt; & habentes elationis faſtum pro excelſiſſima æternitate, vanitatis aſtutiam pro certiſſima veritate, ſtudia partium pro individua caritate, ſuperbi, fallaces, invidi effecti ſunt. Beatitudinis igitur illorum (Angelorum) cauſſa eſt, adhærere Deo. Quocirca iſtorum (dæmonum) miſeriæ cauſa ea contrario eſt intelligenda, quod eſt, non adhærere Deo. Quamobrem ſi cum quæritur, quare illi beati ſint; recte reſpondetur, quia adhærent Deo: & cum quæritur, cur iſti ſint miſeri, recte reſpondetur, quia non adhærent Deo.

Cap. 6. Cum vero cauſa miſeriæ Angelorum malorum quæritur, ea merito occurrit, quod ab illo qui ſumme eſt averſi, ad ſeipſos converſi ſunt, qui non ſumme ſunt: & hoc vitium quid aliud quam ſuperbia nuncupatur?
Eccli. 10. 15. *Initium* quippe *omnis peccati, ſuperbia.* Noluerunt ergo ad illum cuſtodire fortitudinem ſuam: & qui magis eſſent, ſi ei qui ſumme eſt adhærerent, ſe illi præferendo, id quod minus eſt prætulerunt.

Lib. 14. *c.* 13. *n.* 1. *Vide ſupra Reſponſione prima hujuſce paragraphi.*

S. BERN. *In advent. Domini ſerm.* 1. *n.* 3. Fugite ſuperbiam, fratres mei, quæſo, multum fugite. Initium omnis peccati ſuperbia: quæ tam velociter ipſum quoque ſyderibus cunctis clarius micantem æterna caligine obtenebravit Luciferum: quæ non modo Angelum, ſed Angelorum primum in diabolum commutavit.

(C) ECCLI. X. 14. *Vide ſupra lit.* (A) *hoc* §.

Eccli. 10. 14 S. AUG. *Enarr.* 1. *in Pſal.* XVIII. *v.* 14. *Et mundabor a delicto magno:* quo alio niſi ſuperbiæ? Non enim eſt majus delictum, quam apoſtatare a Deo, quod eſt initium ſuperbiæ hominis.

Enarr. 2. *n.* 15. Delictum magnum arbitror eſſe ſuperbiam.. Quæritis quam magnum ſit hoc delictum, quod dejecit Angelum, quod ex Angelo fecit diabolum, eique in æternum interclufit regnum cælorum? Magnum hoc delictum eſt, & caput atque cauſa omnium delictorum. Scriptum eſt enim, *Initium peccati omnis ſuperbia*, Ibid. 15.
& ne quaſi leve aliquid contemnas, *initium*, inquit, *ſuperbiæ hominis apoſtatare a Deo.* Non leve malum eſt hoc Ibid. 14.
vitium, fratres mei: Huic vitio in his perſonis, quas videtis amplas, diſplicet humilitas Chriſtiana.... Ab hoc vitio, quod eſt caput omnium vitiorum, quia inde cetera vitia nata ſunt, facta eſt apoſtaſia a Deo, eunte anima in tenebras, & male utente libero arbitrio, peccatis etiam ceteris conſecutis.... Propter hoc vitium, propter hoc magnum ſuperbiæ peccatum, Deus humilis venit. Hæc cauſa, hoc peccatum magnum, iſte igneus morbus ſanimarum, omnipotentem medicum de cælo deduxit, uſque ad formam ſervi humiliavit, contumeliis egit, ligno ſuſpendit: ut per ſalutem tantæ medicinæ curetur hic tumor. Jam tandem erubeſcat homo eſſe ſuperbus, propter quem factus eſt humilis Deus.

S. THOM. 2. 2. *quæſt.* 162. *art.* 6. *in corp.* In peccato duo attenduntur, ſcilicet converſio ad commutabile bonum, quæ materialiter ſe habet in peccato: & averſio a bono incommutabili, quæ eſt formalis & completiva ratio peccati. Ex parte autem converſionis non habet ſuperbia quod ſit maximum peccatorum: quia celſitudo, quam ſuperbus inordinate appetit, ſecundum ſuam rationem non habet maximam repugnantiam ad bonum virtutis; ſed ex parte averſionis ſuperbia habet maximam gravitatem: quia in aliis peccatis homo a Deo avertitur, vel propter ignorantiam, vel propter infirmitatem, ſive propter deſiderium cujuſcunque alterius boni. Superbia habet averſionem a Deo ex hoc ipſo quod non vult Deo, & ejus regulæ ſubjici. Unde Boetius dicit, quod cum omnia vitia fugiant a Deo, ſola ſuperbia ſe Deo opponit. Propter quod etiam ſpecialiter dicitur, *Deus ſuperbis reſiſtit* ... Conſequens eſt quod ſuperbia Jacob 4. 6.
ſit graviſſimum peccatorum.

(D) S. AUG. *Epiſt.* 118. *alias* 56. *ad Dioſcor. cap.* 3. *n.* 22. Huic (Chriſto) te, mi Dioſcore, ut tota pietate ſubdas velim, nec aliam tibi ad capiendam, & obtinendam veritatem viam munias, quæ munita eſt ab illo qui greſſuum noſtrorum tamquam Deus vidit infirmitatem. Ea eſt autem prima humilitas, ſecunda humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogares hoc dicerem, non quod alia non ſint præcepta, quæ dicantur, ſed niſi humilitas omnia quæcumque benefacimus & præceſſerit & comitetur & conſecuta fuerit, & propoſita quam intuemur, & appoſita cui adhæreamus, & impoſita qua reprimamur, jam nobis de aliquo bono facto gaudentibus totum extorquet de manu ſuperbia. Vitia quippe cete-

in nobis ipſis habemus : nihilque vivit in nobis prius & moritur tardius quam ſuperbia. (E)

Tum quia ſi forte dominetur in homine ſuperbia, ſignum eſt ut plurimum reprobationis. (F)

E F *I.* Cur ais ſuperbiam ſignum eſſe reprobationis ?

R. 1. Quia ſuperbia ſpecialis veluti caracter eſt reproborum. Omnes reprobi ſuperbi ſunt, ad exemplum diaboli, qui dicitur in Scripturis *rex ſuper univerſos filios ſuperbiæ*. (G)

Job 41. 25. G

Epiſt. Jac. 4. 6. 2. Quia *Deus ſuperbis reſiſtit*, nec niſi *humilibus dat gratiam*.

I. Quænam ſunt variæ ſuperbiæ ſpecies?

R. Quatuor vulgo recenſentur.

1. Si quis in ſemetipſo glorietur propter bona vel animæ, vel corporis, vel naturæ, vel gratiæ; contra id quod ait Apoſtolus : *Quid habes quod non accepiſti, ſi autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?* 1. *Cor.* 4. 7.

2. Si quis, quod ſibi datum fuiſſe deſuper fatetur, id putet propriis ſe accepiſſe meritis, aut ſic ſe gerat quaſi exiſtimaret deberi ſibi aliquid a Deo.

3. Si quis arroget ſibi quod non habet, illudque habere ſe mentiatur.

4. Si quis ſpernat ceteros. (H) H

I. Quænam peccata prodeunt a ſuperbia velut a radice?

R. Jam

cetera in peccatis, ſuperbia vero in recte factis timenda eſt, ne illa quæ laudabiliter facta ſunt, ipſius laudis cupiditate amittantur.

Epiſt. 211. *alias* 109. *ad Sanctimoniales num.* 6. Nec erigant (Sorores pauperes) cervicem, quia ſociantur eis, ad quas foris accedere non audebant; ſed ſurſum cor habeant, & terrena bona non quærant, ne incipiant monaſteria eſſe divitibus utilia, non pauperibus, ſi divites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur. Sed rurſus etiam illæ, quæ aliquid eſſe videbantur in ſæculo, non habeant faſtidio ſorores ſuas, quæ ad illam ſanctam ſocietatem ex paupertate venerunt, magiſque ſtudeant non de parentum divitum dignitate, ſed de pauperum ſororum ſocietate gloriari. Nec extollantur, ſi communi vitæ de ſuis facultatibus aliquid contulerunt : ne de ſuis divitiis magis ſuperbiant, quia eas monaſterio partiuntur, quam ſi eis in ſæculo fruerentur. Alia quippe quæcumque iniquitas in malis operibus exercetur ut fiant : Superbia vero etiam bonis operibus inſidiatur ut pereant : & quid prodeſt diſpergere dando pauperibus & pauperem fieri, ſi anima miſera ſuperbior efficiatur contemnendo, quam fuerat poſſidendo?

De natura & gratia contra Pelagium, c. 27. n. 31. Cetera vitia tantum in malefactis valent, ſola autem ſuperbia etiam in recte factis cavenda eſt. Unde admonentur illi, (juſti ſcilicet) ne dona Dei ſuæ poteſtati tribuendo, ſeſeque extollendo gravius pereant, quam ſi nibil

Philip. 21. 13. 13. operarentur boni, quibus dicitur, *cum timore & tremore veſtram* ipſorum *ſalutem operamini : Deus enim eſt qui operatur in vobis & velle & operari, pro bona voluntate.* Quære ergo cum timore & tremore, & non potius cum ſecuritate, ſi Deus operatur; niſi quia propter voluntatem noſtram, ſine qua bene non poſſumus operari, cito poteſt ſubrepere animo humano, ut quod bene operatur, ſuum tantummodo exiſtimet & dicat in abun-

Pſ. 29. 7. dantia ſua : *Non movebor in æternum?*

S. GREG. MAGN. *Lib.* 34. *Moral. in Job c.* 18... Se ſuperbia intrinſecus celat, ſed ab ea protinus aperta vitia pullulant... Alia quippe vitia eas ſolummodo virtutes impetunt, quibus ipſa deſtruuntur, ut videlicet ira patientiam, gaſtrimargia abſtinentiam, libido continentiam expugnet. Superbia autem, quam vitiorum radicem diximus, nequaquam unius virtutis extinctione contenta, contra cuncta animæ membra ſe erigit, & quaſi generalis ac peſtifer morbus corpus omne corrumpit : ut quidquid illa invadente agitur etiam ſi eſſe virtus oſtenditur, non per hoc Deo, ſed ſoli vanæ gloriæ ſerviatur... Quia quo amplius res virtutis ſine humilitate agitur, eo latius iſta dominatur .... Quiſquis vero ejus in ſe tyrannidem captiva mente ſuſceperit, hoc primum damnum patitur, quod clauſo cordis oculo, judicii æquitatem perdit. Nam cuncta quæ ab aliis bene geruntur, diſplicent : & ſola ei quæ ipſe vel prave egerit, placent. Semper aliena opera deſpicit, ſemper miratur quæ ipſe facit : quia & quidquid egerit, egiſſe ſe ſingulariter credit, atque in eo quod exhibet per gloriæ cupiditatem, ſibimetipſi favet per cogitationem : & cum ſe in cunctis tranſcendere ceteros æſtimat per lata cogitationum ſpatia ſecum deambulans, laudes ſuas tacitus clamat... Elatio alios ex rebus ſæcularibus, alios vero ex ſpiritalibus poſſidet. Alter namque intumeſcit auro, alter eloquio, alter infimis & terrenis rebus, alter ſummis cæleſtibuſque virtutibus.

S. THOM. 2. 2. *qu.* 162. *art.* 6. *ad primum*. Difficile eſt vitare aliquod peccatum propter ejus latentiam; & hoc modo ſuperbiam difficile eſt vitare : quia ex ipſis bonis occaſionem ſumit.

(E) S. AUG. *Serm.* 1. *in Pſal.* xviii. *n.* 14. Et ille immaculatus eſt, qui etiam hoc delicto caret : quia hoc eſt ultimum redeuntibus ad Deum, quod recedentibus primum fuit.

(F) S. GREG. MAGN. *Moral. in Job Lib.* 34. *c.* 18. *in fine*. Quia igitur Redemptor noſter corda regit humilium, & Leviathan iſte Rex dicitur ſuperborum, aperte cognoſcimus, quod evidentiſſimum reproborum ſignum ſuperbia eſt, at contra humilitas electorum. Cum ergo quam quiſque habeat, cognoſcitur : ſub quo Rege militet invenitur. Unuſquiſque enim quaſi quemdam titulum portat operis, quo facile oſtendat ſub cujus ſerviat poteſtate rectoris. Unde & per Evangelium dicitur : *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* *Mat.* 7. 16.

Ne igitur nos Leviathan iſtius membra vel mira faciendo fallerent, apertum ſignum Dominus, quo deprehendi valeant, demonſtravit, dicens : *Ipſe eſt Rex* *Job* 41. 25.

ſuper univerſos filios ſuperbiæ : qui & ſi quando fictam ſpeciem humilitatis aſſumunt, ſemetipſos tamen celare in omnibus nequaquam poſſunt : quia eorum ſuperbia diu latere non ſuſtinens, cum ex alia tegitur, ex alia actione denudatur. Qui vero ſub Rege humilitatis militant, ſemper pavidi, atque ex omni latere circumſpecti, adverſum jacula elationis pugnant, & quaſi contravenientes ictus ſolum magis in ſuo corpore oculum cuſtodiunt, dum in ſemetipſis principaliter humilitatem tuentur.

(G) S. GREG. MAGN. *Moral. in Job Lib.* 34. *c.* 18. *in fine. Vide ſupra lit.* (F) *hoc* §.

(H) S. AUG. *Lib.* 10. *Confeſſ. cap.* 39. *num.* 64. Etiam intus eſt aliud in eodem genere tentationis malum, quo inaneſcunt qui placent ſibi de ſe, quamvis aliis vel non placeant, vel diſpliceant, nec placere affectent ceteris. Sed ſibi placentes multum tibi diſplicent, non tantum de non bonis quaſi bonis; verum etiam de bonis tuis quaſi ſuis : aut etiam ſicut de tuis, ſed tamquam ex meritis ſuis : aut etiam ſicut ex tua gratia, non tamen ſocialiter gaudentes, ſed aliis invidentes ea.

S. GREGOR. MAGN. *Lib.* 23. *Moral. in Job*, *cap.* 4. Neque enim prava condemnatio, ex eo bono quod communiter datur, private gloriari; ſcire bonum unde acceperit, & neſcire quomodo uti debeat quod accepit. *Quatuor* quippe ſunt ſpecies, quibus omnis tumor arrogantium demonſtratur : cum bonum aut a ſemetipſis habere ſe æſtimant : aut ſi ſibi datum deſuper credunt, pro ſuis ſe hoc accepiſſe meritis putant : aut certe cum jactant ſe habere quod non habent : aut deſpectis ceteris ſingulariter videri appetunt habere quod habent. A ſemetipſo enim bonum ſe habere jactabat, cui per Apoſtolum dicitur : Quid autem habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Rurſum ne dari nobis bonum gratiæ pro noſtris præcedentibus meritis crederemus, idem Apoſtolus admonet, dicens :

Gratia eſtis ſalvati per fidem, & hoc non ex vobis, ſed *Ephes.* 11. 8.

Dei donum eſt, non ex operibus ut nequis glorietur .... & 9.

Rurſum nonnulli jactant ſe habere quod non habent, ſicut divina voce per Prophetam de Moab dicitur : Superbiam ejus, & arrogantiam ejus ego novi, &

quod non ſit juxta eum virtus ejus. Et ſicut Angelo *Jer.* 48. 29.

Eccleſiæ Laodiceæ dicitur : *Quia dicis quod dives ſum,* *Apoc.* 3. 17

& locupletatus, & nullius egeo : & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Rurſum nonnulli, deſpectis ceteris, videri appetunt ſingulariter bonum habere quod habent. Unde & phariſæus idcirco abſque juſtificatione de templo deſcendit, quia bonorum operum meritum ſibi quaſi ſingulariter

tra-

Digitized by Google

R. Jam diximus omnia omnino peccata a ſuperbia ortum habere: ſunt tamen aliqua quæ ab ea velut a radice ſpecialius prodeunt.

I 1. Inanis gloria. (I)

K 2. Inobedientia. (K)

3. Jactantia. Si quis in proprias laudes tumidus erumpat nulla neceſſitate cogente. (L) L

Nam neceſſitas quandoque urget laudare & extollere ſemetipſum, quod & fecit Apoſtolus. (M) M

4. Hy-

tribuens, oranti publicano ſe prætulit... In hac itaque arrogantiæ *quarta* ſpecie crebro humanus animus labitur: ut id quod habet, habere ſe ſingulariter glorietur. In qua tamen ſimilitudini diabolicæ vicinius appropinquat: quia quiſquis bonum ſe habere ſingulariter gaudet, quiſquis videri ſublimior ceteris quærit, illum videlicet imitatur, qui deſpecto bono ſocietatis Angelorum... Altiſſimi ſimilitudinem ſuperbe appetens, per iniquum deſiderium, quaſi ad quoddam culmen conatus eſt ſingularitatis erumpere.

S. THOMAS *ſecunda ſecundæ quæſt.* 162. *art.* 4. *in corp.* Superbia importat immoderatum excellentiæ appetitum:... Et ideo cum aliquis attribuit ſibi majus bonum quam habeat, conſequens eſt quod ejus appetitus tendit in excellentiam propriam ultra modum ſibi convenientem. Et ſic eſt tertia ſpecies ſuperbiæ, cum ſcilicet aliquis jactat ſe habere quod non habet... Et ideo cum aliquis æſtimat bonum quod habet ab alio ac ſi haberet a ſeipſo, fertur per conſequens appetitus ejus in propriam excellentiam ſupra ſuum modum. Eſt autem dupliciter aliquis cauſa ſui boni. Uno modo, efficienter. Alio modo, meritorie. Et ſecundum hoc ſumuntur duæ primæ ſuperbiæ ſpecies, ſcilicet cum quis a ſemetipſo habere æſtimat quod a Deo habet, vel cum propriis meritis ſibi datum deſuper credit... *Quarta* ſuperbiæ ſpecies eſt cum aliquis, deſpectis cæteris, ſingulariter vult videri.

Ad tertium dicendum, quod ingratus eſt qui ſibi attribuit quod ab alio habet; unde duæ primæ ſuperbiæ ſpecies ad ingratitudinem pertinent. Quod autem aliquis ſe excuſet de peccato quod habet, pertinet ad tertiam ſpeciem: quia per hoc aliquis attribuit ſibi bonum innocentiæ quod non habet. Quod autem aliquis præſumptuoſe tendat in id quod ſupra ipſum eſt, præcipue videtur ad quartam ſpeciem pertinere, ſecundum quam aliquis vult aliis præferri.

Ad quartum... *Primus* gradus humilitatis eſt corde & corpore ſemper humilitatem oſtendere defixis in terram aſpectibus, cui opponitur curioſitas, per quam aliquis curioſa utique & inordinate circumſpicit. *Secundus* gradus humilitatis eſt, ut pauca verba & rationalia loquatur aliquis, non clamoſa voce, contra quem opponitur levitas mentis, per quam ſcilicet homo ſuperbe ſe habet in verbo. *Tertius* gradus humilitatis eſt, ut non ſit facilis, & promptus in riſu, cui opponitur inepta lætitia. *Quartus* gradus humilitatis eſt taciturnitas uſque ad interrogationem, cui opponitur jactantia. *Quintus* gradus humilitatis eſt, tenere quod communis regula monaſterii habet: cui opponitur ſingularitas, per quam ſcilicet aliquis ſanctior vult apparere. *Sextus* gradus humilitatis eſt credere & pronuntiare ſe omnibus viliorem: cui opponitur arrogantia, per quam ſcilicet homo ſe aliis præfert. *Septimus* gradus humilitatis eſt ad omnia inutilem & indignum ſe confiteri & credere: cui opponitur præſumptio, per quam ſcilicet aliquis reputat ſe ſufficientem ad majora. *Octavus* gradus humilitatis eſt.. in duris & aſperis patientiam amplecti: cui opponitur ſimulata confeſſio, per quam ſcilicet aliquis non vult ſubire pœnam pro peccatis, quæ ſimulata confitetur. *Decimus* gradus humilitatis eſt obedientia: cui opponitur rebellio. *Undecimus* gradus humilitatis eſt, ut homo non delectetur facere propriam voluntatem: cui opponitur libertas, per quam ſcilicet homo delectatur libere facere quod vult. Ultimus autem gradus humilitatis eſt timor Dei: cui opponitur peccandi conſuetudo, quæ implicat Dei contemptum.

(I) S. AUG. *Lib.* 10. *Confeſſ. c.* 36. *num.* 59. Timeri & amari velle ab hominibus, non propter aliud, ſed ut inde ſit gaudium quod non eſt gaudium, miſera vita eſt, & fœda jactantia,... Itaque nobis, quoniam propter quædam humanæ ſocietatis officia neceſſarium eſt amari & timeri ab hominibus, inſtat adverſarius veræ beatitudinis noſtræ, ubique ſpargens in laqueis: Euge, euge: ut dum avide colligimus, incaute capiamur, & a veritate tua gaudium noſtrum deponamus, atque in hominum fallacia ponamus; libeatque nos amari & timeri, non propter te, ſed pro te... Gloria noſtra tu eſto; propter te amemur, & verbum tuum timeatur in nobis. Qui laudari vult ab hominibus vituperante te, non defendetur ab hominibus judicante te, nec eripietur damnante te.

Lib. 5. *de civitate Dei*, *cap.* 14... Saltem cupiditas gloriæ ſuperetur dilectione juſtitiæ:.. ipſe amor humanæ laudis erubeſcat, & cedat amori veritatis. Tam enim eſt hoc vitium inimicum piæ fidei, ſi major in corde ſit cupiditas gloriæ quam Dei timor vel amor, ut Dominus diceret, *Quomodo poteſtis credere, gloriam ab invicem expectantes, & gloriam quæ a ſolo Deo eſt non quærentes.* Job. 4. 44.

(K) 1. REG. XV. 22. Numquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potius ut obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia quam victimæ: & auſcultare magis quam offerre adipem arietum. 23. Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. Pro eo ergo quod abjeciſti ſermonem Domini, abjecit te Dominus ne ſis rex.

ROM. I. 30. Deo odibiles ſuperbos, elatos.. parentibus non obedientes.

XIII. 2. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt ipſi ſibi damnationem acquirunt.

(L) PROV. XXVII. 1. Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperventura pariat dies. 2. Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus, & non labia tua.

S. AUG. *de Civit. Dei*, *lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 2. Si Torquatus filium, non quia contra patriam, ſed etiam pro patria, tamen quia contra imperium ſuum, id eſt, contra quod imperaverat pater Imperator, ab hoſte provocatus juvenili ardore pugnaverat, licet viciſſet, occidit; ne plus mali eſſet in exemplo imperii contempti, quam boni in gloria hoſtis occiſi: ut quid ſe jactent, qui pro immortalis patriæ legibus omnia, quæ multo minus quam filii diliguntur, bona terrena contemnunt? Si Furius Camillus etiam ingratam patriam, a cujus cervicibus acerrimorum hoſtium Vejentium jugum depulerat, damnatusque ab æmulis fuerat, a Gallis iterum liberavit, quia non habebat potiorem ubi poſſet vivere glorioſus; cur extollatur, velut grande aliquid fecerit, qui forte in Eccleſia ab inimicis carnalibus graviſſimam exhonorationis paſſus injuriam, non ſe ad ejus hoſtes Hæreticos tranſtulit, aut aliquam contra illam hæreſim condidit, ſed eam potius quantum valuit ab Hæreticorum pernicioſiſſima pravitate defendit; cum alia non ſit, non ubi vivatur in hominum gloria, ſed ubi vita acquiratur æterna? Quomodo autem ſe audebit extollere de voluntaria paupertate Chriſtianus, ut in hujus vitæ peregrinatione expeditior ambulet viam, quæ perducit ad patriam, ubi veræ divitiæ ipſe Deus eſt, cum audiat vel legat L. Valerium, qui in ſuo defunctus eſt Conſulatu, uſque adeo fuiſſe pauperem, ut nummis a populo collatis ejus ſepultura curaretur?... Aut quid ſe magnum feciſſe prædicabit, quod nullo præmio mundi hujus fuerit ab æternæ illius patriæ ſocietate ſeductus, cum Fabricium didicerit tantis muneribus Pyrrhi Regis Epirotarum, promiſſa etiam quarta parte Regni, a Romana civitate non potuiſſe divelli, ibique in ſua paupertate privatum manere maluiſſe...

N. 3. Si virtutes, quarum iſtæ utcumque ſunt ſimiles, quas iſti pro civitatis terrenæ gloria tenuerunt, pro Dei glorioſiſſima civitate non tenuerimus, pudore pungamur; ſi tenuerimus, ſuperbia non extollamur.

(M) 2. COR. XII. 1. Si gloriari oportet (non expedit quidem:) veniam autem ad viſiones & revelationes Domini. 2. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, (ſive in corpore neſcio, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit,) raptum hujuſmodi uſque ad tertium cælum. 3. Et ſcio hujuſmodi hominem, (ſive in corpore, ſive extra corpus, neſcio, Deus ſcit:) 4. Quoniam raptus eſt in paradiſum: & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. 5. Pro hujuſmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor niſi in infirmitatibus meis. 6. Nam, & ſi voluero gloriari, non ero inſipiens: veritatem autem dicam: parco autem, ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me.. 9.. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti. 10. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis... Factus ſum inſipiens, vos me

Digitized by Google

PARS II. SECT. I. CAP. II. §. 1.

4. Hypochriſis, quam toties Chriſtus inſectatus eſt. (N)

5. Contentio, ſi veritate, charitate, neceſſitate deſtituatur. (O)

6. Per-

N

coegiſtis. Ego enim a vobis debui commendari: nihil enim minus fui ab iis, qui ſunt ſupra modum Apoſtoli: tametſi nihil ſum: 12. Signa tamen Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos, in omni patientia, in ſignis, & prodigiis, & virtutibus.

S. CHRYSOST. *Homil. 5. de laudibus Sancti Pauli*. Cum videris eum magna de ſeipſo ſonantem, ſimiliter admireris, ac ſi illum videas ſemetipſum deprecantem: ut enim illud humilitatis, ita & illud magnanimitatis eſt. Quando enim gloriantem videris, admirare: ſed ſimiliter lauda, cum illum vides humilia de ſe & contemptibilia dicentem. Nam & hoc eſt animi arrogantia vacui, & illud dilectione & humanitate pleni: in diſpenſationem ſi quidem multorum ſalutis iſta faciebat... Neque alius quiſquam tantas, non dico occaſiones, ſed prorſus neceſſitates habuit arrogantiæ, neque tamen ullus aliter ita ſe munda ab omni jactantia ſubduxit. Hæc itaque animo attentiore conſidera... Nihil enim otioſe ille faciebat, ſed omnia cum cauſa juſta, probabilique ratione. Hæc autem tam opportune apteque faciebat, ut magis mereretur loquendo de ſe, quam tacendo, laudari. Qui niſi feciſſet iſtud, culpabilior eſſet illis, qui ſe ipſos importune laudare didicerunt: & niſi etiam gloriatus fuiſſet, creditos ſibi perdidiſſet, omneſque res inimicorum dum ſe humiliat extuliſſet. Sic noverat utrumque temperare, & cum recto conſilio atque ſententia ea quæ videtur reprobanda perficere tam utiliter & commode, ut non minus de illis placeret, quam cum imperata compleret. Amplius enim tunc Paulus placuit gloriando, quam alter laudes proprias occultando: nec tantum quiſquam profuit cum ſua merita celarat, quantum iſte cum proderet. Sed hoc quoque eſt multo admirabilius, quia de ſe non modo locutus, verum etiam quantum oportuit, eſt locutus. Non enim quaſi maximam licentiam de opportunitate nactus, immoderatius laudibus ſuis uſus eſt: ſed conſideratiſſime quouſque eum progredi liceret, agnovit. Neque tamen iſtud ſufficere ſibi credidit, ſed ne alios hoc ſermone vetaret, idque efficeret ut ſemetipſos inaniter prædicarent: libenter ſe etiam inſipientem vocavit, quanquam certa invitante cauſa de propria aliquid laude perſtrinxerit.. Vide quanta procuratione uſus ſit: qui cum gloriaturus eſſet, non ſemel, non ſecundo, ſed ſæpius differendo atque cunctando dicebat: *Utinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ*: Et rurſus: *Quod loquor non loquor ſecundum Deum, ſed in inſipientia*... Quis ergo tam ſtultus, quis ita inveniatur omni ſenſu atque ratione privatus, qui videns ſanctum illum, etiam cum tanta ei neceſſitas immineret, cunctantem tamen, atque metuentem, grande aliquid de ſe ipſo loqui... Quis, inquam, ſic ſit inſipiens, qui non etiam majore abundantia cautionis laudes ſuas fugiat? Et tunc forte ſolum de illis aliquid attingat, quando id opportuniſſimum tempus exegerit... Grande malum eſt dilectiſſimi, de ſe ipſo aliquid grande dicere atque mirabile, extremæque omnino dementiæ eſt, nulla imminente neceſſitate rerum, & neceſſitate violenta propriis laudibus velle decorari; non eſt enim hoc ſecundum Deum loqui: indicium potius eſt iſtud inſaniæ. Hoc enim nobis omnem prorſus mercedem evacuat, & quidem plurimis laboribus ſudoribuſque quæſitam... Neceſſitate cogente, non univerſa fudit in medium ſed plura etiam & majora celavit. Venio, inquit, ad viſiones & revelationes Dei: parco autem,.. ne quis de me exiſtimet ſuper id quod videt vel audit aliquid ex me. Hoc vero dicendo nos erudit, ut ne exiſtente quidem neceſſitate, omnia quorum nobis conſcii ſumus, in medium proferendo vulgemur, ſed ea ſolum, quæ audientibus utilia judicamus... Etenim altius de ſe efferre ſermonem, glorioſi eſt, & inſolenter ſeſe jactantis: dicere autem illa quæ præſenti cauſæ tantummodo neceſſaria ſunt futura, amantis eſt multorumque commoda cogitantis.. Videſne igitur per quanta docuerit auditorem non inaniter gloriari? Primo quidem dum oſtendit, ſe iſtud adactum neceſſitate feciſſe, ſecundo, dum tamen ſe inſipientem vocavit, & plurimis laudes ſuas ſatisfactionibus temperavit. Tertio, quia non cuncta confeſſus eſt, ſed majora ſuppreſſit, & hoc certa cum neceſſitate quadam in ſua præconia cogeretur. Quarto, dum ſub alterius perſona dixit, Scio hominem. Quinto, cum non omnes virtutes ſuas adduxit in medium, ſed eam partem, quam præſens tempus maxime flagitabat...

2. Cor. 11. 1. Ibid. 17.

(N) MATTH. VI. 1. Attendite ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in cælis eſt. 2. Cum ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam... 5. Et cum oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in Synagogis & angulis platearum ſtantes orare, ut videantur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam ... 16. Cum autem jejunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: exterminant enim facies ſuas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam.

XXIII. 5. Omnia vero opera ſua faciunt, ut videantur ab hominibus, &c.

Ibid. 27 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. 28. Sic & vos a foris quidem paretis hominibus juſti: intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. *Lege caput integrum*.

LUC. XII. 1... Attendite a fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis.

S. CHRYSOST. *Homil. 19. in Matth. cap. 6.*... Cum vero dixiſſet (*Dominus*) *ne faciatis* (*eleemoſynam*) *coram hominibus*: adjecit, *ut videamini ab eis*. Multamque præceptum hoc continet cautionem, & ineffabilem quamdam Dei erga homines curam, & parſimoniam. Poteſt enim aliquis etiam coram hominibus eleemoſynam facere nec tamen hoc ideo facere, ut eam oculis hominum oſtendet: & aliquis non coram hominibus faciens, eo tamen animo facere, ut ſeſe id facientem optet videri, propter quod non omnino indiſcrete factum ipſum, ſed voluntatem aut coronat, aut punit: niſi enim hæc diligentia fuiſſet adjuncta, feciſſet plurimos ad miſericordiam ſegniores: quia ſcilicet non omnes ubique poſſent per cuncta id facere latenter. Propterea ab hujus te vinculo neceſſitatis abſolvens, non fine operis, ſed voluntate operantis mercedem, damnumque definit. Poſtquam igitur edixit, ne quid ad oſtentationem fiat, quantumque id damnum inferret, edocuit, ... *Non habebitis*, inquit, *mercedem apud Patrem veſtrum, qui in cælis eſt*. Verum ne hic quidem ſtare contentus eſt, ſed ad ulteriora progreditur, aliiſque rurſus modis plurimum eos ab inani gloria dehortatur... *Cum*, inquit, *facis eleemoſynam noli tuba canere ante te ſicut hypocritæ faciunt*... Et bene nominavit hypocritas, erat quippe larva ipſa eleemoſynæ, mens vero inhumanitatis atque crudelitatis. Non enim ut proximorum miſererentur dabant, ſed ut ipſi delectatione gloriæ paſcerentur: quod certe erat crudelitatis extremæ, alio quidem fame pereunte, honorem & gloriam captare, ac non potius conſulere ejus inopiæ, &c.

Matt. 6. 1.

Ibid.

Ibid. 2.

S. AUG. *De Serm. Dom. in monte, lib. 2. cap. 2. n. 5.* Noli ſic velle innoteſcere, ut hypocritæ. Manifeſtum eſt autem, hypocritas non quod oculis prætendunt hominum, id etiam corde geſtare. Sunt enim hypocritæ ſimulatores, tamquam pronuntiatores perſonarum alienarum, ſicut in theatricis fabulis... Sic in Eccleſia, vel in omni vita humana, quiſquis ſe vult videri quod non eſt, hypocrita eſt. Simulat enim juſtum, non exhibet; quia totum fructum in laude hominum ponit, quam poſſunt etiam ſimulantes percipere, dum fallunt eos quibus videntur boni, ab eiſque laudantur. Sed tales ab inſpectore cordis Deo mercedem non accipiunt, niſi fallaciæ ſupplicium: *Ab hominibus autem*, inquit, *perceperunt mercedem ſuam*:... Qui non ob aliud eleemoſynam faciunt, niſi ut glorificentur ab hominibus: non ſi glorificentur ab hominibus, ſed ſi ideo faciant ut glorificentur. Laus enim humana non appeti a recte facients, ſed ſubſequi recte facientem: ut illi proficiant, qui etiam imitari poſſunt quod laudant, non ut hic putet aliquid eos ſibi prodeſſe, quem laudant.

Ibid.

O

(O) 1. TIMOTH. VI. 4. Superbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborum; ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ. 5. Conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate privati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. 6. Eſt autem quæſtus magnus, pietas cum ſufficientia.

JACOB. III. 14. Quod ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris: nolite gloriari, & mendaces eſſe adverſus veritatem.

S. AUG.

Digitized by Google

P *6.* Pertinacia in propria ſententia, ſi hæc veritati & juſtitiæ repugnet. (P)

7. Diſcordiæ, diſſenſiones, æmulationes, iræ, rixæ. (Q)

8. Præſumptio novitatum in rebus quæ ad fidem vel ad mores pertinent. (R)

9. Am-

S. AUG. *Confeſſ. lib.* 12. *cap.* 25. *n.* 34. Cum varo dicit, inquit, non hoc ille ſenſit quod tu dicis, ſed quod ego dico; neque tamen negat quod uterque noſtrum dicit, utrumque verum eſſe. O vita pauperum Deus meus, in cujus ſinu non eſt contradictio, plue mihi mitigationes in cor, ut patienter tales feram qui non mihi hoc dicunt, quia divini ſunt, & in corde famuli tui viderunt quod dicunt, ſed quia ſuperbi ſunt, nec noverunt Moyſi ſententiam, ſed amant ſuam, non quia vera eſt, ſed quia ſua eſt. Alioqoin, & aliam veram pariter amarent, ſicut ego amo quod dicunt, quando verum dicunt; non quia ipſorum eſt, ſed quia verum eſt; & ideo jam nec ipſorum eſt, quia verum eſt. Si autem ideo ament illud quia verum eſt, jam & ipſorum eſt & meum eſt: quoniam in communa omnium eſt veritatis amatorum. Illud autem quod contendunt non hoc ſenſiſſe Moyſen quod ego dico, ſed quod ipſi dicunt, nolo, non amo; quia & ſi ita eſt, tamen iſta temeritas non ſcientiæ ſed audaciæ eſt, nec viſus, ſed typhus eam peperit.

(P) S. AUG. *Epiſt.* 143. *alias* 7. *ad Marcellum*, *n.* 2... Nimis perverſe ſeipſum amat, qui & alios vult errare, ut error ſuus lateat. Quanto enim melius & utilius, ut ubi ipſe erravit, alii non errent, quorum admonitu errore careat; quod ſi noluerit, ſaltem comites erroris non habeat.

N. 3. Romani maximus auctor Tullius eloquii, *Nullum unquam verbum*, inquit de quodam, *quod revocare vellet, emiſit.* Quæ quidem laus, quamvis præclariſſima videatur, tamen credibilior eſt de nimium fatuo, quam de ſapiente perfecto. Nam & illi quos vulgo moriones vocant, quanto magis a ſenſu communi diſſonant, magiſque abſurdi & inſulſi ſunt, tanto magis nullum verbum emittunt, quod revocare velint: quia dicti mali, vel ſtulti, vel incommodi pœnitere, utique recordatorum eſt... Illius quippe ſcripta ſumma ſunt auctoritate digniſſima, qui nullum verbum, non quod revocare vellet, ſed quod revocare deberet, emiſit. Hoc quiſquis nondum eſt aſſequutus, ſecundas habeat partes modeſtiæ quia primas non potuit habere ſapientiæ: quia non valuit omnia non pœnitantia diligenter dixiſſe, pœniteat quæ cognoverit dicenda non fuiſſe.

(Q) GALAT. v. 20. Inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ.

S. AUG. *de Utilitate Jejunii*, *cap.* 8. *num.* 10. Gaudeamus de illis (Paganis,) quia veniunt ad unitatem, non ad diviſionem... Concordemus, fratres, colentes unum Deum, ut & illos deſerere multos Deos exhortemur quodammodo noſtra concordia, ut ad pacem, & ad unitatem veniant colendi unum Deum. Sentit (*diabolus*) eſſe vitam noſtram caritatem, mortem noſtram diſſentionem: lites immiſit inter Chriſtianos, quia multos Deos non potuit fabricare Chriſtianis: ſectas multiplicavit, errores ſeminavit, hæreſes inſtituit.

Serm. 49. *alias de temp.* 237. *c.* 6. *n.* 6... Permane amicus eſſe amborum. Qui diſcordant inter ſe, concordent per te. Mala ſi quæ audis ab altero de altero, noli prodere alteri... Audiſti ab irato verbum, a dolente, a ſuccenſente: moriatur in te... Nolite amare vitia amicorum veſtrorum, ſi amatis amicos veſtros.

Cap. 7. *n.* 7... Odi vitia mea, cor ſanandum offero medico meo. Perſequor ea, quantum poſſum, gemo de illis, confiteor qui ſunt in me, & ecce ego accuſo me... Ira, feſtuca eſt: odium, trabes eſt, ſed nutris feſtucam & fit trabes: ira inveterata fit odium, feſtuca nutrita fit trabes. Ut ergo feſtuca non fiat trabes, non occidat ſol ſuper iracundiam veſtram... Eam (*iram*) in te ipſo excoluiſti, falſis ſuſpicionibus irrigaſti, verba adulantium & ad te mala verba de amico deferentium credendo, nutriſti... Diſcite ergo juſtitiam, ut non oderitis niſi vitia, homines ametis...

Serm. 359. *alias de diverſis* 91. *& ex Sirmondianis* 27. *n.*... Quis eſt enim qui non congaudet concordibus fratribus? & quod dolendum in rebus humanis, tam magna res rara eſt: res ab omnibus laudatur, a pauciſſimis cuſtoditur. Beati qui in ſe ipſis amplectuntur, quod etiam in aliis laudare coguntur.

N. 2. Fratres ergo ſi volunt eſſe concordes, non ament terram. Sed ſi volunt non amare terram, non ſint terra. Quærant poſſeſſionem quæ dividi non poteſt, & ſemper concordes erunt... Quid tam iniquum, quam velle diteſcere alterius paupertate?

(R) 1. TIMOTH. VI. 20. O Timothee depoſitum cuſtodi, devitans profanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ. 21. Quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.

VINCENTIUS LIRINENSIS *Commonitorio* 1. *c.* 27..... *O Timothee depoſitum cuſtodi.* Prævidebat futuros, quos etiam prædolebat errores. Quis eſt hodie *Timotheus*, niſi vel generaliter univerſa Eccleſia, vel ſpecialiter totum corpus Præpoſitorum, qui integram divini cultus ſcientiam vel habere ipſi debent, vel aliis infundere? Quid eſt *depoſitum cuſtodi?* Cuſtodi, inquit, propter fures, propter inimicos, ne dormientibus hominibus ſuperſeminent zizania ſuper illud tritici bonum ſemen, quod ſeminaverit Filius hominis in agro ſuo. *Depoſitum*, inquit, *cuſtodi*. Quid eſt *Depoſitum?* Id eſt, quod tibi creditum eſt, non quod a te inventum: quod accepiſti, non quod excogitaſti: rem non ingenii, ſed doctrinæ; non uſurpationis privatæ, ſed publicæ traditionis: rem ad te perductam, non a te prolatam: in qua non auctor eſſe debes, ſed cuſtos: non inſtitutor, ſed ſectator: non ducens, ſed ſequens... Catholicæ fidei talentum inviolatum, illibatumque conſerva. Quod tibi creditum eſt, hoc penes te maneat, hoc a te tradatur. Aurum accepiſti, aurum redde:.. Nolo auri ſpeciem, ſed naturam plane. O Timothee, o Sacerdos, o Tractator, o Doctor, ſi te divinum munus idoneum fecerit, ingenio, exercitatione, doctrina eſto ſpiritalis tabernaculi Beſeleel, pretioſas divini dogmatis gemmas exculpe, fideliter coapta, adorna ſapienter, adjice ſplendorem, gratiam, venuſtatem. Intelligatur te exponente illuſtrius, quod antea obſcurius credebatur. Per te poſteritas intellectum gratuletur, quod ante vetuſtas non intellectum venerabatur: eadem tamen quæ didiciſti doce, ut cum dicas nove, non dicas nova.

S. AUG. *Epiſt.* 54. *alias* 118. *ad Januarium*, *lib.* 1. *c.* 1. *n.* 1. Primo itaque tenere te volo... Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſicut ipſe in Evangelio loquitur, leni jugo ſuo nos ſubdidiſſe & ſarcinæ levi: unde ſacramentis numero pauciſſimis, obſervatione faciliimis, ſignificatione præſtantiſſimis, ſocietatem novi populi colligavit, ſicuti eſt Baptiſmus Trinitatis nomine conſecratus, communicatio Corporis & Sanguinis ipſius, & ſi quid aliud in Scripturis canonicis commendatur:.. Illa autem quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe ſervantur, datur intelligi vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenariis Conciliis, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata atque ſtatuta retineri, ſicuti quod Domini paſſio & reſurrectio & aſcenſio in cælum, & adventus de cælo Spiritus ſancti, anniverſaria ſolemnitate celebrantur, & ſi quid aliud tale occurrit quod ſervatur ab univerſa, quacumque ſe diffundit, Eccleſia.

Cap. 2. *n.* 2. Alia vero quæ per loca terrarum, regioneſque variantur, ſicuti eſt quod alii jejunant ſabbato, alii non: alii quotidie communicant corpori & ſanguini Domini, alii certis diebus accipiunt: alibi nullus dies prætermittitur, quo non offeratur, alibi ſabbato tantum & Dominico, alibi tantum Dominico: & ſi quid aliud hujuſmodi animadverti poteſt, totum hoc genus rerum liberas habet obſervationes: nec diſciplina ulla eſt in his melior gravi prudentique Chriſtiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit Eccleſiam ad quam forte devenerit. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores eſſe convincitur, indifferenter eſt habendum, & propter eorum inter quos vivitur ſocietatem ſervandum eſt...

N. 3... Cum Romam venio, (inquit Ambroſius ad Auguſtinum) jejuno ſabbato: cum hic ſum, non jejuno. Sic etiam tu, ad quam forte Eccleſiam veneris ejus morem ſerva, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quemquam tibi. Hoc cum matri renuntiaſſem, libenter amplexa eſt. Ego vero de hac ſententia etiam atque etiam cogitans, ita ſemper habui, tamquam eam cæleſti oraculo acceperim. Senſi enim ſæpe dolens & gemens multas infirmorum perturbationes fieri, per quorumdam fratrum contentioſam obſtinationem, vel ſuperſtitioſam timiditatem, qui in rebus hujuſmodi, quæ neque Scripturæ ſanctæ auctoritate, neque univerſalis Eccleſiæ Traditione, neque vitæ corrigendæ uti-

9. Ambitio, virus toties a Chriſto profligatum. (S)

I. Quodnam eſt ſuperbiæ remedium?
R. Humilitas.

I. Quid

S

utilitate, ad certum poſſunt terminum pervenire (tantum quia ſubeſt qualiſcumque ratiocinatio cogitantis, aut quia in ſua patria ſic ipſe conſuevit, aut quia ibi vidit, ubi peregrinationem ſuam quo remotiorem a ſuis, eo doctiorem factam putat) tam litigioſas excitant quæſtiones, ut niſi quod ipſi faciunt, nihil rectum exiſtiment.

Cap. 4. *n.* 5. Sit aliquis peregrinus in eo forte loco, ubi perſeverantes in oratione Quadrageſimæ, nec quinta ſabbati lavant, relaxantve jejunium: Non, inquit, hodie jejunabo. Quæritur cauſa: Quia non fit, inquit, in patria mea. Quid aliud ille, niſi conſuetudinem ſuam conſuetudini alterius præponere conatur?... Violant certe quietem & pacem ſuam de ſuperflua quæſtione rixando. Mallem tamen in rebus hujuſmodi, ut & ille in hujus, & hic in illius patria, ab hoc quod cæteri faciunt non abhorreret. Si vero etiam cum in aliena patria peregrinaretur, ubi major & frequentior & ferventior eſt populus Dei, vidit, verbi gratia, bis offerri quinta ſabbati hebdomadæ ultimæ quadrageſimæ, & mane & ad veſperam, veniensque in patriam ſuam, ubi in fine diei mos eſt offerri, male atque illicite fieri contendat, quoniam alibi aliter ipſe viderit, puerilis eſt iſte ſenſus, cavendus in nobis, tolerandus in aliis, corrigendus in noſtris.

Cap. 5. *n.* 6. ... Si divinæ Scripturæ præſcribit auctoritas, non ſit dubitandum quin ita facere debeamus ut legimus, ut jam non quomodo faciendum, ſed quomodo ſacramentum intelligendum ſit, diſputemus. Similiter etiam ſi quid horum tota per orbem frequentat Eccleſia. Nam & hinc quin ita faciendum ſit, diſputare inſolentiſſimæ inſaniæ eſt. Sed neque hoc, neque illud ineſt in eo, quod tu quæris. Reſtat igitur ut de illo tertio genere ſit, quod per loca regionesque variatur. Faciat ergo quiſque quod in ea Eccleſia ad quam venit, invenerit. Non enim quidquam eorum contra fidem ſit, aut contra mores, hinc vel inde meliores. His enim cauſis, id eſt, aut propter fidem, aut propter mores, vel emendari oportet, quod perperam fiebat, vel inſtitui quod non fiebat. Ipſa quippe mutatio conſuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat: quapropter quæ utilis non eſt, perturbatione infructuoſa conſequenter noxia eſt...

(S) MATTH XVIII. 1. Acceſſerunt Diſcipuli ad Jeſum, dicentes: Quis, putas, major eſt in regno cælorum? 2. Et advocans Jeſus parvulum, ſtatuit eum in medio eorum, 3. Et dixit: Amen dico vobis, niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum. 4. Quicumque ergo humiliaverit ſe ſicut parvulus iſte, hic eſt major in regno cælorum.

XX. 20. Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans & petens aliquid ab eo. 21. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut ſedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram, in regno tuo. 22. Reſpondens autem Jeſus, dixit: Neſcitis quid petatis? ... 24. Et audientes decem, indignati ſunt de duobus fratribus. 25. Jeſus autem vocavit eos ad ſe, & ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui majores ſunt, poteſtatem exercent in eos. 26. Non ita erit inter vos: ſed quicumque voluerit inter vos major fieri, ſit veſter miniſter: 27. & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſervus, 28. Sicut Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam, redemptionem pro multis.

XXIII. 8. Vos autem nolite vocari Rabbi: unus eſt enim magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis. 9. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram: unus eſt enim Pater veſter, qui in cælis eſt. 10. Nec vocemini magiſtri: quia Magiſter unus eſt Chriſtus. 11. Qui major eſt veſtrum, erit miniſter. 12. Qui autem ſe exaltaverit, humiliabitur: & qui ſe humiliaverit, exaltabitur.

LUC. XXII. 24. Facta eſt autem & contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe major. 25. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum: & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. 26. Vos autem non ſic: ſed qui major eſt in vobis, fiat ſicut minor: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. 27. Nam quis major eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat.

I. COR. XIII. 4. Caritas patiens eſt, benigna eſt: charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur. 5. Non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum. 6. Non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati: 7. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.

PHILIPP. II. 1. Si qua ergo conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium caritatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis: 2. Implete gaudium meum, ut idem ſapiatis, eamdem caritatem habentes, unanimes, idipſum ſentientes. 3. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam; ſed in humilitate ſuperiores ſibi invicem arbitrantes, ... 4 Non quæ ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea quæ aliorum. 5. Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Jeſu. 6. Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. 7. Sed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. 8. Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis.

HEBR. V. 4 Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron. 5. Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificavit ut Pontifex fieret ... 8. Et quidem cum eſſet Filius Dei, didicit ea iis, quæ paſſus eſt, obedientiam.

S. GREG. NAZ. *Apologet. orat.* 1. *pag.* 5. *edit. Morelli in fol ann.* 1609 Aliorum me pudet, qui cum pleriſque nihilo meliores ſint, atque utinam non etiam multo pejores, illotis, ut dici ſolet, manibus, prophaniſque animis in ſanctiſſima myſteria ſeſe inferunt, ac priuſquam digni ſint, qui ad res ſacras accedant, ſacrarium ipſum ambiunt, & circum ſacroſanctam menſam ſeſe invicem premunt ac protrudunt, tamquam non virtutis exemplum, ſed victus parandi occaſionem & ſubſidium hunc ordinem eſſe judicantes..

S. CHRYSOST. *Homil.* 3. *in Act. Apoſtol.* .... Petrus. Quam eſt fervidus? Quam agnoſcit creditum a Chriſto gregem? Quam in hoc choro princeps eſt? Et ubique primus omnium cœpit loqui.... Jam & illud conſidera quam Petrus agit omnia ex communi diſcipulorum ſententia, nihil auctoritate ſua, nihil cum imperio.. multitudini permittit judicium, ſimul eos qui eligebantur, reddens reverendos, & ſeipſum liberans ab invidia ſimultateque, quæ poterat a ceteris oboriri. Nam hæc ſemper ingentia gignit mala... Vide vero Jacobi modeſtiam. Is acceperat Hieroſolymis Epiſcopi munus, & tamen hic nihil loquitur. Conſidera autem & aliorum diſcipulorum ſingularem modeſtiam, quo pacto concedunt ei ſolium, nec amplius ambiunt diſceptantes inter ſeſe. Illorum enim Eccleſia talis erat qualis eſt in cælis, nihil habens rerum mundanarum, non parietibus, non marmoribus, ſed fervore eorum qui convenerant, relucens .... Primus hic Doctorem conſtituit: non dixit, Nos ad docendum ſufficimus. Uſque adeo aberat ab omni inanis gloriæ ſtudio, & ad unum tantum ſpectabat. Quamquam autem habebat conſtituendi jus par omnibus, tamen hæc congruenter fiebant ob virtutem viri, & ob hoc quod tum temporis præfectura non honos erat, ſed cura ſubditorum. Ea res non patiebatur eos qui eligebantur efferri, quod ad pericula vocabantur, nec eos qui non fuiſſent electi, velut contemptus affici mœrore . . . Non jam omnibus loquor, ſed his tantum qui principatum affectant. Si credis Dei eſſe electionem, ne indigneris. Illi enim indignaris, & adverſus illum irritaris. Illius enim eſt electio... Sed ſi quando ob aliquam cauſam res devenerit ad contentionem, non tanquam ad principatum aut præfecturam fratrum accedamus, ſed tanquam ad illorum honorem ac refocillationem. Etenim ſi noviſſes quod Epiſcopus debet omnium onera geſtare, quod aliis iraſcentibus datur venia, ipſi vero nequaquam: quod aliis peccantibus ſupereſt excuſatio, ipſi vero minime: haud quaquam feſtinaſſes ad primatum, haud quaquam accurriſſes. Undique premitur ab amicis & inimicis, a ſuis & ab alienis. Nonne terrarum orbis imperium tenet Imperator? Hic autem unius civitatis Epiſcopus eſt. Sed tanto plus curarum habet hic, quantum intereſt inter aquam fluminis vento agitatam, & inter mare intumeſcens & inſaniens. Quam ob rem tandem? Quoniam illic complures ſunt qui adjuvant, eo quod legibus ac mandatis omnia peraguntur: hic vero nihil tale. Neque enim licet ex auctoritate præcipere... Proinde ſi quis ad Summum Sacerdotium acceſſerit, velut ad ſolicitudinem

& cu-

Digitized by Google

& curam, nullus illud facile ſuſceperit. Nunc autem non aliter quam prophanos magiſtratus, & hanc affectamus dignitatem, nimirum ut glorificemur, & honoremur apud homines, perdimur apud Deum. Ambitio tua ſit tecum in perditionem, quoniam putaſti ambitu humano parari donum Dei.

Lib. 3. de Sacerdotio, cap. 10. Inter quæ illud præcipuum, Sacerdotis animum honoris illius deſiderio undique vacare oportet. Nam ſi ad eum principatum adipiſcendum vehementi animi affectu rapietur, eo adepto impotentiorem ſane ambitionis ſuæ flammam incendet, ac vi tandem captus ut ſibi adeptum honorem ſtabiliat, nulli non peccato ſerviet ... Oporteret autem poto tanta cum religione ac cautione ad rem ipſam accedere ut illius molem ac magnitudinem primum prorſus detrectes: deinde adepto honore aliorum judicia ſententiasque non expectes, ſi quod ſorte commiſſum deprehendatur, propter quod oporteat te honorem illum deponere: quin potius illud antevertens te ipſe munere abdices. Sic enim par eſt ut divinam concilies imperresque miſericordiam: qui ſi tibi honorem illum præter decorum tamquam mordicus retinere ſtudueris, indignus es qui veniam conſequaris: tum vero divinam iram magis ac magis incendis, altero peccato, & eo graviore per te addito.

S. HIERON. *Epiſt. 83. ad Oceanum* .... Et hoc in Nicæna quoque Synodo (*ſcitis*) a Patribus eſſe decretum, ne de alia ad aliam Eccleſiam Epiſcopus transferatur: ne virginalis pauperculæ ſocietate contempta ditioris adulteræ quærat amplexus :... *Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.* Opus, non dignitatem; laborem, non delicias: opus per quod humilitate decreſcat, non intumeſcat faſtigio... *Ne in ſuperbiam elatus, incidat in judicium diaboli*... Ignorat momentaneus Sacerdos humilitatem... Neſcit ſeipſum contemnere: de dignitate transfertur ad dignitatem ... De cathedra quodammodo ducitur ad cathedram, id eſt, de ſuperbia ad ſuperbiam. Judicium autem & ruina diaboli, nulli dubium, quin arrogantia ſit. Incidunt in eam qui in puncto horæ, necdum diſcipuli, jam magiſtri ſunt.

1. *Timot.* III. 2.

S. AMBROS. *Lib. 4. in Luc. n.* 10. Exiguis momentis mens inclinatur humana: & hoc atque illuc per verſutias ſuadentis frequenter impellitur....

N. 17. Tria præcipue docemur eſſe tela diaboli, quibus ad convulnerandam mentem hominis conſuevit armari: gulæ unum, aliud jactantiæ, ambitionis tertium.

N. 21. Sequitur jactantiæ telum, quo proclive delinquitur; quia dum homines gloriam virtutis ſuæ jactare deſiderant, de loco meritorum ſuorum & ſtatione decedunt...

N. 22. Ita eſt enim jactantia ut dum ſe potat unusquisque ad altiora conſcendere, ſublimium uſurpatione factorum ad inferiora trudatur.

N. 26. Utitur & diabolus teſtimoniis Scripturarum, non ut doceat, ſed ut circumſcribat & fallat. Cognovit aliquem adtentum religioni, virtutibus clarum, ſignis & operibus præpotentem: jactantiæ tendit laqueum, ut hujusmodi virum inflet tumore: quo pietati ſe non credat, ſed credat jactantiæ: nec Deo deputet, ſed ſibi arroget.

N. 20.... Docemur hic inanis ambitionis flabra deſpicere, quod omnis dignitas ſecularis diabolicæ ſubjaceat poteſtati: ad uſum fragilis, & inanis ad fructum.

Num. 29. A Deo poteſtatum ordinatio: a malo ambitio poteſtatis. Nec poteſtas mala, ſed is qui male utitur poteſtate... Non poteſtas mala, ſed ambitio...

N. 30. Hoc ipſo perniciosior ambitio, quod blanda quædam eſt conciliatricula dignitatum: & ſæpe quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit movere luxuria, nulla avaritia ſubvertere, facit ambitio criminoſos. Habet enim forenſem gratiam, domeſticum ſcelus: & ut dominetur aliis, prius ſervit. Curvatur obſequio, ut honore donetur: & dum vult eſſe ſublimior ſimulata humilitate, fit vilior, & fit remiſſior; cum in ipſa poteſtate, quod præcellit, alienum ſit; legibus enim imperat, ſibi ſervit.

S. AUGUST. *Serm. 2. in Pſal.* xxxvi. *n.* 1.... Genus juſtorum conatur in ſublimia per humilitatem: genus iniquorum præponderat ad inferiora per elationem. Hoc enim ſe deprimit ut ſurgat, illud ſe extollit ut cadat.

Lib. 19. de Civit. Dei, cap. 19. In actione vero non amandus eſt honor in hac vita, ſive potentia; quoniam omnia vana ſub ſole: ſed opus ipſum, quod per eumdem honorem vel potentiam fit, ſi recte atque utiliter fit, id eſt, ut valeat ad eam ſalutem ſubditorum, quæ ſecundum Deum eſt ... Propter quod ait Apoſtolus: *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.* Exponere voluit quid ſit Epiſcopatus; quia nomen eſt operis, non honoris.. Ut intelligat non ſe eſſe Epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe... Locus vero ſuperior, ſine quo regi populus non poteſt, etſi ita teneatur, atque miniſtretur ut decet, tamen indecenter appetitur. Quamobrem otium ſanctum quærit caritas veritatis: negotium juſtum ſuſcipit neceſſitas caritatis. Quam ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendæ atque intuendæ vacandum eſt veritati: ſi autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter caritatis neceſſitatem.

1. *Tim.* III. 2.

S. GREG. MAGN. *Paſtoral. part.* 1. *c.* 6. Et ſunt nonnulli qui ex ſola humilitate refugiunt, ne eis quibus impares ſe æſtimant præferantur. Quorum profecto humilitas, ſi ceteris quoque virtutibus cingitur, tunc ante Dei oculos vera eſt, cum ad reſpuendum hoc quod utiliter ſubire præcipitur, pertinax non eſt. Neque enim vere humilis eſt, qui ſuperni nutus arbitrium ut debeat præeſſe intelligit, & tamen præeſſe contemnit. Sed divinis diſpoſitionibus ſubditus, atque a vitio obſtinationis alienus, cum ſibi regiminis culmen imperatur, ſi jam donis præventus eſt, quibus & aliis proſit, & ex corde debet fugere, & invitus obedire.

Cap. 9. Superbus enim fortaſſe eſſet, ſi ducatum plebis innumeræ ſine trepidatione ſuſciperet: & rurſum ſuperbus exiſteret, ſi auctoris imperio obedire recuſaret ... Hinc ergo, hinc quippe præcipites colligant, cum quanta culpa ex appetitu proprio ceteris præferri non metuunt, ſi ſancti viri plebium ducatum ſuſcipere Deo etiam jubente timuerunt. Moyſes ſuadente Domino trepidat: & infirmus quisque ut honoris onus ſuſcipiat anhelat.

Cap. 8. Plerumque vero qui præeſſe concupiſcunt, ad uſum ſuæ libidinis inſtrumentum Apoſtolici ſermonis arripiunt, quo ait: Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat: qui tamen laudans deſiderium, in pavorem vertit protinus quod laudavit, cum repente ſubjungit: oportet autem Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe... Et favet ergo deſiderio, & terret ex præcepto, ac ſi aperte dicat: Laudo quod quæritis, ſed prius diſcite quod quæratis: ne dum vos metipſos metiri negligitis, tanto fœdior veſtra reprehenſibilitas appareat, quanto & a cunctis conſpici in honoris arce feſtinatis. Magnus enim regendi artifex favoribus impellit, terroribus retrahit: ut auditores ſuos & deſcripto irreprehenſibilitatis culmine reſtringat a ſuperbia, & officium laudando quod quæritur, componat ad vitam ... Ipſe ergo ſibi teſtis eſt, quia Epiſcopatum non appetit, qui non per hunc boni operis miniſterium, ſed honoris gloriam quærit. Sacrum quippe officium non ſolum non diligit omnino, ſed neſcit, qui ad culmen regiminis anhelans, in occulta meditatione cogitationis ceterorum ſubjectione paſcitur, laude propria lætatur, ad honorem cor elevat, rerum affluentium abundantia exultat.

1. *Tim.* III. 2.

Cap. 9. Sæpe ſibi de ſe mens ipſa mentitur, & fingit ſe de bono opere amare quod non amat, de mundi autem gloria non amare quod amat: quæ principari appetens, fit ad hoc pavida cum quærit, audax cum pervenerit. Tendens enim, ne non perveniat trepidat: ſed repente perveniens, jure ſibi hoc debitum ad quod pervenerit putat. Nequaquam valet in culmine humilitatem diſcere, qui in imis poſitus non deſinit ſuperbire. Neſcit laudem cum ſuppetit fugere, qui ad hanc didicit cum deeſſet anhelare... Virtutibus pollens coactus ad regimen veniat, virtutibus vacuus ne coactus accedat.

S. BERNARD. *Serm. 6. in Pſal.* Qui habitat, *n.* 3... Time ſagittam. Leviter volat, leviter penetrat: ſed dico tibi, non leve infligit vulnus, cito interficit. Nimirum ſagitta hæc vana gloria eſt: non eſt, unde hæc impugnet puſillanimes & remiſſos. Qui ferventiores eſſe videntur, ipſi paveant, ipſi ſibi caveant in hac parte: nihilominus adhuc ſolliciti non deſerere ſcutum inexpugnabile veritatis. Quid enim aliud tam contrarium vanitati?... Semetipſam noverit anima, de ſe teneat veritatem. Difficile prorſus, ni fallor, homo verbis laudantium hominem in vita ſua adduci poterit altum ſapere, ſi ſe intus ad lucem veritatis ſollicita conſideratione diſcutiat. Nonne enim ſi propriam cogitat conditionem, dicturus eſt ſibi: *Quid ſuperbis terra & cinis?* Nonne ſi propriam conſideret corruptionem, fatea-

Eccli. 10. 9.

Digitized by Google

PARS II. SECT. I. CAP. II. §. I.

I. Quid eſt humilitas?

L. 14. Civit. Dei, c. 13. n. 1.
S. Bern. de Grad. hum. c. 1. n. 2.
S. Thomas 2. q. 161. ar. 11. in corp.

R. *Amor Dei uſque ad contemptum ſui* humilitas eſt, ex S. Auguſtino. Eodem recidit quod ait S. Bernardus, *humilitatem eſſe virtutem qua homo ex veriſſima ſui agnitione ſibi ipſi vileſcit.*

Nec abſimile eſt quod dicitur a Sancto Thoma, ceteriſque Theologis de humilitatis definitione.

Humilitas, inquit Sanctus Thomas, *eſt virtus, ad quam proprie pertinet ut aliquis reprimat ſeipſum, ne inordinate feratur in ea quæ ſunt ſupra ſe: ad hoc autem neceſſarium eſt, ut aliquis cognoſcat id in quo deficit a proportione ejus quod ſuam virtutem excedit.*

Galat. 6. 3.
1. Cor. 6. 3.
S. Cyprian. Epiſtol. ad Quirin. & S. Aug. l. 4. contra duas Epiſt. Pelag. cap. 9. n. 25. & 26.

Atqui, ex Apoſtolo, nihil ſumus, & quidquid boni in nobis eſt, a Deo eſt. *Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit*, inquit Apoſtolus, *ipſe ſe ſeducit*. Et alibi: *Quid habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?*

Hinc ſequitur hæc eſſe Chriſtianæ humilitatis officia; 1. Ut *in nullo glorìemur, quando noſtrum nihil ſit*, ait Sanctus Auguſtinus poſt Sanctum Cyprianum.

2. Ut noſmetipſos deſpiciamus.

3. Ut præponamus nos nemini.

3. Ut contemnamus neminem.

5. Ut nec hominum famam atque exiſtimationem, nec honoris auram, nec ſublimitatis apicem ambiamus.

6. Ut ſubjectionem imperio, modeſtiam faſtui, ſilentium & obſcuritatem ſplendori præponamus.

7. Denique ut ſubjecti ſimus & Deo in omnibus, & proximo juxta ordinem a Deo ipſo conſtitutum. (T) T

I. Quid hoc rei eſt ſubjectum eſſe Deo in omnibus?

R. Is Deo ſubjectus eſt in omnibus, qui Deo in omnibus obſequitur; qui in ea vocatione ad quam vocatus a Deo eſt permanet; qui tenet eum locum in quo poſitos eſt a Deo; qui propriæ infirmitatis conſcius eligit lo-

---

1. Cor. 4. 7.
1. Cor. 10. 12.

teamer neceſſe eſt quoniam non eſt in eo bonum? Sed & ſi forte aliquid habere videtur, non invenit puto, quid reſpondeat Apoſtolo dicenti: *Quid habes quod non accepiſti?* Et alibi: *Qui ſtat, videat ne cadat.*

Matth. 16. 26.
Sap. 6. 7.

N. 4. Plane cupiditas, radix iniquitatis, ambitio, ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, livoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicina languorem .... veſte ſpolians nuptiali, & virtutum exercitia fructu pietatis evacuans. Quantos peſtis hæc nequiter ſupplantatos turpiter quoque dejecit .... Quid vero hunc fovet vermen aliud quam mentis alienatio, & oblivio veritatis? ... Nimirum hæc eſt quæ dicit: *Quid prodeſt homini ſi univerſum mundum lucretur, ſe autem perdat, & detrimentum ſui faciat?* Et item: *Potentes*, ait, *potenter tormenta patientur*. Hæc eſt quæ ſedula ſuggeſtione reducit in mentem, quam ſit in ambitu frivola conſolatio, grave judicium, uſus brevis, finis ignotus.

Matt. 6. 5.

(T) S. BERNARD. *de Gradib. humilitatis & ſuperbiæ, cap. 4. num. 14.* ... *Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo; & ſic videbis feſtucam ejicere de oculo fratris tui*. Trabes in oculo grandis & groſſa, ſuperbia in mente eſt: quæ quadam corpulentia ſui vana, non ſana, tumida, non ſolida, oculum mentis obſcurat, veritatem obumbrat: ita ut ſi tuam occupaverit mentem, jam tu te videre, jam te talem, qualis es, vel qualis eſſe potes, non poſſis ſentire ... Quid enim aliud eſt ſuperbia, quam amor propriæ excellentiæ? Unde & nos poſſumus dicere per contrarium, humilitatem propriæ excellentiæ eſſe contemptum.

N. 15. Ego quidem, cum adhuc veritatem non noſſem, aliquid me putabam eſſe, cum nihil eſſem. At poſtquam in Chriſtum credendo, id eſt, ejus humilitatem imitando, veritatem agnovi: ipſa quidem exaltata eſt in me ex mea confeſſione: ſed ego *humiliatus ſum nimis*, id eſt, valde vilui mihi ex mei conſideratione.

Cap. 10. *num.* 37. Per gloriam & ignobilitatem ſancti proficiunt, dum inter ſingularia dona quæ recipiunt, communi hominum vanitate pulſari ſe ſentiunt: ut dum per gratiam ſupra ſe aliquid cernunt, non obliviſcantur quod ſunt...

Cap. 11. *num.* 39. Monachus enim, qui ſui negligens, alios curioſe concupiſcit, dum quoſdam ſuſcipit ſuperiores, quoſdam deſpicit inferiores: & in aliis quidem videt quod invidet, in aliis quod irridet. Inde fit ut pro mobilitate oculorum levigatus animus, nulla utique ſui cura aggravatus, modo per ſuperbiam ad alta ſe erigat, modo per invidiam in ima demergat: nunc per invidiam nequiter tabeſcit, nunc per excellentiam pueriliter hilareſcit. In altero nequam, in altero vanus, in utroque ſuperbus exiſtit: quia & quod ſuperari ſe dolet, & quod ſuperare ſe gaudet, amor propriæ excellentiæ facit.

Cap. 14. *num.* 42. Turpe eſt ei, qui ſe ſupra ceteros jactat, ſi non plus ceteris aliquid agat, per quod ultra ceteros appareat...., Nec tamen melior eſſe ſtudet, ſed videri: ad omnia denique ſua ſtrenuus, ad communia piger. Cum autem ex his quæ ſingulariter, ſed inaniter agit, apud ſimpliciores ejus opinio excreverit, qui profecto opera probant quæ cernunt, ſed unde prodeant non diſcernunt; dum miſerum beatificant, in errorem inducunt.

Cap. 16. *n.* 44. Qui alios ſe præcellere putat, quomodo non plus de ſe, quam de aliis præſumat? Primus in conventibus reſidet, in conſiliis primus reſpondet: non vocatus accedit, non juſſus ſe intromittit: reordinat ordinata, reficit facta. Quidquid ipſe non fecerit aut ordinaverit, nec recte factum, nec pulchre exiſtimat ordinatum. Judicat judicantes, præjudicat judicaturis. Si, cum tempus advenerit, non promoveatur ad prioratum; ſuum Abbatem aut invidum judicat, aut deceptum. Quod ſi mediocris ei aliqua obedientia injuncta fuerit, indignatur, aſpernatur, arbitrans ſe non eſſe minoribus occupandum, qui ſe ad majora ſentit idoneum. Sed qui ſic promptulus ad omnia ſe magis temere, quam libere conſuevit ingerere, impoſſibile eſt eum aliquando non errare. Ad Prælatum autem pertinet errantem arguere. Sed quomodo culpam ſuam confitebitur, qui nec eſſe putat, nec putari culpabilis patitur? Propterea cum ei culpa imputatur, creſcit, non amputatur: ſi ergo cum argutus fuerit, declinare cor ejus videris in verba malitiæ, in octavum gradum, qui dicitur defenſio peccatorum, noveris corruiſſe.

Cap. 17. *num.* 45. Multis vero modis fiunt excuſationes in peccatis. Aut enim dicit qui ſe excuſat, Non feci; aut, Feci quidem, ſed bene feci; aut ſi male, Non multum male; aut ſi multum male, Non mala intentione. Si autem & de illa, ſicut Adam vel Eva, convincitur, aliena ſuaſione excuſare ſe nititur. Sed qui procaciter etiam aperta defendit, quando occultas & malas cogitationes, cordi ſuo advenientes, humiliter revelaret Abbati? ...

Eccl. 19. 23.

Cap. 18. *num.* 46. ... Multo periculoſior eſt fallax ac ſuperba confeſſio, quam pervicax (procax) & obſtinata defenſio... *Qui nequiter humiliat ſe, & interiora ejus plena ſunt dolo* ...

Reg. S. Ben. lib. 7. c. 31.

Cap. 19. *num.* 48. Hic niſi eum miſeratio ſuperna reſpiciat, ut (quod valde difficile talibus eſt) univerſorum judiciis tacitus acquieſcat: fronroſus mox & impudens factus, tanto deterius, quanto deſperatius in decimum gradum per rebellionem corruit, quique prius latenter arrogans fratres contempſerat, jam patenter inobediens etiam magiſtrum contemnit. *Tertius*, inquit Regula Sancti Benedicti, *gradus eſt, ut quis pro Dei amore omni obedientia ſe ſubdat majori.*

Philip. 11. 7.

Serm. 4. *num.* 4.. Humilitas duplex eſt: altera cognitionis, altera affectionis, quæ hic dicitur cordis. Priore cognoſcimus quod nihil ſumus; & hanc diſcimus a nobis ipſis, & ab infirmitate propria: poſteriore calcamus gloriam mundi; & hanc ab illo diſcimus, *qui exinanivit ſemetipſum, formam ſervi accipiens*; qui etiam quæſitus in regnum, fugit; quæſitus ad tanta probra & ignominioſum ſupplicium crucis, ſponte obtulit ſemetipſum.

S. THOMAS 2. 2. *q.* 161. *a.* 1. *in corp. Humilitas eſt* vir-

Digitized by Google

locum infimum, ſed tamen divinis diſpoſitionibus ſubditus, & a vitio obſtinationis alienus, ſuperius aſcendere non pertinaciter recuſat, cum certiſſime vocatur a Patre-familias. (V) V

I. Quid hoc rei eſt ſubjectum eſſe proximo juxta ordinem a Deo ipſo conſtitutum?

R. Is ſubjectus eſt proximo juxta ordinem a Deo ipſo conſtitutum, qui, quantumlibet præpollens genere, dignitate, meritis, virtutibus, dotibus, nunquam tamen ſeſe interius præfert proximo, quantumlibet ille præ natalitiis, officiis, vitiis deſpiciendus eſſe videatur.

Quod autem pertinet ad externam ſignificationem ſubjectionis, demiſſionis, vel imperii, habenda ratio eſt ſtatus & dignitatis & officiorum. Poſſumus enim abſque humilitatis detrimento imperare, arguere, corripere, ſævire, dignitatem tueri. Summa tamen vigilantia opus eſt, ne in his ſuperbia ſubrepat; neve contra Dei præceptum & leges juſtitiæ, prudentiæ, caritatis, imperium exerceatur. Poteſt quis viciſſim exterius deprimere ſe præ ſuperbia. Scrutatur corda & renes Deus. (X) X

I. Eſtne neceſſaria homini Chriſtiano humilitas?

R. Adeo neceſſaria eſt, ut abſque ea non intraturus ſit in regnum cælorum. (Y) *Niſi* Y

eſſi-

virtus, qua animus firmatus ne inordinate tollatur... Et ideo circa apetitum boni ardui neceſſaria eſt duplex virtus: una quidem, quæ temperet & refrænet animum, ne immoderate tendat ad excelſa; & hoc pertinet ad virtutem humilitatis...

Ad 5. Humilitas autem ſecundum quod eſt ſpecialis virtus, præcipue reſpicit ſubjectionem hominis ad Deum, propter quem etiam alus humiliando ſe ſubjicit.

Art. 2. *ad* 1. Ad primum ergo dicendum, quod extollentia oculorum eſt quoddam ſignum ſuperbiæ, in quantum excludit reverentiam & timorem. Conſueverunt enim timentes & verecundati, maxime oculos deprimere, quaſi non audentes ſe aliis comparare.

Art. 3. *in corp.* Humilitas autem proprie reſpicit reverentiam, qua homo Deo ſubjicitur: & ideo quilibet homo ſecundum id quod ſuum eſt, debet ſe cuilibet proximo ſubjicere, quantum ad id, quod eſt
1.Petr.11.1. Dei in ipſo, ſecundum illud: *Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum*...

Art. 5. *ad* 4. Ad quartum dicendum quod ideo Chriſtus præcipue nobis humilitatem comendavit: quia per hoc maxime removetur impedimentum humanæ ſalutis, quæ conſiſtit in hoc, quod homo ad cæleſtia & ſpiritualia tendat, a quibus homo impeditur, dum in terrenis magnificari ſe ſtudet. Et ideo Dominus ut impedimentum ſalutis auferret, exteriorem celſitudinem contemnendam monſtravit per humilitatis exempla.

Art. 6. *in corpore.* Ut aliquis non ſe exiſtimet ſupra id eſſe quod eſt... *Duodecimus* gradus, eſt ut homo Deum timeat, & memor ſit omnium quæ præcepit... Homo non ſequatur propriam voluntatem: quod pertinet ad *undecimum* gradum.... Ut regulet eam ſecundum ſuperioris arbitrium: quod pertinet ad gradum *decimum*.... Ut ab hoc non deſiſtat propter dura & aſpera quæ occurrunt; & hoc pertinet ad *nonum*.... Quod proprios defectus recognoſcat & confiteatur: quod pertinet ad *octavum* gradum.... Ut ex conſideratione ſui defectus aliquis inſufficientem ſe exiſtimet ad majora: quod pertinet ad *ſeptimum*... Ut quantum ad hoc alios ſibi præferat: quod pertinet ad *ſextum*... Ut homo non recedat in ſuis operibus a via communi: quod pertinet ad *quintum*... Ut homo prætipiat tempus loquendo: quod pertinet ad *quartum*. Nec excedat modum in loquendo: quod pertinet ad *ſecundum*... In reprimendo extollentiam oculorum: quod pertinet ad *primum*: & in cohibendo exterius riſum, & alia ineptæ lætitiæ ſigna: quod pertinet ad *tertium*.

Lege ejuſdem Sancti 2. 2. *Quæſt.* 161. *integram*, & S. BERNARDI *Tractatum* de Gradibus humilitatis.

(V) S. GREG. MAGN. *Paſtor. Part.* 1. *c.* 6. 7. 8. *&* 9. *Vide ſupra hocce* §. *lit.* (S)

(X) *Hæc probantur variis Patrum & Scripturæ teſtimoniis ſuperius adductis hocce paragrapho.*

(Y) MATTH. XVIII. 1. &c. *Vide ſupra hocce* §. *lit.* (S)

LUC. XVIII. 9. Dixit autem & ad quoſdam, qui in ſe confidebant tamquam juſti, & aſpernabantur ceteros, parabolam iſtam: 10. Duo homines aſcenderunt in Templum ut orarent: unus Phariſæus, & alter Publicanus. 11. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi quia non ſum ſicut ceteri hominum: raptores, injuſti, adulteri: velut etiam hic Publicanus. 12. Jejuno bis in ſabbato: decimas do omnium quæ poſſideo. 13. Et Publicanus a longe ſtans, nolebat nec oculos ad cælum levare:

Matt. 15. 11. 3.
Luc. 18. 17.

ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. 14. Dico vobis, deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam ab illo: quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur. 15. Afferebant autem ad illum & infantes, ut eos tangeret. Quod cum viderent Diſcipuli, increpabant illos. 16. Jeſus autem convocans illos, dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos, talium eſt enim regnum Dei. 17. Amen dico vobis: quicumque non acceperit regnum Dei ſicut puer, non intrabit in illud.

S. AUG. *de Peccat. merit. & remiſſ. lib.* 2. *cap* 19. *n.* 33. Idcirco etiam ſanctos & fideles ſuos in aliquibus vitiis tardius ſanat, ut in his eos minus quam implendæ ex omni parte juſtitiæ ſufficit, delectet bonum, ſive cum latet, ſive cum etiam manifeſtum eſt: ut quantum pertinet ad integerrimam regulam veritatis ejus, non juſtificetur in conſpectu ejus omnis vivens. Nec in eo ipſo vult nos damnabiles eſſe, ſed humiliter, commendans nobis eamdem gratiam ſuam: ne facilitatem in omnibus aſſecuti, noſtrum putemus eſſe quod ejus eſt: qui error multum eſt religioni pietatique contrarius. Nec ideo tamen in eiſdem vitiis nobis permanendum eſſe exiſtimemus, ſed adverſus ipſam maxime ſuperbiam, propter quam in eis humiliamur, & nos vigilanter conemur, & ipſum deprecemur ardenter, ſimul intelligentes & quod ſic conamur, & quod ſic deprecamur, dono illius nos habere.

De ſancta Virginit. c. 33. *n.* 33. Cum ergo Chriſtianis omnibus cuſtodienda ſit humilitas, quandoquidem a Chriſto Chriſtiani appellantur, cujus Evangelium nemo diligenter intuetur, qui non eum doctorem humilitatis inveniat; tum maxime virtutis hujus ſectatores & conſervatores eos eſſe convenit, qui magno aliquo bono ceteris eminent, ut magnopere curent illud quod primitus poſuit: *Quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam.* Eccl. 3. 20.

N. 34. *c.* 34. Da mihi profitentem perpetuam continentiam, atque his & hujuſmodi omnibus carentem vitiis & maculis morum, huic ſuperbiam timeo, huic tam magno bono ex elationis tumore formido. Quo magis ineſt unde ſibi placeat, eo magis vereor, ne ſibi placendo illi diſpliceat, qui *ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Jacob. 4. 6.

N. 35. Ille, ille cui omnia tradidit Pater... non dixit: Diſcite a me mundum fabricare, aut mortuos ſuſcitare; ſed, *quia mitis ſum & humilis corde*... Huccine redacti ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi in te, ut hoc pro magno diſcamus a te, quoniam mitis es & humilis corde? Ita ne magnum eſt eſſe parvum, ut niſi a te qui tam magnus es fieret, diſci omnino non poſſet? Ita plane. Non enim aliter invenitur requies animæ, niſi inquieto tumore digeſto, quo magna ſibi erat, quando tibi ſana non erat. Matt. 11. 29.

Serm. 283. *alias de diverſis* 42. *in natali Martyrum Maſſilitanorum, c.* 4. *n* 2. Si habes aliquid a Deo, & neſcis a quo habeas, non eris muneratus, quia remanes ingratus. Si neſcis a quo habeas, non agis gratias: non agendo gratias, & quod habes perdis. *Qui enim habet dabitur ei.* Quid eſt, plene habere? Scire unde habeas. *Qui autem non habet*, id eſt, neſcit unde habeat, *& quod habet auferetur ab eo... Ut ſciamus quæ a Deo donata ſunt nobis.* Ergo ſpiritus Dei, ſpiritus eſt caritatis: ſpiritus hujus mundi, ſpiritus eſt elationis. Qui habent ſpiritum hujus mundi ſuperbi ſunt, ingrati ſunt Deo. Multi dona ejus habent, ſed non colunt eum a quo habent: ideo ſunt infelices... Melior eſt
Mat. 13. 12.
Ibid.
1. Cor. 2. 12.

efficiamini ſicut parvuli non intrabitis in regnum cælorum, ait Chriſtus. (Z)

Z

§. 2.

incomparabiliter Deo gratias agens de parvo, quam ſe extollens de magno.

Serm. 185. alias 4. inter editos ex majori Chartuſiæ MSS. *in die martyrum Caſti & Æmilii, n. 4.* Salus noſtra in Chriſto, humilitas Chriſti eſt. Nulla enim noſtra ſalus eſſet, niſi Chriſtus humilis pro nobis fieri dignatus eſſet.

S. CHRYSOST. *Homil. 48. in Matthæum.* Imitemur omnes ejus virtutes, ac maxime omnium humilitatem & miſericordiam; ſine quibus ſalutem conſequi non poſſumus.

(Z) *Nunc ſelecta quædam Scripturæ loca quibus humilitas commendatur, aut ſuperbiæ vitium notatur atque reprehenditur: nec non & exempla varia cum humilitatis, tum ſuperbiæ ex libris ſacris in gratiam Theologorum, Concionatorum præſertim juvat exſcribere.*

DE HUMILITATE.

PSAL. XXXIII. 19.... Humiles ſpiritu ſalvabit (*Dominus.*)

PSAL. CXII. 6. Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo & in terra? 7. Suſcitans a terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem: 8. Ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui...

PSAL. CXXXVII. 6. Excelſus Dominus, & humilia reſpicit.

ISAI. LVII. 15... Hæc dicit excelſus, & ſublimis habitans æternitatem: & ſanctum nomen ejus in excelſo, & in ſancto habitans & cum contrito & humili ſpiritu: ut vivificet ſpiritum humilium, & vivificet cor contritorum.

LXVI. 2... Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos?

LUC. XIV. 10. Sed cum vocatus fueris, (*ad nuptias*) vade, recumbe in noviſſimo loco: ut, cum venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. 11. Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur...

JACOB. IV. 6. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. 7. Subditi ergo eſtote Deo... 10. Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos...

1. PETR. V. 5. Similiter, adoleſcentes, ſubditi eſtote ſenioribus. Omnes autem invicem humilitatem inſinuate. Quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. 6. Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore viſitationis,

VARIA EXEMPLA HUMILITATIS.

In Moyſe. EXOD. III. 11. Dixitque Moyſes ad Deum. Quis ſum ego ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſrael de Ægypto?

IV. 10... Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri, & nudiuſtertius: & ex quo locutus es ad ſervum tuum, impeditioris & tardioris linguæ ſum.

1. REG. XVIII. 18. Ait autem David ad Saul: Quis ego ſum, aut quæ eſt vita mea, aut cognatio patris mei in Iſrael, ut fiam gener Regis?.. 23.. Et ait David: Num parum videtur vobis, generum eſſe Regis? Ego autem ſum vir pauper & tenuis.

XXIV. 9... Reſpexit Saul poſt ſe: & inclinans ſe David pronus in terram, adoravit, 10. Dixitque ad Saul:.. 15. Quem perſequeris Rex Iſrael? Canem mortuum perſequeris, & pulicem unum.

XXVI. 20. Egreſſus eſt Rex Iſrael, ut quærat pulicem unum, ſicut perſequitur perdix in montibus.

In Maria Virgine. LUC. I. 29. Quæ (Maria) cum audiſſet, turbata eſt in ſermone ejus, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio... 38. Dixit autem Maria: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum... 48. Quia reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ... 52. Depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles. 53. Eſurientes implevit bonis, & divites dimiſit inanes.

In S. Elizabeth. LUC. I. 43. Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?

In Centurione. MATTH. VIII. 8. Reſpondens Centurio, ait: Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus.

In Chananæa MATTH. XV. 26... Ait (Jeſus): Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. 27. At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.

In S. Joh. bapt. JOHAN. I. 19. Et hoc eſt teſtimonium Johannis, quando miſerunt Judæi ab Jeroſolymis Sacerdotes & Levitas ad eum, ut interrogarent eum: Tu quis es? 20. Et confeſſus eſt, & non negavit: & confeſſus eſt: Quia non ſum ego Chriſtus. 21. Et interrogaverunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit: Non. 22. Dixerunt ergo ei: Quis es, ut reſponſum demus his, qui miſerunt nos? Quid dicis de teipſo? 23. Ait: Ego ſum vox clamantis in deſerto: Dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias Propheta.. 25. Et interrogaverunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta? 26. Reſpondit eis Johannes dicens: Ego baptizo in aqua, medius autem veſtrum ſtetit quem vos neſcitis. 27. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt: cujus ego non ſum dignus ut ſolvam ejus corrigiam calceamenti. *Iſai. 40. 3.*

In Chriſto Jeſu Domino noſtro. *Evangeliſtæ omnes & Apoſtoli Chriſti Domini humilitatem prædicaverunt; quam vita ejus, doctrina & actiones probant, præcipue illius nativitas, miſſio, labores, mors & paſſio. Vide varia Scripturæ loca paſſim hocce §. laudata, præſertim lit.* (S)

DE SUPERBIA.

JOB XXIV. 2. Alii terminos tranſtulerunt, diripuerunt greges, & paverunt eos. 3. Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bovem viduæ. 4. Subverterunt pauperum viam, & oppreſſerunt pariter manſuetos terræ... 18. Levis eſt ſuper faciem aquæ: maledicta ſit pars ejus in terra... 19. Ad nimium calorem tranſeat ab aquis nivium, & uſque ad inferos peccatum illius... 22. Detraxit fortes in fortitudine ſua: & cum ſteterit, non credet vitæ ſuæ. 23. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam: oculi autem ejus ſunt in viis illius. 24. Elevati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur ſicut omnia, & auferentur, & ſicut ſummitates ſpicarum conterentur.

XL. 6. Diſperge ſuperbos in furore tuo, & reſpiciens omnem arrogantem humilia. 7. Reſpice cunctos ſuperbos, & confunde eos, & contere impios in loco ſuo. 8. Abſconde eos in pulvere ſimul, & facies eorum demerge in foveam.

ISAI. II. 11. Oculi ſublimes hominis humiliati ſunt, & incurvabitur altitudo virorum: exaltabitur autem ſolus Dominus in illa die. 12. Quia dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, & ſuper omnem arrogantem: & humiliabitur. 13. Et ſuper omnes cedros Libani, ſublimes, & erectos, & ſuper omnes quercus Baſan. 14. Et ſuper omnes montes, & ſuper omnes colles elevatos. 15. Et ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnem murum munitum. 16. & ſuper omnes naves Tharſis.. 17. & incurvabitur ſublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & elevabitur Dominus ſolus in die illa.

III. 16... Pro eo quod elevatæ ſunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo; & nutibus oculorum ibant, & plaudebant... & compoſito gradu incedebant. 17. Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. 18. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, 19. & torques, & monilia, & armillas, & mitras, 20. & diſcriminalia, & periſcelidas, & murenulas, & olfactoria, & inaures, 21. & annulos, & gemmas, in fronte pendentes, 22. & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, 23. & ſpecula, & ſindones, & vittas, & theriſtra, 24. & erit pro ſuavi odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro criſpanti crine calvitium, & pro faſcia pectorali cilicium.

V. 21. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobis metipſis prudentes.

XXIII. 9. Dominus exercituum cogitavit hoc, ut detraheret ſuperbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret univerſos inclytos terræ... 11... Dominus mandavit adverſus Chanaan, ut contereret fortes ejus.. 12. & dixit: Non adjicies ultra, ut glorieris. .

XXVIII. 1. Væ coronæ ſuperbiæ... Ephraim flori decidenti, gloriæ exultationis ejus... 3. Pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ... Ephraim 4. Et erit flos decidens gloriæ exultationis ejus.

XLVII. 10. Et fiduciam habuiſti in malitia tua & dixiſti: Non eſt qui videat me. Sapientia tua & ſcientia tua hæc decepit te. Et dixiſti in corde tuo: Ego ſum, & præter me non eſt altera. Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum ejus: & irruet ſuper te calamitas, quam non poteris expiare: veniet ſuper te repentina miſeria, quam neſcies...

EZE-

EZECHIEL xxxi. 10... Pro eo quod ſublimatus eſt in altitudine... & elevatum eſt cor ejus in altitudine ſua: 11. Tradidi eum in manu fortiſſimi gentium... 13. Et ſuccident eum alieni, & crudeliſſimi nationum.

AMOS vi. 1. Væ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: optimates capita populorum, ingredientes pompatice domum Iſrael... 8. Juravit Dominus in anima ſua, dicit Dominus Deus exercituum: Deteſtor ego ſuperbiam Jacob...

ABDIÆ 2. Ecce parvulum dedi te in gentibus: contemptibilis tu es valde. 3. Superbia cordis tui extulit te... qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terram? 4. Si exaltatus fueris ut aquila, & ſi inter ſydera poſueris nidum tuum: inde detraham te, dicit Dominus.

Exempla ſuperbiæ & ſuppliciorum quæ ſuperbis irrogat Deus occurrunt paſſim in Scripturis.

In Rege Pharaone. EXOD. xiv. 4. Indurabo cor ejus, (*Pharaonis*) ac perſequetur vos; & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu ejus. Scientque Ægyptii quia ego ſum Dominus... 5. Et nuntiatum eſt regi Ægyptiorum quod fugiſſet populus: immutatumque eſt cor Pharaonis & ſervorum ejus ſuper populo, & dixerunt: Quid voluimus facere, ut dimitteremus Iſrael, ne ſerviret nobis. 6. Junxit ergo currum, & omnem populum ſuum aſſumpſit ſecum. 7. Tulitque ſexcentos currus electos, & quidquid in Ægypto curruum fuit: & duces totius exercitus, 8... & perſecutus eſt filios Iſrael... 22. Et ingreſſi ſunt filii Iſrael per medium ſicci maris: erat enim aqua quaſi murus a dextera eorum & læva. 23. Perſequentesque Ægyptii ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus ejus & equites, per medium maris. 24. Jamque advenerat vigilia matutina, & ecca reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis, intarſecit exercitum eorum: & ſubvertit rotas curruum, ferebanturque in profundum... 27... Fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, & involvit eos Dominus in mediis fluctibus. 28. Reverſæque ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare: nec unus quidem ſuperfuit ex eis.

In Rege Davide. 2. REG. xxiv. 1. Et addidit furor Domini iraſci contra Iſrael, commovitque David in eis dicentem: Vade, & numera Iſrael & Judam. 2. Dixitque Rex ad Joab principem exercitus ſui: Perambula omnes tribus Iſrael a Dan uſque Berſabee, & numerate populum, ut ſciam numerum ejus. 3. Dixitque Joab Regi... Quid ſibi dominus meus Rex vult in re hujuſcemodi? 4... Egreſſuſque eſt Joab, & Principes militum, a facie Regis ut numerarent populum Iſrael... 10. Percuſſit autem cor David eum, poſtquam numeratus eſt populus: & dixit David ad Dominum: peccavi valde in hoc facto: ſed precor Domine, ut transferas iniquitatem ſervi tui, quia ſtulte egi nimis. 11... Et ſermo Domini factus eſt ad Gad Prophetam... dicens: 12. Vade, & loquere ad David... Trium tibi datur optio, elige unum quod volueris ex his, ut faciam tibi. 13. Cumque veniſſet Gad ad David, nuntiavit ei, dicens: Aut ſeptem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus menſibus fugies adverſarios tuos, & illi te perſequentur: aut certe tribus diebus erit peſtilentia in terra tua... 14. Dixit autem David ad Gad, Coarctor nimis, ſed melius eſt ut incidam in manus Domini, (multæ enim miſericordiæ ejus ſunt) quam in manus hominum. 15. Immiſitque Dominus peſtilentiam in Iſrael, de mane uſque ad tempus conſtitutum, & mortui ſunt ex populo, a Dan uſque ad Berſabee, ſeptuaginta millia virorum.

In Sennacherib Rege Aſſyriorum. 4. REG. xix. 28. Inſaniſti in me, & ſuperbia tua aſcendit in aures meas: ponam itaque circulum in naribus tuis, & camum in labiis tuis, & reducam te in viam, per quam veniſti... 32. Quamobrem hoc dicit Dominus de Rege Aſſyriorum: Non ingredietur urbem hanc, nec mittet in eam ſagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circumdabit eam munitio... 35. Factum eſt igitur in nocte illa, venit Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia, cumque diluculo ſurrexiſſet, vidit omnia corpora mortuorum: & recedens abiit. 36. Reverſus eſt Sennacherib Rex Aſſyriorum... 37. Cumque adoraret in templo Neſroch Deum ſuum, Adramelech & Sarafar filii ejus percuſſerunt eum gladio.

In Rege Ezechia. xx. 12. In tempore illo miſit Berodach, filius Baladan, Rex Babyloniorum, literas & munera ad Ezechiam: audierat enim quod ægrotaſſet Ezechias. 13. Lætatus eſt autem in adventu eorum Ezechias, & oſtendit eis domum aromatum, & aurum, & argentum, & pigmenta varia, unguenta quoque, & domum vaſorum ſuorum, & omnia quæ habere poterat in theſauris ſuis, non fuit, quod non monſtraret eis Ezechias in domo ſua & in omni poteſtate ſua. 14. Venit autem Iſaias Propheta ad Regem Ezechiam: dixitque ei: Quid dixerunt viri iſti? aut unde venerunt ad te? Cui ait Ezechias: De terra longinqua venerunt ad me de Babylone. 15. At ille reſpondit: quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias: Omnia quæcumque ſunt in domo mea, viderunt: nihil eſt quod non monſtraverim eis in theſauris meis. 16. Dixit itaque Iſaias Ezechiæ: Audi ſermonem Domioi. 17. Ecce dies veniet, & auferentur omnia, quæ ſunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui uſque in diem hanc, in Babylonem: non remanebit quidquam, ait Dominus. 18. Sed de filiis tuis qui egredientur ex te, quos generabis, tollentur, & erunt Eunuchi in Palatio Regis Babylonis.

Eadem leguntur apud ISAIAM, xxxix. 1. *& ſeq.*

In Nabuchodonoſore Rege. DANIEL iv. 1. Ego Nabuchodonoſor... 2. Somnium vidi, quod perterruit me... 5. Ingreſſus eſt in conſpectu meo Daniel, cui nomen Baltaſſar... & ſomnium coram ipſo locutus ſum... 7... Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo ejus nimia. 8. Magna arbor, & fortis: & proceritas ejus contingens cælum: aſpectus illius erat uſque ad terminos univerſæ terræ. 9. Folia ejus pulcherrima, & fructus ejus nimios: & eſca univerſorum in ea, ſubter eam habitabant animalia & beſtiæ, & in ramis ejus converſabantur volucres cæli: & ex ea veſcebatur omnis caro. 10. Videbam in viſione capitis mei ſuper ſtratum meum, & ecce vigil & Sanctus de cælo deſcendit. 11. Clamavit fortiter, & ſic ait: Succidite arborem, & præcidite ramos ejus: excutite folia ejus, & diſpergite fructus ejus: fugiant beſtiæ quæ ſubter eam ſunt, & volucres de ramis ejus. 12. Verumtamen germen radicum ejus in terra ſinite, & alligetur vinculo ferreo & æreo, in herbis quæ foris ſunt, & rore cæli tingatur, & cum feris pars ejus in herba terræ. 13. Cor ejus ab humano commutetur, & cor feræ detur ei: & ſeptem tempora mutentur ſuper eum. 14. In ſententia vigilum decretum eſt, & ſermo Sanctorum, & petitio: donec cognoſcant viventes, quoniam dominatur Excelſus in regno hominum; & cuicumque voluerit, dabit illud, & humillimum hominem conſtituet ſuper eum. 15. Hoc ſomnium vidi ego Nabuchodonoſor Rex: tu ergo Baltaſſar interpretationem narra feſtinus... 16. Tunc Daniel, cujus nomen Baltaſſar... dixit... 17. Arborem quam vidiſti ſublimem atque robuſtam, cujus altitudo pertingit ad cælum, & aſpectus illius in omnem terram, 18. & rami ejus pulcherrimi, & fructus ejus nimius, & eſca omnium in ea, ſubter eam habitantes beſtiæ agri, & in ramis ejus commorantes aves cæli. 19. Tu es Rex, qui magnificatus es, & invaluiſti: & magnitudo tua crevit, & pervenit uſque ad cælum, & poteſtas tua in terminos univerſæ terræ. 20. Quod autem vidit Rex vigilem & Sanctum deſcendere de cælo & dicere: Succidite arborem, & diſſipate illam, ac tamen germen radicum ejus in terra dimittite, & vinciatur ferro & ære in herbis foris, & rore cæli conſpergatur, & cum feris ſit pabulum ejus, donec ſeptem tempora mutentur ſuper eum. 21. Hæc eſt interpretatio ſententiæ Altiſſimi, quæ pervenit ſuper dominum meum Regem. 22. Ejicient te ab hominibus, & cum beſtiis feriſque erit habitatio tua, & fœnum ut bos comedes, & rore cæli infunderis: ſeptem quoque tempora mutabuntur ſuper te, donec ſcias quod dominetur Excelſus ſuper regnum hominum, & cuicumque voluerit, det illud. 23. Quod autem præcepit ut relinqueretur germen radicum ejus, id eſt arboris: regnum tuum tibi manebit, poſtquam cognoveris poteſtatem eſſe cæleſtem. 25. Omnia hæc venerunt ſuper Nabuchodonoſor Regem. 26. Poſt finem menſium duodecim, in aula Babylonis deambulabat. 27. Reſponditque Rex, & ait: Nonne hæc eſt Babylon, magna, quam ego ædificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? 28. Cumque ſermo adhuc eſſet in ore Regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor Rex: Regnum tuum tranſibit a te, 29. & ab hominibus ejicient te, & cum beſtiis & feris erit habitatio tua: fœnum quaſi bos comedes, & ſeptem tempora mutabuntur ſuper te, donec ſcias quod dominetur Excelſus in regno hominum, & cuicumque voluerit, det illud. 30. Eadem hora ſermo completus eſt ſuper Nabuchodonoſor, & ex hominibus abjectus eſt, & fœnum ut bos comedit, & rore cæli corpus ejus infectum eſt: donec capilli ejus in ſimilitudinem aquilarum creſcerent, & ungues ejus quaſi avium. 31. Igitur poſt finem dierum, ego Nabu-

§. 2. *De Avaritia.*

I. Quid eſt Avaritia?

S. Aug. lib. 14. de Civ. Dei, c. 15. num. 2.

R. *Avaritia eſt libido habendi*, ſeu inordinatus amor rerum temporalium.

I. Quandonam amor rerum temporalium eſt inordinatus?

R. Quando cum cupiditate appetuntur, vel poſſidentur bona temporalia. (A)

I. Qua ratione diſcerni poteſt ea cupiditas?

R. 1.

Nabucodonoſor oculos meos ad cælum levavi, & ſenſus meus redditus eſt mihi: & Altiſſimo benedixi, & viventem in ſempiternum laudavi, & glorificavi: quia poteſtas ejus poteſtas ſempiterna, & regnum ejus in generationem & generationem. 32. Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati ſunt: juxta enim voluntatem ſuam facit tam in virtutibus cæli quam in habitatoribus terræ: & non eſt qui reſiſtat manui ejus, & dicat ei: Quare feciſti? 33. In ipſo tempore ſenſus reverſus eſt ad me, & ad honorem regni mei decoremque perveni: & figura mea reverſa eſt ad me. & optimates mei, & magiſtratus mei requiſierunt me, & in regno meo reſtitutus ſum, & magnificentia amplior addita eſt mihi. 34. Nunc igitur ego Nabuchodonoſor laudo, & magnifico Regem cæli: quia omnia opera ejus vera, & viæ ejus judicia, & gradientes in ſuperbia poteſt humiliare.

In Baltaſſare Rege.

DANIEL v. 17. Daniel ait coram Rege... 18. O Rex, Deus altiſſimus, regnum & magnificentiam, gloriam & honorem dedit Nabuchodonoſor patri tuo. 19. Et propter magnificentiam quam dederat ei, univerſi populi, tribus & linguæ tremebant & metuebant eum: quos volebat, interficiebat: & quos volebat, percutiebat: & quos volebat, exaltabat, & quos volebat, humiliabat. 20. Quando autem elevatum eſt cor ejus, & ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiam, depoſitus eſt de ſolio regni ſui, & gloria ejus ablata eſt: 21. Et a filiis hominum ejectus eſt: ſed & cor ejus cum beſtiis poſitum eſt, & cum onagris erat habitatio ejus: fœnum quoque ut bos comedebat, & rore cæli corpus ejus infectum eſt, donec cognoſceret quod poteſtatem haberet Altiſſimus in regno hominum: & quemcumque voluerit, ſuſcitabit ſuper illud. 22. Tu quoque filius ejus Baltaſſar, non humiliaſti cor tuum, cum ſcires hæc omnia: 23. Sed adverſus Dominatorem cæli elevatus es: vaſa domus ejus allata ſunt coram te: & tu, & optimates tui, & uxores tuæ, & concubinæ tuæ, vinum bibiſtis in eis, deos quoque argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneoſque, & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque ſentiunt, laudaſti: porro Deum, qui habet flatum tuum in manu ſua, & omnes vias tuas, non glorificaſti: 24. Idcirco ab eo miſſus eſt articulus manus, qui ſcripſit hoc, quod exaratum eſt. 25. Hæc eſt autem ſcriptura, quæ digeſta eſt, MANE, THECEL, PHARES. 26. Et hæc eſt interpretatio ſermonis. MANE: numeravit Deus regnum tuum, & complevit illud. 27. THECEL: appenſus es in ſtatera, & inventus es minus habens. 28. PHARES: diviſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis... 30. Eadem nocte interfectus eſt Baltaſſar Rex Chaldæus. Et Darius Medus ſucceſſit in regno.

In perſona Aman.

ESTHER III. 1. Rex Aſſuerus exaltavit Aman filium Amadathi, qui erat de ſtirpe Agag: & poſuit ſolium ejus ſuper omnes principes, quos habebat. Cunctique ſervi Regis, qui in foribus palatii verſabantur, flectebant genua, & adorabant Aman: ſic enim præceperat eis Imperator. Solus Mardochæus non flectebat genu, neque adorabat eum... 5. Quod cum audiſſet Aman, & experimento probaſſet quod Mardochæus non flecteret ſibi genu, nec ſe adoraret, iratus eſt valde, 6. & pro nihilo duxit in unum Mardochæum mittere manus ſuas: audierat enim quod eſſet gentis Judææ. Magiſque voluit omnem Judæorum, qui erant in regno Aſſueri, perdere nationem...

v. 8. Si inveni in conſpectu Regis gratiam, (inquit Eſther Regina Aſſuero) & ſi Regi placet ut det mihi quod poſtulo, & meam impleat petitionem: veniat Rex & Aman ad convivium quod paravi eis, & cras aperiam Regi voluntatem meam. 9. Egreſſus eſt itaque illo die Aman lætus & alacer. Cumque vidiſſet Mardochæum ſedentem ante fores palatii, & non ſolum non aſſurrexiſſe ſibi, ſed nec motum quidem de loco ſeſſionis ſuæ, indignatus eſt valde: 10. & diſſimulata ira, reverſus in domum ſuam, convocavit ad ſe amicos ſuos, & Zares uxorem ſuam: 11. & expoſuit illis magnitudinem divitiarum ſuarum, filiorumque turbam, & quanta eum gloria ſuper omnes principes & ſervos ſuos Rex elevaſſet. 12. & poſt hæc ait: Regina quoque Eſther nullum alium vocavit ad convivium cum Rege, præter me: apud quam etiam cras cum Rege pranſurus ſum. 13. Et cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum Judæum ſedentem ante fores regias. 14. Reſponderuntque ei, Zares uxor ejus, & ceteri amici: Jube parari excelſam trabem, habentem altitudinis quinquaginta cubitos, & dic mane Regi ut appendatur ſuper eam Mardochæus, & ſic ibis cum Rege lætus ad convivium. Placuit ei conſilium; & juſſit excelſam parari crucem...

VII. 1. Intravit itaque Rex & Aman, ut biberent cum Regina. 2. Dixitque ei Rex... Quæ eſt petitio tua Eſther ut detur tibi? ... 3. Ad quem illa reſpondit: Si inveni gratiam in oculis tuis, o Rex, & ſi tibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum, pro quo obſecro. Traditi enim ſumus ego & populus meus, ut conteramur, jugulemur, & pereamus... 5. Reſpondenſque Rex Aſſuerus ait: Quis eſt iſte, & cujus potentiæ, ut hæc audeat facere? 6. Dixitque Eſther: Hoſtis & inimicus noſter peſſimus iſte eſt Aman. Quod ille audiens, illico obſtupuit, vultum Regis ac Reginæ ferre non ſuſtinens. 7. Rex autem iratus ſurrexit, & de loco convivii intravit in hortum arboribus conſitum. Aman quoque ſurrexit, ut rogaret Eſther Reginam pro anima ſua; intellexit enim a Rege ſibi paratum malum. 8. Qui cum reverſus eſſet de horto nemoribus conſito, & intraſſet convivii locum, reperit Aman ſuper lectulum corruiſſe, in quo jacebat Eſther, & ait: Etiam Reginam vult opprimere, me præſente, in domo mea. Necdum verbum de ore Regis exierat, & ſtatim operuerunt faciem ejus. 9. Dixitque Harbona, unus de Eunuchis, qui ſtabant in miniſterio Regis: En lignum, quod paraverat Mardochæo, qui locutus eſt pro Rege, ſtat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui Rex dixit: Appendite eum in eo, 10. Suſpenſus eſt itaque Aman in patibulo quod paraverat Mardochæo: & Regis ira quievit.

2. MACHAB. IX. 4. (Antiochus) elatus in ira... ita ſuperbe locutus eſt ſe venturum Hieroſolymam, & congeriem ſepulchri Judæorum eam facturum. 5. Sed qui univerſa conſpicit Dominus Deus Iſrael, percuſſit eum inſanabili & inviſibili plaga. Ut enim finivit hunc ipſum ſermonem, apprehendit eum dolor dirus viſcerum, & amara internorum tormenta... 7. Super hoc autem ſuperbia repletus, ignem ſpirans animo in Judæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadere, & gravi corporis colliſione membra vexari. 8. Iſque qui ſibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, ſupra humanum modum ſuperbia repletus... nunc humiliatus... manifeſtam Dei virtutem in ſemetipſo conteſtans: 9. Ita ut de corpore impii vermes ſcaturirent, ac viventis in doloribus carnes ejus effluerent, odore etiam illius ac fœtore exercitus gravaretur. 10. Et qui paulo ante ſidera cæli contingere ſe arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. 11. Hinc igitur cœpit ex gravi ſuperbia deductus ad agnitionem ſui venire, divina admonitus plaga, per momenta ſingula doloribus ſuis augmenta capientibus. 12. Et cum nec ipſe jam fœtorem ſuum ferre poſſet, ita ait: Juſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire... 28. Igitur homicida & blaſphemus peſſime percuſſus, & ut ipſe alios tractaverat peregre in montibus miſerabili obitu vita functus eſt.

ACTOR. XII. 21. Statuto autem die Herodes veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. 22. Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis 23. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo: & conſumptus a vermibus, expiravit. *In Rege Agrippa.*

(A) S. AUG. *De Civit. Dei, Lib.* 12. *cap.* 8. Deficitur enim non ad mala, ſed male, id eſt, non ad malas naturas, ſed ideo male, quia contra ordinem naturarum ab eo quod ſumme eſt, ad id quod minus eſt. Neque enim auri vitium eſt avaritia, ſed hominis perverſe amantis aurum, juſtitia derelicta, quæ incomparabiliter auro debuit anteponi.

Lib.

R. 1. Si immoderate vel gaudeamus de poſſeſſione, vel doleamus de amiſſione ſeu privatione divitiarum. (B)

2. Si per nefas contra Dei præceptum eas vel com-

Lib. 14. *c.* 15. *nu.* 2. Voluntatem præcedit appetitus quidam, qui ſentitur in carne quaſi cupiditas ejus, ſicut fames & ſitis, & ea quæ in genitalibus uſitatius libido nominatur, cum hoc ſit vocabulum generale omnis cupiditatis. Nam & ipſam iram nihil eſſe, quam ulciſcendi libidinem.... Eſt igitur libido ulciſcendi, quæ ira dicitur: eſt libido habendi quæ avaritia eſt. Eſt libido quomodocumque vincendi ..... quæ jactantia nuncupatur. Sunt multæ variæ libidines, quarum nonnullæ habent etiam vocabula propria, quædam vero non habent.

In Pſal. LXI. *num.* 16. *Divitiæ ſi fluant, ne apponatis cor*... Noli ta præſumere; noli ibi te figere.... Non vides quia ſi ibi cor poſueris & tu flues? ... Et quid eſt, *ne apponatis cor?* Neque ſperate in incerto divi-
Pſ. 11. 9. tiarum. Ergo *divitiæ ſi fluant*, ne apponatis cor, ne in divitiis confidatis, non præſumatis, non ſperetis; ne dicatur, Ecce homo qui non poſuit Deum adjutorem ſuum, ſed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum, & prævaluit in vanitate ſua.

(B) Tertullianus *de Patientia c.* 7... Si detrimentu rei familiaris animus concitatur, omni pena in loco de contemnendo ſæculo Scripturis dominicis commonetur: nec major ad pecuniæ contemptum exhortatio ſubjacet, quam quod ipſe Dominus in nullis divitiis invenitur: ſemper pauperes juſtificat, divites prædamnat. Ita detrimentum patientiæ, faſtidium opulentiæ præminiſtravit, demonſtrans per abjectionem divitiarum, læſuras quoque earum comportandas non eſſe. Quod ergo nobis appetere minime opus eſt, quia nec Dominus appetivit, detruncatum vel etiam ademptum, non ægre ſuſtinere debemus. Cupiditatem omnium malorum radicem Spiritus Domini per Apoſtolum pronunciavit. Eam non in concupiſcentia alieni tantum conſtitutam interpretemur: nam & quod noſtrum videtur, alienum eſt: nihil enim noſtrum, quoniam Dei omnia, cujus ipſi quoque nos. Itaque ſi damno affecti impatienter ſenſerimus, non de noſtro amiſſum dolentes, affines cupiditatis deprehendemur. Alienum quærimus, cum alienum amiſſum dolentes ægre ſuſtinemus. Qui damni impatientia concitatur, terrena cœleſtibus anteponendo, de proximo in Deum peccat. Spiritum enim quem a Domino ſumpſit, ſæcularis rei gratia concutit. Libenter igitur terrena amittamus, cœleſtia tueamur. Totum licet ſæculum pereat, dum patientiam lucrifaciam. Jam qui minutum ſibi aliquid, aut furto, aut vi, aut etiam ignavia, non conſtanter ſuſtinere conſtituit; neſcio an facile, vel ex animo ipſe rei ſuæ manum inferre poſſet in cauſa eleemoſynæ. Quis enim ab alio ſecari omnino non ſuſtinens, ipſe ferrum in corpore ſuo ducit? Patientia in detrimentis exercitatio eſt largiendi & communicandi. Non piget donare eum, qui non timet perdere. Alioquin quomodo duas habens tunicas, alteram earum nudo dabit, niſi idem ſit, qui auferenti tunicam, etiam pallium offerre poſſit? Quomodo amicos de mammona fabricabimus nobis, ſi eum in tantum amaverimus, ut amiſſum non ſufferamus? Peribimus cum perdito. Quid hic invenimus, ubi habemus amittere? Gentilium eſt omnibus detrimentis impatientiam adhibere... Nos vero ſecundum diverſitatem, qua cum illis ſumus, non animam pro pecunia, ſed pecuniam pro anima deponere convenit; ſeu ſponte in largiendo, ſeu patienter in amittendo.

S. Cyprianus *de Lapſis*, *pag.* 124. *Edit. Oxonii* 1682. *in fol. mihi* 88. Studebant augendo patrimonio ſinguli; & obliti quid credentes, aut ſub Apoſtolis ante feciſſent, aut ſemper facere deberent, inſatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus incubabant... Epiſcopi plurimi... per alienas provincias oberrantes, negotiationis quæſtuoſæ nundinas aucupari. Eſurientibus in Eccleſia fratribus non ſubvenire, habere argentum largiter velle, fundos inſidioſis fraudibus rapere, uſuris multiplicantibus fœnus augere. Quid non perpeti tales pro peccatis ejuſmodi mereremur?

P. 126. *mihi* 90. Diſſimulanda, fratres, veritas non eſt, nec vulneris noſtri materia & cauſa reticenda. Decepit multos patrimonii ſui amor cæcus; nec ad recedendum parati aut expediti eſſe potuerunt, quos facultates ſuæ velut compedes ligaverunt. Illa fuerunt remanentibus vincula, illæ catenæ, quibus & virtus retardata eſt, & fides preſſa, & mens vincta, & anima præcluſa; ut ſerpenti terram ſecundum Dei ſententiam devoranti, præda & cibus fierent, qui terreſtribus cupiditatibus inhæterent. Et idcirco Dominus bonorum magiſter, & præmonens & conſulens in futurum: *Si vis*, inquit, *perfectus eſſe*, *vade*, *vende omnia tua*, *& da pauperibus*, *& habebis theſaurum in cœlis*, *& veni*, *ſequere me*. Si hoc divites facerent, per divitias ſuas non perirent; theſaurum in cœlo reponentes, hoſtem nunc expugnatorem domeſticum non haberent: eſſet in cœlo cor & animus & ſenſus, ſi theſaurus eſſet in cœlo. Nec vinci a ſæculo poſſet, qui unde vinceretur in ſæculo non haberet: ſequeretur Dominum ſolutus & liber, ut Apoſtoli, & ſub Apoſtolis multi; & nonnulli ſæpe fecerunt, qui & rebus ſuis & parentibus derelictis, individuis Chriſto nexibus adhæſerunt. Sequi autem Chriſtum quomodo poſſunt, qui patrimonii vinculo detinentur? Aut quomodo cœlum petunt, & ad ſublimia & alta conſcendunt, qui terrenis cupiditatibus degravantur? Poſſidere ſe credunt, qui potius poſſidentur; cenſus ſui ſervi, nec ad pecuniam ſuam Domini, ſed magis pecuniæ mancipati. Hoc tempus, hos homines Apoſtolus denotat dicens: *Qui autem volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & muſcipulam & deſideria multa & nocentia, quæ mergunt homines in perditionem & interitum. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes naufragaverunt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.* Dominus autem quibus non præmiis ad contemptum rei familiaris invitat? Parva hæc & exigua hujus temporis damna quibus mercedibus penſat? *Nemo eſt*, inquit, *qui relinquat domum aut agrum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios, propter regnum Dei; & non recipiat centies tantum in iſto tempore, in ſæculo autem venturo vitam æternam.* Quibus cognitis, & de Domini pollicentis veritate compertis, non tantum timanda non eſt ejuſmodi, ſed & optanda jactura.

Mat. 19. 21.

1. Tim. 6. 9.

Mar. 10. 21.

S. Aug. *Serm.* 107. *alias de tempor.* 197. *& de diverſis* 28. *c.* 3. *n.* 4. *Cavete ab omni cupiditate.* Forte tu avarum & cupidum diceres, ſi quæreret aliena: ego autem dico: Cupide & avare non appetas nec tua... Non ſolum avarus eſt, qui rapit aliena: ſed & ille avarus eſt, qui cupide ſervat ſua. Sed ſi ſic culpatur qui cupide ſervat ſua; quomodo damnatur qui rapit aliena?

Cap. 7. *n.* 8. *Cavete ab omni avaritia.* Ecce amas tua, & jactas te, quia non quæris aliena... Si non audieris illum qui dixit, *Cavete ab omni avaritia*, audi quanta mala facturus es propter tua. Ecce contigit, verbi gratia, ut fieres judex. Non corrumperis, quia non quæris aliena: nemo tibi dat præmium, & dicit, Judica contra adverſarium meum. Abſit, homo qui non quæris aliena, quando tibi hoc perſuaderi poteſt? Vide quid mali facturus ſis propter tua. Ille qui vult ut male judices, & pro ipſo feras ſententiam contra adverſarium ipſius, forte potens homo eſt, & poteſt tibi calumniam facere, ut perdas tua. Attendis potentiam ipſius, cogitas illum, cogitas tua quæ ſervas, quæ amas: non quæ poſſediſti, ſed quibus male inhæſiſti. Attendis viſcum tuum, propter quod libetas virtutis non habes pennas: & dicis apud te ipſum, Offendo hominem iſtum, multum poteſt ad tempus: ſuggeret de me mala, & proſcribor, & perdo quod habeo. Judicaturus es male non cum quæris aliena, ſed cum ſervas tua.

Cap. 9 *n.* 10. Parum eſt avaritia pecuniæ, cave avaritiam vitæ. Horrenda avaritia, metuenda avaritia... Aliquando homo contemnit quod habet, & dicit, Non dico falſum teſtimonium: non dico: dicis mihi, tollo quod habes. Tolle quod habeo: non tollis quod intus habeo... Sed quid ſi dicat, cum contempſeris ea quæ poſſides, quid ſi dicat, Occido te? Reſponde illi, ſi Chriſtum audiſti, Occides me? Melius tu occides carnem meam, quam ego per linguam falſam animam meam. Quid facturus es mihi? Occiſurus es carnem: exit anima libera, in fine ſæculi, & ipſam quam contempſit carnem receptura... Forte hoc non dicis. Unde non dicis? Vere vis. Plus vis vivere, quam Deus conſtituit? Certe caves ab omni avaritia? Huc uſque Deus voluit ut vivas, quo uſque iſte ad te acceſſit. Forte te occiſurus eſt, ut Martyrem faciat.

Cap. 9. *n.* 11. Noli habere cupiditatem vivendi: & non habes æternitatem moriendi. Videtis quia ubique avaritia illa, cum plus volumus quam opus eſt, facit nos peccare? Caveamus ab omni avaritia, ſi volumus frui æterna ſapientia.

De fide & operibus c. 16. *n.* 27.... Porro ſi circa divitias ſuas carnali quodam teneretur affectu, quamvis

ex

Digitized by Google

Pars II. Sect. I. Cap. II. §. 2.

comparemus vel retineamus. (C)

C 3. Si avidius eas vel appetamus, vel poſſideamus & ſervemus. (D)

D 4. Si utamur iis ultra, vel citra modum neceſſitatis ad explendam vel ſuperbiam, vel concupiſcentiam oculorum, vel concupiſcentiam carnis. (E)

E 5. Si quidquid ſuperfluit non expendamus in pauperes. (F) F

I. Qua ratione cognoſci poteſt num ſit animus a cupiditate divitiarum alienus?

R. 1. Si quis neque ſe earum poſſeſſione beatum, neque earum privatione miſerum & infelicem exiſtimet: ſi neque de earum poſſeſ-

ex eis multas eleemoſynas faceret, nec ad eas augendas fraudis aliquid rapinæque moliretur, aut earum minuendarum, vel amittendarum metu in aliquod facinus flagitiumve laberetur... Sed propter carnalem,..quem in eis haberet affectum, quo talibus bonis ſine dolore carere non poſſet, ædificaret ſuper fundamentum illud ligna, fœnum, ſtipulam... Hæc igitur quoniam affectu dilecta carnali non ſine dolore amittuntur, propterea qui ea ſic habent ut habeant in fundamento fidem, quæ per dilectionem operatur, neque huic iſta ulla ratione vel cupiditate præponant, in eorum amiſſione paſſi detrimentum per ignem quemdam doloris perveniunt ad ſalutem. A quo dolore atque detrimento tanto eſt quiſque ſecurior, quanto ea vel minus amaverit, vel tamquam non habens habuerit.

S. BASIL. *Homil. 8. in divites avaros.* Probationis gratia tales calamitates hominibus infliguntur, ut per labores probentur, & de ipſorum fide ac conſtantia, ſive ſint divites, ſive pauperes, periculum fiat. Utrique namque per patientiam exacte probantur.

(C) Iſai. XXXIII. 1. Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis?... Cum conſummaveris deprædationem, deprædaberis..

HABACUC II. 6... Væ ei, qui multiplicat non ſua. Uſquequo & aggravat contra ſe denſum lutum? 7. Numquid non repente conſurgent qui mordeant te: & ſuſcitabunt lacerantes te, & eris in rapinam ejus? 8. Quia tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt te omnes... 9. Væ qui congregat avaritiam malam domui ſuæ... 10. Concidiſti populos multos.

S. AUG. *Serm. 107. alias de tempore 196. & de diverſis. 28. Vide ſupra lit.* (B) *hocce §.*

S. AMBROS. *Lib. de Nabuthe cap. 7. n. 35.* Conficitur avarus ſemper ubertate proventuum... Fertilitas enim univerſorum eſt, ſterilitas ſoli avaro eſt quæſtuoſa. Delectatus magis enormitate pretiorum, quam abundantis copiarum.

D. BASIL. *Homil. 6. in diteſcent. avar.* Cur tu dives es, ille pauper? Profecto non ob aliam cauſam niſi ut tu benignitatis ac fidelis adminiſtrationis mercedem accipias, ille vero patientiæ maximis præmiis honoretur. Tu vero inſatiabilis avaritiæ lacertis omnia circumplexus, & tot homines illis privans, neminem te lædere putas. Quis, quæſo, eſt avarus? Ille qui eo quod ſatis eſſe debet, non eſt contentus. Quis vero peculator? Ille qui ad ſe unum transfert quæ ſingulorum ſunt. Tu ergo non avarus? Non tu peculator, cum ea quæ ad diſpenſandum diſtribuendumque receperis, tibi propria facis? Num qui veſtem diripuerit, ſpoliator nominabitur: qui autem nudum non texerit modo poſſit, alterius cujuſdam nominis appellatione dignus erit? Eſurientis eſt panis quem tu retines: nudi eſt veſtis quam in arca cuſtodis: diſcalceati calceus qui apud te marceſcit: egentis argentum quod tu terræ infoſſum poſſides Quare tot injurius es hominibus, in quot poteras opem conferre?

(D) *Vide auctoritates Patrum ſupra lit.* (B) *hocce Paragrapho.*

(E) ISAI. V. 8. Væ, qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis... Numquid habitabitis vos ſoli, in medio terræ?... 11. Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſque ad veſperam, ut vino æſtuetis. 12. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conviviis veſtris: & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum ejus conſideratis... 14. Propterea dilatavit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque ullo termino: & deſcendent fortes ejus, & ſublimes glorioſique ejus, ad eum.

AMOS. VI. 1. Væ qui opulenti eſtis in Sion... ingredientes pompatice domum Iſrael. 4. Qui dormitis in lectis eburneis, & laſcivitis in ſtratis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. 5. Qui canitis ad vocem pſalterii: ſicut David putaverunt ſe habere vaſa cantici. 6. Bibentes vinum in phialis, & optimo unguento delibuti: nihil patiebantur ſuper contritione Joſeph.

LUC. VI. 24.. Væ vobis divitibus, quia habetis conſolationem veſtram. 25. Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis.

I. TIMOTH. VI. 8. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. 9. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. 10. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes erraverunt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.

S. AMBROS. *De Nabuthe cap. 5. nu. 13.* Non vendas agrum tuum pro nocte meretricis: non transfundas jus tuum pro ſumtu comeſſationis, deliciarumque impenſis: non adjudices domum tuam ad ludum aleæ, ne jus hereditariæ pietatis amittas.

(F) 1. TIMOT. VI. 17. Divitibus hujus ſæculi præcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto divitiarum, ſed in Deo vivo, qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendum. 18. Bene agere, divites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, 19. theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.

S. AUG. *Serm. 86. alias de diverſis 43. c. 1. nu. 1.* Neque enim ſicut avari putant, Deus noſter perdere nos voluit res noſtras... Non nobis præcepit ut perderemus, ſed locum oſtendit ubi poneremus: nemo enim poteſt niſi cogitare de theſauro ſuo, & quodam cordis itinere divitias ſuas ſequi. Si ergo in terra obruuntur, ima petit cor: ſi autem in cælo reſervantur, ſurſum erit cor... Qui ergo vult cor ſuum habere, ibi ponat quod amat; & in terra poſitus carne, cum Chriſto habitet corde.

Cap. 2. n. 2... Vade, vende omnia quæ habes, & Mat. 19. 21.
da pauperibus & habebis theſaurum in cælo... Forte times ne perdas... cuſtos auri tui erit Deus tuus. Qui dedit in terra, ipſe ſervat in cælo.

Cap. 3. n. 3. Nemo timeat erogare pauperibus... il- Mat. 25. 35.
le accipit qui juſſit ut dares... Eſurivi, inquit, & dediſtis mihi manducare... cum uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Mendicat pauper, ſed accipit dives... neque hoc redditurus quod accipit: fœnerari ſe voluit, plus promittit quam dederis: exſere nunc avaritiam tuam, te puta fœneratorem.

Cap. 6. n. 7. Contraria jubebant avaritia & luxuria, ita ut ambabus obtemperare non poſſes: & dicebat una. Serva tibi, & conſule in poſterum: dicebat alia. Eroga, fac bene cum anima tua. Procedat Dominus tuus eadem dicturus, & contraria non dicturus Redemptor tuus.

Cap. 9. n. 10. Serva tibi, ait Dominus tuus, conſule in poſterum. Et hunc interroga, Ubi ſervabo? *Habebis theſaurum in cælo:* ubi fur non accedet, neque tinea corrumpet. In quantum poſterum ſervabis? Venite benedicti Patri mei, percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi... hoc eſt conſulere in poſterum.

Cap. 10. n. 11. Intendite fratres, intendite quia avaritia excuſationem non habet, neque hic neque in futuro ſæculo... Quod facere nonnulli avari ſolent, fac trajectitium: da in peregrinos quod recipias in patria tua.

Cap. 11. nu. 13. Fac locum Chriſto cum filiis tuis, accedat familiæ tuæ Dominus tuus, accedat ad prolem creator tuus, accedat ad numerum filiorum tuorum frater tuus... Duos filios habes, tertium illum computa: tres habes, quartus numeretur: quintum habes, ſextus dicatur: decem habes, undecimus ſit.. unius filii tui ſerva locum Domino tuo. Quod enim dabis Domino tuo, & tibi proderit, & filiis tuis: quod autem male ſervas filiis tuis, & tibi oberit & filiis. Dabis autem portionem unam quam unius filii deputaſti. Deputa te unum amplius genuiſſe.

S. AMBROS. *De Nabuthe cap. 13. n. 56.* Parietes veſtitis, nudatis homines. Clamat ante domum tuam nudus, & negligis: clamat homo nudus, & tu ſollicitus es quibus marmoribus pavimenta tua veſtias. Pecuniam pauper quærit, & non habet: panem poſtulat homo, &

equus

Digitized by Google

feſſione nimium gaudeat], neque de earum privatione nimium doleat.

2. Si paupertatem præferat divitiis male partis & contra fas retentis.

3. Si divitiis legitime acquiſitis non utatur ad cupiditatem, ſed ad neceſſitatem ſolum.

G 4. Si quidquid ſupereſt & ſibi & ſuis, in pia opera expendat. (G)

I. Si res ita ſe habet, video paucos admodum qui avaritiæ labe non inficiantur.

R. Et quidem pauciſſimi ſunt quos avaritia non perdat, & quod dolendum magis, id fere recogitat nemo.

Avaritiæ nomine fere fingunt homines aliud quam quod res eſt. PARS II. SECT. I.

Ab ea labe alienos eſſe ſe exiſtimant qui per nefas pecuniam nec ſibi comparant, nec retinent, CAP. II. §. 2.
qui ut fert res familiaris ita vivunt, adeo ut nihil ſit in ſumptu ſordidum aut nimis parcum. Bene id quidem: ſed non ſatis. *Neque enim ille ſolum eſt avarus qui rapit aliena, ſed etiam qui nimis cupide ſervat ſua.* Id ſi ita eſt, pauci divites non avari. Quin & ſine divitiis avaritia eſſe poteſt. Avarus eſt & pauper, qui divitias amat & qui ſe præ paupertate miſerum & infelicem putat. (H) *S. Auguſt. Serm. 107. alias 196. de temp. c. 3. n. 4.* H

I. Quænam eſt avaritiæ mater?

R. Con-

equus tuus aurum ſub dentibus mandit ... Quantum o dives ſumis tibi judicium? Populus eſurit, & tu horrea claudis: populus deplorat, & tu gemmam tuam verſas. Infelix, cujus in poteſtate eſt tantorum animas a morte defendere, & non eſt voluntas. Totius vitam populi poterat annuli tui gemma ſervare.

S. BASILIUS *homilia in diteſcentes avaros tom. 1. pag. 338. edit. Morelli Pariſ.* 1638 *mihi p.* 155. Parietes veſtis, hominem non veſtis? Equos phaleris ornas, fratrem tuum laceris amictum pannis aſpernaris? Frumentum retinendo ſpernis, eſurientes non reſpicis? Aurum in terram condis, & appreſſum non curas? Annulus tuus quantum æris alieni poſſet exolvere? Quot domos ob inopiam ruentes conſervare? Una tantum tuarum veſtium arcula totum populum frigore rigentem amicire poſſet. Verum ſuſtines inexoratus abs te pauperem rejicere, nec metuis judicis minas... Non aperuiſti domum tuam? A regno Dei excluderis. Non dediſti panem? Non vitam recipies æternam.

(G) PSAL. LXI. 11. Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere: Divitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.

PROVERB. XXIII. 4. Noli laborare ut diteris.

ECCLES. V. 9. Avarus non implebitur pecunia; & qui amat divitias fructum non capiet ex iis, & hoc ergo vanitas. 10. Ubi multæ ſunt opes, multi & qui comedunt eas, & quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernit divitias oculis ſuis?

ECCLI. XXX. 8. Beatus dives, qui inventus eſt ſine macula; & qui poſt aurum non abiit, nec ſperavit in pecunia, & theſauris ... 11. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in Domino, & eleemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia ſanctorum.

MATTH. VI. 24. Non poteſtis Deo ſervire & mammonæ.

XIX. 21.... Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes & da pauperibus... 23. Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in regnum cælorum. 24. Et iterum dico vobis: facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in regnum cælorum... 29. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet: & vitam æternam poſſidebit.

Eadem leguntur LUC. XVIII. 20.

Nunc contemptus divitiarum, immo paupertatis ſpontaneæ exempla ex Scripturis accipe: ac primo in B. JOB *qui poſtquam divitias maximas poſſediſſet, cum uno eodemque die omnes aut furto ablatas aut igne conſumptas fuiſſe illi nunciatum fuiſſet, hæc ait:*

JOB. I. 21. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc: Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum.

In JESU CHRISTO *Domino noſtro omnium virtutum exemplari.*

MATTH. VIII. 20. Filius hominis non habet ubi caput reclinet.

In APOSTOLIS.

MATTH. XIX. 27... Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te.

In S. PETRO.

ACT. III. 6. Petrus autem dixit: Argentum, & aurum non eſt mihi.

In S. PAULO.

ACT. XX. 33. Argentum, & aurum, aut veſtem nullius concupivi; ... 34. quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum ſunt, miniſtraverunt manus iſtæ. 35. Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes, oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi Domini Jeſu, quoniam ipſe dixit: Beatius eſt magis dare, quam accipere.

1. COR. IV. 11. Uſque in hanc horam, & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus. 12. Et laboramus, operantes manibus noſtris.

2. COR. XI. 27. In fame & ſiti, in jejuniis multis, in frigore & nuditate.

In S. BARNABA.

ACT. IV. 36. Joſeph autem, qui cognominatus eſt Barnabas .... 37. cum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & poſuit ante pedes Apoſtolorum.

In omnibus CHRISTIANIS, *primis Eccleſiæ ſæculis.*

ACT. II. 44. Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. 45. Poſſeſſiones & ſubſtantias vendebant, dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat.

IV. 32. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una: nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. 33.... & gratia magna erat in omnibus illis. 34. Neque enim quiſquam egens erat inter illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, 35. & ponebant ante pedes Apoſtolorum. Dividebatur autem ſingulis prout cuique opus erat.

(H) S. AUG. *Enarr. in Pſal.* LI. *verſ. 9. num.* 14. *Ecce homo qui non poſuit Deum adjutorem ſuum, ſed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum.* Non dicat pauper forte malus: Ego non ſum de hoc corpore: Audivit enim Prophetam dicentem, *ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum*: continuo ſi pauper eſt, attendit pannos ſuos, reſpexit juxta ſe forte divitem in populo Dei ornatius veſtitum, & ait in corde ſuo: De iſto dicit, numquid de me? Noli inde te excipere, noli ſeparare, niſi videris & timueris, ut poſtea rideas. Nam quid tibi prodeſt, ſi eges facultate & ardes cupiditate? ... Cum Dominus dixiſſet: Facilius eſt camelum tranſire per foramen acus, quam divitem intrare in Regnum cælorum: illi (Apoſtoli) apud ſe dicentes: Quiſnam poterit ſalvari, quid attenderunt? Non facultates, ſed cupiditates. Viderunt enim etiam ipſos pauperes, etſi non habentes pecuniam, tamen habere avaritiam ... Lege Scripturas, & invenies divitem Abraham, ut noveris quia non divitiæ culpantur: Habebat Abraham multum auri, argenti, pecorum familiæ, dives erat, & in ejus ſinum pauper Lazarus ſublatus eſt. In ſinum divitis pauper, an potius ambo Deo divites, ambo a cupiditate pauperes.

N. 15... Non quia habuit divitias, ſed quia in ipſis ſperavit, & in Deo non ſperavit, ideo damnatur, ideo punitur, ideo movetur de tabernaculo, ... *ſicut pulvis quem projicit ventus a facie terræ*, ideo extirpatur radix ejus de terra viventium... Quid in illis reprehenditur? Non quia iſta habuerint; nam & boni habent iſta: ſed quid? Hoc intendite: ne paſſim divites reprehendatis, & rurſus ne de paupertate & de egeſtate præſumatis. Si enim non eſt præſumendum de divitiis, quanto magis non eſt præſumendum de paupertate, ſed de Deo vivo? In quo ergo iſti notantur? Quia beatum dixerunt populum cui hæc ſunt. Ideo filii alieni, ideo os eorum locutum eſt vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis; tu autem quid? Beatus populus cujus eſt Dominus Deus ipſius.

Pſal. 1. 4. *Pſal.* 143. 15. *Ibid.* 8. *Ibid.* 15.

Serm.

Pars II. Sect. I. Cap. II. §. 2. I

R. Concupiſcentia triplex. Neque enim homines pecuniis inhiant, niſi ut harum poſſeſſione poſſint explere concupiſcentiam carnis vel concupiſcentiam oculorum vel ſuperbiam vitæ, vel triplicem hanc concupiſcentiam ſimul. (I)

I. Eſtne avaritia grande peccatum?

R. Eſt certe. Hanc enim Apoſtolus vocat omnium peccatorum radicem. (K) K

I. Quænam peccata ſpecialius ab avaritia prodeunt? 1. Tim. 6.

R. Septem enumerantur a Sancto Gregorio 10.
Ma-

Luc. 12. 15.

Serm. 108. *de verbis Evang. Lucæ* 12. *alias de tempore* 196. *& de diverſis* 28. *cap.* 3. *n.* 4. *Cavete ab omni avaritia*. Magnum pondus. Si forte hoc pondus infirmis imponitur, rogetur ut qui imponit vires dare dignetur. Non enim leviter habendum eſt quando Dominus noſter dicit: *Cavete*. Novit ille quantum mali ſit, nos non novimus, illi credamus ... Cavete, inquit, ab omni cupiditate: quia non in abundantia hominis eſt vita ejus ea his quæ ibi habet. Multa qui recondit, quantum inde tollit ut vivat? Cum tulerit inde, & quodammodo cogitatione ſeparaverit quod ſufficiat unde vivat, videat cetera cui remaneant: ne forte cum ſervas unde vivas, colligas unde moriaris. Ecce Chriſtus, ecce veritas, ecce ſeveritas. *Cavete*, dicit veritas: *Cavete*, dicit ſeveritas. Si non amas veritatem, time ſeveritatem. *Non in abundantia hominis eſt vita ejus ex his quæ habet*. Crede illi, non te fallit. Contra tu dicis: Immo in abundantia hominis eſt vita ejus ea his quæ habet. Ille te non fallit: tu te fallis.

(I) S. Aug. *Confeſſ. Lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 16. In facinoribus, ut libido eſt .... adipiſcendi alicujus extra commodi ſicut latro viatori: vel evitandi mali, ſicut et qui timetur; vel invidendo, ſicut feliciori miſerior; aut in aliquo proſperatus, ei quem ſibi æquari timet, aut æqualem dolet: ... hæc ſunt capita iniquitatis, quæ pullulant principandi & ſpectandi & ſentiendi libidine, aut una, aut duabus earum, aut ſimul omnibus.

Enar. in Pſal. VIII. *n.* 13. Intuere etiam piſces maris, hoc eſt, curioſos; qui perambulant ſemitas maris, id eſt, inquirunt in profundo hujus ſæculi temporalia: quæ tamquam ſemitæ in mari tam cito evaneſcunt & intereunt, quam rurſus aqua confunditur, poſtquam tranſeuntibus locum dederit vel navibus vel quibuscumque ambulantibus aut natantibus. Non enim ait tantum: Ambulant ſemitas maris: ſed *perambulant* dixit: oſtendens pertinaciſſimum ſtudium inania & prætерfluentia requirentium. Hæc autem tria genera vitiorum, id eſt, voluptatia carnis, & ſuperbia, & curioſitas, omnia peccata concludunt.

(K) *Multis Scripturæ ſententiis damnatur avaritia*,

Prov. XI. 26. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput vendentium.

Sapient. XV. 12. (Mali) æſtimaverunt ... converſationem vitæ compoſitam ad lucrum, & oportere undequaque etiam ea malo acquirere.

Eccli. X. 9. Avaro autem nihil eſt ſceleſtius ..... 10. nihil eſt iniquius, quam amare pecuniam, hic enim & animam ſuam venalem habet: quoniam in vita ſua projecit intima ſua.

Isai. V. 8. *Vide ſupra lit.* (E) *hujus* §.

Amos. V. 11. Idcirco, pro eo quod diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo ... 12. Cognovi multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra: hoſtes juſti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta.

VIII. 4. Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, 5. dicentes: Quando tranſibit menſis, & venundabimus merces, & ſabbatum, & aperiemus frumentum: ut imminuamus menſuram, & augeamus ſiclum, & ſupponamus ſtateras doloſas, 6. ut poſſideamus in argento egenos & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus?

IX. 1.... Avaritia enim in capite omnium, & noviſſimum eorum in gladio interficiam.

1. Cor. VI. 10. Neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt.

Ephes. V. 3. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos: ... 5. Hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.

Coloss. III. V. Mortificate ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram; fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & avaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſervitus.

1. Timoth. VI. 10. Radix omnium malorum eſt cupiditas.

Heb. XIII. 5. Sint mores ſine avaritia, contenti præſentibus

D. Basilius *Hom.* 7. *in divites avaros*, *pag.* 159. Quouſque igitur opes erunt animarum laqueus, mortis hamus, peccati eſca? Quouſque divitiæ erunt belli materia: per quas fabricantur arma, & enſes acuuntur? Propter opes, inquam, propinqui, cognati naturam negant, fratres inter ſe digladiantur, loca deſerta graſſatoribus refarciuntur, mare piratis, civitates calumniatoribus complentur. Quis mendacii pater eſt? Quis falſæ accuſationis miniſter? Quis perjurii genitor? Nonne divitiæ ac circa divitias ſtudium?

Quam de avaritia & avaris vindictam ſumpſerit Deus diſce exemplis ſequentibus.

Josue. VII. 11. Peccavit Iſrael, & prævaricatus eſt *Exemplo Achan.*
pactum meum: tuleruntque de anathemate, & furati ſunt atque mentiti, & abſconderunt inter vaſa ſua .... 12. Non ero ultra vobiſcum donec conteratis eum qui hujus ſceleris reus eſt .... 15. Et quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehenſus, comburetur igni, cum omni ſubſtantia ſua: quoniam... fecit nefas in Iſrael .... Et ait Joſue ad Achan: Fili mi, da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abſcondas. 20. Reſponditque Achan Joſue, & dixit ei: Vere ego peccavi Domino Deo Iſrael, & ſic & ſic feci. 21. Vidi enim inter ſpolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos ſiclos argenti, regulamque auream quinquaginta ſiclorum: & concupiſcens abſtuli, & abſcondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumque foſſa humo operui... 25. Dixit Joſue: Quia turbaſti nos, exturbet te Dominus, in die hac, lapidavitque eum (Achan) omnis Iſrael, & cuncta quæ illius erant, igne conſumpta ſunt.

1. Reg. XXV. 2. Erat autem vir quiſpiam in ſolitudine Maon, & poſſeſſio ejus in carmelo, & homo ille *Exempla Nabal.*
magnus nimis; erantque ei oves tria millia, & mille capræ: & accidit ut tonderetur grex ejus in carmelo. 3. Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen uxoris ejus Abigail. Eratque mulier illa prudentiſſima & ſpecioſa: porro vir ejus durus, & peſſimus, & malitioſus .... 4. Cum ergo audiſſet David in Deſerto quod tonderet Nabal gregem ſuum, 5. miſit decem juvenes, & dixit eis: Aſcendite in carmelum .... ad Nabal, & ſalutabitis eum in nomine meo pacifice, 6. & dicetis ... 8. ... Inveniant pueri tui gratiam in oculis tuis: ... quodcumque invenerit manus tua, da ſervis tuis, & filio tuo David ... 10. Reſpondens autem Nabal pueris David, ait: Quis eſt David? Et quis eſt filius Iſai? Hodie increverunt ſervi qui fugiunt dominos ſuos. 11. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonſoribus meis, & dabo viris quos neſcio unde ſint? 12. Regreſſi ſunt itaque pueri David per viam ſuam, & reverſi venerunt, & nuntiaverunt ei omnia verba quæ dixerat. 13. Tunc ait David pueris ſuis: Accingatur unuſquiſque gladio ſuo, & accincti ſunt ſinguli gladiis ſuis, accinctuſque eſt & David enſe ſuo: & ſecuti ſunt David quaſi quadringenti viri .... 14. Abigail autem uxori Nabal nuntiavit unus de pueris ſuis, dicens: Ecce David miſit nuntios de deſerto, ut benedicerent domino noſtro: & averſatus eſt eos ... 17. ... Conſidera, & recogita quid facias: quoniam completa eſt malitia adverſum virum tuum & adverſum domum tuam, & ipſe eſt filius Belial, ita ut nemo poſſit ei loqui. 18. Feſtinavit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos utres vini, & quinque arietes coctos, & quinque ſata polentæ, & centum ligaturas uvæ paſſæ, & ducentas maſſas caricarum, & poſuit ſuper aſinos: .. 23. Cum autem vidiſſet Abigail David, feſtinavit, & deſcendit de aſino, & procidit coram David ſuper faciem ſuam, & adoravit ſuper terram, 24. & cecidit ad pe-
des

Lib. 31. Moral. in Job. c. 17. paullo ante finem. Magno. 1. Proditio. 2. Fraus. 3. Fallacia. 4. Perjurium. 5. Inquietudo. Id eſt, nimia rerum temporalium ſollicitudo. 6. Violentia. 7. Contra miſericordiam obduratio. (L)

I. Quando-nam avaritia mortale peccatum eſt?

R. Quando minus diligitur Deus quam pecunia.

I. Quandonam veniale?

R. Quando diligitur quidem contra ordinem pecunia, ſed ita tamen ut amor Dei in corde præponderet. Pars II. Sect. I. Cap. II. §. 2.

I. Quinam ſunt ab omni prorſus avaritiæ labe alieni?

R. Qui pecuniam nullatenus diligunt.

I. Quænam ſunt adverſus avaritiam remedia? Qua ratione poteſt animus ab omni penitus cupiditate, ut Chriſtianum decet, avelli?

R. Avaritiam pellunt oratio, (M) eleemoſyna, M

des ejus, & dixit: In me ſit, Domine mi, hæc iniquitas... 25. Ne ponat, oro, Dominus meus Rex cor ſuum ſuper virum iſtum iniquum Nabal: quoniam ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo: ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos, Domine mi, quos miſiſti... 27. Quapropter ſuſcipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi Domino meo: & da pueris qui ſequuntur te Dominum meum ... 35. Suſcepit ergo David de manu ejus omnia quæ attulerat ei... 37. Indicavit ei (Nabali) uxor ſua verba hæc, & emortuum eſt cor ejus intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis. 38. Cumque pertranſiſſent decem dies, percuſſit Dominus Nabal, & mortuus eſt. 39. Quod cum audiſſet David mortuum Nabal, ait: Benedictus Dominus, qui judicavit cauſam opprobrii mei de manu Nabal, & ſervum ſuum cuſtodivit a malo, & malitiam Nabal reddidit Dominus in caput ejus.

Exemplo Judæ traditoris. Matth. xxvi. 14. Abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iſcariotes, ad principes Sacerdotum: 15. Et ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. 16. Et exinde quærebat opportunitatem ut eum traderet... Veſpere autem facto, diſcumbebat (Jeſus) cum duodecim Diſcipulis ſuis. 21. Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quia unus veſtrum me traditurus eſt. 22. Et contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere: Numquid ego ſum Domine? 23. At ipſe reſpondens, ait: Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet. 24. Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo: væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. 25. Reſpondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit: Numquid ego ſum, Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti ... 47. Adhuc eo (Jeſu) loquente, ecce Judas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa, cum gladiis & fuſtibus, miſſi a principibus Sacerdotum, & ſenioribus populi. 48. Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignum, dicens: Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. 49. Et confeſtim accedens ad Jeſum, dixit: Ave Rabbi. Et oſculatus eſt eum. 50. Dixitque illi Jeſus: Amice, ad quid veniſti? Tunc acceſſerunt, & manus injecerunt in Jeſum, & tenuerunt eum...

xxvii. 2. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato Præſidi. 3. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum & ſenioribus. 4. dicens: Peccavi, tradens ſanguinem juſtum ... 5. Et projectis argenteis in Templo, receſſit: & abiens laqueo ſe ſuſpendit.

Exemplo Divitis Epulonis. Luc. xvi. 19. Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura, & byſſo: & epulabatur quotidie ſplendide. 20. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus qui jacebat ad januam ejus ulceribus plenus, 21. cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa divitis, & nemo illi dabat: ſed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus. 22. Factum eſt autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno. 23. Elevans autem oculos ſuos, cum eſſet in tormentis, vidit Abraham a longe, & Lazarum in ſinu ejus: 24. & ipſe clamans, dixit: Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. 25. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris.

Exemplo Ananiæ & Saphiræ. Actor. v. 1. Vir autem quidam nomine Ananias, cum Saphira uxore ſua, vendidit agrum, 2. Et fraudavit de pretio agri, conſcia uxore ſua: & afferens partem quamdam, ad pedes Apoſtolorum poſuit. 3. Dixit autem Petrus: Anania, cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto, & fraudare de pretio agri? 4. Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hanc rem, non es mentitus hominibus, ſed Deo. 5. Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit & expiravit... 6. Surgentes autem juvenes amoverunt eum, & efferentes ſepelierunt. 7. Factum eſt autem quaſi horarum trium ſpatium, & uxor ipſius, neſciens quod factum fuerat, introivit. 8. Dixit autem ei Petrus: Dic mihi mulier, ſi tanti agrum vendidiſtis? At illa dixit: Etiam tanti. 9. Petrus autem ad eam: Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum, qui ſepelierunt virum tuum, ad oſtium, & efferent te. 10. Confeſtim cecidit ante pedes ejus, & expiravit. Intrantes autem juvenes invenerunt illam mortuam, & extulerunt, & ſepelierunt ad virum ſuum. 11. Et factus eſt timor magnus in univerſa Eccleſia, & in omnes qui audierunt hæc.

(L) S. Greg. Magn. *Lib. 31 Moral. in Job, cap. 17. Vide ſupra cap. 1. §. 3. hujuſce Sect. lit.* (G).

S. Ambros. *de Nabuthe, c. 4. n. 25.*... Pauper te præſente deplorat, & tibi avaritia aurem obſtruit, nec mens tua facti miſerabilis horrore mollitur. Totus populus ingemiſcit, & ſolus dives non flecteris... *Perde pecuniam propter fratrem, & amicum, & non abſcondas eam ſub lapide in mortem.* Eſt languor malus, quem vidi ſub Sole, divitias cuſtodiri in malum poſſidentis eas... Cum uxore conferas, illa te hortetur, ut redimas venundatum. Immo magis hortabitur, ut mundum muliebrem conferas, unde potes vel parvum pauperem liberare. Illa tibi imponet ſumptuum neceſſitatem; ut gemma bibat, in oſtro dormiat, in argentea ſponda recumbat, auro oneret manus, cervicem monilibus. *Eccl. 29. 13. Eccle. 5. 12.*

Num. 26. Delectantur compedibus mulieres dummodo auro ligentur, non putant onera eſſe, ſi pretioſa ſint: non exiſtimant vincula eſſe, ſi in his theſauri coruſcent. Delectant & vulnera ut aurum auribus inſeratur, & margaritæ dependeant... Smaragdos, & hyacinthos, beryllum, achatem, topazyon, amethyſtum, iaſpin, ſardion, ſummo quærunt furore: vel ſi dimidium patrimonii pereatur, non pereunt diſpendio, dum indulgent cupiditati. Non abnuo gratum quemdam lapidum iſtorum eſſe fulgorem. ſed tamen lapidum. Et ipſi admonent contra naturam expoliti, ut ſaxorum deponerent aſperitatem, rigorem magis mentis eſſe expoliandum quam lapidum.

S. Chrysost. *Hom. 39. in Matt. c. 8.*... Æris quidem avidi etiam innocuos, niſi utiles ſibi ſint, inimicos ducunt... communis ærumna civitatum, atque orbis totius ſunt... Truculentior eſt avarus in omnes, ut mors inſiliens, omnes ut infernus deglutiens, communis generis hominum hoſtis; quippe qui vellet nullum hominem eſſe, ut omnia poſſideret.... Quæſtus cupidi parvi ſpe lucri magnas plerumque faciunt jacturas... Facile pecuniam non emendo, avaritiam contemneris.

(M) S. Cyprian. *Epiſt. 1. ad Donatum, editionis Rigalt. pag. 6.* Sed & quos divites opinaris, continuantes ſaltibus ſaltus, & de confinio pauperibus excluſis, infinita ac ſine terminis rura latius porrigentes; quibus argenti & auri maximum pondus, & pecuniarum ingentium vel extructi aggeres, vel defoſſæ ſtrues; hos etiam inter divitias ſuas trepidos, cogitationis incertæ ſollicitudo diſcruciat, ne prædo vaſtet, ne percuſſor infeſtet, ne inimica cujuſque locupletioris invidia calumnioſis litibus inquietet. Non cibus ſecuro, ſomnuſve contingit. Suſpirat ille in convivio, bibat licet gemma; & cum epulis marcidum corpus torus mollior alto ſinu condiderit, vigilat tamen in pluma: nec intelligit miſer ſpecioſa ſibi eſſe ſupplicia, auro ſe alligatum teneri, & poſſideri magis quam poſſidere divitias atque opes. O deteſtabilis cæcitas mentium, & cupiditatis inſanæ profunda caligo! Cum exonerare ſe poſſit & levare ponderibus, pergit magis fortunis angentibus incubare, pergit pœnalibus cumulis pertinaciter adhærere. Nulla in clientes inde largitio eſt, cum indigentibus nulla partitio, & pecuniam ſuam dicunt, quam velut alienam domi clauſam ſollicito labore cuſtodiunt. Ex

PARS II. SECT. I. CAP. II. §. 2.

na, (N) voluntaria paupertas, (O) ſedula meditatio mortis, (P) qua fiet tandem ut ab omnibus divitiis vel inviti abſtrahamur, *Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quod nec auferre quid poſſumus,*

N O P

§. 3. *De Luxuria.*

I. Quid eſt Luxuria?

R. Luxuria (quæ utinam nec nominaretur in

qua non amicis, non liberis quicquam, non ſibi denique impertiunt. Poſſident ad hoc tantum, ne poſſidere alteri liceat. Et, o hominum quanta diverſitas! bona appellant, ex quibus nullus illis, niſi ad res malas uſus eſt.

Pſ. 77. 12. S. AMBROS. *de Nabuthe, cap. 16. num. 67. Orate, & reddite Domino Deo veſtro,* id eſt: Nolite diſſimulare, divites, dies inſtat, orate pro peccatis veſtris, reddite pro beneficiis quæ habetis munera. Ab ipſo accepiſtis quod offeratis: ipſius eſt quod ei ſolvitis. Dona, inquit, mea, & data mea, hoc eſt, quæ offertis mihi dona, data ſunt mea: ego ea dedi vobis atque donavi, Denique *Pſ. 15. 2.* Propheta ait: *Bonorum meorum non indiges*, ideo tua tibi offero, quoniam nihil habeo quod non dediſti. Fides eſt quæ dona conciliat, humilitas eſt quæ oblata commendat.... Orate ergo, divites, non habetis in operibus quod placeat. Orate pro peccatis veſtris atque flagitiis, & reddite Domino Deo veſtro munera. Reddite in paupere, in egeno ſolvite, in illo inope fœnerate, quem placare propter veſtra flagitia aliter non poteſtis. Quem *Pſ. 49. 9.* ultorem timetis, facite debitorem. *Non accipiam*, inquit, *de domo tua vitulos, neque de gregibus hircos; quoniam meæ ſunt omnes feræ ſilvarum*. Quidquid obtuleritis, inquit, meum eſt, quia totus orbis meus eſt. Non exigo quæ mea ſunt: eſt quod de veſtro mihi poſſitis offerre, ſtudium devotionis, & fidei. Non ſacrificiorum *Ibid. 14.* ambitione delector: tantummodo, o homo, *immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua.*

D. BASIL. *Homil. 6. in diteſcent. avar, pag.* 152. Quin tu ad Dominum preces effundis, ut munus hoc (divitiarum) tibi impertitum, perfectum reddat?

(N) S. AMBROS. *de Nabuthe, cap. 7. num.* 36. Cur ergo de bonis facitis mala, cum de malis bona facere *Luc. 16. 9.* debeatis? Scriptum eſt enim: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis*. Ei ergo qui uti ſciat, bona ſunt: ei *Pſ. 109. 9.* qui uti neſciat recte, mala. *Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in æternum*. Quid hoc melius? Bona ſunt, ſi pauperibus largiaris, in quo tibi debitorem Deum quadam pietatis fœneratione conſtituas. Bona ea ſunt ſi aperias horrea juſtitiæ tuæ ut ſis panis pauperum, vita egentium, oculus cæcorum, orbatorum infantium pater.

N. 27. Oſtendo tibi ubi melius frumenta cuſtodias, ubi bene ſepias, ut fures ea tibi auferre non poſſint, Include ea in corde pauperum, ubi ea nullus gurgulio conſumat, nulla corrumpat vetuſtas. Habes apothecas inopum ſinus: habes apothecas viduarum domos... Dat tibi fœcunditatem Deus, ut aut vincat, aut condemnet avaritiam tuam: quo excuſationem habere non poſſis. Tu vero quod per te multis naſci voluit, tibi ſoli reſervas, immo & tibi adimis; magis enim ſervares tibi, ſi diſpertireris aliis. Bonorum enim fructus munerum in eos ipſos qui contulerint, revertuntur, & gratia liberalitatis in auctorem redit. *Oſee 10. 12.* Denique ſcriptum eſt: *Seminate vobis ad juſtitiam*. Eſto ſpiritalis agricola, ſere quod tibi proſit. Bona ſatio in corde viduarum. Si terra tibi reddit fructus uberiores quam acceperit, quanto magis miſericordia remuneratio reddet multiplicatiora, quæ dederis?

N. 39. Quanto melius eſt liberalem eſſe diſpenſatorem, quam ſollicitum cuſtodem? Quantum tibi prodeſſet ad gratiam, multorum pupillorum patrem nominari, quam innumeras ſtateras in ſacco obſignatas habere! Pecunia etenim hic relinquitur: gratia autem operum bonorum nobiſcum ad judicem meriti defertur,

N. 40. Miſericordia non de meritis judicare conſuevit, ſed neceſſitatibus ſubvenire, juvare pauperem, non *Pſ. 40. 2.* examinare juſtitiam. Scriptum eſt enim: *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem*. Quis eſt qui intelligit? Qui compatitur ei, qui advertit conſortem eſſe naturæ, qui cognoſcit quod & divitem & pauperem fecit Dominus, qui ſcit quod ſanctificet fructus ſuos, ſi de his delibet aliquam pauperibus portionem. Ergo cum habeas unde benefacias, ne differas dicens: Cras dabo; ne largiendi amittas copiam. Periculoſa eſt de alterius ſaluta dilatio. Poteſt fieri ut dum tu differas illa moriatur. Magis ante mortem præcurre, ne forta avaritia te & cras impediat, & promiſſa fraudentur.

Cap. 12. nu. 51... Captiva igitur eſt opulentia, paupertas libera.

N. 52. Servitis divites, ac miſeram quidem ſervitutem, qui ſervitis errori, ſervitis cupiditati, ſervitis avaritiæ, quæ expleri non poteſt. Gurges quidam inſatiabilis, rapidior eſt, cum illata demergit; & putei modo cum exundat, cœno inquinatur, terram adradit nihil ſibi profuturam. Vel hoc exemplo vos admoneri convenit. Puteus enim ſi nihil haurias, inerti otio, & degeneri ſitu facile corrumpitur: exercitus autem niteſcit ad ſpeciem, dulceſcit ad potum; ita & acervus divitiarum cumulo arenoſus, ſpecioſus eſt uſu, otio autem inutilis habetur. Derivato igitur aliquid de hoc puteo. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis: aqua autem ſtativa cito vermes facit: non ſtet theſaurus tuus,

N. 53. Tibi igitur proficit quidquid inopi contuleris; tibi creſcit quidquid minueris: te illo quem pauperi dederis cibo paſcis; quoniam qui miſeretur pauperi ipſe paſcitur... Non de tuo largiris pauperi, ſed de ſuo reddis. Quod enim commune eſt in omnium uſum datum tu ſolus uſurpas. Omnium eſt terra, non divitum.

(O) S. BASIL. *Homil. 7. in divites avaros*. Ad ſubſidium vitæ, non malorum incitamentorum, pecunia data eſt: animæ redemptio eſt, non exitii occaſio. Sed, inquis, ob filios neceſſaria eſt, Plauſibilis eſt iſta avaritiæ excuſatio: liberos prætexitis, ac interea cordibus veſtris ſatisfacitis... An non & iis qui ſunt in connubio id Evangelicum ſcribitur, Si vis perfectus eſſe, vende omnia, *Mat. 19. 21.* & da pauperibus? Dic, quæſo, cum Deum oraſti, ut pro fœcunditate cum precatus es ut fieres liberorum pater, addidiſti ne illud: Da liberos, ut cauſa ſint ne præceptis tuis obediam? Da mihi liberos ne veniam in regnum cælorum... Qui vero liberis carent, quam parſimoniæ cauſam objiciunt? Nolo, inquiunt, vendere, nolo pauperibus dare ob vitæ neceſſarios uſus. Non ergo Dominus tibi præceptor erit, nec Evangelium formulam vitæ tibi dabit, ſed tu tibi ipſi jura dices ac ſtatues. Cogita in quod incidas periculum. Si ita ſentis, ut quæ Dominus neceſſaria nobis præſcripſit, tu ut impoſſibilia taxes, nihil aliud agis, quam quod te legem hanc ferente ſapientiorem dicis.

S. AMBROS. *in Nabuthe, c. 14. num.* 58. Cuſtos ergo es tuarum, non dominus facultatum, qui aurum terræ infodis, miniſter utique ejus, non arbiter. Sed ubi theſaurus tuus, ibi & cor tuum. Ergo in illo auro cor *Mat. 7. 21.* tuum infodiſti terræ. Vende potius aurum, & eme ſalutem: vende lapidem, & eme regnum Dei. Vende agrum, & redime tibi vitam æternam. Vera allego, quia verbo aſtruo veritatis: *Si vis perfectus eſſe*, inquit, *Mat. 19. 21.* *omnia quæcumque habes vende, & da pauperibus; & habebit theſaurum in cœlo.*

(P) S. AMBROSIUS *de Nabuthe, c. 1, n.* 1. Nabuthe hiſtoria tempore vetus eſt, uſu quotidiana. Quis enim divitum non quotidie concupiſcit aliena? Quis opulentiſſimorum, non exturbare contendit agellulo ſuo pauperem, atque inopem aviti ruris eliminare finibus? Quis contentus eſt ſuo? Cujus non inflammet divitis animum vicina poſſeſſio... Plures qui rapiant quam qui amittent... Quotidie pauper occiditur.

N. 2. Quouſque extenditis divites inſanas cupiditates? Numquid ſoli inhabitabitis ſuper terram? Cur ejicitis conſortem naturæ, & vindicatis vobis poſſeſſionem naturæ? In commune omnibus divitibus atque pauperibus terra fundata eſt, Cur vobis jus proprium ſoli divites arrogatis? Neſcit natura divitias, quæ omnes pauperes generat. Neque enim cum veſtimentis naſcimur, nec cum auro, argentoque generamur. Nudos fudit in lucem, egentes cibo, amictu, poculo; nudos recipit terra quos edidit, neſcit fines poſſeſſionum ſepulcro includere. Ceſpes anguſtus æque & pauperi abundat & diviti: & terra quæ viventis non cepit affectum, totum jam divitem capit. Neſcit ergo natura diſcernere quando naſcimur, neſcit quando deficimus. Omnes ſimiles creat, omnes ſimiles gremio claudit ſepulcri. Quis diſcernit ſpecies mortuorum? Radoperi terram; & ſi potes, divitem deprehende. Erudera paulo poſt tumulum, & ſi cognoſcis egentem, argue; niſi forte hoc ſolo, quod cum divite plura pereunt.

Cap.

in nobis) eſt peccatum, quo venerea voluptas contra legem Dei, vel appetitur, vel percipitur. (A) A

I. Quot ſunt hujus peccati ſpecies?

R. Septem ſunt. Nimirum fornicatio ſimplex, adulterium, ſtuprum, ſacrilegium, inceſtus, raptus, & vitium contra naturam; quo generali nomine intelligitur mollities, ſodomiticum ſcelus, beſtialitas, & alia id genus nefanda.

Ab ulteriori horum omnium explicatione conſulto abſtinemus.

I. Quot modis peccatur in genere luxuriæ, an ſolum quando actus malus reipſa perpetratus? Verbi gratia, quando committitur fornicatio, adulterium, ſacrilegium, &c.

R. Peccant non ſolum ii qui incurrunt actu in unum ex ſupra dictis luxuriæ modis, qui vel ſoli vel cum aliis peccant actu ipſo venereo; ſed etiam

1. Qui ſine neceſſitate dicunt, canunt, legunt, ſcribunt, pingunt, fingunt, audiunt ultro res venereas & impudicas. (B) B

2. Qui ſine neceſſitate, & cum voluptatis ſenſu ſpectant oculis vel perſonas, vel tabulas, vel

Cap. 8. n. 38. Deinde, homo, neſcis quia teræ partum prævenit dies mortis, miſericordia autem incurſum mortis excludit? Adſiſtunt jam qui repoſcant animam tuam, & tu adhuc differs operum fructus tuorum.

Luc. 12.20. Adhuc tu tibi tempora longa metaris? *Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te.*

Cap. 6. n. 27. .. Quem divitiæ ejus ab inferis redemerunt? Cujus ægritudinem pecunia mitigavit? *Non in*

Luc. 12.15. *abundantia divitiarum*, inquit, *vita ejus*. Et alibi: *Ni-*

Prov. 10.2. *hil proſunt theſauri injuſtis, juſtitia autem liberat a morte.*

Pſ. 62. 12. Merito clamat Propheta: *Divitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.* Quid enim mihi proſunt, ſi me a morte liberare non poſſunt? Hic acquiruntur, hic relinquuntur..

Pſ. 25. 5. Unde bene ait idem Propheta de divitibus: *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis.* Hoc eſt dicere: nihil invenerunt in operibus ſuis divites, qui nihil pauperibus contulerunt: nullius juverunt inopiam, nihil ad utilitatem ſuam proficiens reperire potuerunt.

In Luc. lib. 7. n. 122. Immortalitatis patrimonium non pecuniæ, hominibus expetendum eſt... Remanent enim in ſæculo cuncta quæ ſæculi ſunt, & prætereunt nobis quæcumque congregantur hæredibus. neque enim noſtra ſunt, quæ non poſſumus auferre nobiſcum. Sola virtus comes eſt defunctorum, ſola nos ſequitur miſericordia, quæ cæleſtium dux prævia manſionum, pecuniæ vilis uſura tabernacula defunctis adquirit æterna.

Luc. 12. 20. D. Basil. *Homil. 6. in diveſcent. avar. pag.* 152. *Stulte, hac nocte animam tuam abs te repetent*: quæ autem præparaſti cujus erunt? Superat æternam pœnam irriſio iſta ſtultitiæ. Qui namque paulo poſt abripiendus a vita, & ad ſupplicium abducendus quale init tacitus conſilium? Deſtruam horrea & majora faciam... Habes, ſi vis, apothecas, ventres pauperum, theſauriza tibi theſauros in cælo. Quæ illic reconduntur, ea nequaquam depaſcuntur tineæ, nulla depopulatur caries aut erodit, nulli ſuppilant prædones.... Longa tibi vitæ tempora præfixiſti: vide ne te illud tempus quod certo ac præſtituto termino accelerare ſolet, forte corripiat. Et profecto vitam ſibi hoc modo confidentius polliceri, non bonitatis ſed malitiæ eſt indicium. Vitam namque tibi polliceris, non ut poſt hæc ſis liberalius, aut tribuas: ſed ut inſtantem mendicum a te propulſes. Jam quando ſuppetis, quid prohibet, quominus liberaliter impartiare? Nonne inops adeſt? Non ſunt plena horrea? Non merces a Domino parata? Non mandatum manifeſtum?

Et paulo poſt. Habes terræ partim aratro, partim arboribus utilis tot jugera: præterea vineas, montes, campos, ſaltus, flumina, luca amœna. Quid ergo poſt hæc? Nonne telluris tres tantum cubiti te expectant? Nonne parvulus lapis ad tui miſeri corporis cuſtodiam ſatis erit? Cujus gratia laboras? Aut pro quo contra jus faſque contendis? Quid manibus inanes ſtipulas metis? Sed utinam tantum inanes ac non igni perpetuo materiam... Quomodo cauſam dicturus coram juſto judice te defendes ab iis qui abs te laceſſiti acriter inſtabunt? Quid, inquam, ages? Aut quos advocatos conduces? Quos adduces teſtes? Quomodo integerrimum corrumpes judicem? Cum nec oratus tibi, neque verborum ad perſuadendum facundia fuerit, quibus illi veritas occultari poſſit. Non te turſas adulatores, non pecunia, non dignitatis faſtus ſequentur. Ab amicis item, ab auxiliis deſertus, ſine advocato, ſine defenſore, ſine honore, triſtis, pudefactus & dejectus, ac ſolus relinqueris. Nam quocumque oculos circumferes, umbras ubique ſimulachraque malorum aſpicies. Hinc orphanorum lacrymæ, illinc viduarum gemitus, aliunde oppreſſi abs te pauperes: ſervi quos laceraſti, vulneribuſque affeciſti, vicini quos ad iram provocaſti: cuncta hic te adverſus conſiſtent. Tuorum ſcelerum acervus te comitabitur.

S. Aug. *Serm. 177. de verbis, alias* 10. *inter editos majoris Carthuſiæ, numer.* 2. Sint hæc ad neceſſitatis uſum, non ad caritatis affectum: ſint tamquam ſtabulum viatoris, non tamquam prædium poſſeſſoris. Refice, & tranſi. Iter agis, attende ad quem veniſti; quia magnus eſt qui ad te venit. Diſcedendo de hac vita, locum facis venienti: ſtabuli eſt iſta conditio: cedes, ut alius accedat; ſed ſi vis ad locum tutiſſimum pervenire, Deus a te non recedat...

N. 3. Aliud eſt ergo iter mortalitatis, ... propter hoc neceſſarius eſt victus, & tegumentum. Sufficientes ſint hujus itineris ſumtus. Quare te gravas? Quare tantum portas in via brevi, non unde ad hanc viam finiendam juveris, ſed unde potius ad hanc viam finiendam gravius onereris? Nimium quippe mirabile eſt, quod tibi vis ut contingat: oneras te, multum portas, premit te in hac via pecunia, & per hanc viam premit te avaritia. Avaritia enim cordis eſt immunditia. Nihil tollis de hoc mundo, quem amaſti: ſed tollis vitium, quod amaſti...

N. 10. Divites ſint in operibus bonis, ut facile tribuant. 1. Tim. 6.18

Ad hoc dives eſto, ut facile tribuas... Hoc tibi proſit quod dives es .... *Facile tribuant, communicent.* Numquid perdunt? *Theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futurum.* Et ne ipſum aurum & argentum & prædia, & ea quæ pulchra videntur in facultatibus hominum, etiam ibi deſideremus, cum dicitur nobis, Illuc migrate, theſaurum veſtrum ibi ponite: admonuit nos contra carnales cogitationes, & ſubjecit, *apprehendant veram vitam*, non aurum, quod in terra remanſit, non facultates putredinis, non bona tranſeuntia, ſed *veram vitam*.

S. Bernard. *Serm. 4. de adventu Domini, numer.* 1. Filii Adam, genus avarum, & ambitioſum, audite. Quid vobis cum terrenis divitiis, & gloria temporali, quæ nec veræ, nec veſtræ ſunt? Aurum & argentum nonne terra eſt rubra, & alba, quam ſolus hominum error facit, aut magis reputat pretioſam? Denique ſi veſtra ſunt hæc, tollite ea vobiſcum. Sed homo cum interierit, non ſumet omnia; neque deſcendet cum eo gloria ejus.

N. 2. Veræ ergo divitiæ non opes ſunt, ſed virtutes: quas ſecum conſcientia portat, ut in perpetuum dives ſiat.

(A) Ephes. v. 3. Fornicatio autem, & omnis immunditia.. nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos: 4. Aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet... 5. Hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus... non habent hereditatem in regno Chriſti & Dei.

S. Aug. *de Civit. Dei, Lib.* 12. *cap.* 8. *pag.* 307. Luxuria eſt vitium... animæ perverſe amantis corporeas voluptates, neglecta temperantia, qua rebus ſpiritalibus pulchrioribus, & incorruptibiliter ſuavioribus coaptamur.

(B) Ephes. iv. 19. Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis... 22. Deponere vos ſecundum priſtinam converſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris.

Ephes. v. 4. Aut turpitudo aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet.

S. Clemens Alexandr. *Lib. 2. Pædagogi, cap.* 4. A convivio autem rationali abſit comeſſatio & laſcivia juvenilis: quin etiam inanes vigiliæ, quæ de petulantia, & turpibus conviciis, & maledictis ſibi placent... Amor autem & ebrietas, & quæ ratione carent affectiones, a noſtro choro procul amandentur. Una autem cum petulantia in comeſſatione verſatus cantilena: in potu vero vigiliæ ebrietatem accerſunt, & excitant libidinem quæ

Tom. I.

Digitized by Google

Pars II. Sect. I. Cap. II. §. 3.

vel ſtatuas, vel alia id genus, ex quibus oritur appetitus luxuriæ. (C) C

3. Qui

quæ ſunt rebus turpibus faciendis dedite audacia :.. Omne autem turpe ſpectaculum, omnemque turpem auditionem, & ut ſemel dicam turpem omnem ſenſum intemperantiæ, quæ quidem eſt vera ſenſus privatio, maxima oportet nos exſcindere, quæ in oculis, & in auribus titillat & effœminet, voluptatem caventes. Fractorum enim cantuum, & flebilium Cariæ muſæ modorum varia veneficia, intemperanti & pravo muſicæ artificio mores corrumpunt... Amatoria procul abſint cantica. Sint autem cantica Dei laudes :.. ſunt enim admittendæ modeſtæ & pudicæ harmoniæ : contra a forti, & nervoſa noſtra cogitatione vere molles, & enerves harmoniæ amandandæ quam longiſſime, quæ improbo flexuum vocis artificio, ad delicatam & ignavam vitæ agendæ rationem deducunt... Impudenti in vino protervię, meretriciæ muſicæ ſunt relinquendæ.

In admonit. ad gentes pag. 38. Pygmalion ille Cyprius eburneam amavit ſtatuam: erat ea ſimulachrum Veneris, & erat nudum... Tantum ars valuit ad decipiendum, quæ homines amori deditos illexit in barathrum. Vim quidem efficacem habet ars opificis: ſed eum qui eſt ratione præditus, non poteſt decipere, nec eos qui vixerunt ex ratione... Tantum oeſtrum artes quæ improbo utuntur artificio, attulerunt inſipientibus... Vos autem vel ſimiis deteriores eritis, dum lapideis, & ligneis, & aureis, & eburneis ſimulacbris & picturis animum adhibetis... Jam vero totius libidinis & impudicitiæ figuras aperte deſcriptas publice intueri non erubeſcitis, ſed potius poſitas erectaſque cuſtoditis, perinde ac ſi Deorum veſtrorum imagines impudentiæ columnas domi conſecraveritis, figuras geſtuſque Philænidis æque depingentes, atque certamina Herculis. Horum non ſolum uſus, ſed etiam aſpectus & auditus deponendam eſſe memoriam vobis annuntiamus. Scortatæ ſunt aures veſtræ, fornicati ſunt oculi, & quod eſt magis novum, ante complexum veſtri adulterium admiſerunt aſpectus.

Prov. 4. 23. & 25.

CONCIL. QUINIXEST. *alias in Trullo ſeu Conſtantinopol.* III. *generale ann.* 692. *Concil. Tom.* VI. *edit. Labbeana pag.* 1184. *can.* 100. *Oculi tui recta aſpiciant, & omni cuſtodia ſerva cor tuum*, jubet Sapientia. Corporis enim ſenſus ſua facile in animam effundunt. Picturas ergo quæ oculos præſtringunt ſive in tabulis, ſive quovis alio modo fiant, & mentem corrumpunt, & ad turpium voluptatum movent incendia, nullo modo deinceps exprimi jubemus. Si quis autem hoc facere aggreſſus fuerit deponatur.

CONCIL. NICÆN. II. *ann.* 787. *Act. ſext. T.* VII. *edit. Labbeana p.* 426. Porro ſi picturæ arte in effigiem turpitudinis quis uſus fuerit, reſpuenda & noxia eſt: ut puta ſi pinxerit quis figuras meretriculares, ſive ſpectacula inſtactuſque ſaltatorios, & circenum viſiones; & quidquid aliud his ſimile ab arte fuerit factum, turpis eſt adinventio... Rurſuſque ſuper libris ſimiliter accipiendum eſt. Nam ſi turpes quidem narrationes quis in libris depinxerit, turpes ſunt & rejiciendi, atque ab auditu Chriſtiano alienandi... Conſiderare enim oportet intentionem & modum per quem opus fit. Et ſi quidem ad pietatem ſpectat, acceptabile; ſi vero ad quamlibet turpitudinem, odibile abjectum eſt.

JOHAN. GERSON. *Contra Romantium de Roſa, pag.* 922. *tom.* 4. *edit. Pariſ. ann.* 1606. Fatuus hic amator omnem adhibet conatum ut expellat bonas meas cuſtodes, quæ ſunt verecundia, pudor,... quæ nec auderent nec dignarentur concedere unicum quidem turpe oſculum, aut diſſolutum aſpectum, aut attrahentem riſum ſeu verbum leve. Et hoc facit per maledictam quamdam vetulam diabolo pejorem, quæ docet, monſtrat & adhortatur qualiter juvenales virgines omnes corpus earum vendere debent cito & chare abſque pavore & ſine verecundia... Nec curant aut damnum aliquod judicant, ſi feſtinent ſe cito proſternere, interea dum pulchræ ſunt, omni pulchritudini, & carnalitatis immunditiæ, ſive Eccleſiaſticis, ſive laicis, ſive Presbyteris abſque ullo diſcrimine... Jacit undique ignem ardentiorem & magis fœtidum quam ſit ignis Græcus & Sulphureus. Jacit inquam ignem luxurioſorum verborum immundorum & prohibitorum, interdum nomen veneris, cupidinis aut genii, ſæpius proprio ſuo nomine, per quod ardent & comburuntur pulchræ meæ domus & habitationes, ſacrata templa mea humanarum animarum & turpiſſime dejicios. Infamet dominam rationem bonam meam magiſtram, imponendo ei... turpe vituperium, quod loqui conſulat nude, illote & turpiter juere libidinem ſuper verecundia de omnibus rebus, quantumcumque abominabilibus, aut erubeſcendis, ut dicantur, aut fiant & inter perſonas quidem admodum diſſolutas, & mihi adverſas heu... Immiſcet verba diſſolutiſſima ad omnemque immunditiam moventia. Et tamen immunditia non ingredietur paradiſum... Nominat partes corporis inhoneſtas, & peccata immunda atque turpia... Nec opus eſt quoque magiſtro, natura humana præſertim in teneris annis & in adoleſcentia nimium prona & inclinata eſt ad cadendum præcipitandumque ſe & immergendum in immundiciam ſpurcitiamque totius carnalitatis:. Quare ergo ſubminiſtras & auges tu fœtidum hunc ignem... Si te non faciebat prudentem & circumſpectum pœna & ſupplicium quod de impudico Ovidio ſumptum fuit, ſaltem tui ſtatus honor retrahere debuiſſet.... Occidiſti ſtultitia tua, & incarceraſti quantum in te eſt mille & mille homines per diverſa flagitia, & id adhuc facis in dies per ſtolidum librum tuum. Ecquis eſt pejor ignis atque ardentior igne luxuriæ... Debent enim animæ illæ templa eſſe Spiritus ſancti, eſſe ſacrata, ſed quid plus urit & inflammat has animas quam verba diſſoluta, ſpurea & luxurioſæ ſcripturæ, & picturæ? Videmus pia & ſancta verba honeſtas ſcripturas & imagines incitare ad devotionem... Multo facilius a contrario mala & impura verba ad diſſolutionem trahunt, nec eſt quiſquam quin in ſe experiatur.... Jocus non eſt, neque eſt res nulla perículoſior, quam perverſam diſſeminare doctrinam in cordibus mortalium.... Hoc grande nimium importat onus, & pondus nimiæ lubricitatis atque beſtialis carnalitatis, omnium virtutum homicidiam, incenſorem ignis ubicumque quieverit locorum... Omne malum & omnis ſtultitia oritur ex fatuo amatore.... Caſtitas, fama, oculus & fides non patiuntur ludum, aut jocum; nimis enim facilis ſui læſionis, & corruptionis... Dicunt doctores cantica Salomonis quamvis bene in ſe ſobria ſint, olim legi non ſuiſſe ſolita, niſi ab his qui triginta nati eſſent annos aut ſupra, ne ullam inde ſumerent impuram carnalitatem... Scripturæ, & male colloquia corrumpunt bonos mores, & faciunt peccata abſque verecundia perpetrari, omnemque auferunt pudorem, qui eſt in juvenibus præcipuus & principalis eorum cuſtos... Perſona juvenis expers verecundiæ prorſus eſt perdita... Ovidius poeta miſſus fuit in exilium perpetuum, ipſemet teſtis eſt hoc ei accidiſſe propter miſerabilem ſuam artem amandi, quam temporibus Octaviani imperatoris ſcripſerat, quamvis edidiſſet ex adverſo alium de remedio amoris librum... Odio habearis omnem turpem immunditiam.

(C) JOB XXI. 1. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. 2. Quam enim partem haberet in me Deus deſuper, & hæreditatem Omnipotens de excelſis... 7... Si ſecutum eſt oculos meos cor meum... 8. Seram, & alius comedat: & progenies mea eradicetur. 9. Si deceptum eſt cor meum ſuper mulieres, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum; 10. ſcortum alterius ſit uxor mea, & ſuper illam incurventur alii. 11. Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima. 12. Ignis eſt uſque ad perditionem devorans, & omnia eradicans genimina.

PSAL. CXVIII. 37. Averte oculos meos ne videant vanitatem.

ECCLI. IX. 2. Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtutem tuam, & confundaris. 3. Ne reſpicias mulierem multivolam: ne forte incidas in laqueos illius. 4. Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis: nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius. 5. Virginem ne conſpicias, ne forte ſcandalizeris in decore illius. 6. Ne des fornicariis animam tuam in ullo: ne perdas te, & hæreditatem tuam. 7. Noli circumſpicere in vicis civitatis, nec oberraveris in plateis illius. 8. Averte faciem tuam a muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam. 9. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. 10. Omnis mulier, quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via conculcabitur. 11. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti ſunt, colloquium enim illius quaſi ignis exardeſcit. 12. Cum aliena muliere ne ſedeas omnino, nec accumbas cum ea ſuper cubitum. 13. Et non alterceris cum ea in vino, ne forte declinet cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem.

MATTH. V. 27. Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis. 28. Ego autem dico vobis: Quia omnis

qui

qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

2. PETR. II. 9. Novit Dominus pios de tentatione eripere: iniquos vero in diem Judicii reſervare cruciandos: 10. Magis autem eos, qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant... 12. Hi vero velut irrationabilia pecora, in corruptione ſua peribunt; 13. percipientes mercedem injuſtitiæ, voluptatem exiſtimantes diei delicias, coinquinationes, & maculas deliciis affluentes, in conviviis ſuis luxuriantes vobiſcum, 14. oculos habentes plenos adulterii & inceſſabilis delicti. Pellicientes animas inſtabiles ... maledictionis filii...

TERTULLIAN. *Apologet. c. 46.*.. Qui autem adulterat & affectat hoc maxima nomine gratiam pangit apud inſectatores veritatis... Ceterum ſi de pudicitia provocemur, lego partem ſententiæ Atticæ in Socratem corruptorem adoleſcentium pronunciatam. Sexum nec fœmineum mutat Chriſtianus. Novi & Phrynem meretricem Diogenis ſupra recubantis ardore ſudantem. Audio & quemdam Speuſippum de Platonis ſchola in adulterio periſſe. Chriſtianus uxori ſuæ ſoli maſculus naſcitur. Democritus excæcando ſemetipſum, quod mulieres ſine concupiſcentia aſpicere non poſſet, & doleret ſi non eſſet potitus, incontinentiam emendatione profitetur. At Chriſtianus ſalvis oculis fœminam videt, animo adverſus libidinem cæcus eſt.

Cap. 48. Ad lenonem damnando Chriſtianam, potius quam ad leonem, confeſſi eſtis labem pudicitiæ apud nos atrociorem omni pœna, & omni morte reputari.

De velandis virginib. cap. 3.... Cur non magis hæ querantur ſcandalo ſibi petulantiam, impudentiam, oſtentatitiæ virginitatis? Propter ejuſmodi igitur capita nundinatitia, trahantur virgines ſanctæ in Eccleſiam, erubeſcentes quod cognoſcantur in medio, paventes quod detegantur accerſitæ quaſi ad ſtuprum... Omnis publicatio virginis bonæ, ſtupri paſſio eſt; & tamen vim carnis pati minus eſt... Sed cum ſpiritus ipſe violatur in virgine, ſublato velamine didicit amittere quod tuebatur.

S. CHRYSOST. *Homil. 17. in Matth. c. 5.*.. Neque enim ſolum dixit adulterum puniendum... Sed impudicum
Mat. 5. 28. quoque coercet aſpectum. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Hoc eſt dicere, qui dat operam in venuſta corpora curioſius intueri, & decoras aucupari facies, talique animam ſpectaculo paſcere, & obſcœnos pulchris etiam vultibus oculos affigere. Non enim idcirco Dominus advenisse contentus eſt, ut ſolummodo corpus a malis actibus, ſed ut prius animam quoque ab hujuſmodi cogitationibus averteret... Quemadmodum, inquis, poſſumus a concupiſcentia liberari? Maxime quidem, ſi velimus, etiam ipſam mortificare poſſibile eſt, atque ita in opus erumpat continera... Qui enim ſtudet elegantes facies inſpicere, ipſa præcipue fornacem ſibi iſtius paſſionis accendit, & captivam faciens animam, ad opus quoque celeriter adducit. Non enim ſimpliciter dixit, Qui concupiverit: poteſt namque etiam aliquis inter ſecreta montium reſidens concupiſcere: ſed *qui*, inquit, *viderit mulierem ad concupiſcendam*: id eſt, qui concupiſcentiam ſibi conſciverit, quique nullo omnino cogente, quieſcenti cogitationi feram ſubito immiſerit. Hoc enim non jam naturæ eſt, ſed propriæ omnino deſidiæ: quod certe olim et-
Eccli. 9. 8. iam veteri lege prohibetur. *Noli*, inquit *addiſcere pulchritudinem alienam*. Deinde ne quis diceret: Quid autem, & ſi inſpiciam, nec tamen capiat? cohibuit aſpectum, ne hujuſmodi licentia fidens, etiam in peccatum quandoque corrueres. Quid autem, inquis, ſi video & concupiſco quidem, ſed tamen turpe nil ago? Et ſic quidem jam in adulterorum parte numeraris. Pronunciavit enim lator legis, nec amplius aliquid hinc oportet ſcrupuloſius & anxie diſputare. Nam ſemel quidem, & ſecundo, & tertio ſic videns, forſan queas animum continere, ſi vero frequenter id feceris, fornacemque iſtam ſponte ſuccendas, profecto capieris. Neque enim extra naturam aleamque humanam conſiſtit. Sicut enim nos enim gladium teneri videmus a puero, etiamſi nondum eum vulneratum cernamus, verberamus tamen, ac interdicimus ne unquam illum rurſus attingat: ita etiam Deus inverecundum coercet aſpectum etiam ante factum, ne quandoque in ipſam quoque incidat actionem. Qui enim ſemel flammam cupiditatis accenderit, etiam abſente muliere quam vidit, jugiter apud ſemetipſum turpium rerum ſimulachra depingit: & ab his ſæpe ad ipſum opus progreditur... Illos quoque qui in ſolo ſiunt corde complexus, Chriſtus interimit. Quid ergo huc jam reſpondebunt, qui auſi ſunt temere cohabitare virginibus? ... Si qua vero ideo ornatur, & comitur, ut in ſe oculos omnium irritet, etiamſi nullum pulchritudine ſua potuerit vulnerare, dabit tamen extrema ſupplicia; paravit quippe virus, temperavit venenum, porrexit poculum, etiamſi nullus qui biberet inventus eſt... Si vero etiam ſpecialiter prolatam in fœminas increpationem audire mavis, audi Iſaiam plurima in illas invectione clamantem, earumque habitum, & aſpectum & inceſſum notantem, & veſtes in humum defluas, laſcivientes pedes, & luxurioſis motibus colla fracta ſublimiaque. Audi etiam beatum Paulum multa illis præcepta ponentem, tum de auri ac veſtis ornatu, tum de intortis arte crinibus, tum de ipſis quoque deliciis, aliisque hujuſmodi eas vehementius increpantem.

PARS II. SECT. I. CAP. II. §. 3.

Iſai. III. 16. *&c.*

1. *Tim.* II. 9. *&c.*

S. AUG. *ad Sanctimon. Epiſt.* 211. *alias* 109. *num.* 10. Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus. Nec ſint vobis tam tenera capitum tegmina, ut retiola ſubter appareant. Capillos ex nulla parte nudos habeatis, nec foris vel ſpargat negligentia, vel componat induſtria. In inceſſu, in ſtatu, in habitu, in omnibus motibus veſtris nihil fiat quod illiciat cujuſquam libidinem, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem. Oculi veſtri & ſi jaciuntur in aliquem, figantur in neminem; neque enim quando proceditis, viros videre prohibemini, ſed appetere, aut ab ipſis appeti velle. Nec ſolo tactu, ſed affectu quoque & adſpectu appetitur, & appetit fœmina. Nec dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius: & cum ſe invicem ſibi, etiam tacente lingua, conſpectu mutuo corda nuntiant impudica, & ſecundum concupiſcentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab immunda violatione corporibus fugit caſtitas ipſa de moribus. Nec putare debet quæ in maſculum figit oculum, & illius in ſeipſam diligit fixum, non ab aliis videri, cum hoc facit; videtur omnino, & a quibus videri non arbitratur. Sed ecce lateat, & a nemine hominum videatur, quid faciet de illo ſuperno inſpectore, quem latere nihil poteſt? An ideo putandus eſt non videre, qui tanto videt patientius, quanto ſapientius? Illi vero timeat ſancta fœmina diſplicere, ne velit viro male placere: illum cogitet omnia videre, ne velit virum male videre; illius namque & in hac cauſa commendatus eſt timor, ubi ſcriptum eſt: Abominatio eſt Domino defigens oculum. Quando ergo ſimul eſtis in Eccleſia, & ubicumque ubi & viri ſunt, invicem veſtram pudicitiam cuſtodite. Deus enim qui habitat in vobis, etiam iſto modo cuſtodiet vos ex vobis. *Prov.* 27. 20. *ſecundum* 70.

In Pſalm. 5. *num.* 2. Hujus mulieris (*Berſabee*) uxoris alienæ pulchritudine captus Rex & Propheta David ... adulteravit eam: ... homicidio auxit adulterium... Nathan Propheta miſſus a Domino, qui eum argueret de tanto commiſſo.

N. 3. Audiunt male audientes, & quærunt ſibi patrocinia peccandi... Alii vero audientes ſalubriter, in caſu fortis metiuntur infirmitatem ſuam; & quod damnat Deus devitare cupientes, ab adſpectu ſecuro abſtrahunt oculos: non eos defigunt in pulchritudine carnis alienæ, nec ſe ipſos faciunt de perverſa ſimplicitate ſecuros: non dicunt, Bono animo attendi, benigne attendi, de caritate diu adſpexi. Proponunt enim ſibi caſum David, & ad hoc illum magnum vident cecidiſſe, ut parvi nolint videre unde poſſint cadere. Reprimunt enim oculos a petulantia, non ſe facile adjungunt, non miſcent ſe mulieribus alienis, non levant oculos faciles ad aliena meniana, ad aliena ſolaria. De longe enim vidit David illam, in qua captus eſt. Mulier longe, libido prope.. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Non dixit, Non ſit, ſed, Non regnet... Ineſt peccatum cum delectaris, regnat ſi conſenſeris. Carnalis delectatio, præſertim uſque ad illicita & aliena progrediens frænanda eſt, non relaxanda, imperio domanda, non in imperio collocanda.

Confeſſ. lib. 1. cap. 16. n. 25. Sed væ tibi flumen moris humani: quis reſiſtet tibi? Quamdiu non ſiccaberis? Quouſque volves Evæ filios in mare magnum & formidoloſum, quod vix tranſeunt qui lignum conſcenderint? Nonne ego in te legi & tonantem Jovem & adulterantem? Et utique non poſſet hæc duo, ſed actum eſt ut haberet auctoritatem ad imitandum verum adulterium, lenocinante falſo tonitruo. Quis autem penulatorum magiſtrorum audit aure ſobria, ex eodem pulvere hominem clamantem & dicentem: Fingebat hæc Homerus, & humana ad Deos transferebat, divina mallem ad nos? Sed verius dicitur quod fingebat hæc quidem ille: ſed hominibus flagitioſis divina tribuendo, ne flagitia, flagitia putarentur, & ut quiſquis ea feciſſet, non homi-

Pars II, Sect. I. Cap. II, §. 3.

D 3. Qui pravis circa luxuriam cogitationibus conſentiunt. (D)

E 4. Qui previs iis cogitationibus ultro & cum voluptate occupantur, licet non conſentient. (E)

I. Quænam ſunt quæ ad luxuriam ſolent homines provocare?

Ezec. 16. 49. R. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ*, verba Dei ſunt apud Ezechielem, *ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius & filiarum ejus; & manum egeno & pauperi non porrigebant.*

Præter hæc ſunt & alia incentiva luxuriæ, nimirum conſortium, & familiaritas perſonarum alterius ſexus, ſpectacula profana, choreæ & ſaltationes, lectio librorum quibus amatoria deſcribuntur, verbi gratia comœdiarum, vel fabularum equeſtrium. (F) F

I. Quæ-

homines perditos, ſed cæleſtes Deos videretur imitatus.

N. 26. Et tamen, o flumen tartareum, jactantur in te filii hominum cum mercedibus ut hæc diſcant. Et magna res agitur, cum hoc agitur publice in foro, in conſpectu legum ſupra mercedem ſalaria decernentium; & ſaxa tua percotis & ſonas dicens: Hinc verba diſcuntur, hinc adquiritur eloquentia rebus perſuadendis ſententiiſque explicandis maxime neceſſaria. Ita vero non cognoſceremus verba hæc, imbrem aureum, & gremium, & fucum, & templa cæli, & alia verba quæ in eo ſcripta ſunt; niſi Terentius induceret nequam adoleſcentem proponentem ſibi Jovem ad exemplum ſtupri, dum ſpectat tabulam quamdam pictam in pariete; ubi inerat pictura hæc, Jovem quo pacto Danaæ miſiſſe ajunt in gremium quemdam imbrem aureum, fucum factum mulieri. Et vide quemadmodum ſe concitet ad libidinem, quaſi cæleſti magiſterio, *Et quem Deum*, inquit? *Qui templa cæli ſumma ſonitu concutit. Ego homuncio id non facerem? Ego vero illud feci, ac lubens.* Non omnino per hanc turpitudinem verba iſta commodius diſcuntur: ſed per hæc verba turpitudo iſta confidentius perpetratur. Non accuſo verba quaſi vaſa electa, atque pretioſa, ſed vinum erroris quod in eis nobis propinabatur ab ebriis doctoribus: & niſi biberemus cædebamur, nec appellare aliquem judicem ſobrium licebat. Et tamen ego, Deus meus in cujus conſpectu jam ſecura eſt recordatio mea, libenter hæc didici, & eis delectabar miſer, & ob hoc bonæ ſpei puer appellabar.

In Eunucho Act. 3, Sc. 4.

(D) Matt. 28 *Vide ſupra hocce §. lit.* (C)

S. Aug. *Lib. 1. de Sermone Domini in monte c. 12 n. 33.* Juſtitia minor eſt, non mœchari corporum conjunctione: juſtitia vero major regni Dei, non mœchari in corde. Quiſquis autem non mœchatur in corde, multo facilius cuſtodit ne mœchetur in corpore. Non dixit, *Omnis qui concupierit mulierem*, ſed, *qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam*, id eſt, hoc fine & hoc animo attenderit ut eam concupiſcat: quod jam non eſt titillari delectatione carnis, ſed plane conſentire libidini, ita ut non refrenetur illicitus appetitus, ſed ſi facultas data fuerit, ſatietur.

Matt. 5, 28.

N. 34. Nam tria ſunt quibus impletur peccatum, ſuggeſtione, delectatione, & conſenſione. Suggeſtio, ſive per memoriam fit, ſive per corporis ſenſus, cum aliquid videmus, vel audimus, vel olfacimus, vel guſtamus, vel tangimus. Quo ſi frui delectaverit, delectatio illicita refrenanda eſt. Velut cum jejunamus & viſis cibis palati appetitus aſſurgit, non fit niſi delectatione: ſed huic tamen non conſentimus, & eam dominantis rationis jure cohibemus. Si autem conſenſio facta fuerit, plenum peccatum erit, notum Deo in corde noſtro, etiam ſi facto non innoteſcat hominibus. Ita ergo ſunt iſti gradus, quaſi a ſerpente ſuggeſtio fiat, id eſt lubrico & volubili, hoc eſt temporali corporum motu ... In appetitu autem carnali tamquam in Eva delectatio: in ratione vero tamquam in viro conſenſio: quibus peractis, tamquam de paradiſo, hoc eſt, de beatiſſima luce juſtitiæ in mortem homo expellitur; juſtiſſime omnino. Delectatio ante conſuetudinem vel nulla eſt, vel tam tenuis, ut prope nulla ſit, cui conſentire magnum peccatum eſt, cum illicita eſt. Cum autem quiſque conſenſerit, committit peccatum in corde. Si autem etiam in factum proceſſerit, videtur ſatiari & extingui cupiditas: ſed poſtea cum ſuggeſtio repetitur, major accenditur delectatio; quæ tamen adhuc multo minor eſt quam illa quæ aſſiduis factis in conſuetudinem vertit. Hanc enim vincere difficillimum eſt.

N. 35. Sicut ergo tribus gradibus ad peccatum pervenitur, ſuggeſtione, delectatione, conſenſione: ita ipſius peccati tres ſunt differentiæ, in corde, in facto, in conſuetudine, tamquam tres mortes: una quaſi in domo, id eſt, cum in corde conſentitur libidini, altera jam prolata quaſi extra portam, cum in factum procedit aſſenſio; tertia cum vi conſuetudinis malæ tamquam mole terrena premitur animus, quaſi in ſepulchro jam putens.

(E) S. Aug. *De Trinit. lib. 12. c. 12. num. 17.* Rationi autem ſcientiæ appetitus vicinus eſt: quando quidem de ipſis corporalibus quæ ſenſu corporis ſentiuntur, ratiocinatur ea quæ ſcientia dicitur actionis; ſi bene, ut eam notitiam referat ad finem ſummi boni: ſi autem male, ut eis fruatur tamquam bonis talibus in quibus falſa beatitudine conquieſcat. Cum ergo huic intentioni mentis, quæ in rebus temporalibus & corporalibus propter actionis officium ratiocinandi vivacitate verſatur, carnalis ille ſenſus vel animalis ingerit quamdam illecebram fruendi ſe, id eſt, tamquam bono quodam privato & proprio, non tamquam publico atque communi quod eſt incommutabile bonum, tunc velut ſerpens alloquitur feminam. Huic autem illecebræ conſentire, de ligno prohibito manducare eſt. Sed iſte conſenſus ſi ſola cogitationis delectatione contentus eſt, ſuperioris vero auctoritate conſilii ita membra retinentur, ut non exhibeantur iniquitatis arma peccato: ſic habendum exiſtimo velut cibum vetitum mulier ſola comederit.

N. 18. Nec tamen cum ſola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens eſſe facienda, tenens tamen & volvens libenter, quæ ſtatim ut attigerunt animum reſpui debuerunt, negandum eſt eſſe peccatum, ſed longe minus quam ſi & opere ſtatuatur implendum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus venia petenda eſt, pectuſque percutiendum ..., atque dicendum *Dimitte nobis debita noſtra*; faciendumque quod ſequitur, atque in oratione jungendum *ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris* ... Si delectationibus illicitis, a quibus ſe continuo deberet avertere cogitatu, libenter ſola paſcatur, nec facienda decernantur mala, ſed tantum ſuaviter in recordatione teneantur .. totus damnabitur, niſi hæc quæ ſine voluntate operandi, ſed tamen cum voluntate animum talibus oblectandi, ſolius cogitationis ſentiuntur eſſe peccata, per mediatoris gratiam remittantur. Matt. 6. 12.

S. Thom. 1. 2. *q.* 74. *art.* 6. *in corp.* Deficit ratio in directione, ... quando imperat illicitas paſſiones, ſicut quando homo ex deliberatione provocat ſibi motum... concupiſcentiæ. Alio modo, quando non reprimit illicitum paſſionis motum: ſicut cum aliquis poſtquam deliberavit quod motus paſſionis inſurgens eſt inordinatus, nihilominus circa ipſum immoratur, & ipſum non expellit: & ſecundum hoc dicitur peccatum delectationis moroſæ eſſe in ratione.

Ad tertium dicendum, quod delectatio dicitur moroſa, non mora temporis: ſed ex eo quod ratio deliberans circa eam immoratur, nec tamen eam repellit: tenens & volvens libenter, quæ ſtatim ut attigerunt animum reſpui debuerunt.

Tertull. *De Spectaculis c.* 10. ... Theatrum proprie ſacrarium veneris eſt... De geſtu & flexu corporis mollitiæ veneris & liberi immolant: illi per ſexum, illi per luxum diſſoluti.

(F) L. Coelii Lactantii *Inſtit. divinar. lib. 6. c.* 20. Voluptas oculorum varia & multiplex eſt, quæ capitur ex aſpectu rerum, quæ ſunt in uſu hominum vel natura vel opere delectabiles. Hanc philoſophi rectiſſime ſuſtulerunt: ajunt enim multo eſſe præclarius, & homine dignius, cælum potius, quam cælata intueri; & hoc pulcherrimum opus intermicantibus aſtrorum luminibus tamquam floribus adornatum, quam picta, & ficta, & gemmis diſtincta mirari. Sed cum diſerte ad contemptum terreſtrium nos exhortati ſunt, & ad cæli ſpectaculum excitaverunt, tamen ſpectacula hæc publica non contemnunt. Itaque his & delectantur, & libenter interſunt. Quæ, quoniam maxime ſunt irritamenta vitiorum, & ad corrumpendos animos potentiſſime valent, tollenda ſunt nobis; quia non modo ad beatam vitam nihil conferunt, ſed etiam nocent plurimum ... In ſcenis quoque neſcio an ſit corruptela vitioſior. Nam & comicæ fabulæ de ſtupris virginum loquuntur, aut amoribus meretricum, & quo magis ſunt eloquentes qui flagitia illa finxerunt, eo magis ſententiarum elegantia perſuadent, &

ta-

I. Quænam ſunt luxuriæ filiæ?

Lib.31.Moral. in Job, c.17. paullo ante finem. *R.* Octo recenſentur a S. Gregorio magno; nimirum, cæcitas mentis, inconſideratio, præcipitatio, inconſtantia, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, horror vel deſperatio futuri.

His addere, licet, ex luxuria ut plurimum ſequi obdurationem cordis, detrimentum ſanitatis, rei domeſticæ confuſionem & diſſipationem, ſcurrilitatem, turpiloquia, tarditatem & ſtuporem ingenii, denique mortem in peccato nulla prævia pœnitentia. *PARS. II. SECT. I. CAP. II. §. 3.*

I. Quænam ſunt luxuriæ vel antidota vel remedia, quæ ab eo peccato vel avocant vel revocant?

R. 1. Fuga eorum omnium, quæ ſuperius

diai-

facilius inhærent audientium memoriæ verſus numeroſi, & ornati. Item tragicæ hiſtoriæ ſubjiciunt oculis parricidia, & inceſta Regum malorum, & cothurnata ſcelera demonſtrant. Hiſtrionum quoque impudiciſſimi motus, quid aliud niſi libidines docent, & inſtigant? Quorum enervata corpora, & in muliebrem inceſſum habitumque mollita, impudicas feminas inhoneſtis geſtibus mentiuntur. Quid de mimis loquar corruptelarum præferentibus diſciplinam? Qui docent adulteria dum fingunt, & ſimulatis erudiunt ad vera? Quid juvenes, aut virgines faciant, cum hæc & fieri ſine pudore, & ſpectari libenter ab omnibus cernunt? Admonentur utique, quid facere poſſint, & inflammantur libidine, quæ aſpectu

D maxime concitatur, ac ſe quiſque pro ſexu in illis imaginibus præfigurat, probantque illa, dum rident, & adhærentibus vitiis, corruptiores ad cubicula revertuntur, nec pueri modo quos præmaturis vitiis imbui non oportet, ſed etiam ſenes quos peccare jam non decet. Circenſium quoque ludorum ratio quid aliud habet, niſi levitatem, vanitatem, inſaniam? Tanto namque impetu concitantur animi ad furorem, quanto illic impetu curritur, ut jam plus ſpectaculi exhibeant, qui ſpectandi gratia veniunt, cum exclamare, & efferri, & exilire cœperint... Vitanda ſpectacula omnia, non ſolum ne quid vitiorum pectoribus inſideat, quæ ſedata & pacifica eſſe debent; ſed ne cujus nos voluptatis conſuetudo detineat, & a Deo, atque a bonis operibus avertat.

Cap. 21. Carmen autem compoſitum, & oratio cum ſuavitate decipiens, capit mentes & quo voluerit, impellit... Perſuadet autem quicquid ſuave eſt, & animo penitus, dum delectat, inſidet... Ergo qui veritati ſtudet, qui non vult de ſe ipſe decipere, abjiciat inimicas, ac noxias voluptates, quæ animam ſibi vinciant... Præferantur vera falſis, æterna brevibus, utilia jucundis. Nihil aſpectu gratum ſit, niſi quod pie, quod juſte fieri videas; nihil auditu ſuave, niſi quod alit animam, melioremque te reddit.

Pſal. 118. 37. S. AMBROS. *De fuga ſæculi c. 1. n. 4. Averte oculos meos ne videant vanitatem.* Vanitas circus eſt. Vanitas theatrum eſt: vanitas ludus omnis.

GRATIANUS *Decr. par. 1. Diſtinct. 34. c. 19. ex Agathenſ. Concil. cap. 39.* Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia non eſt, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia, nec his cœtibus miſceantur, ubi amatoria cantantur, & turpia, aut obſcœni motus corporum choreis, & ſaltationibus efferuntur, ne auditus, aut obtutus ſacris myſteriis deputati turpium ſpectaculorum, atque verborum contagione polluantur.

Decret. part. 3. de Conſecrat. diſt. 5. cap. 35. Ex Concil. Nannetenſ. aut Matiſcenſ. c. 10. Nullus Presbyterorum, quando ad anniverſarium diem trigeſimum, vel ſeptimum vel tertium alicujus defuncti, aut quacumque vocatione ad collectam presbyteri convenerit... bibere, vel alios ad bibendum cogere, vel ſe aliena precatione ingurgitare, nec plauſus & riſus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præſumat: vel turpia loca, vel viſu, vel tornatricibus ante ſe fieri patiatur: nec larvas dæmonum ante ſe ferri conſentiat: quia hoc diabolicum eſt, & a ſacris canonibus prohibitum.

JOHANN. GERSON. *Part. 4. ſerm. Domin. 3. Adventus, & ſancte Carolo Borromæo, Opuſc. de choreis cap. 17. ait*, Choreas ob fragilitatem hominum difficile ſine diverſis peccatis haberi, & omnia peccata choreizare in choreis.

S. CAROLUS *Opuſculo de Choreis, cap. 6.* Qui ſibi ex

Eccli. 3. 27. chorea periculum peccati mortalis timet, ſi accedit, peccat mortaliter. Quia *qui amat periculum, peribit in illo*. Idem dic ſi rationabiliter timere debeat, neque venia datur temeritati, aut cæcitati, qua quis adit ſalutis periculum.

Cap 14. Qui ad choreas accedunt, fere omnes vitam quamdam laxiorem, & mundi corruptelas ſequuntur. Ad quod demonſtrandum, pono 1. neminem ſe debere periculo exponere, & occaſiones omnes malas vitare quemque debere, ſecundum illud Evangelii, *ſi oculus tuus ſcandalizaverit te*, &c. Secundo conſidero illud pariter Evangelicum: *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Deinde conſidero mares & fœminas in choreis ſedere: omnes ibi eſſe ad voluptatem capiendam paratos. Conſidero mutuos aſpectus, moramque diuturnam, motus item corporis, in quibus oculi curioſi multa inveniunt luxurioſa incitamenta. Addo muſicæ ſuavitatem, quæ maximam vim habet in quocumque genere quis occupetur, ſive bonum ſit, ſive malum. Addo colloquia quæ ſæpe intercedunt. Addo tactum. Item conſidero omnes accedere quam ornatiſſimos, plerumque etiam pleno ventre: item calorem, qui ex motu excitatur. Quibus omnibus conſideratis, non video, cur, non dico homines vitæ laxioris, ſed qui continentiſſimi ſunt, ſibi fidere in ejuſmodi periculo debeant.... Quam vero diligenter periculum etiam ex ſolo aſpectu, nedum tactu, & colloquio, vitare debeamus *Mat. 18. 9. Matt. 5. 28.*

Spiritus ſanctus nos docet; *Virginem ne aſpicias, ne forte ſcandalizeris in decore ejus*: Et *averte faciem tuam a muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit*.... Addi poteſt, ab aſpectu naſci amorem. Addamus exemplum David, qui ex aſpectu illo in graviſſima peccata incidit: & exemplum Sichem, qui cum Dinam aſpexiſſet, & libidine propterea exarſiſſet, ex ea re tantum malorum intulit ſuis. Ideo *Eccli. 9. 8.*

dicebat David: *Averte oculos meos ne videant vanitatem.* *Pſ. 118. 37.*

Et, *Pepigi fœdus cum oculis meis ut ne cogitarem quidem de virgine.* Adde S. Auguſtini dictum, quod non licet aſpicere, quod non licet deſiderare... Quare in tanta corruptela atque periculis, nimis ſeveri videri non debemus, ſi iſtos chorearum ſectatores a peccato mortali excuſare non audeamus. *Job 31. 1.*

M. NICOLE *Traitè de la Comedie, Tom. 3. des Eſſais de Morale, chap. 3.* Cum nullus ex affectibus a peccato proficiſcentibus altius inſederit, magiſque animum perturbet, quam amor .. res aleæ periculique plena eſt eum excitare & fovere, & quidquid frænum injicere & cohibere poteſt, amoliri ... nihilque magis elevat hujus affectus turpitudinem, quam Comœdia, ac fabulæ Romanenſes, in quibus ita conſpicienda repræſentatur, ut non horrorem, ſed dilectionem & exiſtimationem inſtillet. Omnis ab eo pudor & infamia longe eſt. Quiſquis hoc affectu moveri geſtit, ſenſim animus aſſueſcit. Amore affici, deque eo ſermonem habere diſcimus, animuſque leniter ſe trahi ſinit, naturæ proclivitatem ſequens. ... Legitimi & illegitimi amoris repræſentatio eoſdem ferme effectus producit, eumdemque motum excitat, qui juxta diſſimiles habitudines, quas offendit, agit: ſæpe etiam paſſionis honoris velo tecta repræſentatio periculoſior eſt, animus enim minorem ut ſe cuſtodiat, curam adhibet, minori horrore perfunditur, vique minori reſiſtit.

Chap 4. Majus ex eo periculum accedit, quod Comœdia omnia remedia arcet, quæ vim affectus retundere poſſunt. Cor voluptate mulcetur. Animus externis objectis capitur, & a rebus, quas repræſentari videt, extra ſe raptus, Chriſtianam vigilantiam, qua tentationibus reſiſtitur, negligit, & obliviſcitur.

Chap. 5. Quacumque adhibita cura, ut a Comœdia, & fabulis Romanenſibus pudendæ hujus corruptelæ imago ſejungatur, numquam certe venenum auferetur: continuo ſiquidem ad vivum repræſentatur incondita hominum in fœminas propenſio, quæ innocens eſſe non poteſt: numquamque fiet, ut fœminæ voluptate non perfundantur ex eo, quod ſe ab homine diligi & coli videant: quod ipſis æque periculoſum ac perniciosum eſt ac aſpectus hujus malæ ac criminoſæ corruptionis. Verum Comœdiæ & fabulæ non modo paſſiones excitant, earum etiam idioma docent: hoc eſt, artem eas explicandi, ac delectabilibus & ſubtiliter excogitatis ornamentis veſtiendi, quod parvum certe malum non eſt. Multi quidem prava conſilia ſuffocant, quia ingenio quo ſe exprimant carent. Evenit etiam aliquando, ut nonnulli

nul-

Digitized by Google

diximus ad luxuriam provocare ut plurimum.

2. Studium orationis, cordis gemitus.

3. Sejunctio a frequenti hominum conſortio.

4. Labor continuus.

5. Mortificatio carnis.

6. Diligens cuſtodia ſenſuum, alienusque ab omni curioſitate animus.

7. Frequens uſus Sacramenti pœnitentiæ.

8. Jugis meditatio mortis & æternitatis. (G) G

I. Eſt-

nullo affectu moti, ingenii ſui oſtendendi ambitione ducti affectibus, quos initio tantummodo ſimulabant, irretiātur.

Cap. 7. Paſſionum imago a Comœdia nobis propoſitarum ex eo etiam periculoſior evadit, quod Poetæ, ad hoc ut eas amabiles reddant, non modo ad vivum repræſentare, ſed quidquid horrori eſſe poteſt, adimere, ſuoque ingenio ita fucare ſatagant, ut pro odio & averſione ſpectatorum amorem demereant. Itaque fit, ut paſſio, quæ horrorem incuteret, ſi talis exhiberetur qualis eſt, ſubtili & ingenioſa eam exprimendi ratione, amore digna aliquo modo efficitur & videtur.

M. DU GUET *Traité des Spectacles Tom.* 4. *des Eſſais de Morale num.* VIII. Spectaculum vel voluptate afficit, & placet, vel non. Si hoc poſtremum, jam apparet quid erat in votis, & quærebatur. Dolemus operis & actorum vitio animum & cor nullo motu percitum fuiſſe, animique tranquillitatem, & innocentiam, qua gaudemus, æque ferimus.

N. 10. *&* 11. Quidquid ſpectaculum eſt paſſio eſt. Senſa communia & moderata minime moverent. Itaque non modo ſenſus exterius in fraudem inducuntur, ſed animus undique inficitur, qua corruptionis damna ſentire poteſt. Hiſce ſiquidem rebus exterioribus animus delectatur, quæ ipſi ſuos morbos repræſentant. Ab his omnibus mulcetur, a quibus mulcentur affectus. Audire vult quidquid amat, & amat quidquid audire vult. Hinc trahimur ad ſpectacula ... Quidquid in his videtur & auditur, ad ſenſus & cupiditatem ſpectat. Quæ majori cura ſententiæ ſtabiliuntur, magis paſſionibus conſonant, ac per conſequens magis falſitate laborant; ac ſi aliquando vitium arguitur, ideo fit, ut aliquod aliud mage periculoſum probetur ... Facile enim animus evadit id quod cum voluptate intuetur; voluptate ſiquidem tangitur cor, fierique non poteſt, ut improbet quod cum gaudio ſentit, aliterque ſe habeat atque id quod amat... Quod enim in aliis videtur delectare quidem nos poteſt, mœrore vero afficere non poteſt. Hoc eſt Theatri artificium, inque eo tota illuſio & periculum ſita ſunt. Nulla ſiquidem nobis ab amoris & ambitionis affectibus formido, cum horum tantummodo motus ſentimus, ſollicitudines non ſentimus; idque tum ſemper evenit, cum ſola imago videtur; quæ quidem placere non poteſt abſque eo quod cor moveatur; iſque motus, quo cor molleſcit ac corrumpitur, eo magis eſt efficax, quo magis eſt dulcis, minuſque advertitur.

Lege S. CAROLI *integrum* Opuſculum, *ut & Tractatus* DD. NICOLE *&* DU GUET *ſupra laudatos, nec non Sereniſſimi Principis* DE CONTI *eximium* de Comœdia *Librum.*

(C) PROV. VI. 24. Præcepta patris tui ... cuſtodiant te a muliere mala, & a blanda lingua extraneæ. 25. Non concupiſcat pulchritudinem ejus cor tuum, nec capiaris nutibus illius. 26. Pretium enim ſcorti vix eſt unus panis: mulier autem viri pretioſam animam capit. 27. Numquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, ut veſtimenta illius non ardeant? 28. Aut ambulare ſuper prunas, ut non comburantur plantæ ejus? 29. Sic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit mundus cum tetigerit eam. 32. Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam. 33. Turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur: 34. Quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, 35. nec acquieſcet cujuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.

SAP. VIII. 21. Et ut ſcivi quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum: adii Dominum, & deprecatus ſum illum.

ECCLI. XLII. 9. Filia patris abſcondita eſt vigilia, & ſolicitudo ejus aufert ſomnum, ne forte in adoleſcentia ſua adulta efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat: 10. nequando polluatur in virginitate ſua, & in paternis ſuis gravida inveniatur: ne forte cum viro commorata tranſgrediatur. 11. Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam: Nequando faciat te in opprobrium venire inimicis, a detractione in civitate, & objectione plebis, & confundat te in multitudine populi. 12. Omni homini noli intendere in ſpecie: & in medio mulierum noli commorari: 13. De veſtimentis enim procedit tinea, & a muliere iniquitas viri.

2. COR. XII. *n.* 7. Ne magnitudo revelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet. 8. Propter quod ter Dominum rogavi ut diſcederet a me. 9. Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.

S. BASILIUS *initio Lib. de vera atque integerrima virginitate ad Letoium, tom.* 1. *pag.* 706. *Edit. Pariſienſ. an.* 1638 *mihi pag.* 518. Magnum revera quiddam, ac præclarum virginitas eſt, quæ... hominem incorruptibili Deo ſimillimum facit. Hæc autem profecto non a corporibus ad animas manat; ſed cum incorporalis animæ propria & præcipua ſit, ejus pretioſiſſima integritate corpora quoque incorrupta ſervantur. Anima enim veri boni deſiderio imagineque ſuſcepta, ad ipſum veluti penna quadam pudicitiæ ſanctitate ſubvehitur, ac incorruptibilem Deum inviolabili puritate colere omni ſtudio intenta, corporis virginitatem ad ejus, quod per ſe bonum eſt, obſequium veluti ancillam ducit. Eam vero ſociam, aſſiſtitricemque tranquilliſſimam ad Dei contemplationem adeſſe ſibi jugiter cupiens, obſtrepentes illi voluptates corporis quam longiſſime fugiat, certe earum, quæ ſub ventre ſunt, voluptatum continentiam corporalis integritatis obſequiis mancipans, hanc ipſam ſoræ virginitatis pediſſequam facit. Ita fit ut alia quidem omnia, ſcilicet ciborum abſtinentia, & reliqua ſancti propoſiti auſteritas, quæ fluentibus per corporis ſenſus contra carnis integritatem voluptatibus obſtat: ipſaque virginitas carnis illius gratia ſervetur... Sic autem fidelis anima ab omni ſordidæ cogitationis labe puram, immaculatamque cuſtodiens ad id provehitur, ut ſimilitudinem incorruptibilis Dei in ſpeculo mundiſſimo .... conſequatur... Virgo quæ nullam fœmineæ voluptatis labem ex corpore patitur, & omnia carnis vitia, omnemque perturbationem animi ab ſe prorſus eliminans, puriſſimam ſe Deo ſiſtere, quem amare profitetur, tota animi intentione conatur: manifeſtum eſt, quod.... vim inferre naturæ ſuæ debeat, neque eam tantum ſuperare voluptatem, quæ in ejuſmodi ita effecto corpore concubitus illecebram ſuggerit: verum contra omnem voluptatis ſpeciem fortiter conſtanterque perſiſtere.... Quo circa ſancta virgo ſenſuum feneſtris cuſtodem admovere rationem, eorumque ad exteriora progreſſum nequaquam eis tranſitu libero paſſim permiſſo, moderatum & quietum efficere omni ſtudio curabit... Non igitur oculorum acies ad omnia paſſim inſpicienda viſibilia pandenda eſt, ne omnem quoque figurarum atque formarum ſpeciem ſine diſcretionis examine hauriens, ad earum poſtea turbetur imagines. Verum apertis ab ea, quæ vitæ uſu neceſſario inſpicienda ſunt, corporeis oculis, animæ omnino clauderet obtutus, eoſque ad veri initium luminis, & ejus, quæ ex illo inſinuatur, pulchritudinis conſiderationem etiam carentes clauſos, pervigili aperiet ſtudio. Nec auditum quidem temere, & indiſcuſſe verbis omnibus accommodabit: ceterum ad ea, quæ mala ſunt, & noxia, ipſum veluti ad peſtem quandam putidi ac pernicioſi amnis obturabit. His vero quæ ſunt optima, emanantque virtutis puriſſimos latices, tota intentione ſubjiciet. Guſtum ad ſuavia & dulcia ſemper ſubiantem ratione frenabit, & ad ea quæ ſunt neceſſario ſumenda moderabitur. Tactum vero ut ſenſuum omnium pernicioſiſſimum & ſæviſſime blandientem, ſenſuſque reliquos in ſua ad voluptatis illecebras pellicientem, immaculatum & perturbationibus minime pervium ſemper quanta maxima poterit cura, ſervabit ... Ante omnia igitur adverſus guſtum virgo tota intentione pugnabit, fonteſque voluptatum ventris, & impudicitiæ fomitum inde manantium a principio caſtitatis ſtudio & ardore ſiccabit. Ne dum virginitatem ſervare proponit, guſtui ſe immoderate proſtituens caſtitatem ſuam alia fruendi voluptate devicta, ſenſim, dum neſcit, amittat... Itaque omnibus in locis cibus, qui ſit ad victum neceſſarius, ſolerti ratione inquirendus, condimentorumque elaboratæ blanditiæ ut voluptatis illecebræ repudiandæ... Oportet igitur concupiſcibile carnis, atque ad vitia voluptateſque proclive, per continentiæ exercitia frangere: quod vero ejus virile eſt,

atque

Digitized by Google

atque ad acquiſitionem virtutis neceſſarium, provida conſideratione ſervare... Non ignorent igitur hi, qui veræ virginitatis ancillam per abſtinentiam ciborum, & ceteros labores ſancti inſtituti virginem ſervare pergunt, fieri poſſe, ut hujuſmodi corpore ſit virgo, non anima. Sufficit enim & aſpectus qui animæ turpium rerum impreſſit imagines, & ſermo laſcivior in aures cum voluptate delapſus animum impudicitiæ ratione corrumpere... Neceſſe eſt virgo animam longe majore obſervet cura, quam corpus... Omni cuſtodia ſervet cor ſuum, ut neque per vocem profluens ſermo auditorem demulceat ad voluptatis illecebram: neque rurſus extrinſecus in aurem ab alio invectus ipſius cor ad concupiſcentiam molliat. Eadem illi aſpectus quoque ratio habenda eſt, ut videlicet non ſit ejus mollis obtutus, ne intuentibus voluptatis contra ſe emittat indicia: neque emiſſum forinſecus oculi jactum ſe patiatur attingere, ne hoc veluti ignito jaculo in corde percuſſa, ad voluptatis inflammetur imagines.. Idcirco virgini principio quidem ſummopere cavendum eſt ne cuiquam infigat obtutus. Vel certe, ſi defixiſſe contigerit, figuras animo altius infigi molientes a ſe contraria virtute rejiciat, ac penitus arceat: ut nullam corporis ſpeciem diuturnis conſuetudinis objectaculis formet... Quæ igitur non evitavit luminum jactum quantum in ſe eſt, ne manuum quidem tactum polluta vitabit. Enimvero quæ ejuſmodi amatorio tactu fuerit innexa, nunquam a ſordida inquinatione munda reperitur... Laſcivus obtutus, vel ſermo voluptatis delinitus illecebris, in virginis animam, velut in undam puriſſimam vehementer injectus, alias poſt alias quaſi in profundo cogitationes amatorias excitat: ipſamque totam ejus qui fecit imaginem ſauciam fluctibus agitat. Quocirca ſummo ſtudio oportet virginem aſpectus vocisque blanditias, ut peſtiferæ ac perditæ voluptatis illecebras, a ſenſibus ſuis quam longiſſime arcere: & aurem quidem intus caſtiſſima cogitatione, oculos vero caſtiſſima averſione munire. Non ſolum igitur ornari virginem non decet, aut impudicis luminibus fucatam formam ad lenocinium voluptatis ingerere, ſed amore puritatis intimæ, naturalem quoque pulchritudinem pro viribus obnubere, ac dedita opera extinguere. Non ſe patiatur ſancta virgo... ſubjici carnalibus oculis: neque in ſuam aliorumque perniciem carnalia ornamenta conquirat: ſed ad firmam ſe, atque conſtantem virtutis ſpeciem pudicis geſtibus virilique robore ſubrigat. Neque... foris quibuslibet temere prodire præſumat: & improbe atque intempeſtive per vicos omnes volitando diſcurrere, intuendamque ſe cunctorum oculis petulanter inferre, nec bonum Domini mandatum non competenter uſurpans, ad ſui ipſius reprehenſionem male invertet, neque uſquam omnino ſine ratione prodibit. Ceterum habita diligenti ætatis ſuæ ratione, non temere progredietur, ſed intra annos adoleſcentiæ poſita ad Eccleſiam tantum, ne tum quidem ſola & incomitata procedet... Eas quippe quæ vicos ac domos libere volitant, indiſciplinatas eſſe, non virgines veritatis ſermo denuntiat. Otioſæ enim addiſcunt circumeuntes domos: Non ſolum autem otioſæ, ſed & nugaces & curioſæ, loquentes ea, quæ non decet. Longe ſane indecentius eſt virginem quæ verecundiæ ad vitum numquam exuit tunicam, honeſtam ac pudicam non ſervare linguam, greſſumque ſuum ea diligentia non moderari, ut numquam illum niſi ad uſum neceſſarium atque utilem proferat. Illa namque tantum loqui virginem decet, quæ audientium animos juvare poſſint, & per ſermonis puri veritatem atque rectitudinem ad intelligentiam divinarum

Mat. 15. 19. rerum ubertim inſtru... atque exornare... *Ex corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria.* Vera igitur virgo ex morum puritate tamquam ex vitreo fonte ſermonem ſuum lucidum, omniſque inquinationis agitatione purum effundere tranquille debet, qui non modo nihil noxium aut ſubdolum, & quod ſenſum ad voluptatem demulceat, importet; verum ne otioſum quidem ac ratione vacuum, atque adeo rationali anima indignum. Omne denique verbum, quod ex virginis puriſſimo hauritur fonte veluti incorruptionis poculo, implere auditoris animam debet... Diligenter enim obſervandum eſt cui, quomodo, & quando eam loqui deceat. Nam neque paſſim quibuscumque obviis convenit ſermonem virginis fluere, neque rurſus his qui ſunt digni veneratione, inſolenter & inverecunde nudari: neque ſi careat utilitate contra propoſitum, ac præter dignitatem virginis fundi.. Caſtigata ergo locutione prudens virgo utetur, cumque tempeſtive quempiam oportuerat alloqui, multo audiet plura quam dicet, omniſque ſermo ejus, cum procedet ex labiis, ſolam utilitatem audientium feret. Aut, ſi interrogandum fuerit, inſtruendi animi gratia, ſobrie ex ore ac verecunde prodibit. Alias vero intra cordis ſui ſecreta cubilia quieſcet: id jugiter atque plus aliis orans: *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis*: atque in hunc modum os ſuum orationibus muniet. Ps. 140. 3. Nec minori ſane ſtudio aures obſtruere curabit, ne quicquam in eas malum ac noxium influat, auditumque ſuum mente ac ratione frenabit: in auris ac linguæ quiete Dominum aſſidue deprecans: *Ne declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in* Ibid. 4. *peccatis*... Quæ vere virgo eſt ea quam diximus diligentia in locutione, ſilentio, proceſſuque ſe obſervabit... Neque vero uſquam in vicis & plateis, ubi turpium flagitioſorumque hominum conflari cœtus conſueverit, ſacra virgo cernatur.. Nulla igitur ex parte mœchari convenit virginem, non lingua, non aure, non oculo, non tactu, non ullo denique ſenſu, multoque minus animo: ſed corpus quidem veluti delubrum quoddam aptiſſime inſtruere atque ſervare; animam vero in hoc ipſo ut ſponſam nitidam & puriſſimam ſponſi amplexibus jungere. Diligenter enim ille omnia rimatur & diſcutit: non ea ſolum, quæ mortalibus patent obtutibus ſed quæ in intimis animi receſſibus latent, ipſiusque oculos nulla peccatricis conſcientiæ latebra umquam effugere poterit.. Memoria repetens quia oportet nos manifeſtari ante tribunal Chriſti, non modo quidquam turpe agere, ſed & cogitare formidabit... Igitur ſi nihil eſt opertum quod non reveletur... virgo ne peccet, curam ſollicitam habebit. Nec modo hominum vitabit obtutus, verum longe dignius ſuos, Angelorumque ubique cuncta ſpectantium reverebitur.. Natura ipſa crinibus jam tunc a principio mulieris caput operuit: eo ipſo admonens, non decere mulierem non modo ullum membrorum ceterorum, verum ne caput quidem temere indifferenterque nudare.. Quod ſi neque cum ſola eſt, nudari ſine ratione permittitur: quanto minus fratribus in Chriſto præſentibus? Et pudore igitur & tunica ſeipſam pudice ac verecunde componet, nec ſolum nihil membrorum quæ operta ſunt, violari ulla ratione permittet, verum ſumma ſe cure & obſervatione circumteget, ut non ſolum ipſa illæſa atque illibata permaneat, ſed & qui eam intuentur, nullam ex Geneſ. 6. 2. ejus aſpectu læſionis materiam capiant. Videntes enim Filii Dei filias hominum quod eſſent pulchræ devoluti ſunt ad eas. Sufficit quippe vel modice nudata pulchritudo Dei quoque filios ad voluptatem emollire, & quaſi homines ejus cauſa morientes mortales oſtendere. Quocirca minime oportet, ut ſuæ tantum innocentiæ ſolicita, eorum qui lædi poſſunt, ſalutem aſpernetur, verum omni ea parte & ſui ipſius inviolabile ſervare propoſitum ſtudeat, & ſe intuentibus emolumentum vitæ, non mortis propinare venenum.... Providendum eſt ne ponat fratri offendiculum, aut ſcandalum... loquatur verecunde.. ſervet ubique dum loquitur pudicam ſobrietatem. Oportet enim eam ſimplicitati columbæ ſerpentis miſcere prudentiam... Neceſſario ſumma exactiſſimaque diligentia obſervandus eſt virgini auditus & viſus... Ante omnia igitur oportet virginem cogitationes ſuas puras, inviolataſque ſervare.. Porro ſi peſſimis cogitationibus contaminetur anima, quantumlibet corpus permanere incorruptum videatur, non tamen munda ejus cenſetur integritas, cum ſordibus cogitationum inquinata vitietur... Non ergo vel utero eodem genita ſoror jugi fratris tactui, & oſculis ſe aſſuefaciat, ne per aſſiduitatem exorta in intimis paſſio ſuo tempore in actum prorumpat, maxime cum ex venuſta corporis forma amoris faces in eorum oculis magis magiſque ſuccenderit. Cum enim ceteris qui beati eſſe ſtudent, tum ſponſæ Chriſti in primis convenit operationes animæ quæ per ſenſus fiunt, ab exterioribus ad interiora convertere, ac ſponſo in intimis thalamis ut Deo Dei Verbo perpetua dilectione ſociari, cum eo colloqui, & in ejus die noctuque lege meditari, & his quidem quæ ad ſponſum ducunt, lege ſcilicet & Evangelio: & ſi quæ his conſona ſponſi decorem exponunt oblectari: ſanctiſque intelligentiarum fœtibus, ſapientem ac rationalem magis ac magis ſemper evadere, donec æternam ſapientiam ſibi penitus jungat, unumque cum eo cui inhæſit effecta ex corruptibili fiat incorruptibilis, ex imperita prudens ac ſapientiſſima... Itaque multo melius eſt virginum ſecuritati ſuæ & intuentium ſcandalo caute proſpicere, ac prudenter conſortia quæque vitare, atque interim inhumanitatis elogio apud pleroſque notari, quam ad voluptatem detrimentumque cujusquam obtentu humanitatis & officii, locum latenti ſubreptioni dare.

S. HIERONYM. *adverſ. Jovinian. lib. 2. pag. 200. parte 2. Tom. IV. nov. edit.* Si vis perfectus eſſe, bonum eſt vinum non bibere, & carnem non manducare. Si vis

PARS II. perfectus eſſe, melius eſt ſaginare animam, quam cor-
SECT. I. pus. Si autem parvulus es, & cocorum jura te delectant,
CAP. II. nemo eripit faucibus tuis eſculentas dapes. Manduca &
§. 3. bibe: & ſi tibi placet, cum Iſraele lude conſurgens & ca-
1. Cor. 15. nito: *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur*: Man-
31. ducet & bibat, qui poſt cibos exſpectat interitum; qui
cum Epicuro dicit: Poſt mortem nihil eſt, & mors ipſa
nihil eſt... Repugnantem carnem, & ad libidinum incen-
tiva rapientem, inedia ſubjugamus. Eſus carnium, & po-
tus vini, ventriſque ſaturitas, ſeminarium libidinis eſt.
Unde & comicus: *Sine Cerere*, inquit, *& Libero friget Venus.*

Pag. 202. Per quinque ſenſus, quaſi per quaſdam fe-
neſtras, vitiorum ad animam introitus eſt. Non poteſt
ante metropolis & arx mentis capi, niſi per portas ejus
irruerit hoſtilis exercitus. Horum perturbationibus ani-
ma prægravatur: & capitur aſpectu, auditu, odoratu,
ſapore, tactu. Si circenſibus quiſpiam delectetur, ſi athle-
tarum certamine, ſi mobilitate hiſtrionum, ſi formis mu-
lierum, ſplendore gemmarum, veſtium, metallorum,
& ceteris hujuſcemodi, per oculorum feneſtras animæ ca-
Jer. 9. 21. pta libertas eſt, & impletur illud propheticum: *Mors in-
travit per feneſtras veſtras.* Rurſum auditus vario organo-
rum cantu, & vocum inflexionibus delinitur: & carmine
Poetarum & Comœdiarum, mimorumque urbanitatibus
& ſtrophis: & quidquid per aures introiens, virilitatem
mentis effeminat. Odoris autem ſuavitas, & diverſa thy-
miamata, & amomum, & cyphi, oenanthe, muſcus, &
peregrini muris pellicula, quod diſſolutis & amatoribus
conveniat, nemo niſi diſſolutus negat. Porro ciborum
aviditas, quod avaritiæ mater ſit, & animum quaſi qui-
buſdam compedibus degravatum in terra teneat, quis
ignorat? Propter brevem gulæ voluptatem, terræ lu-
ſtrantur & maria: & ut multum vinum precioſuſque
cibus fauces noſtras tranſeat, totius vitæ opera deſu-
damus. Tactus autem alienorum corporum, & femi-
narum ardentior appetitus, vicinus inſaniæ eſt.

Epiſt. 95. alias 4. ad Ruſticum, parte 2. Tom. IV. *nov.
edit.* Tu vero ſi Monachus eſſe vis non videri: habeto
curam, non rei familiaris cui renuntiando hoc eſſe cœ-
piſti, ſed animæ tuæ. Sordidæ veſtes, candida mentis in-
dicia ſint: vilis tunica, contemptum ſæculi probet; ita
dumtaxat, ne animus tumeat; ne habitus ſermoque diſ-
ſentiant. Balnearum fomenta non quærat, qui calorem
corporis, jejuniorum cupit frigore extinguere. Quæ &
ipſa moderata ſint: ne nimia debilitent ſtomachum, &
majorem refectionem poſcentia erumpant in cruditatem;
quæ parens libidinum eſt. Modicus ac temperatus cibus,
& carni & animæ utilis eſt. Matrem ita vide, ne per il-
lam alias videre cogaris; quarum vultus cordi tuo hæ-
reant, & tacitum vivat ſub pectore vulnus. Ancillas,
quæ illi in obſequio ſunt, tibi ſcias eſſe in inſidiis, quia
quanto vilior earum conditio, tanto facilior eſt ruina.
Quamdiu in patria tua es, habeto cellulam pro paradi-
ſo; varia Scripturarum poma decerpe; his utere deliciis,
harum fruere complexu. Si ſcandalizat te oculus, pes,
manus; projice ea. Nulli parcas ut ſoli parcas animæ.
Mat. 5. 28. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœ-
chatus eſt in corde ſuo.* Quis gloriatur caſtum ſe habere
cor? Aſtra non ſunt munda in conſpectu Domini: quan-
to magis homines, quorum vita tentatio eſt? Væ nobis
qui quoties concupiſcimus, toties fornicamur... Vas
electionis,... macerat corpus ſuum, & ſubjicit ſervitu-
ti, & tamen cernit naturalem carnis ardorem ſuæ repu-
gnare ſententiæ, ut quod non vult, hoc agere compel-
Rom. 7. 24. latur; & quaſi vim patiens, vociferatur, & dicit: *Miſer
ego homo quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Et tu
te arbitraris abſque lapſu & vulnere poſſe tranſire, niſi
omni cuſtodia ſervaveris cor tuum... Volo ergo te...
non habitare cum matre: præcipue, ne aut offerentem
delicatos cibos, renuendo contriſtes: aut ſi acceperis,
oleum igni adjicias; & inter frequentiam puellarum per
diem videas, quod nocte cogites. Numquam de manu
& oculis tuis recedat liber; diſcatur Pſalterium ad ver-
bum: oratio ſine intermiſſione; vigil ſenſus, nec vanis
cogitationibus patens. Corpus pariter & animus tenda-
tur ad Dominum. Ama ſcientiam Scripturarum & carnis
vitia non amabis. Nec vacet mens tua variis perturbatio-
nibus. Quæ ſi pectori inſederint, dominabuntur tui; &
te deducent ad delictum maximum. Facito aliquid ope-
ris, ut te ſemper diabolus inveniat occupatum... Scri-
bantur libri, ut & manus operetur cibum, & animus
lectione ſaturetur. In deſideriis eſt omnis otioſus. Ægy-
ptiorum monaſteria hunc morem tenent, ut nullum abſ-
que operis labore ſuſcipiant, non tam propter victus ne-
ceſſitatem, quam propter animæ ſalutem. Ne vage-
tur pernicioſis cogitationibus mens... Ita ergo age &
vive in monaſterio, ut clericus eſſe merearis, ut adole-
ſcentiam tuam nulla ſorde commacules. Ut ad altare
Chriſti, quaſi de thalamo virgo, procedas, & habeas de-
foris bonum teſtimonium; fœminæque nomen tuum nove-
rint & vultum tuum neſciant... Inter ipſos (cleros) ſecta-
re meliores, quia in omni conditione & gradu optimis mix-
ta ſunt peſſima... Hæc expreſſius loquor, ut adoleſcen-
tem meum & linguæ & aurium prurigine liberem; ut re-
natum in Chriſto, & ſine ruga & macula quaſi pudicam
virginem exhibeam, caſtam tam mente, quam corpore.

*Epiſt. 18. alias 22. ad Euſtochium de cuſtodia virginita-
tis, Tom.* IV. *pag.* 2. *nov. edit.*... Sponſa Chriſti vinum
fugiat pro veneno. Hæc adverſus innocentiam prima ar-
ma ſunt dæmonum... Quid ardenti corpuſculo fomenta
ignium miniſtramus?... *Noe vinum bibit & inebriatus
eſt*.. Poſt ebrietatem nudatio femorum ſubſecuta eſt, li-
bido juncta luxuriæ... Quas ſaturitas de Paradiſo expu-
lit, reducat eſuries... Nolo habeas conſortium matrona-
rum: nolo ad nobilium domos accedas. Nolo te frequen-
ter videre, quod contemnens virgo eſſe voluiſti....
Etiam eas fuge, quas viduas neceſſitas fecit non volun-
tas. Rarus ſit egreſſus in publicum.. Nunquam cauſa
deerit procedendi, ſi ſemper quando neceſſe eſt, proceſ-
ſura ſis. Sit tibi moderatus cibus, & numquam venter
expletus. Plures quippe ſunt, quæ cum vino ſint ſobriæ,
ciborum largitate ſunt ebriæ. Ad orationem tibi nocte
ſurgenti non indigeſtio ructum faciat, ſed inanitas. Te-
nenti codicem ſomnus obrepat, & cadentem faciem pa-
gina ſancta ſuſcipiat. Sint tibi quotidiana jejunia, &
refectio ſatietatem fugiens. Nihil prodeſt biduo, triduo-
que tranſmiſſo, vacuum portare ventrem, ſi pariter ob-
ruatur, ſi compenſetur ſaturitate jejunium. Illico mens
repleta torgeſcit, & irrigata humus ſpinas libidinum
germinat... Cum te in lectulo compoſitam dulcis libidi-
num pompa concuſſerit, arripe ſcutum fidei, in quo
ignitæ diaboli extinguuntur ſagittæ.. Lava per ſingulas
noctes lectum tuum, lacrymis tuis ſtratum tuum riga.
Vigila & ſis ſicut paſſer in ſolitudine... Pſalle ſpiritu,
pſalle & ſenſu... Obteſtor te coram Deo, & Chriſto Je-
ſu, & electis Angelis ejus; ne vaſa templi Domini, quæ
ſolis Sacerdotibus videre conceſſum eſt, facile in publi-
cum proferas; ne ſacrarium Dei quiſquam profanus aſ-
piciat. Oza arcam quam non licebat tangere, attingens,
ſubita morte proſtratus eſt. Neque enim vas aureum &
argenteum tam carum Deo fuit, quam templum corpo-
ris virginalis... Tu quidem ſimpliciter loqueris, & i-
gnotos quoſque blande non deſpicis; ſed aliter vident im-
pudici oculi. Non norunt animæ pulchritudinem conſi-
derare, ſed corporum... Ne declines aurem tuam in ver-
ba malitiæ. Sæpe enim indecens aliquid loquentes, ten-
tant mentis arbitrium. Si libenter audias virgo quod dici-
tur; ſi ad ridicula quæque ſolvaris, quidquid dixeris, lau-
dant.. In te nullus extrinſecus ſit cogitatus.. Tu ſemel ſæ-
culi onere projecto, ſede ad pedes Domini... Semper te cu-
biculi tui ſecreta cuſtodiant: ſemper ſponſus tecum ludat
intrinſecus. Oras, loqueris ad ſponſum: legis, ille tibi
loquitur... *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa; hortus con-* Cant. 4. 12.
cluſus, fons ſignatus... Cave ne domo exeas... Dina e-
greſſa corrumpitur. Nolo te ſponſum quærere per pla-
teas. Nolo te circumire angulos civitatis... Sponſus in
plateis non poteſt inveniri... Zelotypus eſt Jeſus, non
vult ab aliis videri faciem tuam... Sis licet pulcra, &
inter omnes mulieres ſpecies tua diligatur a ſponſo, ni-
ſi te cognoveris & omnia cuſtodia ſervaveris cor tuum,
niſi oculos juvenum fugeris, egredieris de thalamo meo,
& paſces hœdos, qui ſtatuti ſunt a ſiniſtris... Audi Iſa-
iam loquentem: *Populus meus intra cubiculum tuum clau-* Iſ. 26. 20.
de oſtium tuum, abſcondere... Foris vagantur virgines
ſtultæ, tu intrinſecus eſto cum ſponſo... Cordis tui
oſtia... pateant Chriſto, claudantur diabolo... Veſtis
nec ſatis munda, nec ſordida, & nulla diverſitate no-
tabilis; ne ad te obviam prætereuntium turba conſi-
ſtat, & digito monſtreris... Nec ſatis religioſa velis
videri, nec plus humilis quam neceſſe eſt, ne gloriam
fugiendo quæras... Nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ
munditiæ conveniunt Chriſtiano... Quamquam Apo-
ſtolus orare nos ſemper jubeat, & Sanctis etiam ipſe
ſit ſomnus oratio: tamen diviſas orandi horas habere
debemus; ut ſi forte aliquo fuerimus opere detenti,
ipſum nos ad officium tempus admoneat... Noctibus
bis terque ſurgendum, revolvenda quæ de Scripturis
memoriter retinemus. Egredientes de hoſpitio armet
oratio: regredientibus de platea, oratio occurrat an-
tequam ſeſſio; nec prius corpuſculum requieſcat, quam
anima paſcatur. Ad omnem actum, ad omnem inceſ-
ſum, manus pingat crucem.

S. AM-

Digitized by Google

I. Eſtne luxuria grave peccatum?

Epheſ. 5. 6. R. Eſt peccatum ex genere ſuo mortale & gra-
1. Cor. 3. 16. viſſimum: *Propter quod maxime venit ira Dei*, ut ait Apoſtolus. *Neſcitis*, inquit idem Apoſtolus, *quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in*
Ibid. 6. 15. *vobis? Si quis templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus*. Et alibi: *Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens autem membra Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit.*

Videantur ea de re SS. Patres Tertullianus, S. Cyprianus, S. Chryſoſtomus, S. Auguſtinus & alii, quos hic enumerare ſuperfluum eſt. (H)

H

I. Et-

S. AMBROS. *de Fuga ſæculi, cap.* 1. *num.* 1. Frequenter irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, & vanitatum effuſio mentem occupat; ut quod ſtudeas vitare hoc cogites, animoque volvas: quod cavere difficile eſt homini, exuere autem impoſſibile ... Non enim in poteſtate noſtra eſt cor noſtrum, & noſtræ cogitationes quæ improviſo effuſæ mentem animumque confundunt, atque alio trahunt quam tu propoſueris, ad ſæcularia revocant, mundana inſerunt, voluptuaria ingerunt, illecebroſa intexunt.

Num. 2. ... Beatus plane quem delectatio non revocat, quem non inclinat voluptas, qui ad inferiora non reſpicit.

N. 3. Nam quis inter paſſiones hujus corporis, inter tot illecebras hujus ſæculi intutum atque intemeratum ſervare poteſt veſtigium? Reſpexit oculus & ſenſum mentis avertit: audivit auris, & intentionem inflexit: inhalavit odor, & cogitationem impedivit: os libavit, & crimen retulit: tactus contigit, & ignem adolevit. Intravit mors per feneſtram, dixit Prophe-
Jer. 9. 22. ta. Feneſtra tua, eſt oculus tuus. Si videas mulierem ad concupiſcendum, intravit mors: ſi audias ſermones meretricios, intravit mors: ſi luxuria ſenſus tuos capiat, penetravit mors. Et ideo qui vult aſcendere, non læta ſæculi, non amœna, non delectabilia, ſed plena doloris & fletus ſequatur.

Cap. 6. *n.* 34.. Fugit Elias mulierem Jezabel ... fugiebat ſæcularem illecebram, & converſationis maculoſæ contagionem...

Cap. 9. *n.* 51. Fugiamus ſicut cervi ad fontes aquarum: quos ſitiebat David ſitiat & anima noſtra. Quis eſt ille fons? Audi dicentem: *Quoniam apud te*
Pſal. 35. 10. *eſt fons vitæ*. Huic fonti dicat anima: *Quando veniam*
Pſal. 41. 3. *& apparebo ante faciem tuam?* Fons enim Deus eſt: ſed qui hunc fontem deſiderat, effundat ſuper ſe animam ſuam; ut nihil paſſioni carnis relinquat, ſed ubique anima ſuperfluat.

N. 52. Pulchre eam effudit Suſanna, ut evaporare in eam non poſſent incendia corporis, mortis formidines, vitæ cupiditates. Effuſa ſuper ipſam anima omne reſtrinxit carnale deſiderium, ſæculare ſtudium.

Jer. 9. 21. S. GREG. MAGN. *Lib.* 21. *in Job c.* 2. *Aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras*. Mors quippe per feneſtras aſcendit, & domum ingreditur, cum per ſenſus corporis concupiſcentia veniens habitaculum intrat mentis... Quiſquis vero per has corporis feneſtras incaute exterius reſpicit, plerumque in delectationem peccati, etiam nolens, cadit; atque obligatus deſideriis, incipit velle quod noluit. Præceps quippe anima dum ante non prævidet, ne incaute videat quod concupiſcat, cæca poſt incipit deſiderare quod vidit... Sanctus autem Job... ut cogitationes cordis caſte ſervare potuiſſet, fœdus cum oculis pepigit, ne prius incaute aſpiceret, quod poſtmodum invitus amaret... Ne ergo quædam lubrica in cogitatione verſemus, providendum nobis eſt; quia intueri non decet, quod non licet concupiſci. Ut enim munda mens in cogitatione ſervetur a laſcivia voluptatis ſuæ deprimendi ſunt oculi, quaſi quidam raptores ad culpam. Neque enim Eva lignum vetitum contigiſſet, niſi hoc prius incaute conſpiceret .... Unde nobis ad cuſtodiendam cordis munditiam, exteriorum quoque ſenſuum diſciplina ſervanda eſt. Nam quantalibet gravitate vigeat, carnales tamen ſenſus puerile quiddam exterius perſtrepunt, & niſi interioris gravitatis pondere, & quaſi juvenili quodam vigore refrænentur, ad fluxa quæque & levia
1. Petr. 1. 13. mentem enervem trahunt.. *Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ, ſobrii ſperate in eam quæ offertur vobis gratiam*. Lumbos enim carnis ſuccingere, eſt luxuriam ab effectu refrænare. Lumbos vero mentis ſuccingere, eſt hanc etiam a cogitatione reſtringere ....Teſtamenti novi munditia etiam cordis luxuriam frænat...

Curæ paſtoralis parte 3. *admonit.* 20. Aliter admonendi ſunt gulæ dediti, atque aliter abſtinentes. Illos enim ſuperfluitas locutionis, levitas operis, atque luxu-

Exod. 32. 6. ria ... comitatur ... Quia gulæ deditos levitas protinus operis ſequitur, auctoritas ſacra teſtatur, dicens: *Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere*. Quos plerumque edacitas uſque ad luxuriam protrahit: quia dum ſatietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur... Admonendi ergo ſunt gulæ dediti, ne in eo quod eſcarum delectationi incumbunt, luxuriæ ſe mucrone transfigant: & quanta ſibi per eſum loquacitas, quanta mentis levitas inſidietur, aſpiciant: ne dum ventri molliter ſerviunt, vitiorum laqueis crudeliter aſtringantur ... Incaſſum vero per abſtinentiam caro atteritur, ſi inordinatis demiſſa motibus, vitiis diſſipatur ...

(H) JOB XXXI. 9. Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum: 10. ſcortum alterius ſit uxor mea, & ſuper illam incurventur alii. 11. Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima. 12. Ignis eſt uſque ad perditionem devorans, & omnia eradicans genimina.

TERTULL. *de Cultu fœminarum, lib.* 2. *cap.* 1. Salus nec feminarum modo, ſed etiam virorum, in exhibitione præcipue pudicitiæ eſt. Nam cum omnes templum Dei ſimus, illato in nos & conſecrato Spiritu ſancto, ejus templi æditua & antiſtita pudicitia eſt, quæ nihil immundum nec prophanum inferri ſinat, ne Deus ille qui inhabitat, inquinatam ſedem offenſus derelinquat.

De Pudicitia, pag. 557. Mœchie, quod etiam fornicationis eſt res, ſecundum opus criminis quanti æſtimanda ſit ſceleris, prima lex Dei præſto eſt. Siquidem poſt interdictam alienorum Deorum ſuperſtitionem ipſorumque idolorum fabricationem; poſt commendatam Sabbati venerationem; poſt imperatam in parentes ſecundam a Deo religionem, nullum aliud in talibus titulis firmandis muniendiſque ſubſtruxit præceptum, quam *Non mœchaberis*. Poſt ſpiritalem enim caſtitatem ſanctitatemque, corporalis ſequebatur integritas: & hanc itaque munivit, hoſtem ſtatim ejus prohibendo mœchiam. Quale delictum jam intellige cujus cohibitionem poſt idololatriæ ordinavit... Itaque mœchia adfinis idololatriæ. Nam & idololatria mœchiæ nomine & fornicationis ſæpe populo exprobrata, etiam ſorte conjungetur illi, ſicut & ſerie; etiam damnatione cohærebit illi, ſicut & diſpoſitione. Eo amplius præmit-
Exod. 20. 14. tens, *Non mœchaberis*, adjungit, *non occides*. Oneravit utique mœchiam; quam homicidio anteponit.

S. CYPRIANUS *De Habitu virg. initio*. Templa Dei ſunt membra noſtra, ab omni fæce contagionis antiquæ lavacri vitalis ſanctificatione purgata; nec vio-
1. Cor. 3. 17. lari ea aut pollui fas eſt, quando qui violat, & ipſe violetur. Eorum nos templorum cultores & antiſtites ſumus: ſerviamus illi, cujus eſſe jam cœpimus. Paulus in Epiſtolis ſuis dicit, quibus nos ad curricu-
Ib. 6. 19. & 20. la vivendi per divina magiſteria formavit: *Non eſtis veſtri: empti enim eſtis pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore veſtro*. Glorificemus & portemus Deum puro & mundo corpore, & obſervatione meliore: & qui per ſanguinem Chriſti Domini noſtri redempti ſumus, per omnia ſervitutis obſequia Redemptoris imperio pareamus: demuſque operam, ne quid immundum & profanum templo Dei inferatur, ne offenſus ſedem quam inhabitat, derelinquat.

D. JOHANN. CHRYS. *Comment. in Epiſt. prioris ad Corinth. c.* 6. *homil.* 17. Corpus autem non fornicationi, ſed Domino.... Erubeſcamus, horreamus, quod tanto dignatos honore, ut illius qui in cœlis ſedet ſiamus membra, tantorum malorum non pudeat.

Homil. 18. Hoc Pauli ſapientiæ eſt, non tantum de magnis rebus reprehendere, ſed de minoribus, & de turpi & indecoro. Quid igitur homicida? inquit. Non maculat manum. Quid avarus? quid raptor? Ubique perſpicuum eſt. Sed cum dicere non poſſet, nihil eſſe pejus fornicatione, alio modo peccatum auxit, cum in fornicatione totum corpus coinquinari demonſtraret. Siquidem haud aliter ſordeſcit, quam quod in lebetem immundum infuſum contagione inficit?.... Templum eſtis Spiritus: quare nolite facere membra meretricis. Non enim corpori veſtra contumeliam facitis, quia non veſtrum

PARS II. SECT. I. CAP. II. §. 3.

I. Ergo luxuria numquam eſt veniale peccatum?

R. Raro accidit peccatum in genere luxuriæ non eſſe mortale: poteſt tamen eſſe veniale ratione levitatis, vel conſenſus imperfecti, ut ſupra diximus de peccatis in genere. (1)

Hujusce part. c. 1. §. 1.

J. Quid

corpus eſt, ſed Chriſti. Hæc autem dixit, ſimul & benignitatem ipſius oſtendens, quod ejus corpus noſtrum eſt, & a malorum licentia nos avertens. Nam ſi alienum corpus eſt, non habetis poteſtatem ut alienum corpus injuria afficiatis, inquit: & maxime cum ſit Domini; neque Spiritus ſancti templum maculandum eſt. Nam ſi quiſpiam privatam domum ingreſſus, & illum ignominia afficiens, ultimum dabit ſupplicium: qui Regis templum latronum ſpeluncam fecerit, intelligas velim, quot mala perpetietur.

S. AUG. *Serm. 9. de decem Chordis, cap. 4. n. 5.* Quare ambularemus delectati vanis canticis nulli rei profuturis, ad tempus dulcibus, in poſterum amaris? Talibus etenim turpitudinibus cantionum animi humani illecti enervantur, & decidunt a virtute, defluentes in turpitudinem; & propter ipſas turpitudines poſtea ſentiunt dolores, & cum magna amaritudine digerunt quod cum dulcedine temporali biberunt.

(1) *Luxuriam damnat Scriptura multis locis, ſed præſertim.*

PROV. II. 16. Ut eruaris a muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit ſermones ſuos, 17. & relinquit ducem pubertatis ſuæ: 18. & pacti Dei ſui oblita eſt. Inclinata eſt enim ad mortem domus ejus, & ad inferos ſemitæ ipſius. 19. Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non revertentur, nec apprehendent ſemitas vitæ.

v. 2.... Ne attendas fallaciæ mulieris, 3. Favus enim diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus. 4. Noviſſima autem illius amara quaſi abſynthium, & acuta quaſi gladius biceps. 5. Pedes ejus deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus illius penetrant.. 8. Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus ejus. 9. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. 10. Ne forte impleantur extranei viribus tuis & labores tui ſint in domo aliena, & gemas in noviſſimis.

OSEE V. 4. Non dabunt cogitationes ſuas ut revertantur ad Deum ſuum: quia ſpiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognoverunt.

1. COR. VI. 9. An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, 18. neque molles, neque maſculorum concubitores... regnum Dei poſſidebunt... 13. Eſca ventri, & venter eſcis: .... corpus autem non fornicationi, ſed Domino: & Dominus corpori .... 15. Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit... 18. Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. 19. An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis a Deo, & non eſtis veſtri? 20. Empti enim eſtis pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

EPHES V. 3. *Vide ſupra hocce §. lit.* (A)

In Sodom.

1. THESSAL. IV. 3. Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: ut abſtineatis vos a fornicatione: 4. Ut ſciat unusquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore: 5. Non in paſſione deſiderii, ſicut & gentes, quæ ignorant Deum.... 7. Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem. 8. Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum: qui etiam dedit Spiritum ſanctum in nobis.

De Impudicis ultionem ſumpſit Deus, ut narratur.

GENES. XIX. 5. (Sodomitæ Lot) dixerunt, Ubi ſunt viri, qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, ut cognoſcamus eos. 6. Egreſſus ad eos Lot, poſt tergum occludens oſtium, ait: 7. Nolite, quæſo, fratres mei, nolite malum hoc facere. 8. Habeo duas filias, quæ necdum cognoverunt virum: educam eas ad vos, & abutimini eis, ſicut vobis placuerit, dummodo viris iſtis nihil mali faciatis, quia ingreſſi ſunt ſub umbra culminis mei. 9. At illi dixerunt: .. Te ipſum magis quam hos affligemus. Vimque faciebant Lot vehementiſſime: jamque prope erat ut effringerent fores. 10. Et ecce miſerunt manum viri, (Angeli duo) & introduxerunt ad ſe Lot, clauſeruntque oſtium. 11. Et eos, qui foris erant, percuſſerunt cæcitate a minimo uſque ad maximum, ita ut oſtium invenire non poſſent. 12. Dixerunt autem ad Lot: Habes hic quempiam tuorum? generum, aut filios, aut filias, omnes qui tui ſunt educ de urbe hac: 13. Delebimus enim locum iſtum, eo quod increverit clamor eorum coram Domino, qui miſit nos ut perdamus illos.... 15. Cumque eſſet mane, cogebant eum Angeli, dicentes, Surge, tolle uxorem tuam & duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas in ſcelere civitatis. 16. Diſſimulante illo, apprehenderunt manum ejus, & manum uxoris, ac duarum filiarum ejus, eo quod parceret Dominus illi. 17. Eduxeruntque eum, & poſuerunt extra civitatem: ibique locuti ſunt ad eum, dicentes: Salva animam tuam: noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circa regione: ſed in monte ſalvum te fac, ne & tu ſimul pereas... 24. Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulphur & ignem a Domino de cælo: 25. Et ſubvertit civitates has, & omnem circa regionem, univerſos habitatores urbium, & cuncta terræ virentia.

In Sichem.

XXIV. 2. Quam (Dinam) cum vidiſſet Sichem... adamavit eam; & rapuit, & dormivit cum illa, vi opprimens virginem. 3. Et conglutinata eſt anima ejus cum ea, triſtemque delinivit blanditiis... 7.. Auditoque quod acciderat, (filii Jacob fratres Dinæ) irati ſunt valde, eo quod fœdam rem operatus eſſet in Iſrael, & violata filia Jacob, rem illicitam perpetraſſet. 8. Locutus eſt itaque Hemor ad eos: Sichem filii mei adhæſit anima filiæ veſtræ: date eam illi uxorem. 9. Et jungamus viciſſim connubia: filias veſtras tradite nobis, & filias noſtras accipite ... 12. Augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc uxorem. 13. Reſponderunt filii Jacob Sichem & patri ejus in dolo, ſævientes ob ſtuprum ſororis: 14. Non poſſumus facere quod petitis, nec dare ſororem noſtram homini incircumciſo: quod illicitum & nefarium eſt apud nos. 15. Sed in hoc valebimus fœderari, ſi volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circumcidatur in vobis omne maſculini ſexus... 18. Placuit oblatio eorum... nec diſtulit adoleſcens (circumcidi) quin ſtatim quod petebatur expleret: amabat enim puellam valde ... 25. Et ecce, die tertio, quando graviſſimus vulnerum dolor eſt, arreptis duo filii Jacob, Simeon & Levi fratres Dinæ, gladiis, ingreſſi ſunt urbem confidenter: interfectiſque omnibus maſculis, 26. Hemor & Sichem pariter necaverunt, tollentes Dinam de domo Sichem ſororem ſuam. 27. Quibus egreſſis, irruerunt ſuper occiſos ceteri filii Jacob: & depopulati ſunt urbem in ultionem ſtupri. 28. Oves eorum, & armenta, & aſinos, cunctaque vaſtantes quæ in domibus & in agris erant; 29. Parvulos quoque eorum & uxores duxerunt captivas.

In Her & Onam.

XXXVIII. 7. Fuit quoque Her primogenitus Judæ, nequam in conſpectu Domini: & ab eo occiſus eſt. 8. Dixit ergo ad Onam filium ſuum: Ingredere ad uxorem fratris tui, & ſociare illi, ut ſuſcites ſemen fratri tuo. 9. Ille ſciens non ſibi naſci filios, introiens ad uxorem fratris ſui, ſemen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine naſcerentur. 10. Et idcirco percuſſit eum Dominus, quod rem deteſtabilem faceret.

In multis Iſraelit.

NUM. XXV. 6. *& ſeq. Vide ſupra part. 2. ſect. 2. c. 4. §. 14. lit.* (I)

In Beniamin.

JUDICUM XX. 3.... Interrogatusque Levita, maritus mulieris interfectæ, quomodo tantum ſcelus perpetratum eſſet. 4. Reſpondit: Veni in Gabaa-Beniamin cum uxore mea, illucque diverti: . 5. Et ecce homines civitatis circumdederunt nocte domum, in qua manebam, volentes me occidere, & uxorem meam incredibili furore libidinis vexantes, denique mortua eſt. 6. Quam arreptam in fruſta concidi, miſique partes in omnes terminos poſſeſſionis veſtræ, quia numquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum eſt in Iſrael. 9. Adeſtis omnes filii Iſrael, decernite quid facere debeatis. 8. Stanſque omnis populus, quaſi unius hominis ſermone reſpondit. Non recedemus in tabernacula noſtra, nec ſuam quiſquam intrabit domum: 9. Sed hoc contra Gabaa in commune faciamus. 10. Decem viri eligantur e centum ex omnibus tribubus Iſrael, & centum de mille, & mille de decem millibus, ut comportent exercitui cibaria, & poſſimus pugnare contra Gabaa-Beniamin, & reddere ei pro ſcelere, quod meretur. 11. Conveniitque univerſus Iſrael ad civitatem, quaſi homo unus, eadem mente, unoque conſilio. 12. Et miſerunt nuntios ad omnem tribum Beniamin, qui dicerent: Cur tantum nefas in vobis repertum eſt? 13. Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, ut moriantur, & auferatur malum de Iſrael... 34.. Ingravatumque eſt bellum contra filios Beniamin: & non intellexerunt quod ex omni

parte

Digitized by Google

§. 4. *De Gula*,

I. Quid eſt Gula?

R. Eſt appetitus inordinatus cibi vel potus. Inordinatum dico, quia cibum & potum poſſumus licite appetere.

Tunc licite appetimus, cum ad neceſſitatem ſolum & ad conſervationem ſanitatis appetimus.

A Illicite & inordinate appetimus, cum ultra neceſſitatem, & ad ſolam delectationem extenditur appetitus. (A)

I. Quandonam peccatur per Gulam?

R. 1. Quando nimis manducatur vel bibitur. Hoc eſt quando ultra neceſſitatem; vel cum ſanitatis detrimento.

2. Quando avidius.

3. Quando lautius.

4. Quando ſtudioſius: hoc eſt quando quæruntur cibi nimis accurate præparati.

5. Quando frangitur vel abſtinentia vel jejunium. diebus, quibus ex Eccleſiæ præcepto vel jejunandum eſt vel abſtinendum a carnibus, ſeu ab aliis cibis. (B) B

I. Quinam eo in genere gravius peccant?

R. Qui

patta illis inſtaret interitus. 35. Percuſſitque eos Dominus in conſpectu filiorum Iſrael, & interfecerunt ex eis in illo die viginti quinque millia & centum viros, omnes bellatores & educentes gladium... 37. (Et filii Iſrael) ingreſſi ſunt civitatem, & percuſſerunt eam in ore gladii... 48... Et omnes reliquias civitatis, a viris uſque ad jumenta, gladio percuſſerunt, cunctaſque urbes, & vinculos Benjamin vorax flamma conſumpſit.

In Amnon. 2. REG. XIII. 1. Factum eſt autem... ut Abſalom filii David, ſororem ſpecioſiſſimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius David, 2. & deperiret eam valde ita ut propter amorem ejus ægrotaret: quia cum eſſet virgo, difficile ei videbatur, ut quidpiam inhoneſte ageret cum ea... 6. Accubuit itaque Amnon, & quaſi ægrotare cœpit; cumque veniſſet Rex ad viſitandum eum, ait Amnon ad Regem: Veniat, obſecro, Thamar ſoror mea, ut faciat in oculis meis duas ſorbitiunculas, & cibum capiam de manu ejus. 7. Miſit ergo David ad Thamar domum, dicens: Veni in Domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum. 8. Venitque Thamar in domum Amnon fratris ſui:.. 9. Dixitque Amnon: Ejicite univerſos a me. Cumque ejeciſſent omnes... 11... Apprehendit eam, & ait: Veni, cuba mecum ſoror mea. 12. Quæ reſpondit ei: Noli frater mi, noli facere ſtultitiam hanc. 13. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quaſi unus de inſipientibus in Iſrael. 14. Noluit autem acquieſcere precibus ejus, ſed prævalens viribus, oppreſſit eam, & cubavit cum ea. 15. Et exoſam eam habuit Amnon odio magno nimis: ita ut majus eſſet odium quo oderat eam, amore quo ante dilexerat.. 20. Porro non eſt locutus Abſalom ad Amnon, nec malum nec bonum: oderat enim Abſalom Amnon, eo quod violaſſet Thamar ſororem ſuam... 27. Fecerat que Abſalom convivium, quaſi convivium Regis. 28. Præceperat autem Abſalom pueris ſuis, dicens: Obſervate cum temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis: Percutite eum, interficite: nolite timere: ego enim ſum, qui præcipio vobis: roboramini, & eſtote viri fortes. 29. Fecerunt ergo pueri Abſalom adverſum Amnon, ſicut præceperat eis Abſalom...

(A) S. AUG. *Lib.* 10. *Confeſſ. c.* 31. *n.* 43. Fames & ſitis quidam dolores ſunt: urunt, & ſicut febris necant, niſi alimentorum medicina ſuccurrat. Quæ quoniam præſto eſt, ex conſolatione munerum tuorum... calamitas deliciæ vocantur.

N. 44. Hoc me docuiſti ut quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumpturus accedam. Sed dum ad quietem ſatietatis ex indigentiæ moleſtia tranſeo, in ipſo tranſitu mihi inſidiatur tranſitus concupiſcentiæ: .. & cum ſalus ſit cauſa edendi & bibendi, adjungit ſe tamquam pediſſequa periculoſa jocunditate, & plerumque perire conatur, ut ejus cauſa fiat, quod ſalutis cauſa me facere vel dico vel volo; nec idem modus utriuſque eſt. Nam quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt.

Luc. 21. 34. *N.* 45. Audio vocem jubentis Dei mei: *Non graventur corda veſtra in crapula & ebrietate*... Crapula nonnumquam ſubrepit ſervo tuo: miſereberis ut longe fiat a me. Nemo enim poteſt eſſe continens, niſi tu des.

N. 46. Non ego immunditiam obſonii timeo, ſed immunditiam cupiditatis... Scio Eſau lenticulæ concupiſcentia deceptum; & David propter aquæ deſiderium a ſe ipſo reprehenſum; & regem noſtrum non de carne, ſed de pane eſſe tentatum. Ideoque & populus in eremo, non quia carnes deſideravit, ſed quia eſcæ deſiderio adverſus Dominum murmuravit, meruit improbari.

N. 47. Itaque freni gutturis temperata relaxatione & conſtrictione tenendi ſunt. Et quis eſt, Domine, qui non rapiatur aliquantulum extra metas neceſſitatis?

(B) S. GREGOR. MAG. *Lib.* 30. *Moral. in Job cap.* 13. Quinque nos modis gulæ vitium tentat. Aliquando namque indigentiæ tempora prævenit: aliquando vero tempus non prævenit, ſed cibos lautiores quærit: aliquando quælibet quæ ſumenda ſint, præparari accuratius expetit: aliquando autem & qualitati ciborum & tempori congruit, ſed in ipſa quantitate ſumendi menſuram moderatæ refectionis excedit. Nonnunquam vero & abjectius eſt quod deſiderat: & tamen ipſo æſtu immenſi deſiderii deterius peccat. Mortis quippe ſententiam patris ore Jonathas meruit; quia in guſtu mellis conſtitutum edendi tempus anteceſſit. Et ex Ægypto populus eductus, in eremo occubuit: quia deſpecto manna, cibos carnium petiit, quos lautiores putavit. Et prima filiorum Heli culpa ſuborta eſt, quod ea eorum voto Sacerdotis puer non antiquo more coctas vellet de ſacrificio carnes accipere, ſed crudas quæreret, quas accuratius exhiberet. Et cum ad Hieruſalem dicitur: *Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis & abundantia*: aperte oſtenditur, quod idcirco ſalutem perdidit, quia cum ſuperbiæ vitio menſuram moderatæ refectionis exceſſit. Et primogenitorum gloriam Eſau amiſit, quia magno æſtu deſiderii vilem cibum, ſcilicet lenticulam concupivit... Neque enim cibus, ſed appetitus in vitio eſt. Unde & lautiores cibos plerumque ſine culpa ſumimus, & abjectiores non ſine reatu conſcientiæ deguſtamus... Ea itaque ſumenda ſunt, quæ naturæ neceſſitas quærit, & non quæ edendi libido ſuggerit.

1. *Reg.* 14. 27.

Num. 11. 5.

1. *Reg.* 2. 12. & *ſeq.*

Ezec. 16. 49

Gen. 25. 32.

Curæ paſtor. part. 3. *admonit.* 20. *Vide ſupra* §. *præcedenti lit.* (G)

S. ISIDORUS HISPAL. *Lib.* 2. *de Different. ſpiritualibus*, *cap.* 35. & *ult.*... Gulæ concupiſcentia in quinque modis diſtinguitur. *Primo* modo, ſi ante tempus cibos quis appetat: ſicut Jonathas guſtu mellis jejunium ſolvit: *Secundo* modo, ſi lautiores eſcas quærat: ſicut populus eremi manna contempto, carnes Ægyptias concupivit: *Tertio* modo, ſi diligentius quiſque communes cibos procuret: ſicut filii Heli, extra morem, crudam ab offerentibus carnem tollebant, quam ſibi accuratius præpararent: *Quarto* modo, ſi viles eſcas nimium quiſque ſumat, unde & Propheta Sodomam de panis ſaturitate accuſat: *Quinto* modo, ſi quiſque ex deſiderio quodcumque ſumat, ſicut Eſau pro lenticulæ concupiſcentia perdidit primogenita.

1. *Reg.* 14. 27.

Num. 11. 5.

1. *Reg.* 2. 12. & *ſeq.*

Ezec. 16. 49

Gen. 25. 32.

S. BERNARD. *Serm.* 66. *in Cantica*, *n.* 6. Abſtinebo a vino, quia in vino luxuria eſt: aut ſi infirmus ſum modico utar, juxta conſilium Pauli. Abſtinebo a carnibus, ne dum nimis nutriunt carnem, ſimul & carnis nutriant vitia. Panem ipſum cum menſura ſtudebo ſumere, ne onerato ventre ſtare ad orandum tædeat, & ne improperet etiam mihi Propheta, quia panem meum comederim in ſaturitate. Sed ne ſimplici quidem aqua ingurgitare me aſſueſcam, ne diſtenſio ſane ventris uſque ad titillationem pertingat libidinis.

Ezec. 16. 49

Vitis myſtica, ſeu tract. de Paſſione Domini, *cap.* 42. *nu.* 135. Duplex eſt abſtinentiæ virtus: una intus in mente, altera foris in actu. Et ea quidem quæ in mente eſt, ſemper eſt habenda: ea vero quæ eſt in actu, rerum ac temporum qualitate manifeſta eſt... Nec credas ullo modo majorem eſſe virtutem omnino abſtinere a cibis, quam ipſis cibariis uti moderate. Difficillimum eſt enim in cibariis modum ſervare omnimodum, ita ut ultra quam naturæ poteſt ſufficere, nihil ſumatur, nec ipſi naturæ aliquid de neceſſariis ſubtrahatur... (*Juſtus*) abſtinentiam, prout tempora exigunt & perſonæ, pro utilitate, vel proprii corporis, vel proximi nunc intendit, nunc remittit... Obſervans in omnibus omnia quæ circa virtutem abſtinentiæ ſunt ſervanda, ut ſemper vitii abſtinentiæ oppoſiti, id eſt, gulæ crimen evitet. Cujus vitii abuſiones hoc verſu notantur.

Præ-

Digitized by Google

Pars II. Sect. I. Cap. II. § 4.

R. Qui cibis & potibus ſeſe ingurgitant uſque ad vomitum, vel uſque ad ebrietatem.

I. Quid eſt ebrietas?

R. Peccatum eſt quo quis ex nimio potu rationis uſu deſtituitur.

I. Eſtne ebrietas grave peccatum?

R. Eſt graviſſimum & periculoſiſſimum.

Graviſſimum quidem, ut patet ex Scripturis tam veteris quam novi teſtamenti ad marginem notatis. (C) C

Periculoſiſſimum, quia hinc ſequitur alienatio mentis, unde mille crimina. His adde grave detrimentum & ſanitatis & rei familiaris. Ebrioſi diu vivere nequeunt, fiunt opprobrium hominum & abjectio plebis, væ illis ſæpius a Domino dicitur. (D) D

I. Quæ-

Præpropere, laute, nimis, ardenter, ſtudioſe.

Præpropere enim comedunt & bibunt, qui tempus comedendi præveniunt, ſola voluptate, non neceſſitate coacti. Legimus in vita Patrum de ſanctis Patribus, qui hoſpitum ſpiritualium caritate devincti, tempus conſuetum ciborum anticipaverunt; ſed comedendo in caritate, ſe nequaquam ſolviſſe jejunium æſtimabant .... Laute comedunt, qui delicatis utuntur cibariis ſola delectatione attracti: quibus non ſufficit naturalis ſapor carnium, ſive piſcium, quem Creator illis impoſuit: ſed modis naturæ contemptis quærunt adulterinos ſapores piperis & ſalſamentorum variorum, ut ſibi appetitum faciant comedendi:.. Quandoque lautioribus uti cibariis pro infirmitate corporis repellenda, palato non alludente, ſed renitente cibariis, nulla vel parva culpa eſt.

N. 136. Ad eorum igitur confuſionem quorum .. Deus venter eſt & gloria in confuſione eorum,.. Gentilis hominis memorare ſententiam non gravabor. (Auctor pius, nec indoctus, nec inelegans.)

Luc. L. 4.

O prodiga rerum
Luxuries, numquam parvo contempta paratu,
Et quæſitorum terra pelagoque ciborum,
Ambitioſa fames, & lautæ gloria menſæ.
Diſcite, quam parvo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat. Non erigit ægros
Nobilis ignoto diffuſus conſule bacchus.
Non auro gemmaſque bibunt, ſed gutture puro
Vita redit: ſatis eſt populis fluviuſque Cereſque.

N. 137. Nimis comedit, qui ultra quam naturæ ſuæ ſuſtentandæ poſſit ſufficere, ſumit alimenta, maxime ſi hoc ſcienter fecerit ..... Sed talia peccata crebris confeſſionibus, intermixtis voluntariis abſtinentiis, ſtatim ut deprehenduntur purganda ſunt. In nullo autem genere ciborum illud vitium ſuperfluitatis ciborum & potuum excuſatur.

N. 138. Ardenter comedere, eſt cibos vel potus cum nimio deſiderio ſumere: quod tam in vilibus, quam in delicatis poteſt cibariis evenire. Cujus rei exemplum habemus in Eſau, qui vilis cibi delectatione (Gen. 25. 33.) adtractus, ultro vendidit primogenita ſua.. Quia enim nimium ardenter deſiderabat lenticulam, *En*, inquit, *morior. Quid mihi proderunt primogenita?* (Ibid. 22.) Non eſt dubium quin ardenter comederit acceptum, quod tam ardenter fuerat deſideratum.

N. 139. Studioſe comedere eſt in cibis, vel in potibus nimis diu immorari... Frequenter ſolet accidere, quod ſumptis cibariis, quæ ſecundum conſuetudinem neceſſitati ſumentis poſſent & deberent ſufficere, quædam ſurgat nova delectatio; quæ facit hominem improvidum, & inſidias diaboli non caventem, illi cibo cum ſtudio inhærere, tamquam nihil ante comederit, vel intra multos dies poſt hoc nihil ſit ſumpturus ciborum. At qui gulæ ſpeciem in ſe deprehendunt, auxiliante Deo huic facile poſſunt reſiſtere... Chriſtianus homo comedit ut vivat, non vivit ut comedat ..... Semper ita ſurgat de menſa, ut adhuc habeat appetitum plura ſumendi.. Eſt quoddam medium inter nimis comedere, & nimis abſtinere: & illud medium eſt virtus; hoc eſt tantum ſumere alimentorum, ne nimis debilitetur natura; nec tantum, ut vitia vegetentur ... Hoc caveri poteſt ne nimis a medio recedatur; id eſt, ut ille qui minus comedit quam debeat, non nimis abſtineat: ut ille qui comedendi menſuram excedit, eam non nimis excedat, ita ut corpus non nutriatur vitiis, ſed virtutibus conſervetur.

(C) Eccli. xix. 2. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos.

xxxvii. 32. Noli avidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam, 33. In multis enim eſcis erit infirmitas, & aviditas appropinquabit uſque ad choleram. 34. Propter crapulam multi obierunt: qui autem abſtinens eſt adjiciet vitam.

Isai. xxviii. 7... Præ vino neſcierunt, & præ ebrietate erraverunt: Sacerdos & Propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt a vino, erraverunt in ebrietate, neſcierunt videntem, ignoraverunt judicium... 8. Omnes enim menſæ repletæ ſunt vomitu ſordiumque, ita ut non eſſet ultra locus.

Osee iv. 11. Vinum, & ebrietas auferunt cor.

1. Cor. vi. 10. Neque ebrioſi regnum Dei poſſidebunt.

S. Chrysost. *Homil. 58. ſuper c. 17. Matth. non longe a fine.* (Diabolo) nemo magis amicus eſt quam qui deliciis & ebrietate maculatur: hic enim fons, hæc mater, atque origo vitiorum omnium eſt: hac via olim Hebræos in cultum diabolus idolorum injecit, hac iniquos amores Sodomitarum inflammavit: hæc enim, ait, iniquitas eſt Sodomæ, in copia & plenitudine panis luxuriabantur; hac denique via mille alii gehennæ traditi periere. Quid enim deliciarum hæc fœditas mali non inducit? Sues ex hominibus facit, immo vero etiam ſuibus multo deteriores. Sus enim in luto volvitur, & ſtercore nutritur: hic vero abominabilem magis ſibi menſam conſtruit, iniquas commixtiones cogitans & amores nefarios: hic nullo certe a dæmoniaco diſcrimine ſeparatur, impudens enim & furioſus pariter eſt... Hunc avertimur & odimus. Quid ita? Quia ſponte furorem ſibi attrahit: & os, oculos, nares, cetera ſimpliciter ſenſuum inſtrumenta amariſſimas voluptatis conficit cloacas... Utaris modico vino propter fornicationes, ut crebra turpiloquia fugias, propter peſtiferas cupiditates quas ebrietas parit. Quod ſi hæc non perſuadent vobis, ut ab his abſtineatis, ſaltem propter dolores, & everſiones ſtomachi abſtineatis. Non ad mœrorem, nec ad dolorem, ſed ad lætitiam vinum datum eſt.

(D) Prov. xx. 1. Luxurioſa res, vinum, & tumultuoſa ebrietas: quicumque his delectatur, non eſt ſapiens.

xxi. 17. Qui diligit epulas, in egeſtate erit: qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur.

xxiii. 20. Noli eſſe in conviviis potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt: 21. Quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur... 29. Cui væ? cujus patri væ? cui rixæ? cui foveæ? cui ſine cauſa vulnera, cui ſuffuſio oculorum? 30. Nonne his, qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? 31. Ne intuearis vinum quando flaveſcit, cum ſplenduerit in vitro color ejus: ingreditur blande, 32. ſed in noviſſimo mordebit ut coluber, & ſicut regulus venena diffundet.

Eccli. xix. 1. Operarius ebrioſus non locupletabitur. 2. Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes.

Isaiæ v. 11. Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſque ad veſperam ut vino æſtuetis... 22. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.

xxviii. 7. & Osee iv. 11. *Vide ſupra hocce paragrapho lit.* (C)

S. Basil. *Hom. 14. in Ebrietatem & Luxum* .... Fœminæ laſcivæ Dei timoris oblitæ, ignis æterni minas nihil pendentes..., capita impudice retegentes, Deum & ejus Angelos deſpicientes, ad marium aſpectus impudentes, diffuſæ comas, tunicarum luxum oſtentantes, pedibus geſtientes, ac oculo petulco, riſu laſcivo, ad ſaltationem inſanientes, juventutis intemperantiam in ſe provocantes,.. aerem inſuper meretriciis cantibus, terram vero pedibus laſcive ſaltando contaminaverunt.... Denique inverecundæ omnino... vinum profecto harum ſtragem animarum nobis fecit, vinum Dei donum ad infirmitatis robur ac ſuſtentationem ſapientibus conceſſum, nunc vero inſtrumentum incontinentiæ intemperantibus eſt factum. Ebrietas dæmon eſt voluntarius, ex voluptate animabus noſtris inditus. Ebrietas malitiæ mater eſt, virtutis inimica, fortem virum reddit ignavum, ex temperato facit laſcivum, juſtitiam ignorat, prudentiam extinguit... Vinum immodicum rationem ſupprimit... Qua in re, dic homo miſer, a brutis differs? non-

ne

Digitized by Google

ne rationis munere?. Hoc igitur mentis lumine per ebrietatem qui ſe privat, jumentis inſipientibus comparatus eſt, & ſimilis factus eſt illis: immo beſtiis longe pejores eos exiſtimaverim qui ab ebrietate ſuperantur... His ſomni ſunt graves, ægre reſpirantes, & prope ſuffocantes, ac revera morti vicini. Vigiliæ vero ſomnis ſtupidiores.... Vinum excitat morum perverſitatem, promptitudinem illam ad iracundiam, ad querelas, celerem ac repentinam animi ad omnia mutationem, ſtrepitum multum ac tumultum, facilem ad dolos deductionem, ad omnes iræ motus inconſiderantiam. Voluptatis vero incontinentia omnis, ex vini fonte originem vimque habens, præceps ad omnem impuritatem atque intemperantiam ruit. Animalium omnium libidinum fœditatem ſuperat... Ipſum corporis habitum corrumpunt, dum non ſolum abundantia voluptatum ad laſciviam inſanientium illos labefactant, & diſſolutos reddunt, ſed & corpus tumidum, putidum, muſcoſum, & vitali vigore privatum circumferentes. Nam eos videre licet oculis liventibus, cute ſuppallida, ſpiritu gravi, lingua balbutiente ac demiſſa, voce confuſa, pedibus puerorum more infirmis ac titubantibus, excreationes ſpontaneæ ſuperfluitatum tamquam ex inanimatis defluentes. Hujus mali finis nullus. Ipſum namque merum inexplebilem continuo ſitim addit, nec neceſſarium quærit uſum, ſed ad alium irrefragabiliter potum inhiat, cum ardentes ebrios, ac ſemper bibendi cupidiores reddit. Fit autem ut dum ſtudio inexplebilem bibendi ſitim ſibi comparare volunt, contraria his penitus quæ optaverunt, patiantur, ac voluptatem, quam omni ſtudio quærunt, omnino amittant. Luxus enim hujuſcemodi aſſiduitate ſenſus tabeſcunt... Cui væ? Cui tumultus? Cui judicia? Cui triſtitia & rixa? Cui contritiones ſupervacuæ? Cujus oculi liventes ſunt? An non illis qui vino immorantur, & quærunt ubinam compotationes fiant?.. Horum namque pedes ut vincti debilitantur: manus ex fluxionibus vini cauſa eo deſcendentibus continuo moventur... In ipſo potationis tempore ſimilia phreneticorum eis eveniunt. Cum enim cerebrum æſtu ex vini vapore redundante vacillat, dolorem intolerabilem capiti parit.... capite gravantur, oſcitant, caliginem ob oculos habent, ob nauſeam faſtidiunt... Ebrietas itaque rationis interitus, roboris pernicies, ſenectus immatura, mors momentanea. Quid quæſo ſunt ebrii niſi geotium idola? Oculos habent & non vident, aures habent & non audiunt: manus paralyſi affectas habent, pedes infirmos, atque emortuos.

S. Hieronym. *adverſus Jovinianum*, *lib.* 2. *pag.* 204. Nec tales accipiamus cibos quos aut difficulter digerere, aut comeſos, magno partos & perditos labore doleamus. Olerum, pomorum, ac leguminum, & facilior apparatus eſt, & arte impendiiſque cocorum non indiget: & ſine cura ſuſtentat humanum corpus, moderateque ſumtus (quia nec avide devoratur, quod irritamenta gulæ non habet) leviori digeſtione concoquitur. Nemo enim uno aut duobus cibis, hiſque vilibus uſque ad inflammationem ventris oneratur, quæ diverſitate carnium, & ſaporis delectatione percipitur. Cum variis nidoribus fumant patinæ, ad eſum ſui, expleta eſurie, quaſi captivos trahunt. Unde & morbi ex ſaturitate nimia concitantur, multique impatientiam gulæ vomitu remediantur: & quod turpiter ingeſſerunt, turpius egerunt.... Epicurus voluptatis aſſertor, omnes libros ſuos replevit oleribus & pomis; & vilibus cibis dicit eſſe vivendum, quia carnes & exquiſitæ epulæ, ingenti cura ac miſeria præparentur; majoremque pœnam habeant in inquirendo, quam voluptatem in abutendo. Corpora autem noſtra cibo tantum & potu indigere. Ubi aqua & panis ſit & cetera his ſimilia; ibi naturæ ſatisfactum. Quidquid ſupra fuerit, non ad vitæ neceſſitatem ſpectare; ſed ad vitam voluptatis. Bibere & comedere non deliciarum ardorem, ſed ſitim famemque reſtinguere... Sed & ex viliſſimis cibis vitanda ſatietas eſt. Nihil enim ita obruit animum, ut plenus venter, & exæſtuans, & huc illucque ſe vertens, & in ructus vel in crepitus ventorum efflatione reſpirans.

Comment. in Epiſtol. ad Galatas, *capit.* 5. *pag.* 302.
Quartumdecimum locum inter carnis opera, ebrietas
tenet. Ebrioſi quippe regnum Dei non poſſidebunt.
Luc. 21. 34. Et Dominus ad Diſcipulos: *Cavete*, ait, *ne forte gra-*
ventur corda veſtra in vino & crapula. Vino hominis
ſenſus evertitur; pedes corruunt; vacillant; libido
Ephes. 5. 18. ſuccenditur. Unde Apoſtolus clamitat: *Et vinum in*
quo eſt luxuria.

S. Chrysost. *Homil.* 66. *ad popul. Antiochen. de fato, ſive contra ingluviem*, *orat.* 6..... Qui enim in deliciis perpetuo verſatur, & ebrietati indulget & paraſitos alit atque adulatores, & cibo potioneque completur, nolens, volens perſæpe neceſſario peccat... Hic ignavia, exinanitio, & formido ingens, ac temeritas magna occupabit; illic vero audacia, ſocordia, luxuria, immodeſtia, ſuperbia & arrogantia, ſuperioribus intractabilem facit. Non ſolum enim corpora eorum qui ſic afficiuntur, deformata, languida & fluentia, & odoris gravitate intolerabili undique completa ſunt; ſed anima multo magis corpore deformata eſt, multo majores quam corpus ægritudines ex hac mollitie ſuſcipit.... Gravibus & inſanabilibus morbis corripiuntur qui in deliciis perpetuis vivunt, tremore, diſſolutione membrorum, tabe, gravedine, pedum manuumque cruciatibus & aliis compluribus, quibus medici aſſerunt illos obnoxios eſſe.

In Geneſ. capit. 9. *homil.* 29. *pag.* 233. Graviſſimum quiddam eſt ebrietas delictum, & quod poteſt excæcare ſenſus, & ſubmergere mentem: & hominem rationale animal, qui ſuper omnia dominium ſuſcepit, injectis vinculis inſolubilibus, quaſi mortuum & operatione carentem jacere facit: immo deterius habentem, quam mortuum. Nam mortuus neque bona, neque mala operari poteſt: ebrius autem nihil boni valet operari, ad malum tamen faciendum plus poteſt.. Ebrietati vacantes numquam ſatiantur, ſed quantum ingurgitant, tantum & ſiti flagrant, & inflammatio quædam eſt eis vini uſus: & voluptates quidem evaneſcunt, ſitis autem inexplebilis in præcipitium ebrietatis eos qui illi ſerviunt deducit.

In Acta Apoſtol. cap. 18. *homil.* 17. *pag.* 631. Quando igitur deliciis vacaturus es, conſidera temporariam voluptatem damnum eſſe (damnum enim revera eſt, cum tuo damno tantas opes inſumere, morboſque contrahere & infirmitates quæ inde oriuntur) & contemnes voluptatem. Quot vis tibi enumerem læſos a voluptate? Noe inebriatus eſt ac nudatus. Et vide quanta hinc mala. Eſau primogenita per gulam amiſit; & ad fratris cædem feſtinavit: populus Iſrael ſedit ut manducaret ac biberet, & ſurrexerunt ad ludendum. Propter hoc dicit, Comedens ac bibens memor eſto Domini Dei tui. In præcipitium enim inciderunt, qui in voluptatem inciderunt.

Homil. de Ingluvie & Ebrietate, *pag.* 777. *tom.* 6. *edit. Pariſ. ann.* 1624.. Nonne moderate quidem edentium corpora robuſta ſunt, ſenſuſque expedite admodum munus ſuum explent? Illorum vero (immoderate edentium) flaccida & quavis cera molliora, & morborum examinibus obſeſſa? Etenim pedum dolores celeriter eos involant, tremorque intempeſtivus, & immaturum ſenium, & capitis dolores, & diſtenſiones, & ſtomachorum repletiones, & appetituum extinctiones, aſſiduis medicis, & continuis medicinis, quotidianaque curatione indigent... Hinc & non aliunde gravibus, & inſanabilibus morbis capiuntur ii, qui in perpetua luxuria vivunt... Etenim tremoribus, & defectioni, & tabi, & gravedinibus, & pedum doloribus, aliiſque compluribus, quæ medici uſurpant, fiunt obnoxii... Non ita ſcorpius & ſerpens in viſceribus cujuſquam inſidens quoquo verſus ſuſcit, ut luxuriæ concupiſcentia omnia pervertit, atque perdit. Fere enim illis ad corpus dumtaxat procedunt inſidiæ: iſta vero cum inſederit, cum corpore animam item perdit... Quod ſuperfluum eſt tollamus, quod extra neceſſitatem amputemus. Quam enim veniam merebimur, ſi alii ne neceſſariis quidem, cum poſſint, fruantur, nos vero ultra neceſſitatem luxurioſe vivamus.., Nihil igitur ultra neceſſitatem quæramus... ſuperflua amputemus. Superfluum vero eſt quod ultra neceſſitatem eſt... Si qui cum hominibus luctatur, temperanter edat neceſſe eſt, longe magis qui cum dæmonibus... Ne igitur ſaginemus corpus, neque iners id atque laxum luxuria reddamus.. Nihil ita amicum eſt dæmoni, ut luxuria & edacitas. Quid enim non mali facit edacitas? Porcos facit ex hominibus, ac porcis etiam deteriores... illicitos concubitus excogitans & exleges amores... Os, oculos, nates, & omnia prorſus membra peccati cloacas efficit... Nam qui ingluviei & ebrietati mancipati ſunt, neque ſomnum verum & ſincerum capiunt, neque a terribilibus inſomniis liberi ſunt... Quid turpius ebrio & temere vagante?.. Unde pedum dolores? Unde capitis gravedines? Unde corruptorum humorum redundantia? Unde alii morbi? Nonne ex intemperantia? Ex vino plus quam oporteat hauſto.

S. Isidorus Hispal. *Lib.* 2. *Sent. cap.* 42. Qui nimium cibis utuntur,.. tanto amplius ſenſum mentis obtundunt... Nam gulæ ſaturitas aciem mentis obtundit,

inge-

Pars II. Sect. I. Cap. II. §. 4.

I. Quænam ſunt Gulæ filiæ?

R. Quinque recenſentur a Sancto Gregorio Magno; nimirum, *Inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium & hebetudo mentis.*

Moral. l. 31. c. 17. *I.* Eſtne Gula grave peccatum?

R. Graviſſimum; ait enim Apoſtolus de iis qui gulæ ſerviunt, *Quorum Deus venter eſt; & finis interitus, & gloria in confuſione ipſorum.* (E) Philip. III. 19. E

I. Quænam ſunt gulæ remedia?

R. Temperantia, jejunium, carnis afflictio, meditatio mortis. (F) F

§. 5. De

ingeniumque hebeſcere facit. Libidinis ignes ciborum fomentis creſcunt: corpus autem quod abſtinentia frangit, tentatio non exurit... Cui abundantia eſt epularum, ardentis divitis intendat ſupplicium, cujus tanta in inferno inter ignes erat inopia, quanta hic epularum fuerat copia. In hoc enim ſæculo eſurire & ſitire noluit; propterea illic inter flammas ſitiens, ſtillam aquæ quæſivit, nec meruit. Conſiderandum quam vehementer arguatur comeſſatio & ſumptuoſa convivia. Nam per Prophetam comminatur Dominus, ſe non hanc relaxare iniquitatem his qui eam libenter ambiunt. Dicit enim
Iſai. 22. 13. per Iſaiam: Ecce Gaudium & lætitia, occidere vitulos & jugulare arietes; comedere carnes & bibere vinum. Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini. Sicut omnes carnales cupiditates abſtinentia reſecantur: ita omnes animæ virtutes edacitatis vitio deſtruuntur. Inde eſt quod princeps coquorum muros Jeruſalem ſubvertit: quia & venter cui ſervitur a coquis virtutes animæ deſtruit: neque enim poſſe quempiam virtutum perfectionem attingere, niſi prius ventris edomuerit ingluviem. Nemo poteſt dominari ceteris vitiis, niſi prius ingluviem ventris reſtrinxerit. Neque quisquam facile poterit a ſemetipſo ſpiritus immundos expellere niſi per abſtinentiam gulæ. Tunc enim hoſtes qui extra nos ſunt a nobis fortius ſuperantur, quando prius quæ intra nos ſunt vitia extinguuntur. Nam fruſtra foris agit bellum qui intus habet periculum. Non qualitatem ciborum ſed ejus cupiditatem cavendam... Sit aut non ſit in culpa ciborum qualitas, ſed illud reputetur in vitium, quod cum deſiderio deguſtatur. *Quatuor* ſunt genera diſtinctionum in gulæ appetitu, id eſt: Quid, quando, quantum, & quomodo appetatur. Quid ad rem ipſam pertinet quæ appetitur. Quando, ſi ante legitimum tempus quid appetatur. Quantum vero, ad immoderationem refertur. Quomodo ad impatientiam feſtinationis aſcribitur. Nullus homini tam importunus exactor eſt quam venter: qui quotidianam refectionem, quotidiana famis exactione adimplet.

Cap. 43. Eſca crapulam, potus ebrietatem generat. Ebrietas autem perturbationem gignit mentis, furorem cordis, flammam libidinis. Ebrietas ita mentem alienat, ut ubi ſit neſciat.... Ebrietas, ſicut in Lot ſenſum rationis captivat.

(E) LUC. XXI. 34. Attendite vobis, ne forte graventur corda veſtra in crapula & ebrietate ... & ſuperveniat in vos repentina dies illa.

ROM. XIII. 13. Sicut in die honeſte ambulemus: non in comeſſationibus, & ebrietatibus, 14. Sed induimini Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis.

1. COR. VI. 10. *Vide ſupra hocce paragrap. lit.* (C)

EPHES. V. 18. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.

Vindictam de hocce peccato Dominum ſumſiſſe legimus.

In Iſraelit. EXOD. XVI. 19. Dixitque Moyſes ad eos: Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis uſque mane, & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit. Et iratus eſt contra eos Moyſes.

NUM. XI. 1. Interea ortum eſt murmur populi, quaſi dolentium pro labore, contra Dominum. Quod cum audiſſet Dominus iratus eſt. Et accenſus in eos ignis Domini devoravit extremam caſtrorum partem. 2. Cumque clamaſſet populus ad Moyſen, oravit Moyſes ad Dominum & abſorptus eſt ignis. 3. Vocavitque nomen loci illius, Incenſio: eo quod incenſus fuiſſet contra eos ignis Domini. 4. Vulgus quippe promiſcuum, quod aſcenderat cum eis, flagravit deſiderio, ſedens, & flens, junctis ſibi pariter filiis Iſrael, & ait: Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? 5. Recordamur piſcium quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cæpe, & allia. 6. Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi man... 10. Audivit ergo Moyſes flentem populum per familias, ſingulos per oſtia tentorii ſui. Iratuſque eſt furor Domini valde; ſed & Moyſi intoleranda res viſa eſt. 11. Et ait ad Dominum:... 13. Flent contra me, dicentes: Da nobis carnes ut comedamus... 16. Et dixit Dominus ad Moyſen:... 18. Populo dices: Sanctificamini: cras comedetis carnes. Ego enim audivi vos dicere: Quis dabit nobis eſcas carnium? Bene nobis erat in Ægypto. Ut det vobis Dominus carnes, & comedatis: 19. Non uno die, nec duobus, vel quinque aut decem, nec viginti quidem. 20. Sed uſque ad menſem dierum, donec exeat per nares veſtras, & vertatur in nauſeam, eo quod repuleritis Dominum. 31. Ventus autem egrediens a Domino, arreptans trans mare coturnices detulit, & dimiſit in caſtra itinere quantum uno die confici poteſt, ex omni parte caſtrorum per circuitum, volabantque in aere duobus cubitis altitudine ſuper terram. 32. Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, & die altero, congregavit coturnicum, qui parum, decem coros: & ſiccaverunt eas per gyrum caſtrorum. 33. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat ejuſcemodi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populum, percuſſit eum plaga magna nimis. 34. Vocatuſque eſt ille locus, ſepulchra concupiſcentiæ: ibi enim ſepelierunt populum, qui deſideraverat.

In Rege Baltaſ. DANIEL. V. 1. Baltaſſar Rex fecit grande convivium optimatibus ſuis mille: & unuſquiſque ſecundum ſuam bibebat ætatem. 2. Præcepit ergo jam temulentus, ut afferentur vaſa aurea, & argentea, quæ aſportaverat Nabuchodonoſor pater ejus de templo, quod fuit in Jeruſalem, ut biberent in eis Rex, & optimates ejus, uxoreſque ejus, & concubinæ. 3. Tunc allata ſunt vaſa aurea, & argentea, quæ aſportaverat de templo, quod fuerat in Jeruſalem: & biberunt in eis Rex, & optimates ejus, uxores, & concubinæ illius. 4. Bibebant vinum .... 5. in eadem hora apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ: & Rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis. 6. Tunc facies Regis commutata eſt, & cogitationes ejus conturbabant eum: & compages renum ejus ſolvebantur, & genua ad ſe invicem collidebantur.. 13. Introductus Daniel... ait coram Rege... 23. Adverſum Dominatorem cæli elevatus es, & vaſa domus ejus allata ſunt coram te: & tu, & optimates tui, & uxores tuæ, & concubinæ tuæ, vinum bibiſtis in eis.. 24. Idcirco ab eo miſſus eſt articulus manus, quæ ſcripſit hoc, quod exaratum eſt. 25 Hæc eſt autem ſcriptura, quæ digeſta eſt: Mane, Thecel, Phares. 26. Et hæc eſt interpretatio ſermonis. Mane: numeravit Deus regnum tuum, & complevit illud. 27. Thecel: appenſus es in ſtatera, & inventus es minus habens. 28. Phares: diviſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis.... 30. Eadem nocte interfectus eſt Baltaſſar Rex Chaldæus.

LUC. XVI. 19. *Vide ſupra §. 2. hujuſce cap. lit.* (K)

(F) TERTULLIAN. *de Jejuniis adverſus Pſychicos*, c. 3. Teneo igitur a primordio homicidam gulam, tormentis atque ſuppliciis inediæ puniendam, etiam ſi Deus nulla jejunia præcepiſſet.

Cap. 5. & 6. Ingratis (Iſraelitis in deſerto) gratiora & aſculentiora quæque detracta ſunt, puniendæ ſimul gulæ & exercendæ continentiæ cauſa, ut illa damnaretur, iſta erudiretur. Nunc ſi temere rationes caſtigati a Deo victus, & caſtigandi propter Deum a nobis, ad primordiorum experimenta revocavimus, conſcientiam communem conſulamus; ipſa natura enuntiabit, quales nos ante pabulum & potum in virginu adhuc ſaliva exhibere conſueverit rebus dumtaxat ſenſus agendis quo divina tractantur, ſi multo pollentioris mentis, ſi multo vivacioris cordis, quam cum totum illud domicilium interioris hominis, eſcis ſtipatum, vinis inundatum, decoquendis jam ſtercoribus æſtuans, præmeditatorium efficitur latrinarum, in quo plane nihil in proximo ſuperſit, quam ad laſciviam ſapere... Tanta eſt circumſcripti victus prærogativa, ut Deum præſtet homini contubernalem.

Cap. 17. Nos (Chriſtiani) non dubitamus exerte mandare, jejunemus, fratres & ſorores, ne forte cras moriamur.. Saginentur pugiles & pyctæ olympici; illis ambitio corporis competit quibus & vires neceſſariæ, & tamen illi quoque aerophagiis invaleſcunt. Sed noſtra alia robora, aliæque vires, ſicut & alia certamina; quibus non eſt luctatio adverſus carnem, & ſanguinem,

§. 5. *De Invidia.*

I. Quid eſt invidia?

R. Invidia eſt triſtitia de bono proximi, perinde ac ſi malum noſtrum eſſet, eo quod illo bono propriam noſtram gloriam aut excellentiam imminui exiſtimamus.

Ad intelligentiam hujus definitionis adverte non omnem triſtitiam de bono proximi invidiam eſſe; ſi quidem ex caritate quandoque dolere poſſumus, ſi quis iis bonis affluat quibus omnino indignus eſt; unde oritur non invidia, ſed indignatio.

Ex timore dolere poſſumus de bono alterius: nimirum quia veremur ne bonis illis abutatur ad noſtram perniciem: neque dolor ille invidia dicitur.

In eo ergo proprie poſita eſt ratio invidiæ, quod de bonis proximi ſicut de malis noſtris eo maxime doleamus, quod bona illa putamus vergere in detrimentum noſtræ gloriæ, noſtræ excellentiæ. Verbi gratia vir artis alicujus peritus dolet de fama alterius ejusdem artis periti, eo quod putet hanc proximi ſui famam vergere ſibi in detrimentum. Hoc invidiam dicimus. Vir gratia pollens apud Principem, dolet alium gratia pollere; hinc enim putat orturum eſſe detrimentum ſuæ auctoritatis. Hæc invidia eſt. Idem eſto judicium de eloquentia, virtute, ſcientia, quas ſic velimus nobis proprias eſſe, ut cum alio nemine communicentur, ne forte iſta, ſi in pluribus reperiantur, minuant noſtri nominis celebritatem. Item invidia eſt ſi, cum ſimus miſeri, doleamus alios eſſe felices, velimusque eos in eamdem nobiſcum miſeriam trahere. (A) A

I. Quænam ſunt invidiæ cauſæ?

R. Superbia ſemper; & quandoque concupiſcentia carnis vel concupiſcentia oculorum.

Superbia quidem. Ideo enim de bonis proximi quaſi de malis propriis dolemus, quia nosmetipſos proximo anteponimus, & propriam

guinem, ſed adverſus mundi poteſtates, adverſus ſpiritalia malitiæ. Adverſus hæc, non carne & ſanguine, ſed fide & ſpiritu robuſto oportet adſiſtere.

S. LEO *Serm.* 12. *de Jejunio x. menſis* 2. Quid poteſt efficacius eſſe jejunio, cujus obſervantia appropinquamus Deo, & reſiſtentes diabolo, vitia blanda ſuperamus? Semper virtuti cibus jejunium fuit, de abſtinentia prodeunt caſtæ cogitationes, rationabiles voluntates, ſalubriora conſilia. Et per voluntarias afflictiones caro concupiſcentiis moritur, virtutibus ſpiritus innovatur.

Serm. 14. *de Jejunio x. menſis* 4. *cap.* 1. Curandis igitur læſionibus, in quas ſæpe incidunt, qui cum inviſibili hoſte confligunt, trium maxime remediorum eſt adhibenda medicina: in orationis inſtantia, in caſtigatione jejunii, in eleemoſynæ largitate: quæ cum pariter exercentur, Deus propitiatur, culpa deletur, tentator eliditur.

Cap. 2. In omni tempore, omnibusque diebus vitæ hujus ſæculi, jejunia nos contra peccata faciunt fortiores, jejunia concupiſcentias vincunt, tentationes repellunt, ſuperbiam inclinant, iram mitigant, & omnes bonæ voluntatis affectus ad maturitatem totius virtutis enutriunt: ſi tamen in ſocietatem ſibi benevolentiam caritatis aſſumant, & in operibus miſericordiæ ſe prudenter exerceant.

Serm. 15. *de Jejunio x. menſis* 4. *cap.* 2. .... Efficaciſſima pro peccatis deprecatio eſt in eleemoſynis, atque jejuniis, & velociter ad divinas conſcendit aures talibus oratio elevata ſuffragiis.

Serm. 18. *de Jejunio x. menſis* 13. *cap.* 1. Quotidiano ..... experimento probatur potus ſatietate aciem mentis obtundi, & ciborum nimietate vigorem cordis hebetari: ita ut delectatio edendi, etiam corporum contraria ſit ſaluti, niſi ratio temperantiæ obſiſtat illecebræ, & quod futurum eſt oneri, ſubtrahat voluptati.

S. AUG. *Lib.* 2. *qq. Evangeliorum*, *q.* 11. Nec in manducando, nec in abſtinendo eſt juſtitia, ſed in æquanimitate tolerandi inopiam, & temperantia per abundantiam non ſe corrumpendi, atque opportune ſumendi, vel non ſumendi ea quorum non uſus, ſed concupiſcentia reprehendenda eſt. Non enim intereſt omnino quid ſumas, ut ſuccurras neceſſitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his cum quibus tibi vivendum eſt...

Lib. contra Julian. c. 14. *n.* 66. ... In quibuslibet rebus domandus & ſanandus eſt appetitus.

N. 67. Alimentorum ſuſtentaculis indigemus... non ſolum cibo, ſed etiam cibi ſapore indiget infirmitas corporis noſtri; non propter exſaturandam libidinem, ſed propter tuendam ſalutem. Cum ergo natura quodam modo poſcit ſupplementa quæ deſunt, non vocatur libido ſed fames, aut ſitis: cum vero ſuppleta neceſſitate amor edendi animum ſollicitat, jam libido eſt, jam malum eſt cui cedendum non eſt, ſed reſiſtendum ..... Iſte amor edendi non edendo, ſed continendo eſt comprimendus.

S. HIERON. *adverſ. Jovinian. lib.* 2. *pag.* 204. *part.* 2. *tom.* IV. *novæ edit.* Quod ebrietas perdiderat, inedia reperit. Ex quo oſtenditur, poſſe nos per jejunium redire in paradiſum, unde per ſaturitatem fueramus ejecti.

S. GREG. MAGN. *Lib.* 30. *Moral. in Job c.* 14. Diſcretus vir ac continens & uſque ad temperandam neceſſitatem ventrem reficit, & a voluptate reſtringit. Sciendum vero eſt, quia ſic voluptas ſub neceſſitate ſe palliat, ut vix eam perfectus quisque diſcernat. Nam dum ſolvi debitum neceſſitas petit, voluptas explere deſiderium ſuppetit: & tanto gula ſecurius in præceps rapit, quanto ſub honeſto nomine neceſſitatis explendæ ſe contegit .... Sic neceſſe eſt ut artem quisque continentiæ teneat, quatenus non carnem, ſed vitia carnis occidat. Nam plerumque dum plus juſto caro reſtringitur, etiam ab exercitatione boni operis enervatur: ut ad orationem quoque vel prædicationem non ſufficiat, dum incentiva vitiorum in ſe funditus ſuffocare feſtinat... Eisdem namque alimentis vitia ſuperbiunt, quibus nutritæ virtutes vivunt. Et cum virtus alitur, plerumque vires vitiis augentur. Cum vero immenſa continentia vitiorum vires extenuat, etiam virtus deficiens anhelat. Unde neceſſe eſt ut interior homo noſter æquus quidam arbiter præſideat inter ſe, & eum quem exterius geſtat: quatenus ei homo ſuus exterior & ſemper ad debitum miniſterium ſervire ſufficiat, & numquam ſuperbe libera cervice contradicat: nec moveat ſi quid ſuggerendo ſubmurmurat, dummodo eum ſemper ſuperpoſita calce dominationis premat. Sicque fit ut dum repreſſa vitia tentari quidem nobis patimur, & tamen hæc nobiſcum congredi ex æquo prohibemus, nec vitia contra virtutem prævaleant, nec rurſum virtus eum vitiorum omnimoda extinctione ſuccumbat.

(A) S. CYPRIAN. *de Zelo & livore*, *p.* 154. Qualis vero animæ tinea, quæ cogitationum tabes, pectoris quanta rubigo! Zelare in altero vel virtutem ejus, vel felicitatem, id eſt, odiſſe in eo merita propria, vel beneficia divina; in malum proprium bona aliena convertere, illuſtrium proſperitate torqueri, aliorum gloriam facere ſuam pœnam, velut quosdam pectori ſuo admovere carnifices, cogitationibus & ſenſibus ſuis adhibere tortores, qui ſe inteſtinis cruciatibus lacerent, qui cordis ſecreta malevolentiæ ungulis pulſent: non cibus talibus lætus, non potus poteſt eſſe jucundus; ſuſpiratur ſemper & ingemiſcitur, & doletur, dumque ab invidis numquam livor exponitur, diebus ac noctibus pectus obſeſſum ſine intermiſſione laniatur... Zelus terminum non habet, permanens jugiter malum, & ſine fine peccatum, quantoque ille cui invidetur ſucceſſu meliora profecerit, tanto invidus in majus incendium livoris inardeſcit. Hinc vultus minax, torvus aſpectus, pallor in facie, in labiis tremor, ſtridor in dentibus, verba rabida, effrenata convicia, manus ad cædis violentiam prompta, etiam ſi a gladio interim vacua, odio tamen furiatæ mentis armata.

S. GREG. MAGN. *Lib* 5. *Moral. in Job cap* 31. *Et parvulum occidit invidia.* Invidere enim non poſſumus, niſi eis, quos nobis in aliquo meliores putamus. Parvulus ergo eſt qui livore occiditur, quia ipſe ſibi teſtimonium perhibet, quod eo minor ſit, cujus invidia torque-

PARS II. SECT. I. CAP. II. §. 5.

priam excellentiam nimis diligimus; quod ſuperbia eſt. (B)

B Concupiſcentia autem ſive carnis, ſive oculorum, quia præ nimia rerum temporalium cupiditate dolet invidus proximum habere divitias quas

C vellet ſolus habere. (C)

I. Quænam ſunt invidiæ filiæ?

R. Quinque recenſentur a S. Gregorio Magno; nimirum odium proximi quo fit ut malum ipſi velimus, ſuſurratio, detractio, exultatio in adverſis proximi, & afflictio in proſperis.

I. Qua maxime ratione poſſumus alienum ſervare animum ab omni invidia?

R. Si cogitemus attente nullum eſſe vitium quod nos ſimiliores reddat diabolo. Is enim præ ſola invidia nocet nobis: dolet nimirum quod ſimus ipſo beatiores, conaturque ideo omni ratione trahere nos ſecum in ruinam. (D) D

I. Eſtne

quetur. Hinc eſt quod hoſtis callidus primo homini invidendo ſurripuit, quia amiſſa beatitudine, minorem ſe immortalitate illius agnovit. Hinc eſt quod Cain ad perpetrandum fratricidium corruit, quia deſpecto ſuo ſacrificio, prælatum ſibi infremuit, cujus Deus hoſtiam accepit: & quem meliorem ſe eſſe exhorruit, ne utcomque eſſet, amputavit. Hinc Eſau ad perſecutionem fratris exarſit, quia primogenitorum benedictione perdita, quam tamen pro eſu lenticulæ ipſe vendiderat, minorem ſe eo quem naſcendo præibat, ingemuit. Hinc Joſeph fratres ſui Iſmaelitis tranſeuntibus vendiderunt: quia cognito revelationis myſterio, ne ſe fieret melior, ejus profectibus obviare conati ſunt. Hinc Saul David ſubditum, lanceam intorquendo perſequitur, quia quem magnis quotidie augeri virtutum ſucceſſibus ſenſit, ultra ſe excreſcere expavit. Parvulus itaque eſt qui invidia occiditur: quia niſi ipſe inferior exiſteret, de bono alterius non doleret. Sed inter hæc ſciendum eſt, quia quamvis per omne vitium quod perpetratur humano cordi antiqui hoſtis virus infunditur, in hac tamen nequitia, tota ſua viſcera ſerpens concutit, & imprimendæ malitiæ peſtem vomit. De quo nimirum ſcriptum eſt:

Sap. 11. 24. *Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum.* Nam cum devictum cor livoris putredo corruperit, ipſa quoque exteriora indicant, quam graviter animum veſania inſtigat... Cumque in latebris cordis creſcens abſconditur odium, dolore cæco tenebrat conſcientiam vulnus incluſum. Nil lætum de propriis libet, quia tabeſcentem mentem ſua pœna ſauciat, quam felicitas torquet aliena: quantoque externi operis in altum fabrica ducitur, tanto fundamentum mentis lividæ profundius ſuffoditur: ut quo alii ad meliora properant, eo ipſo deterius ruant: qua ruina videlicet etiam illud deſtruitur, quod in aliis actibus perfecto opere ſurrexiſſe putabatur. Nam invidia cum mentem tabefecerit, cuncta quæ invenerit bene geſta

Prov. 14. 30 conſumit. Unde bene per Salomonem dicitur: *Vita carnium ſanitas cordis, putredo oſſium invidia.* Putredo oſſium invidia: quia per livoris vitium, ante Dei oculos pereunt etiam fortia acta virtutum... Qui ergo livoris peſte plane carere deſiderat, illam hæreditatem diligat, quam cohæredum numerus non anguſtat, quæ & omnibus una eſt & ſingulis tota... Imminutio ergo livoris, eſt affectus ſurgens internæ dulcedinis, & plena mors ejus, eſt perfectus amor æternitatis. Nam cum mens ab ejus rei appetitu retrahitur, quæ accipientium numero partitur; tanto magis proximum diligit, quanto minus ex profectu illius ſua damna pertimeſcit. Quæ ſi perfecte in amore cæleſtis patriæ rapitur, plane etiam in proximi dilectione ſine omni invidia ſolidatur: quia cum nulla terrena deſiderat, nihil eſt quod ejus erga proximum charitati contradicat.

(B) S. AUG. *Lib. 11. de Geneſi ad lit. cap. 14. nu. 18.*.... Nonnulli dicunt ipſum ei (diabolo) fuiſſe caſum a ſupernis ſedibus, quod inviderit homini facto ad imaginem Dei. Porro autem invidia ſequitur ſuperbiam, non præcedit: non enim cauſa ſuperbiendi eſt invidia, ſed cauſa invidendi ſuperbia. Cum igitur ſuperbia ſit amor excellentiæ propriæ, invidia vero ſit odium felicitatis alienæ, quid unde naſcatur ſatis in promptu eſt. Amando enim quisque excellentiam ſuam, vel paribus invidet, quod ei coæquentur; vel inferioribus, ne ſibi coæquentur; vel ſuperioribus, quod eis non coæquentur. Superbiendo igitur invidus, non invidendo quisque ſuperbus eſt.

Serm. 354. alias 53. de Verbis Domini, c. 5. nu. 5. Servo ergo Dei cui ſubrepſerit ſuperbia, continuo ibi eſt & invidia. Non poteſt ſuperbus eſſe non invidus.

Cap. 6. n. 6. Prior eſt in vitiis ſuperbia,... deinde invidia. Non enim invidia peperit ſuperbiam, ſed ſuperbia peperit invidiam. Non enim invidet niſi amor excellentiæ.

JULIANUS POMERIUS *ſive* S. PROSPER *Lib. 3. de Vita contemplat. cap. 5.* Invidus certe qui alienum bonum, ſuum facit invidendo ſupplicium, nulla videtur ad invidendum concupiſcentia provocari, ſed tantum ſuperbiæ morbo vexari. Sed ſi animi ejus peſtem, qua præcipitatur incenſus, ſubtiliter altequE rimemini, invenietis eum, & perditionis ejus cupidine, cujus cupit interitum, & ſuperbiæ malo teneri, quo ſibi jugiter ingemiſcit, meliorem cui invidet anteferri. Quis facile poteſt, quale ſit hoc malum verbis exprimere, quo invidus odio hominis perſequitur divinum munus in homine, cum potius amari homo debeat, etiam pro ſui meriti ſanctitate? Tantos invidus habet ſua pœna tortores, quantos invidioſus habuerit laudatores: ſi quidem invidioſum facit excellentia meriti, invidum pœna peccati.

(C) S. BASIL. *Homil. 11. de Invidia.* Eſt invidia dolor de proximi proſperitate, ac rerum ſucceſſu conceptus. Quapropter animo invido numquam triſtitia, numquam mœſtitia deeſt. Abundat proximi ager, domus bonis omnibus repletur, ex voto deinque eveniunt omnia... Cuncta hæc triſtitiæ dolorisque occaſionem invido præbent.

(D) SAP. 11. 24. Invidia autem diaboli mors intravit in orbem terrarum: 25. Imitantur autem qui ſunt ex parte illius.

S. BASIL. *Homil. 11. de Invidia* ... Diabolum (ſequitur) invidentia. Caveamus itaque fratres amantiſſimi invidiæ vitium, ne ſocii geſtorum diaboli reddamur, & eodem eum ipſo condemnati judicio reperiamur... Fortis eſt aliquis, alius forma clarus, alius eloquentia, alius animi prudentia præſtat, alius in divitiis liberalis facultate egentibus diſtribuit, laudem ex hominibus in iis quibus benigne facit maximam refert: hæc omnia maligni ferunt animum: cumque mutire nihil audeat aut poſſit, ſimulat gaudium, ſecum tacite rumpitur, coram hilaritatem præfert, intus vero ab invidiæ malo perditur... Non quod fratris felicitate angatur, aut amici gaudium lugeat, aut bonorum aliorum ſpectaculum non libenter ferat, ſed ipſorum ſucceſſuum ſuam eſſe calamitatem ducat: ... unam tantum mali requiem expectat: ſi quando cui invideat, ruentem forte aſpiciat. Hic finis odii, ſi miſerum ex beato, infelicem ex æmulo videat.... Illud autem dico, quod dæmones oſores omnis boni, poſteaquam voluntates invidorum deprehenderint ſibi eſſe conformes, illis prorſus ad ſuam libidinem, atque ita & illorum oculis ad inſtrumentum, ac miniſterium propriæ voluntatis abutantur. Non igitur horres te diaboli perdentis miniſterium facere, & malum: ſed malum ſuſcipis, per quod inimicus eorum fias, qui te nihil læſerunt, inimicus prætrea Dei boni, & qui omnis eſt expers invidiæ... Quomodo invidus paratam diabolo pœnam effugit? Nihil enim mortalium animis invidiæ perturbatione pernicioſius contingit. Quæ ante omnia ipſi nocet auctori: aliis vero quam minimum. Quemadmodum enim rubigo ferrum, ſic invidia eos qui eam poſſident conſumit & vaſtat... Invidia concipientem ſe animam corrodere ſimul & tabefacere ſolet.... Quid igitur hoc morbo pernicioſius? Interitus vitæ, peſtis naturæ, adverſa omnibus bonis ex Deo venientibus, demum ipſi Deo contraria. Quid enim principem malorum dæmonem ad bellum adverſus hominem internecinum impulit? Nonne invidia, per quam & Deo adverſari palam deprehenſus eſt? Indignatur enim in Deum ob præclara dona homini conceſſa. Quando Deo nocere non valuit, ipſum inſidiis perit hominem. Eadem & Cain viſus eſt admittere primus diaboli diſcipulus, invidiam, & cædem ab eo edoctus... Qui noſtro gaudet

in-

I. Eſtne invidia grave peccatum?

R. Invidia peccatum eſt ex genere ſuo mortale, juxta illud Apoſtoli, *Manifeſta ſunt opera carnis: quæ ſunt fornicatio ... æmulationes ... invidiæ ... & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Unde S. Baſilius Homilia de Invidia eam vocat *intolerabile malum, ſerpentis documentum, dæmonum inventum, punitionis arrhabonem, pietatis impedimentum, viam ad gehennam, regni cælorum privationem.* (E)

Galat. 5. 19. 20. & 21.

E

I. Ergo invidia nunquam eſt veniale peccatum?

R. Poteſt eſſe culpa venialis, ſi agatur de re

interitu, ac per invidiam cecidit, ejuſdem vitii opera nos ſecum dejecit...

S. CYPRIANUS *de Zelo & livore.* Zelare quod bonum videas, & invidere melioribus leve apud quoſdam & modicum crimen videtur, fratres dilectiſſimi: dumque exiſtimatur leve eſſe & modicum, non timetur; dum non timetur, contemnitur; dum contemnitur, non facile vitatur, & fit cæca & occulta pernicies: quæ dum minus perſpicitur ut caveri a providentibus poſſit, improvidas mentes latenter affligit. Nihil magis Chriſtiano cavendum, nihil cautius providendum, quam ne quis invidia & livore capiatur... Hinc diabolus inter initia ſtatim mundi, & perit primus & perdidit. Ille... in zelum, malevolo livore prorupit... Eaındem invidia graſſatur in terris, dum livore periturus, magiſtro perditionis obſequitur: dum diabolum, qui zelat imitatur. Sicut ſcriptum eſt. *Invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum.* Imitantur ergo illum qui ſunt ex parte ejus. Hinc novæ fraternitatis prima odia, hinc parricidia nefanda cœperunt, dum Abel juſtum Cain zelat injuſtus, dum bonum malus invidia & livore perſequitur.. & quod Joſeph fratres ſui vendiderunt, cauſa vendendi de æmulatione deſcendit... Saul quoque Rex ut David odiſſet, ut perſecutionibus ſæpe repetitis innocentem, miſericordem, miti lenitate patientem necare cuperet, quid aliud quam zeli ſtimulus provocavit? Quia Goliath interfecto, & ope ac dignatione divina tanto hoſte deleto, populus admirans in laudes David... proſilivit: Saul ſimultatis, atque inſectationis furias de livore concepit... Judæi nonne inde perierunt, dum Chriſto malunt invidere quam credere? Obtrectantes magnalibus quæ ille faciebat, zelo excæcante decepti ſunt, nec ad divina noſcenda cordis oculos aperire potuerunt. Quæ nunc conſiderantes, fratres cariſſimi, contra tantam mali perniciem vigilanter, & fortiter, dicata Deo pectora muniamus. Aliorum mors proficiat ad noſtram ſalutem; imprudentium pœna providentibus conferat ſanitatem.

Sap. 11. 24.

S. CHRYSOST. *Homil.* 41. *in c.* 12. *Matth.* Periculoſum malum invidia eſt: nec enim alienis ſolum, ſed domeſticis & illis ipſis qui invident peſtifera eſt... Tale certe malum invidia eſt qua nulla umquam malignitas pejor invenitur... Quemadmodum ſues lutoſa immunditia, & dæmones noſtris damnis lætantur, ſic invida calamitate proximorum exultant. Cumque aliquid triſte ac doloris efficiens proximo acciderit, tunc aliquantulum acquieſcit atque reſpirat invidus: alienas enim jacturas ſuos quæſtus exiſtimat, & aliorum felicitatem miſeriam ſuam arbitratur: nec magis conſiderat quid ipſe ſuave conſequatur, quam quid proximo calamitoſum inferatur... Invidia peſtiferum malum hominem in diaboli conditionem, ac in dæmonem immaniſſimum convertit. Invidia prima hominis cædes apparuit. Invidia fraterna caritas contempta eſt. Invidia ſanguine hominis terra primo maculata. Invidia denique factum eſt ut hiatu ſuo terra Dathan, Chore, Abyron univerſumque illum populum vivos abſorpſerit...

Homil. 15. *in cap.* 1. *Evang. Johannis.* Grave vitium invidia eſt, dilectiſſimi; grave, inquam, & exitioſum, non his quibus invidetur, ſed ipſis invidentibus. Primum enim eos offendit, conſumitque tanquam mortiferum quoddam virus eorum animos occupans. Si quo autem pacto eum cui invidetur lædit, parvum quidem, & nullius fere momenti detrimentum eſt, quodque plus emolumenti quam damni afferat.

Mat. 15. 19.

(E) JOB. v. 2. Parvulum occidit invidia.

SAPIENT. VI. 25. Neque cum invidia tabeſcente iter habeto: quoniam talis homo non eſt particeps ſapientiæ.

ROM. XIII. 13. Sicut in die honeſte ambulemus... non in contentione & æmulatione.

GALAT. V. 15. Quod ſi invicem mordetis, & comeditis: videte ne ab invicem conſumamini... 19. Manifeſta ſunt autem opera carnis: quæ ſunt... 20... inimicitiæ, contentiones, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, 21. Invidiæ... & his ſimilia: quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.. 26. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.

I. PETRI. II. 1. Deponentes igitur omnem malitiam & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias,.. 2. ſicut modo geniti infantes, rationabile, ſine dolo lac concupiſcite: ut in eo creſcatis in ſalutem.

S. CYPRIAN. *de Zelo & livore, pag.* 154. Late patet zeli multiplex, & fecunda pernicies. Radix eſt malorum omnium, fons cladium, ſeminarium delictorum, materia culparum. Inde odium ſurgit, animoſitas inde procedit. Avaritiam zelus inflammat, dum quis ſuo non poteſt eſſe contentus, videns alterum ditiorem; ambitionem zelus excitat, dum cernit quis alium in honoribus auctiorem: zelo excæcante ſenſus noſtros, atque in ditionem ſuam mentis arcana redigente, Dei timor ſpernitur, magiſterium Chriſti negligitur, judicii dies non prævidetur. Inflat ſuperbia, exacerbat ſævitia, perfidia prævaricatur, impatientia concutit, furit diſcordia, ira fervescit, nec ſe jam poteſt cohibere, vel regere, qui factus eſt poteſtatis alienæ. Hinc dominicæ pacis vinculum rumpitur, hinc caritas fraterna violatur, hinc adulteratur veritas, unitas ſcinditur, ad hæreſes & ad ſchiſmata proſilitur; dum obtrectatur Sacerdotibus, dum Epiſcopis invidetur... Hinc recalcitrat, hinc rebellat de zelo ſuperbus, de æmulatione perverſus; animoſitate, ac livore, non hominis manca inimicus.

S. GREG. NYSS. *de Vita Moſis, pag.* 211. Oportet omnes qui ſacramentalem Baptiſmatis aquam tranſeunt, univerſum vitiorum exercitum in aqua occidere, ut avaritiam, rapacem mentem, luxuriam, libidinem, ſuperbiam, elationem animi, invidiam...

Pag. 242. Invidia malorum princeps, mortis mater, prima peccati janua, vitiorum radix, doloris initium, calamitatis parens, inobedientiæ cauſa, ignominiæ principium. Invidia enim nos longe exterminavit a paradiſo, verſa in ſerpentem adverſus Evam: invidia repulit a ligno vitæ, ſacriſque impaſſibilitatis veſtibus detractis ficulneis ignominioſe foliis induit: invidia Cain adverſus fratrem armavit, mortem quæ ſeptuplum punita eſt, induait. Invidia Joſeph in ſervitutem detruſit, invidia dico, mortifer ſtimulus, mucro reconditus, naturæ morbus, bilis venenoſa, tabes ſponte adbibita, telum amarum, figens animam clavos, flamma cordis, inteſtinorum ignis, hanc qui habet, non ſuis malis, ſed alienis bonis infelix eſt, & contra non ſuo bono, ſed malis proximi felix eſt: invidus enim felicitate aliorum dolet, calamitatibus gaudet.

S. JOHAN. CHRYSOST. *ad popul. Antiochen. homil.* 44. *de Livore & invidia.* Omni venia caret iſtud peccatum. Nam fornicator quidem concupiſcentiam prætendere poteſt, fur paupertatem, homicida furorem, frigidas quidem & irrationabiles, habent tamen quas prætendant excuſationes. Tu vero quam dices cauſam, rogo? Nullam penitus, niſi tantum intenſam nequitiam. Si enim inimicos diligere jubemur, cum & diligentes oderimus, quam pœnam luemus? Nam ſi diligens diligentes nihilo gentibus melius affectus eſt, nihil injuriæ operatos inſeſtans, quam habebit veniam, quam excuſationem? Audi quid Paulus dicat: *Si tradidero corpus meum ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* Quod autem ubi livor & invidia, charitatis opera ſublata fiunt, cuique patet. Hoc vitium & fornicatione pejus eſt, & adulterio. Hoc enim in operato tantum ſiſtit: invidiæ vero vis totam ſubvertit Eccleſiam, & toti nocet terrarum orbi. Hæc homicidii mater eſt: ita fratrem Cain occidit, ita Jacob Eſau, ita Joſeph fratres, ita cunctos homines diabolus. Sed tu nunc non occidis, ſed multa cæde facis graviora, fratrem optans confundi, laqueos undique tendens, ſumptos pro virtute diſſolvens labores, dolens quod mundi placent Domino. Non illum itaque, ſed ab eo cultum impugnas. Illum afficis contumelia, tuum illius præponens honori, & quo eſt omnium graviſſimum, indifferens peccatum eſſe videtur, cum omnium ſit atrociſſimum.. Grave quid invidia, grave & ſimulatione plenum: hoc mundum innumeris replevit malis. Ex hoc morbo litibus plena ſunt tribuna-

1. Cor. 13. 3.

PARS II. SECT. I. CAP. II. §. 5.

re levi, & motus invidiæ non ſit vehemens, nec perfecte deliberatus.

I. Quænam ſunt invidiæ remedia?

R. Animum habere liberum a concupiſcentia carnis, a concupiſcentia oculorum, & a ſuperbia vitæ. Qui enim nec ſuperbus eſt nec magni facit

res

lia, ex hoc livores, & pecuniarum amor, ambitio & inanis gloria. Hinc urbes obſidentur, & mare piratas habet, hinc per orbem cædes, hinc genus noſtrum diſſipatum eſt. Quodcunque malum videris, ex hac radice producitur: jam enim & in Eccleſias debacchata eſt, & prius innumera patravit mala.

Homil. 45. *ad popul. Antioch. de Livore & invidia.* (Saul) invidia contenebratam habens mentis rationem, benefactorem (Davidem) tamquam hoſtem reſpiciebat. Talis enim eſt hujus vitii malitia, ut prius ſe parientem offendat: & ſicut vermis de ligno naſcens, ipſum prius abſumit; ſic & invidia illam prius quæ ſe peperit animam corrumpit. Quod ſcientes, hujus quæſo vitii peſtem fugiamus, & totius viribus ex noſtris relegemus animis. Omnium enim vitiorum hoc eſt pernicioſiſſimum & ipſam ſalutem noſtram ſuper omnia vaſtat. Imbrobi namque diaboli eſt inventum:
Sap. 11. 24. & propterea Sapiens quidam dicebat: *Invidia vero diaboli introivit mors in orbem terrarum*... Multi tabeſcunt & pereunt, cum alios ſe præclare gerentes, cum omnem Eccleſiam vel verbo, vel quopiam alio modo adjuvari viderint, quo quid pejus eſſe poſſit? Nec enim jam fratris, ſed & Dei talis repugnat voluntati... Nihil enim hujusmodi ſceleſtius anima, pejus nihil; hoc enim, hoc Eccleſias ſubvertit, hoc hæreſes peperit, fraternam manum armavit, & fecit ut dextra piu tingeretur cruore, & naturæ leges abſtulit, & morti fores aperuit.. Fugiamus itaque peſtem. Non enim licet illum ignem evadere diabolo paratum, ab hoc malo non liberatos. Liberabimur autem, ſi cogitemus quomodo Chriſtus & nos dilexit, & alterutrum amare præcepit.

Comment. in Epiſt. Poſterioris ad Corinth. cap. 12. *homil.* 27. Inſania enim manifeſta eſt, alienis bonis cruciari. Hoc enim rabidorum canum, & inſanientium hominum eſt. Nam, ſicut illi, in omnium inſiliunt facies invidia exacerbati. Melius eſſet habere ſerpentem in viſceribus ſeſe volutantem, quam livorem intus depaſcentem: nam illum ſæpe pharmacorum uſu evomi contingit, & alimento mitigari. Livor autem non volvitur in viſceribus, ſed in animæ ſinu verſatur, affectioque eſt difficile curabilis... Hic enim morbus & Eccleſiam invaſit & hoc eſt quod omnia ſurſum ac deorſum convertit, corporisque compagem diſcidit; & ſtamus alter contra alterum invidia nos armante. Idcirco valde diſtorta eſt rerum facies. Si enim omnibus ædificantibus vix ſtabunt qui docentur, quando omnes deſtruemus, quis tandem erit finis? Quid facis homo? Non cenſes ferendum quod ea quæ proximi ſunt deſtruantur? Nonne tua prius quam quæ illius ſunt infirma facis? Non vides extructores domuum, agricolas, quomodo omnes quidem currunt, & ille quidem effodit, alios vero plantavit, alius autem radicem purgavit, alius item rigavit quod plantatum, alius ſepſit ac munivit, alius jumenta abegit, & omnes ad unum reſpiciunt, plantæ ſcilicet conſervationem. Hic autem non ſic, ſed planto quidem ego, turbat vero alius ac diſſipat. Sine ſaltem bene firmari, ut robuſtior fiat, & inſidias ferre valeat: non meum opus pedis, ſed tuum deſtruis: ego plantavi, te autem oportebat rigare. Si igitur turbaris, & radicem evulſeris, non habebis quod tu riges. Sed vides clareſcere plantantem, ne timeas. Neque ego quid ſum, neque tu: neque enim plantans, neque rigans eſt aliquid. Unius eſt opus Dei, atque ita cum illo pugnat, qui plantata revellit.

S. GREG. MAGN. *Paſtoralis curæ part.* 3. *admonit.* 11... Admonendi ſunt invidi, ut perpendant quantæ cæcitatis ſunt, qui alieno profectu deficiunt, aliena exaltatione contabeſcunt. Quantæ infelicitatis ſunt, qui melioratione proximi deteriores fiunt, dumque augmenta alienæ proſperitatis aſpiciunt apud ſemetipſos anxie afflicti, cordis ſui peſte moriuntur... Penſent invidi, caritas quantæ virtutis eſt, quæ alieni quoque laboris opera, noſtra facit ſine labore. Dicendum itaque eſt invidis, quia dum ſe a livore minime cuſtodiunt, in antiquam verſuti hoſtis nequitiam demerguntur... Admonendi ſunt invidi, ut cognoſcant quantis lapſibus ſuccreſcentis ruinæ ſubjaceant: quia dum livorem a corde non projiciunt, ad opertas operum nequitias devolvuntur. Niſi enim Cain invidiſſet fratris acceptam hoſtiam, minime perveniſſet ad extinguendam vitam... Livor itaque ſacrificii, fratricidii ſeminarium fuit. Nam quem meliorem ſe eſſe doluit, ne utcumque eſſet amputavit. Dicendum eſt invidis quia dum ſe iſta intrinſecus peſte conſumunt, etiam quidquid in ſe aliud boni habere videntur interimunt.

CASSIANUS *Collat. decima octava cap.* 17. Sciendum ſane eſt, invidiæ morbum difficilius ad medelam quam cetera vitia pervenire. Nam eum quem ſemel veneni ſui peſte corruperit, pene dixerim carere remedio...
Recte igitur a Propheta mortiferis baſiliſci venenis mor- Jer. 8. 17.
ſus invidiæ comparatur, qua primus ille venenorum omnium auctor & princeps & periit & peremit. Nam ante ſuus quam ejus cui inviderat interemptus, priusquam in hominem mortis virus effunderet, ipſe ſe perdidit. *Invidia* enim *diaboli mors introivit in orbem ter-* Sap. 11. 24.
rarum, imitantur autem illum qui ſunt ex parte illius. 25.
Sicut enim ille qui primus ejusdem mali peſte corruptus eſt, nec medelam pœnitentiæ, nec fomentum alicujus curationis admiſit, ita & hi qui iisdem ſe percutiendos morſibus tradiderunt:.. quia cum... aliorum proſperitate cruciantur, erubeſcentes ipſam prodere veritatem, extrinſecus ſibi quasdam ſuperfluas & ineptas cauſas offenſionis inquirunt... Quarum quia omnimodis falſæ ſunt, vana curatio eſt... Nam uſque adeo incurabilis eſt ita pernicies, ut blandimentis exaſperetur, inflatur obſequiis, muneribus irritetur. Quia, ut idem Salomon ait, nihil ſuſtinet zelus. Quanto enim amplius alius aut humilitatis ſubjectione, aut patientiæ virtute, munificentiæ laude aut mortificerit, tanto ille majoribus invidiæ ſtimulis incitatur, qui non niſi ruinam aut mortem ejus cui invidet concupiſcit... Cunctis ergo vitiis pernicioſiorem atque ad purgandum difficiliorem eſſe conſtat invidiam, quæ ipſis remediis, quibus reliqua extinguuntur, accenditur.

Quanta mala invehat ſecum invidia diſce ex

GENES. IV. 1. *Vide ſupra part.* 1. *ſect.* 1. *cap.* 4. §. 2. *lit.* (F)

XXVII. 41. Oderat ergo ſemper Eſau Jacob pro benedictione qua benedixerat ei pater: dixitque in corde ſuo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum.

XXXVII. 3. Iſrael autem diligebat Joſeph ſuper omnes filios ſuos, eo quod in ſenectute genuiſſet eum: fecitque ei tunicam polymitam. 4. Videntes autem fratres ejus quod a patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum nec poterant ei quidquam pacifice loqui... 17... Perrexit ergo Joſeph poſt fratres ſuos... 18. Qui cum vidiſſent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitaverunt illum occidere: 19. Et mutuo loquebantur: Ecce ſomniator venit: 20. Venite occidamus eum & mittamus in ciſternam veterem: dicemusque, fera peſſima devoravit eum... 23. Confeſtim igitur ut pervenit ad fratres ſuos, nudaverunt eum tunica talari, & polymita: miſeruntque eum in ciſternam veterem, quæ non habebat aquam.. 28. Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum dè ciſterna, vendiderunt eum Iſmaelitis, viginti argenteis: qui duxerunt eum in Ægyptum.

1. REG. XVIII. 6. Porro cum reverteretur percuſſo Philiſtæo David... 7. Præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes: Percuſſit Saul mille, & David decem millia. 8. Iratus eſt autem Saul nimis & diſplicuit in oculis ejus ſermo iſte; dixitque: Dederunt David decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei ſupereſt niſi ſolum regnum? 9. Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat David a die illa & deinceps. 10. Poſt diem autem alteram... tenebat Saul lanceam, 11. Et miſit eam, putans quod configere poſſet David.

DANIEL VI. 4. Porro rex (Darius) cogitabat conſtituere eum (Danielem) ſuper omne regnum: unde principes & ſatrapæ quærebant occaſionem ut invenirent Danieli ex latere regis: nullamque cauſam & ſuſpicionem reperire potuerunt, eo quod fidelis eſſet, & omnis culpa & ſuſpicio non inveniretur in eo. 5. Dixerunt ergo viri illi: Non inveniemus Danieli huic aliquam occaſionem, niſi forte in lege Dei ſui. 6. Tunc principes & ſatrapæ ſurripuerunt regi, & ſic locuti ſunt ei: Dari rex in æternum vive: 7. Conſilium inierunt omnes

nes

Digitized by Google

res caducas, honores, dignitatem, celebritatem nominis, voluptates, divitias, & cetera id genus, is
F horum omnium poſſeſſionem invidet nemini. (F)

§. 6. De Ira.

I. Quid eſt peccatum iræ?

R. Eſt immoderatus animi motus, quo quis cum impetu repellit ea quæ ſibi diſplicent.

Immoderatus, inquam: eſt enim & moderatus ratione motus animi, quo quis cum impetu ratione temperato repellit ea quæ ſibi merito diſplicent: eſt ita laudabilis. *Iraſcimini & nolite peccare*, inquit Propheta Regius. *Sciendum eſt*, verba ſunt ſancti Gregorii Magni, *quod alia eſt ira quam impatientia excitat, alia quam zelus juſtitiæ format. Illa ex vitio, hæc ex virtute generatur.* Pars II. Sect. I. Cap II. §. 6. Moral.l.31. c.17.

I. Quandonam juſta & rationabilis ira eſt?

R. Cum excitatur ob cauſam juſtam & rationi conſentaneam: verbi gratia, ad repellendum malum, vel faciendum bonum aliquod: nec immoderatius ferveſcit. Hac ira accenſus Phinees placavit Dominum. Hanc & Chriſtus ipſe in ſe concita-

nes principes regni toi, magiſtratus & ſatrapæ, ſenatores & judices, ut decretum imperatorium exeat, & edictum: ut omnis qui petierit aliquam petitionem a quocumque Deo & homine, uſque ad triginta dies, niſi a te, rex, mittatur in lacum leonum. 8. Nunc itaque rex confirma ſententiam, & ſcribe decretum: ut non immutetur quod ſtatutum eſt a Medis & Perſis, nec prævaricari cuiquam liceat. 9. Porro rex Darius propoſuit edictum, & ſtatuit. 10. Quod cum Daniel comperiſſet, id eſt conſtitutam legem, ingreſſus eſt domum ſuam, & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Jeruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturque coram Deo ſuo, ſicut & ante facere conſueverat. 11. Viri ergo illi curioſius inquirentes invenerunt Danielem orantem & obſecrantem Deum ſuum. 12. Et accedentes locuti ſunt regi ſuper edicto: Rex numquid non conſtituiſti ut omnis homo, qui rogaret quemquam de diis & hominibus, uſque ad dies triginta, niſi te, rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos reſpondens rex ait: Verus eſt ſermo juxta decretum Medorom atque Perſarom quod prævaricari non licet. 13. Tunc reſpondentes dixerunt coram rege: Daniel de filiis captivitatis Juda non curavit de lege tua & de edicto quod conſtituiſti: ſed tribus temporibus per diem orat obſecratione ſua. 14. Quod verbum cum audiſſet rex ſatis contriſtatus eſt, & pro Daniele poſuit cor ut liberaret eum, & uſque ad occaſum Solis laborabat ut erueret illum. 15. Viri autem illi intelligentes regem dixerunt ei: Scito, rex, qoia lex Medorum atque Perſarum eſt, ut omne decretum quod conſtituerit rex non liceat immutari. 16. Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielem & miſerunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Danieli: Deus tuus quem colis ſemper ipſe liberabit te. 17. Allatusque eſt lapis unus, poſitus eſt & ſuper os laci: quem obſignavit rex annulo ſuo & annulo optimatum ſuorum, ne quid fieret contra Danielem. 18. Et abiit Rex in domom ſuam, & dormivit incœnatus, cibique non ſunt allati coram eo, inſuper & ſomnus receſſit ab eo. 19. Tunc Rex primo diluculo conſurgens, feſtinus ad lacum leonum perrexit. 20. Appropinquanſque lacui Danielem voce lacrymabili inclamavit, & affatus eſt eum: Daniel ſerve Dei viventis, Deus tuos, cui tu ſervis ſemper, putasne valuit te liberare a leonibus? 21. Et Daniel regi reſpondens, ait: Rex in æternum vive. 22. Deus meus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo juſtitia inventa eſt in me: ſed & coram te, Rex, delictum non feci. 23. Tunc vehementer Rex gaviſus eſt ſuper eo, & Danielem præcepit educi de lacu: eductusque eſt Daniel de lacu, & nulla læſio inventa eſt in eo, quia credidit Deo ſuo. 24. Jubente autem Rege adducti ſunt viri illi, qui accuſaverant Danielem: & in lacum leonum miſſi ſunt, ipſi, & filii, & uxores eorum: & non pervenerunt uſque ad pavimentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia oſſa eorum comminuerunt.

Matth. xxvii. *verſ.* 18. Sciebat enim (*Pilatus*) quod per invidiam tradidiſſent eum (*Jeſum Sacerdotes Judæorum.*)

(F) S. Cyprianus *de Zelo & Livore, pag.* 157. Sit ante oculos divina lectio, in manibus bona operatio, in ſenſibus Dominica cogitatio. Oratio jugis omnino non ceſſet, ſalutaris operatio perſeveret; ſpiritualibus ſemper actibus occupemur, ut quotieſcumque inimicus acceſſerit.... clauſum adverſus ſe pectus inveniat & armatum... Qui fueras zelo & livore poſſeſſus, omnem illam malitiam, qua prius tenebaris, abjice, ad viam vitæ æternæ veſtigiis ſalutaribus reformate. Evelle de pectore tuo ſpinas & tribulos, ut te dominicum ſemen fertili fruge locupletet... venena fellis evome, diſcordiarum virus exclude; purgetur mens, quam ſerpentinus livor infecerat; amaritudo omnis quæ intus inſederat, Chriſti dulcedine leniatur... Ama eos quos ante oderas, dilige illos quibus injuſtis obtrectationibus invidebas. Bonos imitare, ſi ſectari potes: ſi autem eos ſectari non potes, collætare certe, & gratulare melioribus: fac te illis adunata dilectione participem, fac te conſortio caritatis & fraternitatis vinculo cohæredem. Dimittentur tibi debita, quando ipſe dimiſeris: accipientur ſacrificia tua, cum pacificus ad Deum veneris... Paradiſum cogita, quo Cain non redit, qui zelo fratrem peremit. Cogita cæleſte regnum, ad quod nonniſi concordes atque unanimes Dominus admittit. Cogita quod filii Dei hi ſoli poſſint vocari, qui ſint pacifici... Cogita ſub oculis Dei nos ſtare, ſpectante ac judicante ipſo, converſationis ac vitæ noſtræ curricula decurrere.

D. Basil. *Homil.* 11. *de invid* Quid ergo faciendum, ut hanc animi peſtem ab initio minime quidem patiamur, aut ea fortaſſe affecti facile liberemur? Primum quidem ſi nihil rerum humanarum magnum aut ſupra naturam exiſtimemus: non potentiam, non gloriam, non opes, non corporis habitudinem proſperam: non enim in rebus fluxis bonum conſtituimus, ſed ad ſempiternorum & verorum bonorum participationem vocati ſumus. Itaque nec dives æmulandus eſt propter divitias, nec potens ob dignitatis ac magiſtratus culmen, nec fortis ob corporis robur, nec eloquens ob dicendi facultatem. Inſtrumenta ſunt hæc virtutis recte utentibus, nihil per ſe veræ felicitatis habentia... Omnino autem qui res humanas rationi ſubjecerit, & ad veram pulchritudinem laudemque ſe converterit, multum abſuerit ab eo, ut in rebus terrenis & fluxis quemquam putet eſſe felicem & æmulandum. Qui vero ita fuerit animatus, ut nihil uſquam humanum admiretur, huic procul dubio dominari invidia nullo modo poterit.

D. Johann. Chrysost. *Homil.* 44. *ad popul Antioch.* Lugemus itaque:.. gravis enim & hic valde morbus eſt: nec aberravit quis hanc diaboli filiam appellans, & poſt hæc inanis gloriæ fructum, quin autem & radicem. Hæc enim utraque mala in alterutrum ſeſe producere ſolent. Sic certe tunc quoque Saul invidebat, quando dicebant, *percuſſit Saul mille, & David decem millia*: quo quid poſſit eſſe irrationabilius? Quid enim, quæſo, invides? Quod ille laudavit? Atqui gaudere decebat: alioquin neque noſti, vera ne ſit laus. Aut propterea doles, quod cum non eſſet admirabilis, laudatus eſt? At potius oportebat miſereri. Quamobrem ſi bonus quidem ſit, laudato non opus eſt invidere, ſed potius eum laudare cum benedicentibus. Si vero talis non ſit, utilitas nulla, ſed & damnum. Quid igitur in te ipſum enſem agis, quod hominibus mirabilis eſſe videtur, qui hodie quidem ſunt, cras autem non erunt? Sed quod gloria fruitur? Quali, dic mihi? De quane Propheta dicit, quæ flos eſt fœni? Propterea igitur invides, quoniam onera bajulat, & fœni tales circumfert ſarcinas? Si vero tibi talis dignus invidia videtur honor, & lignicidæ per ſingulos dies onera ferentes, & urbem ingredientes. Nihilo enim melius hoc eſt onus, ſed gravius: illud enim corpus tantum premit, hoc autem & animam plerumque læſit, & voluptate majorem intulit anxietatem. Nam etſi & decens comprobatur, majorem habet lætitia timorem: quin potius hanc quidem brevem, illum vero continuum: & ſi præpolleat apud principes, & illic invidia rurſus & periculum. Quod enim tu pateris apud eum, hoc & alii plures... Hoc igitur, quæſo, bonum? Hoc gloria? Nequaquam, ſed ignobilitas, ſervitus & vincula, & quicquid grave quis dixerit. Si vero ſic quoque tibi diligitur ex hominibus

1. Reg. 18. 7.

Iſai. 50. 6.

A citavit, dum ejecit e templo vendentes & ementes. Hæc autem ira dicitur zelus. (A)

I. Quandonam ira peccatum eſt?

R. Quando excitatur in homine ex pravis affectibus, & cupiditatibus.

I. Quænam cupiditates ſolent iram excitare?

R. Concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Ex hoc triplici fonte, ut diximus, manat omne peccatorum genus; atque adeo ira. Si quidem ſic homo affectus eſt, ut paratus ſit cum impetu repellere quidquid ſuis cupiditatibus adverſatur.

I. Eſtne ſemper ira laudabilis, quando movetur ob cauſam juſtam?

R. Poteſt & tunc eſſe peccatum; puta, ſi nimio impetu effervescat, vel ſi abſque neceſſitate, vel præ ſuperbia moveatur: nam & in rebus juſtis poteſt iram ſoperbia concitare. Superbi enim nullam poſſunt ferre contradictionem: hinc citius ira moventur. (B) B

I. Quandonam neceſſe eſt ira moveri?

R. Tunc ſolum quando ſperare licet hac via malum eſſe depellendum, vel bonum faciendum. Nec putes fictitiam eſſe hujuſmodi neceſſitatem: eſt enim nonnullorum hominum ea indoles, ut numquam vel a malo avocandi ſint, vel ad bonum efficaciter excitandi, niſi adverſus eos incitatione vehementi & ira ſalutari movearis. Hic ſalutaris impetus quandoque & ad expergiſcendum peccatorem, & ad addendos juſtis animos, efficacior eſt. Sed hic multa opus eſt prudentia: niſi enim zelus prudentia temperetur, nocet multum, nedum proſit. (C) C

I. Quænam ſunt iræ filiæ?

R. Contentiones, rixæ, inimicitiæ, lites,
contu-

hus gloria, & ille multorum excipiens plauſum te conturbat vehementer: cum plauſibus fruentem videris, ad futurum mente ſæculum & illam gloriam tranſi. Et ſicut ingruentem fugiens feram, & domum ingrediens, fores claudis: ſic & nunc ad futuram confuge vitam, & illam ineffabilem gloriam: ita enim & hanc conculcabis, & illam faciliter apprehendes.

S. AUG. *Epiſt.* 140. *ad Honoratum*, *alias* 120. *num.* 54. *c.* 22. Caritas... ideo non æmulatur, quia non inflatur. Ubi enim præcedit inflatio, continuo ſequitur æmulatio; quoniam ſuperbia mater eſt invidentiæ.

(A) JOH. II. 13... Aſcendit Jeſus Jeroſolymam: & invenit in templo vendentes boves & oves & columbas & nummularios ſedentes. 15. Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque, & boves, & nummulariorum effudit æs, & menſas ſubvertit. 16. Et his qui columbas vendebant, dixit: Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis. 17. Recordati ſunt vero diſcipuli ejus, quia ſcriptum eſt: Zelus domus tuæ comedit me.

Pſ. 4. 5. S. BASILIUS *Homil.* 10. *de Ira*. Iraſcimini & nolite peccare: ipſe namque Dominus in Evangelio illum qui temere fratri iratus fuerit, reum judicii facit. Illum vero qui tamquam pharmaco ad ea quæ oportet ira utitur, minime condemnat... Hoſtes ſitis Madianitis. Docentis verba ſunt ut ira velut armis utamur. Ideo Moſes omnium hominum manſuetiſſimus, vituli idololatriam damnans, Levitarum manus in cædem fra-
Exod. 32. 27. trum armavit. Unuſquiſque, inquit, veſtrum gladium ad latus teneat & tranſite a porta in portam & flectite per circuitum caſtrorum, & ſuum quiſque fratrem interimat & quilibet proximum ſuum... Quid Phinees juſtum reddidit? Nonne juſta contra fornicantes ira? Qui alioqui manſuetus exiſtens ac mitis, poſtquam ſtuprum Zambri & ſcorti Madianitidis palam in populo vidit, adeoque impudenter admiſſum, ut nec tam turpe ſpectaculum occultari vellent, minime tam indignum ſpectaculum paſſus, ira ut oportebat uſus, utrumque lancea transverberavit. Samuel autem Agag Regem Amalech a Saule contra mandatum Domini ſervatum, nonne juſta ira in medium trahens occidit? Sic itaque fit ira ſæpenumero bonarum actionum miniſtra. Elias vero zelotes quinquaginta ſupra quadringentos turpitudinis Sacerdotes, & quadringentos viros ſacrorum nemorum comedentes de menſa Jezabel juſta ſapientique indignatione in totius Iſrael utilitatem, ut morte multarentur, effecit.

S. GREGOR. MAGN. *Moral. in Job.*, *Lib.* 5. *cap.* 30. Alia eſt ira quam impatientia excitat, alia quam zelus juſtitiæ format. Illa ex vitio, hæc ex virtute generatur. Si enim nulla ira ea virtute ſurgeret, divinæ animadverſionis impetum Phinees per gladium non placaſſet. Hanc iram quia Heli non habuit, motum contra ſe implacabiliter ſupernæ ultionis excitavit. Nam quo contra ſubditorum vitia tepuit, eo contra illum diſtrictio æterni rectoris exarſit. De hac ira per Pſalmiſtam dicitur: *Iraſci-*
Pſ. 4. 5. *mini & nolite peccare*. Quod nimirum non recte intelligunt, qui iraſci nos nobis tantummodo, non etiam proximis delinquentibus volunt. Si enim ſic proximos ut nos amare præcipimur, reſtat, ut ſic eorum erratibus, ſicut noſtris vitiis iraſcamur. De hac per Salomonem dicitur: *Melior eſt ira riſu, quia per tri-*
Eccle. 7. 4. *ſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis.*

(B) GREG. MAGN. *Moral. in Job Lib.* 5. *cap.* 30. Sed cum per zelum animus movetur, curandum ſummopere eſt, ne hæc eadem quæ inſtrumento virtutis aſſumitur, menti ira dominetur, nec quaſi domina præeat, ſed velut ancilla ad obſequium parata, a rationis tergo numquam recedat. Tunc enim robuſtius contra vitia erigitur, cum ſubdita rationi famulatur. Nam quantumlibet ira ex zelo rectitudinis ſurgat, ſi immoderata mentem vicerit, rationi protinus ſervire contemnit, & tanto ſe impudentius dilatat, quanto impatientiæ vitium virtutem putat. Unde neceſſe eſt ut hoc ante omnia, qui zelo rectitudinis movetur, attendat, ne ira extra mentis dominium tranſeat, ſed in ultione peccati tempus modumque conſiderans ſurgentem animi perturbationem ſubtilius retractando reſtringat, animoſitatem reprimat, & motus fervidos ſub æquitate diſponat, ut eo fiat juſtior ultor alienus, quo prius exitit victor ſuus: quatenus ſic culpas delinquentium corrigat, ut ante ipſe qui corrigit, per patientiam creſcat, & fervorem ſuum tranſcendendo dijudicet, ne intemperanter excitatus, ipſo zelo rectitudinis longe a rectitudine aberret.

Paſtor. curæ Part. 3. *admonit.* 17... Iracundi cum regiminum loca percipiunt, quo impellente ira in mentis veſaniam devolvuntur, eo etiam ſubditorum vitam diſſipata quietis tranquillitate confundunt. Quos enim furor agit in præceps, ignorant quidquid irati faciunt, ignorant quidquid a ſemetipſis patiuntur irati. Nonnumquam vero, quod eſt gravius, iræ ſuæ ſtimulum juſtitiæ zelum putant: & cum vitium virtus creditur, ſine metu culpa cumulatur.... Igitur.... ſæpe iracundi rectitudinis falluntur zelo.. hiſque ſuum vitium quaſi virtus fervens videtur.

(C) *Hujus zeli exempla quædam ex Scriptura accipe.*

EXOD. XXXII. 19. Cumque appropinquaſſet ad caſtra, vidit vitulum, & choros: iratuſque valde, projecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis: 20. Arripienſque vitulum quem fecerant, combuſſit, & contrivit uſque ad pulverem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Iſrael ... 26. Et ſtans in porta caſtrorum, ait: Si quis eſt Domini, jungatur mihi. Congregatique ſunt ad eum omnes filii Levi: 27. quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ponat vir gladium ſuper femur, ite, & redite de porta uſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat unuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum. 28. Feceruntque filii Levi juxta ſermonem Moyſi, cecideruntque in die illa quaſi viginti tria millia hominum.

NUMER. XXV. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. & 15. *Vide ſupra Parte* 1. *Sect.* 1. §. 14. *lit.* (I)

JUDIC. XIX. 25... Eduxit ad eos concubinam ſuam, & eis tradidit illudendam: qua cum tota nocte abuſi eſſent, dimiſerunt eam mane. 26. At mulier, recedentibus tenebris, venit ad oſtium domus, ubi manebat dominus ſuus, & ibi corruit. 27. Mane facto, ſurrexit homo, & aperuit oſtium, ut cœptam expleret viam: & ecce concubina ejus jacebat ante oſtium, ſparſis in limine manibus. 28. Cui ille, putans eam quieſcere, loquebatur: Surge, & ambulemus. Qua nihil reſpondente, intelligens quod eſſet mortua, tulit eam, & impoſuit aſino, reverſuſque eſt in domum ſuam. 29. Quam cum eſſet ingreſſus, arripuit gladium, & cadaver uxoris cum oſſibus ſuis in duodecim partes, ac fruſta concidens, miſit in omnes terminos Iſrael. 30. Quod cum vidiſſent ſinguli, conclamabant: Numquam res talis facta eſt in Iſrael, ex eo die quo aſcenderunt patres noſtri de Ægypto uſque in præſens tempus, ferte ſententiam, & in commune decernite quid opus eſt.

XX. 3. *Vi-*

contumeliæ, clamores, ultiones, cædes. His adde
D tumorem mentis, indignationem, blaſphemiam. (D)

I. Quale peccatum eſt ira?

R. Poteſt eſſe vel mortale vel veniale. Mortale eſt ſi ſit vehementior, ſi ſit inveterata, ſi adjunctum habeat odium proximi, vel deliberatum ultionis appetitum, ſi grave ſcandalum afferat. Uno verbo ſi extinguat in corde caritatem. (E)

Veniale peccatum eſt ſi levis, ſi non diuturna, ſi non extinguat in corde caritatem. E

I. Quæ

XX. 3. *Vide ſupra §. 3. hujuſce capitis lit.* (H)

1. REG. XV. 9. Et pepercit Saul, & populus, Agag, & optimis gregibus ovium & armentorum, & veſtibus, & arietibus, & univerſis quæ pulchra erant, nec voluerunt diſperdere ea: quidquid vero vile fuit & reprobum, hoc demoliti ſunt. 10. Factum eſt autem verbum Domini ad Samuel, dicens: 11. Pœnitet me, quod conſtituerim Saul Regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non implevit... 12... Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocauſtum Domino, de initiis prædarum, quæ attulerat ex Amalech... 16. Ait autem Samuel ad Saul:... 18. Miſit te Dominus in viam, & ait: Vade, & interfice peccatores Amalech, & pugnabis contra eos uſque ad internecionem eorum... 19. Quare ergo non audiſti vocem Domini: ſed verſus ad prædam es, & feciſti malum in oculis Domini? 23. Pro eo ergo quod abjeciſti ſermonem Domini, abjecit te Dominus ne ſis Rex ... 29. Porro Triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur... 32. Dixitque Samuel: Adducite ad me Agag Regem Amalech. Et oblatus eſt ei Agag pinguiſſimus, & tremens, & dixit Agag: Siccine ſeparat amara mors? 33. Et ait Samuel: Sicut fecit abſque liberis mulieres gladius tuus, ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in fruſta concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis.

3. REG. XVIII. 40. Dixitque Elias ad eos: Apprehendite Prophetas Baal, & ne unus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendiſſent, duxit eos Elias ad torrentem Ciſon, & interfecit eos ibi.

XIX. 10. At ille (Elias) reſpondit, (Domine) zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Iſrael: altaria tua deſtruxerunt, Prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus ſum ego ſolus & quærunt animam meam, ut auferant eam. 11. Et ait ei: (Dominus) Egredere, & ſta in monte coram Domino: & ecce Dominus tranſit, & ſpiritus grandis & fortis ſubvertens montes, & conterens petras ante Dominum: non in Spiritu Dominus, & poſt ſpiritum commotio: non in commotione Dominus, 12. & poſt commotionem ignis: non in igne Dominus, & poſt ignem ſibilus auræ tenuis...

1. MACHAB. II. 23... Acceſſit quidam Judæus in omnium oculis ſacrificare idolis ſuper aram in civitate Modin, ſecundum juſſum Regis. 24. Et vidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes ejus, & accenſus eſt furor ejus, ſecundum judicium legis, & inſiliens trucidavit eum ſuper aram: 25. Sed & virum, quem Rex Antiochus miſerat, qui cogebat immolare, occidit in ipſo tempore, & aram deſtruxit. 26. Et zelatus eſt legem, ſicut fecit Phinees... 27. Et exclamavit Mathathias voce magna in civitate, dicens: Omnis, qui zelum habet legis ſtatuens teſtamentum, exeat poſt me.

MATTH. XXI. 12. Et intravit Jeſus in templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & menſas nummulariorum & cathedras vendentium columbas evertit: 13. Et dicit eis: Scriptum eſt: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

JOHAN. II. 13. *Vide ſupra lit.* (A) *hocce* §.

(D) S. BASIL. *Hom.* 10. *de Ira* (iratos) Scriptura & canes mutos, & ſerpentes, & genimina viperarum nominat .... Effrenes linguæ, ora incuſtodita, incontinentes manus, contumeliæ, probra, accuſationes, verbera, & alia ejuſmodi ... iræ ſunt, ac furoris fructus. Ob iram enſis acuitur, mors homini ex homine venit. Fratres inter ſe ignorantur, parentes ac liberi naturæ obliviſcuntur... Seipſos haud agnoſcunt irati .... Ne Fratres dilectiſſimi, malum malo curate, neu contendite invicem calamitate mutua vincere. In rixa enim is inferior eſt, qui victor eſt, ac peccatis longe gravior diſcedit. Noli ergo malam referre gratiam, neque mali mutui reſtitutor eſſe. Contumeliam intulit iratus: vince, amoveque ſilentio malum.. Rubicundus ille eſt ob iram, tu minime ruborem præfer. Illi ſanguinei oculi? Tui quiete ac cum gravitate aſpiciant. Vox illi aſpera? Tui mitis ... Si inter litigantes forte convicia dicuntur, primus obſcurum hominem, & ex obſcuro venientem loco probroſe vocat: alter vernam ex vernis regerit. Hic pauperem, alter mendicum; hic indoctum, alter ſtupidum appellat. Denique ſic durant donec convicia ſicut ſagittæ deficiunt. Deinde omni contumelia per linguam conſumpta, ad manus venitur & pugnam... Quando enim verborum contumelia tentaris, illud exiſtima, periculum de te fieri, an Deo per patientiam adhæreas, ſeu per iram in adverſarii partes inclines. Da tempus cogitationibus, ad optimam eligendi partem opportunum. Nam a duobus alterum proculdubio conſequeris, aut inimicum tuæ manſuetudinis exemplo mitiorem reddes; vel certe, ſi deſpexeris, acrius illum vindicabis. Quid enim adverſario durius eſſe poteſt, quam te animum gerere contumeliis omnibus altiorem? Noli tuam peſſundare mentem: nec ab eo qui te conviciis & omni injuria petit, comprehendi patiare... Ira namque certamen excitat, certamen vero convicium, convicium verbera, verbera demum vulnera, ex quibus & mortes ſequuntur.... Eſt indignatio ſtimulus quidam brevis, ac ſubitus, acutuſque paſſionis vapor. Ira vero permanens ac diuturna triſtitia, atque ſeſe otioſe ulciſci, veluti libido quædam ſeſe ulciſcendi ... Itaque, fratres amantiſſimi, ne obſecro tantum nobis malum inducamus, animæ morbum, rationis tenebras, a Deo alienationem, oblivionem familiaritatis, principium bellorum, plenitudinem calamitatum, dæmonem peſſimum noſtris animis innatum, incolam quemdam impudentem, noſtra interiora poſſidentem, denique ſancti Spiritus iter ad nos impedientem. Ubi inimicitiæ ſunt, contentiones, indignationes, ſectæ noſtris animabus perpetuos generantes tumultus, ibi ſpiritus manſuetudinis haud requieſcit.

S. GREGOR. MAGN. *Lib. 5. Moral. in Job c.* 30. Per iram gratia vitæ ſocialis amittitur, ſicut ſcriptum eſt, *Prov.* 22. 24. & 25. Noli eſſe aſſiduus cum homine iracundo, ne diſcas ſemitas ejus, & ſumas ſcandalum animæ tuæ. Et idem: Quis poterit habitare cum homine, cujus ſpiritus facilis eſt ad iraſcendum? *Prov.* 18. 14. Quia qui ſe ex humana ratione non temperat, neceſſe eſt, ut beſtialiter ſolus vivat. Per iram concordia rumpitur, ſicut ſcriptum eſt: *Prov.* 29. 22. Vir animoſus parit rixas, & vir iracundus effodit peccata. Iracundus quippe peccata effundit, quia etiam malos, quos incaute ad diſcordiam provocat, pejores facit... Fit plerumque, ut uſque ad manus ira proſiliat, & quo ratio longius recedit, audacior aſſurgat, ſeque ipſum animus retinere non valet: quia factus eſt poteſtatis alienæ.... Aliquando autem manus non exerit, ſed in maledictionis jaculum linguam vertit .... Aliquando ira perturbato animo quaſi ex judicio ſilentium indicit, & quo ſe foras per linguam non exprimit, intus deterius igneſcit, ut iratus quiſque collocutionem ſuam proximo ſubtrahat, & nil dicendo quam ſit adverſus dicat.

(E) PROV. XXIX. 22. Vir iracundus provocat rixas, & qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccandum proclivior.

XXX. 26. Zelus, & iracundia minuunt dies.

ECCLI. XXVII. 33. Ira & furor, utraque execrabilia ſunt, & vir peccator continens erit illorum.

MATTH. V. 22. Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio.

EPHES. IV. 31. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia, tollatur a vobis, cum omni malitia. 32. Eſtote invicem benigni, miſericordes, donantes invicem.

GALAT. V. 18. Manifeſta ſunt opera carnis ... 19.. inimicitiæ ... contentiones... iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, &c.. & his ſimilia quæ prædico vobis... quoniam qui talia agunt regnum Dei non conſequentur.

COLOSS. III. 8. Nunc autem deponite, & vos, omnia, iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro.

JACOB. I. 19... Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. 20. Ira enim viri, juſtitiam Dei non operatur.

S. BASILIUS *Homil.* 10. *de Ira*. Quando ſemel ira perturbatio mentem præcipitans imperium animæ ſumpſerit,

Digitized by Google

I. Quænam ſont iræ remedia?

R. Duces in omnibus ſequi rationem & fidem: nihil agere ex cupiditate, nihil ex præcepti impetu, omnia cum deliberatione gravi: exercitatum habere animum in oratione, in ſilentio, in patien-
F tia. (F)

§. 7. *De Deſidia, quam Acediam vocant.*

I. Quid eſt deſidia, ſeu acedia?

R. Faſtidium boni nobis a Deo præcepti, quo fit ut dimiſſus animus non ſeſe erigat ad illud implendum.

I. Quinam tenentur peccato deſidiæ?

R. 1.

pſerit, hominem penitus in feram convertit, nec hominem qui rationis ſit compos eſſe ſinit. Quod enim venenum virus emittentibus erit, hoc idem & furor animo irritatis, ac perturbatis.

S. AMBROS. *in Pſal.* XXXVI. *n.* 18. *ſupra verſ.* 8... Deſine ab ira, & relinque indignationem ... Ira gravis paſſio eſt, plerumque accendit invitum; & volentem mitius vindicare in furorem rapit, ut perimat quem pu-
Prov. 15. 2. taverit coercendum. Commotus, gladio ſæpe transverberat innocentem. Amicos & fratres per indignationem plurimi peremerunt. Ideo Sapiens dicit: Ira perdit etiam ſapientes... Natura te rapit, movet affectus, culpa te alicujus excitat, vel offenſa, ut indigneris: ſed non uſquequaque, ut modum neſcias: Relinque eam, finem impone, ne te in peccatum trahat... Ira enim gravis eſt magiſtra peccati.

S. AUG. *Serm.* 208. *in Quadrageſima* 4. *alias de diverſis* 72. *n.* 1.... Sint ergo jejunia veſtra ſine litibus, clamoribus, cædibus: ut etiam qui ſub jugo veſtro ſunt, remiſſionem cautam ſentiant & benignam: ut aſpera ſeveritas refrenetur, non ut ſalubris diſciplina ſolvatur.

N. 2. Quid jam dicam de illo opere miſericordiæ, ubi nihil de apothecis, nihil de ſacculo impenditur, ſed ex corde dimittitur, quod magis ſi maneat, quam ſi recedat, incipit eſſe damnoſum? Iram dico adverſus aliquem in corde ſervatam. Quid autem ſtultius, quam inimicum forinſecus deviare, & multo pejorem in præcordiis inti-
Ephes. 4. 26. & 27. mis retinere? Unde Apoſtolus dicit: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram .... Neque detis locum diabolo.* Tamquam hoc agat, qui non cito iram pellit ex animo, ut per illam velut per januam aditum præſtet diabolo. Penitus itaque agendum eſt, ut ſuper iram non occidat iſte ſol: ne deſerat ipſam mentem juſtitiæ ſol.

S. GREG. MAGN. *Lib.* 5. *Moral. in Job*, *cap.* 30. .... *Virum ſtultum interficit iracundia, & parvulum interficit invidia* ..... Quanta ſit iracundiæ culpa penſemus, per quam dum manſuetudo amittitur, ſupernæ imaginis ſimilitudo vitiatur. Per iram ſapientia perdi-
Eccle. 7. 10. tur: ut quid, quove ordine agendum ſit, omnino neſciatur, ſicut ſcriptum eſt: *Ira in ſinu ſtulti requieſcit:* quia nimirum intelligentiæ lucem ſubtrahit, cum mentem permovendo confundit. Per iram vita amittitur, & ſi ſapientia teneri videatur, ſicut ſcriptum eſt: Ira perdit etiam prudentes: quia ſcilicet confuſus animus nequaquam explet, etiam ſi quid intelligere prudenter
Jacob 1. 20. valet..... Per iram juſtitia relinquitur, ſicut ſcriptum eſt: *Ira viri juſtitiam Dei non operatur*: quia dum perturbata mens judicium ſuæ rationis exaſperat, omne quod furor ſuggerit, rectum putat.

(F) TERTULL. *Lib. de Patientia*, *cap.* 3. Chriſtus cum de Domino ſit magiſter, docens hominem evadere ad ſalutem, ſcilicet veniam offenſæ, patientiæ eruditus, non contendit, non reclamavit, nec quiſquam in plateis vocem ejus audivit. Arundinem quaſſatam non fregit, linum fumigans non reſtinxit.... Non illi ſaltem civitati quæ eum recipere noluerat iratus eſt, cum etiam diſcipuli tam contumelioſo oppido cæleſtes ignes repræſentari voluiſſent. Ingratos curavit, inſidiatoribus ceſſit. Parum hoc, ſi non etiam proditorem ſuum ſecum habuit, nec conſtanter denotavit. Cum vero traditur, cum adducitur, ut pecus ad victimam: ſic enim non magis aperit os, quam agnus ſub tondentis poteſtate. Ille cui legiones Angelorum, ſi voluiſſet, uno dicto de cælis aſſuiſſent, ne unius quidem diſcentis gladium ultorem probavit. Patientia Domini in Malcho vulnerata eſt. Itaque & gladii opera maledixit in poſterum, & ſanitatis reſtitutione ei quem non ipſe vexaverat ſatisfecit per patientiam miſericordiæ matrem. Taceo quod figitur, in hoc enim venerat. Numquid tamen ſubeundæ morti etiam contumeliis opus fuerat? Sed ſaginari voluptate patientiæ diſceſſurus volebat. Deſpuitur, verberatur, deridetur, fœdis veſtitur, fœdioribus coronatur. Mira æquanimitatis fides. Qui in hominis figura propoſuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus eſt. Hinc vel maxime Phariſæi, Dominum agnoſcere debuiſtis, patientiam hujuſmodi nemo hominum perpetraret. Talia tantaque documenta, quorum magnitudo penes nationes quidem detrectatio fidei eſt, penes nos vero ratio & ſtructio, ſatis aperte non ſermonibus modo in præcipiendo, ſed etiam paſſionibus in ſuſtinendo probant his quibus credere datum eſt, patientiam Dei eſſe naturam, effectum & præſtantiam ingenitæ cujuſdam proprietatis.

Cap. 6. Fidem (Abrahæ) patientia probavit, cum filium immolare juſſus eſt, ad fidei non tentationem dixerim, ſed typicam conteſtationem... Merito ergo benedictus, quia & fidelis: merito fidelis, quia & patiens. Ita fides patientia illuminata, cum in nationes ſeminaretur per ſemen Abrahæ quod eſt Chriſtus, & gratiam legi ſuperduceret, ampliandæ adimplendæque legi adjutricem ſuam patientiam præfecit, quod ea ſola ad juſtitiæ doctrinam retro defuiſſet. Nam olim & oculum pro oculo, & dentem pro dente repetebant, & malum malo fœnerabant. Nondum enim patientia in terris, quia nec fides: ſcilicet interim impatientia occaſionibus legis fruebatur..., Gratiam fidei patientia compoſuit, jam nec verbo quidem laceſſere, nec fatue quidem dicere ſine judicii periculo licet. Prohibita ita reſtricti animi, compreſſa petulantia manus, exemptum linguæ venenum, plus lex quam amiſit invenit: dicente Chri-
ſto: *Diligite inimicos veſtros; & maledicentibus bene-* *Matt.* 5. 44.
dicite: & orate pro perſecutoribus veſtris, ut ſitis filii & 45.
Patris veſtri cæleſtis.

Cap. 8. Abſit a ſervo Chriſti tale inquinamentum, ut patientia majoribus tentationibus præparata. Si *Id.* 39.
manu quis tentaverit provocare, præſto eſt Dominica monela, Verberanti te, inquit, in faciem, etiam alteram genam obverte. Fatigetur improbitas patientia tua... Plus improbum illum cædis ſuſtinendo. Ab eo enim vapulabit cujus gratia ſuſtines. Si linguæ amaritudo maledicto ſive convicio eruperit, reſpice di- *Id.* 12.
ctum: Cum vos maledixerint, gaudete. Dominus ipſe maledictus in lege eſt, & tamen ſolus eſt benedictus. Igitur Dominum ſervi conſequamur, & maledicamur patienter, ut benedicti eſſe poſſimus.

Cap. 10. Quem autem honorem litabimus Domino Deo, ſi nobis arbitrium defenſionis arrogaverimus? Nos utres, vaſa fictilia, ſervulis noſtris aſſumentibus ſibi de conſervis ultionem, graviter offendimur: eoſque qui nobis patientiam obtulerint ſuam, ut memores humilitatis, ſervitutis, jus Dominici honoris diligentes, non probamus modo; ſed ampliorem quam ipſi ſibi præſumpſiſſent, ſatisfactionem facimus: id nobis in Domino tam juſto ad æſtimandum, tam potenti ad perficiendum periclitatur? Quid ergo credimus judicem illum, ſi non & ultorem? Hoc ſe nobis repromittit dicens: Vindictam mihi & ego vindicabo, id eſt patientiam mihi & ego remunerabo... Quid mihi cum ultione cujus modum regere non poſſum per impatientiam doloris?

S. CYPRIAN. *De bono patientiæ pag.* 146. *edit. Oxonii in fol. ann.* 1700. Diligite inimicos veſtros, & orate pro eis qui vos perſequuntur, ut ſitis filii Patris veſtri qui in cælis eſt: Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos.. Nec hoc... Jeſus Chriſtus Deus & Dominus noſter tantum verbis docuit, ſed implevit & factis.. qui Judam potuit uſque ad extremum longa patientia ſuſtinere, cibum cum inimico ſumere, hoſtem domeſticum ſcire, nec palam oſtendere, traditoris oſculum non recuſare. In Judæis tolerandis æquanimitas quanta & quanta patientia? Incredulos ad fidem ſuadendo flectere, obſequio ingratos fovere, contradicentibus reſpondere leniter, ſuperbos ſuſtinere clementer, humiliter perſequentibus cedere, Prophetarum interfectores & adverſum Deum ſemper rebelles, uſque ad crucis & paſſionis horam, velle colligere. Sub ipſa autem paſſione & cruce, priuſquam ad crudelitatem necis & effuſionem ſanguinis veniretur, quæ convitiorum probra patienter audita, quæ contumeliarum tolerata ludibria? ... In David vero ex quo ſecundum carnem Chriſti nativitas oritur, quam magna & mira & Chriſtiana patientia, habuiſſe in manu ſæpe ut Saul Regem perſequentem ſe, & interficere concupiſcentem poſſet occidere; & tamen ſubditum ſibi, & traditum maluiſſe ſer-

vare,

Digitized by Google

R. 1. Qui ſuo non funguntur officio, ſecundum ſtatam ad quem a Deo vocati ſunt; qui nolunt doceri ea quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, qui cum obſtinatione detrectant ea munera ad quæ vocantur a Deo. (A)

2. Qui

vare, nec rependiſſe inimico vicem, ſed occiſum adhuc inſuper & vindicaſſe? Tot denique Prophetæ interfecti; tot martyres glorioſis mortibus honorati, qui omnes ad cæleſtes coronas patientiæ laude venerunt. Nequa enim poteſt accipi dolorum & paſſionum corona, niſi præcedat in dolore & paſſione patientia... Patientia eſt, quæ nos Deo & commendat & ſervat: ipſa eſt, quæ iram temperat, quæ linguam frænat, quæ mentem gubernat, pacem cuſtodit, diſciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris violentiam comprimit ... facit humiles in proſperis, in adverſis fortes, contra injurias, & contumelias mites: docet delinquentibus cito ignoſcere; ſi ipſe delinquas, diu & multam rogare.

S. Basilius *Hom.* 10. *de Ira.* Itaque iram ab initio ut mali originem compeſcamus, ac ex animo noſtro totis viribus extirpemus ... Ille maledixit, tu benedicas; verberavit, tu patere: expuit, nihilque te exiſtimavit, tu cogita quemadmodum ex terra es, & in tarram reverteris... Si ergo ſtultus & indoctus appellaberis, reminiſcere eorum quæ a Judæis jactata ſunt in veram ſapientiam: Samaritanus es & dæmonium habes... Quid nam eſt ira ſtultius? Si vero quietes & immobilis perſiſtas, padorem maledicenti magnum intuliſti, cum ta ipſa prudentiam modeſtiamque oſtenderis. Alapa ſea pugillo cæſus es? At atenim etiam Dominus. Expuit aliquis in faciem? Eadem & Dominus eſt paſſus. Nec enim ab expuentibus, aut cædentibus faciem avertit. Calamniam pateris? & Dominus. Tua laceratur veſtis? & a Domino quoque veſtis per vim extracta, & ſuper eam miſſæ ſortes. Nondum condemnatus es, nondum cruci affixus. Multa tibi toleranda ut ad eius imitationem pervanias. Talia igitur & horum ſimilia tibi ſuccurrant, mentisque tuæ impetum ac iram compeſcant. Similes namque præparationes, & animi diſpoſitiones, murſus cordis & impulſus facile delebunt, & animi cogitiones in tranquillum ſtatum deducent.

Vide eumdem Baſilium ſupra lit. (D) *hocce paragrapho.*

S. Ambros. *Lib. officior. c.* xi. *n.* 90. Caveatur iracundia, aut ſi præcaveri non poteſt, cohibeatur; mala enim illex peccati indignatio eſt: quæ ita animum perturbat, ut rationi non relinquat locum. Primum eſt igitur, ſi fieri poteſt, ut morum tranquillitas uſu, & quodam, affectione, propoſito in naturam vertatur. Deinde quoniam ita plerumque motus infixus eſt naturæ, ac moribas, ut evelli atque evitari non queat; ſi prævideri potuerit rationa reprimatur. Aut ſi prius occupatus fuerit animus ab indignatione, quam conſilio proſpicr, ac provideri potuerit, ne occaparetur: meditare quomodo motum animi tui vincas, iracun-
Rom. 12. 19. diam temperes. Reſiſte iræ, ſi potes: cede, ſi non potes: Quia ſcriptum eſt: *Date locum iræ.*

N. 91. Jacob fratri indignanti pia ceſſit, & Rebeccæ, id eſt, patientiæ inſtructus conſilio abeſſe maluit & peregrinans, quam excitare fratris indignationem; & tunc redire, cum fratrem mitigatum putaret.

N. 92. Ergo ſi prævenerit & occupaverit mentem tuam iracundia & aſcenderit in te, non relinquas locum tuum. Locas tuus patientia eſt, locus tuus ſedatio indignationis eſt... Aut ... ſi non potueris mitigare mentem, reprima linguam tuam ... Deinde reconciliationis ſtudium non prætermittas.

N. 93. Vitemus ergo, aut temperemus iracundiam ... Non mediocre eſt mitigare iracundiam: non inferius quam omnino non commoveri .. Et ipſe Dominus, hoc eſt Dei virtus, ſicut puer cum malediceretur, non remaledixit, cum percuteretur, non repercuſſit. Ira ergo te compara, ut quaſi puer injuriam non teneas, malitiam non exerceas: omnia a ta innocenter proficiſcantur .. Noli reſpondere irato ad iracundiam ejus, ſive imprudenti ad imprudentiam.

N. 96. *Iraſcimini & nolite peccare* ... Iraſcimini ergo ita ut a culpa abſtineatis ... vince ratione iracundiam ... Si iraſcimini, vobis iraſcimini, quia commoti eſtis, & non peccabitis.

S. Greg Magn. *Moral. in Job Lib.* 5. *c.* 30. Mens ſollicita antequam agere quodlibet incipiat, omnes ſibi quas pati poteſt, contumelias proponat; quatenus Redemptoris ſui probra cogitans, ad adverſa ſa præparet .. Solartar ergo animus ante actionis ſuæ primordia, cunctæ debet adverſa meditari: ut ſemper hæc cogitans, ſemper contra hoc thorace patientiæ munitus, & quidquid acciderit, providus ſuperet, & quicquid non acceſſerit, lucrum putet. Secundus autem ſervandæ manſuetudinis modus eſt, ut cum alienos exceſſas aſpicimus, noſtra, quibus in aliis exceſſimus, delicta cogitemus. Conſiderata quippe infirmitas propria, mala nobis excuſat aliena. Patienter namque illatam injuriam tolerat, qui pia meminit quod fortaſſe adhuc habeat, in quo debeat ipſe tolerari. Et atubeſcit peccata non parcere, qui vel Deo, vel proximo ſæpe ſa recolit parcenda peccaſſe.

Paſtoral. curæ part. 3. *Admonit.* 17. Admonendi ſunt iracundi ut æmulationi quam ſe habere exiſtimant, manſuetudinem ſubjungant. Idcirco namque Spiritus ſanctus in columba & in igne monſtratur: quia videlicet omnes, quos implet, & columbæ ſimplicitate manſuetos, & igne zeli ardentes exhibet. Nequaquam ergo Sancto ſpiritu plenus eſt, qui aut in tranquillitate manſuetudinis ſarvorem æmulationis deſerit, aut rurſum in æmulationis ardore virtutem manſaetudinis amittit.

S. Aug. *Serm.* 49. *alias* 237. *c.* 6. *n.* 6. & *c.* 7. *n.* 7. *Vide ſupra* §. 1. *hujuſce cap. litt.* (Q)

(A) Matth. xxv. 14. Homo peregre proficiſcens vocavit ſervos ſaos, & tradidit illis bona ſua: 15. & uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuiqua ſecundum propriam virtutem, & profectus eſt ſtatim. 16. Abiit autem qui quinque talenta acceperat & operatas eſt in eis & lucratus eſt alia quinque 17. Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. 18. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram & abſcondit pecuniam Domini ſui. 19. Poſt multum vero temporis venit Dominus ſervorum illorum, & poſuit rationem cum eis. 20. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinqae ſuperlucratus ſum. 21. Ait illi Dominus ejus: Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudiam Domini tai. 22. Acceſſit autem & qui duo talenta acceperat. Et ait: Domine dun talenta tradidiſti mibi, ecce alia duo lucratus ſum. 23. Ait illi Dominus ejus: Euge ſerve bone & fidelis, quia ſaper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. 24. Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait: Domine, ſcio quia homo durus es, metis ubi non ſeminaſti, & congregas ubi non ſparſiſti. 25. Et timens abii & abſcondi talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum eſt. 26. Reſpondens autem Dominus ejus, dixit ei: Serve male, & piger, ſciebas quia meto ubi non ſemino, & congrego ubi non ſparſi: 27. Oportuit ergo te committere pecuniam meam oumalariis, & veniens ego recepiſſem utiqua quod meum eſt cum uſura. 28. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui babet decem talenta. 29. Omni enim babenti dabitur, & abundabit: ei autem qai non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo. 30. Et inutilem ſervum ejicite in tenebras exteriores: illic enim fletus, & ſtridor dentium.

Luc. xix. 12. Homo qaidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere ſibi regnum, & reverti, 13. Vocatis autem decem ſervis ſuis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini dum venio.... Et factum eſt ut rediret accepto regno: & juſſit vocari ſervos, quibus dedit pecuniam, ut ſciret qaantum quiſque negotiatus eſſet. 16. Venit autem primus dicens: Domine, mna tua decem mnas acquiſivit. 17. Et ait illi: Euge bone ſerve, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem civitates ... 20. Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repoſitam in ſudario: 21. Timui enim te, quia bomo auſteras es: tollis quod non poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti, 22. Dicit ei: De ore tuo te judico ſerve nequam, ſciebas quod ego homo auſterus ſum, tollens quod non poſui, & metens quod non ſeminavi: 23. Et quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, ut ego veniens cum uſuris utique exegiſſem illam? 24. Et adſtantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. 25. Et dixerunt ei: Domine habet decem mnas. 26. Dico autem vobis quia omni babenti dabitur, & abundabit: ab eo autem, qui non babet, & quod habet auferetur ab eo.

Digitized by Google

Pars II. 2. Qui oſcitanter in otio vivunt. (B)
Sect. I. 3. Qui tempus in inanibus colloquiis, ambulationibus, viſitationibus, vel in ludis & voluptatibus, aliiſque id genus nugis & ineptiis conterunt. (C)
Cap. II.
§. 7.
B
C 4. Qui negligunt ea quæ Dei ſunt & quæ ad ſalutem conſequendam omnino ſunt neceſſaria: verbi gratia, qui ſegnes ſunt ad orationem, aliaque ad quæ tenentur ex officio. (D)
D 5. Qui pœnitentiam ſuam procraſtinant; qui non laborant jugiter ad vitia ſua extirpanda; qui non conantur novos in dies profectus facere, &
2. Pet. 3. 18. creſcere, ut ait Apoſtolus, *in gratia & cognitione Domini noſtri Jeſu Chriſti*. (E)
E *I.* Quinam ſunt deſidiæ fontes?

R. Concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: ideo enim homines deſidiæ ſe dedunt, quia nolunt ſibi ſuiſque cupiditatibus vim facere.

I. Quænam ſunt deſidiæ filiæ?

R. Sex numerantur a S. Gregorio Magno. Moral. l. 31. c. 7.

1. Malitia, qua fit ut impugnentur bona ſpiritualia, quorum in deteſtationem inducit acedia.

2. Rancor ſeu indignatio adverſus eos qui ad Deum impellunt.

3. Puſillanimitas ſeu abjectio mentis, qua fit ut præcepta negligantur quaſi nimis ardua.

4. Deſperatio, qua quis omnem ſalutis ſuæ curam abjicit præ nimia diffidentia; ſalutis aſſecutionem judicans impoſſibilem.

5. Torpor ſeu remiſſio quædam animi circa præceptorum obſervationem; ita ut vel omittantur penitus, vel negligenter impleantur.

6. Evagatio mentis, qua fit ut anima, præ

tæ-

S. AMBROS. *Lib. 1. de Cain & Abel*, *c. 4. num.* 12. Non dormientibus, neque otiantibus, ſed vigilantibus, & laborantibus pollicentur præmia, & labori merces parata eſt.

N. 14. Illa (voluptas) meretricio procax motu, infracto per delicias inceſſu, nutantibus oculis, & ludentibus jaculans palpebris retia, quibus pretioſas juvenum animas capit .... Quemcumque viderit dubio ſenſu prætereuntem in angulo tranſitus domus ſuæ ſermonibus adoritur gratioſis faciens juvenum corda volare ... (Voluptas ſæcularis) ea profecto eſt quæ validioribus vinculis velut cubile quoddam conſociatæ nubis communitatis intexit, ut qui reclinaverit ſe, ligetur; & opprobrioſæ fraudis velamine operit corporis ſuis ſtratum; ad ſollicitandos juvenum animos abſentiam viri, hoc eſt, incuriam legis obtexens.... Spargit odores ſuos voluptas, quia Chriſti odorem non habet. Theſauros demonſtrat, ... ſine pædagogo diſciplinas, ſine monitore ſermones, vitam ſine ſollicitudine, mollem ſomnum, inexplebilem cupiditatem ... Illic comeſſantium tumultus... concentus cœnantium, ſaltantium ſtrepitus, ridentium cachinnus, laſcivientium plauſus, confuſa omnia, nihil naturæ ordine.

S. GREG. MAGN. *Part. 1. Paſtor. c. 6. Vide ſupra* §. 1. *hujuſce cap. lit.* (S)

(B) JOSUE XVIII. 3. Uſquequo marcetis ignavia, & non intratis ad poſſidendam terram, quam Dominus Deus patrum veſtrorum dedit vobis.

PROVERB. XII. 11. Qui operatur terram ſuam ſatiabitur panibus: qui autem ſectatur otium ſtultiſſimus eſt.

EZECHIEL. XVI. 49. Hæc fuit iniquitas Sodomæ... otium ipſius.

S. BERNARD. *Serm. 2. in feſto SS. Apoſtolor. Petri & Pauli pag 990. edit. D. Mabillon. n* 1.... Fructus vitæ ſunt verba Dei, non folia... ipſa quoque colligite fragmenta ne pereant. Terra enim, quæ ſæpius ſupervenientem ſuſceperit imbrem, & non fecerit fructum, terra reproba eſt, proxima maledicto. Sic & ea quæ in Evangelio ſterilis ficulnea legitur, ſi poſtea quam foderit circa eam vineæ cultor, atque miſerit ſtercora, nihilominus ſterilis inventa fuerit: nonne jam ſecuris ad radicem illius arboris eſt ponenda?

Serm. 5. de Aſcenſione Domini. pag. 923. edit. D. Mabil. num. 7. Invenire eſt homines puſillanimes. & remiſſos, deficientes ſub onere, virga & calcaribus indigentes, quorum remiſſa lætitia, puſillanimis triſtitia eſt: quorum brevis & rara compunctio, animalis cogitatio, tepida converſatio; quorum obedientia ſine devotione, ſermo ſine circumſpectione, oratio ſine cordis intentione, lectio ſine ædificatione: quos denique vix gehennæ metus inhibet, vix pudor cohibet, vix frænat ratio, vix diſciplina coercet. Nonne tibi horum vita inferno penitus appropinquare videtur ...: Exurgamus obſecro, quicumque hujuſmodi ſumus, reſarciamus animas, ſpiritum recolligamus, abjicientes pernicioſam tepiditatem.

(C) MATTH. VII. 19. Omnis arbor, qui non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

XII. 36. Omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.

Apoſtolus ſcribens ad TIMOTH *Epiſtol. 1. capit. v. 13. adoleſcentiores viduas reprehendit, quæ* otioſæ diſcuntur circuire domos: non ſolum autem, *inquit*, otioſæ, ſed & verboſæ, & curioſæ, loquentes quæ non oportet.

S. BERNARD. *De conſider. Lib. 2. cap. 13. num. 22.* Etſi recte ſapiens hortatur ſapientiam ſcribi in otio, cavendum & in otio otium eſt. Fugienda proinde otioſitas, mater nugarum, noverca virtutum. Inter ſæculares nugæ, nugæ ſunt; in ore Sacerdotis, blaſphemiæ. Interdum tamen incidant, ferendæ fortaſſis: referendæ numquam. Magis intervenendum caute & prudenter nugacitati ... Verbum ſcurrile, quod faceti urbanive nomine colorant, non ſufficit peregrinari ab ore: procul & ab aure relegandum. Fœde ad cachinnos moveris, fœdius moves. Porro detrahere, aut detrahentem audire, quid horum damnabilius ſit, non facile dixerim.

(D) S. BERNARD. *In Cant. Serm. 75. n. 1.* Non eſt reverſus ſponſus ad vocem & votum revocantis. Quare? Ut deſiderium creſcat, ut probetur affectus, ut exerceatur amoris negotium. Sane ergo diſſimulatio eſt, non indignatio. Sed ſupereſt ut quæratur, ſi forte reperiatur quæſitus, qui vocatus non venit, dicente Domino: *Omnis qui quærit, invenit* ... Neque Matt. 7. 8. vicis unius, aut unius noctis quæſitio hæc, & hæc fruſtratio, cum dicat iſta, *quia quæſivi per noctes*. Quid Cant. 3. 1. hoc deſiderii eſt & ardoris, ut ſurgens de nocte publicum non erubeſcat, percurrat civitatem, percunctetur palam & paſſim de dilecto, atque a veſtigandis ſemitis ejus nulla valeat ratione averti, nulla præpediri difficultate, non tempeſtivæ retineri amore quietis.

N. 3. Verum is ſponſus quid eſt quod non invenitur quæſitus, cum requiratur tam ſtudioſe & impigre, nunc quidem in lectulo, nunc vero in civitate, aut etiam in plateis vel vicis; ipſe autem dicat: *quærite, & invenietis; & qui quærit invenit?* ... Sed Matt. 7. 7. & 8. attendite tres eſſe cauſas, quæ interim occurrunt, & quærentes fruſtrari ſolent: cum aut videlicet non in tempore quærunt, aut non ſicut oportet, aut non ubi oportet. Si enim omne tempus aptum eſt ad quærendum, cur ergo dicit Propheta... *quærite Dominum* Iſai. 55. 6. *dum inveniri poteſt?* Erit abſque dubio cum inveniri non poterit; & ideo addit: Ut invocetur dum prope eſt: quia futurum eſt jam, non prope futurum.

N. 4. Ceterum nunc tempus acceptabile, nunc dies ſalutis ſunt; tempus plane & quærendi, & invocandi, quando plerumque & antequam invocetur, adeſſe ſentitur. Audi denique quid polliceatur. *Antequam me* Iſai. 65. 24. *invocetis*, inquit, *dicam, ecce adſum* ...., Quod ſi per bona opera quæritur Deus, ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes: præſertim quia Dominus aperte prænuntiat venire noctem, quando nemo poteſt operari.

(E) S. AUG. *Serm. 169. alias 15. de verbis Apoſtoli*, Philip. 3. 13. *c. 15. n. 18.* .. *Quæ retro oblitus, in ea quæ ante ſunt extentus ſecundum intentionem ſequor*. Adhuc proficio ...., nondum perveni.., Ergo ſi te extendis, ... ſi ea quæ ventura ſunt cogitas: obliviſcere præterita, noli in ea reſpicere, ne ibi remaneas ubi reſpexeris. Memento re uxoris Lot. *Quotquot ergo perfecti hoc ſapiamus* ... Ego me Ibid. 15. non arbitror apprehendiſſe ... perfecti viatores, nondum perfecti poſſeſſores ... In quo pervenimus, non in eo remaneamus, ſed in eo ambulemus... Quid eſt ambulare? Breviter dico proficere; ne forte non intelligatis,

Digitized by Google

tædio rerum ſpiritualium, ſeſe transferat ad exteriura ut iis delectetur.

His addi poteſt cujuſcumque laboria fuga, ſomnus nimius, crapula, odium veritatis, cordis obdu-
F ratio; aliaque id genus. (F)

I. Quale peccatum eſt acedia?

Mat.25.30. R. Lethale peccatum eſt, ſi gravis ſit & carita-
G tem extinguat. *Servum inutilem projicite in tenebras exteriores*, inquit Chriſtus. (G)

Veniale peccatum eſt, ſi ſit levis, nec caritatem extinguat.

I. Quid facto opus eſt ut fugiatur acedia?

R. Diligenter inveſtigandum & ſedula meditatione perſcrutandum quid Deus exigat ab omnibus omnino Chriſtianis, quid ab aliis aliter habita ratione ſtatus & conditionis, affectus & indolis: & ubi iſthæc omnia comperta ſint, omni opere ac ſtudio enitendum ut hæc ſedulo & fideliter impleantur. Quod ut perſectius intelligas adverte, præter ea quæ Deus ab omnibus omnino Chriſtianis exigit, præter ea quæ uniuſcujuſque ſtatus & conditionis propria ſunt, eſſe & ſua ſingulis officia. Verbi gratia, aliud Deus exigit ab homine peccatore, aliud ab homine ejuſdem conditionis qui non indiget gravi pœnitentia; aliud ab homine fervido, aliud a frigidiori; aliud ab ægro, aliud a vegeto; aliud in adverſis, aliud in proſperis. Atque ita variantur officia

gat, & pigrius ambuletis. Proficite... diſcutite vos ſemper ſine dolo, ſine adulatione, ſine palpitatione... Semper tibi diſpliceat quod es, ſi vis pervenire ad id quod nondum es. Nam ubi tibi placaiſti, ibi remanſiſti. Si autem dixeris, Sufficit; & periſti. Semper adde, ſemper ambula, ſemper profice: noli in via remanere, noli retro redire, noli deviare.

Eccli.18. 1. S. BERNARD. *Epiſt.* 254. *ad Guarinum n.* 1. Cum conſummatus fuerit homo tunc incipit. Jam ſeni requies, jam corona debebatur emerito: & ecce tamquam novus in Chriſto miles, nova iterum tibi excitas bella, provocas adverſarium... pietatis ac diſciplinæ bonis ſtudioſius invigilas ſolito.... artubuſque fatiſcentibus, durat tamen incolumis propoſiti vigor, nec ſentit rugoſæ carnis infirma ſpiritus promptus... Ut quid enim metuat veterani domicilii ruinas, qui ſabricam ſpiritualem videt in dies in ſublime conſurgere, proficere in æternitatem.

N. 2. Sed dicet aliquis:.. Perfectus non babet quo proficiat: & qui proficit, eo ipſo quo proficit, perfectus non eſſe convincitur... Vera virtus finem neſcit, tempore non clauditur... Numquam juſtus arbitratur ſe comprehendiſſe: numquam dicit ſatis eſt; ſed ſemper eſurit, ſititque juſtitiam; ita ut ſi ſemper viveret, ſemper juſtior eſſe contenderet, ſempec de bono in melius proficere totis viribus conaretur.

N. 3.... Indeſeſſum proficiendi ſtudium, & jugis conatus ad perſectionem, perſectio reputatur.

N. 4. Quod ſi ſtudere perſectioni, eſſe perſectum eſt; profecto nolle proficere, deficere eſt. Ubi ergo ſunt qui dicere ſolent: Sufficit nobis, nolumus eſſe meliores quam noſtri? Non vis proficere? Non. Vis ergo deficere? Nequaquam. Quid ergo? Sic mihi, inquit, vivere volo, & manere in quo perveni: nec pejor fieri patior, nec melior cupio. Hoc ergo vis, quod eſſe non poteſt? Quid enim ſtat in hoc ſæculo?... Ipſe denique hominis ſæculique auctor, quandiu in terris
Act. 10. 38. viſus eſt, & cum humilibus converſatus eſt, numquam ſtetit. Et quidem, teſte Scriptura: *Pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes*. Pertranſiit autem non infructuoſe, non remiſſe, non pigre, non lenio greſſu,
Pſ. 18. 6. ſed *Exultavit ut Gigas ad currendam viam*... Porro currentem non apprehendit, qui & ipſe pariter non currit. Et quid prodeſt Chriſtum ſequi, ſi non con-
1.Cor. 9. 14. tingat conſequi? Ideo Paulus aiebat: *Sic currite ut comprehendatis*. Ibi tu, Chriſtiane, fige tui curſus, profectuſque metam, ubi Chriſtus poſuit ſuam. *Fa-*
Philip. 2. 8. *ctus eſt*, inquit, *obediens uſque ad mortem*. Quantumlibet ergo cucurreris, ſi uſque ad mortem non perveneris, bravium non apprehendis. Bravium Chriſtus eſt: quod ſi illo currente tu gradum ſiſtis; non Chriſto appropias, ſed te magis elongas: timendumque ti-
Pſ. 72. 27. bi eſt, quod ait David: *Ecce qui elongant ſe a te, Domine, peribunt*. Ita ſi proficere currere eſt: ubi proficere, ibi & currere deſinis: ubi vero non currere, ibi & deficere incipis. Hinc plane colligitur, quia nolle proficere, non niſi deficere eſt.

N. 5.... Semper in robuſto & vegeto corpore animus mollior, atque tepidior jacet; & rurſum in corpore debili & infirmo fortior viget, promptiorque ſpiritus.

Epiſt 384. *ad Monachos S. Bertini*, *alias* 341. *num.* 1. Diſcipulus proficiens gloria magiſtri. Quiſquis in ſchola Chriſti non proficit, ejus indignus eſt magiſterio... & non proficere, ſine dubio deficere eſt. Nemo proinde dicat: Satis eſt, ſic volo manere, ſufficit mihi eſſe ſicut heri & nudiuſtertius. In via reſidet, qui e-
Gen. 28. juſmodi eſt: in ſcala ſubſiſtit ubi neminem Patriarcha vidit non aſcendentem, aut deſcendentem. Dico ergo:
1.Cor.10.12 *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat*. Ardua & an-
Job. 14.2. guſta eſt via, & non hic, ſed in domo Patris man-
1 Joh.11.6. ſiones ſunt multæ. Itaque *Qui ſe dicit in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulavit, & ipſe ambulare*. Jeſus
Luc. 11.52. enim (ut ait Evangeliſta) *creſcebat & proficiebat ſapientia & ætate & gratia apud Deum & homines*. Ille
Pſ. 18. non reſiſtit ergo, ſed *exultavit ut gigas ad currendam viam*: & nos quoque ſi non deſipimus curremus poſt eum, trahemur in odorem unguentorum ipſius. Alioqui ſi elongari contigerit, erit pigritanti animæ & laborioſior & periculoſior via, dum nec odore recreari, nec certa poſſit agnoſcere veſtigia longius abeuntis.

N. 2. Sic ergo currite, fratres, ut comprehendatis. Quod ſane ita fiet, ſi nequaquam arbitramini vos comprehendiſſe, *ſed obliti quæ retro ſunt, extenditis vos in*
Philip. 3. 13. *anteriora*: ſi apprehendatis diſciplinam *nequando iraſcatur Dominus, & pereatis de via juſta*. *Qui edit me*
Pſ. 11.12. (ait ſapientia) *adhuc eſuriet*; *& qui bibit me adhuc*
Eccl.24.29. *ſitiet*: ut noverit piger, qui digne prorſus lapidatur
Ibid. 22. 2 ſtercoribus boum, faſtidium ſibi non de ſatietate, ſed de inedia generari.

(F) CASSIAN. *de Cœnobiorum inſtitutis*, *lib.* 10. *c.* 2. (*Acediæ dæmon*) cum miſerabilem obſederit mentem, horrorem loci, faſtidium cellæ, fratrum quoque aſpernationem gignit, atque contemptum. Ad omne quoque opus quod intra ſepta ſui cubilis eſt, facit deſidem & inertem. Non eum in cella reſidere, nec operam ſinit impendere lectioni,... ab omni ſe dolet ſpirituali quæſtu inanem, in locoque vacuum conſiſtere.... abſentia longeque poſita magnificat monaſteria.... depingit e contra univerſa, quæ habentur in manibus aſpera... Poſtremo non poſſe ſe ſalvari putat in eo loco durantem,... Deinde laſſitudinem corporis cibique eſuriem (prætendit)... Tum præterea huc illucque anxius circumſpectat, & nec fratrem ſibi quempiam adventare ſuſpirat, ſæpiuſque egreditur & ingreditur cellam... omnique actu ſpirituali redditur otioſus, ac vacuus.

Pſ. 123.28 *Cap.* 4. Hujus ægritudinis univerſa incommoda uno verſiculo beatus David eleganter expreſſit: *Dormitavit*, inquiens, *anima mea præ tædio*, id eſt, præ acedia. Proprie ſatis non corpus dixit, ſed animam dormitaſſe. Vere enim ab omni contemplatione virtutum & intuitu ſpiritualium ſenſuum dormitat anima, quæ perturbationis hujus telo fuerit ſauciata.

(G) PROV. VI. 6. Vade ad formicam o piger, & conſidera vias ejus, & diſce ſapientiam: 7. Quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, 8. parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe quod comedat. Uſquequo piger dormies? Quando conſurges e ſomno tuo? 10. Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conſeres manus, ut dormias: 11. Et veniet tibi quaſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus. Si vero impiger fueris, veniet ut fons meſſis tua, & egeſtas longe fugiet a te.

XX. 4. Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æſtate, & non dabitur illi ... 13. Noli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat: aperi oculos tuos, & ſaturare panibus.

XXI. 5.... Omnis piger ſemper in egeſtate eſt... 25. Deſideria occidunt pigrum, noluerunt enim quidquam operari manus ejus. 26. Tota die concupiſcit, & deſiderat.

XXII. 13. Dicit piger: Leo eſt foris, in medio platearum occidendus ſum... 29.... Vidiſti hominem velocem in opera ſuo, coram Regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles.

cia pro varietate indolis, ſtatus & affectionis ſingulorum. Ut quiſque effectus eſt, ut quiſque ſe habet erga ceteros, ut fert conditio, ut fert occaſio, ita Deo ſervire quiſque debet. Ergo diligenter inveſtigandum quid Deus velit, quid ab omnibus, quid a ſingulis exigat, nec minori diligentia id omne faciendum. Peccat per acediam quiſquis iſtæc vel noſſe, vel perficere parum curat. (H) H

I. Quænam ſunt ecediæ remedie?

R. Oratio, labor continuus & indefeſſus, pœnitentia, cernis maceretio, lectio piorum librorum.

I. Quænam ſunt quæ ad fugiendam acediem maxime conducunt?

R. Jugis meditatio mortis & æternitatis, aliarumque rerum quæ ad ſelutis negotium procurendum ſolent homines efficacius movere.

Atque hæc quidem meditatio, ad cetera omnie peccata fugiende maxime conducit. (I) I

Quid

XXIV. 30. Per agrum hominis pigri tranſivi... Et ecce totum repleverant urticæ, & operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat... 33. Parum..... dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conſeres, ut quieſcas. 34. Et veniet tibi quaſi curſor egeſtas, & mendicitas quaſi vir armatus.

XXVI. 13. Dixit piger: Leo eſt in via, & leæna in itineribus. 14. Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ſic piger in lectulo ſuo. 15. Abſcondit piger manum ſub aſcelle ſue, & laborat ſi ad os ſuum eam converterit. 16. Sapientior ſibi piger videtur ſeptem viris loquentibus ſententias.

ECCLI. XXII. 1. In lapide luteo lapidatus eſt piger, & omnes loquentur ſuper aſpernationem illius. 2. De ſtercore boum lapidatus eſt piger, & omnis qui tetigit eum, excutiet manus.

XXXIII. 28. Servo malevolo torture & compedes, mitte illum in operationem, ne vacet: 29. Multam enim malitiam docuit otioſitas.

MATTH. XIII. 24. Simile factum eſt regnum cælorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo. 25. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & ſuperſeminavit zizania in medio tritici, & abiit.

XXV. 3. Inutilem ſervum ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & ſtridor dentium.

S. BASIL. *In c. 1. Iſai. pag. 449. edit. Pariſ. in fol. an.* 1618. *tom. 1. pag.* 841. *mihi pag.* 656. Inter ea quoque quæ odio proſequitur Dominus, unum hoc eſt ſegne & iners otium, nimirum ceſſatio ab his quæ nos ex officio pertinet facere. Quomodo enim non odio perſequendum otium, quod formica & api pejorem efficit hominem, qui utique initio ſuæ conditionis poſitus in paradiſo eſt, ut operaretur & cuſtodiret eum? Primum igitur & maxime proprium humanæ conditionis ſtudium eſt, ut operetur, ita ut iners otium ſit propemodum præter hominum naturam, id quod ſe eſſe rit Dominus odiſſe. Ceterum quonam genere otii nos feriari vult? Nimirum, ut ne operemur cibum qui perit, ne ad ullam vanitatem ſuſtollamus oculos, ne inanes fabellas & rumuſculos excipiamus auribus.

Homil. 8. in Hexameron in fine, pag. 110. *tom. 1. edit. in fol. anni* 1618. Otium Dei metu ſi careat, præceptor vitiorum iis eſt, qui tempore ſibi indulto non norunt uti.

(H) *Legenda eſt* S. GREGOR. MAGN. *Paſtor. Pars* 3. *a cap.* 2. *ad* 42. *Hujus excerpta aliquot vide inferius Part.* 3. *Sect.* 1. *cap.* 7. §. 11. *In eo opere non ſolum de generalibus Chriſtianorum officiis agit, ſed cujuſcumque ſtatus, conditionis, perſonæ officia edocet ſanctus Doctor.*

(I) ECCLE. IX. 10. Quodcumque facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properes.

ECCLI. VII. 40. In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis.

XIV. 12. Memor eſto quoniam mors non tardat, & teſtamentum inferorum quia demonſtratum eſt tibi.... 17. Ante obitum tuum operare juſtitiam: quoniam non eſt apud inferos invenire cibum.

JOHAN. IX. 4. Me oportet operari opera ejus, qui miſit me, donec dies eſt: venit nox, quando nemo poteſt operari.

XII. 35. Ambulate, dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadat.

2. COR. IV. 17. Id enim, quod in præſenti eſt momentaneum & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

GALAT. VI. 9. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim ſuo metemus, non deficientes. 10. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei.

S. BASIL. *In 1. cap. Iſai. p.* 8. *mihi p.* 659. *Exquirite judicium.* Chriſti videlicet, ſecundum quod ne nobis fert ſententiam, ſingulis quibuſque noſtrum pro meritorum qualitate rependens mercedem: quod quidem niſi obſervemus, niſi præ oculis habeamus, ne poſſimus quidem perſiſtere in ullo opere bono. Attenta enim cogitatio arcanorum nobiſque formidabilium quæ in tremendo judicio ſe offerent, pædagogus eſt ad exercendam pietatem.

SE-

SECTIO SECUNDA

De Virtutibus.

CAPUT PRIMUM.

De Virtutibus in Genere.

Interrog. QUID facto opus eſt, ut abſtineamus nos a peccatis?

Reſp. Omni ſtudio & opera amplectendæ virtutes; qui enim virtute caruerit, hunc peccatorem eſſe neceſſe eſt.

I. Quid eſt virtus?

R. Virtus eſt donum Dei, quo quis ad cognoſcenda & implenda officia vitæ Chriſtianæ & facilitatem habet & propenſionem.

Donum, inquam, *Dei*; hæc enim facilitas propenſio a Deo eſt. Hanc nemo poteſt propriis viribus acquirere. (A)

1. 2. q. 55. Art. 4. Aliter definitur virtus a S. Thoma: *Bona qualitas mentis, qua recte vivitur, qua nullus male utitur, quam Deus in nobis ſine nobis operatur.*

L. 83. Qu. 31 Definitur a S. Auguſtino: *Animi habitus bonam faciens habentem, & opus ejus bonum reddens.*

L. de Mor. Eccleſ. Cath. c. 6. Et alibi: *Habitus naturæ modo atque rationi conſentaneus, qui animam facit optimam.*

Eodem fere recidunt omnes illæ definitiones.

I. Quotuplex virtus?

R. Solemnis & omnibus nota ea diviſio eſt, qua virtutes, aliæ dicuntur Theologicæ, morales aliæ.

Theologicæ, ſic dictæ a voce Græca θεολόγος, eæ ſunt quæ ad Deum immediate referuntur; quæ non niſi divina revelatione cognoſcuntur; quorum tractatus ad eam doctrinæ partem proprie pertinet quæ Theologia dicitur.

Morales eæ ſunt quæ non ad Deum immediate, ſed ad mores recte componendos primo & directe referuntur.

I. Quot ſunt virtutes Theologicæ?

R. Tres ſunt. Nimirum Fides, Spes, & Caritas. (B)

I. Cur ais virtutes Theologicas referri immediate ad Deum?

R. Id de ſingulis per ſe patet. Per Fidem enim in Deum credimus; per Spem in Deum ſperamus. Per Caritatem Deum diligimus. Eſt ergo Deus, ut cum Theologis loquar, objectum proprium & primarium & immediatum virtutum Theologicarum.

I. Quot ſunt virtutes Morales?

R. Plurimæ ſunt. Sed omnes reducuntur ad quatuor principales, quæ *Cardinales* dicuntur; quia ſunt veluti cardines & fundamenta ceterarum: videlicet ad Prudentiam, Temperantiam, Fortitudinem & Juſtitiam.

I. Cur ais virtutes Cardinales, ceteraſque virtutes morales non referri immediate ad Deum?

R. Quia referuntur immediate ad componendos mores; qui quidem ſunt poſtea ad Deum referendi. Deus enim eſt finis ultimus ad quem oportet omnia referri quæ ad mores pertinent. Nec omnino puri mores ſunt, niſi ad Deum eorum ſanctitas referatur.

I. Quænam virtutes a virtutibus Cardinalibus prodeunt?

R. Id dicemus infra ubi de virtutibus Cardinalibus ſermo erit. *Hujus ſect. cap. 5. §. 2.*

CAPUT SECUNDUM.

De Virtutibus in ſpecie: ac primo de Fide.

§. 1. *Quid ſit Fides*.

I. Quid eſt fides?

R. Fides eſt lumen ſupernaturale a Deo mentibus noſtris infuſum, quo in Deum firmiter credimus, iiſque omnibus plane aſſentimur quæ Deus revelavit, etiamſi illa captum noſtrum ſuperent.

Dico fidem *lumen* eſſe, quia per eam mens noſtra irradiatur & cognoſcit quæ a Deo revelata ſunt.

Per hoc lumen *firmiter*, hoc eſt, ſine dubitatione, cum aſſenſu pleno, certiſſime,

Credimus in Deum, hoc eſt, credimus Deum exiſtere, ipſique omnino confidimus;

Iiſque aſſentimur quæ Deus revelavit, hoc eſt, quæ Deus nobis manifeſtavit, ſignificavit,

Etiamſi illa captum noſtrum ſuperent. Nam inter ea quæ a Deo revelata ſunt, alia intelligentia conſequimur, alia ingenii noſtri aciem ſuperant: utraque per fidem credimus.

In

(A) Sapient. viii. 21. Et ut ſcivi quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum: adii Dominum, & deprecatus ſum illum.

Jacob. i. 17. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens a patre luminum.

(B) 1. Cor. xiii. 13. Nunc autem manent, Fides, Spes, Caritas: tria hæc; major autem horum eſt caritas.

Heb.

Pars II. Sect. II. Cap. I. ſ. 1. & 2.

Intelligimus, verbi gratia, cælum & terram fuiſſe a Deo condita. Non plane intelligimus qui fieri poſſit, ut unus in tribus perſonis ſubſiſtat: utrumque fide certa credimus, quia Deus utrumque revelavit.

I. Quodnam eſt fidei noſtræ fundamentum?

R. Verbum Dei ſolum. Neque enim aliud fide Theologica credimus quam quod Deus dixit & revelavit.

I. Cur revelanti Deo credimus?

R. Quia Deus nec ſapientiſſimus falli, nec optimus fallere poteſt. (A)

I. Quomodo cognoſcimus quæ ſunt a Deo revelata?

R. Per miniſterium Eccleſiæ Chriſti, cui Deus credidit verbi ſui depoſitum. (B)

I. Unde ſumit Eccleſia verbi Dei depoſitum?

R. Ex Scriptura ſacra & Traditione. Quidquid enim Deus revelavit hominibus, quidquid Eccleſia proponit de fide credendum, totum id Scriptura vel Traditione continetur.

I. Scripturæ ſacræ nomine quid intelligis?

R. Intelligo verbum Dei ſcriptum in iis libris quos canonicos dicimus.

I. Quid intelligis Traditionis nomine?

R. Intelligo verbum Dei non ſcriptum in libris canonicis, ſed ab Apoſtolis ad nos uſque continua ſucceſſione, ore tranſmiſſum & veluti per manus traditum.

ſ. 2. De Auctoritate Eccleſiæ in rebus fidei.

I. Cur dixiſti verbi Dei depoſitum (Scripturam nimirum & Traditionem) Eccleſiæ fuiſſe a Chriſto commiſſum?

R. Quia ad ſolam Eccleſiam Catholicam ex Chriſti inſtituto pertinet, 1. tum Scripturas, tum Traditiones veras & ſinceras a falſis ſecernere: 2. Interpretari & ſignificare quid ſit ſenſus Scripturarum & Traditionis. (A) A

Id patet ex eo quod ſuperius prima hujus operis parte probavimus, Eccleſiam eſſe falli neſciam, eſſe * *columnam & firmamentum veri-* * 1. Tim. 3.

ta-

(A) Heb. vi. 18. Impoſſibile eſt mentiri Deum.

(B) 1. Timoth. iii. 15. Eccleſia Dei vivi columna & firmamentum veritatis.

S. Greg. Nazianz. *Orat. 3. quæ eſt adverſus Julianum prior invectiva, pag. 101. tom. 1. edit. Pariſ. Morelli ann.* 1609. Nam cum doctrinam noſtram, dogmatibus quidem, & cæleſtibus teſtimoniis magnam & excellam eſſe perſpiceret, eandemque veterem ſimul & novam, (veterem inquam, quantum ad prædictiones, ac ſublucentia deitatis ſenſa, novam autem ratione poſterioris Dei adventus, ac miraculorum eorum, quæ tum ea ea, tum circa eam deſignata ſunt:) ceterum majorem & inſigniorem ob Eccleſiæ formas nobis traditas, atque in hunc uſque diem conſervatas: ut ne hoc quidem ipſius (Juliani) malignam verſutiam affugeret.

S. Aug. *contra Epiſt. Manichæi quam vocant Fundamenti, c. 4. n. 5. Vide ſupra part. 1. ſect. 2. c. 3. ſ. 5. litt.* (F)

Cap. 5. n. 6. Ego vero Evangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoveret auctoritas.

Lib. de Mendacio, cap. 20. n. 41. Amaret enim perfectam fidem, non ſolum bene credendi ea quæ SIBI EXCELLENTI ET FIDE DIGNA AUCTORITATE DICERENTUR, ſed etiam fideliter enuntiandi quæ ipſe dicenda judicaret, ac diceret.

(A) Conc. Toletan. I. *ann.* 400. *c.* 12. Si quis dixerit, vel crediderit alias ſcripturas, præter quas Eccleſia catholica recipit, in auctoritate habendas, vel eſſe venerandas, Anathema ſit.

S. Aug. *Lib. 13. contra Fauſtum c. 4.* An Fauſtus Apoſtolos noſtros pro ſe teſtes vocabit? Non opinor homines producet, ſed libros aperiet: quos non pro ſe, ſed contra ſe apertos reperiet. Quod ſi eos inſalſatos dixerit, ipſe teſtium ſuorum fidem oppugnabit. Si autem alios quos dicat Apoſtolorum noſtrorum, codices protulerit, quomodo eis ipſe auctoritatem dabit, quam per Eccleſias Chriſti ab ipſis Apoſtolis conſtitutas non accepit, ut inde ad poſteros firmata commendatione tranſcurreret?

Cap. 5.... Noſtrorum porro librorum auctoritas, tot gentium conſenſione per ſucceſſiones Apoſtolorum, Epiſcoporum, Conciliorum roborata vobis, [Manichæis] adverſa eſt: veſtrorum autem nulla eſt, quia & a tam paucis profertur, & ab iis qui Deum & Chriſtum mendacem colunt.

Lib. 28. c. 2. Dices illam narrationem non eſſe Matthæi, quam Matthæi eſſe dicit univerſa Eccleſia, ab Apoſtolicis ſedibus uſque ad præſentes Epiſcopos certa ſucceſſione perducta... Iſtum librum credite eſſe Matthæi, quem ex illo tempore quo Matthæus ipſe in carne vixit, non interrupta ſerie temporum Eccleſia certa connexionis ſucceſſione uſque ad tempora iſta perduxit... Sed alium forte proferes librum, qui nomen habeat alicujus Apoſtoli, quem a Chriſto conſtat electum, & ibi Chriſtum natum ex Maria non eſſe lecturus es. Cum ergo neceſſe ſit alterum horum librorum eſſe mendacem, cui non potius cenſes fidem accommodare debere? Eine quem illa Eccleſia ab ipſo Chriſto inchoata & per Apoſtolos provecta certa ſucceſſionum ſerie uſque ad hæc tempora, toto terrarum orbe dilatata, ab initio traditum & conſervatum agnoſcit, atque approbat, an ei quem eadem Eccleſia incognitam reprobat?

Cap. 4. Si enim prolatæ fuerint aliquæ litteræ, quæ nullo alio narrante ipſius proprie Chriſti eſſe dicantur;... quia & illæ litteræ ſi proferrentur, utique conſiderandum erat a quibus proferrentur. Si ab ipſo, illis primitus ſine dubio proferri potuerunt, qui tunc eidem cohærebant, & per illos etiam ad alios pervenire. Quod ſi factum eſſet, per illas quas commemoravi præpoſitorum & populorum ſucceſſiones confirmatiſſima auctoritate clareſcerent. Quis eſt ergo tam demens, qui hodie credat eſſe Epiſtolam Chriſti quam protulerit Manichæus, & non credat facta vel dicta eſſe Chriſti quæ ſcripſit Matthæus? Aut ſi etiam de Matthæo utrum ipſe iſta ſcripſerit dubitat, de ipſo quoque Matthæo non potius id credat, quod invenit in Eccleſia, quæ ab ipſius Matthæi temporibus uſque ad hoc tempus certa ſucceſſionum ſerie declaratur; & credat neſcio cui ex tranſverſo de Perſide... Cum ipſe Apoſtolus Paulus poſt adſcenſionem Domini de cælo vocatus, ſi non inveniret in carne Apoſtolos, quibus communicando & cum quibus conferendo Evangelium, ejuſdem ſocietatis eſſe appareret, Eccleſia illi omnino non crederet? Sed cum cognoviſſet eum hoc annuntiantem quod etiam illi annuntiabant, & in eorum communione atque unitate viventem,... ita eum Domino commendante, meruit auctoritatem, ut verba illius hodie ſic audiantur in Eccleſia, tamquam in illo Chriſtus,... locutus audiatur. Et putat Manichæos credi ſibi debere ab Eccleſia Chriſti, loquenti contra Scripturas tanta & tam ordinata auctoritate firmatas: per quas ei præcipue commendatum eſt, ut quiſquis illi annuntiaverit præterquam quod accepit, anathema ſit.

Contra Epiſtolam Manichæi quam vocant Fundamenti c. 4. n. 5. Vide ſ. ſuperior. lit. [B]

Lib. de utilitate credendi, cap. 17. n. 35. Cum igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum fructumque videamus, dubitabimus nos ejus Eccleſiæ condere gremio, quæ uſque ad confeſſionem generis humani ab Apoſtolica ſede per ſucceſſiones Epiſcoporum, fruſtra Hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis ipſius judicio, partim Conciliorum gravitate, partim etiam miraculorum majeſtate damnatis, culmen auctoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare, vel ſummæ profecto impietatis eſt, vel præcipitis arrogantiæ. Nam ſi nulla certa ad ſapientiam ſalutemque animis via eſt, niſi cum eos rationi præcolit fides; quid eſt aliud ingratum eſſe opi atque auxilio divino, quam tanto labore [*potius* robore] præditæ auctoritati velle reſiſtere? Et ſi unaquæque diſciplina, quamquam vilis & facilis, ut percipi poſſit, doctorem aut magiſtrum requirit; quid temerariæ ſuperbiæ plenius, QUAM DIVINORUM SACRAMENTORUM

LI-

1.Tim.3.15 *tatis*, eſſe omnino uudiendam, & conſulendam io omoibus quæ ad fidem & religionem pertinent. Idque ex Chiſti toſtituto. (B)

B

I. Quid ergo ſentiendum de iis qoi exiſtimant unicuique jus & facultuiem ineſſe interpretandi & cognoſcendi, ſeeluſa auctoritare Eccleſiæ, quis ſit legitimus Scrip uraium ſenſus?

R. Errant omnino qui ſic opinantur.

Primum enim hac perverſu opinione patet uditus ad omne genus errotis & fraudis & licentiæ. Neque enim fuit unquam ullus Hæreticus qui Scripturam ſacram, privatu ſua interpretatione, ad ſuos ſenſus, ad ſua commenta accommodatam non protulerit in medium.

C (C)

Deinde qui ſic opinantur ii adverſantur ſuctæ Scripturæ, & rationi. Scripturæ quidem: Epheſ. c. 2. 20. *Omnis* enim *Prophetia Scripturæ* (ſ verbu ſunt Petti Apoſtoli) *propria interpretatione non fit*. Et certe licitum nunqoam fuit ſingulis Judæis Scripturus ſacras pro ſuo more interpretari: ſed in rebus obſcuris ad Sacerdotes ire tenebantur. *Labia* (namque) *Sacerdotis cuſtodient ſcientiam*, inquit Malachias, *& legem requirent ex ore ejus; quia Angelus Domini exercituum eſt*. Pars II. Sect. II. Cap. I. §. 57. Cap. 21. 7.

Nec minus udverſantur rationi qui ſic ſentiunt. Eſt enim a rationa prorſus alienum id pro certo ſtatuere quod ud pruxim revocari nullutenus poſſit. Ar ejusmodi eſt quod illi ſtatuunt de privatu Scriptorarum interpretutione. Quomodo enim interpretabuntor Scripturas homines Imperiti & rudes, ad fidem vocari non ſecus ac docti, (D) & quidem pars maxima Eccleſiæ; D

quomodo inquam Scripturas interpretubuntur qui nec legere ſciunt, nec callent linguam vel Hebræam vel Græcam, quibus ſacer textus primitus conſtut?

I. Etiamſi rudes neſciant Græce vel Hebraice loqui, nihil verat eos ex vernaculis Scripturarum ttunslutionibus intelligere quis ſit legitimus Scripturarum ſenſus?

An-

---

libros, et ab interpretibus suis nolle cognoscere, et incognitos velle damnare?

(B) Matth. xvi. 18. ... To es Petrus & ſuper hane petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ infeti non prævalebunt adverſus eam.

xviii. 17. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Poblicanus.

xviii. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, atque ad conſummationem ſæculi.

Luc. x. 16. Qui vos audit, me uudit: qui vos ſperoit, me ſpernit.

1. Timoth. iii. 15. Eceleſia Dei vivi columna & firmamentum verituiis.

S Aug. *Contra Creſconium*, *c.* 33. *num.* 39 *lib.* 1. Scripturarom a nobis tenetur veritas, cum boc facimus quod univerſæ jam placuir Eccleſiæ, quam ipſarum Sctiprurarum commendat auctoritas, ot quoniam ſancta Scriptura fallere non poteſt, quisquis falli metuit, hujus obſcuritate qoæſtionis eamdem Eccleſiam de illa conſolat, quam ſine ulla ambiguitate ſaocta Scriptura demonſtrar.

(C) S. Hilarius *Lib.* 2. *ad Conſtantium*, *num.* 9. Memento neminem Hæreticorum eſſe, qui ſe nunc oon ſecundum Scripturas prædicare ea, quibus blaſphemat, mentiatur .... Omnes Scripturas, ſine Scripturæ ſenſu loquontur, & fidem ſine fide prætendunt. Scripturæ enim non in legendo ſuot, ſed in intelligendo; neque in prævaricatione ſunt, ſed in earitate.

N. 11. Hæc ego in Spiritu ſancto itu eredidi, ut ultra bane de Domino Jeſo Chriſto fidem uun poſſim doceri; non per hanc adimens patrum fidei religionem, ſed ſecundum regenerationis meæ ſymbolum, & doctrinæ Evangelicæ ſcientiam, ab ea juxta iſta non diſſonans.

S. Aug. *Lib. de Trinit. cap.* 3. *num.* 6 Nec ipſis ſanctis divinorum librorum auctoritatibus ullo modo quisquam recte tribuerit, tam multos & varios errores Hæreticorum; cum omnes ex eisdem Scripturis falſa, utque falluces opiniones ſuas conentur defendere?

Vincentius Lirinensis *Commonitorio*, 1. *cap.* 2. Sæpe igitur magno ſtodio & ſumma atteotione perquitens a quamplorimis ſanctitate & doctrina præſtantibus viris, quonammodo poſſim certa quadam & quaſi generali ac reguluri via Catholicæ fidei veritatem ab hæreticæ pravitatis falſitate diſcernere, hujoſmodi ſemper reſponſum ab omnibus fere retoli. Quod ſive ego, ſive quis vellet exſurgentium Hæreticorum fraudes deprehendere, laqoeosque vitare, & in fine ſana ſanus, atque integer permanere, duplici modo monire fidem ſuam Domino adjovante deberet: primum ſcilicet divinæ legis auctoritate, tum deinde Eccleſiæ Catholicæ Traditione.

Cap. 2. Hic forſitan requirat aliquis: Com ſit perfectus Scripturarum canon, ſibique ad omnia ſatis ſuperqoe ſufficiat, quid opus eſt ut ei Eccleſiaſticæ intelligentiæ jungatur auctoritas? Quia videlicet Scripturam ſacram pro ipſa ſui altitudine non uno eodemque ſenſo oniverſi accipiunt, ſed ejusdem eloquia aliter alius atque alius interpretatur, ut pene quot homines ſunt, tot illinc ſententiæ eruı poſſe videantur. Aliter namque illam Novatianus, aliter Sabellios, aliter Donatus exponit, aliter Arrius, Eunomius, Macedonius, aliter Photinus, Apollinaris, Priſcillianus, uliter Jovinianus, Pelagius, Celeſtius, aliter poſtremo Neſtorius. Atqui ideirco multum neceſſe eſt propter tantos tam varii erroris anfractus, ut Propheticæ & Apoſtolicæ interpretationis linea ſecundum Eccleſiaſtici, & Catholici ſenſus normam dirigatur.

Cap. 38. Si divinis eloqoiis diabolus & diſcipuli ejus utantur ... Eccleſiæ filii quodammodo in Scripturis ſanctis veritatem a falſitate diſcernent. Hoc facere magnopere corabunt, quod ſanctos & doctos viros tradidiſſe oobis ſcripſimus, ot divinum canonem, ſecundum univerſalis Eccleſiæ traditiones, & juxta Catholici dogmatis regulas interpretentur: in qua item Catholicæ Apoſtolicæque Eccleſiæ ſequantur neceſſe eſt univerſitatem, antiquitatem, conſenſionem .... Præferant portionis corruptioni, univerſitatis integritatem: inque eadem univerſitate novitatis profanitati, antiquitatis religionem: itemque in iſta vetuſtate unius ſive pauciſſimorum temeritati, primum omnium generalia ſi qua ſunt univerſalis Concilii decreta præponant ... Tunc deinde ſi id minus eſt, ſequantur quod proximum eſt, multorum utqoe magnorum conſentientes ſibi ſententias magiſtrorum.

S. Bernard. *in vigil. Nativit. Dom. Serm.* 3. *n.* 1. Eccleſia... quæ ſecum habet conſilium & ſpiritum ſponſi & Dei ſui... nimirum ipſa eſt quæ..... in ipſam abyſſum ſecretorum Dei oculorom contemplationis immerſit... Com ergo ipſa in Scripturis divinis verba vel alterat, vel alternat, fortior eſt illa compoſitio, quam poſitio prima verborum: fortaſſis tanto fortior, quantum diſtat inter figuram & veritatem, inter lucem & umbram, inter dominam & ancillam.

Concil. Trident. *Seſſ.* 4. (Sancta Synodus) ad coercenda petulantia ingenia, decernit ut nemo ſuæ prudentiæ innixus, in rebus fidei & morum, ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, ſacram Scripturam ad ſuos ſenſus contorqoens, contra eum ſenſom, quem tenuit & tenet ſancta mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu & interpretatione Scripturarum ſanctarum, aut etiam contra unanimem conſenſum Patrum, ipſam Scripturam ſacram interpretari audeat, etiam ſi hujusmodi interpretationes nullo unquam tempore edendæ forent.

(D) Matth. xi. 25. In illo tempore reſpondens Jeſus

Digitized by Google

PARS II. SECT. II. CAP. II. §. 2.

R. 1. Antequam de legirimo Scripturarum ſenſu ex verſionibus vernaculis judicent, diſcernendum illis eſt prius quænam Scripturæ Canonicæ ſint, quænam apocriphæ: Quis autem ſanæ mentis non vider, hanc diſcretionem ab imperitis fieri non poſſe?

2. Eſto certi ſint de librorum auctorirate. Quomodo certi eſſe poterunt de translariorum fide? Ab hominibus errori obnoxiis factæ ſunt illæ verſiones: Quomodo intelligent imperiti num reipſa interpretes erraverint? Arguuntur quotidie & damnantur Scripturarum multæ verſiones, ut alienæ a genuino ſacri textus ſenſu, id maxime in Proteſtantium vel doctiſſimorum verſionibus locum habere certum eſt. Tolle auctoritatem Eccleſiæ, quæ Chriſti promiſſione fulta, dat nobis ſine ulla erroris formidine & ſacros fontes, & ſinceram horum verſionem, parebunt omnia dubiis.

3. Eſto rudes & imperiti, ſecluſa auctoritate Eccleſiæ, certi ſint de fide verſionum; non propterea legitimum Scripturarum ſenſum aſſequentur. Ad hoc neceſſe eſt teſtimonium cum teſtimonio, librum cum libro conferre, præcedentia cum ſubſequentibus connectere: quod quidem ab imperiris ne tentari quidem poteſt. *In Pauli Epiſtolis ſunt & in cæteris ſcri-*
2. Pet. 3. 16. *pturis*, inquit Petrus Apoſtolus, *ſunt difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles depravant, ſicut & cæteras Scripturas, ad ſuam ipſorum perditionem.*

I. Fateor fieri non poſſe ut ſinguli Chriſtiani, etiam rudes & imperiti legitimum Scripturarum ſenſum propriis viribus aſſequantur. Sed ſi ſupremo Spiritus ſancti lumine illuſtrentur, ſi Deus unicuique ſenſum aperiat ad intelligendas Scripturas, nihil obſtabit quominus & ipſi Scripturas intelligant. At memini me audiſſe vel legiſſe uſpiam hanc eſſe Proteſtantium opinionem, quod velint adeſſe Spiritum ſanctum ſingulis fidelibus Scripturas vel legentibus vel audientibus, ut ipſis legitimum harum ſenſum ſuggeret: Juxta
Joh. 16. 13. id quod Chriſtus promiſit, *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem*. Idque contendunt ex Apoſtolo confirmari, dum is refert
Heb. 8. 10. 11. hanc Jeremiæ Prophetiam: *Hoc eſt teſtamentum quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: Dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum, & non docebit unuſquiſque proximum ſuum & unuſquiſque fratrem ſuum, dicens; Cognoſce Dominum: quoniam omnes ſcient me a minore uſque ad majorem*. Quibus verbis videtur non obſcure innui hanc eſſe Eccleſiæ prærogativam, ut omnes omnino Chriſtiani ſuperno Spiritus ſancti aſſlatu illuſtrentur, ut legem Dei, & proinde Scripturas & eorum genuinum ſenſum intelligant.

R. Non is eſt eorum Scripturæ ſacræ teſtimoniorum ſenſus. Prius enim quod protuliſti ad Apoſtolos & ad corpus Eccleſiæ ſpectat: & ſi ad ſingulos fideles extendatur, ſenſus eſt a nemine haberi poſſe cognitionem omnis veritatis niſi per Spiritum ſanctum: neque enim omnem veritatem norunt omnes omnino Chriſtiani, ut quotidiana experientia per ſe patet.

Ad alterum teſtimonium ex Jeremia & ex Apoſtolo prolatum quod ſpectat, certum eſt quoque non eum eſſe illius ſenſum, quod legem Dei & abſtruſum Scripturarum ſenſum ſinguli Chriſtiani ſine magiſterio intellecturi ſint. Is enim ſenſus & manifeſta experientia refellitur, & aliis Scripturæ locis non obſcuris confutatur. *Fides*, inquit Apoſtolus, *ex auditu. Quomodo audient ſine prædicante?* Id Rom. 10. 17. & 15.
unum ergo colligendum eſt hoc Jeremiæ teſtimonio ab Apoſtolo prolato, hanc eſſe novi teſtamenti prærogativam, quod ita ſcribenda eſſet lex Dei in mentibus & cordibus hominum per Spiritum ſanctum, ut legem hanc ſine magno labore Chriſtiani edocendi ſint. Nimirum Deus ipſe per gratiam ſuam ſingulorum mentibus, & cordibus inſinuat quod ipſi a magiſtris docentur. Alioqui fruſtra doceremur. Unde recte ait Sanctus Proſper in carmine de ingratis:

Percurrat Apoſtolus orbem,
Prædicet, hortetur, plantet, riget, increpet, inſtet,
Quaque viam verbo reſtratam invenerit, intret,
Ut tamen his ſtudiis auditor promoveatur,
Non doctor, neque Diſcipulus, ſed gratia ſola,
Efficit.

Et certe ſi ſenſus teſtimoniorum hujuſmodi, qui non pauci in novo teſtamento reperiuntur, is eſſet quod ſinguli omnino Chriſtiani ſuperno Spiritus ſancti aſſlatu illuminandi eſſent, ad perſpiciendum abſtruſiorem Scripturarum ſenſum; jam nullus eſſet modus ſectarum undique exurgentium commentis. Sed divinitus illuſtratum contendet Calvinus adverſus Lutherum, Lutherus adverſus Calvinum. Idem contendent Anabaptiſtæ, & quotquot feret orbis ſanaticos: contendet, inquam, quivis fanaticus, ſibi divinitus infuſum fuiſſe eum Scripturarum ſenſum, quo ſua ſecta nititur. Sic patebunt omnia fabulis & erroribus & fallaciis. Non poteſt Spiritus ſanctus, Spiritus utique veritatis, ſibi ipſi contradicere. Non poteſt revelare Luthero Chriſtum eſſe reipſa præſentem in Euchariſtia, & Zuinglio Chriſtum reipſa abeſſe ab Euchariſtia. Ex his collige, agnoſcendam omnino eſſe hominibus auctoritatem ſupremam, quæ erumpentes de religione quæſtiones ſine erroris formidine dirimat: alioqui patebunt omnia diſputationibus; nil niſi dubium occurret in rebus fidei; nec impediri poterit quominus omnes *ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento* Ephes. 4. 14.
doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia ad cir-

Jeſus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine Cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus, & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. 26. Ita Pater, quoniam ſic fuit placitum ante te.

ROM. I. 14. Græcis & Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum.

1. COR. I. 26. Videte enim vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes, ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: 27. Sed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: 28. Et ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret. 29. Ut non glorietur omnis caro in conſpectu ejus. 30. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Jeſu, qui factus eſt nobis ſapientia a Deo, & juſtitia, & ſanctificatio & redemptio.

EPHES. IV. 14. Ut jam non ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris.

Digitized by Google

circumventionem erroris, contra præceptum Apoſtoli.

Huic incommodo occurrit ineffabili ſua ſapien-
Matth.18.17. tia Deus optimus maximus, nam juſſit Eccle-
Luc.18.20. ſiam ab omnibus audiri & conſuli: promiſitque
Luc.16.18. permanſuram eſſe ad finem uſque ſæculorum Ec-
cleſiam, immaculatam utique & incorruptam;
E nec futurum unquam, ut adverſus eam portæ
Sect.21.c.3. inferi prævaleant. (E) Hæc omnia fuſe, &
§.4. inviĉtiſſime probavimus parte prima hujus ope-
F ris. (F)

§. 3. *De Scriptura Sacra.*

I. Quid eſt Scriptura ſacra?

R. Eſt verbum Dei ſcriptum in iis libris, quos Canonicos dicimus.

I. Cur Canonici appellantur libri Scripturarum?

R. *Canon* vox Græca eſt, quæ *regulam* ſignificat. Ideo ergo libros ſacros canonicos dicimus. 1. Quod regulam fidei noſtræ contineant.

2. Quod horum librorum ſeries continεatur in pluribus Eccleſiæ canonibus. Sic regulas ab Eccleſia poſitas vocamus. (A) A

I. Qui-

(E) *Vide auctoritates Scripturæ, quas protulimus ſupra lit.* (B) *hocce* §.

(F) *Qui doctrinam hocce paragrapho contentam penitius ſcrutari voluerint, adeant libros ſequentes: Collationem* D. D. BOSSUETI *Meldenſium Epiſcopi, cum* D. CLAUDIO de Eccleſia. *Ejuſdem Epiſtolas duas ad populum ſuum* de Promiſſionibus Chriſti ad Eccleſiam: *Domini* NICOLE Juſta legitimaque Eccleſiæ Catholicæ adverſus Calviniſtas præjudicia: *Eminentiſſimorum Cardinalium* BELLARMINI, PERRONII, & RICHELII Controverſiarum *Libros*. Epiſtolas Paſtorales ARCHIEPISCOPORUM PARISIENSIS & ROTHOMAGENSIS *ad nuperos diœceſeum Catholicos*.

(A) CONC. LAODICENUM *ſub Sylveſtro I. Canone* 59. Quod non oportet privatos, & vulgares aliquos Pſalmos dici in Eccleſia, nec libros non canonicos, ſed ſolos canonicos veteris & novi Teſtamenti.

Canone 60. Hæc ſunt quæ legi oportet ex veteri Teſtamento. 1. Geneſis, 2. Exodus, id eſt, Exitus ex Ægypto. 3. Leviticum. 4. Numeri. 5. Deuteronomium. 6. Jeſus Nave. 7. Judices, Ruth. 8. Heſter. 9. Regnorum primus & ſecundus. 10. Regnorum tertius & quartus. 11. Paralipomenon primus & ſecundus. 12. Eſdræ primus & ſecundus. 13. Liber Pſalmorum centum quinquaginta. 14. Proverbia Salomonis. 15. Eccleſiaſtes. 16. Cantica canticorum. 17. Job. 18. Duodecim Prophetæ. 19. Iſaias. 20. Jeremias & Baruch, Lamentationes & Epiſtolæ. 21. Ezechiel. 22. Daniel.

Novi autem Teſtamenti hæc: Evangelia quatuor, ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, & ſecundum Johannem. Actus Apoſtolorum. Epiſtolæ Catholicæ ſeptem: videlicet Jacobi una; Petri duæ; Johannis tres; Judæ una. Epiſtolæ Pauli quatuordecim: ad Romanos una; ad Corinthios duæ; ad Galatas una; ad Epheſios una; ad Philippenſes una; ad Coloſſenſes una; ad Theſſalonicenſes duæ; ad Hebræos una; ad Timotheum duæ; ad Titum una; ad Philemonem una.

CONCIL. CARTHAGIN. III. *Cap.* 47. *ann.* 397. Item placuit, ut præter Scripturas canonicas, nihil in Eccleſia legatur, ſub nomine divinarum Scripturarum. Sunt autem canonicæ Scripturæ, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jeſus Nave, Judicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Job, Pſalterium Davidicum, Salomonis libri quinque, Libri duodecim Prophetarum, Iſaias, Jeremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Judith, Eſther, Eſdræ libri duo, Machabæorum libri duo: Novi autem Teſtamenti, Evangeliorum libri quatuor; Actuum Apoſtolorum liber unus; Pauli Apoſtoli Epiſtolæ tredecim, ejuſdem ad Hebræos una; Petri Apoſtoli duæ; Johannis Apoſtoli tres; Judæ Apoſtoli una, & Jacobi una, Apocalypſis Johannis liber unus.

INNOCENT. I. *Epiſt.* 3. *ad Exuperium Epiſcop. Toloſan. num.* 7. Qui vero libri recipiantur in canone ſanctarum Scripturarum brevis adnexus oſtendit. Hæc ſunt ergo, quæ deſiderata moneri voce voluiſti: Moyſis libri quinque, id eſt, Geneſis, Exodi, Levitici, Numeri, Deuteronomii: & Jeſu Nave unus: Judicum unus; Regnorum libri quatuor ſimul & Ruth: Prophetarum libri ſexdecim: Salomonis libri quinque: Pſalterium; Hiſtoriarum Job liber unus; Tobiæ unus; Eſther unus; Judith unus; Machabæorum duo; Eſdræ duo; Paralipomenon duo: item Novi Teſtamenti, Evangeliorum libri quatuor; Apoſtoli Pauli Epiſtolæ quatuordecim: Epiſtolæ Johannis tres; Epiſtolæ Petri duæ; Epiſtola Judæ; Epiſtola Jacobi; Actus Apoſtolorum; Apocalypſis Johannis. *Hanc reperire eſt apud* LABBEUM *tomo* 2. *Concil. pag.* 1254.

CONCIL. ROM. I. *an.* 494. *ſub Gelaſio I. Ordo librorum veteris Teſtamenti, quem ſancta & Catholica Romana ſuſcipit & veneratur Eccleſia, digeſtus a Gelaſio Papa I. cum ſeptuaginta Epiſcopis.*

Geneſis liber unus. Exodi liber unus. Levitici liber unus. Numeri liber unus. Deuteronomii liber unus. Jeſu Nave liber unus. Judicum liber unus. Regnorum libri quatuor. Paralipomenon libri duo. Pſalmorum 150. liber unus. Salomonis libri tres. Proverbia, Eccleſiaſtes, & Cantica canticorum. Item Sapientiæ liber unus. Eccleſiaſticus liber unus. Item ordo Prophetarum. Iſaiæ liber unus. Jeremiæ liber unus. Cinoth, id eſt, de Lamentationibus ſuis. Ezechielis liber unus. Daniel liber unus. Oſee liber unus. Amos liber unus. Michææ liber unus. Joel liber unus. Abdiæ liber unus. Jonæ liber unus. Nahum liber unus. Habacuch liber unus. Sophoniæ liber unus. Aggæi liber unus. Zachariæ liber unus. Malachiæ liber unus. Item Ordo Hiſtoriarum. Job liber unus. *Ab aliis omiſſus*, Tobiæ liber unus. Eſdræ liber unus. Eſther liber unus. Judith liber unus. Machabæorum liber unus.

Item ordo Scripturarum novi & æterni Teſtamenti.

Evangeliorum libri quatuor. Secundum Matthæum liber unus. Secundum Marcum liber unus. Secundum Lucam liber unus. Secundum Johannem liber unus. Actuum Apoſtolorum liber unus. Epiſtolæ Pauli Apoſtoli numero quatuordecim. Ad Romanos Epiſtola una. Ad Corinthios Epiſtolæ duæ. Ad Galatas Epiſtola una. Ad Theſſalonicenſes Epiſtolæ duæ. Ad Epheſios Epiſtola una. Ad Philippenſes Epiſtola una. Ad Coloſſenſes Epiſtola una. Ad Timotheum Epiſtolæ duæ. Ad Titum Epiſtola una. Ad Philemonem Epiſtola una. Ad Hebræos Epiſtola una. Item Apocalypſis Johannis liber unus. Item Canonicæ Epiſtolæ numero ſeptem; Jacobi Apoſtoli Epiſtola una. Petri Apoſtoli Epiſtolæ duæ. Johannis Apoſtoli Epiſtolæ tres. Judæ Zelotis Apoſtoli Epiſtola una.

Decretum EUGENII Papæ IV. *pro Jacobitis ſeu Armenis in Conc. Florentino, anno* 1441. *pag.* 1206. *tom.* 13. *Concil. Labbei*. (Sacroſancta Romana Eccleſia) unum atque eumdem Deum veteris, & novi Teſtamenti, hoc eſt, Legis & Prophetarum, atque Evangelii profitetur auctorem; quoniam eodem Spiritu ſancto inſpirante, utriuſque Teſtamenti ſancti locuti ſunt, quorum libros ſuſcipit, & veneratur, qui titulis ſequentibus continentur. Quinque Moyſis, id eſt, Geneſi, Exodo, Levitico, Numeris, Deuteronomio, Joſue, Judicum, Ruth; quatuor Regum; duobus Paralipomenon, Eſdra, Nehemia, Tobia, Judit, Heſter, Job; Pſalmis David; Parabolis; Eccleſiaſte; Canticis canticorum, Sapientia, Eccleſiaſtico, Iſaia, Jeremia, Baruch, Ezechiele, Daniele; duodecim Prophetis minoribus; id eſt, Oſea, Joele, Amos, Abdia, Jona, Michæa, Nahum, Habacuch, Sophonia, Aggæo, Zacharia, Malachia; duobus Machabæorum; quatuor Evangeliis, Matthæi, Marci, Lucæ, Johannis; quatuordecim Epiſtolis Pauli, ad Romanos; duabus ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, duabus ad Theſſalonicenſes, duabus ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos; Petri duabus; tribus Johannis; una Jacobi; una Judæ; Actibus Apoſtolorum, & Apocalypſis Johannis.

CONC. TRIDENT. *Seſſ.* 4. 8. *april. ann.* 1546. Sacroſancta, œcumenica & generalis Tridentina Synodus in Spiritu ſancto legitime congregata ... hoc ſibi perpetuo ante oculos proponens, ut ſublatis erroribus, puritas ipſa Evangelii in Eccleſia conſervetur: quod promiſſum ante per Prophetas in Scripturis ſanctis Dominus noſter Jeſus Chriſtus Dei filius proprio ore primum promulgavit, deinde per ſuos Apoſtolos, tamquam fontem omnis ſalutaris veritatis, & morum diſciplinæ, omni creaturæ prædicari juſſit: perſpiciensque hanc veritatem, & diſciplinam

Part. II. Sect. II. Cap. II. §. 3.

I. Quinam ſunt libri Canonici?

R. Sunt libri Canonici veteris teſtamenti, ſunt novi teſtamenti libri Canonici. Illi ante Chriſti ortum ſcripti ſunt: hi poſt Chriſti reſurrectionem. (B)

I. Quinam ſunt veteris Teſtamenti libri Canonici?

R. Ad quatuor capita commode revocantur: ad primum pertinent libri Legales; ad ſecundum libri Hiſtorici; ad tertium libri Morales, vel laudibus Dei celebrandis ſcripti; ad quartum libri Prophetici.

Libri legales ſunt quinque Moyſi libri, quos uno Græco nomine Pentateuchum dicimus: iique ſunt Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri & Deuteronomium.

Libri Hiſtorici ſunt Joſue, Judices, Ruth, Regum libri quatuor, quorum priores duo dicuntur libri Samuelis; Paralipomenon, qui & Chronicorum libri duo, Eſdræ libri duo, quorum

continere in libris ſcriptis, & ſine ſcripto traditionibus, quæ ex ipſius Chriſti ore ab Apoſtolis acceptæ, aut ab ipſis Apoſtolis, Spiritu ſancto dictante, quaſi per manus traditæ, ad nos uſque pervenerunt, Orthodoxorum Patrum exempla ſecuta, omnes libros tam veteris, quam novi Teſtamenti, cum utriuſque unus Deus ſit auctor, nec non traditiones ipſas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus a Chriſto, vel a Spiritu ſancto dictatas, & continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica conſervatas, pari pietatis affectu ac reverentia ſuſcipit, ac veneratur. Sacrorum vero librorum indicem huic Decreto adſcribendum cenſuit; ne cui dubitatio ſuboriri poſſit, quinam ſint, qui ab ipſa Synodo ſuſcipiuntur. Sunt vero infra ſcripti: Teſtamenti veteris quinque libri Moſis, id eſt, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium; Joſue, Judicum, Ruth, quatuor Regum; duo Paralipomenon; Eſdræ primus & ſecundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Judit, Heſter; Job, Pſalterium Davidicum centum quinquaginta Pſalmorum, Parabolæ, Eccleſiaſtes; Canticum canticorum; Sapientia; Eccleſiaſticus; Iſaias; Jeremias, cum Baruch, Ezechiel, Daniel; duodecim Prophetæ minores, ſcilicet: Oſeæ, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias; duo Machabæorum primus & ſecundus: Teſtamenti novi, quatuor Evangelia, ſecundum Matthæum, Marcum, Lucam & Johannem; Actua Apoſtolorum a Luca Evangeliſta conſcripti; quatuordecim Epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli, ſcilicet ad Romanos; duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes; duæ ad Theſſalonicenſes; duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos; Petri Apoſtoli duæ; Johannis Apoſtoli tres; Jacobi Apoſtoli una; Judæ Apoſtoli una; & Apocalypſis Johannis Apoſtoli. Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro ſacris & canonicis non ſuſceperit, & traditiones prædictas ſciens & prudens contempſerit, Anathema ſit.

(B) S. ATHANAS. *Orat. contra gentes*, n. 1. Sufficiunt quidem per ſe tum ſacræ & divinitus inſpiratæ Scripturæ ad veritatis indicationem, tum plurimi de eadem tu libri a ſanctiſſimis Magiſtris conſcripti; quos ſi quis evolvat, intelliget aliquo modo Scripturarum mentem, & fortaſſe eam quam cupit, cognitionem adipiſcetur. Ceterum quia eas lucubrationes ad manum non habemus, neceſſum eſt, ut quæ ab illis didicerimus, tibi ſcripto proferamus.

S. AUG. *de Doctr. Chriſtiana*, *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 12. Erit igitur divinarum Scripturarum ſolertiſſimus indagator, qui primo totas legerit, notaſque habuerit; & ſi nondum intellectu, jam tamen lectione, dumtaxat eas quæ appellantur Canonicæ ... In canonicis autem Scripturis Eccleſiarum Catholicarum quamplurium auctoritatem ſequatur, inter quas ſane illæ ſint, quæ Apoſtolicas Sedes habere, & Epiſtolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in Scripturis canonicis, ut eas quæ ab omnibus accipiuntur Eccleſiis Catholicis, præponat eis quas quædam non accipiunt: in eis vero quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas quas plures, graviore ſque accipiunt, eis quas pauciores minoriſque auctoritatis Eccleſiæ tenent.

N. 13. Totus autem Canon Scripturarum, in quo iſtam conſiderationem verſandam dicimus, his libris continetur: Quinque Moyſeos, id eſt, Geneſi, Exodo, Levitico, Numeris, Deuteronomio; & uno libro Jeſu Nave; uno Judicum; uno libello qui appellatur Ruth, qui magis ad Regnorum principium videtur pertinere; deinde quatuor Regum, & duobus Paralipomenon, non conſequentibus, ſed quaſi a latere adjunctis ſimulque pergentibus. Hæc eſt Hiſtoria, quæ ſibimet annexa tempora continet, atque ordinem rerum: ſunt aliæ tanquam ex diverſo ordine, quæ neque huic ordini, neque inter ſe connectuntur, ſicut eſt Job, & Tobias, & Eſter, & Judith, & Machabæorum libri duo, & Eſdræ duo, qui magis ſubſequi videntur ordinatam illam hiſtoriam uſque ad Regnorum vel Paralipomenon terminatam: Deinde Prophetæ, in quibus David unus liber Pſalmorum; & Salomonis tres, Proverbiorum, Cantica canticorum, & Eccleſiaſtes. Nam illi duo libri, unus qui Sapientia, & alius qui Eccleſiaſticus inſcribitur, de quadam ſimilitudine Salomonis eſſe dicuntur: nam Jeſus Sirach eos conſcripſiſſe conſtantiſſime perhibetur, (*Nota* Auguſt. *l.* 2. *Retract. cap.* 4. *n.* 2. In ſecundo ſane libro de auctore libri, quam plures vocant Sapientiam Salomonis, quod etiam ipſum, ſicut Eccleſiaſticum, Jeſus Sirach ſcripſerit, non ita conſtare, ſicut a me dictum eſt, poſtea didici, & omnino probabilius comperi non eſſe hunc ejus libri auctorem) qui tamen quoniam in auctoritatem recipi meruerunt, inter Propheticos numerandi ſunt. Reliqui ſunt eorum libri, qui proprie Prophetæ appellantur, duodecim Prophetarum libri ſinguli, qui connexi ſibimet, quoniam numquam ſejuncti ſunt, pro uno habentur: Quorum Prophetarum nomina hæc ſunt, Oſeæ, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Deinde quatuor Prophetæ ſunt majorum voluminum, Iſaias, Jeremias, Daniel, Ezechiel. His quadraginta quatuor libris Teſtamenti veteris terminatur auctoritas: Novi autem, quatuor libris Evangelii, ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, & ſecundum Johannem: quatuordecim Epiſtolis Pauli Apoſtoli ad Romanos; ad Corinthios duabus; ad Galatas, ad Epheſios; ad Philippenſes, ad Theſſalonicenſes duabus; ad Coloſſenſes, ad Timotheum duabus; ad Titum, ad Philemonem; ad Hebræos. Petri duabus; tribus Johannis; una Judæ, & una Jacobi. Actibus Apoſtolorum libro uno; & Apocalypſi Johannis libro uno.

Cap. 9. *num.* 14. In his omnibus libris timentes Deum & pietate manſueti, quærunt voluntatem Dei. Cujus operis & laboris prima obſervatio eſt, ut diximus, noſſe iſtos libros, & ſi nondum ad intellectum, legendo tamen vel mandare memoriæ, vel omnino incognitos non habere. Deinde illa quæ in eis aperte poſita ſunt, vel præcepta vivendi, vel regulæ credendi, ſolertius, diligentiuſque inveſtiganda ſunt: Quæ tanto quiſque plura invenit, quanto eſt intelligentiæ capacior. In iis enim, quæ aperte in Scripturis poſita ſunt, inveniuntur illa omnia, quæ continent fidem, moreſque vivendi, ſpem ſcilicet atque caritatem ... Tum vero facta quadam familiaritate cum ipſa lingua divinarum Scripturarum, in ea quæ obſcura ſunt aperienda & diſcutienda pergendum eſt, ut ad obſcuriores locutiones illuſtrandas de manifeſtioribus ſumantur exempla, & quædam certarum ſententiarum teſtimonia dubitationem incertis auferant.

Lib. 11. *de Civit. Dei*, *cap.* 3. Hic (Chriſtus) prius per Prophetas, deinde per ſeipſum, poſtea per Apoſtolos, quantum ſatis eſſe judicavit, locutus, etiam Scripturam condidit, quæ Canonica nominatur, eminentiſſimæ auctoritatis, cui fidem habemus de his rebus, quas ignorare non expedit, nec per noſmetipſos noſſe idonei ſumus ... Sicut ergo de viſibilibus, quæ non vidimus, eis credimus qui viderunt, atque ita de ceteris, quæ ad ſuum quemque ſenſum corporis pertinent: ita de his quæ animo ac mente ſentiuntur ... hoc eſt, de inviſibilibus, quæ a noſtro ſenſu interiore remota ſunt, iis non oportet credere, qui hæc in illo incorporeo lumine diſpoſita didicerunt, vel manentia contuentur.

Lib. 15. *c.* 23. *n.* 4. Omittamus igitur earum Scripturarum fabulas, quæ apocryphæ nuncupantur, eo quod earum occulta origo non claruit Patribus, a quibus uſque ad nos auctoritas veracium Scripturarum certiſſima & notiſſima ſucceſſione pervenit. In his autem apocryphis

etſi

rum poſterior Nehemiæ liber dicitur Tobias, Judith, Eſther, Job, Machabæorum liber primus & alter. His addi poſſunt libri Geneſis, Exodi & Numerorum, qui licet maxima ex parte hiſtoriam referant, tamen ad libros legales vulgo ſeferuntur.

Pſalterium Davidis centum quinquaginta Pſalmos continens, quorum plerique Davidis ſunt, Dei laudibus celebrandis præcipue ſcriptum eſt. *Morales libri* ſic dicti, qui tradant præcipue præcepta morum, ſunt Parabolæ ſeu Proverbia Salomonis, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Sapientia, & Eccleſiaſticus. In his libris ſicut & in Pſalterio ſic celebrantur Dei laudes & traduntur præcepta morum, ut & multa ad Prophetias, quædam ad hiſtoriam pertineant.

Libri Prophetarum continent Prophetarum ſeu majorum ſeu minorum ſcripta. Majores ſic dicti quod plus ceteris ſcripſerint, quatuor ſunt, nimirum Iſaias, Jeremias, cui & Baruch ſcriba illius adjungitur, Ezechiel, & Daniel. Minores, ſic dicti quod minus ſcripſerint, duodecim numerantur. Oſee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias.

I. Qui ſunt Libri novi teſtamenti?

R. Sacro ſancti Jeſu Chriſti Evangelii ſcriptores quatuor qui Evangeliſtæ nuncupantur; Matthæus, Marcus, Lucas, & Johannes. Acta Apoſtolorum auctore Luca. Apoſtolorum Epiſtolæ. Nimirum Pauli quatuordecim, quarum hæc ſeries. Ad Romanos una, ad Corinthios duæ, ad Galatas una, ad Epheſios una, ad Philippenſes una, ad Coloſſenſes una, ad Theſſalonicenſes duæ, ad Timotheum duæ, ad Titum una, ad Philemonem una, ad Hebræos una. Ceterorum Apoſtolorum Epiſtolæ ſeptem, quæ Catholicæ nuncupantur, quia non ad ſpeciales Eccleſias vel perſonas, ut Pauli Epiſtolæ, ſed ad omnem Eccleſiam ſcriptæ ſunt. Harum hic catalogus. Jacobi una, Petri duæ, Johannis Apoſtoli & Evangeliſtæ tres, Judæ una. Sequitur Apocalypſis ſeu revelatio Johannis. PARS II. SECT. II. CAP. II. ſ. 3.

I. Debentne Chriſtiani legere Scripturam Sacram?

R. Lectio divinarum Scripturarum, maxime novi teſtamenti, Pſalmorum, & librorum moralium veteris Teſtamenti deberet eſſe caſtæ deliciæ & quotidiana exercitatio Chriſtianorum, qui pietatem non vanitatem aut curioſitatem alere ſtudent. Id maxime probat & peroptat Eccleſia. (C) C

Sed fatendum eſt in Chtiſtianis eſſe plurimos

etſi inveniatur aliqua veritas, tamen propter multa falſa nulla eſt canonica auctoritas. Scripſiſſe quidem nonnulla divina Enoch illum ſeptimum ab Adam, negare non poſſumus, cum hoc in Canonica Epiſtola Judas Apoſtolus dicat. Sed non fruſtra non ſunt in eo canone Scripturarum, qui ſervabatur in Templo Hebræi populi ſuccedentium diligentia Sacerdotum, niſi quia ob antiquitatem ſuſpectæ fidei judicata ſunt, nec utrum hæc eſſent quæ ille ſcripſiſſet, poterat inveniri, non talibus proferentibus, qui ea per ſeriem ſucceſſionis reperirentur rite ſervaſſe. Unde illa quæ ſub ejus nomine proferuntur, & continent iſta de Gigantibus fabulas, quod non habuerint homines patres, recte a prudentibus judicantur non ipſius eſſe credenda; ſicut multa ſub nominibus & aliorum Prophetarum, & recentiora ſub nominibus Apoſtolorum ab Hæreticis proferuntur, quæ omnia nomine apocryphorum ab auctoritata canonica diligenti examinationa remota ſunt.

Si pleniorem earum rerum, quæ auctoritatem Scripturæ ſacræ ſpectant, notitiam habere cupis, lege SIXTI SENENSIS *Bibliothecam ſacram*, SERARII *&* D. ELIES DU PIN *Prolegomena ad Scripturam ſacram*, Rev. P. FRASSEN *Minoritæ Diſquiſitiones Biblicas*, R. P. NATALIS ALEXANDRI *Dominicani Diſſertationem in Canonem 47. Concilii Carthaginenſis tertii, quæ reperitur inter Diſſertationes hiſtoriæ Eccleſiaſticæ quarti ſæculi, &c.*

(C) S. JOH. CHRYSOST. *Homil.* 1. *in Matth. c.* 1. Obſecro ut quæ (de Scripturis) ſeminata ſunt, verſeris. De tali enim ſtudio, talique cura ingens quoddam animabus bonum ac ſalutare conquiritur. Nam & Deo placere poſſumus iſta curando, & ab injurioſis obſcœniſque ſermonibus, & a conviciis munda ora ſervabimus, dum ſpiritualibus exercemur eloquiis, & dæmonibus terrori eſſe poterimus, linguam noſtram talium armis muniendo verborum, & tunc majorem Dei gratiam valebimus promereri. Hinc enim & mentis veſtræ & acumen augetur & lumen ... Non ſum ego Monachus, uxorem habeo, & filios & curam domus gero. Hoc eſt quod omnia quaſi una quadam peſte corrumpit, quoniam lectionem divinarum Scripturarum ad ſolos putatis Monachos pertinere, cum multo magis vobis quam illis ſit neceſſaria. Qui enim verſantur in publico & vulnera quotidie accipiunt, magis indigent medicamine. Itaque multo eſt gravius atque deterius rem ſuperfluam eſſe legem Dei putare, quam illam omnino non legere... Non audis Paulum loquen-
1. Cor. 10. 11 tem: Quoniam ad correptionem noſtram hæc omnia ſcripta ſunt. Tu vero Evangelium etiam ſi illoris, ut ajunt, manibus contrectare daretur, ne attingere quidem cupias: tantum abeſt, ut penetrare judices operæ pretium: itaque fit ut ſurſum deorſum ferantur omnia. Quod ſi diſcere cupis quantus ex Scripturis divinis naſcatur profectus, temetipſum diligenter exa-

mina: qualis quidem afficiaris cum Pſalmos audis; qualis item cum diabolicam cantilenam... Itaque aſſidue potentibus Spiritus Dei carminibus egemus.... Hoc eſt enim nutrimentum animæ, hoc ornamentum, hoc ſecuritas: ut e regione, Dei non audite verbum, fames atque internecies. Dabo, inquit, eis non fa- *Amos* 8. 11.
mem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Dei. Quid igitur infelicius eſſe poſſit, quam ut quod Deus loco pœnæ minatur, hoc tu jam ſponte in caput tuum attrahens corroges malum, inferens animæ tuæ ſæviſſimam famem, atque peſtiferam, & omnium maxime debilem ac infirmam ipſam reddens? Verbis enim & ſanari illa ſolet, & corrumpi. Nam & ſæpe in iram ſermone ſuccenditur, & ab ipſo incendio alio rurſus ſermone reſtinguitur.. Si autem hoc facit ſermo iſte communis, reſponde, quare tu Scripturarum eloquia contemnas?.... Ex Scripturis namque divinis ſermo prolatus, ipſo igne vehementius animam audientis accendit, atque in omnium illam præparat uſum bonorum. Sic etiam Paulus Corinthios, quos inflatos eſſe agnoverat, ac tumentes, caſtigatione ſermonis reddidit mitiores.... & David poſt pec- 2. *Reg.* 12.
catum, quoniam ſermonem audivit Dei, ad ſalutarem illam pœnitentiam convolavit... Et quid, ais, lucri eſt, quando quis audit, & non accedit ad implenda, quæ dicta ſunt? Non parvum eſt etiam ex ipſo lucrum auditu. Nam qui audit, ſemetipſum damnabit & ingemiſcet, & eo aliquando perveniet, ut ſtudeat etiam implere quod didicit. Qui vero nec quam peccavit intelligit, quando a peccatis recedet? Quando ſeipſum culpabit? Quando etiam emendare conabitur? Non igitur contemnamus Scripturas audire divinas, diabolicæ enim hoc eſt mentis, non permittentis nos aſpicere theſaurum, ne divitias acquiramus. Propterea ille ſuadet, nihil omnino eſſa commodi divinas audire leges, ne quando ex auditu ſequi etiam videat actionem. Deprehendentes itaque hanc illius artem malignam, undique nos muro muniamus, ut his circumſtipati armis, & ipſi permaneamus invicti, & caput dejiciamus inimici.

Conc. 3. de Lazaro. Id ſemper hortor, & hortari non deſinam, ut non hic tantum attendatis iis quæ dicuntur, verum etiam cum domi fueritis aſſidue divinarum Scripturarum lectioni vacetis... Ne quis enim mihi dixerit: Sunt frigida illa verba, multa inſunt quæ contemni debeant: ego forenſibus cauſis affixus ſum, publica gero negotia, artificium exerceo, uxorem habeo, alo liberos, familiæ curam gero, mundanus homo ſum, non eſt meum legere Scripturas, ſed eorum qui mundo dixerunt vale, qui montium vertices occuparunt, qui vitam ejuſmodi continenter agunt. Quid ais homo? Non eſt tui negotii Scripturas evolvere, quoniam innumeris curis diſtraheris? Imo tuum magis eſt quam illorum. Neque enim illi perinde Scripturarum egent præſidio, atque vos in mediis negotiorum undis jactati.

Digitized by Google

Nam Monachi quidem a foro forenſibusque negotiis liberi, quique in deſerto fixere tuguriola, neque cum quoquam habent commercium, ſed in illa quieta tranquillitate cum omni ſecuritate philoſophantur, ac velut in porto ſedentes, rebus vehementer tutis fruuntur. Nos contra velut in medio mari fluctuantes, innumeriſque velimus, nolimus peccatis obſtricti, ſemper opus habemus perpetuo, jugique Scripturarum ſolatio.. Quia perpetuo ſtas in acie, quia frequentes accipis plagas, idcirco magis opus eſt remediis... Neceſſe eſt indeſinenter a Scripturis armaturam ſumere... Prohibeamus eminus venientia diaboli ſpicula extinguentes, depellentesque per aſſiduam Scripturarum lectionem. Neque enim fieri poteſt, non poteſt, inquam, fieri ut quiſquam ſalutem aſſequatur, ni perpetuo verſetur in lectione ſpiritali... Nobis artis inſtrumenta ſunt Apoſtolorum ac Prophetarum libri, omniſque Scriptura divinitus inſpirata & utilis... Per hoc fabricamur animam noſtram, depravatamque corrigimus, & inveteratam renovamus... Itaque ne negligamus nobis parare libros, ne circa vitalia vulnus accipiamus... Nobis ipſis recondamus theſaurum librorum ſpiritualium... Ubicumque fuerint libri ſpiritales, illinc omnis expellitur vis diabolica, multaque inhabitantibus accedit conſolatio.. Ex libris reddimur tutiores, firmioreſque. Nam ſimulatque tetigit aliquis Evangelium, mox compoſuit ſuam ipſius mentem, & a rebus mundanis abduxit, idque ex ipſo ſolo aſpectu. Quod ſi acceſſerit diligens lectio, non aliter quam in ſacris adytis rebus divinis initiata anima, ſic repurgatur, meliorque redditur, Deo ſecum per illas Scripturas colloquente. Quid igitur, inquiunt, ſi non intelligamus ea quæ continentur libris? Maxime quidem etiam ſi non intelligas illic recondita, tamen ex ipſa lectione multa naſcitur ſanctimonia. Quamquam fieri non poteſt ut omnia ex æquo ignores: propterea ſiquidem Spiritus gratia diſpenſavit illa teroperavitque, quo publicani, piſcatores, tabernaculorum opifices, paſtores & Apoſtoli, idiotæ, illiterati, per hos libros ſalvi fierent, ne quis idiotarum ad hanc difficultatis confugere poſſet excuſationem, ut omnibus facilia conſpectu eſſent ea quæ dicuntur, & opifex, & famulus, & vidua mulier, & omnium hominum indoctiſſimus ex audita lectione aliquid lucri, utilitatiſque reportaret... Cui enim non ſunt manifeſta quæcunque in Evangelio ſcripta ſunt? Quis autem audiens beatos eſſe mites, beatos miſericordes, beatos mundicordes, ceteraque hujuſmodi, deſiderabit præceptorem, ut aliquid eorum diſcat quæ dicuntur? Quin etiam ſigna, miracula, hiſtoriæ, nonne cuivis nota manifeſtaque ſunt? Prætextus iſtu eſt & cauſatio, pigritiæque velamentum. Non intelligis quæ inſunt? Quomodo poſſis aliquando intelligere, quæ ne leniter quidem inſpicere velis? Sume librum in manus, lege hiſtoriam omnem, & quæ nota ſunt memoria tenens, ea quæ obſcura ſunt, parumque manifeſta frequenter percurre. Quod ſi non poteris aſſiduitate lectionis invenire quod dicitur, accede ad ſapientiorem, vade ad Doctorem, communica cum his ea quæ ſcripta ſunt, declara vehemens ſtudium: & ſi viderit te Deus tantam animi promptitudinem adhibere, non deſpiciet tuam vigilantiam, ac ſolitudinem. Verum etiamſi nullus homo te docuerit quod quæris, ipſe ſine dubio reſerabit... Magna adverſus peccatum munitio eſt, Scripturarum lectio; magnum præcipitium, profundum barathrum, Scripturarum ignoratio. Magna ſalutis perditio, nihil ſcire ex divinis legibus. Ea res & hæreſes peperit, & vitam corruptam invexit. Nam fieri non poteſt, non poteſt, inquam, fieri, ut quis ſine fructu diſcedat, qui aſſidua, attentaque Scripturarum lectione fruatur.

Homil. 10. in cap. 1. Johann. in Græco cod. eſt 11. initio, edit. Pariſ. Morelli in fol. an. 1633. Franciſco Aretino interprete... Quid igitur a vobis contendimus? Ut una dierum in hebdomade, vel ſaltem ſabbato, curæ vobis ſit Evangelicas legere lectiones, quas ante has conciones in manibus habere, domi frequenter repetere, earum diligenter ſenſum diſquirere, quid clarum, quid obſcurum in his ſit adnotare velitis, quid pugnare videatur, cum non pugnet: ita omnibus penitus examinatis his vos concionibus quam attentiſſimos exhibeatis. Hoc pacto non parum utriſque noſtrum emolumenti provenerit.. Quod ſi qui ſunt qui negotia occupationeſque, & publicarum privatarumque rerum curas cauſantur: primum in hoc non parum errant, quod in tot rebus verſantur, & ita ſemper ſecularibus negotiis affixi ſunt, ut ne minimum quidem in his quæ maxime neceſſaria ſunt ſtudium impendant. Deinde frivolam & nullius momenti excuſationem afferunt, cum accuſari potius hic in parte eorum cum amicis poſſent conſuetudines, & moræ in theatris & conſeſſus, ut equorum certamina ſpeculentur, in quibus ſæpenumero diem totum conſumunt... Eſt & his oſcitantibus inepta excuſatio, librorum ſcilicet inopia. Et divitibus quidem ad hoc reſpondere ridiculum eſt. Verum cum multos pauperes hac frequenter excuſatione uti exiſtimem, cum his parum perjocari, atque ita eos percunctari placet, numquid omnia artis ſuæ habeant inſtrumenta, & ſi inopia in his comparandis admodum impediantur?

Homil. proœm. in Epiſt. ad Romanos. Ita illum (Paulum) nonnulli ignorant, ut ne Epiſtolarum quidem numerum plane norint. Hoc vero non ignorantia facit; ſed quod nolit hujus viri ſcripta aſſidue in manibus habere. Neque enim nos quæ ſcimus, ob ingenii bonitate atque acumine ſcimus; ſed quod illi nos viro impenſe affecti, ab illius lectione numquam diſcedimus.. Quapropter ſi & vos quoque in animum induxeritis hujus lectioni ſtudioſam, ac diligentem operam navare, nihil ſane erit, quod aliud requirendum vobis ſit. Verus enim eſt ſermo Chriſti, cum dicit, *Quærite & invenietis, pulſate & aperietur*. Verum quoniam plures ex iis qui huc convenere, & liberorum educationem, & uxoris curam, gubernandæque domus providentiam in ſeſe receperunt, atque ideo non ſuſtinent totos ſe labori iſti addicere, ſaltem ad percipienda quæ alii collegerunt excitamini, tantumque in quæ dicuntur audiendis impendite diligentiæ, quantum colligendis pecuniis. Tametſi enim turpe ſit non niſi tantum a vobis exigere, tamen contenti erimus, ſi vel tantum præſtetis. Siquidem hinc infinita exorta ſunt mala, ab ipſa videlicet ſacrarum Scripturarum ignoratione: hinc multa hæreſeon lues pullulavit: hinc vitæ in multis neglectus... Qui ad divinarum Scripturarum radios oculos non intendunt, neceſſario in multa frequentes errata incurrunt, proinde ac ſi in tenebris periculoſiſſimis ambularent.

Homil. 9. in cap. 3. Epiſt. ad Coloſſenſes init... Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter.. Audite quicumque eſtis mundani & uxori præeſtis & liberis, quomodo vobis quoque maxime mandet legere Scripturas, & non leviter, nec temere, ſed magno ſtudio & diligentia... Non dixit, Verbum Chriſti ſit in vobis ſolummodo. Sed quid? *Inhabitet abundanter, & copioſe, in omni ſapientia docentes, & commonentes vosmetipſos*. (Col. 3. 16.) Neque alium expectes doctorem ac magiſtrum. Habes Dei eloquia. Nullus te docet ſicut illa... Parate vobis libros (ſacros) medicamenta animæ. Si nullos alios vultis, novum quidem certe Teſtamentum vobis parate, Apoſtolorum Actus, Evangelia, magiſtros perpetuos. Si dolor acciderit, tamquam in medicamentorum apotheca aſpice: illinc mali accipe conſolationem; ſi damnum, ſi mors, ſi tuorum amiſſio. Immo vero non aſpice ſolum, ſed omnia ſuſcipe, & ea mente tene. Hoc eſt omnium malorum cauſa neſcire Scripturas.. *Docentes & commonentes vosmetipſos in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus*. (Ibid.) Vide quam non importunus & moleſtus ſit Paulus. Quoniam lectio eſt laborioſa, & valde moleſta & gravis, non deduxit ad hiſtorias, ſed ad Pſalmos, ut ſimul & animum oblectes canens, & furtim ſubducas a laboribus... Doce puerum tuum canere Pſalmos illos plenos philoſophia, utpote ſtatim de moderatione & temperantia, immo vero ante omnia de conſuetudine non habenda cum malis, ſtatim ab ipſo initio libri... De conſuetudine habenda cum bonis, & hæc & multa alia ibi invenies. De ventri imperando, de continendis manibus, de intemperantia. Quod eſſe avarum, & plura habendi cupiditate teneri non oporteat. Quod nihil ſint pecuniæ, nec gloria, & quæ ſunt hujuſmodi. Quando ab ineunte ætate cum his eduxeris, paulatim duces etiam ad altiora. Pſalmi habent omnia, hymni autem rurſus nihil humanum. Quando in Pſalmis didicerit tunc etiam ſciet hymnos, utpote rem diviniorem. Superiores enim poteſtates hymnum canunt, non pſallunt. Non eſt enim, inquit, ſpecioſus hymnus in ore peccatoris. (Eccli. 15. 9.) Et rurſus: *Oculi mei ſuper fideles terræ ut ipſi mecum ſedeant*. Et rurſus: *Non habitat in medio domus meæ qui facit ſuperbiam*. Et rurſus: *Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat*. (Pſ. 1. 6. & 7.) Adeo ut non ſolum cum amicis, ſed ne cum ſervis quidem ſe miſceant, ſed ſibi caveant. Sunt enim mala innumerabilia liberis hominibus, quando ſervos corruptos eis præfecerimus... Dilexi, inquit, eos qui diligunt legem tuam, hoc ergo nos æmulemur & hos diligamus. (Pſ. 27. 8.) Ut temperantes ſit. *Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus... Perdes omnes qui fornicantur abs te*. (Pſ. 72. 27.) Et quod ventri oporteat imperare... Et occidit

plures

mos quibus præ ignorantia craſſiori, vel præ ingenii tarditate Scripturarum lectio parum prodeſſet: alios quibus præ ſuperbo & indocili inge-nio noceret hæc lectio. Ægri nimium heu quibus vel ipſum ægritudinis remedium mortiferum eſt. (D) PARS II. SECT. II. CAP. II. §. 3.

I. Qua

D

plures eorum, cum eſſet *adhuc eſca in ore ipſorum*. Et
Pſ. 77. 30. quod oporteat non vinci a muneribus: *Divitiæ ſi affluant nolite cor apponere*. Et quod gloriæ ſit dominandum:
Pſ. 61. 11. *Neque cum eo deſcendet poſt ipſum gloria ejus*. Quod
Pſ. 48. 18. maligni non ſint æmulandi: *Nolite æmulari in malignantibus*. Quod Principatus & Poteſtates nihil oporteat exiſtimare:
Pſ. 36. 1. *Vedi impium ſuperexaltatum & elevatum ſicut*
Ibid. 35. 36. *cedros Libani, & tranſivi, & ecce non erat*. Quod præſentia nihil ſint facienda: *Beatum dixerunt populum cui*
Pſ. 143. 15. *hæc ſunt, Beatus eſt populus, cujus eſt Deus adjutor*. Quod
Pſ. 61. 13. non impune peccamus, ſed eſt remuneratio, *Tu reddes*
Pſ. 7. 12. *unicuique ſecundum operam ſuam*. Cur autem non reddit
Pſ. 130. 1. quotidie? *Deus judex juſtus & fortis & patiens*. Quod
Pſ. 76. 6. bonum ſit humilitas; *Domine*, inquit, *non eſt exaltatum*
Jacob 4. 6. *cor meum*. Quod malum ſit ſuperbia; *Propterea*, inquit,
Pſ. 72. 7. *tenuit eos ſuperbia in finem. Dominus ſuperbis reſiſtit. E-*
Pſ. 111. 9. *gredietur tamquam ex adipe iniquitas eorum*. Quod bo-
Ibid. 5. num ſit eleemoſyna: *Diſperſit, dedit pauperibus: juſtitia*
Pſ. 100. 5. *ejus manet in ſæculum ſæculi*. Quod laudandum ſit miſereri: *Bonus eſt vir qui miſeretur & commodat*. Et his longe plura illic invenies in philoſophia dogmata: ut, quod non ſit maledicendum, *Detrahentem*, inquit, *clanculum proximo ſuo hunc perſequebar*. Quis ſit hymnus ſupernorum ſciunt fideles.

S. AUG. *Epiſt. 173. alias 3. ad Voluſianum, c. 1. num. 3.* Tanta eſt enim Chriſtianarum profunditas literarum, ut in eis quotidie proficerem, ſi eas ſolas ab ineunte pueritia uſque ad decrepitam ſenectutem maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere? non quod ad ea quæ neceſſaria ſunt ſaluti, tanta in eis pervenitur difficultate: ſed cum quiſque ibi fidem tenuerit, ſine qua recte pieque non vivitur, tam multa, tamque multiplicibus myſteriorum umbraculis opacata intelligenda proficientibus reſtant, tantaque non ſolum in verbis, quibus iſta dicta ſunt, verum etiam in rebus quæ intelligendæ ſunt, latet altitudo ſapientiæ, ut annoſiſſimis, acutiſſimis, flagrantiſſimis cupiditate diſcendi
Eccli. 18. 6. hoc contingat, quod eadem Scriptura habet, *Cum conſummaverit homo*, tunc incipit.

Cap 5. num. 18. Modus autem ipſe dicendi quo ſancta Scriptura contexitur, quam omnibus acceſſibilis, quamvis pauciſſimis penetrabilis. Ea quæ aperta continet, quaſi amicus familiaris, ſine fuco ad cor loquitur indoctorum atque doctorum. Ea vero quæ in myſteriis occultat, nec ipſa eloquio ſuperbo erigit, quo non audeat accedere mens tardiuſcula & inerudita, quaſi pauper ad divitem; ſed invitat omnes humili ſermone, quos non ſolum manifeſta paſcat, ſed etiam ſecreta exerceat veritate, hoc in promtis quod in reconditis habens. Sed ne aperta faſtidirentur, eadem rurſus operta deſiderantur, deſiderata quodammodo renovantur, renovata ſuaviter intimantur. His ſalubriter & prava corriguntur, & parva nutriuntur, & magna oblectantur ingenia. Ille huic doctrinæ inimicus eſt animus, qui vel errando eam neſcit eſſe ſaluberrimam, vel odit ægrotando medicinam.

Lib. de vera Relig. c. 51. nu. 100. Omiſſis igitur & repudiatis nugis theatricis & poeticis, divinarum Scripturarum conſideratione, & tractatione paſcamus animum atque potemus vanæ curioſitatis fame ac ſiti feſſum, & æſtuantem, inanibus phantaſmatis tamquam pictis epulis, fruſtra refici ſatiarique cupientem: hoc vere liberali, & ingenuo ludo ſalubriter erudiamur. Si nos miracula ſpectaculorum, & pulchritudo delectant, illam deſideremus videre ſapientiam, quæ pertendit a fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter.

S. HIERON. *Epiſt. 57. alias 7. ad Letam, tom. IV. part. 2. p. 495. nov. edit.* Pro gemmis & ſerico divinos codices amet, (filia tua) in quibus non auri & pellis Babylonicæ vermiculata pictura; ſed ad fidem placeat, emendata & erudita diſtinctio. Diſcat primo Pſalterium, his ſe canticis avocet; & in Proverbiis Salomonis erudiatur ad vitam. In Eccleſiaſte conſueſcat, quæ mundi ſunt calcare. In Job virtutis & patientiæ exempla ſectetur. Ad Evangelia tranſeat, numquam ea poſitura de manibus. Apoſtolorum Acta, & Epiſtolas, tota cordis imbibat voluntate. Cumque pectoris ſui cellarium his opibus locupletaverit, mandet memoriæ Prophetas, Heptateuchum & Regum, & Paralipomenon libros, Ezræ quoque & Eſther volumina. Ad ultimum ſine periculo diſcat Canticum canticorum; ne ſi in exordio legerit, ſub carnalibus verbis, ſpiritualium nuptiarum epithalamium non intelligens, vulneretur...

THEOPHILUS ALEXAND. *Lib. Paſchal. 2. verſus initium, tom. IV. S. Hieronym. novæ edit. pag.* 706. Quotidiana lectione ſanctarum Scripturarum quiſque infundat oleum ſenſui ſuo, & patet mentis lucernam, quæ juxta præceptum Evangelii *luceat omnibus qui in domo* Mat. 5. 15.
ſunt.

Lege etiam Patris VERON Prooemium tertium *in Verſionem novi Teſtamenti*. D. ELIES DU PIN Prolegomena *ad Scripturam ſacram. Et* DD. ARCHIEPISC. ROTHOMAGENSIS Literam *ad nuperos Catholicos datam 5. Julii 1699. &c.*

(D) S. AUG. *Lib. 3. Confeſſ. c. 5. n. 9.* Itaque inſtitui animum intendere in Scripturas ſanctas, ut viderem quales eſſent. Ecce video rem non compertam ſuperbis, neque nudatam pueris, ſed inceſſu humilem, ſucceſſu excelſam & velatam myſteriis ... Tumor meus refugiebat modum ejus; & acies mea non penetrabat interiora ejus. Verumtamen illa erat quæ creſceret cum parvulis: ſed ego dedignabar eſſe parvulus, & turgidus faſtu mihi grandis videbar.

Lib. 6. Confeſſ. c. 5. n. 8. Ideoque cum eſſemus infirmi ad inveniendam liquida ratione veritatem, & ob hoc nobis opus eſſet auctoritate ſanctarum litterarum, jam credere cœperam nullo modo te fuiſſe tributurum tam excellentem illi Scripturæ per omnes jam terras auctoritatem, niſi & per ipſam tibi credi, & per ipſam te quæri voluiſſes... eoque mihi illa venerabilior & ſacro ſancta fide dignior apparebat auctoritas, quo & omnibus ad legendum eſſet in promptu, & ſecreti ſui dignitatem in intellectu profundiore ſervaret, verbis apertiſſimis & humillimo genere loquendi ſe cunctis præbens, & exercens intentionem eorum qui non ſunt leves corde: ut exciperet omnes populari ſinu.

Tract. 18. in Joh. n. 1. Neque enim natæ ſunt hæreſes & quædam dogmata perverſitatis illaqueantia animas & in profundum præcipitantia, niſi dum Scripturæ bonæ intelliguntur non bene; & quod in eis non bene intelligitur, etiam temere & audacter aſſeritur. Itaque, cariſſimi, valde caute hæc audire debemus, ad quæ capienda parvuli ſumus; & corde pio & cum tremore, ſicut ſcriptum eſt, hanc tenentes regulam ſanitatis, ut quod ſecundum fidem, qua imbuti ſumus, intelligere valuerimus, tamquam de cibo gaudeamus: quod autem ſecundum ſanam fidei regulam intelligere nondum potuerimus, dubitationem auferamus, intelligentiam differamus, hoc eſt, ut etiam ſi quid neſcimus, bonum tamen & verum eſſe minime dubitemus.

CONCILIUM SENONENSE *ſub Clemente VII. an. 1528. in 4. Decreto fidei. Tom. IV. Concil. Labbei pag.* 446. Magna profecto fuit, ſemperque futura eſt Scripturæ ſacræ auctoritas: in qua nihil falſum, nihil otioſum eſſe poſſit. Cum enim non humana voluntate allata ſit aliquando Prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſint ſancti Dei homines, omnis ſcriptura divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & ad erudiendum in juſtitia, at nihilominus mutilum eſt & prorſus invalidum ſumptum a Scripturis argumentum, ſi pro cujuſvis arbitrio, quod adductum fuerit, ſacrum aut profanum, canonicum aut apocryphum habeatur, vel quod in canonem admiſſum receptumque fuerit, indocti & inſtabiles depravent ad ſuam ipſorum perditionem, ac paſſim cerdones, ac infimæ plebis homines, in eam quam ſemel imbiberint ſententiam pertinacius detorqueant. Nam quid promovebis, cum ſi quid defenderis, negetur; ex diverſo, ſi quid negaveris, defendatur? Et tu quidem nihil perdes, niſi vocem in contentione: nihil conſequeris, niſi vilem de blaſphematione laudem. Nullus quidem tam deploratus quondam ſurrexit hæreticus, qui non ſuum errorem Scripturæ tueri conaretur: nulla tam abſurda, tam impudens hæreſis, qui non ſacris utcumque fulciatur eloquiis, ſed corruptis, & a genuino ſenſo depravatis. Immo vero ſi quis literæ corticem tantum, ſuo fretus ingenio percurrat, ſi penitiſſimos ſenſus cum Eccleſiaſticis interpretibus non penetret, vix umquam confutabitur Hæreticorum verſutia. Obortis igitur de fide diſſidiis, fruſtra ſæpe Scriptura conſulitur, niſi Eccleſiæ certa & infallibilis

litem

I. Qua mente legi debet ſacra Scriptura?

R. Cum mente venerabunda, ſubmiſſa, docili. Quæ capiuntur ea tenenda ſunt. Quæ captum ſuperant credenda & ſuſpicienda. In omnibus obſequendum Eccleſiæ judicio. (E) E

I. Quid facto opus eſt ut hæc lectio proſit?

R. Orandus Deus ante & poſt lectionem, ut aperiat nobis ſenſum ad intellectionem Scripturarum, & verba ſua ipſe cordibus noſtris imprimat. Quidquid legitur, id alte animo infigendum, id jugiter ut ſe ſe dat occaſio exprimendum in moribus: (F) ne ſimiles ſimus *homini conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo; conſideravit enim ſe & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit*, inquit Jacobus Apoſtolus. F *Jacob* 1.23. 24.

§. 4. *De auctoritate traditionis in rebus fidei.*

I. Quæcumque proponuntur nobis a Deo, neceſſario credenda, continenturque libris canonicis?

R. Non continentur. Multa ſunt in iis non ſcripta: & eorum quæ ſcripta ſunt genuinum ſenſum aſſequi non valemus, niſi per traditionem.

Patet Traditionis neceſſitas ex Scripturis, ex omnibus Eccleſiæ Patribus, imo ex ipſis Hæreticis qui ipſam parvipendere ſe profitentur.

1. *Scripturis* quidem. Paulus Apoſtolus Epiſtola ſecunda ad Theſſalonicenſes hæc habet: *State & tenete traditiones quas didiciſtis ſive per ſermonem, ſive per Epiſtolam noſtram*. Pluribus aliis in locis Apoſtolus traditionem laudat, profiteturque ſe non omnia quæ tenenda ſint ſcripto mandaſſe. (A) 2. *Theſſ.* 11. 14. A

2. *Ex omnibus Eccleſiæ Patribus*. S. Ignatio Petri Apoſtoli Diſcipulo: Sancto Irenæo qui ſecundo ſæculo floruit: Sancto Clemente Alexandrino, Tertulliano, Euſebio, S. Baſilio, S. Gregorio Nyſſeno, Sancto Epiphanio, Sancto Hieronymo, Sancto Auguſtino, Vincentio Lirinenſi; & aliis qui vel quinque prioribus Eccleſiæ ſæculis, vel ceteris deinceps ad noſtra uſque tempora floruerunt. Omnium una ea de re vox eſt. In his ne unus quidem fuit qui non agnoverit traditionis neceſſitatem. (B) B

3. Ex

litem dirimat auctoritas, quæ canonicum librum ab apocrypho, Catholicum ſenſum ab Hæretico, germanum ab adulterino, diſcernat. Hac nempe velut internuntia Patrum & ſacrorum Conciliorum organis, Spiritus ſanctus docet nos omnia, & ſuggerit nobis omnia: ſine quorum auſpiciis, qui Scripturæ ſacræ ſenſum habere ſe jactitant, non intelligunt quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, ſed videntes non vident, & audientes non audiunt. In enumerandis itaque canonicæ Scripturæ libris, qui præſcriptum Eccleſiæ uſum, & auctoritatem non ſequitur, ſacrum Carthaginenſe Concilium *tertium*, Innocentii & Gelaſii decreta, & denique definitum a Sanctis Patribus librorum catalogum reſpuit, aut in exponendis Scripturis, non paſcit hœdos ſuos juxta tabernacula paſtorum, ſed fodit ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas: & ſpretis orthodoxorum Patrum veſtigiis, proprii ſpiritus judicium ſequitur: is veluti ſchiſmaticus, & hæreſeon omnium incenſor, & fautor a tanta temeritate reprimatur.

(E) S. CHRYSOST. *Homil.* 1. *in cap.* 1. *Epiſt. ad Rom.* Quando enim a Domino quid definitur ac publicatur, non debent quæ dicuntur, ab abundantioribus in quæſtionem & curioſam dubitationem vocari, ſed tantum ſimpliciter ſuſpici. In hoc enim Apoſtoli miſſi ſunt, ut quæ percepiſſent eloquerentur, non ut aliquid de ſuo adderent: noſtrum vero eſt, ut credamus.

Vide S. AUG. *Tract.* 18. *in Johann.* 1. *ſupra hocce* §. *lit.* (D)

Conſule Librum de Lectione ſacræ Scripturæ *a Docto pioque* PRÆSULE CASTORIENSI *editum*.

(F) JOSUE 1. 8. Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo: ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut cuſtodias, & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo: tunc diriges viam tuam & intelliges eam.

S. BERNARD. *Serm.* 5. *de Adventu Domini*, *numer.* 2...... Serva ſermonem Dei .... Nam & ille panis vivus eſt, & cibus mentis .... Cuſtodi verbum Dei: beati enim qui cuſtodiunt illud. Ergo trajiciatur in viſcera quædam animæ tuæ, & tranſeat in affectiones tuas, & in mores tuos. Comede bonum, & delectabitur in craſſitudine anima tua. Ne obliviſcaris comedere panem tuum, ne areſcat cor tuum, ſed adipe & pinguedine repleatur anima tua.

(A) 2. Ad THESSALON. 11. 14. Itaque fratres ſtate: & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiva per ſermonem, ſive per Epiſtolam noſtram.

S. CHRYSOST. *Homil.* 4. *in* 2. *ad Theſſal. cap.* 2. *verſ.* 14. Hinc eſt perſpicuum, quod non omnia tradiderunt per epiſtolam, ſed multa etiam ſine ſcriptis: & ea quoque ſunt fide digna. Quamobrem Eccleſiæ quoque traditionem cenſeamus eſſe fide dignam. Eſt traditio: nihil quæras amplius.

1. COR. XI. 2. Laudo autem vos fratres, quod... & ſicut tradidi vobis præcepta mea tenetis .... 23. Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jeſus in qua nocte tradebatur accepit panem, &c.

2. TIMOTH. 11. 2. Et quæ audiſti a me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.

HEB. V. 11. De quo nobis grandis ſermo & interpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum. 12. Etenim cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus: rurſum indigetis ut vos doceamini, quæ ſint elementa exordii ſermonum Dei: & facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. 13. Omnis enim, qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis juſtitiæ: parvulus enim eſt. 14. Perfectorum autem eſt ſolidus cibus; eorum qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali.

(B) EUSEBIUS *Lib.* 3. *hiſtor. Eccleſiaſticæ capit.* 36. Ignatius, ſecundus poſt Petrum Antiochenſem Eccleſiam ſortitus, cum per Aſiam ſub accuratiſſima ſatellitum cuſtodia ductaretur, ſingularum nihilominus civitatum ingrederetur Eccleſias, ſermonibus, & cohortationibus ſuis confirmans, monebat in primis, ut ſibi a pravis Hæreticorum opinionibus caverent, quæ tunc primum in lucem emergere cum cœpiſſent, copioſius pullulabant. Hortatuſque eſt ut Apoſtolorum traditionibus tenaciter inhærerent, quas quidem ad certiorem poſteritatis notitiam teſtimonio ſuo confirmatas ſcriptis mandare neceſſarium duxit.

S. IRENÆUS *Lib.* 3. *contra hæreſ. c.* 2. *Quod neque Scripturis, neque traditionibus obſequantur Hæretici. n.* 1. Cum enim ex Scripturis arguuntur in accuſationem convertuntur ipſarum Scripturarum, quaſi non recte habeant, neque ſint ex auctoritate, & quia varie ſint dictæ, & quia non poſſit ex his inveniri veritas ab his qui neſciant traditionem. Non enim per literas traditam illam, ſed per vivam vocem: ob quam cauſam & Paulum dixiſſe: *Sapientiam autem loquitur inter perfectos: ſapientiam autem non mundi hujus*. Et hanc ſapientiam unuſquiſque eorum eſſe dicit, quam a ſemetipſo adinvenerit ... Unuſquiſque enim ipſorum omnimodo perverſus, ſemetipſum, regulam veritatis depravans, prædicata non confunditur. 1. *Cor.* 1. 1. 6.

N. 2. Cum autem ad eam iterum Traditionem, quæ eſt ab Apoſtolis, quæ per ſucceſſiones Preſbyterorum, in Eccleſiis cuſtoditur, provocamus eos; adverſantur Traditioni, dicentes ſe non ſolum Preſbyteris, ſed etiam Apoſtolis exiſtentes ſapientiores, ſinceram inveniſſe veritatem ... Evenit itaque, neque Scripturis jam, neque Traditioni conſentire eos.

Cap. 3. Traditionem itaque Apoſtolorum in toto mundo manifeſtam, in omni Eccleſia adeſt reſpicere omnibus qui vera velint videre: & habemus annumerare eos qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſiis & ſucceſſores eorum uſque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt quale ab his deliratur. Etenim ſi re-

condita

Digitized by Google

condita myſteria ſciſſent Apoſtoli, quæ ſeorſim & latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea, quibus etiam ipſas Eccleſias committebant. Valde enim perfectos & irreprehenſibiles in omnibus eos volebant eſſe, quos & ſucceſſores relinquebant ſuum ipſorum locum magiſterii tradentes, quibus emendate agentibus fieret magna utilitas. Sed quoniam valde longum eſt in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones; maximæ, & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ, a glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum pervenientem uſque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per ſibi placentiam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem, & malam ſententiam, præterquam oportet colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentiorem principalitatem neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt undique fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt undique, conſervata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio, &c. *Idem namque de ceteris Eccleſiis dicit, quarum auctores Apoſtolos, eorumque ſucceſſores enumerat.*

Cap. 4. Tantæ igitur oſtenſiones cum ſint, non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facile eſt ab Eccleſia ſumere: cum Apoſtoli, quaſi in depoſitorium dives, pleniſſime in eam contulerint omnia quæ ſint veritatis: uti omnis quicumque velit, ſumat ex ea potum vitæ... Quæ autem ſunt Eccleſiæ, cum ſumma diligentia oportet diligere, & apprehendere veritatis traditionem. Quid enim & ſi de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nonne oporteret in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, in quibus Apoſtoli converſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere quod certum, & re liquidum eſt? Quid autem ſi neque Apoſtoli quidem Scripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt iis, quibus committebant Eccleſias. Cui ordinationi aſſentiunt multæ gentes Barbarorum eorum, qui in Chriſtum credunt, ſine charta, vel atramento ſcriptam habentes per ſpiritum in cordibus ſuis ſalutem, & veterem traditionem cuſtodientes.

S. CLEMENS ALEXAND. *Stromat. lib.* 1. *pag.* 201. 202. *edit. Lugd. Batav. anni* 1616. *mihi pag.* 274. & 275. Sed qui veram quidem beatæ doctrinæ ſervabant traditionem, ſtatim a Petro & Jacobo & Johanne, & Paulo, ſanctis Apoſtolis, itaut filius acciperet a patre, (pauci autem ſunt Patribus ſimiles) ad nos quoque Deo volente pervenerunt, illa a majoribus data, & apoſtolica depoſituri ſemina... Jam vero non revelavit multis ea quæ non erant multorum, ſed paucis, quibus ſciebat convenire, qui & ea poſſent accipere, & ea eis informari. Arcana autem, ſicut Deus, verbo creduntur, non ſcripto... a nobis quoque audiat, ſi quis occulte audit, occultum manifeſtatum iri: & ei qui ſecrete ea quæ traduntur poteſt ſervare, apertum iri quod opertum eſt, ut veritas, & id quod multis eſt occultum, fiat paucis manifeſtum.

Col ſſ. 11. 8. *Pag.* 217. *mihi, pag.* 296. & 297. *Videte ne quis ſit, qui vos abducat a fide in Chriſtum per philoſophiam & inanem deceptionem, quæ tollit providentiam ſecundum traditionem hominum.* Quæ eſt enim ſecundum traditionem divinam philoſophia, conſtituit & confirmat providentiam... Quoniam autem non ſola traditio eſt publica ei qui ſenſerit ſermonis magnificentiam, occultanda eſt ſapientia quæ
Matt. 10. 27. dicta eſt in myſterio, quam docuit Dei Filius... *Sed quod auditis*, inquit Dominus, *in aurem, prædicate ſuper tecta*, arcanas traditiones veræ cognitionis, quæ excelſe, & excellenter explicantur, jubens ſuſcipere, & ſicut in aurem audivimus, ita etiam tradere quibus oportet, non autem omnibus paſſim tradere, quæ eis in parabolis dicta erant, præcipiens.

Lib. 5. *p.* 420. & 421. *mihi pag.* 576. & 577. Quocirca alia quidem ſunt myſteria quæ fuerunt abſconſa uſque ad Apoſtolos, & tradita ſunt ab ipſis, ut a Domino acceperunt: abſconſa autem in veteri Teſtamento, quæ nunc manifeſtata ſunt ſanctis... Jam enim erant quæ tradebantur Hebræis ſine ſcriptis.

Lib. 6. *pag.* 487. *mihi pag.* 676. Depoſitum enim quod Deo redditur, eſt convenienter Domini doctrinæ, per ejus Apoſtolorum piam traditionem intelligentia & exercitatio. *Quod autem auditis in aurem*, abdite ſcilicet de myſterio, *ſuper domos... prædicate*: idque fecerunt, cum ea præclare ac magnifice intellexiſſent, ſublimique, & excelſo dicendi genere tradiderunt, & ex regula veritatis Scripturas explanarunt.... Recta ſunt omnia... coram iis qui intelligunt, hoc eſt, iis qui ab ipſo declaratam Scripturarum expoſitionem, ex Eccleſiaſtica regula accipientes conſervant. Regula autem Eccleſiaſtica eſt concentus & conſenſio legis & Prophetarum, convenienter Teſtamento quod traditur per Domini adventum... Propter multas ergo cauſas occultant Scripturæ ſententiam. Primum quidem, ut diligenter inquiramus, & ſemper in intelligenda ſalutari vigilemus doctrina. Præterea, ne omnibus quidem conveniebat hominibus intelligere, ne fraudi iis eſſet, ſi aliter acciperent ea quæ a ſancto Spiritu dicta ſunt ſalutariter. Quocirca iis qui ſunt electi ex hominibus, & iis qui ex fide cooptati ſunt ad cognitionem, quæ ſervantur ſancta myſteria Prophetarum, teguntur parabolis.

Pag. 489. *mihi* 678. & 679. Quia autem non omnium eſt veritas, multis modis occultat virtutem, itaque ſolis qui ſunt initiati ad cognitionem, qui veritatem quærunt propter caritatem, lucem exoriri facit... Quin etiam jubetur Eſaias Propheta, novo libro accepto in eo ſcribere quædam: Sanctam illam quæ poſtea futura erat cognitionem, per Scripturarum expoſitionem, prophetice prædicente Spiritu, eam quæ illo tempore nondum erat ſcripta, propterea quod nondum cognoſceretur: dictum enim fuerat ab initio iis ſolis qui intelligunt. Jam vero cum Apoſtolos docuerit Servator, ſcriptæ, non ſcripta jam quoque nobis traditio, quæ novis cordibus ſecundum novum illum librum Spiritus inſcribitur potentia...

Pag. 502... *mihi* 697... Sola ergo eſt a Deo tradita, quæ eſt apud nos doctrina, a qua dependent omnes fontes ſapientiæ, quicumque ad veritatem tanquam ad ſcopum feruntur.

Lib. 7. *pag.* 526. *mihi* 731. & 732. Cognitio autem quæ datur ex traditione per Dei gratiam, veluti quoddam depoſitum committitur iis qui ſe ipſos doctrina dignos exhibuerint.

Pag. 545. *mihi* 759. & 760. Quemadmodum amygdalæ dicuntur inanes, non in quibus nihil ineſt, ſed in quibus id, quod ineſt eſt inutile; ita etiam Hæreticos dicimus, qui ſunt inanes Dei conſiliorum, & Chriſti traditionum.

TERTULLIANUS *de Corona militis, cap.* 3. Hanc ſi nulla ſcriptura determinavit, certe conſuetudo corroboravit, quæ ſine dubio de traditione manavit. Quomodo enim uſurpari quid poteſt, ſi traditum prius non eſt? Etiam in traditionis obtentu exigenda eſt, inquis, auctoritas ſcripta. Ergo quæramus, an & traditio niſi ſcripta non debeat recipi? Plane negabimus recipiendam, ſi nulla exempla præjudicent aliarum obſervationum, quas ſine ullius ſcripturæ inſtrumento, ſolius traditionis titulo, & exinde conſuetudinis patrocinio vindicamus; denique ut a baptiſmate ingrediamur, aquam adituri, ibidem, ſed & aliquanto prius in Eccleſia ſub Antiſtitis manu conteſtamur nos renunciare diabolo, & pompæ, & angelis ejus. Dehinc ter mergitamur, amplius aliquid reſpondentes, quam Dominus in Evangelio determinavit. Inde ſuſcepti, lactis & mellis concordiam prægustamus, exque ea die, lavacro quotidiano per totam hebdomadem abſtinemus. Euchariſtiæ ſacramentum, & in tempore victus, & omnibus mandatum a Domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu, quam Præſidentium ſumimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus. Die Dominico jejunium nefas dicimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die Paſchæ in Pentecoſtem uſque gaudemus. Calicis aut panis etiam noſtri aliquid decuti in terram anxie patimur. Ad omnem progreſſum, atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum, & calceatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quæcumque nos converſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus.

Cap. 4. Harum & aliarum ejuſmodi diſciplinarum ſi legem expoſtules Scripturarum, nullam invenies: Traditio tibi prætenditur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſervatrix. Rationem Traditioni, & conſuetudini, & fidei patrocinaturam aut ipſe perſpicies, aut ab aliquo qui perſpexerit diſces. Interim nonnullam eſſe credes, cui debeatur obſequium.

De Præſcriptionibus adverſus Hæreticos, cap. 17. Tantum veritati obſtrepit adulter ſenſus, quantum & corruptor ſtylus.

Cap. 19. Ergo non ad Scripturas provocandum eſt: nec in his conſtituendum certamen, in quibus aut nulla aut incerta victoria eſt, aut par incertæ. Nam & ſi non ita evaderet conlatio Scripturarum, ut utramque partem ſiſteret, ordo rerum deſiderabat illud prius proponi, quod nunc ſolum diſputandum eſt: Quibus competat fides ipſa; cujus ſint Scripturæ; a quo, & per quos, & quando & qui-

PARS II. SECT. II. CAP. II. §. 4.

quibus ſit tradita diſciplina qua fiunt Chriſtiani. Ubi autem apparuerit eſſe veritatem diſciplinæ & fidei Chriſtianæ, illic erit veritas Scripturarum & expoſitionum, & omnium Traditionum Chriſtianarum.

Cap. 20. (Chriſtus) quid homini agendum determinaret, quamdiu in terris agebat, ipſe pronuntiabat, ſive populo palam, ſive diſcentibus ſeorſum. Ex quibus duodecim præcipuos lateri ſuo adlegerat deſtinatos nationibus magiſtros. Itaque uno eorum decuſſo, reliquos undecim digrediens ad Patrem poſt reſurrectionem, juſſit ire & docere nationes, tinguendas in Patrem & in Filium & in Spiritum ſanctum. Statim igitur Apoſtoli ... aſſumpto per ſortem duodecimo Mathia in locum Judæ, ex auctoritate Prophetiæ, quæ eſt in Pſalmo David, conſecuti promiſſam vim Spiritus ſancti ad virtutes, & eloquium, primo per Judæam conteſtata fide in Jeſum Chriſtum, & Eccleſiæ inſtitutis, dehinc in orbem profecti, eamdem doctrinam ejuſdem fidei nationibus promulgaverunt, & proinde Eccleſias apud unamquamque civitatem condiderunt, a quibus traducem fidei & ſemina doctrinæ, ceteræ exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur ut Eccleſiæ fiant. Ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur, ut ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum: .. Itaque tot ac tantæ Eccleſiæ, una eſt illa ab Apoſtolis prima, ex qua omnes. Sic omnes prima, & Apoſtolicæ, dum una omnes unam probant unitatem, dum eſt illis communicatio pacis & appellatio fraternitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quam ejuſdem ſacramenti una traditio. Pſal. 108. 8.

Cap. 21. Hinc igitur dirigimus præſcriptionem, ſi Dominus Jeſus Chriſtus Apoſtolos miſit ad prædicandum, alios non eſſe recipiendos prædicatores, quam quos Chriſtus inſtituit: quia nec alius Patrem novit, niſi filius, & cui filius revelavit ... Quid autem prædicaverint, id eſt, quid illis Chriſtus revelaverit, hic præſcribam non aliter probari debere, niſi per eaſdem Eccleſias, quas ipſi Apoſtoli condiderunt, ipſi eis prædicando, tam viva, quod ajunt, voce, quam per Epiſtolas poſtea. Si hæc ita ſunt, conſtat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Eccleſiis Apoſtolicis, matricibus & originalibus fidei conſpiret, veritati deputandam, ſine dubio tenentem, quod Eccleſiæ ab Apoſtolis, Apoſtoli a Chriſto, Chriſtus a Deo ſuſcepit. Reliquam vero omnem doctrinam de mendacio præjudicandam, quæ ſapiat contra veritatem Eccleſiarum, & Apoſtolorum, & Chriſti & Dei. Supereſt ergo uti demonſtremus, an hæc noſtra doctrina, cujus regulam ſupra edidimus, de Apoſtolorum traditione cenſeatur, & ea hoc ipſo an ceteræ de mendacio veniant. Communicamus cum Eccleſiis Apoſtolicis, quod nulla doctrina diverſa, hoc eſt, teſtimonio veritatis.

Vide ſuperiori §. *litt.* (B) S. ATHANAS. *Orat. contra Gentes, n.* 1.

EUSEBIUS *Demonſtrat. Evangelicæ lib.* 1. *cap.* 8. Ceterum ille quidem (*Moſes*) in tabulis inanimatis, hic (*Jeſus*) autem in mentibus vita præditis, perfecta novi Teſtamenti documenta deſcripſit: ejus vero Diſcipuli ad Magiſtri ſui nutum, auribus multorum doctrinam ſuam accommodantes, quæcumque quidem veluti ultra habitum progreſſis, a perfecto ipſorum Magiſtro præcepta fuerant, ea iis qui capere poterant, tradiderunt: quæcumque vero iis convenire arbitrabantur, qui animas adhuc affectibus obnoxias gererent, curationiſque indigentes, ea ipſi ad imbecillitatem multorum ſe dimittentes, partim literis, PARTIM SINE LITERIS, quaſi jure quodam non ſcripto ſervanda, commendarunt ...

S. BASIL. *De Spiritu ſancto, cap.* 27.... Dogmata & inſtituta quæ in Eccleſia prædicantur, quædam habemus e doctrina ſcripto prodita, quædam rurſus ea Apoſtolorum traditione in myſterio, id eſt, in occulto tradita recepimus: quorum utraque parem vim habent ad pietatem, nec his quiſquam contradicit, quiſquis ſane vel tenuiter expertus eſt, quæ ſint jura Eccleſiaſtica. Nam ſi conſuetudines quæ ſcripto proditæ non ſunt, tamquam haud multum habentes momenti conemur rejicere, imprudentes graviſſimum Evangelio detrimentum inferemus, immo potius ipſam fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Quod genus eſt, ut ejus quod primum eſt & vulgatiſſimum primo loco commemorem: ut ſigno crucis eos qui ſpem collocarunt in Chriſtum ſignemus, quis ſcripto docuit? Ut ad Orientem verſi precemur, quæ nos docuit Scriptura? Invocationis verba cum conficitur panis Euchariſtiæ & poculum benedictionis, quis ſanctorum in ſcripto nobis reliquit? Neque enim his contenti ſumus, quæ commemorat Apoſtolus, aut Evangelium, verum alia quoque & ante & poſt dicimus, tamquam multum habentia momenti ad myſterium, quæ ex traditione citra ſcriptum accepimus. Conſecramus autem aquam Baptiſmatis & oleum unctionis, præterea ipſum qui Baptiſmum accipit, ex quibus ſcriptis? Nonne a tacita ſecretaque traditione? Ipſam porro olei inunctionem, quis ſermo ſcripto proditus docuit? Jam ter immergi hominem, unde ex Scriptura hauſtum? Reliqua autem quæ fiunt in Baptiſmo, veluti renuntiare Satanæ & angelis ejus, ex qua Scriptura habemus? Nonne ex minime publicata & arcana hac traditione? Nonne ex doctrina, quam patres noſtri ſilentio quieto, minimeque curioſo, ſervaverunt? Pulchre quidem illi, nimirum docti arcanorum venerationem ſilentio conſervari. Nam quæ nec intueri fas eſt non initiatis, qui conveniebat horum doctrinam publicitus circumferri ſcripto? ... Qui in primordiis Eccleſiæ certos ritus præſcripſerunt Apoſtoli & Patres, in occulto, ſilentioque myſteriis ſuam ſervavere dignitatem. Neque enim omnino myſterium eſt, quod ad populares, ac vulgares aures effertur. Hæc eſt ratio cur quædam citra ſcriptum tradita ſunt, ne dogmatum cognitio propter aſſuetudinem vulgo veniret in contemptum. Aliud autem eſt dogma, aliud edictum: nam dogmata ſilentur, edicta vero publicantur. Eſt autem ſilentii ſpecies etiam obſcuritas, qua utitur Scriptura, intellectu difficilem reddens dogmatum ſententiam, idque ad utilitatem in Scripturis verſantium ... Deficiet me dies, ſi Eccleſiæ myſteria citra ſcriptum tradita pergam recenſere. Omitto cetera, ipſam fidei profeſſionem, qua credimus in Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum, e quibus habemus ſcriptis?

Cap. 29. *initio*. Arbitror autem Apoſtolicum eſſe, etiam non ſcriptis traditionibus inhærere. *Laudo*, inquit, *vos, quod omnia mea meminiſtis, & quemadmodum tradidi vobis traditiones obtinetis quas accepiſtis, ſive per ſermonem, ſive per Epiſtolam*. 1. Cor. 9. 2. 2. Theſſ. 11. 14.

S. GREGORIUS NYSSENUS, *Orat.* 3. *contra Eunomium, pag.* 126. *tom.* 2.... Sufficit enim ad noſtri ſermonis demonſtrationem, quod habeamus a patribus venientem ad nos traditionem, velut hæreditatem quamdam per ſucceſſionem ex Apoſtolis per ſanctos ſequentes tranſmiſſam.

S. EPIPHAN. *tom.* 1. *L.* 3. *adverſ. Hæreſ. hæreſi* 75. *num.* 8... Neceſſario facere illud Eccleſiam dico, (*quod ſcilicet mentionem facit in ſacrificio mortuorum tum ſanctorum, tum aliorum, qui in fide Chriſti defuncti ſunt*) quæ traditum ſibi ritum illum a majoribus acceperit. Poteſt vero quiſquam maternam ſanctionem, aut legem patris evertere? Quemadmodum a Salomone ſcriptum eſt: *Audi, fili, ſermones patris tui, & ne repellas leges matris tuæ*: Quibus Patrem, hoc eſt & Deum unigenitum ejus Deum (*lege*, & Deum unigenitum ejus Filium) cum Spiritu ſancto declarat PARTIM SCRIPTO, PARTIM SINE SCRIPTO docuiſſe: Matrem vero noſtram Eccleſiam decreta quædam habere penes ſe, quæ diſſolvi evertique nequeunt. Prov. 1. 8.

Adverſus Apoſtolicos, num. 6. Sed & traditione quoque opus eſt. Neque enim ex Scripturis peti poſſunt omnia. Idcirco alia ſcripto, traditione alia ſanctiſſimi Apoſtoli reliquerunt. Quod ipſum ita Paulus affirmat: *Quemadmodum tradidi vobis*. Item alio loco: *Ita doceo, & ita tradidi in Eccleſiis*. Item: *Si memineritis: niſi fruſtra credidiſtis*. 1. Cor. 15. 2.

S. HIERONYM. *Adverſus Luciferianos, pag.* 615. & 616. *tom.* 2. *edit. Pariſ.* 1609. *c.* 4. Etiam ſi Scripturæ auctoritas non ſubeſſet, totius orbis ... conſenſus inſtar præcepti obtineret. Nam & multa alia, quæ per traditionem in Eccleſiis obſervantur, auctoritatem ſibi ſcriptæ legis uſurpaverunt: velut in lavacro ter caput mergitare; deinde egreſſos, lactis & mellis prægustare concordiam, ad infantiæ ſignificationem; die Dominico & per omnem Pentecoſtem, nec de geniculis adorare, & jejunium ſolvere: multaque alia quæ ſcripta non ſunt, rationabilis ſibi obſervatio vindicavit.

S. AUGUST. *Lib.* 2. *contra Julianum, cap.* 10. *num.* 34. Sancti Patres, quod invenerunt in Eccleſia tenuerunt; quod didicerunt docuerunt, quod a Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt.

Lib. 2. *de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap.* 7. *num.* 12. Saluberrimam conſuetudinem tenebat Eccleſia, in ipſis quoque ſchiſmaticis & hæreticis corrigere quod pravum eſt, non iterare quod datum eſt; ſanare quod vulneratum eſt; non curare quod ſanum eſt. Quam conſuetudinem credo ex Apoſtolica traditione venientem: (ſicut multa quæ non inveniuntur in literis eorum, neque in Conciliis poſteriorum, & tamen quia per univerſam cuſtodiuntur Eccleſiam, non niſi ab ipſis tradita & commendata creduntur.

Lib.

3. *Ex ipſis Heterodoxis, qui traditionem parvi pendere ſe profitentur.* Proteſtantes ipſi multa credunt; multa obſervant, quæ non niſi traditiona novimus. Credunt Baptisma infantibus collatum, collatum infuſione, collatum ab Hæreticis, validum eſſe, id & nos credimus. Id autem non Scripturis, ſed ſola traditione conſtat. Diem Dominicam loco ſabbati ſanctificant: feſtos dies complures celebrant; & in Britannia majori frequentior eſt iſthæc feſtorum dierum obſervatio. Hæc autem eſſe facienda ſola traditio docet, ut ait S. Auguſtinus.

Epiſt. 54. aut 118. ad Jan.

Quin & multa ſunt in Scripturis præcepta, quorum ab obſervatione abſtinent; nec tamen in eo peccare ſe ſuſpicantur. Hæc autem non eſſe neceſſario obſervanda ſola traditiona liquet. Hujus rei exempla duo ponere ſufficiat.

Primum exemplum. Lotionem pedum omnino prætermittunt Proteſtantes, licet ſic a Chriſto præcepta ſit, ut ſacramentum eo ritu inſtituere videatur, ſi ſpectes literalem verborum ſenſum. Ait enim Chriſtus Petro, *Si non lavero te, non habebis partem mecum*: & deinde, *Vos vocatis me magiſter, & Domine: & bene dicitis: ſum etenim. Si ego lavi pedes veſtros, Dominus, & magiſter: & vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Quis non his verbis ſacramentum inſtitui intelligeret, niſi certiſſima traditione conſtaret non eſſe hæc ea ratione intelligenda?

Joh. 13. 8. Ibid. 13. 15

Exemplum alterum. Solemnis eſt ea lex ab Apoſtolis in Concilio Hieroſolymitano ſancita, qua præcipitur abſtinentia a ſuffocatis, & ſanguine, a quibus tamen minime abſtinemus, uti nec ipſi Proteſtantes abſtinent. Verba ipſa Concilii referre juvat: *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria: ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine & ſuffocato.* Nonniſi traditione novimus, ad tempus id fuiſſe ab Apoſtolis præceptum.

Actor. 15. 28. 29.

Itaque non poſſunt effugere Proteſtantes auctoritatem traditionis. Hanc vel inviti ſequi tenentur, quidquid in contrarium effutiant.

I. Quanta eſt traditionis auctoritas?

R. Eadem eſt prorſus cum auctoritate Scripturæ. Verbum Divinum ſcriptum ſit nec ne perinde eſt, utrobique verbum divinum eſt. Id patet ex omnibus SS. Patribus ſupra laudatis, maxime ex Sancto Chryſoſtomo.

Hom. 4. in 2. ad Theſ.

I. Qua ratione ad nos usque pervenit verbum illud minime ſcriptum?

R. Docti a Chriſto Apoſtoli docuerunt quos conſtituerunt per civitates Epiſcopos. Illis ſuc-

Lib. 4. cap. 24. num. 31. Quod univerſa tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi auctoritate Apoſtolica traditum rectiſſime creditur.

Lib. 5. De Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 23. num. 31..... Sed conſuetudo illa quæ opponebatur Cypriano, ab eorum (*Apoſtolorum*) traditione exordium ſumpſiſſe credenda eſt, ſicut ſunt multa quæ univerſa tenet Eccleſia, & ob hoc ab Apoſtolis præcepta bene creduntur, quamquam ſcripta non reperiantur.

Cap. 26. n. 37. Quod autem nos admonet (Cyprianus) *ut ad fontem recurramus, id eſt, ad Apoſtolicam Traditionem & inde canalem in noſtra tempora dirigamus*, optimum eſt & ſine dubitatione faciendum.

Epiſt. 54. alias 118. ſeu Lib. 1. ad inquiſitiones Januarii, c. 1. n. 1. Vide ſupra §. 1. c. 2. Sect. 1. hujuſce Partis lit. (R)

VINCENTIUS LIRIN. *Commonit. 1. cap. 3.* In ipſa item Eccleſia Catholica magnopere curandum eſt, ut id teneamus quod ubique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt: hoc eſt etenim vere proprieque Catholicum quod ipſa vis nominis rationque declarat, quæ omnia fere univerſaliter comprehendit. Sed hoc ita demum fiet, ſi ſequamur univerſalitatem, antiquitatem, conſenſionem, Sequemur autem univerſitatem hoc modo: ſi hanc unam fidem veram eſſe fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Eccleſia: antiquitatem vero ita, ſi ab iis ſenſibus nullatenus recedamus, quos ſanctos majores ac Patres noſtros celebraſſe manifeſtum eſt: conſenſionem quoque itidem, ſi in ipſa vetuſtata omnium vel certe pene omnium Sacerdotum pariter & magiſtrorum definitiones, ſententiasque ſectemur.

Cap. 4. Chriſtianus... ſi ſe aliqua Eccleſiæ particula ab univerſali communione præciderit ... ſi contagio totam commaculare Eccleſiam conetur ... providebit, ut antiquitati inhæreat, quæ prorſus jam non poteſt ab ulla novitatis fraude ſeduci... Omnino curabit ut paucorum temeritati vel inſcitiæ ſi qua ſunt univerſaliter antiquitus univerſalis Concilii decreta præponat. Operam dabit ut collatas inter ſe majorum conſulat, interrogetque ſententias, eorum duntaxat qui diverſis licet temporibus & locis in unius tamen Eccleſiæ Catholicæ communione & fide permanentes, magiſtri probabiles extiterunt; & quidquid non unus aut duo tantum, ſed omnes pariter uno eodemque conſenſu aperte, frequenter, perſeveranter tenuiſſe, docuiſſe cognoverit, id ſibi quoque intelligat abſque ulla dubitatione credendum.

Cap. 9. Nihil novandum, niſi quod traditum eſt.

Cap. 12. Licet aut nos, aut Angelus de cælo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis; anathema ſit... Quiſquis illa traditam ſemel fidem mutare tentaverit; anathema ſit.

Cap. 14. Annuntiare ergo aliquid Chriſtianis Catholicis præter id quod acceperunt nunquam licuit, nunquam licet, nunquam licebit, & anathematizare eos qui annuntiant aliquid præterquam quod ſemel acceptum eſt numquam non oportuit, nuſquam non oportet, numquam non oportebit.

Cap. 27. Vide ſupra Sect. 1. cap. 2. §. 1. hujuſce partis lit. (R)

Cap. 32. Chriſti vero Eccleſia ſedula, & cauta depoſitorum apud ſe dogmatum cuſtos, nihil in his unquam permutat, nihil minuit, nihil addit, non amputat neceſſaria, non adponit ſuperflua, non amittit ſua, non uſurpat aliena; ſed omni induſtria hoc unum ſtudet, ut vetera fideliter ſapienterque tractando, ſi qua illa ſunt antiquitus informata & inchoata accuret & poliat: ſi qua jam expreſſa & enucleata, conſolidet, firmet; ſi qua jam confirmata & definita, cuſtodiat. Denique quid umquam aliud Conciliorum decretis euſa eſt, niſi ut quod antea ſimpliciter credebatur, hoc idem poſtea diligentius crederetur; quod antea lentius prædicabatur, hoc idem poſtea inſtantius prædicaretur.

Cap. 39. Antiqua ſanctorum Patrum conſenſio .... præcipue in fidei regula magno nobis ſtudio, & inveſtiganda eſt, & ſequenda..... Sed eorum duntaxat Patrum ſententiæ conferendæ ſunt, qui in fide & communione Catholica ſancte, ſapienter, conſtanter viventes, docentes, & permanentes, vel mori in Chriſto fideliter, vel occidi pro Chriſto feliciter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum eſt, ut quicquid vel omnes vel plures uno eodemque ſenſu manifeſte, frequenter, perſeveranter, velut quodam conſentiente ſibi magiſtrorum conſilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmaverint, id pro indubitato, certo ratoque habeatur: quicquid vero, quamvis ille ſanctus & doctus, quamvis Epiſcopus, quamvis Confeſſor & Martyr, præter omnes, aut etiam contra omnes ſenſerit, id inter proprias, & occultas & privatas opinunculas a communis, publicæ, & generalis ſententiæ auctoritate ſeretum ſit.

Vide etiam quæ ex eo ſupra attulimus paragrapho 1. cap. 2. ſect. 1. hujuſce partis, & etiam paragrapho 2. hujuſce capitis.

PARS II. SECT. II. CAP. II. §. 4. rurſus docuerunt alins ſibi ſucceſſuros ; a quibus alii quoque & docti & ordinati ſunt. Sic cuſtoditum eſt in Eccleſia verbi Dei ad noſtra usque tempora depoſitum. (C) C

I. Recte admodum. Sed quis certo ſciat, non fuiſſe adulteratum verbum Dei, dum per tot ora, per tot ſæculorum ſucceſſiones ad nos usque transmeavit?

R. Id fieri non potuiſſe conſtat. 1. Enim Eccleſia Spiritus Dei regitur, nec fieri poteſt ut erret unquam circa fidem. Id fuſe probavimus prima parte hujus operis.

Sect. 11. c. 3. §. 4. S. Aug. L. 5. de Baptismo contra Donat. c. 23. & 26. Com. 1. c. 3. 4. & 5. Deinde Eccleſia regulam habet certam, qua veræ traditiones a falſis ſecernantur. Hæc autem in eo poſita eſt, teſte poſt Sanctum Auguſtinum Vincentio Lirinenſi, quod id ſolum habeatur pro tradita ab Apoſtolis, quod ubique docet vel ſervat diffuſa per totum orbem Eccleſia, nec tamen aliquo certo tempore inſtitutum fuiſſe cognoſcitur.

I. Cur vocas regulam hanc certam?

R. Quia fieri non poteſt, ut diffuſi per totum orbem Chriſtiani, qui nullam habent inter ſe conſiliorum ſocietatem, qui non minus moribus & ingeniis & uſibus (ſi fidem excipias) quam regionibus a ſe invicem disjuncti ſunt; fieri non poteſt, inquam, ut ii in rebus quæ ad religionem pertinent idem omnino doceant, idem ſervent, niſi id acceperint ab eodem magiſtro, qui diſcipulos ſuos per totum terrarum orbem miſerit iisdem inſtructos præceptis & mandatis.

I. Quid ſi ſenſim Præpoſitorum incuria diſſeminatum & receptum aliquid per Eccleſiam fuerit contra Chriſti doctrinam, contra ſanctiones Apoſtolicas, nemine niſi poſt longa temporum ſpatia rem advertente?

R. Id fieri nequit, ſi quæſtio ſit de re alicujus momenti. Quod quidem quatuor rationibus demonſtro.

1. Chriſtus promiſit nunquam futurum ut Eccle- *Par. 1. Sect. 11. c. 3. §. 4.* ſia erret in fide. Satis ſuperque id ſuperius probatum eſt.

2. Alienum eſt prorſus ab hominum ratione & moribus, receptam ubique terrarum doctrinam & conſuetudinem, nemine advertente, nemine contradicente, ſubverti. Norunt omnes quas turbas quas contradictiones excitare ſoleat rerum novarum molitio.

3. Si quis unquam novum dogma, novos in Eccleſiam mores invehere tentaverit, ſtatim hunc deprehenſum, confutatum, damnatum fuiſſe docet omnium ſæculorum experientia, ut patet ex *Par. 1. Sect. 12. c. 3. §. 10.* iis quæ prima parte diximus de hæreſibus, quæ unoquoque ſæculo prodierunt.

4. Quod ab Apoſtolis ad nos uſque traditione manavit, id ſcriptum ſubinde eſt a SS. Patribus, qui ſingulis ætatibus floruerunt: refert unusquisque quid ſuo tempore ſentiat, quid obſervet Eccleſia: hujus quoque rei vel veſtigia, vel certa argumenta extant in Conciliis, in libris liturgicis, in aliis ejusmodi antiquitatis Eccleſiaſticæ monumentis. Libri illi jampridem toto terrarum orbe diffuſi ſunt. Non poteſt traditio falſa pro vera ſupponi, quod ſpectat ad mores vel dogmata, quin ſimul adulterentur & corrumpantur ſcripta iſthæc omnia, ex quibus eruuntur veræ & genuinæ traditiones. Illud autem fieri poſſe qui in animum induxerit, næ is inſanire videatur. (D) D

I. Ergo quidquid nunc credit Eccleſia, id credidit ſemper jam ab Apoſtolorum temporibus?

R. Tam id certum eſt quam quod certiſſimum. Id patet tum ex ſupra dictis, tum ex ſingulorum dogmatum probatione toto hocce opere.

I. Et de obſervationibus Eccleſiaſticis quid ſentis? Manaruntne omnes quoque ab Apoſtolis?

R. Quidquid per totam Eccleſiam ſic obſervatur, ut ignoretur hujus obſervationis initium, verbi gratia, jejunium ante-paſchale, ſignum crucis, Baptisma parvulorum &c. hoc ab Apoſtolis ad nos traditione manaſſe certiſſimum eſt (E). E
Patet id quoque de ſingulis obſervationibus in ſerie hujus operis laudatis & SS. Patrum teſtimoniis confirmatis.

I. Numquid & traditione Eccleſia utitur ad intelligentiam Scripturarum?

R. Ad Scripturam quod attinet, neceſſaria prorſus in duobus traditio eſt: 1. Ut intelligatur qui ſint libri vere Canonici: (F) 2. Ut habea- F
tur legitimus Scripturarum ſenſus. Neque enim libros alios recipit Eccleſia in Canonicarum Scripturarum numerum, quam quos certa traditione novit ab Apoſtolis manaſſe. Neque Scripturam explicat, niſi juxta eum ſenſum quem tenuit ſemper Eccleſia. (G) G

§. 5. De auctoritate Conciliorum & SS. Patrum in rebus fidei.

I. Quid agit Eccleſia ad dirimendas controverſias quæ ſubinde oriuntur in rebus fidei?

R. Fidei depoſitum ſervat ſummus Pontifex, ſervant & Epiſcopi: juxta illud Apoſtoli ad Timotheum: *O Timothee depoſitum cuſtodi; devitans* 1. Tim. 6. 20
profanas vocum novitates. Hi inſurgentes controverſias judicio ſuo dirimunt vel ſoli, vel in Conciliis.

I. Quandonam congregantur Concilia?

R. Congregantur ut plurimum vel cum occurrit controverſia de fide dirimenda, vel cum ſtatuendum aliquid eſt circa diſciplinam, ubi rem unus Epiſcopus non poſſet pari ſucceſſu definire.

I. Quot ſunt genera Conciliorum?

R. Concilia ſunt vel Generalia, vel Nationalia, vel Provincialia, vel Diœceſana. *Generalia* quæ & idiomate Græco dicuntur *Oecumenica*, ex Epiſcopis totius Eccleſiæ congregantur. (A) *Nationalia* ex Epiſcopis unius regni

(C) 2. TIMOT. II. 2. *Vide ſupra lit.* (A) *hocce* §.

(D) *Vide hæc fuſius explicata in libro* Perpetuitatis Fidei circa Eucharistiam, *tom. 1. lib. 1. c. 8. ad decimum tertium, & lib. 9. c. 10. & 11.*

(E) *Hæc multis SS. Patrum teſtimoniis fuſe probavimus hocce §. lit.* (B)

(F) *Vide ſupra* §. 3. *hujuſce cap. lit.* (B) S. AUG. *l. 2. de Doctrin. Chriſt. cap. 8. num. 12. & 13. & c. 9. num. 14.*

(G) *Addidiſſe paragrapho ſuperiori, & hocce paragrapho Veterum auctoritatibus hæc ad demonſtrationem evincimus.*

(A) *Concilia generalia huc usque viginti unum tantum*

regni vel nationis: *Provincialia* ex Epiſcopis unius vel aliquot Provinciarum: *Diœceſana* ex Epiſcopo & clero unius Diœceſis.

I. Sedentne ſoli Epiſcopi in Conciliis?

R. In Conciliis alii ſedent ut judices, alii ut aſſertores & vindices Canonum, alii vel ſedent vel ſtant ut rerum Divinarum & Eccleſiaſticarum periti, ad ventilandas & diſcutiendas hinc inda controverſias.

Soli Epiſcopi ſedent ut judices de jure. Sunt tamen alii qoibus ex primæva conſuetudine jus ſuffragii conceſſum eſt ab Eccleſia; puta Præpoſiti generales Ordinum religioſorum, & Abbates.

Imperatores, Reges, Principes, vel miſſi ab iis Oratores ſeu Magiſtratus, ſedent ut aſſertores & vindices Canonum & publicæ tranquillitatis.

Sedent Presbyteri, ſtant Diaconi ceterique rerum Eccleſiaſticarum periti, ad ventilandas & diſcutiendas hinc inde controverſias, ut rebus mature diſcuſſis, & auditis Conſultorum votis, ſtatuant Judices quod duxerint eſſe definiendum.

I. Eſtne vetus in Eccleſia conſuetudo congregandi Concilia?

R. Ea jam a temporibus Apoſtolorum invaluit.

tum numerantur: quorum octo prima in Oriente, ſeu apud Græcos celebrata ſunt; cetera in Occidente, ſeu apud Latinos. Ex PETAVII *Tabulis ea hic exhibemus.*

CONCILIA GENERALIA GRÆCORUM.

Anno Chriſti.

325. | Nicænum, ſub Silveſtro Papa.
381. | Conſtantinopolitanum primum, ſub Damaſo.
431. | Ephesinum, ſub Cæleſtino I.
451. | Chalcedonenſe, ſub Leone I.
553. | Conſtantinopolitanum II. ſub Vigilio.
680. | Conſtantinopolitanum III. ſub Agathone.
787. | Nicænom II. ſub Adriano I.
869. | Conſtantinopolitanum IV. ſub Adriano II.

CONCILIA GENERALIA LATINORUM.

1122. | Lateranenſe I. ſob Calixto II.
1139. | Lateranenſe II. ſub Innocentio II.
1179. | Lateranenſe III. ſub Alexandro III.
1215. | Lateranenſe IV. ſub Innocentio III.
1245. | Lugdunenſe I. ſub Innocentio IV.
1274. | Lugdunenſe II. ſub Gregorio X.
1311. | Viennenſe, ſub Clemente V.
1904. | Piſanum, ſub Alexandro V.
1414. | Conſtantienſe, ſob Johanne XXIII.
1431. | Baſileenſe, ſub Eugenio IV.
1439. | Florentinum, ſub Eugenio IV.
1512. | Lateranenſe V. ſub Julio & Leone X.
1345. | Tridentinum, ſub Paolo III. Jolio III. & Pio IV.

Haud ſuperfluum, & inutile viſum eſt brevem eorum Conciliorum hiſtoriam ex eodem auctore deſumptam hic attexere.

Anno 325 NICÆNUM I. Concilium œcumenicum a Conſtantino Imperatore convocatum, cui præfuit Oſius Cordubenſis Epiſcopus nomine Silveſtri Pontificis Romani, ibique Arrium & impium ejus dogma treceuti decem & octo Patres proſcripſerunt: contra vero Conſobſtantialitatem Verbi divini cum Patre æterno ſtabilierunt, & quæſtionem de celebrando Paſchate tamdiu agitatam in Eccleſia definierunt.

Anno 381. CONSTANTINOPOLITANUM ſecondum œcumenicum a Theodoſio convocatum Concilii Nicæni confirmandi cauſa, ut ſedi ſuæ Conſtantinopolitanæ reſtitueretur ſanctus Gregorius Nazianzenus, & ad ſtabiliendam fidem circa divinitatem ſancti Spiritus a Macedonio impugnatam. Convenerunt ibi centum quinquaginta Epiſcopi, qui unanimiter ſtatueront ut Epiſcopus Conſtantinopolitanus poſt Romanum Pontificem primum obtineret locum.

Anno 431. EPHESINUM tertium œcumenicom a Theodoſio convocatum, cui præfuerunt Legati Pontificis Romani Cæleſtini, celeberrimum foit ducentorum Epiſcoporum, a quibus Neſtorius, duas perſonas in Chriſto admittens, anathemate percuſſus fuit, quique Virginem Mariam dicendam eſſe matrem Dei negabat, ſed tantom Chriſti matrem. Vigeſima ſecunda die Junii fuit inchoatum an. 431. in quo iterum proſcripta fuit hæreſis Pelagii.

Anno 451. celebratum fuit CHALCEDONENSE, œcumenicom quartum, ſexcentorum triginta Epiſcoporum & quatuor Legatorum ſanctiſſimi Patris Leonis, cui interfuit imperator Marcianus cum Imperatrice Polcheria, magao Senatorom & Magiſtratuum ordine comitante, octava die Octobris inceptum eſt, & in prima Novembris finitis tredecim Actionibus, ſeu Seſſionibus abſolutum eſt: in quo Concilium Epheſinum anno 449. habitom cum Dioſcoro & Eutyche, qui naturas in Chriſto confundebant vel perſonas dividebant, condemnatum eſt.

Anno 553. CONSTANTINOPOLITANUM II. quintum œcumenicum, a Juſtiniano convocatum invito Vigilio Pontifice Romano, qui poſtea tamen illud approbavit; & inter œcomenica annomeratum fuit: in quo tum errores Origenis, tum tria Capitula damnata ſunt.

CONSTANTINOPOLITANUM III. ſextum œcumenicum convocatum anno ſexcenteſimo octogeſimo, & anno ſequenti finitum, in quo quinque priora Concilia probata fuere, & contra Monothelitas definitum, duas eſſe in Chriſto voluntates; Honorius quoque Papa damnatus eſt.

NICÆNUM II. ſeptimum œcumenicum ab Imperatore Conſtantino Leonis & Irenes filio ſimul & a ſummo Pontifice Adriano convocatum, inceptum Conſtantinopoli anno ſeptingenteſimo octogeſimo ſexto, ſed tranſlatum Nicææ anno ſequenti 787. trecentorum quinquaginta Eccleſiarum, qui coltom ſacrarum Imaginom adverſus Iconoclaſtas conſtituerunt.

Anno 869. CONSTANTINOPOLITANUM IV. octavum œcumenicum ab Imperatore Baſilio convocatum Adriano ſecundo Pontifice in ſchismaticum Photium exulem factum, & de reſtitutiona ſancti Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani in ſua ſede Patriarchali.

LATERANENSE I. nonum œcomenicum, ſedente Calixto Pontifice, de recuperanda in Saracenos Tarra ſancta anno 1122. congregatum eſt.

Anno 1139. LATERANENSE II. decimum œcumenicum ab Innocentio ſecundo convocatum in Antipapam Petrum Leonis filium, & de conſervandis Eccleſiaſticis bonis.

Anno 1179. LATERANENSE III. œcomenicum undecimum ab Alexandro III. Papa in Valdenſes, Albigenſes & Schismaticos ab Antipapa Victore quarto ordinatos convocatom.

Anno 1215. convocatum fuit LATERANENSE IV. duodecimom œcumenicum ſedente ſummo Pontifice Innocentio III. in Albigenſes: in eo damnatus eſt Joachimus Abbas. Primum eſt Concilium in quo verbum illud *Tranſubſtantiatio* reperiator, licet in Auctoribus qui centom ante annos degebant legatur. Adfuerunt Patres ducenti octoginta tres ſopra mille, inter quos ſexcenti ſeptuaginta tres erant Epiſcopi.

Anno 1245. LUGDUNENSE I. decimum tertium œcumenicum ab Innocentio IV. convocatum de expeditione in Saracenos ad recuperandam Terram ſanctam. Concilium illud præterea tentavit Fredericum Imperatorem deponere, at ea poteſtas in Principes Chriſtianos, nec ad ſommum Pontificam, nec ad Eccleſiam pertinet.

Anno 1274. LUGDUNENSE II. decimum quartum œcumenicum ſub Gregorio X. de recuperanda Terra ſancta. In errores Græcorum & ad recipiendos eos qui in pacem & in ſinum Eccleſiæ redire vellent.

Anno 1311. VIENNENSE, œcomenicom decimum quiotum, præſide Clemente V. Cui interſoerunt Reges Galliarum, Angliæ & Arragoniæ, Patriarchæ Alexandrinus, Antiochenus, & Epiſcopi plures quam trecenti. Ordo Templariorum in eo abolitus eſt, damnata Fraticellorum, Dulciniſtarum, Beguardorum, & Beguinarom hæreſis, & de recuperanda Terra ſancta actum eſt.

Anno 1409. PISANUM, habetur in Gallia decimumquartum œcumenicum, eo quod a Cardinalium Collegio ſervatis omnibus juris formulis fuarit convocatum, ſede vacante propter electos ſimul duos Pontifices qui ſedam Romanam ambiebant, & uterque tum Benedictus XIII. & Gregorius XII. depoſiti ſunt, &in

luit. Ipſi ſubortas quæſtiones graves inter converſos ex Judæis, vel ex gentibus fideles, habito Jeroſolymis Concilio diremerunt, his verbis ſolemnibus, *Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis*.

Act. 15.28. *I.* Cur his verbis uſi ſunt Apoſtoli?

R. Ut intelligamus Sacro-ſanctis Conciliis præeſſe Spiritum ſanctum, ipſumque per Patres congregatos loqui.

I. Ergo certa nec errori obnoxia eſt Conciliorum definitio, ubi de fide pronuntiant?

R. Conciliorum generalium definitio de fide certa eſt & erroris expers. Quia hæc Concilia repræſentant univerſam Eccleſiam, cui promiſſa a
Matt. 16.8 B Chriſto eſt æterna in recta fide ſtabilitas. *Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* (B)

Ejuſdem auctoritatis eſt ceterorum Conciliorum definitio, ſi acceſſerit totius Eccleſiæ conſenſus. Quia ubi conſtat de totius Eccleſiæ fide, ſive Eccleſia congregata ſit in generalibus Conciliis, ſive per totum orbem diffuſa, conſenſum ſuum præbeat Conciliis particularibus, perinde eſt. Satis eſt ſi conſtet de totius Eccleſiæ fide. Quam enim fidem diffuſa per totum orbem Eccleſia tenet, certum eſt hanc eſſe conſentaneam traditioni, inconcuſſæ utique fidei noſtræ regulæ. (C) C

Hoc ut intelligatur operæ pretium eſt in mentem revocare quod ſupra diximus, fidei depoſitum Scriptura ſacra & traditione contineri; duplicemque hanc eſſe fidei noſtræ certiſſimamque normam. *Dub. ſup.* §.
Ergo ubi de fide quæſtiones excitantur, conſulit Eccleſia Scripturam & traditionem. Et, ſi quæſtio ſit de genuina intelligentia Scripturarum, ut fere ſemper uſuvenit, nam obſcuris Scripturarum ſententiis abuſi ſunt ſemper Hæretici *ad ſuam & aliorum perditionem*, inquit Petrus Apoſtolus; tunc *2. Petri* III 16.
Scripturarum ſenſum genuinum Eccleſia a traditione accipit. Nimirum traditio ſubortis quæſtionibus antiquior, & ad tempora Apoſtolica continua ſucceſſione recurrens, una & certa via eſt intelligendi quem Scripturarum ſenſum ab Apoſtolis acceperit Eccleſia. Jam diximus id unum haberi pro traditione Divina, & Apoſtolica, quod tenet & tenuit ſemper Eccleſia per totum orbem diffuſa. Variæ ſunt rationes certo intelligendi

num

& in eorum loco ſuffectus Alexander V. qui Concilium illud approbavit & Conſtantienſem ſequentem Synodum indixit.

Concilium CONSTANTIENSE habetur in Gallia decimamquintum œcumenicum vocatum, eo quod a Johanne XXIII. Alexandri V. legitimo ſucceſſore convocatum fuerit tanquam appendix & continuatio Concilii Piſani: in quo Johannes XXIII. ſponte Pontificatum abdicavit ad ſedandum ſchiſma, & in ejus locum Martinus V. electus eſt, qui probavit quæcumque geſta fuerant in Concilio. Hæreſes Vicleſi & Johannis Hus proſcriptæ ſunt. Anno 1414. inceptum & 1418. abſolutum.

Anno 1429. BASILEENSE in agro Ticinenſi inceptum, poſtea Sennæ continuatum, ab Eugenio IV. deinde Baſileæ convocatum, qui ſexdecim priores Seſſiones probavit & alias irritavit a vigeſima ſexta incluſive, quas etiam Eccleſia Gallicana 26. priores Seſſiones quæ ad ſolam fere Bohemorum condemnationem pertinent approbandas retinuit, quibus Decretum de immaculata Virginis Mariæ conceptione 36. Seſſionis ſacræ Theologiæ Pariſienſis Facultas adjunxit. Eam Synodum Eugenius IV. Ferrariam tranſtulit, poſtea Florentiam.

Anno 1439. FLORENTINUM, Ferrariæ inceptum ab Eugenio IV. anno ſalutis 1438. ad tollendum ſchiſma Græcorum cum Latinis, cui interfuit Johannes Palæologus Orientis Imperator cum Patriarcha Conſtantinopolitano. Plurimi Theologi Doctores decimi quinti ſæculi Concilium illud tanquam œcumenicum non agnoſcebant, nunc autem ab omnibus recipitur.

LATERANENSE V. anno 1512. inceptum ſub Julio XI. & ſub Leone X. abſolutum anno 1517. in Synodum Piſanam, de recuperanda Terra ſancta, de Diſciplina Eccleſiaſtica & abroganda Pragmatica Sanctione. De œcumenitate hujus Concilii inter ſe diſputant Theologi: & Ultramontani Doctores ut Bellarminus liberam hac de re diſſentienti facultatem præbuerunt, eo quod Leo X. acriter nimis Eccleſiæ Romanæ jura tuitus fuerit.

TRIDENTINUM, decimum-nonum, aliis vigeſimum-primum œcumenicum & ultimum anno 1545. inceptum & anno 1563. conſummatum, in Lutherum, Zvvinglium & Calvinum, & de reformanda Eccleſiaſtica Diſciplina. Bononiam anno 1547. tranſlatum, & octo poſt menſes demum Tridentum revocatum. Quo in loco ter interruptum fuit, & toties reſumptum. Hujus tandem Canones in Gallia de dogmate venerantur, de Diſciplina vero reſpuuntur.

(B) MATTH. XVIII. 20. Ubi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.

XXVIII. 20. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi.

Hinc S. GREGOR. MAGN. *Lib.* 1. *Epiſt.* 14. *dicit ſe venerari* quatuor prima Concilia, ſicut quatuor Evangelia.

S. AMBROSIUS *Epiſt.* 32. Sequor tractatum Nicæni Concilii a quo me nec mors, nec gladius poterit ſeparare.

S. HIERON. *Dial. adv. Lucifer. de SS. Confeſſoribus Athanaſio, Hilario, Euſebio loquens:* Quomodo poterant, inquit, adverſum Synodum Nicænam facere, propter quam exilia ſuſtinuerunt.

S. AUGUST. *Epiſt.* 54. *alias* 118. *ad Januar. cap.* I. *n.* 1. Illa autem quæ non ſcripta ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe ſervantur, datur intelligi vel ab ipſis Apoſtolis vel plenariis Conciliis, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata atque ſtatuta retineri.

(C) CARD. BELLARMINUS *Controverſ. tom.* 2. *lib.* 1. *de Conciliis & Eccleſia, cap.* 11. *Conciliorum ad Controverſias de fide dirimendas, &c. neceſſitatem aſtruit his verbis:* Quamvis autem generalia Concilia non ſint abſolute neceſſaria, tamen Concilia aliqua, ſive generalia, ſive particularia ſint, omnino neceſſaria eſſe ad bonam Eccleſiæ gubernationem vix in quæſtionem vocari poſſe dubito. Nam ſi neceſſe eſt, *ut veniant ſcandala*, ut ait Dominus, & *oportet hæreſes* *Matt.* 18.7. *1. Cor.* 11.
eſſe, ut Apoſtolus ait, certe neceſſe eſt etiam, ut 19.
in Eccleſia ſit certum aliquod judicium, quo & ſcandala tolli & hæreſes damnari poſſint; alioqui brevi tempore Eccleſia univerſa in partes ſcinderetur & *Matt.* 12.25.
periret. Nam *omne regnum in ſeipſum diviſum deſolabitur.*

Etſi vero ſummus Pontifex judex eſt... tamen non debet in controverſiis fidei dijudicandis aut ſolo ſuo judicio fidere, aut expectare divinam revelationem, ſed adhibere diligentiam, quantam res tanta poſtulat, & ordinaria media, & tunc demum expectare aſſiſtentiam Spiritus ſancti, & directionem divinam.

Porro medium ordinarium ac proinde neceſſarium eſſe Concilium, magnum aut parvum, unum vel plura, prout ipſe judicaverit, facile probari poteſt.

Primum ex divina illa promiſſione, *Ubi fuerint duo,* *Matt.* 18. 20.
vel tres congregati in nomine meo, illic ſum in medio eorum. Hunc enim locum de Conciliis intelligit Synodus Chalcedonenſis in Epiſt. ad Leonem, & aliæ Synodi.

Secundo, ex facto Apoſtolorum, qui cum poſſent etiam ſeorſum ſinguli definire controverſias, tamen ne viderentur negligere medium ordinarium & a Chriſto ipſo demonſtratum, non ſine Concilio controverſiam de legalibus Antiochiæ exortam definire *Act.* 15.
voluerunt.

Tertio, ex conſuetudine totius Eccleſiæ, atque omnium ſæculorum. Semper enim fuit in Eccleſia iſta conſuetudo, ut ad res dubias explicandas Concilia Epiſcoporum haberentur. Et ipſi etiam Romani Pontifices nullam unquam hæreſim novam ſine novo Concilio damnaverunt, ut cognoſcere poteſt, qui vel tomos Conciliorum, vel hiſtorias Eccleſiaſticas evolvere voluerit. Quod autem ſemper, & ab omnibus factum eſt, quis negare audebit, ordinarium dici poſſe, & revera eſſe?

Sed

num in unum vel dogma vel uſum omnes omnino Eccleſiæ conveniant. Primo Iſi convocentur omnes omnium omnino Eccleſiarum Epiſcopi, quibus creditum eſt fidei depoſitum, ut ſinguli dicant quæ ſit Eccleſiæ ſuæ traditio circa ſubortam quæſtionem. Id fit in Conciliis generalibus. (D) Sed

D

quia non ita facile congregantur ejuſmodi Concilia, alia via eſt expeditior juxta & frequentior certo cognoſcendi quæ ſit Eccleſiæ traditio. Suam fert ſummus Pontifex de propoſita quæſtione judicium; accedit ſingularum Eccleſiarum toto orbe conſenſus. Aliquando ferunt judicium Epiſcopi in Conciliis vel Provincialibus vel Nationalibus congregati: Romam & ceteras Eccleſias hæc judicia deferuntur; confirmantur a Romano Pontifice; accedit omnium Eccleſiarum conſenſus; agnoſcunt ſingulæ in hoc judicio quam profitentur fidem. Conſenſus hic Eccleſiarum in rem ab uno particulari Concilio definitam certiſſimum eſt Traditionis argumentum; eamdemque obtinet auctoritatem ac Concilinm generale. Quamplurima extant exempla hæreſum hac multiplici via proſcriptarum, ſive per Concilia œcumenica, ſive per ſummos Pontifices, ſive per Epiſcopos, ſive per Concilia particularia, accedente totius Eccleſiæ conſenſu. Quin & Concilia quædam quæ non fuerunt œcumenica convocatione, accedente Eccleſiæ conſenſu habita ſunt pro œcumenicis; tale fuit Concilium primum Conſtantinopolitanum, in quo proſcripta eſt hæreſis Macedonii. Id in œcumenicis ſecundum numeratur, nec fuit convocatione niſi nationale totius Orientis: ſed accedente conſenſu Occidentis œcumenicum evaſit. Contra autem Concilium Sardicenſe œcumenicum fuit convocatione, non exitu, ut aſſerunt plerique Theologi, quia non acceſſit totius Eccleſiæ conſenſus. Quod de fide dixi, dictum puta de diſciplina & moribus Eccleſiæ. Plures ſunt canones circa diſciplinam & mores a provincialibus Conciliis conditi, qui cum ab univerſa Eccleſia recepti ſint, auctoritatem habent œcumenicam; dicunturque merito *canones Spiritu Dei conditi, & totius orbis reverentia conſecrati*. (E)

PART II. SECT. II. CAP. II. §. 5.

E

I. Quomodo ſe gerit Eccleſia circa eos qui Eccleſiam in fide definientem non audiunt?

R. *Si quis Eccleſiam non audierit*, inquit Chriſtus, *ſit tibi velut Ethnicus & Publicanus*. Ergo illos Eccleſia pro Hæreticis habet & ſinu ſuo pellit. Mat. 18. 17.

I. Quæ ratio habenda eſt ſententiæ ſanctorum Patrum in rebus fidei?

R. Eos Eccleſia veneratur ut teſtes Traditionis ſuo quemque ſeculo. Si quis eorum unus a ceteris diſſentiat, non magni facienda ejus hac in re ſententia. Maximi facienda ſententia omnium vel plurimorum idem ſentientium. Ubi ſancti Patres alii aliud ſentiunt, nihil at plurimum definit Eccleſia, quia cum Traditio ea de re nec certa, nec una ſit, non habetur pro Traditione Divina Apoſtolica. Hinc oritur inter Catholicos Theologos opinionum varietas de rebus ad fidem non pertinentibus.

I. Quænam amplectenda ſententia eſt in rebus ad fidem non pertinentibus, in quibus nihil definivit Eccleſia, nec una eſt Theologorum opinio?

R. Tunc

Sed accedat confirmatio ex Patribus. Cyprianus lib. 2. Epiſt. 1. ad Stephanum: *Neceſſe*, inquit, *habuimus convenientibus in unum pluribus Sacerdotibus, cogere, & celebrare Concilium*. Gelaſius in tomo de vinculo anathematis: *Si præceſſit*, inquit, *conſenſus Pontificis, doceatur a quibus, & ubi ille ſit geſtus, ſi ſecundum Eccleſiæ regulam celebratus, ſi paterna traditione profectus, ſi majorum more prolatus, ſi competenti examinatione depromptus; ubi proculdubio requirendum eſt, ſi ſynodali congregatione celebratus, quod in receptione damnati, & depulſione Catholici, quia nova eſt cauſa, fieri certiſſimum eſt*.

Denique, Concilinm Toletanum XI. in ipſa præfatione multis verbis demonſtrat Conciliorum in Eccleſia neceſſitatem: ſed illa ſumma eſt, ſi Concilia deſint, neceſſe eſſe, ut omnia vitiis, & erroribus continuo repleantur. Itaque & ſi poſſet Deus per abſolutam potentiam ſuam Eccleſiam ſine Conciliis conſervare: tamen ſecundum ordinariam providentiam ejus, neceſſaria Concilia ſunt ad bonam Eccleſiæ gubernationem.

(D) HOLDEN *Lib. 1. de Reſolut. Fidei, cap. 9.* Stabilita jam Catholicæ traditionis certitudine, eaque in unitate ſua præcipue conſtituta, ſupereſt inveſtigandum, qua via, quove medio cognoſcenda ſint divinitus revelata & inſtituta, quæ huic innituntur traditioni. Cum autem univerſum quid ſeu Catholicum ſit quod inquirimus (traditio ſcilicet univerſalis) conſtat evidentiſſime a nullo particulari & ſingulari homine ſub hac ratione petendum eſſe. Quidquid enim declarare, aut denuntiare valeat quivis particularis, (quicumque ille fuerit) traditionis univerſalis rationem habere nequit ſub hoc præciſo particularis denunciationis titulo, licet fortaſſis ei poſſit competere hæc ratio: eo quod univerſim & Catholice idem ipſum ſit & unius & totius ſocietatis judicium. Imo tametſi plurimorum fuerit in Concilio congregatorum teſtimonium, niſi univerſum & Catholicum ſit, traditionis certitudinem perfectam non habet.

Ea ſuperioribus clare conſequitur (quod & affirmant Theologi nonnulli) Eccleſiæ Chriſti Paſtores & Rectores (quamcumque alias habeant auctoritatem) veritatum revelatarum eſſe tantummodo cuſtodes ac teſtes; fideliſſimos quidem & invictiſſimos, ſive ſparſim per orbem univerſum in ſuis ſigillatim diœceſibus & parochiis greges ſuos docentes & regentes, ſive in debitis circumſtantiis & conditionibus univerſim congregatos & conſentientes. Verum articulorum fidei conditores audeat eos nemo vere Catholicus & perſpicax aſtruere. Cujus jam ſæpius rationem reddimus. Omnem puta fidei revelatæ articulum Dei revelantis auctoritati perneceſſario inniti, novas autem communicari Eccleſiæ revelationes, quæ fidei Catholicæ dogma fundent, nullus agnovit Catholicus; ac ideo fidei revelatæ & Catholicæ articulorum numerum augeri poſſe, vel ignorantis eſt, vel calumniantis oratio. Chriſtum igitur, ut ſupra advertimus, veritatum revelatarum & divinarum inſtitutionum ſolum & unicum fundatorem ac conditorem fuiſſe, tamquam axioma indubitatum apud Catholicos omnes, præſupponimus.

Hanc veritatem ſubſequitur altera, quam habet ſanctus Auguſtinus Epiſt. 118. ad Januar. Quæ Chriſtus præſcripſit, ea nemo audet variare, ut puta, ſicut nequit Eccleſia novum aliquod divinitus revelatum aut inſtitutum, fidei ſcilicet Catholicæ articulum, tradere, condere, aut fidelibus obtrudere, ita neque in totius Eccleſiæ poteſtate ac auctoritate ſitum eſt veritatem aliquam a Chriſto revelatam, aut inſtitutionem divinitus editam, vel minime variare aut immutare: ſub hoc inquam anathemate. *Qui ſolverit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum, nec præteribit unum iota, aut unus apex a lege* (Chriſtiana) *donec omnia fiant*.

(E) HOLDEN *Lib. 1. de Reſolut. Fidei, cap. 9.* Statuendum .... poſſe Concilium generale certiſſime & abſque omnis erroris periculo denuntiare & declarare (quod alii vocant *decernere ac definire*) quidquid ſit directe & expreſſe divinitus revelatum aut inſtitutum. Quod non aliud eſt quam poſſe hos omnes ſimul Epiſcopos, & unumquemque ſeorſum teſtificari, quid in ſuis ſingulis & univerſis Provinciis, vel creditur, vel exercetur, tamquam doctrinæ revelatæ articulus, aut divinitus inſtitutum religionis exercitium. Epiſcopi & Rectores Eccleſiæ judi-

R. Tunc per Eccleſiam licet ad utramlibet partem ſe recipere. Quam quiſque opinionem certiorem putat eam amplecti tenetur. Sed adhibenda cautio duplex. 1. Sic nos affectos eſſe neceſſe eſt, ut opinionem deponamus, & ſubjiciamus nos ex animo Eccleſiæ, ſi forte Eccleſia definiat tandem aliud ab eo quod ſentimus. 2. Servanda pax & caritas eſt cum iis qui aliud a nobis ſentiunt. Nihil enim debet eſſe antiquius pace & caritate. *In neceſſariis unitas, in dubiis libertas, in omnibus caritas ſervetur.* (F)

F

§. 6. *De Neceſſitate Fidei.*

I. Eſtne fides prorſus neceſſaria ad ſalutem?

R. Neceſſaria prorſus. Nulla ſalus iis qui firmiter non credunt quidquid credit & docet Eccleſia.

I. Eſtne neceſſaria ſingulis Chriſtianis ſingulorum fidei capitum cognitio?

R. Neceſſe eſt omnino, ut ſinguli credant in genere quidquid credit Eccleſia; & ex iis nonnulla capita, quæ præcipua ſunt, diſtincte norint.

I. Quænam illa capita ſunt quæ a ſingulis diſtincte cognoſci oporteat?

R. Myſteria ſanctiſſimæ Trinitatis, Incarnationis Verbi, redemptionis hominum per Chriſtum; quæcumque Apoſtolorum Symbolo continentur; Præcepta Dei & Eccleſiæ; multa quæ pertinent ad Sacramenta, præſertim ad Bapiſmum, Euchariſtiam & Pœnitentiam. (A) Rem enucleatius explico.

A

Diſtinctam articulorum fidei cognitionem majorem minoremve habere tenetur unuſquiſque pro ratione ſtatus, conditionis, ingenii, temporis, & ceterorum hujuſmodi. Quæ cuique cognitio diſtincta neceſſaria ſit difficile eſt certo ſtatuere. Non hic quæſtio eſt de iis quæ ante Chriſtum eſſent neceſſario credenda. Loquimur ſolum de Baptizatis quibus adeſt liber rationis uſus. Nullus ex iis ſalvari poteſt, quin noverit myſteria ſanctiſſimæ Trinitatis, Incarnationis, & Redemptionis. Tenentur ſinguli addiſcere ſaltem Præcepta Dei & Eccleſiæ, Symbolum Apoſtolorum, effectum Baptiſmi, aliaque multa quæ pertinent ad ſacramenta ſive Confirmationis, ſive Euchariſtiæ, ſive Pœnitentiæ, ſive Extremæ unctionis, & ad ſtatus ſui conditioniſque rationem & officia.

Hæc dicta intelligantur de rudioribus inter Chriſtianos. Qui enim Religionem penitius inveſtigare & cognoſcere poſſunt, nec curant, iis periculoſior ignorantia eſt. Nihil enim eſt quod noſtra pluris interſit, quod ad nos ſpectet magis, quam ſingula noſſe quæ Eccleſia credit, & omnium Eccleſiæ obſervationum rituumque rationes inveſtigare. Id ſi ita eſt, mirum pleroſque Chriſtianorum torpere oſcitanter ignorantia ſupina, cujus valde timendus ipſis exitus eſt in tremendo Dei judicio. Quod conterunt tempus ludis, nugis, inanibus colloquiis, voluptatibus, id ſi in Religionis ſtudio collocarent, eſſet hæc illis & facilis & jucunda & utilis occupatio. Non eſt quod ignorantiam excuſent ſuam.

I. Eſtne in omnibus Catholicis fides eadem?

R. Eadem eſt quantum ad ſubſtantiam: idem enim credunt. Non eſt eadem quantum ad modum: alii enim firmius, alii remiſſius credunt, Eſt in aliis fides viva, in aliis fides mortua.

I. Quid per fidem vivam, quid per fidem mortuam intelligis?

R. Fides viva ea eſt quæ operibus confirmatur; fides mortua ea eſt quæ operibus deſtituitur.

Fidem habet vivam, qui operatur ex fide, qui quod credit id agit: verbi gratia, qui non diligit mundum, quia credit verum eſſe quod dicit Johannes Apoſtolus: *Nolite diligere mundum: amicitia hujus mundi, inimica eſt Dei*, inquit S. Jacobus. *1. Joh. 11. 15. Jacob. 4. 4.*

Fidem

judicant in Concilio generali veluti præceptores & Doctores; populus vero tanquam diſcipuli diſcere & obedire tenentur.

Hocce caput integrum legere operæ pretium eſt, ut & libri ſecundi caput tertium.

(F) S. AUG. *Epiſt.* 54. *alias* 118. *ad Januar. cap.* 2. *num.* 2. *circa finem*. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores eſſe convincitur, indifferenter eſt habendum, & propter eorum inter quos vivitur ſocietatem ſervandum eſt. *Cetera vide ſupra §. 1. cap. 2. ſect. 1. hujuſce partis, lit.* (R)

(A) S. THOM. 2. 2. *quæſt.* 2. *art.* 5. *in concluſ.* Tenetur homo explicite credere omnes fidei articulos, implicite vero quæcumque in ſacrâ traduntur Scriptura.

In corp. . . . Quantum ad prima credibilia, quæ ſunt articuli fidei, tenetur homo explicite credere, ſicut & tenetur habere fidem. Quantum autem ad alia credibilia, non tenetur homo explicite credere, ſed ſolum implicite, vel in præparatione animi, in quantum paratus eſt credere quidquid divina Scriptura continet: ſed tunc ſolum hujuſmodi tenetur explicite credere, quando hoc ei conſtiterit in doctrina fidei contineri.

2. 2. *Quæſt.* 2. *art.* 7. *in corp.* Myſterium Incarnationis Chriſti aliqualiter oportuit omni tempore eſſe creditum apud omnes: diverſimode tamen ſecundum diverſitatem temporum & perſonarum. Nam ante ſtatum peccati homo habuit explicitam fidem de Chriſti Incarnatione, ſecundum quod ordinabatur ad conſummationem gloriæ, non autem ſecundum quod ordinabatur ad liberationem a peccato per paſſionem & reſurrectionem: quia homo non fuit præſcius peccati futuri ... Poſt peccatum autem fuit explicite creditum myſterium Incarnationis Chriſti, non ſolum quantum ad Incarnationem, ſed etiam quantum ad paſſionem & reſurrectionem, quibus humanum genus a peccato & morte liberatur ..... Poſt tempus autem gratiæ revelatæ, tam majores quam minores tenentur habere fidem explicitam de myſteriis Chriſti, præcipue quantum ad ea quæ communiter in Eccleſia ſolemnizantur, & publice proponuntur, ſicut ſunt articuli Incarnationis.

2. 2. *Quæſt.* 2. *art.* 8. *in corp.* Eodem modo quo myſterium Incarnationis Chriſti ante Chriſtum fuit explicite creditum a majoribus; implicite autem & quaſi obumbrate a minoribus: ita etiam myſterium Trinitatis. Et ideo, etiam poſt tempus gratiæ divulgatæ, tenentur omnes ad explicite credendum myſterium Trinitatis, & omnes qui renaſcuntur in Chriſto, hoc adipiſcuntur per invocationem Trinitatis.

Actorum MEDIOLANENSIS ECCLES. *Pars* 4. *ſive* S. CAROLI *Inſtructiones ad Confeſſarios*, *pag.* 431 *col.* 2. *edit. Lugd. an.* 1683. Confeſſarius quiſque antequam confeſſionem audiat, efficiat ut pœnitens ipſo audiente recitet Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum fidei ac Decalogum, ad præſcriptum Concilii Provincialis V. niſi ejus recitationis certis perſonis aliquando remittendæ facultatem habeat, ut VI. Provinciali Concilio, & Diœceſano XI. permiſſum eſt; cum iis vero qui ea capita recitare neſciunt, aut difficile diſcere poſſunt, agat ad præſcriptum eorumdem Conciliorum.

At vero omnino perquirat, ſi rudes quidam homines ad confeſſionem accedentes fidei articulos ignorent, & ſi opus eſſe viderit, eos doceat, ita ut explicite eos & intelligenter ſciant, non autem quaſi recitantes tantum.

JACOB. 11.

Fidem mortuam habet, verbi gratia, qui cum profiteatur credere ſe, fugiendam eſſe hujus quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem, non eam
B tamen fugit ſed ſequitur. (B)
Rom. 1. 17. *I.* Eſtne prorſus fides viva neceſſaria?

R. Eſt prorſus. *Juſtus ex fide vivit*. Qui non vivit ex fide, juſtus non eſt. Ideo tot Chriſtiani ruunt in damnationem, quia fides eorum mortua
C eſt. (C)

§. 7. *De Peccatis fidei oppoſitis. Item de Signis fidei, maximeque de Signo Crucis.*

I. Quot ſunt genera peccatorum contra fidem?

R. Quatuor ſunt.

1. Infidelitas. Quo peccato tenetur quisquis non credit omnia & ſingula, quæ fides docet. Tales ſunt Ethnici, Judæi, Hæretici.

2. Apoſtaſia, id eſt, exterior defectio a fide. Quo peccato tenentur non ſolum qui fidem abjurant, ſed etiam qui ſimulant non eſſe ſe fideles; vel qui non audent fidem exterius profiteri, cum neceſſitas incumbit.

3. Dubium voluntarium in rebus fidei. Quo peccato tenetur, quisquis ſciens & volens dubitat de iis quæ certo credenda ſunt.

4. Ignorantia. Quo peccato tenentur, qui præ ſua negligentia non noverunt ea quæ credere tenentur.

I. Ergo non ſufficit interius credere quod credit Eccleſia?

Rom. 10. 10. *R.* Non ſufficit: ſed facienda exterior profeſſio fidei, cum neceſſitas incumbit. *Corde enim creditur ad juſtitiam*, inquit Apoſtolus, *ore autem*
Matt. 10. 32. *confeſſio fit ad ſalutem*. Et Chriſtus hæc ait: *Om-*
33. *nis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt: qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt.*

I. Quomodo fidem profitemur coram hominibus?

R. Id triplici ratione fieri poteſt.

1. Si verbis & moribus ubique profiteamur nos eſſe Chriſtianos, neque erubeſcere Evangelium. PARS II.

2. Si ubi neceſſitas incumbit, palam & aperte repetamus vel Symbolum Apoſtolorum, vel aliam fidei formulam: profiteamurque id nos credere. SECT. II. CAP. II. §. 7.

3. Si ſignemus nos ſigno crucis, quod compendiaria fidei profeſſio eſt.

Hoc autem ſignum duplici ratione fit, ut norunt omnes. 1. Manum dextram admovendo ad frontem, dein ad ſtomachum, tum ad ſummitatem brachiorum a ſiniſtra & a dextera parte, ſimulque dicendo: *In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti*.

2. Fit ſignum crucis dum figura crucis † manu, digitove exprimitur.

I. Cur inſtitutum eſt ſignum crucis?

R. 1. Ut continuo revocemus in memoriam præcipua fidei noſtræ myſteria, Trinitatem, Incarnationem, Redemptionem. Verbis enim cum hoc ſigno conjunctis ſanctiſſimam Trinitatem invocamus per merita Filii Dei incarnati, & pro nobis in cruce mortui.

2. Ut hoc ſigno faciamus externam fidei noſtræ profeſſionem circa myſteria hæc tria.

3. Ut verbis cum hoc ſigno conjunctis gratiam & benedictionem ſanctiſſimæ Trinitatis per Chriſti merita ad nos vocemus. Proinde elevanda ad Deum mentis intentio eſt, quoties frontem crucis ſignaculo terimus.

I. Quandonam faciendum eſt ſignum crucis?

R. Jam Apoſtolorum temporibus Chriſtiani, quorum hac in parte exemplum ſequi maxime expedit, hoc ſignum faciebant ante omnem orationem, ante quemlibet progreſſum, quemlibet actum alicujus momenti, in quibuslibet periculis, tentationibus, &c. (A) A

I. Quisnam hoc ſignum inſtituit?

R. Hoc ſignum ab Apoſtolis ipſis inſtitutum fuiſſe, certa Traditione conſtat. Hoc enim in uſu eſt, & fuit ſemper in omnibus omni-

(B) JACOB. II. 20... Fides ſine operibus mortua eſt ... 26. Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt; ita & fides ſine operibus mortua eſt.

S. IGNATIUS MARTYR, *in Epiſt. interpolata ad Epheſios*. Melius eſt igitur tacere & eſſe; quam dicere & non eſſe: quia *non in verbo eſt regnum Dei, ſed in virtute. Corde enim creditur ad juſtitiam; ore autem confeſſio fit ad ſalutem*. Bonum eſt igitur docere: ſed ſi fecerit ea quæ dixerit: *Qui* enim *docuerit & fecerit*; hic magnus vocabitur in regno cælorum. *Et rurſus*. Dignum eſt, non ſolum vocari nos Chriſtianos, ſed etiam eſſe. Non enim dicere, ſed eſſe facit beatum.

(C) JACOB. II. 14. Quid proderit, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides ſalvare eum? 15. Si autem frater, & ſoror nudi ſunt, & indigeant victu quotidiano, 16. dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini: non dederitis autem eis, quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit? 17. Sic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. 18. Sed dicet quis: Tu fidem habes, & ego opera habeo, oſtende mihi fidem tuam ſine operibus: & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam. 19. Tu credis quoniam unus eſt Deus: bene facis: & dæmones credunt, & contremiſcunt.

(A) TERTULLIAN. *Lib. de Corona milit. capit.* 3. Ad omnem progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum, ad calciatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacumque nos converſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus.

Lib. 2. ad uxorem, cap. 5. Latebiſne tu, cum lectulum, cum corpuſculum tuum ſignas?

S. CYRILLUS HIEROSOLYM. *Catech. 4. num.* 10... Ne ergo Chriſti crucem erubeſcamus, ſed ſi quis alius abſcondat, tu palam ad frontem obſignato, ut dæmones regium ſignum intuentes, tremuli procul aufugiant. Signo autem iſto utere, tum edens ac bibens, tum ſedens ac cubans, de lecto ſurgens, loquens, ambulans, & ut ſemel dicam in omni negotio.

Catecheſ. 13. num. 11.... Accipe arma contra adverſarios hujus crucis. Tropheum ſtatuas fidem crucis adverſus contradicentes. Cum enim de Domino, cruceque contra infideles quæſtio tibi erit, prius ſtatue manu tua ſignum: & obmuteſcet contradicens. Non pudeat crucem Chriſti confiteri: Angeli enim gloriantur, dicentes: *Jeſum crucifixum quæritis* .... Mat. 28. 5.
Corona enim eſt crux, & non ignominia.

Num. 18. Non pudeat igitur nos crucifixum confiteri, ſed in fronte confidenter ſignaculum crucis digitis imprimatur, & in aliis omnibus crux fiat: in panibus comedendis, & in poculis bibendis, & in egreſſu & ingreſſu, ante ſomnum, recumbendo, & ſurgendo, eundo & quieſcendo. Magna hæc eſt cuſtodia, quæ propter pauperes gratis datur: ſine labore propter infirmos, cum a Deo ſit hæc gratia, ſignum fidelium, & timor dæmonum: triumphavit enim de illis in hoc ſigno. Oſtenta illud audacter: quando enim viderint crucem, recordantur crucifixi. Metuunt enim qui contrivit capita draconis. Neque propterea, quod eſt gratuitum, contemnas hoc ſignaculum; ſed ideo magis venerare benefactorem.

N. 19. in fine. Tropheum Jeſu ſalutare, crux omnes congregavit. Hoc Perſas ſervire fecit ... hoc ad hodiernum uſque diem curat morbos, dæmones fugat, & veneficiorum incantationumque avertit impoſturas: hoc cum Jeſu apparebit in cælo: præcedet enim Regis tropheum, ut videant quem pupugerunt, & a cruce agnoſcant quem contempſerunt.

S. EPHREM *de Juliano Anachoreta, init. pag.* 582. *col.* 1. Dæmon conſpecto crucis ſigno, quo puer amictus ac conſignatus erat, non eſt auſus ei nocere.

Serm.

omnino Eccleſiis, & apud omnes omnino cujuſcumque regionis, cujuſcumque ætatis Chriſtianos. Id manifeſte demonſtratur ex Tertulliano, Lactantio, S. Athanaſio, S. Baſilio, S. Gregorio Nyſſeno, S. Gregorio Nazianzeno, S. Chryſoſtomo, S. Ambroſio, S. Hieronymo, Sancto Auguſtino, Sancto Paulino, Sancto Ephrem, Sancto Cyrillo Hieroſolymitano, ceteriſque omnibus quos ſigillatim enumerare ſuperfluum eſt. (B) Horum teſtimonia perſpicua ſunt, decretoria, omni exceptione majora. Nec poſſunt in ſcelera ſuis defenſionem ullum ex antiquis B

Serm. in pretioſam & vivificam crucem Domini pag. 537. col. 2. circa medium. Depingamus & inſculpamus in januis noſtris, & in frontibus, & oculis, & in ore, ac pectore, & in omnibus membris noſtris vivificum hoc ſignum. Hac ornemur, atque armemur invincibili Chriſtianorum armatura: quippe quæ victrix eſt mortis, ſpes mundi, lux finium orbis terræ, reſeratrix paradiſi, propulſatrix atque deſtructrix hæreſum, firmamentum orthodoxæ fidei; magna, ſalutariſque cuſtodia, gloria perpetua orthodoxarum Eccleſiæ. Hanc igitur, o Chriſtiane, armaturam ſingulis diebus ac noctibus, horis atque momentis circumferre, omni in loco non omittas. Nihil abſque ea peragas; ſed ſive dormias, ſive expergiſcaris, ſive operi inſiſtas, ſive comedas, ſive bibas, ſive iter agas, ſive per mare naviges, ſive flumen trajicias, ſive quid aliud agas; omnia membra tua, ſalutari ac vivifico hoc crucis ſignaculo ſemper conſignes atque communias: & numquam timebis a timore nocturno, aut a ſagitta volante per diem, a negotio perambulante in tenebris, a ruina, & dæmonio meridiano. Hujus propugnaculo ſi adjutus fueris, non accedent ad te mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Nam hoc ſigno conſpecto, cunctæ mox adverſariæ poteſtates perterrefactæ declinant, atque recedunt. Hoc idolorum errorem peſſumdedit, hoc orbem terrarum ſanctificavit, hoc tenebras depulit, & lucem reſtituit. Hoc gentes ab ortu Solis & occaſu, a ſeptentrione & meridie collegit, & in unam Eccleſiam, in unam fidem, in unum Baptiſma, in caritate conjunxit. Hoc Orthodoxorum inexpugnabiliſſimus murus eſt... Crux, ſpes Chriſtianorum. Crux, reſurrectio mortuorum. Crux, claudorum baculum. Crux, pauperum conſolatio. Crux, frænum divitum. Crux, ſuperborum everſio. Crux, triumphus adverſus dæmones. Crux, juvenum pædagogus. Crux, inopum abundantia, deſperatorum ſpes, navigantium gubernatio. Crux, fluctuantium portus, oppugnatorum murus. Crux, orphanorum ac pupillorum pater, juſtorum conciliarius. Crux, afflictorum conſolatio & ſublevamen. Crux, infantium cuſtos, virorum caput, ſenum corona. Crux, lumen eorum qui in tenebris ſedent; & Regum magnificantia. Crux, ſervorum libertas, imperitorum ſapientia, & Barbarorum philoſophia. Crux, Prophetarum prædicatio, Apoſtolorum congregatio, & Martyrum gloriatio. Crux, Virginum pudicitia, & Sacerdotum gaudium. Crux, Eccleſiæ fundamentum, ac orbis terrarum ſecuritas: templorum Idolorum deſtructio, & Judæorum ſcandalum. Crux, imbecillorum fortitudo ac firmitas, & ægrotorum medicina. Crux, leproſorum purgatio, atque paralyticorum erectio. Crux, cibus eſurientium, & fons ſitientium. Crux Monachorum fiducia, & nudorum tegumentum.

De Panoplia ſeu armatura ſpirituali, 359. *col.* 1. *circa finem.* Ceterum vice ſcuti, crucis ſigno teipſum muni: ſignans eo membra tua omnia, & cor tuum. Neque vero ſola manu te ſignes: ſed etiam animo: & ſtudia tua, & ingreſſum tuum, & exitum tuum, in omni tempore: ſeſſionem quoque tuam, & reſurrectionem tuam, & lectulum tuum, & quæcumque pertranſis, ſigna primum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Validiſſima quippe ejuſmodi armatura eſt: nulluſque tibi umquam nocere poterit, ſi ea munitus fueris. Nam ſi quis terreni Regis ſignaculum defert, eum lædere nullus audeat, quanto magis nos, qui tale cæleſtis Imperatoris ſignum ferimus, neminem metuere poſſumus. Hiſce ergo armis... utere: ſunt enim vehementer contraria telis.

Vide infra hocce §. lit. (B) HIERON. *& alios.*

(B) S. IGNATIUS MARTYR *in Epiſt. ad Philipp. ipſi falſo adſcripta*, Princeps mundi in hoc gaudet, quando quis crucem negaverit. Interitum enim ſibi ipſi eſſe cognoſcit confeſſionem crucis. Hoc eſt enim trophæum contra ejus virtutem: quod videns expaveſcit, & audiens timet.... Initium enim illi fuit ad damnationem crux Chriſti, principium mortis, initium perditionis.

TERTULL. *De Corona milit. cap.* 3. *Vide ſupra litt.* (A) *hocce* §.

Lib. 3. *contra Marcionem*, *cap.* 22.... Illa nota... de qua Ezechiel... *Da ſignum Tau in frontibus virorum.* Ipſa eſt enim litera Græcorum Tau, noſtra autem T, ſpecies crucis quam portendebat futuram in frontibus noſtris, apud veram & Catholicam Jeruſalem, in qua fratres Chriſti, filios ſcilicet Dei, gloriam Patri Deo relaturus Pſalmus vigeſimus primus canit ex perſona ipſius Chriſti ad Patrem, Enarrabo nomen tuum fratribus meis: in medio Eccleſiæ hymnum tibi dicam. Ezec. 9. 4.

LACTANT. *divinarum Inſtitutionum*, *lib.* 4. *cap.* 26... Quod vero ad crucem ſpectat, magna in ea vis... Extendit ergo (Chriſtus) in paſſione manus ſuas, orbemque dimenſus eſt, ut jam tunc oſtenderet, ab ortu Solis uſque ad occaſum, magnum populum ex omnibus linguis & tribubus congregatum, ſub alas ſuas eſſe venturum, ſignumque illum maximum, atque ſublime frontibus ſuis ſuſcepturum. Cujus rei figuram Judæi etiam nunc exhibent, cum limina ſua de cruore agni notant... Nam agnus candidus, ſine macula, Chriſtus fuit, id eſt, innocens, juſtus, & ſanctus, qui ab iiſdem Judæis immolatus, ſaluti eſt omnibus, qui ſignum ſanguinis, id eſt, crucis, qua ſanguinem fudit, in ſua fronte conſcripſerint... Sed tum figura valuit in præſenti ad depellendum periculum, ut appareret, quantum veritas ipſa valitura ſit, ad plebem Dei protegendam, in extrema totius orbis neceſſitate.

Cap. 27. Quanto terrori ſit dæmonibus hoc ſignum, ſciet qui viderit, quatenus adjurati per Chriſtum, de corporibus quæ obſederint, fugiant. Nam ſicut ipſe, cum inter homines ageret, univerſos dæmones verbo fugabat; hominumque mentes emotas, & malis incurſibus furiatas, in ſenſus priſtinos reponebat: ita nunc ſectatores ejus, eoſdem ſpiritus inquinatos, de hominibus, & nomine magiſtri ſui, & ſigno paſſionis excludunt. Cujus rei non difficilis eſt probatio: nam cum diis ſuis immolant, ſi aſſiſtat aliquis ſignatam frontem gerens, ſacra nullo modo litant; nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates. Et hæc ſæpe cauſa præcipua juſtitiam perſequendi, malis Regibus fuit: cum enim quidam miniſtrorum noſtrorum ſacrificantibus dominis aſſiſterent, impoſito frontibus ſigno, Deos eorum fugaverunt, ne poſſent in viſceribus hoſtiarum futura depingere.

S. ATHANAS. *Homil. de Paſſione & cruce Domini*, *n.* 30. Peccatum a quo pridem ſuperabantur Gentiles, jam ſigno crucis vincunt ludibrioque habent.

Lib. de Virginitate, *n.* 13. Porro cum in menſa ſedaris, cœperiſque frangere panem, ipſo ter conſignato ſigno crucis... gratias age.

Serm. qui reperitur in to. 3. *Athanaſii edit. BB. pag.* 469. *n.* 2. Cum mane ſurrexeris figuram venerandæ & vivificæ crucis omnibus tuis facito membris, & dum ambulas, decumbis, ſurgis, ſemper dicito, Domine Jeſu Chriſte adjuva me.. & obſerva quandonam a te diabolus fugiat, tum ſcilicet maxime cum viderit crucis typum in fronte, in ore & in corde tuo.

Oratione contra Gentes, *n.* 1. Cruce erecta, univerſa idololatria everſa eſt: hoc ſigno omnes dæmonum præſtigiæ fugantur, ſoluſque Chriſtus adoratur.

De Incarnatione Verbi Dei, *n.* 29... Teſtes eſſe merentur homines, ſingulis victoriam adverſus mortem tribuere & concedere, illamque in omnibus, qui ejus fidem habent, & crucis ſignum gerunt, infirmare.

N. 47. Olim dæmones variis ſpectris hominum mentes decipiebant, fontibuſque & fluviis, lignis aut lapidibus inſidentes, ſtultos mortales præſtigiis præcellebant: jam vero poſt divinum Verbi adventum evanuerunt ejuſmodi fallaciæ. Siquidem ſolo crucis ſigno adhibito omnes illæ dæmonum fraudes repelluntur.

N. 48. Veniat & quiſquis ea quæ diximus experiri cupit,

Digitized by Google

tiquis Scriptoribus proferre teſtimonium Neoterici, qui ſignum hoc tanta antiquitate, tanta auctoritate commendatum abrogare non erubuerunt. Non poſſunt ergo effugere infandæ temeritatis notam. Qui res ſingulas attente animoque libero & integro perpenderit, is vel ex hoc uno plane intelliget, profecto non fuiſſe Spiritu Dei afflatos qui ſe fidei reformatores ore blaſphemo jactitarunt.

I. Verumne eſt quod effertur, per ſignum crucis, ſi cum fide fiat, expelli dæmones, aliaque multa mira præter naturæ ordinem fieri?

R. Verum prorſus. Multa id genus miracula facta fuiſſe referunt SS. Patres qui primis Eccleſiæ ſæculis floruere.

Divin. Inſt. lib. 4. c. 27. Refert Lactantius conſultum ab Imperatore dæmonis oraculum non auſum fuiſſe reſpondere

quidquam coram Chriſtiano qui ſe crucis ſigno munierat. Julianum Apoſtatam S. Gregorius Naaianzenus ait dum quibuſdam magicis operationibus vacaret, ſubito terrore correptum impreſſiſſe ſibi ſignum crucis, ſtatimque evanuiſſe ſpectra omnia. Alia multa illuſtriora miracula per ſignum crucis facta fuiſſe leguntur apud S. Athanaſium in vita S. Antonii; apud S. Hieronymum in vita S. Pauli primi Eremitæ, item in vita S. Hilationis; apud Theodoretum, in hiſtoria Eccleſiaſtica, & in vitis ſanctorum Juliani, Marciani, Apraat, Macedonii, Petri; apud ſanctum Sulpitium Severum in vita ſancti Martini; apud ſanctum Auguſtinum libro 8. de Civitate Dei, cap. 28. apud Victorem Vitenſem in hiſtoria perſecutionis Wandalicæ.. Hæc teſtimonia veneran-

cupit, atque in mediis ipſis dæmonum præſtigiis & oraculorum fallaciis ac magiæ prodigiis ſigno crucis quæ apud ipſos ludibrio eſt, utatur, ſolumque Chriſtum nominet: mox videbit, quam cito per ipſum fugentur dæmones, ceſſent oracula, ars omnis magica, veneficiaque evaneſcant.

In vita S. Antonii, n. 13.... Obſignata vos, aiebat, & cum fiducia abſcedite, ſiniteque illos (dæmones) ſibi ipſis illudere. Tum abibant illi ſigno crucis muniti, ille vero (Antonius) remanebat, nihil læſus a dæmonibus, neque ejuſmodi certaminibus deſatigatus.

S. ANTONIUS *Orat. ad Monachos quam S. Athanaſ. in ipſius vita exſcripſit.* Solent, inquit, ſaucii (dæmones) gravius aſſurgere, & mutata arte pugnandi, cum cogitatione nihil egerint, pavoribus terrent, aſſumentes nunc mulierum, nunc beſtiarum, nunc ſerpentium formas, necnon & ingentia quædam corpora, & uſque ad tectum domus porrectum caput, infinitas ſpecies, & militum catervas. Quæ omnia ad primum quoque crucis ſignum evaneſcunt.

S. BASILIUS *Lib. de Spir. ſanct. cap. 27.* Si conſuetudines quæ ſcripto proditæ non ſunt, tamquam haud multum habentes momenti, conemur rejicere, imprudentes graviſſimum Evangelio detrimentum inferemus, imo potius fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Quod genus eſt, ut ejus quod primum eſt & vulgatiſſimum primo loco commemorem: ut ſigno crucis eos qui ſpem collocarunt in Chriſtum ſignemus, quis ſcripto docuit?

S. GREG. NYSS. *de vita Gregorii Thaumaturgi, T. 2. pag. 980. edit. ann. 1638. pag. 548. T. 3. mihi pag.* 980. Cum ſe recepiſſet, (*Gregorius Thaumaturgus*) cum comitibus in illud templum, dæmones quidem ſtatim invocatione nominis Chriſti perterrefecit: figura autem crucis nidoribus inquinatum aera cum expiaſſet atque luſtraſſet, quod facere ſolitus erat, noctem totam orationibus, & laudum decantationibus pervigilem tranſegit, adeo ut in domum orationis transformaretur ædes illa.

De Vita S. Macrinæ. Vide infra lit. (C)

S. GREGOR. NAZIANZ. *Carmine 21.*

Signare mox te, ſis memor ſancta cruce,
Quam cuncta metuunt, ac tremunt: qua præſida
Adverſus omnes ſemper uſum me ſcio:
... diffuge jam jam: (*Dæmon*)
Ne cruce, quam metuunt omnia, te feriam.
Namque crucem in membris medioque in corpore geſto,
Inque viis: crux eſt lauſque decuſque meum.

Carm. 61. ad Nemeſium.

Nec mirum. Namque ipſe etiam, ſors inclyta Chriſti.
Prolato ipſius vel ſolo nomine ſæpe
Dæmonas ejeci, ſtridentes atque gementes,
Clamanteſque Dei robur dominantis Olympo.
Aera vel medium ſigno crucis ipſe notavi,
Illuſtremque tulit typus hic ex hoſte triumphum,
Moſis ut in manibus ſancta pro gente precantis.

Oratione 3. ad verſus Julianum I. pag. 71. edit. Pariſ. ann. 1609. Quod autem a pluribus commemoratur, nec a fide alienum eſt oratione perſequor. (Julianus) deſcendebat in quoddam adytum pleriſque inacceſſum & horrendum, comitem... habens... hominem in ejuſmodi rebus ſapientem vel potius ſophiſtam... Ut autem egregium virum (Julianum) progredientem terrores adoriri cœperunt, ac ſubinde plures, & formidabiliores, (ſonos quoſdam inſuetos, aiunt, tetroſque odores, atque ignea ſpectra & neſcio quas nugas & deliramenta) rei novitate perculſus, (harum enim rerum ſtudium ſero amplexus fuerat) ad crucem, vetuſque remedium confugit, hocque ſe adverſus terrores conſignat, eumque, quem perſequebatur, opitulatorem aſciſcit. Ac quæ ſequuntur, magis tremenda. Valuit ſignaculum, ceduut dæmones, pelluntur timores. Quid deinde? Reſpirat malum: rurſus audaciam concipit, rurſus aggreditur, rurſus iidem terrores urgent, rurſus ſignum adhibetur, ac dæmones conquieſcunt. *Orat. III. adv. Jul.*

S. CHRYSOST. *Homil. 55. in Matth. c. 16.* Neminem igitur pudeat horum ſalutis noſtræ Symbolorum, atque ſignorum. Paſſio certe Domini noſtræ beatitudinis caput eſt atque origo, qua vivimus, & per quam ſumus. Sed veluti coronam ſic læto animo crucem Chriſti circumferamus. Omnia enim quæ ad ſalutem noſtram conducunt, per ipſam conſummantur. Nam cum regeneremur crux Domini adeſt, cum ſacratiſſimo alimur cibo, cum in ordine conſecrandi ſtatuimur, ubique ac ſemper hoc victoriæ inſigne nobis adſiſtit: quapropter & in penetralibus, & in parietibus, & in feneſtris & in fronte quoque ac mente magno ſtudio crucem inſeramus. Id enim ſalutis noſtræ, id communis libertatis, id manſuetudinis atque humilitatis Domini ſignum... Quando igitur cruce te ſignas, univerſam tecum crucis cauſam verte, & iræ ac reliquarum paſſionum incendia extingue: quando te cruce ſignas, magna tuam frontem arma fiducia,... crucem... non ſimpliciter digito in corpore, ſed magna profecto fide in mente formare oportet. Nam ſi hoc modo eam impreſſeris, nullus ſceleſtorum dæmonum cum haſtam videat, quæ lethale vulnus ſuſcepit, congredi tecum audebit.

S. AMBROS. *Epiſt. 72. alias 77. ad Conſtantium, n. 12.* Sed jam levi circumciſionis dolore non opus eſt Chriſtiano populo, qui mortem Domini circumferens, per momenta ſingula fronti propriæ mortis contemptum inſcribit, utpote qui ſciat ſine cruce Domini ſalutem ſe habere non poſſe.

S. HIERONYM. *Epiſt. 18. alias 22 ad Euſtochium.* Cum te in lectulo compoſito tam dulcis libidinum pompa concuſſerit, arripe ſcutum fidei, in quo ignitæ diaboli extinguuntur ſagittæ.... ad omnem actum, ad omnem inceſſum manus pingat crucem.

Epiſt. 1. ad Heliodorum. Crux autennæ figatur in frontibus.

Epiſt. 7. alias 8. ad Demetriadem. Crebro ſignaculo crucis munias frontem tuam.

Epiſt. 86. alias 27. ad Euſtochium. Cum os ſtomacumque ſignaret, & matris dolorem crucis niteretur impreſſione lenire,... digitumque ad os tenens crucis ſignum pingebat in labiis.

S. AUG. *L. 1. Confeſſ. c. 11. n. 17.*.. Signabar jam ſigno crucis ejus, & condiebar ejus ſale.

Tractat. 118. in Joban. n. 5.... Quid eſt, quod omnes noverunt, ſignum Chriſti, niſi crux Chriſti: Quod ſignum niſi adhibeatur, ſiva frontibus credentium, ſiva ipſi aquæ ex qua regenerantur, ſive oleo quo chriſmate unguntur, ſive ſacrificio quo aluntur, nihil eorum rite perficitur.

Enarr. 3. in Pſal. XXX. n. 8. Certa omnes Chriſtiani

 ſu-

PARS II. SECT. II. CAP. II. §. 7.

randæ antiquitatis, hæc miracula ſcriptis mandata per viros ſanctitate conſpicuos, teſtes utique locupletiſſimos, quorum nomen eſt vel ipſis Proteſtantibus venerabile, multum conferunt ad fidem miraculorum quæ per ſignum crucis facta fuiſſe leguntur apud Scriptores recentiores, quorum hic ſeriem referre nimis longum eſſet. (C) C

I. Quid

mus, vel Chriſtiani omnes dicimur, & omnes Chriſti ſigno ſignamur.

Enarr. 4. *n.* 7. Non ſine cauſa ſignum ſuum Chriſtus in fronte nobis figi voluit, tamquam in ſede pudoris, ne Chriſti opprobria Chriſtianus erubeſcat.

Serm. 2. *in Pſal.* XXXVI. *n.* 4. Crux honorata eſt, &.. a locis ſuppliciorum fecit tranſitum ad frontes Imperatorum.

Enar. I. *in Pſal.* LXVIII. *n.* 12... Quid times fronti tuæ, quam ſigno crucis armaſti?

In Pſ. LXXXV. *n.* 14. Chriſtianum te dicis (*ad Donatiſtam loquitur*) ut invideas gloriæ Chriſti, cujus ſignum te in fronte portare aſſeris, & de corde perdidiſti?

S. Paulinus hymno 8. *de ſancto Felice Poemat.* XXIII. *verſu* 106.

Nos crucis invictæ ſignum, & confeſſio munit.

S. CYRILL. ALEXAND *Contra Julianum Lib.* 6. *p.* 194. T. VI. (Julian.) *Crucis lignum adoratis, ejuſque ſigna in fronte formatis, & veſtibulis ædium inſculpitis?* R. Cyrill. p. 195. Quibus (nobis Chriſtianis) nihil prius aut antiquius eſt, quam ut frontes ac domos omnino ſigno pretioſæ crucis informent... ſiquidem ſervator omnium... crucem perpeſſus eſt ignominia contempta, ut corruptionis vim retunderet... ut mortis laqueis genus hominum exſolveret, ut tyrannidem peccati, quod nos opprimebat everteret, ut ſævientem in membris carnis legem ſedaret, & ſpiritales faceret adoratores... Horum nobis omnium ſalutare lignum memoriam excitat, ac in eam præterea cogitationem nos adducit, unum, ut ſapientiſſimus Paulus ait, pro omnibus mortuum eſſe... Quocirca nos honorandæ crucis lignum boni omnis ac virtutis admonitionem facimus.

In Actis S. EUPLII *apud* THEODOR. RUINART, *anno* 204. *pag.* 439. *Dicitur S. Euplius* libera manu ſignaſſe ſibi frontem, *antequam interroganti Præſidi reſponderet.*

Ibid. Acta S. THEODOTI ANCYRANI *anno* 303. *pag.* 362. Crucis ſignum ſuæ quiſque impreſſit fronti, & mox apparuit eis crux illuſtris, quæ videbatur ex parte Orientali radium ignitum emittere: ad quam apparitionem mixtus gaudio timor fuit, & genibus flexis adoraverunt verſus locum unde crux apparebat.

(C) LACTANTIUS *ſeu* AUCTOR *Libri de Mortib. Perſecutorum cap.* 10. Cum (Maximianus) ageret in partibus Orientis, ut erat pro timore ſcrutator rerum futurarum, immolabat pecudes, & in jecoribus eorum ventura quærebat. Tum quidam miniſtrorum ſcientes Dominum, cum aſſiſterent immolanti, impoſuerunt frontibus ſuis immortale ſignum. Quo facto, fugatis dæmonibus, ſacra turbata ſunt. Trepidabant aruſpices, nec ſolitas in extis notas videbant; & quaſi non litaſſent, ſæpius immolabant. Verum identidem mactatæ hoſtiæ nihil oſtendebant.

S. AUG. *de Civit. Dei*, *lib.* 22. *c.* 8. *n.* 3. Carthagine Innocentia... in mamilla cancrum habebat: rem ſicut medici dicunt, nullis medicamentis ſanabilem... Hoc illa a perito medico & ſuæ domui familiariſſimo acceperat, & ad ſolum Deum ſe orando converterat. Admonetur in ſomnis appropinquante Paſcha, ut in parte feminarum obſervanti ad baptiſterium, quæcumque illi baptizata primitus occurriſſet, ſignaret ei locum ſigno Chriſti: fecit & confeſtim ſanitas conſecuta eſt. Medicus... cum inſpexiſſet eam poſtea, & ſaniſſimam comperiſſet, quam prius habere illud malum tali inſpectione cognoverat, quæſivit ab ea vehementer quid adhibuiſſet... Cumque ab ea quid factum eſſet audiſſet... Putabam, inquit, magnum aliquid te mihi fuiſſe dicturam. Atque... mox addidit, Quid grande fecit Chriſtus ſanare cancrum, qui quatriduanum mortuum ſuſcitavit?

S. GREG. NAZ. *Orat.* 9. *in laudem Patris*. Viſum eſt ipſi me.... noctu repente ſupervenientem cum caniſtro, panibuſque in primis candidis, pro meo more benedictis, atque cruce conſignatis, eam aluiſſe, ſicque convaluiſſe ac vires collegiſſe.

Orat. 3. *in Julianum. Vide ſupra lit.* (B) *hocce* §.

S. HIERONYM. *in vita S. Pauli*. Conſpicit hominem equo mixtum, cui opinio Poetarum hippocentauro vocabulum indidit. Quo viſo ſalutaris impreſſione ſigni armat frontem: & heus tu, inquit, quanam in parte hic ſervus Dei habitat? At ille barbarum neſcio quid infrendens; & frangens potius verba, quam proloquens, inter horrentia ora ſatis blandum quæſivit alloquium.

In vita S. Hilarion. tom. IV. *pag.* 76. Quadam nocte, infantum cœpit audire vagitus; balatus pecorum; mugitus boum; planctum quaſi muliercularum; leonum rugitus; murmur exercitus; & rurſus variarum portenta vocum, ut ante ſonitu quam aſpectu territus cederet. Intellexit dæmonum ludibria; & provolutus genibus, Chriſti crucem ſignavit in fronte: talique armatus caſſide, & lorica fidei circumdatus, jacens fortius præliabatur; quodammodo videre deſiderans, quos horrebat audire, & ſollicitis oculis huc illucque circumſpiciens. Cum interim ex improviſo ſplendente luna, cernit rhedam ferventibus equis ſuper ſe irruere: Cumque inclamaſſet Jeſum, ante oculos ejus repentino terræ hiatu, pompa omnis abſorpta eſt.

Pag 88. Ea tempeſtate, terræ motu totius orbis, qui poſt Juliani mortem accidit, maria egreſſa ſunt terminos ſuos... Quod cum viderent Epidauritani, frementes fluctus & undarum moles, & montes gurgitum littoribus inferri, verentes quod jam eveniſſe cernebant, ne oppidum funditus ſubverteretur, ingreſſi ſunt ad ſenem: & quaſi ad prælium proficiſcentes, poſuerunt eum in littore. Qui cum tria crucis ſigna pinxiſſet in ſabulo, manuſque contra tenderet, incredibile dictu eſt in quantam altitudinem intumeſcens mare ante eum ſteterit: ac diu fremens, & quaſi ad obicem indignans, paulatim in ſemetipſum relapſum eſt.

S. ATHANAS. *In vita S. Antonii num.* 13. *Vide ſupra lit.* (B) *hocce* §. *Alia loca exſcribere ſuperſedemus.*

S. GREG NYSS. *De vita S. Greg. Thaumat. t.* 2. *p.* 1004. & 1005. Dominabatur autem in illo loco dæmon quidam homicida, in balneo verſari ſolitus: cujus perniciose atque peſtifera vis in tenebris adverſus propinquantes exercebatur, nemoque eo accedere id temporis ſolebat, ad quas ſtans Diaconus (Gregorii Thaumat.) præfectum loci rogabat, ut oſtium aperiret... At balneator in lucro ponens, ſi non una cum imperito hoſpite periclitaretur, cum clavem ei tradidiſſet, procul a lavacro diſceſſit: poſteaquam autem nudatus intro erat, multiplices quædam terrorum & concuſſionum materiæ a dæmonio inſtruebantur, ſpectra varia igni fumo mixtam naturam præ ſe ferentia in forma hominum & ferarum oculis incidentia, auribus inſonantia, anhelitu appropinquantia, undique corpori ſe circumfundentia. At ille ſignum (crucis) ante ſeſe objiciens, Chriſtique nomen invocans, primum conclave illæſus tranſivit: ad interiorem autem partem ædium progreſſus, in moleſtiora incidit ſpectacula, in terribiliorem faciem transformato dæmonio: & ſimul terræ motu concuti conclave ei videbatur, adeo, ut etiam ſolum infra ruptum, flammam, quæ ſubtus eſſet, nudam conſpiciendam præberet: ſcintillæque flammæ ab aquis emitterentur, ac rurſus eiſdem armis ſigno (crucis ſcilicet) & nomine Chriſti, præſidioque precum magiſtri terrores earum rerum, quæ tum apparebant, tum fiebant, diſcuſſit: cumque jam aqua recreatus exire feſtinaret, rurſus prohibebatur a dæmone, qui oſtium occupaverat. Verum etiam hoc rurſus impedimentum per eandem vim ſponte ſua janua cedente, ſigno (crucis) diſcutiebatur.

In vita S. Macrinæ Virg. ſororis S. Baſilii tom. 2. *p* 179. Oculis & ori & cordi crucis ſignum appoſuit.. e collo pendet ferreum crucis ſignum & annulus quidam ex eadem materia.... excavatus eſt annulus, ibique de ligno vitæ particulam conditam habet.... ſibi ad expellendum morbum ſatis eſſe ſi manu ſua mater ipſa locum ſancto ſigno muniret. Cum igitur mater in ſinum ejus manum intuliſſet, ut eam partem ſignaret, ſignum quidem egit, morbus autem abiit.

THEODOR. *Eccleſiaſt. hiſtor. lib.* 5. *cap.* 21. Præfectus igitur templum Jovis, quod ampliſſimum erat & variis ornamentis decoratum, deſtruere aggreſſus eſt. Sed cum operis ſtructuram admodum firmam ac ſolidam eſſe deprehendiſſet, nulla vi humana diſſolvi poſſe lapidum compagem judicavit... Marcellus ... (Apamæenſium Epiſcopus) Deum precatus eſt, ut quomodo deſtruendum eſſet ædificium indicaret. Mane igitur

tur

tur quidam ad eum ultro acceſſit ... levi negotio deſtructurum ſe templum ſpopondit ... Templum in vertice poſitum, porticum ex quatuor lateribus ipſi cohærentem habebat. Columnæ vero maximæ erant, templique altitudinem æquabant. Singularum ambitus ſexdecim erat cubitorum. Lapidis vero natura erat firmiſſima, & quæ lapicidarum inſtrumentis haud facile cederet. Harum igitur ſingulas cum in orbem ſuffodiſſet, & ſuppoſitis oleaginis lignis eas ſuffulſiſſet, ab una ad aliam tranſibat. Hac ratione cum tres jam columnas ſuffodiſſet, ignem lignis ſubjecit. Sed dæmon quidam atri coloris apparens, & flammæ vim cohibens, materiam ab igne, ſicut natura fert, conſumi non ſinebat. Cum igitur id ſæpius moliti, inutilem eſſe conatum ſuum perſpicerent, Epiſcopo poſt meridiem dormienti eam rem indicarunt. Is confeſtim ad Eccleſiam progreſſus, aquam in vaſculo afferri juſſit. Et aquam quidem ſub altari poſuit. Ipſe vero frontem ſolo affixam habens, clementem Dominum orabat ne dæmonis tyrannidem ulterius pateretur; ſed tum imbecillitatem illius oſtenderet, tum potentiam ſuam declararet, ne forte incredulis gravioris damni occaſio ex eo naſceretur ... Hæc & hujuſmodi alia cum dixiſſet, crucisque ſigno aquam ſignaret, Equitio cuidam Diacono, qui fide ac zelo munitus erat, præcepit ut aquam acciperet, & ocius ad locum properans, eam cum fide ſpargeret, ignemque admoveret. Quo ita facto, dæmon aquæ vim non ferens aufugit. Ignis vero aqua ipſi contraria, non ſecus ac oleo excitatus, & materiam apprehendit & momento temporis eam conſumpſit. Ita columnæ (Templi Jovis) combuſtis quibus fulciebantur lignis, & corruerunt ipſæ, & duodecim alias eadem ruina ſecum traxerunt, ſed & templi latus quod columnis cohærebat, illarum vi ſimul tractum concidit.

In Relig. Hiſtor. cap. 2. de vita S. Juliani, paulo poſt initium. (Jacobus) cum magno ſene (Juliano Saba) iter faciens per deſertum, eminus ſequebatur: ... Sequens igitur, draconem maximum conſpicit in via. Quem jacentem contemplans, progredi non audebat: declinare autem præ metu cum vellet, animum rurſus confirmavit. Deinde lapillum inclinatus arripiens, in eumque conjiciens, eodem in ſtatu manere draconem, nec commovere ſe poſſe animadvertit: ex quo mortuum eſſe intelligens, ſenis opus eſſe mortem belluæ arbitratus eſt.... Deinde cum ſenex ſermonem quemdam exorſus eſſet, tum illi leniter ſubridens Jacobus, rogavit ſibi ut quod ignorabat aperiret. Et enim interrogandi poteſtatem feciſſet, Vidi, inquit, in via jacentem maximum draconem, ac primum quidem timui vivum exiſtimans. Ut vero mortuum animadverti, ſecurus iter ſum ingreſſus. Dic ergo mihi pater, ait, quis hunc interfecit? Tu enim præcedebas, nullus autem alius hac præteriit. Tum ſenex, Ceſſa, inquit, talia perſcrutari, quæ ſciſcitantibus utilitatem afferre nullam poſſunt. Sed inſtabat nihilo ſecius admirandus Jacobus, verum ſcire deſiderans... Scito ergo, ait magnus Julianus, belluam illam in me eadem in via irruiſſe, oſque ad devorandum pateſeciſſe: & ego Dei nomen appellans, digitoque trophæum crucis oſtendens, & omnem metum excuſſi, & belluam ex templo corruentem vidi, communique laudato ſervatore perrexi ulterius.

Cap. 3. de vita S. Marciani. In veſtibulo domus orationi operam dante Marciano, draco quidam, qui muri partem Orienti obverſam reptando aſcenderat, inde ab alto proſpectans, hianti ore torvoque aſpectu inſidias minabatur. Procul autem ſtans Euſebius, & horrendo illo ſpectaculo terrefactus, magiſtrum id ignorare arbitratus, alta voce clamans illi oſtendebat, rogans ut fugeret. Quem increpans ille, metumque tanquam perniciosum affectum expellere jubens, digito crucis figuram expreſſit, & ore inſufflans veteres inimicitias patefecit. Mox enim draco, ſpiritu oris veluti flamma quadam correptus & incenſus, exuſtæ inſtar arundinis in multas partes diſſectus eſt.

Cap. 8. de vita S. Aphraatis. Equus erat genere nobilis, & exercitatus, Imperatori longe cariſſimus. Is morbo correptus mœrore afficiebat Imperatorem. Morbus autem erat reddendæ urinæ difficultas. Huic curandæ advocabantur qui artem illam callebant, & cum ars cederet, angebatur Imperator, lugebatque equorum curator. Qui pius cum eſſet, ac firma fide præditus, media luce cum equo ad magni Aphraatis habitaculum ſe contulit, morboque expoſito, & fide ſua indicata, orabat ut malum oratione ſua depelleret. Qui nihil cunctatus, ſed ad preces ſtatim converſus, aquam ex puteo hauriri ſignoque ſalutaris crucis impoſito, ad equum adferri juſſit: quam præter morem mox bibit, deinde oleo invocatione divina benedicto, equi alvum innuxit, manuſque contactu morbus abiit e veſtigio, & urinæ naturalis egeſtio ſecuta eſt. *Et poſt pauca circa finem*. Oculis illum ipſe conſpexi, ſanctæque illius dexteræ benedictionem percepi, cum adoleſcentulus adhuc matrem ad eum profectam eſſem comitatus.

Cap. 9. de vita S. Petri. Laborat illi alter oculorum morbo ejusmodi, cui cedere ars medica videbatur. Nihil enim erat, vel conſcriptum ab antiquis, vel a recentioribus inventum, quod huic curando admotum non fuiſſet. Poſtquam autem omnia revicit, & opem nullam adferre docuit, indicavit illum accedens mulier quædam e domeſticis, factique ab eo miraculi mentionem fecit. Aiebat enim uxorem illius qui tunc regebat Orientem, Pergamius autem is erat, cum eodem morbo premeretur, ab eo curatum fuiſſe precibus & crucis ſignaculo. Audivit mater confeſtimque ad divinum hominem ſe contulit... pedibusque ejus advoluta & obteſtans, ſanitatem oculo reſtitui rogabat. At ille hominem ſe dicebat eſſe, atque eadem cum ipſa præditum natura: grave præterea peccatorum onus ſuſtinere, eamque ob cauſam ſine fiducia apud Deum eſſe. Cumque lugeret mater & obſecraret, nec receſſuram ſe affirmaret niſi ſanitatem obtineret, Deum horum curatorem eſſe dixit, ſemper credentibus quæ poſtulant concedere. Proinde dabit nunc etiam, inquit, non mihi gratiam tribuens, ſed fidem tuam conſiderans. Quare ſi hanc integram habes & ſinceram, & ab omni dubitatione liberam, valedicens & medicis & pharmacis, divinitus datum accipe hoc remedium. His dictis oculo manum impoſuit, & ſalutaris ſigno crucis expreſſo, morbum depulit.

Cap. 13. de vita S. Macedonii. Uxor divitis cujusdam edacitatis morbo laborabat: & morbum hunc quidam dæmonis operam, alii corporis infirmitatem arbitrabantur. Sive hoc autem, ſive illud fuit, ejusmodi erat, ut triginta ſingulis diebus gallinas cum ederet, aviditatem non expleret, ſed alias porro appeteret. Cum ſic opes ſuas conſumeret, miſerti ejus propinqui, divini illius hominis opem implorant. Venit ille, Deumque precatus, & dexteram aquæ imponens, ac ſignum crucis effingens, bibere juſſit, & morbum ſanavit, atque immoderatam appetentiam ita repreſſit, ut illi deinceps ad victum in ſingulos dies exigua gallinæ particula ſufficeret.

Et paulo poſt. Nobilis quædam ac prædives femina, Aſtrium nomine, mentis impos facta, ſic ut ſuorum neminem agnoſceret, cibumque ac potum omnem reſpueret, longo jam tempore in hoc delirio perſeverabat: quod quidem alii dæmonis operæ tribuebant, medici vero cerebri morbum appellabant. Quare omni arte conſumpta, cum auxilium inde nullum exiſteret, vir ejus Avodianus magiſtratu & dignitate clarus ad divinum illud caput profectus, & conjugis calamitatem expoſuit, & remedium expetiit. Ceſſit homo Dei, ejuſque domum venit, & Deum magna contentione precatus eſt. Peracta oratione, aquam adferri cum juſſiſſet, eique ſalutare ſignum impreſſiſſet, habere illam juſſit. Reclamantibus medicis, quaſi frigido potu hic morbus augeretur, maritus tota illorum turba expulſa, uxori potionem præbuit, & illa ut ebibit, ad ſe mox rediit, mentiſque compos facta, & a morbo prorſus libera ſanctum virum agnovit, ejusque dexteram ſupplex apprehendens, oculis ſuis impoſuit, & ori admovit & ſana mente in poſterum potita eſt.

SULPICIUS SEVERUS *in vita S. Martini aliquando poſt initium*. Interea irruentibus intra Gallias Barbaris, Julianus Cæſar, coacto in unum exercitu apud Vangionum civitatem, donativum cœpit erogare militibus, & ut eſt conſuetudinis, ſinguli citabantur, donec ad Martinum ventum eſt. Tum vero opportunum tempus exiſtimans, quo peteret miſſionem... *Hactenus*, inquit ad Cæſarem, *militavi tibi: patere ut nunc militem Deo: donativum tuum militaturus accipiat: Chriſti ego miles ſum. Pugnare mihi non licet*. Tum vero adverſus hanc vocem tyrannus infremuit dicens, eum metu pugnæ, quæ poſtera die erat futura, non religionis gratia, detrectare militiam. At Martinus intrepidus, imo illato ſibi terrore conſtantior: *Si hoc*, inquit, *ignaviæ aſcribitur, non fidei, craſtina die ante aciem inermis adſtabo: & in nomine Domini Jeſu, ſigno crucis, non clypeo protectus aut galea, hoſtium cuneos penetrabo ſecurus*. Retrudi ergo in cuſtodiam jubetur, facturus fidem dictis, ut inermis barbaris objiceretur. Poſtera die hoſtes legatos de pace miſerunt, ſua omnia ſeſeque dedentes.

Et multo poſt. Accidit autem in ſequenti tempore, dum iter ageret, ut gentilis cujusdam corpus, quod ad

I. Quid inde colligere Chriſtianos expedit, ſive eos qui Catholicis parentibus orti Catholicam fidem habuerunt a teneris, ſive illos qui recens ab hæreſi reduces, ſunt adhuc in fide neophyti?

R. 1. Deploranda ipſis eſt ex imis præcordiis eorum lupina cæcitas, qui malunt adhærere auſui temerario Neoterici neſcio cujus, quam ſequi conſtantem & perpetuum uſum totius Eccleſiæ per tot miracula certa ſuffragio divino firmatum.

2. Numquam faciendum crucis ſignum negligenter & ex mera conſuetudine, ſed attente & reverenter & mente ad Deum erecta.

CAPUT TERTIUM.

De Spe.

§. 1. Quid ſit Spes.

I. Quid eſt ſpes?

R. Spes eſt donum Dei, quo fit ut expectemus cum fiducia quidquid nobis a Deo promiſſum eſt.

Donum Dei, hanc enim Deus dat, nec poſſumus habere a nobis-metipſis, juxta illud Apoſtoli; *Quid habes quod non accepiſti?* (A) 1. Cor. 4. 7. A

Quo fit ut expectemus cum fiducia: Nititur enim ſpes noſtra ipſis Dei promiſſis; Dei, inquam, qui nec falli, nec fallere poteſt; & Chriſti meritis, qui ad hoc unum venit ut vitam nobis æternam compararet. (B) Hæc au- B

ſepulcrum cum ſuperſtitioſo funere deferebatur, obvium haberet; conſpicatuſque venientium turbam, quidnam id eſſet ignarus, paululum ſtetit ... profanos ſacrificiorum ritus agi credidit; quia eſſet hæc Gallorum ruſticis conſuetudo, ſimulacra dæmonum candido tecta velamine, miſera per agros ſuos circumferre dementia. Elevato ergo in adverſo ſigno crucis, imperat turbæ non moveri loco, onuſque deponere. Hic vero mirum in modum videres miſeros primum velut ſaxa riguiſſe... Sed beatus vir cum comperiſſet, exequiarum eſſe illam frequentiam, non ſacrorum; elevata rurſum manu, dat eis abeundi & tollendi corporis poteſtatem. Ita eos & cum voluit ſtare compulit, & cum libuit abire permiſit.

Item dum in vico quodam templum antiquiſſimum diruiſſet, & arborem pinum quæ fano erat proxima, eſſet aggreſſus excidere, tum vero Antiſtes loci illius, ceteraque gentilium turba cœpit obſiſtere: & cum iidem illi dum templum evertitur, imperante Domino quieviſſent, ſuccidi arborem non patiebantur; ille eos ſedulo commonere, nihil eſſe religionis in ſtipite: Deum potius, cui ſerviret ipſe, ſequerentur: arborem illam excidi oportere, quia eſſet dæmoni dedicata. Tum ex illis unus, qui erat audacior ceteris: *Si habes*, inquit, *aliquam de Deo tuo, quem dicis te colere, fiduciam, nosmetipſi ſuccidimus hanc arborem, tu ruentem excipe, & ſi tecum eſt tuus, ut dicis, Dominus, evades.* Tum ille intrepide confiſus in Domino facturum ſe pollicetur. Hic vero ad iſtiuſmodi conditionem omnis illa Gentilium turba conſenſit ... Jamque paulatim nutare pinus, & ruinam ſuam caſura minitari. Pallebant eminus monachi, & periculo jam propiore conterriti, ſpem omnem fidemque perdiderant, ſolam Martini mortem expectantes. At ille confiſus in Domino, intrepidus opperiens, cum jam fragorem ſui pinus concidens edidiſſet, jam cadenti, jam ſuper ſe ruenti, elevata manu, ſignum ſalutis opponit. Tum vero turbinis modo (retroactam putares) diverſam in partem ruit, adeo ut ruſticos qui tuto loco ſteterant, pene proſtraverit. Tum vero in cælum clamore ſublato, gentiles ſtupere miraculo, monachi flere præ gaudio, Chriſti nomen in commune ab omnibus prædicari.

Apud Pariſios vero, dum portam civitatis illius magnis ſecum turbis euntibus intraret, leproſum miſerabili facie horrentibus cunctis oſculatus eſt atque benedixit, ſtatimque omni malo emundatus eſt. Poſtero die ad Eccleſiam veniens nitente cute, gratias pro ſanitate quam receperat, agebat.

Frequenter autem diabolus, dum mille nocendi artibus ſanctum virum conabatur illudere, viſibilem ſe ei formis diverſiſſimis ingerebat ... Adverſus quem ſemper interritus, ſigno ſe crucis & orationis auxilio protegebat.

Epiſt. ad Euſebium in fine. Mihi ipſe referebat, & non ſine gemitu fatebatur, in hoc ſe diaboli arte deceptum, ut exceptus a ſomno conſilium non haberet, quo per fidem & orationem periculo repugnaret, denique tamdiu circa ſe ſæviſſe ignem, quamdiu erumpere oſtium turbatus mente tentaverit. Ubi vero auxilium crucis & orationis arma repetiſſet, medias ceſſiſſe flammas: ſeque tunc ſenſiſſe rorantes, quas male eſſet expertus urentes.

Epiſt. ad Aurelium, initio. Ergo ſancta genua ejus amplexus, benedictionem pro conſuetudine flagitabam, ſuperpoſitamque capiti meo manum tactu blandiſſimo ſentiebam, cum inter benedictionis verba ſolemnia familiare illud ori ſuo crucis nomen iteraret.

S. VICTOR. Ep. Vitenſ. *Hiſt. Perſ. Vandali. lib. 2. cap. 17. num. 94.* Fuit ... Carthagine, quidam cæcus .... nomine Felix. Hic viſitatur a Domino, diciturque ei nocte per viſum: ... Surge, vade ad ſervum meum Eugenium Epiſcopum, & dices ei, quia ego te ad illum direxi, Et illa hora qua benedicet fontem, ut baptizentur accedentes ad fidem, continget oculos tuos, & aperientur, & videbis lumen ... Excitat puerum, qui ei ſolitus erat manum porrigere: pergit veloci agilitate ad Fauſti baſilicam: orat, & veniens cum ingentibus lacrymis, ſuggerit cuidam ſubdiacono, nomine Peregrino, ut eum Epiſcopo nuntiaret, indicans ſe habere aliquod ſecreti genus intimandum. Audiens Epiſcopus juſſit hominem introire ... indicat cæcus Antiſtiti ordinem viſionis ſuæ, dicitque illi: Non te dimittam, niſi mihi, ſicut a Domino juſſus es, reddideris oculos meos. Cui ſanctus Eugenius, Recede a me, frater: peccator ſum, & indignus, & ſuper omnes homines delinquens, utpote & qui in hæc tempora ſervatus ſum. Ille autem tenens genua ejus, aliud non dicebat, niſi illud quod jam dixerat: Sicut juſtum eſt, redde mihi oculos meos. Attendens quoque Eugenius inverecundam credulitatem, & quia jam tempus urgebat, pergit cum eo, comitante officio clericorum ad fontem. Ubi fixis genibus cum ingenti gemitu, pulſans ſingultibus cælum, criſpantem benedixit alveum fontis, & cum completa ſurrexiſſet oratione, ita cæco reſpondit: Jam tibi dixi frater Felix, peccator homo ego ſum: ſed qui te viſitare dignatus eſt, præſtet tibi Dominus ſecundum fidem tuam, & aperiat oculos tuos; ſimulque vexillo crucis conſignat oculos ejus. Statim cæcus viſum, Domino reddente, recepit.

(A) JACOB. I. 17. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum, apud quem non eſt transmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.

S. BASIL. *Conſt. Monaſt. cap. 15. De fide & ſpe.* Omnibus autem in rebus, priuſquam ad eas aggrediamur, viam munire debet ac præſtruere ea, quæ in Deum fides eſt, eique comes una ſpei alacritas adjungenda, quo videlicet & fide fultas animi vires ſuffulciamus, & ſpei alacritate animo ad res honeſtas erectiore ſimus. Neque enim in rebus bonis conatus humanus, ſublata ope divina, perfecte unquam, quod vult, poterit adipiſci: neque item viciſſim divinum præſidium ad nos ullo noſtro ſtudio venturum putandum eſt. Sed ad perfectum virtutis cumulum conjuncta ſimul eſſe utraque hæc oportet, & humanum ſtudium & auxilium cœleſte, fidei opera afcitum & comparatum.

(B) JOHAN. X. 10. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.

ROM. VIII. 32. Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?

HEB. VI. 18. Ut per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem: 19. quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmã, & in-

autem fiducia timore aliquo temperatur : obſtant enim ſæpiſſime peccata noſtra, ne perveniamus ad vitam æternam, quæ nobis a Deo promiſſa eſt ; nemo ſcit utrum amore an odio

dignus ſit, & utrum ſit usque ad finem perſeveraturus. (C)

Quidquid nobis a Deo promiſſum eſt : quo generali nomine intelligitur & vita æterna, & media

ad C

incedentem usque ad interiora velaminis : 20. Ubi præcurſor pro nobis introivit Jeſus.

S. Bernard. *Serm. 9. in Pſ.* xc. Qui habitat, *num.* 5. *Tu es, Domine, ſpes mea.* Quidquid igitur agendum ſit, quidquid declinandum, quidquid tolerandum, quidquid optandum, tu es, Domine, ſpes mea. Hæc mihi omnium promiſſionum cauſa, hæc tota ratio meæ expectationis. Prætendat alter meritum, ſuſtinere ſe jactet pondus diei & æſtus, jejunare bis in ſabbato dicat, poſtremo non eſſe ſicut ceteros hominum glorietur : mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam. Sperant in aliis alii, forte hic in ſcientia literarum, hic in aſtutia ſeculi, ille in nobilitate, ille in dignitate, ille in alia qualibet vanitate confidat : propter te omnia detrimentum feci & ut ſtercora arbitror, quoniam tu es, Domine, ſpes mea... Si mihi præmia promittuntur, per te obtinenda ſperabo ; ſi inſurgant adverſum me prælia, ſi ſæviat mundus, ſi fremat malignus, ſi ipſa caro adverſum ſpiritum concupiſcat ; in te ego ſperabo.

N. 6. Fratres, hoc ſapere ex fide vivere eſt, nec alius ex ſententia dicere poteſt : *Quoniam tu es Domine, ſpes mea*, niſi cui intus ſit perſuaſum a ſpiritu, ut (quem-
Pſ. 54. 23. admodum monet Propheta) jactet cogitatum ſuum in Domino, ſciens quod enutriendus ſit ab eo, juxta illud
1. Petr. 5. 7. quoque Petri Apoſtoli : *Omnem ſolicitudinem veſtram projicientes in eum : ipſi enim cura eſt de vobis.* Ut quid enim, ſi hæc ſapimus, ut quid cunctamur abjicere omnino ſpes miſeras, vanas, inutiles, ſeductorias : & huic uni tam ſolidæ, tam perfectæ, tam beatæ ſpei, tota devotione animi, toto fervore ſpiritus inhærere ? Si quid illi impoſſibile, ſi quid vel difficile eſt, quære aliud in quo ſperes. Sed verbo omnia poteſt. Quid facilius dictu ? Attamen hujusmodi dictum intelligas volo. Si decreverit ſalvare nos, continuo liberabimur : ſi vivificare placuerit, vita in voluntate ejus eſt : ſi præmia æterna largiri, licet ei quod vult facere. An vero de facilitate jam non dubitas, ſed ipſa tibi eſt ſuſpecta voluntas ? Plane & voluntati teſtimonia credibilia facta ſunt ni-
Joh. 15. 13. mis. *Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Denique quando in ſe ſperante deſit illa majeſtas, quæ tam ſtudioſe monet in ſe ſperare ? Plane non derelinquit ſperantes in
Pſ. 36. 40. ſe ; *Adjuvabit eos*, ait, *& liberabit eos, & eruet eos a peccatoribus, & ſalvabit eos :* Quare ? Quibus meritis ? Audi quod ſequitur : *Quia ſperaverunt in eo.* Dulcis cauſa, attamen efficax, uttamen irrefragabilis. Nimirum
Pſ. 91. 15. 19 hæc eſt juſtitia, ſed quæ ex fide eſt, non ex lege. *De quacumque tribulatione*, inquit, *clamaverint ad me, exaudiam eos.* Ecce numera tribulationes ; ſecundum multitudinem earum conſolationes ejus lætificabunt animam ſuam : dummodo ad alium non convertaris ; dummodo clames ad eum ; dummodo ſperes in eum : nec humile aliquid vel terrenum, ſed altiſſimum ponas refugium
Pſ. 90. 9. tuum. Quis ſperavit in eo, & confuſus eſt ? Facilius eſt
Marc. 13. 9. cælum & terram tranſire, quam verbum ejus evacuari.

N. 8. Tu es Domine, ſpes mea. Convenientius ſiquidem ſpes noſtra dicitur quod ſperamus, quam in quo ſperamus. Sunt autem ſurta nonnulli qui a Domino obtinere temporalia ſeu ſpiritualia quælibet concupiſcunt : ſed perfecta caritas ſolum ſitit quod ſummum eſt, tota deſiderii vehementia clamans : *Quid enim mihi eſt in cælo, & a te quid volui ſuper terram ? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.*

Serm. 3. in Dom. 6. poſt Pentecoſt. num. 6. Tria, inquam, ſunt quæ ſic roborant & confirmant cor meum, ut nulla me penuria meritorum, nulla conſideratio propriæ vilitatis, nulla æſtimatio cæleſtis beatitudinis, ab altitudine ſpei dejicere poſſit in ea firmiter radicatum. Deſideratis ea, ut reſervanda ſunt propter eum qui di-
Pſ. 72. 16. xit : *mel inveniſti, comede quod ſufficit tibi.* Sic com-
Eccli. 24. 29 pletur quotidie quod de ſeipſa ſapientia prophetavit : & nunc idipſum video, quoniam *qui edunt me*, ait, *adhuc eſurient.* Proinde non vos protraham ultra... Tria conſidero in quibus tota ſpes mea conſiſtit, caritatem adoptionis, veritatem promiſſionis, poteſtatem redditionis. Murmuret jam quantum voluerit inſipiens cogitatio mea, dicens : Quis enim es tu, aut quanta eſt illa gloria, quibusve meritis hanc obtinere ſperas ? Et ego fiducialiter reſpondebo : Scio cui credidi, & certus ſum, quia in caritate nimia adoptavit me, quia verax in promiſſione, quia potens in exhibitione : licet enim ei facere quod voluerit.

Serm. 45. de diverſ. n. 8. Cum ergo venit (ut dictum eſt) Deus Filius & factus eſt homo, qui erat Deus, tamquam medicus bonus dedit præcepta, quibus obſervatis reformaretur ſalus amiſſa. Ut vero præceptis faceret fidem, exhibuit ſigna : ut eorumdem præceptorum perſuaderet utilitatem, promiſit beatitudinem.

N. 9. Eſt igitur fides alia præceptorum, alia ſignorum, alia promiſſorum : id eſt qua credimus in Deum, qua credimus Deum, qua credimus Deo. Per fidem præceptorum credimus in Deum, credere autem in Deum eſt in eo ſperare & eum diligere. Per fidem ſignorum credimus Deum, qui talia poteſt, & omnia poteſt : Per fidem promiſſorum credimus Deo, qui quicquid promittit veraciter complet. Similiter quoque ſpes triplex eſt, & procedit de prædicta triplici fide. Nam de fide præceptorum oritur ſpes veniæ, de fide ſignorum, ſpes gratiæ, de fide promiſſorum, ſpes gloriæ.

S. Aug. *Enarrat. in Pſalm.* lxxxviii. Miſericordias Domini in æternum cantabo, &c. *Serm.* 1. *n.* 1. Pſalmum iſtum.... accipite de ſpe quam habemus in Chriſto Jeſu Domino noſtro : & erigite animos, quia ille qui promiſit, ita cetera completurus eſt, ut multa complevit. Dat enim nobis ad eum fiduciam, non meritum noſtrum, ſed illius miſericordia.

S. Thom. 2. 2. *Quæſt.* xvii. *art. 6. ad tert.* Spes facit tendere in Deum ſicut in quoddam bonum finale adipiſcendum, & ſicut in quoddam adjutorium efficax ad ſubveniendum.

(C) Eccl. ix. 1. Sunt juſti atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei : & tamen neſcit homo, utrum amore an odio dignus ſit.

1. Cor. ix. 24. Omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium. Sic currite, ut comprehendatis.

Philipp. ii. 12. Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini. Deus eſt enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntate.

S. Aug. *Annotat. in Job cap.* xxix. *verſ.* 23. Minatur impiis futurum interitum, & interfecit præſentem iniquitatem ? Niſi enim gaudium ſpei noſtræ cum tremore damnationis eſſet, in nobis negligens eſſet ipſa ſecuritas & ſuperba præſumptio, neque in Pſalmo nobis diceretur, Exultate ei cum tremore.

Serm. 87. alias 19. de verbis Evangel. Matth. 20. cap. 8. n. 10. Nemo perverſe ſit ſecurus. Iſta enim duo occidunt Pſ. 11. 11.
animas, aut deſperatio, aut perverſa ſpes. De his duobus malis pauca audite. Nam ſicut liberat bona ſpe ; ita decipit perverſa ſpes. Prius attendite quemadmodum decipiat deſperatio. Sunt homines, qui cum cogitare cœperint mala quæ fecerunt, non ſibi putant ignoſci poſſe ; & dum non putant poſſe ſibi ignoſci, dant animam jam perire, deſperatione pereunt, dicentes in cogitationibus ſuis. Jam nulla nobis ſpes eſt ; neque enim tanta illa quæ commiſimus donari nobis aut ignoſci poſſunt : quare ergo non ſatisfacimus cupiditatibus noſtris ? Impleamus ſaltem præſentis temporis voluptatem, quia nullam habemus in futuro mercedem. Faciamus quidquid libet, etſi non licet ; ut habeamus ſuavitatem vel temporalem, quia percipere non meremur æternam. Talia dicentes deſperando pereunt.

S. Bernard. *Serm. 57. in Cant. n. 9.* Donec quis premitur a ſpiritu ſervitutis, parumque habet de ſpe, de timore plurimum, non eſt ei pax neque requies, fluctuante nimirum conſcientia inter ſpem & timorem, maximeque quod ab ſuper excellente timore abundantius cruciatur : nam timor pœnam habet... Ceterum ſi paulatim per incrementum gratiæ cœperit deficere timor, proficere ſpes, cum demum ad hoc ventum fuerit ut totis viribus exurgens caritas in adjutorium ſpei foras mittat timorem ; nonne ejusmodi anima ſingulariter in ſpe conſtituta videbitur, ac proinde etiam in pace in idipſum dormire jam & requieſcere ?

N. 10. Si dormiatis, inquit, *inter medios cleros pennæ* Pſ. 65. 11.
columbæ deargentatæ. Quod propterea dictum puto, quo- 14.
niam eſt locus inter timorem & ſecuritatem, tamquam inter lævam & dexteram, media videlicet ſpes, in qua

mens

ad vitam conſequendam neceſſaria: (D) nimirum gratiæ & auxilia divina, quæ per Chriſtum dantur, & neceſſaria ſunt tum ad juſtificationem, tum ad bonorum operum perfectionem. (E)

D E

Quin & ipſa bona temporalia hoc generali nomine intelliguntur: hæc enim & promittuntur & dantur a Deo, & conducunt ad vitam æternam, ſi quis illis legitime utatur. Unde ea & deſiderare vel petere licet; ſed quatenus conducunt ad ſalutem, nec aliter. (F) F

I. Eſtne in Deo ſperandum?

R. Eſt omnino. Qui ſperat in eo non confundetur unquam. Maledictus autem qui ſperat & confidit in aliquo alio; verbi gratia in ſemetipſo, in quovis homine, in divitiis, in ſua vel ſuorum auctoritate. (G) G

I. Cur in ſolo Deo ſperandum?

R. 1. Quia ſolus Deus Optimus, Maximus, Po-

mens & conſcientia, molli nimirum ſuppoſito caritatis ſtratu ſuaviſſime requieſcit.

Serm. 15. *in Pſ.* xc. Qui habitat, *nu.* 3. Non enim dedignatur eſſe ſpes miſerorum miſerator & miſericors Dominus: non ſeipſum liberatorem ſimul & protectorem in ſe ſperantibus exhibere recuſat.

N. 4. *in fine.* Dum hoc timore ſpes habet meritum, cum hoc metu fructuoſe ſperatur.

N. 5. Eſt autem is ipſe timor firmiſſima quædam & efficax materia ſpei, ſi quis prudenter advertat. Siquidem maximum quoddam Dei donum timor iſte, & ex perceptione præſentium firma eſt expectatio futurorum.

(D) Rom. viii. 19. Nam expectatio creaturæ, revelationem filiorum Dei expectat.... 22. Scimus enim quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit usque adhuc. 23.... Sed & nos ipſi primitias Spiritus habentes; & ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri. 24. Spe enim ſalvi facti ſumus. Spes autem quæ videtur, non eſt ſpes: nam quod videt quis, quid ſperat? 25. Si autem quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus.

(E) Ephes. i. 12. Ut ſimus in laudem gloriæ ejus nos, qui ante ſperavimus in Chriſto... 17. Ut Deus, Domini noſtri Jeſu Chriſti Pater gloriæ, det vobis ſpiritum ſapientiæ, & revelationis, in agnitione ejus. 18. Illuminatos oculos cordis veſtri, ut ſciatis quæ ſit ſpes vocationis ejus, & quæ divitiæ gloriæ hereditatis ejus in ſanctis.

(F) S. Aug. *Enarrat. in Pſ.* lxxx. *num.* 21. Si veniat tentatio ducendi Martyrii, illi qui habent in fundamento Chriſtum, & ædificant aurum, argentum, lapides pretioſos, quid dicunt ex hac oportunitate? Bonum eſt mihi diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Alacres currunt, aut nihil, aut modice de terrena fragilitate contriſtantur. Illi autem amantes res proprias, domo proprias, graviter conturbantur, fœnum & ſtipulas & ligna ardent. Habent ergo ligna, fœnum, ſtipulam ſuper fundamentum, ſed rerum conceſſarum, non illicitarum. Dico enim, fratres, poſſides fundamentum, hære cælo, calca terram: ſi talis es, non ædificas niſi aurum, argentum, & lapides pretioſos.

Enarr. in Pſ. cxliii. *num.* 18. Ergo non eſt iſta felicitas? aut debent eam juſti defugere? aut non invenis & donum juſti abundantem rebus his omnibus, plenam iſta felicitate? Non erat domus Abrahæ abundans auro, argento, filiis, familia, pecoribus? Nonne Jacob ſanctus Patriarcha fugiens a facie Eſau fratris ſui in Meſopotamiam, ſerviens ditatur, regreſſus eſt, & egit gratias Domino Deo ſuo, quia in virga ſua tranſiit fluvium, & regreſſus eſt cum tanta abundantia pecorum atque filiorum? Quid dicimus? Non eſt iſta felicitas? ſit licet, ſed ſiniſtra. Quid eſt, ſiniſtra? temporalis, mortalis, corporalis. Nolo illam jam diffugias, ſed neque dexteram putes. Non enim iſti ideo maligni, ideo vani, quia his abundabant: ſed quia id quod ſiniſtrum eſſe debuit, in dextera ponebant...... Quid enim in dextera ponere debuerunt? Deum, æternitatem, annos Dei non deficientes, de quibus di-

Pſ. ci. 28. citur, Et anni tui non deficient. Ibi dextera, ibi eſſe debet deſiderium noſtrum. Siniſtra utamur ad tempus, dexteram deſideremus in æternum. . Quid dicit ſponſa de ſponſo? Siniſtra ejus ſub capite meo, & dextera ejus complectetur me.... Siniſtra, inquit, ejus ſub capite

Cant. 8. 3. meo: Non enim me deſeret in temporalibus neceſſariis: ſed tamen ipſa ſiniſtra ſub capite erit, non capiti præponetur, ſed erit ſub capite; ut dextera ejus amplectatur me, pollicens vitam æternam.

Vide quæ dicemus infra in Tractatu de Oratione part 3. Sect. 2. c. 1. §. 6.

(G) Paralip. xvi. 7... Qui habuiſti fiduciam in rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, idcirco evaſit Syriæ regis exercitus de manu tua. 8. Nonne Æthiopes & Libyes multo plures erant quadrigis & equitibus, & multitudine nimia: quos, cum Domino credidiſſes, tradidit in manu tua? 9. Oculi enim Domini contemplantur univerſam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum.

Psal. xix. 8. Hi in curribus & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei invocabimus.

xxiv. 2. Deus meus in te confido, non erubeſcam. 3.... Etenim univerſi, qui ſuſtinent te, non confundentur.

cxvii. 8. Bonum eſt confidere in Domino, quam confidere in homine. 9. Bonum eſt ſperare in Domino, quam ſperare in Principibus.

cxlv. 2.... Nolite confidere in Principibus: 3. In filiis hominum, in quibus non eſt ſalus..... 5. Beatus, cujus... Deus Jacob adjutor ejus, ſpes ejus in Domino Deo ipſius.

Eccli. ii. 11. Reſpicite filii nationes hominum: & ſcitote quia nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt. 12. Quis enim permanſit in mandatis ejus, & derelictum eſt? & quis invocavit eum, & deſpexit illum?

Isai. xxx. 1. Væ filii deſertores, dicit Dominus, ut faceretis conſilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum, ut adderetis peccatum ſuper peccatum. 2. Qui ambulatis, ut deſcendatis in Ægyptum, & os meum non interrogaſtis, ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in umbra Ægypti.

xxxi. 1. Væ qui deſcendunt in Ægyptum ad auxilium, in equis ſperantes, & habentes fiduciam ſuper quadrigis, quia multæ ſunt; & ſuper equitibus quia prævalidi nimis: & non ſunt confiſi ſuper ſanctum Iſrael, & Dominum non requiſierunt.. 3. Ægyptus, homo, & non Deus: & equi eorum, caro, & non ſpiritus: & Dominus inclinabit manum ſuam, & corruet auxiliator, & cadet cui præſtatur auxilium, ſimulque omnes conſumentur.

xl. 31. Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

Jerem. xvii. 5... Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & a Domino recedit cor ejus. 6. Erit enim quaſi myricæ in deſerto, & non videbit cum venerit bonum: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto, in terra ſalſuginis, & inhabitabili. 7. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus. 8. Et erit quaſi lignum, quod transplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas: & non timebit cum venerit æſtus, & erit folium ejus viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſollicitum, nec aliquando deſinet facere fructum.

Osee i. 2.... Fornicans, fornicabitur terra a Domino... Et domui Juda miſerebor & ſalvabo eos in Domino Deo ſuo: & non ſalvabo eos in arcu & gladio, & in bello, & in equis & in equitibus.

vii. 11. Et factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta, non habens cor: Ægyptum invocabant, ad Aſſyrios abierunt... 8. Væ eis, quoniam receſſerunt a me.

S. Aug. *Enarrat. in Pſal.* xxxix. *num.* 7. Sit Dominus Deus tuus ſpes tua: non aliud aliquid a Domino Deo tuo ſperes, ſed ipſe Dominus tuus ſit ſpes tua. Namque multi de Deo ſperant pecuniam, multi de Deo ſperant honores caducos & perituros, aliud quodlibet a Deo præter ipſum Deum; ſed tu ipſum Deum tuum pete: immo vero contemtis aliis, perge ad illum, obliviſcens alia, memento illius, relinquens retro alia, extendere in illum.

Serm. 9. *alias* 96. *cap.* 4. *nu.* 4. *Spem Chriſtianis omnino neceſſariam eſſe contendit, ut Chriſtiani ſint.* Quidquid facitis, pro ſpe futura faciatis. Novi enim omnium Chriſtianorum mentes de ſæculo futuro cogitare. Qui enim non de futuro ſæculo cogitat, nec propterea Chriſtianus eſt, ut id quod in fine Deus promittit, accipiat, nondum Chriſtianus eſt.

Serm.

Digitized by Google

Potentiſſimus eſt. Solus poteſt nos vere beatos efficere. Extra Deum nihil niſi fragile, caducum, mendax.

H 2. Iis ſolum adeſt Deus qui ſperant in eo. (H)

I. Eſtne ſpes eadem in omnibus Chriſtianis?

R. Quod de fide diximus illud & de ſpe dici debet: eſt in quibuſdam ſpes viva, ut eam vocat Petrus Apoſtolus *, nimirum ſi caritate perficiatur: (I) tuncque dicitur a Paulo Apoſtolo firma anchora, quæ numquam confundit. (K) Eſt & ſpes imperfecta, mortua, non ſufficiens ad ſalutem; nimirum ſi caritate deſtituatur. (L)

PARS II. SECT. II. CAP. III. §. 1.

* 1. *Petr.* 1. 3

I K L

§. 2. De

Serm. 17. *alias* 23. *de verbis Apoſt. cap.* 1. *n.* 1. Non reſpiciatis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt, quæ autem non videntur, æterna. Quia ergo quod non videmus ſperamus, & per patientiam exſpectamus: merito nobis in Pſalmo dicitur, *Pſ.* 27. 14. Suſtine Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. Mundi enim promiſſa ſemper fallunt, Dei autem promiſſa numquam fallunt. Sed quia mundus quod pollicetur, hic videtur daturus, id eſt, in hac terra morientium, in qua nunc ſumus, Deus autem quod pollicetur, in terra viventium nobis daturus eſt: multi fatigantur exſpectare veracem, & non erubeſcunt amare fallacem. *Eccli.* 11. 16. De talibus dicit Scriptura, Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam, & diverterunt in vias pravas. Cum etiam viriliter agentibus & corde confortato Deum ſuſtinentibus, filii ſempiternæ mortis inſultare non ceſſant, jactantes ſuas delicias temporales, quæ ad tempus obdulcant fauces eorum, poſtea vero amariores felle invenient eas. Dicunt enim nobis, Ubi eſt quod vobis promittitur poſt hanc vitam? Quis huc inde reverſus eſt, & indicavit vera eſſe quæ creditis? Ecce nos in noſtrarum voluptatum ſatietate lætamur, quia quod videmus, ſperamus: vos autem in laboribus continentiæ cruciamini, credendo quod non videtis. De- 1. *Cor.* 15. 32. inde ſubjungunt quod commemoravit Apoſtolus: *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.* Sed videte *Ibid.* 33. & 34. quid ipſe cavendum monuerit: Corrumpunt, inquit, mores bonos colloquia mala. Sobrii eſtote juſte, & nolite peccare.

Cap. 2. *n.* 2. Cavete ergo, fratres, ne talibus colloquiis mores veſtri corrumpantur, evertatur ſpes, enervetur patientia, & divertatis in vias pravas.

Cap. 3. *n.* 3. Docuit nos exemplo paſſionis, cum quanta patientia in illo ambulemus; & firmavit nos exemplo ſuæ reſurrectionis, quid ab illo patienter ſperare 1. *Cor.* 22. 27. debeamus. *Si enim quod non videmus ſperamus, per patientiam exſpectamus.* Quod non videmus quidem, ſperamus: ſed corpus ſumus illius capitis, in quo jam perfectum eſt quod ſperamus. *Per patientiam exſpectamus* ſecuri; quoniam qui reſurrexit caput noſtrum eſt, ſervat ſpem noſtram. Et quia priusquam reſurgeret, flagellatum eſt caput noſtrum, firmavit patientiam no- *Heb.* 12. 6. ſtram. Scriptum eſt enim, *Quem enim diligit Dominus, corripit; flagellat autem omnem filium quem recipit.* Non itaque in flagello deficiamus, ut in reſurrectione gaudeamus. Ita enim verum eſt, quod *flagellat omnem filium quem recipit*, ut nec unico ſuo pepercerit, ſed pro nobis omnibus tradiderit eum. Intuentes ergo eum, qui ſine peccati merito flagellatus eſt, *Qui* *Rom.* 18. 32. *mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter ju-* *Rom.* 4. 25. *ſtificationem noſtram;* non timeamus ne abjiciamur flagellati; ſed potius confidamus quia recipiemur juſtificari.

(H) PSAL. XC. 14. Quoniam in me ſperavit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

S. AUG. *Enarrat.* 2. *in Pſalm.* XXXVI. *n.* 5. Quanta autem fiducia debeat eſſe in eo, qui iſta dicit, audite: Si conſiſtant adverſum me caſtra, non timebit cor meum. Caſtra munita ſunt, ſed quid munitius Deo? Si exſurgat in me bellum. Quid mihi facit bellum? Poteſt mihi auferre ſpem meam? poteſt mihi auferre quod dat Omnipotens? Sicut non vincitur qui dat, ſic non aufertur quod dat. Si auferri poteſt datum, vincitur dator. Ergo nec ipſa quæ temporaliter accipimus, auferre nobis quiſquam poſſet, fratres mei, niſi ſolus ille qui dedit. Spiritalia quæ donat, non auferet, niſi tu dimiſeris: carnalia vero & temporalia ipſe aufert; quia & quiſquis alius aufert, ipſo donante poteſtatem, aufert...

Serm. 157. *alias* 23. *de verb. Apoſtol. cap.* 4. *num.* 4. *Rom.* 8. 25. Quamvis nondum venerit noſtri gaudii plenitudo: nec *Rom.* 12. 12. modo tamen ſine gaudio relicti ſumus; quia ſpe ſal- 2. *Cor.* 3. 12. vi facti ſumus. Ideo & ipſe Apoſtolus, qui ait, *Si quod non videmus ſperamus, per patientiam exſpectamus:* *Coloſſ.* 4. 6. dicit alio loco, *Spe gaudentes, in tribulatione patientes.* Habentes ergo talem ſpem, multa fiducia utamur: & ſermo noſter in gratia conditus ſit ſale, ut ſciamus quemadmodum oporteat unicuique reſpondere. Dicendum eſt enim eis, qui cum perdidiſſent, vel numquam ſuſcepiſſent ſuſtinentiam, nobis ſuſtinentibus Dominum, (quia quod non videmus ſperantes, per patientiam exſpectamus) etiam inſultare audent, cum imitari deberent: Ubi ſunt deliciæ veſtræ, propter quas ambulatis per vias pravas? Non dicimus, Ubi erunt, cum hæc vita tranſierit; ſed, Modo ubi ſunt? Cum heſternum diem hodiernus abſtulerit, & hodiernum craſtinus ablaturus ſit, quid eorum quæ diligitis, non tranſcurrit & tranſvolat? Quid non fugit pene antequam capitur, cum ex ipſo hodierno die nulla poſſit vel hora retineri? Ita enim ſecunda excluditur a tertia, ſicut prima excluſa eſt a ſecunda. Ipſius horæ unius, quæ præſens videtur, nihil eſt præſens: omnes enim partes ejus & omnia momenta fugitiva ſunt.

(I) 1. PETR. 1. 3. Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regeneravit nos in ſpem vivam, per reſurrectionem Jeſu Chriſti ex mortuis.

S. AUG. *Serm.* 24. *alias* 6. *ex Sirmond. n.* 5. Cogitate *Jacob.* 4. 15. ergo, fratres, fragilitatem veſtram, humilitatem veſtram, conditionem carnis, hujus ſæculi volaticos tranſitus, & videte quia tunc vobis bene erit, ſi tota ſpes veſtra in illo ſit, in quo ſolo poteſt firmiter collocari. Quomodo autem ibi erit ſpes noſtra, niſi obediamus præceptis ejus?

Enarrat. in Pſalm. CXXXVI. *n.* 22. Suſpirate æternam Jeruſalem: quo præcedit ſpes veſtra, ſequatur vita veſtra.

(K) ROM. V. 5. Spes autem non confundit.

HEBR. VI. 18. 19. *Vide ſupra lit.* (A) *hocce* §.

S. BERNARD. *Serm.* 15. *in Pſal.* XC. Qui habitat, *n.* 15. Dulciſſima liberalitas, in ſe ſperantibus non deeſſe. Hoc enim totum hominis meritum, ſi totam ſpem ſuam ponat in eo, qui totum hominem ſalvum facit. *In te ſperaverunt patres noſtri, ſperaverunt & liberaſti eos;* *Pſ.* 21. 5. & 6. *ad te clamaverunt & ſalvi facti ſunt: in te ſperaverunt, & non ſunt confuſi.* Quis enim ſperavit in eo & confuſus eſt? Sperate in eo omnis congregatio populi. Quemcumque enim locum calcaverit pes veſter, veſter erit. Pes veſter utique ſpes veſtra eſt: quantumcumque illa proceſſerit, obtinebit, ſi tamen in Deum tota figatur, ut firmat ſit & non titubet.

(L) S. AUG. *Enchirid. ad Laurent. c.* 8. *nu.* 2. Quid autem ſperari poteſt, quod non creditur?... Spes autem niſi bonarum rerum eſt, nec niſi futurarum, & ad eum pertinentium qui earum ſpem gerere perhibetur... De ſpe quoque ait Apoſtolus, *Spes quæ vi-* *Rom.* 8. 24. *detur, non eſt ſpes. Quod enim videt quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus ſperamus, per patientiam exſpectamus.* Cum ergo bona nobis futura eſſe creduntur, nihil aliud quam ſperantur.. Spes vero eſſe ſine amore non poteſt... Proinde nec amor ſine ſpe eſt, nec ſine amore ſpes, nec utrumque ſine fide.

S. BERNARD. *Serm.* 3. *in Annunt. B. M. n.* 3. Auditam *Pſ.* 142. 8. fac mihi mane miſericordiam tuam; quia in te ſperavi, Domine. Sola nimirum ſpes apud te miſerationis obtinet locum; nec oleum miſericordiæ, niſi in vaſe fiduciæ ponis. Sed eſt infidelis fiducia, ſolius utique maledictionis capax, cum videlicet in ſpe peccamus. Quamquam nec fiducia illa dicenda ſit, ſed inſenſibilitas quædam, & diſſimulatio pernicioſa. Quæ enim fiducia ei qui periculum non attendit? Aut quod tibi timoris remedium, ubi nec timor ſentitur, nec materia ipſa timoris? Fiducia ſolatium eſt: nec eget ille ſolatio, qui lætatur cum male fecerit, & in peſſimis rebus magis exultat?.. Non niſi in ſola Dei miſericordia reſpiremus. Hæc vera hominis fiducia, a ſe deficientis, & innitentis Domino ſuo. Hæc, inquam, vera fiducia, cui miſericordia non denegatur, Prophe- ta atteſtante: *Quoniam beneplacitum eſt Domino ſuper ti-* *Pſ.* 146. 11. *mentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia ejus.* Nec parva utique ſuppetit nobis: in nobis quidem timoris, in ipſo autem cauſa fiduciæ.

S. THO-

Digitized by Google

§. 2. *De Peccatis Spei oppoſitis.*

I. Quot modis contra ſpem peccari poteſt?

R. Duobus modis; uno per defectum, altero per exceſſum: deſperatione nimirum & præſumptione.

I. Quandonam peccatur præſumptione?

R. Peccat per præſumptionem, 1. qui propriis viribus, ſine ullo Dei auxilio confidit ſe poſſe per-
A venire ad ſalutem, vel aliquid boni agere. (A).

2. Qui Deum tentat.

I. Quid hoc rei eſt Deum tentare?

R. Deum tentat, qui ſine neceſſitate, ſine legitimo fundamento expectat, vel poſtulat a Deo quod Deus non promiſit. Id patebit exemplis.

Si quis, verbi gratia, quæ ex Dei ordinatione, ſecundum ſolitas divinæ Providentiæ leges, facienda ſunt, conſulto prætermittat, is Deum tentat. Qui petit a Deo ſine fundamento, ſine neceſſitate, miraculum; is Deum tentat. Qui ſperat liberandum eſſe ſe a præſenti periculo, cui ſe contra Dei leges temere objicit; Deum tentat. Si quis pauper torpet otio & ignavia, nec laborat ad vitæ ſuſtentationem; non præparat animam ſuam, qui orat ſine ulla mentis attentione; Deum tentat, ſi confidit eſſe ſe impetraturum quod tam negli-
genter petit. (B) Deum tentat qui confidit C
con-

S. THOMAS 2. 2. *q.* 17. *artic.* 8. *in corp.*... Spes introducit ad caritatem, in quantum aliquis ſperans remunerari a Deo, accenditur ad amandum Deum, & ſervandum præcepta ejus... Adveniente caritate ſpes perfectiur redditur. Quia de amicis maxima ſperamus, & hoc modo dicit Ambroſius quod ſpes eſt ex caritate.

Ad ſecund. Spes & omnis motus appetitivus ex amore provenit aliquo, quo ſcilicet aliquis amat bonum exſpectatum: ſed non omnis ſpes provenit a caritate, ſed ſolum motus ſpei formatæ, qua ſcilicet aliquis ſperat bonum a Deo ut ab amico.

(A) S. AUG. *ad Anaſt. Epiſt.* 145. *alias* 144. *n.* 8. Quidam nimium arrogant humanæ voluntati, quam lege data putant, ad eam implendam ſibi poſſe ſufficere, nulla ſuper doctrinam legis gratia ſanctæ inſpirationis adjutam: per quorum diſputationem infirmitati hominum miſeræ atque indigæ ſuadetur, ut nec orare debeamus ne intremus in tentationem. Non quia hoc audent aperte dicere; ſed eorum ſententiam, velint nolint, hoc utique ſequetur. Nam ut quid nobis
Matt. 26. 41. dicitur, *Vigilate & orate ne intretis in tentationem*? Ut
quid etiam ſecundum hanc exhortationem, cum do-
Matt. 6. 13. ceret orare, præcepit ut dicamus. *Ne nos inferas in*
tentationem: ſi hoc non impletur ex adjutorio gratiæ divinæ, ſed id totum eſt in arbitrio voluntatis humanæ?... Orate ergo pro nobis, ut juſti ſimus; quod quidem homo non poteſt niſi noverit & velit, & erit continuo qui plene voluerit: ſed hoc ipſum in eo non erit, niſi gratia Spiritus ſanetur, & adjuvetur, ut poſſit.

S. BERNARD. *Serm.* 85. *in Cant. n.* 5. Ad virtutis perfectionem quiſque contendere adorietur, ſciet profecto quam ſit aſcenſus arduus, & caſſus conatus abſque Verbi adjutorio... Alioquin fruſtra nititur, ſi non innititur. Sane etiam contra ſe innitens invaleſcet, & facta ſeipſa validior coget pro ratione univerſa; iram, metum, cupiditatem & gaudium veluti quemdam animi currum bonus auriga reget; & in captivitatem rediget omnem carnalem affectum, & cunctis ſenſum ad nutum rationis, in obſequium virtutis. Quidni omnia poſſibilia ſint innitenti ſuper eum qui omnia po-
Philip. 4. teſt. Quantæ fiduciæ vox: *Omnia poſſum in eo qui me*
13. *confortat.* Nil omnipotentiam Verbi clariorem reddit,
Marc. 9. 22. quam quod omnipotentes facit omnes, qui in ſe ſperant. Denique omnia poſſibilia ſunt credenti. An non omnipotens cui omnia poſſibilia ſunt? Ita animus ſi non præſumat de ſe, ſed ſi confortetur a Verbo, poterit utique dominari ſui, ut non dominetur ei omnis injuſtitia. Ita, inquam, Verbo innixum, & indutum virtute ex alto, nulla vis, nulla fraus, nulla jam illecebra poterit, vel ſtantem dejicere, vel ſubjicere dominantem. Vis non timere impulſorem? Non veniat tibi pes ſuperbiæ, & manus impellentis non
Pſ. 35. 13. movebit te. *Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem.* Ibi
diabolus & angeli ejus corruerunt, qui licet non impulſi extrinſecus, expulſi ſunt tamen, nec potuerunt ſtare. Denique in veritate non ſtetit, qui non innixus eſt Verbo, qui in ſua virtute confiſus eſt. Et ideo fortaſſis ſedere voluit, quia ſtare non valuit.
Iſai. 14. 13. Dicebat enim: *Sedebo in monte teſtamenti.* Ceterum
Deo aliter judicante, nec ſtetit, nec ſedit, ſed ceci-
Luc. 10. 18. dit: dicente Domino: *Videbam Satanam ſicut fulgur*
de cælo cadentem. Ergo qui ſtat, ſi non vult cadere, non fidat ſibi, ſed nitatur Verbo. Verbum loquitur:
Joh. 15. 5. *Sine me nihil poteſtis facere.* Ita eſt, nec ſurgere ad
bonum, nec ſtare in bono poſſumus ſine Verbo. Tu ergo qui ſtas, da gloriam Deo, & dic: Statuit ſu-

pra petram pedes meos, & direxit greſſus meos. Cu- *Pſ.* 39. 3.
jus manu erigeris, ipſius neceſſe eſt virtute tenearis.

(B) S. AUG. *Lib.* 22. *contra Fauſtum*, *c.* 36... Pertinet autem ad ſanam doctrinam, quando habet quod faciat homo, non tentare Dominum Deum ſuum... Qui ergo (*Chriſtus ſcilicet*) palam docendo & arguendo, & tamen inimicorum rabiem valere in ſe aliquid non ſinendo, Dei demonſtrabat poteſtatem, idem tamen fugiendo & latendo hominis inſtruebat infirmitatem, ne Deum tentare audeat, quando habet quod faciat, ut quod cavere oportet evadat. Neque enim & Apoſtolus deſperaverat adjutorium protectionemque divinam, fidemque perdiderat quando per murum in ſporta ſubmiſſus eſt, ut inimicorum manus effugeret. Non ergo in Deum non credendo ſic fugit: ſed Deum tentando ſic fugere noluiſſet, cum ſic fugere potuiſſet. Proinde cum inter ignotos propter excellentiſſimam pulchritudinem Saræ, & ejus pudicitia & mariti vita eſſet in dubio, nec utrumque tueri poſſet Abraham, verumtamen unum horum poſſet, id eſt vitam; ne Deum ſuum tentaret, fecit quod potuit, quod autem non potuit illi commiſit. Qui ergo ſe hominem occultare non valuit, maritum ſe occultavit, ne occideretur; uxorem Deo credidit, ne pollueretur.

De opere Monachor. c. 27. *n.* 35. Neque enim quia
dixit Deus, *Invoca me in die tribulationis, & eximam* *Pſ.* 49. 15.
te & glorificabis me, propterea non debuit fugere Apoſtolus, & per murum in ſporta ſubmitti, ut manus perſequentis evaderet, ſed expectaret potius ut comprehenderetur, & eum ſicut tres pueros de mediis ignibus liberaret. Aut propter hoc nec Dominus
dicere debuit, *Si vos perſecuti fuerint in una civi-* *Matt.* 10. 23.
tate, fugite in aliam: quia ipſe dixit, *Si quid petie-* *Joh.* 16. 23.
ritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Sicut ergo quiſquis perſecutionem fugientibus diſcipulis Chriſti objiceret hujuſmodi quæſtionem, cur non ſtetiſſent potius, & invocato Deo, per ejus mirabilia ſic eruerentur, ut Daniel a leonibus, ut Petrus ex vinculis: reſponderent non ſe oportuiſſe tentare Deum, ſed tunc eum talia ſi vellet eſſe facturum, cum ipſi quid facerent non haberent; cum vero eis fugam in poteſtatem dediſſet, etiam ſi per illam liberarentur, non niſi ab ipſo liberari. Sic etiam Dei ſervis vacantibus & valentibus exemplo & præcepto Apoſtolico manibus ſuis victum tranſigere, ſi quis ex Evangelio moverit quæſtionem de volatilibus cæli, quæ non ſeminant, neque metunt, neque congregant in apothecas, & de liliis agri, quia non laborant neque nent: facile reſpondebunt, Si & nos per aliquam vel infirmitatem, vel occupationem non poſſumus operari, ſic ille nos paſcet & veſtiet, quemadmodum aves & lilia quæ nihil operantur hujuſmodi: cum autem poſſumus non debemus tentare Deum noſtrum; quia & hoc quod poſſumus, ejus munere poſſumus; & cum hinc vivimus, illo largiente vivimus, qui largitus eſt ut poſſimus. Et ideo de iſtis neceſſariis ſolliciti non ſumus, quia cum hæc poſſumus agere, ille non paſcit & veſtit, a quo paſcuntur homines & veſtiuntur: cum vero hæc non poſſumus agere, idem ipſe nos paſcit & veſtit, a quo aves paſcuntur & lilia veſtiuntur, quoniam nos pluris ſumus illis. Quapropter in iſta militia noſtra, nec in craſtinum cogitamus; quia non propter temporalia, quo pertinet craſtinus, ſed propter illa ſempiterna, ubi ſemper hodiernus eſt, nos illi probavimus, ut ei nullis negotiis ſæcularibus implicit placeamus.

Lib. 10. *Confeſs. c.* 35. *n.* 55. Ex hoc autem eviden-
tius

Digitized by Google

concedendam ſibi remiſſionem peccatorum ſine ulla pœnitentia. Denique Deum tentat qui ſpe veniæ peccat liberius. (C)

C

I. Quandonam peccatur per deſperationem? PARS II. SECT. II. CAP. III. § 2.

R. Id fit ratione multiplici. Peccat per deperationem,

1. Qui

tius diſcernitur quid voluptatis, quid curioſitatis agatur per ſenſus: quod voluptas pulchra, canora, ſuavia, ſapida, lenia ſectatur: curioſitas autem etiam his contraria tentandi cauſa, non ad ſubeundam moleſtiam, ſed experiendi, noſcendique libidine. Quid enim voluptatis habet videre in laniato cadavere quod exhorreas? & tamen ſicubi jaceat concurrunt ut contriſtentur, ut palleant. Timent enim ne in ſomnis hoc videant; quaſi quiſquam eos vigilantes videre coegerit, aut pulchritudinis ulla fama perſuaſerit. Ita & in ceteris ſenſibus quæ perſequi longum eſt. Ex hoc morbo cupiditatis in ſpectaculis exhibentur quæque miracula. Hinc ad perſcrutanda naturæ, quæ præter nos eſt, operta, proceditur, quæ ſcire nihil prodeſt, & nihil aliud quam ſcire homines cupiunt. Hinc etiam, ſi quid eodem perverſæ ſcientiæ fine per artes magicas quæritur. Hinc etiam in ipſa religione Deus tentatur, cum ſigna & prodigia flagitantur, non ad aliquam ſalutem, ſed ad ſolam experientiam deſiderata.

N. 56... Nec anima mea umquam reſponſa quæſivit umbrarum, omnia ſacrilega ſacramenta deteſtor. Ad te, Domine Deus meus, cui humilem famulatum ac ſimplicem debeo, quantis mecum ſuggeſtionum machinationibus agit inimicus ut ſignum aliquod petam? Sed obſecro te per Regem noſtrum, & patriam Jeruſalem, ſimplicem, caſtam, ut quemadmodum a me longe eſt iſta conſenſio, ita ſit ſemper longe atque longius. Pro ſalute autem cujuſquam cum te rogo, alius multum differens finis eſt intentionis meæ, & te facientem quod vis da mihi, & dabis libenter ſequi.

Epiſt. 130. *alias* 180. *ad Probum*, *cap.* 4. *num.* 9. Audiſti qualis ores, nunc audi & quid ores, unde me maxime conſulendum putaſti, quoniam te permovet quod
Rom. 8. 26. ait Apoſtolus, *Quid enim oremus ſicut oportet neſcimus:* & timuiſti ne magis tibi obſit, non ſicut oportet orare, quam non orare. Quod itaque dici breviter poteſt. Ora beatam vitam, hanc enim habere omnes homines volunt.

Et poſt multa cap. 9. n. 18. In ipſa ergo fide & ſpe & caritate continuato deſiderio ſemper oramus. Sed ideo per certa intervalla horarum & temporum etiam verbis rogamus Deum, ut illis rerum ſignis nos ipſos admoneamus, quantumque in hoc deſiderio profecerimus nobis ipſis innoteſcamus, & ad hoc augendum nos ipſos acrius excitemus. Dignior enim ſequetur effectus, quem ferventior præcedit affectus. Ac per hoc & quod ait A-
1. Theſſ. 5. 16. poſtolus, *Sine intermiſſione orate*, quid eſt aliud quam beatam vitam, quæ nulla niſi æterna eſt, ab eo qui eam ſolus dare poteſt, ſine intermiſſione deſiderare? Semper ergo hanc a Domino Deo deſideremus, & oremus ſemper. Sed ideo ab aliis curis atque negotiis, quibus ipſum deſiderium quodammodo tepeſcit, certis horis ad negotium orandi mentem revocamus, verbis orationis nos ipſos admonentes in id, quod deſideramus, intendere, ne quod tepeſcere cœperat omnino frigeſcat, & penitus extinguatur, niſi crebrius inflammetur. Un-
Phil. 4. 6. de & illud quod idem Apoſtolus ait, *Poſtulationes veſtræ innoteſcant apud Deum*, non ſic accipiendum eſt, tamquam Deo innoteſcant, qui eas & antequam eſſent utique noverat, ſed nobis innoteſcant apud Deum per tolerantiam, non apud homines per jactantiam.

(C) ECCLI. v. 5. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque adjicias peccatum ſuper peccatum. 6. Et ne dicas: Miſericordia Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. 7. Miſericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores reſpicit ira illius.

ROM. II. 4. An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?

S. AUGUSTINUS *Serm.* 2. *in Pſal.* XXXI. *num.* 1. Anceps animus humanus, & fluctuans inter confeſſionem infirmitatis & audaciam præſumptionis, plerumque hinc atque inde contunditur, & ita impellitur, ut ei in quamlibet partem cadere præcipitium ſit. Si enim ſe infirmitati propriæ omni ex parte donaverit, & in hanc cogitationem ſe inclinaverit ut dicat, quia miſericordia Dei omnibus peccatoribus, in quibuslibet peccatis perſeverantibus, tantum credentibus, quia Deus liberat, Deus ignoſcit, ita in ſina parata eſt, ut nemo pereat fidelium iniquorum, id eſt, nemo pereat eorum qui ſibi dicunt, Quidvis faciam, Quibuslibet facinoribus & flagitiis inquiner, quantumlibet peccem, liberat me Deus miſericordia ſua, quia credidi in eum. Qui ergo dicit neminem perire talium, cogitatione mala inclinatur in impunitatem peccatorum; & Deus ille juſtus..., invenit hominem male de ſe præſumentem, & ad interitum ſuum miſericordia Dei abutentem, & neceſſe eſt ut damnet. Talis itaque cogitatio præcipitat hominem: qua quiſque territus, ſi ſe in audaciam quamdam præſumptionis erexerit, & de ſuis viribus juſtitiaque præſumpſerit, & propoſuerit animo implere juſtitiam, & omnia quæ præcipiuntur in lege ita facere ut in nullo offendat, atque in poteſtate ſua ſe habere vitam ſuam, ut omnino nuſquam labatur, nuſquam deficiat, nuſquam titubet, nuſquam caliget, ſibique hoc tribuat, & potentatui voluntatis ſuæ: etiam ſi forte impleverit omnia quæ juſta videntur coram oculis hominum, ita ut nihil inveniatur in vita ejus, quod poſſit reprehendi ab hominibus, ipſam præſumptionem jactationemque ſuperbiæ damnat Deus. Quid igitur fit, ſi ſe homo juſtificaverit, & de juſtitia ſua præſumpſerit? Cadit. Si conſiderans & cogitans infirmitatem ſuam, & præſumens de miſericordia Dei, neglexerit vitam ſuam mundare a peccatis ſuis, & ſe omni gurgite flagitiorum demerſerit; & ipſe cadit.. Ne præſumas ad regnum de juſtitia tua, ne præſumas ad peccandum de miſericordia Dei. Ab utroque te revocat præceptum divinum, & ab illa altitudine, & ab iſta profunditate. Illud ſi aſcenderis, præcipitaberis; hac ſi lapſus fueris, demergeris.

In Pſal. CXLIV. n. 11... Dedit ergo (Deus) & ſpem veniæ, ne deſperando amplius pecces: & ſpes & deſperatio timenda eſt in peccatis. Videte vocem deſperantis ad augenda peccata, & quomodo utrique voci occurrit providentia & miſericordia Dei. Audi vocem deſperantis: Jam, inquit, damnandus ſum, quare non facio quidquid volo? Audi & vocem ſperantis: Miſericordia Domini magna eſt, quando me convertero; dimittet mihi omnia; quare non facio quidquid volo? Deſperat, ut peccet; ſperat, ut peccat. Utrumque metuendum eſt, utrumque periculoſum: væ a deſperatione, væ a perverſa ſpe. Utrique huic periculo & utrique malo quando occurrit miſericordia Dei? Quid dicis tu, qui deſperando volebas peccare? Jam damnandus ſum, quare non facio quidquid volo? audi Scripturam: Nolo mortem impii, Ezec. 33. 11
quantum ut revertatur & vivat. Hac voce Dei reducitur in ſpem: ſed timendus eſt alius laqueus, ne ipſa ſpe amplius peccet. Quid ergo & tu dicebas, qui ſpe magis peccas? Quando me convertero, omnia mihi Deus dimittet, faciam quidquid volo. Audi & tu Scripturam: Ne tardes converti ad Dominum, neque Eccli. 5. 8. 9.
differas de die in diem: ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.

Tract. 33. *in cap.* 9. *Johan. n.* 7... Manſuetus Dominus, longanimis Dominus, miſericors Dominus: ſed & juſtus Dominus & verax Dominus. Largitur tibi ſpatium correctionis: ſed tu plus amas dilationem quam emendationem. Malus fuiſti heri? hodie bonus eſto. Et hodiernum diem in malitia peregiſti? vel cras mutare. Semper expectas, & de miſericordia Dei tibi plurimum polliceris: quaſi ille, qui tibi per pœnitentiam promiſit indulgentiam, promiſerit tibi etiam prolixiorem vitam.

Numer. 8. Ex utroque igitur homines periclitantur, & ſperando & deſperando, contrariis rebus, contrariis affectionibus. Sperando decipitur, qui dicit: Bonus eſt Deus, miſericors eſt Deus, faciam quod mihi placet, quod libet, laxem habenas cupiditatibus meis, impleam deſideria animæ meæ. Quare hoc? Quia miſericors eſt Deus, bonus eſt Deus, manſuetus eſt Deus. Spe iſti periclitantur. Deſperatione autem, qui cum inciderint in gravia peccata, putantes ſibi non poſſe jam ignoſci pœnitentibus, & ſtatuentes ad damnationem ſine dubio deſtinatos, dicunt apud ſe ipſos, Jam damnandi ſumus, quare non quod volumus facimus? Ideo moleſti ſunt deſperati: jam enim quod timeant non habent, & vehementer timendi ſunt. Iſtos deſperatio necat, ſpes illos: inter ſpem & deſperationem fluctuat animus. Metuendum eſt ne te occidat ſpes, & cum multum ſperas de miſericordia, incidas in judicium: metuendum eſt

1. Qui deſperat veniam peccatorum præ eorum numero & gravitate. (D)

D

2. Qui deſperat morum ſuorum correctionem propter vim malæ conſuetudinis, pondus cupiditatis & peopriæ infirmitatis, & levitatis experientiam & conſcientiam. Hinc oritur acedia & obduratio
Ephes. 4. 19. in malo, ut innuit his verbis Apoſtolus: *Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis*. (E) E

3. Qui non ſperat in Deo, nec permittit ſe divinæ Providentiæ, ſed nimis anxie ſollicitus eſt ne deſint ſibi neceſſaria. (F) F

4. Qui non in Deo ſed vel in ſemetipſo, vel in qualibet alia re, vel perſona confidit. (G) G

C A-

rurſus ne te occidat deſperatio, & cum putas jam tibi non ignoſci quæ gravia commiſiſti, non agas pœnitentiam, & incurras in judicem ſapientiam quæ di-
Prov. 1. 26. cit: Et ego veſtræ perditioni ſuper ridebo. Quid ergo agit Dominus cum periclitantibus utroque morbo? Illis
Eccli. 5. 8. & 9. qui periclitantur, hoc dicit, Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem, ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Illis qui deſperatione periclitantur, quid dicit? In quacumque die iniquus converſus fuerit, omnes iniquita-
Ezec. 33. 12. tes ejus obliviſcar. Propter illos ergo qui deſperatione periclitantur, propoſuit indulgentiæ portum: propter illos qui ſpe periclitantur & dilationibus illuduntur, fecit diem mortis incertum.

(D) S. AUG. *Serm. 352. de utilitate agendæ pœnitentiæ 2. alias 27. inter homilias* 50. *c.* 3. *n.* 8... Nemo deſperet. Judam proditorem non tam ſcelus quod commiſit, quam indulgentiæ deſperatio fecit penitus interire... Quod fecit in corpore ſuo, hoc factum eſt in anima ipſius... ſic illi qui deſperant de indulgentia Dei, ipſa deſperatione intus ſe ſuffocant, ut eos Spiritus ſanctus liberare non poſſit.

In Pſal. CXLVI. *n.* 20... Sic time Dominum, ut ſperes in miſericordia ejus... Si.. times Deum quia peccator es, a quo accepturus es auxilium adverſus Deum, quo iturus es? quid facturus? Vis ab illo fugere? Ad ipſum fuge. Vis fugere ab irato? Fuge ad placatum. Placabis autem eum ſi ſperes in miſericordia ipſius; atque ita de cetero peccare caveas, ut de præteritis ut tibi dimittantur a Domino.

S. BASIL. *in Reg. brev. Reſp. ad Interrog.* 13. Si fieri poteſt, ut multitudo miſerationum Dei numeretur, & magnitudo miſericordiæ menſura ulla comprehendatur, collata cum magnitudine peccatorum, adhibeatur, ſane, ſi libet, deſperatio. Si autem hæc magnitudine poſſunt & numero definiri (Miſericordia autem Dei & miſerationes neque magnitudine ulla poſſunt neque numero circumſcribi) ſine dubio non eſt cur deſperatio adhibenda ſit: ſed agnoſcenda miſericordia Dei, & commiſſa peccata deteſtanda, quorum condonatio propoſita eſt in ſanguine Chriſti, ſicut ſcriptum eſt. Quod autem nequaquam deſperandum ſit, hoc varie multis in locis docemur: maxime autem ex ea parabola Domini noſtri Jeſu Chriſti de filio, qui acceptam a patre ſubſtantiam flagitioſe totam prodegerat. Cujus pœnitentia qualis, quantæque lætitiæ cauſa fuerit, teſtimonia ſunt
Iſai. 1. 18. ipſa verba Domini. Quin & per Eſaiam dicit Deus: Si fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nivem dealbabo; & ſi fuerint rubra ſicut vermiculus, quaſi lanam dealbabo. Quod quidem verum tantummodo debemus intelligere, ſi modus pœnitentiæ ex animi affectione peccatum deteſtante, memorabilius conſequatur, ſicut ſcriptum eſt in veteri ac novo Teſtamento, & fructus condignus.

S. BERN. *In feſto omnium Sanctor.* 1. *Serm.* 1. *n.* 13. *circa finem*. Omnis enim in cujus conſcientia clauſum adhuc peccatum vivit, aut peccat in ſpe, & ita ſentit de Deo tamquam ſi minus ei peccata diſpliceant: aut peccat in deſperatione, immiſericordem ſentiens Deum.
Pſ. 49. 21. Quorum utrique merito dicitur: *Exiſtimaſti inique quod ero tui ſimilis:* quoniam neuter Deum videt, ſed mentitur iniquitas ſibi, formans ſibi idolum pro eo quod non eſt ipſe.

(E) JEREM. XVIII. 12. Qui dixerunt, Deſperavimus: poſt cogitationes enim noſtras ibimus, & unuſquiſque pravitatem cordis ſui mali faciemus.

(F) PSAL. XXXIII. 9. Guſtate, & videte quoniam ſuavis eſt Dominus: beatus vir, qui ſperat in eo... 11. Divites eguerunt, & eſurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono ... 23. Redimet Dominus animas ſervorum ſuorum: & non delinquent omnes qui ſperant in eo.

XXXVI. 3. Spera in Domino, & fac bonitatem: & inhabita terram, & paſceris in divitiis ejus. 4. Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui. 5. Revela Domino viam tuam, & ſpera in eo: & ipſe faciet. 6. Et educet quaſi lumen juſtitiam tuam, & judicium tuum tamquam meridiem... 9. Quoniam qui malignantur exterminabuntur. Suſtinentes autem Dominum ipſi hæreditabunt terram... 16. Melius eſt modicum juſto, ſuper divitias peccatorum multas... 18. Novit Dominus dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit. 19. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur... 25. Junior fui, etenim ſenui: & non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem... 34. Expecta Dominum, & cuſtodi viam ejus: & exaltabit te, ut hæreditate capias terram... 39. Salus autem juſtorum a Domino: & protector eorum, in tempore tribulationis. 40. Et adjuvabit eos Dominus, & liberabit eos: & eruet eos a peccatoribus, & ſalvabit eos: quia ſperaverunt in eo.

ECCLI. II. 11. & 12. *Vide ſupra* §. 1. *hujuſce capitis lit.* (G)

MATTH. VI. 25. Ideo dico vobis ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini, nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus plus quam veſtimentum. 26. Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater veſter cæleſtis paſcit ea. Nonne vos magis pluris eſtis illis. 27. Quis autem veſtrum cogitans, poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum? 28. Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt: non laborant, neque nent. 29. Dico autem vobis quoniam nec Salomon, in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut unum ex iſtis. 30. Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei? 31. Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes: Quid manducabimus aut quid bibemus, aut quo operiemur? 32. Hæc enim omnia gentes inquirunt, ſcit enim Pater veſter, quia his omnibus indigetis. 33. Quærite ergo primum regnum Dei, & juſtitiam ejus: & hæc omnia adjicientur vobis. 34. Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi, ſufficiet diei malitia ſua.

(G) 1. TIMOTH. VI. 6. Eſt autem quæſtus magnus pietas cum ſufficientia. 7. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quod nec auferre quid poſſumus. 8. 9. & 10. *Vide ſupra* §. 2. *c.* 2. *Sect.* 1. *hujuſce partis lit.* (E) 17. 18. & 19. *Vide ſupra* §. 2. *c.* 2. *Sect.* 1. *hujuſce partis lit.* (F)

S. AUG. *In Pſ.* XXXIX. *n.* 7... Sic Dominus Deus tuus ſpes tua: non aliud aliquid a Domino Deo tuo ſperes, ſed ipſe Dominus tuus ſit ſpes tua. Namque multi de Deo ſperant pecuniam, multi de Deo ſperant honores caducos & perituros, aliud quodlibet a Deo præter ipſum Deum: ſed tu ipſum Deum tuum pete: Imo vero contemptis aliis, perge ad illum; obliviſcens alia memento illius: relinquens retro alia, extendere in illum... Relinque omnes amores: pulchrior eſt ille qui fecit cælum & terram.

N. 8... Sit ſpes noſtra Deus noſter. Qui fecit omnia, melior eſt omnibus; qui pulchra fecit, pulchrior eſt omnibus: qui fortia, fortior eſt; qui magna, major eſt: Quidquid amaveris, ille tibi erit. Diſce amare in creatura creatorem, & in factura factorem: ne teneat te quod ab illo factum eſt: & amittas eum a
quo & ipſe factus es. Ergo, *Beatus vir cujus eſt no-* Pſ. 39. 5.
men Domini ſpes ejus, & non reſpexit in vanitates & inſanias mendaces.

N. 9. Intendat mirabilia Dei... regat luxuriam, regat ignaviam, regat injuſtitiam, regat imprudentiam. Motus iſtos qui nimium lapſi hæc vitia faciunt, regat & ſubdat ſibi, & teneat habenas & non rapiatur; ducat quo vult, non trahatur quo non vult... Hæc munera, hæc
ſpectacula edit Deus... Clamat de cælo, Specto vos; lu- 1. Cor. 4. 9.
ctamini, adjuvabo; vincite, coronabo... Ne deficias vide præcedentem & dicentem, Spectaculum facti ſumus huic mundo, & Angelis, & hominibus. Calca mare (mundi) ne mergaris in mari. Non ibis, non calcabis, niſi ille juſſe-
rit qui prior in mari ambulavit. Sic enim ait Petrus, Si tu Matt. 14. 28.
es, jube me venire ad te ſuper aquas: & quia ipſe erat,

audi-

Digitized by Google

CAPUT QUARTUM.

De Caritate.

§. 1. De Amore Dei.

I. Quid eſt Caritas?

R. Caritas eſt donum Dei, quo fit ut diligamus Deum propter ipſum ſuper omnia, proximum pro-
A pter Deum ſicut nos ipſos. (A)

Donum Dei: Hanc enim largitur ſolus Deus,
Rom. 5. 5. hanc habere nemo poteſt a ſemetipſo. *Caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum,* S. Aug. lib.
inquit Apoſtolus. *Neceſſe eſt autem,* inquit Au- de gratia.
guſt. *ut parum diligat Deum, qui non ab illo,* N.T. ſeu E-
ſed a ſeipſo bonum ſe arbitratur effectum. (B). piſt. 140. al.
120. ad Honorat. c. 37. n. 85.

Quo fit ut diligamus Deum propter ipſum. Hoc eſt, ut amemus Deum, nec amoris præmium aliud expectemus ullum, nec cauſam aliam amoris habeamus ullam, quam Deum ipſum. (C)
B
C

Su-

audivit petentem, tribuit deſideranti, vocavit ambulantem, erexit metgentem. Hæc mirabilia fecit Dominus, ipſa intuere: oculus ſpectantis fides ſit. Et fac tu talia; quia & ſi venti turbaverint, & ſi fluctus inframuerint, & te humana fragilitas ad aliquam dubitationem tuæ ſalutis adduxerit, habes clamare, dicis, Domine pereo. Non ſinit ille perire, qui juſſit te ambulare. Quia enim jam in petra ambulas, nec in mari times: Si ſine petra fueris, in mare mergeris; quia in tali petra ambulandum eſt, quæ in mari non merſa eſt.

Vide inſuper loca varia Scripturæ ſuperiori paragrapho adducta.

(A) S. Aug. *Lib. 3. de Doctrina Chriſtiana, c. 10. nu. 16.* Caritatem voco motum animi ad fruendum Deo propter ipſum, & ſe atque proximo propter Deum. Cupiditatem autem motum animi ad fruendum ſe & proximo & quolibet corpore non propter Deum . . . Quanto autem magis regnum cupiditatis deſtruitur, tanto caritatis augetur.

Bernardus *quidam Tract. de ſtatu virtutum tom. 2. Oper.* D. Bernardi *part. 3. n. 34. hanc D. Aug. definitionem explicat his verbis:* Notandum quando dicitur caritas *eſſe motus animi*, motus corporis removetur, qui quamvis aliquando ſit opus caritatis, tamen non eſt caritas. Et quia movetur animus ad judicandum, & ad conſimilia, additur *ad diligendum*: ſed quia movetur ad diligendum ſæculum, additur, *Deum*. Et ne aliquis expectet aliud præmium a Domino quam ipſum Deum, recte ſubjungitur, *propter Deum*; & item quia nullus debet ſeipſum diligere propter ſeipſum, nec proximum propter proximum, ſed propter Deum, convenienter ſubditur, *& ſe & proximum propter Deum*. Et attende quam recte determinatum ſit *propter Deum*. Nemo nec per ſe eſt, nec per ſe bonus eſt, ſed a Deo eſt, a Deo bonus eſt. Similiter dico de Angelo & de quacumque creatura; Deus enim per ſe eſt, & per ſe bonus eſt. In eo autem qui per ſe eſt, & per ſe bonus eſt, finis noſtræ beatitudinis conſtituitur: Ergo in ſolo Deo. Quod ſi homo diligeret ſeipſum propter ſeipſum, vel proximum propter proximum, jam non in Deo ſed in creatura finem ſuæ beatitudinis conſtitueret, quod nefas eſſet. Unde proculdubio in miſeriam laberetur homo, cum ſibi ipſi non poſſet eſſe beatitudo, nec aliquid præter Deum. Debet ergo unuſquiſque ſeipſum diligere, nec propter ſe, ſed propter Deum... Jure ergo caritas dicitur ſignum quo diſcernuntur electi a reprobis. Non enim diſcerni poſſunt fide aut eleemoſynarum largitione, vel ſcientia, vel jejuniorum, vel vigiliarum affectionibus, vel martyrio: hæc enim ſunt communia electis & reprobis. Sola ergo caritas filios Dei a filiis gehennæ diſtinguit, dicente Domino: In hoc
Joh. 13. 35. cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem.

Origenes *in Epiſt. ad Rom. cap. 4. lib. 4.* Puto quod prima ſalutis initia, & ipſa fundamenta fides eſt: profectus vero & augmenta ædificii ſpes eſt: perfectio autem & culmen totius operis caritas: & ideo major omnium dicitur caritas.

Cap. 6. lib. 6. Idcirco enim & fide, & ſpe major caritas dicitur, quia ſola erit per quam delinqui ultra non poterit. Si enim in id anima perfectionis aſcenderit, ut ex toto corde ſuo, & ex tota anima ſua, & ex totis viribus ſuis diligat Deum, & proximum ſuum tamquam ſeipſam, ubi erit peccati locus? Idcirco denique & in Matth. 15.
lege hoc dicitur primum mandatum eſſe, & in Evangeliis ſupra cetera omnia de caritate mandatur, & Petro cum ſumma rerum de paſcendis ovibus traderetur, & ſuper ipſum velut ſuper terram fundaretur Johan. 20.
Eccleſia, nullius confeſſio virtutis alterius ab eo niſi caritas exigitur, & Johannes cum multa de caritate, tum etiam hoc dicit: quia qui manet in caritate in 1. Joh. 4. 16.
Deo manet. Quamvis enim ſit etiam virtus, & maneat in natura, tamen tanta caritatis vis eſt, ut ad ſe omnia trahat omneſque ſibi ſociet vendicetque virtutes.

(B) Oaigenes *In Epiſt. ad Rom. c. 12. lib. 9.* Caritas ſine ſimulatione. Ergo puto quod omnis caritas quæ non eſt ſecundum Deum, ſimulata ſit, & veritas non ſit. Etenim creator animæ Deus idcirco & cum ceteris virtutibus etiam affectum caritatis inſeruit, ut diligat Deum, & ea quæ vult Deus. Cum ergo hoc opus anima dedit caritati, quicumque aliquid aliud dilexerit quam Deum, & quæ Deo placent, caritas in eo ficta & ſimulata dicenda eſt.

S. Aug. *Serm. 105. de verbis Evang. Luc. 11. alias 29. de verbis Domini, cap. 4. n. 5.* Opus eſt ut habeas caritatem, habeas fidem, habeas ſpem: ut poſſit tibi dulce eſſe quod datur. Et hæc ipſa tria ſunt, fides, ſpes, caritas. Et hæc ipſa dona Dei ſunt .... Et caritatem ab ipſo accepimus, de quo dicitur, Caritas Rom. 5. 5.
Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.

Enarrat. in Pſal. LXVII. *n.* 18. Quod enim ſunt vel Matth. 22. 40.
ipſæ alæ, niſi duo præcepta caritatis, in quibus tota lex pendet & Prophetæ? Quid ipſa ſarcina levis, niſi ipſa caritas, quæ in his duobus præceptis impletur? Quidquid enim difficile eſt in præcepto, leve eſt amanti. Nec ob aliud recte intelligitur dictum, Onus Matth. 11.
meum leve eſt, niſi quia dat Spiritum ſanctum, per quem diffunditur caritas in cordibus noſtris, ut amando liberaliter faciamus, quod timendo qui facit ſerviliter facit; nec eſt amicus recti, quando mallet, ſi fieri poſſet, id quod rectum eſt non juberi.

Guillelm. a S. Theodor. *in tom. 2. Operum* S. Bernard. *Tract. de natura & dignitate amoris, n. 12.* Amor illuminatus caritas eſt; amor a Deo, in Deo, ad Deum cariras eſt... Hoc eſt jugum Domini ſuave, & onus leve, onus quod portantem portat, & levigat. Onus leve Evangelii, ſuave eis, quibus dicit ipſe Dominus: *jam non dicam vos ſervos, ſed amicos meos.* Qui enim Joh. 15. 15.
prius portare non poterat præcepta legis, poſtea illi levia ſunt præcepta Evangelii, per cooperantem gratiam. Qui primum non poterat implere: *Non occides*; po- Exod. 20. 13.
ſtea leve habet *pro fratribus animam ponere.* 1. Joh. III. 16.

S. Aug. *In Pſalm.* LXVII. *n.* 34. *Vide cap. præliminar. hujuſce Partis lit.* (K)

In Pſalm. CXXXIV. *num.* 11. Unde juſti & ſancti Dei placuit Deus, etiam flagellans eos. Quando iniquis omnibus diſplicet, placuit illis; & ſub flagello ejus, in ærumna, in laboribus, in vulneribus, in egeſtate conſtituti laudaverunt Deum: non eis diſplicuit, nec torquens. Hoc eſt gratis amare, non quaſi propoſita acceptione mercedis; quia ipſa merces tua ſumma Deus ipſe erit, quem gratis diligis: & ſic amare debes, ut ipſum pro mercede deſiderare non deſinas, qui ſolus te ſatiet.

Lib. de Div. quæſt. 83. & 36. num. 1. Caritatem voco, qua amantur ea quæ non ſunt præ ipſo amante contemnenda: id eſt, quod æternum eſt, & quod amare ipſum

Digitized by Google

Super omnia. Hoc eſt, amori Dei præferamus nihil, non noſmetipſos, non aliud quidquam.

Et proximum propter Deum ſicut noſmetipſos. Hæc pars altera præcepti caritatis, quæ debitum nobis ipſis & proximo amorem ſpectat: de qua agemus poſtea.

I. Quandonam diligimus Deum ſuper omnia?

R. Quando ſic Deum diligimus, ut parati ſimus quidlibet pati potius quam peccare: ut & bonorum, & parentum, & amicorum, & famæ, & vitæ ipſius jacturam peccato cuilibet anteponamus.

I. Tenemurne Deum diligere ſuper omnia?

Matth. 10. 37.
R. Tenemur omnino. *Qui amat patrem aut matrem ſuper me*, inquit Chriſtus, *non eſt me dignus: & qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus*. Et alibi:
Joh. 12. 25.
Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Vel, ut habet Matth.
Matth. 10. 39.
Qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam. Et Paulus Apoſtolus hæc habet:
Rom. 8. 35.
Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti? Tribulatio? An anguſtia? An fames? An nuditas? An periculum? An perſecutio? An gladius! ..... In his omnibus ſuperamus, propter eum qui dilexit nos. Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare a caritate Dei. Alia id genus plurima extant in novo Teſtamento.

I. Præceptum Caritatis novumne eſt?

R. Primum omnium eſt & antiquitate, & dignitate, & neceſſitate. Fundamentum habet in ipſa hominis natura. Jure quippe naturæ tenemur ſupremum Deo, utpote creatori, cultum & honorem exhibere. * *Non colitur Deus niſi amando*, inquit S. Auguſtinus. (D) Intellige, non coli Deum cultu perfecto niſi per caritatem. *Fide quippe, ſpe & caritate colendus Deus*, ait idem S. Doctor: quia nempe, pergit alibi, *Domus Dei, credendo fundatur, ſperando erigitur, diligendo perficitur*. Non alio ſenſu intelligendus Auguſtinus, quando non ſemel cum ipſo diximus, Deum nonniſi amando coli.

* S. Aug. Lib. de gratia novi Teſtamenti ſeu Epiſt. 140. alias 120. ad Honorat. c. 18. n. 45.
D Enchirid. c. 3. & 6. Serm. 37. c. 1. edit. nov.

I. Fuit

æternum poteſt, Deus igitur & animus quo amatur, caritas proprie dicitur purgatiſſima & conſummata, ſi nihil aliud amatur: hanc & dilectionem dici placet. Sed cum Deus magis diligitur quam animus, ut malit homo ejus eſſe quam ſuus, tunc vero animo ſummeque conſulitur, conſequenter & corpori, nobis id non errantibus aliquo appetitu ſatagentre, ſed tantum prompta & oblata ſumentibus. Caritatis autem venenum eſt, ſpes adipiſcendorum aut retinendorum temporalium. Nutrimentum ejus eſt, imminutio cupiditatis: perfectio, nulla cupiditas. Signum profectus ejus imminutio timoris, ſignum perfectionis ejus, nullus timor, quia &
1. Tim. 6. 10.
radix eſt omnium malorum cupiditas, & *conſummata dilectio foras mittit timorem*. Quiſquis igitur
1. Joh. 4. 18.
eam nutrire vult, inſtat minuendis cupiditatibus.

N. 2. Jam vero cum aliqua non peccandi conſuetudo, quod onerosum putabatur, facile eſſe perſuaſerit; incipiat guſtari dulcedo pietatis, & commendari pulchritudo virtutis, ut caritatis libertas præ ſervitute timoris immineat.

Enarrat. in Pſal. XLVII. *n.* 13. Quæ eſt virtus civitatis hujus? Qui vult intelligere virtutem hujus civitatis, intelligat viam caritatis. Ipſa eſt virtus quam nemo vincit. Hujus ignem nulli fluctus ſæculi, nulla flumina tentationis extinguunt. De hac dictum eſt.
Cant. 8. 6.
Valida eſt ſicut mors dilectio. Quomodo enim mors quando venit, reſiſti ei non poteſt, quibuslibet medicamentis occurras, violentiam mortis vitare non poteſt, qui mortalis natus eſt; ſic contra violentiam caritatis mundus nil poteſt. A contrario enim ſimilitudo data eſt de morte: quomodo enim mors ad auferendum violentiſſima eſt, ſic caritas violentiſſima eſt ad ſalvandum. Per caritatem enim multi mortui ſunt ſæculo, ut viverent Deo. Hac caritate accenſi Martyres ... quid eis fecerunt tentationes ſævientium?

Enarrat. in Pſal. L. *n.* 12. In terra viventium nos debemus habere radicem. Radix noſtra ibi ſit. In occulto eſt radix: fructus videri poſſunt, radix videri non poteſt. Radix noſtra caritas noſtra, & fructus noſtri opera noſtra: opus eſt ut opera tua de caritate procedant, tunc eſt radix tua in terra viventium.

Enarrat. in Pſal. CXXII. *n.* 1. Non præter ſpem eſſe debemus, imo cum magna fiducia præſumere, quia ſi per caritatem ipſe nobiſcum in terra eſt, per eamdem caritatem & nos cum eo in cælo ſumus. Sed diximus, quemadmodum nobiſcum ipſe in terra ſit, vocem ejus
Act. 25. 7.
diximus de cælo ſonantis: Saule, Saule, quid me perſequeris? Cum eum Saulus omnino non tangeret, ſed nec videret. Quomodo autem oſtenditur, quia & nos cum illo in cælo ſumus? Eodem ipſo Paulo Apoſto-
Coloſſ. III. 1.
lo dicente, Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens; quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.

Enarrat. in Pſal. CXLIX. *n.* 4. Eſt quædam viſio hujus temporis, erit altera viſio futuri temporis: viſio quæ modo eſt, per fidem eſt; viſio quæ futura eſt, per ſpeciem erit. Si credimus, videmus: ſi amamus, videmus: Quid videmus? Deum. Ubi eſt ipſe Deus?
1. Joh. 4. 16.
interroga Johannem: Deus caritas eſt: Benedicamus nomen ejus ſanctum; & gaudeamus in Deo, ſi gaudemus in caritate. Quiſquis habet caritatem, ut quid illum mittimus longe, ut videat Deum? Conſcientiam ſuam attendat, & ibi videt Deum. Si caritas ibi non habitat, non ibi habitat Deus: ſi autem caritas ibi habitat, Deus ibi habitat. Vult illum forte videre ſedentem in cælo; habeat caritatem, & in eo habitat ſicut in cælo. Commendamus vobis Deum, quia commendamus vos Deo. Quomodo vobis Deum commendamus? Ut diligatis eum bono veſtro, non bono ipſius. Quia malo veſtro eum non diligitis, non malo ipſius. Non enim minus habebit Deus divinitatem, ſi homo in illum non habeat caritatem. Tu creſcis ex Deo; non ille ex te: & tamen tantum nos dilexit prior, antequam eum diligeremus, ut Filium ſuum unicum cum mitteret mori pro nobis.

(D) S. BERN. *Tract. de dilig. Deo, cap.* 2. *n.* 6. Ceterum pene a propoſito longe nimis digreſſi ſumus, dum demonſtrare ſatagimus, eos quoque qui Chriſtum neſciunt, ſatis per legem naturalem ex perceptis bonis corporis animæque moneri, quatenus Deum propter Deum & ipſi diligere debeant. Nam ut breviter quæ ſuper hoc dicta ſunt, iterentur: quis vel infidelis ignoret ſuo corpori non ab alio in hac mortali vita ſupradicta illa neceſſaria miniſtrari, unde videlicet ſubſiſtat, unde videat, unde ſpiret, quam ab illo
Pſal. 135. 25.
qui dat eſcam omni carni, *Qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos?*
Matt. 5. 45.
Quis item vel impius putet alium ejus quæ in anima ſplendet, humanæ dignitatis auctorem, præter illum ipſum qui in Geneſi loquitur,
Gen. 1. 26.
Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram? Quis alium ſcientiæ largitorem exiſtimet, niſi æque ipſum,
Pſalm. 93. 10.
qui docet omnem ſcientiam? Qui rurſum minus ſibi aliunde virtutis aut putet datum, aut ſperet dandum quam de manu itidem Domini virtutum? Meretur ergo amari propter ſeipſum Deus & ab infideli: qui etſi neſciat Chriſtum, ſcit tamen ſeipſum. Proinde inexcuſabilis eſt omnis etiam infidelis, ſi non diligit Dominum Deum ſuum ex toto corde, tota anima, tota virtute ſua. Clamat nempe intus ei innata & non ignota rationi juſtitia, quia ex toto ſe illum diligere debeat, cui ſe totum debere non ignorat. Verum difficile, imo impoſſibile eſt, ſuis ſcilicet quempiam liberive arbitrii viribus ſemel accepta a Deo, ad Dei ex toto convertere voluntatem: & non magis ad propriam
Phil. 2. 21.
retorquere, eaque ſibi tanquam propria retinere, ſicut
Gen. 8. 21.
ſcriptum eſt: Omnes quæ ſua ſunt quærunt; & item, Proni ſunt ſenſus & cogitationes hominis in malum.

ORIGENES *Hom.* 14. *in Num. cap.* 23. *in fine*. Sive prophetiæ abolebuntur, ſive linguæ ceſſabunt, ſive
1. Cor. 13. 8.
ſcientia deſtruetur. Et quid eſt ergo quod permanet? Fides, inquit, ſpes, & caritas: major autem horum, caritas. Et ſola, inquit, caritas eſt, quæ nunquam excidit. Ideo ſuper prophetiam, ſuper ſcientiam, ſuper fidem, ſuper ipſum etiam martyrium, ut Paulus docet, caritas habenda eſt, & caritas excolenda: quia & Deus caritas eſt, & Chriſtus filius ejus caritas eſt.

S. AUGUST. *Epiſt.* 167. *alias* 29. *ad Hieronym. cap.* 3. *n.* 11.

Digitized by Google

I. Fuitne præceptum hoc Judæis cognitum?

R. Fuit. Primum hoc eſt & maximum manda-
Deut. 6. 5. tum in lege; cujus hæc verba ſunt. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. 6. Eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: 7. Et narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens. 8. Et ligabis ea quaſi ſignum manu tua &c.*

Hoc ipſum mandatum dedit Chriſtus Chriſtianis, aitque poſſe neminem ad vitam ingredi, niſi
Mat.19.17. illud ſervaverit. *Si vis ad vitam ingredi ſerva mandata, præcepta noſti: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Et interroganti, *quod eſſet manda-*
Mat.22.36. 37. *tum magnum in lege?* ait: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum, & primum mandatum.*

I. Quis ſenſus eſt horum verborum, *Diliges Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, &c.* Pars II. Sect. II. Cap. IV. §. 1.

R. Senſus eſt, ad Deum referri oportere omnia cordis deſideria, omnes liberas mentis cogitationes, omnes omnino vitæ actus. Quemadmodum voluptarius refert omnia ad voluptatem, & avarus refert omnia ad divitias. Non vult Deus cor noſtrum ſcindi in duas partes, ita ut partem unam Deus, partem alteram creatura poſſideat. Cor totum pro ſuo jure poſtulat. *Nemo poteſt duobus* Mat. 6. 24.
dominis ſervire. (E) E

I. Quis ſenſus eſt horum verborum quos retuliſti ex Moyſe: *Erunt verba hæc in corde tuo, & meditaberis in eis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens: & ligabis ea quaſi ſignum in manu?*

R. His Moyſis verbis non obſcure innuitur, hoc

n. 11.... Quid autem eſt pietas; niſi Dei cultus? Et
1.Tim. 1.5. unde ille colitur, niſi caritate? Caritas igitur de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta, magna & vera virtus eſt, quia ipſa eſt, & finis præcepti. Me-
Cant. 8. 6. rito dicta eſt, *Fortis ſicut mors*: ſive quia nemo eam vincit, ſicut mortem, ſive quia in hac vita uſque ad mor-
Joh. 15. 13. tem eſt menſura caritatis, ſicut Dominus ait, *majorem hac caritatem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*; ſive potius, quia ſicut mors animam avellit a ſenſibus carnis, ſic caritas a concupiſcentiis carnalibus.

Epiſt. 155. *alias* 52. *ad Macedonium cap.* 4. *n.* 13. Quamquam in hac vita virtus non eſt, niſi diligere quod diligendum eſt. Id eligere, prudentia eſt; nullis inde averti moleſtiis, fortitudo eſt; nullis illecebris, temperantia eſt; nulla ſuperbia, juſtitia eſt. Quid autem eligamus quod præcipue diligamus, niſi quo nihil melius invenimus? Hoc Deus eſt, cui ſi diligendo aliquid, vel præponimus, vel æquamus, nos ipſos diligere neſcimus. Tanto enim nobis melius eſt, quanto magis in illum imus, quo nihil melius eſt. Imus autem non ambulando, ſed amando. Quem tanto habebimus præſentiorem, quanto eumdem amorem, quo in eum tendimus, potuerimus habere puriorem: nec enim locis corporalibus, vel extenditur, vel includitur. Ad eum ergo qui ubique præſens eſt & ubique totus, non pedibus ire licet, ſed moribus. Mores autem noſtri, non ex eo quod quiſque novit, ſed ex eo quod diligit, dijudicari ſolent. Nec faciunt bonos, vel malos mores, niſi boni, vel mali amores. Pravitate ergo noſtra, a rectitudine Dei longe ſumus. Unde rectum amando corrigimur, ut recto recti adhærere poſſimus.

N. 15. Nemo niſi Deum diligendo, diligit ſeipſum.

Epiſt. 140. *alias* 120. *ad Honoratum, ſeu de gratia novi Teſtamenti, c.* 18. *n.* 45... Quis autem veraciter laudat, niſi qui ſinceriter amat?.. Porro pietas cultus Dei eſt, nec colitur ille niſi amando. Summa igitur & vera ſa-
Mat.22.37. pientia eſt in præcepto illo primo, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.*

(E) Origenes *in Luc. lib.* 3. *Homil.* 25. Ne diligas hominem ex tota anima tua, & ex tota virtute tua: ne ames Angelum de toto corde, de tota anima, de tota virtute, ſed præceptum juxta eloquium Salvatoris ſoli
Mat.22.37. ſerva Deo. Diliges enim, inquit, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Reſpondeat mihi aliquis, & dicat: Salvator
Ibid. præcipit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & proximum tuum tanquam teipſum. Volo diligere Chriſtum... Diliges Dominum Deum tuum in Chriſto.

S. Aug. *Lib.* 1. *de doctrina Chriſtiana, c.* 22. *num.* 20. In his igitur omnibus rebus illæ tantum ſunt quibus fruendum eſt, quas æternas atque incommutabiles commemoravimus; ceteris autem utendum eſt, ut ad illarum perfruitionem pervenire poſſimus.

N. 21. Sed nec ſeipſo quiſquam frui debet, ſi liquido advertat, quia nec ſeipſum debet propter ſeipſum diligere, ſed propter illum quo fruendum eſt. Tunc eſt quippe optimus homo, cum tota vita ſua pergit in incommutabilem vitam, & toto affectu inhæret illi: ſi autem ſe propter ſe diligit, non ſe refert ad Deum, ſed ad ſeipſum converſus, non ad incommutabile aliquid convertitur: & propterea jam cum defectu aliquo ſe fruitur; quia melior eſt cum totus hæret atque conſtringitur incommutabili bono, quam cum inde vel ad ſeipſum relaxatur. Si ergo te ipſum non propter te debes diligere, ſed propter illum ubi dilectionis tuæ rectiſſimus finis eſt, non ſuccenſeat alius homo, ſi etiam ipſum propter Deum diligis. Hæc enim regula dilectionis divinitus conſtituta eſt: *Diliges*, inquit, *proximum tuum ſicut te ipſum: Deum vero ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente*, ut omnes cogitationes tuas, & omnem vitam, & omnem intellectum in illum conferas, a quo habes ea ipſa quæ confers. Cum autem ait, *toto corde, tota anima, tota mente*, nullam vitæ noſtræ partem reliquit, quæ vacare debeat, & quaſi locum dare, ut alia re velit frui; ſed quidquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quo totus dilectionis impetus currit. Quiſquis ergo recte proximum diligit, hoc cum eo debet agere, ut etiam ipſe toto corde, tota anima, tota mente diligat Deum. Sic enim eum diligens tamquam ſeipſum, totam dilectionem ſui & illius refert in illam dilectionem Dei, quæ nullum a ſe rivulum duci extra patitur, cujus derivatione minuatur.

Enarr. in Pſ. cxxi. *n.* 10. Fortis res eſt dilectio. Ipſa eſt virtus noſtra: quia ſi in illa non fuerimus, nihil prodeſt quidquid aliud habuerimus.

Enchirid. c. 107. *num.* 31. Jam porro caritas, quam duabus iſtis, id eſt, fide ac ſpe majorem dixit Apoſtolus, quanto in quocumque major eſt, tanto melior eſt in quo eſt. Cum enim quæritur, utrum quiſque ſit homo bonus, non quæritur quid credat, aut ſperet, ſed quid amet. Nam qui recte amat procul dubio recte credit & ſperat: qui vero non amat, inaniter credit, etiamſi ſint vera quæ credit; inaniter ſperat, etiamſi ad veram felicitatem doceantur pertinere quæ ſperat: niſi & hoc credat ac ſperet, quod ſibi petenti donari poſſit ut amet. Quamvis enim ſperare ſine amore non poſſit, fieri tamen poteſt ut id non amet, ſine quo ad id quod ſperat non poteſt pervenire. Tamquam ſi ſperet vitam æternam, (quam quis non amat?) & non amet juſtitiam, ſine qua nemo ad illam pervenit. Ipſa eſt autem fides Chriſti, quam commendat Apoſtolus, quæ per dilectionem operatur, & quod in dilectione nondum habet, petit ut accipiat, quærit ut inveniat, pulſat ut aperiatur ei. Fides namque impetrat quod lex imperat. Nam ſine Dei dono, id eſt, ſine Spiritu ſancto, per quem diffunditur caritas in cordibus noſtris, jubere lex poterit, non juvare; & prævaricatorem inſuper facere, qui de ignorantia ſe excuſare non poſſit. Regnat enim carnalis cupiditas, ubi non eſt Dei caritas.

Enchirid. c. 121. *n.* 32. Omnia igitur præcepta divina referuntur ad caritatem, de qua dicit Apoſtolus: *Finis* 1.Tim. 1.5.
autem præcepti eſt caritas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Omnis itaque præcepti finis eſt caritas, id eſt, ad caritatem refertur omne præceptum. Quod vero ita fit vel timore pœnæ, vel aliqua intentione carnali, ut non referatur ad illam caritatem, quam diffundit Spiritus ſanctus in cordibus noſtris, nondum fit quemadmodum fieri oportet, quamvis fieri videatur. Caritas quippe iſta Dei eſt & proximi: & utique Mat.22.40.
in his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Adde

PARS II. SECT. II. CAP. IV. §. 1.

hoc fuiſſe Jodæis non ſecus ac Chriſtianis præceptum, ut in omnibus agerent ex intimo amoria in Deum ſenſu; ut ad Deum omnia teferrent, etiam quæ ex innata naturæ propenſione ad neceſſariam vitæ ſuſtentationem quotidie agimus.

Id ipſum a Paulo Apoſtolo præcipitur Chriſtia-
1.Cor.10.31 nis. *Sive manducatis*, inquit, *ſive bibitis, ſive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*. Quod quidem non eo ſenſu ab Apoſtolo dictum eaiſtima, ut quidquid ſit ſina caritate habituali vel etiam actuali proprie ac ſtricte dicta, eo ipſo verum ſit peccatum, nullamque in ordine ſalutia laudem mereatur. Actus quippe fidei, ſpei, timoris ſupernaturalis, aliarumque virtutum moralium, quibus homo peccator cæleſti aſpirante & adjuvante gratia ſibi ad juſtitiam viam parat, vera peccata nec ſunt nec dici poſſunt. Quamvis enim abſente caritate plenam, perfectam, ac ſaluti aſſequendæ parem laudem illa non habeant, habent tamen aliqoam etiam in ordine ſalotis, ex divina ſcilicet gratia, qua mediante eliciuntur: quam quidem gratiam Sanctus Auguſtinus interdum bonam voluntatem appellat, & amorem re-
Eſtius Comment. in c. 16. 1. ad Cor. cti. Præceptum ſcilicet dilectionis cum affirmativum ſit, non obligat ſemper ac pro ſemper, ut loquuntur ſcholæ Magiſtri. Mens igitur Apoſtoli hæc videtur eſſe, ut nihil unquam homo faciat, quod ſit contra caritatem & legem Dei; ut Deo nihil præſerat; ut cor ejus, ſicut mox dictum fuit, non ſcindatur in duas partes, ita ut partem unam Deus, partem alteram creatura poſſideat; ut omnia teferat ad Deum ſaltem indirecte & interpretative. Quidquid porro in homine boni eſt, totum illud in Deum, boni totius fontem & auctorem, quaſi proprio pondere relabitur. Atque hoc ſenſu præceptum amoris Dei negativum aliquid includere, nec ſemper & pro omni tempore obligare iidem Theologi affirmant poſt S. Thomam.
S. Thom. 2. 2. q. 24. a. 8. *Aliquis*, inquit, *totum cor ſuum ponit in Deo, ita ſcilicet quod nihil cogitet vel velit quod divinæ dilectioni ſit contrarium*. (E)

I. Ut hocce præceptum divinæ caritatis impleamus, neceſſene eſt ut mens indeſinenter de Deo cogitet?

R. Non is eſt hujus vitæ ſtatus ut mens poſſit indeſinenter Deum cogitare. Hæc eſt ſuprema Sanctorum felicitas in quam ſuſpitamus. Interea ut Deum diligamus quantum a nobis in via poſitis poſtulat, ſufficit ſi quidquid cogitamus, loqoimur, agimus, totum id referatur ad Deum directe vel indirecte. (F)

I. Peccatne qui diligit aliquid aliud ſimul cum Deo?

R. Peccat ſi non referatur dilectio ad Deum, alio-

1.Tim. 1.5. de Evangelium, adde Apoſtolos: non enim aliunde
1.Joh 6.16. vox iſta eſt, Finis præcepti eſt caritas: & Deus ca-
Mat. 5. 27. ritas. Quæcumque ego mandat Deus, ea quibus unum
1.Cor.8.1. eſt, Non mœchaberis, & quæcumque non jubentur, ſed ſpiritali conſilio monentur, ea quibus unum eſt, Bonum eſt homini mulierem non tangere: tunc recte fiunt, cum teferuntur ad diligendum Deum, & proximum propter Deum, & in hoc ſæculo, & in futuro; nunc Deum per fidem, tunc per ſpeciem, & ipſum proximum nunc per fidem.

PETRI VENERAB. *ad S. Bernard. Epiſt. inter* S. BERNARD. *Epiſt.* 229. *n.* 28. Sicut ſine fida, ſic & ſine caritate impoſſibile Deo placere.

N. 29. Inſlationem ergo omnem, ambitionem omnem, cupiditatem omnem, avaritiam omnem excludit caritas: imo per caritatem, juxta ſequentia Apoſtoli, expellitur tota ſimul iniquitas.

S. BERNARD. *Serm.* 10. *de diverſis numer.* 3. Deum vero ſi, ut dignum eſt, tota virtute, tota anima, toto corda diligimus, ipſi magis in eum pergimus, & tota feſtinatione in eum qui ineffabiliter ſupra nos eſt, properamux.

N. 4. Illud quoque veſtræ nihilominus diligentiæ conſiderandum relinquo, quod quemadmodum artus corporix cadere neceſſe eſt quam cito deſierit eos anima vegetare: ſic & eas, quas diximus, affectiones, quæ ſunt velut quædam animæ membra, ſine anima ipſius animæ (quæ Deus eſt) cadere omnino neceſſe eſt: quatenus videlicet aut ex toto non diligatur quod diligendum eſt, aut non diligatur ad quod debet, aut qnomodo debet. Sunt enim qui parentes carnaliter tantum diligunt .... ſed hujusmodi dilectio aut omnino vocanda dilectio non aſt, aut caduca eſt, & decidens in terram.

GUILLELM. Abbas a S. Theodor. *Tractat. de Vita ſolitaria ad Fratres de monte Dei*, *cap.* 15. *num.* 53. Cuſtos animæ ſuæ valde ſollicitus eſſe debet circa cuſtodiam voluntatis ſuæ, ut prudenter intelligat, & diſcernat quod in totum velit, vel volendum ſibi ſit, ſicut & amor Dei: quid propter illud, ſicut eſt amor proximi. Ut enim in illo tuta ſit omnis indiſeretio, hoc ſemper ſecundum obedientiæ regulas cauta & prudens debet eſſe dilectio. In dilectione quippa Dei non alia ratio, non alia diſcretio eſt, niſi ut ſicut ille eum dilexiſſet nos, in finem dilexit nos: ſic, ſi fieri poteſt, in infinitum diliga-
Pſ. 111. 1. mus eum nos, ſicut Beatus vir qui in mandatis ejus cupit nimis.

B. OGERIUS Abbas *Serm.* 1. *in ult. cœna*, *tom.* 2. *oper.* S. BERN. *num.* 2. In ejus dilectione modus amoris nullus eſſe debet. Sinc modo te dilexit: ſine modo eum diligere debes. Modum dilectionis exceſſit te diligendo, pro te moriendo: quantum eum diligere debes non potes. Dilige eum ex toto corde, ea tota mente & omni anima, & omnibus viribus tuis. Hoc tantum quærit: hoc fac & vives.

(E) S. THOM. 1. 2. *quæſt.* 10. *art.* 10. *ad* 2. Sub præcepto caritatis continetur, ut diligatur Deus ex toto corde; ad quod pertinet, ut omnia referantur in Deum; & ideo præceptum caritatis implere homo non poteſt, niſi etiam omnia referuntur in Deum. Si ergo qui honorat parentes, tenetur ex caritate honorare, non ex vi hujus præcepti, quod eſt honora-
re parentes; ſed ex vi hujus præcepti, *Diliges Do-* Deut. 5. 16.
minum tuum ex toto corde tuo: & cum iſta ſint duo Deut. 6. 5.
præcepta affirmativa (nempe diligere Deum, & honorare parentes) non obligantia ad ſemper, poſſunt pro diverſis temporibus obligare; & ita poteſt contingere quod aliquis implens præceptum de honoratione parentum, non tunc transgrediatur præceptum de omiſſione modi caritatis.

Quæſt. 88. *art.* 1. *ad* 2. Dicendum quod illud præceptum Apoſtoli eſt affirmativum: unde non obligat ad ſemper; & ſic non facit contra hoc præceptum, quicumqua actu non refert in gloriam Dei omne quod facit: ſufficit ergo qnod aliquis habitualiter referat ſe & omnia ſua in Deum, ad hoc quod non ſemper mortaliter peccet, cum aliquem actum non refert in gloriam Dei actualiter.

(F) BERNARDI *cujusdam Tractat. de Stat. virtut.* *tom.* 2. *operum* D. BERNARD. *part.* 3. *num.* 3. Nulla virtus ſine caritate roboratur, immo in peccatum vertitur. Peritus enim ſine caritate ſtultus eſt, & idiota quilibet, ſi caritatem habet, valde doctus eſt, divina Scriptura teſtante: ille tenet & quod patet, & quod latet in divinis ſermonibus qui caritatem tenet in moribus ...... Caritas ergo mira, pulchra, optima, docet & operatur. Docet enim ut ſemper diligatur quod diligendum eſt, ut nunquam diligatur quod diligendum non eſt, nec amplius diligatur aliquid reſpectu hujus rei quod æqualiter vel minus diligendum eſt, nec æqualiter quod minus vel amplius, nec minus quod æqualiter vel amplius.

S. THOMAS 2. 2. *quæſt.* 24. *art.* 8. *in corpore*. Ex parte diligentis tunc eſt caritas perfecta, quando diligit tantum quantum poteſt. Quod quidem contingit triplicitet: uno modo ſic, quod totum cor hominis actualiter ſemper feratur in Deum, & hæc eſt perfectio caritatis patriæ; quæ non eſt poſſibilis in hac vita, in qua impoſſibile eſt propter humanæ vitæ infirmitatem ſemper actu cogitare de Deo & moveri dilectiona ad ipſum. Alio modo, ut homo ſtudium ſuum deputet ad vacandum Deo, & rebus divinis, prætermiſſis aliis; niſi quantum neceſſitas præ-

Digitized by Google

alioqui talis dilectio bona eſt, imo & a Deo præcepta: tenemur enim & proximum diligere, ut
G infra dicemus. (G)

I. Qui tranſgreditur præceptum divinæ caritatis peccatne mortaliter?

R. Aliquando mortaliter peccat, aliquando venialiter, pro modo tranſgreſſionis. Mortaliter quidem ſi per tranſgreſſionem extinguatur omnino in corde caritas. Venialiter vero, ſi levis tranſgreſſio ſit, nec per eam extinguatur caritas

diffuſa

Pars II. Sect. II. Cap. IV. § I.

præſentis vitæ requirit. Et iſta eſt perfectio caritatis, quæ eſt poſſibilis in via; non tamen eſt communis omnibus habentibus caritatem, tertio modo, ita quod habitualiter aliquis totum cor ſuum ponat in Deu; ita ſcilicet, quod nihil cogitet, vel velit quod divinæ dilectioni ſit contrarium, & hæc perfectiu eſt communis omnibus caritatem habentibus.

Quæſt. 44. art. 4. in corp. Deus eſt diligendus ſicut finis ultimus, ad quem omnia ſunt referenda. Et ideo totalitas quædam fuit deſignanda circa præceptum de dilectione Dei.

Ad ſecundum. Dupliciter contingit, ex toto corde Deum diligere. Uno quidem modo in actu: id eſt, ut totum cor hominis ſemper actualiter in Deum feratur: & ita eſt perfectio patriæ. Alio modo ut habitualiter totum cor hominis in Deum feratur: ita ſcilicet, quod nihil contra Dei dilectionem cor hominis recipiat: & hæc eſt perfectio viæ; cui non contrariatur peccatum veniale, quia non tollit habitum caritatis, cum non tendat in oppoſitum objectum, ſed ſolum impedit caritatis uſum.

Ad 3. Homo quantum poſſibile eſt, ſe abſtrahat a rebus temporalibus, etiam licitis, quæ occupando animum, impediunt actualem motum cordis in Deum.

Quæſt 44. art. 5. In concluſ. Convenienter nobis præcipitur, ut Deum diligamus ex toto corde, id eſt, ut tota noſtra in Deum referatur intentio: & ex tota mente, id eſt, ut noſter intellectus Deo ſubdatur: & ex tota anima, videlicet ut omnis noſter appetitus dirigatur ſecundum Deum: ex tota fortitudine, id eſt, ut omnis noſter exterior actus Deo ſubdatur.

In corpore... Præcipitur ergo nobis, ut tota noſtra intentio feratur in Deum, quod eſt, ex toto corde; quod intellectus noſter ſubdatur Deo, quod eſt, ex tota mente: & quod appetitus noſter reguletur ſecundum Deum, quod eſt, ex tota anima: & quod exterior actus noſter obediat Deo, quod eſt tota fortitudine, vel virtute, vel viribus Deum diligere.

(G) Origenes *Proleg. in Cant. Cantic.* Sciendum ergo eſt quod hæc caritas quæ Deus eſt, cum in aliquo fuerit, nihil terrenum, nihil materiale, nihil corruptibile diligit. Contra naturam namque eſt ejus corruptibile aliquid diligere, cum ipſa ſit incorruptionis fons. Ipſa eſt enim ſola quæ habet immortalitatem. Siquidem Deus caritas eſt, qui *ſolus habet immortalitatem, lucem habitans inacceſſibilem.* Quid autem aliud immortalitas niſi vita æterna eſt, quam daturum ſe promittit Deus credentibus in ipſum ſolum verum Deum, & quem miſit Jeſum Chriſtum Filium ejus? Propterea ergo in primis & ante omnia hoc amabile & placitum dicitur eſſe Deo, ut quis diligat Dominum Deum ſuum ex toto corde ſuo, & ex tota anima ſua, & ex totis viribus ſuis. Et quia Deus caritas eſt, & Filius qui ex Deo eſt, caritas eſt, ſui ſimile aliquid requirit in nobis: ut hanc caritatem quæ eſt in Chriſto Jeſu, qui eſt caritas, velut cognata quadam per caritatis nomen affinitate ſortiamur: ſicut & ille qui jam conjunctus ei dicebat: Quis nos ſeparabit a caritate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro? Hæc autem caritas omnem hominem proximum diligit.. Etenim natura omnes nobis invicem proximi ſumus. Operibus vero caritatis fit proximus ille qui poteſt benefacere, & qui non poteſt, unde & Salvator noſter factus eſt proximus nobis, nec pertranſivit nos cum ſemineces ex latronum vulneribus jaceremus. Igitur ſciendum eſt Dei caritatem ſemper ad Deum tendere a quo originem duxit, & ad proximum reſpicere, cum quo participium gerit, utpote ſimiliter creatum in corruptione... Oſtenditur res quidem Dei, & munus ejus eſſe caritas, non tamen ſemper ab hominibus, ad ea quæ Dei ſunt & quæ Deus vult, opus ejus aſſumi. Sed & hoc ſcire oportet, quod impoſſibile eſt, ut non ſemper humana natura aliquid amet. Omnis namque qui ad id ætatis venerit, quam pubertatem vocant, amat aliquid ſeu minus recte, cum amat quæ non oportet: ſeu recte & utiliter, cum amat quæ oportet... Si enim quod bonum eſt, hoc & probabile eſt: bonum autem proprie non erga uſus corporeos, ſed in Deo primum & animi virtutibus intelligitur: conſequenter ille amor probabilis eſt, qui Deo & animi virtutibus coaptatur. Et hoc ita ſe habere definitione ipſius Salvatoris oſtenditur, ubi interrogatus a quodam, quod eſſet mandatum omnium maximum & primum in lege, reſpondit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis. Secundum vero ſimile eſt illi: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Et adjecit: In his duobus mandatis omnis lex pendet & Prophetæ: oſtendens per hæc duo juſtum amorem legitimumque conſtare, atque in his univerſam legem Prophetaſque pendere. Sed & quod ait: Non adulterabis: Non occides: Non furtum facies: Non falſum teſtimonium dices, & ſi quod aliud mandatum, in hoc verbo reſtauratur, in quo ait: Diliges proximum tuum ſicut teipſum, quod hoc modo facilius explanabitur. Ponamus verbi cauſa mulierem amore alicujus viri ardentem, cupientemque in conſortium ejus adſciſci, nonne omnia ita aget, & omnes motus ſuos ita temperabit, ut ſcit illi placere quem diligit, ne forte ſi in aliquo contra voluntatem illius egerit, conſortia vir ille optimus refutet atque ſpernat? Poteritne hæc mulier quæ erga amorem viri illius toto corde, tota anima, totiſque viribus fervet, aut adulterium committere, quæ eum noverit amare pudicitiam? Aut homicidium, quæ cognoverit mitem? Aut furtum, quæ ei ſciat liberalitatem placere? Aut concupiſcet aliena, quæ omnes ſuas concupiſcentias erga amorem viri illius habeat occupatas! Sic ergo in caritatis perfectione, & omne mandatum reſtaurari dicitur, & legis virtus Prophetarumque pendere. Propter iſtud caritatis vel amoris bonum, ſancti nec in tribulatione anguſtiantur, nec aporiati exaporiantur, nec dejecti pereunt, ſed quod in præſenti eſt momentaneum, & leve tribulationis eorum ſupra modum æternum gloriæ pondus operatur illis. Non enim omnibus, ſed Paulo & his qui ei ſimiles ſunt, præſens hæc & momentanea ac levis dicitur tribulatio: quia perfectam caritatem Dei in Chriſto Jeſu per Spiritum ſanctum habent in corde ſuo diffuſam. Sic denique & Jacob Patriarcham amor Rachel per ſeptem annos continuos in laboribus poſitum diurni æſtus, & nocturni frigoris uſtionem ſentire non ſivit. Sic ipſum Paulum in amore hujus inceuſum audite dicentem: Caritas omnia patitur, omnia credit, omnia ſperat, omnia tolerat, caritas numquam cadit. Nihil ergo eſt quod non toleret, qui perfecte diligit. Plura autem quando non toleramus, certum quod ob hoc quia caritatem quæ omnia tolerat, non habemus. Et ſi non ferimus aliqua patienter; idcirco eſt quia caritas nobis deeſt, quæ omnia patitur. In luctamine quoque eo quod eſt nobis adverſus diabolum, quod frequenter cadimus, non dubium eſt quin ob hoc fiat quod non eſt in nobis caritas illa quæ numquam cadit.

Mat. 22. 37.
Ibid. 39.
Ibid. 40.
Matth. 16.
Geneſ. 29.

Homil. 2. in Cant. cantic. paulo poſt medium. Ordinate in me caritatem. Eleganter loquutus eſt, ordinate. Plurimorum quippe inordinata eſt caritas, quando quod in primo loco debent diligere, diligunt in ſecundo: quod in ſecundo, diligunt in primo: & quod oportet amare in quarto, amant in tertio, & rurſus tertium in quarto, & eſt in pleriſque caritatis ordo perverſus. Sanctorum vero caritas ordinata eſt. Volo ad intelligendum hoc quod dictum eſt, ordinate in me caritatem, aliqua exempla replicare. Te vult divinus ſermo diligere patrem, filium, filiam, vult te ſermo divinus diligere Chriſtum, nec dicit tibi, Ne diligas liberos, ne parentibus caritate jungaris. Sed quid dicit tibi? Ordinatam habeas caritatem, ne primum patrem, aut matrem, deinde me diligas, ne filii & filiæ plus quam mei caritate tenearis. Qui amat patrem aut matrem ſuper me, non eſt me dignus. Qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus, Recole conſcientiam tuam de patris, matriſve affectu, & conſidera qualem circa ſermonem Dei & Jeſu, habeas caritatem, ſtatim deprehendes magis te filium aut filiam diligere, quam Verbum; magis te parentes amare quam Chriſtum. Quis putas ita proficit ex nobis, ut præcipuam, & primam inter omnia ſermonis Dei habeat caritatem? Qui in ſecundo loco liberos ponat, juxta hunc modum, Ama uxorem tuam. Nullus quippe aliquando

Cant. 11.
Mat. 10. 37.

ſuam

PARS II. SECT. II. CAP. VI. §. 1.

diffuſa in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum. (H)

I. Deumne diligit, quiſquis dicit Deo, Diligo te?...

H *R.* Non diligitur Deus niſi corde & opere diligatur. *Non diligamus verbo, neque lingua*, inquit Apoſtolus, *ſed opere & veritate*: probanda factis dilectio. Omnia ad Deum referenda, ut ſupra diximus,
I alioqui non diligitur Deus. (I)

I. Numquid ſaltem utile eſt noſtrum erga Deum amorem verbis prodere, & actus amoris, ut vocant, elicere?

R. Actus amoris non modo utiles ſunt ſed & neceſſarii. Iis enim indiget humana infirmitas, ut ad diligendum Deum excitetur. Ergo actus illi identidem eliciendi. Sed omnino neceſſe eſt ut diligamus Deum omni tempore. Quod ſi Deum verbo, non facto diligimus, mentimur. (K) K

I. Qui Deum ideo diligit quia expectat ab eo bona temporalia, diligitne Deum caſte? impletne præceptum dilectionis?

R. Si quis non alium habeat finem dilectionis quam ſpem temporalium bonorum, is Deum proprie non diligit, ſed bona illa. Nec Deum ſpectat niſi ut inſtrumentum quo indiget ad obtinenda hæc bona. (L) L

I. Qui

1.*Cor.*6.16. ſuam carnem odio habuit, ſed amat ut carnem: *Et erunt*, inquit, *duo in carne una*, & non in uno ſpiritu. Ama & Deum, ſed ama illum non ut carnem & ſanguinem, ſed ut ſpiritum. Qui enim adhæret Deo, unus ſpiritus eſt. Igitur ordinata eſt caritas in perfectis. Ut autem poſt Deum etiam inter nos ordo ponatur, primum mandatum eſt, ut diligamus parentes, ſecundum ut filios, tertium ut domeſticos noſtros. Si autem filius malus eſt, & domeſticus bonus, domeſticus in caritate filii collocetur. Et ita fiet ut Sanctorum ordinata ſit caritas. Magiſter quoque & Dominus noſter in Evangelio præcepta de caritate conſtituens, ad uniuſcujuſque dilectionem proprium aliquid appoſuit, & dedit intelligentiam ordinis his qui poſſunt audire Scripturam dicentem:
*Matt.*22.37 Ordinate in me caritatem. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota mente tua, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Et diliges proximum tuum ſicut teipſum, non proximum ex toto corde, ex tota
Matt. 5.44. anima, & ex tota virtute, & ex tota mente. Rurſus, inquit: Diligite inimicos veſtros, & non appoſuit ex toto corde. Non eſt inordinatus ſermo divinus, nec impoſſibilia præcepit, nec dicit, Diligite inimicos veſtros ut voſmetipſos. Sed tantum, Diligite inimicos veſtros, ſufficit quod eos diligimus, & odio non habemus. Proximum vero ut teipſum. Porro Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, & ex tota virtute. Si
Cant. 11. 4. hæc intellexeris, & intellecta compleveris, feciſti quod ſponſi ſermone præcipitur: Introducite me in domum vini, ordinate in me caritatem.

S. AUGUST. *Lib* 10. *Confeſſ. cap.* 29. *num.* 40. Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat.

Lib. 2. *de Diverſ. quæſt. ad Simplician. quæſt.* 1. *num.* 10. Non autem bene utitur, (*donis Dei & rebus creatis*) niſi caritas.

In Pſal. XC. *Serm.* 1. *num.* 8. Quæ eſt radix (omnis boni) caritas. Hoc enim dicit Apoſtolus, Ut in cari-
Eph. 3. 17. tate radicati, & fundati. Quomodo enim radix om-
1. *Tim.* 6. 10. nium malorum cupiditas, ſic radix omnium bonorum caritas eſt.

1.*Cor.*13.3. *Enarrat. in Pſal.* CXLVI. *n.* 10. Si diſtribuero, inquit, omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Qui ergo non habet caritatem, etſi ad tempus habet hæc dona, auferentur ei. Auferetur quod habet, quia quiddam hoc non habet, unde cetera te-
*Matt.*13.12 neantur, & ipſe non pereat. Quid eſt illud quod modo ait Dominus, Qui habet, addetur ei: qui autem non habet auferetur ab eo? Qui ergo non habet, & quod habet auferetur ab eo. Habet gratiam poſſidendi, ſed non habet caritatem utendi: quia ergo illud non habet, & quod habet auferetur ab eo.

S. LEO MAGN. *Serm.* 18. *de Jejun.* x. *menſis & eleemoſyn. cap.* 3. Meminerit primam dilectionem Deo, ſecundam deberi proximo, omneſque affectus ſuos hac regula dirigendos: ut nec a cultu recedat Domini, nec ab utilitate conſervi. Quomodo autem Deus colitur, niſi ut quod ipſi placeat, placeat & nobis; nec ab ejus imperio noſter umquam reſolvet affectus? Quoniam ſi hoc, quod ille vult volumus, ab illo ſumet infirmitas noſtra virtutem, a quo ipſam accepimus voluntatem. *Deus eſt enim*, ſicut ait Apoſtolus, *qui operatur in nobis, & velle & perficere pro bona voluntate*. Nec ſuperbia denique homo inflabitur, nec deſperatione frangetur, ſi bonis divinitus datis, in gloriam dantis utatur; & ab iis deſideria ſua revocet, quæ ſibi nocitura cognoſcit.

Serm. 37. *in Epiphan. ſolem.* VIII. *cap.* 4. Scientes, di-
Philip. 11. 13. lectiſſimi, quoniam *caritas Deus eſt*, *qui operatur omnia in omnibus*, ſectamini caritatem, ita ut in unum caſtæ dilectionis affectum, univerſorum fidelium corda concurrant. Tranſeant a nobis humana, ne nos occupent. Conſtanti deſiderio ad ea quæ ſunt ſemper manſura, tendamus.

(H) S. THOMAS 2. 2. *q.* 44. *artic.* 4. *in corpore ad* 2. *&* 3. *Vide ſupra hocce* §. *lit.* (F)

(I) S. AUG. *Lib.* 1. *de Doctrina Chriſtiana*, *c.* 22. *n.* 20. *&* 21. *Vide ſupra lit.* (E) *hocce* §.

S. BERNARD. *Serm.* 20. *in Cant. numer.* 1. *Qui non* 1. *Cor.* 16.
amat Dominum Jeſum, *anathema ſit* Valde omnino 22.
mihi amandus eſt, per quem ſum, vivo & ſapio... Dignus plane eſt morte, qui tibi, Domine Jeſu, recuſat vivere, & mortuus eſt: qui tibi non ſapit, deſipit; & qui curat eſſe niſi propter te, pro nihilo eſt, & nihil eſt.... Propter temetipſum Deus feciſti omnia, & qui eſſe vult ſibi & non tibi, nihil eſſe incipit inter omnia.

N. 2... Super omnia reddit amabilem te mihi, Jeſu bone, calix quem bibiſti, opus noſtræ redemptionis. Hoc omnino amorem noſtrum facile vindicat totum ſibi.

N. 4. Diſce amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter... Zelum tuum inflammet caritas, informet ſcientia, firmet conſtantia. Sit fervidus, ſit circumſpectus, ſit invictus. Nec teporem habeat, nec careat diſcretione, nec timidus ſit. *Diliges Dominum Deum* *Deut.* 6. 5.
tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.... Dilige ergo Dominum Deum tuum toto & pleno cordis affectu: dilige tota rationis vigilantia, & circumſpectione: dilige & tota virtute, ut nec mori pro ejus amore pertimeſcas... Sit ſuavis & dulcis affectui tuo Dominus Jeſus.... Sit etiam fortis, & conſtans amor tuus, nec cedens terroribus, nec ſuccumbens laboribus.

N. 5. Ergo non abduci blanditiis, nec ſeduci fallaciis, nec injuriis frangi, toto corde, tota anima, tota virtute diligere eſt.

(K) PSAL. LXXVII. 36. Dilexerunt eum in ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt ei.

(L) S. AUG. *in Pſal.* XLIII. *n.* 15. *in fine*... Exigitur ergo a te, ut & tu gratis eum colas: non quia dat temporalia, ſed quia præſtat æterna.

In Pſal. LII. *num.* 8. Deus gratis ſe vult coli, gratis ſe vult diligi, hoc eſt caſte amari; non propterea ſe amari, quia dat aliquid præter ſe, ſed quia dat ſe. Qui ergo invocat Deum ut dives fiat, Deum non invocat; hoc enim invocat quod ad ſe vult venire... Nam cum dicis, da mihi divitias, non dicis ut ipſe Deus ad te veniat, ſed vis ut divitiæ veniant ad te... Quid tibi proſunt exteriores divitiæ, ſi te interior premit egeſtas? Ergo iſti qui propter ſæcularia commoda, qui propter terrena bona, qui propter vitam præſentem, & terrenam felicitatem invocant Deum, non invocant Deum.

In Pſal. LV. *num.* 17. Nos ergo Deum amemus, fratres, & pure & caſte. Non eſt caſtum cor, ſi Deum ad mercedem colit. Quid ergo? Mercedem de Dei cultu non habebimus? Habebimus plane, ſed ipſum Deum quem colimus. Ipſe nobis merces erit, quia videbimus eum ſicuti eſt.. Noli extra eum aliquid ab eo quærere. Ipſe tibi ſufficit. Quantumlibet ſis avarus, ſufficit tibi Deus... Deus quomodo caſte diligendus eſt, verus & verax animæ maritus ad prolem ſempiternæ vitæ vere fœcundans, & ſteriles nos non eſſe permittens? Illum ergo ſic diligamus, ut aliud præter ipſum non diligatur.

In Pſal. LXXII. *n.* 31. *&* 34. *Vide ſupra c. prælimınar. hujuſce partis lit.* (K)

In Pſal. LXXIX. *num.* 14... Quid amas, ut Deum non ames? Dic mihi: ama, ſi poteſt, aliquid quod ille non fecit; circumſpice univerſam creaturam, vide utrum ali-

I. Qui Deum ideo diligit quia expectat ab eo bona æterna, eſtne pura & caſta hujus dilectio?

R. Bona æterna nihil aliud ſunt quam Deus ipſe: ideoque qui Deum propter bona æterna diligit, Deum diligit propter ipſum, adeoque pure & caſte. (M)

M

I. Quinam illi ſunt qui peccant contra præceptum divinæ caritatis?

R. Qui aliquid aliud amant quod propter Deum non diligitur. Qui diligunt mundum ſerviuntque ejus cupiditatibus. Uno verbo nullum eſt peccatum quod non ſit dilectionis Dei transgreſſio vel lethalis vel venialis. Peccati enim ratio in eo poſita eſt quod diligatur creatura præ Deo. Si ſic diligitur creatura ut extinguatur omnino caritas, lethalis transgreſſio eſt. Si ſecus, venialis. (N)

N

§. 2. *De Amore ſui ipſius.*

I. Tenemurne per præceptum caritatis nos-metipſos diligere?

R. Tenemur. Id patet ex his verbis præcepti: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Quæ quidem impleri nullatenus poſſent, niſi nosmetipſos, ut par eſt, diligamus. (A)

A

I. Quomodo debemus nosmetipſos diligere?

R. Pro-

alicubi cupiditatis viſco tenearis, & a diligendo Creatore impediaris, niſi ea te quam creavit ipſe quem negligis. Quare autem amas iſta, niſi quia pulchra ſunt? Poſſunt eſſe tam pulchra, quam ille a quo facta ſunt? Miraris hæc, quia illum non vides: ſed per ea quæ miraris, ama quem non vides. Interroga creaturam, ſi ab ipſa eſt, remane in illa: ſi autem ab illo eſt, non ob aliud perniciosa eſt amatori, niſi quia præponitur Creatori. Quare hoc dixi? .... Fratres, mortui erant, qui propterea Deum colebant, ut eis ſecundum carnem bene eſſet: ſapere enim ſecundum carnem mors eſt: & mortui ſunt, qui non Deum gratis colunt, id eſt, quia ipſe bonus eſt, non quia dat talia bona, quæ dat & non bonis.

(M) S. AUG. *in Pſal.* LVI. *num.* 17. *Vide ſupra lit.* (L) *hucce* §.

In Pſal. LXVII. *n.* 31. *&* 34. *Vide ſupra in c. proxim. hujuſce partis lit.* (K)

In Pſal. CXXXIV. *num.* 11. *Vide ſupra lit.* (C) *hujuſce* §.

Epiſt. 189. *alias* 205. *ad Boniſac. n.* 2... Dilige Dominum Deum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota virtute tua; & dilige proximum tuum tamquam teipſum ... *In his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ.* In hac ergo dilectione quotidie profice, & orando, & bene agendo, ut ipſo adjuvante qui eam præcepit, atque donavit, nutriatur & creſcat, donec hæc te perfecta perficiat. Ipſa eſt enim caritas, quæ ſicut Apoſtolus dicit, *Diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Ipſa eſt de qua item dicit, *Plenitudo legis caritas.* Ipſa eſt per quam fides operatur.

Matth. 22. 37. & 40.

Rom. 5. 5.

N. 3. In hac ergo omnes ſancti Patres noſtri & Patriarchæ & Prophetæ & Apoſtoli placuerunt Deo. In hac omnes veri Martyres uſque ad ſanguinem contra diabolum certaverunt, & quia in eis non refriguit nec defecit, ideo vicerunt. In has omnes fideles boni quotidie proficiunt, pervenire cupientes ... ad regnem cælorum ... ad ſempiternam hæreditatem ... ad divitias incorruptibiles Angelorum ... ad videndem Deum, cujus ſuavitas & delectatio excedit non ſolum omnem terreſtrium, verum etiam cæleſtium corporum pulchritudinem. Excedit omnem decorem animarum quantumlibet ſanctarum atque juſtarum. Excedit omnem ſpeciem ſupernorum Angelorum atque Virtutum. Excedit quidquid de illo non ſolum dicitur, verum etiam cogitatur.

Serm. 178. *cap.* 10. *num.* 11. Amor caſtus in te eſſe debet, quo amore deſideres videre, non cælum & terram, non campos liquidos maris, non ſpectacula nugatoria, non fulgores nitoreſque gemmarum: ſed deſidera videre Deum tuum, amare Deum tuum: quia dictum eſt, Dilectiſſimi, filii Dei ſumus, & nondum apparuit quod erimus, ſcimus autem quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Ecce propter quam viſionem fac bonum, ecce propter quam noli facere malum. Si enim amas videre Deum tuum, ſi in hac peregrinatione illo amore ſuſpiras: ecce probat te Dominus Deus tuus, quaſi dicat tibi, Ecce fac quod vis, imple cupiditates tuas, extende nequitiam, dilata luxuriam, quidquid libuerit licitum puta: non hinc te punio, non te in gehennas mitto, faciem meam tantum tibi negabo. Si expaviſti, amaſti, ſi ad hoc quod dictum eſt, faciem ſuam tibi negabit Deus tuus, contremuit cor tuum, in non videndo Deum tuum magnam pœnam putaſti; gratis amaſti.

1. Joh. III.

(N) ORIGENES *Homil.* 1. *in Cant. cantic. circa finem.* Ergo ſumma perfectionis in caritate conſiſtit, caritas autem nihil iniquitatis admittit, ubi autem nihil iniquitatis eſt, ibi ſine dubio eſt æquitas. Merito ergo æquitas eſſe dicitur, quæ diligit ſponſum. Et vide ſi non ob hoc etiam videtur illud in Evangelio a Salvatore dictum: *Si diligitis me, mandata mea ſervate.* Si ergo qui diligit Chriſtum, mandata ejus cuſtodit, nulla eſt in eo iniquitas, ſed æquitas in eo permanet. Æquitas ergo eſt quæ mandata ejus cuſtodit, & diligit Chriſtum. Et rurſum: Si is qui mandata cuſtodit ipſe diligit Chriſtum, mandata autem in æquitate ſervantur, & æquitas eſt quæ diligit Chriſtum: qui iniquum aliquid gerit, neque mandata cuſtodit, neque diligit Chriſtum. Erit ergo ut quantum iniquitatis in nobis eſt, tantum longe ſimus a dilectione Chriſti, & tantum mandatorum ejus prævaricatio habeatur in nobis. Et ideo regulam quamdam directam ponamus eſſe æquitatem, ut ſi quid in nobis iniquitatis eſt, hanc adhibentes & ſuperducentes directoriam mandatorum Dei, ſi quid in nobis curvum, ſi quid tortuoſum eſt, ab hujus regulæ linea reſecetur.

Job 15. 15.

Tract. 23. *in Matth.* Qui omnia implevit quæ ſcripta ſunt de Dei dilectione, & proximi, dignus eſt maximas gratias a Deo percipere, quibus præpoſitus eſt ſapientiæ ſermo per Spiritum ſanctum, per quem ſermo ſcientiæ qui ſecundum Spiritum eſt. Dignus autem conſtitutus his omnibus donis exultat in ſapientia Dei plenum habens cor de Dei dilectione, & totam animam lumine ſcientiæ illuſtratam, & totam mentem verbo Dei. Conſecutus autem hujusmodi dona ex Deo, profecto intelligit omnem Legem & Prophetas, partem aliquam eſſe ex omni ſapientia, & ſcientia Dei, & intelligit omnem Legem, & Prophetas pendere, & adhærere a principio dilectionis Domini Dei, & proximi; & quoniam perfectio pietatis in dilectione conſiſtit, ſufficientia quidem ſunt, & iſta quæ diximus: tamen ad demonſtrationem magnitudinis ejus nihilominus convenit & iſta ſubjungere: *Caritas patiens eſt, benigna eſt.* Caritas *non inflatur, non agit perperam, non eſt ambitioſa, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitatem, congaudet autem veritati, omnia ſuſtinet, omnia credit, omnia ſperat. Caritas numquam excidit.* Nemo enim puſillanimis conſtitutus caritatem habet, nec contrarium aliquid faciens benignitati, neque zelans zelum quem habuerunt Patriarchæ adverſus Joſeph, vel Aaron & Maria contra Moyſen. Et nemo inflatus habet dilectionem, neque perperam aliquid agens, nec qui in iracundiam excitatur. Item nemo cogitans malum caritatem habet, in corde coinquinatus; qui caritatem habet, nunquam de aliqua re injuſta gaudet, ſed ſemper veritati congaudet. Qui caritatem habet, omnia accidentia ſuſtinet mala, & non pro parte credit, ſed omnia credit, & non ex parte ſperat, nec eſt quod non ſuſtinet dilectio, ſed omnia ſuſtinet.

1. Cor. 13. 4. 5. 6. 7. & 8.

B. OGERIUS Abbas *Serm.* 14. *in ult. Cœna, tom.* 6. *oper.* S. BERN. *num.* 107. Et quid eſt Deum diligere? Illi ſoli occupari, animo concipere fruendæ viſionis ejus affectum, habere peccati odium, mundi faſtidium: diligere proximum quem in ſe cenſuit diligendum, in ipſo amore ſervare legitimum modum, nec pervertere dilectionis ordinem conſtitutum. Ordinem dilectionis illi pervertunt, nec modum diligendi cuſtodiunt, qui aut mundum qui contemnendus eſt, diligunt, aut & corpora ſua minus diligenda plus diligunt; aut proximos ſuos non ſicut ſeipſos, aut Deum plusquam ſeipſos forte non diligunt.

(A) S. BERNARD. *Epiſt.* 8. *ad Brunon. num.* 1. Rectus ordo requirit ut prius propriam, deinde alienas curare ſtudeas conſcientias. Primus quippe pietatis gradus eſt, de quo ſcriptum eſt: *Miſerere animæ tuæ placens Deo.*

Eccli. 30.

R. Propter Deum. Hoc eſt, ad Deum referenda ea dilectio eſt, qua noſmetipſos diligimus. (B).

I. Qua ratione referri ad Deum poteſt hæc dilectio?

R. Ad Deum refertur, ſi felicitatem omnem noſtram in Deo collocemus: ſi ad Deum unice tendamus. (C)

I. Cur

B

Ex hoc autem ad miſerandum proximum, recto jam
tramite caritas ordinata procedit: quippe quem ad
ſui quisque menſuram amare præcipitur. Quod ſi in
hunc modum quo te hactenus ipſe amaſti, & tibi
committendos amaturus es, malo ego quidem tibi
non committi, quam ſic diligi.

Lib. 1. *de Conſider. cap.* 5. *num.* 6. Si item totus vis
eſſe omnium, illius illius qui omnibus omnia factus
eſt, laudo humanitatem, ſed ſi plena ſit. Quomodo
autem plena, te excluſo? Et tu homo es. Ergo ut
integra ſit & plena humanitas, colligat & te intra
Matth. 26. 26. ſe ſinus qui omnes recipit. Alioquin *quid tibi prodeſt*,
juxta verbum Domini, *ſi univerſos lucreris, te unum perdens?* Quamobrem cum omnes te habeant, eſto etiam
tu et habentibus unus. Quid ſolus fraudaris munere tui?
Pſ. 77. 39. Uſquequo *ſpiritus vadens & non rediens?* Uſquequo non
recipis te & ipſe inter alios vice tua? Sapientibus debitor
es; & ſoli negas te tibi? Omnes de fonte publico bibunt
pectore tuo, & tu ſeorſum ſitiens ſtabis? Si maledictus
qui partem ſuam facit deteriorem, quid ille qui ſe penitus
reddit expertem? Sane deriventur aquæ tuæ in plateas...
Sed inter ceteros bibe & tu de fonte putei tui.
Prov. 5. 17. *Alienus*, inquit, *non bibat ex eo.* Numquid tu alienus?
Eccli. 16. 5. Cui non alienus, ſi tibi es? Denique *qui ſibi nequam,
cui bonus?* Memento proinde, non dico ſemper, non dico ſæpe,
ſed vel interdum reddere teipſum tibi. Utere
tu quoque te inter multos, aut certe poſt multos.

Lib. 2. *cap.* 3. *num.* 6. A te tua conſideratio inchoet,
Matth. 16. 26. ne fruſtra extendaris in alia te neglecto. *Quid tibi prodeſt
ſi univerſum mundum lucreris, te unum perdens.* Et ſi
ſapiens ſis, deeſt tibi ad ſapientiam, ſi ſibi non fueris.
Quantum vero? Ut quidem ſenſerim ego, totum. Noveris
licet omnia myſteria, noveris lata terræ, alta cæli,
profunda maris, ſi te neſcieris, eris ſimilis ædificanti
ſine fundamento, ruinam, non ſtructuram faciens.
Quidquid extruxeris extra te, erit inſtar congeſti pulveris
ventis obnoxium. Non ergo ſapiens, qui ſibi non
eſt. Sapiens, ſibi ſapiens erit: & bibet de fonte putei
ſui primus ipſe. A te proinde incipiat tua conſideratio;
non ſolum autem, ſed & in te finiatur... In acquiſitione
ſalutis nemo tibi germanior unico matris tuæ. Contra
ſalutem propriam cogites nihil. Minus dixi, contra:
præter, dixiſſe debueram. Quidquid ſe conſiderationi
offerat, quod non quoquo modo ad tuam ipſius ſalutem
pertineat, reſpuendum.

Serm. 101. *de Diverſis.* Nos quoque carnem noſtram
carnaliter diligimus, cum ejus deſideria diligimus & perficimus.
Spiritum carnaliter, quando eum flendo, ſuſpirando,
gemendo in oratione conterimus. Carnem
ſpiritualiter, cum eam ſpiritui ſubjectam in bonis ſpiritualiter
exercentes, cum diſcretione ſervamus. Spiritum
ſpiritualiter, cum etiam ipſa ſpiritualia ſtudia noſtra
fraternæ utilitati ex caritate poſtponimus.

(B) S. AUG. *Lib. de Vera Relig. c.* 1x. *n.* 24. Fit homo
ſpiritalis ... diligens Dominum Deum ſuum in toto
corde ſuo, in tota anima, in tota mente, & diligens
proximum ſuum non carnaliter, ſed tamquam ſeipſum.
Se autem ſpiritualiter diligit, qui ex toto, quod in eo
vivit, Deum diligit, *In his enim duobus præceptis, to-*
Matth. 22. 40. *ta Lex pendet & Prophetæ.*

Epiſt. 155. *alias* 52. *ad Macedon. cap.* 4. *nu.* 15. Cum
ergo illa dilectione, quam divina lex imperat, debeat
homo diligere Deum, & ſeipſum & proximum; non tamen
ex hoc tria præcepta data ſunt, nec dictum eſt in his
Id. Ibid. tribus, ſed *in his duobus præceptis tota Lex pendet & Prophetæ*,
id eſt, in dilectione Dei ex toto corde, ex tota
anima, & ex tota mente, & proximi tamquam ſui ipſius:
videlicet ut intelligeretur nullam eſſe aliam dilectionem,
qua quisque diligit ſeipſum, niſi quod diligit
Deum. Qui enim aliter ſe diligit, potius ſe odiſſe dicendus
eſt. Fit quippe iniquus, privaturque luce juſtitiæ,
cum a potiore ac præſtantiore bono averſus, atque inde
vel ad ſeipſum converſus, ad inferiora & egena utique
convertitur; fitque in ipſo quod veraciſſime ſcriptum eſt,
Pſ. 10. 6. Qui autem amat iniquitatem, odit animam ſuam. Quia
igitur nemo niſi Deum diligendo, diligit ſeipſum, non
opus erat in dato de Dei dilectione præcepto, etiam ſeipſum
homo diligere juberetur, cum in eo diligat ſeipſum,
quod diligit Deum. Debet ergo, & proximum diligere
tamquam ſeipſum, ut quem potuerit hominem vel beneficentiæ
conſolatione, vel informatione doctrinæ,
vel diſciplinæ coercitione adducat ad colendum Deum;
ſciens in his duobus præceptis totam Legem Prophetasque
pendere.

N. 16. Hoc qui ſobria diſcretione eligit, prudens
eſt: qui nulla hinc afflictione avertitur, fortis eſt:
qui nulla alia delectatione, temperans eſt: qui nulla
elatione, juſtus eſt. His virtutibus divinitus impertitis,
per gratiam Mediatoris Dei cum Patre, & nobiſcum
hominis Jeſu Chriſti, per quem poſt inimicitias iniquitatis
reconciliamur Deo in Spiritu caritatis: his, inquam,
virtutibus divinitus impertitis, & bona vita
nunc agitur, & poſtea præmium ejus, quæ niſi æterna
eſſe non poteſt, beata vita perſolvitur. Hic enim ſunt
eædem virtutes in actu, ibi in effectu: hic in opere,
ibi in mercede: hic in officio, ibi in fine.

Epiſt. 177. *alias* 96. *ad Innocent. num.* 10. *diliges pro-* *Lev.* 19. 18.
ximum tuum tamquam teipſum. In quo ſermone Apo- *Rom.* 13. 9.
ſtolus omnem Legem dicit impleri. Et quoniam niſi
diligat Deum, nemo diligit ſeipſum, ideo Dominus
in his duobus præceptis totam Legem Prophetasque
dicit pendere. Quæ duo præcepta jam erant hominibus
divinitus data.

Serm. 34. *alias de div.* 1. *cap.* 4. *num.* 7. Da mihi, inquit,
cor tuum: ſit mihi, & non perit tibi. Vide
enim, ſi aliquid voluit dimittere in te, unde ames
vel te, qui tibi dicit: Diliges Dominum Deum tuum *Matth.* 22. 37.
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota
mente tua. Quid remanet de corde tuo, unde diligas
teipſum? Quid de anima tua? quid de mente
tua? Ex toto, inquit, totum exigit te, qui fecit te.

Cap. 5. *num.* 8. Reſpondebis, & dices, Si nihil mihi
remanſit, unde diligam me; quia ex toto corde,
ex tota anima, & ex tota mente jubeor diligere eum
qui fecit me: quomodo ſecundo præcepto jubeor diligere
proximum tanquam me? Hoc eſt magis unde debes
ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente
proximo. Quomodo? Diliges proximum tuum tanquam
teipſum. Deum ex toto me: proximum ſicut
me. Unde me, unde te? Vis audire unde diliges te?
Ex hoc diligis te, quia Deum diligis ex toto te.
Putas enim Deo proficere, quod diligis Deum? & quia
diligis Deum, Deo aliquid accedit, & ſi tu non diligas,
minus habebit? Cum diligis, tu proficis: tu ibi
eris, ubi non peris. Sed reſpondebis, & dices, Quando
enim non dilexi me? Prorſus non diligebas te,
quando Deum non diligebas, qui fecit te. Sed cum
odiſſes te, putabas quod amares te. Qui enim dili- *Pſ.* 10. 6.
git iniquitatem, odit animam ſuam.

Serm. 330. *in Natali Martyrum*, *alias* 29. *ex Sirmond.
n.* Quomodo negat ſe qui amat ſe? Ita vero rationis
eſt, ſed humanæ: homo mihi dicit: Quomodo negat
ſe qui amat ſe? Sed dicit Deus homini, Neget ſe,
ſi amat ſe. Amando enim ſe, perdit ſe: negando ſe
invenit ſe... Ergo *qui amat animam ſuam, perdet eam.* *Joh.* 12. 25.
Qui fructum in ea quærit, ſeminet eam. Hoc eſt
ergo neget ſe, ne perverſe eam amando perdat ſe.

N. 3. Nemo enim eſt qui non ſe amet; ſed rectus
amor eſt quærendus, perverſus cavendus. Quisquis
enim dimiſſo Deo amaverit ſe, Deumque dimiſerit amando
ſe, non remanet nec in ſe, ſed exit, & a ſe.
Exit exſul pectoris ſui, contemnendo interiora, amando
exteriora. Quid dixi? Omnes qui mala faciunt,
nonne conſcientiam ſuam contemnunt? Ponit autem
modum iniquitati ſuæ, quisquis erubuerit conſcientiæ
ſuæ. Ergo quia contemſit Deum ut amaret ſe, amando
foris quod non eſt ipſe, contemſit & ſe... Sed facis
hoc, quia dimittendo Deum, & amando te, exiſti
& a te; & alia jam, quæ ſunt forinſecus, pluris
æſtimas quam te. Redi ad te: ſed iterum ſurſum verſus
cum redieris ad te, noli remanere in te. Prius
ab his quæ foris ſunt redi ad te, & deinde redde te
ei qui fecit te, & perditum quæſivit te, & fugitivum
invenit te, & averſum convertit te ad ſe. Redi ergo
ad te, & vade ad illum qui fecit te.

(C) S. AUGUST. *Epiſt.* 155. *alias* 52. *ad Macedonium, cap.* 4. *n.* 13. *&* 15. *Vide ſupra lit.* (D) § *præcedent. & lit.* (B) *hocce* §.

Lib. 1. *de Moribus Eccleſ. Cathol. cap.* 26. *num.* 28.
Non fieri poteſt, ut ſeipſum, qui Deum diligit, non

C

di-

I. Cur ad Deum referenda noſtri dilectio eſt? cur ad eum unice tendere oportet?

R. Quia Deus ſolus ſummum bonum eſt, a quo omnia, in quo omnia, propter quem omnia, ad quem omnia. Solus ipſe ſuprema hominum felicitas. At diligere ſe nihil aliud eſt
D quam velle beatum eſſe, ad veram felicitatem tendere, adeoque ad Deum. (D)

I. Ergo non diligimus nosmetipſos ut par eſt, niſi Deum ſuper omnia diligamus?

R. Ita ſe res habet. Si ſecus fecerimus, ruimus ipſi ultro in miſeriam. Et inordinata, a-
E deoque mala & vetita ea dilectio qua nosmetipſos perperam diligimus. (E)

I. Quandonam nosmetipſos perperam diligimus?

R. Quando eo ſolum tendit ea dilectio, ut affluamus voluptatibus corporeis, divitiis, honoribus: Quando ſequimur ſolam concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum & ſuperbiam vitæ. Et quia eo ſolum tendit corrupta peccato originis natura, ideo tenemur vim continuam nobismetipſis inferre, ut triplicem hanc concupiſcentiam ſuperemus.

Cum ergo Chriſtus præcipit ut abnegemus nosmetipſos, ut nobis ipſis moriamur, nihil aliud præcipit quam ut ab illa inordinata noſtri dilectione caveamus. Quoniam autem prava illa dilectio, & novas in dies radices agit, & ſequitur naturæ corruptæ propenſionem, & apprimis accommodatur ad præjudicia hauſta ex prava inſtitutione & ex cæterorum hominum exemplo & moribus, idcirco Chriſtus docet vim nobis eſſe jugiter inferendam, portandam crucem quotidie, cavendum ne nos conſuetudinis æſtus abripiat, intrandum per anguſtam portam, gradiendum arcta via, quam pauci admodum ſequuntur: alioqui nunquam futurum ut nobis ipſis moriamur, & ſic perveniamus ad vitam. (F) F
Hæc omnia ardua, & difficilia videntur, fateor. Sed merces infinita, æterna eſt. Quin & Chriſtus promiſit levandum a ſe magna ex parte laborem, *Venite ad me*, inquit, *omnes* Matth. xi. 28. & 26.
qui onerati eſtis, & ego reficiam vos, Tollite jugum meum ſuper vos, & invenietis requiem animabus veſtris; jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve. Promiſſi divini fidem, & veritatem ſentiunt quotidie quicunque ſincere Deum colunt, & præcepta evangelica ſequuntur. Diffuſa in cordibus eorum per Spiritum ſanctum caritate, fit ut plus ſuavitatis & conſolationis experiantur in cruce ferenda, quam peccatores in cupiditatibus explendis. Id Sanctus Auguſtinus pluribus in locis explicat, & quidem, ſuo more, luculenter
& egregie. (G) G

I. Eſtne nomen aliquod pravæ huic dilectioni inditum?

R. Appellatur uſitato nomine cupiditas.

I. Cur

diligat: immo vero ſolus ſe novit diligere, qui Deum diligit. Siquidem ille ſe ſatis diligit, qui ſedulo agit, ut ſummo & vero perfruatur bono: quod ſi nihil aliud quam Deus... quis cunctari poteſt, quin ſeſe amet, qui amator eſt Dei?

N. 49. Te autem ipſum ſalubriter diligis, ſi plus quam te diligis Deum.

S. BERNARD. *Epiſt.* 11. *ad Guigonem*, *n.* 8. Verumtamen quia carnales ſumus, & de carnis concupiſcentia naſcimur, neceſſe eſt cupiditas vel amor noſter a carne incipiat, quæ ſi recto ordine dirigitur, quibusdam ſuis gradibus duce gratia proficiens, ſpiritu tandem conſummabitur: quia non prius quod ſpiritale, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale; & prius neceſſe eſt portemus imaginem terreſtris, deinde cæleſtis. Imprimis ergo diligit ſeipſum homo propter ſe (caro quippe eſt, & nil ſapere valet præter ſe) cumque ſe videt per ſe non poſſe ſubſiſtere, Deum ſibi quaſi neceſſarium incipit per fidem inquirere & diligere. Diligit itaque in ſecundo gradu Deum, ſed propter ſe non propter ipſum. At vero cum ipſum cœperit occaſione propriæ neceſſitatis colere & frequentare cogitando, legendo, orando, obediendo, quadam hujuſcemodi familiaritate paulatim ſenſimque Deus innoteſcit, conſequenter & dulceſcit; & ſic guſtato quam ſuavis eſt Dominus, tranſit ad tertium gradum ut diligat Deum non jam propter ſe, ſed propter ipſum. Sane in hoc gradu ſtatur, & neſcio ſi a quoquam hominum quartus in hac vita perfecte apprehenditur, ut ſe ſcilicet homo diligat tantum propter Deum. Aſſerant hoc ſi qui experti ſunt; mihi, fateor, impoſſibile videtur. Erit autem procul dubio cum introductus fuerit ſervus bonus & fidelis in gaudium Domini ſui, & inebriatus ab ubertate domus Dei. Quaſi enim ebrius miro quodam modo oblitus ſui, & a ſe penitus velut deficiens, totus perget in Deum, & deinceps adhærens ei unus ſpiritus erit.

(D) S. AUG. *Lib.* 10. *de Civit. Dei*, *c.* 3. *alias* 4. *nu.* 2. (Deo) ſacrificamus hoſtias humilitatis & laudis in ara cordis igne fervidæ caritatis. Ad hunc videndum, ſicut videri poteſt, eique cohærendum ab omni peccatorum & cupiditatum malarum labe mundamur: & ejus nomine conſecramur. Ipſe enim fons noſtræ beatitudinis, ipſe omnis appetitionis eſt finis... Ad eum dilectione tendimus, ut perveniendo quieſcamus; adeo beati, quia illo fine perfecti. Bonum enim noſtrum... nullum eſt aliud, quam illi cohærere:.. hoc bonum diligere in toto corde, in tota anima, & in tota virtute præcipimur. Ad hoc bonum debemus, & a quibus diligimur duci, & quos diligimus ducere. Sic complentur duo illa præcepta, in quibus tota Lex Mat. xxii. 37. 39.
pendet & Prophetæ: *Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua; & diliges proximum tuum tamquam teipſum.* Ut enim homo ſeſe diligere noſſet, conſtitutus eſt ei finis, quo referret omnia quæ ageret, ut beatus eſſet. Non enim qui ſe diligit, aliud eſſe vult quam beatus. Hic autem finis eſt adhærere Deo. Jam igitur ſcienti diligere ſeipſum, cum mandatur de proximo diligendo ſicut ſeipſum, quid aliud mandatur, niſi ut ei, quantum poteſt, commendet diligendum Deum? Hic eſt Dei cultus, hæc vera religio, hæc recta pietas, hæc tantum Deo debita ſervitus.

(E) *Vide* AUGUSTINUM *ſupra lit.* (B) *& infra hocce §. lit.* (F)

(F) MATTH. VII. 13. Intrate per anguſtam portam: quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. 14. Quam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt qui inveniunt eam.

XI. 12. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

XVI. 24. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. 25. Qui enim voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet eam.

LUC. XIII. 24. Contendite intrare per anguſtam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare & non poterunt.

Vide S. AUG. *infra hocce §. lit.* (I)

S. AUG. *Serm.* 96. *alias* 47. *de diverſis*, *cap.* 2. *num.* 2. Prima hominis perditio, fuit amor ſui. Si enim ſe non amaret, & Deum ſibi præponeret, Deo eſſe ſemper ſubditus vellet; non autem converteretur ad negligendam voluntatem illius, & faciendam voluntatem ſuam. Hoc eſt enim amare ſe, velle facere voluntatem ſuam. Præpone his voluntatem Dei: Diſce amare te, non amando te. Nam ut ſciatis vitium eſſe ſe amare ſic, Apoſtolus dicit: Erunt enim homines ſe ipſos amantes. Et numquid qui amat ſe, fidit in ſe? Incipit enim deſerto Deo amare ſe, & ad ea diligenda quæ ſunt extra ſe, pellitur a ſe... Amare te cœpiſti, ſta in te, ſi potes... Cœpiſti diligere quod eſt extra te, perdidiſti te.

(G) S. AUGUST. *Serm.* 96. *alias.* 47. *de diverſis*, *c.* 1. *num.* 1. Durum videtur & grave quod Dominus impera-

Digitized by Google

PARS II. SECT. II. CAP. IV. §. 3.

I. Cur dilectionem hanc quæ cupiditas appellatur, pravam eſſe dicis?

R. Quia & Deo injuria & nobis noxia eſt. Deo quidem injuria, quia per eam homo creaturam ſpreto Deo diligit.

Nobis autem noxia, nos enim a ſummo bono, a ſuprema felicitate avocat, & ad ſummam miſeriam deprimit. (H)

H *I.* Eſtne nomen aliquod inditum huic dilectioni, qua nos ut par eſt diligimus?

R. Hæc caritas dicitur: eſt enim pars caritatis. Caritas vel Deum, vel nos, vel proximum reſpicit.

I. Eſtne cupiditas aliquando venialis?

R. Eſt. Omnia quippe peccata a cupiditate oriuntur; at non omnia peccata lethalia ſunt.

Eſt ergo cupiditas lethalis, cum caritatem omnino a cordibus noſtris expellit; venialis eſt ſi non expellat, ſed minuat ſolum caritatem.

I. Bonorum temporalium deſiderium eſtne a cupiditate, an a caritate?

R. A caritate proficiſcitur, ſi quis hæc ideo deſideret, ut iis utatur ſobrie, ſine avaritia, ad neceſſarios vitæ uſus, & deſiderium hoc ad Deum referatur. (I) I

A cupiditate proficiſcitur, ſi quis ea deſideret ad explendam concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum & ſuperbiam vitæ.

§. 3. *De Amore proximi.*

I. Jam dixiſti caritatis lege præcipi, ut & pro-

vit, ut ſi quis eum vult ſequi, abneget ſeipſum. Sed non eſt durum & grave quod ille imperat, qui adjuvat ut fiat quod imperat. Quidquid enim durum eſt in præceptis, ut ſit lene, caritas facit. Novimus quanta ipſe amor faciat. Plerumque etiam ipſe amor reprobus atque laſcivus eſt: quanta homines dura perpeſſi ſunt, quanta indigna, & intolerabilia pertulerunt, ut pervenirent ad id quod amaverunt?... Cum ergo tales ſint homines plures, quales ſunt amores, nihilque aliud curæ eſſe debeat quomodo vivatur, niſi ut quod amandum eſt eligatur: quid miraris, ſi ille qui diligit Chriſtum, & qui vult ſequi Chriſtum, amando neget ſe ipſum? Si enim perit homo amando ſe, profecto invenitur negando ſe.

Confeſſ. lib. 13. *cap.* 9. *n.* 10. Pondus meum amor meus, eo feror quocumque feror. Dono tuo accendimur, & ſurſum ferimur. Inardeſcimus & imus.

Lib. 1. *de Moribus Eccleſ. Cathol. c.* 22. *n.* 41. Nihil eſt tamen tam durum atque ferreum, quod non amoris igne vincatur. Quo cum ſe anima rapiet in Deum, ſuper omnem carnificinam libera, & admiranda volitabit pennis pulcherrimis & integerrimis, quibus ad Dei amplexum amor caſtus innititur.

Epiſt. 157. *alias* 89. *ad Hilar. c.* 2. *n.* 9. Animus quippe velut pondere, amore fertur quocumque fertur. Jubemur itaque detrahere de pondere cupiditatis, quod accedat ad pondus caritatis, donec illud conſumatur, hoc perficiatur. Plenitudo enim Legis eſt caritas.

Rom. XIII. 10.

Serm. 70. *de verbis Evang. Matth. alias* 9. *de verbis Domini, cap.* 3. *num.* 3. Omnia ſæva & immania, prorſus facilia, & prope nulla efficit amor. Quanto ergo certius ac facilius ad veram beatitudinem caritas facit, quod ad miſeriam, quantum potuit, cupiditas fecit? Quam facile toleratur quælibet adverſitas temporalis, ut æterna pœna vitetur, & æterna requies comparetur? Non immerito ille vas electionis cum ingenti lætitia dixit, Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis, ad ſuperventuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Ecce unde illud jugum ſuave eſt, & ſarcina levis. Et ſi anguſta eſt paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. Dicit Pſalmiſta: Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodivi vias duras. Sed quæ dura ſunt laborantibus, eiſdem ipſis miteſcunt amantibus... Nihil enim tam facile eſt bonæ voluntati, quam ipſa ſibi.

Rom. VIII. 18.

Pſ. XVI. 4.

(H) S. AUGUST. *Lib.* 1. *Confeſſ. c.* 1. *n.* 1. *Vide ſupra c. præliminar. hujuſce partis lit.* (K)

Lib. 4. *c.* 9. *nu.* 14. Beatus qui amat te: & amicum in te: & inimicum propter te. Solus enim nullum carum amittit, cui omnes in illo cari ſunt qui non amittitur... Te nemo amittit, niſi qui dimittit: & qui dimittit, quo it aut quo fugit, niſi a te placido ad te iratum?

Cap. 10. *n.* 15... Quoquo verſum ſe verterit anima hominis, ad dolores figitur, alibi præterquam in te: tametſi figitur in pulchris extra te & extra ſe.

Cap. 11. *n.* 16. Noli eſſe vana anima mea, & obſurdeſcere in aure cordis, tumultu vanitatis tuæ. Audi & tu. Verbum ipſum clamat ut redeas; & ibi eſt locus quietis imperturbabilis, ubi non deſeritur amor, ſi ipſe non deſerat... Ibi fige manſionem tuam: ibi commenda quidquid inde habes anima mea, ſaltem fatigata fallaciis. Veritati commenda quidquid tibi eſt a veritate.

N. 17. Ut quid perverſa ſequeris carnem tuam?

Lib. 13. *c.* 8. *nu.* 9. Satis oſtendis quam magnam creaturam rationalem feceris, cui nullo modo ſufficit ad beatam requiem, quidquid te minus eſt, ac per hoc nec ipſa ſibi... Da mihi te Deus meus, redde te mihi, te enim amo, & ſi parum eſt, amem validius. Non poſſum metiri ut ſciam quantum deſit mihi amoris ad id quod ſat eſt, ut currat vita mea in amplexus tuos: nec avertatur donec abſcondatur in abſcondito vultus tui. Hoc tantum ſcio, quia male mihi eſt præter te, non ſolum extra me, ſed & in me ipſo, & omnis mihi copia quæ Deus meus non eſt, egeſtas eſt.

S. LEO MAGN. *Serm.* 68. *de Paſſione Dom.* XIX. *cap.* 5. Sapientes itaque animæ, quæ unum timere, unum diligere, & in unum Dominum ſperare didicerunt, mortificatis cupiditatibus, & crucifixis corporis ſenſibus, ad nullum hoſtium metum, ad nullum inclinantur obſequium. Voluntatem autem Dei etiam ſibi præferunt; & tanto amplius ſe amant, quanto amplius pro Dei amore ſe non amant. Cumque audiant ſibi divinitus dici: *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere*, dividunt affectus ſuos, & legem mentis a corporis lege diſcernunt: ut ex quadam ſe parte ſibi denegent, perdentes ſe in iis, quæ carnaliter cupiunt, & invenientes ſe in iis, quæ ſpiritaliter concupiſcunt.

Eccli. XVIII 30.

(I) S. AUGUST. *Confeſſ. lib.* 4. *cap.* 12. *nu.* 18. Si placent corpora, Deum ex illis lauda, & in artificem eorum retorque amorem; ne in his quæ tibi placent, tu diſpliceas.

Cap. 12. Si placent animæ, in Deo amentur: quia & ipſæ mutabiles ſunt, & in illo fixæ ſtabiliuntur; alioquin irent & perirent. In illo ergo amentur: & rape ad eum tecum quas potes, & dic eis. Hunc amemus, hunc amemus: ipſe fecit hæc, & non eſt longe. Non enim fecit atque abiit, ſed ex illo in illo ſunt. Ecce ubi eſt, ubi ſapit veritas. Intimus cordi eſt, ... [illegible] cum eo, & ſtabitis. Requieſcite in eo, & quieti eritis. Quo itis in aſpera? Quo itis? Bonum quod amatis ab illo eſt: ſed quantum eſt ad illum bonum eſt & ſuave; ſed amarum erit juſte, quia injuſte amatur deſerto illo, quidquid ab illo eſt.

Epiſt. 130. *alias* 121. *ad Probam, cap.* 7. *n.* 14. Animus nullo modo ſanus exiſtimandus eſt, qui non temporalibus æterna præponit. Neque in tempore utiliter vivitur, niſi ad comparandum meritum quo in æternitate vivatur. Ad illam ergo unam vitam, qua cum Deo & de Deo vivitur, cetera quæ utiliter & decenter optantur, ſine dubio referenda ſunt. In eo quippe nosmetipſos diligimus, ſi Deum diligimus: & ex alio præcepto proximos noſtros ſicut nosmetipſos ita vere diligimus, ſi eos ad Dei ſimilem dilectionem, quantum in nobis eſt perducamus. Deum igitur diligimus propter ſeipſum, & nos ac proximos propter ipſum.

Lib. de vera Relig. cap. 47. *nu.* 92. Homo quis proſperis rebus proficit, aſperis quid profecerit diſcit. Cum enim mutabilium bonorum adeſt copia, non eis confidit: ſed cum ſubtrahuntur, agnoſcit utrum eum non ceperint. Quia plerumque cum adſunt nobis, putamus quod non ea diligamus: ſed cum abeſſe ceperint, invenimus qui ſimus. Hoc enim ſine amore noſtro aderat, quod ſine dolore diſcedit.

Cap. 48. *n.* 93. Quem ergo delectat libertas ab amore mutabilium rerum liber eſſe appetat, & quem regnare delectat, uni omnium regnatori Deo ſubditus hæreat, plus eum diligendo quam ſeipſum. Et hæc eſt perfecta juſtitia, qua potius potiora, & minus minora diligimus.

Lib.

Digitized by Google

proximum ſicut noſmetipſos diligamus; ad hujus præcepti explicationem, dic primum, amabo, quis nomine proximi intelligatur?

R. Intelliguntur omnes omnino homines: Chriſtiani, Hæretici, Judæi, Ethnici: quin & A ipſi inimici quicumque ſint. (A)

I. Quis eſt verborum iſtorum ſenſus, *Diliges proximum tuum ſicut teipſum?*

R. Senſus eſt lege caritatis teneri unumquemque, proximi ſaluti, non ſecus ac ſuæ & votis, & quantum fieri poteſt, re conſulere & providere. (B) B

I. Num-

Lib. de Moribus Eccleſ. Cathol. c. 20. *num.* 37. Amandus igitur ſolus Deus eſt: omnis vero iſte mundus, id eſt, omnia ſenſibilia contemnenda: utendum autem his ad hujus vitæ neceſſitatem.

De agone Chriſt. cap. 33. *n.* 35. Perfecta caritas nec cupiditatem habet ſæculi, nec timorem ſæculi, id eſt, nec cupiditatem ut adquirat res temporales, nec timorem ne amittat res temporales. Per quas duas januas intrat & regnat inimicus, qui primo Dei timore, deinde caritate pellendus eſt.

Serm. 368. *de verbis Evang. Johan.* 12. *alias* 57. *ex homil.* 50. *cap.* 3. *num.* 3. Amor ergo perverſus animæ abundat, amor autem rectus valde paucorum eſt. Nam ſicut nemo eſt qui non diligat animam ſuam, ſic nemo eſt qui non amet carnem ſuam. Unde fieri poteſt, ut & verum ſit quod ait Apoſtolus: *Nemo umquam carnem ſuam odio* Epheſ. v. 29. *habuit*, & anima non ametur: diſcamus ergo, fratres, amare animas noſtras. Omnis voluptas ſæculi tranſitoria eſt. Eſt amor utilis, eſt amor noxius: amor amore impeditur; amor noxius recedat, & amor utilis ſuccedat....

Cap. 4. *num.* 4. Amores omnes & dilectiones prius ſunt in hominibus de ſe, & ſic de alia re quam diligunt. Si diligis aurum, prius te diligis, & ſic aurum. quia ſi tu mortuus fueris, non erit qui aurum poſſideat. Ergo dilectio unicuique a ſe incipit; & non poteſt niſi a ſe incipere. Et nemo monetur ut ſe diligat ... Incipe & aliud amare. Sed quid eſt ipſum aliud? Quidquid amaveris, aut hoc eſt quod tu, aut inferius te eſt, aut ſuperius te eſt. Si inferius te eſt quod amas, ad conſolandum ama, ad tractandum ama, ad utendum ama, non ad illigandum. Verbi gratia, aurum amas, noli te illigare auro, quanto melior es quam aurum! Aurum enim terra eſt fulgens, tu autem ut illuminareris a Domino ad imaginem Dei factus es. Cum ſit aurum creatura Dei, non tamen fecit Deus aurum ad imaginem ſuam, ſed te. Ergo ponitur ſuper te aurum. Amor ergo iſte contemnendus eſt. Ad uſum aſſumenda ſunt iſta, non eis vinculo amoris quaſi glutino hærendum eſt. Non facias tibi membra, quæ cum cœperint præcidi, doleas atque crucieris. Quid ergo? Aſſurge ab iſto amore, quo amas inferiora quam tu es, incipe amare paria, id eſt, quod tu es.

Conſule quæ ſuperius dicta ſunt de avaritia *hujuſce partis ſect.* 1. *cap.* 11. §. 2. *&* de Spe *hujuſce ſectionis c.* 3. *& quæ dicemus infra cum* de Oratione *agemus* III. *ſect.* 11. *cap.* 1. §. 6.

(A) MATTH. v. 43. Audiſtis quia dictum eſt: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. 44. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: 45. Ut ſitis filii Patris veſtri, qui in cælis eſt.

LUC. x. 36. Quis ... videtur tibi proximus fuiſſe illi, qui incidit in latrones? 37. At ille dixit: Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Jeſus: Vade, & tu fac ſimiliter.

S. AUG. *in Pſal.* XIV. *n.* 3. Proximum omnem hominem accipi oportere notum eſt.

In Pſal. XXV. *Enarr.* II. *num.* 2. Proximus tuus ille eſt, qui tecum natus eſt ex Adam & Eva. Omnes proximi ſumus conditione terrenæ nativitatis: ſed aliter, fratres, illa ſpe cæleſtis hæreditatis. Proximum tuum debes putare omnem hominem, & antequam ſit Chriſtianus. Non enim noſti quid ſit apud Deum, quomodo illum præſciverit Deus ignoras. Aliquando quem irrides adorantem lapides, convertitur, & adorat Deum, fortaſſe religioſius quam tu, qui eum paulo ante irridebas. Sunt ergo proximi noſtri latentes in his hominibus, qui nondum ſunt in Eccleſia; & ſunt longe a nobis latentes in Eccleſia. Ideoque qui non ſcimus futura, unumquemque proximum habeamus, non ſolum conditione mortalitatis humanæ, qua in hanc terram eadem ſorte devenimus: ſed etiam ſpe illius hæreditatis, quia non ſcimus qui modo nihil eſt.

In Pſal. LIV. *n.* 4. Plerumque cum tibi videris odiſſe inimicum, fratrem odiſti, & neſcis.

Serm. 8. *in Pſalm.* CXVIII. *num.* 2. Proximi facilior eſſe videtur cognitio. Omnis quippe homo eſt omni homini proximus; nec ulla cogitanda eſt longinquitas generis, ubi eſt natura communis. Quamquam nec proximum noverat qui Domino ait, Et quis eſt mihi proximus? quando illi eſt propoſitus homo quidam, qui deſcendens ab Jeruſalem in Jericho incidit in latrones: cui proximum non fuiſſe, niſi qui cum illo fecit miſericordiam, ipſe qui interrogaverat judicavit; paruitque in facienda miſericordia neminem alienum eſſe deputandum ab eo qui diligit proximum.

Lib. de Diſcipl. Chriſt. cap. 3. *num.* 3. Quod eſt ergo verbum conſummans & brevians? *Diliges Dominum Deum* Mat. XXII. *tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua; & diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus præceptis tota Lex pendet & Prophetæ.* Ecce quod dicitur in domo diſciplinæ: Diligere Deum, diligere proximum: Deum tamquam Deum, proximum tamquam te. Non enim invenis parem Deo, ut poſſit tibi dici, Dilige Deum ſicut diligis illum. De proximo inventa eſt tibi regula; quia invenius es proximo tuo par tu ipſe. Quæris quomodo diligas proximum? Attende teipſum; & quomodo te diligis, ſic dilige proximum...Tu unus homo es, proximi tui multi ſunt. Non enim primo ſic debes intelligere proximum, vel fratrem, vel cognatum, vel affinem. Proximus enim eſt omni homini omnis homo. Proximi ſibi dicuntur pater & filius, ſocer & gener. Nihil tam proximum, quam homo & homo. Sed ſi putamus non eſſe proximos, niſi qui ex iiſdem parentibus naſcuntur: Adam & Evam attendamus; & omnes fratres ſumus. Et quidem fratres ſecundum quod homines ſumus, quanto magis ſecundum quod Chriſtiani ſumus? Ad id quod homo es, unus pater eſt Deus, una mater Eccleſia.

Cap. 4. *num.* 4. Videte ergo quantos proximos habeat unus homo. Omnes homines in quos incurrerit, quibus jungi potuerit, proximi ejus ſunt.

S. LEO *Serm.* 11. *de Jejun.* X. *menſis & collect.* I. *cap.* 2. Caritatis pietas perfecta eſſe non poterit, niſi diligatur & proximus. Quo nomine non ii tantum intelligendi ſunt, qui nobis amicitia aut propinquitate junguntur, ſed omnes prorſus homines, cum quibus nobis natura communis eſt, ſive illis hoſtes ſint, ſive liberi, ſive ſervi. Unus enim nos conditor finxit, unus nos creator animavit: eodem cuncti cælo & aere, iiſdem utimur diebus & noctibus. Dedit autem nobis majores diligendi proximi cauſas Chriſtianæ gratiæ latitudo, quæ ſe per omnes partes totius orbis extendens neminem deſpectat, dum docet neminem negligendum, & merito etiam inimicos diligi, & perſecutoribus ſibi præcipit ſupplicari.

(B) ROM. XIII. 8. Nemini quidquam debeatis, niſi ut invicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem implevit. 9. Nam, non adulterabis: non occides: non furaberis: non falſum teſtimonium dices: non concupiſces: & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur; Diliges proximum tuum ſicut teipſum. 10. Dilectio proximi malum non operatur; plenitudo ergo legis eſt dilectio.

ORIGENES *Lib.* 9. *in Epiſt. ad Rom. cap.* 13. Vult ergo Paulus ... permanere ... & numquam ceſſare a nobis debitum caritatis, hoc enim & quotidie ſolvere, & ſemper debere expedit nobis. Denique quantæ virtutis ſit caritas, in conſequentibus ponit. *Qui enim diligit proxi-* Rom. XIII. 9. & ſeq. *mum, legem implevit. Nam non adulterabis, non occides, non furtum facies, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo reſtauratur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Et ad ultimum rationem tanti præcepti breviter colligens, ait: Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio. Supra dixerat quia qui diligit proximum legem implevit: & quia difficile videbatur quomodo poſſit quis omnem legem uno ſermone complere, pleniſſimam reddit rationem dicens, Dilectio proximi malum non operatur, & ideo plenitudo legis eſt dilectio. Pone enim per ſingula mandata Legis dilectionem, & vide quam facile cuncta complentur. Numquid qui diligit

proxi-

Digitized by Google

I. Numquid & bonis temporalibus proximi votis & re conſulere & providere tenemur vi præcepti caritatis?

R. Tenemur quidem, ſed habita ſemper ratio-

proximum, occidere eum poteſt. Certum eſt quod nemo quam diligit interficiat. Eſt ergo dilectio per quam impleatur mandatum quod præcipitur, Non occides. Iterum qui proximum ſuam diligit, in uxorem ejus adulterium committit? Numquam profecto. Si ergo diligas proximum, nec adulterium committes. Similiter & qui diligit proximum, quæ ejus ſunt non furatur: & qui diligit proximum, falſum adverſus eum teſtimonium non dicit. Similiter & cetera mandata legis, ſi ſit erga proximum dilectio, abſque aliquo labore ſervantur. Puto etiam quod & in hoc voluit nos aliquid compendioſius docere. Nam ſi diligentius requiras quis ſit proximus noſter, diſces in Evangelio illum eſſe proximum noſtrum qui venit, & jacentes nos vulneratos a latronibus & nudatos a dæmonibus jumento corporis ſui ſuperpoſuit, & ad ſtabulum Eccleſiæ detulit, & ſtabulario pro cura noſtra & diligentia vel ipſi Paulo vel omni qui Eccleſiæ præeſt duos denarios novi ac veteris Teſtamenti ad noſtræ curæ conceſſit expenſas. Hunc ergo proximum ſi diligamus, omnem legem & univerſa mandata ipſius complemus: finis enim legis Chriſtus ad juſtitiam omni credenti: nec fieri ullo pacto poteſt, ut qui ex toto corde, ea totis viribus ſuis diligit Chriſtum, faciat aliquid quod non placeat Chriſto. Illum enim qui diligit, non ſolum non occidit, quod prohibet Lex, ſed nec iraſcitur fratri ſuo, quia ita delectatur ille quem diligit: & non ſolum non facit adulterium, ſed nec mulierem reſpicit ad concupiſcendum, ſed dicit ad ipſum magis: Concupiſcit & deficit anima mea in Deum vivum, Qui diligit Chriſtum, quomodo de furto cogitat, qui etiam ſua omnia quæcumque habet reliquit ut ſequatur Chriſtum? Qui Chriſtum diligit, quando falſum teſtimonium dicit, cum ſciat ipſum quem diligit falſo teſtimonio perditum? Neceſſario autem qui diligit Chriſtum, diligit & proximum ſuum. Hoc enim ſolo indicio Chriſti eſſe diſcipulus deſignatur, ſi caritatem cum proximis habet. Certum eſt enim quod qui non diligit proximum, neſciat Chriſtum.

Pſ. xli. 3

S. Aug. *Lib. de Diſcipl. Chriſti*, *cap.* 4. *n.* 4. Quomodo te diligis? Quiſquis me audis, imo quiſquis Deum per me audis, in hac domo Diſciplinæ, attende te, quomodo te diligis. Profecto enim ſi te interrogem, utrum diligas te, reſpondes quia diligis. Quis enim ſe odit? Hoc dicturus es: Quis enim ſe odit? Ergo non diligis iniquitatem, ſi te diligis. Nam ſi diligis iniquitatem, non ego dico, Pſalmum audi: *Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam*. Ergo ſi diligis iniquitatem, audi veritatem, veritatem non te palpantem, ſed aperta tibi dicentem, Odis te. Quanto magis dicis, quia amas te, odis te *Qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam*. Quid dicam de carne, quæ pars vilior eſt hominis? Si animam odit, carnem quomodo diligit? Denique qui amant iniquitatem, & oderunt animam ſuam, omnem turpitudinem exercent de carne ſua. Jam ergo qui diligis iniquitatem, quomodo tibi volebas committi proximum, ut diligeres eum tamquam te? Homo, quid perdis te? Si enim tu ipſe ſic te diligis ut perdas te; ſic profecto perditurus es & eum quem diligis ſicut te. Nolo ergo quemquam diligas: vel ſolus peri, aut corrige dilectionem, aut reſpue ſocietatem ...

Pſ. x. 6.

Cap. 6. *n.* 5. Prorſus proximum dilige, & ſufficit. Sed dilige quomodo te ipſum diligis, non quomodo teipſum odiſti. Dilige proximum tuum tamquam teipſum: ſed prius eſt ut diligas teipſum.

De Civit. Dei, *lib.* 19. *cap.* 14. Jam vero quia duo præcipua præcepta, hoc eſt, dilectionem Dei & dilectionem proximi docet magiſter Deus; in quibus tria invenit homo quæ diligat, Deum, ſeipſum, & proximum; atque ille in ſe diligendo non errat qui diligit Deum: conſequens eſt, ut etiam proximo ad diligendum Deum conſulat, quem jubetur ſicut ſeipſum diligere. Sic uxori, ſic filiis, ſic domeſticis, ſic ceteris quibus potuerit hominibus; & ad hoc ſibi a proximo, ſi forte indiget, conſuli velit: ac per hoc erit pacatus, quantum in ipſo eſt, omni homini, pace hominum, id eſt, ordinata concordia: cujus hic ordo eſt, primum ut nulli noceat, deinde ut etiam proſit cui poterit. Primitus ergo ineſt ei ſuorum cura: ad eos quippe habet opportuniorem facilioremque aditum conſulendi, vel naturæ ordine, vel ipſius ſocietatis humanæ. Unde Apoſtolus dicit: *Quiſquis autem ſuis, & maxime domeſticis non providet, fidem negat, & eſt infideli deterior*.

1. Tim. v. 8.

Lib. 6. *de Muſica*, *cap.* 14. *num.* (Anima) tenet ordinem, ſeipſa tota diligens quod ſupra ſe eſt, id eſt, Deum, ſocias autem animas tamquam ſeipſam. Hac quippe dilectionis virtute inferiora ordinat, nec ab inferioribus ſordidatur... A dilectione autem proximi ſancta quanta præcipitur, certiſſimus gradus ſit nobis, ut inhæreamus Deo.

Soliloq. lib. 1. *c.* 3. *n.* 8. Illam legem amicitiæ juſtiſſimam eſſe arbitror; qua præſcribitur, ut ſicut non minus, ita nec plus quiſquis amicum quam ſeipſum diligat.

De Moribus Eccleſiæ Cathol. lib. 1. *c.* 26. *nu.* 48. Quid inter ipſos homines nullumne eſſe amoris vinculum debet? Immo vero ita debet ut nullus certior gradus ad amorem Dei fieri poſſe credatur, quam hominis erga hominem caritas.

N. 49. Promat nobis ergo alterum præceptum ipſe Dominus, de vitæ præceptis interrogatus... Dicit ergo ſecundum præceptum eſſe, *Diliges proximum tuum tamquam teipſum*. Tu autem ipſum ſalubriter diligis, ſi plus quam te diligis Deum. Quod ergo agis tecum, id agendum cum proximo eſt, hoc eſt, ut ipſe etiam perfecto amore diligat Deum. Non enim eum diligis tamquam teipſum, ſi non ad id bonum ad quod ipſe tendis, adducere ſatagis. Illud eſt enim unum bonum quod omnibus tecum tendentibus non ſit anguſtum. Ex hoc præcepto naſcuntur officia ſocietatis humanæ, in quibus non errare difficile eſt. Agendum autem in primis eſt, ut benevoli ſimus, id eſt, ut nulla malitia, dolo malo adverſus hominem utamur. Quid enim homini homine propinquius?

Mat. xxii. 39.

N. 50. Accipe etiam quid Paulus dicat: *Dilectio*, inquit, *proximi*, *malum non operatur*... Sed cum duobus modis peccetur in hominem, uno ſi lædatur, alio ſi cum poteſt non adjuvetur; eaque ipſa ſint quibus mali homines eſſe dicantur, quorum neutrum, qui diligit, facit: ſatis, opinor, quod volumus demonſtrat iſta ſententia: *Dilectio proximi*, *malum non operatur*... Iſta ſunt quaſi cunabula caritatis Dei, quibus diligimus proximum, ut quoniam *dilectio proximi*, *malum non operatur*, hinc ad illud aſcendamus quod dictum eſt, *Scimus*, *quoniam diligentibus Deum omnia procedunt in bonum*.

Rom. xiii. 10.

Id. Ibid.

Rom. viii. 28.

N. 51. Sed neſcio quomodo aut pariter iſta in plenitudinem perfectionemque conſurgunt, aut inchoatur prius Dei amor, & prius perficitur proximi. Ad incipiendum enim citius nos fortaſſe in ſe divina caritas rapit, ſed facilius minora perficimus. Quoquomodo autem res ſe habeat, illud maxime tenendum eſt, ne ſe quiſquam credat contempto proximo ad beatitudinem & ad Deum quem diligit eſſe venturum. Atque utinam ut facile eſt bene inſtituto & benigno diligere proximum, ita facile eſſet vel conſulere, vel nihil nocere. Non enim ad hæc ſatis eſt voluntas bona, ſed opus eſt magna quadam ratione atque prudentia, qua nemo uti poteſt, niſi Deus ille fons omnium bonorum id tribuerit,

N. 52. Homo igitur ut homini apparet, anima rationalis eſt, mortali atque terreno utens corpore. Partim ergo corpori, partim vero animæ hominis benefacit qui proximum diligit. Ad corpus quod pertinet, medicina nominata eſt: ad animam autem diſciplina. Sed medicinam nunc voco, quidquid omnino corporis vel tuetur vel inſtaurat ſalutem. Ad hanc itaque pertinent non ea tantum quæ ars eorum exhibet, qui proprie Medici nominantur; ſed etiam cibus & potus, tegmen, & tectum, defenſio denique omnis atque munitio, qua noſtrum corpus adverſus etiam externos ictus caſuſque ſervatur.

N. 53. Quare illa omnia, quibus hujuſcemodi malis incommodiſve reſiſtitur, qui officioſe atque humaniter præbent, miſericordes vocantur... Cum ſubvenit inopi, cum eſurienti cibum præſtat potumque ſitienti, cum veſtit nudum, cum peregrinum tecto recipit, cum oppreſſum liberat, cum denique humanitatem ſuam uſque ad ſepulturam porrigit mortuorum...

N. 55. Quod autem attinet ad diſciplinam per quam ipſi animo ſanitas inſtauratur, quæ ſi abſit, nihil ad depellendas miſerias ſalus illa corporis valet, difficillima omnino res eſt.

N. 56. Hæc tamen diſciplina de qua nunc agimus, quæ animi medicina eſt, quantum Scripturis ipſis divinis colligi licet, in duo diſtribuitur, coercitionem & inſtructionem. Coercitio timore, inſtructio vero amore perficitur, ejus dico cui per diſciplinam ſubvenitur: nam qui ſubvenit, nihil horum duorum habet, niſi amare. In his duobus

Deus

ratione Dei & ſalutis, alioqui non caritas eſt, ſed cupiditas quod ſeu proximo ſeu nobis vel optamus
C vel quærimus. (C)

I. Quodnam eſt fundamentum hujus dilectionis quam proximo debemus?

R. Caritas Dei: ſiquidem in eo caritas Dei poſita eſt, ut Deum ſumme diligamus. At non poſſumus Deum ſumme diligere, quin optemus Deum ab omnibus omnino cognoſci, diligi, adorari: id ſi vere optamus, egimus ergo quantum in nobis eſt ut id fiat: Si quis autem egit quantum in ſe eſt ut ab omnibus hominibus cognoſcatur, diligatur, colatur, adoretur Deus, is certe proximorum ſaluti conſuluit; adeoque proximum amat. Ergo præceptum dilectionis proximi ex præcepto dilectionis Dei neceſſario pendet & ſequitur. (D) D

I. Ex præcepto dilectionis proximi ſequitur ne quidquid nobis ipſis optare licet, id pariter & in-

Deus ipſe, cujus bonitate atque clementia fit omnino ut aliquid ſimus, duobus Teſtamentis vetere & novo diſciplinæ nobis regulam dedit. Quamquam enim utrumque in utroque ſit, prævalet tamen in vetere timor, amor in novo: quæ ibi ſervitus, hic libertas ab Apoſtolis prædicatur... Qui ergo diligit proximum, agit quantum poteſt ut ſalvus corpore ſalvusque animo ſit: ſed cura corporis ad ſanitatem animi referenda eſt. Agit ergo his gradibus, quod ad animum pertinet, ut primo timeat, deinde diligat Deum. Hi mores ſunt optimi per quos nobis etiam ipſa provenit, ad quam omni ſtudio rapimur, agnitio veritatis.

S. Leo Magn. *Serm. 19. de x. menſ. Jejun. 9. cap. 3.* Ubi autem eſt illuminatio rationis, ibi eſt & diſciplina pietatis, quæ dilectionem & Deo debet & proximo. Non enim aliter probatur homo amator eſſe ſui, niſi appareat eum & ſupra ſe naturæ ſuæ auctorem, & ſecundum ſe naturæ ſuæ amare conſortem... Diligatur Deus, diligatur & proximus, ita ut formam diligendi proximi ab ea qua nos Deus diligit dilectionem ſumamus, qui etiam malis bonus eſt, & benignitatis ſuæ donis non ſolum cultores ſuos confovet, ſed etiam negatores. Amentur propinqui, amentur extranei; & quod debetur amicis, ſupererogetur inimicis. Quamvis enim quorumdam malignitas nulla humanitate miteſcat, non ſunt tamen infructuoſa opera pietatis, nec unquam perdit benevolentia quod præſtat ingrato.

(C) S. Aug. *Epiſt. 138. alias 5. ad Voluſian. c. 4. n. 17.* Quæ diſputationes, quæ literæ quorumlibet Philoſophorum, quæ leges quarumlibet civitatum, duobus præceptis, ex quibus Chriſtus dicit totam legem Prophetaſque pendere, ullo modo ſint comparandæ, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximum tuum tamquam teipſum? Hic Phyſica, quoniam omnes omnium naturarum cauſſæ in Deo Creatore ſunt. Hic Ethica, quoniam vita bona & honeſta non aliunde formatur, quam cum ea quæ diligenda ſunt, quemadmodum diligenda ſunt, diliguntur, hoc eſt, Deus & proximus. Hic Logica, quoniam veritas lumenque animæ rationalis, nonniſi Deus eſt. Hic etiam laudabilis Reipublicæ ſalus: neque enim conditur & cuſtoditur optime civitas, niſi fundamento & vinculo fidei, firmæque concordiæ, cum bonum commune diligitur, quod ſummum ac veriſſimum Deus eſt, atque in illo invicem ſinceriſſime ſe diligunt homines, cum propter illum ſe diligunt, cui, quo animo diligant, occultare non poſſunt.

De vera Religione, cap. 46. num. 86. Qui amat id ſolum, quod amanti eripi non poteſt, ille indubitanter invictus eſt, nec ulla cruciatur invidia. Id enim diligit, ad quod diligendum & percipiendum quanto plures venerint, tanto eis uberius gratulatur. Diligit unum Deum ex tota anima, & ex tota mente; & diligit proximum tamquam ſeipſum. Non ergo illi invidet, ut ſit quod ipſe eſt; imo adjuvat etiam quantum poteſt. Nec poteſt amittere proximum, quem diligit tamquam ſeipſum; quia neque in ſeipſo ea diligit, quæ oculis ſubjacent, aut ullis aliis corporis ſenſibus. Ergo apud ſeipſum habet quem diligit tamquam ſeipſum.

N. 87. Ea autem eſt regula dilectionis, ut quæ ſibi vult bona provenire, & illi velit; & quæ accidere ſibi mala non vult, & illi nolit: hanc voluntatem erga omnes homines ſervat. Nam erga neminem operandum eſt malum. *Dilectio proximi malum non opera-*
Rom. 13. 10 Matt. 5. 44. *tur*. Diligamus ergo, ut præceptum eſt, etiam inimicos noſtros, ſi vere invicti eſſe volumus: non enim per ſeipſum quiſquam hominum invictus eſt, ſed per illam incommutabilem legem, cui quicumque ſerviunt, ſoli ſunt liberi. Sic enim eis quod diligunt auferri non poteſt: quæ res una invictos facit & perfectos viros. Nam ſi vel ipſum hominem homo dilexerit, non tamquam ſeipſum, ſed tamquam jumentum, aut balneas, aut aviculam pictam, vel garrulam, id eſt, ut ex eo aliquid temporalis voluptatis aut commodi capiat, ſerviat neceſſe eſt non homini, ſed, quod eſt turpius, tam fœdo & deteſtabili vitio, quo non amat hominem ſicut homo amandus eſt. Quo vitio dominante, uſque ad extremam vitam, vel potius mortem perducitur.

N. 88 Sed nec ſic quidem ab homine homo diligendus eſt, ut diliguntur carnales fratres, vel filii, vel conjuges, vel quique cognati, vel affines aut cives. Nam & dilectio iſta temporalis eſt.. Itaque ad priſtinam perfectamque naturam nos ipſa veritas vocans, præcepit ut carnali conſuetudini reſiſtamus, docens neminem aptum eſſe regno Dei, qui non iſtas carnales neceſſitudines oderit. Neque hoc cuiquam inhumanum videri debet. Magis enim eſt inhumanum, non amare in hominem quod homo eſt, ſed amare quod filius eſt: hoc eſt enim non in eo amare illud quod ad Deum pertinet, ſed amare illud quod ad ſe pertinet.

N 89. Oderimus ergo temporales neceſſitudines, ſi æternitatis amore flagramus. Diligat homo proximum tamquam ſeipſum... Quiſquis in proximo aliud diligit, quam ſibi ipſe eſt, non eum diligit tamquam ſeipſum. Ipſa igitur natura humana ſine carnali conditione diligenda eſt, ſive ſit perficienda, ſive perfecta. Omnes ſub uno Deo Patre cognati ſunt, qui eum diligunt & faciunt voluntatem ipſius; & invicem ſibi ſunt & patres, cum ſibi conſulunt, & filii cum ſibi obtemperant, & fratres maxime, quia eos unus Pater teſtamento ſuo ad unam hæreditatem vocat.

(D) S. Aug. *Epiſt. 155. alias 52. ad Macedonium, c. 4. n. 13. & 15. Vide ſupra §. 2. hujuſce cap. lit. (C)*

Lib. 4. Confeſſ. c 4. n. 7. Amicitia non eſt vera, niſi cum eam tu agglutinas (o Deus) inter inhærentes tibi caritate diffuſa in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis.

Cap. 9. n. 14. Beatus qui amat te, & amicum in te, & inimicum propter te. Solum enim nullum carum amittit, cui omnes in illo cari ſunt qui non amittitur. Et quis eſt iſte, niſi Deus noſter?

Epiſt. 258. alias 155. ad Martianum, n. 2. Neceſſe eſt ut aliter quam oportet humana æſtimet, qui divina contemnit, nec hominem recte diligere noverit, quiſquis eum non diligit qui hominem fecit.

Tract. 83. in Joban n. 3. Plenitudo legis caritas.. Ubi ergo caritas eſt, quid eſt quod poſſit deeſſe? Ubi autem non eſt, quid eſt quod poſſit prodeſſe?... Nemo diligit qui non credit... Nemo poteſt deſperare qui diligit. Itaque ubi dilectio eſt, ibi neceſſario fides & ſpes: & ubi dilectio proximi, ibi neceſſario etiam dilectio Dei. Qui enim non diligit Deum, quomodo diligit proximum tamquam ſeipſum? quandoquidem non diligit & ſeipſum... Hoc ergo præceptum Domini teneamus, ut nos invicem diligamus; & quidquid aliud præcepit, faciemus.

Tract. 87. nu. 1... Caritas eſt fructus noſter, quam definit Apoſtolus de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta. Hac diligimus invicem, hac diligimus Deum. Neque enim vera dilectione diligeremus invicem, niſi diligentes Deum. Diligit enim unuſquiſque proximum ſuum tamquam ſeipſum, ſi diligit Deum. Nam ſi non diligit Deum, non diligit ſeipſum.

Lib. 1. de Doctrina Chriſtiana, c. 29. n. 30. Velle debemus, ut omnes nobiſcum diligant Deum, & totum quod vel eos adjuvamus vel adjuvamur ab eis, ad unum illum finem referendum eſt. Si enim in theatris nequitiæ qui aliquem diligit hiſtrionem, & tamquam magno vel etiam ſummo bono ejus arte perfruitur, omnes diligit qui eum diligunt ſecum... & quanto eſt in ejus amore ferventior, tanto agit quibus poteſt modis, ut a pluribus diligatur.... Quid nos in ſocietate dilectionis Dei agere

Digitized by Google

indiſcriminatim proximo optari oportere.

R. Salutem & quidquid ad ſalutem vel directe vel indirecte confert, proximo non ſecus ac nobix optare tenemur lege caritatis. Non tenemur autem eadem media ad ſalutem optare proximo ſicut & nobis, niſi omnia ſint undequaque paria. Cum enim aliud ab alio poſtulet Deus, & alia aliorum officia ſint, habita ratione ſtatus & conditionix; certe non tenemur lege caritatis idem prorſus, quod ſpectat ad media quæ conferunt ad ſalutem, unicuique optare. Id unum omnibus & ſingulis optare convenit & oportet & ſatix eſt, ut quemadmodum nobis ſic & ceteris omnibus, nemine excepto, largiatur Deus quidquid novit unicuique neceſſe eſſe ad ſalutem, cetera amoveat prorſus.

I. Tenemurne vi præcepti caritatis, omnibus omnino hominibus, indiſcriminatim, ſervata tamen uniuscujusque conditione, quærere & impendere quidquid nobis ipſis, eadem lege ſervata, quærere tenemur? Verbi gratia, omnibus neceſſitatem patientibus vel ſpiritualem, vel temporalem, eodem plane modo ſuccurrere?

R. Non ea eſt hominum conditio, ut omnibus omnino hominibus poſſint eadem ratione ſuccurrere. Dei ſolius providentia ad omnes & ſingulos ſe extendit. Pro virium & facultatum noſtrarum mediocritate ſatis eſt, ſi conſtitutum & neceſſarium in his rebus caritatis ordinem ſervemur.

In eo autem poſitus eſt ordo caritatis, ut prius ſuccurramus iis qui nobis ſunt proximiores, ac deinde ceteris, quantum vires humanæ ſuppetunt, ſervato ſemper ut par eſt ordine majoris minoriſve proximitatis. Itaque prius ſuccurrendum, parentibus, filiis, fratribus, aliiſque cognatione vel affinitate conjunctis, quam ceteris hominibus: prius Chriſtianis, quam infidelibus: prius Paſtoribus & ceteris qui parentum loco habentur, quam Chriſtianorum vulgo; prius ſubditis quam extraneis, &c. (E) E

I. Quæ-

re convenit, quo perfrui, beate vivere eſt, & a quo habent omnes qui eum diligunt, & quod ſunt, & quod eum diligunt; de quo nihil metuimus, ne cuiquam poſſit cognitus diſplicere; & qui ſe vult diligi, non ut ſibi aliquid, ſed ut eis qui diligunt, æternum præmium conferator, hoc eſt ipſe quem diligunt? Hinc efficitur, ut inimicos etiam noſtros diligamus: non enim eos timemus, quia nobis quod diligimus auferre non poſſunt, ſed miſeramur potius, quia tanto magis nos oderunt, quanto ab illo quem diligimus ſeparati ſunt.

Serm. 336 in Dedicatione Eccleſ. 1. alias de tempore 256. cap. 2. num. 2. Amemus, gratis amemus: Deum enim amamus, quo nihil melius invenimus. Ipſum amemus propter ipſum, & nos in ipſo, tamen propter ipſum. Ille enim veraciter amat amicum, qui Deum amat in amico, aut quia eſt in illo, aut ut ſit in illo. Hæc eſt vera dilectio: propter aliud ſi nos diligimus, odimus potius quam diligimus.

(E) ORIGENES *Homil. 3. in Cantic. cantic.* Quod
Cant. st. ergo ait: *Ordinate in me caritatem*, hunc habet ſenſum. Omnes homines amant ſine dubio aliquid; & nullus eſt qui ad id ætatis venerit ut amare jam poſſit, & non aliquid amet:... Sed hic amor, vel hæc caritas in nonnullis quidem ſuo ordine & convenienter aptata procedit, in plurimis vero contra ordinem. Dicitur autem contra ordinem eſſe in aliquo caritas, cum aut id diligit quod non debet, aut quod debet diligit, ſed plus juſto diligit, aut minus juſto. In iſto ergo ordinata eſſe caritas dicitur: in illis vero quos valde paucos arbitror eſſe, qui ſcilicet per viam vitæ incedunt, & non declinant neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram, in ipſis ſolis ordinata eſt caritas, & ordinem ſuum tenet. Eſt autem ordo ejus & menſura hujusmodi, verbi gratia, Deum diligere nullus modus, nulla menſura eſt, niſi hæc ſola, ut ei totum exhibeas quantum habes. In Chriſto enim Jeſu diligendus eſt Deus ex toto corde, & ex tota anima & ex totis viribus. In hoc ergo nulla menſura eſt. Diligere vero proximum eſt menſura aliqua. Proximum, inquit, tuum dilige ſicut teipſum. Si ergo aut in Dei dilectione minus aliquid feceris quam potes, & quam in viribus tuis eſt: aut inter te & proximum tuum non ſervaveris æquitatem, ſed aliquid differentiæ habueris: non eſt in te caritas ordinata, nec ordinem ſuum tenens. Verum quoniam nobis ſermo de ordine caritatis eſt, diligentius per ſingula requiramus, vel quos diligi, vel quantum diligi oporRom. 12. 5. teat. Nam ſi, ut dicit Apoſtolus, membra alterutrum ſumus, puto quod hunc affectum erga proximos habere debeamus, ut eos non quaſi aliena corpora, ſed veluti membra noſtra diligamus. Secundum hoc ergo quod membra noſtra invicem ſumus, æqualem erga omnes habere dilectionem ſimilemque convenit. Secundum hoc vero quod ſunt in corpore alique membra honorabiliora & honeſtiora, alia vero inhoneſtiora, & inferiora, puto quod rurſum pro membrorum meritis & honore, etiam dilectionis librari debeat modus. Si quis ergo rationabiliter cuncta agere ſecundum verbum Dei, ac ſuos etiam affectus temperare proponit, puto quod erga hæc ſingula ordinem caritatis & ſcire debeat & tenere... Secundum hæc etiam de patre, vel fratre, atque aliis propinquis obſervabimus. Erga Sanctos vero qui nos in Chriſto genuerunt, ſed & Paſtores, atque Epiſcopos, vel qui verbo Dei præſunt Presbyteros, aut qui bene miniſtrant in Eccleſia, vel qui in fide præcellunt ceteros, quomodo non pro uniuscujusque meritis affectio penſabitur caritatis longe eminentior quam erga eos haberi poteſt, qui aut nihil horum, aut non integre egerunt: ſed & inter parentes fideles, & infideles, & fratres fideles ac infideles, ſororesque, poteſtne fieri ut non erga hos ſingulos diverſus ordo habeatur caritatis? Quas diverſitates intuens ſponſa, & videns de his omnibus animæ ad perfectionem tendenti neceſſariam videri ſcientiam earum rerum, ut uniuscujusque loci & ordinis menſuras poſſit tenere caritatis, dicit ad amicos ſponſi, eos videlicet qui verbum Dei miniſtrant: *Ordinate in me caritatem*, hoc eſt, docete me, & tradite mihi quomodo per hæc ſingula ordinem ſervare debeam caritatis. Omnes enim homines (ſicut jam diximus) ſecundum hoc quod ſimiles nobis ſunt, ſimiliter diligendi ſunt: imo omnis rationabilis creatura a nobis utpote rationabilibus æqualiter diligenda eſt. Adjiciendum tamen in caritate eſt unicuique ad hoc quomodo eſt, & ad hoc quod rationabilis eſt: ſi verbi gratia, aut in moribus, aut in opere, aut in propoſito, aut in ſcientia, aut in ſtudiis ceteros percellit: & pro his ſingulis ſecundum ſuum cuique meritum ad generalem dilectionem addendum eſt etiam ſpecialis aliquid caritatis.

S. AUG. *Serm. 385. de Amore hominis in hominem, alias 38. inter Homil. 50. c. 1. nu. 1.* Ipſe perverſe amat alterum qui & ſe perverſe amat; qui autem recte ſe amat, & alterum recte amat...

N. 2. Incipit licitus amor a conjugio, ſed adhuc carnalis eſt.... Secundus amor filiorum eſt, ſed adhuc ipſe carnalis eſt. Non enim eſt laudandus qui amat filios, ſed deteſtandus qui non amat:.. Alius amor qui eſt propinquorum, jam iſte videtur proprius hominum, ſi non ſit conſuetudinis. Nam major eſt amor qui extenditur ultra propinquos, quam qui tenetur inter propinquos. Qui amat propinquos ſuos, adhuc ſanguinem ſuum amat. Amet alios qui non ſunt propinqui, ſuſcipiat peregrinum: jam multum dilatatus eſt amor iſte. Tantum autem creſcit ut a conjuge ad filios, a filiis ad propinquos, a propinquis ad extraneos, ab extraneis ad inimicos perveniat. Sed ut perveniat illuc, multos habet gradus.

Cap. 2. n. 3. De amicitia ergo videte quid dicam. Sunt amici excepta amicitia, quæ nec amicitia dicenda eſt, quam facit mala conſcientia... Excepta ergo iſta nefaria amicitia eſt, quædam amicitia adhuc carnalis per conſuetudinem cohabitandi, colloquendi, ſimul converſandi, ut contriſtetur homo, quando deſeritur ab amico, cum quo ſolet colloqui, & habere conjunctiones. Conveniunt duo homines, ambulant ſecum triduo, & jam nolunt a ſe recedere. Et iſta quædem amicitiæ dulcedo eſt: honeſta quidem.. Eſt ergo iſta amicitia conſuetudinis non rationis.. Eſt alia ſuperior amicitia, non

con-

conſuetudinis, ſed rationis, qua diligimus hominem propter fidem & mutuam benevolentiam in iſta vita mortali. Hac ſuperius quidquid jam invenerimus, divinum eſt. Incipiat homo amare Deum, & non amabit in homine niſi Deum.

Cap. 3. num. 4. Videat enim caritas veſtra primum amicitiæ amor qualiter debeat eſſe gratuitus. Non enim propterea debes habere amicum, vel amare, ut aliquid tibi præſtet. Si propterea illum amas ut præſtet tibi vel pecuniam, vel aliquod commodum temporale; non illum amas, ſed illud quod præſtat. Amicus gratis amandus eſt propter ſeſe, non propter aliud. Si hominem te hortatur amicitiæ regula, ut gratis diligas; quam gratis amandus eſt Deus, qui jubet ut hominem diligas? Nihil delectabilius Deo. Nam in homine ſunt quæ offendant; per amicitiam tamen cogis te, ut etiam illa quæ offendunt in homine toleres propter amicitiam: ſi ergo non debes propter quædam toleranda diſſolvere hominis amicitiam, Dei amicitia quibus rebus debet cogi, ut diſſolvatur a te? Nihil invenis delectabilius Deo. Deus non eſt unde te offendat, ſi tu eum non offendas? Nihil illo pulchrius, nihil illo dulcius. Sed dicturus es mihi, Non illum video, quomodo ſum amaturus quem non video? Ecce quomodo diſcis amare quem non vides: modo oſtendo unde coneris videre quod iſtis oculis non potes videre. Ecce amas amicum, quid in illo amas? Gratis eum amas; ſed forte amicus iſte tuus, ut alia omittam, ſenex homo eſt, fieri enim poteſt, ut habeas amicum ſenem. Quid amas in ſene? Incurvum corpus, album caput, rugas in fronte, contractam maxillam? Si corpus quod vides, nihil deformius præ ſenectute: & tamen aliquid amas, & corpus quod vides non amas, quia deforme eſt. Unde vides quod amas? Si enim quæram a te quare amas? reſponſurus es mihi, Homo eſt fidelis. Ergo fidem amas. Si fidem amas; quibus oculis videtur fides, ipſis oculis videtur Deus. Incipe ergo amare Deum, & amabis hominem propter Deum.

Lib. 1. de Doctr. Chriſt. c. 28. n. 29. Omnes æque diligendi ſunt: ſed cum omnibus prodeſſe non poſſis, his potiſſimum conſulendum eſt, qui pro locorum & temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus conſtrictius tibi quaſi quadam ſorte junguntur. Sicut enim ſi tibi abundaret aliquid, quod dari oporteret ei qui non haberet, nec duobus dari poſſet, ſi tibi occurrerent duo, quorum neuter alium vel indigentia, vel erga te aliqua neceſſitudine ſuperaret; nihil juſtius faceres quam ut ſorte legeres, cui dandum eſſet quod dari utrique non poſſet; ſic in hominibus quibus omnibus conſulere nequeas, pro ſorte habendum eſt, prout quiſque tibi temporaliter colligatius adhærere potuerit.

De vera Religione, c. 47. num. 90. ... Ita cum diligat proximum tamquam ſeipſum, non invidet ei, quia nec ſibi ipſi: præſtat ei quod poteſt, quia & ſibi ipſi: non eo indiget, quia nec ſeipſo: tantum Deo indiget, cui adhærendo bonus eſt. Nemo autem illi eripit Deum. Ille ergo veriſſime atque certiſſime invictus homo eſt, qui cohæret Deo, non ut ab eo aliquid boni extra mereatur, ſed cui nihil aliud quam ipſum hærere Deo bonum eſt.

N. 91. Hic vir quamdiu eſt in hac vita, utitur amico ad rependendam gratiam, utitur inimico ad patientiam, utitur quibus poteſt ad beneficentiam, utitur omnibus ad benevolentiam; & quamquam temporalia non diligat, ipſe recte utitur temporalibus, & pro eorum ſorte hominibus conſulit, ſi æqualiter non poteſt omnibus. Quare ſi aliquem familiarium ſuorum promptius quam quemlibet alloquitur, non eum magis diligit, ſed ad eum habet majorem fiduciam, & apertiorem temporis januam. Tractat enim temporis deditos tanto melius, quanto minus ipſe obligatus eſt tempori. Cum itaque omnibus, quos pariter diligit, prodeſſe non poſſit, niſi conjunctioribus prodeſſe malit, injuſtus eſt. Animi autem conjunctio major eſt, quam locorum aut temporum quibus in hoc corpore gignimur; ſed ea maxima eſt, quæ omnibus prævalet. Non ergo iſte affligitur morte cujuſquam, quoniam qui toto animo Deum diligit, novit nec ſibi perire quod Deo non perit.

N. 92. In omnibus autem officioſis laboribus futuræ quietis certa exſpectatione, non frangitur... Qui enim ei nocebit, qui bene uti etiam inimico poteſt? ejus enim præſidio & munimento inimicitias non pertimeſcit, cujus præcepto & dono diligit inimicos... Homo qui proſperis rebus proficit, aſperis quid profecerit diſcit.

S. BERNARD. *Serm. 50. in Cantica, n. 3.* Cum dixiſſet
Luc. 6. 27. Dominus, *Diligite inimicos veſtros*, mox de operibus infert, *benefacite his qui oderunt vos*.... Et hic de actu habes, non de affectu. Sed audi item Dominum etiam de ſui dilectione mandantem: *Si diligitis me*, inquit, *ſermones meos ſervate*. Atque hic quoque ad opera mittimur per injunctam obſervantiam mandatorum. Supervacue autem de opere monuiſſet, ſi in affectione jam fuiſſet dilectio. Sic Joh. 14. 23.
ergo neceſſe eſt & illud accipere, quod jubetis diligere proximum tuum ſicut teipſum, etſi non ita aperte expreſſum ſit. An non denique ſatis tibi eſſe judices ad implendum iſtud de proximi dilectione mandatum, ſi id perfecte obſerves, in quo omni homini recte de lege naturæ præſcribitur. *Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris?* Et item illud: *Quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos* Matt. 7. 12.
facite illis.

N. 4. Neque hoc dico, ut ſine affectione ſimus, & corde arido ſolas moveamus manus ad opera. Legi inter alia, quæ ſcribit Apoſtolus, magna & gravia hominum mala, hoc quoque adnumeratum, *Sine affectione* ſcilicet eſſe. Rom. 1. 31.
Sed eſt affectio quam caro gignit; & eſt quam ratio regit, & eſt quam condit ſapientia. Prima eſt, quam Apoſtolus legi Dei dicit non eſſe ſubjectam, nec eſſe poſſe: ſecunda quam perhibet e regione conſentientem legi Dei, quoniam bona eſt: nec dubium diſtare inter ſe contentiolam & conſentaneam. Longe vero tertia ab utraque diſtat, quæ & guſtat, & ſapit quoniam ſuavis eſt Dominus, primam eliminans, ſecundam remunerans... Igitur per ſecundam opera fiunt, & in ipſa caritas ſedet, non illa affectualis, quæ ſale ſapientiæ condita pingueſcens magnam menti importat multitudinem dulcedinis Domini: ſed quædam potius actualis, quæ & ſi nondum dulci illo amore ſuaviter reficit, amore tamen amoris ipſius vehementer accendit. *Non diligamus*, ait, *verbo, neque lingua, ſed opere & veritate*. 1. Joh. III. 18.

N. 5. In bene affectata mente non dubium quin dilectioni hominis, Dei dilectio præponatur, & in hominibus ipſis perfectiores infirmioribus, cælum terræ, æternitas tempori, anima carni. Attamen in bene ordinata actione ſæpe, aut etiam ſemper, ordo oppoſitus invenitur. Nam & circa proximi curam & plus urgemur, & pluries occupamur; & infirmioribus fratribus diligentiori ſedulitate aſſiſtimus; & paci terræ magis, quam cæli gloriæ jure humanitatis, & ipſa neceſſitate intendimus; & temporalium inquietudine curarum vix aliquid ſentire de æternis permittimur; & languoribus noſtri corporis, poſtpoſita animæ cura, pene continue inſervimus... Orantem denique hominem cum Deo loqui quis dubitet? Quoties tamen inde caritate jubente abducimur & vellimur propter eos, qui noſtra indigent opera vel loquela? Quoties pie cedit negotiorum tumultibus pia quies? Quoties bona conſcientia ponitur codex, ut operi manuum inſudetur? Quoties pro adminiſtrandis terrenis, juſtiſſime ipſis ſuperſedemus celebrandis Miſſarum ſolemniis? Ordo præpoſterus: ſed neceſſitas non habet legem.

N. 6. At non ita effectualis: nam a primis ipſa ducit ordinem. Eſt enim ſapientia, per quam utique quæque res ſapiunt prout ſunt... Nam vera in hoc eſt caritas, ut qui indigent amplius, accipiant prius; & rurſus in eo cara apparet veritas, ſi ordinem tenemus affectu, quem illa ratione. Tu ergo ſi diligas Dominum Deum tuum toto corde, tota anima, tota virtute tua,.. ſapit tibi profecto Deus, etſi non digne omnino prout eſt,.... certe prout tuum ſapere eſt. Deinde ſapies ipſe tu tibi prout es, cum te ſenſeris nihil habere prorſus, unde te ames, niſi in quantum Dei es... Cum nihil dignum te eſſe invenies, quod vel a teipſo ametur, niſi propter ipſum, ſine quo ipſe es nihil.

N. 7. Jam vero proximus, quem vere te oportet diligere tamquam teipſum, ut tibi & ipſe ſapiat prout eſt, haud aliud profecto ſapiet tibi, quam tu tibi, qui hoc eſt quod tu: eſt enim homo. Qui itaque te non diligit, niſi quia diligis Deum; conſequenter omnes qui ſimiliter diligunt eum, diligis tamquam teipſum. Porro inimicum hominem... diliges ut diligat (Deum)... Illo igitur excepto (de quo conſtat quod ad amorem Dei non ſit deinceps rediturus) qui non modo jam non ſit diligendus, inſuper & odio habendus eſt,... de cetero nulli vel inimiciſſimo homini negari quantulumcumque affectum caritas ſane in hac parte ambitioſa permittis. Quis ſapiens, & intelliget hæc?

N. 8. Da mihi hominem, qui ante omnia quidem ex toto ſe diligat Deum; ſe vero & proximum, in quantum diligunt ipſum; inimicum autem, tamquam aliquando forſitan dilecturum; porro parentes carnis ſuæ germanius propter naturam, ſpirituales vero eruditores ſuos profuſius propter gratiam; atque in hunc modum ad cetera quæque Dei ordinato intendat amore, deſpiciens ter-

I. Quænam eſt nota, quodnam indicium, ſignumve dilectionis proximi?

R. His maxime indiciis cognoſci poteſt num revera proximum diligamus,

1. Si nullum ipſi malum vel optemus, vel faciamus, vel quæramus; imo ſi optemus ipſi omne genus boni, habita ratione conditionis ipſius & officiorum; ſi in omnibus adjuvemus eum pro viribus, ſervato ordine caritatis.

2. Si, juxta præceptum Apoſtoli, alter alterius onera portemus; ſi proximi vitia & infirmitates feramus patienter; & benigne, quantum fieri poteſt, accipiamus.

3. Uno verbo, ſi in omnibus faciamus alteri, quod nobis fieri viciſſim & æquum eſt & volumus. (F) F

I. Quibusnam potiſſimum operibus exerceri in proximum caritas poteſt?

R. Exercetur caritas in proximum operibus miſericordiæ, quæ vel ſpiritualia vel corporalia ſunt.

I. Quænam ſunt opera ſpiritualia miſericordiæ?

R. 1. Ignaros & rudes docere quæ ad religionem pertinent.

2. Peccantes corrigere, arguere.

3. Dare conſilium indigentibus conſilio.

4. Conſolari afflictos.

5. Injurias acceptas, & vitia proximorum patienter ferre.

6. Offenſiones libenter condonare & remittere.

7. Orare pro vivis & mortuis & perſequentibus nos.

I. Quænam ſunt opera corporalia miſericordiæ?

R. 1. Præbere cibum eſurientibus & potum ſitientibus.

2. Suſcipere peregrinos in hoſpitium.

3. Nudos veſtire.

4. Ægrotos inviſere.

5. In carcere poſitos adire & conſolari.

6. Captivos redimere.

7. Mortuos ſepelire.

(Sequentibus Paragraphis explicabimus ſi quæ ſunt in illis operibus tam ſpiritualibus quam corporalibus miſericordiæ, quæ vulgo ignorentur a Chriſtianis: cetera non indigent uberiori tractatione.)

§. 4. *De Eleemoſyna.*

I. Quid intelligitur eleemoſynæ nomine?

R. Eo generali nomine intelligitur quidquid erga proximum poteſt exerceri caritatis. Itaque eleemoſyna vel ſpiritualis eſt, vel corporalis: ſpiritualis quidem, ſi exerceantur opera ſpiritualia miſericordiæ: corporalis autem, ſi corporalia. (A) A

I. Quantæ neceſſitatis eſt eleemoſyna?

R. Summæ neceſſitatis. Ab ea eroganda ne-

ram, ſuſpiciens cælum, utens hoc mundo tamquam non utens, & inter utenda & fruenda intimo quodam mentis ſapore diſcernens, ut tranſitoria tranſitorie, & ad id dumtaxat quod opus, & prout opus eſt curet, æterna deſiderio amplectatur æterno: talem, inquam, da mihi hominem, & ego audacter illum ſapientem pronuntio, cui nimirum quæque res revera ſapiunt prout ſunt, & cui in veritate atque ſecuritate competit gloriari, & dicere, quia *ordinavit in me caritatem*.

Lib. de Amore Dei, *n.* 33. Eſt enim lex caritatis: & eſt neceſſitas caritatis. Lex caritatis præcipit actum caritatis Dei præponere actui animæ, & actum animæ actui corporis. Neceſſitas caritatis ſæpe omnia his contraria. Inde eſt quod multi dicunt, pauci intelligunt: Neceſſitas non habet legem. Procedit ordo & regula caritatis quæ præcipit ſuum corpus & alterius minus diligere quam & alterius animam: ſuam vero animam & alterius plus diligere quam ſuum corpus vel alterius: ſuam animam non plus quam alterius, ſed alterius ſicut ſuam. Hæc quantum ad affectum caritatis. Ceterum actus ipſius caritatis ſæpe aliter ordinatur: præponitur enim ſæpe, ut dictum eſt, in actu corpus animæ, anima Deo. Quod ſi fratri tuo ejusdem meriti & utilitatis tecum in eadem neceſſitate poſito, prius ſubvenias, abundas caritate; ſi tibi, non peccas. Nam in eo quod dicitur *ſicut te*, primatus tibi conceditur: ſi autem diſparis meriti fuerit, meliori eſt ſubveniendum. Et cum omnes æqualiter diligere debeamus, non tamen ſine cauſa familiares orationes facimus: non quod omnibus prodeſſe nolimus, ſed quia illis maxime prodeſſe credimus orationes noſtras qui nobis ſe committunt, vel quia magis corda noſtra excitantur. Itaque hoc ordine ſponſus in me ordinavit caritatem.

Galat. 6. 2. (F) S. AUG. *L.* 83. *qq. q.* 71. *nu.* 1. *Invicem onera portate & ſic adimplebitis legem Chriſti*. Hanc Chriſti legem dicere intelligitur, quia ipſe Dominus præcepit ut nos invicem diligamus, tantum in ea ſententia præcepti

Joh 13. 34. pondus conſtituens, ut diceret, In hoc cognoſcetur quoniam diſcipuli mei eſtis, ſi vos invicem diligatis.

Ibid. 35. Hujus autem dilectionis officium eſt, invicem onera noſtra portare... nihil enim ſic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio.

N. 4. Conſiderare debemus, quod ægritudinem ſive animi, ſive corporis, quam in alio homine videmus, etiam nos habere potuimus, aut poſſumus. Hoc ergo exhibeamus illi, cujus infirmitatem portare volumus, quod ab illo nobis vellemus exhiberi, ſi forte nos in ea eſſemus, & ipſe non eſſet. Ad hoc pertinet quod

1.Cor.9.22. ipſe Apoſtolus ait: Omnibus omnia factus ſum, ut omnes lucrifacerem.

N. 6. Nullius itaque repudianda eſt amicitia ſeſe ingerentis ad amicitiam copulandam; non ut ſtatim recipiatur, ſed ut recipiendus optetur, atque ita tractetur, ut recipi poſſit. Illum enim receptum in amicitiam poſſumus dicere, cui omnia conſilia noſtra refundere audeamus. Et ſi quiſquam eſt qui ſe non audet ingerere ad amicitiam faciendam, cum aliquo noſtro temporali honore aut dignitate revocetur; deſcendendum eſt ad eum, & offerendum illi quadam comitate & ſubmiſſione animi, quod petere per ſe ipſe non audet. Sane quamvis rarius, tamen aliquoties accidit, ut ejus quem volumus in amicitiam recipere, potius nobis innoteſcant mala quam bona, quibus offenſi & quodammodo repercuſſi relinquimus eum, & ad bonorum ejus, quæ forte occultiora ſunt, indagationem non pervenimus. Admonet itaque Dominus Jeſus Chriſtus, qui nos vult effici imitatores ſuos, ut ejus infirma toleremus, ut ad quædam ſana, in quorum delectatione adquieſcamus, per caritatis tolerantiam perducamur.

N. 7. Ipſa eſt ergo lex Chriſti, ut invicem onera noſtra portemus. Chriſtum autem diligendo, facile ſuſtinemus infirmitatem alterius, etiam quem nondum propter bona ſua diligimus. Cogitamus enim quia ille, quem diligimus, Dominus propter eum mortuus eſt.

(A) S. AUG. *Enchirid. ad Laurentium*, *cap.* 72. *n.* 19. Luc. 11. 41.
Date eleemoſynam & ecce omnia munda ſunt vobis. Non ſolum ergo qui dat eſurienti cibum, ſitienti potum, nudo veſtimentum, peregrinanti hoſpitium, fugienti latibulum, ægroto vel incluſo viſitationem, captivorum redemptionem, debili ſubvectionem, cæco deductionem, non ſano medelam, erranti viam, deliberanti conſilium, & quod cuique neceſſarium eſt indigenti; verum etiam qui dat veniam peccanti, eleemoſynam dat, & qui emendat verbere in quem poteſtas datur, vel coercet aliqua diſciplina, & tamen peccatum ejus, quo ab illo læſus, aut offenſus eſt, dimittit ex corde, vel orat ut ei dimittatur, non ſolum in eo quod dimittit atque orat, verum etiam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemoſynam dat; quia miſericordiam præſtat. Multa enim bona præſtantur invitis, quando eorum conſulitur utilitati, non voluntati... Multa itaque ſunt genera eleemoſynarum, quæ cum facimus, adjuvamur ut dimittantur noſtra peccata.

Cap. 73. Sed eo nihil eſt majus, quo ex corde dimittimus, quod in nos quiſque peccavit. Minus enim magnum eſt erga eum eſſe benevolum, ſive etiam beneficum, qui tibi mali nihil fecerit: illud multo grandius & magnificentiſſimæ bonitatis eſt, ut tuum quoque inimicum diligas, & ei qui tibi malum vult, & ſi poteſt facit, tu bonum ſemper velis faciaſque cum poſſis, audiens dicentem Deum: *Diligite inimicos veſtros, benefacite eis qui vos oderunt, & orate pro eis qui vos perſequuntur.* Matt. 5. 44.

Cap.

B nemo eximitur, ſi facultas erogandi ſoppetat. (B)

I. Unde tenta neceſſitas?

R. 1. Ex præcepto caritatis: *Qui enim non diligit proximum manet in morte: qui autem habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo caritas Dei manet in eo? Non verbo, neque lingua, ſed opere & veritate* diligendus eſt proximus.

2. Ex oraculo Chriſti præcipientis & minas intentantis. *Diſcedite*, inquiet olim reprobis, a *me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus. 42. Eſurivi enim & non dediſtis mihi manducare, ſitivi & non dediſtis mihi potum. 43. Hoſpes eram & non collegiſtis me, nudus & non cooperuiſtis me, infirmus & in carcere & non viſitaſtis me... 45... Amen dico vobis quandiu non feciſtis uni de minoribus his, nec mihi feciſtis. 46. Et ibunt hi in ſupplicium æternum*. Si quis hoc oraculo, ne dicam fulmine, Chriſti non terreatur, & ad exercendam erga pauperes miſericordiam non flectatur, eum & corde induratum & pene reprobum non immerito dixeris.

I. Eſtne eleemoſyna utilis?

R. Utilior eſt danti quam accipienti. Leve & tranſitorium eſt quod das pauperi munus; æternum eſt quod accipis a Deo præmium. (C) C

I. Quænam ſunt præcipuæ utilitates eleemoſynæ?

R. Eleemoſyna 1. A peccato & a morte liberat,

Cap. 75. n. 20. Sane qui ſceleratiſſime vivunt, nec curant talem vitam moreſque corrigere, & inter ipſa facinora & flagitia ſua eleemoſynas frequentare non ceſſant, fruſtra ideo ſibi blandiuntur, quoniam Domi-
Luc. 11.41. nus ait, *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis*. Qui vult ordinate dare eleemoſynam, a ſeipſo debet incipere, & eam ſibi primum dare. Eſt enim eleemoſyna opus miſericordiæ, veriſſimeque dictum
Eccli. 30.24. eſt: *Miſerere animæ tuæ placens Deo*... Hæc eſt prima eleemoſyna quam nobis dedimus, quoniam nos ipſos miſeros per miſerantis Dei miſericordiam requiſivimus, juſtum judicium ejus confitentes, quo miſeri ef-
Luc. 11.43. fecti ſumus..... *Hæc oportuit*, id eſt, judicium & caritatem Dei, *& illa non omittere*, id eſt, eleemoſynas fructum terrenorum.

Cap. 77. Non ergo ſe fallant, qui per eleemoſynas quaſque largiſſimas fructuum ſuorum, vel cujuſcumque pecuniæ, impunitatem ſe emere exiſtimant in facinorum immanitate, ac flagitiorum nequitia permanendi.... Qui odit animam ſuam, non eſt in eam miſericors, ſed crudelis. Diligendo eam quippe ſecundum ſæculum, odit eam ſecundum Deum. Si ergo vellet ei dare eleemoſynam, per quam illi eſſent munda omnia, odiſſet eam ſecundum ſæculum, & diligeret ſecundum Deum.

In Pſal. CII. *num.* 14. Ergo, fratres, exercete miſericordiam. Non eſt aliud vinculum caritatis, non eſt aliud vehiculum quo perducamur ex hac vita ad illam patriam. Extendite dilectionem uſque ad inimicos: ſecuri eſtote... Securus eſto miſericors, extende dilectionem uſque ad inimicos: qui forte pertinent ad gubernationem tuam, vindica, coerce cum dilectione, cum caritate, adtendens ſalutem æternam; ne cum parcis carni, anima pereat.

(B) PROV. XIV. 21. Qui miſeretur pauperis, beatus erit.

XXI. 13. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur.

ECCLI. IV. 1. Fili, eleemoſynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transvertas a paupere. 2. Animam eſurientem ne deſpexeris: & non exaſperes pauperem in inopia ſua. 3. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum anguſtianti. 4. Rogationem contribulati ne abjicias: & non avertas faciem tuam ab egeno. 5. Ab inope ne avertas oculos tuos propter iram, & non relinquas quærentibus tibi retro maledicere. 6. Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum, qui fecit illum. 7. Congregationi pauperum affabilem te facito... 8. Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & reſponde illi pacifica in manſuetudine.

TOBIÆ IV. 7. Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet ut nec a te avertatur facies Domini. 8. Quomodo potueris, ita eſto miſericors. 9. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude. 10. Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis. 11. Quoniam eleemoſyna ab omni peccato & a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. 12. Fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus facientibus eam.

JACOB. II. 13. Judicium ſine miſericordia, illi qui non fecit miſericordiam: ſuperexaltat autem miſericordia judicium... 15. Si autem frater & ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano. 16. dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini: non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit?

S. AUG. *Enarrat. in Pſal.* LXXV. *n.* 9. Tranſit vita iſta, & nihil inveniunt in manibus ſuis (divites,) quia nihil poſuerunt in manu Chriſti. Vis aliquid in-
venire in manibus tuis poſtea? Noli contemnere modo *Matth.* 25.
manum pauperis; & reſpice manus inanes, ſi vis ha- 35. *& ſeq.*
bere manus plenas. Dixit enim Dominus: Eſurivi, & dediſtis mihi manducare; ſitivi, & dediſtis mihi potum; hoſpes fui & adduxiſtis me, & cetera. Et illi: Quando te vidimus eſurientem, ſitientem aut hoſpitem? Et ille dicit illis, Quando uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Eſurire in pauperibus voluit, qui dives in cælo eſt; & tu dubitas homo dare homini, cum ſcias te Chriſto dare quod das, a quo accepiſti quidquid das.

In Pſal. CXLVII. n. 13. Da egenti fratri. Cui fratri? Chriſto. Si ergo quia fratri Chriſto, & quia Chriſto Deo... Deus egere a te voluit, & tu manus retrahis? Certe ut porrigis manum & petis a Deo: audi Scri-
pturam, *Non ſit manus tua porrecta ad accipiendum, &* *Eccli.* 4.36.
ad dandum collecta. Erogari ſibi vult Deus; ex illo quod dedit. Quid enim das, quod ille non dedit? Quid enim habes, quod non accepiſti? Aut vero, non dico, Deo, ſed cuilibet de tuo das aliquid? De illius das, qui jubet ut des. Prærogator eſto, non invaſor.

Serm. in Pſal. XLVIII. *num.* 11. De iſta mammona iniquitatis, de divitiis iſtis quas iniqui vocant divitias, fac tibi amicos, & prudens eris: comparas tibi, non fraudaris. Modo enim videris perdere. Numquid perdes in theſaurario ponens?... Ponis tu in manu Chriſti & times? Eſto prudens, & proſpice tibi impoſterum in cælo. Eſto ergo prudens, imitare formicam, ſicut dicit Scriptura; reconde æſtate, ne eſurias in hyeme: hyems eſt dies noviſſimus, dies tribulationis: hyems eſt dies ſcandalorum & amaritudinis: collige quod tibi ſit (*forte* proſit) in poſterum; ſi autem non facis, ſimul imprudens & inſipiens peribis.

(C) S. AUG. *Enarrat. in Pſal.* CII. *num.* 12. Quam miſericordiam facturus es juſto? In neceſſitatibus tantum corporalibus: quibus ſi defuerint ſupplementa a te, non deerunt a Deo. Quod ergo facis, tibi plus prodeſt. Das mendico tranſeunti & petenti: quæris & juſtum cui des, per quem recipiaris in tabernacula æter-
na; quia, *qui recipit juſtum in nomine juſti, mercedem* *Matt.* 10.41
juſti accipiet. Mendicus te quærit, juſtum tu quære. De
alio enim dictum eſt, *Omni petenti te da*: & de alio di- *Luc.* 6. 30.
ctum eſt, Deſudet eleemoſyna in manu tua donec in-
venias juſtum, cui eam tradas. Et ſi diu non *Eccl.* 29.15.
invenitur; diu quære, invenies. Sed quid præſtabis? Nonne plus tibi præſtatur?... Non ergo deeſt unde Deus det ſuis: tu vide quid emas, quando emas, quanti emas. Emis enim regnum cælorum: & non eſt emendi tempus, niſi in hac vita. Et quam vili emas, adtende. Tanti tibi valet, quantum habere poteris.

Serm. 223. *alias* 41. *de verbis Domini*, *cap.* 5. *num.* 5. Quantumvis habeas quicumque dives es, Dei mendicus es... Et tamen Chriſtus dicit tibi: Da mihi ex eo quod dedi tibi. Quid enim adtuliſti, quando huc veniſti? Nihil adtuliſti, nihil hinc tolles. De meo mihi quare non donas?... De meo quæro: da, & reddo. Habuiſti me largitorem, fac cito debitorem... Habeam te fœneratorem. Pauca mihi da, plura reddam. Terrena mihi das, cæleſtia reddam. Temporalia das, æterna reſtituam.

PARS II. SECT. II. CAP. IV. §. 4.

liberat. (D) 2. Reddit Deum propitium. (E) 3. Juſtitiæ divinæ ſatisfacit. (F) 4. Fiducia magna coram Deo in tempore orationis & tribulationis eleemoſyna facientibus eam. (G) G

I. Quid

D *Serm.* 239. *alias* 146. *de temp. in dieb. Paſchal.* 1. *nu.* 5.
E Fœnerator eſto, eroga quod recipias. Noli timere ne
F te ſœneratorem judicet Deus. Prorſus, prorſus eſto ſœnerator .... Ecce mihi da, dicit tibi Deus: ego accipio minus, & do plus. Quid? Centuplicia, & vitam æternam.

Serm. 3. *in Pſal.* XXXVI. Fœnera Deo... Da modica, accipe magna, vide quam late creſcat fœnus tuum. Da temporalia, accipe æterna; da terram, accipe cælum.

S. AMBROS. *de Nabuthe*, *cap.* 12. *nu.* 53. Tibi proficit quidquid inopi contuleris: tibi creſcit quidquid minueris: te illo quem pauperi dederis cibo paſcis; quoniam qui miſeretur pauperi ipſe paſcitur, & fructus jam in his eſt. Miſericordia ſeminatur in terra, in cælo ger-
Prov. 3. 28. minat: plantatur in paupere, apud Deum pullulat. *Ne dixeris*, inquit, *cras dabo*. Qui non patitur te dicere, Cras dabo, quomodo patitur dicere: Non dabo? Non de tuo largiris pauperi, ſed de ſuo reddis. Quod enim commune eſt in omnium uſum datum, tu ſolum uſurpas. Omnium eſt terra, non divitum: ſed pauciores qui non utuntur ſuo, quam qui utuntur. Debitum igitur reddis, non largiris indebitum. Ideoque tibi dicit Scriptura:
Eccli. 4. 8. *Declina pauperi animam tuam, & redde debitum tuum, & reſponde pacifica in manſuetudine.*

Cap. 14. *n.* 58. Cuſtos ergo es tuarum, non dominus facultatum, qui aurum terræ infodis, miniſter utique ejus, non arbiter... Vende aurum & eme ſalutem: vende lapidem & eme regnum Dei: vende agrum & redime tibi vitam æternam. Vera allego, quia ver-
Mat. 19. 21. bo adſtruo veritatis. *Si vis perfectus eſſe*, inquit, *omnia quæcumque habes vende; & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo*... Cum hæc legis, conſidera.. quia peteris parva pro magnis, caduca pro æternis, theſauros pecuniæ, pro theſauris gratiæ.

N. 59. Vide autem quos tibi det gratia debitores... Facit tibi debitorem Patrem Deum, qui pro munere quo pauper adjutus eſt, fœnus exſolvit, quaſi boni debitor creditoris... Facit tibi debitorem Filium Dei,
Mat. 25. 35. qui ait: Eſurivi & dediſti mihi manducare, &c. Quod enim unicuique minimorum collatum fuerit, ſibi dicit eſſe collatum.

(D) ECCLI. III. 33. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis: 34. & Deus proſpector eſt ejus qui reddit gratiam: meminit ejus in poſterum, & in tempore caſus ſui inveniet firmamentum.

TOBIÆ IV. 11. *Vide ſupra lit.* (B) *hocce* §.

XII. Bona eſt oratio cum jejunio, & eleemoſyna magis quam theſauros auri recondere: 9. Quoniam eleemoſyna a morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit invenire miſericordiam & vitam æternam.

LUC. XI. 41. Verumtamen quod ſupereſt, date eleemoſynam; & ecce omnia munda ſunt vobis.

S. AUG. *Epiſt.* 157. *alias* 89. *ad Hilarium*, *cap.* 1. *n.* 3. Qui illa peccata, ſine quibus non hic vivitur, mundare operibus miſericordiæ... non neglexerit, merebitur hinc exire ſine peccato... Quiſquis autem .... dederit ſe libidinibus & criminibus nefariis obligaverit, atque in his criminoſis conſceleratiſque moribus uſque in diem ſuum ultimum perduraverit, quaslibet inter hæc eleemoſynas faciat, & infeliciter ducit vitam, & infelicius finit.

(E) PSAL. XL. 2. Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. 3. Dominus conſervet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum ejus. 4. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris ejus.

(F) DANIEL IV. 24. Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum. Forſitan ignoſcet delictis tuis.

(G) TOBIÆ IV. 12. *Vide ſupra lit.* (B) *hujuſce* §.

ISAIÆ LVIII. 7. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. 8. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam juſtitia tua, & gloria Domini colliget te. 9. Tunc invocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adſum.. Cum effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies. 11. Et requiem tibi dabit Dominus ſemper, & implebit ſplendoribus animam tuam, & oſſa tua liberabit, & eris quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cujus non deficient aquæ.

S. CYPRIANUS *De opere & eleemoſynis*... Sordes quaſcumque contrahimus, eleemoſynis abluamus. Loquitur in Scripturis divinis Spiritus ſanctus & dicit: Eleemoſy-
nis & fide peccata purgantur... Item denuo dicit: Sicut Tob. 4. 11.
aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit pecca- Eccli. 3. 33.
tum... quia ſicut lavacro aquæ ſalutaris gehennæ ignis extinguitur, ita eleemoſynis atque operibus juſtis deli-
ctorum flamma ſopitur... Hoc & in Evangelio Domi- Luc. 11. 45.
nus docet... *Date eleemoſynam & ecce vobis munda omnia*... Miſericors docet ac monet, miſericordiam fieri; & quia ſervare quærit, quos magno pretio redemit, poſt baptiſmi gratiam ſordidatos docet denuo poſſe purgari. Numquam.. admonitio divina ceſſavit, numquam & tacuit, quominus in Scripturis ſanctis tam veteribus, quam novis, ſemper & ubique ad miſericordiæ opera Dei populus provocaretur; & canente atque exhortante Spiritu ſancto, quiſquis ad ſpem regni cæleſtis inſtruitur, facere eleemoſynas jubetur.. Remedia propitiando Deo, ipſius Dei verbis data ſunt: quid deberent facere peccantes, magiſteria divina docuerunt; operationibus juſtis Deo ſatisfieri, miſericordiæ meritis peccata purgari.
Et apud Salomonem legimus: *Conclude eleemoſynam in* Eccl. 25. 15.
corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo... Neque enim promereri miſericordiam Domini poterit, qui miſericors ipſe non fuerit; aut impetrabit de divina pietate aliquid in precibus, qui ad precem pauperis non fuerit humanus... Raphael quoque Angelus paria teſtatur, & ut eleemoſyna libenter ac largi-
ter fiat, hortatur dicens: Bona eſt oratio cum jeju- Tob. 12. 3.
nio, & eleemoſyna: quia eleemoſyna a morte liberat, & ipſa purgat peccata. Oſtendit orationes noſtras ac jejunia minus poſſe, niſi eleemoſynis adjuventur. Deprecationes ſolas parum ad impetrandum valere, niſi factorum & operum acceſſione ſatientur. Revelat Angelus & manifeſtat, & firmat eleemoſynis petitiones noſtras efficaces fieri, eleemoſynis vitam de periculis redimi, eleemoſynis a morte animas liberari.. Sed vereri & metuis, ne patrimonio tuo larga operatione finito ad penuriam forte redigaris. Eſto in hac parte intrepidus, eſto ſecurus. Finiri non poteſt unde in uſus Chriſti impenditur, unde opus cæleſte celebratur. Nec hoc tibi de meo ſpondeo, ſed de ſanctarum Scripturarum fide, & divinæ pollicitationis auctoritate promitto. Loquitur per Salomonem Spiritus ſanctus, &
dicit: Qui dat pauperibus numquam egebit. Qui au- Prov. 28. 27.
tem avertit oculum ſuum in magna penuria erit .... Item beatus Apoſtolus Paulus... Adminiſtratio hujus
officii non tantum ſupplebit ea quæ ſanctis deſunt, ſed 2. Cor. 9. 12.
& abundabit per multam gratiarum actionem in Deum. Quia dum gratiarum actio ad Deum pro eleemoſynis atque operationibus noſtris pauperum oratione dirigitur, cenſus operantis Dei retributione cumulatur...
Metuis ne patrimonium tuum forte deficiat, ſi ope- Prov. 10. 3.
rari ex eo largiter cœperis,... cum ſcriptum ſit: Non 3. Reg. 17. 6.
occidet fame Dominus animam juſtam. Helias in ſoli- Dan. 14. 33.
tudine corvis miniſtrantibus paſcitur: & Danieli in lacu ad leonum prædam juſſu regis incluſo, prandium divinitus apparatur: & tu metuis ne operanti tibi & Dominum promerenti deſit alimentum?... Pecuniæ tuæ captivus & ſervus es. Catenis cupiditatis & vinculis alligatus es. Servas pecuniam quæ te ſervata non ſervat: patrimonium cumulas, quod te pondere ſuo gravius onerat... Stulte hac nocte expoſtulatur anima tua a te; quæ
ergo paraſti, cujus erunt? Quid divitiis tuis ſolus in- Luc. 12. 20.
cubas? Quid in pœnam tuam patrimonii tui pondus exaggeras; ut quo locupletior ſæculo fueris, pauperior Deo fias? Redditus tuos divide cum Domino Deo tuo: fructus tuos partire cum Chriſto: Fac tibi poſſeſſionum terreſtrium Deum participem, ut & ille te ſibi faciat regnorum cæleſtium cohæredem... Sed nec... a bonis operibus & juſtis refrænet & revocet Chriſtianum, quod excuſare ſe poſſe aliquis exiſtimet beneficio filiorum..
Quod & Johannes in Epiſtola ſua ponit... Qui habue- 1. Joh. 3. 17.
rit ſubſtantiam mundi, & viderit fratrem ſuum deſiderantem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo caritas Dei manet in illo? Si enim Deus eleemoſynis pauperum fœneratur, & cum datur minimis, Chriſto datur: non eſt quod quis terrena cæleſtibus præferat, nec divi-

nis

I. Quid dandum ut ſatisfiat præcepto eleemoſynæ?

R. Quidquid dempto neceſſario ſuperfluit. (H) Neceſſarium autem duplex. Nimirum neceſſa-

nis humana præponat. Sic vidua illa in tertio regnorum libro cum in ſiccitate & fame conſumtis omnibus, de
3. Reg. 17. modico farie & oleo quod ſuperfuerat, feciſſet ſubcinericium panem, quo aſſumpto moritura cum liberis eſſet; ſupervenit Helias, & petiit ſibi prius ad edendum dari; tunc quod ſuperfuiſſet, inde illam cum filiis ſuis veſci, nec obtemperare illa dubitavit, aut Heliæ filios mater in fame, & egeſtate præpoſuit. Fit imo in conſpectu Dei, quod Deo placeat; prompte ac libenter quod petebatur, offertur: nec de abundantia portio, ſed de modico totum detur, & eſurientibus liberis alter prius paſcitur, neque in penuria & fame cibus antequam miſericordia cogitatur... Helias itaque... reſpondit & dixit... Fidelia farris non deficiet, & capſaces olei non minuetur uſque in diem, quo dabit Dominus imbrem ſuper terram. Secundum divinæ pollicitationis fidem multiplicata ſunt viduæ & cumulata quæ præſtitit; & operibus juſtis, ac miſericordiæ meritis, augmenta & incrementa ſumentibus, farris & olei vaſa completa ſunt. Nec filiis abſtulit mater quod Heliæ dedit, ſed magis contulit filiis, quod benigne & pie fecit... Sed enim multi ſunt in domo liberi, & retardat te numeroſitas filiorum, quo minus largiter bonis operibus inſiſtes: atque in hoc ipſo operari amplius debes quo multorum pignorum pater es. Plures ſunt pro quibus Dominum depreceris: multorum delicta redimenda ſunt, multorumque purgandæ conſcientiæ, multorum animæ liberandæ. Ut in hac vita ſeculari alendis ſuſtinendiſque pignoribus quo major eſt numerus, hoc major & ſumtus eſt: ita & in vita ſpirituali atque cæleſti, quo amplior fuerit pignorum copia, eſſe & operum debet major impenſa. Sic & Job ſacrificia numeroſa pro liberis offerebat: quantuſque erat in domo pignorum numerus, tantus dabatur Deo & numerus hoſtiarum... Si ergo vere filios tuos diligis, ſi eis exhibes plenam & paternam dulcedinem caritatis; operari magis debes, ut filios tuos Deo juſta operatione commendes. Nec eum liberis tuis cogites patrem, qui & temporarius & infirmus eſt: ſed illum patrem pares, qui æternus & firmus filiorum ſpiritualium pater eſt. Illi aſſigna facultates tuas, quas hæredibus ſervas: ille ſit liberis tuis tutor, ille curator, ille contra omnes injurias ſæculares divina majeſtate protector. Patrimonium Deo creditum, nec reſpublica eripit, nec fiſcus invadit, nec calumnia aliqua forenſis evertit. In tuto hæreditas ponitur, quæ Deo cuſtode ſervatur. Hoc eſt caris pignoribus in poſterum providere: hoc eſt futuris hæredibus paterna pietate conſulere... Prævaricator itaque & proditor pater es, niſi filiis tuis fideliter conſulas, niſi conſervandis eis religioſa & vera pietate proſpicias. Qui ſtudes terreno magis quam cæleſti patrimonio, filios tuos diabolo magis commendare quam Chriſto, bis delinquis, & geminum ac duplex crimen admittis: & quod non præparas filiis tuis Dei patris auxilium, & quod doces filios patrimonium plus amare quam Chriſtum.

S. AUG. *Serm.* 36. *alias* 13. *ex Homil.* 50. *c.* 4. *n.* 6. Mitte ſurſum quod inveniſti, & non perditurus es. Da Chriſto: Chriſtus enim hic voluit accipere. Da Chriſto, & non perdis...: Egere hic voluit Chriſtus, ſed propter nos... Quando ergo Deus... facit pauperes, probat divites... Quis fecit illos ambos? Dominus. Divitem probaret. Pro viribus ſuis quiſque faciat: non ſic faciat, ut ipſe patiatur anguſtias. Non hoc dicimus. Superflua tua neceſſaria ſunt alii. Audiſtis modo, cum Evangelium legeretur, Quicumque dederit
Matt. 10.42 calicem aquæ frigidæ uni ex minimis meis propter me, non perdet mercedem ſuam. Regnum cælorum venale propoſuit, & pretium ejus calicem aquæ frigidæ eſſe voluit. Eleemoſynæ illis proſunt qui vitam mutaverunt. Das enim Chriſto egenti, ut peccata tua redimas præterita. Nam ſi ideo das, ut liceat tibi ſemper impune peccare, non Chriſtum paſcis, ſed judicem corrumpere conatis. Ergo ad hoc facite eleemoſynas, ut veſtræ orationes exaudiantur, & adjuvet vos Deus ad vitam in melius commutandam... ut per eleemoſynas & orationes deleantur mala veſtra præterita, & futura bona veniant ſempiterna.

Cap. 7. *n.* 8... Mendici Dei ſumus: ut agnoſcat ille mendicos ſuos, agnoſcamus & nos noſtros. Sed & ibi etiam cogitemus, quando petitur a nobis, qui petunt, a quibus petunt, quid petunt. Qui petunt? Homines. A quibus petunt? Ab hominibus. Qui petunt? Mortales. A quibus petunt? A mortalibus. Qui petunt? Fragiles. A quibus petunt? A fragilibus. Qui petunt? Miſeri. A quibus petunt? A miſeris... Quam frontem habes petendo ad Dominum tuum, qui non agnoſcis parem tuum?

N. 10. *c.* 9. Qui volunt divites fieri incidunt in ten- 1.*Tim.* 6.9.
tationem & deſideria multa & noxia quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix eſt enim omnium malorum avaritia: quam quidam ſequentes a fide erraverunt.. & inſeruerunt ſe doloribus multis... Hic cupiditas accuſatur, non aurum, non argentum, non divitiæ, ſed cupiditas..... vermis divitiarum ſuperbia.

C. 10. *n.* 11. Ergo præcipe divitibus hujus mundi non ſuperbe ſapere... neque ſperare in incerto divitiarum.., *Ibid.* 17.
ſed in Deo vivo, qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendum, temporalia, & æterna. Sed magis ad fruendum æterna, ad utendum temporalia... Ex eo autem quod habent quid faciant? Audi quid: Divites ſint in ope- *Ibid.* 18.
ribus bonis, facile tribuant,... communicent, theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futurum. Non enim quia dico, inquit, facile tribuant, communicent, eaſpoliare illos volo, nudare illos volo, inanes relinquere volo. Doceo lucrum, cum oſtendo, theſauriſent ſibi. Non enim volo, pauperes remaneant. Theſauriſent ſibi. Non ut perdant, dico; ſed quo migrent, oſtendo. Theſauriſent ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.

(H) LUC. 11. 41. *Vide ſupra lit.* (D) *hocce* §.

S. BASILIUS *homilia in illud*: Deſtruam horrea mea, &c. *prope finem*. Dixeris: Cui facio injuriam, ſi mea retineo conſervoque? Quæ illa, dic mihi, tua? Unde accepta hæc ad traducendam præſentem hanc vitam inveniſti?... Nonne nudus ex utero matris excidiſti, nudusque rurſus reverteris ad humum? Hæc tibi bona præſentia unde? Si a caſu dixeris, impius es, eum non agnoſcens qui te condidit, neque ei qui dedit rependens gratiam. Quod ſi ex Deo illa habere fateris, dic mihi, quam ob rem hæc ſortitus es? Non enim injuſtus eſt Deus, qui ea quæ ſunt ad victum inæqualiter nobis diviſerit. Cur tu dives es, ille pauper? Profecto non ob aliam cauſam, niſi ut tu benignitatis ac fidelis adminiſtrationis mercedem accipias, ille vero patientiæ maximis præmiis honoretur. Tu vero inſatiabilis avaritiæ lacertis omnia circumplexus, & tot homines illis privans, neminem te lædere putas... Num qui veſtem diripuerit, ſpoliator nominabitur: qui autem nudum non texerit modo poſſit, alterius cujuſdam nominis appellatione dignus erit? Eſurientis eſt panis, quem tu retines: nudi eſt veſtis, quam in arca cuſtodis, diſcalceati calceus qui apud te marceſcit: egentis argentum quod tu terræ infoſſum poſſides. Quare tot injurius es hominibus, in quot poteras opem conferre?

S. JOHAN. CHRYS. *Homil. de divite*. Infeliciſſime hominum, mortem corporis tui vides jacere ante januam, & non miſereris? Si Dei præcepta non conſideras, ſaltem miſerere conditioni tuæ, & time ne & ipſe talis efficiaris. Quid ſervas in deliciis tuis quod ſuperfluum eſt? quod jactas tribue eleemoſynam. Non dico ut auferas divitiis tuis, quod jactas foras, micas menſæ tuæ præbe in eleemoſynam membro tuo.... quod projicis de menſa, præbe eleemoſynam: fac de damno lucrum.

De Lazaro conc. 2. Ne ſpolies vitam pauperis: qui vero ſpoliat, aliena tollit. Nam ſpoliatio quædam dicitur, cum aliena accepta detinemus: propter hoc igitur diſcamus, quod quoties eleemoſynam non præſtiterimus, pari cum his qui ſpoliant ſupplicio afficiemur. Heriles enim pecuniæ ſunt undecumque eas collegerimus, & ideo tibi plura poſſidere conceſſit Deus, non ut in ſcortationes, temulentiam, ingluviem, in veſtes ſumptuoſas, aliamque mollitiem conſumeres, ſed ut ea diſtribueres egentibus. Quemadmodum enim receptor quiſpiam qui regias pecunias accepit, ſi neglexerit his quibus juſſus eſt diſtribuere, inque proprias conſumpſerit delicias, pœnas dat ac perditur: ita ſane & dives receptor quiſpiam eſt pecuniarum, quæ pauperibus diſtribui debebant. Itaque cum in mandatis habeat, eas diſtribuere ſuis conſervis egentibus, ſi quis amplius quam poſtulet neceſſitas in ſeipſum inſumpſerit, graviſſimas illic daturus eſt pœnas. Non enim ſunt ipſius quæ poſſidet,

Digitized by Google

ceſſarium naturæ, & neceſſarium ſtatus. Neceſſarium naturæ illud eſt quod ad victum & veſtitum requiritur. Neceſſarium ſtatus illud eſt quod ad decentiam ſtatus & conditionis omni, luxu ſepoſito, requiritur. (1)

Rurſum variæ ſunt pauperum neceſſitates. Vel enim pauperes patiuntur neceſſitatem communem, vel neceſſitatem gravem, vel neceſſitatem extremam. Neceſſitas communis ea eſt quam vulgo patiuntur pauperes omnes. Neceſſitas gravis ea eſt quam patitur is qui, niſi adſit amica manus, venit in vitæ diſcrimen Neceſſitas extrema ea eſt quam patiuntur ii qui ſunt in extremo vitæ periculo.

His poſitis ut eleemoſynæ præcepto ſatisfiat, ubi pauperes patiuntur ſolum neceſſitatem communem, dandum eſt omnino quidquid ſupereſt dempto neceſſario ſtatu. Ubi patiuntur neceſſitatem gravem, detrahendum aliquid prudenter de neceſſario ſtatus, plus mi-

ſidet, ſed conſervorum illius. Parcamus igitur iis tanquam alienis, ut fiant noſtra. Quomodo autem illis parcemus tamquam alienis? Si illas non in uſus ſupervacuos inſumpſerimus, ſed pauperum manibus impertiverimus.

S. AUG. *Serm. 61. alias 5. de verbis Domini cap. 2. n.*
1.Tim. 5.8. 12. Date ergo pauperibus, fratres mei. Victum & tegumentum habentes, his contenti ſimus. Nihil dives habet de divitiis ſuis, niſi quod ab illo poſtulat pauper, victum & tegumentum. Hinc tu quid plus habes ex omnibus quæ habes? Accepiſti victum, accepiſti neceſſarium tegumentum: neceſſarium dico, non inane, non ſuperfluum. Quid plus de divitiis tuis capis? Dic mihi. Certe omnia tua ſuperflua erunt. Quæ ſunt tua ſuperflua, ſint pauperibus neceſſaria... Sed melius, inquis, mihi ſapiunt apparata pretioſa. Vix faſtidioſus ſatiaris. Neſcis quomodo ſapit, quod fames accendit. Neque ita hoc dixi, ut divites cogam epulis & cibis pauperum veſci. Utantur divites conſuetudine infirmitatis ſuæ: ſed doleant, aliter ſe non poſſe, Melius enim poſſent, ſi aliter poſſent. Si ergo non extollitur pauper de mendicitate; tu quare extolleris de infirmitate? Utere cibis electis, pretioſis, quia ſic conſueſti, quia non aliter potes, quia ſi conſuetudinem mutes, ægrotas. Conceditur tibi: utere ſuperfluis, da pauperibus neceſſaria: utere pretioſis, da pauperibus vilia. Exſpectat a te, exſpectas a Deo: exſpectat ille manum quæ facta eſt tecum, exſpectas ut manum quæ fecit te. Sed non ſolum te fecit, ſed & pauperem tecum. Dedit vobis unam viam iſtam vitam: inveniſtis vos comites, unam viam ambulatis: ille nihil portat, tu nimium oneratus es.... Da illi de eo quod habes; & illum paſcis, & onus minuis.

Serm. 206. alias 70. de diverſis in Quadrageſima 2. n. 2. Orationibus noſtris quibus ad Deum facilius volando perveniant, eleemoſynis & jejuniis pennas pietatis addimus. Hinc autem intelligit animus Chriſtianus, quantum remotus eſſe debet a fraude alienæ rei; quando ſentit ſimile eſſe fraudi, ſi ſuperflua ſua non tribue-
Luc. 6. 37. rit indigenti. Dominus dicit, *Date, & dabitur vobis: dimitte, & dimittetur vobis.* Hæc duo genera eleemoſynarum tribuendi & ignoſcendi, clementer & ferventer operemur; qui nobis a Domino ut bona tribuantur, & mala non retribuantur, oramus... Quid verius, quid juſtius ut qui dare detrectat ſe fraudet ipſe, nec accipiat? Si impudenter agricola quærit meſſem, ubi ſe novit non præmiſiſſe ſemen, quanto impudentius quærit Deum divitem dantem, qui hominem pauperem noluit exaudire poſcentem? In paupere enim ſe paſci voluit, qui non eſurit. Deum ergo noſtrum egentem non ſpernamus in paupere, ut egentes ſatiemur in divite. Habemus egentes, & egemus: demus ergo, ut accipiamus.

Enarr. in Pſal. XXXIII. *num.* XI. Theſaurizas, cui congregabis ea?.. Dicturus es, Filiis meis ſervo. Hæc eſt vox pietatis, excuſatio iniquitatis, Filiis meis, inquis, ſervo.

N. 12. Servas tranſiturus tranſituris, immo vero tranſiens tranſeuntibus ... Tranſis tu, & ſervas tranſeunti filio tuo. Primo hoc a te quæro, ſcis eum poſſeſſurum cui ſervas? Aut ſi nondum natus eſt, ſcis naſciturum? Servas filiis incertum aſt ad futuris, an poſſeſſuris: nec reponis theſaurum ubi reponendus eſt. Non enim Dominus tuus ſervo ſuo tale conſilium daret, ut peculium ſuum perderet. Peculioſus ſervus es cujuſdam magni patris familias. Quod amas & quod habes ipſe tibi dedit, & non vult ut perdas quod tibi dedit, qui & ſeipſum tibi dabit. Sed nec hoc, inquam, quod tibi ad tempus dedit, vult ut perdas. Multum eſt, exuberat, ſupergreditur vires neceſſitatis tuæ, jam certe ſuperfluum deputatur: nec hoc volo ut perdas, ait Dominus tuus. Et quid facio? Migra, ubi poſuiſti non eſt tutus locus. Certe ſervire vis avaritiæ: vide ne forte & ipſi avaritiæ congruat conſilium meum. Habere enim vis quod habes & non perdere: oſtendo tibi locum ubi ponas. Ne theſaurizes in terra, neſciens cui congreges ea, & poſtea quemadmodum conſumturus ſit qui poſſidebit, qui tenebit. Forte enim poſſeſſus poſſidebit, & quod a te habebit non tenebit. Forte cum ei ſervas, antequam ille veniat tu perdes.
Sollicitudini tuæ conſilium do: Theſaurizate vobis theſaurum in cælo. Matt. 6.20.
Hic in terra ſi velles ſervare divitias, quæreres horreum: forte non crederes domui tuæ propter domeſticos tuos: commendares ad vicum (*forte vicinum*) argentarium: difficilis eſt enim ibi caſus, fur non facile accedit, bene omnia ſervantur. Quare iſta cogitas, niſi quia non habes melius ubi ſerves? Quid ſi dabo melius? Dicam tibi, Noli commendare huic minus idoneo, ſed eſt quidam idoneus, illi commenda; habet magna horrea, ubi perire non poſſint divitiæ; magnus ſuper omnes divites dives eſt. Jam forte dicturus es: Et quando audeo tali commendare? Quid ſi ipſe te hortatur? Agnoſce illum, non ſolum pater familias eſt, ſed & Dominus tuus eſt. Nolo, inquit, ſerve meus perdas peculium tuum, agnoſce ubi ponas: quare ibi ponis ubi poſſis amittere, ubi & ſi non amittas, ibi permanere perpetuo tu non potes? Eſt alius locus, quo te transferam, præcedat te quod habes: noli timere ne perdas; dator ego eram, cuſtos ego ero. Dicit tibi hoc Dominus tuus: fidem tuam interrogo, vide ſi velis illi credere. Dicturus es, Perditum habeo quod non video, hic illud volo videre. Dum vis hic videre, nec hic videre, & ibi nihil habebis... Credis in Deum & non credis ipſi Deo... Securus eris potius credendo Chriſto, ut ibi ponas ubi conſilium dedit. An ſecurus es de ſervo tuo, & ſollicitus es de Domino tuo? Securus es de domo tua, & ſollicitus de cælo? Sed ego, inquis, quomodo pono in cælo? Dedi tibi, dico pone: quomodo perveniat ad cælum, nolo ſcias. Pone in manibus pauperum, da egentibus: quid ad te quomodo perveniat? Non perducam quod ego accipio? An oblitus es, Cum uni ex
minimis meis feciſtis mihi feciſtis?... Fabricavit enim Matt. 25.40.
per quem facta ſunt omnia, manſiones omnibus nobis: illuc vult præcedere quod habemus, ne hoc in terra perdamus, Cum autem ſervaveris in terra, dic mihi cui congregabis ea? Filios habes: unum plus numera, & da aliquid & Chriſto.

In Pſal. CXLVII. *num.* 12... (Scriptura) hortatur ad miſericordiam faciendam, ut omnino crebreſcamus in erogando quod amplius neceſſaria habemus, Multa autem ſuperflua habemus, ſi non niſi neceſſaria teneamus: nam ſi inania quæramus, nihil ſufficit. Fratres quærite quod ſufficit operi Dei, non quod ſufficit cupiditati veſtræ... Quære quæ ſufficiant, & videbis quam pauca ſint. Viduæ ſuffecerunt duo nummi ad faciendam miſericordiam, ſuffecerunt duo nummi ad emendum regnum Dei... Videte, quia non ſolum pauca ſunt, quæ vobis ſufficiant: ſed nec ipſe Deus multa a vobis quærit. Quære quantum tibi dederit, & ex eo tolle quod ſufficit: cætera quæ ſuperflua jacent, aliorum ſunt neceſſaria. Superflua divitum, neceſſaria ſunt pauperum. Res alienæ poſſidentur, cum ſuperflua poſſidentur.

S. THOM. *Quæſt. 87. 2. 2. art. 1. ad quar.* Dominus non ſolum decimam partem; ſed etiam omnia ſuperflua pauperibus jubet exhiberi; ſecundum illud Lucæ 11. Quod ſupereſt date eleemoſynam.

(1) S. AUG. *Epiſt. 130. alias 121. ad Probam. c. 6. n. 12.* Placetne igitur ut ſuper ſalutem iſtam temporalem optent ſibi ac ſuis honores & poteſtates? Sane, ſi ut per hoc conſulant eis qui vivunt ſub eis, non propter hæc ipſa ſed propter aliud quod inde fit bonum, decet ea velle: Si autem propter inanem faſtum elationis pompamque ſuperfluam vel etiam noxiam vanitatis, non decet. Eſt autem quæſtus magnus pie-
tas cum ſufficientia... Hanc ergo ſufficientiam non in- 1.Tim. 6. 6.

minus pro majori vel minori pauperum neceſſitate. Ubi vero urget extrema neceſſitas, dandum prorſus, ſi aliter ſubveniri nequit, quidquid dempto neceſſario naturæ ſupereſt. (K) Qui ſecus fecerit, venit is in damnationis æternæ diſcrimen. Peccat enim plus minus pro majori vel minori ſuperfluo, item pro majori vel minori pauperum neceſſitate. *Non paviſti pauperem, occidiſti*, inquit Sanctus Ambroſius. (L)

K

I. Quandonam pauperes ſolent gravem neceſſitatem ſuſtinere?

R. Dum urget fames, vel gelu, & frigus, &c. (M)

L

M

I. Ut ſit eleemoſyna utilis, & meritoria, quænam ſervari debent in ea eroganda conditiones?

R. Fa-

indecenter vult, quiſquis vult, nec amplius vult .... Hanc optabat, & pro hac orabat, qui dicebat: *Divitias & paupertatem ne dederis mihi: conſtitue autem mihi quæ neceſſaria ſunt ſufficienter* .... Vides certe & iſtam ſufficientiam non appeti propter ſe ipſam, ſed propter ſalutem corporis, & congruentem habitum perſonæ hominis, quo habitu non ſit inconveniens eis, cum quibus honeſte officioſeque vivendum eſt. Prov.30. 8.

S. THOM. *Quæſt.* 32. 2. 2. *art.* 5. *in Corp.* Ex parte quidem dantis, conſiderandum eſt ut id quod eſt in eleemoſynas erogandum, ſit ei ſuperfluum, ſecundum illud Luc. 11. Quod ſupereſt date eleemoſynam. Et dico ſuperfluum, non ſolum reſpectu ſui ipſius, quod eſt ſupra id quod eſt neceſſarium individuo; ſed etiam reſpectu aliorum quorum cura ſibi incumbit, reſpectu quorum dicitur neceſſarium perſonæ; ſecundum quod perſona dignitatem importat: quia prius oportet quod unusquiſque ſibi provideat, & his quorum cura ei incumbit; & poſtea de reſiduo, aliorum neceſſitatibus ſubveniat .... Ex parte autem recipientis, requiritur quod neceſſitatem habeat; alioquin non eſſet ratio quare eleemoſyna ei daretur. Sed cum non poſſit ab aliquo uno omnibus neceſſitatem habentibus ſubveniri; non omnis neceſſitas obligat ad præceptum, ſed illa ſola, in qua is qui neceſſitatem patitur, ſuſtentari non poteſt. In illo enim caſu locum habet quod Ambroſius dicit, Paſce fame morientem; ſi non paveris, occidiſti: Sic ergo, dare eleemoſynam de ſuperfluo, eſt in præcepto; & dare eleemoſynam ei qui eſt in extrema neceſſitate. Alias autem eleemoſynas dare eſt in conſilio; ſicut & de quolibet meliori bono dantur conſilia.

Art. 6. *in corp.* Dicitur aliquid eſſe neceſſarium, ſine quo non poteſt convenienter vita tranſigi ſecundum conditionem & ſtatum propriæ perſonæ, & aliarum perſonarum quarum cura ei incumbit. Hujuſmodi neceſſarii terminus non eſt in indiviſibili conſtitutus; ſed, multis additis, non poſſet dijudicari eſſe ultra tale neceſſarium; & multis ſubtractis, adhuc remanet unde poſſit convenienter aliquis vitam tranſigere ſecundum proprium ſtatum. De hujuſmodi ergo eleemoſynam dare eſt bonum; & non cadit ſub præcepto, ſed ſub conſilio. Inordinatum autem eſſet ſi aliquis tantum ſibi de bonis propriis ſubtraheret ut aliis largiretur, quod de reſiduo non poſſet vitam tranſigere convenienter ſecundum proprium ſtatum, & negotia occurrentia. Nullus enim inconvenienter vivere debet. Sed ab hoc tria ſunt excipienda; quorum primum eſt quando aliquis ſtatum mutat, puta per religionis ingreſſum. Tunc enim omnia ſua propter Chriſtum largiens, opus perfectionis facit, ſe in alio ſtatu ponendo. Secundo, quando ea quæ ſibi ſubtrahit, etſi ſint neceſſaria ad convenientiam vitæ, tamen de facili reſarciri poſſunt, ut non ſequatur maximum inconveniens. Tertio, quando occurreret extrema neceſſitas alicujus privatæ perſonæ, vel etiam aliqua magna neceſſitas Reipublicæ. In his enim caſibus laudabiliter prætermitteret aliquis id quod ad decentiam ſui ſtatus pertinere videretur, ut majori neceſſitati ſubveniret.

(K) S. GREG. MAGN. *in Evang. lib.* 1. *Homil.* 20. Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Per hoc quod tunica plus eſt neceſſaria uſui noſtro, quam pallium, ad fructum dignum pœnitentiæ pertinet, ut non ſolum exteriora quæque & minus neceſſaria, ſed ipſa valde nobis neceſſaria dividere cum proximis debeamus, ſcilicet vel eſcam qua carnaliter vivimus, vel tunicam qua veſtimur. Quia enim in lege ſcriptum eſt: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum: minus proximum amare convincitur, qui non cum eo in neceſſitate illius etiam ea quæ ſibi ſunt neceſſaria partitur.

S. THOM. 2. 2. *Quæſt.* 32. *art.* 5. *ad tertium* ... Eſt aliquod tempus ... in quo mortaliter peccat ſi eleemoſynam dare omittat. Ex parte quidem recipientis: cum apparet evidens & urgens neceſſitas, nec apparet in promptu qui ei ſubveniat. Ex parte vero dantis, cum habet ſuperflua, quæ ſecundum ſtatum præſentem non ſunt ſibi neceſſaria, prout probabiliter æſtimari poteſt. Nec oportet quod conſideret omnes caſus qui poſſunt contingere in futurum: hoc enim eſſet de craſtino cogitare; quod Dominus prohibet.

Lege etiam ſupra ejuſdem Quæſt. art. 6. *in corp.*

Quæſt. 71. *art.* 1. *in corp.* Homo ſibi conjunctis quacumque neceſſitudine, maxime debet curam impendere, ſecundum illud 1. ad Timoth. 5. Si quis ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negavit. Quibus tamen concurrentibus, conſiderandum reſtat, utrum aliquis tantam neceſſitatem patiatur, quod non in promptu appareat, quomodo ei poſſit aliter ſubveniri, & in tali caſu tenetur ei opus miſericordiæ impendere.

Quæſt. 118. *art.* 4. *ad ſecund.* Aliquis tenetur ex debito legali bona ſua pauperibus erogare; vel propter periculum neceſſitatis, vel etiam propter ſuperfluitatem habitorum.

(L) LACTANT. *Inſtitut. Divinar. Lib.* 6. *c.* 11. Conſervanda eſt igitur humanitas ſi homines recti dici velimus; id autem ipſum conſervare humanitatem, quid aliud eſt, quam diligere hominem, quia homo ſit, & idem quod nos ſumus? ... Humanitatis officium eſt neceſſitati hominis, ac periculo ſubvenire... Quid perſonas eligis, quid membra inſpicis? Pro homine tibi habendus eſt quiſquis ideo precator, quia te hominem putat.... Largire cæcis, debilibus, claudis, deſtitutis, quibus niſi largiare, moriendum eſt. Inutiles ſunt hominibus, ſed utiles Deo... Fove quantum in ſe eſt, & animas hominum, ne extinguantur, humanitate ſuſtenta. Qui ſuccurrere perituro poteſt, ſi non ſuccurrerit, occidit .... Unum igitur certum, & verum liberalitatis officium eſt, egentes, atque inutiles alere.

S. AUG. *Tract.* 5. *in Epiſt.* 1. *Joban. c.* 3. *n.* 7. Non diſcernuntur filii Dei a filiis diaboli niſi caritate. Quidquid vis habe: hoc ſolum non habeas, nihil tibi prodeſt: alia ſi non habeas, hoc habe & impleſti legem. Qui enim diligit alterum legem implevit ... Hæc eſt margarita pretioſa, caritas, ſine qua nihil tibi prodeſt quodcumque habueris: quam ſolam ſi habeas, ſufficit tibi.

N. 8. Hinc ergo diſcernuntur homines, ... nemo adtendat linguas, ſed facta, & cor.

N. 12. *Qui habuerit facultatem mundi, & viderit fratrem ſuum eſurientem & clauſerit viſcera ſua ab eo; quomodo poteſt dilectio Dei manere in eo?* Ecce unde incipit caritas. Si nondum es idoneus mori pro fratre: jam idoneus eſto dare de tuis facultatibus fratri, Jam percutiat viſcera tua caritas, ut non de jactantia facias, ſed de intimo adipe miſericordiæ: ut conſideres illum in egeſtate poſitum. Si enim ſuperflua non potes dare fratri tuo, animam tuam potes ponere pro fratre? Jacet pecunia in ſinu tuo, quam tibi fures poſſunt auferre; & ſi illam non auferent fures, moriendo illam deſeres, etiam ſi te illa viventem non deſerat: Quid inde facturus es? Eſurit frater tuus, in neceſſitate poſitus eſt: fortaſſis ſuſpenditur, a creditore anguſtatur: non habet ipſe, habes tu: frater tuus eſt, ſimul empti eſtis, unum eſt pretium veſtrum, ambo ſanguine Chriſti redempti eſtis: vide ſi miſereris, ſi habes facultates mundi. Quid ad me pertinet, forte dicis? Ego daturus ſum pecuniam meam, ne ille moleſtiam patiatur? Si hoc tibi reſponderit cor tuum, dilectio Patris non in te manet. Si dilectio Patris non in te manet, non es natus ex Deo. Quomodo te gloriaris eſſe Chriſtianum? Nomen habes, & facta non habes. 1.Joh.3. 17.

(M) JOB XXXI. 19. Si deſpexi pereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & abſque operimento pauperem: 20. Si non benedixerunt mihi latera ejus; & de velleribus ovium mearum calefactus eſt.

(N) Job

Pars II. Sect. II. Cap. IV. §. 7.

R. Facienda eſt. 1. Cito. (N) 2. Alacriter. (O) 3. Ex intimo caritatis & compaſſionis affectu. (P) 4. Sine oſtentatione. (Q) 5. Prudenter & caute; ita ut habeatur ratio ne-

N O P Q

(N) JOB XXXI. 16. Si negavi quod volebat pauperibus, & oculos viduæ expectare feci.

PROV. III. 27. Noli prohibere benefacere eum qui poteſt: ſi vales, & ipſe benefac. 28 Ne dicas amico tuo: Vade, & revertere: cras dabo tibi: cum ſtatim poſſis dare.

D. BASIL. *Hom. 6. in diteſc. avaros.* Vitam tibi pollicearis, non ut poſt hac ſis liberalior, aut tribuas: ſed ut inſtantem mendicum a te propulſes. Jam quando ſuppetit, quid prohibet, quominus liberaliter impartiare? Nonne inops adeſt? Non ſunt plena horrea? Non merces a Domino parata? Non mandatum manifeſtum? Eſuriens fame abſumitur, nudus frigore rigeſcit. Cui repetitur debitum, vinculis obtorto collo adſtringitur: & tu eleemoſynam in craſtinum differs? Audi Salomonem: Ne dicas, regreſſus revertere & cras dabo. Ignoras enim quid ſequens pariet dies...

S. CYRILLUS ALEXAND. *Lib. 3. in Job. cap. 6. verſ. 5. pag. 275. tom. 4.* Præclarum hic rurſus, & ſanctiſſimis hominibus ſuis diſcipulis convenientiſſimum documentum Chriſtus ſtatuit, docens in maximis quoque anguſtiis intrepide exercendam eſſe hoſpitalitatem, & cunctationem omnem procul repellendam, immo ad eam virtutem toto animo properandum.

Sup. verſ. 13. pag. 284. Non eſt igitur oſcitanter agendum in excipiendis cum caritate fratribus, ſed audendum potius, & excutiendus eſt metus qui nos ab hoſpitalitate avocat, & in ſpe firmari potius per fidem qua Deum exigua quæque multiplicare poſſe credimus, aperiamus viſcera indigentibus, ut lex præ-
Deut. 15. 2. cipit: *Aperiens ... aperies viſcera tua fratri tuo, qui indiget te.* Quando enim miſericors videbere, ſi durus in hac vita permanſeris? ... Ideoque ſapientiſſimus
Gal. 6. 10. ille Paulus nos erudiebat ſcribens his verbis: Dum tempus habemus, operemur bonum.

Job. 31. 16. S. GREG. MAGN. *Lib. 21. Moral. in Job c. 11. Si negavi quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci.* Per hæc dicta vir ſanctus oſtenditur, non ſolum ad inopiam pauperibus, ſed etiam ad habendi deſiderium deſerviſſe: ... & proculdubio oportet ut incunctanter detur, quidquid cum vera humilitate requiritur; id eſt, quod non ex deſiderio, ſed ex neceſſitate poſtulatur... Quidquid ab eo accipere pauper voluit non negavit... Sed cum largitatem mentis ſuæ indicat, quia ad votum ſe pauperibus concurriſſe manifeſtat, neceſſe eſt ut quæramus, ne lumen miſericordiæ, dationis tarditate fuſcaverit. Unde ſubjungit: Et oculos viduæ expectare feci. Petentem ſe viduam expectare noluit, ut non ſolum ex munere, ſed etiam ex celeritate muneris, bonorum operum merita augeret.
Prov. 3. 28. Unde alias ſcriptum eſt: *Ne dicas amico tuo, vade & revertere, & cras dabo tibi: cum ſtatim poſſis dare.*

(O) 2. COR. IX. Hoc autem dico: qui parce ſeminat, parce, & metet; & qui ſeminat in benedictionibus, & metet. 7. Unuſquiſque prout deſtinavit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate: Hilarem enim datorem diligit Deus. 8. Potens eſt autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: ut in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, 9. ſicut ſcriptum eſt, diſperſit, dedit pauperibus: juſtitia ejus manet in ſæ-
Pſ. cxi. 9. culum ſæculi. 10. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti; & panem ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum juſtitiæ veſtræ. 11. Ut in omnibus locupletati abundetis in omnem ſimplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem per Deum.

ORIGEN. *Lib. 9. in Epiſt. ad Rom. cap. 12. Qui tribuit in ſimplicitate...* Qui tribuit & præſtat indigentibus, oportet, inquit, in ſimplicitate cordis hæc facere: hoc eſt, ne videatur quidem indigentibus benefacere, corde vero laudem quærat ab hominibus. Non eſt ergo ſimplicitas ſi aliud agi videatur in manibus, & aliud quæratur in corde... *Qui miſeretur in hilaritate.* Videtur fortaſſis unum atque idem eſſe quod ſupra dixerat, *Qui tribuit in ſimplicitate*, & hoc, id eſt, *Qui miſeretur in hilaritate*. Sed mihi videtur unum fortaſſe opus eſſe, non tamen operis ipſius unus affectus. Aliud eſt enim dare indigenti, & aliud affectus miſericordiæ cum indigente partiri: & ideo non vult in tali opere eſſe triſtitiam. Qui enim erogat pecuniam ſuam, ſi infidelis ſit, & recepturum ſe deſperet, neceſſario tanquam qui eam perdiderit contriſtatur: Qui vero cum fide & ſpe hoc agit, in hilaritate & lætitia agit, certe (*forte* certius) & quod parva hæc quæ pro mandato Dei expendit indigentibus, ſibi opes cæleſtium divitiarum, inſuper autem & æternam conferant vitam.

S. CHRYSOST. *Hom. 16. in 2. Epiſt. ad Cor.* Eleemoſyna vero tum demum eſt, cum tu prompto atque alacri animo, cum large & copioſe tribuis: cum te ipſum, non dare ſed accipere exiſtimas: cum perinde ac beneficium accipiens, & quæſtum faciens, ac non tamquam perdens largiris: Qui enim miſericordia ductus inopiam alterius ſublevat, is utique læto animo, non gravi ac moleſto eſſe debet. Annon enim abſurdum fuerit ſi cum alterius mœrorem diſcutias, mœreas ipſe ac diſcrucieris?

S. AUG. *Epiſt. 268. alias 215.* Quod Dominus imperat, (Eleemoſynam) ſine triſtitia, ſine murmuratione & cum lætitia & hilaritate facite: Deo enim creditis, non homini: quia ille promittit vos nihil eorum, quæ miſericorditer facitis, perdituros, ſed in illo die cum uſuris immortalibus recepturos.

N. 3. Dum tamen vos ſecundum quod placet, hilariter offeratis.

In Pſ. XLII. *n.* 8. ... Adhuc loquente te dicam, Ecce adſum: ſi fregeris ex animo eſurienti panem. Quia plerumque fit a triſtibus & a murmurantibus, ut careant tædio interpellantis, non ut reficiant viſcera indigentis. Hilarem autem datorem diligit Deus. Si panem dederis triſtis, & panem & meritum perdidiſti: ergo ex animo fac: ut ille qui intus videt adhuc loquente te dicat, Ecce adſum.

S. AMBROS. *Lib. 2. de Officiis c. 30. n. 143.* Non ſatis eſt bene velle, ſed etiam benefacere: non ſatis eſt iterum benefacere, niſi id ex bono fonte, hoc eſt, bona *2. Cor. 9. 7.*
voluntate proficiſcatur: Hilarem enim datorem diligit Deus. Nam ſi invitus facias, quæ tibi merces eſt? *1. Cor. 9. 17.*
Unde Apoſtolus ... *Si volens hoc ago mercedem habeo; ſi invitus, diſpenſatio mihi credita eſt.*

(P) S. AUG. *In Pſal.* CII. *n.* 13. Fac miſericordiam iniquo, non tamquam iniquo. Nam ipſum iniquum in quantum iniquus eſt, ne ſuſpicias: id eſt, ne quaſi intentione & amore iniquitatis illius ſuſcipias eum. Nam & prohibitum eſt dari peccatori, & ſuſcipere peccatores. Et quomodo, omni petenti te da? Et quomodo ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum? Da, non tamquam peccatori: quando in quo peccator eſt, hoc tibi placet ut des... Hoc dixit, Cum eſurierit neſcio quis, ſi habes unde des, da: ſi vides daudum eſſe ad ſubveniendum, da: ne pigreſcant in hoc viſcera miſericordiæ, quia tibi peccator occurrit: tibi enim homo peccator occurrit, Cum, dico, occurrit tibi homo peccator, duo nomina dixi: hæc duo nomina non ſuperflua ſunt: duo nomina, aliud quod homo, aliud quod peccator: quod homo, opus eſt Dei; quod peccator, opus hominis eſt: da operi Dei, noli operi hominis. Et quomodo, inquis, me prohibes dare operi hominis? Quid eſt dare operi hominis? Peccatori dare propter peccatum, placenti tibi propter peccatum..... Quomodo ergo qui venatori donat, non homini donat, ſed arti nequiſſimæ: (nam ſi homo tantum eſſet, & venator non eſſet, non donares; honoras in eo vitium, non naturam:) ſic contra, ſi des juſto, ſi des Prophetæ, ſi des Diſcipulo Chriſti aliquid cujus indiget, & non ibi cogites quia Diſcipulus Chriſti eſt, quia miniſter eſt Dei, quia diſpenſator eſt Dei: ſed cogites ibi aliquod commodum temporale, ut fortaſſe cauſſæ tuæ neceſſarius quando fuerit; venalis tibi ſit, quia ei aliquid porrexiſti: tam tu non dediſti juſto, ſi ſic dederis, quam ille non dedit homini, quando dedit venatori.

In Pſal. CXXV. *n.* 5. Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Unde autem procedit eleemoſyna? De corde. Si enim manum porrigas, nec in corde miſerearis, nihil feciſti: ſi autem in corde miſerearis, etiam ſi non habeas quod porrigas manu, acceptat Deus eleemoſynam tuam. *Luc. 11. 41.*

N. 11. ... Opera miſericordiæ ſemina noſtra ſunt: Bonum facientes non deficiamus; tempore enim proprio metemus infatigabiles. Itaque dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei ... Terra veſtra Eccleſia eſt: ſeminate quantum poteſtis. Sed parum habes unde facias. Habes voluntatem? Quomodo nihil eſſet quod habes, ſi non adeſſet bona voluntas: ſic & quia non habes, noli eſſe tri- *Galat. 6. 9. 10.*

ſtis,

R neceſſitatum, & ſervetur ordo caritatis. (R) 6. Juſte: ita ut 1. Non dentur aliena, ſed redda-

ſtis, ſi eſt tibi bona voluntas... In Zachæo magna voluntas. In Zachæo caritas magna. Suſcepit Dominum hoſpitio, gaudens ſuſcepit, & dimidium patrimonii ſui pauperibus promiſit ſe daturum, & ſi cui aliquid abſtulerat quadruplum redditurum... Magna voluntas, multum dedit, multum ſeminavit. Ergo vidua illa, quæ duo minuta miſit, parum ſeminavit? Imo tantum, quantum Zachæus. Minores enim facultates ferebat, ſed parem voluntatem habebat. Miſit duo minuta de tanta voluntate, de quanta Zachæus dimidium patrimonii ſui. Si adtendas quid dederunt, diverſa invenies: Si adtendas unde dederant, paria invenies: quidquid habuit dedit illa, & quod habuit dedit ille.

Matth. 10. 42. *N.* 12. Calicem aquæ frigidæ qui dederit diſcipulo, non perdet mercedem ſuam. Calix aquæ frigidæ non duobus nummis, ſed gratis conſtat: tamen aliquando ſic gratis conſtat, ut habeat illum alius, & alius non habeat: ſi ergo ille qui illum habet, dederit illi qui non habet; tantum dedit, ſi de plena caritate dedit quod dedit, quantum illa in duobus minutis, quantum Zachæus in dimidio rerum ſuarum. Non enim ſine cauſſa addidit, frigidæ, ut pauperem oſtenderet. Ideo dixit, Calicem aquæ frigidæ, ne quis vel inde cauſaretur, quod lignum non habuerit unde calefaceret aquam. Calicem aquæ frigidæ qui dederit uni ex minimis, non perdet mercedem ſuam. Quid ſi nec hoc habeat? Securus ſit, & ſi nec hoc habet, Pax in terra hominibus bonæ voluntatis: tantum illud timeat, ne habeat, & non faciat. (Luc. 11. 14.)

(Q) Matth. vi. 2. Cum facis eleemoſynam noli tuba canere ante te ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. 3. Te autem faciente eleemoſynam, neſcit ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua: 4. Ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Vide Origen. *ſupra hocce §. lit.* (O)

S. Aug. *Serm.* 239. *alias* 146. *de temp. in diebus Paſch.* 2. *n.* 4. Si Elias non indigebat, Chriſtus indigebat? ... Nemo ſuperbiat quia dat pauperi: Chriſtus pauper fuit: Nemo ſuperbiat quia hoſpitem ſuſcipit: Chriſtus hoſpes fuit. Melior eſt ſuſceptus, quam ſuſcipiens; ditior accipiens quam tradens. Qui accipiebat cuncta poſſidebat ... Nemo ergo ſuperbiat, quando dat pauperi: non dicat in animo ſuo, Ego do, ille accipit... Forte quo tu indiges, plus eſt. Forte quem ſuſcipis, juſtus eſt: ille indiget pane, tu veritate; ille indiget tecto, tu cælo; ille indiget pecunia, tu juſtitia.

S. Ambros. *Lib.* 1. *de Officiis*, c. 30. *n.* 147. Nec illa perfecta eſt liberalitas, ſi jactantiæ cauſa magis quam miſericordiæ largiaris. Affectus tuus nomen imponit operi

Matth. 6. 3. tuo: quomodo a te proficiſcitur, ſic æſtimatur. *Neſciat*, inquit Chriſtus, *ſiniſtra tua, quid facit dextera tua* ... Frater tuus quod facis neſciat; ne dum hic mercedem quæris jactantiæ, illic remunerationis fructum amittas. Perfecta autem eſt liberalitas, ubi ſilentio quis tegit opus ſuum, & neceſſitatibus ſingulorum occulte ſubvenit: quem laudat os pauperis, & non labia ſua.

S. Greg. Magn. *Moral. in Job Lib.* 21. *c.* 14. Si deſpexit prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & abſque operimento pauperem... Quod pauperem non deſpexit, virtutem humilitatis exhibuit: quod autem operuit, pietatis. Duæ quippe iſtæ virtutes ita ſibimet eſſe connexæ debent, ut vicatio ſemper opere fulciantur; quatenus nec humilitas, cum veneratur proximum, largitatis gratiam deſerat; nec pietas cum largitur, intumeſcat. Erga indigentiam itaque proximi humilitatem pietas fulciat, humilitas pietatem: ut cum indigentem rebus neceſſariis naturæ tuæ conſortem videtis, nec per impietatem deſinas tegere, nec per ſuperbiam negligas venerari, quem tegis. Nam ſunt nonnulli, qui mox ut ab egenis fratribus fuerint neceſſaria poſtulati, poſt dona largituri, in eos prius contumelioſa verba jaculantur. Qui & ſi rebus miniſterium pietates perficiunt, verbis tamen gratiam humilitatis perdunt; ita ut plerumque videatur, quia illatæ jam injuriæ ſatisfactionem ſolvunt cum poſt contumelias dona largiuntur.. At contra, alii egenos fratres non ſtudent rebus fulcire cum poſſint, ſed blandis tantum ſermonibus ſovere. Quos vehementer Jacobi prædicatio ſancta reprehendit dicens: Si autem frater aut ſoror nudi ſint, & indigent victu quotidiano,

Jac. 11. 15. 16. dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini, non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori, quid vobis proderit? Quos Johannes

quoque Apoſtolus admonet, dicens: *Filioli mei, non diligamus verbo, ſed opere & veritate.* Dilectio namque noſtra ſemper exhibenda eſt & veneratione ſermonis, & miniſterio largitatis. Multum vero ad edomandam dantis ſuperbiam valet, ſi cum terrena tribuit, verba ſollicite magiſtri cæleſtis penſet, qui ait: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Si enim eorum amicitiis æterna tabernacula acquirimus, dantes proculdubio penſare debemus, quia patronis potius munera offerimus, quam egenis dona largimur. (1. Joh. 111. 18.) (Luc. 16. 9.)

(R) S. Aug. *in Pſal.* CIII. *n.* 12. & 14. *Vide ſupra lit.* (A) & (C) *hocce §.*

Epiſt. 93. *alias* 48. *ad Vincentium*, *c.* 1. *n.* 3... Numquid ideo negligenda eſt medicina, quia nonnullorum eſt inſanabilis peſtilentia? .. Sed debes tam multos adtendere, de quorum ſalute gaudemus. Si enim terrerentur, & non docerentur, improba quaſi dominatio videretur. Rurſus ſi docerentur & non terrerentur, vetuſtate conſuetudinis obdurati ad capiendam viam ſalutis pigrius moverentur.

Cap. 12. *n.* 50. Quicumque vos ex occaſione legis imperialis, non dilectione corrigendi, ſed inimicandi odio perſequitur, diſplicet nobis... Nonnullos toleramus, quos corrigere vel punire non poſſumus, neque propter paleam relinquimus aream Domini, neque propter piſces malos rumpimus retia Domini, neque propter hædos in fine ſegregandos, deſerimus gregem Domini, neque propter vaſa facta in contumeliam, migramus de domo Domini. *Hæc de eleemoſ. ſpirit.*

Serm. 3. *in Pſal.* CIII. *n.* 10. Quære cui des: *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem*, qui præoccupat vocem petituri. Si ſic inter vos indigent milites Chriſti, ut etiam petant: videte ne vos judicent, antequam petant. Quomodo, inquis, quæro? Eſto curioſus, eſto providus: proſpice, adtende unde quisquis vivat, unde ſe tranſigat, unde habeat... Curioſus eſto, & intellige ſuper egenum & pauperem: alius ad te venit, ut petat: alium tu præveni, ne petat. Sudet eleemoſyna in manu tua, donec invenias juſtum cui eam tradas. Cum enim dandum ſit & iſtis pauperibus petentibus: non enim ab eis inhibuit Deus eleemoſynas: ... quando facis epulum, convoca cæcos, claudos, debiles, non habentes unde tibi reddant: retribuetur autem tibi in reſurrectione juſtorum.. Nemo vobis dicat, Præceptum eſt a Chriſto ut ſervo Dei detur, mendico non detur. Abſit: prorſus impius iſta loquitur. Da illi, ſed multo magis illi. Ille enim petit, & in voce petentis agnoſcis cui des: ille autem quanto minus petit, tanto magis tibi vigilandum eſt ut præoccupes petiturum: itaque curioſi eſtote ad illa fratres mei: invenietis multorum Dei ſervorum indigentiam, tantum ut velitis invenire. (Pſ. 40. 2.) (Eccli. 29. 15.)

N. 12. Non indiget cibo, forte veſte indiget. Non indiget veſte, forte tecto indigat, forte Eccleſiam fabricat, forte aliquid utile in domo Dei molitur; expectat ut adtendas, expectat ut intelligas ſuper egenum & pauperem. Tu contra, terra dura, lapidea, non irrigata, aut fruſtra irrigata, ſervas tibi dicere, Non ſciebam, non noveram, nemo mihi dixit. Nemo tibi dixit? Chriſtus non ceſſat dicere, Propheta non ceſſat dicere: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. (Pſal. 140.)

In Pſal. CXLVII. *n.* 17. Efficimini exactores veſtri, Chriſtus tacitus exigit: & major eſt vox tacentis, quia in Evangelio non tacet. Non enim vere tacet, cum dicit, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut & ipſi recipiant vos in æterna tabernacula. Non tacet ipſe, audite vocem ejus. Nemo enim vos poteſt exigere:.... Ergo eſtote exactores veſtri... Scriptum eſt: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Cum dicit, Qui intelligit ſuper egenum & pauperem, non expectat ut petat. Intellige ſuper illum. Alius te quærit indigens, alium tu debes quærere indigentem. Utrumque dictum eſt: & Omni petenti te, da... & ... Sudet eleemoſyna in manu tua, donec invenias juſtum, cui eam tradas. Alius eſt qui te quærit, alium tu debes quærere. Nec eum qui te quærit relinquas inanem; omni enim petenti te da: ſed alius eſt quem tu debes quærere; ſudet eleemoſyna in manu tua, quouſque invenias juſtum cui des. Numquam hoc facietis, niſi aliud de rebus veſtris ſepoſitum habueritis, quod cuique placet pro neceſſitate rei familiaris ſuæ, tamquam debitum quaſi fiſco reddendum. Si non habet rempublicam ſuam Chriſtus, non habet fiſcum ſuum... Præcidite ergo aliquid, & deputate aliquid fixum, vel ex annuis fructibus, vel ex quotidiana quæ- (Luc. 16. 9.) (Pſal. 40. 2.) (Luc. 6. 30.) (Eccli. 29. 15.)

PARS. II. SECT. II. CAP. IV. §. 4.

reddatur unicuique quod ſuum eſt. (S) 2. Nec propria bona largiantur, niſi in quantum leges fieri ſinunt. Si quis enim, verbi gratia, non habet rei familiaris diſpenſationem, ſi quis ſub tutoribus & actoribus eſt, non poteſt propria largiri, niſi conſentientibus iis ad quos diſpenſatio pertinet. (T)

I. Tenenturne pauperes lege eleemoſynæ?

R. Ad

S

quæſtibus veſtris. Nam quaſi de vivo videris dare, & neceſſe eſt ut trepidet manus tua, quando illam porrigis ad id quod non devoveras. Exime aliquam partem redditūum tuorum. Decimas vis? Decimas exime, Luc. 18.12. quamquam parum ſit. Dictum eſt enim, quia Phariſæi decimas dabant, Jejuno bis in ſabbato, decimas do Matt. 5.20. omnium quæcumque poſſideo. Et quid ait Dominus? Niſi abundaverit juſtitia veſtra plusquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Et ille ſuper quem debet abundare juſtitia tua, decimas dat: tu autem nec milleſimam das. Quomodo ſuperabis eum, cui non æquaris?

S. AMBROS. *Lib.* 2. *de Officiis*, *cap.* 16. *num.* 76. Liquet igitur debere eſſe liberalitatis modum, ne fiat inutilis largitas. Sobrietas tenenda eſt, maxime Sacerdotibus, ut non pro jactantia, ſed pro juſtitia diſpenſent. Nuſquam enim major aviditas petitionis, veniunt validi, veniunt nullam cauſam niſi vagandi habentes, & volunt ſubſidia evacuare pauperum, exinanire ſumptum: nec exiguo contenti, majora quærunt, ambitu veſtium captantes petitionis ſuffragium, & natalium ſimulatione licitantes incrementa quæſtuum. His ſi quis facile deferat fidem, cito exhauriet pauperum alimoniis profutura compendia. Modus largiendi adſit, ut nec illi inanes recedant, neque tranſcribatur vita pauperum in ſpolia fraudulentorum. Ea ergo menſura ſit, ut neque humanitas deſeratur, nec deſtituatur neceſſitas.

N. 77. Plerique ſimulant debita: ſit veri examen. Exutos ſe per latrocinia deplorant: aut injuria fidem faciat, aut cognitio perſonæ, quæ propenſius juventur. Ab Eccleſia relegatis ſumptus impartiendus, ſi deſit eis alendi copia. Itaque qui modum ſervat avarus nulli, ſed largus omnibus eſt; non enim ſolas aures præbere debemus audiendis precantium vocibus, ſed etiam oculos conſiderandis neceſſitatibus. Plus clamat operatori bono debilitas, quam vox pauperis. Neque vero fieri poteſt ut non extorqueat amplius importunitas vociferantium: ſed non ſemper impudentiæ locus ſit. Videndus eſt ille, qui te non videt: requirendus ille, qui erubeſcit videri. Ille etiam clauſus in carcere occurrat tibi, ille affectus ægritudine mentem tuam perſonet, qui aures non poteſt.

N. 78. Quo plus te operari viderit populus, magis diliget. Scio plures Sacerdotes quo plus contulerunt, plus abundaſſe: quoniam quicumque bonum operarium videt ipſi confert quod ille ſuo officio diſpenſet, ſecurus quod ad pauperem ſua perveniat miſericordia: nemo enim vult, niſi pauperi proficere ſuam collationem: nam ſi quem aut immoderatum, aut nimis diſpenſatorem viderit, utrumque deſpiciet: ſi aut ſuperfluis erogationibus diſſipet alieni fructus laboris, aut recondat ſacculis... melius operatur pecunia in pauperis cibo, quam in divitis ſacculo. Cave ne intra loculos tuos includas ſalutem inopum, & tamquam in tumulis ſepelias vitam pauperum.

Cap. 30. *num.* 148. Deinde perfecta liberalitas fide, cauſa, loco, tempore, commendatur, ut primum operaris circa domeſticos fidei. Grandis culpa, ſi ſciente te, fidelis egeat: ſi ſcias eum ſine ſumptu eſſe, famem tolerare, ærumnam perpeti, qui præſertim egere erubeſcat: ſi in cauſam ciderit aut captivitatis ſuorum, aut calumniæ, & non adjuves: ſi ſit in carcere & pœnis, & ſuppliciis propter debitum aliquod juſtus excrucietur; (nam etſi debetur omnibus miſericordia, tamen juſto amplius) ſi tempore afflictionis ſuæ nihil a te impetret: ſi tempore periculi quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morituri.

N. 149... Nos autem omnibus quidem debemus miſericordiam: ſed quia plerique fraude eam quærunt, & adfingunt ærumnam: ideo ubi cauſa manifeſtatur, perſona cognoſcitur, tempus urget, largius ſe debet profundere miſericordia. Non enim avarus Dominus eſt ut plurimum quærat. Beatus quidem dimittit omnia & ſequitur eum: ſed ille beatus eſt, qui quod habet, ex affectu facit. Denique duo æra viduæ illius divitum muneribus prætulit, quia totum illa quod habuit contulit, Luc. 21. 3. illi autem ex abundantia partem exiguam contulerunt. Affectus igitur divitem collationem aut pauperem facit, & pretium rebus imponit. Ceterum Dominus non vult ſimul effundi opes, ſed diſpenſari.

N. 152. Eſt etiam illa probanda liberalitas, ut proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas. Melius eſt enim ut ipſe ſubvenias tuis, quibus pudor eſt ab aliis ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitati: non tamen ut illi ditiores eo fieri velint, quod tu potes conferre inopibus; cauſa enim præſtat, non gratia.. Non enim propterea te Domino dicaſti, ut tuos divites facias: ſed ut vitam tibi perpetuam fructu boni operis adquiras, & pretio miſerationis peccata redimas tua.

N. 158. Conſideranda etiam in largiendo ætas atque debilitas, nonnumquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales; ut ſenibus plus largiaris, qui ſibi labore jam non queunt victum quærere. Similiter & debilitas corporis, & hæc juvanda promptius. Tum ſi quis ex divitiis cecidit in egeſtatem: & maxime ſi non vitio ſuo, ſed aut latrociniis, aut proſcriptione, aut calumniis, quæ habebat amiſit.

(S) PROV. III 9. Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da ei. 10. Et implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt.

ECCLI. XXXIV. 24. Qui offert ſacrificium, ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. 25. Panis egentium, vita pauperum eſt: qui defraudat illum homo ſanguinis eſt.

S. HIERONYMUS *in cap.* XVIII. *Ezechiel. pag.* 822. Si autem... eſurienti dare debemus, & nudum operire veſtimento: quanto magis ſuum reddere.. Docemur eleemoſynam non ſaturis faciendam, ſed eſurientibus: nec dandum panem his qui ructant plenitudine, ſed his qui inanitate cruciantur. In pane autem omnis continetur cibus. Et ſignificanter dicitur *ſuum*: ne de rapinis & uſuris & alieno malo quæſitum panem, vertamus in miſericordiam: Redemptio enim animæ viri propriæ divitiæ. Prov. 13.8. Quod multos facere conſpicimus, clientes & pauperes, & agricolas; ut taceam de militantium & judicum violentia, qui opprimunt per potentiam, vel furta committunt, ut de multis parva pauperibus tribuant, & in ſuis ſceleribus glorientur. Publicеque Diaconus in Eccleſiis recitet offerentium nomina: tantum offert illa; tantum ille pollicitus eſt; placentque ſibi ad plauſum populi, torquente eos conſcientia. Damusque materiam miſeris, ut gaudeant ad ea quæ tribuunt, & non lugeant ad ea quæ rapuerint...

S. AUGUST. *Serm.* 113. *alias* 35. *de verbis Domini*, *c.* 2. *n.* 2. Facite vobis amicos de divitiis iniquitatis. Hoc quidam male intelligendo rapiunt res alienas, & aliquid inde pauperibus largiuntur, & putant ſe facere quod præceptum eſt. Dicunt enim, Rapere res alienas, mammona eſt iniquitatis; erogare inde aliquid, maxime egentibus ſanctis, hoc eſt facere amicos de mammona iniquitatis. Intellectus iſte corrigendus eſt, immo de tabulis cordis veſtri omnium delendus eſt... De juſtis laboribus facite eleemoſynas: ex eo quod recte habetis date... Nolite velle eleemoſynas facere de fœnore & uſuris.

Cap. 4. *num.* 4. Si amaveris divitias, peribis cum illis. Perde, ne pereas: dona, ut adquiras: ſemina, ut metas.

S. AMBROS. *Lib.* 1. *de Officiis*, *c.* 30. *n.* 145. Non probatur largitas, ſi quod alteri largitur, alteri quis extorqueat: ſi injuſte quærat, & juſte diſpenſandum putet: niſi forte ut ille Zachæus, Reddas prius quadruplum ei quem fraudaveris. Luc. 19.8.

T

(T) S. AUG. *Epiſt.* 262. *alias* 199. *ad Ecdiciam*, *n.* 4.. Nihil de tua veſte, nihil de tuo auro, vel argento, vel quacumque peccunia, aut rebus ullis terrenis tuis ſine arbitrio ejus (conjugis tui) facere debuiſti, ne ſcandalizares homines.

N. 5... Cum cognoviſſet quod omnia, vel pene omnia, quæ habebas, neſcio quibus duobus tranſeuntibus monachis tamquam pauperibus eroganda donaveris; tunc ille deteſtans eos tecum, & non Dei ſervos, ſed domus alienæ penetratores, & tuos captivatores & deprædatores putans, tam ſanctam ſarcinam (continen-

R. Ad impoſſibile nemo tenetur. Sed nemo eſt
V qui non poſſit aliquando eleemoſynam ſaltem ſpiritualem exercere. (V) Quin & multa ſunt in quibus vel pauperiores poſſunt & corporaliter adeſſe proximo: quod ſi ex caritatis affectu fiat, eleemoſyna eſt. Ad omnes omnino ſpectet præceptum caritatis. Hæc autem ſi vera eſt, mille habet juvandi proximi artes. (X) Pars II. Sect. II. Cap. IV. §. 4.

§. 5. X

tinentiæ) quam tecum ſubierat, indignatus abjecit. Infirmus enim erat & ideo tibi, quæ in communi conſortio fortior videbaris, non erat præſumptione turbandus; ſed dilectione portandus: quia etiam ſi ad ipſas eleemoſynas largius faciendas forte pigrius moveretur, poſſet & iſta condiſcere, ſi tuis inopinatis non feriretur expenſis, ſed expectatis invitaretur obſequiis; ut etiam hoc quod temere ſola feciſti, multo conſultius dilectione concordi, multoque ordinatius & honeſtius ambo faceretis; nec blaſphemarentur ſervi Dei, ſi tamen hoc fuerunt qui marito abſente atque neſciente, ab ignota muliere & ab aliena uxore tanta ſumpſerunt; & laudaretur Deus in operibus veſtris, quorum eſſet tam fida ſocietas, ut a vobis communiter teneretur, non ſolum ſumma caſtitas, verum etiam glorioſa paupertas.

N. 6. Numquid tantum bonum eſt, quod pauperum carnem largioribus eleemoſynis refeciſti, quantum malum eſt, quod viri tui mentem a tam bono propoſito ſubruiſti? An cujusquam tibi temporalis ſalus carior eſſe debuerat, quam hujus æterna? Nonne ſi ampliorem miſericordiam cogitans, ideo pauperibus res tuas erogare differres, ne ſcandalizatus maritus tuus Deo periret, uberiores tibi Deus eleemoſynas imputaret?

N. 7. Neque hoc ita dicimus, ut ſi quisquam ſcandalizatus fuerit de bonis operibus noſtris, ab eis deſiderium putemus; ſed alia cauſa eſt alienarum, alia neceſſariarum in ſocietate aliqua perſonarum ... alia parentum erga filios, alia filiorum erga parentes: alia poſtremo ea, quæ in his rebus vel maxime intuenda eſt viri & uxoris, ubi mulierem conjugatam non licet dicere, Facio quod volo de meo; cum & ipſa non ſit ſua; ſed capitis ſui, hoc eſt viri ſui.

S. THOMAS 2. 2. *q.* 32. *art.* 8. *concluſio*. Sub alterius poteſtate conſtitutus de his tantum, quorum ipſe dominus eſt, eleemoſynam licite facere poteſt, non autem de his quæ domini ſui ſunt, niſi forte in caſu extremæ neceſſitatis.

In corp. Ille qui eſt ſub poteſtate alterius conſtitutus, in quantum hujusmodi, ſecundum ſuperioris poteſtatem regulari debet... Et ideo oportet, quod ea in quibus inferior ſuperiori ſubjicitur, diſpenſet non aliter, quam ei ſit a ſuperiori permiſſum. Sic ergo ille qui eſt ſub poteſtate conſtitutus, de re ſecundum quam ſuperiori ſubjicitur, eleemoſynam facere non debet, niſi quatenus ei a ſuperiore fuerit commiſſum. Si quis vero habeat aliquid ſecundum quod poteſtati ſuperioris non ſubſit; jam ſecundum hoc non eſt poteſtati ſubjectus, quantum ad hoc proprii juris exiſtens; & de hoc poteſt eleemoſynam facere.

Ad 2. Dicendum quod ſi uxor habet alias res præter dotem, quæ ordinatur ad ſuſtentanda onera matrimonii, vel ex proprio lucro, vel quocumque alio licito modo, poteſt dare eleemoſynas etiam irrequiſito aſſenſu viri: moderatas tamen, ne ex earum ſuperfluitate vir depauperetur. Alias autem non debet dare eleemoſynas ſine conſenſu viri, vel expreſſo, vel præſumpto, niſi in articulo neceſſitatis.

Ad 3. Dicendum quod ea quæ ſunt filii-familias, ſunt patris: & ideo non poteſt eleemoſynam facere: niſi forte aliquam modicam de qua poteſt præſumere quod patri placeat.

(V) S. AUG. *in Pſ.* CIII. *n.* 19... Simplicem nullum ſpernas, & cui dare non potes quod petierit, non eum ſpernas: ſi potes dare, da, ſi non potes, affabilem te præſta. Coronat Deus intus voluntatem, ubi non invenit facultatem.

Serm. 236. *alias* 146. *de temp. in diebus Paſchal.* 2. *nn.* 3. Etiam ſanctum famis tempore per corvum Dominus paſcebat: & quem perſequebantur homines, ei ſerviebant aves. Afferebat ſervo Dei corvus mane panes & ad veſperam carnes... Quamvis Elias non indigeret mittitur
3. Reg. 17. 9 ad viduam in Sarepta, & dicitur ei, *Vade ad illam viduam, paſcet te.* Defecerat Deus, ut Elias ad viduam mitteretur? Sed ſi Deus ſervo ſuo ſine humano miniſterio ſemper præberet panem, vidua unde haberet mercedem? Mittitur ergo non indigens ad indigentem, non
Ibid. 12. eſuriens ad eſurientem, & dicit ad eam, *Vade, & affer mihi puſillum, ut manducem.* Illa modicum habebat, quod conſumptura fuerat & moritura... Illa non dubitavit, ſed adtulit. Obtulit refectionem, & meruit benedictionem. Benedixit ſanctus Elias hydriam farinæ, & capſacem olei... Acceſſit benedictio, & vaſa illa theſauri facti ſunt. Lagguncula olei facta eſt fons olei, farina parva uberrimas ſegetes ſuperavit.

Tom. I.

In Pſal. CXXV. *num.* 13. Aliquando & dives invenitur pauper, & a paupere præſtatur illi aliquid. Venit neſcio quis ad flumen, tanto delicatior, quanto ditior, tranſire non poteſt; ſi nudatis membris tranſiret, frigeſceret, ægrotaret, moreretur: accedit pauper exercitatus corpore, trajicit divitem, eleemoſynam facit in divitem... In quo quisque pauper eſt, ibi illum vide quia forte tu in eo dives es, in quo ille pauper eſt, & habes unde accommodes... Conſilio indiget, tu plenus es conſilio... das conſilio & præſtitiſti eleemoſynam... Sic ſe ergo tenet corpus Chriſti, membra ſocia ſic compinguntur & adunantur in caritate & in vinculo pacis, cum quisque id quod habet, præſtat ei qui non habet: in eo quod habet, dives eſt, in eo quod ille non habet, pauper eſt. Sic vos diligite, ſic vos amate. Nolite ad vos ſolos attendere, ſed attendite indigentes circa vos.

Serm. 2. *in Pſal.* XXXVI. *n.* 13. Si habet foris facultatem, dat ipſa caritas, ſed ea eo quod habet; ſi autem non invenit foris quod det, dat benevolentiam, præſtat conſilium ſi poteſt, præſtat auxilium ſi poteſt: ad extremum ſi nec conſilio nec auxilio adjuvare poteſt, vel voto adjuvat, vel orat pro contribulato, & forte ipſe magis exauditur, quam qui porrigit panem. Habet ſemper unde det, cui plenum pectus eſt caritatis. Ipſa eſt caritas, quæ dicitur & voluntas bona. Plus a te Deus non exigit, quam quod tibi intus dedit. Vacare enim non poteſt voluntas bona... Ipſi inter ſe pauperes præſtant ſibi de voluntate bona... Vides cæcum duci a vidente, quia nummos non habuit quos daret egens, commodavit oculos non habenti.

(X) *Maximis prælus remuneratam a Deo eleemoſynam legimus in Scripturis ſacris.*

3. REG. XVII. 9. Surge, & vade inde in Sarephta Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ, ut paſcat te. 10. Surrexit (Elias) & abiit in Sarephta. Cumque veniſſet ad portas civitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocavit eam, dixitque ei: Da mihi paululum aquæ in vaſe, ut bibam. 11. Cumque illa pergeret ut afferret, clamavit poſt tergum ejus, dicens: Affer mihi, obſecro, & buccellam panis in manu tua. 12. Quæ reſpondit: Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria; & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, ut ingrediar & faciam illum mihi & filio meo, ut comedamus, & moriamur. 13. Ad quam Elias ait: Noli timere, ſed vade, & fac ſicut dixiſti: verumtamen mihi primum fac de ipſa farinula ſubcinericium panem parvulum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies poſtea. 14. Hæc autem dicit Dominus Deus Iſrael: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur, usque ad diem in qua Dominus daturus eſt pluviam ſuper faciem terræ. 15. Quæ abiit, & fecit juxta verbum Eliæ: & comedit ipſe, & illa & domus ejus: & ex illa die, 16. Hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non eſt imminutus, juxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ. 17. Factum eſt autem poſt hæc ægrotavit filius mulieris matris familias, & erat languor fortiſſimus, ita ut non remaneret in eo halitus. 18. Dixit ergo ad Eliam: Quid mihi & tibi vir Dei? Ingreſſus es ad me ut rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum? 19. Et ait Elias ad eam: Da mihi filium tuum. Tulitque eum de ſinu ejus, & portavit in cœnaculum ubi ipſe manebat, & poſuit ſuper lectulum ſuum. 20. Et clamavit ad Dominum, & dixit: Domine Deus meus, etiamne viduam, apud quam ego utcumque ſuſtentor, afflixiſti ut interficeres filium ejus? 21. Et expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum, & ait: Domine Deus meus, revertatur obſecro anima pueri hujus in viſcera ejus. 22. Et exaudivit Dominus vocem Eliæ: & reverſa eſt anima pueri intra eum & revixit.

Para II.
Sect. II.
Cap. IV.
§. 5.

§. 5. *De Correctione fraterna.*

I. In quo poſita eſt fraterna correctio?

R. In eo ut delinquentium peccata & vitia corrigantur. Quod quidem ſi prudenter & ex caritate fiat, utiliſſimum eſt proximo.

I. Quinam tenentur proximum corrigere?

R. Qui præſunt aliis tenentur ex officio & juſtitia delinquentes ſubditos corrigere. Quin & ceteri tenentur ſæpe & lege caritatis & ex præcepto Chriſti fraternam correctionem exercere; quod tamen ut recte fiat ſumma prudentia opus eſt. (A) A
Si peccaverit in te frater tuus, verba ſunt Chriſti, Mat. 18.15
vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum. 16. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. 17. Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.

I. Quandonam correctio fraterna ex caritate fit?

R. Cum

TOBIÆ librum *lege & revolve, maxima ibi caritatis & miſericordiæ exempla invenies, & ad portenta in Tobia & filii ejus gratiam a Deo in præmium eleemoſynarum earum patrata obſtupeſce. Pauca hæc e multis excribo.*

TOB. XII. 12. Quando orabas cum lacrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. 13. Et quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit ut tentatio probaret te. 14. Et nunc miſit me Dominus ut curarem te, & Saram uxorem filii tui a dæmonio liberarem. 15. Ego enim ſum Raphael Angelus, unus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum.

ACTOR. IX. 36. In Joppe fuit quædam diſcipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis, & eleemoſynis, quas faciebat. 37. Factum eſt autem in diebus illis ut infirmata moreretur. . 39. Circumſteterunt (*Petrum*) omnes viduæ flentes, & oſtendentes ei tunicas & veſtes, quas faciebat illi Dorcas. 40. Ejectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua oravit, & converſus ad corpus dixit, Tabitha, ſurge. At illa aperuit oculos ſuos: & viſo Petro reſedit.

X. 1. Vir autem quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius... 2. Religioſus ac timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Deum ſemper. 3. Is vidit in viſu manifeſte... Angelum Dei introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi. 4. At ille intuens eum, timore correptus, dixit: Quid eſt, Domine? Dixit autem illi: Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ, aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. 5. Et nunc mitte viros in Joppen, & accerſi Simonem quemdam, qui cognominatur Petrus. 6... Hic dicet tibi quid te oporteat facere... 44. Adhuc loquente Petro... cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant verbum. 45. Et obſtupuerunt ex circumciſione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt. 46. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. 47. Tunc reſpondit Petrus: Numquid aquam quis prohibere poteſt, ut non baptizentur hi, qui Spiritum ſanctum acceperunt ſicut & nos? 48. Et juſſit eos baptizari in nomine Domini Jeſu Chriſti. *Itaque eleemoſynis ſuis fidem accipere meruerunt.*

Eleemoſyna & caritate vincimus tentationes & ipſum diabolum ſuperamus, *teſte* S. LEON. *Serm. 72. de Aſcenſ. Domini 2. c. 5...* Nihil autem eſt validius dilectiſſimi, contra diaboli dolos, quam benignitas miſericordiæ, & largitas caritatis, per quam omne peccatum aut declinatur, aut vincitur...

Operæ pretium erit legere tractatum R. P. THOMASSINI *Congregationis Oratorii D. J. Sacerdotis*, de Eleemoſyna, *Gallice ſcriptum, ut & librum cui titulus*: Eleemoſyna Chriſtiana, ſeu traditio de Eleemoſyna, *Opus Doctrina Chriſtiana, & vera pietate refertum.*

(A) LUC. XVII. 3. Attendite vobis: ſi peccaverit in te frater tuus, increpa illum: & ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi. 4. Et ſi ſepties in die peccaverit in te, & ſepties in die converſus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me: dimitte illi.

ORIGEN. *Lib. 9. in Epiſt. ad Rom. cap. 12. Caritas ſine ſimulatione.* Ego puto quod omnis caritas quæ non eſt ſecundum Deum, ſimulata ſit, & veritas non ſit... Ergo... quicumque aliquid aliud dilexeris quam Deum, & quæ Deo placent, caritas in eo ficta & ſimulata dicenda eſt. Sed & ſi quis proximum ſuum diligat, & cum errantem eum viderit non commoneat, non corrigat, ſimulata iſta caritas dicenda eſt. Et ideo nihil habere adulatorium, nihil fucatum caritas debet... *Odientes malum, adhærentes bono.* Mirum fortaſſe ſiquidem inter cetera bona virtutum, aſſumitur etiam odium, & tamquam neceſſario ab Apoſtolo ponitur. Unde certum eſt ineſſe animæ odii affectum. Eſt enim laudabile odiſſe vitia, odiſſe peccata.

S. AUG. *Serm. 82. de verb. Evangel. Matth. 18. cap. 4. num. 7.* Injuriam... qui... paſſus eſt, quid debet facere? Quid audivimus hodie, *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum.* Si neglexeris, pejor Mat. 18.15
es. Injuriam fecit, & injuriam faciendo gravi ſeipſum vulnere percuſſit: tu vulnus fratris tui contemnis? Tu eum vides perire, vel periſſe, & negligis? Pejor es tacendo, quam ille conviciando. Quando ergo in nos aliquis peccat, habeamus magnam curam, non pro nobis, nam glorioſum eſt injurias oblivisci: ſed obliviſcere injuriam tuam, non vulnus fratris tui. Ergo *corripe eum inter te & ipſum ſolum*, intendens correctioni, parcens pudori. Forte enim præ verecundia incipit defendere peccatum ſuum, & quem vis facere correctiorem, facis pejorem.

Serm. 485. de Amore hominis in hom. alias 38. inter Homil. 50. cap. 7. n. 8. Et ſi amicum tuum videris, quem amabas in hoc ſæculo ut ſalvus eſſet, quia ut jam talem ſalutem deſideras quæ æterna eſt, ad ipſam ſalutem diligis amicum tuum; & totum quidquid vis amico tuo præſtare, ad hoc vis præſtare, ut illam tecum teneat ſalutem. Amas enim juſtitiam, vis illum eſſe juſtum: amas ſub Deo eſſe, vis & illum eſſe ſub Deo: amas vitam æternam, illic eum vis tecum regnare in æternum. Inimicum tuum vides illum perſequi te, iniquitas eſt quæ te perſequitur: in illo iraſci debes miſericordia, febris in anima. Quomodo ergo amicus hujus ſæculi ſecundum ſæculum amans animam ſuam, febrem vult expellere de amico ſuo, quem ſimiliter amat ut ſe, propter præſentem ſalutem: Sic tu quemcumque diligis propter vitam æternam dilige; cum inveneris iram, indignationem, odium, iniquitatem, ſic coneris expellere morbum animi, quomodo amicus ſæculi morbum corporis: ad hoc enim amas, ut facias quod & tu es: & erit in te perfecta caritas. Hoc ſi inveneris, ad hoc ama conjugem, ad hoc ama filium, ad hoc ama propinquum, vicinum, ignotum, inimicum, & erit in te perfecta caritas. Quæ ſi fuerit in te vincis mundum, & pellitur foras princeps mundi.

Tract. 6. in primam Epiſt. Johan. num. 11. Si qui forte vultis ſervare caritatem, ante omnia ne putetis abjectam & deſidentiam, nec quadam manſuetudine, immo non manſuetudine, ſed remiſſione & negligentia ſervari caritatem. Non ſic ſervatur. Non putes tunc te amare ſervum tuum, quando eum non cædis; aut tunc te amare vicinum tuum, quando eum non corripis: non eſt iſta caritas, ſed languor. Ferveat caritas ad corrigendum, ad emendandum: ſed ſi ſunt boni mores, delectent: ſi ſunt mali, emendentur, corrigantur. Noli in homine amare errorem, ſed hominem: hominem enim Deus fecit, errorem ipſe homo fecit. Ama illud quod Deus fecit, noli amare quod ipſe homo fecit. Cum illud amas, illud tollis: cum illud diligis, illud emendas. Sed & ſi ſævis aliquando, propter correctionis dilectionem.... Pater quando filium caſtigat, ad diſciplinam caſtigat.... Seductor ut vendat, cum amaritudine blanditur: pater ut corrigat, ſine felle caſtigat. Tales eſtote ad omnes..... Quis eſt qui non corrigit filium ſuum? Quis eſt cui non det diſciplinam pater? & tamen ſævire videtur. Amor ſævit, caritas ſævit: ſævit quodammodo ſine felle, more columbino, non corvino.

Lib. 1. de Civit. Dei, cap. 9. num. 1. Plerumque enim ab eis (flagitioſis) docendis, admonendis, aliquando etiam objurgandis & corripiendis male diſſimulatur: vel cum laboris piger, vel cum eorum os verecundamur offen-

Digitized by Google

B *R.* Cum ad eam faciendam non cupiditate, non invidia, non odio, non ante occupata opinione ducimur; ſed ea ſolum mente ut & fungamur officio, & fratri utiles ſimus. (B)

I. Quandonam correctio fraterna prudenter fit?

R. Quando in correctione facienda habetur ratio perſonarum, temporis, loci, & in ipſa correctione ſervatur modus ad utilitatem proximi maxime accommodatus.

I. Quis modus ſervandus eſt in ipſa correctione?

R. Cum ad ſolius proximi utilitatem facienda correctio ſit, ab ea abſtinendum, ſi ex correctione, non emendatio proximi, ſed iræ, odia, nova denique peccata ſecutura eſſe videantur. Quod tamen non ſemper intelligendum eſt de correctionibus quæ fiunt a Præfectis & Judicibus: in illis enim ſpectatur maxime utilitas communis. (C) C

I. Quomodo in correctione habenda ratio eſt perſonarum, ut prudenter fiat?

R. Spe-

offendere, vel cum inimicitias devitamus, ne impediant & noceant in iſtis temporalibus rebus. Ita ut, quamvis bonis vita malorum diſpliceat, ... tamen quia propterea peccatis eorum damnabilibus parcunt, jure cum eis temporaliter flagellentur, quamvis in æternum minime puniantur.

N. 3. ... Ad hoc enim ſpeculatores, hoc eſt, populorum præpoſiti conſtituti ſunt in Eccleſiis, ut non parcant objurgando peccata. Nec ideo tamen ab hujuſmodi culpa penitus alienus eſt, qui licet præpoſitus non ſit, in eis tamen quibus vitæ hujus neceſſitate conjungitur, multa admonenda, vel arguenda novit, & negligit, devitans eorum offenſiones.

Serm. 46. *alias* 165. *de tempore*, *c.* 3. *num.* 7. Numquid propter ipſum honorem ſibi exhibitum (Paulus) ne forte cum argueret negaretur, & minus ipſe Apoſtolus laudaretur pepercit errantibus? ... Teſtimonium perhibet, quod ſicut Angelum Dei ſuſceperint eum; & quod, ſi fieri poſſet, oculos ſuos vellent eruere, & illi dare: & tamen accedit ad ovem languidam, ad ovem putridam, ſecare vulnus, non parcere putredini. Ergo, inquit, inimicus factus ſum vobis verum prædicans.

Vide infra c. 5. *hujuſce ſect.* §. 2. S. BERNARD. *de Adventu Domini*, *Serm.* 3. *num.* 6.

S. THOMAS 2. 2. *Quæſt.* 33. *art.* 2. Sed contra quod Auguſtinus dicit Serm. 16. De verbis Domini c. 4. Si neglexeris corripere, pejor eo factus es, qui peccavit. Sed hoc non eſſet, niſi per hujuſmodi negligentiam aliquis præceptum omitteret: Ergo correptio fraterna eſt in præcepto.

Concluſio. Cum fraterna correptio ad fratris emendationem ordinetur, tunc eſt in præcepto, quando evidens eſt ejus ex correptione fructus.

In corp. ... Correptio fraterna ordinatur ad fratris emendationem, & ideo hoc modo cadit ſub præcepto, ſecundum quod eſt neceſſaria ad iſtum finem, non autem ita quod quolibet loco vel tempore frater delinquens corripiatur.

Ad primum .... Sic affici debemus caritatis affectu, ut omnes velimus ſalvos fieri: & ideo omnibus debemus fraternæ correptionis officium impendere ſub ſpe divini auxilii.

Ad tertium. Correptio fraterna tripliciter omitti poteſt. Uno quidem modo meritorie, quando ex caritate aliquis correptionem omittit... Alio modo prætermittitur fraterna correptio cum peccato mortali, quando ſcilicet formidatur judicium vulgi, & carnis excruciatio, vel peremptio, dum tamen hæc ita dominentur in animo, quod fraternæ caritati præponantur... Tertio modo hujuſmodi omiſſio eſt peccatum veniale, quando timor & cupiditas tardiorem faciunt hominem ad corripienda delicta fratris.

(B) D. JOHAN. CHRYSOST. *in Matth. Homil.* 24. Non enim oportet exprobrare neque inſultare, ſed monere, nec accuſare, ſed conſulere, nec eum inſolentia inſectari, ſed cum dilectione corrigere. Non enim illum, ſed te profecto extremo addicis ipſe ſupplicio, non ei parcendo, quum oportebit de ejus delictis ferre ſententiam ... Corrige quidem, ſed non ut hoſtis, neque ut inimicus exigens ultionem, ſed

Matt. 7. 1. ut medicus remedia profutura conficiens. Non enim dixit, Noli cohibere peccantes: Sed, Noli atique judicare: hoc eſt, noli effici judex amarus.

S. AUG. *Epiſt.* 185. *al as* 50. *ad Bonifacium c.* 2. *n.* 7. *Vide infra* §. 2. *c.* 5. *Sect.* 3. *hujuſce Part. Et etiam ſupra lit.* (A) *hujus* §.

(C) PROVERB. IX. 7. Qui erudit deriſorem, ipſe injuriam ſibi facit: & qui arguit impium, ſibi maculam generat. 8. Noli arguere deriſorem, ne oderit te. Argue ſapientem, & diliget te.

S. AUGUST. *Lib.* 1. *de Sermone Domini in monte c.* 20. n. 63. Neque hic ea vindicta prohibetur, quæ ad correctionem valet: etiam ipſa enim pertinet ad miſericordiam, nec impedit illud propoſitum, quo quiſque paratus eſt ab eo quem correctum eſſe vult, plura perferre. Sed huic vindictæ referendæ non eſt idoneus, niſi qui odium quo ſolent flagrare qui ſe vindicare deſiderant, dilectionis magnitudine ſuperaverit. Non enim metuendum eſt ne odiſſe parvulum filium parentes videantur, cum ab eis vapulat peccans, ne peccet ulterius... Non ergo quæritur, niſi ut & ille vindicet, cui rerum ordine poteſtas data eſt, & ea voluntate vindicet, qua pater in parvulum filium, quem per ætatem odiſſe nondum poteſt. Hinc enim aptiſſimum exemplum ducitur, quo ſatis appareat, poſſe peccatum amore potius vindicari, quam impunitum relinqui: ut illum in quem vindicat non pœna miſerum, ſed correctione beatum velit: paratus tamen, ſi opus ſit, æquo animo plura tolerare ab eo illata, quem vult eſſe correctum.

Lib. 1. *de Civit. Dei c.* 9. *n.* 2. Si propterea quiſque objurgandis, & corripiendis male agentibus parcit, quia opportunius tempus inquirit, vel eiſdem ipſis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam, & piam erudiendos impediant alios infirmos, & premant atque avertant a fide; non videtur eſſe cupiditatis occaſio, ſed conſilium caritatis. Illud eſt culpabile, quod hi, qui diſſimiliter vivunt, & a malorum factis abhorrent, parcunt tamen peccatis alienis, quæ dedocere aut objurgare deberent, dum eorum offenſiones cavent.

S. GREG. MAGN. *Lib.* 8. *Moral. in Job c.* 24. .. In laude hypocrita poſitus, ſi hunc quiſquam corripere audeat, aſperitate ſua protinus vitam corripientis ſecat ... deprehenſum ſe in pravitate iraſcitur, loqui ſibi redarguentem prohibet: quia velut in occulto vulnere tactus dolet ... & paratior eſt mori quam corripi. Redargutione deterior redditur ... Unde exaſperatus protinus in contumelias ſurgit .. Unde per Salomonem dicitur: Noli arguere deriſorem, ne oderit te. Neque enim juſto timendum eſt, ne deriſor cum corripitur, contumelias inferat; ſed ne tractus ad odium, pejor fiat. Prov. 9. 8.

Lib. 9. *Epiſt.* 9. *ad Serenum Epiſc. Maſſilienſem*. Alios qui pravi eſſe memorantur, paterna adhortatione a ſua pravitate compeſce, & ad viam ſtude rectitudinis revocare. Quod ſi, quod abſit, ſalubri monitione eos videris in nullo proficere, & hos quoque tarde a te procul abjicere; ne pravitates eorum ex eo quod recipiuntur, diſplicere minime videantur, & non ſolum ipſi inemendati remaneant, ſed etiam eorum receptione alii corrumpantur. Et conſidera quam & hominibus execrabile, & periculoſum ante Dei ſit oculos, ſi per eum a quo plectenda ſunt crimina, nutriri vitia videantur.

Paſt. curæ p. 2. *c.* 6. Sit rector ... contra delinquentium vitia per zelum juſtitiæ erectus; ut, .. cum pravorum culpa exigit, poteſtatem protinus ſui prioratus agnoſcat, .. & erga perverſos jura rectitudinis exercere non formidet... Neceſſe eſt, ut rectores a ſubditis timeantur quando ab eis Deum minime timeri deprehendunt: ut humana ſaltem formidine peccare metuant, qui divina judicia non formidant ... Paulus ... Prælatum ſe fratribus eſſe neſciebat, cum diceret: Facti ſumus parvuli in medio veſtrum. Et rurſum: Nos autem ſervos veſtros 1. Theſſ. 2. 7.
per Chriſtum. Sed cum culpam quæ corrigi debuiſſet invenit, illico magiſtrum ſe eſſe recoluit, dicens: Quid vultis? in virga veniam ad vos. Summus itaque locus bene regitur, cum is qui præeſt, vitiis potius, quam fratribus dominatur. Sed cum delinquentes ſubditos præpoſiti corrigunt, reſtat neceſſe eſt, ut ſollicite attendant, quatenus per diſciplinæ debitum culpas quidem jure poteſtatis feriant, ſed per humilitatis cuſtodiam æquales ſe ipſis fratribus qui corriguntur, agnoſcant: quamvis plerumque etiam dignum eſt, ut eoſdem quos corrigimus, ta-

cita

D R. Spectanda ætas, conditio, infirmitas, indoles ceteraque id genus, tam in corrigente, quam in delinquente corrigendo. (D)

I. Quomodo habenda ratio temporis & loci in correctione?

R. Spectandum 1. Num correctio facienda ſit palam & publice, an ſecreto. 2. Num in ipſo actu peccati; an vero ſatius ſit eam in tempos aliud differre, cum liber animus peccantis ab æſtu cupiditatis fuerit. Uno verbo faciendum pro tempore & loco quod magis e re proximi fuerit. (E) E

I. Quo

cita nobis cogitatione præferamus. Illorum namque per nos vitia diſciplinæ vigore ſerantur, in his vero quæ ipſi committimus, ne verbi quidem ab aliquo invectione laceramur. Tanto ergo apud Dominum obligatiores ſumus, quanto apud homines inulte peccamus. Quia enim falſa pietate ſuperatus ferire Heli delinquentes filios noluit, apud diſtrictum judicem ſemetipſum cum
1. *Reg.* 11. 29. filiis crudeli damnatione percuſſit. Hinc namque divina voce ei dicitur: Honoraſti filios tuos magis quam me.
Ezec. 34. 4. Hinc Paſtores increpat per Prophetam, dicens: Quod fractum eſt non alligatis, & quod abjectum non reduxiſtis. Abjectus enim reducitur cum quiſque in culpa lapſus, ad ſtatum juſtitiæ ex paſtoralis ſollicitudinis vigore revocatur. Fracturam vero ligamen adſtringit, cum culpam diſciplina deprimit: ne plaga uſque ad interitum defluat, ſi hanc diſcretionis ſeveritas non coarctat ... Unde neceſſe eſt, ut cum peccati vulnus in ſubditis corrigendo reſtringitur, magna ſe ſollicitudine etiam diſtrictor ipſe moderetur, quatenus ſic jura diſciplinæ contra delinquentes exerceat, ut pietatis viſcera non amittat ... Miſcenda ergo eſt lenitas cum ſeveritate; faciendum quoddam ex utroque temperamentum, ut neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſolvantur... Sit itaque amor, ſed non emolliens: ſit rigor, ſed non exaſperans: ſit zelus, ſed non immoderate ſæviens: ſit pietas, ſed non plus quam expediat, parcens: ut... is qui præeſt, corda ſubditorum & terendo demulceat, & tamen ad terroris reverentiam demulcendo conſtringat.

S. CYRIL. ALEXAND. *Lib.* 3. *c.* 4. *in Johan. cap.* 6. *verſ.* 26. *pag.* 296. *tom.* 4 .... Prodeſt ergo Dominus, etiam cum increpat; & quos ferire putatur, iiſdem ipſis beneficia conferre cernitur. Hinc ſtatuendum eſt, Eccleſiarum Præſulibus, tametſi quidam eis aſſenteantur, .. illorum adulationibus cedendum non eſſe, nec de eorum delictis tacendum ... ſed eos, quibus correctione opus eſt .... libere potius increpandos, & ad meliorem frugem revocandos, adeoque ceteros quoque hinc juvandos, juxta illud Pauli dictum: *Peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant* ... Diſcipulos Chriſtus arguit, acrem & ferventem increpationem adhibens.

S. THOM. 2. 2. *Quæſt.* 33. *art.* 6. Sed contra eſt quod dicitur, Noli arguere deriſorem, ne oderit te, ubi dicit Gloſſa, Non eſt timendum, ne tibi deriſor, cum arguitur, contumelias inferat: ſed hoc potius providendum, ne tractus ad odium inde fiat pejor. Ergo ceſſandum eſt a correptione fraterna, quando timetur ne fiat illa inde deterior.

Concluſio. Quamquam numquam juſtitiæ correptio, quæ ad Prælatos ſpectat, dimittenda ſit propter turbationem ejus qui corripitur; correptio tamen caritatis fraternæ, ubi probabiliter æſtimatur quod peccator admonitionem contemptu, in pejora ſit lapſurus, laudabiliter omittitur.

In Corp. Duplex eſt correptio delinquentis. Una quidem pertinens ad prælatos, quæ ordinatur ad bonum commune, & habet vim coactivam: & talis correptio non eſt dimittenda propter turbationem ejus qui corripitur; tum quia ſi propria ſponte emendari non velit, cogendus eſt per pœnas, ut peccare deſiſtat: Tum etiam quia ſi incorrigibilis ſit, per hoc providetur bono communi: dum ſervatur ordo juſtitiæ, & unius exemplo alii deterrentur. Unde Judex non prætermittit ferre ſententiam condemnationis in peccantem, propter timorem turbationis ipſius vel etiam amicorum ejus. Alia vero eſt correptio fraterna, cujus finis eſt emendatio delinquentis; non habens coactionem, ſed ſimplicem admonitionem. Et ideo ubi probabiliter æſtimatur quod peccator admonitionem non recipiat, ſed ad pejora labatur, eſt ab hujuſmodi correptione deſiſtendum.

(D) 1. TIMOTH. v. 1. Seniorem ne increpaveris: ſed obſecra ut patrem; juvenes, ut fratres: 2. Anus, ut matres; juvenculas, ut ſorores, in omni caſtitate: .. 20. Peccantes coram omnibus argue: ut & ceteri timorem habeant.

(E) MATTH. XVIII. 15. 17. *Vide ſupra hocce §. reſponſ.* 2.

1. TIMOTH. v. 1. *Vide ſupra lit.* (D) *hujuſce* §.

S. AUG. *Serm.* 82. *alias* 16. *de verbis Domini c.* 4. *n.* 7. *Vide ſupra lit.* (A) *hocce* §.

Lib. 9. *Confeſſ. c.* 9. *n.* 19. (Monica) viro ſervivit veluti domino, & ſategit eum lucrari tibi, loquens te illi moribus ſuis, quibus illam pulchram faciebas & reverenter amabilem, atque mirabilem viro... Erat vero ille præterea ſicut benevolentia præcipuus, ita ira fervidus. Sed noverat hæc non reſiſtere irato viro, non tantum facto, ſed ne verbo quidem. Jam vero refracto, & quieto cum opportunum viderer, rationem facti ſui reddebat, ſi forte ille inconſiderantius commotus fuerat. Denique cum matronæ multæ quarum viri manſuetiores erant, plagarum veſtigia, etiam dehoneſtata facie gererent, inter amica colloquia illæ arguebant maritorum vitam, hæc earum linguam, veluti per jocum graviter admonens, ex quo illas tabulas quæ matrimoniales vocantur, recitari audiſſent, tamquam inſtrumenta, quibus ancillæ factæ eſſent, deputare debuiſſet: proinde memores conditionis, ſuperbire adverſus dominos non oportere. Cumque mirarentur illæ ſcientes, quam ferocem conjugem ſuſtineret, numquam fuiſſe auditum, aut aliquo judicio claruiſſe, quod Patricius ceciderit uxorem, aut quod a ſe invicem vel unum diem domeſtica lite diſſenſerint; & cauſam familiariter quærerent, docebat illa inſtitutum ſuum, quod ſupra memoravi. Quæ obſervabant, expertæ gratulabantur; quæ non obſervabant, ſubjectæ vexabantur.

Serm. 82. *alias de verbis Domini c.* 7. *n.* 10. Quia ſecretum fuit, quando in te peccavit: ſecretum quære, cum corrigis quod peccavit. Nam ſi ſolus noſti quia peccavit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, ſed proditor... Ergo ipſa corripienda ſunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus: ipſa corripienda ſunt ſecretius, quæ peccantur ſecretius.

Epiſt. 211. *Ad ſanctimoniales alias* 109. *n.* 11. Si oculi petulantiam in aliqua veſtrum adverteritis, ſtatim admonete, ne cœpta progrediantur, ſed ex proximo corrigantur. Si autem & poſt admonitionem iterum vel aliocumque die id ipſum eam facere videritis, jam velut vulneratam ſanandam prodat quæcumque invenire potuit hoc, prius tamen & alteri vel tertiæ demonſtratam, ut duarum vel trium poſſit ore convinci, & competenti ſeveritate coerceri. Nec vos judicetis eſſe malevolas, quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes non eſtis, ſi ſorores veſtras, quas indicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis. Si enim ſoror tua vulnus haberet in corpore, quod vellet occultari, dum timeret ſecari, nonne crudeliter abs te ſileretur, & miſericorditer indicaretur? Quanto ergo potius eam debes manifeſtare, ne pernicioſius putreſcat in corde? Sed antequam aliis demonſtretur, per quas convincenda eſt ſi negaverit, Præpoſitæ debet oſtendi, ſi admonita neglexerit corrigi, ne forte poſſit ſecretius correpta non innoteſcere ceteris. Si autem negaverit, tunc neganti adhibendæ ſunt aliæ ut jam coram omnibus poſſit, non ab una teſte argui, ſed a duabus, tribuſve convinci. Convicta vero ſecundum Præpoſitæ, vel Presbyteri arbitrium debet emendatoriam ſuſtinere vindictam; quam ſi forte recuſaverit, & ſi ipſa non abſceſſerit, de veſtra ſocietate projiciatur. Non enim & hoc fit crudeliter, ſed miſericorditer, ne contagione peſtifera plurimas perdat.

S. JOHAN. CHRYSOST. *Homil.* 61. *in Matth.* Inter duos ſolummodo redargutionem fieri jubet, ne ſcilicet teſtimonio multitudinis graviore accuſatione viſa, dedignatur ille, duriorem ſe ad corrigendum præbeat.

S. AMBROS. *Enarrat. in Pſ.* XXXVII. *n.* 8. Qui ſanari vult, argui non reformidat: ſed in verbo Dei... Non vult erudiri in ira, ſed in doctrina.

Expoſ. Evang. ſec. Luc. lib. 8. *n.* 21. *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum.* Plus *Mat.* 18. 15. enim proficit amica correptio, quam accuſatio turbulenta: illa pudorem incutit, hæc indignationem movet. Servetur potius quod prodi metuat, qui monetur. Bonum quippe eſt ut amicum magis te qui corripitur credat, quam inimicum; facilius enim conſiliis acquieſcitur,

I. Qua ratione ſacienda correctio eſt!

F *R.* Mille corrigeudi modos caritas habet. (F) Lenis quandoque correctio adhibenda, quandoque gravis, & duta. Proficit quandoque ira, aliquando nocet. Arguendum, obſecrandum, increpaadum, blandiendum, ſæviendum, minitandum, objurgandum. (G) Uno verbo quod pro tempore & loco & pro ratione peccati & peccaatis ad utilitatem pro- G

2.*Theſſ.* III. 15. tur, quam injoriæ ſuccombitur. Uude & Apoſtolus: Corripite, inquit, ut fratsem, ut erubeſcat, aon ut inimicum eum exiſtimeris. Infirmus enim cuſtos diuturnitatis eſt timor; pudor aurem bonus magiſter officii; qui enim metuit, teprimitur, non amendatur: quem pudet facere, ia naturam vertit.

N. 22. Pulchre autem poſuit: *Si peccaverit in te*; nou enim æqua conditio in Deum, homiaemqoe peccare. Denique Apoſtolus, qui divini eſt verus interpres ora-

Tit. III. 10. culi: *Hæreticum*, iaquit, *poſt unam correptionem devita*, quia non eſt æque perfidia, ut culpa veniabilis. Et quoniam plerumque per imperitiam error obrepit, corripiendum præcepit; ut aut pertinacia vitetur, aut prolapſio cortigarur.

(F) S. August. *Lib. de Catechiſandis rudibus c.* 15. *num.* 23. Com eadem omnibus debeator caritas, non eadem eſt omnibus adhibeada medicina: ipſa item caritas alios partorit, com aliis infirmatur; alios curat ædificara, alios coatremiſcit offendere; ad alios ſe inclinat, ad alios ſe erigit; aliis blanda, aliis ſevera: nulli inimica, omaibus mater.

(G) Timoth. IV. 2. Prædica verbum, iaſta opportone, importune: argue, obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina.

Tit. I. IX... Creteniſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, veatres pigri. 13. Teſtimonium hoc verum eſt. Quam ob cauſam iacrepa illos dure, ut ſani ſint in fide.

S. Agu. *Serm.* 13. *cap.* 7. *num.* 8. Adhibeaarur pœnæ, non recuſo, non interdico; ſed aoimo amautis, animo diligentis, animo corrigentis.

N. 9. Noo euim filium tuum noa erudis. Et prius agis, ut, ſi fieri poteſt, pudore & liberalitate erudiatur, erubeſcat patrem offendere, non tanquam ſeveram judicem timeat: gaudes ad talem filium.

Capit. 8. Sed ſi foerit forte iſta contemnens, adhibes & verbera; iacotis pœnam, ingeris dolorem, ſed quæris ſalutem. Molti amore, multi timore correcti ſunt: ſed per tremorem timoris ad amorem pervenerunt.

Serm. 46. *alias* 165. *de tempore*, *c.* 3. *n.* 7. *Vide ſuper hocce* §. *lit.* (A)

Epiſtol. 63. *alias* 240. *ad Severum n.* 1. Scripſiſti te mirari, nos eum dolora aoſtro tolerare voluiſſe, quod correctione emendari potoiſſet: quaſi non ſiut dolenda quæ male facta ſunt, etiamſi quaatum poſſuot, poſtea corrignatur; aot aou id maaime tolerandum ſit, quod cum manifeſtum ſit perperam factum, fieri non poſſit infectum.

N. 2. Audi etiam quid objorgando, quid moneado, quid orando correxerimus... Objurgando correximus ipſum qui tibi noa obtemperavit... Com enim omnes objurgantibus nobis hæc omnia non recte facta eſſe confeſſi ſunt, & ut ſibi ignoſceretur rogaverunt; aimis ſuperbe ageremus, ſi non crederemus eſſe correctos. Neque enim agere poteraat ut facta non eſſent: ſed nec nos aliquid objurgaado agebamus, niſi ut ſe male egiſſe cognoſceteat & dolereut. Monendo autam correximus... omnes, ut deinceps talia non auderent, ne iram Dei experireaiut... Orando aut correxeramus nos ipſos, ut & gubernationes, & exitus noſtrorum conſiliorum miſericordiæ Dei commendaremus, & ſi quid indignationis nos momorderat, ſub illios medicinalem dexteram confugiendo ſanaremus. Ecce quam multa partim objurgando, partim monendo, partim orando correxeramus.

Epiſtol. 138. *alias* 5. *ad Marcellinum. cap.* 2. *num.* 14. Suar ergo iſta precepta patieatiæ ſemper in cordis præparatione retiaenda, ipſaqua beaevoleatia, ne reddatur malum pro malo, ſemper ia voluntate complenda eſt. Agenda ſunt autem multa, etiam cum invitis benigna quadam aſperitate plectendis, quorum potius utilitati conſulendum eſt, quam voluntati... Nam in corripiendo filio quamlibet aſpete, numquam profecto amor paternus amitritur. Fit tamen qood nolit & doleat, qui atiam iavitus videtur dolore ſanandus... Nam cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter viacitur, quoniam nihil eſt iafelicius felicitate peccantium, qua pœnalis aorritur impunitas, & mala voluntas velut hoſtis intarior roboratur... Miſericorditer euim, ſi fieri poſſet, etiam bella gereteatur a bonis, ut licentioſis cupiditatibus domitis hæc vitia perderentor, quæ juſto imperio vel eaſtirpari vel premi debueruat.

Tract. 7. *in* I. *Epiſtol. Johann. num.* 1. & 11. *vide hocce* §. *lit.* (A)

Serm. 3. *in Pſ.* CIII. *n.* 19. Caritas etſi iraſcitur aliquando, ut corrigat, non teaerur iram: quia noa inveteravit ira, ut verteretur in odium.

Enarr. in Pſ. CXXXII. *n.* 8. Adtende Stephanum. Sæviebat ia illo caritas: ſæviebat in eos, cum audireot; rogavit pro eis, cum lapidarent. Quid enim ait, cum audireat? Dura cervice & incircumciſi corde & auribus, vos ſemper reſtitiſtis Spiritui ſancto... Numqoid adolavit? Numquid timuit? Illi cum audirent iſta, qoæ ia illos dicebantur: (quaſi ſæviebat enim Staphanus, ſæviebat ore, corde diligebat; & noa eſt victa caritas ipſa ſin eo. Nam illi) abhorreutes a verbo, taaquam tenebræ fogieates a lumine, ad lapides currere cœperunt, Stephanum lapidare. Sicut antea Stepbaai verba lapidabant illos, ſic poſtea lapides eorum Stephanum. Quando debuis plus iraſci Stephanus, quando lapidabatur, aa quando audiebatur? Ecce mitis factus eſt cum lapidaretur, & ſæviebat com audiretor. Quare ſæviebat com audiretur? Qoia mutata voluit eos, a quibus audiebatur. *Act.* 7. 51.

S. Ambros. *Serm.* 15. *in Pſ.* CXVIII. *n.* 39. Eſt duros ergo zelus caritatis, qui non cedat inſatis: cum pro Dei zelo uausquisque aec ſuis parcat.

D. Johan. Chrysost. *Comment. in Epiſt. Pauli ad Hebræ. cap.* XII. *homil.* 30. Si videris amicom fornicaatem, dic ad eum: Rem malam agis, uon erubeſcis, non confoaderis? Malom boc eſt. Quid autem iaquis? Ipſe malum eſſe illud opus non ignorat. Ita eſt, ſed cupiditata pertrabitur. Nam & qui ia ægritudiae detinetur, ſcit vare quia frigida aqua malum eſt, potetur: verumtamen opus babet qui eum prohibeat. Nam cum quisque in paſſione detinetur, noo facile ſibi ſolus ipſe ſufficiet. Oporter igitor te qui ſalvus es, ad alterius medicinam operam toam cooferre... Interim noli ſcrupuloſus aſſe ia verbis, quocumque facto retine illom ab actibus malis, & tevoca. Aſſueſcat aon ire ad illum tartarum, ſive propter te, ſive proptes aliud aliquid. Et cum aſſueſcere feceris eum illuc aon pergere, tunc poteris paululum reſpirantem docere meliora. Et quia oporter propter Deom hoc obſervare, & aon propter hominem, aon velis in eo ſubito cuncta corrigere, alioqui minus id poteris: ſed paulatim gere, ne repentina correctione prægravetur. Si videris aliquem ad convivia comeſſationis & ebrietaris plena pergeutem, etiam tonc ſimiliter age, & ipſum viciſſim cohortare, ut ſi quod in te vitium videritis, adjuvet, & corrigat & admoneat. Sic enim & ia ſe ipſos correctiouem tuam patientiſſime tolarabit, com viderit ta etiam opus habentem correctione, & non veluti perfectum ia omnibus, neque veluti Doctorem ſed veluti amicum, & fratrem auxilium coaſereatem... Neque qui corripit, ſicut qui pronuntiat, aot prædicat, hoc faciat, & divulgans magis quam moaeos; ſed ſeorſum cum lenitate multa: molta quippe lenitate opus habet qui corripit, ut qui curripitur æquanimiter toleret ſectionem... Sic enim oportet correptiones efficere, ut & qui corripiuatur, aon reſiliant. Iraque etiam ſi ſiut ferenda probra, aut plagæ, aon recuſabimus... Omaia namque qui corripit, ad illius qui corripitur utilitatem, & tolerate debet, & facere, reſpicieas ad mercedem quæ tali voluotati repoſita reſervatur.

Homil. 31. *ex c.* IX. Sit ergo talis mulier quam deſcripſimus, eamque velit vir ejus omui cura & ſtudio ad meliorem meatam reducere. Quonam igitur modo id peraget? Si non univerſa ſcilicet ſimul imperabit, ſed faciliora, eaque prius, quibus illa minus occupara eſt. Nam ſi cuncta ab iaitio in melius vertere volueris, nihil efficies. Non ergo ſtatim aures ornamentis ipſam privabis, babeat iaterim atqoe oratur: nam id miaos eſſe maloai videtur, quam depicta fucataque facies. Picturam argo prius auferas, idque aon terrore, nec minis facias, ſed miti jocundaque ſuaſione, partim alias accuſando, partim tuo judicio atque autoritate improbando: fac at a te ſæpe audiat noa placere tibi fucatas facias mulierum, ſed quod ſupra modum aveſſeris: & perſuade qood nal-

la

proximi maxime conducit, id prudenter, & caute faciendum.

I. Quomodo affectus debet eſſe qui corrigit?

R. Præter prudentium & caritatem requiritur in corrigente humilitux, & ſtudium orationis.

I. Cur humilitas?

R. Ne per ſuperbiam petat qui vult fratrem ſuum ab alio peccato revocare. Timendum eſt enim ne meliorem ſe peccunte putet, ipſumque contemnat qui correctionem exercet. Hoc uutem ſuperbiæ genus periculoſiſſimum. (H) H

I. Cur debet eſſe in corrigente ſtudium orationis?

R. Quia correctionem debet oratio præcedere

la res tu æque urat, cui tuæ ſententiæ, aliorum quoque opinionem accommoda, quod etiam venuſtas ea res ſolita ſit deturpare, ut ita vitium eximas. Intereu nihil adhuc de gehenna dixeris, nihil de Regno cælorum, nequicquam enim hoc dices: ſed perſuade ipſi magna ta affici voluptate, cum talem ejus faciem videas, qualis a Deo decreta eſt: faciem vero corruptam & alienam a natura ſua rubrica vel ceruſſa plenam, apud homines bonos vulgo improbari. Prius igitur his tritis rationibus, & communi ſententia, morbum ab anima ejus extermina. Et poſtquam his verbis permulſeris, da inferno etiam ac de cælo dicito, nec ſemel, ſed itarum utque iterum hæc diſſerere noo graveris: non odio aut ira, ſed cum amore & lætitia, nunc adulando, nunc quaſi ex faſtidio oculos avertendo, nunc colendo... Sufferamus interim cetera, ut unum ſolum conſequamur: quod cum habebimus, ad aliud hac via progrediemur, ac itu pariter, ſimilique modo de aureis ornamentis diſputabis ſi paulatim ſic animum uxoris tuæ formaveris, pictor eris optimus, ſervus fidelis, probus agricola.

Legenda S. GREG. MAGN. *Paſtor curæ Pars 3. Satem quæ ex ea decerpſimus infra Parte 3. Sect. 1. cap. 7. §. 11.*

(H) GALAT. VI. 1. Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, hujusmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. 2. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis Legem Chriſti.

S. AUG. *in Expoſit. Epiſtolæ ad Galatas, n.* 56. Nihil autem ſic probat ſpiritalem virum, quam peccati alieni tractatio, cum liberationem ejus potius quam inſultationem, potiusque auxilia quam convicia meditatur, & quantum facultas tribuitur ſuſcipit. Et ideo dicit....

Gal. 6. 2. *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpiritales eſtis inſtruite hujusmodi.* Deinde ne ſibi quisque videatur inſtructe, etiam cum proterve exagitat irridetque peccantem, aut ſuperbe tamquam inſanabilem deteſtatur, *In ſpiritu*, inquit, *manſuetudinis, intendens teipſum ne & tu tenteris.* Nihil enim ad miſericordiam ſic inclinat, quam proprii periculi cogitatio. Ita eos nec deeſſe voluit fratrum correptioni, nec ſtudere certamini... Pax igitur & dilectio, communis periculi cogitatione, in corde ſerventur: modus autem ſermonis, ſiva acrius, ſive blandius proferatur, ſicut ſalus ejus quem corrigis poſtulara videtur, moderandus eſt. Nam & alio

2. Tim. 11. 24. loco dicit, *Servum autem Domini litigare non oportet:* ſed mitem eſſe ad omnes, docibilem, patientem. Et ne quisquam ex eo putet ceſſandum ſibi eſſa a correptione

Ibid. 25. arroris alterius, vide quid adjungat, *in modeſtia corripientem* diverſa ſentientes. Quomodo in modeſtia, quomodo corripientem, niſi cum lenitatem corde retinemus, & aliquam medicamenti acrimoniam verbo correptionis adſpergimus? Nec aliter accipiendum video quod

1. Tim. 4. 2. in aadem Epiſtola poſitum eſt, *Prædica verbum, inſta opportune, importune, argue, hortare, increpa in omni longanimitate & doctrina.* Importunitas enim opportunitati utique contraria eſt: neque omnino ullum medicamentum ſanat, niſi quod opportune adhibueris... Ut tunc opportunus ſentiaris, cum inſtas ædificando: cum autem deſtruis urguendo, non cures etiam ſi importunus videaris, ſi hoc eſt talibus importunum... Hortara cum opportune inſtas, increpa cum importune arguis... cum omni longanimitate ad ſuſtinendas indignationes eorum quos deſtruis, & doctrina ad inſtruenda eorum ſtudia quos ædificas... inſta opportune; quod ſi hoc modo non proficis, importune. Ita intelligendum aſt, ut tu opportunitatem omnino non deſaras, & ſic accipias quod dictum eſt, Importune, ut illi videaris importunus, qui non libenter audit quæ dicuntur in eum: tu tamen ſciax illi eſſe opportunum, & dilectionem earamque ſanitatis ejus animo teneas manſueto, & modeſto & fraterno. Multi enim poſtea cogitantes quæ audierint, & quam juſta audiarint, ipſi ſe gravius & ſeverius arguerunt; & quamvis perturbatiores a medico viderentur abſcedere, paulxtim verbi vigore in medullas penetrante, ſanati ſunt: quod non fieret, ſi ſemper exſpectaremus periclitantem putreſcentibus membris, quando eum liberet aut uri aut ſecari...

N. 57. Numquam itaque alieni peccati objurgandi ſuſcipiendum eſt negotium, niſi cum internis interrogationibus examinantes noſtram conſcientiam, liquido nobix coram Deo reſponderimus, dilectione nos facere. Quod ſi convicium, vel minæ, vel etiam perſecutiones ejus quem argueris, laceraverint animum, ſi adhuc ille per ta ſanari poſſe videtur; nihil reſpondeas donec ſaneris prior: ne forte carnalibus motibus tuis ad nocendum conſentias, & exhibeas linguam tuam arma iniquitatis peccato ad reddendum malum pro malo, aut maledictum pro maledicto. Quidquid enim lacerato animo dixeris, punientis eſt impetus, non caritas corrigentis. Dilige, & dic quod voles: nullo modo maledictum erit quod ſpecie maledicti ſonuerit, ſi memineris, ſenſerisque ta gladio verbi Dei, liberatorem hominis eſſe velle ab obſidione vitiorum. Quod ſi forte ut plerumque accidit dilectiona quidem talem ſuſcipis actionem, & ad eam corde dilectionis accedis, ſed inter agendum ſubrepſerit aliquid, dum tibi reſiſtitur, quod te auferat ab hominis vitio percutiendo, & ipſi homini faciat infeſtum; poſtea te lacrymis lavantem hujusmodi pulverem, multu ſalubrius meminiſſe oportebit, quam non debeamus ſuper aliorum ſuperbire peccata, quando in ipſa eorum objurgatione peccamus, eum facilius nos ira peccantis irato, quam miſeria miſericordes facit.

Serm. 88. *alias* 18. *de verbis Domini, cap.* 18. *n.* 19... Nec negligentes ſitis in corrigendis veſtris, ad curam ſcilicet veſtram quoquo modo pertinentibus, monendo, docendo, hortando, terrendo. Quibuſcumque modis poſteris agire: nec... efficiamini pigri ad corrigendos malos. Duobus modis non tu maculat malus: ſi non conſentias, & ſi redarguas: hoc eſt, non communicata, non conſentira... Hoc nos admonens Apoſtolus, ait: *Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum.* Ephes. 5. 11. Et quia parum erat non conſentire, ſi ſequeretur negligentia diſciplinæ: *Magis autem*, inquit, *& redarguite.* Quid eſt, *Nolite communicare?* Nolite Id. Ibid. conſentire, nolita laudare, nolite approbare. Quid eſt, *Magis autem & redarguite?* Reprehendite, corripite, coercete.

N. 20. Deinde in ipſa correctione, vel coercitione alienorum peccatorum cavendum eſt, ne ſe extollat qui alterum corripit; & Apoſtolica illa cogitanda ſententia eſt: *Qui ſe putat ſtare, videat ne cadat.* Foris terribili- 1. Cor. 10. 12 tar perſonet increpatio, intus lenitatis teneatur dilectio ... Neque ergo conſentientes ſitis malis, ut approbetis; neque negligentes, ut non arguatix; neque ſuperbientes, ut inſultanter arguatis.

Lege ejusd. D. CHRYSOST. *Homil. in Epiſt. ad Hebræos ſupra litt.* (G) *hujuſce* §.

S. ISIDOR. HISPAL. *Sent. lib.* 3. *c.* 46. Doctores boni ea quæ male actu ſunt reſecant, ut ea quæ admitti poſſunt, na perpetrentur, doctrina ſuccurrente præveniant. Qui blando ſermone caſtigatus non corrigitur, acrius neceſſe eſt ut arguatur, cum dolora anim abſcindenda ſunt, quæ leniter ſanari non poſſunt. Qui admonitus ſecrete de peccato corrigi negligit, publice arguendus eſt: ut vulnus quod occulte ſanari neſcit, manifeſte debeat emendari.. Manifeſta peccata non ſunt occultu correptione porganda. Palam enim ſunt arguendi, qui palam nocent; ut dum aperta objurgatione ſanantur, hi, qui eos imitando deliquerunt, corrigantur. Dum unus corripitur, plurimi emendantur. Neceſſe eſt enim ut pro multorum ſalvatione unus condemnetur, quam per unius licentiam multi periclitentur. Ita erga delinquentem ſermo eſt proferendus, ſicut ejus qui corripitur expoſtulat ſalux. Quod ſi opus eſt aliquam ſalutem medicamenti verbo increpationis aſpergere, lenitatem tamen cordu opus eſt retinere. Doctores nonnumquam durius feriunt increpationibus ſubditos: qui tamen a caritate eorum quos corripiunt non recedunt.... Notandum eſt vehementer ab omni Pontifica, ut tanto cautius erga commiſſos

dere & ſequi, ut Deo juvante fiat utilis correctio
I ſive correcto, ſive corrigenti. (I)

I. Quomodo correctionem debet accipere qui corrigitur?

R. Audienda correctio eſt cum humilitate, cum docilitate, cum patientia; etiamſi, quod temere non ſuſpicandum, non omnino ſervatæ fuiſſent in cor-
K rigendo, caritatis vel prudentiæ leges. (K)

I. Quid cauſæ eſt cur ut plurimum tantopere abhorreant a correctione accipienda?

R. Non alia cauſa eſt quam quod homines ſunt
Prov. 29. 1. ſuperbi, cupidi, ſubditi peccatis, *Viro qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei ſuperveniet interitus, & eum ſanitas non ſequetur.* Verba ſunt Salomonis in Proverbiis. Superius dixerat
Id. 15. 5. in libro eodem: *Stultus irridet diſciplinam patris ſui; qui autem cuſtodit increpationes, aſtutior fiet.*
Ibid. 10. Et paulo poſt; *Qui odit increpationes, morietur.*
L Plurima id genus habentur in Scripturis. (L)

§. 6. De condonatione offenſarum.

I. Tenenturne Chriſtiani condonare offenſas?

R. Tenentur omnino; neque alia ratio eſt accipiendi a Deo remiſſionem eorum quæ in ipſum peccavimus. *Si non remiſeritis unusquisque fratri ſuo* Matt. 18. 35. *de cordibus veſtris, nec Pater veſter dimittet vobis* Id. 6. 15. *peccata veſtra.* Sic loquitur Chriſtus.

I. In quo poſita eſt offenſarum condonatio?

R. In eo ut adverſus eum a quo injuriam accepimus nullum animo retineamus odium, nullum deſiderium ultionis, nullam ſimultatem: imo eum ſincere diligamus ut fratrem; & dilectionis veritatem opere comprobemus. (A) A

I. Hujus præcepti lege tenemurne eos adire a quibus injurias accepimus ut ſignificemus ipſis nihil nobis ſupereſſe ex accepta injuria ſimultatis, imo amicos nos eſſe, & reconciliationem gratiæ eſſe factam?

R. Qui

miſſos agat, quanto durius a Chriſto judicari formi-
Matt. 7. 2. dat: nam ſicut ſcriptum eſt: *In qua menſura menſi fueritis remetietur vobis.*

S. Bernard. *Serm. 3. de Annuntiatione B. M. num.* 2. Meruit quidem adultera lapidari: ſed is punire geſtiat, qui dignus non eſt etiam puniri. Is præſumat a peccatrice exigere ultionem, qui eamdem accipere non meretur. Alioquin ipſe ſibi vicinius a ſe incipiat: in ſe prius ſententiam ferat, exerceatque vindictam.

(I) S. Johan. Chrysost. *Homil. de Profectu Evangelii.* Poterimus ... alios corrigere, ſi ad preces ſemper confugiamus, & oremus Deum, ut det ſermonem ſapientiæ, & intellectum auditus, certamque & indeprædabilem hujus depoſiti cuſtodiam. Sæpe enim contingit, ut quæ ſtudio noſtro corrigere non poſſumus, ea per preces efficere valeamus, per preces, inquam, perpetuas.

S. August. *Lib. de Correptione & gratia, capit.* 14. *num.* 43. Patiantur ergo homines ſe corripi quando peccant, nec de ipſa correptione contra gratiam argumententur, nec de gratia contra correptionem: quia & peccatis juſta pœna debetur, & ad ipſam pertinet juſta correptio, quæ medicinaliter adhibetur, etiam ſi ſalus ægrotantis incerta eſt: ut ſi is qui corripitur ad prædeſtinatorum numerum pertinet, ſit ei correptio ſalubre medicamentum, ſi autem non pertinet, ſit ei correptio pœnale tormentum. Sub iſto ergo incerto ex caritate adhibenda eſt, cujus exitus ignoratur; & pro illo cui adhibetur, orandum eſt ut ſanetur.

(K) Prov. xv. 5. *Vide infra in reſponſ. ul. hujuſce §.*

Eccli. iv. 30. Non contradicas verbo veritatis ullo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.

x. 28. Vir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus.

xx. 4. Quam bonum eſt correptum manifeſtare pœnitentiam! Sic enim effugies voluntarium peccatum.

S. August. *Lib. 2. de Trinit. Proœmio. num.* 1. Magis optabo a quolibet reprehendi, quam ſive ab errante, ſive ab adulante laudari. Nullus enim reprehenſor formidandus eſt amatori veritatis. Etenim aut inimicus reprehenſurus eſt, aut amicus: ſi ergo inimicus inſultat, ferendus eſt: amicus autem ſi errat, docendus; ſi docet, audiendus. Laudator vero & errans confirmat errorem, & adulans illicit in errorem. *Emendabit ergo me juſtus in miſericordia & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum.*

(L) *Quæ correptionem fraternam ſpectant pertractata ſunt in libro* de Correptione fraterna, *qui anno* 1676. *Pariſiis prodiit in forma* 12. *hunc legere juvat.*

(A) Matth. v. 43. *Vide ſupra §. 3. hujuſce capit. lit.* (A)

vi. 12. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris... 14. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis delicta veſtra. 15. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.

xviii. 21... Domine, quoties peccabit in me fra-

ter meus, & dimittam ei? Uſque ſepties? 22. Dicit illi Jeſus: Non dico tibi uſque ſepties; ſed uſque ſeptuagies ſepties. 23. Ideo aſſimilatum eſt regnum cælorum homini regi, qui voluit rationes ponere cum ſervis ſuis. 24. Et.. oblatus eſt ei unus, qui debebat ei decem millia talenta. 25. Cum autem non haberet unde redderet, juſſit eum Dominus ejus venundari, & uxorem ejus, & filios, & omnia quæ habebat, reddi. 26. Procidens autem ſervus ille orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. 27. Miſertus autem Dominus ſervi illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. 28. Egreſſus autem ſervus ille, invenit unum de conſervis ſuis, qui debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eum dicens: Redde quod debes. 29. Et procidens conſervus ejus, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. 30. Ille autem noluit: ſed abiit, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum. 31. Videntes autem conſervi ejus quæ fiebant, contriſtati ſunt valde: & venerunt & narraverunt Domino ſuo omnia quæ facta fuerant. 32. Tunc vocavit illum Dominus ſuus, & ait illi: Serve nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: 33. Nonne ergo oportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? 34. Et iratus Dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet univerſum debitum. 35. Sic & Pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis unusquisque fratri ſuo de cordibus veſtris.

Ephes. iv. 32. Eſtote autem invicem benigni, miſericordes, donantes invicem, ſicut & Deus in Chriſto donavit vobis.

Coloss. iii. 12. Induite vos ergo ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam: 13. Supportantes invicem, & donantes vobis metipſis, ſi quis adverſus aliquem habet querelam: ſicut & Dominus donavit vobis, ita & vos.

S. August. *Enarrat. in Pſal.* liv. *num.* 14. Eſt & alia uſura pejor, quando non dimittis quod tibi debetur; & turbatur oculus in illo verſu orationis, *Dimitte nobis de-* Matt. 6. 12. *bita noſtra.* Quid enim ibi facturus es, quando oraturus es, & ad ipſum verſum venturus? Verbum contumelioſum audiſti: vis exigere damnationis ſupplicium. Vel tantum exige, quantum dediſti, fœnerator injuriarum. Pugno percuſſus es, interfectionem quæris. Uſura mala. Qua iturus es in orationem? Si reliqueris orationem, qua circumiturus es ad Dominum? Ecce dices *Pater noſter,* &c... Venies ad, *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Vel in civitate illa malla abundent uſuræ iſtæ, non intrent parietes iſtos ubi pectus tunditur. Quid facies? quia ibi in & ille verſus in medio eſtis? Preces tibi compoſuit cæleſtis juriſperitus: qui noverat quid ibi ageretur, ait tibi, Aliter non impetrabis: Amen enim dico vobis, quia *ſi dimiſeritis* Matt. 6. 14. *peccata hominibus, dimittentur vobis; ſi autem non di-* 15. *miſeritis peccata hominibus, neque Pater veſter dimittet vobis.* Quis hoc dicit? Qui ſcit quid ibi agatur, quo tu adſtans petis. Vide quod voluit eſſe ipſe advocatus tuus: ipſe juriſperitus tuus, ipſe aſſeſſor Patris, ipſe judex tuus dixit, Aliter non accipies. Quid facturus es? Non accepturus, ſi non dicturus; non accepturus, ſi falſum di-

PARS. II. SECT. II. CAP. IV. §. 6.

R. Qui in fratrem peccavit debet is prior alterum adire, ab eo in gratiam recipiendus. Sufficit illi qui læſus eſt interius condonare offenſam, ſicque affectum eſſe ut præſto ſit venientem fratrem recipere, & petenti veniam exterius reconciliari. (B) B

I. Quid ſi uterque peccavit, ſi uterque, ut fit, ſe læſum putat; quid tunc facto opus eſt?

Reſp. Qui prior gratia Dei præventus eſt, debet

cturus. Ergo aut facturus & dicturus, aut quod petis non promeriturus: quæ qui hoc non faciunt, in uſuris illis ſunt mali. Sunt ibi illi qui adhuc idola aut adorant, aut quærunt: noli tu plebs Dei, noli plebs Criſti, noli corpus illius capitis. Adtende vinculum pecis tuæ, adtende promiſſum vitæ tuæ. Quid enim tibi prodeſt, quia exigis injurias ques pertuliſti? Ultio te reficit? Ergo de malo alieno gaudebis? Paſſus es malum, ignoſce, ne duo ſitis. (*ſubaudi* mali.)

S. AMBROS. *Expoſ. in Pſal.* CXVIII. *Serm.* 10 *numer.* 41. Si reddidi retribuentibus mihi mala. Nunquid hic maledicit iis, qui in ſe iniqua geſſerunt? Non utique. Vidabat enim caritatem etiam inimiciſſimis deferendam, eum veniſſet Evangelii prædicetor. Unde erbitror quia quaſi medicus velit eos ipſos ſanare qui læſerint; ut iniquitatis ſuæ contempletione conventi, de propriis flagitiis erubeſcant: io quo non ſolum propheticam incipiunt probare patientiam, verum etiam emendare ſuam inſolentiam.

Coll. 3.12. *Serm.* 12. *num.* 51. Induamus *viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, patientiam*. O homo, quam latus es, ſi ad amplitudinem præceptorum cæleſtium ſinum mentis tuæ expandas? Quam letum mandatum eſt

Matt. 5.44. caritatis! *Diligite*, inquit, *inimicos veſtros*. Omnes utique in affectu caritatis incluſit, qui non exclusit inimicos. Qui enim videtur exceptus, eum recipietur inimi-

Rom. 12. 18. cus? Unde Apoſtolus, *Si fieri*, inquit, *poteſt... cum omnibus hominibus pacem habentes*. Non poteſt hoc Judæis dici, non Gentibus, at eum omnibus pacem habeant. Illi vix ſuos diligunt: Criſtiano etiam inimicos non licet non amare. Criſtianum cum dico, perfectum dico...

Ib.d. 14. Audi latum mandatum: *Benedicite eos qui perſequuntur vos... & nolite maledicere*. Iſte ipſe qui latum dicit eſſe mandatum, probavit ſupra dicens: *Illi quidem detrahebant, ego autem orabam*.

Pſ. 118. 4. *In Expoſ. Evang. ſec. Luc. lib.* 5. *nu.* 73. Lex viciſſitudi-

Exod. 21.24 nem imperat ultionis, Evangelium inimicitiis caritatem, benignitatem odiis, vota maledictis, ſubſidia perſequentibus, patientiam eſurientibus, & gratiam remunerationis impertit. Quanto athleta perfectior, qui non ſentit injuriam?

N. 74. Et ne videetur Dominus Legem diſſolvere, io beneficiis vicem ſervat, quam negligit io injuriis.

Luc. 6. 31. Sed tamen dicendo: *Prout vultis ut faciant vobis homines, facite & vos illis ſimiliter*, viciſſitudo ipſa cumulatior eſt, quando votis actus æquatur. Neſcit enim virtus menſuram gratiæ: nec contenta referre quod acceperit, vult cumulare quod ſumſit, ne inferior ſit beneficio, licet æquetur officio.

N. 75. Bono itaque exemplo imbuitur Chriſtianus; ut non contentus jure naturæ, gratiam ejus requirat. Si enim commune eſt omnibus, etiam peccatoribus redamare, cui genus profeſſionis excelſius, ſtudium quoque debet eſſe virtutis uberius; ut diligat etiam non amantes. Nam etſi nulla merita diligendi uſum amoris excludant; non tamen virtutis excluſerint. Sicut enim in eo qui te diligit, pudet gratiam non referre; & gratiæ amore referendæ amor tibi ejus inoleſcit quem antea non amabas; ita etiam in eo qui non amat, debes amare virtutem; ut dum virtutem amas, incipias eum amare quem non amas: cum rara & caduca remuneratio ſit amantis ſempiterna virtutis.

N. 76. At vero Dominus Jeſus Legis oraculum, ac Philoſophiæ faſtigium ſupergreſſus, in eos quoque qui læſerint, pietatis porrexit officium. Etenim ſi hoſtis qui tecum bello armiſque certaverit, depoſitis armis, miſericordiam ſuæ ſalutis adipiſcitur, idque plerumque vel contemplatione naturæ, vel ipſius belli jure defertur, ut ſubjectis vita tribuatur: quanto amplius meliore religionis intuitu deferendum eſt? Nam eum præliatorem appetitæ ſalutis cauſa non moveat, quid movare debet militem pacis?

N. 77. Itaque illud Apoſtolicum, quia *Caritas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur .... non inflatur*,

1. Cor. 13.4. in his præceptis conſummatum videmus. Si patiens eſt, debet patientiam verberanti: ſi benigna eſt, non debet reſpondere maledictis: ſi non quærit quæ ſua ſunt, non debet reſiſtere diripienti: ſi non æmulatur,

odiſſe non debet inimicum. Et tamen Apoſtolicis divinæ ſuperfluunt præcepta pietatis; plus eſt enim donare, quam cedere: plus eſt amare inimicos, quam non æmulari. Quæ omnia Dominus & dixit, & fecit. Qui cum malediceretur, non maledixit: cum percuteretur, non repercuſſit: cum deſpoliaretur, non reſtitit: cum crucifigeretur, ipſis perſecutoribus veniam poſtulavit, dicens: Pater, dimitte illis peccatum, quia Luc 23.34.
neſciunt quid faciunt. Criminatores ſuos excuſabat a crimine. Illi crucem parabant, hic ſalutem & gratiam rependebat.

(B) MATTH. v. 22. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, Raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit, Fatue: reus erit gehennæ ignis. 23. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adverſum te: 24. Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. 25. Eſto conſentiens adverſario tuo, cito dum es in via cum eo: ne forte tradat te adverſarius judici, & judex tradat te miniſtris: & in carcerem mittaris. 26. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas noviſſimum quadrantem.

XVIII. 24. *Vide ſupra lit.* (A) *hocce* §.

S. AUGUST. *Lib.* 1. *de Sermone Domini in monte, cap.* 10. *num.* 26... Si iraſci fas non eſt fratri ſuo ſine cauſa, aut dicere *Racha*, aut dicere *Fatue*, multo minus fas eſt animo tenere aliquid, ut in odium indignatio convertatur. Quo pertinet etiam quod alio loco dicitur, *Non occidat ſol ſuper iracundiam veſtram*. Jube- Ephe. 4. 26.
mur ergo illaturi munus in altare, ſi recordati fuerimus aliquid adverſum nos habere fratrem, munus ante altare relinquere, & pergere ac reconciliari fratri, deinde venire & munus offerre.

N. 27. Debet eſſe ſana etiam offerentis intentio: & propterea cum... aliquid oblaturi ſumus in corde noſtro, id eſt, in interiore Dei templo,... ſi in mentem venerit quod aliquid habeat adverſum nos frater, id eſt, ſi nos eum in aliquo læſimus;.. Tunc enim ipſe habet adverſum nos: nam nos adverſus illum habemus, ſi ille nos læſit: ubi non opus eſt pergere ad reconciliationem; non enim veniam poſtulabis ab eo qui tibi fecit injuriam, ſed tantum dimittes, ſicut tibi dimitti a Domino cupis, quod ipſe commiſeris.... Pergendum autem non pedibus corporis, ſed motibus animi, ut te humili affectu proſternas fratri: ad quem cara cogitatione concurreris, in conſpectu ejus cui munus oblaturus es. Ita enim etiam ſi præſens ſit, poteris eum non ſimulato animo lenire, atque in gratiam revocare veniam poſtulando, ſi hoc prius coram Deo feceris, pergens ad eum non pigro motu corporis, ſed celerrimo dilectionis affectu: atque inde veniens, id eſt, intentionem revocans ad id quod agere cœperas, offeres munus tuum.

Serm. 209. *alias* 73. *de diverſis, in Quadrageſima* v. *n.* 1... Si quæ inimicitiæ, quæ vel naſci non debuerunt, vel cito mori debuerunt, & tamen uſque ad hoc tempus ſive negligentia, ſive pertinacia, ſive non modeſta, ſed ſuperba verecundia, inter fratres perdurare potuerunt; ſaltem modo finiantur. Negligens inimicitias finiri obliviſcitur; pertinax veniam non vult concedere, cum rogetur; ſuperbe verecundus veniam petere dedignatur. His tribus vitiis inimicitiæ vivunt: ſed animas in quibus non moriuntur, occidunt. Vigilet contra negligentiam memoria, contra pertinaciam miſericordia, contra ſuperbam verecundiam ſubmiſſa prudentia. Qui ſe concordiæ recolit neglectorem, excutiat expergiſcendo torporem; qui ſe cupit eſſe ſui debitoris exactorem, Dei ſe cogitet debitorem: qui erubeſcit petere ut ſibi frater ignoſcat, vincat per bonum timorem malum pudorem: ut noxiis inimicitiis finitis, ut eis mortuis, vos vivetis.

Serm. 211. *in quadrageſima* VII. *alias* 40. *inter Homil.* 50. *cap.* 6. *numer.* 5. Reſtat ut eos alloquar, in quos alii peccaverunt, & illi qui eos peccaverunt, veniam petere noluerunt... ne diſcordiæ veſtræ remaneant. Dicitis.... Volo concordare, ſed ille me læſit, ille in me peccavit, & non vult veniam poſtulare.

Quid

bet ex caritate fratrem prior adire, ut ipſi reconcilietur, & ſic fratrem lucretur Chriſto. (C) C

I. Si quis forte in ſubditum peccaverit debetne veniam petere a ſubdito?

R. Debet ſemper veniam petere a Deo; non ſemper a ſubdito; id enim ſæpe caritas & prudentia vetant; ne vileſcat diguitas ſuperioris. Tunc autem debet is qui peccavit, omnimoda caritatis & benevolentiæ ſignificatione, illatam ſubdito offenſam quantum in ſe eſt corrigere. (D) D

I. Si veniam non petit is qui fecit injuriam, ſi ſubjicere ſe renuit, debetne qui læſus eſt diſſimulare offenſæ condonationem; ſicque gerere ſe exterius ac ſi infenſus reipſa foret?

R. Subjiciat ſe qui peccevit & veniam precetur nec ne, ſemper eſt ex intimo ſenſu diligendus, ſemper eſt interius condonanda injuria. Quod attinet autem ad exteriorem vel benevolentiæ vel indignationis & offenſionis ſignificationem, ſpectandum quod magis contulerit ad ſalutem fratris, & faciendum quod caritas & prudentia ſuggeſſerint. (E)

E Id ut planius fiat, adverte ſæpe utilem eſſe, imo & neceſſariam ſignificationem indignationis, & offenſionis; quin & ſæpe ſæviendum in peccatores: hinc enim fit ut multi in ſe redeant, & revocentur a ſuperbia, & convertantur ad Deum. Alii fatebuntur ſe peccaſſe, ſi cum illis benigne & amice egeris, forte omnino a te alienandi, ſi experiantur te durum & infenſum ſibi. Hæc prudenter perpendenda. Caritas in corde ſit: id neceſſarium prorſus. Quod autem pertinet ad exteriorem agendi modum, habenda ratio eſt locorum & temporum & perſonarum. Eſt caritas benigna, eſt & quandoque ſevera. Parcit vel ſævit, prout res & occaſio fert, & neceſſitas poſtulat. Modo caritas prudentia temperetur, bene eſt quidquid fiat. Vera ſemper & ſæpe efficax dilectio, cum ſaluti proximi conſulit: ſin minus, falſa & fallax. (F) F

Quid ergo? Dicturus ſum, Vade ad illum, & tu peta veniam? Abſit. Nolo mentiaris: nolo dicas, Da mihi veniam, qui te noſti non peccaſſa in fratrem tuum... Quid expetas tibi ignoſci, ab eo quem non læſiſti, aut in quem non peccaſti.... Noli venire ad fratrem tuum qui in te peccavit, & ultro ab illo petere veniam. Debent inter vos eſſe alii pacifici, qui illum objurgent; ut a te prius veniam petat: tu tantum paratus eſto ignoſcere: prorſus paratus eſto ex corde dimittere. Si paratus es dimittere, jam dimiſiſti. Habes adhuc quod ores: ora pro illo ut petat a te veniam; quia ſcis ei nocere ſi non petat, ora pro illo ut petat.

(C) S. Aug. *Epiſt.* 211... *alias* 109. *ad Sanctimoniales n.* 14. Lites aut nullas habeatis, aut quam celerrime finiatis, ne ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca, & animam faciat homicidam... Scri-
1. *Joh.* 3. 15. ptum eſt, *Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt*... Quæcumque convitio, vel maledicto, vel etiam criminis objectu, alteram læſerit, meminerit ſatisfactione quantocius curare quod fecit, & illa quæ læſa eſt, ſine diſceptatione dimittere. Si autem invicem ſe læſerunt, invicem ſibi debita relaxere debebunt, propter orationes veſtras; quas utique quanto crebriores habetis, tanto ſanctiores habere debetis. Melior eſt autem, quæ quamvis ira ſæpe tentatur, tamen impetrare feſtinat, ut ſibi dimittat cui ſe feciſſe agnoſcit injuriam, quam quæ tardius iraſcitur, & ad veniam petendam difficilius inclinatur. Quæ non vult dimittere ſorori, non ſperet accipere orationis effectum; quæ autem numquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, ſine cauſa eſt in monaſterio, etiam ſi non inde projiciatur. Proinde vobis a verbis durioribus parcite; quæ ſi emiſſa fuerint ex ore veſtro, non pigeat ex ipſo ore proferre medicamenta, ex quo facta ſunt vulnera.

(D) S. Aug. *Epiſt.* 211. *alias* 190. *ad Sanctimoniales, n.* 15. Quando autem neceſſitas diſciplinæ minoribus coercendis dicere vos verba dura compellit, ſi etiam in ipſis modum exceſſiſſe ſentitis, non a vobis exigitur, ut ab eis veniam poſtuletis, ne apud eas, quas oportet eſſe ſubjectas, dum nimia ſervatur humilitas, regendi frangatur auctoritas: ſed tamen petenda eſt venia ab omnium Domino, qui novit etiam eas, quas plus juſto forte corripitis, quanta benevolentia diligatis.

Serm. 211. *in Quadrag.* 7. *alias* 40. *inter Homil.* 50. *cap.* 5. *n.* 4. Nolite erubeſcere veniam petere. Perinde omnibus dico, viris & feminis, minoribus & majoribus, Laicis & Clericis... Tamen durum videtur, ut hoc etiam jubeam, hoc præcipiam, ut ſi forte dominus peccat in ſervum ſuum injuſte litigando, injuſte cædendo; dicat ille, Ignoſce mihi, da mihi veniam. Non quia non debet facere, ſed ne illa incipiat ſuperbire. Quid ergo? Ante oculos Dei pœniteat eum, ante oculos Dei puniat cor ſuum: & ſi non poteſt ſervo dicere, quia non oportet, Da mihi veniam; blande illum alloquatur. Blanda enim appellatio, veniæ eſt poſtulatio.

(E) S. August. *Epiſt.* 138. *alias* 5. *ad Marcellinum, c.* 2. *nu.* 12. Si quis in te meliore fuerit perſequutus, & inferiora ei præbe, & ne vindictæ potius quam patientiæ ſtudens contemnas æterna pro temporalibus, cum potius temporalia præ æternis contemnenda ſint.. Vindicta enim ultima juſte poſcitur, quando nullus jam reſtat correctionis locus, extremo ſcilicet ſummoque judicio. Nunc vero cavendum eſt ne vindicandi cupiditate amittatur ipſa patientia, quæ pluris eſt habenda quam omne quod poteſt etiam invito inimicus auferre... Paratus itaque ... ber eſſe homo juſtus & pius, patienter eorum malitiam ſuſtinere, quos fieri bonos quærit, ut numerus potius creſcat bonorum, non ut pari malitia ſe quoque numero addat malorum.

N. 13. Denique iſta præcepta magis ad præparationem cordis, quæ intus eſt, pertinere, quam ad opus quod in aperto fit, ut teneatur in ſecreto animi patientia cum benevolentia, in manifeſto autem id fiat, quod eis videtur prodeſſe poſſe, quibus bene velle debemus... (Chriſtus) non præbuit percutienti alteram partem, ſed potius prohibuit, ne qui fecerat injuriam augeret: & tamen paratus venerat, non ſolum in faciem percuti, verum pro his quoque a quibus hæc patiabatur crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce pendens, Pater ignoſce illis, quia neſciunt *Luc.* 23. 34.
quid faciunt.

Epiſt. 189. *alias* 95. *ad Bonifacium, n.* 8. *in fine*.. Memento cito ignoſcere, ſi quis in te peccaverit, & a te veniam poſtulaverit; ut veraciter poſſis orare, & peccatis tuis veniam valeas impetrare.

Serm. 56. *alias* 48. *de diverſis, c.* 10. *nn.* 14. Habetis inimicos.... diligite illos.... Nullo modo tibi poteſt nocere ſæviens inimicus, quantum tibi noces, ſi non diligis inimicum... Bonum illi opta, finiat mala, & non erit tibi inimicus. Non enim inimica eſt tibi in illo natura humana, ſed culpa... Pro inimicis tuis ora & tu contra malitiam inimici tui, & illa moriatur & ille vivat.

Cap. 12. *nu.* 16. Sic dimitte Pater, qui es in cælis, debita noſtra, quomodo & nos dimittimus debitoribus noſtris. Hoc enim facere debetis: quod ſi non feceritis, peribitis... Stephanus ſanctus lapidabatur: & inter lapides genu fixo pro inimicis orabat, & ait: *Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum*. Illi lapides mitte- *Act.* 7. 59.
bant, non veniam poſtulabant: & ille pro eis orabat. Talem te eſſe volo.... dilige inimicos. Si non potes diligere ſævientem, dilige vel petentem. Dilige hominem qui tibi dicit, Frater, peccavi, ignoſce mihi. Tunc ſi non ignoveris... deleberis de libro Dei.

N. 17. Odium dico dimittas ex corde & non diſciplinam. Quid ſi ille qui petit veniam, caſtigandus eſt a me? Fac quod vis: puto enim quod filium tuum diligis & quando cædis. Lacrymas vapulantis non curas, quia ei hæreditatem ſervas. Ego hoc dico, ut de corde dimittas odium, quando a te veniam petit inimicus... Rogat, veniam petit, dimitte; ſi non dimiſeris, non illi noces, ſed tibi.

(F) Origen. *Lib.* 9. *in Ep. ad Rom. cap.* 12. *Carita- Joh.* 13. 35.
tem fraternitatis invicem diligentes. Hoc eſt mandatum, ut diligamus invicem, ſicut & Deus dilexit nos. Cum ſit primum poſt primum: primum namque eſt diligere Deum, & inter homines iterum hoc primum

Pars II. Sect. II. Cap. IV. §. 6.

I. Qui pro accipienda injuriæ ſatiſfactione fratrem in jus vocant, peccant ne contra præceptum condonationis offenſarum?

R. Id fieri licet, modo ex caritate fiat & ex amore juſtitiæ. (G) Si vero ex ſuperbia, odio, ultionis appetitu, quod ut plurimum accidit, non licet. Hac in re ſibi mens ipſa ſæpius blanditur; putatque ex juſtitia & caritate fieri, quod ex cupiditate fit.

I. Quandonam id non ex cupiditate ſed ex caritate fit & ex amore juſtitiæ?

R. Cum ad id non movetur quis vel invidia, vel ira, vel alia quavis prava affectione animi, ſed ſtudio ſolum procurandæ ſalutis proximi, ne ipſe per irrogatas injurias pereat, & tuendæ per leges propriæ fortunæ, famæ, auctoritatis; quas integras ſibi vindicare licet, maxime ſi id e Reipublicæ utilitate ſit. Omnium intereſt ut per leges vindicetur bona fama bonorum, maxime ſi ceteris præſunt, vel ſi publica gerunt negotia. Debent, verbi gratia, Sacerdotes & Magiſtratus famam atque exiſtimationem palam tueri, ne vileſcat eorum auctoritas. Quin & privatis licet læſam exiſtimationem, legum & Magiſtratuum auctoritate vindicare, & pro accipienda legitima ſatiſfactione cauſam apud Judices agere. Id eorum ſæpe res familiaris & non contemnenda ſuorum cura poſtulat. Id unum ſummo ſtudio cavendum, ne id fiat ex cupiditate & odio. Sincera caritas eſſe debet vel erga eos quos pro injuriarum ſatisfactione vocare in jus tenemus inviti. Hæc ſi adſit, quod rarum, culpa vacat intentata pro injuriis actio;

eſt, ut invicem diligamus: neſcio quomodo quaſi ultimum & minime neceſſarium inter homines ſpernitur, & odium quod nobis inſitum eſſe diximus ad hoc ut malos odio habeamus, præpoſtero ordine exercemus in bonis, & vitia carnis ac peccata diligentes fratrem odio habemus. Nec aliter accidit odiſſe nos quem non oportet, niſi quia diligimus quæ non oportet. Si enim putas aliquem impium eſſe, & ideo non judicas eum diligendum, audi quod Chriſtus pro impiis mortuus eſt. Aut ſi quia peccator eſt frater tuus, ideo eum non putas diligendum, audi quia Chriſtus in hunc mundum venit peccatores ſalvos facere. Si vero juſtus eſt, multo magis dilectione dignus eſt, Dominus enim diligit juſtos.

Lib. 19. contra Fauſt.

S. AUG. *Retract. lib. 1. cap. 19. numer. 5.* Aliter ſolvenda eſt quæſtio, cur Dominus præceperit diligendos inimicos, cum alio loco præcipiat odio habendos & parentes & filios.... id eſt, ut diligamus inimicos lucrandos regno Dei, & oderimus in propinquis, ſi impediunt a regno Dei.

Epiſtol. 153. alias 54. ad Macedonium. cap. 1. num. 3. Nullo modo ergo culpas, quas corrigi volumus, approbamus, nec quod perperam committitur, ideo volumus impunitum eſſe, quia placet, ſed hominem miſerantes, facinus autem ſeu flagitium deteſtantes, quanto magis nobis diſplicet vitium, tanto minus volumus inemendatum interire vitioſum. Facile enim eſt atque proclive malos odiſſe, quia mali ſunt: rarum autem & pium eoſdem ipſos diligere, quia homines ſunt... Non eſt igitur iniquitatis, ſed potius humanitatis ſocietate devinctus, qui propterea eſt criminis perſecutor, ut ſit hominis liberator.

Cap. 3. n. 6. Nam quoſdam, quorum crimina manifeſta ſunt, a veſtra ſeveritate liberatos, a ſocietate tamen removemus altaris, ut pœnitendo placare poſſint, quem peccando contempſerant, ſeque ipſos puniendo. Nam nihil aliud agit, quem veraciter pœnitet, niſi ut id quod mali fecerat impunitum eſſe non ſinat. Eo quippe modo ſibi non parcendi ille parcit, cujus altum juſtumque judicium nullus contemtor evadit.

Cap. 5. nu. 14. Merito ait Seneca, .. *Omnes odit, qui malos odit.* Et tamen ideo diligendi ſunt mali, ut non ſint mali: quemadmodum ut non permaneant, ſed ut ſanentur diliguntur ægroti.

Cap. 6 nu. 16. Nec ideo ſane fruſtra inſtituta ſunt poteſtas Regis, jus gladii cognitoris, ungulæ carnificis, arma militis, diſciplina dominantis, ſeveritas etiam boni patris. Habent iſta omnia modos ſuos, cauſas, rationes, utilitates. Hæc cum timentur, & coercentur mali, & quietius inter malos vivunt boni... Metu legum humana coercetur audacia, ut & tuta ſit inter improbos innocentia... Sed huic ordinationi rerum humanarum contrariæ non ſunt interceſſiones Epiſcoporum: immo vero nec cauſſa, nec locus intercedendi ullus eſſet, ſi iſta non eſſent. Tanto enim ſunt intercedentium & parcentium beneficia gratiora, quanto peccantium juſtiora ſupplicia.

N. 17. Plurimum autem intereſt, quo animo quiſque parcat. Sicut enim eſt aliquando miſericordia puniens, ita & crudelitas parcens... Quis non crudelem verius dixerit eum qui puero pepercerit volenti obſtinatiſſime de ſerpentibus ludere? Quis autem non miſericordem, qui talia prohibens, contemtorem verborum etiam verberibus emendarit? Et ideo non uſque ad mortem protendenda eſt diſciplina, ut ſit cui prodeſſe poſſit.

Lib. 19. contra Fauſtum, cap. 24. Diligite inimicos veſtros: quod unuſquiſque iniquus homo in quantum iniquus eſt, odio habendus eſt; in quantum autem homo eſt, diligendus eſt; ut illud quod in eo recte odimus, arguamus, id eſt, vitium, quo poſſit illud, quod in eo recte diligimus, id eſt, humana natura ipſa emendato vitio liberari. Hæc, inquam, regula eſt, qua & oderimus inimicum propter id quod in eo malum eſt, id eſt, iniquitatem, & diligamus inimicum propter id quod in eo bonum eſt, id eſt, ſocialem, rationalemque creaturam: niſi quod nos non eum per naturam vel ſuam, vel alienam, ſed per propriam voluntatem malum eſſe convincimus... Audita igitur, & non intellecto, quod antiquis dictum erat, Oderis inimicum tuum, ferebantur homines in hominis odium, cum deberent non odiſſe niſi vitium... Præcipiendo utique Chriſtus ut diligamus inimicos, cogit nos intelligere, quonam modo poſſumus unum, eumdemque hominem & odiſſe propter culpam, & diligere propter naturam.

(G) S. AUGUST. *Serm. 49. alias de temp. 273. cap. 6. n. 6.* Dic ſane amico tuo, qui vult te facere inimicum amici ſui: alloquere, & tanquam ægrotantem animum medicinæ lenitate pertracta. Dic illi, Quare vis ut ſim inimicus illius? Reſpondet, Quia inimicus meus eſt. Vis ergo ut ſim inimicus inimici tui? Inimicus eſſe debeo vitii tui, iſte cui me vis facere inimicum homo eſt: eſt alius inimicus tuus, cui debeo eſſe inimicus, ſi amicus tuus ſum. Reſpondebis, Quod vitium meum? Odium quo odiſti amicum tuum. Eſto ergo ſimilis medico. Medicus non amat ægrotantem, ſi non odit ægritudinem: ut liberet ægrotum, perſequitur febrem. Nolite amare vitia amicorum veſtrorum, ſi amatis amicos veſtros... Dico tibi, noli odiſſe, ſecurus es; & reſpondes mihi, & dicis mihi, Quid eſt odiſſe? Et quid mali eſt, quia odit homo inimicum ſuum? Odiſti fratrem tuum: ſed ſi odium contemnis, audi quod non attendis. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Qui odit homicida eſt. Numquid modo potes dicere, Quid ad me, ut homicida ſim? Qui odit homicida eſt. Non venenum paraſti, non ad percutiendum inimicum cum gladio proceſſiſti, non miniſtrum ſceleris præparaſti, non locum, non tempus; poſtremo ipſum ſcelus non feciſti, tantum odiſti, & prius te quam illum occidiſti. Diſcite ergo juſtitiam, ut non oderitis niſi vitia, homines ametis. 1. Joh. 3. 15.

S. THOMAS 2. 2. *q. 108. a. 1. Concluſio.* Vindicatio orta ex animi quodam livore contra peccantem, illicita eſt: non autem ſi procedat ex caritate. Si intentio vindicantis feratur principaliter ad aliquod bonum, ad quod pervenitur per pœnam peccantis, puta ad emendationem peccantis, vel ſaltem ad cohibitionem ejus, & quietem aliorum, & ad juſtitiæ conſervationem, & Dei honorem; poteſt eſſe vindicatio licita, aliis debitis circumſtantiis ſervatis.

Ad 1. Qui ſecundum gradum ſui ordinis vindictam exercet in malos, non uſurpat ſibi quod eſt Dei, ſed utitur poteſtate ſibi divinitus conceſſa. Dicitur enim ad Rom. 13. de Principe terreno, quod Dei miniſter eſt, vindex in iram ei qui male agit. Si autem præter ordinem divinæ inſtitutionis aliquis vindictam exerceat; uſurpat ſibi quod Dei eſt & ideo peccat.

Ad 2. D. Chryſoſt. Homil. 5. in opere imperf. In propriis injuriis eſſe quempiam patientem, laudabile eſt: injurias autem Dei diſſimulare, nimis eſt impium.

Ad 4. Injuria quæ infertur perſonæ alicui, quandoque re-

Digitized by Google

actio; ſi deſit, quod frequens, peccatum eſt. Id apud ſe quisque ſerio perpendat. (H) H

CAPUT QUINTUM.

De Virtutibus Chriſtianis, quæ Morales appellantur.

§. 1. De quatuor Virtutibus Cardinalibus.

I. Quot ſunt virtutes Chriſtianæ quæ Morales appellantur?

R. Omnes ad capita quatuor vulgo revocantur, quas virtutes Cardinales vocant; quia ſunt, ut diximus, veluti cardo ceterarum virtutum moralium. Hæ autem ſunt Prudentia, Juſtitia, Temperantia, Fortitudo, de quibus hæc leguntur in libro Sapientiæ: *Sobrietatem & prudentiam docet* (Sapientia,) *& juſtitiam & virtutem, quibus utilius nihil eſt in vita hominibus.* Sap. 8. 7. Ubi per ſobrietatem temperantia, & per virtutem Græce ἀνδρείαν animi magnitudo, & fortitudo non obſcure innuitur. (A) A

I. Quare virtutes illæ morales dicuntur?

R. Quia

redundat in Deum & in Eccleſiam: & tunc debet aliquis propriam injuriam ulciſci: ſicut patet de Elia qui fecit ignem deſcendere ſuper eos qui venerant ad ipſum capiendum, ut legitur 4. Reg. 1. Eliſæus maledixit pueris eum irridentibus, ut habetur 4. Reg. 2... In quantum vero injuria in aliquem illata ad ejus perſonam pertinet, debet eam tolerare patienter, ſi expediat. Hujusmodi enim præcepta patientiæ intelligenda ſunt ſecundum præparationem animi.

(H) S. Aug. *de ſerm. Dom. in mon. ſec. Matt. lib.* 1. *c.* 20. *n.* 62. Omnia in quibus improbitatem aliquam patimur, in duo genera dividuntur: quorum alterum eſt quod reſtitui non poteſt; alterum quod poteſt. Sed in illo quod reſtitui non poteſt, vindictæ ſolatium quæri ſolet.. Quid enim prodeſt quod percuſſus repercutis? Numquid propterea illud quod in corpore læſum eſt, reſtituitur in integrum? Sed tumidus animus talia fomenta deſiderat: ſanum autem firmumque iſta non juvant; quin potius miſericorditer perferendam alterius infirmitatem judicat, quam alieno ſupplicio ſuam mitigandam, quæ nulla eſt.

N. 63. *Vide §. ſuperiori lit.* (C)

Tract. 1. *in* 1. *Epiſt. Johann. n.* 9... Quæ eſt perfectio dilectionis? Et inimicos diligere, & ad hoc diligere, ut ſint fratres. Non enim dilectio noſtra carnalis eſſe debet... Optas alicui amico tuo vitam? bene facis. Gaudes de morte inimici tui? male facis... Sic dilige inimicos tuos, ut fratres tibi: ſic dilige inimicos tuos, ut in ſocietatem tuam vocentur. Sic enim

Luc. 33. 34. dilexit ille qui in cruce pendens, ait: *Pater, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt*... Mortem ſempiternam ab eis expellebat prece miſericordiſſima, & potentia præſtantiſſima... Si didiceris orare pro inimico tuo, ambulas viam Domini.

Mat. 5. 39. *De Mendacio, c.* 15. *num.* 27. *Accepiſti alapam, para alteram maxillam.* Exemplum autem patientiæ nullum quam ipſius Domini potentius & excellentius invenimus: at ipſe cum alapa percuſſus eſſet, non ait:

Joh. 18. 23. *Ecce alteram maxillam*, ſed ait: *Si male dixi, exprobra de malo, ſi autem bene, quid me cædis?* Ubi oſtendit, illam præparationem maxillæ alterius in corde faciendam. Quod etiam Apoſtolus Paulus utique noverat: nam & ipſe cum eſſet alapa percuſſus ante Pontificem, non ait, Percute maxillam alteram, ſed, *Percutiet te*

Act. 23. 3. *Dominus, paries dealbate: & tu qui ſedes judicare me ſecundum legem, & contra legem jubes me percuti?*.... Sed tamen cor paratum habebat, non ſolum ad alapas accipiendas, ſed etiam quælibet tormenta pro veritate patienda, cum eorum dilectione a quibus illa pateretur.

S. Bernard. *Serm.* 3. *in Annunciat. B. M. num.* 6.... Si in Chriſto volumus pie vivere, neceſſe eſt ſuſtineamus perſecutionem, ne malum pro malo, aut maledictum pro maledicto reddamus. Alioquin qui patientiam non ſervaverit, perdet juſtitiam, hoc eſt, vi-

Rom. 12. 19. tam perdet, hoc eſt, perdet animam ſuam. *Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus*... ſi non reddas retribuentibus tibi mala. Faciet judicium, ſed injuriam patienti: in æquitate judicabit, ſed pro manſuetis terræ.

(A) Origen. *in Epiſt. ad Rom. lib.* 3. *cap.* 3. *paulo poſt init.* Prudentia per boni & mali ſcientiam conſtat; temperantia quæ eligenda & quæ cavenda ſint novit: & fortitudo non ignorat quæ ad formidinem ſpectant. Ita & juſtitia. Si ſcire volumus quid eſt juſtitia, neceſſe eſt nos ſcire & quid eſt injuſtitia.

Cap. 12. *lib.* 9. *Non plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem*... Eruditi viri utuntur hac definitione, ut naturam vel cauſam peccati in eo ponant, ſi addatur aliquid virtutibus, aut minuatur. Verbi gratia, juſtitia virtus eſt: & ſi quid minus aliquid facit quam juſtitia patitur, ſine dubio injuſtus eſt. Si quis vero ſub ſpecie juſtitiæ erga vindictas nimius fiat, & ſævius agat, in ultionis crudelitatem ex juſtitia devolutus eſt. Unde & Salomon dicit: Noli fieri in multo juſtus. Similiter Eccli. 7.
& libertas. (*Fortitudo*) ſi intra temperantiam ſuam ſit, virtus eſt: ſi minus habet, timiditas; ſi amplius, temeritas nominatur. Pari modo & prudentia ſi in ſua menſura ſit, virtus eſt: ſi minus habeat, imprudentia: ſi plusquam oportet, malitia appellatur... Inde & filii hujus ſæculi prudentiores dicuntur quam filii lucis; plus Luc. 16. 8.
enim ſapiunt quam oportet ſapere... In his ergo omnibus Paulus nos vult non plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Quod in Græco dicitur ſophroſyne, in noſtris codicibus, hoc eſt in Scripturis divinis, ſobrietas a majoribus interpretatum eſt. Ab aliis tamen eruditis viris temperantia ponitur: quæ temperantia una ex quatuor generalibus virtutibus habetur. Et in hoc loco ergo melius Apoſtoli dicta lucerent, ſi haberemus & nos ſcriptum ſecundum Græci ſermonis virtutem, ſed ſapere ad temperantiam: id eſt, ut in omnibus quæ agimus, vel quæ loquimur, vel quæ ſentimus, temperantiam teneamus. In iis enim quæ ſupra enumeravimus, neque amplius, neque minus fieri debere, ſed modum ſervare, novit ſola temperantia.

S. Ambros. *Lib.* 1. *de Officiis, cap.* 25. *num.* 115. Quid his viris (*Patriarchis*) principalium virtutum officium defuit? Quarum primo loco conſtituerunt prudentiam, quæ in veri inveſtigatione verſatur, & ſcientiæ plenioris infundit cupiditatem: ſecundo juſtitiam, quæ ſuum cuique tribuit, alienum non vindicat, utilitatem propriam negligit, ut communem æquitatem cuſtodiat: tertio fortitudinem, quæ & in rebus bellicis excelſi animi magnitudine, & domi eminet, corporisque præſtat viribus: quarto temperantiam, quæ modum, ordinemque ſervat omnium, quæ vel agenda, vel dicenda arbitramur.

Cap. 25. *n.* 117. Fuit in ſancto Abram primo loco prudentia, de quo dicit Scriptura: *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam.* Nemo enim Gen. 15. 16.
prudens, qui Deum neſcit.

N. 118. Primi igitur noſtri definierunt prudentiam in veri conſiſtere cognitione. Quis enim illorum ante Abraham, David, Salomonem? Deinde juſtitiam ſpectare ad ſocietatem generis humani. Denique David ait: *Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in æternum.* Juſtus miſeretur, juſtus commodat. Sapienti & Pſ. cxi. 9.
juſto totus mundus divitiarum eſt. Juſtus communia pro ſuis habet, ſua pro communibus. Juſtus ſeipſum, prius quam alium, accuſat. Ille enim juſtus, qui nec ſibi parcit, & occulta ſua latere non patitur. Vide quam juſtus Abraham. In ſenectute ſuſceperat filium per repromiſſionem, repoſcenti Domino negandum ad ſacrificium quamvis unicum non putavit.

N. 119. Adverte hic omnes virtutes quatuor in uno facto. Fuit ſapientiæ credere, nec filii gratiam anteferre auctoris præcepto: fuit juſtitiæ, acceptum reddere: fuit fortitudinis, appetitum ratione cohibere. Ducebat hoſtiam pater, interrogabat filius: tentabatur affectus patrius, ſed non vincebatur. Repetebat filius appellationem paternam, compungebat paterna viſcera, ſed non minuebat devotionem. Accedit & quarta virtus temperantia. Tenebat juſtus & pietatis modum, & executionis ordinem. Denique dum ſacrificio neceſſaria

ria vehit, dum ignem adolet, dum filium ligat, dum gladium educit, hoc immolandi ordine meruit, ut filium reſervaret.

N. 120. Quid ſapientius ſancto Jacob, qui Deum vidit facie ad faciem, & meruit benedictionem? Quid juſtius, qui ea quæ adquiſierat, oblatis muneribus cum fratre diviſit? Quid fortius, qui cum Deo luctatus eſt? Quid modeſtius eo qui modeſtiam ita & locis & temporibus deferebat, ut filiæ injuriam mallet prætexere conjugio, quam vindicare; eo quod inter alienos poſitus amori potius conſulendum, quam odia colligenda cenſebat?

N. 121. Noa quam ſapiens, qui tantam fabricavit arcam? Quam juſtus, qui ad ſemen omnium reſervatus, ſolum ea omnibus & præteritæ generationis ſuperſtes eſt factus, & auctor futuræ, mundo potius & univerſis magis quam ſibi natus? Quam fortis, ut diluvium vinceret? Quam temperans, ut diluvium toleraret?

Cap. 27. *num.* 126. Primus igitur officii fons prudentia eſt. Quid enim tam plenum officii, quam deferre Auctori ſtudium atque reverentiam? Qui tamen fons & in virtutes derivatur ceteras; neque enim poteſt juſtitia ſine prudentia eſſe, cum examinare quid juſtum, quidve injuſtum ſit, non mediocris prudentiæ ſit: Summus in utroque error; Qui enim *juſtum judicat injuſtum, injuſtum vero juſtum, execrabilis apud Deum.* Ut quid abundant juſtitiæ imprudenti? Salomon ait. Neque iterum prudentia ſine juſtitia eſt; pietas enim in Deum initium intellectus. *Prov.* 17. 15 *&* 16.

N. 129. Liquet igitur, & has reliquas cognatas ſibi eſſe virtutes. Siquidem & fortitudo quæ vel in bello tuetur a barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel a latronibus ſocios, plena ſit juſtitiæ: & ſcire quo conſilio defendat atque adjuvet, captare etiam temporum & locorum opportunitates, prudentiæ ac modeſtiæ ſit; & temperantia ipſa ſine prudentia modum ſcire non poſſit; opportunitatem noſcere & ſecundum menſuram reddere, ſit juſtitiæ; & in omnibus iſtis magnanimitas neceſſaria ſit, & quædam fortitudo mentis, plerumque & corporis; ut quis quod velit, poſſit implere.

Lib. 2. *de Offic. c.* 9. *num.* 49. Vulgi uſu dividitur una quædam forma virtutum, ut temperantia ſit in deſpiciendis voluptatibus: fortitudo ſpectetur in laboribus & periculis: prudentia in delectu bonorum, ſciens commoda & adverſa diſtinguere: juſtitia quæ ſit bona cuſtos juris alieni, & vindex proprietatis, ſuum cuique conſervans.

Lib. de Virginit. cap. 18. *num.* 114. Nam in omni ſapienti viro Prudentes Græciæ eſſe memoraverunt λογιστικὸν, θυμητικὸν, ἐπιθυμητικὸν, διορατικὸν, Latini vero prudentiam, fortitudinem, temperantiam, atque juſtitiam. Prudentia enim rationis humanæ eſt: fortitudo vim quamdam ferocientis virtutis habet, mortisque contemptum: temperantia ſacratæ vinculo caritatis myſteriorumque contemplatione cæleſtium negligit corporis voluptates: juſtitia, in alto quodam ſuggeſtu locata videt, exploratque omnia: quæ aliis potius nata quam ſibi, non tam ſuas utilitates quam publica emolumenta rimatur.

Lib. de Paradiſo cap. 3. *fontem Chriſtum, quatuor flumina quatuor virtutes Cardinales interpretatur, his verbis, num* 14. Fons dicitur ſapientia Dei. Fons enim eſt ſecundum Evangelium, dicens: *Si quis ſitit, veniat ad me & bibat.* Fons eſt & ſecundum Prophetam qui ait: *Venite & edite de meis panibus, & bibite vinum quod miſcui vobis.* Sicut ergo fons vitæ eſt ſapientia, fons gratiæ ſpiritualis: ita fons virtutum eſt ceterarum, quæ nos ad æternæ curſum dirigunt vitæ. Ex hac igitur anima quæ culta eſt, non ex ea quæ inculta fons iſte procedit, ut irriget paradiſum, hoc eſt, quædam diverſarum fruteta virtutum, quarum ſunt quatuor initia in quæ ſapientia iſta dividitur. Quæ ſunt quatuor initia virtutum; niſi unum prudentiæ, aliud temperantiæ, tertium fortitudinis, quartum juſtitiæ? Quæ etiam ſapientes iſtius mundi ea noſtris adſumpta librorum tranſtulerunt. Itaque ſicut fons ſapientiæ, ita etiam flumina illa quatuor quædam ex illo fonte manantia ſunt fluenta virtutum. *Job.* 7. 37. *Prov.* 9. 5.

N. 15. Phiſon igitur prudentia eſt... Non enim anguſta quædam, ſed dives utilitatum prudentia eſt, quæ pluribus proſit. Ideo prima, ut ſi quis de paradiſo fuerit egreſſus, velut quoddam eum prudentiæ flumen excipiat, ne cito poſſit areſcere: ſed per hanc ad paradiſum facile revertatur.. Et ideo prudentia in ſpecie hujus accipitur, quæ plurimos fructus attulit in Domini adventu. Atque in extrema terrarum fluit, quia per ſapientiam omnes homines ſunt redempti. Unde & dictum eſt: *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* *Pſ.* 18. 5.

N. 16. Secundus fluvius Geon... inſigne eſt temperantiæ.

N. 17. Tertius eſt fluvius Tigris... quicumque fortitudine animi prævaricantia corporis vitia captivaverit diligens ad ſuperna, iſte hujus fluminis ſimilis æſtimatur. Et ideo etiam fortitudo de illo, qui eſt in paradiſo, fonte emanat. Fortitudo autem quodam curſu rapido reſiſtentiæ quæque tranſverberat, nec aliquibus curſus ejus impedimentorum hæret obſtaculis.

N. 18. Quartus eſt fluvius Euphrates.. præferens quoddam inſigne juſtitiæ, quæ omnem paſcit animam. Nulla enim abundantiores videtur fructus habere virtus, quam æquitas atque juſtitia, quæ magis aliis quam ſibi prodeſt; & utilitates ſuas negligit communia emolumenta præponens... Deinde quia ubi prudentia, ibi & malitia; ubi fortitudo, ibi & iracundia; ubi temperantia, ibi intemperantia plerumque eſt, aut alia vitia ſunt: ubi autem juſtitia, ibi concordia virtutum eſt ceterarum; ideo non ex locis qua fluit, hoc eſt, non ex parte cognoſcitur. Non enim pars eſt juſtitia, ſed quaſi mater eſt omnium. In his ergo fluminibus quatuor virtutes principales quatuor exprimuntur; quæ veluti mundi iſtius incluſerunt tempora.

N. 19. Primum igitur tempus ex mundi principio uſque ad diluvium prudentiæ fuit.

N. 20. Secundum tempus eſt Abraham & Iſaac & Jacob, reliquorumque numerus Patriarcharum, in quibus caſta & pura quædam temperantia religionis effulſit.

N. 21. Tertium tempus eſt in Moyſi lege & ceteris Prophetis... Non immerito igitur in his ſpecies fortitudinis eſt. *Secti enim ſunt,* ſicut juſſa habes, *tentati, in mactatione gladii mortui. Circumierunt in caprinis pellibus, egentes, anguſtiati, & doloribus afflicti, quorum meritis non erat dignus orbis. In ſolitudinibus errantes, in montibus, in ſpeluncis, & in foveis terræ.* Recte igitur in his ſpeciem fortitudinis collocamus. *Heb.* 11. 38.

N. 22. Secundum autem Evangelium digna eſt figura juſtitiæ: quia virtus eſt in ſalutem omni credenti. Denique ipſe Dominus ait: *Sine modo; ſic enim decet nos implere omnem juſtitiam:* quæ quidem parens ceterarum eſt fœcunda virtutum. In quo quamvis aliqua harum quas diximus, principalis eſt virtus; in eo etiam ceteræ præſto ſunt; quia ipſæ ſibi ſunt connexæ concretæque virtutes. Nam utique Abel juſtus; & fortiſſimus ac patientiſſimus Abraham; & prudentiſſimi Prophetæ; Moyſes vero eruditus in omni ſapientia Ægyptiorum majorem honeſtatem æſtimavit Ægypti theſauris opprobrium Chriſti. Et quis ſapientior quam Daniel? Salomon quoque ſapientiam popoſcit, & meruit. Dictum eſt ergo de quatuor virtutum fluminibus, quorum potus eſt utilis. *Mat.* 3. 15.

Eadem fere habet S. AUG. *libro de Geneſi adverſus Manichæos, quem adire potes.*

Expoſ. Evang. ſecund. Luc. lib. 5. *n.* 62. Scimus virtutes eſſe quatuor cardinales, temperantiam, juſtitiam, prudentiam, fortitudinem. Qui pauper eſt ſpiritu, avarus non eſt. Qui flet, non ſuperbit: ſed mitis eſt & pacatus. Qui luget, humiliatur. Qui juſtus eſt, non negat quod ſcit omnibus ad uſum communiter datum. Qui miſeretur, largitur de ſuo. Qui ſuum donat, non quærit alienum, nec dolum proximo ſtruit.

N. 63. Connexæ igitur ſibi ſunt concatenatæque virtutes; ut qui unam habet, plures habere videatur.

N. 64. *Beati igitur pauperes ſpiritu.* Habes temperantiam, quæ a peccato abſtinet, ſæculum calcat, illecebroſa non quærit.

N. 65. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt;* qui enim eſurit, eſurienti compatitur, compatiendo largitur, largiendo fit juſtus: quia *juſtitia ejus manet in æternum.* Unde in Matthæo ſitim & famem intelligimus ſpiritualem, qua cibus juſtitiæ deſideratur aut potus: quia virtus quaſi materia quædam virtutum eſt, ut juſtus æqualem ſe inferioribus præſtet, dolum excludat, veritatem requirat. *Luc.* 6. *Pſal.* 111. 9.

N. 66. *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.* Habes prudentiam, cujus eſt flere occidua, & ea quæ æterna ſunt quærere: fugare ſæcularia, quæ ſeipſa compugnent: Deum pacis inquirere, qui ſtulta mundi elegit, ut confundat ſapientes: & qui ea quæ non ſunt deſtruat, ut quæ ſunt, poſſit adipiſci.

N. 67. *Beati eritis cum vos oderint homines.* Habes fortitudinem ſed ea quæ non odium mercatur ex crimina, *1. Cor.* 1. 27.

Digitized by Google

mine, ſed perſecutionem patiatur ea fide; ſic enim ad paſſionis pervenitur coronam, ſi gratiam hominum negligas, divinam ſequaris. Denique ut ſcias conſummationem eſſe fortitudinis paſſionem: *ſecundum hæc*, inquit, *faciebant Prophetis patres eorum*; quia Prophe-
Luc. 6. 23. tas Judæi uſque ad mortem corporis perſecuti ſunt. Eſt etiam fortitudinis iram vincere, indignationemque cohibere: ac per hoc fortitudo animum juxta corpuſque confirmat, nec perturbari ſinit timore aliquo vel dolore: quibus velut pravis interpretibus plerumque percellimur.

N. 68. Ergo temperantia cordis habet animique munditiam, juſtitia miſericordiam, pacem prudentia, manſuetudinem fortitudo.

Lib. 7. *n.* 118. Ut fortitudinis incentivum eſt fides, ita fidei firmamentum eſt fortitudo.

S. Aug. *Lib.* 1. *de Libero arbitrio c.* 14. *n.* 27. *A.* Conſidera nunc, utrum tibi videatur eſſe prudentia appetendarum & vitandarum rerum ſcientia. *E.* Videtur. *A.* Quid? Fortitudo nonne illa eſt animæ affectio, qua omnia incommoda & damna rerum non in noſtra poteſtate conſtitutarum contemnimus? *E.* Ita exiſtimo. *A.* Porro temperantia eſt affectio coercens & cohibens appetitum ab iis rebus, quæ turpiter appetuntur. An tu aliter putas? *E.* Immo ita ut dicis ſentio. *A.* Jam juſtitiam quid dicamus eſſe, niſi virtutem qua ſua cuique tribuuntur? *E.* Nulla mihi alia juſtitiæ notio eſt. *A.* Quiſquis ergo bonam habens voluntatem, de cujus excellentia jam diu loquimur, hanc unam dilectione amplexetur, qua interim melius nihil habet, hac ſeſe oblectet, hac denique perfruatur & gaudeat, conſiderans eam & judicans quanta ſit, quamque invito illi eripi vel ſurripi nequeat, num dubitare poterimus iſtum adverſari rebus omnibus, quæ huic uni bono inimicæ ſunt? *E.* Neceſſe eſt omnino ut adverſetur. *A.* Nullane hunc putamus præditum eſſe prudentia, qui hoc bonum appetendum, & vitanda ea quæ huic inimica ſunt videt? *E.* Nullo modo mihi videtur hoc poſſe quiſquam ſine prudentia. *A.* Recte: ſed cur non huic etiam fortitudinem tribuamus? Illa quippe omnia quæ in poteſtate noſtra ſunt, amare iſte ac plurimi æſtimare non poteſt. Mala enim voluntate amantur, cui tamquam inimicæ cariſſimo ſuo bono reſiſtat neceſſe eſt. Cum autem non amat hæc, non dolet amiſſa, & omnino contemnit; quod opus eſſe fortitudinis, dictum atque conceſſum eſt. *E.* Tribuamus ſane: non enim intelligo quem fortem verius appellare poſſim, quam eum qui rebus iis, quas neque ut adipiſcamur, neque ut obtineamus in bonis ſitum eſt, æquo & tranquillo animo caret; quod hunc neceſſario facere compertum eſt. *A.* Vide jam nunc utrum ab eo temperantiam alienare poſſimus, cum ea ſit virtus quæ libidines cohibet. Quid autem tam inimicum bonæ voluntati eſt quam libido? Ex quo profecto intelligis iſtum bonæ voluntatis ſuæ amatorem reſiſtere omni modo atque adverſari libidinibus, & ideo jure temperantem vocari. *E.* Perge, aſſentior. *A.* Juſtitia reſtat, quæ quomodo deſit huic homini non ſane video. Qui enim habet & diligit voluntatem bonam, & obſiſtit eis, ut dictum eſt, quæ huic inimica ſunt, male cuiquam velle non poteſt. Sequitur ergo ut nemini faciat injuriam; quod nullo pacto poteſt, niſi ſua cuique tribuerit: Hoc autem ad juſtitiam pertinere cum dicerem, approbaſſe te ut puto meminiſti. *E.* Ego vero memini & fateor in hoc homine qui ſuam bonam voluntatem magni pendit & diligit, omnes quatuor virtutes, quæ abs te paulo ante, me aſſentiente, deſcriptæ ſunt, eſſe comperias.

Lib. 2. *num.* 50. Intueris enim juſtitiam, qua nemo male utitur. Hæc inter ſumma bona quæ in ipſo ſunt homine numeratur, omneſque virtutes animi quibus ipſa recta vita & honeſta conſtat: nam neque prudentia, neque fortitudine, neque temperantia male quis utitur: in his enim omnibus ſicut in ipſa etiam quam tu commemoraſti juſtitia, recta ratio viget, ſine qua virtutes eſſe non poſſunt. Recta autem ratione male uti nemo poteſt. Iſta ergo magna bona ſunt: ſed meminiſſe te oportet, non ſolum magna, ſed etiam minima bona non eſſe poſſe, niſi ab illo a quo ſunt omnia bona, hoc eſt Deo.

Enarrat. in Pſalm. LXXXIII. *nu.* 11. Multæ virtutes, ſed hic neceſſariæ: & ab his virtutibus imus in vir-
1. Cor. 1. 24. tutem. Quam virtutem? *Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam*. Ipſa dat diverſas virtutes in loco hoc, qui pro omnibus virtutibus neceſſariis in convalle plorationis & utilibus, dabit unam virtutem ſeipſum. Nam & virtutes agendæ vitæ noſtræ quatuor deſcribuntur a multis, & in Scriptura inveniuntur. Prudentia dicitur, qua dinoſcimus inter bonum & malum. Juſtitia dicitur, qua ſua cuique tribuimus: nemini quidquam Rom. 13. 8.
debentes, ſed omnes diligentes. Temperantia dicitur, qua libidines refrænamus. Fortitudo dicitur, qua omnia moleſta toleramus. Iſtæ virtutes nunc in convalle plorationis per gratiam Dei dantur nobis. Ab his virtutibus imus in illam virtutem. Et quæ erit illa virtus, niſi ſolius contemplationis Dei? Neceſſaria ibi non erit iſta prudentia, ubi nulla mala occurſura ſunt quæ vitemus. Sed quid putamus, fratres? Non iſta juſtitia, ubi nulla erit cujuſquam indigentia, cui ſubvenire debeamus. Non iſta temperantia, ubi nulla erit libido refrænanda. Non iſta fortitudo, ubi nulla erunt mala toleranda. Ergo ab his virtutibus cujus actionis ibimus in virtutem illius contemplationis, qua contemplemur Deum: ſicut ſcriptum eſt, *Mane aſtabo ti-* Pſal. 5. 5.
bi, & contemplabor.

Lib. 83. *qq. quæſt.* 61. *n.* 4. *in fine*. Propter quatuor animi virtutes quibus in hac vita ſpiritualiter vivitur, prudentiam, temperantiam, fortitudinem & juſtitiam. Quarum prima eſt cognitio rerum appetendarum & fugiendarum: ſecunda, refrænatio cupiditatis ab iis quæ temporaliter delectant: tertia, firmitas animi adverſus ea quæ temporaliter moleſta ſunt: quarta, quæ per ceteras omnes diffunditur, dilectio Dei & proximi.

S. Bernard. *Serm.* 72. *de Diverſis*, *nu.* 8. Ad conſilium impiorum itur quatuor modis. Quidam trahuntur inviti, alii attrahuntur illecti, alii ſeducuntur ignari, alii ſequuntur ſpontanei. Iſtis neceſſariæ ſunt quatuor virtutes, per quas armati reſiſtant, ne in conſilio eant. Invitis neceſſaria eſt *Fortitudo*, qua reſiſtant uſque ad mortem, minis, cruciatibus, & damnis. Illi qui attrahuntur illecti, indigent *Temperantia*, quæ reprimit illicita deſideria, nec cedit promiſſionibus, nec emollitur blanditiis. Illis qui ſeducuntur ignari, eſt opus *Prudentia*, quæ ab utilibus inutilia diſcernit, & docet quid tenendum, quidve rejiciendum ſit. *Juſtitia* indigent illi qui ſequuntur ſpontanei. Juſtitia eſt rectitudo voluntatis, quæ nec amat peccare, nec peccato conſentire... Eſt autem juſtitia ordinata hoc modo, ſcilicet malo reſpuens, bonis meliora præponens... Eſt quippe prudentia, ratio docta, ſcilicet a gratia, vitare contagia injuſtitiæ propter juſtitiam... Juſtitia eſt perfectio animæ rationalis. Aliæ virtutes ſunt ad ejus acquiſitionem vel conſervationem, fortitudo, temperantia, prudentia, quæ juſtitiam conſervant ne amittatur, aut minuatur. Poſtquam vero perfecta eſt juſtitia, & tranſit in affectum cordis, idem eſt quod illa tria: quod fortis eſt, prudens, temperata.

In Cant. Serm. 22. *n.* 10. Fruſtra hujus ſæculi ſapientes de quatuor virtutibus tam multa diſputaverunt, quas tamen apprehendere omnino nequiverunt, cum illum neſcierint qui factus eſt nobis a Deo ſapientia docens *Prudentiam*, & *Juſtitiam* delicta donans: & ſanctificatio, in exemplum *Temperantiæ* continenter vivens; & redemptio, in exemplum *patientiæ* fortiter moriens.

N. 11. Quid vobis cum virtutibus, qui Dei virtutem Chriſtum ignoratis? Ubinam, quæſo, vera *Prudentia*, niſi in Chriſti doctrina; unde vera *Juſtitia* niſi de Chriſti miſericordia? Ubi vera *Temperantia*, niſi in Chriſti vita? Ubi vera *Fortitudo*, niſi in Chriſti paſſione? Soli ergo qui ejus doctrina imbuti ſunt, prudentes dicendi ſunt; ſoli juſti, qui de ejus miſericordia veniam peccatorum conſecuti ſunt; ſoli temperantes, qui ejus vitam imitari ſtudent: ſoli fortes qui ejus patientiæ documenta fortiter in adverſis tenent. Incaſſum proinde quis laborat in acquiſitione virtutum, ſi aliunde eas ſperandas putat quam a Domino virtutum: cujus doctrina, ſeminarium prudentiæ; cujus miſericordia, opus juſtitiæ; cujus vita ſpeculum temperantiæ; cujus mors inſigne eſt fortitudinis.

Lib. 1. *de Conſider. cap.* 8. *n.* 9. Ibi etiam advertere tibi eſt ſuaviſſimum quemdam concentum complexumque virtutum, atque alteram pendere ex altera; ſicut hoc loco vides, fortitudinis matrem eſſe prudentiam: nec fortitudinem, ſed temeritatem eſſe quemlibet auſum quem non parturivit prudentia. Hæc item eſt quæ inter voluptates & neceſſitates media quaſi quædam arbitra ſedens, utrimque certis limitibus determinat fines, iſtis aſſignans & præbens, quod ſat eſt; illis quod nimis eſt, demens: & ſic ex alterutro tertiam formans virtutem, quam dicunt Temperantiam. Neque intemperantem ipſa conſi-

deratio

Digitized by Google

PARS II. SECT. II. CAP. V. §. I.

R. Quia per eas mores noſtri diriguntur ad bonum & rectum. Per eas enim fit ut mores noſtri diriguntur ad Deum, & quidquid agimus ad Deum, ut ad finem ultimum, referatur.

I. Ergo caritas in Chriſtianis principium eſt virtutum quatuor Cardinalium?

R. Recte omnino. Imo, ex S. Auguſtino, virtutes illæ quatuor nihil aliud ſunt in Chriſtianis quam caritas pro variis effectibus aliis atque aliis nominibus inſignita. *Si virtus*, inquit, *ad beatam vitam nos ducit, nihil omnino eſſe virtutem affirmaverim quam amorem Dei. Nam illud quod quadripartita dicitur virtus, ex ipſius amoris vario quodam affectu, quantum intelligo dicitur.* (B)

S. Aug. l. 1. *de moribus Eccl. Cath. c.* 15. *n.* 25. B

I. Quid eſt prudentia Chriſtiana?

R. Definitur a S. Auguſtino, *Amor bene diſcernens ex quibus adjuvetur in Deum ab iis quibus impediri poteſt*: vel *cognitio rerum appetendarum & fugiendarum.*

Id. c. 24. *nu.* 45. *& lib.* 1. *de lib. Arbitr. c.* 23. *nu.* 27.

Definitur a Sancto Thoma poſt Ariſtotelem, *Recta ratio agibilium.*

Definitiones illæ eodem recidunt. Senſus enim earum omnium is eſt, Prudentiam eſſe virtutem, qua fit ut diſcernamus ea quæ ad Deum ducunt, ab iis quæ a Deo abſtrahunt; hæcque fugiamus, illa ſagaciter ſeligamus. (C)

C

I. Quid eſt temperantia Chriſtiana?

R. Definitur a S. Auguſtino, *Amor ſeſe integrum Deo incorruptumque ſervans.*

Lib. 1. *de morib. Eccl. Cath. c.* 24. *n.* 45.

Vel *Affectio coercens & cohibens appetitum ab iis rebus, quæ turpiter appetuntur.*

lib. 1. *de lib. arbitr. c.* 13. *n.* 27.

Vel *Refrenatio cupiditatis ab iis quæ temporaliter delectant.*

Quæſt. 83. *q.* 61. *n.* 4.

Ex his definitionibus quæ eodem recidunt deſcribi poteſt temperantia, virtus qua fit *ut nihil eorum diligamus* quæ temporaliter appetuntur & delectant; *ſed ex iis ad vitæ hujus atque officiorum neceſſitatem quantum ſatis eſt uſurpemus, utentis modeſtia non amantis affectu.* Quæ quidem temperantiæ deſcriptio ex ipſis fere S. Auguſtini verbis conſtat. (D)

Lib. 1. *de morib. Eccl. Cath. c.* 21. *n.* 39. D

I. Quid

deratio cenſet tam eum, qui neceſſariis pertinaciter demit, quam qui indulget ſuperfluis. Non eſt ergo temperantia in ſolis reſecandis ſuperfluis, eſt & in admittendis neceſſariis. Hujus ſententiæ Apoſtolus non fautor tantum, ſed auctor eſſe videtur, qui curam curnis noſtræ docet non perfici in deſiderio. Dicens ſiquidem *curam carnis non perfici*, ſuperflua cohibet: addens, *in deſiderio*, neceſſaria non excludit. Unde mihi videtur non omnino abſurde diffinire Temperantiam, qui hanc nec præcedere neceſſitatem, nec excedere dicat, juxta illud Philoſophi: *Ne quid nimis.*

Rom. 13. 14.

N. 10. Jam de Juſtitia, quæ una ex quatuor eſt, nonne conſtat conſideratione mentem præveniri, ut ſe formet in ea? Se enim neceſſe eſt prius cogitet, ut ex ſe normam ducat juſtitiæ, nec factura utique alteri, quod ſibi fieri nolit; nec quod ſibi velit fieri, negatura. In his nempe duobus liquet integrum eſſe juſtitiæ ſtatum. Sed nec ipſa ſolitaria eſt. Intuere etenim nunc mecum etiam hujus pulchram connexionem & cohærentiam cum temperantia, & item ambarum cum duabus ſuperioribus, id eſt, prudentia & fortitudine. Nam cum juſtitiæ dicatur portio, quod ſibi non vult fieri quis, alii non facere; porro perfectio, quod ait Dominus, *Quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis*: neutrum horum erit, niſi ipſa voluntas, de qua tota ducitur forma, ſic ordinata fuerit, ut nec velit aliquid ſuperfluum, nec neceſſarium quid ſuperſtitioſe nolit, quod quidem temperantiæ eſt. Denique ipſi juſtitiæ ut juſta ſit, temperantia modum imponit. *Noli nimium eſſe juſtus*, ait Sapiens, oſtendens per hoc minime approbandam juſtitiam, quæ temperantiæ moderamini non frænetur. Quid quod & ipſa ſapientia hoc temperantiæ frænum non reſpuit, dicente Paulo ſecundum ſapientiam a Deo ſibi datam, non *plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem*? Sed & a converſo, quod temperantiæ neceſſaria juſtitia ſit, oſtendit Dominus arguens in Evangelio illorum temperantiam qui abſtinebant ut viderentur hominibus jejunantes. Erat in cibo temperantia, ſed non juſtitia in animo, quia non Deo placere, ſed hominibus intendebant. Quomodo rurſum vel iſta vel illa ſine fortitudine, cum conſtet fortitudinis eſſe non mediocris, cohibere velle & nolle ſuum inter anguſtias parum & nimis; ut ſit contenta voluntas modo illo medio, nudo, puro, ſolo, conſtante ſibi, æquali undique ſui, utpote ex omni parte pariter circumciſo, quem ſolum conſtat eſſe virtutis.

Mat. 7. 12.

Eccli. 7. 17.

N. 11. Dicito mihi, quæſo, ſi potes, cuinam potiſſimum trium harum virtutum medirullium hoc dandum cenſeas, quod ita cunctis conterminum eſt, ut videatur eſſe proprium ſingularum. An ipſum virtus eſt, & nihil aliud? Sed ſic virtus non eſſet multiplex, ſed eſſent omnes una. An potius, quia ſine eo virtus non eſt, omnium quodammodo intima vis una eſt & medulla virtutum in qua ſic uniuntur, ut proinde una videantur omnes, præſertim quod non illud participando communicant, ſed totum a ſingulis atque integrum poſſidetur? Verbi cauſa: Quid tam juſtitiæ quam modus? Alioquin ſi quid extra modum relinquit, non plane cuique tribuit quod ſuum eſt, quod tamen ſuum ipſius eſt facere. Quid tam rurſum temperantiæ, quæ non aliunde profecto temperantia eſt, niſi quod nil immoderatum admittit? Sed puto, fatebere etiam non minus eſſe fortitudinis, cum vel maxime ipſa ſit quæ ab irruentibus vitiis, & quaſi hinc inde ſuffocare conantibus, parum illud potenter eruit & vindicat in quoddam ſtabile fundamentum boni, ſedemque virtutis. Ergo modum tenere juſtitia eſt, temperantia eſt, fortitudo eſt. Sed vide ne in hoc differant, ut juſtitiæ quidem in affectu res ſit, a fortitudine autem efficacia ejus: porro poſſeſſio ejus atque uſus, apud temperantiam. Reſtat jam ut doceamus ab hac communione prudentiam non excludi. Nonne ipſa eſt, quæ modum, diu animi neglectu poſthabitum, & vitiorum invidia quaſi in abditis recluſum, & coopertum quadam vetuſtatis caligine, prior reperit & advertit? Propterea dico tibi, a paucis advertitur, quia paucorum prudentia eſt. Itaque juſtitia quærit, prudentia invenit, vindicat fortitudo, temperantia poſſidet.

De Converſ. ad Clericos, c. 10. *n.* 21. Opus eſt *Fortitudine* adverſus tentamenta peccati, ut rugienti leoni reſiſtamus fortes in fide, & ignita ipſius jacula hoc ipſo clypeo viriliter repellamus. Opus eſt *Juſtitia*, ut operemur bonum. Opus *Prudentia*, ne cum fatuis virginibus reprobemur. Opus denique *Temperantia*, ne voluptatibus indulgentes, audiamus aliquando quod miſer ille epularum pariter & veſtium ſplendore finito, dum miſericordiam precaretur, audivit: *Memento, fili, quod recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris.*

Luc. 16. 25.

(B) S. AUGUST *de Moribus Eccleſ. Cathol. lib.* 1. *c.* 15. *nu.* 25. Temperantia ſit amor integrum ſe præbens ei quod amatur: Fortitudo, amor facile tolerans omnia propter quod amatur: Juſtitia, amor ſoli amato ſerviens, & propterea recte dominans: Prudentia, amor ea quibus adjuvatur ab eis quibus impeditur ſagaciter ſeligens. Sed hunc amorem non cujuslibet, ſed Dei eſſe diximus, id eſt, ſummi boni, ſummæ ſapientiæ, ſummæque concordiæ.

Cap. 25. *n.* 46. Si enim Deus eſt ſummum hominis bonum, quod negare non poteſtis; ſequitur profecto, quoniam ſummum bonum appetere, eſt bene vivere, ut nihil ſit aliud bene vivere, quam toto corde, tota anima, tota mente Deum diligere: a quo exiſtit, ut incorruptus in eo amor atque integer cuſtodiatur, quod eſt temperantiæ; & nullis frangatur incommodis, quod eſt fortitudinis; nulli alii ſerviat, quod eſt juſtitiæ: vigilet in diſcernendis rebus, ne fallacia paulatim dolusve ſubrepat, quod eſt prudentiæ. Hæc eſt hominis una perfectio.

Lib. de Vera Relig. c. 15. *n.* 29. *Vide infra* §. 6. *c.* 2. *ſect.* 3. *hujuſce Patris.*

Epiſt. 155. *alias* 52. *ad Macedon. c.* 4. *nu.* 13. *Vide ſupra* §. 1. *cap.* 4. *hujuſce ſect. lit.* (D) *& num.* 16. §. 2. *ejuſdem cap. lit.* (B)

(C) *Vide auctoritates SS. Patrum ſupra allatas hocce* §. *in quibus tam de Prudentia agitur, quam de tribus aliis virtutibus Cardinalibus.*

S. AUG. *Lib.* 6. *de Muſica, c.* 13. *c.* 37. Hæc igitur affectio animæ, vel motus quo intelligit æterna, & his inferiora eſſe temporalia, etiam in ſeipſa, & hæc appetenda potius quæ ſuperiora ſunt, quam illa quæ inferiora ſunt, novit, nonne tibi prudentia videtur?

(D) ORIGENES *Homil.* 7. *in Levitic. cap.* 10. *initium.* Vult ergo ſermo divinus ſobrios in omnibus eſſe Domini

Digitized by Google

I. Quid intelligis per ea quæ temporaliter appetunt & delectant?

R. Intelligo divitias, voluptates, honores, & quidquid poteſt cupiditas appetere.

I. Quid eſt fortitudo Chriſtiana?

R. Definitur a S. Auguſtino *Amor omnia propter Deum facile perferens.* Id. ib. c. 15. n. 25.

Vel *Animæ affectio, qua omnia incommoda & damna rerum non in noſtra poteſtate conſtitutarum contemnimus.* Lib. 1. de lib. arbitr. c. 13. n. 27.

Vel *Firmitas animi adverſus ea quæ temporaliter moleſta ſunt.* Pars II. Sect. II. Cap. V. §. 1. Quæſt. 83. q. 61. n. 4.

Deſcribi poteſt ex mente earum definitionum, virtus, qua fit ut nihil nos ſeparare poſſit a caritate Dei, non tribulatio, non anguſtia, non perſecutio, non gladius, ſed omnia pati parati ſimus potius quam Dei legem & præſcripta nobis officia deſerere. (E)

I. Quid eſt juſtitia Chriſtiana.

R. Multas tradit juſtitiæ definitiones S. Augu-

mini Sacerdotes, utpote qui accedentes ad altare Dei orare pro populo debeant, & pro alienis intervenire delictis, qui portionem in terra non habeant, ſed ipſe Dominus portio eorum ſit.... In ebrietatis ægritudine, corpus ſimul & anima corrumpitur, ſpiritus pariter cum carne vitiatur. Omnia membra debilitat, pedem, manum, linguam reſolvit, oculos tenebrat, mentem velat oblivio, ita ut hominem ſe neſciat eſſe nec ſentiat. Habet ergo iſtud primo dedecoris corporalis ebrietas. Jam vero ſi diſcutiamus quot modis mens inebriatur humana, inveniemus ebrios etiam eos, qui ſibi ſobrii videntur. Iracundia inebriat animam, furor vero eam plus quam ebriam facit, ſi quid tamen eſſe ebrietate amplius poteſt. Cupiditas & avaritia non ſolum ebrium, ſed & rabidum hominem reddunt. Et obſcenæ concupiſcentiæ inebriant animam, ſicut e contrario & ſanctæ concupiſcentiæ inebriant eam, ſed ebrietate ſancta illa de qua dicebat quidam ſanctorum: Et poculum tuum inebrians quam præclarum eſt... Vide quanta ſunt quæ inebriant animam: & formido inebriat eam, & vana ſuſpicio: invidia autem & livor ſupra omnem ebrietatem macerant eam.

S. AMBROS. *Lib. 1. de Offic. cap.* 43. *n.* 210. Quoniam de tribus virtutibus diximus, reſtat ut de quarta virtute dicamus, quæ temperantia ac modeſtia vocatur: in qua maxime tranquillitas animi, ſtudium manſuetudinis, moderationis gratia, honeſti cura, decoris conſideratio ſpectatur & quæritur.

N. 120. Ordo igitur quidam vitæ nobis tenendus eſt, ut a verecundia prima quædam fundamenta ducantur: quæ ſocia ac familiaris eſt mentis placiditati, proterviæ fugitans, ab omni aliena luxu, ſobrietatem diligit, honeſtatem fovet, decorum illud requirit.

Lib. 1. de Jacob & vita beata, cap. 2. *n.* 5. Meritoque temperantia quam maxime iſtarum paſſionum reſtinguit ardorem, quæ primum ſobrietate atque moderamine animum temperat, mentem informat; deinde etiam deliciarum abſtinentia, reſtringit habenas corporalis ferocitatis... Temperantia eſt igitur correctionis prævia, diſciplinæ magiſtra.

N. 8. Temperantia eſt igitur quæ reſecat cupiditates.

Epiſt. 63. *ad Vercell. Eccleſ. n.* 27. Quid quod naturæ conveniens temperantia eſt, atque illi divinæ legi, quæ in ipſo rerum ortu omnium fontes potui, fructus arborum eſui dedit.

N. 32. Sed non illa ſolum laudabilis, quæ parca eſt ciborum temperantia; ſed etiam illa quæ concupiſcentiæ. Denique ſcriptum eſt: *Poſt concupiſcentias tuas ne eas & a voluptate tua avertare. Si dederis animæ tuæ concupiſcentiam, gaudio erit inimicis tuis:* & infra: *Vinum & mulieres apoſtatare faciunt etiam ſapientes.* Unde & Paulus etiam in ipſis conjugiis temperantiam docet; eſt enim velut quidam adulter incontinens in matrimonio, qui legem Apoſtolicam prævaricatur. Eccl. xviii. 30. Eccl. xix. 2.

S. AUG. *Lib. 6. de Muſica, cap.* 15. n. 50. Sed hæc actio qua ſeſe anima, opitulante Deo & Domino ſuo, ab amore inferioris pulchritudinis extrahit, debellans atque interficiens adverſus ſe militantem conſuetudinem ſuam, ea victoria triumphatura in ſemetipſa de poteſtatibus aeris hujus, quibus invidentibus & præpedire cupientibus, evolat ad ſuam ſtabilitatem & firmamentum Deum, nonne tibi videtur ea eſſe virtus quæ temperantia dicitur. 1. Cor. vii. 3. & ſeq.

Lib. 1. de Morib. Eccleſ. Cathol. cap. 19. *n.* 35. Temperantia.... nobis amoris illius quo innectimur Deo integritatem quamdam & incorruptionem pollicetur. Munus enim ejus eſt in coercendis ſedandiſque cupiditatibus, quibus inhiamus in ea, quæ nos avertunt a legibus Dei, & a fructu bonitatis ejus: quod eſt.... beata vita.

Cap. 20. *num.* 37. Non ſunt igitur etiam iſta (ſenſibilia) diligenda ei, qui amorem illum incorruptum Deo cogitat exhibere.... Amandus igitur ſolus eſt Deus: omnis vero iſte mundus, id eſt, omnia ſenſibilia contemnenda: utendum autem his ad hujus vitæ neceſſitatem.

Cap. 21. *n.* 39. Habet igitur vis temperans, in hujuſcemodi rebus mortalibus & fluentibus, vitæ regulam utroque teſtamento firmatam; ut eorum nihil diligat, nihil per ſe appetendum putet, ſed ad vitæ hujus atque officiorum neceſſitatem quantum ſat eſt, uſurpet, utentis modeſtia, non amantis affectu.

Cap. 23. *n.* 42. *in fine.* Multo enim mirabilius eſt, non inhærere iſtis (ſenſibilibus) quamvis poſſideas, quam omnino ea non poſſidere.

Lib. 5. *Confeſſ. cap.* 7. *n.* 12. Pulchrior eſt enim temperantia confitentis animi, quam illa quæ noſſe cupiebam.

Lib. 10. *cap.* 37. *n.* 60. Imperans nobis... continentiam: da quod jubes, & jube quod vis. Tu noſti de hac re gemitum cordis mei, & flumina oculorum meorum.

N. 61. Nobis imperaſti non tantum continentiam, id eſt, a quibus rebus amorem cohibeamus; verum etiam juſtitiam, id eſt, quo eum conferamus.

(E) ORIGEN. *de diverſ. Homil.* 6. *Quare turbati eſtis puſillæ fidei?* Cur non habetis fortitudinem? Cur non habetis confidentiam, & fiduciam apud me tenetis? Etſi mors irrueret, nonne eam debuiſtis conſtantiſſime ſuſtinere? Ad omne enim quidquid evenerit fortitudo neceſſaria eſt, ad omne periculum vel tribulationem uſque ad exitum animæ. Similiter & circa delicias & divitias & terrenos honores, animi fortitudo tenenda eſt, ut neque extollaris o homo, neque in ſuperbiam erigaris, non deſpicias inimicos, nec humilem ſpernas, neque obliviſcaris Dominum, neque derelinquas Creatorem, nec exiſtas ingratus. Si ergo in neceſſitate, & in periculis fortitudo neceſſaria eſt, ut viriliter cum fide toleres univerſa: multo magis circa delicias, ut dictum eſt, & luxurias fortitudo neceſſaria eſt, ne in decipulam incidas diaboli.

S. AUG. *de Muſica, lib.* 6. *cap.* 15. *n.* 50. Quid porro, cum in hoc itinere proficit (anima.) jam æterna gaudia præſentientem ac pene prehendentem, num amiſſio rerum temporalium, aut mors ulla deterret jam valentem dicere infirmioribus ſociis: *Bonum eſt mihi diſſolvi, & eſſe cum Chriſto; manere autem in carne, neceſſarium propter vos?* *D.* Sic exiſtimo. *M.* At iſta ejus affectio qua nullas adverſitates mortemve formidat, quid aliud quam fortitudo dicenda eſt? *D.* Et hoc agnoſco. Theſſ. 1. 23. 24.

Lib. 1. de Morib. Eccleſ. Cathol. cap. 22. n. 40. De fortitudine vero non multa dicenda ſunt. Amor namque ille de quo loquimur, quem tota ſanctitate inflammatum eſſe oportet in Deum, in non appetendis iſtis temperans, in amittendis fortis vocatur. Sed inter omnia quæ in hac vita poſſidentur, corpus homini graviſſimum vinculum eſt, juſtiſſimis Dei legibus, propter antiquum peccatum, quo nihil eſt ad prædicandum notius, nihil ad intelligendum ſecretius. Hoc ergo vinculum ne concutiatur atque vexetur, laboris & doloris; ne auferatur atque perimatur, mortis terrore animam quatit. Amat enim illud vi conſuetudinis, non intelligens, ſi eo bene atque ſcienter utatur, reſurrectionem reformationemque ejus ope ac lege divina ſine ulla moleſtia juri ſuo ſubditam fore: ſed cum ſe hoc amore tota in Deum converteris, his cognitis mortem non modo contemnet, verum etiam deſiderabit....

N. 41. Sed reſtat cum dolore magna conflictio. Nihil eſt tamen tam durum atque ferreum, quod non amoris igne vincatur. Quo cum ſe anima rapiet in Deum, ſuper omnem carnificinam libera & admiranda volitabit pennis pulcherrimis & integerrimis, quibus ad Dei amplexum amor caſtus innititur. Niſi vero amatores auri, amatores laudis, amatores feminarum, amatoribus ſuis Deus ſinet eſſe fortiores; cum ille non amor, ſed congruentius cupiditas vel libido nominetur.

PARS II. SECT. II. CAP. V. §. 1.

guſtinus . a *Juſtitia* , inquit , *eſt virtus qua ſua cuique tribuuntur* .

b Vel , quod idem eſt , *Juſtitia eſt habitus animi , communi utilitate ſervata ſuam cuique tribuens dignitatem* .

Vel eſt *Ordinatio animæ , qua fit ut nulli ſerviamus niſi uni Deo , nulli coæquemur niſi puriſſimis animis , nulli dominari appetamus niſi naturæ beſtiali atque corporeæ* .

Vel *Juſtitia eſt amor Deo tantum ſerviens , & ob hoc bene imperans ceteris quæ homini ſubjecta ſunt* . (F)

Ex his omnibus juſtitiæ definitionibus que eodem recidunt , poteſt definiri juſtitia , virtus qua fit ut anima & Deo & proximo & ſibi ipſi tribuat quod cuique debetur .

Sumi poteſt juſtitia pro aggregatione virtutum omnium Chriſtianarum : & eo ſenſu *Juſtitia eſt dilectio Dei & proximi* , inquit S. Auguſtinus .

I. Quod ſuperius dixiſti ex S. Auguſtino juſtitiam eſſe ordinationem animæ , qua fit ut ſoli Deo ſerviamus , ut nulli coæquemur niſi puriſſimis animis , nulli dominari appetamus niſi naturæ beſtiali atque corporeæ ; id mihi perobſcurum videtur.

R. Facile eſt id planum reddere. Tunc ſolum juſti ſumus cum ſervamus præſtitum a Deo ordinem ; ita ut ſuum cuique tribuamus. In eo poſitam eſſe juſtitiæ rationem nemo non intelligit .

Atqui in eo poſitus eſt ordo conſtitutus a Deo, 1. Ut ſoli Deo ſerviamus ; hoc enim debemus ſupremo rerum omnium conditori & Domino . Hoc autem non fit niſi cum Deum unum ſumme diligimus ; non colitur enim Deus , niſi amando , ut ſupra diximus poſt S. Auguſtinum .

2. Ut coæquati appetamus puriſſimis animis , id eſt Angelis . Id autem fit ſolum cum & nos ipſos & proximum diligimus ut par eſt ; ea nimirum dilectione qua fit ut tendamus ad illam beatitudinem qua fruuntur ſancti Angeli ; atque adeo ut Angelis in felicitate coæquemur . Ad hanc æqualitatem cum Angelis vocamur , juxta illud Chriſti , *in reſur-*

a De lib. arbitr. Lib. 1. c. 13. n. 27. & S. Bern. Serm. 3. in adv. Domini, n. 4.
b Lib. Q. 83. Q. 31. Lib. 6. De Muſica. c. 15 n. 50.
F. Lib. 1. de morib. Eccl. cathol. cap. 25. n. 15. Lib. Q. 83. Q. 61. n. 4.

In qua tamen apparet quantus ſit impetus animi ad ea quæ diligatur indefeſſo curſu per immania quæque tendentis , argumentoque nobis eſt , quam ſint omnia perferenda . ne deſeramus Deum , ſi tanta illi ut deſerant perferunt .

Enarrat. in Pſal. XLII. *n.* 2. Quia ergo fortitudine opus eſt, imploranda ab illo qui juſſit ut fortes ſimus , & niſi fortes ipſe fecerit, non erimus quod juſſit ; ab illo qui dixit, *Qui perſeveraverit uſque in finem , hic ſalvus erit* : ne ſibi ipſa anima arrogando fortitudinem debilitetur .

Matt. x. 22. & xxiv. 13.

S. AMBR. *l.* 1. *de Offic.* c. 35. n. 176. Eſt itaque fortitudo velut excelſior ceteris, ſed numquam incomitata virtus ; non enim ſe ipſam committit ſibi : alioquin fortitudo ſine juſtitia iniquitatis materia eſt. Quo enim validior eſt, eo promptior ut inferiorem opprimat .

N. 177. Numquam David niſi laceſſitus bellum intulit, itaque prudentiam fortitudinis comitem habuit in prælio . Nam & adverſus Goliam immani mole corporis virum ſingulari certamine dimicaturus , arma quibus oneraretur reſpuit ; virtus enim ſuis lacertis magis quam alienis integumentis nititur . Deinde eminus , quo gravius feriret , ictu lapidis hoſtem interemit . Poſtea numquam niſi conſulto Domino , bellum adortus . Ideo in omnibus victor præliis , uſque ad ſummam ſenectutem manu promptus , bello adverſum Titanas ſuſcepto, ferocibus bellator miſcebatur agminibus, gloriæ cupidus , incurioſus ſalutis.

1 Reg. xvii. 40.
2 Reg. v. 19.
2. Reg. xxi. 15.

N. 178. Sed non hæc ſola præclara fortitudo eſt ? Sed etiam illorum glorioſam fortitudinem accipimus , *Qui per fidem magnitudine* animi *obſtruxerunt leonum ora , extinxerunt virtutem ignis , effugerunt aciem gladii , convaluerunt de infirmitate fortes* : qui non cominus & legionibus ſuccincti communem cum multis victoriam, ſed nuda virtute animi ſingularem de perfidis retulerunt triumphum . Quam inſuperabilis Daniel , qui circa latera ſua rugientes non expavit leones ? Fremebant beſtiæ & ille epulabatur .

Heb. xi. 33. 34.

N. 179. Non igitur in viribus corporis & lacertis tantummodo fortitudinis gloria eſt, ſed magis in virtute animi : neque in inferenda, ſed in depellenda injuria lex virtutis eſt. Qui enim non repellit a ſocio injuriam, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quam ille qui facit . Unde ſanctus Moyſes hinc prius orſus eſt tentamenta bellicæ fortitudinis . Nam cum vidiſſet Hebræum ab Ægyptio injuriam accipientem defendit ; ita ut Ægyptium ſterneret, atque in arena abſconderet , Salomon quoque ait : *Eripe eum qui ducitur ad mortem* .

Exod. 11. 12.
Prov. xxiv. 11.

N. 180. Et revera jure ea fortitudo vocatur, quando unusquisque ſe ipſum vincit , iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur , non adverſis perturbatur, non extollitur ſecundis , & quaſi vento quodam, variarum rerum circumfertur mutatione . Quid autem excelſius & magnificentius , quam exercere mentem, afficere carnem & in ſervitutinem redigere ; ut obediat imperio , conſiliis obtemperet , ut in adeundis laboribus impigre exſequatur propoſitum animi ac voluntatem ?

N. 181. Hæc igitur prima vis fortitudinis , quoniam in duobus generibus fortitudo ſpectatur animi . Primo, ut externa corporis pro minimis habeat , & quaſi ſuperflua deſpicienda magis quam expetenda ducat . Secundo, ut ea quæ ſumma ſunt , omnesque res in quibus honeſtas & illud πρέπον cernitur , præclara animi intentione uſque ad affectum perſequatur. Quid enim tam præclarum , quam ut ita animum informes tuum , ut neque divitias, neque voluptates , neque honores in maximis conſtituas, neque in his ſtudium omne conteras ? Quod cum ita affectus animo fueris , neceſſe eſt ut illud honeſtum ac decorum præponendum putes , illique mentem ita intendas tuam , ut quidquid acciderit quo frangi animi ſolent, aut patrimonii amiſſio, aut honoris imminutio, aut obtrectatio infidelium , quaſi ſuperior non ſentias . Deinde ut te ſalutis ipſius pericula pro juſtitia ſuſcepta non moveant .

N. 182. Hæc vera fortitudo eſt , quam habet Chriſti athleta , qui niſi legitimo certamine non coronatur . An mediocre tibi videtur præceptum fortitudinis : *Tribulatio patientiam operatur , patientia probationem , probatio autem ſpem?* Vide quot certamina , & una corona .

Rom. v. 3. & 4.

Cap. 39, *n.* 202. Non eſt igitur mediocris nec diſcreta a ceteris animi fortitudo , quæ bellum cum virtutibus gerat : ſed quæ ſola defendat ornamenta virtutum omnium, & judicia cuſtodiat ; & quæ inexpiabili prælio adverſus omnia vitia decernat , invicta ad labores , fortis ad pericula , rigidior adverſus voluptates , dura adverſus illecebras , quibus aurem deferre neſciat .

(F) S. AMBROS. *Lib.* I. *de Offic. cap.* 28. n. 130. Juſtitia igitur ad ſocietatem generis humani , & ad communitatem refertur .

Cap. 29. *n.* 139. Quanta autem juſtitia ſit ex hoc intelligi poteſt, quod nec locis , nec perſonis , nec temporibus excipitur , quæ etiam hoſtibus reſervatur ; ut ſi conſtitutus ſit cum hoſte aut locus aut dies prælio , adverſus juſtitiam putetur aut loco prævenire, aut tempore.

N. 140. Si ergo etiam in bello juſtitia valet , quanto magis in pace ſervanda eſt ?

Expoſ. in Pſal. CXVIII. *Serm.* 16. *n.* 13. *Fecit judicium & juſtitiam* . In judicio non contemſi pauperem , non oppreſſi viduam , perſonam divitis non recepi , in omnibus operibus juſtitiam reſervavi .

N. 14. Judicii finis juſtitia eſt . In altero veritatis cuſtodia , in altero fructus eſt æquitatis : utraque tamen non privata virtus , ſed publica . Nam immaculatum corpus a virili permixtione ſervare , & palmam caſtimoniæ lumoſo in corpore uſque ad Angelorum converſationem cuſtodia integritatis evehere , utilitas privata , laus publica eſt : frugi eſſe ac modeſtum , & ſobriæ parcitatis tenere menſuram probatur a pluribus ; ſed ſibi ſoli proficit . Fortitudo in præliis eminet , in otio friget : cujus opus in tempore neceſſarium , in voto adverſum ; malunt enim homines non pugnare , quam vincere . Sola juſtitia eſt quæ omnibus temporibus , aliis potius nata quam ſibi , quotidiano uſu , & fructu publico , ſuo damno alienas cuſtodit utilitates : quæ nihil habeat utilitatis , & plurimum laudis ,

Lib. 2.

ſurrectione . . . erunt æquales Angelis Dei. Quam autem beatitudinem nobis, hanc & proximo appetere tenemur. Ex Dei ordinatione debet proximus nobis in dilectione coæquari. *Diliges*
Matt. xix. 19. & xxii. 39. *proximum ſicut te ipſum*. Hæc altera lex eſt ordinis a Deo præſtituti.

3. Et qui intellectu & ratione præditi ſunt, utpote nobiliores, iis rebus quæ carent intellectu & ratione, illiſque ordine ſuperiores, non iſtis ſubjiciantur, non illis ſerviant, non illas appetant ut ſuam beatitudinem: imo illis dominentur; quia dominium in res corporeas acceperunt a Deo. Tunc ſolum tenemus hunc ordinem, cum a terrenarum rerum amore avulſi, ſoli Deo adhæremus ut ſummo bono, dominamurque carni noſtræ ejuſque cupiditatibus. Atque illud eſt quod ſignificat Sanctus Auguſti-
Lib. 1. de morib. Eccl. cathol. c. 15. n. 25. nus, dum ait: *Juſtitiam eſſe amorem ſoli Deo ſervientem, & ob hoc bene imperantem ceteris quæ homini ſubjecta ſunt*.

I. Qua ratione per juſtitiam & Deo & nobis metipſis & proximo tribuimus quod debemus?

R. Id fit dum Deum ſuper omnia, noſque propter Deum, proximumque ſicut nos diligimus, adeoque cum reddimus unicuique, ſi-
3. Primis §. capitis ſup. ve ſuperiori enti, ſive æqualibus, ſive inferioribus, quod ſuum eſt, ut ſupra explicuimus.

In ſumma, ut ad unum breviter coarctemus quidquid de quatuor virtutibus Cardinalibus mox diximus, operæ pretium eſt hic referre egregia hæc Sancti Auguſtini verba: *In hac vi-* Epiſt. 155. alias 52. ad Macedon. c. 4. n. 13.
ta, inquit, *virtus non eſt niſi diligere quod diligendum eſt: nullis inde averti moleſtiis, fortitudo eſt; nullis illecebris, temperantia eſt; nulla ſuperbia, juſtitia eſt. Quid autem eligamus quod præcipue diligamus, niſi quod nihil melius invenimus? Hoc Deus eſt*.

§. 2. *De Virtutibus quæ ex virtutibus Cardinalibus oriuntur, vel cum ipſis connexæ ſunt. Et de vitiis oppoſitis.*

I. Quænam virtutes vel prudentiæ partes ſunt, vel ipſi annexæ?

R. 1. Attentio ad res præteritas, quæ memoria vulgo dicitur. (A) Intelligentia præ- A
ſentium. (B) 3. Providentia futurorum. (C) B C
4. Solertia qua quis ſtatim intelligit quid agendum ſit in improviſis eventibus. (D) D
5. Docilitas in accipiendis & exequendis rectis aliorum conſiliis. (E) 6. Ratio, id eſt, E
recta ratiocinatio. (F) 7. Circumſpectio, id F
eſt, examen circumſtantiarum omnium temporis, loci, perſonarum. (G) 8. Cautio, id G
eſt, conſideratio malorum & impedimentorum

quæ

Lib. de Abraham, cap. 10. *n.* 68. Quod fons ſit juſtitia ceterarum virtutum, quæ virtutes alias illuminet. Prudentia enim ſine juſtitia nocet: fortitudo quoque niſi eam juſtitia temperet, intolerabilis inſolentia eſt, furori quam rationi propior, dominationi quam libertati. Sobrietas & temperantia privata bona ſunt, nec ulli uſui, niſi juſta erga Deum reverentia, & fidei mente pietatem colas. Juſtitia ſola eſt quæ virtutes omnes complectitur, & commendat omnes.

Lib. de Noe & arca, cap. 1. *n.* 2. Advertas juſtitiam ſolam eſſe, quæ aliis potius nata eſt, quam ſibi; non quod ſibi utile eſt quærit, ſed quod omnibus; hæc nos requieſcere facit ab operibus iniquitatis, hæc revocat a triſtitia, quia dum ea quæ juſta ſunt gerimus, nihil timemus puræ conſcientiæ ſecuritate, non dolemus gravem dolorem. Nihil enim eſt quod majoris doloris ſit, quam culpæ reatus.

S. AUG. *Lib. de Moribus Eccleſ. Cathol. cap.* 14. n. 44. Hanc juſtitia vitæ regulam dabit huic amatori, ut Deo quem diligit, id eſt, ſummo bono, ſummæ ſapientiæ, ſummæ paci libentiſſime ſerviat; ceteraque omnia partim ſubjecta ſibi regat, partim ſubjicienda præſumat.

(A) S. THOMAS 2. 2. *Quæſt.* 49. *art.* 1. *in corp.* Prudentia eſt circa contingentia operabilia . . . In his autem non poteſt homo dirigi per ea quæ ſunt ſimpliciter, & ex neceſſitate vera, ſed ex his quæ ut in pluribus accidunt . . . Quid autem ſit in pluribus verum, oportet per experimentum conſiderare . . . Experimentum autem eſt ex pluribus memoriis . . . Unde conſequens eſt quod ad prudentiam requiritur plurium memoriam habere: unde convenienter memoria ponitur pars prudentiæ.

(B) S. THOM. *ubi ſupra art.* 2. *in corp.* Quia prudentia eſt recta ratio agibilium, ideo neceſſe eſt quod totus proceſſus prudentiæ ab intellectu derivetur: & propter hoc intellectus ponitur pars prudentiæ.

(C) S. THOM. *ubi ſupra art.* 6. *in corp.* Prudentia proprie eſt circa ea quæ ſunt ad finem, & hoc ad ejus officium proprie pertinet, ut ad finem debite ordinentur: & quamvis aliqua neceſſaria ſint propter finem, quæ ſubjiciuntur Divinæ providentiæ, humanæ tamen providentiæ non ſubjiciuntur niſi contingentia operabilia, quæ per hominem poſſunt fieri propter finem. Præterita autem in neceſſitatem quamdam tranſeunt, quia impoſſibile eſt non eſſe quod factum eſt. Similiter etiam præſentia, in quantum hujuſmodi, neceſſitatem quamdam habent . . Unde conſequens eſt quod contingentia futura ſecundum quod ſunt per hominem in finem humanæ vitæ ordinabilia, pertineant ad prudentiam: utrumque autem horum importatur in nomine providentiæ: importat enim providentia reſpectum quemdam alicujus diſtantis ad ea quæ in præſenti occurrunt, & ordinanda ſunt: unde providentia eſt pars prudentiæ.

(D) S. THOM. *ubi ſupra art.* 4. *in corp.* Prudentis eſt rectam æſtimationem habere de operandis. Recta autem æſtimatio ſive opinio acquiritur in operativis, ſicut in ſpeculativis dupliciter: uno quidem modo per ſe inveniendo: alio modo ab alio addiſcendo. Sicut autem docilitas ad hoc pertinet ut homo bene ſe habeat in acquirendo rectam opinionem ab alio; ita ſolertia ad hoc pertinet ut homo bene ſe habeat in acquirendo rectam æſtimationem per ſeipſum. Solertia autem eſt *facilis & prompta conjecturatio circa inventionem medii* . . . vel *Solertia eſt habitus, qui provenit ex repentino, inveniens quod congruit*.

(E) S. THOM. *ubi ſupra art.* 3. *in corp.* Prudentia conſiſtit circa particularia operabilia, in quibus cum ſint quaſi infinitæ diverſitates, non poſſunt ab uno homine ſufficienter omnia conſiderari, nec per modicum tempus, ſed per temporis diuturnitatem: unde in his quæ ad prudentiam pertinent maxime indiget homo ab aliis erudiri, & præcipue ex ſenibus qui ſanum intellectum adepti ſunt circa fines operabilium . . . Unde & Proverb. 3. dicitur: *Ne innitaris prudentiæ tuæ*. Et Eccleſ. 6. dicitur: *In multitudine Presbyterorum*, (id eſt Seniorum) *prudentium ſta, & ſapientiæ illorum ex corde conjunge te*. Hoc autem pertinet ad docilitatem, ut aliquis ſit bene diſciplinæ ſuſceptivus: & ideo convenienter docilitas ponitur pars prudentiæ.

(F) S. THOM. *ubi ſupra art.* 5. *in corp.* Opus prudentis eſt eſſe bene conſiliativum . . . Conſilium autem eſt inquiſitio quædam ex quibuſdam ad alia procedens. Hoc autem eſt opus rationis: unde ad prudentiam neceſſarium eſt quod homo ſit bene ratiocinativus: & quia ea quæ exiguntur ad perfectionem prudentiæ, dicuntur quaſi integrales partes prudentiæ, inde eſt quod ratio inter partes prudentiæ connumerari debet.

(G) S. THOM. *ubi ſupra artic.* 7. *in corp.* Ad prudentiam præcipue pertinet recte ordinare aliquid ad finem: quod quidem recte non fit, niſi & finis bonus ſit, & id quod ordinatur in finem, ſit etiam bonum & conveniens fini. Sed quia prudentia . . . . eſt circa ſingula operabilia, in quibus multa concurrunt, contingit aliquid ſecundum ſe conſideratum eſſe bonum & conveniens fini, quod tamen ex aliquibus concurrentibus redditur vel malum, vel non opportunum ad finem: ſicut oſtendere ſigna amoris alicui ſecundum ſe conſidera-

quæ fini adverſantur, ut illa vitentur. (H) 9. Sollicitudo, ſeu vigilantia & celeritas ad exequendum quod agendum eſſe prudentia determinaverit. (I)

H

I K

L

His addi poteſt. 1. Prudens conſilium. (K) 2. Rectum judicium. (L) 3. Sagacitas communes regulas ex ſuperioribus rationibus agere expendit: quam ſagacitatem Græci *Gnomen* appellant. (M)

M

I. Quænam ſunt vitia prudentiæ oppoſita?

R. Imprudentia, (N) Præcipitatio, (O) Inconſideratio. (P) Inconſtantia, (Q) Negligentia, (R) Prudentia carnis, id eſt, ſolertia in diſcernendis, & exequendis rebus quæ ad pravum finem diriguntur, (S) Aſtutia, (T) Fraus & Dolus. (V) Denique Immoderata de rebus temporalibus ſollicitudo. (X)

N O

P Q

R

S

T V

X

I. Quæ-

tum, videtur eſſe conveniens ad alliciendum ejus animum ad amorem: ſed ſi contingat in animo illius ſuperbia, vel ſuſpicio adulationis, non erit hoc conveniens ad finem: & ideo neceſſaria eſt circumſpectio ad prudentiam; ut ſcilicet homo id, quod ordinatur ad finem, comparet etiam cum his quæ circumſtant.

(H) S. THOM. *ubi ſupra art.* 8. *in corp.* Ea circa quæ eſt prudentia, ſunt contingentia operabilia: in quibus ſicut verum poteſt admiſceri falſo, ita & malum bono propter multiformitatem hujuſmodi operabilium in quibus bona plerumque impediuntur a malis, & mala habent ſpeciem boni: & ideo neceſſaria eſt cautio ad prudentiam, ut ſic accipiantur bona quod vitentur mala.

(I) S. THOM. 2. 2. *q.* 47. *art.* 9. *Sed contra.* Dicitur 1. Petr. 4. *Eſtote prudentes & vigilate in orationibus*: ſed vigilantia eſt idem ſollicitudini: ergo ſolicitudo pertinet ad prudentiam.

In corp. Solicitudo proprie ad prudentiam pertinet.

(K) S. THOM. 2. 2. *q.* 51. *art.* 2. *in corp.* Actus rationis ordinati ad opus ſunt diverſi, nec habent eamdem rationem bonitatis: ex alio enim efficitur homo bene conſiliativus, & bene judicativus, & bene præceptivus: quod patet ex hoc quod iſta aliquando ab invicem ſeparantur: & ideo oportet aliam eſſe virtutem *Eubuliam*, per quam homo eſt bene præceptivus: & ſicut conſiliari ordinatur ad præcipere tamquam ad principalius, ita etiam *Eubulia* ordinatur ad prudentiam tanquam ad principaliorem virtutem; ſine qua nec virtus eſſet, ſicut nec morales virtutes ſine prudentia, nec ceteræ virtutes ſine caritate.

(L) S. THOM. *ubi ſupra art.* 3. *in corp.* *Syneſis* importat judicium rectum; non quidem circa ſpeculabilia, ſed circa particularia operabilia, circa quæ etiam eſt prudentia... Oportet autem quod ſecundum differentiam actuum qui non reducuntur in eamdem cauſam, ſit etiam diverſitas virtutum. Manifeſtum eſt autem quod bonitas conſilii & bonitas judicii non reducuntur in eamdem cauſam: multi enim ſunt bene conſiliativi, qui tamen non ſunt bene ſenſati, quaſi recte judicantes: ſicut etiam in ſpeculativis aliqui ſunt bene inquirentes, propter hoc quod ratio eorum prompta eſt ad diſcurrendum per diverſa; quod videtur provenire ex diſpoſitione imaginativæ virtutis, quæ de facili poteſt formare diverſa phantaſmata; & tamen hujuſmodi quandoque non ſunt boni judici, quod eſt propter defectum intellectus, qui maxime contingit ex mala diſpoſitione communis ſenſus non bene judicantis: & ideo oportet præter *eubuliam* eſſe aliam virtutem, quæ eſt bene judicativa, & hæc dicitur Syneſis.

(M) S. THOM. *ubi ſupra art.* 4. *in corp.* Contingit quandoque aliquid eſſe faciendum præter communes regulas agendorum; puta cum impugnatori patriæ non eſt depoſitum reddendum, vel aliquid aliud hujuſmodi: & ideo oportet de hujuſmodi judicare ſecundum aliqua altiora principia quam ſint regulæ communes, ſecundum quas judicat *ſyneſis*: & ſecundum illa altiora principia exigitur altior virtus judicativa, quæ vocatur *Gnome*; quæ importat quamdam perſpicacitatem judicii.

(N) S. THOM. 2. 2. *q.* 53. *art.* 2. *in corp.* Imprudentia non eſt generale peccatum, ſicut nec prudentia generalis virtus, cum ſint circa actus ſpeciales, ſcilicet circa ipſos actus rationis... Sicut prudentia principatur quodammodo in omnibus virtutibus, in quantum eſt directiva earum; ita & imprudentia in omnibus vitiis & peccatis: nullum enim peccatum poteſt accidere, niſi ſit defectus in aliquo actu rationis dirigentis; quod pertinet ad imprudentiam.

(O) S. THOM. *ubi ſupra art.* 3. *in corp.* Dicitur præcipitari ſecundum corporalem motum, quod a ſuperiori in ima pervenit... Summum autem animæ eſt ipſa ratio; imum autem eſt operatio per corpus exercita; gradus autem medii, per quos oportet ordinate deſcendere, memoria præteritorum, intelligentia præſentium, ſolertia in conſiderandis futuris eventibus, ratiocinatio conferens unum alteri, docilitas per quam aliquis acquieſcit ſententiis majorum; per quos quidem gradus aliquis ordinate deſcendit, recte conſiliando. Si quis autem feratur ad agendum per impetum voluntatis vel paſſionis, pertranſitis hujuſmodi gradibus, erit præcipitatio. Cum ergo inordinatio conſilii ad imprudentiam pertineat, manifeſtum eſt quod vitium præcipitationis ſub imprudentia continetur.

(P) S. THOM. *ubi ſupra art.* 4. *in corp.* Conſideratio importat actum intellectus, veritatem rei intuentis... & ideo conſideratio maxime pertinet ad judicium: unde & defectus recti judicii ad vitium inconſiderationis pertinet, prout ſcilicet aliquis in recte judicando deficit ex hoc quod contemnit vel negligit attendere ea ex quibus rectum judicium procedit: unde manifeſtum eſt quod inconſideratio eſt peccatum.

(Q) S. THOM. *ubi ſupra art.* 5. *in corp.* Inconſtantia importat receſſum quemdam a bono propoſito diffinito.. Sicut autem omnis rectitudo rationis practicæ pertinet aliqualiter ad prudentiam, ita omnis defectus ejuſdem pertinet ad imprudentiam: & ideo inconſtantia ſecundum ſui conſummationem ad imprudentiam pertinet: & ſicut præcipitatio eſt ex defectu circa actum conſilii, & inconſideratio circa actum judicii; ita inconſtantia circa actum præcepti: ex hoc enim dicitur aliquis eſſe inconſtans, quod ratio deficit in præcipiendo ea quæ ſunt conſiliata & judicata.

(R) S. THOM. 2. 1. *q.* 34. *art.* 1. *in corp.* Negligentia importat defectum debitæ ſolicitudinis: omnis autem defectus debiti actus habet rationem peccati: unde manifeſtum eſt quod negligentia habet rationem peccati.

Ad tertium, dicendum quod materia negligentiæ proprie ſunt bona quæ quis agere debet; non quod ipſa ſint bona, cum negligenter aguntur; ſe quia per negligentiam accidit defectus bonitatis in eis; ſive prætermittatur totaliter actus debitus propter defectum ſolicitudinis, ſive etiam aliqua debita circumſtantia actus.

(S) S. THOM. 2. 2. *q.* 55. *art.* 1. Sed contra: nullus eſt inimicus Deo, niſi propter iniquitatem.. Sed ſicut dicitur ad Rom. 8. *Prudentia carnis inimica eſt Deo*: ergo prudentia carnis eſt peccatum.

In corp. Prudentia eſt circa ea quæ ſunt ad finem totius vitæ: & ideo prudentia carnis proprie dicitur, ſecundum quod aliquis bona carnis habet ut ultimum finem vitæ ſuæ: manifeſtum eſt autem quod hoc eſt peccatum: per hoc enim homo deordinatur circa ultimum finem qui non conſiſtit in bonis corporis.

(T) S. THOM. *ubi ſupra ar. in corp.* Aliquod peccatum poteſt eſſe contra prudentiam habens aliquam ſimilitudinem ejus.. inquantum aliquis ad finem aliquem conſequendum (vel bonum vel malum) utitur non veris viis, ſed ſimulatis & apparentibus: & hoc pertinet ad peccatum aſtutiæ: unde eſt quoddam peccatum prudentiæ oppoſitum.

(V) S. THOM. *ubi ſupra art.* 5. *in corp.* Sicut dolus conſiſtit in executione aſtutiæ, ita etiam & fraus: ſed in hoc differre videntur, quod dolus pertinet univerſaliter ad executionem aſtutiæ; ſive fiat per verba, ſive per facta: fraus autem magis pertinet ad executionem aſtutiæ, ſecundum quod fit per facta.

(X) S. THOM. *ubi ſupra art.* 6. *in corp.* Solicitudo temporalium rerum tripliciter poteſt eſſe illicita: uno quidem modo ex parte ejus de quo ſolicitamur; ſi ſcilicet temporalia tamquam finem quæramus: unde & Auguſt. dicit in lib. de operibus Monachorum, cap. 26. *Cum Dominus dicit*: Nolite ſoliciti eſſe, &c. *hoc dicit, non ut iſta non procurent quantum neceſſitati ſatis eſt, unde honeſte potuerint; ſed ut non iſta intueantur, & propter iſta faciant quidquid in Evangelii prædicatione facere jubentur.* Alio modo poteſt eſſe temporalium ſollicitudo illicita propter ſuperfluum ſtudium quod apponitur ad tempo-

Quænam virtutes vel Temperantiæ partes ſunt, vel ipſi annexæ?

R. Verecundia & honeſtas: Abſtinentia, Jejunium, Sobrietas; Caſtitas, Continentia; Clementia, Manſuetudo, Benignitas: Modeſtia: Humilitas: Moderatio, Parcitae: Taciturnitae. (Y) Virtus quam ſtudioſitatem vocant; id eſt, virtus quæ modum & ordinem ſciendi, cognoſcendi, addiſcendi, conſtituit. (Z) Tandem Eutrapelia ſeu jucunda urbanitas. (AA)

I. Quænam ſunt vitia oppoſita Temperantiæ?

R. Intemperantia; Inverecundia; Impudentia; Luxuria; Gula, Ebrietas; Incontinentia; Crudelitas; nimia indulgentia; Ira; immoderatus veſtium cultus; uno verbo quidquid nimis eſt in omnibus; quidquid contra virtutes ſupra poſitas peccatur, vel per exceſſum, vel per defectum in ſomno, verbi gratia, in ſtudiis, in vigiliis, in ludis, in verbis, in ſilentio, in lætitia, in triſtitia, &c. (BB)

I. Quænam virtutes fortitudinis partes ſunt vel ipſi annexæ?

R. Magnanimitas; Patientia; Perſeverantia; Magnificentia; quæ non excedit modum rationis, & divinæ Legis regulam. (CC)

I. Quandonam magnificentia non excedit mo-

poralia procuranda; propter quod homo a ſpiritualibus, quibus principalius inſervira debet, retrahitur: & ideo dicitur Matth. 13. quod *ſolicitudo* ſæculi ſuffocat verbum: Tartio modo ex parte timoris ſuperflui; quando ſcilicet aliquis timet ne faciendo quod debet, neceſſaria ſibi deficiant.

(Y) S. Thom. 2. 2. *q.* 143. *art. unico in corp.* Alicujus virtutis cardinalis triplices partes eſſe poſſunt, ſcilicet integrales, ſubjectivæ, potentiales. Et dicuntur partes integrales alicujus virtutis conditiones quas neceſſe eſt concurrere ad virtutem: & ſecundum hoc ſunt duæ partes Integrales temperantiæ. Scilicet verecundia, per quam aliquis refugit turpitudinem temperantiæ contrariam; & honeſtas, per quam ſcilicet aliquis amat pulchritudinem temperantiæ: nam præcipue.... temperantia inter virtutes vindicat ſibi quemdam decorem, & vitia intamperantiæ maxime turpitudinem habent. Partes autem ſubjectivæ alicujus virtutis dicuntur ſpecies ejus. Oportet autem diverſificare ſpecies virtutum ſecundum diverſitatem materiæ vel objecti: eſt autam temperantia circa delectationes tactus, quæ dividuntur in duo genera: nam quædam ordinantur ad nutrimentum: & in his quantum ad cibum, eſt abſtinentia; quantum autem ad potum, proprie ſobrietas: quædam vero ordinantur ad vim generativam: & in his quantum ad delectationem principalam ipſius coitus eſt caſtitas; quantum autem ad delectationes circumſtantes (puta, quæ ſunt in oſculis, tactibus & amplexibus) attenditur pudicitia. Partes autem potentiales alicujus virtutis principalis dicuntur virtutes ſecundariæ, quæ modum quem principalis virtus obſervat circa aliquam principalem materiam, eumdem obſervant in quibuſdam aliis materiis, in quibus non eſt ita difficile... præter motum autem concupiſcentiæ quem moderatur & refrenat temperantia, tres motus inveniuntur in anima in aliquid tendentes: primus quidem eſt motus voluntatis commotæ ex impetu paſſionis: & hunc motum refrenat continentia; ex qua fit ut licet homo immoderatas concupiſcentias patiatur, voluntas tamen non vincatur: alius autem motus interior in aliquid tendens, eſt motus ſpei & audaciæ quæ ipſam conſequitur: & hunc motum moderatur ſive refrenat humilitas: Tertius autem motus eſt iræ tendens in vindictam; quem refrenat manſuetudo ſive clementia. Circa motus autem & actus corporales moderationem & refrenationem facit modeſtia.. in colloquiis amicorum vel quibuſcumque aliis... auſteritas, (*vel taciturnitas.*) Circa exteriora vero dupliciter moderatio eſt adhibenda, primo quidem ut ſuperflua non requirantur: & *eſt* parcitas.... Secundo vero, ut homo non nimis exquiſita requirat: & *eſt* moderatio, *ſeu* ſimplicitas.

Superiora fuſius explicantur Quæſt. ſequent. ea omnia hic exſcribere ſuperfluum viſum eſt: qui plura volent adeant S. Doctorem.

Q. 155. *art.* 2. Nomen continentiæ refrenationem quamdam importat, inquantum ſcilicet tenet ſe aliquis ne paſſiones ſequatur: & ideo proprie continentia dicitur circa illas paſſiones; quæ impellunt ad aliquid proſequendum; in quibus laudabile eſt ut ratio retrahat hominem a proſequendo:..& ideo continentia & incontinentia propria dicuntur circa concupiſcentias delectationum tactus.

(Z) S. Thom. 2. 2. *q.* 166. *art.* 2. *in corp.* Ad temperantiam pertinet moderari motum appetitus, ne ſuperflue tendat in id quod naturaliter concupiſcitur: ſicut autem naturaliter homo concupiſcit delectationes ciborum & venereorum ſecundum naturam corporalem; ita ſecundum animam naturaliter deſiderat cognoſcere aliquid: unde & Philoſophus dicit in principio Metaphyſicorum quod *omnes homines naturaliter ſcire deſiderant*. Moderatio autem hujuſmodi appetitus pertinet ad virtutem ſtudioſitatis [illegible]: unde conſequens eſt quod ſtudioſitas ſit pars potentialis temperantiæ, ſicut virtus ſecundaria ei adjuncta ut principali virtuti.

(AA) S. Thom. 2. 2. *Quæſt.* 168. *art.* 2. *in corp.* Sicut homo indiget corporali quiete ad corporis refocillationem, quia non poteſt continue laborare propter hoc quod habet finitam virtutem, quæ determinatis laboribus proportionatur; ita etiam eſt ex parte animæ, cujus etiam eſt virtus finita, ad determinatas operationes proportionata: & ideo quando ultra modum ſuum in aliquas operationes ſe extendit, laborat, & ex hoc fatigatur; præſertim, quia in operationibus animæ ſimul etiam laborat corpus, inquantum ſcilicet anima intellectiva utitur viribus per organa corporea operantibus... Sicut autem fatigatio corporalis ſolvitur per corporis quietem, ita etiam oportet quod fatigatio animalis ſolvatur per animæ quietem. Quies autem animæ eſt delectatio... & ideo oportet remedium contra fatigationem animalem adhiberi per aliquam delectationem, intermiſſa intentione ad inſiſtendum ſtudio rationis... Hujuſmodi autem dicta vel facta in quibus non quæritur niſi delectatio animalis, vocantur ludrica vel jocoſa: & ideo neceſſe eſt talibus interdum uti, quaſi ad quamdam animæ quietem: & hoc eſt quod Philoſophus dicit in 4. Ethic. (cap. 14. ſive 8.) quod *in hujus vitæ converſatione quædam requies cum ludo habetur*: & ideo oportet interdum aliquibus talibus uti: circa quæ tamen videntur tria eſſe præcipua cavenda: quorum primum & principale eſt, quod prædicta delectatio non quæratur in aliquibus operationibus vel verbis turpibus, vel nocivis: unde Tullius dicit in 1. de Offic. quod unum genus jocandi eſt illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum: aliud autem attendendum eſt, ne totaliter gravitas animæ reſolvatur: unde Ambroſ. dicit in 1. de Offic. cap. 20. Caveamus ne dum relaxare animum volumus, ſolvamus omnem harmoniam, quaſi concentum quemdam bonorum operum: & Tullius dicit in 1. de Offic. quod ſicut pueris non omnem ludendi licentiam damus, ſed eam quæ ab honeſtis actionibus non ſit aliena; ſic in ipſo joco aliquod probi ingenii lumen eluceat. Tertio autem attendendum eſt, ſicut & in omnibus aliis humanis actionibus, ut congruat perſonæ, & tempori, & loco, & ſecundum alias circumſtantias debite ordinetur; ut ſcilicet ſit & tempore & homine dignus, ut Tullius dicit ibidem. Hujuſmodi autem ſecundum regulam rationis ordinantur: habitus autem ſecundum rationem operans eſt virtus moralis: & ideo circa ludos poteſt eſſe aliqua virtus, quam Philoſophus Eutrapeliam nominat.... & in quantum per hanc virtutem homo refrenatur ab immoderantia ludorum, ſub modeſtia continetur.

(BB) *De his vitiis ſæpius in hoc opere agitur; quod autem temperantiæ ſint oppoſita, res per ſe clamat, & probatione non indiget. De his lege* S. Thom. 2. 2. *a q.* 146. *ad* 171.

(CC) S. Thom. 2. 2. *q.* 128. *art.* 1. *in corp.* Duplex eſt fortitudinis actus, ſcilicet aggredi & ſuſtinere: ad actum autem aggrediendi duo requiruntur, quorum primum pertinet ad animi præparationem...& quantum

Digitized by Google

modum rationis, & divinæ Legis regulam?

R. Quando non ex cupiditate ſed ex caritate oritur. Verbi gratia, laudabile eſt ædificare templa, xenodochia, collegia, aliaque id genus, quæ ad religionis vel reipublicæ decus & ornamentum conferunt. Laudabile eſt in proprios uſus expendere quidquid pertinet ad decorum conditionis, ſtatus, dignitatis & officiorum. Hæc magnifice fieri nihil vetat, 1. Si non ex vanitate, curioſitate, vel ex alio pravo mentis affectu fiant: 2. Si ſervetur ordo juſtitiæ, ita ut reddatur unicuique quod ſuum eſt, nec in illos uſus impendatur quod debetur, verbi gratia, creditoribus, familiaribus, mercenariis, &c. 3. Si ſervetur ordo caritatis; nec in illos uſus expendatur quod habita ratione neceſſitatum, debetur pauperibus. 4. Si ſervetur modus in ejuſmodi expenſis; ne quid nimis fiat habita ratione ſtatus, conditionis, dignitatis, officiorum, ceterarumque rerum ejuſmodi, quæ prudenter in his perpendenda ſunt.

I. Quænam ſunt vitia oppoſita fortitudini?

R. Præſumptio; (DD) temeritas, ambitio; DD
(EE) vana gloria, (FF) puſillanimitas, ſeu EE FF
vecordia, (GG) mollities, (HH) obſtinatio, GG HH
(II) impatientia, prodigalitas, (KK) avaritia, II KK
nimia tenacitas qua fit ut quis non ſervet in expenſis modum quem & ratio & religio præſcribunt unicuique pro ſua dignitate & conditione & fortuna. (LL) LL

I. Quænam virtutes juſtitiæ partes ſunt vel ipſi annexæ?

R. Re-

tum ad hoc ponit Tullius fiduciam (*ſeu magnanimitatem:*) unde dicit quod *fiducia eſt, per quam magnis & honeſtis in rebus, multum ipſe animus in ſe fiduciæ, certa cum ſpe collocavit:* ſecundum autem pertinet ad operis executionem, ne ſcilicet aliquis deficiat in executione illorum quæ fiducialiter inchoavit: & quantum ad hoc ponit Tullius magnificentiam: unde dicit quod magnificentia eſt rerum magnarum & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione, cogitatio, atque adminiſtratio (id eſt executio,) ut ſcilicet amplo propoſito adminiſtratio non deſit.... Ad alium autem actum fortitudinis, qui eſt ſuſtinere, duo requiruntur: quorum primum eſt, ne difficultate imminentium malorum animus frangatur per triſtitiam, & decidat a ſua magnitudine: & quantum ad hoc ponit patientiam (Ariſt. in 4. Ethic.) unde dixit quod *patientia eſt honeſtatis aut utilitatis cauſa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio:* aliud autem ad hoc quod non deſiſtat;] ſecundum illud ad Hebr. 12. Non fatigemini, animis veſtris deficientes: & quantum ad hoc ponit perſeverantiam: unde dicit quod perſeverantia eſt in ratione bene conſiderata, ſtabilis & perpetua permanſio.

(DD) S. THOMAS 2. 2. *q.* 130. *art.*2. *in corp.* Magnanimitas conſiſtit in medio; non quidem ſecundum quantitatem ejus in quod tendit, quia tendit in maximum, ſed.. ſecundum proportionem ad propriam facultatem; non enim ad majora tendit quam ſibi conveniant. Præſumptuoſus autem quantum ad id in quod tendit, non excedit magnanimum, ſed multum quandoque ab eo deficit: excedit autem ſecundum proportionem ſuæ facultatis, quam magnanimus non tranſcendit: & hoc modo præſumptio opponitur magnanimitati per exceſſum.

(EE) S. THOM. 2. 2. *q.* 131. *art.* 3. *in concil.* Ambitio peccatum eſt quo quis inordinate honorem deſiderat, vel quem non meretur, vel quem non in Deum, ſed ad ſui ipſius tantum utilitatem refert. Honor importat quamdam reverentiam alicui exhibitam in teſtimonium excellentiæ ejus. Circa excellentiam autem hominis duo ſunt attendenda: Primo quidem quod illud ſecundum quod homo excellit, non habet homo a ſeipſo, ſed eſt quaſi quiddam divinum in eo. Et ideo ex hoc non debetur ei principaliter honor ſed Deo: Secundo conſiderandum eſt quod illud in quo homo excellit, datur homini a Deo, ut ex eo aliis proſit: unde in tantum debet homini placere teſtimonium ſuæ excellentiæ quod ab aliis exhibetur, in quantum ex hoc paratur ſibi via ad hoc quod aliis proſit: Tripliciter autem appetitum honoris contingit eſſe inordinatum: uno modo per hoc quod aliquis appetit teſtimonium de excellentia quam non habet: quod eſt appetere honorem ſupra ſuam proportionem: alio modo, per hoc quod honorem ſibi cupit, non referendo in Deum: Tertium per hoc quod appetitus ejus in ipſo honore quieſcit, non referens honorem ad utilitatem aliorum. Ambitio autem importat inordinatum appetitum honoris. Unde manifeſtum eſt quod ambitio ſemper eſt peccatum.

(FF) S. THOM. 2. 2. *q.* 132. *art.* 2. Sed contra eſt quod Tullius dicit in primo de Officiis: *Cavenda eſt gloriæ cupiditas. Eripit enim animi libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet eſſe contentio.* Ergo opponitur magnanimitati.

In corp. Gloria eſt quidam affectus honoris & laudis. Ex hoc enim quod aliquis laudatur, vel quæcumque reverentia ei exhibetur, redditur clarus in notitia aliorum. Et quia magnanimitas eſt honorum (*Sup.* appetens,) conſequens eſt etiam ut ſit circa gloriam; ut ſcilicet ſicut aliquis moderate utitur honore, ita etiam moderate utatur gloria. Et ideo inordinatus appetitus gloriæ directe magnanimitati opponitur.

(GG) S. THOM. 2. 2. *q.* 133. *art.* 1. *in corp.* Omne illud quod eſt contrarium naturali inclinationi eſt peccatum; quia contrariatur legi naturæ. Ineſt autem unicuique rei naturalis inclinatio ad exequendam actionem commenſuratam ſuæ potentiæ, ut patet in omnibus rebus naturalibus tam animatis quam inanimatis. Sicut autem per præſumptionem aliquis excedit proportionem ſuæ potentiæ, dum nititur ad majora quam poſſit; ita etiam puſillanimus deficit a proportione ſuæ potentiæ, dum recuſat in id tendere quod eſt ſuæ potentiæ commenſuratum. Et ideo ſicut præſumptio eſt peccatum, ita & puſillanimitas.

(HH) S. THOM. 2. 2. *q.* 138. *art.* 2. *in corp.* Laus perſeverantiæ in hoc conſiſtit quod aliquis non recedit a bono propter diuturnam tolerantiam difficilium & laborioſorum: cui directe videtur opponi quod aliquis de facili recedit a bono propter aliqua difficilia, quæ ſuſtinere non poteſt: & hoc pertinet ad rationem mollitiei.

(II) S. THOM. *ubi ſupra art.* 2. *in corp.* Iſidor. dicit in lib. Etym. vel Originum lib. 10. cap. 11. *Pertinax dicitur aliquis qui eſt imprudenter tenax*... Quia ſcilicet perſeverat in propria ſententia pluſquam oportet: *Mollis* autem minus quam oportet. *Perſeverans* autem ſecundum quod oportet: unde patet quod *perſeverantia* laudatur ſicut in medio exiſtens: pertinax autem vituperatur ſecundum exceſſum medii: *mollis* autem ſecundum defectum.

(KK) S. THOM. 2. 2. *qu.* 135. *art.* 2. *in corp.* Vitio parvificentiæ, qua aliquis deficit a debita proportione expenſarum ad opus, intendens minus expendere quam dignitas operis requirat, opponitur vitium quo aliquis dictam proportionem excedit: ut ſcilicet plus expendat quam ſit operi proportionatum.

(LL) S. THOM. 2. 2. *q.* 135. *art.* 1. Ex hoc dicitur aliquis parvificus, quod intendit ad aliquid parvum faciendum: parvum autem & magnum ſecundum Philoſophum in Prædicamentis, relative dicuntur. Unde cum dicitur quod parvificus intendit aliquid parvum facere, intelligendum eſt in comparatione ad genus operis quod facit: in quo quidem parvum & magnum poteſt attendi dupliciter: uno modo ex parte operis fiendi; alio modo, ex parte ſumtus. Magnificus ergo principaliter intendit magnitudinem operis, ſecundario autem intendit magnitudinem ſumptus, quam non vitiat ut faciat magnum opus. Unde & Philoſ. dicit in 4. Eth. quod *magnificus ab æquali ſumptu faciet opus magis magnificum.* Parvificus autem e converſo principaliter quidem intendit parvitatem ſumptus: unde & Philoſophus dicit in 4. Ethicor. quod *intendit qualiter minimum conſumat*: Ex conſequenti autem intendit parvitatem operis: quam ſcilicet non recuſat, dummodo parvum ſumptum faciat. Unde Philoſophus dicit ibidem quod *parvificus maxima conſumens, in parvo* (ſcilicet quod non vult expendere) *bonum perdit*, ſcilicet magnifici operis. Si ergo patet quod parvificus deficiat a proportione quæ debet eſſe ſecun-

dum

MM NN OO PP QQ *R.* Religio; (MM) pietas; (NN) obſervantia; (OO) obedientia; (PP) veritatis amor; (QQ) grati & memoris animi ſignificatio, (RR) vindicatio ſeu juſta ſcelerum pœna, quod pertinet ad Judices & ceteros qui præſunt; (SS) liberalitas, (TT) affabilitas. (VV) RR SS TT VV

I. Quæ-

dum rationem inter ſumptus & opes: defectus autem ab eo quod eſt ſecundum rationem, cauſat rationem vitii: unde manifeſtum eſt quod parvificentia vitium eſt.

(MM) S. THOM. 2. 2. *q.* 81. *art.* 4. *in corp.* Cum virtus ordinetur ad bonum; ubi eſt ſpecialis ratio boni, ibi oportet eſſe ſpecialem virtutem. Bonum autem ad quod ordinatur religio, eſt exhibere Deo debitum honorem. Honor autem debetur alicui ratione excellentiæ. Deo autem competit ſingularis excellentia, in quantum omnia in infinitum tranſcendit ſecundum omnimodum exceſſum: unde ei debetur ſpecialis honor: ſicut in rebus humanis videmus quod diverſis excellentiis perſonarum diverſus honor debetur, alius quidem patri, alius Regi, & ſic de aliis.

Art. 7. *in corp.* Deo reverentiam & honorem exhibemus; non propter ſeipſum: quia ex ſeipſo eſt gloria plenus, cui nihil a creatura adjici poteſt, ſed propter nos, quia videlicet per hoc quod Deum reveremur & honoramus, mens noſtra ei ſubjicitur; & in hoc ejus perfectio conſiſtit. Quælibet enim res perficitur per hoc quod ſubditur ſuo ſuperiori .... Mens autem humana indiget ad hoc quod conjungatur Deo, ſenſibilium manuductione; quia *inviſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur*, ut Apoſtol. dicit ad Rom. 1. Et ideo, in divino cultu neceſſe eſt aliquibus corporalibus uti, ut eis quaſi ſignis quibuſdam mens hominis excitetur ad ſpirituales actus quibus Deo conjungitur. Et ideo religio habet quidem interiores actus quaſi principales & per ſe ad religionem pertinentes; exteriores vero actus, quaſi ſecundarios, & ad interiores actus ordinatos.

(NN) S. THOM. 2. 2. *q.* 101. *art.* 1. *in corp.* Homo efficitur diverſimode aliis debitor, ſecundum eorum diverſam excellentiam, & diverſa beneficia ab eis ſuſcepta. In utroque autem Deus ſummum obtinet locum; qui & excellentiſſimus eſt, & eſt nobis eſſendi & gubernationis primum principium: ſecundaria vero noſtri eſſe & gubernationis principia ſunt parentes & patria, a quibus & in qua nati & nutriti ſumus. Et ideo, poſt Deum eſt homo maxime debitor parentibus & patriæ: unde ſicut ad religionem pertinet cultum Deo exhibere, ita ſecundario gradu ad pietatem pertinet exhibere cultum parentibus & patriæ.

Art. 2. Ad ſecundum dicendum quod Deus longe excellentiori modo eſt principium eſſendi & gubernationis, quam pater vel patria. Et ideo alia virtus eſt religio quæ cultum Deo exhibet, a pietate, quæ exhibet cultum parentibus & patriæ. Sed ea quæ ſunt creaturarum, per quamdam ſuperexcellentiam & cauſalitatem transferuntur in Deum, ut Dionyſ. dicit in lib. de Divin. nomin. Unde per excellentiam pietas cultus Dei nominatur; ſicut & Deus excellenter dicitur Pater noſter.

(OO) S. THOM. 2. 2. *q.* 102. *art.* 1. *in conc.* Obſervantia eſt quædam ſpecialis virtus ſub pietate quodammodo contenta, per quam perſonis in dignitate conſtitutis cultum & honorem exhibemus.

In corp. Sicut autem carnalis pater particulariter participat rationem principii, quæ univerſaliter invenitur in Deo; ita etiam perſona quæ quantum ad aliquid providentiam circa nos gerit, particulariter participat proprietatem patris: quia pater eſt principium & generationis & educationis, & diſciplinæ, & omnium quæ ad perfectionem humanæ vitæ pertinent. Perſona autem in dignitate conſtituta eſt ſicut principium gubernationis reſpectu aliquarum rerum; ſicut Princeps civitatis in rebus civilibus; dux autem exercitus in rebus bellicis; magiſter autem in diſciplinis; & ſimile eſt in aliis: & inde eſt quod omnes tales perſonæ patres appellantur, propter ſimilitudinem curæ: ſicut 4. Reg. 5. ſervi Naaman dixerunt ad eum: *Pater, etſi rem grandem dixiſſet ſibi Propheta*, &c. Et ideo ſicut ſub religione per quam cultus tribuitur Deo, quodammodo invenitur pietas per quam coluntur parentes; ita ſub pietate invenitur obſervantia per quam cultus & honor exhibetur perſonis in dignitate conſtitutis.

(PP) S. THOM. 2. 2. *q.* 104. *art.* 2. *in corp.* Obedire ſuperiori debitum eſt ſecundum divinum ordinem rebus inditum... Habet autem hic actus ſpecialem rationem laudis ex ſpeciali objecto: cum enim inferiores ſuis ſuperioribus multa debeant exhibere, inter cetera hoc eſt unum ſpeciale, quod tenentur eorum præceptis obedire: unde obedientia eſt ſpecialis virtus; & ejus ſpeciale objectum eſt præceptum, tacitum vel expreſſum: voluntas enim ſuperioris quocumque modo innoteſcat, eſt quoddam tacitum præceptum: & tanto videtur obedientia promptior, quanto expreſſum præceptum obediendo prævenit, voluntate ſuperioris intellecta. *Lege hanc Quæſt. integram.*

(QQ) S. THOM. 2. 2. *q.* 105. *art.* 3. *in corp.* Virtus autem veritatis convenit quidem cum juſtitia in duobus: uno quidem modo, in hoc quod eſt ad alterum: manifeſtatio enim quam diximus eſſe actum veritatis, eſt ad alterum; in quantum ſcilicet ea quæ circa ipſum ſunt, unus homo alteri manifeſtat. Alio modo, in quantum juſtitia æqualitatem quamdam in rebus conſtituit. Et hoc etiam facit virtus veritatis: adæquat enim ſigna rebus exiſtentibus circa ipſum. Deficit autem a propria ratione juſtitiæ quantum ad rationem debiti; non enim hæc virtus attendit debitum legale, quod attendit juſtitia, ſed potius debitum morale; in quantum ſcilicet ex honeſtate unus homo alteri debet veritatis manifeſtationem: unde veritas eſt pars juſtitiæ, in quantum annectitur ei ſicut virtus ſecundaria principali.

(RR) S. THOM. 2. 2. *q.* 100. *art.* 1. *in corp.* Secundum diverſas cauſas ex quibus aliquid debetur, neceſſe eſt diverſificari debiti reddendi rationem: ita tamen quod ſemper in majori illud quod minus eſt contineatur: in Deo autem primo & principaliter invenitur cauſa debiti, in eo quod ipſe eſt primum principium omnium bonorum noſtrorum: ſecundario autem, in patre; quia eſt proximum noſtræ generationis & diſciplinæ principium: tertio autem in perſona quæ dignitate præcellit, ex qua communia beneficia procedunt: quarto autem in aliquo benefactore, in quo aliqua particularia & privata beneficia percepimus, pro quibus particulariter ei obligamur.

(SS) S. THOM. 2. 2. *q.* 108. *art.* 2. *in corp.* Eſt autem quædam ſpecialis inclinatio naturæ ad removendum nocumenta: unde & animalibus datur vis iraſcibilis ſeparatim a vi concupiſcibili. Repellit autem homo nocumenta per hoc quod ſe defendit contra injurias, ne ei inferantur; vel jam illatas injurias ulciſcitur, non intentione nocendi, ſed intentione removendi nocumenta. Hoc autem pertinet ad vindicationem: dicit enim Tullius in ſua Rhetorica quod *vindicatio eſt per quam vis aut injuria & omnino quicquid obſcurum eſt* (id eſt, *ignominioſum*) *defendendo aut ulciſcendo propulſatur*: unde vindicatio eſt ſpecialis virtus. Ad primum ergo, dicendum quod ſicut recompenſatio debiti legalis pertinet ad juſtitiam commutativam, recompenſatio autem debiti moralis quod naſcitur ex particulari beneficio exhibito, pertinet ad virtutem gratiæ; ita etiam punitio peccatorum ſecundum quod pertinet ad publicam juſtitiam, eſt actus juſtitiæ commutativæ: ſecundum autem quod ad immunitatem alicujus perſonæ ſingularis, a qua injuria propulſatur, pertinet ad virtutem vindicationis.

Ad tertium, dicendum quod vindicationi opponuntur duo vitia: unum quidem per exceſſum; ſcilicet peccatum crudelitatis vel ſævitiæ, quæ excedit menſuram in puniendo: aliud autem eſt vitium quod conſiſtit in defectu; ſicut cum aliquis eſt nimis remiſſus in puniendo. Unde dicitur Prov. 13. *Qui parcit virgæ odit filium ſuum*. Virtus autem vindicationis conſiſtit in hoc ut homo ſecundum omnes circumſtantias debitam menſuram in vindicando conſervet.

(TT) S. THOM. 2. 2. *q.* 117. *art.* 5. Sed contra eſt quod Ambroſ. dicit in 1. de Officiis (cap. 28.) juſtitia ad ſocietatem generis humani refertur: ſocietatis enim ratio dividitur in duas partes: juſtitiam ſcilicet, & beneficentiam, quam eamdem liberalitatem & benignitatem vocant: ergo liberalitas ad juſtitiam pertinet.

In corp. Reſpondeo dicendum quod liberalitas non eſt ſpecies juſtitiæ, quia juſtitia exhibet alteri quod eſt ejus, ſed liberalitas exhibet id quod ſuum eſt: Habet tamen quamdam convenientiam cum juſtitia, in duobus: Primo quidem, quia principaliter eſt ad alterum, ſicut & juſtitia: Secundo quia eſt circa res exteriores, ſicut & juſtitia.

(VV) S. THOM. 2. 2. *q.* 114. *art.* 1. *in corp.* Oportet hominem convenienter ad alios homines ordinari in communi converſatione, tam in factis quam in dictis; ut ſcilicet ad unumquemque ſe habeat ſecundum quod decet: & ideo oportet eſſe quamdam ſpecialem virtutem, quæ hanc convenientiam ordinis obſervet: & hæc vocatur amicitia, ſive affabilitas.

S. AUG.

Digitized by Google

Pars II. Sect. II. Cap. V. §. I.

I. Quænam ſunt vitia Juſtitiæ oppoſita?

R. Vitium nullum eſt quod juſtitiæ aliquatenus non opponatur. Eſt enim vitium privatio rectitudinis debitæ: ſeu violatio ordinis ſupremi quo ſuum cuique tribui debet.
XX (XX) Nec peccamus niſi quando tranſgredimur quod vel Deo, vel nobis ipſis, vel proximo debemus, ut ſupra dictum eſt. (De vitiis illis omnibus & peccatis jam magna ex parte egimus. Reliqua proſequemur in ſequentibus quæ ſunt de præceptis Dei & Eccleſiæ.)

SE-

(XX) S. Aug. *Epiſt. 167. alias 29. ſeu lib. de Sentent. Jacobi ad Hieronym. cap. 2. n. 5.* Certe hinc perſuadent (*Stoici*,) qui unam virtutem habuerit habere omnes, & omnes deeſſe cui una defuerit, quod prudentia, nec ignava, nec injuſta, nec intemperans poteſt eſſe: nam ſi aliquid horum fuerit, prudentia non erit. Porro ſi prudentia tunc erit, ſi & fortis & juſta, & temperans ſit, profecto ubi fuerit, ſecum habet ceteras. Sic & fortitudo imprudens eſſe non poteſt, vel intemperans, vel injuſta. Sic temperantia neceſſe eſt, ut prudens, fortis, & juſta ſit. Sic juſtitia non eſt, niſi ſit prudens, fortis, & temperans. Ita ubi vera eſt aliqua earum, & aliæ ſimiliter ſunt: ubi autem aliæ deſunt, vera illa non eſt, etiamſi aliquo modo ſimilis eſſe videatur.

N. 6. Sunt enim, ut ſcis, quædam vitia virtutibus aperta diſcretione contraria, ut imprudentia prudentiæ: ſunt autem quædam tantum quia vitia ſunt, ideo contraria, quadam tamen ſpecie fallaci ſimilia, ut eidem prudentiæ, non imprudentia, ſed aſtutia. Nunc enim eam dico aſtutiam, quæ uſitatius in malitioſis intelligi & vocari ſolet, non ſicut noſtra loqui Scriptura conſuevit, quæ ſæpe aſtutiam in bono ponit: und, *Eſtote aſtuti ut ſerpentes*: & illud, *Ut & innocentibus det aſtutiam*. Quamquam & apud illos Romanæ linguæ diſertiſſimus dixerit, *neque illi tamen ad cavendum dolus, aut aſtutia deerant*, aſtutiam ponens in bono: ſed apud illos rariſſimum, apud noſtros frequentiſſimum eſt. Itemque in partibus temperantiæ, apertiſſime contraria eſt effuſio parcimoniæ, ea vero quæ tenacitas dici vulgo ſolet, vitium quidem eſt tamen parcimoniæ ſimile, non natura, ſed fallaciſſima ſpecie. Item diſſimilitudine manifeſta contraria eſt injuſtitia juſtitiæ. Solet autem quaſi imitari juſtitiam vindicandi ſe libido; ſed vitium eſt. Ignavia fortitudini perſpicue contraria eſt: duritia vero diſtat natura, fallit ſimilitudine. Conſtantia, pars quædam virtutis eſt: ab hac inconſtantia longe abhorret, & indubie contraſiſtit: Pertinacia vero conſtantia dici affectat & non eſt: quia illa eſt virtus, hæc vitium.

Lib. Q. Q. 83. quæſt. 31. num. 1. Virtus eſt animi habitus naturæ modo, atque rationi conſentaneus. Habet igitur partes quatuor, Prudentiam, Juſtitiam, Fortitudinem, Temperantiam. Prudentia eſt rerum bonarum & malarum neutrarumque ſcientia. Partes ejus, memoria, intelligentia, providentia. Memoria illa eſt per quam animus repetit illa quæ fuerunt. Intelligentia, per quam ea perſpicit quæ ſunt. Providentia, per quam futurum aliquid videtur antequam factum eſt. Juſtitia eſt habitus animi, communi utilitate conſervata, ſuam cuique tribuens dignitatem. Ejus initium eſt ab natura profectum: deinde quædam in conſuetudinem ex utilitatis ratione venerunt: Poſtea res & ab natura profectas, & ab conſuetudine probatas legum metus & religio ſanxit. Natura jus eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit, ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſervantiam, veritatem. Religio eſt quæ ſuperioris cujuſdam naturæ, quam divinam vocant, curam cerimoniamque adfert. Pietas, per quam ſanguine conjunctis patriæque benevolens officium, & diligens tribuitur cultus. Gratia, in qua amicitiarum & officiorum, alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur. Vindicatio, per quam vis aut injuria & omnino omne quod obfuturum eſt, defendendo aut ulciſcendo propulſatur. Obſervantia, per quam homines aliqua dignitate antecellentes, cultu quodam & honore dignamur. Veritas, per quam immutata ea quæ ſunt, aut fuerunt, aut futura ſunt dicuntur. Conſuetudine autem jus eſt, quod aut leviter a natura tractum aluit, & majus fecit uſus, ut religionem... aut quod in morem vetuſtas vulgi approbatione perduxit. Quod genus pactum eſt, par, lex, judicatum. Pactum eſt quod inter aliquos convenit. Par, quod in omnes eſt æquale. Judicatum, de quo alicujus, aut aliquorum jam ſententiis conſtitutum eſt. Lege jus eſt, quod in eo ſcripto, quod populo expoſitum eſt ut obſervet, continetur. Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſusceptio, & laborum perpeſſio. Ejus partes, Magnificentia, Fidentia, Patientia, Perſeverantia. Magnificentia eſt rerum magnarum & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione agitatio, atque adminiſtratio. Fidentia eſt per quam magnis & honeſtis in rebus multum ipſe animus in ſe fiduciæ certa cum ſpe collocavit. Patientia eſt honeſtatis aut utilitatis cauſa rerum arduarum, ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio. Perſeverantia eſt in ratione bene conſiderata ſtabilis & perpetua permanſio. Temperantia eſt rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Ejus partes, continentia, clementia, modeſtia. Continentia eſt per quam cupiditas conſilii gubernatione regitur. Clementia, per quam animi temere in odium alicujus illecti concitatique comitate retinentur. Modeſtia, per quam pudor honeſtus claram & ſtabilem comparat auctoritatem.

N. 2. Atque hæc omnia propter ſe ſolum, ut nihil adjungatur emolumenti, petenda ſunt .... Propter ſe autem vitanda ſunt, non ea modo quæ iis contraria ſunt, ut fortitudini ignavia, & juſtitiæ injuſtitia; verum etiam illa quæ propinqua videntur & finitima eſſe: abſunt autem longiſſime. Quod genus fidentiæ contrarium eſt diffidentia, & ea re vitium eſt: audacia, non contrarium, ſed appoſitum, ac propinquum, & tamen vitium eſt. Sic unicuique virtuti finitimum vitium reperietur, aut certo jam nomine appellatum, ut audacia quæ fidentiæ, pertinacia quæ perſeverantiæ finitima eſt, ſuperſtitio quæ Religioni propinqua eſt; aut ſine ullo certo nomine: quæ omnia item uti contraria rerum bonarum in rebus vitandis reponemus.

N. 3. Sunt igitur multa quæ nos, cum dignitate, tum fructu quoque ſuo ducunt: quo in genere eſt gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude. Dignitas, alicujus honeſta, & cultu & honore & verecundia digna auctoritas. Amplitudo eſt potentia, aut majeſtas, aut aliquarum copiarum magna abundantia. Amicitia, voluntas erga aliquem rerum bonarum, illius ipſius cauſa quem diligit, cum ejus pari voluntate.

S. Bernard. *Serm. 3. in adventu Domini num.* 4. Juſtitia virtus, quod ſuum eſt unicuique tribuens. Tribue ergo tribus, quæ ſua ſunt. Redde ſuperiori, redde inferiori, redde æquali cuique quod debes... Redde, inquam, reverentiam Prælato, & obedientiam, quarum altera cordis, altera corporis eſt. Nec enim ſufficit exterius obtemperare majoribus noſtris, niſi ex intimo cordis affectu ſublimiter ſentiamus de eis. Quod & ſi tam manifeſte innotuerit indigna prælati alicujus vita, ut nihil omnino diſſimulationis, nihil excuſationis admittat: propter eum tamen a quo eſt omnis poteſtas, ipſum quem modo talem novimus, excelſum reputare debemus, non præſentibus perſonæ meritis, ſed ordinationi divinæ & dignitati ipſius officii deferentes.

N. 5. Sic & fratribus noſtris, inter quos vivimus, ipſo jure fraternitatis & ſocietatis humanæ conſilii ſumus & auxilii debitores. Hæc enim volumus, ut & ipſi nobis impendant conſilium, quo erudiatur ignorantia noſtra; auxilium, quo juvetur infirmitas noſtra. Non deerit certe quod facias, tantummodo caritas fraterna non deſit. Nullum ego conſilium melius arbitror, quam ſi exemplo tuo fratrem docere ſtudeas, quæ oporteat, quæ non oporteat fieri; provocans eum ad meliora, & conſulens ei, non verbo, neque lingua, ſed opere & veritate. An vero utilius aut efficacius auxilium aliquod eſt, quam ut ores devote pro eo, ut non diſſimules redarguere culpas ejus: ut non modo nullum ei offendiculum ponas, ſed & ſollicitus ſis, quantum prævales tanquam Angelus pacis de regno Dei ſcandala tollere, & occaſiones ſcandalorum penitus dimovere? Si talem te fratri auxiliarium & conſiliarium exhibes, reddis ei quod debes, nec habes unde cauſetur.

N. 6. *Vide infra ſect. 3. c. 5. §. 2. hujuſce partis.*

Incognitus Auctor *Tractat. de Ordine vitæ, tom. 2.*

Op-

Operum S. Bernard. part. 3. cap. 7. num. 22. Unde jam non immerito prudentiam, fortitudinem, juſtitiam & temperantiam in tertio conſtituimus gradu: quia per eas maxima inſtruuntur mores, & bene vivendi magiſterium docetur. Sed ex his prudentia agnitiona veri delectat.... Juſtitia dilectionem Dei & proximi ſervat. Fortitudo metum mortis contemnit. Temperantia affectionem carnis temperat. Prima etenim intelligit. Secunda bene vivit. Tertia appetitum cohibet. Quarta modum imponit. Tres illæ ſuperiores quod honeſtum eſt operantur: hæc autem quarta decorum agit illud, quod ex radice honeſtatis proficiſcitur. Siquidem Prudentia eſt agnitio veræ fidei, & ſcientia Scripturarum.... Juſtitia vero eſt Deum timere; religionem venerari, honorem ferre parentibus, patriam diligere, cunctis prodeſſe, nocere nulli, fraternæ caritatis vinculum tenare, pericula aliena ſuſcipere, opem ferre miſeris, bonis viciſſitudinem rependere, æquitatem in judiciis conſervare. Fortitudo autem eſt animi magnitudo, contemptus honorum vel divitiarum. Hæc adverſis autem patienter cedit, aut reſiſtit fortiter. Nullis illecebris edomatur, malis & adverſis non frangitur, non elevatur ſecundis, invicta ad labores, fortis ad pericula, pecuniam negligit, avaritiam fugit, contra univerſa pericula animum præparat, moleſtiis nullis cedit, gloriæ cavet appetitum. Sed inter has Temperantia ſemper amplectenda eſt. Eſt enim modus vitæ in omni verbo vel opere. Hæc autem ſobrietatis & verecundiæ comes eſt, quæ alio nomine vocatur modeſtia. Humilitatis regulam cuſtodit, tranquillitatem animi ſervat, continentiam & caſtitatem diligit, fovet decus & honeſtatem, reſtringit ratione appetitum, iram contemnit, nec rependit contumeliam. Pars II. Sect II. Cap. V. §. 2.

N. 23. His tu plagis cæli includere homo Dei. His tu armis bellator Chriſti accingere, protegere, & ornare. Iſte currus igneus te fortem militem geſtabit, conſummato curſum ad cæli palatium at adſiſtas Regi tuo, cui certaſti bonum certamen, fidem ſarvaſti. Bene rege hanc quadrigam virtutum, & ſede in ea firmus, ut iſto vehiculo vehi altius, & introduci valeas ad tricameratam domum in ſummo montis vertice collocatam. Hanc enim dico firmam fidem, ſpem inconcuſſam, perfectam caritatem, quæ omnem ſervilem foras mittit timorem, ubi via mandatorum Dei dilatato corde curritur.

Qui plura volet, legat 2. 2. *q.* S. Thom. *integros articulos ex quibus pauca hæc ſupra exſcripſimus.*

SECTIO TERTIA.

De Præceptis Dei.

CAPUT PRIMUM.

De Præceptis Decalogi in genere.

Interr. QUODNAM eſt ſignum, qui caracter, quæ nota & teſſera caritatis?

Reſp. Sancta obſervatio mandatorum Dei. Qui enim Deum diligit, is Deo obſequitur. Nec Deum diligere cenſetur is qui voluntati Dei repugnat. (A) A

I. Quot ſunt Præcepta Dei?

R. Decem. Hæcque uno verbo dicuntur Decalogus, id eſt, verba decem.

I. Quis ſanxit Decalogum?

R. Deus ipſe per miniſterium Moyſis illum, ut jam diximus, tradidit Judæis ſcriptum in tabulis duabus lapideis. Hanc legem & Chriſtus confirmavit & promulgavit iterum. (B) *Par.1.ſect.1 c.4 §. 10.* B

I. Cujus neceſſitatis eſt obſervatio Decalogi?

R. Tantæ neceſſitatis ut qui vel unum ex his præceptis decem, lethaliter peccando, transgreſſus fuerit, ſtatim is æterni ſupplicii reatu teneatur, niſi reſipiſcat & pœnitentiam agat. *Si vis ad vitam ingredi ſerva mandata*. inquit Chriſtus.

I. Numquid & ante Moyſen homines decem mandatorum legem tenebantur?

R. Hac lege fuerunt & ſemper erunt homines obſtricti. Siquidem nihil aliud ſunt præcepta Decalogi, quam legis naturæ præcepta, quæ quidem nullam pati poſſunt exceptionem aut diſpenſationem. (C) Numquam licuit aut licebit contra rectæ rationis normam agere. Ideoque decem illa præcepta ſcripta erant ipſo Dei digito in cordibus hominum jam ab initio creationis. C

I. Cur ergo ſcripſit ea Deus iterum Judæis per Moyſen? Id videtur fuiſſe ſuperfluum.

R. Illa ex cordibus & mentibus hominum peccatum pene deleverat. Ideo ſcripſit ea Deus Judæis

(A) JOHANN. XIV. *verſ.* 23.... Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit; & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus... 24. Qui non diligit me, ſermones meos non ſervat.

(B) EXOD. XXXIV. 1. Præcide, ait, (Deus Moyſi) tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum, & ſcribam ſuper eas verba, quæ habuerunt tabulæ quas fregiſti. 2. Eſto paratus mane, ut aſcendas ſtatim in montem Sinai, ſtabisque mecum ſuper verticem montis..... 4. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant: & de nocte conſurgens aſcendit in montem Sinai, ſicut præceperat ei Dominus, portans ſecum tabulas.... 27. .... Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Iſrael pepigi fœdus. 28. Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & ſcripſit in tabulis verba fœderis decem.

MATTH. XIX. *verſic.* 16..... Magiſter bone, quid boni faciam ut habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Unus eſt bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. 18. Dicit illi: Quæ? Jeſus autem dixit: Non homicidium facies: Non adulterabis: Non facies furtum: Non falſum teſtimonium dices: 19. Honora Patrem tuum, & matrem tuam: & diliges proximum tuum ſicut teipſum.

(C) MATTH. XIX. 17.... Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.

Vide S. AUG. *ſupra hujuſce partis c.* 1. §. 1. *in Pſal.* 57. *& Epiſt.* 157. *ad Hilar. lit.* (E)

Lib. 22. *contra Fauſtum c.* 27. *&* 28. *Vide ſupra* §. 1. *c.* 1. *Sect.* 1. *hujuſce partis lit.* (A)

Cap. 30. Æterna ergo lege conſulta, quæ ordinem na-

Digitized by Google

Judæis in tabulis lapideis, donec Chriſtus ea per Spiritum ſcriberet denuo in cordibus noſtris, ut ait Apoſtolus, juxta prophetiam Jeremiæ. (D)

D *I.* Quid promittit Deus iis qui mandata ſua cuſtodierint?

Par. 1. ſect. 2. c. 3. §. 20. R. Vitam æternam, (E) de qua ſuperius diximus.

E *I.* Quænam ſunt Præcepta Decalogi?

Accipe illa qualia ſcripta leguntur capite vigeſimo Exodi, & capite quinto Deuteronomii; & qualia Moyſes juſſu Dei promulgavit Iſraelitis.

1. „ Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi „ te de terra Ægypti, de domo ſervitutis. Non „ habebis deos alienos coram me. Non facies ti- „ bi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ „ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum, „ nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Non „ adorabis ea neque coles: ego ſum Dominus Deus „ tuus fortis zelotes.

2. „ Non aſſumes nomen Domini Dei tui in „ vanum. Nec enim habebit inſontem Domi- „ nus eum, qui aſſumpſerit nomen Dei ſui fru- „ ſtra.

3. „ Memento ut diem Sabbathi ſanctifices. Sex „ diebus operaberis & facies omnia opera tua. Se- „ ptimo autem die Sabbatum Domini Dei tui eſt: „ non facies omnes opus in eo, tu & filius tuus, „ & filia tua, ſervus tuus, & ancilla tua, ju- „ mentum tuum, & advena qui eſt intra portas „ tuas.

4. „ Honora patrem tuum & matrem tuam, ut „ ſis longævus ſuper terram, quam Dominus Deus „ tuus dabit tibi.

5. „ Non occides.

6. „ Non mœchaberis.

7. „ Non furtum facies.

8. „ Non loqueris contra proximum tuum fal- „ ſum teſtimonium.

9. „ Non concupiſces uxorem proximi tui.

10. „ Non domum, non agrum, non ſervum, „ non ancillam, non bovem, non aſinum, & uni- „ verſa quæ illius ſunt.

Hæc eadem præcepta juvandæ memoriæ cauſa his carminibus comprehenſa ſunt.

1. Unum cole Deum. 2. Nec jures vana per ipſum.
3. Sabbatha ſanctifices. 4. Habeas in honore parentes.
5. Non ſis occiſor, 6. Mœchus, 7. Fur, 8. Teſtis iniquus.
9. Alterius ſponſam, 10. Nec rem cupias alienam.

Ad amorem Dei, & proximi reducuntur hæc præcepta decem. Tria priora pertinent directe ad amorem Dei, ſeptem poſteriora ad amorem proximi. (F) F
Duobus his præceptis dilectionis Dei & proximi totam Legem & Prophetas contineri Chriſtus ait: (G) *Qui proximum diligit Legem implevit*, inquit Apo- G *Rom. 13. 8*

turalem conſervari jubet, perturbari vetat, videamus quid peccaverit Abraham ..... Lex æterna, id eſt, voluntas Dei creaturarum omnium conditoris conſervando naturali ordini conſulens, non ut ſatiandæ libidini ſerviatur, ſed ut ſaluti generis proſpiciatur, ad prolem tantummodo propagandam mortalis carnis delectationem dominatu rationis in concubitu relaxari ſinit .... Non igitur Abraham prolis habendæ inſana cupiditate flagrabat ... Proinde ille naturæ ordinem ſervans, nihil humano concubitu agebat, niſi ut homo naſceretur.

(D) 2. COR. III. 3. Manifeſtati quod epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata a nobis, & ſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.

HEB. VIII. 10. Quia hoc eſt teſtamentum quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: Dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. (*Ex Jerem.* XXXI. 33.)

(E) MATTH. XIX. 17. *Vide ſupra hocce §. lit.* (C)

(F) S. AUG. *Lib.* 15. *contra Fauſtum*, *cap.* 4. Plenitudo autem legis eſt caritas. Ibi enim ſunt duo illa præcepta dilectionis Dei & proximi, ſingulis tabulis explicata. Hoc ergo diptychum ille præmiſit, qui tibi hæc duo præcepta veniens commendavit, in quibus tota Lex pendet & Prophetæ... Quæ duo præcepta, ipſa ſunt decem: tria pertinent ad Deum, & ſeptem ad proximum.

Cap. 7. Hæc tria præcepta quomodo pertineant ad dilectionem Dei quando capies, quando ſapies, quando amabis?... Quo pacto ergo te nunc doceam hæc tria præcepta ad dilectionem Dei pertinere, ex quo & per quem & in quo ſunt omnia? Unde hoc intelligis, quando nec illa ſeptem, quæ ad dilectionem proximi pertinent qua humanæ vitæ ſocietas continetur, erroris tui deteſtanda perverſitate non atque obſervare permitteris?.... Illa tria quæ ad dilectionem Dei pertinent, omnino ignoras.... Hæc autem ſeptem, quibus ſocietas humana non læditur, ſi quando cuſtodis, ... aut timore frangeris, ne publicis legibus puniaris;.... aut ipſa naturali lege, quam injuſte alteri facias quod tibi ab altero fieri non vis, advertis.

Serm. 1. *in Pſal.* XXXII. *n.* 2.... Serviant membra veſtra dilectioni Dei, & proximi, in quibus tria, & ſeptem præcepta ſervantur.

(G) MATTH. XXII. 40. In his duobus mandatis univerſa lex pendet, & Prophetæ.

S. AUG. *Ad Epiſcopos Eutropium & Paulum*, *ſeu libro de Perfectione juſtitiæ hominis* *cap.* 5. *n.* 11. *Ratiocinat.* 11. Reſpondetur multa eſſe in Scripturis ſanctis divina præcepta, quæ omnia commemorare nimis operoſum eſt: ſed Dominus qui verbum conſummans, & brevians fecit ſuper terram, in duobus præceptis dixit legem, Prophetaſque pendere; ut intelligeremus, quidquid aliud divinitus præceptum eſt, in his duobus habere finem, & ad hæc duo eſſe referendum: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & diliges proximum tuum tamquam teipſum. In his, inquit, duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Quidquid ergo Dei lege prohibemur, & quidquid jubemur facere, ad hoc prohibemur, & jubemur, ut duo iſta compleamus, & forte generalis prohibitio eſt, Non concupiſces; & generalis juſſio eſt, Diliges. Unde breviter & Apoſtolus Paulus quo- *Rom. 12. 2.*
dam loco utrumque complexus eſt. Prohibitio enim eſt, Nolite conformari huic ſæculo: juſſio autem, Sed reformamini in novitate mentis veſtræ. Illud pertinet ad non concupiſcere, hoc ad diligere. Illud ad continentiam, hoc ad juſtitiam. Illud ad declinandum a malo, hoc ad faciendum bonum. Non concupiſcendo enim vetuſtate exſpoliamur, & novitate induimur diligendo. Sed nec quiſquam poteſt continens eſſe niſi Deus det:.. Ad hoc enim lex iſta præcipit, ut cum in his implendis homo defecerit, non ſe extollat ſuperbia tumidus, ſed ad gratiam confugiat fatigatus; ac ſic eum lex terrendo, ad Chriſtum diligendum pædagogi perducat officio.

Serm. 248. *alias de temp.* 148. *in diebus Paſchal.* 19. *cap.* 4. *num.* 4. Scitis legem datam eſſe per Moyſen populo Dei, & in ipſa lege præcipuum commemorari decalogum, id eſt, decem præcepta legis: quorum eſt unum præceptum de colendo uno Deo; ſecundum præceptum, *ne accipias nomen Domini Dei tui in vanum*: tertium præceptum de obſervatione ſabbati, *Exod. 20. 7.*
quod Chriſtiani ſpiritaliter obſervant, Judæi carnaliter violant. Iſta tria præcepta ad Deum pertinent, reliqua ſeptem ad homines: propter illa duo principalia, *diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua; & diliges proximum, tuum tamquam te ipſum. In his duobus mandatis tota lex pendet & Prophetæ.* Quia ergo duo ſunt iſta præcepta, in illo Decalogo tria pertinent ad dilectionem Dei, & ſeptem ad dilectionem proximi. Quæ ſunt ſeptem pertinentia ad hominem? *Honora Patrem tuum & matrem tuam, non mœchaberis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dixeris, non concupiſces uxorem proximi tui, non concupiſces rem proximi tui.* Hæc decem præcepta nemo implet viribus ſuis, niſi adjuvetur gratia Dei. *Mat. 22. 37* *Exod. 20. 12 & ſeq.*

Serm.

Apoſtolus. Quibus verbis videtur omnia reducere ad dilectionem proximi; ſed ad illius Apoſtolici oraculi intelligentiam advertendum eſt cum
H Sancto Auguſtino, (H) ſic inter ſe connecti amorem Dei & proximi, ut neuter ab altero ſeparari
Part. 2. ſect. quear, ut ſuperius explicuimus ubi de Caritate
t. c. 4. §. 2. 3. egimus.

I. Cur ais ad amorem Dei referri tria priora præcepta Decalogi?

R. Quia niſi Deum amemus, nec Deum ut par eſt colere & adorare, nec nomen illius venerari, nec deſtinatum illius ſervitio diem ſanctificare poſſumus. Et ubi caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, obſervantur ſancte tria hæc, quæ
I ex caritate neceſſario conſequuntur. (I)

I. Cur ais reliqua præcepta ſeptem ad dilectionem proximi referri?

R. Quia ubi proximum diligimus, tribuimus unicuique quod ſuum eſt, nec ullo modo lædimus quemquam: adeoque reddimus cui honorem honorem, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, neminem occidimus, nulliusve perſonæ, vel famæ, vel bonis nocemus, non verbo, non opere, nec cogitatione quidem. Et hæc ſunt quæ ſeptem poſterioribus Præceptis Decalogi continen-
K tur. (K)

I. Quænam præcepta ſcripta erant in prima tabula, quænam in altera? Pars II.

R. Tria priora, quæ Deum directe ſpectant, Sect. I.
prima tabula comprehendebantur: ideoque pluri- Cap. II.
bus verbis concepta ſunt quam cetera ſeptem, ut §. 1.
legenti cuiliber patet.

Reliqua ſeptem, quæ ad proximi dilectionem pertineot, tabulæ alteri inſculpta erant.

Hæc omnia præcepta ut intelligantur, illud in genere obſervandum eſt, ſingulis præceptis aliquid præcipi, aliquid prohiberi, ut ex infra dicendis conſtabit.

I. Poſſumusne implere præcepta Decalogi?

R. Poſſumus utique cum Dei auxilio: nec Deus denegat unquam auxilium illud petentibus ut par
eſt. *Deus enim impoſſibilia non jubet, ſed juben-* Conc. Trid.
do monet & facere quod poſſis, & petere quod ſeſſ. 6. c. 11.
non poſſis, & adjuvat ut poſſis. Hæc eſt Concilii Tridentini definitio ex ipſiſſimis S. Auguſtini S. Aug. lib.
verbis deſumpta. *Mandata Dei gravia non ſunt,* de Nat. &
inquit Johannes Apoſtolus, juxta doctrinam Chri- Grat. c. 43.
ſti ipſius, cujus hæc verba ſunt: *Jugum meum* n. 50.
ſuave eſt, & onus meum leve. (L) 1. Joh. 5. 3.
L

CA-

Serm. 249. in dieb. Paſchal. 20. alias 21. ex Vignerianis, n. 3. Mandata Dei propter magnum perfectionis myſterium Decalogo continentur. Decem præcepta legis ſunt ſcripta in tabulis lapideis digito Dei, hoc eſt Spiritu ſancto: in una tabula præcepta quæ ad Deum pertinent, in altera quæ ad hominem pertinent.
Mat. 22. 40. Quare hoc? Quia in dilectione Dei & proximi *tota lex pendet & Prophetæ*... Sed quid valeot iſta decem?
Gal. 3. 21. Data eſt lex, ſed *ſi data eſſet lex, quæ poſſet vivificare, omnino ex lege eſſet juſtitia.* Noſti legem, & non facis legem; *littera occidit:* ut autem facias quod no-
2. Cor. 3. 6. ſti, *Spiritus autem vivificat*.... Accedat Spiritus, & impletur lex, adjutorio Dei, non viribus tuis. Ergo vide: non valde amemus pertinere ad illam decem.
Gal. 11. 21. *Si enim ex lege juſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt*... Lex jubet, Spiritus juvat: lex agit tecum, ut ſcias quid facias; Spiritus, ut facias.

Serm. 250. alias 22. ex Vignerianis in dieb. Paſch. 21. n. 3. In dilectis Dei operatur Spiritus ſanctus, ut aliquid lex valeat ibi. Nam ſi tollas Spiritum, quid valet lex? Prævaricatorem facit. Ideo dictum eſt,
2. Cor. 3. 6. *littera occidit.* Jubet, & non facit... jubetur, & non facis: prohibetur, & facis: ecce littera occidit. Lex autem decem præcepta habet. Præceptum primum legis eſt, colendum eſſe unum Deum, nullum alium, nullum idolum faciendum. Præceptum ſecundum eſt,
Exod. 20. 7. *Non accipies nomen Dei tui in vanum.* Præceptum tertium eſt, Obſerva diem ſabbati, ſed ſpiritaliter, non carnaliter quomodo Judæi. Iſta tria præcepta ad di-
Mat. 22. 40. lectionem Dei pertinent. Sed quia, *in his duobus præceptis,* ait, *tota lex & Prophetæ*, id eſt, in dilectione Dei, & in dilectione proximi: cum audiſti quid pertineat ad dilectionem Dei, unitas, veritas, quies; adtende quid pertineat ad dilectionem proximi: *Ho-*
Exod. 20. 12. *nora patrem tuum, & matrem tuam*, habes quartum præceptum. *Non mœchaberis*, habes quintum. *Non ho-*
Ibid. 13. 14. *micidium facies*, habes ſextum. *Non furtum facies*, ha-
15. 16. bes ſeptimum. *Non falſum teſtimonium dices*, habes
Ibid. 17. octavum. *Non concupiſces res proximi tui*, habes nonum. *Non concupiſces uxorem proximi tui*, habes decimum. Qui dicit, *non concupiſces*, interna pulſat, interiora percutit. Concupiſcentia negotium agit. Ecce iſta lex eſt in decem: quid prodeſt eum didiceris, & non feceris? Prævaricator eris. Ut autem facias, auxilium neceſſarium eſt. Unde auxilium? De Spiritu. Ergo *littera occidit, Spiritus autem vivificat.*

(H) S. Aug. *Expoſit. in cap. 5. Epiſt. ad Galat. verſ. 14. num. 44. Omnis enim lex in uno ſermone impleta eſt, in eo quod diliges proximum tuum tamquam teipſum.* Omnem ergo legem nunc dicit ex his operibus, quæ ad bonos mores pertinent. Quia & illa quæ ſunt in ſacramentis, cum bene a liberis intelliguntur, nec carnaliter obſervantur a ſervis, ad illa duo præcepta referantur neceſſe eſt, dilectionis Dei & proximi. Re-
Matt. 5. 17. cte itaque accipitur ad hoc pertinere quod etiam Dominus ait: *Non veni legem ſolvere, ſed adimplere:* quia erat ablaturos timorem carnalem; ſpiritalem autem
Rom. 13. 10. caritatem daturus, qua ſola lex impleri poteſt. *Plenitudo legis caritas*.... Quæri autem poteſt, cur Apoſtolus & hic ſolam commemoravit proximi dilectionem, qua legem dixit impleri; & ad Romanos cum in eadem quæſtione verſaretur. Qui enim diligit alterum, inquit, legem implevit: nam, non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc ſermone recapitulatur, Diliges proximum tuum tamquam teipſum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo autem legis caritas. Cum ergo non niſi in duobus præceptis dilectionis Dei & proximi perfecta ſit caritas, cur Apoſtolus ſolam proximi dilectionem commemorat; niſi quia de dilectione Dei poſſunt mentiri homines, quia rariores tentationes eam probant; in dilectione autem proximi facilius convincuntur eam non habere, dum inique cum hominibus agunt? Conſequens eſt autem ut qui ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente Deum diligit, diligat & proximum tamquam ſeipſum... Item diligere proximum, id eſt, omnem hominem tamquam ſeipſum, quis poteſt, niſi Deum diligat, cujus præcepto & dono dilectionem proximi poſſit implere? Cum ergo utrumque præceptum ita ſit, ut neutrum ſine altero poſſit teneri, etiam unum horum commemorare plerumque ſufficit, cum agitur de operibus juſtitiæ: ſed opportunius illud, de quo quisque facilius convincitur. Unde Jo-
1. Joh. 4. 20. hannes dicit, *Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere?*

(I) *Lege diverſa Teſtimonia ex* S. Aug. *allegata hoc* §.

(K) Rom. XIII. 8. Qui proximum diligit, legem implevit.

Galat. v. 14. Omnis enim lex in uno ſermone impletur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

(L) S. Aug. *Serm. 70. alias 9. de verbis Domini c. 3. n. 3.* Omnia enim ſæva & immania, prorſus facilia & prope nulla efficit amor. Quanto ergo certius, ac facilius ad veram beatitudinem caritas facit, quod ad miſeriam, quantum potuit, cupiditas fecit? Quam facile toleratur quælibet adverſitas temporalis ut æterna pœna vitetur, & æterna requies comparetur? Non immerito ille vas
Rom. 8. 18. electionis cum lætitia dixit, *Non ſunt condigna paſſiones hujus temporis, ad ſuperventuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Ecce unde illud jugum ſuave eſt, & ſarcina levis. Etſi anguſta eſt paucis eligentibus, facilis tamen
Pſ. 16. 4. omnibus diligentibus. Dicit Pſalmiſta. *Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodivi vias duas.* Sed quæ dura ſunt laborantibus, eiſdem ipſis miteſcunt amantibus... Nihil enim tam facile eſt bonæ voluntati, quam ipſa ſibi; & hæc ſufficit Deo.

CAPUT SECUNDUM.

De Primo Præcepto Decalogi.

§. 1. *Quid hoc Præcepto præcipiatur.*

I. Quodnam eſt primum præceptum Decalogi?

Exod. 20. 2. *R. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſervitutis. 3. Non habebis deos alienos coram me. 4. Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. 5. Non adorabis ea*

Ibid. *neque coles. Ego ſum Dominus fortis zelotes.*

I. Cur Deus præceptis ſuis hanc præfatiunculam præmiſit: *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſervitutis?*

R. 1. Ut auctoritatem præceptis ſuis conciliaret ex majeſtate & dignitate Legislatoris, ipſiusque in ſubditos bonitate & clementia.

2. Ut memoria liberationis ex Ægypto Judæos excitaret ad cuſtodienda ex animo præcepta illius, a quo tantum beneficium acceperant.

Par. 1. ſect. 1 c. 4. §. 8. Et quoniam, ut ſupra diximus, liberatio Judæorum ex Ægypto typus fuit liberationis Chriſtianorum ex peccato & ex ſervitute diabolica; idcirco nobis quoque Chriſtianis præfatiunculam hanc ſcriptam fuiſſe certum eſt, ut ſenſus ſit.

Sancte obſervanda eſſe præcepta illa decem, quæ nobis promulgavit iterum Dominus Deus noſter, qui eduxit nos e ſervitute diabolica.

I. Quis ſenſus eſt horum verborum: *Non facies tibi ſculptile, neque ſimilitudinem ... Non adorabis ea neque coles?*

R. His verbis & præceptum & prohibitio continentur.

I. Quidnam præcipitur his verbis?

R. Ut Deum unum adoremus ceu ſupremum Dominum, & illi ſoli ſerviamus. Juxta illud Chri-

Mat. 4. 10. ſti, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.*

I. Quid eſt Deum adorare, Deo ſervire?

R. His verbis innuitur ſupremus cultus Numinis, hoc eſt, interna illa animi affectio, qua Deo toto corde, tota mente, toto corpore ſubjicimur ut enti ſupremo, a quo accepimus quidquid ſumus, quidquid in nobis eſt boni: illudque acceptum ipſi referimus parati ad omnia quæ juſſerit.

I. Ergo adoratio ſupremi numinis eſt actus interior?

R. Adoratio duplex, interior nimirum & exterior. Illa intus in mente eſt: hæc externo corporis habitu proditur.

I. Quid eſt adoratio Dei interior?

R. Eſt interna illa animi affectio quam mox deſcripſimus; qua fit ut uni Deo adhæreamus, veluti ſupremo rerum omnium Domino; & ad illum omnia referamus. Sic in ſpiritu & veritate adoramus.

I. Quomodo adhæremus Deo?

R. Per Fidem, Spem & Caritatem, de quibus jam ſupra ſatis egimus. Hujuſce partis ſect. 2.

I. Ergo non adoratur Deus in ſpiritu & veritate, niſi ſumme & ſuper omnia diligatur?

R. Optime. Et quidem toto corde Deo adhærere, toto corde Deum diligere verba ſynonima ſunt. Unde ſolemnis ea ſententia apud Sanctum Augu- Epiſt. 140. alias 120. ad Honor.
ſtinum: NON COLITUR DEUS NISI AMANDO. (A) c. 18. n. 45. A

I. Ergo Deum in ſpiritu & veritate non adorant qui diligunt mundum & ſerviunt ejus cupiditatibus?

R. Rectiſſime. Enimvero nulla occurrit frequentius in novo Teſtamento ſententia, quam ea qua fertur non eſſe caritatem in eo qui diligit mundum, ut ſupra probavimus. (B) Ergo qui mundum diligunt, Deum in ſpiritu & veritate non adorant. B

I. Quid eſt adoratio Dei exterior?

R. Eſt exterior corporis habitus, quo ſignificamus interiorem animi & cordis noſtri erga Deum affectionem.

Ex qua definitione liquet adorationem exteriorem ſignum eſſe interioris, ab hac velut a principio pendere, nec debere ab ea ſeparari unquam.

I. Tenemurne exhibere Deo adorationem exteriorem?

R. Tenemur utramque exhibere; tenemur Deum interius & exterius colere. Interius quidem ut ſupra jam probavimus, & probabimus infra fuſius, ubi de Sacrificio interno. Exterius autem,

1. Quia Dei ſumus non ſolum quoad animam, ſed & quoad corpus, ideoque debemus illi cultum externum & corporeum non ſecus ac ſpiritalem & internum.

2. Hoc

In Pſalm. LIX. *numer.* 8. Jugum enim meum ſuave

Mat. 11. 30. eſt, & ſarcina mea levis eſt. Alia ſarcina premit & aggravat te, Chriſti autem ſarcina ſublevat te .... Ferant illam qui volunt, & invenient quam ſit levis.

In Pſalm. LXVII. *num.* 18.... Quid ipſa ſarcina levis, niſi ipſa caritas, quæ in his duobus præceptis impletur? Quidquid enim difficile eſt in præcepto, leve eſt amanti. Nec ob aliud recte intelligitur dictum, *onus meum leve*, niſi quia dat Spiritum ſanctum, per quem diffunditur caritas in cordibus noſtris, ut amando liberaliter faciamus, quod timendo qui facit, ſerviliter facit; nec eſt amicus recti, quando mallet, ſi fieri poſſet, id quod rectius eſt non juberi.

(A) S. AUG. *Enarrat. in Pſal.* LXXVII. *n.* 20. *in fine.* Hoc enim colitur quod diligitur. Unde quia Deus rebus omnibus major & melior invenitur, plus omnibus diligendus eſt, ut colatur.

Lib. 10. *de Civit. Dei*, *c.* 3. *n.* 2. Hunc (*Deum*) eligentes, vel potius religentes, amiſeramus enim negligentes: hunc ergo religentes, unde & religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus, ut perveniendo quieſcamus: ideo beati, quia illo fine perfecti.

Epiſt. 140. *alias* 120. *ad Honoratum*, *cap.* 18. *num.* 45. & *Epiſt.* 167. *alias* 29. *ad Hieron. cap.* 4. *numer.* 11. *Vide ſupra* §. 1. *cap.* 4. *Sect.* 2. *hujuſce partis lit.* (D)

(B) MATTH. VI. 24. Non poteſtis Deo ſervire & mammonæ.

JOHANN. XIV. 17. Spiritum veritatis quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum: vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit; & in vobis erit.

XV. 19. De mundo non eſtis ... propterea odit vos mundus.

1. JOHAN II. 15. Si quis diligit mundum, non eſt caritas Patris in eo.

Vide S. AUG. *infra lit.* (C)

S. AUG.

2. Hoc externo corporis habitu, verbi gratia, genuflexione, proſtratione, &c. excitatur nnima ad eliciendos actus adorntionis interioris.
C (C)

3. Debemus exemplo noſtro proximum ad exhibendum Deo cultum accedere & movere: at non poſſumus niſi externis nperibus, proindeque exteriori adoratione, internam animi noſtri erga Deum affectionem pandere. Debet exterior adorntin ſignum eſſe interioris.

Par. 3. ſect. 2. c. 7. §. 1. 2. 4. Debemus Deo ſacrificium externum, ut infta probabimns, ubi quæſtin erit ſpecialis de Sacrificio. At nullus eſt actus adorationis externæ expreſſior quam ſacrificium, ut ibidem probabimus.

I. Utra ex duabus his adorntionibus Deo plncet magis, exteriorne, an interior?

R. Interior certe: hanc præcipue Deus poſtulnt, in ea præcipue divini cultus ratio ponitur.
D (D) Sed cave ne propterea ſuſpiceris poſſe impune negligi adorationem externnm: hanc & Deus pro ſuo jure poſtulnt: hanc & Chriſti & Apoſtolorum exemplo (E) exhibendam probant momenta ſuperius allatn. E

I. Quid de illis ſentiendum eſt, qui Deum exterioris corporis habitu, non interiori mentis affectu adorant?

R. Illi mendacibus & hypocritis accenſendi. (F) Siquidem, nt jam diximus, eſt adoratin exterior ſignum & notn Interioris. (G) F G
Illud autem exteriuz exhibere quod animn non ſentias, certe hypocriſis eſt, & mendacium.

I. Qui ergo diligunt mundum, & ea quæ in mundo ſunt, qui ſæculi cupiditatibus tenentur irretiti, mendaces ſunt & hypocritæ, dum Deum externo corporis habitu colunt, dumque exerunt actus, ut njunt, amoris divini?

R. Ita ſane ſe res habet, niſi ipſi dum Deum exterius colunt ſaltem habeant nliquod pœnitentiæ deſiderium: neque enim colitur Deus niſi

(C) S. Aug. *De cura pro mortuis gerenda tom. 6. E. BB. cap. 5. num. 7.* Orantes dv membris ſui corporis faciunt ſupplicantibus congrua, cum genua figunt, cum extendunt manus, vel etiam proſternuntur ſolo, & ſi quid aliud viſibiliter; quamvis eorem invifibilis voluntas & cordis intentio Deo nota ſit, nec ille indigeat bis indiciis, ut humanus ei pandatur animus. Sed hinc magis ſeipſum excitat homo adorandum gemendumque humilius atque ferventius. Et neſcio quomodo, enm hi motus corporis fieri niſi motu animi præcedente non poſſint, eiſdem rurſus exterius viſibiliter factis, ille interior invifibilis qui eos fecit augetur: ac per hoc cordis affectus, qui nt fierent iſta præceſſit, quia facta ſunt creſcit: veruntamen ſi eo modo quisquv teneatur, vel etiam ligetur, ut hæc de ſuis membris facere nequeat, non ideo non orat interior homu, & ante oculos Dei in ſecretiſſimo cubili, ubi compungitur, ſternitur.

S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 84. *art.* 2. *Concluſio.* Quia ex duplici natura compoſiti ſumus: non tantum ſpirituali, ſed & corporali adoratione adoranda a nobiz eſt divina majeſtas.

In corp. Sicut Damaſc. dicit in 4. lib. quia ex duplici natura compoſiti ſumus, intellectuali ſcilicet & ſenſibili; ... duplicem adorationem Deo offerimus; ſcilicet ſpiritualem, quæ conſiſtit in interiori mentis devotione; & corporalem, quæ conſiſtit in exteriori corporis humiliationv. Et quin in omnibus actibus latriæ, id quod eſt exterius, refertur ad id quod eſt interius, ſicut ad principalius: ideo ipſa exterior adoratin fir propter interiorem; ut videlicet per ſigna humilitatis, quæ corporaliter vxhibemus, excitetur noſter affectus ad ſubjiciendum ſe Deo: quia connaturale eſt nobis nt per ſenſibilia ad intelligibilia procedamus.

Pſ. 55. 12. (D) S. Aug *Enarrat. in Pſalm.* cxxxiv. *num.* 11. *In me ſunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi.*
Pſ. 53. 8. Et aliu loco, *voluntarie ſacrificabo tibi.* Quid eſt, voluntarie ſacrificabo? voluntarie laudabo te. Quia,
Pſ. 49. 23. *ſacrificium laudis*, inquit, *glorificabit me.* Si cogereris offertv Domino tuo ſacrificium gratum illi & acceptum, ſicut antea vovebantur ſacrificia in umbra futurorum; forte non invenires in grege tuo placitum taurum, & in capris hircum aræ Domini dignum, nec in ovili tuo arietem dignum ad victimam Domino tuo; & non inveniens ſatageres quid faceres, & diceres forte Deo, Volui, & non habui. Numquid potes de laude dicere, Volui, & non habui? Ipſum voluiſſe, laudaſſv eſt. Non enim verba a te quærit Deus, ſed cor. Denique potes dicere: Et linguam non habui? Si quis obmuteſcit aliqua valetudine, linguam non habuit, & tamen laudem habuit. Si enim Deus aures carnales haberet, & ſono tui corporis indigeret, ideo cum remanſiſſes ſine lingua, ſine laude vtiam remaneres: nunc vero quia cor quærit, cor inſpicit, intus teſtis eſt, judex, approbator, adjutor, coronator; ſufficit ut offeras voluntatem.
Rom. 10. 10 Cum potes, orv confiteris ad ſalutem: cum autem non potes, corde credis ad juſtitiam: corde laudas, corde benedicis, corde in aram conſcientiæ victimas ſacras imponis: & reſpondetur tibi, Pax in terra Luc. 11. 14.
hominibus bonæ voluntatis.

(E) Deut. xxvi. 17. Dominum elegiſti hodie, ut ſit tibi Deus, & ambules in viis ejus, & cuſtodias ceremonias illius, & mandata atque judicia, & obedias ejus imperio.

2. Reg. xii. 20. Surrexit ergo David de terra & lotus unctusque eſt: cumque mutaſſet veſtem, ingreſſus eſt domum Domini: & adoravit.

3. Regu. viii. 22. Stetit autem Salomon ante altare Domini in conſpectu Eccleſiæ Iſrael, & expandit manus ſuas in cælum... 54. Factum eſt autem, cum compleſſet Salomon orans Dominum omnem orationem & deprecationem hanc, ſurrexit de conſpectu altaris Domini: utrumque enim genu in terram fixerat, & manus expanderat in cælum. 55. Stetit ergo, & benedixit omni Eccleſiæ Iſrael voce magna.

xvi. 21. Et expandit ſe (*Elias*) atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum.

2. Paralip. v. 12. Tam levitæ quam cantores veſtiti byſſinis, cymbalis & pſalteriis & citharis concrepabant, ſtantes ad Orientalem plagam altaris.

Dan. vi. 10. (*Daniel*) Feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Jeruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturque coram Deo ſuo.

Matth. ii. 11. Procidentes adoraverunt eum (*Jeſum Magi.*)

xxvi. 39. Procidit (*Jeſus*) in faciem ſuam, orans.

Marc. xiv. 35. Procidit ſuper terram: & orabat.

Luc. xxii. 41. Poſitis genibus orabat.

Ephes. iii. 14 Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti.

1. Timoth. ii. 8. Volu ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus.

Vide quæ de habitu orantis dicemus infra Parte tertia Sect. 2. capit. 1. §. 9. ubi de Oratione *ſermonem habebimus.*

(F) Isai. xxix. 13. Eo quod appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem ejus longe eſt a me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis.

Matth. xv. 7. Hypocritæ, bene prophetavit de vobis Iſaias, dicens: Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe eſt a me.

Eadem leguntur Marc. vii. 6.

(G) S. Aug. *Lib. 10. de Civit. Dei, cap. 6. Dixi Domino, Deus meus es tu; quoniam bonorum meorum non eges.* Non ſolum igitur pecore, vel qualibet alia re corruptibili atque terrena, ſed ne ipſa quidem juſtitia hominis Deus egere credendus eſt, totumque quod recte colitur Deus, homini prodeſſe, non Deo... Sacrificium ergo viſibile inviſibilis ſacrificii ſacramentum, id eſt, ſacrum ſignum eſt... Non vult ergo (Deus) ſacrificium trucidati pecoris, ſed vult ſacrificium contriti cordis. Nam ſi ea ſacrificia quæ vult, quorum Pſ. 15. 2.
hoc

Digitized by Google

niſi amando, ut jam ſæpius diximus. At Deum diligere incipit, qui cœpit habere ſincerum vitæ in melius commutandæ deſiderium. (H)

H

§. 2. De Peccatis primo Decalogi præcepto prohibitis. Ac primo de Idololatria.

I. Quid Deus primo Decalogi præcepto prohibuit?

R. Peccata omnia quæ pugnant contra Fidem, Spem, Caritatem, & contra virtutem Religionis.

De peccatis oppoſitis Fidei, Spei & Caritati jam ſupra diximus, dum de illis virtutibus ageremus.

I. Quid eſt virtus Religionis?

A *R.* Eſt virtus qua fit ut reddatur Deo, ceu ſupremo numini ſummus honor & cultus. (A) De hoc cultu egimus ſuperiori Paragrapho.

I. Quænam ſunt peccata oppoſita virtuti Religionis?

R. Idololatria, ſacrilegium, & ſuperſtitio.

I. Quid hoc nominis eſt *Idololatria*?

R. Vox Græca eſt, ex duabus conſtans εἰδωλολατρεία Idolorum cultus ſupremus: hoc enim ſignificat nomen λατρεία; unde cultus latriæ apud Theologos ſignificat cultum ſoli Deo debitum: (B) B

Vox autem *Idoli* ſignificat ſimulacrum, imaginem, figuram: & ſenſu in Scripturis ſacris recepto ſignificat Pſeudo-numina: quia Ethnici non colebant ſolum ſupremo latriæ cultu res creatas, ſed etiam rerum creatarum imagines & ſimulacra, ut ex Apoſtolo accepimus. (C) C

I. Quid eſt Idololatria?

R. Eſt ſuprema adoratio exhibita creaturæ, cum ſoli Deo debeatur.

Quemadmodum autem ſupra diximus duplicem eſſe ſpeciem adorationis, ita Idololatriæ ſpecies eſt duplex, nimirum interior & exterior.

Interior Idololatria in eo poſita eſt, quod quis non Deo, ſed rei alicui creatæ ſumme adhæreat; quod non in Deo, ſed in re aliqua creata ſummam ſuam ſpem & fiduciam reponat; quod non Deum, ſed rem aliquam creatam ſumme diligat.

Hoc ſenſu Ethnici fuerunt olim Idololatræ, ipſi enim in ſuis pſeudo-numinibus ſummam ſuam ſpem & fiduciam collocabant. (D) D

Hoc ſenſu qui diligunt mundum, & ſerviunt

---

hoc unum eſt, cor contritum & humiliatum dolore pœnitendi, noluerit his ſacrificiis ſignificari, quæ velut ſibi delectabilia deſiderare putatus eſt, non utique de his offerendis in lege verere præcepiſſet. Et ideo mutanda erant opportuno certoque jam tempore, ne ipſi Deo deſiderabilia, vel certe in nobis acceptabilia, ac non potius quæ his ſignificata ſunt,
Oſee 6. 6. crederentur ... Ac per hoc ubi ſcriptum eſt, *miſericordiam volo quam ſacrificium*; nihil aliud quam ſacrificio ſacrificium prælatum oportet intelligi: quoniam illud quod ab omnibus appellatur ſacrificium, ſignum eſt veri ſacrificii. Porro autem miſericordia verum ſacrificium eſt: unde dictum eſt quod paulo ante
Hebr.13.16. commemoravi, *talibus enim ſacrificiis placetur Deo*. Quæcumque igitur in miniſterio Tabernaculi ſive Templi multis modis de ſacrificiis leguntur divinitus eſſe præcepta, ad dilectionem Dei & proximi ſignificandam referuntur. *In his enim duobus præceptis*,
Matt.22.40. ut ſcriptum eſt, *tota lex pendet & Prophetæ*.

(H) S. Aug. *Epiſt.* 140. *ad Honoratum*, *alias* 120. c. 18. *num.* 45. *Vide ſupra* §. 1. *cap.* 4. *Sect.* 2. *hujuſce partis*, *lit.* (D)

Enarrat. in Pſalm. IX. *num.* 10. Non enim convertitur anima ad Deum, niſi dum ab hoc ſæculo avertitur.

Ennarat. in Pſal. CXXV. *num.* 2. Ita factum eſt ut converteremur ad Deum. Spem enim non habebamus, niſi ad ſæculum, & inde ſervi miſeri, & bis miſeri, quia & in hac vita ſpem poſueramus, & faciem habentes ad ſæculum, dorſum contra Deum. Cum vero converterit nos Dominus, ut jam incipiamus faciem habere ad Deum, & dorſum ad ſæculum, qui adhuc in via ſumus, tamen patriam attendimus; & quando forte aliquam tribulationem patimur; ſed tamen tenemus viam, & ligno portamur; aſper quidem ventus, ſed ventus proſper eſt; cum labore quidem, ſed cito ducit, cito producit.

(A) S. Thomas 2. 2. *q.* 81. *a.* 1. *Concluſio*. Religio eſt virtus, per quam homines Deo debitum cultum & reverentiam exhibent.

In corpore. Religio proprie importat ordinem ad Deum. Ipſe enim eſt cui principaliter alligari debemus, tamquam indeficienti principio, ad quem etiam noſtra electio aſſidue dirigi debet, ſicut in ultimum finem, quem etiam negligenter peccando amittimus, & credendo, & fidem proteſtando recuperare debemus.

(B) *Id Theologi ex D. Aug. & aliis Patribus ſumpſerunt*, *ſiquidem* S. Aug. *De Civit. Dei lib.* 10. *cap.* 1. *num.* 2. λατρεία vero ſecundum conſuetudinem qua locuti ſunt qui nobis divina eloquia condiderunt, aut ſemper, aut tam frequenter ut pene ſemper, ea dicitur ſervitus, quæ pertinet ad colendum Deum.

Locution. de Jeſu Nave lib. 6. *num.* 60. *Et ſervies*
Deu.28.48. *inimicis tuis quos immittet Dominus Deus tuus ſuper te*. Græcus habet λατρεύσεις, ubi Latinus interpretatus eſt *ſervies*. Solet autem hoc verbum in ea ſervitute Scriptura ponere, quæ debetur Deo; unde idololatræ appellantur, qui ea ſervitute idolis ſerviunt.

Quæſt. in Geneſ. lib. 1. *Quæſt.* 61. Exſurgens autem
Abraham adoravit populum terræ. Quæritur quomodo Gen.23.7.
ſcriptum ſit, Dominum Deum tuum adorabis, & illi Deut.6.13.
ſoli ſervies: cum Abraham ſic honoraverit populum & 2. 20.
quemdam gentium, ut etiam adoraret. Sed animadvertendum eſt in eodem præcepto, non dictum, Dominum Deum tuum ſolum adorabis, ſicut dictum eſt, Et illi ſoli ſervies, quod eſt Græce λατρεύσεις. Talis enim ſervitus nonniſi Deo debetur. Unde damnantur idololatræ, id eſt, ejuſmodi ſervitutem exhibentes idolis, quæ debetur Deo.

Quæſt. in Exod. lib. 2. *q.* 94. Si *ſervieris diis eorum*,
erunt tibi offendiculum. Hic Græcus δουλεύσῃς habet, Exod.24.1.
non λατρεύσῃς: Unde intelligitur, quia & δουλεία debetur Deo tamquam Domino; λατρεία vero, nonniſi Deo tanquam Deo.

Quæſt. in Levit. lib. 3. *quæſt.* 66. Et *a ſemine tuo*
dabis ſervire principi. Hic non video quid intelligatur, Lev.18.21.
niſi principi qui pro Deo colitur. Non enim ait δουλεύειν ſed λατρεύειν in Græco, quod Latinus non ſolet interpretari, niſi ut dicat *ſervire*. Plurimum autem diſtat. Nam ſervire hominibus ſicut ſervi ſerviunt, quod non eſt λατρεύειν, ſed δουλεύειν, Scriptura non prohibet. Servire autem ſecundum id quod eſt λατρεύειν, non jubetur hominibus, niſi uni vero Deo, ſicut ſcriptum eſt, Dominum Deum tuum
adorabis, & illi ſoli ſervies... Opportuniſſime etiam Deu. 6. 13.
hic adjungit, *Ego Dominus*: hoc utique admonens,
quia illi debetur λατρεία, id eſt ea ſervitus, qua Lev.11.44.
ſervitur Deo. & 19. 22.

(C) Rom. 1. 23. Mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium.

(D) Baruch. VI. 3. Nunc autem videbitis in Babylonia Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos, in humeris portari oſtentantes metum gentibus. 4. Videte ergo ne & vos ſimiles efficiamini factis alienis, & metus vos capiat in ipſis. 5. Viſa itaque turba de retro, & ab ante, adorantes, dicite in cordibus veſtris: Te oportet adorare, Domine: ... 7. Nam & lingua ipſorum polita a fabro, ipſa etiam inaurata & inargentata, falſa ſunt, & non poſſunt loqui. 8. ... Accepto auro fabricati ſunt .... 11. Hi autem non liberantur ab ærugine, & tinea. 12. Opertis illis veſte purpurea, extergunt faciem ipſorum propter pulverem domus, qui eſt plurimus inter eos. 13. Sceptrum autem habet ut homo, ſicut judex regionis, qui in ſe peccantem non interficit. 14. Habet etiam in manu gladium, & ſecurim; ſe autem de bello, & a latronibus non liberat: unde vobis notum ſit quia non ſunt dii. 15. Non ergo timueritis eos. Sicut enim vas ho-

Digitized by Google

viunt cupiditatibus ſæculi, ſunt aliquatenus Idololatræ: ipſi enim poſthabito Dei cultu, ſummam ſuam ſpem, & fiduciam, & dilectionem ponunt in divitiis, voluptatibus, honoribus. Hoc ſenſu Luxuriam & Avaritiam nomine Idololatriæ appellare non dubitat Apoſtolus. (E)
R

Idololatria exterior in eo poſita eſt, quod cultus exterior ſoli Deo debitus alteri quam Deo exhibeatur: ſicut exhibebant ſimulacris ſuis Ethnici, & exhibent etiamnum illi quos Gentiles dicimus, Sinenſes, Americani non pauci, &c. (F)
F

§. 3. De cultu & Invocatione Sanctorum, hoc primo Decalogi præcepto minime prohibito: imo Scriptura & Traditione firmato. PARS II. SECT. III. CAP. II. §. 3.

I. Debeturne ſupremus latriæ cultus Domino noſtro Jeſu Criſto?

R. Debetur. Chriſtus enim eſt verus Deus. (A) A

I. Debeturne idem latriæ cultus ſacræ humanitati Chriſti?

R. Debetur. Eſt enim Chriſti humanitas hypoſtaticæ unita Divinitati; ita ut Deus & homo in Chriſto perſonam unam conſtituant, ut ſupra probavimus, ubi de Chriſto.

I. Licetne B. Virginem Deiparam, beatos An-

honoris confractum inutile efficitur, tales ſunt & dii eorum... 18. Lucernas accendunt illis, (Sacerdotes) & quidem multas, ex quibus nullam videre poſſunt: ſunt autem ſicut trabes in domo. 19. Corda vero eorum dicunt elingere ſerpentes, qui de terra ſunt, dum comedunt eos, & veſtimentum ipſorum, & non ſentiunt. 20. Nigræ ſunt facies eorum a fumo, qui in domo fit. 21. Supra corpus eorum, & ſupra caput eorum volant noctuæ, & hirundines, & aves etiam ſimiliter, & cattæ. 22. Unde ſciatis quod non ſunt dii, ne ergo timueritis eos. 23. Aurum etiam quod habent, ad ſpeciem eſt. Niſi aliquis exterſerit æruginem, non fulgebunt: neque enim dum conflarentur, ſentiebant. 24. Ex omni pretio empta ſunt, in quibus ſpiritus non ineſt ipſis. 25. Sine pedibus in humeris portantur, oſtentantes ignobilitatem ſuam hominibus. Confundantur etiam qui colunt ea. 26. Propterea ſi ceciderint in terram, a ſemetipſis non conſurgunt: neque ſi quis eum ſtatuerit rectum, per ſemetipſum ſtabit, ſed ſicut mortuis munera eorum illis apponentur... 28.. Scientes itaque ex his quia non ſunt dii, ne timeatis eos. 29. Unde enim vocantur dii? Quia mulieres apponunt dis argenteis, & aureis, & ligneis. 30. Et in domibus eorum Sacerdotes ſedent, habentes tunicas ſciſſas, & capita, & barbam raſam, quorum capita nuda ſunt. 31. Rugiunt autem clamantes contra deos ſuos ſicut in cœna mortui. 32. Veſtimenta eorum auferunt Sacerdotes, & veſtiunt uxores ſuas, & filios ſuos. 33. Neque ſi quid mali patiuntur ab aliquo, neque ſi quid boni, poterunt retribuere: neque regem conſtituere poſſunt, neque auferre. 34. Similiter neque dare divitias poſſunt, neque malum retribuere. Si quis illis votum voverit, & non reddiderit, neque hoc requirunt. 35. Hominem a morte non liberant, neque infirmum a potentiori eripiunt. 36. Hominem cæcum ad viſum non reſtituunt, de neceſſitatibus hominem non liberant. 37. Viduæ non miſerebuntur, neque orphanis benefacient. 38. Lapidibus de monte ſimiles ſunt dii illorum, lignei, & lapidei & aurei, & argentei. Qui autem colunt ea, confundentur. 39. Quomodo ergo æſtimandum eſt, aut dicendum illos eſſe deos? 41. Quaſi poſſint ſentire qui non habent mutum, & ipſi cum intellexerint, relinquent ea: ſenſum autem non habent ipſi dii illorum.... 44. Omnia autem quæ illis fiunt falſa ſunt. Quomodo æſtimandum, aut dicendum eſt illos eſſe deos? 45. A fabris autem, & ab artificibus facta ſunt. Nihil aliud erunt, niſi id quod volunt eſſe Sacerdotes. 46. Artifices etiam ipſi, qui ea faciunt, non ſunt multi temporis. Numquid ergo poſſunt ea quæ fabricata ſunt ab ipſis eſſe dii? 47. Reliquerunt autem falſa & opprobrium poſtea futuris. 48. Nam cum ſupervenerit illis prælium, & mala: cogitant Sacerdotes apud ſe, ubi ſe abſcondant cum illis. 49. Quomodo ergo ſentiri debeant quoniam dii ſunt, qui nec de bello ſe liberant, neque de malis ſe eripiunt? 50. Nam cum ſint lignea, inaurata, & inargentata, ſcietur poſtea quia falſa ſunt ab univerſis gentibus & regibus: quæ manifeſta ſunt quia non ſunt dii, ſed opera manuum hominum, & nullum Dei opus cum illis. 51. Unde ergo notum eſt, quia non ſunt dii, ſed opera manuum hominum, & nullum Dei opus in ipſis eſt?.. 54. Etenim cum inciderit ignis in domum deorum ligneorum, argenteorum, & aureorum, Sacerdotes quidem ipſorum fugient, & liberabuntur. Ipſi vero quaſi trabes in medio comburentur. 55. Regi autem, & bello non reſiſtent. Quomodo ergo æſtimandum eſt, aut recipiendum, quia dii ſunt? 56. Non a furibus, neque a latronibus ſe liberabunt dii lignei, & lapidei & inaurati, & inargentati, quibus hi qui fortiores ſunt, 57. Aurum, & argentum, & veſtimentum, quo operti ſunt auferent illis, & abibunt, nec ſibi auxilium ferent... 63. Unde neque exiſtimandum eſt, neque dicendum, illos eſſe deos; quando non poſſunt, neque judicium judicare, neque quidquam facere hominibus. 64. Scientes itaque quod non ſunt dii, ne ergo timueritis eos.

PSAL. CXV. *Heb.* 4. Simulacra gentium, argentum, & aurum, opera manuum hominum. 5. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. 6. Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt. 7. Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt, non clamabunt in gutture ſuo. 8. Similes illis fiant, qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.

(E) EPHES. V. 5. Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.

(F) *Adverſus idola, & eorum cultores inſurgunt qui Chriſtianæ religionis apologiam ſuſceperunt* TERTULLIANUS, ARNOBIUS, MINUTIUS FELIX, *& quotquot fere primis Eccleſiæ ſæculis ſcripſerunt, quos adire operæ pretium eſt.*

(A) HEB. I. 6. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit.. Et adorent eum omnes Angeli Dei.

ORIGEN. *Homil.* 25. *in Luc. tom.* 2. *pag.* 151. *columna prima.* Salvator præcipit, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & proximum tuum tanquam teipſum.* Volo diligere Chriſtum: doce ergo me quomodo eum diligam. Si enim dilexero eum ex toto corde meo, & ex tota anima mea, & ex tota virtute, contra præceptum facio, ut alterum abſque uno Deo ſic diligam. Sin autem minus eum dilexero, quam omnipotentem Patrem, timeo ne in Primogenitum univerſæ creaturæ impius & profanus inveniar. Doce me & oſtende rationem, quomodo inter utrumque medius incedens, diligere debeam Chriſtum. Vis ſcire qua caritate Chriſtus diligendus ſit? Breviter auſculta. Diliges Dominum Deum tuum in Chriſto. Putas diverſam habere poſſe in Patre & Filio caritatem? Simul dilige Dominum Chriſtum. Dilige Patrem in Filio, Filium in Patre, ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute. *Matth.* 22. 37. *Deut.* 6. 5.

Lib. 8. *contr. Celſum*, *p* 521. *col.* 1. Itaque in Deo fides noſtra conſiſtit, per confirmantem eam in nobis ipſius Filium: nec eſt quod Celſus nobis ſeditionem objiciat propter Filium. Veneramur enim Patrem, eo quod admiramur ejus Filium, verbum & ſapientiam, & veritatem & juſtitiam, & quidquid didicimus eſſe Dei Filium e tali Patre progenitum... Atqui nos ſcientes quis ſit Dei Filius, nimirum ſplendor gloriæ characterque ſubſtantiæ ejus, vapor potentiæ Dei, omnipotentis gloriæ ſincera promanatio, ſplendor ſempiterni luminis, ſpeculum immaculatum Dei potentiæ ac efficaciæ, imagoque bonitatis ejus; ſcimus hunc illius Filium, & illum hujus Patrem, nec eſt quicquam in hoc ſermone indecens, nec male Deo convenit talem ſibi filium unigenitum ſubſtituere: nec poteſt nobis perſuaderi, hunc qui talis eſt, non eſſe ingeniti Dei & Patris Filium.

S. IGNATIUS MARTYR *ſeu potius* AUTOR ANTIQUUS *in Epiſt. ad Antiochenos falſo illi adſcripta paulo poſt initium.* Evangeliſtæ dicentes, unum patrem *ſolum verum* Deum; & quæ ſecundum Dominum noſtrum non dereliquerunt, ſed ſcripſerunt: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Et de inhumanatione: *Verbum*, ait, *Joh.* 1. 1. 2. & 3. *Ibid.* 14.

PARS II. SECT. III. CAP. II. § 3.

Angelos, Sanctoſque cum Chriſto regnantes ſupremo latriæ cultu venerari?

R. Minime licet. Hæc foret idololatria: deteſtabile hoc nefas nec docet, nec probat, nec tolerat Eccleſia. (B)

B

I. Eſtne primo Decalogi præcepto prohibitus cultus quilibet B. Virginis Deiparæ, beatorum Angelorum & Sanctorum qui cum Chriſto regnant?

R. Imo vero cultus quem B. Virgini & Sanctis Eccleſia exhibet, ex ſupremo latriæ cultu quem ſoli Deo debemus neceſſario ſequitur, fundamentum habet in Scripturis, & certiſſima ſæculorum omnium Traditione ſtabilitur. Rem explico.

Eccleſia, ut jam diximus, ſolum Deum & Chriſtum quia Deus eſt ſupremo latriæ cultu veneratur. B. autem Virginem veneratur inferiori cultu ut matrem Dei, & Sanctos cum Chriſto regnantes, ut ſervos & amicos Dei & Chriſti. (C) Is autem cultus quo B. Virginem & Sanctos Eccleſia veneratur.

C

1. Sequitur ex ſupremo latriæ cultu quem ſoli Deo debemus: nam ex ſupremo illo cultu ſequitur eos omnes coli oportere qui ſpecialius ad Deum pertinent. (D) Debemus honorem corporibus noſtris, quia ſunt templum Spiritus ſancti. (E) Debemus honorem Regibus & Principibus, quia exercent Dei judicium. (F) Debemus honorem Sanctis in terra degentibus, quia habitat in eis Spiritus Dei. Eo major honos & reverentia debet eſſe, quo major eſt affinitas cum Deo & Chriſto. At Sancti cum Chriſto regnantes eam habent cum Chriſto & Deo affinitatem qua major eſſe & excogitari nequit: non ſolum enim ſunt cohæredes Chriſti & filii Dei per adoptionem jam perfectam; ſed unum etiam cum Chriſto capite corpus efficiunt, nec poſſunt ab illo ſacratiſſimo corpore amplius avelli: honos ergo Chriſto debitus in membra redundat & ex ſupremo latriæ cultu Chriſto debito neceſſario ſequitur & Sanctos cum Chriſto regnantes honorari oportere. Dum ergo Sanctos

D E F

Ibid. 14. — Matth. 1. 1. — 1. Tim. 11. 5. — Ibid.

ait, *caro factum eſt, & inhabitavit in vobis*. Et, *Liber generationis Jeſu Chriſti filii David, filii Abraham*. *Apoſtoli* autem dicentes, quoniam *Deus* eſt, dicebant illi ipſi, quoniam *unus & mediator Dei & hominum*. Et incorporationem & paſſionem non erubuerunt. Quid enim ait (*f.* aiunt) *Homo Jeſus Chriſtus; qui dedit ſemetipſum redemptionem pro mundi vita*. Omnis igitur qui unum annuntiat Deum, in interemptione divinitatis *Chriſti*, filius eſt diaboli, & inimicus omnis juſtitiæ. Et qui confitetur Chriſtum, non ejus qui fecit mundum filium, ſed alterius cujuſdam incogniti, præter quem prædicavit lex & Prophetæ, iſte organum eſt ipſius diaboli: & qui inhumanationem renuit, & crucem erubeſcit, propter quam ligatus ſum; iſte eſt Antichriſtus. Et qui nudum hominem dicit Chriſtum, maledictus eſt, ſecundum Prophetam, Non in Deo confidens ſed in homine.

Pſ. 117. 8.

S. CYRILLUS ALEX. *Lib. 6. contra Julian. Vide infra hocce §. lit.* (H)

Acta SS. EPIPOD. & ALEXAND. *ann.* 178. *apud* THEODOR. RUINART, *pag.* 65. Chriſtum cum Patre a Spiritu ſancto Deum eſſe confiteor, dignumque eſt ut illi animam meam refundam, qui mihi & creator eſt & Redemptor. Ita enim mihi vita non tollitur, ſed mutatur in melius. Nec intereſt infirmitas corporea quo fine ſolvatur, dummodo anima cælis invecta ad ſuum revertatur auctorem.

Acta SS. VICTORIS, *&c. in Act. Martyr. ſinc. apud* THEODOR. RUINART. *ann.* 209. *vel* 303. *pag.* 304. Illud ſane quanta caritate, quanta veneratione dignum eſt adorare, qui cum inimici eſſemus, prior nos dilexit: qui & Deorum turpium nobis fraudes aperuit, & ut nos ab illis eriperet, non ſuam minuens deitatem, ſed noſtram veſtiens humanitatem, inter nos Deus permanens, homo factus apparuit, ut pauperrimos ditaret, noſtræ ſe paupertati, cum ditiſſimus eſſet, pauperrimus veniens, configuravit? Cujus illa humana converſatio nobis eſt omnis virtutis, & honeſtatis exemplum: cujus indebita mors debitam noſtram abolevit in æternum.

(B) CONCIL. TRIDENT. *Seſſione* 22. *cap.* 3. 17. *Septembris* 1562. *de ſacrificio miſſæ*. Quamvis in honorem & memoriam Sanctorum nonnullas interdum miſſas Eccleſia celebrare conſueverit, non tamen illis ſacrificium offerri docet, ſed Deo ſoli, qui illos coronavit. Unde nec ſacerdos dicere ſolet, Offero tibi ſacrificium, Petre vel Paule: ſed Deo de illorum victoriis gratias agens eorum patrocinia implorat, *ut ipſi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memoriam facimus in terris*.

Seſſione 25. *de invocatione ſanctorum*, 3. & 4. *Decembris* 1563. Mandat ſancta Synodus omnibus Epiſcopis, & ceteris docendi munus curamque ſuſtinentibus, ut juxta Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ uſum a primævis Chriſtianæ religionis temporibus receptum, ſanctorumque Patrum conſenſionem, & ſacrorum Conciliorum decreta, in primis, de ſanctorum interceſſione, invocatione, reliquiarum honore, & legitimo imaginum uſu, fideles diligenter inſtruant, docentes eos, ſanctos una cum Chriſto regnantes orationes ſuas pro hominibus Deo offerre; bonum atque utile eſſe ſuppliciter eos invocare; & ob beneficia impetranda a Deo per Filium ejus Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui ſolus noſter redemptor & ſalvator eſt, ad eorum orationes, opem auxiliumque confugere; illos vero, qui negant ſanctos æterna felicitate in cælo fruentes invocandos eſſe, aut qui aſſerunt vel illos pro hominibus non orare, vel eorum, ut pro nobis etiam ſingulis orent, invocationem eſſe idololatriam, vel pugnare cum verbo Dei, adverſarique honori unius mediatoris Dei & hominum Jeſu Chriſti, vel ſtultum eſſe in cælo regnantibus voce vel mente ſupplicare, impie ſentire.

(C) S. AUGUST. *Serm.* 332. *alias* 28. *ex Sirmond. n.* 1. Quando honorem Martyribus exhibemus, Chriſti amicos honoramus.

CONCIL. TRIDENT. *Seſſ.* 25. *Vide ſupra hocce §. lit.* (B)

Lege etiam teſtimonia SS. Patrum infra lit. (H) & (Y) *hujuſce §.*

Acta S. IGNATII *Martyris anno Chriſti* 107. *apud* THEODOR. RUINART *pag.* 14. Ut ſecundum tempus martyrii congregati, communicemus athletæ & virili Chriſti Martyri, qui conculcavit diabolum, & hujus inſidias in finem proſtravit; glorificantes in ipſius venerabili & ſancta memoria Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem & cum quo Patri gloria & potentia, cum Spiritu ſancto, in ſancta Eccleſia in ſæcula ſæculorum. Amen.

(D) PSAL. CXXXVIII. 17. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui, Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum.

CXLVIII. 14. Hymnus omnibus ſanctis ejus: filiis Iſrael, populo appropinquanti ſibi.

CL. 1. Laudate Dominum in ſanctis ejus.

JOHAN. XVII. Ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis, ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus. Ego in eis, & tu in me, &c.

(E) 1. CORINTH. III. 16. Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus.

VI. 19. An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis a Deo, & non eſtis veſtri … 20. Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

1. THESSAL. IV. 4. Sciat unuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore .. 7. Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem. 8. Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum: qui etiam dedit Spiritum ſuum ſanctum in nobis.

S. IGNATIUS MARTYR, *ſeu potius* AUCTOR *Epiſt. ad Heronem ipſi falſo adſcriptæ*. Teipſum caſtum ſerva, ut Dei habitaculum: templum Chriſti exiſtis, organumque Spiritus.

(F) ROM. XIII. 1. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi a Deo..

Digitized by Google

ctos in cælis poſitos veneramur, veneramur in eis dona Dei, gratulamur illis ob reportatas ab hoſte victorias, & adeptam poſt prælia coronam: quæ omnia in Chriſtum redundant; id mox adducendis Patrum teſtimoniis, præſertim Auguſtini Lib. 20. cont. Fauſtum c. 21. planum fiet.

2. Honor Sanctis exhibitus fundamentum habet in Scripturis. Nam ex Scripturis patet, Sanctos præter gloriam illam quæ eſſentialis dicitur a Theologis, viſionem nimirum beatificam qua fruuntur, accepiſſe a Deo aliud felicitatis genus, quod ex priori fluit, & vocatur a Theologis accidentale: hoc autem in eo poſitum eſt quod communicet illis Deus multa quæ pertinent ad eorum gloriæ manifeſtationem, & ad procurandum illis cultum & honorem pro ratione illius gloriæ & auctoritatis quam cum ipſis communicatam voluit Deus. Sancti, ut colligitur ex Scripturis, Chriſto Judici aſſident, & ipſi judicaturi cum ipſo vivos & mortuos. Pars II. Sect. III. Cap. II. §. 3.
(G) Per eorum corpora multa Deus mirabilia operatur, ut dicemus infra, ubi de Reliquiis quæſtio erit. Vult Deus vocari Deus Abraham, Iſaac & Jacob, ut hinc intelligamus vivere apud Deum iſtos Patriarchas, & ob id ſpeciali dignos honore. G

3. Honor Sanctis exhibitus certiſſima Traditione ſtabilitur. Hujus Traditionis argumenta invictiſſima eruuntur ex Euſebio Cæſarienſi, Baſilio Magno, Gregorio Nazianzeno, Gregorio Nyſſeno, Epiphanio Salaminenſi, Johanne Chryſoſtomo, Cyrillo Alexandrino, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, Theodoreto. Plures hujus Traditionis teſtes advocare ut facillimum, ita omnino ſuperfluum eſt. (H) H

I. Quemadmodum Sanctos colere & venerari oportere certiſſimum eſt, certumne eſt pariter eos poſſe a nobis invocari?

R. Cer-

Deo.. 2. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit... 4.. Dei enim miniſter eſt: vindex in iram ei, qui malum agit. 5. Ideo... ſubditi eſtote, &c.

(G) *Allatis Scripturæ teſtimoniis id probavimus parte prima ſect. 2. cap. 3. §. 19. lit.* (C) *& iterum infra hocce §. lit.* (T)

(H) Origen. *In Job lib. 3. Tom. 1. pag.* 274. Diem mortis celebramus, quia non moriuntur hi qui mori videntur; propterea & memorias Sanctorum facimus, & parentum noſtrorum; vel amicorum in fide morientium devote memoriam agimus, tam de illorum refrigerio gaudentes, quam etiam nobis piam conſummationem in fide poſtulantes. Sic itaque, non diem nativitatis celebramus quia in perpetuo vivent ii qui moriuntur. Celebramus nimirum cœtus religioſos cum ſacerdotibus, convocantes fideles una cum clero, invitantes adhuc egenos & pauperes, pupillos & viduas ſaturantes, ut fiat feſtivitas noſtra in memoriam requiei defunctis animabus, quarum memoriam celebramus, nobis autem efficiatur in odorem ſuavitatis in conſpectu æterni Dei.

S. Polycarpus *apud* Euſebium *Eccl. Hiſt. Lib. 4. c.* 15. Pater, inquit, (Sanctus Polycarpus) unigeniti & benedicti Filii tui Jeſu Chriſti, per quem tui notitiam accepimus: Deus Angelorum, & Poteſtatum, & univerſæ creaturæ, omniumque juſtorum qui vivunt in conſpectu tuo: benedico te, qui me in hunc diem, & ad horam hanc perducere dignatus es, ut partem caperem in conſortio Martyrum & in calice Chriſti tui, in reſurrectione vitæ æternæ animæ ſimul & corporis, in incorruptione Spiritus ſancti. Inter quos, quæſo, ſuſcipiar hodie in conſpectu tuo tanquam hoſtia pinguis & accepta, quemadmodum præparaſti, adimplens ea quæ præmonſtraſti verax Deus. Quamobrem de omnibus te laudo, te benedico, te glorifico per ſempiternum Pontificem Jeſum Chriſtum unigenitum filium tuum, per quem tibi una cum ipſo in Spiritu ſancto gloria nunc & in ſæcula ſæculorum. Amen... Dæmon... operam dedit ne corpus illius a noſtris auferretur: tametſi multi inter nos eſſent, qui id agere magnopere cupiebant, & ſacro illius cadaveri communicare. Quidam igitur ſuggeſſerunt Nicetæ Herodis patri, fratri autem Dalces, ut Proconſulem adiret, moneretque ne cadaver illius donaret: ne forte, ut ajebant, relicto crucifixo hunc deinceps Chriſtiani colere inciperent. Stulti, qui ignorarent nos nec Chriſtum umquam poſſe relinquere, qui pro ſalute omnium quotquot ex genere humano ſalvi futuri ſunt, mortem pertulerit, nec alium quemquam colere. Illum enim utpote Filium Dei adoramus: Martyres vero tamquam Diſcipulos & imitatores Domini, merito amore proſequimur ob eximiam ipſorum benevolentiam quam erga regem ac magiſtrum ſuum declararunt. Quorum nos quoque conſortes ac condiſcipulos fieri omnibus modis optamus. Porro cum Centurio pertinaciam Judæorum animadverteret, corpus in medio collocatum, ut moris eſt ipſis, concremavit. Atque ita nos demum oſſa illius gemmis pretioſiſſimis cariora, & quovis auro puriora colligentes, ubi decebat condidimus. Quo etiam in loco nobis, ſi fieri poterit, convenientibus concedet Deus natalem ejus martyrii diem cum hilaritate & gaudio celebrare, tum in memoriam eorum qui glorioſo certamine perfuncti ſunt, tum ad poſteros hujuſmodi erudiendos & confirmandos.

Euſeb. *Lib. 17. de præpar. Evang. cap. 11. Vide infra hocce §. lit.* (Y)

S. Basil. *Hom. 20. in Quadraginta Martyres, initio.* Honor quem in bonos conſervos conferimus, benevolentiæ ſignificationem apud communem Dominum habet. Palam eſt enim, quemadmodum is qui generoſos homines ac fortes cum honore exceperit, in ſimili ſi forte contingat occaſione imitari non dedignabitur. Venerare igitur ingenue eum, qui martyrium paſſus eſt, ut voluntate martyr fias, ac demum ſine perſecutione, ſine igne, ſine verberibus & plagis eodem cum illis præmio dignus habearis... Nos Martyrum virtutem commemorantes, vos aſtantes excitabimus: ac vobis ſub aſpectum ipſorum facta reducentes, eos qui ſunt animo aliquantulum generoſo, ac ipſi voluntate propinquiores facile ad imitandum accendemus. Hæc eſt enim Martyrum vera laus, alios ad eorum virtutem æmulandam invitare... Hi ſunt qui noſtram obtinentes regionem, quaſi quædam turres contra adverſariorum incurſum refugium exhibent... Paratum eſt hic Chriſtianis auxilium, Eccleſia videlicet Martyrum, exercitus triumphantium, chorus laudantium Deum. Sæpe operam dediſtis, ſæpe laboraſtis, ut unum pro vobis orantem inveniretis: quadraginta ſunt hi, unam orationis emittentes vocem... Qui aliqua premitur anguſtia ad hos confugit. Qui rurſus lætatur ad hos recurrit. Hic ut a malis liberetur, ille ut duret in rebus lætis. Hic mulier orans pro filiis auditur: peregrinanti viro reditum incolumem, ægrotanti vero ſalutem implorat... O communes generis humani cuſtodes, optimi curarum ſocii, precum, ac votorum invicem ſuffragatores, legati apud Deum potentiſſimi!

S. Gregor. Nazianz. *Orat. 3. quæ eſt invectiva in Julianum 1. pag.* 72. Eum, quo Martyres affici ſolent, honorem athletis invidebat (Julianus,) ac proinde id molitur, ut ipſe quidem & vim afferat, & interim afferre non videatur: nos contra & ſupplicia perferamus, & eo interim honore, qui pro Chriſti nomine patientibus haberi ſolet, careamus.

S. Gregor. Nyssen. *Orat. de S. Theodoro martyre tom. 3. pag. 578. edit. Morelli Pariſ. ann. 1638. mihi pag.* 1010. Conſiderate, qui hujus puri cultus miniſtri, ac Martyrum ſtudioſi eſtis, quanta res ſit juſtus, quamque multas conſequatur remunerationes:... & cognito pietatis fructu, imitamini conſilium, & aſpirate ad animum & voluntatem eorum qui ita præ ceteris honorantur, atque concupiſcite, & affectate ea præmia, quæ Chriſtus athletis pro merito cujuſque diſtribuit... Cui regum talis honor habetur? Qui ex iis, qui ſupra modum inter homines excellere viſi ſunt, tali memoria celebratur? Quis Imperatorum, qui urbes munitas ceperunt, nationes innumeras ſubegerunt, adeo decantatus & fama celebratus eſt, ut hic miles pauper, modo conſcriptus & tyro, quem Paulus armavit, quem Angeli ad certamen unxerunt, quem victorem Chriſtus coronavit?

S. Epiphanius *adverſ. hæreſ. lib. 3. adverſus Collyridianos hæreſi 59. ſive 79. numer.* 1. Cum alii Sacroſanctæ virginis dignitatem elevent; alii præter modum, ac rationem attollant...... Etenim mulieres quædam currum, ſive ſellam quadratam adorantes, ac linteo deſuper extento, ſolemni tempore, per aliquot dies panem proponunt, & in Mariæ nomen offerunt. Tum ad unam omnes illo veſcuntur.

PARS II. SECT. III. CAP. II. §. 3.

N. 3.... Cui (Mariæ) ſanctus honor eſt habitus, ut gremio ſinuque ſuo regem omnium ac cæleſtem Deum, Deique filium exciperet. Cujus uterus, velut templum ac domicilium ad divini verbi Incarnationem, ſingulari eſt benignitate Dei magno ac ſtupendo myſterio præparatus.

N. 4. Sanctum erat Mariæ corpus, fateor: non tamen Deus illa fuit. Eadem & Virgo extitit; minime tamen nobis ad adorandum propoſita, ſed eum adorans ipſum, qui e ſua carne genitus e cælo, ac paterno ſinu deſcenderat. Quare ſanctum quoque nos Evangelium præmunire voluit; in quo ita Chriſtus loquitur: *Quid mihi, & tibi mulier... nondum venit hora mea.* Ubi idcirco Mulierem appellavit, ne quis B. Virginem excellentioris alicujus eſſe naturæ crederet.

Joh. II, 4.

N. 5. Quanquam enim ſelectum quoddam vas, atque eximium ſit, nihilominus mulier eſt, ejusdemque cum ceteris naturæ, licet animo, atque ſenſu ampliſſimis honoribus affecta ſit; perinde ac reliquorum Sanctorum corpora, aut ſi quid ad gloriam, ac ſplendorem illuſtrius attuleto... ut ſanctiſſima illa Thecla; cui tamen longe eſt anteponenda Maria, ob cæleſte illud myſterium, quod in ejus utero perfectum eſt... Sed nec Thecla, aut alius quiſpiam e ſanctis adoratur... Nam ſi ne Angelos quidem adorari permittit, quanto minus id Annæ filiæ tribui conceſſerit.

N. 7. Verbum e Virgine ſuſceptum corpus induens: non ideo tamen, ut hæc adorari debeat; aut ut eam divinam ad naturam, conditionemque transferat; neque ut ſacrificium illius in nomen offeratur; neque tanto intervallo mulieres ſacerdotes inſtituantur. Hoc ne in Salome quidem fieri voluit Deus, nec in Maria. Non ei baptizandi poteſtatem fecit, non diſcipulis benedicere, non in terris præeſſe mandavit; ſed hoc unum voluit, ut ſanctum quid, & conſecratum eſſet, ac cæleſte regnum adipiſceretur... Honoretur ſane Maria: Pater vero, Filius, & Spiritus ſanctus adorentur: Mariam adoret nemo velit. Non enim mulieri, ac ne viro quidem, ſed uni Deo myſterium illud, cultusque tribuitur; adeo ut nec Angeli ipſi tanto honori pares eſſe videantur... Quamvis Maria vel optima fuerit, ac ſancta, & honore digniſſima, non idcirco tamen adoratione proſequenda.

N. 9. Non longe a fine... Maria in honore ſit, Dominus adoretur.

S. JOHAN. CHRYSOST. *Homil. 40. ad Popul. Antioch. in SS. Martyr. Juventium & Maximum, initio.* Heri beatus Babylas cum tribus pueris nos hic congregabat: hodie vero par ſanctorum militum... Vos non aliter priſcos, aliter recentiores colitis ſanctos, ſed eadem alacritate, eodem amore, affectu, colitis omnes & commendatis;... exquiritis animi fortitudinem, pietatem, fidem invictam, zelum incitatum ac fervidum, & eas virtutes, quas præ ſe ferunt ſancti ob quorum honorem... convenimus.

In fine. Etenim ſicut milites, vulnera quæ in præliis ſibi inflicta regi monſtrantes, fidenter loquuntur: ita & illi in manibus abſciſſa capita geſtantes, & in medium afferentes, quæcumque voluerint apud regem cælorum impetrare poſſunt. Proinde magna fide, promptitudineque huc veniamus, quo & viſis ſanctorum monumentis, & conſideratis eorum præmiis, inde varios theſauros undequaque colligamus.

Homil. 41. ad pop. Antioch. in S. Pelagiam. Ipſis etiam regalibus aulis apud homines omnes ſplendidius erit ſepulchrum illud, ubi corpus jacuerit, quod cum virtute ac pietate vixerit. Hujus rei vos ipſi teſtes eſtis, qui divitum monumenta, quamvis aureis veſtibus contecta, tanquam ſpeluncas quasdam prætereuntes, ad ſanctam hanc virginem multo cum ſtudio, & animi alacritate accurritis.. Precor vos, & hortor, ut ſemper ſanctam hanc virginem in memoria & mente habeatis, neque ſolemnitatem hanc celebrem dedecoretis, non denique fiduciam noſtram ex hoc die feſto ad nos proficiſcentem imminuatis. Etenim non temere cum Græcis differentes, hujus diei feſti celebritate gloriamur, eamque objicientes, erubeſcere illos facimus, cum dicimus, quemadmodum urbem integram, ac totam, tantumque populum, puella una mortua ſingulis annis ad ſe attrahit, idque poſt tam multos annos, neque tempus ullum honoris hujus ſeriem interrupit.

Homil. 42. ad popul. Antioch. de S. Ignatio, initio. Qui ſumptuoſis ac ſplendidis conviviis delectantur, ea crebro viciſſim inter ſe celebrant, tum ut divitias oſtentent ſuas, tum ut benevolentiam in amicos præ ſe ferant. Talis eſt etiam Spiritus gratia, quæ nobis & proprias opes oſtendit, atque exhibet, & magnam erga amicos Dei caritatem declarat, cum frequentes nobis ac mutuas Martyrum menſas opponit. Heri puella plane adoleſcens & virgo, beata Martyr Pelagia, magna cum lætitia convivium nobis exhibuit: hodie celebritatem illius beatus hic, ac generoſus Martyr Ignatius viciſſim excepit.

Paulo ante finem. Deus pretioſum hunc theſaurum pauliſper ſuſcipiens ut oſtenderet Romæ, majore cum gloria illum vobis retulit. Emiſiſtis enim Epiſcopum, & Martyrem recepiſtis; emiſiſtis eum precibus, & cum coronis ſuſcepiſtis. Nec vero vos ſoli, ſed cunctæ quæ interjectæ ſunt civitates. Quomodo enim eas affectas exiſtimatis, cum reportatas reliquias cernerent? Quem voluptatis fructum percipere? Quanta lætitia geſtire? Quam fauſtis undique acclamationibus coronatum amplecti? Quemadmodum pugilem generoſum, qui omnes devicerit adverſarios, ſpectatores e cavea cum plauſu conſurgentes ſublimem ſtatim excipiunt, nec terram attingere patiuntur, ſed humeris ſublatum innumerabilibus laudibus ornantes, domum reportant: ſic utique & ſanctum illum omnes ex ordine civitates ab urbe relatum ſuſcipientes humerisque geſtantes, Antiochiam usque ſunt comitatæ, Martyrem coronatum concelebrantes, collaudantes victorem. Et tunc quidem cunctis illis civitatibus profuit, documentoque fuit, & patriam hanc usque in præſentem diem locupletavit, & non aliter quam theſaurus quidam perpetuus, qui quotidie exhauritur, & nunquam deficit; ſic etiam ..., beatus hic Ignatius cunctis ad ſe accedentibus benedicens, fiducia & ſtrenua alacritate, magnaque fortitudine plenos remittit domum. Itaque non hodie tantum, ſed quotidie ad ipſum confluimus ſpirituales ex eo fructus percipientes. Quisquis enim cum fide ad illum accedit, magnis afficitur beneficiis. Sanctorum enim non modo corpora, ſed ipſi loculi, & monumenta ſpirituali gratia conferta ſunt. Nam ſi in Elizeo id contigit, ut defunctus ſepulchrum ejus attingens, mortis vincula diſſolverit, & ad vitam rurſum redierit; multo magis id fiet hoc tempore, quo gratia fluit uberior, quo Spiritus major eſt vis; ut ſi quis arcam contingat, magnam inde virtutem hauriat; & eam ob cauſam, reliquias ſanctorum nobis conceſſit Deus, ut nos ad ſe eorum imitatione perducat; & ſint nobis velut portus quidam & idoneum ſolatium eorum malorum, quæ aſſidue nos affligunt. Quamobrem vos omnes cohortor, fratres, ſi quis veſtrum ægritudine animi, vel corporis morbo, vel quavis alia calamitate premitur, ut cum fide huc accedat, & ab aliis omnibus liberatus, magna cum lætitia revertetur, & aſpectu ſolo conſcientiam leviorem, & tranquilliorem reportabit. Quin etiam expedit, ut non ſolum ii, qui ærumnis & moleſtiis affecti ſunt, huc ſeſe conferant, ſed illi etiam qui & animi quiete & gloria, & potentia, & magna apud Deum fiducia perfruuntur. Huc enim accedentes bona hæc efficient firmiora, & ſtabiliora: & memoria virtutum, & recte factorum, hujuſcemodi ſancti viri animos ſuos reddens moderatiores, nec conſcientias ſuas bonis operibus efferri atque intumeſcere patientur.. Utilis igitur cunctis hic theſaurus eſt, & refugium ſalutare, tam illis qui rebus duris atque aſperis, & peccatis conflictantur, ut ab illis liberentur; quam illis qui proſpere ac feliciter degunt, ut diu fruantur bonis; illis qui morbis laborant, ut bonam valetudinem conſequantur: illis qui commoda gaudent valetudine, ne in morbum aliquem incurrant. Quæ omnia conſiderantes, cum omni gaudio, atque lætitia ſacrum hunc locum frequentemus: ut contubernii, menſæque cæleſtis participes cum ſanctis fieri valeamus, precibus ipſorum ſanctorum, &c.

Homil. 43. ad popul. Antioch. de S. Romano Homil. 1. initio. Rurſus Martyrum memoria, & rurſus dies feſtus & celebritas ſpiritalis. Laborarunt illi, & nos lætamur. Decertarunt illi, & nos exultamus. Illorum eſt corona, & communis gloria: illorum ſunt præmia & certamina, & totius Eccleſiæ gloria, decus, & gloriatio.

In fine. Pro his omnibus Martyri gratulemur; Deum glorificemus, qui hæc facit miracula, imitemur conſervi patientiam, gratias agamus domino pro gratia.

Homil. 45. ad popul. Antioch. de S. Meletio, initio. Per venerandum & ſacrum hunc gregem oculos ubique circumferens, & univerſam civitatem adſpiciens hic præſentem, neſcio quem prius beatum pronuntiem, ſanctumne Meletium, quod vel poſt mortem tanto honore frui-

Digitized by Google

fruitur: an veſtram caritatem, quod tantam in veſtros Paſtores benevolentiam etiam poſt deceſſum oſtenditis... Quintus enim annus præteriit, ex quo ille migravit ad Jeſum, quem deſiderabat, ac perinde ac ſi heri & nudius tertius eum vidiſſetis, tam ferventi amore ad eum hodie acceſſiſtis.

Paulo ante finem. Sufficis dies feſtus, & fervor veſtri ſtudii ad tuba clarius proclamandum Sancti Meletii in vos amorem tamquam in filios... Unuſquiſque filium ſuum appellabat ab illius appellatione, per appellationem exiſtimans unuſquiſque in domum ſuam ſanctum introducere, patreſque avos & proavos prætereuntes beati Meletii nomen imponebant liberis quos pepererant... Ipſum enim nomen & ornamentum cognationis, & ædium tutelam, & ita vocatis ſalutem & amoris ſolatium eſſe exiſtimabant. Habebant hoc nomen tamquam arma quædam, quibus fugabatur quævis a ratione aliena affectio & cogitatio. Fuitque id adeo frequens, ut ubique in biviis, in foro, in agris, in viiſque hoc nomen undique circumſonaret. Quomodo enim feciſtis in nominibus hoc etiam feciſtis in illius imagine. Etenim in palis annulorum, & in poculis, & in phialis, & in thalamorum parietibus, & ubique ſacram illam multi expreſſerunt imaginem, ut non ſolum audirent ſanctam illam appellationem, ſed etiam ubique viderent figuram corporis, & ejus peregrinationis duplicem haberent conſolationem.

Homil. 47. ad Populum Antiochenum, quæ eſt de S. Juliano, initio. Si tales in terris honores Martyribus deferuntur poſtquam exceſſerint ex hac vita, quales coronæ ſanctis eorum capitibus nectuntur? Si tanta eſt ante reſurrectionem gloria, quantus poſt reſurrectionem erit ſplendor? Si tanto eos conſervi cultu dignantur, quanta eos Dominus benevolentia complectetur? Pro nobis Martyres mactati non ſunt, tamen in honorem illorum convenimus: quod ſi nos pro quibus mactati non ſunt, convenimus, Chriſtus, pro quo ſua capita devoverunt, quid non præſtabit?..

Aliquando ante finem.... Non ſolum ad Martyres accedamus, ſed etiam Martyres imitemur. Honor quippe Martyrum eſt, non ſi ad eos tantum procedamus, ſed præ hoc ſi fortitudinem ipſorum æmulemur... Quam multi ſiquidem, ex quo plantatum eſt corpus iſtud in terra, ſexcentas ſanationes ex hoc ſancto loculo decerpſerunt, nec fructus defecit? Meſſuerunt ſegetem, nec conſumptæ ſunt ſpicæ? E fontibus hauſerunt, nec exinaniti ſunt latices, ſed perennis eſt quædam ſcaturigo, numquam deficiens, ſed eo quod hauſtum eſt, copioſius ſemper miraculum manans effundit?

Homil. 48. ad Populum Antiochenum, quæ eſt 2. de S. Romano. Martyrum commemorationes animas adverſus dæmonum artes armant, & contra illos adprehenſiones luctæque nexus inſtituunt.

Homil. 58. ad Popul. Antioch. quæ eſt de Sancto Babyla ... Veſtram laudo civitatem, quod multum erga ſanctum iſtum exhibueritis. Nam quo tempore Daphne revertebatur, tota nobis civitas in viam effuſa eſt, vacua fuerunt hominibus fora, vacuæ feminis ædes, deſerti ab hominibus thalami: ſic & omnis ætas, & uterque ſexus exiluerunt ex urbe, tamquam patrem ex longa peregrinatione poſt multum tempus revertentem recepturi... Noverat quippe, (*Meletius*) noverat quanta ipſi horum cauſſa præmia reſervanda eſſent; atque idcirco in obſequio cultuque Martyrum perſeverabat, non ſplendidis tantum ædificiis ſtruendis, aut conventuum feſtis celebrandis, ſed potiori quadam his omnibus ratione. Quænam illa tandem? Vitam imitatur illorum, fortitudinem æmulatus, ac per omnia imaginem Martyrum pro viribus in ſeipſo conſervat.

S. Cyril. Alexand. *contra Julian. Lib. 6. tom. 6. pag.* 202. Petrus, Johannes, aliique umbra ſola corporum ægritudines ſanabant. Licet autem hodieque videre ſanctos ac venerabiles viros in virtute Chriſti per Spiritum ſanctum impuros dæmones increpare, & quos illi (Gentiles) Deos ac ſervatores eſſe credunt, orationis virtute conterere, & manus contactu cruciare: quin etiam ea vi præditos, ut variis ægritudinibus oppreſſos liberare valeant... Non, ut exiſtimas, hominem Deum facimus, eum qui natura Deus non ſit, adorandum ſuſcipimus; ſed ipſum potius, quod ex Patre prodiit Verbum, per quod in ortum omnia producta ſunt... Non igitur.. hominem merum colimus, nullo modo; ſed hominem qui apparuit, Dei Verbum agnoſcentes, ut Deum adimus... Sanctos porro Martyres, neque Deos eſſe dicimus, neque divino cultu ſcilicet illos adorare ſolemus,

ſed affectus & honoris: quin potius ſummis honoribus illos ornamus, puta quod pro veritate ſtrenue certaverint, ſinceritatemque fidei eo uſque ſervarint, ut animam ipſam contempſerint, repudiatiſque mortis terroribus periculum omne vicerint, & virtutis adeo mirabilis ſeipſos [veluti quaſdam imagines vitæ hominum propoſuerint. Quare nihil eſt abſurdi; immo vero neceſſe erat, eos qui tam claris facinoribus excelluerunt, ornari perpetuis honoribus... Nos autem non dicimus ſanctos Martyres fuiſſe Deos: ſed illos omni veneratione proſequi ſolemus, eorumque loculos honoramus, tam claræ virtutis remunerationem veluti quamdam ac præmium ipſis immarceſſibilem memoriam reponentes. Pars II. Sect. III. Cap. II. §. 3.

S. Ambros. *De viduis cap. 9. num.* 54. Et tu habes proximos, qui pro te ſupplicent. Habes Apoſtolos proximos, habes Martyres proximos, ſi in ipſa Martyribus devotionis ſocietate, miſericordiæ quoque muneribus appropinques... Non ſanguinis neceſſitudo, ſed virtutis cognatio facit proximos,.. ama ergo propinquitatem Petri, affinitatem Andreæ, ut pro te rogent: & recedant cupiditates tuæ.

Append. Serm. 53. 1. de SS. Petro & Paulo, num. 6. Non mortui ſunt quorum curamus natalem hodie, ſed beati vivunt plane; quia participes effecti ſunt Chriſti, qui vita eſt omnium. Quamvis enim corpora paſſione cæſa ſint, interruptus tamen non eſt ordo vivendi; jugiter enim & Deo gratias agunt, & laudes Salvatori referunt.

Serm. 54. qui eſt 2. de SS. Petro & Paulo num. 5. Quotieſcumque Martyrum memoriam celebramus, prætermiſſis omnibus ſæculi actibus, ſine aliqua dilatione concurrere debemus,... cum dicat ad ſanctos ſuos omnipotens Deus: *Qui vos honorat, me honorat; & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Quiſquis ergo honorat Martyres, honorat & Chriſtum: & qui ſpernit Sanctos, ſpernit & Dominum. Luc. x. 16.

Serm. 55. de SS. Nazario & Celſo n. 1. Apud domeſticos Dei tantum interceſſionis promerueris, quantum venerationis impenderis.

S. Hieronymus *poſt Epiſt. 53. adverſus Vigilantium, tom. 1. pag. 588. Edit. Pariſ. 1609.* Exortus eſt Vigilantius, ſed verius Dormitantius.. qui Martyrum neget ſepulchra veneranda... Male facit ergo Romanus Epiſcopus, ſuper mortuorum hominum Petri & Pauli ſecundum nos oſſa veneranda, ſecundum te vilem pulviſculum, offert Domino ſacrificia & tumulos eorum Chriſti arbitratur altaria. Et non ſolum unius urbis, ſed totius orbis errant Epiſcopi, qui ingrediuntur baſilicas mortuorum in quibus pulvis viliſſimus, & favilla neſcio quæ jacet linteamine convoluta.. Portentum in terras ultimas deportandum?.. Argumentatur contra ſigna atque virtutes quæ in baſilicis Martyrum fiunt... Reſponde quomodo in viliſſimo pulvere, & favilla neſcio qua, tanta ſit ſignorum virtutumque præſentia.. Spiritus immundus.. ſæpe hoc viliſſimo tortus eſt pulvere, immo hodieque torquetur... Nos non Martyrum reliquias.. non Angelos, non Archangelos, non Cherubim, non Seraphim.. colimus & adoramus, ne ſerviamus creaturæ potius quam creatori, qui eſt benedictus in ſæcula. Honoramus autem reliquias Martyrum, ut eum cujus ſunt Martyres adoremus. Honoramus ſervos, ut honor ſervorum redundet ad Dominum, qui ait: *Qui vos ſuſcipit, me ſuſcipit*... Si non ſunt honorandæ reliquiæ Martyrum, quomodo legimus: *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus?* Si oſſa mortuorum polluunt contingentes, quomodo Eliſæus mortuus, mortuum ſuſcitavit? Ergo omnia caſtra Iſraelitici exercitus & populi Dei fuere immunda, quia Joſeph, & Patriarcharum corpora portabant in ſolitudine: & ad ſanctam terram immundos cineres pertulerunt? Joſeph quoque, qui in typo præceſſit Domini Salvatoris noſtri, ſceleratus fuit, qui tanta ambitione Jacob in Hebron oſſa portavit; ut immundum patrem, avo & atavo ſociaret immundis, & mortuum mortuis copularet?.. Sacrilegium tantum patienter audire non poſſum. Matt. 10. 40. Pſ. 115. 15. 4. Reg. 13. 21.

Epiſt. 27. ad Euſtochium circa medium. Proſtrata (Paula) ante crucem, quaſi pendentem Dominum cerneret, adorabat. Ingreſſa ſepulchrum, reſurrectionis oſculabatur lapidem, quem ab oſtio monumenti amoverat Angelus: & ipſum corporis locum in quo Dominus jacuerat, quaſi ſitiens deſideratas aquas, fideli ore lambebat... Oſtendebatur illi columna Eccleſiæ porticum ſuſtinens infecta cruore Domini, ad quam vinctus ducitur & flagellatur... *Introibimus in tabernaculum ejus, adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus.* Et ego miſera atque peccatrix, Pſ. 131. 7.

digna ſunt judicata deoſculari præſepe, in quo Dominus parvulus vagiit: orare in ſpelunca, in qua Virgo puerpera Dominum fecit infantem? *Et paulo poſt* (Sebaſte) ſiti ſunt Elizeus & Abdias Prophetæ: & (quo major inter natos mulierum non fuit) Johannes Baptiſta. Ubi multis intremuit conſternata mirabilibus: namque cernebat variis dæmones rugire cruciatibus, & ante ſepulchra Sanctorum ululare homines more luporum.

Et in fine. Vale o Paula & cultoris tui ultimam ſenectutem orationibus juva, fides & opera tua Chriſto te ſociant: præſens facilius quod poſtulas impetrabis.

S. AUGUST. *Lib.* 20. *contra Fauſtum*, *cap.* 21. Paulus Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſolemnitate celebrabat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum conſocietur, atque orationibus adjuvetur: ita tamen ut nulli Martyrum, ſed ipſi Deo Martyrum, quamvis in memoriis Martyrum, conſtituamus altaria. Quis enim Antiſtitum in locis ſanctorum corporum aſſiſtens altari, aliquando dixit, Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane: ſed quod offertur, offertur Deo qui Martyres coronavit, apud memorias eorum quos coronavit; ut ex ipſorum locorum admonitione major affectus exurgat, ad acuendam caritatem, & in illos quos imitari poſſumus, & in illum quo adjuvante poſſumus. Colimus ergo Martyres eo cultu dilectionis, & ſocietatis, quo & in hac vita coluntur ſancti homines Dei, quorum cor ad talem pro Evangelica veritate paſſionem paratum eſſe ſentimus. Sed illos tanto devotius, quanto ſecurius poſt certamina ſuperata: quanto etiam fidentiore laude prædicamus, jam in vita feliciore victores, quam in iſta adhuc uſque pugnantes. At illo cultu, quod Græce λατρεία dicitur, Latine uno verbo dici non poteſt, cum ſit quædam proprie divinitati debita ſervitus, nec colimus, nec colendum docemus, niſi unum Deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio ſacrificii, unde idololatria dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibent; nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus vel cuiquam Martyri, vel cuiquam Sanctæ animæ, vel cuiquam Angelo: & quiſquis in hunc errorem delabitur, corripitur per ſanam doctrinam, ſive ut corrigatur, ſive ut caveatur.

THEODOR. *de Græc. affect. ſerm.* 3. *de Angelis*, *&c.* *pag.* 522. *tom.* 4. Sed enim dicturos vos puto, atqui etiam vos inviſibiles quaſdam poteſtates eſſe dicitis, quas & ANGELOS & ARCHANGELOS nominatis & appellatis, & PRINCIPATUS, POTESTATES, & DOMINATIONES, & THRONOS aliaſque inſuper Hebraicis nominibus CHERUBIM ac SERAPHIM vocari didiciſtis. Cur itaque adverſum nos indignamini, ſi poſt Deum illum, qui ſemper eſt, quique eodem modo ſemper ſe habet, ſecundarios quoſdam deos, eoſque multo inferiores, opinamur eſſe, & veneratione proſequimur? Ego vero fateor equidem, docere nos divinam Scripturam, eſſe quaſdam inviſibiles poteſtates, & creatorem laudantes, & divinæ ejus voluntati obſequentes. Hos tamen deos non appellamus, nec divinum illis cultum tribuimus, nec in Deum verum & iſtos divinam adorationem partimur: ſed hos quidem pluris eſſe quam homines putamus, at conſervos tamen opinamur.

Serm. 8. *de Martyribus*... *pag.* 593. *tom.* 4. *edit. Pariſ. ann.* 1642. Neque vero (Apoſtolis) ſimpliciter fidem fecerunt, ſed tantam fidem plurimis infixerunt, ut mortem pro his dogmatis libentiſſime oppeterent, eaque inficiari jubentibus linguas minime proderent, ſed flagris humeros cædere volentibus, & lampadibus ungulisque latera, & cervices gladiis ſupponerent, & tympanis ac fidiculis extenderentur, & palis infigerentur, & flammis exurerentur, & ab immanibus feris laniari corpora ſua conſpicerent. Qua de cauſa & immortalem illis gloriam contulit certaminis præſes, memoriamque nullo tempore finiendam. Nam cum cetera omnia corrumpere tempus ſoleat, horum tamen gloriam incorruptam ſervavit. Ac generoſæ quidem animæ triumphatorum cælum nunc obambulant, & Angelorum choris interſunt. Eorum vero corpora non ſingula cujusque condunt monumenta: ſed urbes & vici hæc inter ſe partiti, animarum illos ſervatores corporumque medicos appellant, venerantur que tamquam urbium præſides atque cuſtodes. Et horum apud Deum univerſorum interventu divina per eos munera conſequuntur. Sectis eorum corporibus, integra & indiviſa gratia perſeverat: & tenues illæ ac rantillæ reliquiæ integro, nullaſque in partes diſſecto Martyri parem habent virtutem. Quæ enim adſtat gratia dona diſtribuit, & fide ſupplicantium liberalitatem metitur. Vos autem ne hæc quidem adducunt, ut horum Deum laudetis, ſed deridetis ac ludibrio habetis honorem qui his paſſim ab omnibus defertur, & abominandum ſcelus ducitis ad eorum buſta propius accedere. Verum etſi mortales omnes his rebus offenderentur, Græcos certe his ſuccenſere non decuit; quorum nempe ſunt libamina, & expiationes, & heroes, & ſemidei, & homines in deos relati...

Pag. 597. Quid vos igitur, qui tot numero mortuos homines Deos appellaſtis, nobis ſuccenſetis, qui non Deos facimus, ſed honoramus Martyres, tamquam Dei teſtes, ſervoſque amantiſſimos? Cur inquinari pollui que eum cenſetis, qui ad defunctorum loculos accedat?

Pag. 599. At nos, o viri, nec hoſtias Martyribus nec libamina deferimus, ſed ut Sanctos Deique amantes honoramus. Tanto enim amore creatorem ſervatoremque proſecuti ſunt, ut mortem illius cauſa ſuſceptam optabilem duxerint. Quod ſi forte exiſtimatis eos ſine ſenſu nunc eſſe, nec divina potius ac feliciſſima ſorte quadam frui, Pindarus Lyricus hanc a vobis opinionem extrudat, cum ait: *Animæ piorum cælum colentes, cantum beatum & magnum in hymnis canunt*, Quod ſi cælum ſedes illorum eſt qui pie vitam duxerunt, hanc profecto Martyres ſortem obtinent, quibus pium magis eſſe nihil poteſt... qui tantam pro religione fortitudinem oſtenderunt, quorum res geſtæ non ſolum fortitudinis, ſed & juſtitiæ, & temperantiæ, ac prudentiæ fidem faciunt.... Hi ſunt vere hominum duces & propugnatores, & auxiliatores, malorumque depulſores, damna quæ a dæmonibus infliguntur procul arcentes.

Pag. 602. Nos... eos qui pietate claruerunt, proque ea cæſi ſunt, malorum depulſores, & medicos nominamus, Dæmonas non appellamus, (abſit a nobis hic furor,) ſed Dei amicos ſervoſque benevolos, libertate utentes, bonorumque copiam nobis promittentes... Poſſe autem Sanctorum animas, etiam cum extra corpus fuerint, hominum curare negotia, Plato idem in undecimo legum libro... affirmat... Decet autem profecto hoc honoris eos adipiſci, ut qui res divinas totis præcordiis adamarint, & quæ ab initio amplexi fuerant, in his ad finem uſque perſtiterint.

Pag. 605. Quis enim eſt, qui ſepulchrum Xerxis Dariive norit? Quis Alexandri, qui tot gentes breviſſimo tempore perdomuit? Sed quid antiquos commemoro, cum nec Auguſti ſepulchrum ſit cognitum, neu aliorum, quotquot poſt illum Romano Imperio potientes, ejus auctorem datoremque ignorarunt,.. Victorum vero Martyrum templa clara & conſpicua cernuntur, magnitudineque præſtantia, & omni ornatus genere illuſtria, & pulchritudinis ſplendorem late fundentia..

Pag. 606. Ac Philoſophi quidem, & Oratores, oblivioni dati ſunt; imperatorum vero ac magnorum ducum ne nomina quidem plerique hodie norunt: Martyrum autem nomina notiora ſunt omnibus, quam familiarium. Qui & naſcentibus filiis horum vocabula imponere ſtudent, ſecuritatem inde ipſis tutelamque comparantes.

Pag. 607. Petri & Pauli & Thomæ & Sergii & Marcelli & Leontii & Pantelemonis & Antonini & Mauricii aliorumque Martyrum ſolemnitates peraguntur,.. modeſtæ celebrantur feſtivitates, non ebrietatem & jocos riſuſque exhibentes, ſed divina cantica, ſacrorumque ſermonum auditionem & preces laudabilibus lacrymis ornatas.

Ex Actis S. SATURN. Epiſ. Toloſ. *poſt ann.* CCXLV. *apud* THEODOR. RUINART, *pag.* 109. Illos dies, quibus in Dominici nominis confeſſione luctantes, beatoque obitu regnis cæleſtibus renaſcentes, ejuſdem Domini laudem, cujus in decertatione viribus adjuvati poſt victoriam coronantur; vigiliis, hymnis, ac ſacramentis etiam ſollemnibus honoramus, ut eorum patrocinia atque ſuffragia in conſpectu Domini orando quæramus, honorando mereamur. Qua ſanctum iſtum diem ſollemnitate venerabimur, quibus gaudiis excolemus, in quo vir beatiſſimus Saturninus, Epiſcopus Toloſanæ civitatis & Martyr, in eadem civitate geminatam coronam, Deo largiente, promeruit, & de Sacerdotii dignitate, & de honore martyrii? Ut quem jam venerabilem vita fecerat, etiam paſſio conſecraret.

Acta SS. EPIPOD. & ALEXAND. *an.* 178 *apud* THEODOR. RUINART. *pag.* 65. Dum alternis diebus feſta illorum proveniunt, & illos inſeparabili veneramur affectu; non ſingulis diebus, ſed geminatis obſequiis utrumque bis colimus. Et ſicut nudius-tertius ſolemnitas cælo inſertum Epipodium celebravit, ita hodierna feſtivitate

Digitized by Google

R. Certum eſt utile & ſalubertimum invocare ſanctam Virginem Deiparam, beatos Angelos, & Sanctos cum Chriſto regnantes; ut eorum interceſſione impetremus a Deo omne auxiliorum, &
I beneficiorum genus. (I)

Illud tamen obſervandum eſt, aliam eſſe oportere invocandi & orandi Dei, aliam invocandorum Sanctorum rationem. Deum oramus ut det nobis ipſe quod petimus. Sanctos oramus ut quod a Deo petimus & expectamus, id ipſi nobis interceſſione ſua impetrent per Chriſtum. Quidquid enim Eccleſia poſtulat a Deo, id omne per Chri-
K ſtum poſtulat. (K) Hinc communis est concluſio orationum omnium quas fundit Eccleſia. *Per Chriſtum Dominum noſtrum.* Sit inſtar omnium orationum quæ fiunt ab Eccleſia, ſpecimen illud orationis celeberrimæ quæ uſurpatur ad poſcenda ſuffragia Sanctorum.

Propitiare nobis Domine famulis tuis, per merita beatæ Virginis & omnium Sanctorum, ut eorum pia interceſſione ab omnibus ſemper protegamur adverſis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

In hac orandi formula preces ad Deum Patrem dirigit Eccleſia; oratque ut per merita & interceſſionem Sanctorum propitietur nobis Deus. Hoc autem fieri oportere teſtatur per Chriſtum Dominum noſtrum, a cujus ſanguine vim omnem & efficaciam accipiunt merita & orationes Sanctorum.

Quod ſi ad Sanctos ipſos oratio dirigatur, ut fit in illis orandi formulis quæ Litaniæ dicuntur, tunc ſanctos oramus, non ut ipſi miſereantur noſtri, ſed ut pro nobis intercedant ad Dominum. *Sancta Maria & omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dominum, ut nos ab eo mereamur adjuvari & ſalvari, qui vivit & regnat Deus in ſæcula ſæculorum.* Hæc orationis formula dicitur ad Primam. Paas II. Sect III. Cap. II. §. 3.

Sancta Maria, ora pro nobis. Omnes Sancti beatorum ſpirituum ordines, orate pro nobis. Sancte Petre, ora pro nobis: Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercedite pro nobis. Ad Deum autem vel Chriſtum cum dirigitur oratio, dicimus, *Sancta Trinitas, unus Deus, miſerere nobis, Jeſu fili Dei vivi, miſerere nobis.* Hæc eſt formula Litaniarum, nemini Catholico non nota.

I. Videtur injuria fieri Chriſto Domino dum Sancti invocantur; videntur enim illis orationibus plures admitti mediatores, cum unus ſit ex Apoſtolo *mediator Dei & hominum* Deus & *homo Chriſtus Jeſus.* 1. Tim. 11. 5

R. Non magis plures mediatores admitti ſequitur ex Sanctorum cum Chriſto regnantium invocatione, quam ex invocatione Sanctorum in terris adhuc degentium. *Chriſtus unus eſt mediator, per quem habemus acceſſum ad Deum:* Sancti invocantur ſolum ut interceſſores apud Chriſtum. Horum interceſſio per Chriſtum ad Deum dirigitur, ut jam diximus. Mediatoris nomen abſolute ſumptum ſoli Chriſto competit; ipſe enim unus nos redemit ſanguine ſuo. Si quando vocentur Sancti mediatores noſtri, improprie ſic appellantur, & eo ſolum ſenſu quod intercedant pro nobis, ut diximus, ad Dominum Ibid. Ephes. 11. 18.

minum

tare beatum Alexandrum perveniſſe ad regna cæleſtia gaudeamus.

Tom. 3. CONCIL. LABBÆI *pag.* 583. *in Conc. generali Epheſ. Act. I. ann.* 433. CYRILLI *Hom. in Neſtorium* ... Salve a nobis Deipara Maria, venerandus totius orbis theſaurus, lampas ineſtinguibilis, corona virginitatis, ſceptrum rectæ doctrinæ, templum indiſſolubile, locus ejus qui loco capi non poteſt, mater & virgo... Salve quæ immenſum, incomprehenſumque in ſancto virgineo utero comprehendiſti, per quam ſancta Trinitas glorificatur & adoratur; per quam pretioſa crux celebratur, & in univerſo orbe adoratur; per quam cælum exultat; per quam Angeli & Archangeli lætantur; per quam dæmones fugantur; per quam tentator diabolus cælo decidit; per quam prolapſa creatura in cælum aſſumitur; per quam univerſa creatura idolorum veſania detenta, ad veritatis agnitionem pervenit; per quam ſanctum Baptiſma obtingit credentibus; ... per quam toto terrarum orbe fundatæ ſunt Eccleſiæ; per quam gentes adducuntur ad pœnitentiam; ... per quam mortui exſuſcitantur ... Ecquis hominum laudabiliſſimam Mariam pro dignitate celebrare queat?

CONCIL. NICÆN. II. *Act.* III. *pag.* 183. *Tom.* VII. Apoſtolicas autem Eccleſiæ traditiones per quas honorare & adorare Sanctos & ſalutare docemur, ſuſcipimus, & amplectimur, venerantes eos ut famulos & amicos atque filios Dei. Honor enim qui circa devotos conſervorum agitur, probationem habet bonæ voluntatis erga communem exhibitæ Dominum. Iſti enim ipſi cellaria Dei & habitacula munda, ſanctique Spiritus puriſſima ſpecula facti ſunt.

(I) S. AUG. *Lib.* 8. *de Civitate Dei c. ult.* 27. *n.* 1. Nec tamen nos eiſdem Martyribus templa, ſacerdotia, ſacra, & ſacrificia conſtituimus: quoniam non ipſi, ſed Deus eorum nobis eſt Deus. Honoramus ſane memorias eorum tamquam Sanctorum hominum Dei, qui uſque ad mortem corporum ſuorum pro veritate certarunt, ut innoteſceret vera religio... Qui autem audivit aliquando fidelium ſtantem Sacerdotem ad altare etiam ſuper ſanctum corpus Martyris ad Dei honorem cultumque conſtructum, dicere in precibus, Offero tibi ſacrificium Petre, vel Paule, vel Cypriane; cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines, & Martyres fecit, & ſanctis ſuis Angelis cæleſti honore ſociavit; ut ea celebritate & Deo vero de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum eodem invocato in auxilium ex illorum memoriæ renovatione adhortemur? Quæcumque igitur adhibentur religioſorum obſequia in Martyrum locis, ornamenta ſunt memoriarum, non ſacra vel ſacrificia mortuorum tamquam deorum. Quicumque etiam epulas ſuas eo deferunt, ... quas cum appoſuerint, orant, & auferunt, ut veſcantur, vel ex eis etiam indigentibus largiantur, ſanctificari ſibi epulas volunt per merita martyrum in nomine Domini Martyrum. Non autem eſſe iſta ſacrificia Martyrum novit, qui novit unum, quod etiam illic offertur ſacrificium Chriſtianorum.

N. 2. Nos itaque Martyres noſtros, nec divinis honoribus, nec humanis criminibus colimus, ſicut colunt illi (Gentiles) deos ſuos, nec ſacrificia illis offerimus ... Non conſtituimus Sacerdotes, nec offerimus ſacrificia Martyribus noſtris; quia incongruum, indebitum, illicitum eſt, atque uni Deo tantummodo debitum.

Lib. 22. *c.* 10. Nobis Martyres non ſunt dii: quia unum eumdem Deum & noſtrum ſcimus & Martyrum. Nec tamen miraculis, quæ per memorias noſtrorum Martyrum fiunt, ullo modo comparanda ſunt miracula, quæ facta per templa perhibentur illorum (Idolorum.) Verum ſi qua ſimilia videntur, ſicut a Moyſe magi Pharaonis, ſic eorum dii victi ſunt a Martyribus noſtris .. Faciunt iſta Martyres, vel potius Deus vel orantibus, vel cooperantibus eis, ut fides illa proficiat, qua eos, non deos eſſe noſtros, ſed unum Deum habere nobiſcum credamus ... Nos autem Martyribus noſtris, non templa ſicut diis, ſed memorias ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt ſpiritus, fabricamus; nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrificium Martyribus, ſed uni Deo & Martyrum & noſtro: ad quod ſacrificium, ſicut homines Dei, qui mundum in ejus confeſſione vicerunt, ſuo loco & ordine nominantur, non tamen a Sacerdote, qui ſacrificat, invocantur. Deo quippe, non ipſis ſacrificat, quamvis in memoria ſacrificet eorum: quia Dei Sacerdos eſt, non illorum. Ipſum vero ſacrificium corpus eſt Chriſti, quod non offertur ipſis, quia hoc ſunt & ipſi. Exod. 8.

Lib. 20. *contra Fauſtum, cap.* 21. *Vide ſupra hocce* §. *lit.* (H)

THEODORET. *Serm.* 8. *de Mart. Vide hocce paragrapho lit.* (H)

(K) CONC. TRIDENT. *Seſſ.* 22. *c.* 3. & *ſeſſ.* 25. *tit. de Invocat. Sanctor. Vide ſupra hocce* §. *lit.* (B) & ORIGENES *infra lit.* (V) *hujuſce* §.

S. AUG.

PARS II. SECT. III. CAP. II. §. 3.

minum Jeſum. (L) L

I. Si poſſumus, ut ut ait Apoſtolus*, *adire cum fiducia ad thronum gratiæ* Domini noſtri Jeſu Chriſti Pontificis magni, *ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno*, ſaltem ſuperflua eſt Sanctorum invocatio?

* *Heb.* 4. 16.

R. Licet poſſumus Chriſtum ipſum nemine mediante adire, ut patet tum ex eo Apoſtoli teſtimonio quod protuliſti, tum ex quotidianis Eccleſiæ orationibus quæ ad Chriſtum ipſum diriguntur; tamen utiliſſimum eſt advocare Sanctos ut interceſſores apud Chriſtum: quia cum ipſi majori apud eum polleant gratia & favore, efficacius orant, & certius exaudiuntur. Poſſumus vel Regem ipſum vel regni Adminiſtrum cum ſupplicibus libellis adire: ſed longe efficacior ſupplicatio eſt, ſi qui majori polleot apud Regem vel apud ejus Miniſtrum gratia & favore, ipſi pro nobis interceſſores accedant; nec ſibi injuriam fieri regni Adminiſter exiſtimat, ſi quem apud ipſum pro nobis interceſſorem adhibeamus. Centurio de quo mentio fit in Evangelio, non per ſeipſum, ſed per Primores Judæorum præ humilitate Chriſtum adit, cum tamen præberet ſe Chriſtus aditu facilem omnibus. Laudat Chriſtus Centurionis fidem. (M) M

I. Verumne eſt quod affirmant Heterodoxi recentiores, pugnare cum Scripturis Sanctorum invocationem?

R. Falſum omnino. Imo fundamentum habet in Scripturis. Commendat ſe ſæpius Apoſtolus fidelium orationibus. (N) Jubet Deus Job orare pro N
amicis. (O) *Orate pro invicem ut ſalvemini*, O
inquit Jacobus Apoſtolus, *multum enim apud Deum* *Jac.* 5. 16.
oratio juſti aſſidua. Si præcipit Scriptura orare pro invicem & commendare ſe Sanctorum in terris degentium orationibus, nec pugnant orationes illæ cum Chriſti mediatione, ut diximus: ergo non poteſt pugnare cum Scripturis & cum Chriſti mediatione invocatio eorumdem, ubi in cælis cum Chriſto regnant. (P) P

Præter-

(L) S. AUG. *Serm.* 285. *in natali SS. Caſti & Æmilii*, *alias* 4. *inter editos ex majori Carthuſia*, *numer.* 5. Pro aliis fidelibus defunctis oratur, pro Martyribus non oratur: tam enim perfecti exierunt, ut non ſint ſuſcepti noſtri, ſed advocati. Neque hoc in ſe, ſed in illo cui capiti perfecta membra cohæſerunt. Ille eſt enim vere advocatus unus, qui interpellat pro nobis, ſedens ad dexteram Patris: ſed advocatus unus, ſicut & Paſtor unus.... Ut Chriſtus Paſtor, Petrus non Paſtor? Immo & Petrus Paſtor, & ceteri tales ſine ulla dubitatione Paſtores.

(M) LUC. VII. 2. Centurionis autem cujuſdam ſervus male habens, erat moriturus: qui illi erat pretioſus. 3. Et eum audiſſet de Jeſu, miſit ad eum Seniores Judæorum, rogans eum ut veniret, & ſalvaret ſervum ejus. 4. At illi cum veniſſent ad Jeſum, rogabant eum ſollicite, dicentes ei: Quia dignus eſt ut hoc illi præſtes. 5. Diligit enim gentem noſtram: & Synagogam ipſe ædificavit nobis. 6. Jeſus autem ibat cum illis: & cum jam non longe eſſet a domo, miſit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine, noli vexari: non enim ſum dignus, ut ſub tectum meum intres. 7. Propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus, ut venirem ad te: ſed dic verbo, & ſanabitur puer meus. 8. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites; & dico huic, Vade, & vadit; & alii, Veni, & venit: & ſervo meo, Fac hoc, & facit. 9. Quo audito Jeſus miratus eſt: & converſus ſequentibus ſe turbis, dixit: Amen dico vobis, nec in Iſrael tantam fidem inveni. 10. Et reverſi, qui miſſi fuerant, domum, invenerunt ſervum, qui languerat, ſanum.

S. GREG. NAZ. *Orat.* 19. *in laudem Patris ſui mortui*, *pag.* 288. *edit. Pariſ. Morelli* 1609. *n.* 4. Nec dubito quin hoc nunc quoque tanto magis deprecatione ſua, quam prius doctrina, præſtet. Quanto nunc magis Deo appropinquat...

S. CHRYSOST. *Homil.* 40. *ad populum Antiochenum de SS. Juventio & Maximo*. *Vide ſupra hocce paragrapho litera* (H).

(N) THESS. V. 25. Fratres, orate pro nobis.

HEB. XIII. 18. Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam conſcientiam habemus in omnibus bene volentes converſari.

S. AMBROS. *Expoſ. Evangel. ſec. Luc. lib.* 5. *num.* 11. Magnus Dominus qui aliorum merito ignoſcit aliis, & dum alios probat, aliis relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat, cum apud Dominum ſervus & interveniendi meritum, & jus habeat impetrandi? Diſce qui judicas, ignoſcere: diſce qui æger es, impetrare. Si gravium peccatorum diffidis veniam, adhibe precatores, adhibe Eccleſiam quæ pro te precetur, cujus contemplatione quod tibi Dominus negare poſſet, ignoſcat.

(O) JOB XLII. 8. Sumite ergo vobis ſeptem tauros, & ſeptem arietes, & ite ad ſervum meum Job, & offerte holocauſtum pro vobis: Job autem ſervus meus orabit pro vobis: faciem ejus ſuſcipiam, ut non vobis imputetur ſtultitia: neque enim locuti eſtis ad me recta, ſicut ſervus meus Job. 9. Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites, & fecerunt ſicut locutus fuerat Dominus ad eos, & ſuſcepit Dominus faciem Job. 10. Dominus quoque converſus eſt ad pœnitentiam Job, cum oraret ille pro amicis ſuis.

(P) S. JOHAN. CHRYSOST. *in Epiſt. D. Pauli ad Theſſal, cap.* 1. *homil.* 1. Bonum eſt Sanctorum precibus frui: ſed quando & ipſi ſeduli & vigiles fuerimus. At quid mihi opus eſt, inquis, aliorum precibus, quando ipſe ſedulus & dexter fuero? Ne conſtituas teipſum eo, ut opus illis habeas. Neque ego hoc volo. Verum ſemper indigentes ſumus, ſiquidem recte ſapuerimus. Paulus non dixit, Quid mihi precibus aliorum opus eſt? Tametſi illo eſſent indigni qui pro precabantur, imo neque pares; & tu dicis, Quid mihi opus eſt aliorum precibus? Petrus non dixit, Quid mihi neceſſe eſt ut pro me oretur? *Precatio*, inquit, *fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad* *Act.* 12. 5.
Deum pro eo. Et tu dicis, Quid mihi aliorum precibus opus eſt? Propter hoc ipſum opus habes, quod te putas illis non habere neceſſe. Etiam ſi Paulo ſimilis eſſes, opus tamen haberes aliorum precationibus. Non extollas teipſum, ne humilieris. Sed quemadmodum dixi ſi non ipſi in virtutis ſtudio ſeduli fuerimus, efficaces erunt & preces aliorum pro nobis. Audi quid Paulus dicat: *Novi enim*, inquit, *quod* *Phil.* 1. 19.
hoc mihi cedet ad ſalutem, per veſtram precationem ac ſubminiſtrationem Spiritus Jeſu Chriſti. Et iterum: *Se-* 2. *Cor.* 1. 11.
mul adjuvantibus & vobis per deprecationem pro nobis, ut ex multis perſonis pro dono in nos collato per multos gratiæ agantur pro nobis. Et tu dicis, Quid opus mihi eſt aliorum precibus? .... Nihil proſunt, inquis, preces? Proſunt plurimum. Sed quando & nos aliquid ſategerimus: adjuvant enim & auxiliantur. Adjumento autem quis & auxilio ei demum fuerit, qui & ipſe operatur. Si vero deſes & otioſus manſeris, non magnopere juvaberis. Alioqui ſi preces tantum poterunt, ut nos, quamquam deſides & otioſos, in regnum inducant, quamobrem non omnes Græci Chriſtiani fiunt? An non pro univerſo mundo oramus? Non & Paulus hoc fecit? Non oramus ut omnes convertantur? Qui fit quod mali non redduntur boni? Quod nihil de ſuo adferunt. Plurimum igitur proſunt preces, ſed quando & nos quod noſtrum eſt fecerimus... His itaque cognitis, nec Sanctorum preces contemnamus, neque totum in illa projiciamus: hoc quidem ne temere inſidiis opprimamur, illud vero ne extra multum lucrum & profectum excidamus: ſed oremus etiam ut pro nobis precentur manumque porrigant, adhæreamusque & ipſi virtutis ſtudio, ut bona diligentibus Deum promiſſa conſequi valeamus.

S. AUG. *Tract.* 1. *in* 1. *Epiſt. Joh. n.* 8. Jeſum Chriſtum juſtum ipſum habemus advocatum ad Patrem: ipſe propitiatio eſt peccatorum noſtrorum... Sed dicet aliquis, Ergo Sancti non petunt pro nobis? Ergo Epiſcopi & Præpoſiti non petunt pro populo? Sed attendite Scripturas, & videte, quia & Præpoſiti commendant ſe populo.

Digitized by Google

Præterea conſtat ex Scripturis, 1. Per Angelos ceteroſque Sanctos offerri orationes noſtras ante
Q Thronum Dei. (Q) 2. Gaudium eſſe in cælis coram Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam
R agente; & ſimiles eſſe Sanctos Angelis. (R) 3. Magnam in cælo celebrari ſolemnitatem & lætitiam Angelorum & Sanctorum cum Chriſto regnantium, de extinctione Idololatriæ. quæ per Babylonis caſum & ruinam in Apocalypſi myſtice deſi-
S gnatur. (S) 4. „ Exultare Sanctos in gloria; læ-
Pſ. 149. 5. „ tari in cubilibus ſuis; exaltationes Dei in gutture eorum; gladios ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus; increpationes in populis: ad alligandos reges eorum in compedibus & nobiles eorum in manicis ferreis, ut faciant in eis judicium conſcriptum: Gloriam hanc eſſe omnibus ſanctis ejus.

Juxta quem ſenſum Chriſtus ait ſeſſuros ſecum Sanctos ſuper ſedes ad judicandas duodecim Tribus Iſrael. (T) 5. Oniam Pontificem & Jeremiam poſt mortem orare pro populo & pro omni gente ſua. T
(V) V

Ex his omnibus non obſcure liquet, Angelos & Sanctos habere notitiam eorum quæ in terris fiunt, & pro nobis orare: adeoque eorum intercesſionem, quod valde notandum; eſt enim hæc probatio ex Scripturis petita; eorum, inquam, interceſſionem non pugnare cum Chriſti mediatione. Liceat hoc uſurpare verbum. Et certe res eſt in Scripturis non inſolens Angelos invocari. Jacob morti proximus Angelum pro liberis ſuis invocat. *Angelus*, in- Gen. 48. 16.
quit, *qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis.*

I, Audiuntne Sancti quas ad eos fundimus preces?

R. 1.

Col. 4. 3. pulo. Nam Apoſtolus dicit plebi, *Orantes ſimul & pro nobis*. Orat Apoſtolus pro plebe, orat plebs pro Apoſtolo. Oremus pro vobis, fratres: ſed & vos orate pro nobis. Invicem pro ſe omnia membra orent, caput pro omnibus interpellet.

S. Hieron. *adv. Vigilant. ſupra hocce §. lit.* (H) & S. Aug. *Serm.* 285. *ſupra lit.* (L) *hocce* §.

(Q) Tobiæ xii. 12. Quando orabas cum lacrymis, .. ego obtuli orationem tuam Domino.

Apoc. v. 8. Quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram Agno, habentes ſinguli cytharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum.

S. Hilar. *in cap.* 18. *Matthæi*, *n.* 5. *Vide ſupra part.* 1. *ſect.* 1. *cap.* 2. §. 2. *lit.* (R)

Origen. *in Job*, *lib.* 1. *tom.* 1. *pag.* 236. Aſſiſtunt ante Deum omnes qui ſollicite cum oratione adoraverint. Sic Angeli cum gratias agentes miſericordias ejus confitentur, atque gratias illi pro ejus beneficiis agunt, quæ ille inceſſanter impertit filiis hominum; aut cum viderint ſanctorum virtutes virorum, inſignia virorum nihilominus Dei ſervorum, conſtantiam, atque agones: tunc nimirum cum gaudio atque exultatione adſiſtunt ante Deum, revera & ut Deum honorificent, atque laudent de victoria ſervorum Dei; necnon ut eis qui propter Deum patiuntur, patientiæ tolerantiam atque ſanctam conſummationem ab eodem poſtulant Deo.

(R) Luc. xv. 7. Dico vobis: quod ita gaudium erit in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentia. 10. Ita dico vobis: gaudium erit coram Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.

Matth. xxii. 30. In reſurrectione autem, neque nubent, neque nubentur: ſed erunt ſicut Angeli Dei in cælo.

Luc. xx. 36. Neque enim ultra mori poterunt: æquales enim Angelis ſunt, & filii ſunt Dei, cum ſint filii reſurrectionis.

(S) Apoc. xviii. 20. Exulta ſuper eam, cælum, & ſancti Apoſtoli, & Prophetæ: quoniam judicavit Deus judicium veſtrum de illa.

xix. Poſt hæc audivi quaſi vocem turbarum multarum in cælo dicentium. Alleluia: ſalus, & gloria, & virtus Deo noſtro eſt: 2. Quia vera & juſta judicia ſunt ejus qui judicavit de meretrice magna, quæ corrupit terram in proſtitutione ſua, & vindicavit ſanguinem ſervorum ſuorum de manibus ejus. 3. Et iterum dixerunt: Alleluia. Et fumus ejus aſcendit in ſæcula ſæculorum. 4. Et ceciderunt ſeniores viginti quatuor, & quatuor animalia, & adoraverunt Deum ſedentem ſuper thronum, dicentes: Amen, Alleluja.

(T) Sap. iii. 8. Judicabunt (*juſti*) nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum.

Isai. iii. 14. Dominus ad judicium veniet cum ſenibus populi ſui, & principibus ejus.

Matth. xix. 28. Cum ſederit Filius hominis in ſedu majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim judicantes duodecim tribus Iſrael.

1. Cor. vi. 2. An neſcitis quoniam Sancti de hoc mundo judicabunt? ... 3. Neſcitis quoniam Angelos judicabimus?

Apoc. ii. 26. Et qui vicerit, & cuſtodierit uſque in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper gentes. 27. Et reget eas in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringentur. 28. Sicut & ego accepi a Patre meo, & dabo illi ſtellam matutinam.

(V) Machab. xv. 12. Oniam ... manus protendentem orare pro omni populo Judæorum ... 14 Reſpondentem vero Oniam dixiſſe: Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael: hic eſt qui multum orat pro populo, & univerſa ſancta civitate, Jeremias Propheta Dei.

S. Cyprian. *Epiſt.* 60. *edit. Oxon. Pamel.* 57. *in fine*. Memores noſtri invicem ſimus in orationibus, concordes atque unanimes, utrobique pro nobis ſemper oremus ... & quis iſthinc noſtrum prior divinæ dignationis celeritate præceſſerit, perſeveret apud Dominum noſtra dilectio, pro fratribus & ſororibus noſtris apud miſericordiam non ceſſet oratio.

In fine Libri de Habitu Virginum .... Tantum mementote tunc noſtri, cum incipiet in vobis virginitas honorari.

Origenes *Homil.* 3. *in Cant. cantic. tom.* 1. *pag.* 338. *edit. Pariſ.* 1619. Et omnes Sancti qui de hac vita deceſſerunt, habentes adhuc caritatem erga eos qui in hoc mundo ſunt, ſi dicuntur curam gerere ſalutis eorum, & juvare eos precibus ſuis, atque interventu ſuo apud Deum, non erit inconveniens. Scriptum namque eſt in Machabæorum libris ita: *Hic eſt Jeremias Propheta Dei, qui ſemper orat pro* 2. Mach. 15.
populo. 14.

Homil. 26. *in Numeros, non longe a fine* ... Quis enim dubitat, quod ſancti quique Patrum, & orationibus nos juvent, & geſtorum ſuorum confirment atque hortentur exemplis, ſed & voluminibus ſuis, per ea quæ nobis ad memoriam ſcripta reliquerunt docentes nos, & inſtruentes quomodo adverſus inimicas poteſtates dimicandum ſit, & quomodo agonum toleranda certamina? Pugnant ergo pro nobis & ipſi, incedunt primi ante nos armati. Ipſos enim nos habentes ad exemplum, & videntes eorum per ſpiritum fortia facta, armamur ad prælium ſpirituale, & adverſus ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus dimicamus.

Lib. 8. *contra Celſum*, *tom.* 2. *in fine*, *pag.* 580. *edit. Pariſ. anni* 1619. *in fol.* Ex eo quod una cum Deo Filium ejus colimus, colligat nos quoque non ſolum Deum, verum etiam miniſtros ejus colere, qui quidem ſi intellexiſſet veros miniſtros Dei, poſt ipſius unigenitum, Gabrielem, Michaelem, reliquoſque Angelos, & Archangelos, eoſque colendos contenderet; fortaſſe colendi ſignificatum repugnantes, & actiones colentium, dixiſſemus aliquid de hoc loco pro tantæ rei dignitate, proque captu noſtræ intelligentiæ. Nunc quando miniſtros coli poſtulat hos dæmones, qui adorantur a gentibus, non evincit ut eos colamus; quos Scriptura docet miniſtros eſſe illius mali principis hujus ſæculi ad defectionem a Deo pertrahentis quoſcumque poteſt. Ergo non ut miniſtros iſtos qui a reliquis hominibus honorantur, detrectamus venerari & colere, ſi enim perſuaſum haberemus eos eſſe ſummi Dei miniſtros, numquam appellaremus eos dæmonia; ſed unum Deum & unum ejus Filium ac Verbum, imaginemque quantum poſſumus ſupplicationibus & honoribus veneramur, offerentes Deo univerſorum Domino preces per ſuum unigenitum: cui prius

eas

Digitized by Google

PARS II. SECT. III. CAP. II. §. 3.

R. 1. Si Sancti, ut ex Scripturis mox probavimus, preces noſtras ad Thronum Dei perferunt, ſi gaudent de peccatorum converſione & pœnitentia, ſi nationes regunt & judicant; dubium nullum eſt quin manifeſtet illis Deus fuſas ad eos preces, quemadmodum & Prophetis futura pandit,
X & indicavit olim Eliſeo quidquid in ſecretiori Syriæ Regis Concilio tractabatur. (X) Certe longe majori donantur a Deo Sancti in cælis ſcientia & intelligentia quam Prophetæ dum adhuc in terris agunt.

2. Eſto fuſas ad ſeipſos preces Sancti non intelligant, (quod tamen dici ſine temeritate nequit;) non propterea ſupervacaneum foret ipſos invocare: fortaſſe enim orant generatim pro omnibus qui ipſos invocant. Non abs re fuerit ea de re Sancti Auguſtini verba promere. *Iſta quæſtio*, inquit, *vires intelligentiæ meæ vincit, quemadmodum opitulentur Martyres iis quos per eos certum eſt adjudicari; utrum ipſi per ſeipſos adſint uno tempore tam diverſis locis, & tanta inter ſe longinquitate diſcretis ... An ipſis in loco ſuis meritis congruo ab omni mortalium converſatione remotis, & tamen generaliter orantibus pro indigentiis ſupplicantium (ſicut nos oramus pro mortuis, quibus utique non præſentamur, nec ubi ſint, nec quid agant ſcimus,) Deus omnipotens, qui eſt ubique præſens, exaudiens Martyrum preces, per Angelica miniſteria uſquequaque diffuſa præbeat hominibus iſta ſolatia. Res hæc altior eſt quam ut a me poſſit attingi, & abſtruſior, quam ut a me valeat perſcrutari.* Ea de re legas DD. Walemburgenſium Tom. II. Controv. 4. tr. 4. de invocat. SS. cap. 17.

I. Sanctorum invocatio fuitne jam a primis Eccleſiæ ſæculis in uſu poſita?

R. Mos ille ab Apoſtolorum traditione manat. Hunc ſervavit ſemper Eccleſia. Hujus traditionis teſtes ſunt omnes Eccleſiæ Patres, vel Scriptores Eccleſiaſtici; Origenes, Euſebius Cæſarienſis, Baſilius Magnus, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyſſenus, Johannes Chryſoſtomus, Aſterius Epiſcopus Amaſeæ, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Hilarius, Cyrillus Jeroſolymitanus, Ephrem Diaconus, Theodoretus, Rufinus, Paulinus, Victor Vitenſis Hiſtoricus perſecutionis Wandalicæ, Leo magnus. (Y) Facile eſſet longe plures proferre. Horum omnium Y
una

nas adhibemus, rogantes ut ipſe qui eſt propitiator pro peccatis noſtris dignetur tamquam Pontifex preces noſtras & ſacrificia & interceſſiones offerre Deo optimo, maximo.

Ex Actis S. MAXIMI Martyr. *ann.* 250. *apud* THEOD. RUINART, *pag.* 145. Mihi enim nec fuſtes, nec ungulæ, nec ignis ſentiendi dant dolorem; quia in me manet gratia Chriſti, quæ me ſalvum faciet in æternum, omnium Sanctorum orationibus, qui in hac colluctatione certantes, veſtras ſuperaverunt inſanias, nobiſque virtutum exempla reliquerunt.

Act. S. THEODOT. Ancyr. *apud* THEODOR. RUINART *in Act. Martyr. ſinc. ann.* 303. *pag.* 369. Glorificate Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui fecit ut perficerem curſum meum, & inimicum ſuperarem. Deinceps enim in cælis cum fiducia pro vobis Deum deprecabor.

(X) 4. REG. VI. IX. Dixitque unus ſervorum ejus: Nequaquam Domine mi Rex, ſed Eliſeus Propheta, qui eſt in Iſrael, indicat Regi Iſrael omnia verba quæcumque locutus fueris in conclavi tuo.

(Y) ORIGENES *Homil.* 1. *in Ezechiel. pag.* 391. *edit. Pariſ. ann.* 1619. *tom.* 2. Omnia Angelis plena ſunt, veni Angele, ſuſcipe ſermone converſum ab errore priſtino, a doctrina dæmoniorum, ab iniquitate in altum loquente: & ſuſcipiens eum quaſi medicus bonus confove, atque inſtitue, parvulus eſt ... Et advoca tibi ſocios miniſterii tui, ut cuncti pariter eos qui aliquando decepti ſunt, erudiatis ad fidem. Gaudium enim eſt majus in cælis ſuper unum peccatorem pœnitentiam agentem, quam ſuper nonaginta novem juſtos quibus non eſt opus pœnitentia. Exultat omnis creatura, collætatur & applaudit his qui ſalvandi ſunt.

EUSEBIUS PAMPHILUS *Præparationis Evangelicæ libro decimotertio*, *cap.* 11. Jam vero, inquit Plato, qui poſt egregia virtutis exempla, honeſtam in bello mortem occubuerint. . . Tum illos deinceps tamquam heroas venerabimur, eorumque ſepulchra ſanctiore cultu proſequemur ... Quæ quidem in hominum Deo cariſſimorum obitus egregie conveniunt, quos veræ pietatis milites jure appellatis. Nam & eorum ſepulcra celebrare, & preces ibi votaque nuncupare, & beatas illorum animas venerari conſuevimus, idque a nobis merito fieri ſtatuimus.

Eccleſ. Hiſt. lib. 6. *cap.* 5. . . . Bono animo (Potamiæna Baſilidem) eum eſſe juſſit: ſe namque poſt obitum ſalutem ipſius a Domino impetraturam, & collata in ſe beneficia brevi remuneraturam eſſe ... Brevi autem poſtea Baſilides, cum ob neſcio quam cauſam a contubernalibus ſuis ſacramento adigeretur, nefas ſibi eſſe affirmavit omnino jurare: quippe Chriſtianum ſe eſſe, idque palam profiteri .... Cumque quidam in Domino fratres eum adiiſſent, & cauſam ſubitæ illius atque inſperatæ converſionis interrogarent, dixiſſe fertur, Potamiænam tertio poſt martyrium die, noctu ſibi aſſiſtentem coronam capiti ſuo impoſuiſſe, dixiſſeque ſe ipſius cauſa Dominum oraſſe, atque id quod petierat impetraſſe: nec diu poſtea ipſum ad ſuperos migraturum. Poſt hæc ſignaculo Domini a fratribus accepto, poſtridie Chriſtum glorioſe confeſſus, capite truncatus eſt. Plures quoque alii ex Alexandrinis civibus, eodem tempore ad fidem Chriſti ſubito tranſiiſſe memorantur, quos ſcilicet Potamiæna in ſomnis apparens ad id faciendum provocaverat.

Ex oratione S. GREGORII NYSSENI Epiſc. *De Martyr. Theodoro*, *ann.* 306. *apud* THEODOR. RUINART, *p.* 537. Veni ad hos qui te honorant, inviſibilis amicus, cognoſce ac viſe ferias, quæ celebrantur... Multorum beneficiorum indigemus: intercede ac deprecare pro patria apud communem Regem & Dominum. Nam patria Martyris eſt etiam locus paſſionis, cives item & fratres & cognati, qui & habent eum & tuentur, & ornant atque honorant. Timemus afflictiones, expectamus pericula. Non longe abſunt ſceleſti Scythæ bellum adverſum nos parturientes: ut miles pro pugna, ut martyr pro conſervis utere libertate loquendi. Etiam ſi ſuperaſti ſæculum, at noſti affectus & uſus neceſſitateſque humanæ conditionis: pete pacem, ut hi publici conventus non deſinant: ne debacchetur atque graſſetur adverſus templa altariaque rabioſus & ſceleratus barbarus: ne conculcet ſancta profanus & impius. Non enim etiam, quod incolumes & integri conſervati ſumus, tibi beneficium acceptum referimus. Petimus autem etiam futuri temporis præſidium atque ſecuritatem.

Orat. in 40. *Martyres* 2. *in fine*. Intra Paradiſum perveniamus, per illorum (40. *Martyrum*) interceſſionem confirmati ad bonam confeſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti.

S. GREG. NAZ. *Homil.* 18. *in ſanctum Cyprianum init.* Optimi potiſſimum viri memoria colendi ſunt, iiſque, quorum meminiſſe non modo pium, ſed etiam utile ac fructuoſum...

Paulo poſt init. Virginem Mariam ſupplex obſecrans, (Juſtina) ut ſupplicanti virgini ſuppetias ferret.

Prope finem... Dæmonum oppreſſionem, morborum depulſionem, futuram rerum prænotionem: quæ quidem omnia, vel cineres ipſi Cypriani, modo fides adſit, efficiunt...

In fine. At tu nos e cælo benignus aſpicias, ſermoneſque noſtros & vitam gubernes, ſacrumque hunc gregem paſcentem adjuves, ... cum ad optima quæque dirigens, tum graves lupos amoliens, ſanctæque Trinitatis, cui nunc adſiſtis, pleniorem clarioremque ſplendorem nobis concilians.

Orat. 20. *de laudibus S. Baſilii*, *circa finem*. Efferebatur vir ſanctus, ſanctorum virorum manibus elevatus: unuſquiſque autem operam dabat, alius ut fimbriam, alius ut umbram, alius ut ſacriferum lectulum arriperet, ac vel ſolum attingeret. Quid enim illo corpore ſan-

Digitized by Google

ſanctius, & purius? Alius propius ad eos, qui corpus ferebant accederet, alius ut aſpectu ſolo frueretur tamquam eo quoque utilitatis aliquid afferente... Et nunc ille quidem in cælis eſt, illic etiam ni fallor ſacrificia pro nobis offerens, & pro populo preces fundens: neque enim ita nos reliquit, ut prorſus reliquerit.... a quo nunc quoque nocturnas viſiones admoneor, & caſtigor, ſi quando ab officio receſſero.

In fine. Tu vero, ſacrum, & divinum caput, e cælo nos quæſo inſpice, carniſque ſtimulum a Deo nobis ad diſciplinam datum, aut precibus tuis ſiſte, aut certe, ut cum forti animo perferamus, perſuade; atque omnem noſtram vitam ad id, quod maxime conducibile eſt, dirige: noſque, poſteaquam ex hac vita migraverimus, illic quoque tabernaculis tuis excipe: ut ſimul viventes, & ſanctam ac beatam Trinitatem, cujus nunc exiguam ſpeciem & imaginem accepimus, purius pleniuſque cernentes; deſiderii noſtri finem ſtatuamus, ac bellorum eorum, quæ intulimus, vel pertulimus, hoc præmium referamus.

S. Johan. Chrysost. *Homil. 45. de S. Meletio. Vide ſupra lit.* (H) *hocce* §.

Homil. 51. ad populum Antioch. quæ eſt de SS. Virginibus & Martyribus Berenice, Proſdoce & Domnina... Ecce Martyrum memoriam celebramus... Fortaſſe non mediocri erga ſanctas illas amore exarſiſtis: eo hoc igitur ardore coram ipſarum reliquiis procidamus, ipſarum capſulas complectamur; multam enim poſſunt virtutem capſulæ martyrum obtinere, quemadmodum & oſſa Martyrum vim habent magnam, neque die tantum hujus feſtivitatis, ſed etiam aliis diebus iis aſſideamus, eas obſecremur, obteſtemur, ut patronæ ſiat noſtræ: multam enim fiduciam obtinent, non viventes modo, ſed & mortuæ, multoque magis cum ſunt mortuæ. Jam enim ſtigmata ferunt Chriſti; cum autem ſtigmata hæc oſtenderint, omnia regi poſſunt perſuadere. Quando igitur tanta illæ virtute pollent, tantaque apud eum amicitia, eum continua velut obſeſſione, ac perpetua illarum viſitatione, in familiaritatem nos illarum inſinuaverimus, ipſarum opera Dei miſericordiam impetremus.

Homil. 5. in Matth. Habent enim vim pro nobis & quidem maximam orationes, ſupplicationeſque Sanctorum: ſed tunc profecto cum nos quoque idipſum per pœnitentiam poſtulemus, & ad ſtudia meliora confugimus.... Et hæc dicimus non ut ſupplicandum eſſe Sanctis negemus, ſed ne nos metipſos in otium ac deſidiem reſolvamus, & dormientes ipſi aliis tantummodo noſtra curanda mandemus.

S. Asterius Amaſeæ Epiſc. *Homilia in ſanctos Martyr. pag. 183. tom. 1. edit. Pariſ. 1648. P. Combefis novum Auctarium Biblioth. Patrum.* Prima vero pietas eſt ut eos veneratione & honoribus proſequamur, qui forti pro Domino animo turmenta paſſi ſunt, ac adverſum mortis ſupremum diſcrimen decertaverunt.... viri præclaræ mortis titulo immortales; vitæ contemptu, perpetuo viventes... Cum ille per conſtantiam flammæ ignis victor extiterit, quid ni tu luxuriam caſtitate domas?.. Idcirco pia corpora, decenti ornatu componentes; benedictionis vaſa illa, beatorum animorum organa..... ceu pretioſiſſima pignora in omne ſæculum conſervamus; iiſque tamquam præcipuis donis noſtris munimur, ac Eccleſia, Martyrum ſatellitio, haud ſecus atque civitas armatorum manu protegitur, coguntur que celebres populi totius conventus, ac ſolemnitatum jucunditatem percipimus, ac iis recreamur. Qui humanæ vitæ adverſis caſibus, ac calamitatibus vexantur, velut ad aſylum quoddam ac profugium, ad te beatorum requiem ac ſolatia feſtine accedunt. Precum illos, ac orationum interceſſores adhibemus, propter excellentem qua pollent fiduciam. Iis præſidiis levantur paupertatis incommoda: curantur morbi, ac principum minæ ſedantur, omniumque ſæculi turbinum ac tempeſtatum tranquilli portus extra Martyrum delubra exiſtunt... Ubique terrarum ac maris decantantur Martyres... Porro Sancti per ea qua pollent fiducia mundi interceſſores exiſtunt... Non minime gentium adoramus Martyres, ſed tamquam veris Dei adoratoribus habemus honorem. Non colimus homines, ſed eos admiramur, qui tempore perſecutionis in Dei præclare cultum abſumpti ſunt. In loculis ac ſepulchris pulchre elaboratis deponimus, ſtructuriſque magnificas eorum requietionis excitamus domos, ut eorum qui præclare vita functi ſunt honores æmulemur... Idcirco ad conſervos confugimus Domino cariſſimos, ut pro quibus egregie ac ex virtute egerunt, noſtris illi delictis medeantur... Multa Santi valent tametſi vita functi, cumque migraverint a ſæculo, beneficiis tamen impertiunt homines... Mortuus inter beati Prophetæ Elizei ſepulchrum projectus, confeſtim recepit animam, atque ad vitam rediit, (Elias Eliſeo) ampliſſimum ſuæ virtutis melotem reliquit ſymbolum..... nihil aliud erat quam pellis mortua, uſu jam ac vetuſtate inutilis. Hanc nihilominus reformidabat Jordanis, mediaque ſcindebatur aqua, ac diſcreta ſtabat... Dæmones clara voce conteſtant virtutem Martyrum... *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus.* Itaque precemur Deum, ſed & Martyres obſecremus, ut a communi Domino impetrent dare ſpiritum compunctionis iis, qui Hæretico errore aguntur: & ut ſoluta omni dubitatione tamquam medio pariete, ac maceria, fraterna omnes unitate conveniamus.

Pars. II. Sect III. Cap. II. §. 3.

4. Reg. 13. 21.

Pſ. 115. 15.

S. Ambros. *Lib. de Viduis, c. 9. n. 54. Vide ſupra hocce* §. *lit.* (H)

N. 55. Ergo rogaverunt pro vidua Petrus & Andreas. Utinam exiſtat aliquis, qui tam cito poſſit rogare pro nobis, vel certe iſti qui pro ſocru rogant Petrus & Andreas frater ejus, tunc enim pro affine poterant, nunc jam poſſunt pro nobis & pro omnibus impetrare. Videtis enim quod magno peccato obnoxia, minus idonea ſit, quæ pro ſe precetur, certe quæ pro ſe impetret. Adhibeat igitur ad medicum alios precatores; ægri enim niſi ad eos aliorum precibus medicus fuerit invitatus pro ſe rogare non poſſunt... Obſecrandi ſunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præſidium dati ſunt; Martyres obſecrandi, quorum videmur nobis quodam corporis pignore patrocinium vindicare. Poſſunt pro peccatis rogare noſtris, qui proprio ſanguine, etiam ſi qua habuerunt peccata laverunt: iſti enim ſunt Dei Martyres, noſtri præſules, ſpeculatores vitæ, actuumque noſtrorum; non erubeſcamus eos interceſſores noſtræ infirmitatis adhibere.

Epiſt. 22. n. 10. Gratias tibi, Domine Jeſu Chriſte, quod hoc tempore tales nobis ſanctorum Martyrum ſpiritus excitaſti, quo Eccleſia tua præſidia majora deſiderat. Cognoſcant omnes quales ego propugnatores requiram... Hos ego acquiſivi tibi, plebs ſancta, qui proſint omnibus, nemini noceant. Tales ego ambio defenſores,.. quorum quo majora, eo tutiora patrocinia ſunt.

S. Hieronym. *Epiſt. 27. ad Euſtochium. Vide ſupra hocce* §. *lit.* (H)

Adverſ. Vigilant. init. Mortuum ſuſpicaris, & idcirco blaſphemas: lege Evangelium: *Deus Abraham, Deus Jacob: non eſt Deus mortuorum, ſed vivorum.* Si Apoſtoli & Martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare pro cæteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſolliciti: quanto magis poſt coronas, victorias & triumphos? Unus homo Moyſes, ſexcentis millibus armatorum impetrat a Deo veniam: & Stephanus imitator Domini ſui, & primus Martyr in Chriſto, pro perſecutoribus veniam deprecatur; & poſtquam cum Chriſto eſſe cœperint, minus valebunt? Paulus Apoſtolus ducentes ſeptuaginta ſex ſibi dicit in navi animas condonatas: & poſtquam reſolutus eſſe cœperit cum Chriſto, tunc ora clauſurus eſt, & pro his qui in toto orbe ad ſuum Evangelium crediderunt, mutire non poterit?

Mat. 22. 32.

Act. 7. 59.

Act. 27. 37.

Epiſt. 1. ad Heliod. Veniet poſtea dies ille quo victor revertaris in patriam (*id eſt* cælum).. Tunc municipatum cum Paulo capies.. Tunc & pro me rogabis, qui te ut vinceres incitavi.

S. Aug. *Lib. 7. de Baptiſmo, c. 1. n. 1.*.. Cyprianus adjuvet nos in orationibus ſuis in iſtius carnis mortalitate, tamquam in caliginoſa nube laborantes, ut donante Domino quantum poſſumus, bona ejus imitemur.

Tract. 84. in Johan. n. 2... Ideo quippe ad ipſam (*Domini*) menſam non ſic eos (*Martyres*) commemoremus, quemadmodum alios qui in pace requieſcunt, ut etiam pro eis oremus, ſed magis ut ipſi pro nobis, ut eorum veſtigiis adhæreamus.

De cura pro mortuis gerenda, c. 4. n. 6... Proviſus ſepeliendis corporibus apud memorias ſanctorum locus, bonæ affectionis humanæ eſt erga funera ſuorum. Quoniam ſi nonnulla religio eſt ut ſepeliantur, non poteſt nulla eſſe quando ubi ſepeliantur attenditur. Sed cum talia vivorum ſolatia requiruntur, quibus eorum pius in ſuos animus appareat, non video quæ ſunt adjumenta mortuorum, niſi ad hoc, ut dum recolunt ubi ſint poſita eorum quos diligunt corpora eiſdem ſanctis illos tamquam Patronis ſuſceptos apud Dominum adjuvandos orando commendent... Cum itaque recolit animus ubi ſepultum ſit cariſſimi corpus, & occurrit locus nomine Martyris venerabilis, eidem Martyri animam dilectam commendat recordantis & precan-

tis affectus. Qui cum defunctis a fidelibus cariſſimis exhibetur, eum prodeſſe non dubium eſt iis, qui cum in corpore viverent, talia ſibi poſt hanc vitam prodeſſe meruerunt.

Serm. 159. alias de verbis Apoſtoli, c. 17. num. 1. Habet Eccleſiaſtica diſciplina, quod fideles noverunt, cum Martyres eo loco recitantur ad altare Dei, ubi non pro ipſis oratur: pro ceteris autem commemoratis defunctis oratur. Injuria eſt enim, pro Martyre orare, cujus nos debemus orationibus commendari.

S. HILARIUS *in Pſ.* CXXIV. *n.* 5. Sed neque deſunt ſtare volentibus Sanctorum cuſtodiæ, neque Angelorum munitiones.... Ac ne leve præſidium in Apoſtolis, vel Patriarchis ac Prophetis, vel potius in Angelis qui Eccleſiam quadam cuſtodia circumſepiunt, crederemus, adjectum eſt, & Dominus in circuitu populi ſui... Adeſt enim: & cum fideliter invocatur, per naturam ſuam præſens eſt.

In Pſ. CXXIX. *n.* 7... Meminimus eſſe plures ſpiritales virtutes, quibus Angelorum eſt nomen, vel Eccleſiis præſidentes...., & Domino docente, puſillorum Angeli
Mt. 18. 10. quotidie Deum vident. Sunt ſecundum Raphaelem ad To-
Tob. 12. 15. biam loquentem Angeli aſſiſtentes ante claritatem Dei; & orationes deprecantium ad Deum deferentes.... Interceſſione itaque horum, non natura Dei eget, ſed infirmitas noſtra. Miſſi enim ſunt propter eos qui hereditabunt ſalutem: Deo nihil ex his quæ agimus ignorante, ſed infirmitate noſtra ad rogandum & promerendum ſpiritalia interceſſionis myſterio indigente.

S. CYRIL. HIEROSOL. *Catecheſ. 5. myſtag. n. 6.* Deinde vero poſtquam confectum eſt illud ſpirituale ſacrificium, & ille cultus incruentus, ſuper ipſa propitiationis hoſtia, obſecramus Deum, pro communi Eccleſiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro Regibus, pro militibus, pro ſociis, pro ægrotis & afflictis, & in ſumma pro iis omnibus qui egent auxilio. Rogamus te, inquam, nos omnes, & hoc ſacrificium tibi offerimus. Deinde mentionem facimus etiam eorum, qui ante nos obdormierunt, primum Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, ut Deus propter illorum orationes & deprecationes, noſtras ſuſciperet preces. Deinde pro defunctis ſanctis Patribus, Epiſcopis. Denique pro omnibus oramus qui inter nos vita functi ſunt: maximum eſſe credentes animarum juvamen, pro quibus offertur precatio, dum ſanctum illud & tremendum myſterium in altare poſitum eſt.

S. EPHREM *in ſanctos Patres ſuo tempore defunctos, pag.* 586. *col.* 2. Vos cunctos deprecor, cunctos obteſtor, ac ſupplex rogo ego indignus, pariterque peccator ut pro me inerte ac deſide lacrymas jugiter fundatis in orationibus veſtris, ac precibus mundis... Ita obſecro, cariſſimi, ſuſcipite deprecationem peccatoris Ephrem, fratris veſtri negligentis, atque inertis.

Et alio ejuſdem de iiſdem ſermone, pag. 587. *col.* 2. *&* 588. *col.* 1. *&* 2... Semper pro noſtris deprecantur peccatis... Quando ipſi genua flexerint ad preces Deo fundendas; poterunt me ex debili ac flaccido firmum reddere ac ſtabilem... Quando manus extentas in cælum elevarint; dirigetur mea oratio, ut fideliter laudes prædicem... Unam ſaltem lacrymarum nebulam, ſi quis ex eis pro meis peccatis effuderit, confeſtim exauditur. Capiamus ex capillis Sanctorum: ut mitem atque benignum nobis habeamus Dominum. Si latro eos viderit, confeſtim procidens adorat: quoniam cruce ſemper amicti ſunt, atque ornati. Si immania & fera animalia eos inſpexerint: illico ab ipſis recedunt, tanquam maximum miraculum cernentia. Omne ſerpentum genus ipſi ſuis conculcant pedibus: quoniam fide juſtitiæ ſuccincti ſunt, & calceati. Quando autem eos adſpexerit Satanas; confeſtim exhorreſcit, & cum dolore exclamat, protinusque recedit.. Ipſi ſibi ſunt Sacerdotes, & noſtros ſuis orationibus morbos curant & ſanant; nam deprecatores atque interceſſores noſtri perpetuo ſunt apud Dominum... Muri firmi ac ſtabilis inſtar ſunt Patres in deſerto: atque ideo in pace cuſtodiunt locum in quo habitant... Exercitus porro Angelorum ſemper ipſis adſunt: qui & communiunt eos, & cuſtodiunt ſemper.

Alio ejuſdem de iiſdem Serm. pag. 593. *col.* 2. Supplicate ut Angelos benignos habeat, precemini ut mitem, ac benevolum judicem inveniat...

THEODORET. *Sem. 8. de Martyribus. Vide ſupra hocce §. lit.* (H)

In Religioſa Hiſt. t. 3. p. 764. in Jacobo. Illorum ergo invocandæ ſunt preces, & incipienda narratio. *In ſingulis fere hiſtoriis dogma illud de invocatione Sanctorum, tum adhuc in terris degentium, tum poſt mortem jam in cælis beatitudine fruentium inculcari probarique reperire eſt.*

RUFINUS *Hiſt. Eccleſ. lib.* II. *c.* 33... Præparatur ad bellum non tam armorum telorumque, quam jejuniorum, orationumque ſubſidiis: nec tam excubiarum vigiliis, quam obſecrationum pernoctatione munitus circuibat cum Sacerdotibus & populo omnia orationum loca, ante Martyrum & Apoſtolorum thecas jacebat, cilicio proſtratus, & auxilia ſibi fida Sanctorum interceſſione poſcebat (Theodoſius.)

S. PAULIN. *Poem.* XII. *de S. Felice natal. carm.* 1. *verſ.* 10.

O Pater, o Domine, indignus licet, annue ſervis,
Ut tandem, hanc fragili trahimus dum corpore vitam,
Sedibus optatis, & qua requieſcit in aula,
Hunc liceat celebrare diem, pia reddere coram
Vota, & gaudentes inter gaudere tumultus.

Poem. XII. *de S. Felice natal. carm.* 2. *verſ.* 18.

Hunc, precor, æterna pietate & pace ſerenum
Poſce tuis, cujus magno ſtas nomine Felix.
. . . . *verſ.* 31.
Sis bonus o Felixque tuis, Dominumque potentem
Exores,

Poem. XXIII. *de S. Felice* VIII. *verſ.* 210.

Concurramus ad hunc ſpe conſpirante Patronum,
Suſcipiet noſtras placida pietate querelas,
Et dum natalem ipſius celebramus ovantes,
Ille preces noſtras meritis pius adferet altis,
Inque vicem flebit nobis, quia mente dicata
Nos lætamur ei. Nam eſt cura hæc nova ſanctis,
Exorare Deum pro peccatoribus ægris,
Vique boni meriti, meritum ſuperare ſiniſtrum.
Sic legimus Moyſen populo peccante peccatum
Extinxiſſe graves æterni vindicis iras.
Et cum Pentapolim perfunderet igneus imber,
Exigua Segor Sodomis ſecernit iniquis
Lot fugiens, caſtaque potens prece liberat urbem....
Quid loquar Eliæ precibus clauſum atque recluſum
Cælum & ſancti-loquo ſublimis in ore Prophetæ
Terrarum manſiſſe famem, rediiſſe ſalutem?
Ut quondam hos habuit vetus ætas, ſic modo noſtra,
Felicem ſortita ſalus, petat omne quod audet,
Quodque cupit, tali ſperet confiſa Patrono.

VICTOR Vitenſis Epiſc. *Lib. 5. de Perſecut. Africana, edit. Div. ann.* 1564. *n.* 19. *pag.* 89. Adeſtote Angeli Dei mei, qui nunquam deeſtis, conſtituti in miniſterio veſtro, propter eos qui hæreditatem capeſſuri ſunt æternæ ſalutis.... Dicite Deo noſtro ſuſceptori ejus, habentes fiduciam ſupplicandi, quoniam tribulatur.

N. 20. Deprecamini ſanctiſſimi Patriarchæ....orate ſancti Prophetæ.... Eſtote Apoſtoli ſuffragatores ejus, quam ut congregaretis univerſum orbem, aſcendente in vobis Domino, ut equi velociſſimi curſitaſtis. Præcipue tu, beate Petre, quare ſiles pro ovibus & agnis a communi magno Domino magna tibi cautela & ſollicitudine commendatis? Tu ſancte Paule gentium magiſter... cognoſce quid Wandali faciunt & Arriani, & filii tui gemunt lugendo captivi. Tu Petri germane, & non in paſſione diſpar glorioſe Andrea... conſidera gemitum Africani populi: & non diſpliceat tibi, ſed interveni pro nobis ad Deum, univerſique ingemiſcite ſancti ſimul pro nobis Apoſtoli. Sed ſcimus quia indignum eſt vobis, pro nobis orare; quia iſta quæ evenerunt nobis, non ad probationem, quomodo ſanctis, ſed malis meritis ſupplicia debebantur. Sed & pro malis orate jam filiis, quia & Chriſtus oravit etiam pro inimicis Judæis. Sufficiant caſtigationi quæ juſte illata ſunt nobis, & jamjamque delinquentibus venia poſtuletur: dicaturque Angelo percutienti, Sufficit, jam cohibe manum tuam... Sed proſtrati rogamus, ut non ſpernatis veſtros miſeros peccatores, ut illum pro nobis deprecari dignemini, qui vos ad Apoſtolicum culmen provexit humiles piſcatores.

In Hiſt. Perſ. Vandal. Hom de S. Cypriano, n. 2. Beatus Cyprianus... adeſt ſibi, nec nobis deeſt; pro peccatoribus apud Juſtum Judicem juſtus patronus adſiſtit, apud pium Regem innocens advocatus exurat.

In Hiſt. Perſ. Vandal. HONORAT ANTONINI Conſtantiæ in Africa Epiſc. *ad Arcadium Epiſt. n.* 3. Qualis eris, cum Petrum & Paulum, quos rogare ſolebas ut patronos, habebis amicos?

S. LEO *Serm.* 34 *in Epiph. cap.* 4. Confirmate amicitias cum ſanctis Angelis, ...Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, Martyribus ſociamini...., Morum di-

Digitized by Google

una mens eſt; una ſententia, mos unus. Hic Oriens cum Occidenre plane conſentit; nec in poſterioribus ſolum Eccleſiæ ſæculis, ſed & in quinque prioribus, quæ vocantur a Proteſtantibus pura Eccleſiæ ſæcula. Nec enim teſtes ex poſterioribus ullos protulimus. Proh dolor! Non eos pudet Eccleſiam nunc accuſare ſuperſtitionis, imo & idololatriæ propter ſancte ſervatum eum morem, quem negare non poſſunt puriſſimis Eccleſiæ ſæculis fuiſſe per totum orbem palam & publice uſurparum, non modo non contradicente, ſed & maxime approbante Eccleſia in Conciliis œcomenicis, vel iis quos & ipſi Proteſtantes venerari ſe & colere pro-
Z fitentur. (Z)

§. 4. De cultu Reliquiarum.

I. Quem exhibet Eccleſia cultum Sanctorum reliquiis, nonne is primo Dei præcepto prohibetur?

R. Nullatenus. Neque enim exhibet Eccleſia reliquiis cultum latriæ, qui ſoli Deo debetur, quod nefas eſſet & deteſtabile; ſed cultum inferioris ordinis. Qui quidem eſt & rationi conſentaneus, Scripturarumque & Apoſtolicæ traditionis auctoritate firmatus.

Primo quidem *cultus reliquiarum eſt rationi conſentaneus*. Eſt enim rationi conſentaneum, venerari reliquias eorum corporum, quæ & fuerunt templa Spiritus ſancti, & ſunt olim donanda glorioſa
A reſurrectione. (A).

2. *Scripturarum auctoritate firmatur*, In Scripturis enim multa referuntur miracula, quibus conſtat hunc cultum valde Deo probari. Cum percuſſiſſet Eliſeus aquas Jordanis pallio Eliæ, diviſæ ſunt hinc inde aquæ, & ſicco pede tranſivit flu-
B vium Eliſeus. (B) Cum projectum eſſet cadaver in ſepulchrum Eliſei, ubi tetigit oſſa Prophetæ ſta-
C tim revixit homo. (C) Cum tetigiſſet mulier fimbriam veſtimentorum Chriſti, illico ſanata eſt a fluxu ſanguinis quem ab annis duodecim patieba-
D tur. (D) *Concurrebat multitudo vicinarum civitatum in Jeruſalem, & in plateas ejiciebant infirmos & ponebant in lectulis, ut, veniente Petro, ſaltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis: qui curabantur omnes. Super languidos cum deferrentur a corpore* Pauli Apoſtoli *ſudaria & ſemicinctia, recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur.* Act. 5. 15. 16. xix. 12.

3. Cultus Reliquiarum *Apoſtolicæ traditionis auctoritate firmatur*. Id conſtat ex Epiſtola illa celeberrima Eccleſiæ Smyrnenſis de Martyrio S. Polycarpi, quæ inter pretioſiora & certiora antiquitatis Eccleſiaſticæ monumenta merito recenſetur, & integra legitur apud Euſebium in Hiſtoria Eccleſiaſtica. Extant pro cultu & veneratione reliquiarum in alia monumenta non minus certa, nec minoris ponderis apud eumdem Euſebium & apud Sanctos Gregorium Nyſſenum, Cyrillum Hieroſolymitanum, Baſilium, Gregorium Nazianzenum, Chryſoſtomum. Ejuſdem traditionis argumentum omni exceptione majus erui-

divitias concupiſcite, & per bonam æmulationem ipſorum ambite ſuffragia. Cum quibus enim nobis fuerit conſortium devotionis, erit & communio dignitatis.

Serm. 8. in Nat. Apoſt. Petri & Pauli, c. .. Sicut autem & nos experti ſumus, & nobis probavera majores, credimus atque confidimus, inter omnes labores iſtius vitæ, ad obtinendam miſericordiam Dei, ſemper nos ſpecialium patronorum (Petri & Pauli) orationibus adiuvandos: ut quantum propriis peccatis deprimimus, tantum Apoſtolicis meritis erigamur.

Serm. 81. in octava Apoſt. Petri & Pauli, c. 2. Beatus Petrus & omnes Sancti, qui nobis in multis tribulationibus adfuerunt, obſecrationes noſtras pro vobis apud miſericordem Deum juvare dignentur.

Serm. 83. De S. Laurentio, c. 4. De feliciſſimo inclyti viri fine gloriemur in Domino, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, in quibus nobis & præſidium conſtituit & exemplum ..... Cujus oratione & patrocinio adjuvari nos ſine ceſſatione confidimus.

S. BERNARD. *Homil. 2. ſuper* Miſſus eſt, *n. 17. Vide infra ſect. 4. hujuſce partis, cap. 2. §. 3. & 4.*

Acta SS. MART. SCILLITANOR. *ann. cc. apud* THEODOR RUINART, *pag.* 78. Conſummati ſunt Chriſti Martyres menſe Julio ... Et intercedunt pro nobis ad Dominum Jeſum Chriſtum.

SERRARIUS *in Litanias SS. plurima ea de re congerit SS. Patrum teſtimonia, quem adire potes.*

(Z) CONCIL. CALCEDON. *Seſſ. 11. ann. 450. & 451. Generale IV. pag 697. Tom. 4.* Flavianus poſt mortem vivit: Martyr pro nobis oret.

CONCIL. GANGRENSE *circa ann. 324. p. 423. Tom. 2. c. 20* Si quis per ſuperbiam, tamquam perfectum ſe exiſtimans, conventus qui per loca & Baſilicas ſanctorum Martyrum fiunt, accuſaverit; vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur, ſpernendas eſſe crediderit, memoriaſque Sanctorum contemnendas putaverit, anathema ſit.

Apoc. 20. 4. GROTIUS *de Antichr. oper. Theolog. Tom. 3. pag. 485. col. 2.* Martyrum animæ cum Chriſto regnant. Regnantibus debetur ſui generis honos. Rogare autem Deum ut eorum preces pro Eccleſia exaudiat, quid habet Deo contrarium? Credidere veteres magno conſenſu, etiam rerum magnarum quæ hic geruntur notitiam eos habere poſſe aut Dei dono aut Angelorum miniſterio. Quis eſt qui id hactenus falſi potuerit convincere, aut quid in eo idololatriæ? Judæi qui tempore ab idololatria fuerunt alieniſſimi, crediderunt Iſaacum, ſi patri ſuiſſet præmortuus, precatorem futurum fuiſſe pro patre apud Deum? crediderunt ab Elia pridem exempto rebus humanis miſſas ad Regem literas: Crediderunt Jeremiam oraſſe pro Maccabæis. Et tamen ad hæc quoque Sanctorum ſuffragia imploranda nemo a Papa compellitur.

(A) CONC. LATERAN. IV. *General.* XII. *c. 62. ann.* 1215. ... Præſenti decreto ſtatuimus, ut antiquæ reliquiæ amodo extra capſam non oſtendantur, nec exponantur venales. Inventas autem de novo nemo publica venerari præſumat, niſi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ. Prælati vero de cetero non permittant illos qui ad eorum Eccleſias cauſa venerationis accedunt, vanis figmentis, aut falſis decipi documentis, ſicut & in pleriſque locis occaſione quæſtus fieri conſuevit.

CONCIL. TRIDENT. *Seſſ. 25. de invocat. SS. (Statuit Sancta Synodus)* Sanctorum quoque Martyrum & aliorum cum Chriſto viventium ſancta corpora, quæ viva membra fuerunt Chriſti, & templum Spiritus Sancti, ab ipſo ad æternam vitam ſuſcitanda & glorificanda, a fidelibus veneranda eſſe: per quæ multa beneficia a Deo hominibus præſtantur; ita ut affirmantes Sanctorum reliquiis venerationem atque honorem non deberi, vel eas aliaque ſacra monumenta, a fidelibus inutiliter honorari, atque eorum opis impetrandæ cauſa Sanctorum memorias fruſtra frequentari, omnino damnandos eſſe, pro ut jam quidem eos damnavit, & nunc etiam damnat Eccleſia.

(B) 4. REG. II. 13. Et ſuſtulit pallium Eliæ quod ceciderat ei, reverſuſque ſtetit ſuper ripam Jordanis, 14. & pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percuſſit aquas, & non ſunt diviſæ. Et dixit: Ubi eſt Deus Eliæ etiam nunc? Percuſſitque aquas, & diviſæ ſunt huc atque illuc, & tranſiit Eliſeus.

(C) 4. REG. XIII. 21. Quidam autem ſepelientes hominem, viderunt latrunculos, & projecerunt cadaver in ſepulcbro Eliſei. Quod cum tetigiſſet oſſa Eliſei, revixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos.

(D) MATTH 12. 20. Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus. 21. Dicebat enim intra ſe: Si tetigero tantum veſtimentum ejus, ſalva ero 22. At Jeſus converſus, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te ſalvam fecit. Et ſalva facta eſt mulier ex illa hora.

eruitur ex hiſtoria translationis reliquiarum Sancti Babylæ Epiſcopi Antiocheni & Martyris facta temporibus Juliani Apoſtatæ, cujus translationis meminere S. Chryſoſtomus, Rufinus, Sozomenus, Socrates, Theodoretus & alii. (E) Nec minus certa & perſpicua E
eſt

(E) EUSEB. *Lib. 4. Ecclef. Hiſt. cap. 15. Vide ſupra §. præced. lit.* (H)

Lib. 7. cap. 19. Sane & Jacobi illius cathedram, qui primus Hieroſolymorum Epiſcopus ab ipſo Servatore & ab Apoſtolis eſt conſtitutus, & quem fratrem Domini cognominatum fuiſſe divina teſtantur volumine, ad noſtra uſque tempore conſervetam fratres illius Eccleſiæ jam inde a majoribus magna proſequuntur reverentia: ſatis perſpicue declarantes, qualiter tum antiquiores tum noſtri temporis Chriſtiani, viros Sanctos ob ipſorum erga Deum amorem debito ſemper honore venerati ſunt, & hactenus venerentur.

Ex EUSEB. *Lib. de Martyr. Paleſt. apud Theod.* RUINART, *in Act. Martyr. ſinc. pag.* 349. S. Julianus Martyr cum Sanctorum cadavera humi jacentia vidiſſet, gaudio diffuſus ſingulos complexus honorifice ſalutavit... Sacroſancta cadavera, juſſu quidem impii Præſidis per quatuor continuos dies, totidemque noctes additis militaribus excubiis expoſita ſunt, ut a carnivoris beſtiis lenierentur. Sed cum præter omnium exſpectationem nec fera, nec volucris ulla, nec canis ad ea accederet; tandem divina ordinante providentia, integra atque illæſa aſportata ſunt omnique funebri cultu, ut per erat, ornata & curata, conſuetæ tradita ſunt ſepulturæ.

S. GREGOR. NAZIANZ. *Orat. 2. in Julian. pag.* 76. Quibus (*Martyribus*) præclari honores, & feſta conſtituta ſunt: a quibus dæmones propelluntur, & morbi curantur: quorum apparitiones & prædictiones: quorum vel ſole corpora idem poſſunt quod animæ ſanctæ, ſive tangantur, ſive honorentur: quorum vel ſolæ ſanguinis guttæ atque exigua paſſionis ſigna idem poſſunt quod corpora.

S. GREGOR. NYSS. *Orat. de S. Theodoro Mart. Tom. 3. pag. 579. mihi* 1011. Præſentem Sanctorum ſtatum inſpiciamus, quam præclarus, magnificusque ſit. Nam anima quidem ea quo ſublimis abiit, in ſuo loco acquieſcit, & corpore ſoluta cum ſui ſimilibus una vivit: corpus vero venerandum & immaculatum illius inſtrumentum, quod ſuis vitiis & affectibus illius inhabitantis incorruptibilitatem non læſit, cum multo honore & cultu compoſitum atque ornatum in multo honore ſacroque loco ſitum eſt: quod velati res chara magnique æſtimata atque recondita in tempus regenerationis reſervatur, multis ſingularibus & eximiis rebus præditum... His igitur arte laboratis, quæ ſenſui expoſita ſunt, ubi oculos oblectavit, cupit deinceps etiam ipſi conditorio appropinquare, ſanctificationem ac benedictionem, contrectationem ejus eſſe credens; quod ſi quis etiam pulverem, quo conditorium, ubi Martyris corpus quieſcit, obſitum eſt, auferre permittat, pro munere pulvis accipitur, ac tamquam res magni pretii condenda terra colligitur. Nam ipſas attingere reliquias, ſi quando aliqua hujusmodi proſpera fortuna contingat, ut id facere liceat, quam id ſit multum deſiderandum & optandum, & ſummarum precum donum, ſciunt experti & ejus deſiderii compotes facti. Quaſi corpus enim per ſe vivens & florens, qui intuentur, amplectuntur, oculis, ori, auribus, omnibus ſenſuum inſtrumentis adhibentes, deinde officii & affectionis lacrymas Martyri, quaſi integer eſſet & appareret, ſuperfundentes, ut pro ipſis deprecator intercedat, ſupplices preces offerunt tamquam ſatellitem Dei orantes, quaſi accipientem dona cum velit, invocantes. Ex his omnibus, o popule pie, diſcite, quod pretioſe ac honorata coram Deo ſit mors Sanctorum ejus... (*Corpus*) quod Martyrii affectione gratioſum effectum eſt, ita eſt amabile, jucundum & a multis deſideratum & expetitum.

De S. GORDIANO MARTYR. *Ex Tom. 1. Homil. 19. ad cod.* MSS. *Græc. ex Combefis. recenſione exacta, ann.* 300. *apud* THEODOR. RUINART. *pag.* 568. Igitur noſtri tantum cauſa profectus ſat fuerit illorum celebrare memoriam. Non enim noſtris indigent laudibus ornari, ſed nos ipſorum vitæ hiſtoriæ & commemoratione, imitationis gratia, indigemus.

S. BASIL. *Homil. 5. in Martyrem Julittam, Tom. 1. pag. 367. edit. Pariſ. in fol. ann.* 1618. (S. Julittæ) corpus honore præcipuo venerabile (ignis) aſſervavit, affinibus & cognatis incolume, nec ulla ſui parte læſum. Quod ſane in ornatiſſimo primarii templi urbis totius veſtibulo conditum, loco quidem adfert venerabilem ſanctimoniam, nec minus qui eo loci conveniunt efficit ſanctiores: terra porro iſtius beatæ adventu benedicta aquam emiſit, quæ ſuapte natura nulli non noſtrum gratioſiſſima eſſe debeat, adeo ut Martyr hæc imaginem pientiſſimæ referat matris, dum nutricis in morem totius incolas urbis, perinde ac lacte quopiam in communes uſus affatim ſcaturiente nutrit. Hæc aqua ſenis tutela eſt, & temperate delicientibus ſuppeditatio voluptatis, & ſolatium ægris.

In Pſal. CCV. *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus*... Mors ſi cuipiam irrogatur pro Chriſti nomine, pretioſæ cenſentur reliquiæ Sanctorum ejus.. Martyris oſſa ſi quis adtigerit, ob gratiam corpori inſidentem fit quadantenus ſanctificationis particeps. Quare *pretioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus*.

Epiſt. 408. Arcadio Epiſ. Vehementer etiam lætatus ſum quod domum conſtruxeris in gloriam nominis Chriſti... Quod ſi Martyrum reliquias indagare potuerim, id in votis habeo, ut in partem tuæ curæ & induſtriæ accedam.

S. CYRIL. HIEROSOL. *Catech. 18. num.* 8. Præterea Eliam, & filium viduæ ab illo excitatum: & Eliſeum bis excitantem, & in vita, & poſt mortem. Vivens quidem effecit reſurrectionem per animam ſuam. Ut autem non ſolum anima Sanctorum honoretur, credaturque quod etiam in corporibus mortuorum ineſt virtus, ſeu potentia: jacens in ſepulchro Eliſei mortuus, mortuumque corpus Prophetæ attingens vivificatus eſt, atque ita mortuum corpus Prophetæ perficit opus animæ, & mortuum jacensque vitam præbuit defuncto: exhibensque alteri vitam, ipſum nihilominus mortuum permanſit.. Ut demonſtretur quod abſente etiam anima ineſt virtus quædam ejuſmodi corporibus Sanctorum, propter tot annorum inhabitatas in illis animas juſtas, quorum miniſterio uſæ ſunt. Neque vero diffidamus, ut rerum ignari, fieri iſtud. Si enim ſudaria & ſemicinctia, extra corpus exiſtentia cuncta ab ægrotis, liberant illos ab infirmitate, quanto magis corpus ipſum Prophetæ mortuum excitavit?

S. CHRYSOST. *ad populum Antioch. Homil.* 40. Poſt beatam autem cædem, quidam etiam cum ſalutis periculo, atletas illos optimos rapuerant etiam ipſi vivi Martyres, ut illorum reliquias curarent decenter. Nam quamvis non occidebantur, optabant tamen mori potius quam ut corpora illa relinquerent inhumata, ita ad venerationem eorum feſtinabant. Dicunt qui tunc affuere, & quibus corpora illa recens occiſa videre datum fuit, quod recentibus ſimul illis in ſepulchro talis quædam ex eorum oculis & vultu gratia reſplenduerit, qualem in Stephano Judæis reſponſuro fuiſſe Lucas dicit. Neque ullus eſt qui non pio quodam cum honore *Act. 6.*
illis adſtiterit, adeo aſpectus ille afficiebat omnes... Illos non indignum fuerit & columnas & ſcopulos, & turres, & luminaria, & tauros ſimul appellare. Nam Eccleſiam ſicut columnæ ſuſtinent; ſicut turres muniunt; & ſicut ſcopuli omnes undarum aſſultus repulerunt, multam iis qui intus ſunt afferentes tranquillitatem: ſicut luminaria tenebras impietatis diſcuſſerunt: & ſicut tauri anima & corpore promptitudineque eadem, ſuave Chriſti jugum traxere. Idcirco ſæpe eos inviſamus, capſulam attingamus, magnaque fide reliquias eorum complectamur, ut inde benedictionem aliquam aſſequamur.

Ex S. JOHAN. CHRYSOST. *Tom. 5. Homil. 71. Martyr. S. Droſidis Virg. apud* THEODOR. RUINART, *pag.* 601. O mirabilem rogum! qualem intus theſaurum habebat, pulverem illum ac cinerem auro quovis pretioſiorem, & quibusvis unguentis fragrantiorem, gemmis quibusvis cariorem. Quod enim nec divitiæ, nec aurum præſtare queunt, hoc reliquiæ Martyrum præſtant. Siquidem aurum neque morbos umquam depulit, neque mortem abegit: oſſa vero Martyrum utrumque perfecerunt. Illud quidem noſtrorum majorum; hoc vero noſtra etiam contingit.

In cap. 2. Epiſt. 2. ad Corint. homil. 26. Et quid de ipſo Chriſto loquor, cum ſuis quoque diſcipulis ut poſt mortem

tem celebres eſſent & clari, largitus eſt?... Servorum autem Chriſti ſplendida ſunt ſepulchra, quæ urbem maxime regiam occupaverunt: & dies perſpicui ſunt idem feſtum terrarum orbi facientes... Quin ſepulchra ſervorum crucifixi regiis aulis ſunt ſplendidiora, non ædificiorum amplitudine ac ſplendore (hac etenim parte excellunt) ſed quod multo amplius eſt, convenientium ſtudio. Nam & ipſe ille purpura indutus, peregre proficiſcitur ſepulchra illa complexurus, & faſtu poſito conſiſtit ſanctos rogans, ut ſibi apud Deum patrocinentur, & tabernaculorum artificem ac piſcatorem patronos etiam mortuos, precatur ipſe diadema geſtans. Audebisne igitur, dic quæſo, horum Dominum dicere mortuum, cujus famuli etiam mortui hujus mundi Regum ſunt patroni? Atque id cernat quis non Romæ tantum fieri, ſed etiam Conſtantinopoli: nam & hic Conſtantinum illum magnum, magno ſe honore affecturum exiſtimavit filius, ſi in veſtibulis collocaret piſcatoris. Et quod in regiis janitores ſunt Regibus, id in ſepulchro Reges ſunt piſcatoribus.... Simul atque limina conſcenderis, protinus locus ipſa mentem in cælum tranſmittit, ad ſupernum Regem, ad Angelorum exercitum, ad thronum excelſum, ad gloriam illam inacceſſam: atque hic in terreſtri Domini principis poteſtati ſubjacet, ut ſubditorum quoſdam ſolvat, alios autem vinciat. At Sanctorum oſſa non hanc habent poteſtatem miſerabilem & abjectam, ſed illam multo majorem. Dæmones enim ſiſtunt ac torquent, & a vinculis illis acerbiſſimis vinctos liberant. Quid hoc tribunali terribilius? Cum nullus videtur, nullus immineat dæmonis lateribus: clamores, dilacerationes, flagella, tormenta, dæmone non ferente admirandam illam virtutem. Et qui corpora geſtarunt, incorporeas ſuperant poteſtates: pulvis, oſſa, denique cineres inviſibiles illas affligunt naturas.

Eadem leges apud eumdem Chryſoſt. *hom. 66. ad Pop. Antioch. de cæleſti regno acquirendo.*

Homil. 41. apud popul. Antioch. de S. PELAGIA. Jacebat corpus illud non in lecto, ſed in ſolo: nec propterea tamen honoris expers erat, quia in ſolo ipſo jacebat, ſed ſolum ipſum ex eo fuit honoratum, quod corpus illud tam glorioſum excepit: quinimo quia in terra jacebat eo ipſo corpus illud erat honoratius. Hujuſmodi enim ſunt injuriæ quæ propter Chriſtum accipiuntur, ut honoris cumulum nobis afferant. Jacebat igitur in ipſo ſolo & in anguſto quodam loco; ſed & Angeli Pelagiæ corpus circumdabant, & Archangeli omnes honorabant: Chriſtus denique ipſe præſens erat.

Homil. 47. ad popul. Antioch. de S. Juliano, verſus med. Atqui ut Martyris vulnera cælo inſignis aſtris ſplendidiora eſſe diſcatis, advertite. Ad illud quidem cælum, ac ſtellas cum homines reſpiciunt, tum dæmones: ſed ad hujus etiam vulnera homines quidem reſpiciunt fideles, dæmones autem oculos contra non audent attollere: quin etiamſi ſpectare conentur, continuo luminibus orbantur, nec poſſunt exilientem inde fulgorem ſuſtinere. Hoc ego non ex iis tantum, quæ olim acciderunt, ſed ex iis etiam, quæ hodieque fiunt, comprobabo. Sume enim quempiam a dæmone correptum ac furentem, & ad ſanctum illud ſepulchrum deduc, quo reliquiæ Martyris continentur, tum reſilientem plane, atque fugientem videbis. Ut enim ſi per prunas inceſſurus eſſet, & ab ipſo veſtibulo ſtatim exilit, & ne oculos quidem adverſus ipſam thecam audet attollere...... Accepit eum mare, non ut occideret, ſed ut coronaret, & poſt coronam nobis ſanctam iſtam arcam Martyris corpus reddidit: hanc in hunc uſque diem retinemus, quæ ſexcentorum bonorum eſt theſaurus. Etenim Martyres nobiſcum Deus partitus eſt: cum animas ſibi ipſe ſumpſiſſet, corpora nobis quodammodo largitus eſt, ut perpetuæ virtutis monumentum ſancta horum oſſa teneamus. Nam ſi bellatoris arma cruenta quis cernens, clypeum, haſtam, & loricam, licet omnium ſit ignaviſſimus, ſtatim exilit, exardeſcit, & ad bellum promptus emicat, atque a conſpectu armorum ſumit animum, ut eaſdem actiones aggrediatur: nos qui non arma, ſed corpus ipſum cernimus Sancti, quod dignum habitum eſt, ut ob Chriſti confeſſionem cruentaretur, licet omnium ſimus timidiſſimi, qui poſſumus non ad ſummam promptitudinem animi exardeſcere, cum hic aſpectus velut ignis quidam in mentem noſtram incidat, & ad idem nos certamen invitet? Propterea nobis ſanctorum corpora uſque ad tempus reſurrectionis commendavit Deus, maximæ philoſophiæ materiam & occaſionem haberemus.

Homil. 59. ad popul. Antioch. de S. Babyla. Nam hominis quidem cujusvis recte facta poſt mortem eſſe nequeunt, Martyris vero & multa & magna poſſunt.. Noli enim hoc ſpectare, nudum Martyris corpus animæ operatione deſtitutum eſſe propoſitum; ſed illud conſidera majorem ipſa anima virtutem illi quamdam aſſidere Spiritus ſancti virtutem, quæ editis a ſe miraculis omnibus ſpem certam reſurrectionis ejus facit... Hic igitur Imperator (*Julianus*) cum Daphnen aſcendiſſet, illic Apollinem precibus fatigabat, ſollicitabat, ſupplicabat, ut ſibi de rebus futuris quippiam vaticinaretur. Quid igitur magnus ille Gentilium vates Deus? Mortui me impediunt, inquit, ne loquar. At tu capſulas effringe, oſſa effodi, mortuos transfer.. Piaculum enim, inquit, ſunt mortui... Ac movebatur quidem loco Martyr: dæmon autem ne ſic quidem ſecuritate fruebatur, ſed confeſtim didicit oſſa quidem Martyris loco moveri poſſe, manus autem Martyris evitari non poſſe. Nam ſimul ac loculus ad urbem protractus eſt, de cælo fulmen in ſtatuæ caput immiſſum cuncta combuſſit... Ejuſmodi ſunt præclara Martyris poſt obitum ejus facinora.

Lib. contra Gentiles, pag. 755. Deus qua eſt in humanum genus benignitate, inter alias, quas infinitas nobis ſalutis noſtræ occaſiones dedit, & hanc quoque viam nobis a ſe munitam eſſe voluit, idoneum ad virtutem capeſſendam ſtimulum, relictis ſcilicet interim apud nos Sanctorum reliquiis. Nam poſt ſermonis facultatem, ipſa certe Sanctorum ſepulchra proximum locum obtinent ad animas hominum in ipſos Sanctos intuentium ad virtutum earumdem æmulationem excitandas. Ac ſicubi quis hujuſmodi conditoriis adſtat, ſuum ſtatim ſenſum ab hac, quam dico, vi correptum animadvertit: capſulæ enim aſpectus in animam invadens ipſam percellit, & exſuſcitat, ac perinde afficit, quaſi qui illic mortuus jacet, preces ſimul fundat, præſensque adeſſe cernatur: deinde fit, ut qui ſe ſic affectum ſenſit, mira alacritate geſtiens, aliusque prorſus quodammodo effectus, ita ex eo loco decedat... Quibus de cauſis ipſas nobis Sanctorum reliquias Deus reliquit... Quod idipſum emolumenti noſtri gratia factum fuerit, abunde orationi noſtræ fidem faciunt tum quæ quotidiana a Martyribus miracula eduntur, magna aſſatim ad illa hominum multitudine affluente, tum illis nihilo inferiora Babylæ præclara poſt ipſius obitum virtutis egregiæ ſpecimina. Ubi enim ita ut mandavit ſepultus fuit, & tam longi temporis intervallum ab ejus ſepultura interceſſit, ut non niſi oſſa, ac cinis in feretro ſuperarent, placuit Imperatori uni ex iis qui poſtea imperarunt, Deo ipſius animum ad id impellente, capſulam in ſuburbium iſtud Daphnem abduci.... Et quidem Daphnes forma, ac pulchritudo ſegniores ad ſe ipſa evocat: at Martyr quodam quaſi in piſcatu confidens, & ad ſe ingreſſis inſidias parans, eos retinet, ac veluti ad normam quandam prius compoſitos dimittit, & ita dimittit ut amata in poſterum pudice, ac citra omnem incontinentiam ſint uſuri. Dum enim ex hominibus alii ſocordia adducti, alii mundanis ſolicitudinibus impediti ſanctorum Martyrum monimenta inviſere negligunt, perfecit Deus ut hocce irretirentur modo, & talem ipſi fructum curationis animæ caperent...Atque in eum, quem dixi, modum, Babylas intemperantiæ tyrannidem ſubvertit. At quo idem modo & dæmonis poteſtatem extinxit? Primum quidem tum dæmonis inibi habitantis obſidionem, tum fabulæ noxam iis ipſis, quas dixi rebus, ineſſicacem reddidit: deinde & dæmonem ipſius exegit.. Ea eſt enim Sanctorum poteſtas, ut illorum ſuperſtitum dæmones ne umbras quidem aut veſtes ferre poſſint, vita autem functorum & loculos quoque reformident. Itaque ſi quis his quæ ab Apoſtolis facta fuiſſe prædicantur, fidem non habet, is tandem memoriæ hujus miracula intuitus ab impudentia ſua deſiſtat. Nam qui de omnibus olim Gentilibus victoriam reportabat, a Martyre tanquam ab hero increpitus, ſuppreſſa voce latrare deſiit. Ac primum quidem videbatur mutus eſſe, quod ſacrificiorum & aliorum id genus cultuum particeps minime fieret... Primum igitur videbatur hic dæmon, hac quam dixi ratione, obmuteſcere: poſt autem convictus fuit, violenta neceſſitate præpeditus id facere. Metus enim, quo quaſi indito in os fræno cogebatur, impedimento illi fuit, quominus ſolita contra homines impoſtura abuteretur... Daphnem itaque idem hic (Julianus) Imperator gravitatem ore præferens conſcendit, multis quidem cum donariis, ac ſacrificiis, manante etiam ſanguinis torrente, quem mactatarum pecudum cædes effecerat. Tum a dæmone magna inſtantia oraculum poſcit, poſtulans ſibi ille iis de rebus reſponſum ut daret, quas

uni-

eſt ea de re traditio Occidentalis Eccleſiæ quam Orientalis. Conſtat id ex Sanctis Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino, Paulino Diacono S. Ambroſii diſcipulo & vitæ ejus Scriptore, Paulino Nolano. (F) Plures hujus traditionis teſte proferre neceſſe non eſt: hi ſa- F

animo agitabat. Ibi ſtrenuus ille.. belle admodum cavit, ne in eum ſermonem deveniret, ut aperte teſtaretur, per ſanctum Babylam, ac vicinorum virtutem obſtructum ſibi eſſe os, ac propterea loqui nequaquam poſſe: nimirum veritus, ne cultoribus ſuis ridiculus fieret... Daphnes, inquit, locus cadaveribus ſcatet, id quod oraculum arcet. Et quanto præſtabat, peſſime dæmon, Martyris virtutem non diſſimulare, quam titulum tam impudentem prætexere? Et hæc quidem dæmon; Imperator autem mente alienata cum eſſet, perinde ut in ſcena ludens, fabulamque agens, e veſtigio ad beatum Babylam fertur...., Verum omnium ſimul oculis Martyris virtus tenebras offudit, neque paſſa eſt illos ea intelligere quæ fierent: quæ omnia fiebant quidem quaſi contra Chriſtianos, riſus autem non in eos qui ea paterentur, ſed in eos qui ea facerent totus vertebatur... At malignus dæmon ſtatim edoctus eſt fruſtra ſibi fraudis ſuæ artificia conficta, ſeque non jam certamen habere cum mortuo, ſed cum eo qui viveret; qui efficax eſſet, quique non ſe modo, ſed omnes quoque dæmones fortitudine ſuperaret. Is enim Deum precatus ignem in templum ut cælitus demitteret, totum illius tectum exuſſit, ipſoque idolo ad extremos uſque pedes deleto, eodemque in cinerem ac pulverem redacto, ab omnibus parietibus, qui integri adhuc ſtant, abſtinuit. Ac ſi quis nunc illo acceſſerit, nunquam utique dixerit factum id ignis opus eſſe.

RUFINUS *Hiſtor. Eccleſ. Lib.* 10. *c.* 35. Dedit & aliud Julianus vecordiæ ſuæ ac levitatis indicium. Nam cum Daphnis in ſuburbano Antiochiæ juxta fontem Caſtalium litaret Apollini, & nulla ex his quæ quærebat reſponſa ſuſciperet, cauſaſque ſilentii percontaretur a Sacerdotibus dæmonis, ajunt Babylæ Martyris ſepulchrum prope aſſiſtere, & ideo reſponſa non reddi. Tum ille venire Galilæos (hoc enim nomine noſtros appellare ſolitus erat) (*i. e.* Chriſtianos) & auferre ſepulchrum Martyris jubet. Igitur Eccleſia univerſa conveniens, matres, & viri, virgines, juveneſque immenſa exultatione ſuccincti, trahebant longo agmine arcam Martyris pſallentes ſummis clamoribus, & cum exultatione dicentes: Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui confidunt in ſimulachris ſuis. Hæc in auribus prophani Principis per ſex millia paſſuum tanta exultatione pſallebat omnis Eccleſia, ut cælum clamoribus reſultaret. Unde ille in tantam iracundiæ rabiem deductus eſt, ut altera die comprehendi Chriſtianos paſſim & trudi juberet in carcerem, ac pœnis & cruciatibus affici.

SOZOMENUS *Hiſtor. Eccleſ. Lib.* 5. *c.* 19. Gallus..... cum eſſet Chriſtianus, eoſque qui religionis cauſa martyrium pertulerant impenſe veneraretur, eum (Daphne) locum ſuperſtitione Gentilium & intemperantium hominum flagitiis purgare conſtituit. Id autem facile ſe conſecuturum arbitratus, ſi Eccleſiam illic ea adverſo templi Apollinis conſtruxiſſet, loculum Babylæ Martyris, qui olim Eccleſiam Antiochenam ſumma cum laude rexerat, & glorioſo martyrio occubuerat, Daphnem tranſtulit. Ex eo tempore ajunt dæmonem more ſolito oracula reddere deſiiſſe. Et initio quidem credebatur idem obmutuiſſe, quod victimis & cultu illo careret, quo prius obſervabatur. Verum ex iis quæ ſecuta ſunt apparuit, Martyrem qui in proximo collocatus erat, obſtitiſſe quominus reſponſa ederet. Etenim cum Julianus orbem Romanum ſolus adminiſtraret, quamvis libamenta & nidor, & hoſtiarum copia dæmoni abunde ſuppeteret, nihilominus conticuit. Tandemque reſponſo dato, cauſam prioris ſilentii ipſemet prodidit: nam cum Imperator de quibus ipſi viſum erat negotiis oraculum illic conſulere decreviſſet, templum ingreſſus, victimis ac donariis magnificis dæmonem veneratus eſt; oravitque ut de iis rebus quas in animo habebat, reſponſum dare vellet. At dæmon, non quidem aperte ſignificavit, oracula a ſe reddi non poſſe propter Babylam martyrem, cujus arca in proximo erat. Sed locum cadaveribus refertum eſſe dixit, idque impedimento eſſe quominus oracula ederet. Porro cum multa eſſent Daphne ſepulta cadavera, Imperator tamen conjiciens ſolum Martyrem oraculis obſtare, arcam illius transferri juſſit. Itaque Chriſtiani eo convenientes, loculum martyris in urbem deportarunt per quadraginta circiter ſtadia, ad locum in quo nunc ſitus eſt, & qui ex illius appellatur nomine. Quo quidem tempore ajunt, viros ſimul ac mulieres, ſenes, ac pueros qui loculum Martyris trahebant, ſeſe invicem cohortantes, Pſalmos per totum iter cecinisse: ſpecie quidem ut laborem cantu ſublevarent: reipſa vero zelo quodam ac pietatis æſtu ſuccenſos, eo quod Princeps non idem cum ipſis de Deo ſentiret. Præcinebant autem ceteris ii qui Pſalmos apprime callebant; multitudo deinde reſpondebat cum concentu; & hunc verſiculum ſuccinebant: Confuſi ſunt omnes qui adorant ſculptilia, qui gloriantur in ſimulachris.

SOCRATES *Hiſt. Eccleſ. Lib.* 3. *c.* 18. Sed cum in templo (Daphneo) habitans dæmon, vicinum veritus, Babylam videlicet martyrem, nihil reſponderet: erat enim in proximo loculus, quo Martyris corpus incluſum ſervabatur: comperta cauſa Imperator (Julianus) loculum confeſtim transferri jubet. Quod ubi Chriſtianis qui Antiochiæ erant palam factum eſt, ſimul omnes effuſi cum mulieribus & parvulis, loculum ex Daphne in urbem comportant, tripudiantes gaudio & Pſalmos concinentes.

THEODORET *Eccleſ. Hiſt. Lib.* 3. *c.* 10. Julianus.... Apollini Pythio qui apud Daphnem colebatur, ſupplicavit ut futura ſibi oſtenderet. Reſpondit Apollo, cadavera mortuorum in proximo collocata obſtare vaticiniis: ea prius transferenda eſſe alium in locum; ſe deinde reſponſa daturum: nil enim ſe dicturum eſſe, templo minime repurgato. Erant enim tunc temporis in eo loco depoſitæ invictiſſimi Martyris Babylæ, & adoleſcentum qui cum eo occiſi fuerant, reliquiæ. Satiſque apparebat, falſum vatem Martyris illius virtute, a conſueta oraculorum vanitate prohiberi. Quod cum ipſe quoque Julianus probe noſſet: ex priſtina enim religione quam profeſſus fuerat, perſpectam habebat Martyrum potentiam: aliud quidem cadaver nullum inde tranſtulit: ſolas vero invictiſſimorum Martyrum reliquias, a Chriſtianæ religionis cultoribus exportari juſſit. Hi alacri animo ad lucum venientes, arcam carpento quod a bigis trahebatur impoſuerunt: eamque catervatim præcedentes, cum tripudio in urbem duxere, Davidicos hymnos canentes, & ſingulis verſibus hanc clauſulam addentes: Confundantur omnes qui adorant ſculptilia. Martyris enim tranſlationem, devictionem eſſe dæmonis exiſtimabant.

Ex Encomio S. Martyr. Phocæ, a B. ASTER. *Epiſc. Amaſeæ, ex Tom.* 1. *Auctuar. Bibl. Patr. Græc. apud* THEODOR. RUINART, *pag.* 630. Multiſque locis diviſæ reliquiæ integram ubique ter beato viro nominis ſervans caritatem. Sic etiam in Regia civitate, Italiæ principe ac totius mundi regina, univerſi populi concurſu honoratur Martyr ac celebratur, habetque inſigni pulchritudine conſtructam ædem. Non minus autem Romani Phocam colunt, quam Petrum & Paulum. Quamobrem, ut ferunt, caput Martyris ſummo ſtudio compararunt.

(F) S. AMBROS. *Epiſt.* 22. *n.* 2. Invenimus miræ magnitudinis viros duos, ut priſca ætas ferebat. Oſſa omnia integra, ſanguinis plurimum. Ingens concurſus populi per totum illud biduum. Quid multa? Condivimus integra ad ordinem... Sequenti die tranſtulimus ea in Baſilicam, quam appellant Ambroſianam. Dum transferimus, cæcus ſanatus eſt.

N. 9. Cognoviſtis, immo vidiſtis ipſi multos a dæmoniis purgatos: plurimos etiam, ubi veſtem Sanctorum manibus contigerunt, iis quibus laborabant debilitatibus abſolutos: reparata veteris temporis miracula, quo ſe per adventum Domini Jeſu gratia terris major infuderat; umbra quadam ſanctorum corporum pleroſque ſanatos cernitis. Quanta oraria jactitantur? Quanta indumenta ſuper reliquias ſacratiſſimas & tactu ipſo medicabilia repoſcuntur? Gaudent omnes extrema linea contingere; & qui contigerit, ſalvus erit.

N. 13. Succedant victimæ triumphales in locum, ubi Chriſtus hoſtia eſt. Sed ille ſuper altare, qui pro omnibus paſſus eſt: iſti ſub altari, qui illius redemti ſunt paſſione..... Condamus ergo reliquias ſacroſanctas, & dignis ædibus invehamus, totumque diem fida devotione celebremus.

N. (*Ariani*) in tantum amentiæ prodeunt, ut negent Martyrum merita, quorum opera etiam dæmones confitentur. Sed hoc non mirum; ſiquidem tanta eſt incredulorum perfidia, ut tolerabilior ſit diaboli plerumque confeſſio.

N. 16.

N. 16. Et nunc auditis clamantes dæmones, & confitentes Martyribus quod pœnas ferre non poſſint, & dicentes: Quid veniſtis, ut nos tam graviter torqueatis? Et Ariani dicunt: Non ſunt iſti Martyres, nec torquere diabolum poſſunt, nec aliquem liberare; cum tormenta dæmonum ipſorum voce probentur, & beneficia Martyrum remediis ſanatorum, & abſolutorum indiciis declarentur. Negant cæcum illuminatum, ſed ille non negat ſe ſanatum. Ille dicit: Video, qui non videbam. Ille dicit: Cæcus eſſe deſivi; & probat facto. Iſti beneficium negant, qui factum negare non poſſunt. Notus homo eſt, publicis cum valeret mancipatus obſequiis, Severus nomine, lanius miniſterio. Depoſuerat officium, poſtquam inciderat impedimentum. Vocat ad teſtimonium homines, quorum ante ſuſtentabatur obſequiis: eos indices ſuæ viſitationis arceſſit, quos habebat teſtes & arbitros cæcitatis. Clamat quia ut contigit fimbriam de veſte Martyrum, quia ſacræ reliquiæ veſtiuntur, redditum ſibi lumen ſit.

N. 18. Nonne ſimile iſtud eſt, atque illud quod in Evangelio legimus? Unius enim potentiam laudamus auctoris: nec intereſt utrum opus ſit, an munus; cum & muneretur in opere, & operetur in munere. Quod enim aliis faciendũ donaverit, hoc in aliorum opere nomen ejus operatur.

In Append. S. Ambros. *Serm.* 65. *in Natali SS. Martyr. Nazarii & Celſi*, *n.* 2. Exultant felices ſingularum urbium populi, ſi unius ſaltem Martyris reliquiis muniantur: ecce nos populos Martyrum poſſidemus. Gaudeat terra noſtra natris cæleſtium militum, & tantarum parens fæcunda virtutum. Recte itaque & ex debito a filiis parentis Eccleſiæ horũ beatorum Martyrum celebrantur inſignia.

N. 10. Honoremus beatos Martyres, principes fidei, interceſſores mundi, præcones regni, cohæredes Dei.

N. 11. Quod ſi dicas mihi: Quid honoras in carne jam reſoluta atque conſumpta, de qua nulla jam Deo cura eſt? Et ubi eſt illud, cariſſimi, quod ipſa veritas loquitur per
Pſ. 115. 15. Prophetam: *Pretioſa*, inquit, *in conſpectu Domini mors*
Pſ. 138. 15. *ſanctorum ejus!* Et iterum: *Mihi autem valde honorificandi ſunt amici tui, Deus?* Honorare debemus ſervos Dei,
Pſ. 33. 21. quanto magis amicos Dei? de quibus alio loco dicitur: *Dominus*, inquit, *cuſtodit omnia oſſa eorum, & unum ex his non conteretur*. Honoro ergo in carne Martyris exceptas pro Chriſti nomine cicatrices; honoro viventis memoriam perennitate virtutis; honoro per confeſſionem Domini ſacratos cineres; honoro in cineribus ſemina æternitatis; honoro corpus, quod mihi Dominum meum oſtendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere: Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reverentur & dæmones; quod & adflixerunt in ſupplicio, ſed glorificant in ſepulchro? Honoro itaque corpus, quod Chriſtus honoravit in gladio, quod cum Chriſto regnabit in cælo.

S. Hieronym. *Epiſt.* 53. *adverſus Vigilantium*, *&c. Vide ſuper* §. *lit.* (H)

Epiſt. 44. *alias* 17. *Paulæ & Euſtoch. ad Marcellam*. Martyrum ubique ſepulchra veneramur; & ſanctam favillam oculis apponentes, ſi liceat etiam ore contingimus: & monumentum in quo Dominus conditus eſt, quidam æſtimant negligendum? Si nobis non credimus, credamus ſaltem diabolo & angelis ejus; qui quotieſcumque ante illud de obſeſſis corporibus expelluntur, quaſi in conſpectu tribunalis Chriſti ſtantes contremiſcunt, rugiunt, & ſero dolent crucifixiſſe, quem timeant... Licet... Johannis Baptiſtæ, Eliſei quoque & Abdiæ pariter cineres adorare.

Adverſus Vigilantium, *initio*. Dolet Martyrum reliquias precioſo operiri velamine; & non vel pannis, vel cilicio colligari, vel projici in ſterquilinium; ut ſolus Vigilantius ebrius & dormiens adoretur. Ergo ſacrilegi ſumus, quando Apoſtolorum Baſilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Conſtantius Imperator, qui ſanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei tranſtulit Conſtantinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantii illorum ſe ſentire præſentiam confitentur? Sacrilegus dicendus eſt, & nunc Auguſtus Arcadius, qui oſſa beati Samuelis longo poſt tempore de Judæa tranſtulit in Thraciam? Omnes Epiſcopi non ſolum ſacrilegi, ſed & fatui judicandi, qui rem viliſſimam & cineres diſſolutos in ſerico & vaſe aureo portaverunt? Stulti omnium Eccleſiarum populi, qui occurrerunt ſanctis reliquiis: & lætitia, quaſi præſentem, viventemque Prophetam cernerent, ſuſceperunt: ut de Palæſtina uſque Chalcedonem jungerentur populorum examina; & in Chriſti laudes una voce reſonarent?

S. Aug. *Serm.* 317. *de S. Stephano Martyre*, *alias* 92. *de diverſis*, *c.* 1. *n.* 1. Exiguus pulvis tantum populum congregavit: cujus latet, beneficia patent. Cogitate cariſſimi quæ nobis Deus ſervet in regione vivorum, qui tanta præſtat de pulvere mortuorum. Caro ſancti Stephani per loca ſingula diffamatur: ſed fidei ejus meritum commendatur: Sic exſpectemus conſequi temporalia beneficia, ut eum imitando accipere mereamur æterna.

Serm. 275. *in Natal. Martyr. Vincent.* 2. *alias* 9. *inter editos a Pariſienſibus*, *n.* 3. Providentia Creatoris cadaveribus Martyrum tam præclara miraculorum teſtimonia præſtando, abundantiorem honorem exſanguibus reliquiis hominum circumponit, & quod vita emigrante tamquam deforme jam remanet, ibi evidentius præſens vitæ dator apparet.

Lib. 9. *Confeſſ. c.* 7. *n.* 16. (*Ambroſio*) Antiſtiti tuo per viſum aperuiſti, quo loco laterent Martyrum corpora Protaſii & Gervaſii, quæ per tot annos incorrupta in theſauro ſecreti tui recondideras, unde opportune promeres ad coercendam rabiem femineam, ſed regiam. Cum enim propalata & effoſſa digno cum honore transferrentur ad Ambroſianam Baſilicam, non ſolum quos immundi vexabant ſpiritus, confeſſis eiſdem dæmonibus ſanabantur, verum etiam quidam plures annos cæcus civis, civitatique notiſſimus, cum populi tumultuantis lætitiæ cauſam quæſiſſet atque audiſſet, exſilivit, eoque ſe ut duceret, ſuum ducem rogavit. Quo perductus, impetravit admitti, ut ſudario tangeret feretrum pretioſæ in conſpectu tuo mortis Sanctorum tuorum. Quod ubi fecit, atque admovit oculis, confeſtim aperti ſunt. Inde fama diſcurrens, inde laudes tuæ ferventes, lucentes, inde illius (Juſtinæ) inimicæ animus etſi ad credendi ſanitatem non ampliatus, a perſequendi tamen furore compreſſus eſt. Gratias tibi Deus meus.

Lib. 22. *de Civit. Dei*, *c.* 8. *n.* 2. Miraculum quod Mediolani factum eſt, cum illic eſſemus, quando illuminatus eſt cæcus, ad multorum notitiam potuit pervenire, quia & grandis eſt civitas, & ibi erat tunc Imperator, & immenſo populo teſte res geſta eſt, concurrente ad corpora Martyrum Protaſii & Gervaſii: quæ cum laterent, & penitus neſcirentur, Epiſcopo Ambroſio per ſomnium revelata reperta ſunt, ubi cæcus illa depulſis veteribus tenebris diem vidit.

N. 6. Vir Tribunitius Heſperius... ubi cum afflictione animalium & ſervorum ſuorum domum ſuam ſpirituum malignorum vim noxiam perpeti comperiſſet, rogavit noſtros, me abſente, Presbyteros, ut aliquis eorum illo pergeret, cujus orationibus cederent. Perrexit unus, obtulit ibi ſacrificium corporis Chriſti, orans quantum potuit, ut ceſſaret illa vexatio: Deo protinus miſerante ceſſavit. Acceperat autem ab amico ſuo terram ſanctam de Jeroſolymis allatam, ubi ſepultus Chriſtus die tertio reſurrexit, eamque ſuſpenderat in cubiculo ſuo, ne quid mali etiam ipſe pateretur. At ubi domus ejus ab illa infeſtatione purgata eſt, quid de illa terra fieret cogitabat; quam diutius in cubiculo ſuo reverentiæ cauſa habere nolebat... cumque nobis omnia retuliſſet, etiam hoc petivit, ut infoderetur alicubi, atque ibi orationum locus fieret, ubi etiam poſſent Chriſtiani ad celebranda quæ Dei ſunt congregari. Non reſtitimus, factum eſt. Erat ibi juvenis paralyticus ruſticanus: hoc audito petivit a parentibus ſuis, ut illum ad eum locum ſanctum non cunctanter adferrent. Quo cum fuiſſet allatus, oravit, atque inde continuo pedibus ſuis ſalvus abſceſſit.

N. 10.... Epiſcopo afferente Præjecto reliquias glorioſiſſimi Stephani, ad ejus memoriam veniebat magnæ multitudinis concurſus & occurſus. Ibi cæca mulier, ut ad Epiſcopum portantem duceretur, oravit: flores quos ferebat dedit, recepit, oculis admovit, protinus vidit, ſtupentibus qui aderant, præibat exultans, viam carpens & viæ ducem ulterius non requirens.

N. 13. Martialis ævo jam gravis, & multum a religione abhorrens Chriſtiana. Habebat ſane fidelem filiam, & generum eodem anno baptizatum. Qui cum eum ægrotantem multis & magnis laboribus rogarent, ut Chriſtianus fieret, prorſus abnuit, eoſque a ſe turbida indignatione ſubmovit. Viſum eſt genero ejus, ut iret ad memoriam ſancti Stephani, & illic pro eo quantum poſſet oraret, ut Deus illi daret mentem bonam, qua credere non differret in Chriſtum. Fecit hoc ingenti gemitu & fletu & ſinceriter ardente pietatis affectu: deinde abſcedens aliquid de altari florum quod occurrit tulit, eique cum jam nox eſſet ad caput poſuit: tum dormitum eſt. Et ecce ante diluculum clamat ut ad Epiſcopum curreretur... Cum ergo audiret eum abſentem, venire Presbyteros poſtulavit. Venerunt, credere ſe dixit, admirantibus, atque gaudentibus omnibus, baptizatus eſt. Hoc quamdiu vixit in ore habebat: Chriſte accipe ſpiritum meum: cum hæc verba beatiſſimi Stephani, quando lapidatus eſt a Judæis, ultima

Digitized by Google

tima fuiſſe neſciret; quæ huic quoque ultima fuerunt: nam non multo poſt etiam ipſe defunctus eſt.

N. 15. Puerum quemdam parvulum, cum in area luderet, exorbitantes boves qui vehiculum trahebant rota obtriverunt, & confeſtim palpitavit expirans. Hunc mater arreptum ad (Stephani) memoriam poſuit; & non ſolum revixit, verum etiam illæſus apparuit.

N. 16. Sanctimonialis .... cum ægritudine laboraret, ac deſperaretur; ad eamdem memoriam tunica ejus allata eſt: quæ antequam revocaretur, illa defuncta eſt: Hac tamen tunica operuerant cadaver ejus parentes, & recepto ſpiritu ſalva facta eſt.

N. 7. Apud Hypponem Baſſus quidam Syrus ad memoriam ejuſdem Martyris orabat pro ægrotante & periclitante filia, eoque ſecum veſtem ejus attulerat: cum ecce pueri de domo cucurrerunt, qui ei mortuam nuntiarent... Qui cum domum rediiſſet jam ſuorum ejulatibus perſonantem, & veſtem filiæ quam ferebat ſuper eam projeciſſet, reddita eſt vitæ.

Multo plura ibidem refert miracula quæ conſulto omiſimus brevitatis cauſa.

N. 18. Rurſus ibidem apud nos Irænei cujuſdam collectarii filius ægritudine extinctus eſt. Cumque corpus jaceret exanime, atque a lugentibus & lamentantibus exſequiæ pararentur, amicorum ejus quidam inter aliorum conſolantium verba ſuggeſſit, ut ejuſdem Martyris oleo corpus perungeretur. Factum eſt, & revixit.

N. 19. Itemque apud nos vir Tribunitius Eleoſinus ſuper memoriam Martyris, quæ in ſuburbano ejus eſt, ægritudine exanimatam poſuit infantulum filiam; & poſt orationem, quam cum multis lacrymis ibi fudit, viventem levavit.

N. 20. Si enim miracula ſanitatum, ut alia taceam, ea tantummodo velim ſcribere, quæ per hunc Martyrem, id eſt, glorioſiſſimum Stephanum, facta ſunt in colonia Calamenſi, & in noſtra, plurimi conficiendi ſunt libri: nec tamen omnia colligi poterunt, ſed tantum de quibus libelli dati ſunt, qui recitarentur in populis. Id namque fieri voluimus, cum videremus antiquis ſimilia divinarum ſigna virtutum etiam noſtris temporibus frequentari; & ea non debere multorum notitiæ deperire. Nondum eſt autem biennium, ex quo apud Hypponem regium cœpit eſſe iſta memoria, & multis, quod nobis certiſſimum eſt, non datis libellis, de iis quæ mirabiliter facta ſunt, illi ipſi qui dati ſunt ad ſeptuaginta ferme numerum pervenerant, quando iſta conſcripſi. Calamæ vero, ubi & ipſa memoria prius eſſe cœpit, & crebrius dantur, incomparabili multitudine ſuperant.

N. 21. Uzali etiam, quæ colonia Uticæ vicina eſt, multa præclara per eumdem Martyrem facta cognovimus ... Cum enim nuper illic eſſemus, Petroniam clariſſimam feminam, quæ ibi mirabiliter ex magno atque diuturno, in quo medicorum adjutoria cuncta defecerant, languore ſanata eſt.

N. 22. Unum eſt apud nos factum, non majus quam illa quæ dixi, ſed tam clarum atque illuſtre miraculum, ut nullum arbitrer eſſe Hypponenſium, qui hoc non vel viderit, vel didicerit, nullum qui oblivisci ulla ratione potuerit. Decem quidam fratres (quorum ſeptem ſunt mares, tres feminæ) de Cæſarea Cappadociæ ſuorum civium non ignobiles, maledicto matris recenti, patris eorum obitu deſtitutæ, quæ injuriam ſibi ab eis factam acerbiſſime tulit, tali pœna ſunt divinitus coerciti, ut horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum: in qua fœdiſſima ſpecie oculos ſuorum civium non ferentes, quaquaverſum cuique ire viſum eſt, toto pene vagabantur orbe Romano. Ex his etiam ad nos venerunt duo, frater & ſoror, Paulus & Palladia, multis aliis locis miſeria diffamante jam cogniti. Venerunt autem ante Paſcha ferme dies quindecim, Eccleſiam quotidie, & in ea memoriam glorioſiſſimi Stephani frequentabant, orantes, ut jam ſibi placaretur Deus, & ſalutem priſtinam redderet: Et illic, & quacumque ibant, convertebant in ſe civitatis adſpectum. Nonnulli qui eos alibi viderant, cauſamque tremoris eorum noverant, aliis, ut cuique poterant, indicabant. Venit & Paſcha, atque ipſo die Dominico mane, cum jam frequens populus præſens eſſet, & loci ſancti cancellos, ubi Martyrium erat, idem juvenis oratos teneret, repente proſtratus eſt, & dormienti ſimillimus jacuit: non tamen tremens, ſicut etiam per ſomnum ſolebat. Stupentibus qui aderant, atque aliis paventibus, aliis dolentibus; cum eum quidam vellent erigere, nonnulli prohibuerunt, & potius exitum exſpectandum eſſe dixerunt. Et ecce ſurrexit, & non tremebat, quoniam ſanatus erat, & ſtabat incolumis, intuens intuentes .... Nobiſcum homo prandit, & diligenter nobis omnem ſuæ ac maternæ fraternæque calamitatis indicavit hiſtoriam. Sequenti itaque die poſt ſermonem redditum, narrationis ejus libellum in craſtinum populo recitandum promiſi. Quod cum ex Dominico Paſchæ die tertio fieret in gradibus exedræ, in qua de ſuperiore loquebar loco, feci ſtare ambos fratres, cum eorum legeretur libellus. Intuebatur populus univerſus ſexus utriuſque, unum ſtantem ſine deformi motu, alteram membris omnibus contrementem. Et qui ipſum non viderant, quid in eo divinæ miſericordiæ factum eſſet, in ejus ſorore cernebant. Videbant enim quid in eo gratulandum, quid pro illa eſſet orandum. Inter hæc recitato eorum libello, de conſpectu populi abire eos præcepi, & de tota ipſa cauſſa aliquanto diligentius cœperam diſputare, cum ecce me diſputante, voces aliæ de memoria Martyris novæ gratulationis audiuntur. Converſi ſunt eo qui me audiebant, cœperuntque concurrere. Illa enim ubi de gradibus deſcendit, in quibus ſteterat, ad ſanctum Martyrem orare perrexerat. Quæ mox ut cancellos attigit, collapſa ſimiliter velut in ſomnum, ſana ſurrexit.

S. GAUDENTIUS Brixienſ. Epiſc. *Serm.* 17. *de Dedicat. in fine*. Habemus ergo & hos quadraginta & prædictos decem Sanctos, ex diverſis terrarum partibus congregatos; unde hanc ipſam Baſilicam eorum meritis dedicatam, concilium Sanctorum nuncupari oportere decernimus. Dignum eſt enim, ut ad tantorum Martyrum venerandas reliquias proceſſuri, ad concilium Sanctorum nos procedere fateamur. Tot igitur juſtorum patrocinio adjuvandi, tota fide omnique deſiderio ſupplices, ſecundum eorum veſtigia curramus, ut ipſis intercedentibus, univerſa quæ poſcimus, adipiſci mereamur.

PAULINUS Diac. *in Vita S. Ambroſii*, *n.* 14. Sancti Martyres Protaſius & Gervaſius ſe Sacerdoti revelaverunt... Sed ubi ſanctorum Martyrum corpora ſunt levata & in lecticis poſita, multorum ibi Satanæ ægritudines perdocentur. Cæcus etiam Severus nomine, qui nunc uſque in eadem Baſilica quæ dicitur Ambroſiana, in quam Martyrum corpora ſunt tranſlata, religioſiſſime ſervit; ubi veſtem Martyrum attigit, ſtatim lumen recepit. Obſeſſa etiam corpora a ſpiritibus immundis curata ſumma cum gratia domum repetebant.

N. 32. ... Sancti Nazarii Martyris corpus levatum ad Baſilicam Apoſtolorum quæ eſt in Romana, (*i. e.* Regione prope portam Romanam urbis Mediolani) tranſtulit. Vidimus autem in ſepulchro quo jacebat corpus .... ſanguinem Martyris ita recentem, quaſi eodem die fuiſſet effuſus. Caput etiam ipſius quod ab impiis fuerat abſciſſum, ita integrum atque incorruptum cum capillis capitis atque barba, ut nobis videretur eodem tempore quo levabatur, lotum atque compoſitum in ſepulchro... Etiam odore tanto repleti ſumus, ut omnium aromatum vinceret ſuavitatem.

N. 33. Tranſlato itaque corpore Martyris (Celſi) ad Baſilicam Apoſtolorum, ubi pridem Apoſtolorum reliquiæ ſumma omnium devotione depoſitæ fuerant, cum tractaret Epiſcopus, quidam de populo repletus ſpiritu immundo, clamare cœpit ſe torqueri ab Ambroſio. At ille converſus ad eum ait: Obmuteſce, diabole; quia non te torquet Ambroſius, ſed fides Sanctorum & invidia tua; quoniam illuc vides adſcendere homines, unde tu dejectus es; nam Ambroſius neſcit inflari. Quo dicto, ille qui clamabat, obmutuit, proſtratuſque in terram eſt, nec amplius vocem qua obſtrepere poſſet, emiſit.

S PAULINUS *Epiſt.* 32. *alias* 12. *ad Severum*, *num.* 7. Sacros cineres de ſanctis glorioſorum Apoſtolorum, aut Martyrum reliquiis adipiſcamini... Dignum opere fidei veſtræ & operis fideliter elaborati dedicatione procul dubio celeberrima, ſanctorumque reliquiis decens arbitramur, ut hoc etiam quod de cruce miſimus pariter depoſitum ſacratumque veneremini. Quod ... hi verſiculi nuntiabunt.

Divinum veneranda tegunt altaria fœdus,
Compoſitis ſacra cum cruce Martyribus.

N. 8. Si vero magis placeat vobis hanc de cruce benedictionem ad quotidianam tutelam atque medicinam in promptu habere, ne ſemel condita altario non ſemper ad manum, ut uſus exigit, præſto ſit, ſufficit illa ad Baſilicæ conſecrationem gratia, ſcilicet, Dominus cum Apoſtolis & Martyribus.

N. 11. Hic pietas, hic alma fides, hic gloria Chriſti.
Hic eſt Martyribus crux ſociata ſuis.
Nam crucis e ligno magnum brevis aſtula pignus,
Totaque in exiguo ſegmine vis crucis eſt.

N. 17. Ecce ſub accenſis altaribus oſſa piorum
Regia purpureo marmore cruſta tegit.

Digitized by Google

Hic & Apoſtolicas præſentat gratia vires
Magnis in parvo pulvere pignoribus,
Hic pater Andreas & magno nomine Lucas
Martyr & illuſtris ſanguine Nazarius;
Quosque ſuo Deus Ambroſio poſt longa revelat
Sæcula, Protaſium cum pare Gervaſio.
Hic ſimul una pium complectitur arcula cœtum:
Et capit exiguo nomina tanta ſinu.

Poemata XXIV. *de S. Felice natal.* 12.

Nam quaſi contignata ſacris cœnacula tectis,
Spectat de ſuperis altaria tota feneſtris,
Sub quibus intus habent Sanctorum corpora ſedem.
Namque & Apoſtolici cineres ſub cælite menſa
Depoſiti, placitum Chriſto ſpirantis odorem
Pulveris inter ſancta ſacri libamina reddunt...
Quamvis Sancti omnes toto ſimul orbe per unum
Sint ubicumque Deum: quo præſentantur ubique,
Corporis ut ſua membra Deo: ſed debita Sanctis
Sunt loca corporibus: neque tantum qua jacet ora
Totum corpus, ibi poſitorum gratia vivit:
Sed quacumque pii eſt pars corporis, & manus extat,
Conteſtante Deo meriti documenta beati.
Magna & in exiguo Sanctorum pulvere virtus
Clamat Apoſtolici vim corporis, indice verbo.

Poema XXV. *de S. Felice natal. carm.* 2.

Ipſe domum remanens, modicum, ſed grande ſaluti
De crucis æternæ ſumptum mihi ſtagmine lignum
Promo, tenensque manu adverſis procul ingero flammis,
Ut clypeum retinens pro pectore, quo tegerem me,
Arceremque hoſtem collocato umbone reliſum.
Credita, nec donate mihi, ſed reddite Chriſto
Grates, & juſtas date laudes omnipotenti:
Noſtra ſalus etenim cruce Chriſti & nomine conſtat,
Inde fides nobis, & in hoc cruce nixa periclo
Profuit, & noſtram cognovit flamma ſalutem.
Nec mea vox, aut dextera illum, ſed vis crucis ignem
Terruit, inque loco de quo ſurrexerat ipſa,
Ut circumſeptam præſcripto limite flammam
Sidere, & extingui fremitu moriante coegit:
Et cinere extorram cineri temeraria procellam.
Quanta crucis virtus! Ut ſe natura relinquat,
Omnia ligna vorans ligno crucis uritur ignis.

Acta S. IGNAT. Martyris *apud* THEODOR. RUINART *anno Chriſti* 107. *pag.* 14. Ut ſit nulli fratrum gravis per collectionem reliquiarum; ſecundum quod præoccupans in Epiſtola propriam concupiſcit fieri fruitionem. Sola enim aſperiora ſanctorum oſſium derelicta ſunt: quæ in Antiochiam reportata ſunt, & in capſa repoſita, ſicut theſaurus inappretiabilis.

Acta alia, *Ibid. p.* 707. Solæ enim duriores ſanctarum ejus reliquiarum partes relictæ ſunt, quæ Antiochiam delatæ ſunt, & in ſudario depoſitæ, theſaurus ſane inæſtimabilis ob Martyris gratiam Eccleſiæ relictus.

Pag. 708. Tempore ejus Martyrii convenientes, athletæ & generoſo Chriſti Martyri communicemus, qui diabolum conculcavit, & pii ſui deſiderii curſum perfecit in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

Acta S. SYMPHOR. *ann.* CXX. *Ibid. pag.* 19. In quo ſpatio omnium Martyrum honorata ſunt ſancta corpora, & conſtructis tumulis condita cum omnia diligentia, quorum nomina deſcripta ſunt in libro vitæ. Natalis vero ſanctorum Martyrum Chriſti beatæ Symphoroſæ & ſeptem filiorum ejus Creſcentis, Juliani, Nemeſii, Juſtini, Stractei & Eugenii, celebratur ſub die XV. Kalendas Auguſti.

Acta S. SATURN. Epiſc. Toloſ. *Ibid. pag.* 112. Manſit aliquandiu ſub vili ceſpite, omnibus quidem inhonorum, ſed honoratum a Deo Martyris corpus; donec S. Hilarius, poſt multum temporis in Toloſana urbe Epiſcopus ordinatus, de antaceſſoris ſui obitu inſtructus & merito, effoſſa usque ad ipſum ſepulchrum ligneum terra, ſanctas veritus commovere reliquias, tranſvolutionem deſuper multo latere diligenter extruxit, baſilicolam etiam admodum parvulam vilibus lignis ad locum tantum orationis adjecit.

Pag. 113. Cum multorum ad baſiliculam illam fideliter a ſæculo recedentium pro ſolatio propter corpus Martyris quieſcenti deferrentur exſequiæ, & locus omnis tumulatorum corporum multitudine fuiſſet impletus; ſanctus Silvius, Epiſcopatum ſupradictæ urbis indeptus, pulchram & ſpecioſam Baſilicam magnis ſumptibus parans ad venerandi Martyris transferendas illuc reliquias, ante conſummationem cœpti operis receſſit e ſæculo. Poſt cujus obitum ſanctus Exſuperius in ſummum Sacerdotium cooptatus, vir absque ullius præceſſorum injuria, absque ullius qui id temporis Eccleſias regere videbantur invidia, non ſolum nulli ſecundus, verum etiam ipſi beato Martyri virtutum meritis comparandus, Baſilicam quam deceſſor ſuus fideliter inchoaverat, inſtantiſſime conſummavit, & fideliter dedicavit. Qui cum transferre illuc ſancti Martyris reliquias, non pro ſua incredulitate, ſed pro ipſius honore dubitaret; admonitus per quietem eſt, ne infideliter negligeret, quod fideliter credidiſſet; nullam fieri vel diminutione cinerum, vel commotione membrorum ſpiritibus injuriam: quia manifeſtatus eſſet hoc Martyribus proficere ad honorem, quod profuiſſet credentibus ad ſalutem... De quorum (Sanctorum) beatitudine dictum eſt: *Plantati in domo Domini, in atriis Dei noſtri florebunt*; (*Pſ.* 91. 14.) & iterum: *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus*; (*Pſ.* 115. 15.) & iterum: *Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis*; (*Pſ.* 149. 5.) & iterum: *Gloria hæc eſt omnibus Sanctis ejus*, (*Ibid.* 9.) quibus non ſolum credere in Chriſtum, ſed & pro Chriſto pati, ac ſtatim poſt reſolutionem corporum cum Chriſto eſſe donatum eſt: amicos Dei, ac dilectos Deo non negligamus ut mortuos, ſed honoremus ut vivos; quia non dubia fide certum eſt, quod ſi eorum fideliter ſuffragia poſtulemus, feliciter patrocinia ſentiemus. Quia etiam ſi illorum ſtudia ceſſarent, ille optata præſtaret, qui cogitationum non ſolum præſentium inſpector, verum etiam cognitor futurorum, dum rogatur in ſuis ſe intelligit honorari.

Acta S. FRUCTUOSI, &c. *Ibid. pag.* 223. Superveniente autem nocte ad amphitheatrum cum vino feſtinanter pervenerunt, quo ſemiuſta corpora exſtinguerent. Quo facto, eorumdem Martyrum cineres collectos, prout quisque potuit, ſibi vindicavit.

Acta Martyr. SS. APOLLONII *& Socior. Ex Lib.* RUFFIN. *de Vit. Patr. cap.* 19. *ann.* 300. *Ibidem pag.* 541. Quæque (SS. Corpora) ab his, qui obſequii cauſa ſimul venerant, ſuſcepta ac revocata ſub uno ſepulchri domicilio collocata ſunt: a quibus usque ad præſens tempus virtutes multæ, & ſigna miranda omnibus conſummantur. Sed & vota omnium atque orationes ſuſcipiuntur ab eis, & cum fructu petitionis implentur.

Acta S. ROMAN. *ann.* CCCIII. *Ibid. pag.* 381. Cum autem incidiſſet (carnifex) ipſam linguam, uſus eſt ad tutelam ſui: non enim projecit quam incidit, ſed accipiens eam, ut medicamen ad ſanitatem illius delicti quod admiſerat abnegando, accipiens domi recondit, ut conſueverunt infirmiores, fideles tamen, honorare ſi quid a Martyribus ſumpſerint.

Acta Martyr. S. FERREOL. *ann.* CCCIV. *Ibid. pag.* 511. Quem fidelis religioſorum civium devotio ad præſidium civitatis non longe a Rhodano cum ſumma veneratione tumulavit. Cujus beneficia per civitates, ſicut expetuntur votis, ita beneficiis frequentibus approbantur, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto.

Acta S. VINCENT. Levit. *ann.* CCCIV. *Ibid. pag.* 395. Videres circumſtantium frequentiam Sancti veſtigia certatim deoſculando prolambere, vulnera totius laceri corporis pia curioſitate palpare, ſanguinem linteis excipere, ſacra veneratione poſteris profuturum.

Pag. 397. Beatiſſimus Martyr ad ſepulturæ honorificentiam inde levatus, digna cum reverentia deportatur, & ſub ſacro altari extra muros ejusdem civitatis Valentiæ ad quietem reponitur; ubi meritis ipſius divina multipliciter præſtantur beneficia ad laudem & gloriam nominis Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus, per infinita ſæcula ſæculorum.

Acta SS. Martyr. TARACHI, PROBI, *&* ANDRONICI *ann.* CCCIV. *Ibid.* III. *Interrog. pag.* 476. Putas quia mulierculæ aliquæ poſt mortem corpus tuum habent aromatibus vel unguentis condita, nequiſſime? Nam & modo cogitabo ut reliquias tuas exterminem.

Pag. 478. Ut reliquias tuas mulierculæ in linteamine involvant, & cum unguentis & odoribus adornent: ſed, male & ſceleſta, jubebo te comburi, & cinerem corporis tui in omnem ventum diſpergam.

Pag. 487. Dentes autem ejus & blaſphemam linguam tollite, & comburite, & cinerem facite, & ubique ſpargite,

Digitized by Google

Pars II. Sect. III. Cap. II. §. 4.

ſatis ſuperque erunt cuilibet veritatem ex animo ſectanti. Si forte apud quemquam eo usque prævalebunt præconceptæ opiniones, ut ad eas deponendas ſupra dicta teſtimonia non ſufficiant, iis ſane nec plura ſufficerent. Sed quid diutius immoramur in re minime dubia: habemus hic fatentes adverſarios. Non diffitentur qui inter Proteſtantes eruditione præ ceteris eminent Grotius,
G (G) Dallæus, aliique, quin vel purioribus, ut vocant, ſæculis cultus Sanctorum reliquiis exhibitus ab Eccleſia fuerit.

Fuit is cultus exhibitus primum SS. Martyrum reliquiis: horum ſiquidem nec aliorum primis temporibus Sanctitas fuit ſolemniter ab Eccleſia vindicata. Dein Sanctorum albo inſeruit Eccleſia & eos quos nunc Confeſſores dicimus: ſtatimque reliquiis eorum cultus idem exhibitus ac reliquiis Martyrum. Et cultum hunc Deus certis miraculis approbavit. Conſtat id, ut cetera taceam, ex ingenti miraculorum numero quibus nobilitavit Deus ſepulchrum Sancti Martini Turonenſis Epiſcopi; qui forte primus ex Confeſſoribus martyrio non extinctis, inter Sanctos ab Eccleſia ſolemniter relatus eſt. Legi poteſt quod ſcripſit de Miraculis ad hujus ſepulchrum patratis Gregorius Turonenſis, unus e Sancti Martini ſucceſſoribus, qui & ipſe ad Sancti Martini ſepulchrum orans non ſemel, cum gravi infirmitate detineretur, ſubito & præter naturæ ordinem ſanatus
H eſt. (H)

Nec prætereundum puto quod ad ſepulchrum ſanctæ virginis Genovefæ, vel ad ſolemnem ejus reliquiarum geſtationem ex Baſilica in qua corpus ejus ſervatur ad Pariſienſem Eccleſiam, in publicis calamitatibus ſæpiſſime experta eſt divinitus civitas Pariſienſis. Celebre in primis illud eſt quod contigit anno Domini milleſimo centeſimo trigeſimo primo, regnante Ludovico ſexto. Cum enim Franciæ regnum depopularetur dira lues, ſacrum ignem dixere, quo plurimi omnis ætatis & ſexus in pedibus, manibus, mamillis, genis ipſis exuſti, cito conſumebantur; delatum eſt ſolemni pompa juſſu Stephani Epiſcopi corpus Beatæ virginis Genovefæ, publico præmiſſo jejunio, ad Cathedralem Eccleſiam. In quam ubi ſacrum corpus advectum eſt, ſtatim ægroti omnes, tribus exceptis, ſanitatem recuperarunt. Cujus miraculi veritatem cum compeiſſet Innocentius Papa ſecundus, qui Pariſios advenit anno ſequenti, annuo feſto illius memoriam Pariſiis celebrari juſſit. Sed & juxta majorem Baſilicam in perenne rei monimentum ædificata eſt Eccleſiæ (quæ nunc Parochialis eſt,) ſub titulo S. Genovefæ de Miraculo Ardentium. (Hæc ſcribo Pariſiis ipſo die ſexto Kalendas Decembris, quo celebratur annua illius tanti miraculi memoria;) quod ideo minime duxi prætereundum, cum divina providentia factum ſit ut hac ipſa die agerem de debita ſanctorum reliquiis veneratione. (I) I

gite, ut nemo de conſortibus ejus impiis, aut de mulierculis aliqua colligat, aut ſervet, quaſi pretioſum aliquid aut ſanctum æſtimet.

Ex Epiſt. S. VIGILII Epiſc. Trident. *ad Simplician. Epiſc. Mediolan. de Martyr.* SS. SISINII, MARTYRII, & ALEXANDRI, *Ibid. pag.* 686. Et cum eodem Sanctos apud ipſos exorator accede, quatenus poſſim de illa fimbriam aut Sacerdotum aut Martyrum, jam omnibus ſepoſitis, peccator attingere.

(G) GROTIUS *de Antichriſto Oper. Theol. tom.* 3. *p.* 502. *col.* 2. Apud Martyrum memorias ſi vera fiunt miracula, ut olim facta innumeris teſtibus conſtat, Deo fit honos, quod pretioſum ſibi oſtendat Sanctorum ſanguinem: ſi finguntur, ſunt leges ac judicia adverſus falſarios, nec eos bonus Papa defendet.

(H) S. GREG. TURON. *Lib.* 2. *de mirac.* S. MARTINI *cap.* 1. .... Incurri dyſenteriam cum febre valida, & taliter agi cœpi, ut imminente morte, vivere omnimodis deſperarem... Erat autem & dolor gravis totum alvum penetrans, & deſcendens ad ilia, non me minus conſumens tortura ſua, quam ſebris exegerat. Cumque ſic ageretur mecum, ut non remanſiſſet ſpes vitæ, ſed cuncta deputarentur in funere, nec valeret penitus medici antidotum, quem mors mancipaverat ad perdendum... vocavi archiatrum & dico ei: Pulverem de ſacratiſſimo domni Martini ſepulchro exhibe, & exinde mihi facito potionem. Quod ſi hoc non valuerit, amiſſa ſunt omnia evadendi perfugia. Tunc miſſo diacono ad antedictum beati Præſulis tumulum, de ſacroſancto pulvere exhibuit, dilutumque mihi porrigunt ad bibendum. Quo hauſto, mox omni dolore ſedato, ſanitatem recepi de tumulo. In quo tam præſens fuit beneficium, ut cum id actum fuerit hora tertia, incolumis procederem ad convivium ipſa die hora ſexta.

Lib. 4. *cap.* 1. Nuperrimo autem tempore ventris dolorem incurri, & licet non usquequaque dabat ſolutionem, tamen doloris malum in illis intraneorum ſleauoſis receſſibus vagabatur. Adhibui, fateor, ſæpius balneas, atque res calidas ſuper ipſas alvi torturas ligari faciebam, ſed nihil mederi poterant infirmitati. Sexta etenim dies illuxerat, quod magis ac magis dolor invaleſcebat, cum mihi venit in memoriam, ante paucos annos, ſicut in *Lib.* 2. hujus operis continetur ſcriptum *cap.* 1. me ab hoc dolore Sancti virtute fuiſſe ſanatum. Acceſſi temerarius ad locum ſepulchri, projectusque ſolo orationem fudi, atque ſecretius a pendentibus velis unum ſub veſtimento injectum filum, crucis ab hoc ſignaculum in alvo depinxi, protinus dolore ſedato ſanus abſceſſi.

§. 5.

Cap. 2. Quodam vero tempore lingua mihi graviter intumuerat, ita ut plerumque dum loqui vellem, balbutire me faceret, quod non mihi ſine improperio erat. Acceſſi autem ad tumulum ſancti, ac per lignum cancelli linguam impeditam traxi: protinus tumore compreſſo convalui. Intumuerat enim valde & totum palati impleverat antrum. Deinde poſt diem tertium labium mihi exſilire graviter cœpit: acceſſi iterum quærere ſoſpitatem ad tumulum; tactoque labio a dependentibus velis, protinus ſtetit venæ pulſus. Et credo mihi hæc ex abundantia ſanguinis eveniſſe: non tamen ſanguinem minuere ſtudui propter Sancti virtutem. Nullam tamen mihi ultra moleſtiam fecit hæc cauſa.

De gloria Confeſſ. cap. 14. 21. 22. 23. 26. 49. 50. 54. 57. 70. 81. 82. 86. 97. 99. 100. 101. & 103. *Vide infra* §. 21. *c.* 2. *Sect.* 4 *hujuſce Partis*.

(I) R. P. MABILLONIUS *Liturgiæ Gallicanæ Lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 2. Tribus in locis reliquias ſacras conditas fuiſſe Gregorius eſt auctor. 1. In cryptis ſubterraneis, neque ſubtus altare: quod probat egregius Gregorii locus de corpore Sancti Petri in Vaticano ſepulti in *Lib.* 1. de Gloria Martyrum *cap.* 28. Atque alter in ejusdem Libri *cap.* 32. ubi de Eccleſia S. Petri apud Burdegalam .... Idem adſtruit Paulinus in natal. 12. de S. Felice, *quem lege ſupra lit.* (F) *hujuſce* §.

N. 3. 2. Reliquiæ locabantur in parietibus Eccleſiæ, ubi depingi ſolebant imagines ſacræ. Gregorius in *Lib.* 7 *cap.* 31. factum narrat cujusdam Eufronis Syri, qui, allatis Sancti Sergii Martyris reliquiis, Eccleſiam in ejus honorem apud Burdegalam ædificaverat, ubi miracula increbuerunt. Hoc accepto, ... *mummolus elevari ad parietem ſcalam jubet, erant enim in ſublimi parietis contra altarium in capſula reconditæ.*

N. 4. 3. Quandoque in Baptiſterio collocabantur, teſtante Gregorio de ſeipſo in fine *Lib.* 10. *Baptiſterium ad ipſam Baſilicam S. Perpetui ædificari præcepi, in quo S. Johannis cum Sergii Martyris reliquias poſui: & in illo priore baptiſterio Sancti Benigni Martyris pignora collocavi.* Nusquam ſuper altare poſitæ ſunt reliquiæ, niſi forte ad breve tempus ..... quamquam neque ad breve tempus reliquias ſuper altare poſitas probavit Sanctus Odo Abbas Cluniacenſis, aut potius ſancta Gualburgis, ſeu Walburgis: quæ cum, referente Bernone Abbate, miracula in quadam Eccleſia ipſi dicata patraret, *contigit, ut ejusdem S. Gualburgis reliquiæ ſuper altare per aliquot dies manerent: ſed mox miracula ceſſaverunt. Tandem vero ipſa virgo cuidam ex infirmis apparens: idcirco*, inquit, *non ſanamini,* *quia*

Digitized by Google

§. 5. *De Cultu Crucis & ſacrarum Imaginum.*

I. Quid his ultimis primi Præcepti verbis, *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra: non adorabis ea, neque coles?* Quid, inquam, his verbis prohibet Deus?

R. His verbis prohibetur ne vel ſculptili, vel ſimilitudini rei cujuscumque debitus Deo cultus & ſuprema adoratio deferatur: Ne fiant Idola.

Idcirco autem prohibuit Deus expreſſe Judæis ne ſibi ſculptilia ſeu idola efformarent: quia valde propenſus erat populus ille ad idololatriam, ut ex eorum hiſtoria conſtat. Voluit ergo Deus his verbis præcavere ne ipſi ſenſim inciderent in ſuperſtitiones vicinarum gentium, quæ reipſa adorabant ſculptilia & ſimulacbra Solis, Lunæ, Stellarum, quin & ſtatuas ſeu imagines vel hominum, vel
A belluarum, vel piſcium. (A) Alioqui ubi nullum erat Idololatriæ periculum ſculptas vel pictas imagines fieri minime prohibuit Deus. Imo Moyſes ipſe juſſu Dei poſuit ſupra Propitiatorium ſculptam imaginem duorum Cherubim, qui ſeſe invicem re-
B ſpiciebant verſis vultibus. (B) Idem juſſu Dei erexit Serpentem æneum, qui in monimentum miraculi, per multa ſæcula religioſe ſervatus eſt, donec tandem cum Ezechias confregit, quia pluribus
C erat occaſio ruinæ. (C) Templi a Salomone ædificati parietes & oſtia variis Cherubim & palmarum ſculpturis decorata fuere. (D) Quin & mare æreum bobus duodecim incumbebat; & in baſibus erant boum, leonum & Cherubim ſculptæ imagines. (E) Erant in eo & aliæ picturæ variæ. Huic D
Templo Deus ſolemniter benedixit. Non ergo pro- E
hibuit Deus abſolute picturæ vel ſculpturæ uſum; ſed id ſolum prohibuit, ne quis pingeret vel ſculperet quidquam ad idololatriam, & vetat etiamnum ne quid vel ſculptum vel pictum adoretur eo cultu qui ſoli Deo debetur.

I. Ergo non pugnat cum primo Dei præcepto uſus quem cernimus in Eccleſiis ſculptarum, vel pictarum imaginum Chriſti cruci affixi & Sanctorum?

R. Non pugnat ullatenus; neque enim imagines illas ſupremo latriæ cultu veneramur. Deum unum adorat Eccleſia Catholica; & Lege Dei non prohibentur, ut diximus, imagines illæ, quæ neque idololatriæ cauſa ſculptæ vel pictæ ſunt, neque inducunt ad idololatriam.

I. Fuitne priſco in more poſitum ut ſervarentur in Eccleſiis cruces & ſculptæ vel pictæ Chriſti ſanctorumve imagines?

R. Fuit mos ille jam a primis Eccleſiæ ſæculis ſervatus: Teſtes habemus hujus rei locupletiſſimos Tertullianum, Euſebium Cæſarienſem, quem & Hiſtoria Eccleſiaſtica & multa alia ſcripta opera commendant, ſanctum Gregorium Nyſſenum, ſanctum Aſterium Epiſcopum Amaſeæ, ſanctum Paulinum Nolanum Epiſcopum, S. Nilum Abbatem diſcipulum S. Johannis Chryſoſtomi, S. Gregorium
Magnum, (F) alioſque non paucos quos brevi- F
tatis

quia reliquiæ meæ ſunt ſuper altare Domini, ubi majeſtas divini myſterii debet ſolummodo celebrari. Ita S. Odo in *Lib.* 2. Collationum *cap.* 28. Hæc narratim innuit, raro per id tempus, id eſt, ſæculo decimo reliquias altari impoſitas fuiſſe. Tametſi id permittit Leo Papa IV. in homilia quadam his verbis: *Super altare nihil ponatur, niſi capſæ & reliquiæ, aut forte quatuor Evangelia & buxcida cum corpore Domini ad viaticum infirmis: cetera in nitido loco recondantur.* Quod totidem verbis repetit Ratherius Veronenſis Epiſcopus in Synodica oratione ad Presbyteros ſuos.

(A) Roman. 1. *v.* 23. Mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium .... 25. Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt, & ſervierunt creaturæ potius quam creatori.

(B) Exod. xxv. 18. Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies, ex utraque parte oraculi.

(C) Numeror. xxi. 8. Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eum, vivet. 9. Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno: quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur.

2. Regum xviii. *v.* 4. Ipſe (*Ezechias*) diſſipavit excelſa, & contrivit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregitque ſerpentem æneum, quem fecerat Moyſes: ſiquidem uſque ad illud tempus filii Iſrael adolebant ei incenſum.

(D) 3. Reg. vi. 29. Et omnes parietes Templi per circuitum ſculpſit variis cælaturis & torno: & fecit in eis Cherubim, & palmas, & picturas varias, quaſi prominentes de pariete, & egredientes ... 32. Et duo oſtia de lignis olivarum: & ſculpſit in eis picturam Cherubim, & palmarum ſpecies & anaglypha valde prominentia: & texit ea auro.

(E) 3. Regum vii. 23. Fecit quoque mare fuſile. ... 25. Et ſtabat ſuper duodecim boves, e quibus tres reſpiciebant ad Aquilonem, & tres ad Occidentem, & tres ad Meridiem, & tres ad Orientem, & mare ſuper eos deſuper erat ... 29. Et inter coronulas & plectas, leones & boves & Cherubim: & in juncturis ſimiliter deſuper & ſubter leones & boves quaſi lora ex ære dependentia.

(F) Tertull. *De Pudicit.* c. 10. Paſtor quem in calice depingis.

Euſebius *Lib.* 3. *de vita Conſtantini. cap.* 49. Vidiſſes igitur in fontibus qui ſunt in medio foro, boni paſtoris imagines, divinorum oraculorum peritis notiſſimas: Danielis item effigiem una cum leonibus ære expreſſam, & auri bracteis refulgentem. Tantus porro divini numinis amor Imperatoris animum occupaverat, ut in totius palatii eminentiſſimo cubiculo, in maxima tabula, quæ in medio lacunaris inaurati expanſa eſt, ſignum dominicæ paſſionis ex auro pretioſiſque lapidibus elaboratum infixerit. Atque hoc tamquam præſidium ac tutelam Imperii, piiſſimus Princeps ſtatuiſſe mihi videtur.

S. Gregorius Nyssenus *Orat. de Sancto Theodoro Mart. Tom.* 3. *Edition. Morell. ann.* 1683. *pag.* 579. *mihi* 1011. Quod ſi (*quis*) venerit ad aliquem locum ſimilem huic ubi hodie noſter conventus habetur, ubi memoria juſti ſanctæque reliquiæ ſunt: primum quidem earum rerum magnificentia, quas videt, oblectatur, dum ædem ut templum Dei & magnitudinem ſtructuræ, & adjecti ornatus decore ſplendide elaboratum intuetur: ubi & faber in animalium figuram lignum formavit, & latomus ad argenti levitatem cruſtas lapideas expolivit: induxit etiam pictor flores artis in imagine depictos, fortia facta Martyris, repugnantias, cruciatus, efferatas & immanes tyrannorum formas, impetus violentos, flammeum illum fornacem, beatiſſimam conſummationem athletæ certaminum, præſidis Chriſti humanæ formæ effigiem, omnia nobis tamquam in libro quodam, qui linguarum interpretationes contineat, coloribus artificioſe depingens, certamina atque labores Martyris nobis expreſſit, ac tamquam pratum amœnum & floridum templum exornavit: ſolet etiam enim pictura tacens in pariete loqui maximeque prodeſſe; lapillorum item concinnator Hiſtoriæ par opus in pavimento, quod pedibus calcatur, effecit.

S. Asterius *in Sanctam Euphemiam Mart. pag.* 207. *in Auctuario bibliothecæ Patrum, a Patre Combefis, fol. Pariſ. ann.* 1648. .. In Dei templum otio oraturus me recepi. Vidi in una ex porticibus picturam quamdam cujus me ſpecies omnino cepit ... Sacra quædam femina, intemerata virgo ſuam Deo caſtitatem dicavit: Euphemiam appellant ... Cives pro qua ea mortem obiit, ceu fortitudinis ac ſanctitatis gloria inſignem admirationi habentes, haud procul templo ſepulcbrum ædificantes, ac poſito loculo, honores ei publicos adhibent, annuum ejus certaminis diem communem ac totius populi lætam facientes celebritatem. Sed & pictor pietati & ipſe ſtudens, artis opera, hiſtoriam totam in ſindone, quam licuit viva expreſſione deſignans, ibidem juxta ſepulchrum,

tatis cauſa prætermitto. (G) Id non negant ex Proteſtantibus doctiores: nec eſt apud eos quiſquam qui peccare ſe putet, ſi ſervet apud ſe pictas tabellas, quibus exprimantur ad vi-

vum

G

chrum, ſacram ad ſpectaculum appendit tabellam. Sic autem habet artis hoc præclarum opus. Sedet Judex trono ſublimis acerbo ac truci vultu contuens Virginem.. Porro adſunt magiſtratus ſatellites, ac milites non pauci.. Adſtat autem virgo pulla veſte, ac pallio philoſophiam profeſſa.... ipſo quoque vultu lepida... Ducunt autem ad præſidem duo milites, alter quidem ante trahens, alter vero a tergo urgens. Porro virginis habitus pudore, ac conſtantia mixtus erat. Inclinat quidem, ac cernua oculos demittit, tamquam virorum erubeſcens obtutus; ſtat imo imperterrita, nihil in certamine timidum patiens... Mirumque in modum opificem admiror, ut accuratius mores, quam colores miſcens, pudorem ſimul ac fortitudinem, affectiones utrique per naturam contrarias præclare temperavit. Ulterius autem præcedente imitatione, carnifices quidam in levibus nudi tunicis, operi jam inſiſtebant: ac alter quidem apprehendens caput, ac retro inflectens, alteri os virginis præbebat expeditum ad pœnam: alter autem adſtans, dentes excutiebat. Porro ſupplicii organa malleus videntur & terebra... Sic enim perſpicue guttas ſanguinis adpinxit penicillus, ut vere dicas a labiis fluere, ac lamentans diſcedas. Iterum carcer, iterum caſta virgo in pullis veſtibus ſedens ſola manus ambas extendit in cælum, Deumque in malis adjutorem invocat. Porro oranti illi, apparet ſuper ejus caput, ſignum illud quod Chriſtiani adorare ac appingere ſolemne habent: puto que appetentis paſſionis ſymbolum. Mox ergo, ac poſt modicum ignem validum loco alio accendit pictor, hinc inde rutilanti rubrica condenſans flammam. Statuit vero virginem mediam expanſis quidem manibus in cælum, nullam tamen vultu præferentem triſtitiam, ſed magis gaudentem, utpote ad incorpoream ac beatam commigrantem vitam.

S. PAULIN. *Epiſt. 32. alias 12. ad Severum, n. 2.* Recte enim in loco refectionis humanæ (id eſt baptiſterii) Martinus pingitur, qui cæleſtis hominis imaginem perfecta Chriſti imitatione portavit: ut deponentibus in lavacro terrenæ imaginis vetuſtatem, imitanda cæleſtis animæ occurrat effigies.

N. 7. & 8. Vide §. ſuper lit. (F)

Poemat. XXIV. *de S. Felice* IX.

Nunc volo pictutas fucatis agmine longo
Porticibus videas, paulumque ſupina fatiges
Colla, reclinato dum perlegis omnia vultu.
Qui videt hæc, vacuis agnoſcens vera figuris.
Non vacua fidam ſibi paſcet imagine mentem,
Omnia namque tenet ſerie pictura fideli,
Quæ ſenior ſcripſit per quinque volumina Moſes,
Quæ geſſit Domini ſignatus nomine Jeſu...
Forte requiratur, quanam ratione gerendi
Sederit hæc nobis ſententia, pingere ſanctas
Raro more domos animantibus adſimulatis.
Accipite, & paucis tentabo exponere cauſas.
Quos agat huc ſancti Felicis gloria cœtus,
Obſcurum nulli: ſed turba frequentior hic eſt
Ruſticitas non caſſa fide, neque docta legendi.
Hæc adſueta diu ſacris ſervire profanis,
Ventre Deo, tandem convertitur advena Chriſto:
Dum Sanctorum opera in Chriſto miratur aperta...
Propterea viſum nobis opus utile, totis
Felicis domibus pictura illudere ſancta;
Si forte attonitas hæc per ſpectacula mentes
Agreſtum caperet fucata coloribus umbra,
Quæ ſuper exprimitur titulis, ut littera monſtret
Quod manus explicuit: dumque omnes picta viciſſim
Oſtendunt releguntque ſibi...
... Caſtorum operum ſubrepit honeſtas
Exemplis inducta piis...

Poema XV. *de S. Felice natal. carm.* X.

Martyribus mediam pictis pia nomina ſignant,
Quos par in vario redimivit gloria ſexu.
At geminas quæ ſunt dextra lævaque patentes,
Binis hiſtoriis ornat pictura fidelis.
Unam ſanctorum complent ſacra geſta virorum,
Jobus vulneribus tentatus, lumine Tobit,
Aſt aliam ſexus minor obtinet, inclita Judith,
Qua ſimul & Regina potens depingitur Eſther.

S. NILUS *Lib. 4. Epiſt. 61. ad Olympiodorum Eparchum.* Fixi vero atque virilis genii proprium eſt in ſacrario verſus Orientem ædis ſacratiſſimæ unam ſolamque crucem formare; una ſiquidem ſalutari cruce omne genus hominum ſervitute eximitur, & deſperatis ubicumque gentium ſpes bona effulget; narrationibus porro ex veteri novoque fœdere quaquaverſum manu pictoris optimi ædem ſacram compleito; ut litterarum rudes, & divinarum Scripturarum lectionis neſcii, figuræ conſpectu rerum optime geſtarum eorum, qui vero Deo legitime deſervierunt, teneant, & ad eorum res glorioſas, atque præclaras, per quas terram pro cælo, & viſibilibus inviſibilia præferentes certatim properent. Sed in parenti omnibus æde in multas, diverſaſque cellulas partito, ſatis fuerit, ſi in unaquaque cellula una veneranda cruce cohoneſtetur: Namque ſupervacanea negligenda eſſe judico.

S GREG. MAGN. *Lib. 9. Epiſt. cap. 9. Epiſt. 9. ad Serenum Epiſcopum Maſſilienſem.* Perlatum ... quod inconſiderato zelo ſuccenſus, Sanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione ne adorari debuiſſent, confregeris. Et quidem quia eas adorari vetuiſſes, omnino laudavimus: fregiſſe vero reprehendimus.. Aliud eſt enim picturam adorare, aliud per picturæ hiſtoriam quid ſit adorandum addiſcere. Nam quod legentibus Scriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus: quia in ipſa etiam ignorantes vident quod ſequi debeant, in ipſa legunt qui Scripturas neſciunt. Unde & præcipue gentibus pro lectione pictura eſt ... Frangi vero non debuit, quod non ad adorandum in Eccleſiis, ſed ad inſtruendas ſolummodo mentes fuit neſcientium collocatum. In locis venerabilibus Sanctorum depingi hiſtorias non ſine ratione vetuſtas admiſit... Oſtendendum quia omne manifeſtum adorare non licet: quoniam ſcriptum eſt, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies...* Subjungendum eſt: quia picturas imaginum, quæ ad ædificationem imperiti populi fuerant factæ, ut neſcientes litteras, ipſam hiſtoriam intendentes, quid actum ſit diſcerent .... Si quis imagines facere voluerit, minime prohibe: adorare vero imagines, omnibus modis devita. Sed hoc ſollicite fraternitas tua admoneat, ut ex viſione rei geſtæ ardorem compunctionis percipiant, & in adoratione ſolius omnipotentis ſanctæ Trinitatis humiliter proſternantur. Luc. 4. 8.

(G) CONC. NYC. II. *quod eſt Generale* VII. *action. 4. p. 199. Tom. 7. Concil. Labbæi. Lectis Scripturæ monumentis de Cherubim Taraſius dixit*, Si vetus Teſtamentum habebat Cherubim obumbrantia Propitiatorium, & nos iconas Domini noſtri Jeſu Chriſti & Sanctæ Dei genitricis, Sanctorumque ipſius habeamus, obumbrantes altare. *Deinde Patres lectis variis SS. Eccleſiæ Doctorum circa cultum imaginum teſtimoniis, quæ in ipſis Concilii actis legere juvat, hanc ſuæ fidei definitionem edunt.*

Pag. 318. Credentes in unum Deum, in Trinitate laudandum, honorabiles imagines ſalutamus. Qui ſic ſe non habent, anathema ſint: qui ita non ſentiunt, procul ab Eccleſia pellantur. Nos antiquam legiſlationem Eccleſiæ Catholicæ ſequimur. Nos jura patrum conſervamus... His qui aſſumunt dicta ſanctæ Scripturæ, quæ ſunt contra idola, in venerabiles imagines, anathema. His qui non ſalutant ſanctas ac venerabiles iconas, anathema. His qui dicunt, quod veluti ad Deos Chriſtiani ita ad iconas accedant, anathema.

Pag. 322. Salutamus autem & Dominicas & Apoſtolicas & Propheticas voces, per quas honorare & magnificare didicimus, primo quidem eam quæ proprie ac veraciter eſt Dei genitrix, & ſuperior cæleſtibus cunctis virtutibus: ſanctaſque & angelicas virtutes, atque beatos & laudabiliſſimos Apoſtolos, Prophetaſque & glorioſos Martyres, qui pro Chriſto certaverunt; atque ſanctos & deiferos magiſtros, & omnes ſanctos viros: & horum expetere interceſſiones, ut valentes nos familiares reddere regi omnium Deo, cuſtodientes videlicet

man-

vum vel religionis myſteria, vel vita ſeu effigies Chriſti, ſeu Sanctorum.

In fronte operum Lutheri cernitur ipſe pictoris arte coram imagine Chriſti e cruce pendentis flexis genibus orans. Lutherani non ſecus ac Anglicani ſacrarum imaginum uſum in templis ad erudiendam & movendam plebem religioſe ſervarunt.

I. Cur ſervantur in Eccleſiis cruces & Chriſti Sanctorumque imagines?

R. 1. Ut ſint ex mente S. Gregorii Nyſſeni & S. Gregorii Magni veluti libri rudium, & idiotarum. (H)

H

2. Ut ponatur omnibus ob oculos idea perſonarum vel myſteriorum quæ vel ſculpta vel picta ſunt; & per eas imagines excitetur animus ad pietatem, ad Chriſti & Sanctorum imitationem, ad grati erga Deum animi memoriam. (I)

PARS II. SECT III. CAP. II. §. 5. I

I. Cultus cruci & ſanctis imaginibus ab Eccleſia exhibitus nonne primo Decalogi præcepto prohibetur?

R. Nullatenus. 1. Neque enim ſupremo latriæ cultu proſequimur crucem vel imagines; quem ſolum cultum ſupra laudatis hujuſce præcepti verbis prohiberi jam diximus.

2. Nullam putamus in imaginibus ineſſe virtutem aut divinitatem, propter quam ſint colendæ.

3. Non petimus quidquam ab imaginibus, ſed vel a Chriſto vel a Sanctis, qui nobis illis imaginibus exhibentur.

4. Non

mandata ejus, & in virtutibus vivere procurantes. Inſuper ſalutamus & figuram precioſæ ac vivificæ crucis, & ſancta lipſana Sanctorum; & ſanctas ac venerabiles iconas, recipimus & ſalutamus, atque amplectimur ſecundum antiquam traditionem ſanctæ Catholicæ Dei Eccleſiæ, id eſt, ſanctorum Patrum noſtrorum, qui & has ſuſceperunt, & ſtabilierunt fore in cunctis Dei Eccleſiis, & in omni loco dominationis ejus. Porro has precioſas & venerabiles iconas, ut prædictum eſt, honoramus & ſalutamus, ac honoranter adoramus: hoc eſt, magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti humanationis imaginem, & intemeratæ dominæ noſtræ ſanctiſſimæ Dei genitricis, ex qua ipſe voluit incarnari, & ſalvare atque liberare nos ab omni impia idolorum veſania: ſanctorum etiam & incorporalium Angelorum: ut homines enim juſtis apparuerunt. Similiter autem & divinorum ac famoſiſſimorum Apoſtolorum, deiloquorum etiam Prophetarum, & certatorum Martyrum, & ſanctorum virorum figuras & effigies, utpote per picturam ſuam in recordationem, & memoriam adducere nos valentes; & ad principale attrahere, atque participes facere alicujus ſanctificationis. Hæc ita ſapere & didicimus & roborati ſumus a ſanctis Patribus noſtris, & ab eorum divinitus tradito magiſterio.

Tandem ſic concludunt, *Act.* VII. *Pag* 555. Sequentesque divinitus inſpiratum ſanctorum Patrum noſtrorum magiſterium, & Catholicæ traditionem Eccleſiæ; (nam Spiritus ſancti hanc eſſe novimus, qui nimirum in ipſa inhabitat) definimus in omni certitudine ac diligentia, ſicut figuram precioſæ ac vivificæ crucis, ita venerabiles ac ſanctas imagines proponendas, tam quæ de coloribus & teſſellis, quam quæ ex alia materia congruenter in ſanctis Dei Eccleſiis, & ſacris vaſis, & veſtibus, & in parietibus ac tabulis, domibus & viis: tam videlicet imaginem Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quam intemeratæ Dominæ noſtræ ſanctæ Dei genetricis, honorabiliumque Angelorum, & omnium Sanctorum, ſimul & almorum virorum. Quanto enim frequentius per imaginalem formationem videntur, tanto qui has contemplantur, alacrius erigontur ad primitivorum eorum memoriam & deſiderium, & ad oſculum, & ad honorariam his adorationem tribuendam. Non tamen ad veram latriam, quæ ſecundum fidem eſt, quæque ſolam divinam naturam decet, impartiendam: ita ut iſtis, ſicuti figuræ precioſæ ac vivificæ crucis & ſanctis Evangeliis, & reliquis ſacris monumentis, incenſorum & luminum oblatio ad harum honorem efficiendum exhibeatur, quemadmodum & antiquis piæ conſuetudinis erat. Imaginis enim honor ad primitivum tranſit: & qui adorat imaginem, adorat in ea depicti ſubſiſtentiam.

PETAVIUS *Lib.* 25. *de Incarn. c.* 13. *n.* 4... (Euſebius *Lib.* 7. *Hiſt. Eccleſ. cap.* 18.) refert mulierem ſanguinis profluvio laborantem & ab Chriſto Domino ſanatam ... æream ſtatuam erexiſſe in honorem Salvatoris; quæ Cæſareæ Philippi, quam Paneadem vocabant adhuc Hiſtorici, illius ætate viſebatur, cui & miraculum acceſſit herbæ cujuſdam novæ inuſitatæque formæ: quæ ad pedes ſtatuæ pullulans, ubi ad pallii, quod in ſtatua effigiatum erat fimbriam excreverat, morborum genera omnia curabat. Quo ex miraculo liquet non eſſe damnandas neque divina lege interdictas imagines, aut in idolorum cenſum numerumque redigendas.

(H) S. GREGORIUS NYSSENUS *Orat. de S. Theodoro*, & S. GREGORIUS MAGNUS *Lib.* 9. *Epiſt.* 9. *ſupra* (F) *hoc'e* §.

(I) CONCIL. TRIDENT. *Seſſ.* 25. *de Invocat. Sanct.* Imagines porro Chriſti, Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum in templis præſertim habendas, & retinendas, eiſque debitum honorem & venerationem impertiendam, non quod credatur ineſſe aliqua in eis divinitas, vel virtus, propter quam ſint colendæ; vel quod ab eis ſit aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibus ſit figenda, veluti olim fiebat a gentibus, quæ in idolis ſpem ſuam collocabant; ſed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræſentant: ita ut per imagines, quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Chriſtum adoremus, & Sanctos, quorum illæ ſimilitudinem gerunt, veneremur. Id quod Conciliorum, præſertim vero ſecundæ Nycænæ Synodi, decretis contra imaginum oppugnatores eſt ſancitum.

Illud vero diligenter doceant Epiſcopi, per hiſtorias myſteriorum noſtræ redemptionis, picturis, vel aliis ſimilitudinibus expreſſas, erudiri & confirmari populum in articulis fidei commemorandis, & aſſidue recolendis; tum vero ex omnibus ſacris imaginibus, magnum fructum percipi, non ſolum quia admonetur populus beneficiorum & munerum, quæ a Chriſto ſibi collata ſunt; ſed etiam quia Dei per Sanctos miracula & ſalutaria exempla oculis fidelium ſubjiciuntur, ut pro iis Deo gratias agant, ad Sanctorumque imitationem vitam moreſque ſuos componant, excitenturque ad adorandum ac diligendum Deum, & ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis contraria docuerit aut ſenſerit, anathema ſit. In has autem ſanctas & ſalutares obſervationes, ſi qui abuſus irrepſerint, eos prorſus aboleri ſancta Synodus vehementer cupit, ita ut nullæ falſi dogmatis imagines, & rudibus periculoſi erroris occaſionem præbentes ſtatuantur. Quod ſi aliquando hiſtorias & narrationes ſacræ Scripturæ, cum id indoctæ plebi expediet, exprimi & figurari contigerit, doceatur populus non propterea divinitatem figurari, quaſi corporeis oculis conſpici, vel coloribus aut figuris exprimi poſſit. Omnis porro ſuperſtitio in Sanctorum invocatione, reliquiarum veneratione, & imaginum ſacro uſu tollatur; omnis turpis quæſtus eliminetur, omnis denique laſcivia vitetur; ita ut procaci venuſtate imagines non pingantur, nec ornentur, & Sanctorum celebratione, ac reliquiarum viſitatione homines ad comeſſationes atque ebrietates non abutantur; quaſi feſti dies in honorem Sanctorum per luxum ac laſciviam agantur. Poſtremo tanta circa hæc diligentia & cura ab Epiſcopis adhibeantur, ut nihil inordinatum, aut præpoſtere, & tumultuarie accommodatum, nihil profanum, nihilque inhoneſtum appareat, cum Domum Dei deceat ſanctitudo.

Hæc ut fidelius obſerventur, ſtatuit ſancta Synodus, nemini licere ullo in loco vel Eccleſia, etiam quomodolibet exempta, ullam inſolitam ponere vel ponendam curare imaginem, niſi ab Epiſcopo approbata fuerit, nulla etiam admittenda eſſe nova miracula, nec novas reliquias recipiendas, niſi eodem recognoſcente & approbante Epiſcopo: qui ſimul atque de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in conſilium Theologis, & aliis piis viris, ea faciat quæ veritati & pietati conſentanea judicaverit. Quod ſi aliquis du-

Digitized by Google

Pars II. Sect. III, Cap. II, §. 5.

4. Non ponimus ullam in imaginibus fiduciam, veluti fiebat olim a gentibus, quæ ſpem ſuam in idolis collocabant, (K)

K

I. Cum tua hac reſponſione pugnare videtur ſaltem quam habet plebs Catholica religionem erga nonnulles vel Virginis Deiparæ vel Sanctorum imagines, per quas ſigna & miracula fieri vel facta fuiſſe narrant. Negare quippe non potes quin ſuam in illis imaginibus fiduciam plebs figat, exiſtimetque in iis aliquid ineſſe virtutis ſupra naturam.

R. Nullatenus pugnat cum iis quæ diximus ea religio, ſi juxta mentem Eccleſiæ habeatur. Quod ut penitius intelligas rem explico.

Sunt revera imagines quædam (neque id revocari poteſt in dubium,) per quas, id eſt, quarum occaſione ſigna molta Deus edidit, & mirabilia multa præter naturæ ordinem operatus eſt. Sed

1. Ut nulli detur fraudi vel errori locus, non patitur Eccleſia ullam ex illis imaginibus exponi venerationi fidelium, niſi de veritate miraculorum conſtet prius per inquiſitionem Epiſcopali auctoritate factam,

2. Nec propterea credit Eccleſia ineſſe in illis imaginibus ullam virtutem, quæ principium ſit illorum miraculorum quæ illarum occaſione facta ſunt. Illas tamen religioſe ſervat, ut monumenta bonitatis & omnipotentiæ Dei, quemadmodum olim Iſraelitæ pie & religioſe ſervabant Virgam Aaron & Serpentem æneum in memoriam ſignorum & miraculorum quorum inſtrumenta fuerant, (L)

L

3. Confidit Eccleſia futurum ut admoneatur populus, viſis his imaginibus, beneficiorum & munerum quæ per hæc inſtrumenta collata ſunt olim hominibus; atque ita fides eorum excitetur ad fundendas preces ferventiores, quibus nova ſubinde per merita Chriſti, & Sanctorum interceſſionem beneficia & munera impetrentur, ut fieri identidem experientia docet.

4. Non patitur Eccleſia quidquam ab illis imaginibus poſtulari, vel ullam in illis fiduciam collocari; Chriſtum ipſum vel Sanctos invocamus, non eorum imagines, & in uno Deo ſpem ponimus.

5. Confidit Eccleſia futurum, ut quæ olim iis in locis dedere Virgo Deipara & Sancti ſigna tutelæ & præſidii, eadem ſubinde pie orantibus exhibeant,

6. Si quid irrepat ea in re abuſionis vel per ruſticæ plebis inſcitiam, vel per aliquorum fraudem, id nec probat nec tolerat Eccleſia, ſed jubet id quam primum Prælatorum auctoritate corrigi; & Paſtoribus omnibus omnino præcipit ut commiſſam ſibi plebem de ſupradictis omnibus ſedulo inſtruant. (M)

M

Sanctus Auguſtinus Epiſtola ad Clerum & Seniores Eccleſiæ ſuæ Hipponenſia ait notum eſſe omnibus non eadem in omnibus Sanctorum memoriis (id eſt, Eccleſiis, in quibus eorum corpora vel reliquiæ ſervantur) miracula fieri. Ideoque miſiſſe ſe duos e ſuis Clericis ad Sancti Felicis Nolani ſepulchrum, ut hujus Sancti Martyris ope divinitus propalaretur veritas rei valde obſcuræ, quæ affirmabatur ab uno ex illis Clericis, negabatur ab altero. Ait ibidem, id compertum eſſe omnibus ſolere miracula quædam ad memorias Martyrum Mediolani fieri, quæ nullatenus in Africa fierent, quamvis plena eſſet Africa corporibus Martyrum. Refert unum ex his miraculis. Sic poſtea concludit: *Sicut enim quod Apoſtolus dicit (Non omnes (Sancti) habent dona curationum, nec omnes dijudicationem ſpirituum) ita nec in omnibus memoriis Sanctorum iſta* (miracula) *fieri voluit ille, qui dividit propria unicuique prout vult.* (N)

Epiſt. 78. alias 137. n. 3.

2. Cor. 12. 30

N

Ex hoc S. Auguſtini tam luculento teſtimonio manifeſte colligitur, nihil eſſe ſuperſtitionis, ſi ad loca quædam in quibus per Sanctorum vel reliquias vel imagines mirabilia Deus operatur, religionis cauſa pia plebs concurrat, ibidem Sanctorum patrocinium imploratura.

I. Quis honor ille eſt qui Crucibus & Sanctorum imaginibus exhibetur?

R. Non honor ſupremus, qui cultus latriæ dicitur; non honor qui ad cruces ipſas & imagines per ſe referatur; *ſed honos qui illis exhibetur refertur ad prototypa quæ illæ repræſentant.* Verba ſunt Concilii Tridentini. (O)

Seſſ. 25. Decret. de Imaginibus, titulo de Invocat. SS. vide ſupra lit. (I)

O

I. Num-

dubius aut difficilis abuſus ſit extirpandus, vel omnino aliqua de iis rebus gravior quæſtio incidat, Epiſcopus, antequam controverſiam dirimat, Metropolitani & comprovincialium Epiſcoporum in Concilio provinciali ſententiam expectet; ita tamen ut nihil inconſulto Romano Pontifice novum aut in Eccleſia hactenus inuſitatum decernatur.

(K) CONCIL. TRIDENT. *Seſſ. 25. tit. de Invocat. SS. Vide lit.* (I) *hocce* §.

(L) NUMER. XVII. 10. Dixitque Dominus ad Moyſen: Refer virgam Aaron in Tabernaculum teſtimonii, ut ſervetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſrael.

XXI 8. & 4. REG. XVIII. 4. *Vide ſupra lit.* (C) *hocce* §.

HEB. IX. 4. In qua (Arca fœderis) urna aurea habens Manna, & Virga Aaron quæ fronduerat, & Tabulæ Teſtamenti.

(M) *Lege ſupra lit.* (I) *hocce* §. CONCIL. TRIDENT. *Seſſ.* 25. *Titulo* de Invocat. Sanct. *Decretum* de Imaginibus.

(N) S. AUG. *Epiſt. 78. alias 137. populo Hyppon. num.* 3. Ubique quidem Deus eſt, & nullo continetur vel includitur loco, qui condidit omnia, & eum a veris adoratoribus in ſpiritu, & veritate oportet adorari, ut in occulto exaudiens, in occulto etiam juſtificet & coronet. Verumtamen ad iſta quæ hominibus viſibiliter nota ſunt, quis poteſt ejus conſilium perſcrutari, quare in aliis locis hæc miracula fiant, in aliis non fiant? Multis enim notiſſima eſt ſanctitas loci, ubi beati Felicis Nolenſis corpus conditum eſt, quo volui ut pergerent; quia inde nobis facilius fideliusque ſcribi poteſt quidquid in eorum aliquo divinitus fuerit propalatum. Nam & nos novimus Mediolani apud memoriam Sanctorum, ubi mirabiliter & terribiliter dæmones confitentur furem quemdam qui ad eum locum venerat, ut falſo jurando deciperet, compulſum fuiſſe confiteri furtum, & quod abſtulerat reddere. Numquid & non Africa ſanctorum Martyrum corporibus plena eſt? Et tamen nuſquam hic ſcimus talia fieri. Sicut enim, &c. (*in ipſa reſponſione.*)

Serm. 286. *alias de diverſis 39. in natali SS. Protaſii &c. num.* 5. Non ceſſat Deus atteſtari: & novit quomodo ipſa miracula ſua debeat commendare. Novit agere, ut magnificentur: novit agere, ne vileſcant. Non omnibus donat per Martyres ſanitatem: ſed omnibus promittit imitatoribus Martyrum immortalitatem. Quod non omnibus dat, non quærat cui non dat; nec murmuret adverſus eum quia non dat, ut det quod in fine promiſit, (*ſcilic.* vitam æternam.)

(O) CONCIL. NICÆNUM II. *Act. 3. pag. 183. edit. Labbean.* Fontes ſalutares Dominus Chriſtus Sanctorum nobis reliquias præbuit, multimode beneficia infirmantibus rigantes, unguentum ſuavitatis manantes, & dæmones abigentes ..., Martyrum oſſa languores fugant, infirmos curant, cæcis videre donant, leproſos mundant, tentationes & mœrores diſſolvunt, & hæc per Chriſtum qui habitavit in illis. Et bene Pſalmiſta cecinit: *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis*; & rurſus: *Sanctis qui ſunt in terra ejus, mirificavit omnes voluntates ejus inter illos.* Cum his autem & ſanctas & venerabiles imagines adorantes am-

Pſ. 67. 36.
Pſ. 15. 3.

Digitized by Google

I. **Numquid ſaltem crux ipſa, in qua Chriſtus Salvator mundi pependit, ſupremo latriæ cultu adoratur?**

R. Adoratio quæ ipſi cruci deſertur in qua Chriſtus affixus eſt, ad Chriſtum unum refertur, non ad lignum in ſe & ſeparatim a Chri- PARS II. SECT. III. CAP. II. §. 5.

amplectimur, id eſt, Verbi Dei, Domini videlicet & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti... humanitatis ejus coloribus facientes iconam adoramus... Adoramus Chriſti iconam, id eſt, perſonæ quæ hominibus viſa eſt, non diviſæ ab hac inviſibili ejus divinitate. Honoramus autem & adoramus etiam intemeratæ ejus imaginem ſanctæ Dei Genitricis & immaculatæ Dominæ noſtræ, quæ illum ineffabiliter genuit. Honoramus quoque ſanctorum Apoſtolorum, Prophetarum, bene vincentium Martyrum, Confeſſorum, & juſtorum tamquam Dei amicorum imagines: non materiæ vel coloribus cultum afferentes, ſed per hæc intelligibilibus viſibus ad principalem adducti, honorem illi debitum impendimus: ſcientes ſecundum Baſilium magnum, quod imaginis honor ad principalem tranſeat.

Actione 4. Vide ſupra hocce §. lit. (G)

Actione 6. tom. 2. pag. 411. Itaque ſanctas imagines Chriſtiani neque deos nominarunt, neque ut diis deſervierunt, neque ſpem ſalutis ſuæ in eis aliquando habuerunt, neque ab illis expectant futurum judicium, niſi ad recordationem & munimen eas habentes & amore circa illarum principalia flagrantes has & amplexi ſunt & honoranter adoraverunt: non tamen divinæ his ſervitutis, vel cultus officium impenderunt, (adeſto calumnia) ſed neque aliis quibuslibet rebus.

Pag. 413. Verum cum divinis dogmatibus SS. Patrum etiam venerabiles imagines receperunt, & cultu quodam & honore Patres noſtri dignas judicaverunt, & pictas erexerunt eas in venerabilibus templis quæ ab eis ædificata ſunt: ſed & in omni congruo loco depinxerunt, & has amplexi ſunt... Omnes qui Catholicam ſectantur Eccleſiam, recipiant Evangelicas picturas & Martyricorum certaminum formationes; & has amplectantur quemadmodum antiquitus ſancta Dei Eccleſia ſuſcepit.

Pag. 418. Nullus Chriſtianorum hominum qui ſub cælo ſunt, imagini cultum ſervitutis exhibuit: pagana eſt enim iſta ſabulatio, & dæmonum adinventio, atque opus actionis ſatanicæ. Periit hoc Chriſti adventu. Servitus nunc in ſpiritu & veritate eſt: diverſa autem quæ Deo exhibentur, ad memoriam videlicet ejus & Sanctorum ipſius, habet Eccleſia repoſita: ex quibus etiam imaginum eſt factura.

Tom. 3. pag. 431. Non eſt pictorum adinventio imaginum factura, ſed Catholicæ Eccleſiæ approbabilis legiſlatio & traditio: atque antiquitati congruens reverentia... Patres videntes has in venerabilibus templis libenter ſuſceperunt, & ipſi venerabilia templa dedicantes, has pingere ſtuduerunt.

Pag. 439. Chriſtiani unum Emmanuel ſcientes Chriſtum Dominum, ipſum depingunt ſecundum quod Verbum caro factum eſt; & multiplices garrulitates a ſe procul repellunt, ſimplici corde omnia quæ tradita ſunt in Eccleſia ſuſcipientes; & intuentes picturas, nihil aliud intelligunt, niſi quæ ſignantur in ipſis.

Pag. 442. Aliud eſt enim imago, & aliud principale: & proprietates principalis nullatenus quis eorum qui ſanum ſapiunt, in imagine quærit. In imagine quippe nihil aliud vera ratio novit, quam ſecundum nomen communicare illi cujus eſt imago, & non ſecundum ſubſtantiam.

Tom. 4. pag. 454... Ipſe typus vivificæ crucis abſque oratione ſacra effectus, penes nos colitur, & contenti ſumus figura ejus ad ſuſcipiendam ſanctificationem: & per adorationem quæ facta eſt a nobis in eum, & per notam in fronte expreſſam, atque per ſignaculum quod in aere per digitum fit, abigere dæmones ſperamus. Similiter & in imagine per nominis annotationem ad primitivi honorem reducimur: & ſalutantes, ac honorabiliter adorantes percipimus ſanctificationem.

Pag. 455. Diximus, ex SS. Patribus haurientes, quia imaginis honor ad principale tranſit.. Veri adoratores, qui in ſpiritu & veritate Deo ſerviunt, imaginales picturas in relationem & commemorationem tantum habent, & has amplectuntur atque ſalutant... Qui prudentiam ſerpentis habent & non verſutiam, ſimplicitatemque columbæ, norunt & ſermonibus & laudibus intemeratam & immaculatam vere ac proprie Dei genitricem & ſanctos honorare, & horum virtutes per hiſtoricos libros ad memoriam reducere, & rurſus per imaginales titulationes nota facere certamina & fortitudines eorum, atque hos magnificare ſupremis honoribus, & ſcire illos ſecundum Apoſtolum diſſolutos cum Chriſto eſſe & intercedere pro nobis, & ſinceram ac ſummam fidem & virtutem in ſpiritu & veritate ſoli Deo offerre, & non quibuscumque creaturis. *Philip.* 1. 23.

Pag. 466. Chriſtiani quippe adorationem quæ in ſpiritu & veritate eſt, neque imaginibus, neque divinæ figuræ crucis impartiti ſunt; ſed neque inviſibilis & incomprehenſibilis naturæ imaginem umquam fecerunt, ſed ſecundum quod Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis, ea quæ humanæ diſpenſationis ejus ſunt, & pingunt & imaginantur. Scienteſque quia Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum in ſpiritu & veritate oportet adorare, adorationem & ſervitutem quæ per fidem eſt, ipſi ſoli Deo, qui ſuper omnes in Trinitate laudatur, offerunt. Nam divinum typum crucis & venerabiles imagines deſiderio & affectu flagrantes ſecundum principalium relationem ſalutamus & honorabiliter adoramus.

Tom. 5. pag. 482. Divinas Scripturas recitantes, vitaſque Sanctorum virorum relegentes, & imaginales picturas intuentes, geſtorum ſecundum Deum ipſorum operum recordamur. Quæ enim ſermo per auditorem repræſentat, hæc pictura tacens per imitationem oſtendit.

Pag. 483. Nequaquam converſi ſumus, ut alicui creaturæ ſub cælo divinam adorationem tuam offeramus; ſed tibi ſoli Redemptori noſtro pſallimus: Domine, præter te alium neſcimus... Habemus autem in commemorationem omnis ſenſus noſtri, & in gloriam tuam, ut ſubleventur ad magnitudinem tuam, figuram divinæ crucis, & Evangelicam narrationem, & imaginalem picturam, necnon & alia plura vaſa ſacrata: & hæc ſalutamus, eo quod in nomine tuo fiant & ſtatuantur... Non enim ob carnalem amorem illos (Sanctos) laudamus, aut depingimus: ſed ad imitationem volentes habere virtutem eorum, & in libris vitas ipſorum deſcribimus, & in imaginali ſcriptura illos depingimus... ad utilitatem noſtram... hoc facimus. Non enim tantum paſſiones Sanctorum nos ad ſalutem noſtram erudiunt, ſed ipſa conſcriptio paſſionum ipſorum etiam per imaginalem picturam oſtenſa..

Pag. 491. Typum pretioſæ crucis, ſive Evangelium, ſive venerandas imagines, ſive vaſa ſacra & ſalutamus & amplectimur ea, veluti ſpem habentes ſanctificationis ab eis percipiendæ: & adorationem honorariam illis impendimus. *Adorate* enim, inquit, *ſcabellum pedum ejus, quoniam ſanctum eſt*. *Pſ.* 98.

Tom. 6. pag. 522. Nos imaginem Domini facientes, deificatam carnem Domini confitemur; & nihil imaginem aliud ſcimus, quam imaginem indicantem principalis imitationem. Hinc & nomen ejus ſortita eſt, & ſecundum id tantum ei communicat: & ideo venerabilis eſt & ſancta.

Pag. 526. Sicut per ea quæ in ſcripturis de Sanctis indicantur, memores paſſionum eorum efficimur, & ad ſimilem zelum erigimur: ita & per imaginalem deſcriptionem paſſiones horum videntes, in commemorationem virtutis eorum & Deo plenæ vitæ venimus.

Pag. 530. Itaque ſentiamus bonum & optimum eſſe, venerabilium imaginum poſitionem in Eccleſia fieri, & ſpiritualiter reduci per has ad principalium ſuorum memoriam, atque iſtas propter earumdem honorificentiam & ſalutare & amplecti, ac debitam adorationem impendere, ſive... ſalutationem.

CONC. TRID. *Vide ſupra hocce §. lit.* (I) *&* S. AMBROS. *infra lit.* (P) *hujuſce §.*

Id ultro faſſi ſunt ex adverſariis noſtris doctiſſimi. Unum hic inſtar omnium adducere juvat.

GROTIUS *de Antichr. Oper. Theol. Tom. 3. pag.* 485. *col.* 2. At imagines ſunt in locis Eccleſiarum quibus Papa præſidet: ſunt & in Græcorum & Proteſtantium quorumdam. Nempe ſecundum Decalogi præceptum cum poſitivum ſit, & ob temporum locorumque cauſas Hebræis datum, non magis novum Chriſti populum obſtringit, quam lex de ſabbato, ut ad Decalogum oſtendimus. Imagines memoriæ ſunt adjutrices. Sicut autem mentione facta Regis alicujus, ſolemus ſignum aliquod exhibere reverentiæ, quamvis erga ab-

Digitized by Google

P Chriſto conſideratum. Deus enim unus ſupremo latriæ cultu debet adorari, & lignum illud Deus non eſt. Adoratioque ad lignum illud referri ſine idololatria non poſſet; nec debet vivificæ crucis virtus ab ipſo Chriſto ſeparari. (P)

I. Cur ergo feria ſexta majoris hebdomadæ canit Eccleſia, *Tuam crucem adoramus Domine*, &, *Ecce lignum crucis in quo ſalus mundi pependit, venite Adoremus*.

R. Si per vocem adorationis ſupremus latriæ cultus intelligatur, non ad crucem ſed ad Chriſtum cruci affixum illa vox refertur; ut ſenſus ſit *Venite adoremus & procidamus ante Chriſtum cruci affixum*. Quemadmodum cum ait Apoſtolus, *Nos autem gloriari oportet in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra*; per ſe patet ſenſum Apoſtoli non eum eſſe ut in ligno crucis, ſed in Chriſto pendente in ligno gloriemur. Licet tamen & in ipſo ligno gloriari, quatenus fuit noſtræ ſalutis inſtrumentum. Licet quoque lignum ipſum venerari, quatenus fuit inſtrumentum ſalutis. Sed ſive gloriatio, ſive quod idem fere eſt, veneratio, ſemper referuntur ad Chriſtum.

Adde quod vox illa *adorare*, *adoratio*, non ſemper ſupremum latriæ cultum deſignat. Juxta nativam ſignificationem nihil aliud ſonat ea vox quam corporis demiſſionem, admota ad os manu, ut fieri ſolet in ſalutando. Paſſim ea vox uſurpatur tam in ſacris quam in profanis codicibus ad ſignificandum aliud quam ſupremum latriæ cultum. (Q) Q

Cum ergo vox ea reperitur in ſolemnibus Eccleſiæ precibus, non æſtimanda eſt Eccleſiæ fides preciſe ex ea voce quæ varios ſenſus patitur; ſed ibi accipiendus eſt hujus vocis ſenſus, ex definitione fidei quam Eccleſia edidit. (R) Itaque cum canit R

Eccleſia, *venite adoremus Dominum*, certum eſt hic *Conc. Trid.*

adorationem ſumi pro ſupremo latriæ cultu, quia *ſeſſ. 25. in.*

de Deo quæſtio eſt. Sed cum legimus in Scriptu- *de Invocat.*

ris, *David Saulem pronus adoravit*, certum eſt *SS.*

non ibi ſermonem eſſe de latriæ cultu, ſed de corporis & oris ſubmiſſione. Cum canit Eccleſia, *Ecce lignum crucis, venite adoremus*, certum eſt non alium eſſe ſenſum, niſi, incurvemus nos ante crucem, ut Chriſtum ex ea pendentem adoremus ſupremo latriæ cultu. Semper enim Eccleſia definivit Deum unum eſſe ſupremo latriæ cultu adorandum, nec poſſe ſine idololatria

abſentem; ita reducta in animum per ſigna Martyris alicujus memoria, oſtenditur itidem per ſigna reverentia & amor, quo mortuorum virorum virtutes par eſt proſequi. Nullum autem eſſe corporis flexum honori unius Dei dicatum, ſed talia etiam in populo Dei exhibita Regibus, Magiſtratibus, Prophetis itidem, multis oſtendimus ad Decalogum, ubi etiam hoc patefecimus, aliam eſſe talium geſtuum rationem, aliam ſacrificii, libaminis, ſuffitus; quanquam etiam in corporis flexibus geſtibusque aliis præprudentiæ eſſe poteſt, apud plebem præſertim, pro honorum diverſitate honorum quoque ſigna diſtinguere: Ergo neque in hoc eſt idololatria: alioqui Judæorum maxime religioſi fuiſſent idololatræ. Et tamen Papa neminem cogit imaginibus uti. Quod ſi alicubi circa Sanctos & imagines eorum modus excedatur, (neque enim id fieri poſſe, aut factum eſſe negandum eſt) id ubi corrigent Epiſcopi & Reges, facient quod ſui officii erit: nec quiſquam bonus Papa id impediet, quia ut id fiet hortatrix eſt ipſa Tridentina Synodus, nec manus ad prohibendas ſacrorum munerum actionumque ſacrarum nundinas. Orandi ergo ſunt Reges, orandi Epiſcopi, ut faciant hac in re quod ſui eſt muneris. Qui id facient, ſuventes habebunt canonas & Paparum decreta in Gratiani Codicem relata & omnibus patentia.

(P) S. AMBROS. *Orat. de obitu Theodoſii*, *n.* 46... Invenit ergo (Helena) titulum, Regem adoravit, non lignum utique; quia hic gentilis eſt error, & vanitas impiorum. Sed adoravit illum, qui pependit in ligno, ſcriptus in titulo... Avida mulier feſtinabat tangere remedium immortalitatis, metuebat calcare ſacramentum ſalutis.. lignum refulſit, & gratia micuit.

N. 47. Quæſivit clavos, quibus crucifixus eſt Dominus & invenit. De uno clavo frænos fieri præcepit, de altero diadema intexuit: unum ad decorem, alterum ad devotionem vertit... Miſit itaque filio ſuo Conſtantino diadema gemmis inſignitum quas pretioſior ferro innexas crucis redemptionis divinæ gemma connecteret. Miſit & frænum. Utroque uſus eſt Conſtantinus, & fidem tranſmiſit ad poſteros Reges...

N. 48. Sapienter Helena, quæ crucem in capite Regum locavit; ut crux Chriſti in Regibus adoretur. Non inſolentia iſta, ſed pietas eſt, cum defertur ſacræ redemptioni.

N. 49. ... Ecce & clavus in honore eſt: & quem ad mortem impreſſimus, remedium ſalutis eſt, atque inviſibili quadam poteſtate dæmones torquet... Ferro pedum ejus reges inclinantur... Clavum crucis ejus diademati ſuo præferunt Imperatores.

CONCIL. TRIDENT. *Loco ſupra allato lit.* (I) & CONCIL. NICÆN. *lit.* (O) *hocce* §.

S. THOMAS *part.* 3. *Quæſt.* 25. *de adoratione Chriſti*, *art.* 4. Sed contra eſt, quod exhibemus latriæ cultum, in quo ponimus ſpem ſalutis. Sed in cruce Chriſti ponimus ſpem ſalutis: cantat enim Eccleſia, *O crux ave ſpes unica, hoc paſſionis tempore, auge piis juſtitiam, reiſque dona veniam*. Ergo crux Chriſti eſt adoranda adoratione latriæ.

In corp. Honor ſeu reverentia non debetur niſi rationali naturæ; unde creaturæ inſenſibili non debetur honor vel reverentia, niſi ratione rationalis naturæ. Et hoc dupliciter. Uno modo, in quantum repræſentat rationalem naturam: alio modo, in quantum ei quocumque modo conjungitur. Primo modo conſueverunt homines venerari Regis imaginem: ſecundo modo ejus veſtimentum. Utrumque autem venerantur homines eadem veneratione qua venerantur & Reges. Si ergo loquamur de ipſa cruce in qua Chriſtus crucifixus eſt, utroque modo eſt a nobis veneranda: uno ſcilicet modo in quantum repræſentat nobis figuram Chriſti extenſi in ea: alio modo ex contactu ad membra Chriſti, & ex hoc quod ejus ſanguine eſt perfuſa. Unde utroque modo adoratur eadem adoratione cum Chriſto, ſcilicet adoratione latriæ: & propter hoc etiam crucem alloquimur, & deprecamur quaſi ipſum crucifixum. Si vero loquamur de effigie crucis Chriſti in quacumque alia materia (puta lapidis, vel ligni, argenti vel auri) ſic veneramur crucem, tantum ut imaginem Chriſti, quam veneramur adoratione latriæ.

Art. 5. *ad ſecund.* Honor imaginis refertur ad exemplar, quia ipſa imago prout in ſe conſideratur ut res quædam, nullo modo eſt veneranda.

Ad tertium. Crux non eſt capax venerationis, prout in ſe conſideratur.

Conſuli poſſunt Theologi qui D. Thomæ partem 3. *commentati ſunt.*

(Q) GENES. XXIII. 7. Surrexit Abraham, & adoravit populum terræ.

XXVII. 29. Et ſerviant tibi populi, & adorent te tribus: eſto Dominus fratrum tuorum & incurventur ante te filii matris tuæ.

XXXVII. 7. Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare, veſtroſque manipulos circumſtantes adorare manipulum meum.

XLIX. 8. Juda te laudabunt fratres tui: ... adorabunt te filii patris tui.

2. REG. XVIII. 21. Adoravit Chuſi Joab... 28. Clamans autem Achimaas dixit ad Regem: Salve Rex. Et adorans regem coram eo pronus in terram, ait: Benedictus Dominus Deus tuus, qui concluſit homines, qui levaverunt manus ſuas contra Dominum meum Regem.

3. REG. I. 16. Inclinavit ſe Bethſabee, & adoravit Regem. *Et plurimis in locis.*

(R) CONCILII TRIDENTINI *definitioni adſtipulantur omnes Theologi tam veteres quam recentiores, nec nullum qui aliter ſenſerit objicere nobis poſſunt adverſarii.*

TER

Digitized by Google

latria hoc cultu adorari quidquam aliud : non poteſt illi fides alia affingi ſine manifeſta nota calumoiæ vel inſcitiæ.

I. Dum ergo imagines ſalutamus vel coram ipſis genua flectimus, quid agimus ex mente Eccleſiæ?

R. Ea Eccleſiæ meus eſt, *ut per imagines quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus & procumbimus, Chriſtum adoremus, & Sanctos quorum illæ ſimilitudinem gerunt veneremur.* Verba ſunt Concilii Tridentini. Ibid.

I. Cur thuris honores tribuimus crucibus & imaginibus?

R. Non habet Eccleſia thuris honores pro ſigno cultus ſupremi, qui ſoli Deo debetur; hoc enim tribuit & Chriſti fidelibus cujuſcumque ſtatus & ſexus. De Thuris ritu dicemus alibi. Thus ille (Part. 3. ſect. 2. c. 6. §. 3.) crucibus & imaginibus adhibitus ad prototypa refertur.

I. Veneratio ſactæ crucis & ſacrarum imaginum obtinuitne in Eccleſia jam a priſcis temporibus?

R. Hanc ex Apoſtolorum traditione accepimus. Referunt Tertullianus, Minucius Felix, & Cyrillus Alexandrinus, Chriſtianos ob id apud Ethnicos male audiiſſe, quod adoratores crucis eſſe crederentur. Hæc autem accuſatio inde manavit, quod Chriſtiani Crucem Chriſti venerarentur. Extant & alia certa hujus traditionis argumenta apud S. Johannem Chryſoſtomum, S. Hieronymum, S. Leonem, Theodoretum, S. Gregorium Magnum, Venerabilem Bedam. Plures referre neceſſe non eſt. (S)

(S) TERTUL. *Apolog. c. 16.*... Sed & qui crucis nos religioſos putat, conſectaneus erit noſter, cum lignum aliquod propitiatur.

MINUTIUS FELIX *Octavius pag. 30. edit. Pariſ. in quarto ann.* 1643. & *pag. 89.* Non adorandæ, ſed ſubeundæ cruces .... Cruces etiam nec colimus, nec optamus.

S. CYRIL. ALEXAND. *Lib. 6. in Julian. Tom. VI. pag.* 194. *Julianus.* Crucis lignum adoratis, ejuſque ſigna in fronte formatis, & veſtibulis ædium inſculpitis? *R. S. Cyril.* (Chriſtianis) nihil prius aut antiquius eſt quam ut frontes, ac domos omnino ſigno pretioſæ crucis informent... Circa nos honorandæ crucis lignum boni omnis ac virtutis admonitionem facimus.

S. CHRYSOST. *Homil. in venerabilem crucem, tom. 6. pag. 292. Edit. Pariſ.* 1624. ... Et ſi noſſe deſideras virtutem crucis... Crux ſpes Chriſtianorum, crux reſurrectio mortuorum. Crux cæcorum dux, crux deſperatorum ſpes, crux errantium via, crux injuria affectorum vindex, crux claudorum baculus, crux conſolatio pauperum, crux divitum frænum, crux ſuperborum depreſſio, crux male viventium pœnitentia, crux adverſus dæmones trophæum, crux diaboli clades, crux infantium pædagogus, crux inopum ſuſtentatio, crux ſpes deſperatorum, crux gubernator navigantium, crux tempeſtate jactatorum portus, crux obſeſſorum murus. Crux pater orphanorum, crux viduarum defenſor, crux iniquorum judex, crux juſtorum columna, crux requies tribulatorum & afflictorum, crux infantium cuſtos, crux virorum caput, crux ſeniorum finis, crux lumen ſedentium in tenebris, crux Regum magnificentia, crux ſcutum perpetuum, crux barbarorum humanitas, crux ſervorum libertas, crux Imperatorum ſapientia, crux piorum lex, crux Prophetarum prædicatio, crux Apoſtolorum annunciatio, crux Martyrum gloriatio, crux Monachorum exercitatio, crux virginum caſtitas, crux gaudium Sacerdotum, crux Eccleſiæ fundamentum, crux orbis terrarum ſecuritas, crux templorum deſtructio, crux idolorum repulſio... Crux ſcandalum Judæorum, crux interitus impiorum, crux infirmorum virtus, crux ægrotantium medicus, crux emundatio leproſorum, crux paralyticorum requies, corroboratio, crux eſurientium panis, crux ſitientium fons, crux nudorum amictus & protectio.

Homilia de adoratione pretioſæ crucis pag. 614. tom. 6. ... Pro corona Chriſti crucem feramus... Ea quæ ad religionem noſtram pertinent, per eam perficiuntur omnia; ſive renaſcendum eſt crux præſto eſt, ſive myſticus ille cibus ſumendus, ſive in clerum aliqui cooptandi ſunt, ſive quidvis aliud faciendum eſt, ubique crucis ſignum nobis adeſt. Ob eamque cauſam & in ædibus, & in muris, & in feneſtris, & in frontibus & in animo & mente eam ſtudioſe depingimus & inſculpimus. Salutis enim noſtræ, communiſque libertatis & bonitatis Domini noſtri hoc ſignum eſt, & certiſſimum & clariſſimum... Si quem populo præficiamus, eumque ad Sacerdotii dignitatem provehamus, poſtea quam innumerabilia precati ſumus, ac Spiritus ſancti munus appropinquans avocavimus, hac obſignamus ... Sic etiam in ſacrificiis adhibetur .... Hoc ergo in mente tua inſculpe, animorumque noſtrorum ſalutem amplectere. Hæc enim crux orbem terræ conſervavit, errorem expulſit, veritatem revocavit, terram cælum fecit, homines fecit Angelos .... Ut coronam ſic Chriſti crucem feramus, etenim noſtræ religionis omnia, per illam perficiuntur : ſive regeneratione & renovatione opus eſt, ſive ſpiritualis ille ac tremendus cibus ſumendus eſt, ſive in ordinem Eccleſiaſticum aliqui cooptandi, ſive quidvis aliud faciendum eſt, ubique victoriæ noſtræ ſignum adeſt. Ob eamque cauſam illam & in ædibus, & in muris, & in foribus, & in fronte, & in mente cum magno ſtudio depingimus, & inſculpimus. Noſtræ enim ſalutis, communiſque libertatis & bonitatis Domini noſtri hoc ſignum eſt... Quando ergo conſignaris tibi in mentem veniat vis omnis quam ipſa crux continet : ac tum denique iram omneſque a ratione averſos animi impetus extinxeris. Quando conſignaris magna fiducia frontem imple ... Hinc dæmones non jam horribiles ſunt aut metuendi, ſed contemnendi, neque mors eſt mors, ſed ſomnus ... Cum magna fiducia profiteamur, crucem eſſe noſtram gloriationem; ſummamque bonorum omnium, & fiduciam omnium atque coronam.

Tom. I.

S. HIERONYM. *Epiſt. 44. Paulæ & Euſtoch. ad Marcellam, alias 17. pag. 548. tom. 4.* Venerabantur quondam Judæi Sancta Sanctorum, quia ibi erant Cherubim, & Propitiatorium, & Arca teſtamenti, Manna, & Virga Aaron, & Altare aureum : Nonne tibi venerabilius videtur ſepulchrum Domini? Quod quotieſcumque ingredimur, toties jacere in ſindone cernimus Salvatorem : & paululum ibidem commorantes, rurſum videmus Angelum ſedere ad pedes ejus, & ad caput ſudarium convolutum. Cujus ſepulchri gloriam, multo antequam excideretur a Joſeph, ſcimus Iſaiæ vaticinio prophetatam, dicentis: *Et erit requies ejus honor*: quod ſcilicet ſepulturæ Domini locus eſſet ab omnibus honorandus. *Et p. 552.* Liceat ... crucis lignum lambere. Iſai. 11. 10.

Epiſt. 27. ad Euſtochium. Vide ſupra §. 3. hujuſce capitis. (H).

S. LEO *Serm. 57. de Paſſione Domini 8. cap. 4.* Chriſtus ſupplicii ſui juſtus eſt ipſe geſtator, ut impleretur quod Iſaias prævīderat, dicens: *Ecce natus eſt puer, & datus eſt nobis Filius, cujus imperium ſuper humeros ejus.* Cum ergo Dominus lignum portaret crucis, quod in ſceptrum ſibi converteret poteſtatis, erat quidem hoc apud impiorum oculos grande ludibrium, ſed manifeſtabatur fidelibus grande myſterium : quia glorioſiſſimus diaboli victor, & inimicarum virtutum potentiſſimus debellator, pulchra ſpecie triumphi ſui portabat trophæum, & invictæ potentiæ humeris, ſignum ſalutis, adorandum regnis omnibus inferebat. Iſai. 9. 6.

Cap. 5. ... Extra caſtra crucifixus eſt (Dominus,) ut veterum victimarum ceſſante myſterio, nova hoſtia novo imponeretur altari, & crux Chriſti, non templi eſſet ara, ſed mundi.

Cap. 7. ... Crux tua omnium fons benedictionum, omnium eſt cauſa gratiarum; per quam credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte.

Serm. 53. de Paſſione Domini 4. cap. 3. Crux ergo Chriſti ſacramentum veri, & prænunciati habet altaris, ubi per hoſtiam ſalutarem naturæ humanæ celebraretur oblatio: ibi ſanguis immaculati Agni antiquæ prævaricationis pacta delebat: ibi tota diabolicæ dominationis conterebatur adverſitas, & de elatione ſuperbiæ victrix humilitas triumphabat.

Serm. 54. de Paſſione Domini 5. cap. 1. Chriſtianæ igitur ſpei, dilectiſſimi, vera ratio, & principalis cauſa crux Chriſti eſt; quæ licet *Judæis ſcandalum, Gentibus autem ſtultitia*; nobis tamen *Dei virtus eſt, Dei ſapientia.* 1. Cor. 1. 23. Ibid. 24.

§. 6. *De ceteris Peccatis primo Dei præcepto prohibitis, nimirum Sacrilegio & ſuperſtitione.*

I. Jam dixiſti ſacrilegium & ſuperſtitionem primo Præcepto prohiberi: itaque dic primum quæſo quid ſit ſacrilegium?

R. Sacrilegium eſt prophanatio rei ſacræ vel Deo conſecratæ.

I. Quid intelligis per res ſacras vel Deo conſecratas?

R. 1. Perſonas Eccleſiaſticas vel religioſas.

2. Loca ſancta, verbi gratia, Eccleſias, cœmeteria, monaſteria.

3. Sacramenta, preces & cæremonias Eccleſiæ.

4. Eccleſiæ bona & reditus.

5. Quidquid cultui Dei deſtinatur, & ſpeciali benedictione ſanctificatum eſt, verbi gratia, olea ſacra, imagines, cruces, altaria, pallæ & ornamenta, vaſa ſacra, &c.

I. Quid eſt ſuperſtitio?

R. Superſtitio eſt cultus vel indebitus, vel ſuperfluus, ſeu obſervatio inutilis, vana, vel periculoſa. (A) A

I. Quot modis peccatur per ſuperſtitionem?

R. Quatuor modis.

1. Quan-

Serm. 58. *de Paſſione Domini* 9. *cap.* 1... Crux Chriſti eadem eſt & credentium gloria, & non credentium pœna.

Serm. 60. *de Paſſione Domini* 11. *c.* 5. Crux Domini ſicut in Judæorum erat mente crudelis, ita eſt in crucifixi virtute mirabilis.

Serm. 68. *de Paſſione Domini* 19. *c.* 4... Cum quiſpiam obſervantiæ Chriſtianæ ſe limites ſentit excedere, & in id cupiditates ſuas tendere, quod eum a recto itinere faciat deviare, recurrat ad crucem Domini, & ligno vitæ motus noxiæ voluntatis affigat.

Serm. 70. *de Reſurrectione Domini* 2. *cap.* 1. Crux Chriſti quæ ſalvandis eſt impenſa mortalibus, & ſacramentum eſt, & exemplum. Sacramentum, quo virtus impletur divina; exemplum, quo devotio incitatur humana.

Cap. 4... Sive contra ambitionem ſæculi, ſive contra concupiſcentias carnis, ſive contra Hæreticorum jacula dimicemus, Dominica cruce ſemper armemur.

THEODORET. *Serm.* 8. *de Martyrib. Vide ſupra* §. 3. *hujuſce cap. lit.* (H)

S. GREG. MAGN. *Lib.* 7. *Epiſt.* 9. *ad Januar. Epiſc. Caralitanum.* Sublata cum ea qua dignum eſt veneratione imagine & cruce.

Epiſt. 53. *ad Secundin. non longe a fine*... Scio quidem quod imaginem Salvatoris noſtri non ideo petis, ut quaſi Deum colas, ſed ob recordationem Filii Dei in ejus amore recaleſcas, cujus te imaginem videre deſideras. Et nos quidem non quaſi ante divinitatem, ante illam proſternimur, ſed illum adoramus quem per imaginem aut natum, aut paſſum, ſed in throno ſedentem recordamur. Et dum nobis ipſa pictura quaſi ſcriptura ad memoriam Filium Dei reducit, animum noſtrum aut de reſurrectione lætificat, aut de paſſione demulcet. Ideoque direximus tibi ſurtarias duas imaginem Dei Salvatoris, & ſanctæ Dei genitricis Mariæ, beatorumque Apoſtolorum Petri & Pauli continentes,.. & unam crucem, clavem etiam pro benedictione a ſanctiſſimo corpore Petri Apoſtolorum Principis, ut per ipſum a maligno defenſus permaneas, cujus ſigno te eſſe munitum credis.

VENERABILIS BEDA *Lib.* 1. *Hiſtor. Anglor. cap.* 25. (S. Auguſtinus cum ſuis) non dæmoniaca, ſed divina virtute præditi veniebant, crucem pro vexillo ferentes argenteam, & imaginem Domini Salvatoris in tabula depictam, Letaniaſque canentes pro ſua ſimul & eorum propter quos & ad quos venerant, æterna ſalute Domino ſupplicabant... Fertur autem quod appropinquantes civitati, more ſuo cum cruce ſancta & imagine magni Regis Domini noſtri Jeſu Chriſti, hanc Letaniam conſona voce modularentur: Deprecamur te Domine in omni miſericordia tua, ut auferatur furor tuus & ira tua a civitate iſta, & de domo ſancta tua, quoniam peccavimus. Alleluja.

CONCIL. IN TRULLO, *ſeu Quiniſextum* 692. *Con. Labb. tom.* 6. *pag.* 1176. *can.* 73. Cum crux vivifica illud ſalutare nobis oſtenderit, nos omne ſtudium adhibere oportet, ut ei, per quam ab antiquo lapſu ſalvati ſumus, eum qui par eſt honorem habeamus: unde & mente & ſermone & ſenſu adorationem ei tribuentes, crucis figuras quæ a nonnullis in ſolo ac pavimento fiunt, omnino deleri jubemus, ne incedentium conculcatione victoriæ nobis trophæum injuria afficiatur. Qui ſecus fecerit excommunicari decernimus.

CONCIL. TURONENSE *ann.* 1583. *c.* 11. *Vide infra c.* 4. §. 2. *hujuſce Sectionis.*

Plura invenies veterum Scriptorum ea de re momenta in controverſiis BELLARMINI *&* DD. VALEMBURGENS. *in Diſſert.* 7. NATALIS ALEXANDRI *de Hæreſ. VII. ſæculi, Diſſert. unica de* Iconomachis. *Et in tom.* V. *Dogmatum Theologicorum* R. P. PETAVII *cap.* 6. *& ſeq. libri* 5. de Incarnatione. *Vide etiam auctoritates SS. Patrum quas exſcripſimus ſupra ſect.* 2. *cap.* 2. §. *hujuſce partis.*

(A) S. AUGUST. *Lib. de Doctrina Chriſtiana, cap.* 20. *n.* 30. Superſtitioſum eſt, quidquid inſtitutum eſt ab hominibus ad facienda, & colenda idola, pertinens vel ad colendam ſicut Deum creaturam partemve ullam creaturæ, vel ad conſultationes & pacta quædam ſignificationum cum dæmonibus placita, atque fœderata, qualia ſunt molimina magicarum artium, quæ quidem commemorare potius quam docere aſſolent Poetæ. Ex quo genere ſunt, ſed quaſi licentiore vanitate, Aruſpicum & Augurum libri. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturæ, atque remedia, quæ medicorum quoque diſciplina condemnat, ſive in præcantationibus, ſive in quibuſdam notis quas characteres vocant, ſive in quibuſque rebus ſuſpendendis, atque illigandis, vel etiam aptandis quodammodo, non ad temperationem corporum, ſed ad quaſdam ſignificationes, aut occultas, aut etiam manifeſtas: quæ mitiore nomine Phyſica vocant, ut quaſi non ſuperſtitione implicare, ſed natura prodeſſe videantur.

N. 31. His adjunguntur millia inaniſſimarum obſervationum, ſi membrum aliquod ſalierit, ſi junctim ambulantibus amicis lapis, aut canis, aut puer medius intervenerit. Atque illud quod lapidem calcant, tanquam diremptorem amicitiæ, minus moleſtum eſt, quam quod innocentem puerum colapho percutiunt, ſi pariter ambulantibus intercurrit. Sed bellum eſt quod aliquando pueri vindicantur a canibus: nam plerumque tam ſuperſtitioſi ſunt quidam, ut etiam canem qui medius intervenerit, ferire audeant, non impune; namque a vano remedio cito ille interdum percuſſorem ſuum ad verum medicum mittit. Hinc ſunt etiam illa, limen calcare cum ante domum ſuam tranſis, redire ad lectum, ſi quis dum ſe calciat ſternutaverit; redire domum, ſi procedens offenderit; cum veſtis a ſoricibus roditur, plus tremere ſuſpicione futuri mali, quam præſens damnum dolere. Unde illud eleganter dictum eſt Catonis, qui cum eſſet conſultus a quodam, qui ſibi a ſoricibus roſas caligas diceret, reſpondit non eſſe illud monſtrum, ſed vere monſtrum habendum fuiſſe, ſi ſorices a caligis roderentur.

Cap. 21. *n.* 32. Neque illi ab hoc genere pernicioſæ ſuperſtitionis ſegregandi ſunt, qui Genethliaci propter natalium dierum conſiderationes, nunc autem vulgo Mathematici vocantur. Nam & ipſi quamvis veram ſtellarum poſitionem, cum quiſque naſcitur, conſectentur, & aliquando etiam perveſtigent; tamen quod inde conantur, vel actiones noſtras, vel actionum eventa prædicere, nimis errant, & vendunt imperitis hominibus miſerabilem ſervitutem...

Cap. 22. *n.* 33. Ex ea notatione velle naſcentium mores, actus, eventa prædicere, magnus error & magna dementia eſt.

N. 34. Iſtæ quoque opiniones quibuſdam rerum ſignis humana præſumptione inſtitutis ad eadem illa quaſi quædam cum dæmonibus pacta, & conventa referendæ ſunt.

Cap. 23. *n.* 35. Hinc enim fit, ut occulto quodam judicio divino cupidi malarum rerum homines tradantur illudendi & decipiendi pro meritis voluntatum ſuarum, illudentibus eos atque decipientibus prævaricatoribus Angelis, quibus iſta mundi pars infima

ſecun-

1. Quando in cultu Dei obſervantur vana, ſuperflua, prohibita a Deo, nec probata ab Eccleſia.

2. Quando committitur idololatria exterior; id eſt, cum defertur creaturæ ſupremus latriæ cultus ſoli Deo debitus.

3. Cum ſpreta prohibitione Dei vel Eccleſiæ uſurpantur media, quæ nullam habent connexionem naturalem cum effectu qui inde expectatur.

4. Cum vi alicujus pacti vel expreſſi, vel taciti initi cum dæmone, imo ſine pacto futura vel abſcondita curioſe inveſtigantur. Quod Divinatio dicitur, multasque habet ſpecies.

I. Quot ſunt ſpecies Divinationis?

R. 1. Magia diabolica. 2. Sortilegium. 3. Maleficium. 4. Ars cognoſcendi futura cujuslibet rei inſpectione, verbi gratia, apparitione mortuorum, quod Necromantia dicitur; inſpectione manus, quod Chiromantia dicitur; inſpectione aquæ, quod Hydromantia dicitur; inſpectione ligni vel lapidis alteriusve hujusmodi rei, quod Geomantia dicitur; inſpectione avium, quod Augurium ſive Auſpicium dicitur; inſpectione inteſtinorum animalis occiſi, præſertim demoniis immolati, quod Aruſpicium dicitur, &c. 5. Aſtrologia judiciaria, qua ex conſideratione ſitus & motus ſiderum futura contingentia prædicuntur. 6. Uſus virgæ ligneæ vel ferreæ ad inveſtiganda occulta, verbi gratia, auri argentique cæterorumve metallorum venas, aquæ fontes, theſauros abſconditos, furta, homicidia, adulteria, fornicationes, ceteraque id genus. 7. Inveſtigatio occultorum per aquam frigidam vel calidam, vel per ignem, per ſortes, &c.

Nec ſolum ejusmodi ſuperſtitionum crimine tenentur qui illas exercent, ſed & qui exercentes conſulunt, etiamſi nullam eorum reſponſionibus fidem adhibeant: vel qui aliorum ſuperſtitioni participant, adjuvando, conſulendo, laudando, imo quandoque & tacendo. In rebus enim hujusmodi qui tacet conſentire videtur, maxime ſi ſuperſtitionem impedire ex officio teneatur; vel ſi poſitus ſit in ejusmodi circumſtantiis in quibus ſilentium pro tacita rorum approbatione ſumendum eſſe videatur.

Quidquid hactenus de ſuperſtitione diximus probatur, 1. Ex Scripturis. 2. Ex Conciliorum ſanctionibus, verbi gratia, Ancyrani, Agathenſis, Aurelianenſis primi, quarti Toletani, Conſtantinopolitani in Trullo habiti, ſexti Pariſienſis, &c. 3. Ex SS. Patribus Tertulliano, S. Auguſtino, S. Baſilio, S. Chryſoſtomo, Theodoreto, S. Thoma, &c. 4. Denique ex omnibus Theologis qui ea de re poſt S. Thomam ſcripſerunt. (B) B

ſecundum pulcherrimum ordinem rerum divinæ providentiæ lege ſubjecta eſt, Quibus illuſionibus & deceptionibus evenit, ut iſtis ſuperſtitioſis & pernicioſis divinationum generibus multa præterita & futura dicantur, nec aliter accidant, quam dicuntur; multaque obſervantibus ſecundum obſervationes ſuas eveniant, quibus implicati curioſiores fiant, & ſeſe magis magisque inſerant multiplicibus laqueis pernicioſiſſimi erroris. Hoc genus fornicationis animæ ſalubriter divina Scriptura non tacuit, neque ab ea ſic deterruit animam, ut propterea talia negaret eſſe ſectanda quia
Deut. 13. 2. falſa dicantur a Profeſſoribus eorum, ſed etiam, *Si dixerint vobis*, inquit, *& ita venerint, ut credatis eis*. Non enim quia imago Samuelis mortui Sauli Regi vera prænuntavit, propterea talia ſacrilegia, quibus imago illa præſentata eſt, minus execranda ſunt: aut quia in actibus Apoſtolorum ventriloqua femina verum teſtimonium perhibuit Apoſtolis Domini, idcirco Paulus Apoſtolus pepercit illi ſpiritui, ac non potius feminam illius dæmonii correptione atque excluſione mundavit.

N. 36. Omnes igitur artes hujusmodi vel nugatoriæ vel noxiæ ſuperſtitionis, ex quadam peſtifera ſocietate hominum & dæmonum, quaſi pacta quædam infidelis, & doloſæ amicitiæ conſtituta, penitus ſunt
1.Cor,10.20 repudianda & fugienda Criſtiano... *Nolo autem vos ſocios dæmoniorum fieri*. Quod autem de idolis & de immolationibus, quæ honori eorum exhibentur, dixit Apoſtolus, hoc de omnibus imaginariis ſignis ſentiendum eſt, quæ vel ad cultum idolorum, vel ad creaturam ejusque partes tamquam Deum colendas trahunt, vel ad remediorum aliarumque obſervationum curam pertinent; quæ non ſunt divinitus ad dilectionem Dei & proximi tamquam publice conſtituta, ſed per privatas appetitiones rerum temporalium corda diſſipant miſerorum. In omnibus ergo iſtis doctrinis ſocie a. dæmonum formidanda atque vitanda eſt.

(B) Exod xxii. 18. Maleficos non patieris vivere.

Levit xix 31 Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, ut polluamini per eos. Ego Dominus Deus veſter.

xx. 6. Anima quæ declinaverit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui.

... 27. Vir, ſive mulier, in quibus pythonicus, vel divinationis fuerit ſpiritus, morte moriatur.

Deuteron. xviii. 10. Nec inveniatur in te qui luſtret filium ſuum, aut filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos ſciſcitetur, & obſervet ſomnia, atque auguria, nec ſit maleficus, 11. nec incantator, nec qui pythones conſulat, nec divinos, aut quærat a mortuis veritatem 12. Omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter iſtiusmodi ſcelera delebit eos in introitu ſuo.

Isai. xliv. 24 Ego ſum Dominus... 25. Irrita faciens ſigna divinorum, & ariolos in furorem vertens. Convertens ſapientes retrorſum: & ſcientiam eorum ſtultam faciens.

xlvii. 13. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum: ſtent, & ſalvent te augures cæli, qui contemplabantur ſidera, & ſupputabant menſes, ut ex eis annuntiarent ventura tibi. 14. Ecce facti ſunt quaſi ſtipula, ignis combuſſit eos: non liberabunt animam ſuam de manu flammæ.

Jerem. x. 2. Hæc dicit Dominus: Juxta vias gentium, nolite diſcere: & a ſignis cæli nolite metuere, quæ timent gentes.

Michæ. v. 12. Auferam maleficia de manu tua, & divinationes non erunt in te.

Apocal. xxi. 8. Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure: quod eſt mors ſecunda.

Conc. Aurelianense *ann.* 511. *can.* 30. Si quis Clericus, Monachus, Secularis divinationem, vel auguria crediderit obſervanda, vel ſortes, quas mentiuntur eſſe Sanctorum, quibuſcumque putaverint intimandas, cum his qui eis crediderint, ab Eccleſiæ communione pellantur.

Conc. Ancyranum I. *ann.* 314. *canon.* 23. Qui auguria vel auſpicia, ſive ſomnia, vel divinationes quaslibet ſecundum morem Gentilium ſervant, aut in domos ſuas hujusmodi homines introducunt, in exquirendis aliquibus arte malefica, ut domos ſuas luſtrent: confeſſi quinquennio pœnitentiam agant ſecundum regulas antiquitus conſtitutas.

Conc. Agathense *ann.* 506. *canon.* 42. Ac ne id fortaſſe videatur omiſſum quod maxime fidem Catholicæ religionis infeſtat, quod aliquando Clerici, ſive Laici, ſtudent auguriis, & ſub nomine fictæ religionis, per eas quas Sanctorum ſortes vocant, divinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcumque ſcripturarum inſpectione futura promittunt; hoc quicumque Clericus, vel Laicus detectus fuerit vel conſulere vel docere, ab Eccleſia habeatur extraneus.

Can. 68. Quoniam non oportet Miniſtros altaris, aut Clericos, magos & incantatores eſſe, aut facere quæ dicunt Phylacteria, quæ ſunt magna obligamenta animarum. Hos autem qui talibus utuntur projici ab Eccleſia juſſimus.

Conc. Toletanum IV. *ann.* 633. *can.* 29. Si Epiſcopus, aut Presbyter, ſive Diaconus, aut quilibet ex ordine Clericorum, magos, aut ariolos, aut certe augures, vel ſortilegos, & eos qui profitentur artem aliquam, aut aliquos eorum ſimilia exercentes conſulere fuerit depre-

henſus, ab honore dignitatis ſuæ depoſitus Monaſterii pœnam excipiat, ibique perpetuæ pœnitentiæ deditus ſcelus admiſſum ſacrilegii luat.

CONC. CONSTANTINOP. III. *ſeu in Trullo, aut Quiniſextum ann. 680 can. 61.* Qui vatibus ſaipſos tradiderunt, vel (his) qui Hecatontarchæ, ſeu Centuriones dicuntur, vel aliis ejuſmodi, ut ab iis diſcant, ſi quid ſibi revelari velint, convenienter iis, quæ de ipſis a Patribus conſtituta ſunt, ſexennii Canoni ſubjiciantur. Ipſi autem eos quoque ſubjici oportet, qui urſas, vel ejusmodi animalia ad ludum & ſimpliciorum noxam circumferunt, & fortunam ac fatum, & genealogiam, & quorumdam ejusmodi verborum multitudinem ex fallaciæ impoſturæque nugis proferunt: eoſque qui nubium expulſores, & incantatores, & amuletorum præbitores, & vates appellantur. Eos autem qui in iis perſiſtunt, & non ab ejusmodi perniciofis gentilibusque ſtudiis, avertuntur & aufugiunt, Eccleſia omnino exturbandos decernimus, ſicut & ſacri canones dicunt. *Quæ enim eſt luci cum tenebris communicatio?* ut ait Apoſtolus: *Vel quæ templo Dei cum
2.Cor.6.14. Idolis conſenſio? vel quæ fideli cum infidelibus pars eſt?
15. & 16. Quæ autem Chriſto eſt cum Belial concordia ac conventio?*

CONC. PARIS VI. *ann. 829. Lib. 3. c. 2.* .. Extant & alia perniciofiſſima mala, quæ ex ritu Gentilium remanſiſſe dubium non eſt, ut ſunt magi, harioli, ſortilegi, venefici, divini, incantatores, ſomniorum conjectores, quos divina lex irretractabiliter puniri ju-
Lev. 20. 6. ber: de quibus in lege dicitur: *Anima quæ declinaverit ad magos & ariolos, & veneficos terræ, & for-
Exod. 22. 18 nicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui* . . . Et alibi: *Magos & ariolos & maleficos terræ vivere ne patiamini*. Dubium etenim non eſt, ſicut multis eſt notum, quod a quibusdam præſtigiis atque diabolicis illuſionibus, ita mentes quorumdam inficiantur poculis amatoriis, cibis, phylacteriis, ut in inſaniam verſi a pleriſque judicentur, dum proprias non ſentiunt contumelias. Ferunt enim ſuis maleficiis aera poſſe conturbare, & grandines immittere, futura prædicere, fructus & lac auferre, aliisque dare, & innumera a talibus fieri dicuntur. Qui ut fuerint hujusmodi comperti viri ſeu feminæ, in tantum diſciplina, & vigore Principis acrius corrigendi ſunt, in quantum manifeſtius auſu nefando, & temerario ſervire diabolo non metuunt. De his quoque in Concilio Ancyritano titulo XXIII. ita ſcriptum eſt; Qui divinationes expetunt, & more Gentilium ſubſequuntur, aut in domos ſuas hujuſcemodi homines introducunt exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi cauſa, ſub regula quinquennii jaceant, ſecundum gradus pœnitentiæ definitos. Oportet enim hæc in omnibus, & maxime in his locis, ubi licite & impune multi ſe poſſe hoc perpetrare confidunt, ut ſtudioſius & diligentius admoneantur & ſeverius corrigantur.

TERTUL. *de Idololatria, c. 9.* Animadvertimus inter artes, etiam profeſſiones quasdam obnoxias idololatriæ. De Aſtrologis ne loquendum quidem eſt . . . Non allego quod idola honoret, quorum nomina cælo inſcripſit, quibus omnem Dei poteſtatem addixit: quod propterea homines non putant Deum requirendum, præſumentes ſtellarum nos immutabili arbitrio agi . . . Urbe & Italia interdicitur Mathematicis, ſicut cælum & Angelis eorum. Eadem pœna eſt exilii diſcipulis & magiſtris . . . Cum magia punitur, cujus eſt ſpecies Aſtrologia, utique & ſpecies in genere damnatur. Poſt Evangelium, nuſquam invenias aut Sophiſtas, aut Chaldæos, aut incantatores, aut conjectores, aut magos, niſi plane punitos . . . Nihil ſcis, Mathematice, ſi neſciebas te futurum Chriſtianum. Si ſciebas, hoc quoque ſcire debueras, nihil tibi futurum cum iſta profeſſione. Ipſe te de periculo ſuo inſtrueret, quæ aliorum climacterica præcanit. Non eſt tibi pars neque ſors in iſta ratione. Non poteſt regna cælorum ſperare, cujus digitus aut radius abutitur cælo.

S. AUGUST. *Lib. 4. Confeſſ. c. 3. nu. 4.* Itaque illos planos, quos Mathematicos vocant, plane conſulere non deſiſtebam, quod quaſi nullum eis eſſet ſacrificium, & nullæ preces ad aliquem ſpiritum ob divinationem dirigerentur . . . quod tamen Chriſtiana & vera pietas conſequenter repellit & damnat.

N. 5 (Vindicanus) vir ſagax, medicæ artis peritiſſimus, . . . ubi cognovit ex colloquio meo libris Genethliacorum eſſe me deditum, benigne ac paterne monuit, ut eos abjicerem, neque curam & operam rebus utilibus neceſſariam illi vanitati fruſtra impenderem.

Lib. 7. c. 6. nu. 8. Jam etiam Mathematicorum fallaces divinationes, & impia deliramenta rejeceram.

Lib. 2. de Doctr. Chriſt. cap. 20. n. 30. &c. Vide ſupra hocce §. lit. (A)

Lib. de Vera Relig. c. 4. n. 7. Nam tertio vitio curioſitatis in percunctandis dæmonibus, quo iſti maxime, cum quibus nunc agitur, Pagani a Chriſtiana ſalute revocantur, quia nimis puerile eſt, neſcio utrum tales illi præpedirentur viri, (Plato, Socrates, &c.)

Lib. 2. de Geneſi ad lit. c. 17. n. 35. De fatis autem ſiderum qualeslibet eorum argutias, & quaſi de matheſi documentorum experimenta, quæ illi *ἀποτελέσματα* vocant, omnino a noſtræ fidei ſanitate reſpuamus: talibus enim diſputationibus etiam orandi cauſſas auferre conantur, & impia perverſitate in malis factis, quæ rectiſſime reprehenduntur, ingerunt accuſandum potius Deum auctorem ſiderum, quam hominem ſcelerum.

N. 36. Quid autem inſulſius & hebetius, quam cum iſtis rebus convincuntur, dicere ad ſolos homines ſibi ſubjiciendos fatalem ſtellarum pertinere rationem? In quibus tamen etiam ipſi de geminis convincuntur, quorum diverſe viventium, diverſe felicium vel infelicium, diverſeque morientium, easdem plerumque conſtellationes accipiunt. Quia etſi interfuit aliquid cum de utero funderentur, in nonnullis tamen tantum intereſt, quantum ab iſtis comprehendi computatione non poſſit. Manus ſequentis Jacob, dum naſcerentur, inventa eſt pedem fratris præcedentis tenens, usque adeo ſic nati ſunt quaſi unus infans in duplum prolixior naſci videretur. Horum certe conſtellationes, quas appellant, nullo modo diſpares eſſe potuerunt. Quid ergo vanius, quam ut illas conſtellationes intuens Mathematicus, ad eumdem horoſcopum, ad eamdem lunam diceret unum eorum (Jacob an Eſau) a matre dilectum, alterum non dilectum?

N. 37. Ideoque fatendum eſt, quando ab iſtis vera dicuntur, inſtinctu quodam occultiſſimo dici, quem neſcientes humanæ mentes patiuntur. Quod cum ad decipiendos homines fit, ſpirituum ſeductorum operatio eſt . . . Aliquando autem iidem nefandi ſpiritus etiam quæ ipſi facturi ſunt divinando prædicunt. Quapropter bono Chriſtiano, ſive Mathematici, ſive quilibet impie divinantium, maxime dicentes vera, cavendi ſunt, ne conſortio dæmoniorum animam deceptam, pacto quodam ſocietatis irretiant.

Lib. qq. 83. q. 45. nu. 2. Adverſus eos autem qui nunc appellantur Mathematici, volentes actus noſtros corporibus cæleſtibus ſubdere, & nos vendere ſtellis, ipſumque pretium, quo vendimur, a nobis accipere, nihil verius & brevius dici poteſt, quam eos non reſpondere, niſi acceptis conſtellationibus . . . Unde ergo in geminis tanta diverſitas actionum & eventuum & voluntatum, quos neceſſe eſt eamdem conſtellationem conceptionalem habere, & amborum unam conſtellationem dari Mathematico, tamquam unius hominis? . . Cum autem multa vera eos prædixiſſe dicatur, ideo fit, quia non tenent homines memoriæ falſitates, erroresque eorum; ſed non intenti niſi ad ea quæ illorum reſponſis provenerint, ea quæ non provenerint obliviſcuntur.

Lib. 5. de Civit. Dei, cap. 1. Cauſſa ergo magnitudinis Imperii Romani nec fortuita eſt, nec fatalis . . . Prorſus divina providentia regna conſtituuntur humana. Quæ ſi propterea quisquam fato tribuit, quia ipſam Dei voluntatem, vel poteſtatem fati nomine appellat, ſententiam teneat, linguam corrigat . . . Qui ſine Dei voluntate decernere opinantur ſidera quid agamus, vel quid bonorum habeamus malorumve patiamur, ab auribus omnium repellendi ſunt: non ſolum eorum qui veram religionem tenent, ſed qui Deorum qualiumcumque, licet falſorum, volunt eſſe cultores. Hæc enim opinio quid aliud agit, niſi ut nullus omnino colatur aut rogetur Deus?

Cap. 7. initio. Jam illud quis ferat, quod in eligendis diebus nova quædam ſuis actibus fata moliuntur? Non erat videlicet ille ita natus, ut haberet admirabilem filium; ſed ita potius, ut contemtibilem gigneret: & ideo vir doctus elegit horam qua miſceretur uxori. Fecit ergo fatum quod non habebat, & ex ipſius facto cœpit eſſe fatale, quod in ejus nativitate non fuerat. O ſtulti-

Digitized by Google

tiam ſingularem! Eligitur dies ut ducatur uxor: eredo, propterea quia poteſt in diem non bonum, niſi eligatur, incurri, & infeliciter duci. Ubi eſt ergo quod naſcenti jam ſidera decreverunt? An poteſt homo quod ei jam conſtitutum eſt, diei electione mutare, & quod ipſe in eligendo die conſtituerit, non poterit ab alia poteſtate mutari? Deinde ſi ſoli homines, non autem omnia quæ ſub cælo ſunt, conſtellationibus ſubjacent, cur alios aligunt dies accommodatos ponendis vitibus, vel arboribus, vel ſegetibus; alios dies pecoribus, vel domandis, vel admittendis maribus, quibus equarum vel boum fœtentur armenta, & cætera hujuſmodi.

Et in fine. Non immerito creditur, cum Aſtrologi mirabiliter multa vera reſpondent, occulto inſtinctu fieri ſpirituum non bonorum, quorum cura eſt has falſas & noxias opiniones de aſtralibus fatis inſerere humanis mentibus atque firmare, non horoſcopi notati & inſpecti aliqua arte, quæ nulla eſt.

S. BASIL. *in cap. 2. Iſai. pag. 876. tom. 1. edit. Pariſienſ. in fol. ann.* 1618. Videſne quantum mali importet augaratio? Qui huic incumbit, ſtudiumque adhibet, Dei providentia, ac ſolicitudine deſtituitur. Plerique autem Chriſtianorum ſusque deque habent talibus commentis aures accommodare, & illinc aucupari famam, nec pudet iſti ominoſæ ſuperſtitioni ac ſignis attentos eſſe. Quid hoc innuit ſermone? Nimirum tale aliquid deſignat: me aliquis a tergo revocavit: hinc etiam id impedimenti incidit. Pes impegit egredientis, veſtimentum diſciſſum eſt. Tum quidam qui a cælo præſtolentur ac ſibi promittant affore indicem de rebus compertiſſimis. In hæc tam noxia iſti ad extremum nullo delectu evolvuntur Sed enim auditur, quia abjectum eſt populus talia futiliter & curioſe operatus. Olim ſiquidem Moſaica lege, iſthuſmodi auguria, divinationes, ominationes, atque auſpicia, infamia notabantur tamquam inventa dæmonum. Ait enim Scriptura: Non ariolabimini, neque captabitis auguria... A morum probitate eſt alienum prorſus eum qui penes ſe habet conſolationem de Dei juſtificationibus ad decernendum de rebus agendis, ſibi ut conſiliarios adhibere brutas animantes, imo ne his quidem uti tamquam conſiliariis, ſed ut doctoribus & legum latoribus.

S. CHRYSOST. *Homil. 21. ad populum Antiochenum, non longe a fine*. Pompa Satanica ſunt theatra, circenſes & omne peccatum & dierum obſervatio & præſagia & omina. Et quid tandem ſunt omnia? Sæpe domum quis ſuam egreſſus vidit unoculum, vel claudicantem & ominatus eſt. Hæc eſt pompa ſatanica. Non enim hominis occurſus malum fecit eſſe diem, ſed in peccatis vivere.

THEODORET. *qu. 15. in Geneſim*. Vanam illam de cujusque nativitate diſcepationum, nec Pythagoras, nec Socrates, nec Plato, nec Stoici receperunt. Quod ſi qui in fabulis educati ſunt, hujus fabulæ impietatem exſecrantur, quis divinis ſermonibus credens hæc non modo impia, ſed valde etiam fatua recipiat? Signa igitur vocat Scriptura divina, quibus cognoſcamus tempus opportunum ſeminandi, plantandi, purgandi, & ligna cædendi ad navium & domuum conſtructiones idonea... Sæpe etiam nos cometam aut barbatam ſtellam aut trabem videntes incurſus hoſtium novimus, aut locuſtæ irruptionem, aut jumentorum vel hominum eladem futuram.

S. THOM. 2. 2 *qu. 62. artic. 1. in corpore*. Superſtitio eſt vitium religioni oppoſitum ſecundum exceſſum... quia exhibet cultum divinum, vel cui non debet, vel eo modo quo non debet.

Ad 3... Religio... poteſt habere.. exceſſum,.. prout ſcilicet in cultu divino fit aliquid quod fieri non debet.

Art. 4. in corpore.... Poteſt divinus cultus exhiberi, vel cui exhibendus eſt, ſcilicet Deo vero, modo tamen indebito, & hæc eſt prima ſuperſtitionis ſpecies; vel ei cui non debet exhiberi, ſcilicet cuicumque creaturæ; & hoc eſt aliud ſuperſtitionis genus, quod in multas ſpecies dividitur ſecundum diverſos fines divini cultus. Ordinatur enim 1. divinus cultus ad reverentiam Deo exhibendam: & ſecundum hoc, prima ſpecies hujus generis eſt idololatria, quæ divinam reverentiam indebite exhibet creaturæ. 2. Ordinatur ad hoc, quod homo inſtruatur a Deo, quem colit: & ad hoc pertinet ſuperſtitio divinativa, quæ dæmones conſulit per aliqua pacta cum eis inita vel tacita vel expreſſa. 3. Ordinatur divinus cultus ad quandam directionem humanorum actuum ſecundum inſtituta Dei, qui colitur: & ad hoc pertinet ſuperſtitio quarumdam obſervationum.

Quæſt. 94. art. 1. in c... Ad ſuperſtitionem pertinet excedere debitum modum divini cultus. Quod quidem præcipue fit, quando divinus cultus exhibetur cui non debet exhiberi: debet autem exhiberi ſoli ſummo Deo increato,..& ideo cuicumque creaturæ divinus cultus exhibeatur, ſuperſtitioſum eſt.

Ad 1... Superſtitio eſt quædam infidelitatis proteſtatio per exteriorem cultum.

Quæſt. 95. art. 1. in concl. Divinatio peccatum eſt quo quis ſibi uſurpat futurorum, ut futura ſunt, notitiam, & prædictionem ad Deum proprie pertinentem.

In corpore. Tunc ſolum divinare dicitur, quando ſibi indebito modo uſurpat prænuntiationem futurorum eventuum. Hoc autem conſtat eſſe peccatum.

Art. 2. in corp. Omnis autem divinatio ex operatione dæmonum provenit; vel quia expreſſe dæmones invocantur ad futura manifeſtanda, vel quia dæmones ingerunt ſe vanis inquiſitionibus futurorum, ut mentes hominum implicent vanitate... Manifeſtum eſt ergo quod divinatio ſpecies ſuperſtitionis eſt.

Art. 3. in corp. Omnis divinatio utitur ad præcognitionem futuri eventus aliquo dæmonum conſilio vel auxilio: quod quidem vel expreſſe imploratur, vel præter intentionem hominis ſe occulte dæmon ingerit ad prænuntiandum futura quædam, quæ hominibus ſunt ignota, eis autem cognita... Dæmones autem expreſſe invocati, ſolent futura prænuntiare multipliciter: quandoque quidem præſtigioſis quibusdam apparitionibus ſe aſpectui & auditui hominum ingerentes, ad prænuntiandum futura; & hæc ſpecies vocatur præſtigium, ex eo quod oculi hominum perſtringuntur. Quandoque autem per ſomnia; & hæc vocatur divinatio ſomniorum. Quandoque vero per mortuorum aliquorum apparitionem, vel locutionem: & hæc ſpecies vocatur Necromantia... Quandoque vero futura prænuntiant per homines vivos; ſicut in arreptitiis patet: & hæc eſt divinatio per Pythones. Quandoque vero futura prænuntiant per aliquas figuras vel ſigna quæ in rebus inanimatis apparent; quæ quidem ſi appareant in aliquo corpore terreſtri, puta in ligno, vel ferro, vel lapide polito, vocatur Geomantia. Si autem in aqua, Hydromantia. Si autem in aere, Aeromantia. Si autem in igne, Pyromantia, Si autem in viſceribus animalium immolatorum in aris dæmonum, vocatur Haruſpicium. Divinatio autem quæ fit abſque expreſſa dæmonum invocatione, in duo genera dividitur. Quorum primum eſt, quando ad prænoſcendum futura aliquid conſideramus in diſpoſitionibus aliquarum rerum: & ſi quidem aliquis conetur futura prænoſcere ex conſideratione ſitus & motus ſiderum; hoc pertinet ad Aſtrologos: qui & Genethliaci dicuntur, propter natalium conſiderationem dierum. Si vero per motus vel voces avium, ſeu quorumcumque animalium, ſive per ſternutationes hominum, vel membrorum ſaltus; hoc pertinet generaliter ad Augurium, quod dicitur a garritu avium, ſicut Auſpicium ab inſpectione avium. Quorum primum pertinet ad aures, ſecundum ad oculos: in auribus enim hujusmodi præcipue conſiderari ſolent. Si vero hujuſmodi conſideratio fiat circa verba hominum abſque intentione dicta, quæ quis retorquet ad futurum quod vult prænoſcere; hoc vocatur omen. Si autem conſiderentur aliquæ diſpoſitiones figurarum in aliquibus corporibus, viſui occurrentes; erit alia divinationis ſpecies. Nam ex lineamentis manus conſideratis divinatio ſumpta, Chiromantia vocatur, quaſi divinatio manus. Chir enim Græce dicitur manus. Divinatio vero ex quibusdam ſignis in ſpatula alicujus animalis apparentibus, Spatulamantia vocatur...

Ad ſecundum autem divinationis genus, quod eſt ſine expreſſa dæmonum invocatione, pertinet divinatio quæ fit ex conſideratione eorum quæ eveniunt ex quibusdam, quæ ab hominibus ſerio fiunt ad aliquid occultum inquirendum; ſive per protractionem punctorum, quod pertinet ad artem Geomantiæ; ſive per conſiderationem figurarum quæ proveniunt ex plumbo liquefacto in aqua projecto; ſive ex quibusdam ſchedulis ſcriptis vel non ſcriptis in occulto repoſitis, dum conſideratur quis quam accipiat; vel etiam ex feſtucis inæqualibus propoſitis, quis majorem vel minorem accipiat; vel taxillorum projectione, quis plura puncta projiciat; vel etiam dum conſideratur quid aperienti librum occurrat: quæ omnia ſortium nomen habent. Si ergo patet triplex eſſe divinationis genus; quorum primum eſt per manifeſtam dæmonum invocatio-

catio-

catinnem, quod pertinet ad Necromanticos, ſecundum autem eſt per ſolam conſiderationem diſpoſitionis vel motus alterius rei; quod pertinet ad Augures: tertium eſt, dum facimus aliquid ut nobis manifeſtetur aliquod occultum; quod pertinet ad ſortes.

Art. 5. in corp. Divinationi quæ ex opinione falſa vel vana procedit, ingerit ſe operatio dæmonis, ut hominum animos implicet vanitati, aut falſitati... Si quis ergo conſideratione aſtrorum utatur ad præcognoſcendos futuros caſuales vel fortuitos eventus; aut etiam ad cognoſcendum per certitudinem futura opera hominum: procedit hoc ex falſa & vana opinione, & ſic operatio dæmonis ſe immiſcet. Unde erit divinatio ſuperſtitioſa, & illicita...

Art. 6. in corp. Quandoque vero operatione dæmonum aliquæ phantaſiæ dormientibus apparent, ex quibus quandoque aliqua futura revelant his qui cum eis habent pacta illicita... Si autem hujuſmodi divinatio cauſetur ex revelatione dæmonum cum quibus pacta habentur expreſſa (quia ad hoc invocantur) vel tacita; quia hujuſmodi divinatio extenditur ad quod ſe non poteſt extendere; erit divinatio illicita & ſuperſtitioſa.

Artic. 7. Concluſio. Divinare per auguria vel omina præter naturæ, aut providentiæ divinæ ordinem, ſuperſtitioſum & illicitum eſt.

In corp. Motus vel garritus avium, vel quæcumque diſpoſitiones in hujuſmodi rebus conſideratæ, manifeſtum eſt quod non ſunt cauſa futurorum eventuum: unde ex eis futura cognoſci non poſſunt, ſicut ex cauſis... Omnis hujuſmodi divinatio, ſi extendatur ultra illud ad quod poteſt pertingere ſecundum ordinem naturæ, vel divinæ providentiæ, eſt ſuperſtitioſa & illicita.

Art. 8. in corp. Sortes proprie dicuntur cum aliquid fit, ut ejus eventu conſiderato, aliquid occultum innoteſcat.... Neceſſe eſt quod ſortalium actuum expectetur eventus, vel ex fortuna, vel ex aliqua ſpirituali cauſa dirigente. Et ſi quidem ex fortuna, quod locum habere poteſt ſolum in diviſoria ſorte, non videtur habere niſi forte vitium vanitatis.. Si vero ex ſpirituali cauſa expectetur ſortium judicium: quandoque quidem expectatur ex dæmonibus, ſicut legitur Ezechielis 21. quod Rex Babylonis ſtetit in bivio, in capite duarum viarum, divinationem quærens, commiſcens ſagittas, interrogavit idola, & exta conſuluit; & tales ſortes ſunt illicitæ, & ſecundum Canones prohibentur. Quandoque vero expectantur a Deo; ſecundum illud Prov. 16. Sortes mittuntur in ſinum, ſed a Domino temperantur: & talis ſors ſecundum ſe non eſt malum, ut Auguſt. dicit Enarrat. in Pſ. 30. Sors non eſt aliquid mali, ſed res in humana dubitatione divinam indicans voluntatem. Poteſt tamen in hoc quadrupliciter peccatum incidere. Primo quidem ſi abſque ulla neceſſitate ad ſortes recurratur. Hoc enim videtur ad Dei tentationem pertinere. Unde Ambroſius dicit ſuper Lucam: Qui ſorte eligitur, humano judicio non comprehenditur. Secundo, ſi quis, etiam in neceſſitate, abſque reverentia Dei, ſortibus utatur. Unde ſuper Actus Apoſtolorum dicit Beda: Sed qui neceſſitate aliqua compulſi, Deum putant ſortibus, exemplo Apoſtolorum, eſſe conſulendum; videant hoc ipſos Apoſtolos nonniſi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fuſis, egiſſe. Tertio, ſi divina oracula ad terrena negotia convertantur. Unde Auguſt. dicit ad inquiſitiones Januarii: His qui de paginis Evangelicis ſortes legunt, etſi optandum ſit, ut id potius faciant, quam ut ad dæmonia conſulenda concurrant; tamen etiam iſta mihi diſplicet conſuetudo ad negotia ſæcularia, & ad vitæ hujus vanitatem, divina oracula velle convertere. Quarto, ſi in electionibus Eccleſiaſticis, quæ ex Spiritus ſancti inſpiratione fieri debent, aliqui ſortibus utantur. Unde ſicut Beda dicit ſuper Actus Apoſtolorum, Matthias ante Pentecoſten ordinatus, ſorte quæritur: quia ſcilicet nondum erat plenitudo Spiritus ſancti in Eccleſia effuſa. Septem autem Diaconi poſtea non ſorte, ſed electione diſcipulorum ſunt ordinati. Secus autem eſt in temporalibus dignitatibus quæ ad terrena diſponenda ordinantur; in quarum electione plerumque homines ſortibus utuntur, ſicut & in temporalium rerum diviſione. Si vero neceſſitas immineat, licitum eſt cum debita reverentia ſortibus divinum judicium implorare. Unde Auguſtinus dicit in Epiſtola ad Honoratum: Si inter Dei Miniſtros ſit diſceptatio, qui eorum perſecutionis tempore maneant, ne fuga omnium; & qui eorum fugiant, ne morte omnium deſeratur Eccleſia: hæc diſceptatio aliter non poterit terminari; quantum mihi videtur, qui maneant, & qui fugiant, ſorte legendi.

Ad ter. Judicium ferri candentis, vel aquæ ferventis ordinatur quidem ad alicujus peccati occulti inquiſitionem per aliquid quod ab homine fit; & in hoc convenit cum ſortibus: in quantum tamen expectatur aliquis miraculoſus effectus a Deo, excedit communem ſortium rationem. Unde hujuſmodi judicium illicitum redditur; tum quia ordinantur ad judicanda occulta, quæ divino judicio reſervantur: tum etiam quia hujuſmodi judicium non eſt auctoritate divina ſancitum ... Et eadem ratio videtur eſſe de lege duellorum.

Quæſt. 96. artic. 3. Concluſio. Obſervationes quibus quidam homines utuntur ad futurorum eventuum, ſive bonorum, ſive malorum notitiam, ſuperſtitioſæ illicitæ ſunt, cum iis obſervationibus non ut cauſis, ſed ut ſignis nulla auctoritate divina introductis homines utantur.

In corp. Non obſervantur autem ſicut ſigna a Deo tradita, cum non ſint introducta ex auctoritate divina, ſed magis ex vanitate humana, cooperante dæmonum malitia, qui nituntur animos hominum hujuſmodi vanitatibus implicare.

Ad primum ergo dicendum, quod etiam præferre divina verba, aut invocare divinum nomen, ſi reſpectus habeatur ſolum ad Dei reverentiam a quo expectatur effectus, licitum erit. Si vero habeatur reſpectus ad aliquid aliud vane obſervatum, illicitum erit.

CONC. MEDIOLAN. I. *ann.* 1565. *Conſtit. part.* 1. *tit.* 10. *col.* 252. & 253. *tom.* 15. *Concil.* Magos, & maleficos, qui ſe ligaturis, nodis, characteribus, verbis occultis mentes hominum perturbare, morbos inducere, vel expellere, corporum figuram, & conſtitutionem immutare, ventis, tempeſtati, aeri ac mari incantationibus imperare poſſe ſibi perſuadent, aut aliis pollicentur: ceteroſque omnes qui quovis artis magicæ, & veneficii genere pactiones & fœdera expreſſe, vel tacite cum dæmonibus faciunt, Epiſcopi acriter puniant, & e ſocietate fidelium exterminent. Deinde omnem divinationem ex aere, aqua, terra, igne, ex inanimatis, ex unguium & lineamentorum corporis inſpectione, ex ſortibus, ſomniis, mortuis, aliiſque rebus, quibus per dæmonum ſignificationem incerta pro certis affirmantur, futura prædicere, furta, theſauros abſconditos commonſtrare ſe poſſe profitentur, & hujus generis reliqua, per quæ curioſorum & imperitorum hominum mentes facile decipiuntur, coerceant & ejiciant. In eos etiam, qui hujuſmodi divinatores, ſortilegos, conjectores, ariolos, & cujuſvis generis magos de aliqua re conſuluerint, vel ut conſulerentur, cuique auctores, adjutores, hortatoreſque fuerint, vel eis fidem habuerint, ſevere animadvertant. Si quis etiam annulos, vel aliud ad magicos vel ſuperſtitioſos uſus fecerit, aut vendiderit, gravi pœna afficiatur. Aſtrologi qui ex Solis, Lunæ, & aliorum Aſtrorum figura & aſpectu, de hominum actionibus, quæ a libero voluntatis arbitrio proficiſcuntur, certo aliquid eventurum affirmant, gravibus pœnis plectantur: quæ pœnæ etiam ad eos pertineant, qui ad illos de hujuſmodi rebus detulerint. Denique pœnas ſtatuant Epiſcopi de iis omnibus, qui in operis ſuſceptione dies, tempora, & momenta obſervantes, quadrupedum voces, avium garritum, aut volatum notantes, ex occurſu etiam hominum, vel pecudum ſuſcipiendi operis felicitatem augurantur.

NATALIS ALEXAND. *e Dominicanorum familia Theolog. moralis in* 8. *tom.* 9. *pag.* 548. Lethalis ſuperſtitionis rei ſunt, qui adhibito certæ cujuſdam arboris ramo, ſeu baculo certæ figuræ, certa ſub conſtellatione ex arbore abſciſſo vel avulſo, certiſve characteribus notato; theſauros abſconditos ſcrutantur, & ubi ſunt abſconditi divinant. Lethalis pariter ſuperſtitionis rei ſunt, qui hujuſmodi hominum arte & opera ad inveniendos & detegendos theſauros occultos utuntur.

De his omnibus legendus Tractatus Gallicus de ſuperſtitionibus *multiplici eruditione refertus a Doctiſſimo viro* D. THIERS *editus anno* 1679. & *ſeq.* & R. P. LEBRUN *Congreg. Orator. Sacerdotis Tractatus hiſtoricus* de ſuperſtitionibus *elegantiſſime ſcriptus Gallice.*

CAPUT TERTIUM.

De Secundo Præcepto Decalogi.

§. 1. *Idea generalis hujus Præcepti.*

I. Quodnam eſt alterum Dei Præceptum?

R. *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim habebit inſontem Dominus eum qui aſſumpſerit nomen Dei ſui fruſtra.*

I. Jam dixiſti quolibet Dei præcepto aliquid præcipi, aliquid prohiberi. Quid ergo Deus hoc præcepto præcipit, quid prohibet?

R. Præcipit Sancti nominis ſui ſanctificationem. Prohibet ejusdem profanationem.

I. Quomodo vel ſanctificatur vel polluitur nomen Dei?

R. Sanctificatur 1. Oratione. 2. Sermonibus ſanctis & ad ædificationem vergentibus. 3. Vita vere Chriſtiana. 4. Votis. 5. Juramentis juſtis & legitimis.

Polluitur 1. Juramentis futilibus & temerariis: 2. Perjurio: 3. Blaſphemia.

(De oratione & de ſingulis ad orationem ſpectantibus agemus tota ſectione ſecunda tertiæ partis hujus operis.

Tota hac ſecunda parte agimus de iis quæ pertinent ad vitam vere Chriſtianam, adeoque ad ſermones pios.

Paragraphis ſequentibus agemus de voto, juramento, perjurio, & blaſphemia.)

§. 2. *De Voto.*

I. Quid eſt votum?

R. Votum eſt promiſſio deliberata Deo facta de meliori bono.

I. Cur ais votum eſſe *Promiſſionem*?

R. Ut diſtinguatur votum a ſimplici propoſito; verbi gratia, mente propono captivos viſitare, hoc propoſitum differt a promiſſione. Hæc enim obligationem importat, non illud. (A) Aliud eſſet ſi dicerem, Promitto, vel voveo me acceſſurum ad captivos.

A

I. Cur ais votum eſſe promiſſionem *de meliori bono*?

R. De meliori bono, id eſt, de re quam melios ſit facere quam omittere; quæ proinde bona ſit & Deo grata: alioqui obligatio voti nulla eſt, & tali voto non ſanctificaretur, ſed pollueretur nomen Dei; verbi gratia, Impius eſſet qui diceret, Voveo me die craſtina adfuturum ludis Theatralibus: voveo me ſumpturum ultionem ab inimico, &c. Deo ſiquidem *diſplicet infidelis & ſtulta promiſſio*. (B)

Eccleſ. 5. 3. B

Debet ergo votum fieri de re bona & juſta; ſive illa jam lege præcepta ſit, ut tempore quadrageſimæ jejunare, numquam mentiri; tuncque rei illius obligatio duplex ea nimirum quæ ex præcepto oritur, & ea quæ ex voto. Sive res promiſſa conſilium ſit majoris perfectionis, non præceptum, verbi gratia ſervare continentiam, qualibet ſexta feria jejunare, &c.

I. Cur ais votum eſſe promiſſionem Deo factam?

R. Quia proprie loquendo, ſoli Deo vota nuncupantur.

I. Numquid & Sanctis vota noncupantur?

R. Si juxta ſtrictam verborum ſignificationem loquamur, nulla Sanctis vota nuncupantur, ſed Deo ſolum vovemus aliquid in honorem Sanctorum faciendum. Hoc autem priſco ritu Sanctis vovere dicitor.

I. Eſtne mos ille antiquus quo in Sanctorum honorem vota nuncupantur?

R. Antiquiſſimus eſt, ut conſtat ex Theodoreto, Palladio, S. Paulino Nolano, qui quinto ſæculo vixere; S. Gregorio Turonenſi, qui ſexto ſæculo. Plures referre facile eſſet. (C)

C

I. Cur ais votum eſſe promiſſionem *deliberatam*?

R. Id eſt promiſſionem factam ab eo qui novit omnia quæ ad votum pertinent, illaque cum plena & libera voluntatis determinatione promittit.

Adeoque nulla ſunt vota emiſſa ante plenum rationis uſum: nulla ſunt ea quæ fiunt ex metu cadente in conſtantem virum: nulla ſunt ea quæ non ſunt omnino libere nuncupata: nulla ſunt ea quæ fiunt ab illis qui non habent ſui poteſtatem. Hæc omnia fuſius explico.

Ante completum annum ſextum decimum non poteſt quis emittere votum ſolemne religionis.

Non

(A) *Decret.* GREGOR. IX. *Lib.* 3. *tit.* 34. *capit.* 3. Litteraturam tuam ...... Dum ex quadam minutione nimio fuiſſes mortis pavore perterritus; hæc verba protuliſti, Non diu hic morabor: proponens in animo quod religionis habitum eſſes aliquando ſuſcepturus ...... Tibi igitur reſpondemus, quod ſi plus non eſt in voto proceſſum, transgreſſor judicari non poteris, ſi non impleas quod dixiſti.

(B) DEUT. xxiii. 18. Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud eſt quod voveris: quia abominatio eſt utrumque, ad Dominum Deum tuum.

(C) THEODORET. *Lib.* 8. *ad Græcos*. *Vide ſupra* §. 3. *c.* 2. *hujuſce Partis litt.* (H)

PALLAD. *Hiſtor. Lauſiaca cap.* 113. *in fine*, *pag.* 108. *Biblioth. PP. Græc. edit. Pariſ. in fol. ann.* 1624. Is (Philoromus Presbyter) pedeſtri itinere venit Romam usque ad orandum in martyrio Sanctorum Petri & Pauli. Pervenit autem etiam usque ad Alexandriam cum voviſſet, in Martyrium venerandi athletæ Marci. Dignus autem, inquit, ſum habitus, qui voti gratia, his propriis pedibus venirem Hieroſolymam ad honoranda loca ſancta, & ipſe mihi ſuppeditavi impenſas.

S. PAULINUS *Poemate* XII. *de S. Felice* 1. *v.* 13. V. *Sæc. florebat*.

Hunc liceat celebrare diem, pia reddere coram
Vota.

Poemat. XIII. *de S. Felice* 2. *v.* 9.

Coram vota tibi, coram mea corda dicavi...
Inter dura vitæ, vitæque incerta vocavi.

Poemat. XV. *alias* XIX. *de S. Felice* IV. *v.* 1.

Annua vota mihi remaneant, ſimul annua linguæ
Debita.

S. GREGOR. TURON. *Hiſtor. Francor. Lib.* 2. *c.* 37. Domino gratias agentes, & vota beato confeſſori (Martino) promittentes.

Lib. 3. *de mirac. S. Mart. cap.* 56. (Mulier infirma B. Martini) baſilicam expetivit, ibique fideliter orans, directis manibus ſanata diſceſſit; vovitque ut

per

Digitized by Google

Non poſſunt impuberes, id eſt, pueri ante annum quartum decimum, & puellæ ante duodecimum, obſtringere ſe voto ſimplici in perpetuum, ſine conſenſu parentum vel tutorum.

Non poteſt uxor repugnante marito vovere ea quæ œconomiam familiæ turbarent, verbi gratia, peregrinationes voti cauſa ſuſcipere, nocte ſurgere ad orandum &c. Sed poteſt ea vovere inſcio marito quæ nihil impediunt cetera officia domeſtica, verbi gratia, Sacramentorum ſuſceptionem, abſtinentiam a ludo & a prophanis ſpectaculis. Idem eſto de ſervo, qui præter voluntatem domini voveret aliquid quod ſtare non poſſet cum debito miniſterio.

Tenentur tamen hi omnes lege voti, ubi acceſſit conſenſus vel expreſſus, vel tacitus illius per-
D ſonæ ſub cujus poteſtate ſunt. (D) Si quid ea de re dubii occurrat, conſulendi ſunt periti & integri conſcientiæ moderatores.

Quidquid hactenus diximus fundamentum habet in jure naturali, divino, & canonico.
E (E)

I. Quot ſunt ſpecies votorum?

R. Plures numerantur. Eſt enim votum, 1. vel abſolutum vel conditionatum. 2. Vel perſonale, vel reale, vel mixtum. 3. Vel ſimplex, vel ſolemne.

Votum abſolutum illud eſt quod a nulla conditione pendet.

Conditionatum illud eſt quod pendet a conditione, verbi gratia, voveo me daturum pauperibus centum aureos, ſi pater ægrotus convaleſcat, non teneor lege voti antequam pater convaluerit.

Votum perſonale illud eſt quod ſolam perſonam voventem obligat, verbi gratia, voveo jejunium, peregrinationem piam. Perſonaliter obligor: nec obligatio tranſit in hæredes, ſi votum impletum a me non ſit.

Reale illud eſt cujus obligatio realis eſt non perſonalis: verbi gratia, voveo me centum aureos erogaturum captivis: voti materia realis eſt, ejuſque obligatio tranſit in hæredes, ſi nondum a me dum viverem impletum eſt votum.

Mixtum illud eſt cujus obligatio realis eſt ſimul & perſonalis; verbi gratia, voveo me peſte laborantibus affuturum & perſonali miniſterio & centum aureis. Hujus voti obligatio qua perſonalis eſt ad me ſolum ſpectat, qua realis ſpectat & ad hæredes niſi ſatisfecerio.

Vota ſolemnia ea ſunt quæ in Religione ab Eccleſia approbata ſolemniter emittuntur, coram legitimo Superiore, poſt completum ſaltem novitiatus annum.

Vota ſimplicia ea ſunt quæ ſolemniter ab Eccleſia non recipiuntur.

I. Debetne quivis facile vovere?

R. Votum nullum emittendum eſt niſi præhabito gravi & maturo conſilio: ut ait Scriptura, *melius eſt non vovere, quam poſt votum promiſſa* Eccleſ. 5. 4
non reddere.

I. Peccatne qui votum ſemel emiſſum non implet?

R. Peccat graviter. *Si quis votum Domino vo-* Num. 30. 3
verit ... non faciet irritum votum ſuum, ſed omne quod promiſit implebit. (F) F

I. Si

per ſingulos menſes, una hebdomada ad ſanctum templum veniens, debeat Deo & beato antiſtiti deſervire.

(D) NUMER. XXX. 3. Si quis virorum votum Domino voverit, aut ſe conſtrinxerit juramento: non faciet irritum verbum ſuum, ſed omne quod promiſit implebit. 4. Mulier ſi quidpiam voverit, & ſe conſtrinxerit juramento quæ eſt in domo patris ſui, & in ætate adhuc puellari: ſi cognoverit pater votum quod pollicita eſt, & juramentum quo obligavit animam ſuam, & tacuerit, voti rea erit. 5. Quidquid pollicita eſt & juravit, opere complebit. 6. Sin autem, ſtatim ut audierit contradixerit pater: & vota & juramenta ejus irrita erunt, nec obnoxia tenebitur ſponſioni, eo quod contradixerit pater. 7. Si maritum habuerit, & voverit aliquid, & ſemel de ore ejus verbum egrediens animam ejus obligaverit juramento: 8. Quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddetque quodcumque promiſerat. 9. Sin autem audiens ſtatim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes ejus, verboque quibus obſtrinxerat animam ſuam propitius erit ei Dominus. 10. Vidua & repudiata quidquid voverit, reddent. 11. Uxor in domo viri cum ſe voto conſtrinxerit & juramento, 12. ſi audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit reſponſioni, reddet quodcumque promiſerat. 13. Sin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promiſſionis rea: quia maritus contradixerit, & Dominus ei propitius erit. 14. Si voverit, & juramento ſe conſtrinxerit, ut per jejunium vel ceterarum rerum abſtinentiam affligat animam ſuam, in arbitrio viri erit, ut faciat, ſive non faciat. 15. Quod ſi audiens vir tacuerit, & in alteram diem diſtulerit ſententiam, quidquid voverat, atque promiſerat, reddet: quia ſtatim ut audivit tacuit. 16. Sin autem contradixerit poſtquam reſcivit, portabit ipſe iniquitatem ejus.

(E) S. AUG. *Epiſtol.* 127. *alias* 45. *Armentario & Paulinæ num.* 9. Una ſola eſſe cauſſa poſſet, qua te id quod voviſti, non ſolum non hortaremur, verum etiam prohiberemus implere, ſi forte tua conjux hoc tecum ſuſcipere animi ſeu carnis infirmitate recuſaret. Nam & vovenda talia non ſunt a conjugatis, niſi ex conſenſu & voluntate communi: & ſi præpropere factum fuerit, magis eſt corrigenda temeritas, quam perſolvenda promiſſio. Neque enim Deus exigit, ſi quis ex alieno aliquid voverit; ſed potius uſurpare vetat alienum. Divina quippe de hac re per Apoſtolum eſt prolata ſententia: *Uxor non* 1. Cor. 7. 4
habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir; ſimiliter & vir non habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier.

Decretal. GREG. IX. *Lib.* 3. *tit.* 34. *cap.* 2. Veniens ad nos R. narratione accepimus, quod in puerili ætate conſtitutus Hieroſolymam diſpoſuit proficiſci: Cuidam quoque, qui ſepulchrum dominicum propoſuerat viſitare, fidem dedit & ſuam recepit ab eo, quod ſibi invicem in via ſocii fideles exiſterent.... Nos autem ipſum a voto, QUOD IN ÆTATE TENERA FACILITATE POTIUS, QUAM EX ARBITRIO DISCRETIONIS PROMISIT abſolvimus: ita tamen quod idem votum eleemoſynis redimat, & juxta conſilium noſtrum toto vitæ ſuæ tempore uni pauperum Chriſti (dummodo ad hoc ſuæ facultates ſufficiant.) debeat providere.

(F) DEUTERON. XXIII. 21. Cum voto voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret eum Dominus Deus tuus, & ſi moratus fueris reputabitur tibi in peccatum. 22. Si nolueris polliceri, abſque peccato eris. 23. Quod autem ſemel egreſſum eſt de labiis tuis, obſervabis, & facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo: & propria voluntate, & ore tuo locutus es.

PROV. XX. 25. Ruina eſt homini devorare ſanctos, & poſt vota retractare.

ECCLES. V. 3. Si quid voviſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio: Sed quodcumque voveris, redde: 4. Multoque melius eſt non vovere, quam poſt votum promiſſa non reddere.

S. AUG. *In Pſ.* CXXXI. *n.* 3... Nemo præſumat viribus ſuis ſe reddere quod voverit. Qui te exhortatur ut voveas, ipſe adjuvat ut reddas.

Enarrat. in Pſalm. CXXXI. *num.* 2. *Vovete, & reddite Domino Deo veſtro. Melius eſt autem non vovere,* Pſal. 75. 12 Eccleſ. 5. 4
quam vovere & non reddere. Sed debet eſſe impiger animus, ut & voveat, & reddat, ne cum ſe minus idoneum putat ad reddendum, piger ſit ad vovendum. Plane numquam reddet, ſi de ſuo ſe putaverit redditurum.

Epiſt. 127. *alias* 64. *Armentario & Paulinæ, num.* 6. Reddite igitur quod voviſtis, quia vos ipſi eſtis, &

ei

I. Si quis forte implere prorſus nequit quod vovit, quid tunc ei faciendum?

R. Tunc adeundus Antiſtes, vel qui Prælati officio fungitur, isque prout magis expedire judicaverit vel votum commutat, vel ab ejus obſervatione diſpenſat.

I. Ergo poteſt obtineri quandoque diſpenſatio voti?

R. Poteſt. Rem ſic explicat S. Thomas. *Qui vovet, quodammodo ſibi ſtatuit legem, obligans ſe ad aliquid quod eſt ſecundum ſe, & ut in pluribus, bonum. Poteſt tamen contingere quod in aliquo caſu ſit vel ſimpliciter malum, vel inutile, vel majoris boni impeditivum; quod eſt contra rationem ejus quod cadit ſub voto. Et ideo neceſſe eſt quod determinetur in tali caſu votum non eſſe ſervandum. Et ſiquidem abſolute determinetur aliquod votum non eſſe ſervandum, dicitur eſſe diſpenſatio voti; ſi autem pro hoc quod ſervandum erat, aliquid aliud imponatur, dicitur commutatio voti. Unde minus eſt votum commutare, quam in voto diſpenſare. Utrumque tamen in poteſtate Eccleſiæ conſiſtit.* Quia nimirum ferre ea de re judicium ad Eccleſiam pertinet, nec poteſt qui vovit ipſe judex eſſe in propria cauſa. (G) G

I. Penes quos in Eccleſia poteſtas eſt vota commutare vel de illis diſpenſare?

R. Penes eos ad quos conceſſa a Domino eſt poteſtas ligandi & ſolvendi, ſervato tamen ordine Juriſdictionis ab Eccleſia conſtituto, & juxta limites unicuique præſcriptos. Itaque hanc habet ſummus Pontifex poteſtatem in univerſa Eccleſia; quia extendit ſe per totum orbem ejus juriſdictio. Poſſunt Epiſcopi in ſua quisque Diœceſi diſpenſare in votis, quorum diſpenſatio non reſervatur ad ſummum Pontificem: horum diſpenſatio ſic reſervatur ad Epiſcopos, ut nulli Presbytero competat, niſi acceperit ad hoc facultatem ſpecialem. (H) H

I. Quandonam vel poſtulari vel concedi debet diſpenſatio vel commutatio voti?

R. Quando urget gravis neceſſitas vel utilitas;

---

ei vos redditis a quo eſtis; reddite obſecro. Neque enim quod redditis, reddendo minuetur, ſed potius ſervabitur & augebitur. Benignus enim exactor eſt, non egenus; & qui non creſcat redditis, ſed in ſe creſcere faciat redditores. Huic ergo quod non redditur, perditur: quod autem redditur, reddenti additur: immo vero in eo cui redditur, ipſe reddens ſervatur. Idipſum quippe erit redditum & redditor, quia id ipſum erat debitum & debitor.

N. 8. Quia jam voviſti, jam te obſtrinxiſti, aliud tibi facere non licet. Priusquam eſſes voti reus, liberum fuit, quo eſſes inferior: quamvis non ſit gratulanda libertas, qua fit ut non debeatur, quod cum lucro redditur. Nunc vero quia tenetur apud Deum ſponſio tua, non te ad magnam juſtitiam invito, ſed a magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris, ſi non feceris quod voviſti, qualis manſiſſes, ſi nihil tale voviſſes. Minor enim tunc eſſes, non pejor. Modo autem tanto, quod abſit, miſerior, ſi fidem Deo fregeris, quanto beatior, ſi perſolveris. Nec ideo te voviſſe pœniteat, immo gaude jam tibi non licere, quod cum tuo detrimento licuiſſet. Aggredere itaque intrepidus, & dicta imple factis: ipſe adjuvabit, qui vota tua expetit. Felix eſt neceſſitas, quæ in meliora compellit.

Lib. de bono viduit. c. 11. *n.* 14. Quapropter non poſſum quidem dicere a propoſito meliore lapſas, ſi nupſerint, feminas, adulteria eſſe, non conjugia: ſed plane non dubitaverim dicere, lapſus & ruinas a caſtitate ſanctiore, quæ vovetur Domino, adulteriis eſſe pejores. Si enim quod nullo modo dubitandum eſt, ad offenſionem Chriſti pertinet, cum membrum ejus fidem non ſervat marito; quanto gravius oſtenditur, cum illi ipſi non ſervatur fides, in eo quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum? Cum enim quisque non reddit, quod non imperio compulſus, ſed conſilio commonitus vovit; tanto magis fraudati voti auget iniquitatem, quanto minus habuit vovendi neceſſitatem... Bonum ergo continentiæ vidualis luculentius decet, cum pro illo vovendo & profitendo poſſunt contemnere feminæ quod & libet & licet. Sed poſt voti profeſſionem perſeveranter frenandum & vincendum eſt quod libet, quia jam non licet.

Serm. 260. *alias de diverſis* 11. *in fine*. Quicumque continentiam voviſtis, reddite quod voviſtis: quia non exigeretur, ſi non voviſſetis.

S. INNOCENTIUS Papa I. *Epiſtola* 2. *ad Victricium Epiſcopum Rothomagenſem, quam reperire eſt tom.* 2. *Concil. Labbei, num.* 12. *col.* 1252. Quæ Chriſto ſpiritualiter nupſerunt, & velari a Sacerdote meruerunt, ſi poſtea vel publice nupſerint, vel ſe clanculo corruperint, non eas admittendas eſſe ad agendam pœnitentiam, niſi is, cui ſe junxerant, de ſæculo receſſerit. Si enim de omnibus hæc ratio cuſtoditur, ut quæcumque vivente viro alteri nupſerit, habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, niſi unus ex eis fuerit defunctus: quanto & illa magis tenenda eſt, quæ ante immortali ſe ſponſo conjunxerat, & poſtea ad humanas nuptias tranſmigravit?

N. 13. Hæ vero quæ nondum ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito virginali ſemper manere promiſerant, licet velatæ non ſint, ſi forte nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt, quia ſponſio earum a Deo tenebatur. Nam ſi inter homines ſolet bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolvi, quanto magis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepegerit virgo, ſolvi ſine vindicta non debet? Nam ſi Apoſtolus Paulus quæ a propoſito viduitatis diſceſſerunt, dixit eas *habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt*, quanto magis virgines, quæ prioris promiſſionis fidem frangere ſunt viſæ? 1. *Tim.* 5. 12.

Decretal. GREG. IX. *Lib.* 3. *tit.* 34. *cap.* 6. *Innocent.* III. *Andreæ Duci*. Licet univerſis liberum ſit arbitrium in vovendo, uſque adeo tamen ſolutio neceſſaria eſt poſt votum, ut ſine proprio ſalutis diſpendio alicui non liceat reſilire. Accepimus ſiquidem, quod cum Rex Hungariæ pater tuus agens in extremis, votum quod voverat Domino Hieroſolymitanam Eccleſiam, in forti manu, humili corde viſitare, ſub interminatione maledictionis paternæ commiſerit tuæ fidei exequendum, & tu aſſumpto crucis ſignaculo, te id impleturum ſine dilatione qualibet promiſiſti... Mandamus quatenus poſtpoſitis ceteris ſollicitudinibus, uſque ad feſtum exaltationis ſanctæ crucis, debitum acceptæ crucis exolvens, propoſitum iter arripias, & humiliter proſequaris. Ne ſi onus tibi a patre injunctum & a te ſponte ſuſceptum occaſione qualibet detrectaveris:... Sciturus ex tunc anathematis te vinculo ſubjacere.

(G) S. THOM. 2. 2. *q.* 88. *art.* 10. *in corp.* Minus eſt votum commutare, quam in voto diſpenſare: utrumque tamen in poteſtate Eccleſiæ conſiſtit.

Ad 2. Dicendum quod ſicut ex jure naturali & præcepto divino tenetur homo implere votum; ita etiam tenetur ex iisdem obedire ſuperiorum legi vel mandato. Auctoritate ſuperioris diſpenſatio fit ut hoc quod continebatur ſub voto, non contineatur, in quantum determinatur, in hoc caſu hoc non eſſe congruam materiam voti. Et ideo cum Prælatus Eccleſiæ diſpenſat in voto, non diſpenſat in præcepto juris naturalis vel divini; ſed determinat id quod cadebat ſub obligatione deliberationis humanæ, quæ non potuit omnia circumſpicere.

(H) *Decret.* GREGORII IX. *Lib.* 3. *tit.* 34. *cap.* 1. De peregrinationis votis an eleemoſynis redimi poſſint, vel pro neceſſitate in aliud commutari, Reſpondemus quod ejus qui præſidet pendet arbitrio, ut conſideret diligentius qualitatem perſonæ & cauſam commutationis; ſcilicet an ex infirmitate, ſeu affluentia divitiarum, an alia cauſa probabili peregrinatio an recompenſatio melior fuerit, & Deo magis accepta: & ſecundum hoc debet exinde diſpenſare.

Cap. 5. Non eſt voti dicendus tranſgreſſor, qui quod vovit, auctoritate ſedis Apoſtolicæ diſtulit adimplere.

Cap. 8. Ex multa tuæ ſolicitudinis providentia:... ea conſultatione quam ad inquiſitionem tuam ſuper negotio cruce ſignatorum olim edidimus, viam inveniſti ad

Digitized by Google

litas: alioqui non tam diſpenſatio quam diſſipatio & prævaricatio dici debet, inquit ſanctus Bernardus. (I)

I

§. 3. *De Juramento & de Blaſphemia.*

I. Quid eſt juramentum?

R. Juſjurandum eſt aſſumptio divini teſtimonii ad confirmandum aliquid quod vel agimus, vel dicimus, vel promittimus. (A)

A

I. Cum per creaturas juratur verum eſt juramentum; tamen in hoc jurejurando non aſſumitur divinum teſtimonium: videtur ergo minus recta definitio quam affers.

R. Res omnes creatæ ad Deum earum creatorem pertinent, adeoque per Deum indirecte juratur quoties juratur per creaturas, ut Chriſtus ipſe aſſeruit. (B)

B

I. Quandonam jurejurando ſanctificamus nomen Dei? *Matt.* 5. 33

R. Cum juramus in veritate, in judicio, & in juſtitia. (C) C

In veritate juratur, cum juſjurandum adhibetur ad confirmandum veritatem.

In judicio, cum ad juſjurandum habetur ratio neceſſitatis & opportunitatis.

In juſtitia, cum ad confirmandam rem juſtam juratur.

Triplex hæc juriſjurandi conditio adeſt cum Reges & Principes fœdera pacis ineunt adhibito juramento; cum Magiſtratus interpoſito juramento promittunt ſe jus unicuique juxta legum placita dicturos; cum privati a Judicibus poſtulati jurant ad confirmationem veritatis. Sæpius juravit Apoſtolus; quin & Deus ipſe juravit non ſemel; ut hoc ſuo juramen-

alias quæſtiones, & utrum quod in ea dicitur jus conſtituat generale, ut paſſim Prælatis quibuslibet illos ſecundum formam expreſſam abſolvere liceat, qui eorum ſunt juriſdictioni commiſſi, ſolicite requiſiſti. Ad hoc igitur reſpondemus, quod in conſultatione noſtra jus editur: & licet ad quales, ad quos tamen ſpecialiter ſpectet ejus executio, nullatenus explicatur: illius autem ſolummodo jus hoc exequendum incumbit, qui ſuper hoc mandatum receperint a ſede Apoſtolica ſpeciale. Sic ergo illi eſt inquiſitioni reſponſum, qua conſequenter tua fraternitas requiſivit, de quibus religioſis intelligendum hoc eſſet, utrum ſcilicet ibi religioſi vocentur in tantum, qui Religionis habitum ſuſceperunt, quorum plures idiotæ ſunt & juris ignari, an Epiſcopi, qui ſicut dignitate præcellunt, ſic & Religione debent aliis præeminere, nam ad neutros illius executio juris ſpectat, niſi per Apoſtolicam ſedem eis ſpecialiter delegetur.

Vide quæ dicemus infra de caſibus reſervatis, *dum agemus* de Sacramento Pœnitentiæ, *part.* 3. *Sect.* 1. *cap.* 5. §. 23.

(I) S. AMBROS. *Lib.* 3. *de Officiis*, *c.* 12. *n.* 78. Neque unquam adducar ut credam non incaute principem promiſiſſe Jephte, ut immolaret Deo quidquid ſibi revertenti intra limen domus ſuæ occurreret, cum & ipſum voti pœnituerit ſui, poſtquam filia occurrit ſibi.
Judic. 11. 35. Denique conſcidit veſtimenta ſua, & dixit: *Heu me: filia mea, impediſti mihi, ſtimulus doloris facta es mihi.* Qui licet pio metu ac formidine acerbitatem duræ ſolutionis impleverit; tamen luctum annuum etiam poſteris deplorandum ſtatuit ac dereliquit. Dura promiſſio, acerbior ſolutio, quam neceſſe habuit lugere etiam ipſe qui fecit... Non poſſum accuſare virum qui neceſſe habuit implere quod voverat; ſed tamen miſerabilis neceſſitas quæ ſolvitur parricidio.

N. 79. Melius eſt non vovere, quam vovere id quod ſibi cui promittitur nolit exſolvi. Denique in Iſaac habemus exemplum, pro quo arietem Dominus ſtatuit immolari ſibi. Non ſemper igitur promiſſa ſolvenda omnia ſunt.

N. 81. Quæ (Jephte filia) ingemiſcenti patri dixit: Fac mihi ut exivit de ore tuo... Rediit ad pa-
Id. 36. trem, quaſi ad votum rediret, & voluntate propria cunctantem impulit, fecitque arbitratu ſpontaneo, ut quod erat impietatis fortuitum, fieret pietatis ſacrificium.

S. BERN. *De conſiderat. ad Eugen. PP. Lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 18... Prohibes diſpenſare? Non, ſed diſſipare. Non ſum tam rudis, ut ignorem poſitos vos diſpenſatores, ſed in ædificationem, non in deſtructionem. Denique quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur. Ubi neceſſitas urget, excuſabilis diſpenſatio eſt: ubi utilitas provocat, diſpenſatio laudabilis eſt. Utilitas, dico, communis, non propria. Nam cum nil horum eſt, non plane fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio eſt.

De præcepto & diſpenſatione, *cap.* 5. *n.* 11. Nil me Prælatus prohibeat horum quæ promiſi, nec plus exigat quam promiſi. Vota mea nec augeat ſine mea voluntate, nec minuat ſine certa neceſſitate: neceſſitas quippe non habet legem, & ob hoc excuſat diſpenſationem. Alioquin & abſque neceſſitate remiſſio voti, non diſpenſatio, ſed prævaricatio eſt: & reſtrictio contra voluntatem, murmur eſt, non profectus. Ponant ergo Præpoſiti metam obedientiæ ſubjectorum ex votis labiorum ipſorum, non ſuorum deſideriorum: monentes eos, non cogentes ad celſiora; condeſcendentes eis, cum neceſſe fuerit, ad remiſſiora; non cadentes cum eis.

S. THOMAS 2. 2. *qu.* 88. *art.* 12. *ad* 2. Quidam dixerunt quod ideo Prælati poſſunt in votis pro libito diſpenſare, quia in quolibet voto includitur conditionaliter voluntas Prælati ſuperioris.. Sed prædicta poſitio falſo innititur: quia cum poteſtas Prælati ſpiritualis, qui non eſt dominus, ſed diſpenſator, in ædificationem ſit data, & non in deſtructionem, ut patet 2. ad Corinth. x. ſicut Prælatus non poteſt imperare ea quæ ſecundum ſe Deo diſplicent, ſcilicet peccata: ita non poteſt prohibere ea quæ ſecundum ſe Deo placent, ſcilicet virtutis opera: & ideo abſolute poteſt homo ea vovere. Ad Prælatum tamen pertinet dijudicare quid ſit magis virtuoſum & Deo magis acceptum: & ideo in manifeſtis diſpenſatio Prælati non excuſaret a culpa: puta ſi Prælatus diſpenſaret cum alieno ſuper voto de ingreſſu religionis, nulla apparenti cauſa obſtante; ſi autem eſſet cauſa apparens per quam ſaltem in dubium verteretur, poſſet ſtare judicio Prælati diſpenſantis, vel commutantis: non tamen judicio proprio, quia ipſe non gerit vicem Dei; niſi forte in caſu in quo id quod voti eſſet manifeſte illicitum, & non poſſet opportune ad ſuperiorem recurrere.

(A) S. AUG. *Lib.* 1. *de Serm. Domini in monte*, *cap.* 17. *n.* 51. Jurat qui adhibet teſtem Deum.

(B) MATTH. v. *n.* 33. Dictum eſt antiquis: Non perjurabis: reddes autem Domino juramenta tua. 34. Ego autem dico vobis, non jurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei eſt; 35. neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus: neque per Jeroſolymam, quia civitas eſt magni Regis: 36. neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. 37. Sit autem ſermo veſter, Eſt, eſt; Non, non. Quod autem his abundantius eſt, a malo eſt.

JACOB. v. 12. Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. 13. Sit autem ſermo veſter, Eſt, eſt; Non, non: ut non ſub judicio decidatis.

S. AUG. *Lib.* 1. *de Serm. Dom. in Monte*, *cap.* 17. *n.* 52. Itaque Dominus docet nihil eſſe tam vile in creaturis Dei, ut per hoc quisque pejerandum arbitretur: quando a ſummis uſque ad ima divina providentia creata regantur, incipient a throno Dei uſque ad capillum album aut nigrum. Neque per cælum, inquit, quia thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum pedum ejus eſt: id eſt, cum juras per cælum aut terram, non te arbitreris non debere Domino juſjurandum tuum; quia per eum jurare convinceris cujus cælum thronus eſt, & cujus ſcabellum terra eſt... Domino juſjurandum debet qui per Jeroſolymam jurat... Ergo Deo debet juſjurandum ineffabiliter tenenti omnia & ubique præſenti, quisquis etiam per caput ſuum jurare voluerit.

(C) DEUTER. VI. 13. Per nomen illius [*nempe* Dei] jurabis.

PSALM. LXII. 12... Laudabuntur omnes qui jurant in eo.

ramento timorem incuteret, ſpem adderat, attentionem excitaret. (D) D

I. Quandonam jurejurando polluitur nomen Dei?

R. Nomen Dei polluitur vel jurejurando temerario, vel perjurio, vel blaſphemia.

I. Quid eſt jusjurandum temerarium?

R. Temerarium eſt jusjurandum, cum vel una ex conditionibus ſupra poſitis deeſt; cum non juratur in veritate & judicio & juſtitia. PARS II. SECT. III. CAP. III. §. 3.

Itaqua ſi quis vel juret ad confirmandum mendacium, vel ſine neceſſitate, vel ad rei iniquæ confirmationem: temere juravit. (E) E

I. Quid eſt perjurium?

R. Per

ISAI. XIX. 18. Jurantes per Dominum exercituum.

JEREM. IV. 2. Et jurabis, vivit Dominus in veritate, & in judicio & in juſtitia.

S. AUG. *Serm.* 180. *alias* 28. *de verbis Apoſt. cap.* 3. *n.* 3. Ecce verum jura, non peccas: ſi verum juras, non peccas.

(D) GENES. XXII. 16. Per memetipſum juravi, dicit Dominus.

PSAL. XCIV. 11. Et iſti non cognoverunt vias meas: ut juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam.

Hæc refert PAULUS *Heb.* III. 11. *iisdem verbis.*

CIX. 4. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum.

HEBR. VI. 13. Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem juraret, majorem, juravit per ſemetipſum ... 16. Homines enim per majorem ſui jurant: & omnis controverſiæ eorum finis, ad confirmationem, eſt juramentum. 17. In quo abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis hæredibus immobilitatem conſilii ſui, interpoſuit jusjurandum.

ROM. I. 9. Teſtis enim mihi eſt Deus, qui ſervio in ſpiritu meo in Evangelio Filii ejus, quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio.

2. COR. I. 23. Ego autem teſtem Deum invoco in animam meam.

XI. 31. Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſæcula, ſcit quod non mentior.

GALAT. I. 20. Quæ autem ſcribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior.

PHIL. I. 8. Teſtis enim mihi eſt Deus: quomodo cupiam omnes vos in viſceribus Chriſti.

Matt. v. 34. S. AUG. *Lib. de Mendacio, cap.* 15. *n.* 28. *Ego autem dico vobis, non jurare omnino.* Juravit autem ipſe Apoſto-
Rom. I. 9. lus in Epiſtolis ſuis. Et ſic oſtendit quomodo accipien-
Cit. ſupra. dum eſſet quod dictum eſt, *Dico vobis, non jurare omnino*: ne ſcilicet jurando ad facilitatem jurandi veniatur, ne facilitate ad conſuetudinem, atque ita ex conſuetudine in perjurium decidatur. Et ideo non invenitur juraſſe, niſi ſcribens, ubi conſideratio cautior non habet linguam præcipitem. Et hoc utique a malo, ſicut dictum
Matt. v. 37. eſt, *Quod autem amplius eſt, a malo eſt*: non tamen ſuo, ſed eorum infirmitatis, quibus etiam ſic fidem facere conabatur ... Omnino ad hoc poſitum eſt, ut quantum in te eſt, non affectes, non ames, non quaſi pro bono cum aliqua delectatione appetas jusjurandum.

Lib. 1. *de Serm. Dom. in monte, c.* 17. *n.* 51. Juſtitia Phariſæorum eſt non pejerare: hanc confirmat qui vetat jurare ... Sicut enim falſum loqui non poteſt qui non loquitur, ſic pejerare non poteſt qui non jurat ... Ita ergo intelligitur præcepiſſe Dominum ne juretur, ne quiſquam ſicut bonum appetat jusjurandum, & aſſiduitate jurandi ad perjurium per conſuetudinem delabatur. Quapropter qui intelligit, non in bonis, ſed in neceſſariis jurationem habendam, refrænet ſe quantum poteſt, ut non ea utatur, niſi neceſſitate, cum videt pigros eſſe homines ad credendum, quod eis utile eſt credere, niſi juratione firmentur. Ad hoc itaque pertinet quod ſic dicitur, *Sit autem ſermo veſter,* Ibid.
Eſt, eſt: Non, non: hoc bonum eſt, & appetendum. *Quod autem amplius eſt, a malo eſt*: id eſt, ſi jurare cogeris, ſcias de neceſſitate venire infirmitatis eorum, quibus aliquid ſuades: quæ infirmitas utique malum eſt ... Itaque non dixit, Quod autem amplius eſt, malum eſt; tu enim non malum facis, qui bene uteris juratione, quæ etſi non bona, tamen neceſſaria eſt, ut alteri perſuadeas quod utiliter ſuades: ſed, *A malo eſt*, illius cujus infirmitate jurare cogeris. Sed nemo novit, niſi qui expertus eſt quam ſit difficile & conſuetudinem jurandi extinguere, & numquam temere facere, quod nonnumquam facere neceſſitas cogit.

Serm. 180. *alias* 18. *de verbis Apoſt. cap.* 2. *n.* 2. Invenimus juraſſe Sanctos, juraſſe primitus ipſum Dominum,
Pſal. 109. 4. in quo non eſt omnino peccatum: *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Æternitatem Sacerdotii Filio cum
Gen. 22. 16. juratione promiſit. Habes etiam, *Per memetipſum juro, dicit Dominus.* Et illud juratio eſt, *Vivo ego, dicit Dominus.* Quomodo homo per Deum, ſic Deus Num. 15. 28.
per ſeipſum.

Cap. 4. *n.* 4. Si peccatum eſſet juratio, nec in veteri Lege diceretur, *Non perjurabis, reddes autem Domino jusjurandum tuum.* Lev. 19. 12.

Cap. 5. *n.* 5. Ut noveritis verum jurare non eſſe peccatum, invenimus & Apoſtolum Paulum juraſſe: *Quotidie morior, per veſtram gloriam, fratres* ... per veſtram gloriam, juratio eſt ... Et alio loco juratio prorſus certa & expreſſa, *Teſtem Deum invoco ſuper animam meam* .... Et alio loco ad Galatas: *Quæ autem ſcribo vobis, ecce coram Deo quia non mentior.* 1. Cor. 15. 31. 2. Cor. 1. 23. Galat. 1. 20.

Cap. 9. *n.* 10. Quantum ad me pertinet, juro; ſed quantum mihi videtur, magna neceſſitate compulſus. Cum video non mihi credi niſi faciam ... cum magno timore dico, Coram Deo; aut, Teſtis eſt Deus; aut, Scit Chriſtus ſic eſſe in animo meo: ... & video quia amplius
Mat. 5. v. 37. eſt quam, Eſt, eſt; Non, non. *Sed quod amplius eſt, a malo eſt*, & ſi non a malo jurantis, a malo eſt non credentis ... Sed tamen aliud habet humana peſſima conſuetudo, & cum tibi creditur, juras; & cum nemo exigit, juras; & horrentibus hominibus, juras: non taces jurando, vix es ſanus non perjurando .... Noli dicere, Non juro, ſi forte exigitur. A malo eſt enim quod facis, ſed illius qui exigit. Nam tu quomodo te purgas non habes, quomodo ſatisfacias negotio quod inſtat, non invenis. Sed aliud eſt, cum exigitur juratio; aliud, cum offertur: & hoc ipſum quod offertur, aliud cum offertur non credenti; aliud cum ventilatur & credenti.

CONCIL. TOLET. *ann.* 653. *c.* 2. Si atteſtante veritate, propter profanationem perjurii evitandam prohibetur omnino jurare, cum dicitur: *Sit ſermo veſter, Eſt, eſt; Non, non: quod autem plus his eſt, a malo eſt*: quomodo impunitum erit, nomen tantæ gloriæ voluntarie profanaſſe, dum in eo tanta fides dignoſcitur interiſſe? Ibid.
Vel quatenus pacis fœdera in gentium diſſidia ligabuntur, ſi non juramenti pacta ſanctiori integritate ſerventur? Etenim omne quod in pacis fœdere venit, tunc ſolidius ſubſiſtit, cum juramenti hoc interpoſitio roborat. Sed & omne quod amicos amicorum conciliat, tunc fixius durat, cum eos ſacramenti vincula ligant. Omne etiam quod teſtis adſtipulat, tunc verius conſtat, cum id adjectio juramenti affirmat. Quod ſi & teſtis deficiat, innocentis fidem ſola jurisjurandi taxatio manifeſtat. Hinc & ut mentibus humanis divina voluntas panderet quod volebat, ne labens fragilitas pro incerto teneret, quod inviolatæ veritatis promiſſio exprimebat, per Iſaiam loquitur, dicens: *Ego Dominus, & non alius, in meipſum juravi.* Si ergo tantæ inſtitutionis limite ſunt Iſai. 45. 22. 23.
votiva juramenta ſervanda, quis alienorum a veritate hæc adſtruat execrabiliter violanda? Stabunt ergo ſacræ veritatis vivida juſſa, nec vana profanatione erunt aliquatenus temeranda.

(E) S. HIERON. *in cap.* 4. *Jeremiæ, initio pag.* 546. *edit. BB.* Animadvertendum quod jusjurandum hos habeat comites, veritatem, judicium, atque juſtitiam; ſi iſta defuerint, nequaquam erit juramentum, ſed perjurium.

S. AUG. *Lib.* 19. *contra Fauſtum, c.* 23. Quia pejerare grave peccatum eſt; non jurare autem, ſicut verum jurare, nullum peccatum eſt. Sed longius remotus eſt a falſum jurando, qui nec jurare conſuevit, quam qui verum jurare proclivis eſt. Maluit & nos Dominus & non jurantes non recedere a vero, quam verum jurantes propinquare perjurio. Itaque & Apoſtolus in ſermonibus, quos habuiſſe narratur, nunquam juravit, ne jurandi conſuetudine aliquando vel neſcius in perjurium laberetur. In ſcriptis autem pluribus locis juraſſe invenitur, ne quiſquam putaret etiam verum jurando peccari, ſed potius intelligeret, humanæ fragilitatis corda non jurando tutius a perjurio conſervari.

Cap. 25. Sicut in jurando, etiam qui verum jurat, propinquat perjurio, unde longe abeſt qui omnino non jurat, & quamvis non peccet qui verum jurat, remotior tamen a peccato eſt qui non jurat; unde admonitio non jurandi, conſervatio eſt a peccato perjurii ...

Digitized by Google

R. Perjurium vel eſt jusjurandum falſum, injuſtumve; vel violatio jurisjurandi legitimi. (F)

I. Si quis vel falſo, vel ſine neceſſitate, vel inique juravit, teneturne rem ſic juratam implere?

R. Si

F

Serm. 180. *alias* 28. *de verbis Apoſt. c.* 3. *n.* 3. Vis ergo longe eſſe a perjurio? Jurare noli. Qui enim jurat, aliquando verum jurare poteſt ... Qui autem non jurat, mendacium jurare nunquam poteſt ... Ne ergo mendacium jures, noli jurare. Ipſa eſt anguſtia, perjurium præcipitium.... Peccat & graviter qui injurat; non peccat qui verum jurat: ſed nec ille peccat qui omnino non jurat. Sed qui non jurat & non peccat, longe eſt a peccato: qui autem verum jurat non peccat, ſed prope eſt ad peccatum...

Cap. 4. n. 4. Damno falſam jurationem. Falſa juratio, exitioſa eſt; vera juratio periculoſa eſt; nulla juratio ſecura eſt...

Cap. 7. n. 8. Jurare non eſt peccatum; ſed falſam jurare, peccatum eſt.

Cap. 8. *n.* 9. Jurare pejus eſt quam furari? Jurare pejus eſt quam adulterare? Jurare pejus eſt quam hominem occidere? Abſit. Hominem occidere, adulterare, furari, peccatum eſt, jurare non eſt peccatum; ſed falſum jurare, peccatum eſt. Quare ergo, ait Jacobus, *Ante omnia, nolite jurare*. Iſto verbo quo ait ante omnia, cautos fecit adverſus linguam noſtram. Jac. v. 12. *Ante omnia* ait, ut attendatis præ ceteris, ut vigiletis ne ſubrepat vobis conſuetudo jurandi ... Levavit te ſuper vetera, unde tu attendas... *Ante omnia*, ut te adverſus conſuetudinem intentiſſimum redderes, ut omnia tua inſpiceres, omnes motus linguæ tuæ diligentiſſime cuſtodires, eſſes cuſtos malæ conſuetudinis tuæ ad eam conſtringendam.

Cap. 9. n. 11. Tene ergo linguam & conſuetudinem, quantum potes... Et ipſe qui exigit jurationem multum intereſt, ſi neſcit illum falſum juraturum, an ſcit. Si enim neſcit, & ideo dicit, Jura mihi, ut fides ei fiat; non audeo dicere non eſſe peccatum, tamen humana tentatio eſt. Si autem ſcit eum feciſſe, novit feciſſe, vidit feciſſe, & cogit jurare, homicida eſt. Ille enim ſuo perjurio ſe perimit: ſed iſte manum interficientis & expreſſit & preſſit... Chriſtiano non licet jurare; quando ab illo exigitur jusjurandum non licet jurare, Chriſtianus ſum, non mihi licet .... Iſtam ergo conſuetudinem quotidianam, crebram, ſine cauſa, nullo extorquente, nullo de tuis verbis dubitante, jurandi avertite a vobis, amputate a linguis veſtris, circumcidite ab ore veſtro.

Cap. 11. *num.* 12. Tantum mali habet juratio, ut qui lapides colunt, timeant falſum jurare per lapidem: tu non times Deum præſentem, Deum viventem, Deum ſcientem, Deum manentem, Deum in contemptorem vindicantem.

Cap. 12. n. 13... Qui per lapidem falſum jurat, perjurus eſt. Unde hoc dico? Quia multi & in hoc falluntur, & putant quia nihil eſt per quod jurant, non ſe crimine teneri perjurii. Prorſus perjurus es, quia per id quod ſanctum putas, falſum juras. Sed ego illud ſanctum non puto. Sanctum putat cui juras. Non enim quando juras tibi juras, aut lapidi juras; ſed proximo juras. Homini juras ante lapidem; ſed numquid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem: ſed punit te Deus fallentem.

THEODORET. *Quæſt.* 41. *in Exod.* Quidam prohiberi dicunt, ne quis res vanas, hoc eſt idola, numine Dei vocet: illi ne quis jurando mentiatur. Ego autem puto divinam legem ſtatuere, ne quis nomen Dei pronunciet ſine aliqua ratione, aut orandi, aut neceſſariæ cujuspiam occaſionis. Solent enim nonnulli etiam ludentes, & ridentes, ut inciderit, reverendum nomen Dei lingua proferre. Hoc arbitror divina lege prohiberi, Si enim conſueverunt multi pretioſiorem veſtem diebus feſtis reſervare, multo magis divinum nomen precibus atque docendi officio æquius eſt conſecrare ....

SALVIANUS *Lib.* 2. *de Gubernat. mundi*, *pag.* 79. *edit. Pariſ. in* 12. *ann.* 1617. Juſſit Salvator noſter, ut Chriſtiani homines non jurarent. Plures invenias qui ſæpius perjurent, quam qui omnino non jurent ...

Lib. 4. *pag.* 131. *mihi pag.* 148. Quis eſt omnino hominum ſæcularium præter paucos, qui non ad hoc ſemper Chriſti nomen in ore habeat, ut pejeret? Unde etiam pervulgatum hoc fere & apud nobiles, & apud ignobiles ſacramentum eſt, per Chriſtum; Per Chriſtum quia hoc facio; per Chriſtum quia hoc ago; per Chriſtum quia nihil aliud dicturus ſum; per Chriſtum quia nihil aliud acturus ſum ... ut Chriſti nomen non videatur jam ſacramentum eſſe, ſed ſermo. Nam in tantum apud plurimos nomen hoc parvipenditur, ut numquam minus cogitent quippiam facere, quam cum ſe jurant per Chriſtum eſſe facturos. Et cum ſcriptum ſit, Exod. 20. 7. *Nomen Domini tui non nominabis in vanum*, in id reverentia Chriſti decidit, ut inter ceteras ſeculi vanitates nihil pene jam inanius, quam Chriſti nomen eſſe videatur. Denique multi non otioſas tantammodo res & aniles; ſed etiam ſcelera quædam ſe jurant per Chriſti nomen eſſe facturos. Hic enim loquendi uſus eſt talibus: Per Chriſtum, quia tollo illud: per Chriſtum quia cædo illum: per Chriſtum, quia occido illum: ad hoc res cecidit, ut quod Chriſti nomine juraverint, putent ſe ſcelera etiam religioſe eſſe facturos.

(F) JOSUE IX. 20. Sed hoc faciemus eis (Gabaonitis) reſerventur quidem ut vivant, ne contra nos ira Domini concitetur, ſi pejeraverimus.

PSALM. XIV. v. 5. Qui jurat proximo ſuo & non decipit.

XXIII. 4... Qui non accipit in vano animam ſuam, nec juravit in dolo proximo ſuo.

S. BASIL. *Homil. in Pſalm.* XIV. *pag.* 71. *Qui jurat proximo ſuo & non decipit.* Quid hoc tandem eſt? Hic juramentum homini perfecto inter eas virtutes, quæ illum decent, concedi videtur; in Evangelio vero prorſus prohibetur... Quid igitur dicemus? Quod ubique Dominus tam in veteri quam in nova lege eamdem habet præceptionis conſiderationem. Cupit enim peccatorum effectibus occurrere, & a primis initiis malignitatem exſcindere. Ut enim vetus lex ait: *Non mœchaberis*, Dominus vero: Non concupiſces ... Sic Exod. 20. 14. itaque in hoc loco contentus abit Propheta juramento quod juſtum ſit ac rectum; Dominus vero vel occaſionem ipſam reſecat perjurii. Qui enim vel recte jurat, forte & is poſſit interdum falli: qui vero non jurat, periculum vitavit perjurii. Nominat item Propheta multis adeo locis juramentum immutabilem firmamque rei ac propoſiti cujuslibet confirmationem, ut eſt illud: *Juravi & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiæ tuæ* ... Pſal. 118. 106. Si & hic dictum eſſe poteſt illud, Qui jurat proximo & non decipit, hoc eſt, qui promiſſa affirmat proximo & non decipit, ut cum Servatoris dicto conveniat: *Sit* Matt. v. 37. *ſermo veſter, Eſt, eſt, Non, non*. De ejuſmodi rebus dum aſtruis & affirmas, annue: de his vero quæ non ita ſe habent, & ſi omnes homines adhortarentur & obſecrarent, numquam ullo pacto inducaris, ut contra naturæ veritatem affirmes. Non facta eſt res? Negatio ſequatur. Facta eſt? Conſenſu firmetur. Citra ullam verborum implicationem ad aliud reſpiciens ipſam per ſe veritatem ſtude te exprimere ſimplici ac nuda ejus aſſenſione. Qui vero ſic affirmanti minime crediderit, ipſe viderit: damnum ſentiet incredulitatis. Turpe enim & omnino ſtultum, ſeſe ut fide indignum accuſare, & ad juramenti ſecuritatem confugere.

S. AUGUST. *Epiſt.* 125. *alias* 224. *ad Alipium*, *n.* 3. Si certa mors intentaretur, ut aliquid illicitum, ac nefarium ſervus Dei ſe juraret eſſe facturum, mori malle quam jurare debuerat, ne jurationem ſcelere impleret .... Quis cenſeat propter incerta non dico damna, & quaslibet injurias corporales, ſed propter ipſam mortem cavendam, certum perjurium debere committi? ... Et adhuc in libris divinis inquirendum putamus, utrum aliquando licite pejeremus, ubi nobis ne jurandi facilitate in perjurium prolabamur etiam præceptum eſt ne juremus.

N. 4. Illud ſane rectiſſime dici non ambigo; non ſecundum verba jurantis, ſed ſecundum expectationem ejus cui juratur, quam novit ille qui jurat, fidem jurationis impleri. Nam verba difficillime comprehendunt, maxime breviter, ſententiam cujus a jurante fides exigitur. Unde perjuri ſunt, qui ſervatis verbis, expectationem eorum quibus juratum eſt deceperunt; & perjuri non ſunt, qui etiam verbis non ſervatis, illud quod ab eis cum jurarent expectatum eſt, impleverunt.

Epiſt. 126. *alias* 225. *ad Albinam*, *n.* 11. Denegare autem jurationem qualibet fide præditas mentes, quanto magis fide Chriſtiana, non dico aliquid contrarium confirmare, ſed omnino dubitare fas non eſt... Placet ne tibi, ut etiam certa morte imminente, quod tunc inaniter metuebatur, nomen Domini Dei ſui in fallaciam Chriſtianus aſſumat, Deum ſuum teſtem falſitati Chriſtia-

R. Si iniquum eſt, ſi malum quod adhibito jurejurando promiſit, peccavit jurando, & gravius peccaret adimplendo. (G)

G

Sin autem quis ſine neceſſitate juravit ad confirmationem rei veræ, temere juravit, adeoque peccavit jurando; ſed tenetur ſervare juramentum.

Simili ratione ſi quis non ſine neceſſitate nec pro re iniqua juravit, ſed tamen falſo juravit, quia jurejurando adhibito promiſit aliquid cum propoſito non adimplendi promiſſum, is graviſſimo perjurii crimine ſe obſtrinxit, & implere tenetur quod promiſit.

I. Quænam perjuriorum genera aliis graviora ſunt?

R. Illa ceteris graviora, quæ magis lædunt vel Deum vel proximum vel ipſum pejerantem; quæ adjunctam habent vel imprecationem

ſeu

ſtianus adhibeat? Qui profecto ſi propter jurationem ad falſum teſtimonium morte imminente cogeretur; maculare vitam ſuam magis timere debuit quam finire. Hoſtiles inter ſe acies & armatæ, certe apertiſſima mortis intentatione confligunt: & tamen cum invicem jurant, laudamus fidem ſervantes, fallentes autem merito deteſtamur. Ut autem jurarent, quid utræque ab alterutris niſi occidi vel capi timuerunt? Ac per hoc vel mortis, vel captivitatis metu extortæ jurationi niſi pareatur.... perjurii crimine detinentur, etiam tales homines qui magis metuunt pejerare quam hominem occidere: & nos utrum implenda ſit extorta juratio ſervorum Dei, munere ſanctitatis præeminentium, Monachorum ad perfectionem mandatorum Chriſti rerum etiam ſuarum diſtributione currentium, quaſi diſceptaturi ponimus quæſtionem?

N. 53. Expectatione eorum quibus juratur, quiſquis deceperit, non poteſt eſſe non perjurus.

Contra Mendacium ad Conſentium, c. 18. *n.* 37. Quid, quod vitæ hujus tales amatores, ut eam non dubitent præponere veritati, ne homo moriatur, immo ut homo quandoque moriturus aliquanto ſerius moriatur, non tantum mentiri, ſed etiam pejerare nos volunt, ut videlicet ne aliquanto citius tranſeat vana ſalus hominis, nomen Domini Dei noſtri accipiamus in vanum? Et ſunt in eis docti, qui etiam regulas figant fineſque conſtituant, quando debeat, quando non debeat pejerari. O ubi eſtis fontes lacrymarum? Et quid faciemus? Quo ibimos? Ubi nos occultabimus ab ira veritatis, ſi non ſolum negligimus cavere mendacia, ſed audemus inſuper docere perjuria? Viderint enim aſſertores defenſoreſque mendacii... qualia genera mentiendi eos juſtificare delectet: ſaltem in Dei cultu concedant non eſſe mentiendum; ſaltem ſe a perjuriis blaſphemiiſque contineant; ſaltem ubi Dei nomen, ubi Deus teſtis, ubi Dei ſacramentum interponitur, ubi de divina religione ſermo promitur ſive conſeritur, nemo mentiatur, nemo laudet, nemo doceat, & præcipiat, nemo juſtum dicat eſſe mendacium.

Serm. 180. *alias* 28. *de verbis Apoſt. cap.* 1. *numer.* 1. Perjurium peccatum eſſe, & grande peccatum nemo dubitat.

Cap. 2. *num.* 2. Homines falſum jurant, vel cum fallunt, vel cum falluntur. Aut enim putat homo, verum eſſe quod falſum eſt, & temere jurat: aut ſcit, vel putat falſum eſſe, & tamen pro vero jurat, & nihilominus cum ſcelere jurat. Diſtant autem iſta perjuria, quæ duo commemoravi. Fac illum jurare, qui verum putat eſſe, pro quo jurat: verum putat eſſe, & tamen falſum eſt. Non ex animo iſte perjurat, fallitur, hoc pro vero habet quod falſum eſt, non pro re falſa ſciens jurationem interponit. Da alium qui ſcit falſum eſſe, & dicit verum eſſe, & jurat tamquam verum ſit, quod ſcit falſum eſſe. Videtis quam iſta deteſtanda ſit bellua, & de rebus humanis exterminanda? Quis enim hoc fieri velit? Omnes homines talia deteſtantur. Fac alium, putat falſum eſſe, & jurat tamquam verum ſit, & forte verum eſt: ... perjurus eſt. Intereſt, quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit, niſi mens rea. Quis eſt autem qui non fallatur, etſi noluit fallere? Quis eſt homo cui non ſubrepat fallacia? Et tamen juratio ab ore non diſcedit, frequentatur: plura ſunt plerumque juramenta, quam verba. Si diſcutiat homo quotiens juret per totum diem, quotiens ſe vulneret, quotiens gladio linguæ ſe feriat & transfigat, qui in illo locus inveniatur ſanus? Quia ergo grave peccatum eſt pejerare, compendium tibi dedit Scriptura: Noli jurare.

Cap. 7. *n.* 8. . . Nemo perjurus impunitus, prorſus nemo, cum illo eſt pœna ſua... habet in ſecreto cordis ſui tortorem conſcientiæ ſuæ.

(G) S. Basil. *Epiſt.* 2. *canonica ad Amphilochium*, *can.* 29. Id quoque quod eſt jurare Principes quod ſubjectis male facturi ſint, magna medicina opus habet. Medela autem eorum eſt duplex: una quidem ut ipſi doceantur non facile jurare. Altera autem ne in malis judiciis perſiſtant. Quare qui ſe alteri malefacturum jurare anticipavit, quod ad juſjurandum nimium facilis fuerit, ſe pœnitere oſtendat, non autem pietatis prætextu ſuam improbitatem confirmet. Neque enim Herodi jurare profuit, qui ne pejeraret Prophetam occidit. Semel enim juſjurandum eſt prohibitum: multo autem magis conſentaneum eſt, id eſſe condemnatum, quod propter malum juratum eſt. Quare eum qui juravit pœnitere, non impietatem ſtudere confirmare oportet. Ejus enim abſurditatem fuſius exquire. Si quis ſe fratris oculos effoſſurum juraverit, eine honeſtum eſt hoc ad effectum deducere? Si quis ſe interfecturum, ſi quis omnino juraverit mandatum aliquod tranſgreſſurum? *Juravi enim & ſtatui*, non peccatum, *ſed ſervare judicia juſtitiæ tuæ*. Pſ. 118. 106
Quemadmodum autem mandatum eſt immutabilibus judiciis confirmandum, ita peccatum omnino infirmare & delere oportet.

S. Ambros. *Lib.* 1. *de Officiis miniſtror. cap.* 50. *num.* 264. Eſt etiam contra officium nonnunquam ſolvere promiſſum, ſacramentum cuſtodire: ut Herodes qui juravit quoniam quidquid petitus eſſet daret filiæ Herodiadis, & necem Johannis præſtitit, ne promiſſum negaret.

Lib. 3. *c.* 12. *n.* 76. Purum igitur ac ſincerum oportet eſſe affectum, ut unuſquiſque ſimplicem ſermonem proferat, vas ſuum in ſanctitate poſſideat, nec fratrem circumſcriptione verborum inducat, nihil promittat inhoneſtum: ac ſi promiſerit, tolerabilius eſt promiſſum non facere, quam facere quod turpe ſit.

N. 77. Sæpe plerique conſtringunt ſeipſos jurisjurandi ſacramento: & cum ipſi cognoverint promittendum non fuiſſe, ſacramenti tamen contemplatione faciunt quod ſpoponderunt: ſicut de Herode ſupra ſcripſimus; qui ſaltatrici præmium turpiter promiſit, crudeliter ſolvit. Turpe, quod regnum pro ſaltatione promittitur: crudele, quod mors Prophetæ pro jurisjurandi religione donatur. Quanto tolerabilius talis fuiſſet perjurium ſacramenti? Si tamen perjurium poſſet dici, quod ebrius inter vina juraverat, quod eviratus inter ſaltantium choros promiſerat. Infertur diſco Prophetæ caput; & hoc æſtimatum eſt fidei eſſe quod amentiæ fuit.

S. Aug. *Serm.* 308. *alias* 11. *ex additis a Pariſienſibus. In decollat. Joban. Baptiſtæ* 2. *cap* 1. *num.* 1.... Temere juravit ebrius lætitia, & delectatione ſaltantis; daturum ſe promiſit (Herodes) quidquid illa puella, quæ ſaltando placuerat, popoſciſſet. At ubi popoſcit rem crudelem, & nefariam, contriſtatus eſt quidem; videbat enim tantum ſcelus fieri: ſed poſitus inter jurationem ſuam, & puellæ petitionem, ubi videbat cruentum facinus, ibi rurſus timebat reatum perjurii; ne Deum offenderet perjurando, Deum offendit ſæviendo...

Cap. 2. *num.* 1. Tollite de ore veſtro temerarias jurationes, antequam veniatis ad iſtam conſuetudinem malam.

N. 2. Juravit ſanctus David eum (Nabal) occiſurum ſe eſſe. Erat enim armatus, & quod facile fuerat, & juſte facere ita perſuadente videbatur, incaute fudit jurationem, & cœpit ire, ut faceret quod juraverat. Occurrit Abigail uxor Nabal, & tulit ei neceſſaria quæ popoſcerat, ſuppliciter eum rogavit, flexit, & a mariti ſanguine revocavit. Juravit temere, ſed non implevit jurationem majore pietate... Ecce ſanctus David, non quidem iratus ſanguinem hominis fudit; ſed eum falſum juraſſe negare quis poterit? De duobus peccatis elegit minus: ſed minus fuit illud in comparatione majoris.

Salvianus *Lib.* 4. *pag.* 149. Quis unquam crederet usque in hanc contumeliam Dei progreſſuram eſſe humanæ cupiditatis audaciam, ut idipſum in quo injuriam Chriſto faciunt, dicant ſe ob Chriſti nomen facturos? O inæſtimabile facinus & prodigioſum. Quid non auſæ

ſint

ſeu maledictionem; cum, verbi gratia, quis ſeſe vel alios diris devovet; (H) vel blaſphemiam.

I. Quid eſt Blaſphemia?

R. Blaſphemia eſt verbum injurium & contume-
H liosum Deo vel Sanctis. (I)
I *Verbum injurium Deo*: id eſt, ut cum Theologis loquar, verbum quo vel tribuuntur Deo defectus aliqui, vel negantur ipſi perfectiones aliquæ: verbi gratia, blaſphemus eſſet qui negaret Deum eſſe juſtum, eſſe omnipotentem, eſſe veracem: blaſphemus eſſet qui diceret Deum eſſe auctorem peccati, eſſe mutationi obnoxium &c.

Quin & verba Sanctis contumelioſa inter blaſphemias deputantur; quia in Deum ipſum refunditur injuria Sanctis irrogata, quemadmodum & ad Deum refertur honos Sanctis exhibitus.

I. Eſtne blaſphemia grave peccatum?

R. Non eſt aliud fere gravius. Id patet ex pœnis adverſus blaſphemos quolibet tempore propoſitis. In lege Moſaica blaſphemi lapidibus ob-
ruebantur. (K) Centum viginti ſeptem Syriorum K
millia Deus morti addixit in ultionem verbi blaſ-
phemi quod dixerat Benadad Rex Syriæ. (L) Pro- L
pter prolatam a Sennacherib Aſſyriorum rege blaſphemiam perierunt una nocte ex ejus exercitu centum octoginta quinque millia ab Angelo ex-
terminati. (M) Tradidit Apoſtolus Hyme- M
næum & Alexandrum Satanæ, ut diſcerent non
blaſphemare. (N) Juxta veteres Franco- N
rum Regum ſanctiones debent blaſphemi exemplari traductione, quam Emendam honorariam vocant, infamari; inſuper & poſt linguam

ſint improbæ mentes? Armant ſe ad latrocinandum per Chriſti nomen, auctorem quodammodo ſuo ſceleri Deum faciunt: ut cum interdictor ac vindex malorum omnium Chriſtus ſit, dicant ſe ſcelus quod agunt agere pro Chriſto.

ISIDORUS *Lib. Sent.* 2. *c.* 31. Non eſt conſervandum ſacramentum quod male & incaute promittitur, velut ſi quiſpiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius eſt enim ſacramentum non implere, quam permanere in ſtupri flagitio.

Synonim. Lib. 2. In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incaute voviſti non facies, impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur...

CONC. TOLET. *ann.* 653. *cap.* 2... Hoſtilitatis vaſtitas nos jurare coegerat:.. tantam reperimus obligationis illic ineſſe cenſuram, ut macularum ſuarum nodoſitas, non tantum videtur prohibitionem dediſſe tranſgreſſionum, quantum concluſiſſe viſcera pietatum. Aderat enim, quod in utroque pavor agebat, & ne ſancti nominis profanatio fieret, & ne miſerationis operatio interiret: quia ex Dei nominis profanatione non aberat, quod tenebat; & ex prohibitione pietatis aderat, quod tædebat... Actum eſt vi potius neceſſitatis exortæ, quam deliberatione judicii, ut contra eoſdem, eiſdemque ſimillimos, cum omni fere populo acerrima juramenta daremus. Unde juraſſe nos per atteſtationem divinis nominis, conditio juramenti demonſtrat, & ne reſolvi queat, ſacræ Scri-
Exod. 20. 7. pturæ auctoritas inſtat: ſcribitur namque in Exodo: *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum: neque enim inſontem habebit Dominus eum, qui aſſumpſerit no-*
Lev. 19. 12 *men Domini Dei ſui fruſtra.* Item in Levitico: *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui. Ego Dominus.* At vero, quia illata preſſuratum acerbitas reſolvi poſſit ac debeat, tam vinculorum & lamentorum error inſinuet, quam eiuſdem auctoritatis dominicæ præcepta commendant. Etenim juxta veterem tranſlationem ita quoſdam per Iſaiam gravi exprobratione Dominus increpat, dicens: *Væ filiis deſertionis*, dicit Dominus: *Feciſtis conſilium non per me, & ſponſionem non per ſpiritum meum, adjicere peccatum ſuper peccatum*..... Et quia juramenti cuſtodia ultionem non temperat paveſcendam, idcirco impietatis atrocitas mortem pariet execrandam? Abſit: etenim in publicis ſacramentorum geſtis (quod Deus avertat) a quibuslibet illicita, vel non bona extitiſſet conditio allegata, quæ aut jugulare animam patris, aut agere compelleret ſtuprum ſacratiſſimæ virginis, numquid non tolerabilius eſſet ſtultæ promiſſionis rejicere vota, quam per inutilium promiſſionum cuſtodiam, exhorrendam criminum implere menſuram... Verum ne juramenta, quæ data ſunt, videantur in nos ita penitus miſerationum concluſiſſe præcordia, ut nullam de pietatis affectu animæ viſcera concipiant indulgentiam paritura: ſic ſtabilitis contractibus juramenti, ſinum miſericordiæ aperimus, atque ita cunctis Deo placita devotione miſereri cenſemus, ut nos nec juramenti teneat cautio reos, nec inhumanitas faciat execrandos.... Deum pejurare compellimur, Creatorem quidem offendimus, ſed nos tantummodo maculamus: cum vero noxia promiſſa complemus & Dei juſſa ſuperbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipſos crudeliori mortis gladio trucidamus...

(H) S. AUG. *Contra Mendac. c.* 19. *nu.* 39. Mendacium nullo modo.... in tantum ſunt permittenda conſcendere, ut ad perjuria blaſphemiaſque perveniant: nec aliquam cauſſam prorſus oportet obtendi, cur debeat pejerari, vel quod eſt execrabilius cur Deus debeat blaſphemari. Non enim quia per mendacium blaſphematur, ideo non blaſphematur. Poteſt quippe hoc modo dici, non pejerari, quia per mendacium pejeratur. Quis enim per veritatem poſſit eſſe perjurus? Sic etiam per veritatem nullus poteſt eſſe blaſphemus. Sane mitius falſum jurat, qui falſum neſcit eſſe, & verum putat eſſe quod jurat: ſicut & Saulus excuſabilius blaſphemavit, quia ignorans fecit. Ideo autem pejus eſt blaſphemare quam pejerare, quoniam pejerando falſæ rei adhibetur teſtis Deus, blaſphemando autem de ipſo falſa dicuntur Deo. Tanto eſt autem quiſque inexcuſabilior ſive perjurus ſive blaſphemus, quanto magis ea quæ pejerando vel blaſphemando aſſerunt, falſa noverunt eſſe vel credunt. Quiſquis itaque dicit pro periclitantis hominis ſalute temporali, vel vita eſſe mentiendum, nimis ipſe ab itinere exorbitat æternæ ſalutis & vitæ, ſi dicit in ea cauſa etiam jurandum per Deum, vel etiam blaſphemandum Deum.

(I) S. AUG. *De Morib. Manichæor. Lib.* 2. *c.* 11. *n.* 20. Eſt autem blaſphemia, cum aliqua mala dicuntur de bonis. Itaque jam vulgo blaſphemia non accipitur, niſi mala verba de Deo dicere.

(K) LEVIT. XIX. 12. Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus.

XXII. 32. Ne polluatis nomen meum ſanctum, ut ſanctificer in medio filiorum Iſrael. Ego Dominus, qui ſanctifico vos.

XXIV. 10. Ecce autem egreſſus filius mulieris Iſraelitidis... jurgatus eſt in caſtris cum viro Iſraelita. 11. Cumque blaſphemaſſet nomen, & maledixiſſet ei, adductus eſt ad Moyſen... 12. Miſeruntque eum in carcerem, donec noſſent quid juberet Dominus. 13. Qui locutus eſt ad Moyſen, 14. dicens: Educ blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes qui audierunt, manus ſuas ſuper caput ejus, & lapidet eum populus univerſus. 15. Et ad filios Iſrael loqueris: Homo, qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum: 16. Et qui blaſphemaverit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo, ſive ille civis, ſive peregrinus fuerit. Qui blaſphemaverit nomen Domini, morte moriatur.... 23. Locutuſque eſt Moyſes ad filios Iſrael, & eduxerunt eum, qui blaſphemaverat, extra caſtra, ac lapidibus oppreſſerunt.

(L) 3. REG. XX. 28 Hæc dicit Dominus: quia dixerunt Syri: Deus montium eſt Dominus, & non eſt Deus vallium: dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua, & ſcietis, quia ego ſum Dominus... 29.. Percuſſeruntque filii Iſrael de Syris, centum millia peditum in die una... 30... & cecidit murus ſuper viginti ſeptem millia hominum, qui remanſerant.

(M) 4. REG. XIX. 22. Cui exprobraſti, & quem blaſphemaſti? Contra quem exaltaſti vocem tuam, & elevaſti in excelſum oculos tuos? Contra ſanctum Iſrael. 23. Per manum ſervorum tuorum exprobraſti Domino, 28. &c. *Vide ſupra lit.* (Z) *Sect.* 1. *cap.* 2. §. 1. *hujuſce partis.*

(N) 1. TIMOTH. 1. 20. Hymenæus, & Alexander: quos tradidi Satanæ, ut diſcant non blaſphemare.

CON-

Digitized by Google

O P guam perforatam & labia diſciſſa exilio mulctari. (O) Juxta Canonem ultimi Concilii Narbonenſis excommunicatione plectendi ſunt. (P)

CAPUT QUARTUM.

De Tertio Mandato.

§. 1. Quem Diem Sanctificari a Chriſtianis oporteat.

I. Quod eſt tertium Dei mandatum?

R. Memento ut diem Sabbati ſanctifices. Sex diebus operaberis & facies opera tua: ſeptimo autem die Sabbatum Domini tui eſt: non facies omne opus in eo tu & filius tuus & filia tua, ſervus tuus & ancilla tua, & jumentum tuum, & advena qui eſt intra portas tuas.

I. Cur Deus mandato huic præfixit hæc verba, *Memento*?

R. Ut hinc Judæi intelligerent hoc præceptum utpote non novum, ſed ab initio mundi Dei juſſu ſervatum, ſumma religione obſervari oportere.

A (A)

I. Quid Deus hoc mandato præcepit, quid prohibuit?

R. Præcepit ſpeciali ratione ſanctificari Sabbatum, id eſt, diem requiei Domini; diem, inquam, quo ceſſavit Dominus ab opere creationis. Is eſt dies ſeptimus in unaquaque hebdomada. Sex

Gen.11.111 enim diebus operatus eſt Dominus, & *die ſeptimo requievit ab univerſo opere quod patrarat.*

B (B) Porro dies ille Sabbatum dicitur a voce Hebræa שבת *Schabbath*, quæ requiem & ceſſationem ſignificat.

I. Ergo dies ſeptima ſanctificanda eſt, non dies prima, quam Domioicam dicimus?

R. In veteri lege dies ſeptima ſanctificabatur; hujus loco Eccleſia a Chriſto edocta Spiritus ſancti juſſu diem primam quam Dominicam dicimus ſanctificandam eſſe duxit.

I. Potuitne Eccleſia pro arbitrio conſtitutam a Deo ipſo legem infringere & mutare?

R. Non pro arbitrio, ſed Spiritus ſancti afflatu id Eccleſia & fecit & facere potuit.

I. Cur ais id Spiritus ſancti afflatu factum eſſe?

R. Id certa accepimus traditione, cujus veſtigium extat in Scriptura ſacra. Rem explico.

Innuit Apoſtolus *per unam Sabbati*, id eſt prima hebdomadæ die ſolere fieri conventus Chriſtia- 1.Cor.16.2.
norum. Johannes Apoſtolus ait *Dominica die* fa- Apoc.1.10.
ctam ſibi fuiſſe revelationem, quam Apocalypſim dicimus. Verum hæc non probant obſervationem Sabbati lege præceptam mutatam fuiſſe in obſervationem diei Dominicæ. Id certo non novimus niſi per Traditionem, cujus argumenta certiſſima extant in uſu perpetuo nec unquam intermiſſo omnium Eccleſiarum. Quod quia minime revocatur in dubium, nec ab ipſis Proteſtantibus, ideo neceſſe non eſt in hujus probatione diutius immorari.

I. Cur obſervationem Sabbati tranſtulit Eccleſia in diem Dominicam?

R. Quia die Dominica Chriſtus a mortuis reſurrexit, & reſurgendo quievit a laboribus ſuis, conſummato ſalutis noſtræ negotio. Eadem die Spiritus ſanctus in Apoſtolos & in Eccleſiam illapſus eſt. (C) C

§. 2.

(O) Conference de l'Ordonnance *Liv.* 12. *titre* v. §. 57. *pag.* 343. *tom.* 2. *Pariſ. fol. an.* 1617. Si quis inveniatur, qui ſe inhumane & crudeliter geſſerit, aut execrandum in modum blaſphemaverit. Nos volumus, ut ipſi talibus & ſimilibus pœnis puniantur, quibus alios affecerint, aut aliis gravioribus extra ordinem & ſeverioribus pœnis ad exemplum, ſicuti Juſtitiæ placitum erit, puniantur: ipſiſque execrabilibus blaſphematoribus, antequam morte mulctentur, ardenti lamina guttur ſecetur, linguaque amputetur; poſt hæc vero furca ſuſpenſi juxta ipſorum demerita ſtrangulentur. Datum Lugduni die 25. Septembris 1523. noſtri vero Regni vero 9. (FRANCISCUS I.)

Henry II. 1550. *art.* 38. §. 212. *pag.* 374. *tom.* 2. *Liv.* XII. *titre* v. *de la Conference de l'Ordonnance*. Miles, qui in vanum nomen Dei blaſphemaverit, *tribus* diebus in publica platea, ſingulisque diebus *tribus* horis collaria conſtringatur: poſtea vero aperto capite veniam a Deo exorabit.

Chaales IX. *an.* 1593. *art.* 12. §. 21. *pag.* 468. *tom.* 2. *Liv.* 12. *titre* 12. *de la conference de l'Ordonnance*. Item prædictus Dominus expreſſiſſimis verbis vetat omnes... jurare & blaſphemare nomen Dei ſub pœna amputationis linguæ.

S. Ludovicus *Statuto ann.* 1254. *Vide infra* §. 2. c. 8. *hujuſce Sectionis*.

(P) Concil. Narbonense *ann.* 1609. *capit.* 8. Qua pœna plecti debeant qui ore ſacrilego ſacrum
Lev.24.14. Dei nomen & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ac Deiparæ Virginis Mariæ, aut aliorum Sanctorum blaſphemaverint, ea ipſius Dei verbis liquido conſtat, cum præcipit, blaſphemantem extra caſtra ejectum lapidari debere. Ideoque cum liberius peccent permulti, eoque mitius cum eis actum fuerit: eorum effrænatam loquendi licentiam reprimere cupientes, ſtatuimus quod ſi quis ore impuro blaſphemaverit, ſi clericus ſit excommunicetur, & arbitrio ordinarii puniatur; ſin vero laicus, & monitus pro prima, ſecunda & tertia vice, adhibitis duobus ſaltem teſtibus non deſtiterit, a Catholicorum cœtu expulſus publice excommunicatus per Parochum declaretur.

(A) Genes. II. 3. Benedixit (*Deus*) diei ſeptimo; & ſanctificavit illum: quia in ipſo ceſſaverat ab omni opere ſuo.

Exod. XVI. 23. Hoc eſt quod locutus eſt Dominus: Requies ſabbati ſanctificata eſt Domino cras.

Catechism. Concil. Trident. *part.* 3. *Præcepto* 3. *num.* 14. Initio præcepti verbum illud, *Memento*, appoſite additum eſt, quod hujus diei curſus ad cærimonias pertineat... Qua de re populus admonendus eſſe videbatur, cum naturæ lex, etſi aliquo tempore Deum religionis ritu colendum eſſe doceat, hoc tamen, quo potiſſimum die fieri deberet, non præſcripſit.

N. 15. Sabbatum, Hebraicum nomen, ſi latina interpretaris, ceſſatio dicitur; ſabbatiſare propterea ceſſare, & requieſcere latino vocabulo appellatur. Qua ſignificatione factum eſt, ut ſabbati nomine dies ſeptimus diceretur, quoniam abſoluta perfectaque mundi univerſitate, Deus ab omni opere quod fecerat, requievit: ita hunc diem in Exodo Dominus vocat.

(B) Hebr. IV. 3... Et quidem operibus ab inſtitutione mundi perfectis. 4. Dicit enim in quodam loco de die ſeptima ſic: Et requievit Deus die ſeptima ab omnibus operibus ſuis.... 9. Itaque relinquitur ſabbatiſmus populo Dei. Geneſ.11.2.

(C) S. Justinus *Apolog.* 2. *Pag.* 98. *edit. Pariſ. in fol. ann.* 1615. *num.* 86. Solis qui dicitur die omnium qui vel in oppidis vel ruri degunt in eumdem locum conventus fit: & commentaria Apoſtolorum aut ſcripta Prophetarum quod tempus fert leguntur. Deinde Lectore quieſcente Præſidens orationem qua populum inſtruit, & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur, habet. Sub hæc conſurgimus communiter

PARS II. SECT. III. CAP. IV. §. 2.

§. 2. Qua ratione diem Dominicam ſanctificari oporteat.

I. Qoid factu opus ut ſanctificetur dies Dominica?

R. Abſtinendom ab omni opere ſervili, & vacandum operibus religionis. (A)

A

I. Operum ſervilium nomine quid intelligis?

R. 1. Quidquid fit ad vitæ ſuſtentationem, & intuitu mercedis temporalis.

2. Peccata omnia diei aliquatenus poſſunt opera ſervilia, in quantum ſubdunt nos diabolo, ejusque ſervituti nos ſobjiciunt juxta Chriſti ſententiam. (B)

B

I. Nullone in caſu licet opera ſervilia exercere die Dominica?

R. Si quæſtio ſit de ſerviliboa operibus ſecundi generis, nunqoam licet: neque enim fas unquam eſſe poteſt peccare.

Si de ſervilibua operibus primi generia quæſtio

muoiter omnas, & precationes profundimos: & ſicuti retulimus, precibus peractis panis offertor & vinoni & aqua: & Præpoſitus itidem quantum pro virili ſua poteſt, preces & gratiarum actiooes fundit, & populus fauſte acclamat dicens: *Amen*: & diſtributio, commooicatioque fit eorum, in quibus gratiæ ſuot actæ, cuique præſenti: abſentibus autem per Diaconom mittitur.

N. 89. Sulis autem die communiter omnes conventum agimus. Quandoquidem is primus dies eſt quo Deus tenebris, & materia quam prius creaverat, verſa mundum effecit, & Jeſus Chriſtus ſervatur noſtee eu ipſo die a mortuis reſurrexit. Pridie enim Saturoi diei ille in crucem actus eſt, & poſtridie ejusdem, qui ſcilicet ſulis dies eſt, Apoſtulis & Diſcipolis apparuit, atque ea docuit quæ etiam apud vos ut inſpicereris retulimus.

S. LEO *Epiſt. 11. alias 81. ad Dioſcorum Alexandrinum c. 1.* His qui conſecrandi ſunt, nonquam benedictio niſi in die Reſurrectionis Domioicæ tribuatur, cui a veſpera Sabbati ioitiom conſtat adſcribi, & quæ tantis divinarum diſpoſitionom myſteriis eſt conſecrata, ut quidquid eſt a Domino inſigoius conſtitutum, jo horus diei dignitate ſit geſtum. In hac mundum ſumpſit exordiom. In hac per reſorrectionem Chriſti, & mors interitum, & vita accepit initium. In hac Apoſtoli a Domino prædicandi omnibus geotibus Evangelii tubam ſumunt, & inferendum oniverſo muodo Sacramentum regenerationis accipiont. In hac, ſicut beatus Johannes Evangeliſta teſtator, congregatis io uoum Diſcipulis, janois clauſis, cum ad eos Dominus introiſſet, inſufflavit, & dixit: *Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur*

Joh. 20. 22. & 23.

eis; & quorum detinueritis, detenta erunt. In hac denique promiſſot a Domioo Apoſtulis Spiritus ſanctus adveoit: ut cæleſti quadam regula inſinuatum & traditum noverimus, in illa die celebranda oobis eſſe myſteria Sacerdotaliom benedictionum, in qua collata ſont omnia dona gratiarum.

(A) S. AUG. *ad Caſulanum Epiſt. 36. alias 86. cap. 3. n. 5.* Vacatio tantum homini a ſuis, vel a ſervilibus operibus imperatur... Unde illud eſt, quod lapidare Deus hominem juſſit, qoi ſabbatu ligna collegerat.

N. 15. 35.

Epiſt 55. alias 119. ſeu Lib. 2. ad Inquiſit. Januar. c. 1. n. 2. Eo modu agimus Paſcha, ot non ſulum in memoriam qood geſtum eſt revocemur, id eſt, quod murtoos eſt Chriſtus & reſorrexit; ſed etiam cetera quæ circa ea adteſtantor ad ſacramenti ſigoificationem non omittamus. Qoia enim, ſicut dicit Apoſtolus, *Mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram*: traoſitus quidam de morte ad vitam io illa paſſione Domini & reſurrectione ſacratus eſt.

Rom. 6. 12.

Cap. 2. num. 3. Hic tranſitus a nobis modu agitur per fidem, quæ nobis eſt in remiſſionem peccatorum, in ſpem vitæ æternæ, diligentibus Deum, & proximom.

Lib. 4. de Geneſi ad lit cap. 11. n. 21. Scriptum eſt, io *ſeptimo die* requieviſſe Deom ab operibus ſuis, quæ fecit... & dici quidem probabile poteſt, obſervandum ſabbatum Judæis fuiſſe præceptum, io ombra futuri, quæ ſpiritalem requiem figuraret, quam Deus exemplu hujus qoietis ſuæ fidelibus bona upera facientibos arcana ſignificatione pollicebatur.

Gen. 11. 3.

Cap. 13. n. 14. Et bona quidem ejus videmus opera, quietem vero ejus poſt bona upera noſtra videbimos. Ob quam ſignificandam mandavit populu Hebræo unum diem obſervandum: qood tam carnaliter agebant, ut eo die ſalotem noſtram Dominum videntes operari criminarentor... Jam vero tempore gratiæ revelatæ, obſervatio illa ſabbati, quæ omus diei vacatione figurabatur, ablata eſt ab obſervatione fideliom. In ea qoippe gratia perpetuum ſabbatum jam obſervat, qui ſpe futuræ qoieris operatur quidquid boni operator, nec in ipſis bonis operibos ſuis, quaſi habens bonum quod non acceperit, gloriatur: ita anim tamquam diem ſabbati, hoc eſt Domioicæ ceſſationis io ſepultura, ſuſcipieos atqoe intelligens baptiſmi ſacramentum, quieſcit a priſtinis operibus ſuis, ut jam in novitate vitæ ambulans, Deum in ſe operari cognoſcat.

S. JOH. CHRYSOST. *Hom. 5. in Matth.* Nimia enim omninu indevotio & prorſus extrema eſt, ot quinque & ſex dies quidem in rebus carnalibus conſumentes, unum ſpiritualibus diem, immu exiguam diei partem oulitis impendere.... Ne igitor iſta contingant, legem hanc nobis ſcribamos immobilem, oec nobis modu, ſed conjugibot etiam liberisque noſtris, ut unum hunc totius hebdomadis diem, quo ad audiendum concurritur, totum in eorum quæ dicuntur meditatione ponamus.

S. GREG. MANG. *Lib. 11. Epiſt. 3.*... Dominico veru die a labore terreno ceſſandum eſt, atque omnino orationibus inſiſtendom, ot ſi quid negligentiæ per ſex dies agitor, per diem Domioicæ reſurrectionis precibus expietur.

CONC. AURELIAN. III. *ann. 536. can* 28. Qoia perſuaſum eſt populis domioico agi cum caballis, aut bobus, & vehiculis, itinera non debere, neque ollam rem ad victum præparare, vel ad nitorem domus, vel hominis pertinentem ullatenus exercere, (quæ ad Judaicam magis quam ad Chriſtianam obſervantiam pertinere probatur.) Id ſtatuimus, ut io die dominico, qood ante fieri licuit, liceat. De opere tamen rurali, id eſt arato, vel vinea, vel ſectione, meſſione, excoſſione, exarto, vel ſepe, cenſuimus abſtinendum; quo facilius ad Eccleſiam convenientes orationis gratiæ vacent. Qood ſi ioventos fuerit quis in operibus ſopra ſcriptis, quæ interdicta ſoot, ſe exercere, qualiter emendari debeat, non io laici diſtrictione, ſed in ſacerdotis caſtigatione conſiſtat.

CONCIL. MATISCONENSE II. *ann. 585. can. 1.* Cuſtodite diem Dominicam, quæ nos denuo peperit, & a peccatis omnibus liberavit. Nullus veſtrum litium fomitibus vacet: nullus cauſarum actiones exerceat: nemo ſibi talem neceſſitatem exhibeat, quæ jugom cervicibus juvencorum imponere cogat. Eſtota omnes in hymnis, & laudibus Dei animo corporeqoe intenti. Si quis veſtrom proximam habet Eccleſiam, properet ad eamdem, & ibi dominico die ſemetipſum precibos lacrymisque afficiat. Sint oculi, manusque veſtræ toto illo die ad Deom expanſæ. Ipſe eſt enim dies requietionis perpetuus: ipſe nobis per ſeptimæ diei umbram ioſinuatus noſcitur in Lege & Prophetis. Juſtum igitor eſt, ot hanc diem onanimitae celebremus, per qoam facti ſumus quod non fuimus: fuimus enim ante ſervi peccati, ſed per eam facti ſumus ſervi juſtitiæ.

CONCIL. ARELAT IV. *ann. 813. can. 16.* Ne in dominicis diebos publica mercata, neque cauſationes, diſceptationesque exerceantur, & penitus a rurali & ſervili opere ceſſetur: his ſolummodo peractis, qoæ ad Dei cultom & ſervitium pertinere noſcuntur.

(B) JOHANN. VIII. 34. Reſpondit ei Jeſus: Ameo, amen dicu vobis quia omuis qui facit peccatum, ſervus eſt peccati.

S. AUG. *Tract. in Joh. num. 19.* Obſerva diem ſabbati, magis nobis præcipitor: quia ſpiritaliter obſervandum præcipitur. Jodæi enim ſerviliter obſervaot diem ſabbati, ad luxuriam, ad ebrietatem. Quanto melius feminæ eorum lanam facerent, quam illo die in menianis ſaltarent. Abſit, fratres, ot illos dicamus obſervare ſabbatum. Spiritaliter obſervat ſabbatum Chriſtianus, abſtinens ſe ab opere ſervili. Quid eſt enim ab opere ſer-

Digitized by Google

ſtio ſit, licet ea exercere ubi urget vel gravis neceſſitas, vel magna utilitas publica; modo accedat Paſtorum conſenſus, quando per neceſſitatem licet
C eos adire. (C)

I. Cur ais neceſſarium eſſe Paſtorum conſenſum?

R. Quia ipſorum eſt populos regere in ſpiritali-
D bus; (D) adeoque judicare num revera iis in rebus diſpenſatione indigeant.

I. Cur addis, *Quando per neceſſitatem licet eos adire?*

R. Quia in gravi & maxime urgente neceſſitate, ubi Paſtor abeſt, nec poteſt ad eum facile recurri, operari licet non expectato Paſtoris conſenſu. Tunc enim conſenſus ille præſumitur fuiſſe concedendus, ſi potuiſſet Paſtor conſuli. Sed cum magna cautione atendum ejuſmodi licentia præſumpta, verendumque ne ſibi ea de re cupiditas
E ſub obtentu neceſſitatis blandiatur. (E)

I. Cur Deus præcepit homines hac die abſtinere ab operibus ſervilibus?

R. 1. Ut ea ceſſatione revocarent ſibi in memoriam requiem illam in quam introivit Deus perfectis operibus ſuis.

2. Ut liberi ab operibus quotidianis facilius vacarent operibus religionis, quæ hac die maxime præcipiuntur.

I. Quid hic intelligis per opera religionis?

R. Ea intelligo quæ ad cultum & honorem Dei maxime pertinent. (F) Cum impediantur homi- F
nes variis diſtenti curis & negotiis & operibus & officiis ſeu publicis ſeu privatis huic rei quotidie vacare ut par eſſet; æquum eſt & juri naturali conſentaneum, ut una ſaltem qualibet hebdomada Dei ſervitio unice deſtinetur. (G)

I. Quid faciendum ergo die Dominica ut vacetur G
operibus religionis?

R. Audiendum ſacrum: & niſi adſit impedi-

ſervili? a peccato. Et unde probamus? Dominum in-
Joh. 8. 34. terroga: *Omnis qui facit peccatum, ſervus eſt peccati.* Ergo & nobis præcipitur ſpiritaliter obſervatio ſabbati.

Serm. 2. in Pſal. XXXII. *num. 6.*... Obſerva diem ſabbati, non carnaliter, non Judaicis deliciis, qui otio abutuntur ad nequitiam. Melius enim utique tota die foderent, quam tota die ſaltarent. Sed tu cogitans requiem in Deo, & propter ipſam requiem omnia faciens, abſtine ab opere ſervili. *Omnis enim*
Id. Ibid. *qui facit peccatum ſervus eſt peccati*...

Serm. 33. alias 18. de diverſis, c. 3. num. 3.... Donum Dei, quod eſt Spiritus ſanctus, promittit requiem ſempiternam, quæ ſabbato figuratur: unde nos ſabbatum ſpiritaliter obſervamus, ſi non faciamus opera ſervilia: ab his enim etiam carnali intellectu Judæi ſabbato prohibentur. Quia autem ſpiritalia vult intelligere opera ſervilia, audiat Dominum dicentem,
Id. Ibid. *Omnis qui facit peccatum, ſervus eſt peccati.*

Cap. 4. Peccatum autem non ſolum illud eſt, quod in turpi aut iniquo facto apparet hominibus; ſed etiam ſi habeat ſpeciem boni operis, & tamen propter mercedem temporalem fiat, non propter requiem ſempiternam. Quodlibet enim quiſque facit, ſi hoc animo facit, ut terrenum emolumentum conſequatur, ſerviliter facit; & ideo ſabbatum non obſervat. Gratis enim amandus eſt Deus: nec anima poteſt niſi in eo quod diligit, requieſcere. Æterna autem requies et non datur, niſi in dilectione Dei, qui ſolus æternus eſt; & ipſa eſt perfecta ſanctificatio, & ſpiritale ſabbatum ſabbatorum.

CONCIL. FOROJULIENS. *cap.* 13. Abſtinendum feſtis diebus ab omni peccato & ab omni opere carnali terreno, & ad nihil aliud vacare debere, niſi ad orationem concurrere ad Eccleſiam cum ſumma mentis devotione.

(C) MATTH. XII. 1. In illo tempore abiit Jeſus per ſata ſabbato: diſcipuli autem ejus eſurientes cœperunt vellere ſpicas, & manducare. 2. Phariſæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce diſcipuli tui faciunt, quod non licet facere ſabbatis. 3. At ille dixit eis: Non legiſtis quid fecerit David, quando eſuriit, & qui cum eo erant: 4. Quomodo intravit in domum Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, niſi ſolis Sacerdotibus. 5. Aut non legiſtis in lege, quia ſabbatis Sacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine
Oſee 6. 6. crimine ſunt... 7. Si autem ſciretis quid eſt: Miſericordiam volo, & non ſacrificium: numquam condemnaſſetis innocentes: 8. Dominus enim eſt Filius hominis etiam ſabbati. 9. Et cum inde tranſiſſet, venit in Synagogam eorum. 10. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum, dicentes: Si licet ſabbatis curare, ut accuſarent eum. 11. Ipſe autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo, qui habeat ovem unam, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foveam, nonne tenebit & levabit eam? 12. Quanto magis melior eſt homo ove? Itaque licet ſabbatis benefacere. 13. Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera.

CONCIL. NARBONENSE *ann.* 589. *can* 4. Ut omnis homo, tam ingenuus, quam ſervus, Gothus, Romanus, Syrus, Græcus, vel Judæus, die Dominico nullam operam faciant, ne boves jungantur, EXCEPTO SI IN MUTANDO NECESSITAS INCUBUERIT.

S. THOM. 2. 2. *q.* 40. *ar.* 4. *in corp.* Obſervatio feſtorum non impedit ea quæ ordinantur ad hominis ſalutem, etiam corporalem. Unde Dominus arguit Judæos dicens Johan. VII. *Mihi indignamini, quia totum hominem ſalvum feci in ſabbato?* Et inde eſt, quod Medici licite poſſunt medicari homines in die feſto. Multo autem magis eſt conſervanda ſalus Reipublicæ, per quam impediuntur occiſiones plurimorum, & innumera mala & temporalia & ſpiritualia, quam ſalus corporalis unius hominis. Et ideo pro tuitione Reipublicæ fidelium, licitum eſt juſta bella exercere diebus feſtis: ſi tamen hoc neceſſitas expoſcat. Hoc enim eſſet tentare Deum, ſi quis imminente tali neceſſitate, vellet a bello abſtinere. Sed neceſſitate ceſſante, non eſt licitum bellare in diebus feſtis: (idem dicendum de ceteris.)

(D) ACTOR. XX. 28. Attendite vobis & univerſo gregi in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo.

(E) S. THOM. 2. 2. *q.* 40. *ar.* 4. *in corp. Vide ſupra hocce §. lit.* (C)

(F) CONCIL. TURONENSE III. *ann.* 813. *can.* 40. Itemque interdicatur ne mercata & placita uſquam fiant die Dominica, qua oportet omnes Chriſtianos a ſervili opere in laude Dei & gratiarum actione uſque ad veſperam perſeverare.

Vide etiam auctoritates hocce §. relatas.

(G) S. THOM. 2. 2. *q.* 122. *ar.* 4. *in corp.*... Cultus exterior Deo exhibetur per aliquod ſenſibile ſignum, & quia ad interiorem cultum, qui conſiſtit in oratione, & devotione, magis inducitur homo ex interiori Spiritus ſancti inſtinctu: præceptum legis dandum fuit de exteriori cultu, ſecundum aliquod ſenſibile ſignum... Ideo in tertio Præcepto Decalogi præcipitur exterior Dei cultus ſub ſigno communi beneficii, quod pertinet ad omnes: ſcilicet ad repræſentandum opus creationis mundi.

Ad 1. Præceptum de ſanctificatione ſabbati... eſt morale, quantum ad hoc quod homo deputet aliquod tempus vitæ ſuæ ad vacandum divinis... ſpirituali refectioni, qua mens hominis in Deo reficitur, ſecundum dictamen naturalis rationis aliquod tempus deputat homo. Et ſic habere aliquod tempus deputatum ad vacandum divinis, cadit ſub præcepto morali... Et... ſecundum moralem ſignificationem ſignificat ceſſationem ab omni actu peccati, & quietem mentis in Deo.

Ad 3. In obſervantia ſabbati duo ſunt conſideranda: quorum unum eſt ſicut finis: & hoc eſt ut homo vacet rebus divinis; quod ſignificatur in hoc quod dicit:
Memento ut diem ſabbati ſanctifices. Illa enim dicuntur *Exod. 20. 8.*
ſanctificari in lege, quæ divino cultui applicantur. Aliud autem eſt ceſſatio operum; quæ ſignificatur cum ſubditur, *Septima Dies Domini Dei tui non facies om-*
ne opus. Sed de quo opere intelligatur, apparet per id *Ibid. 10.*
quod exponitur Levit. 23. *Omne opus ſervile non facietis in eo.* Opus autem ſervile dicitur a ſervitute: Eſt autem triplex ſervitus; una quidem qua homo ſervit peccato, ſecundum illud, qui facit peccatum ſervus eſt peccati: & ſecundum hoc, omne opus peccati dicitur ſer-

PARS II. SECT. III. CAP. IV. §. 2.

dimentum legitimum Miſſa Parochialis, (H) Paſtorum inſtructiones & ſermones ſacri, reliqua Eccleſiæ officia publica ſedulo & pie frequentanda, reliquum diei inſumendum eſt vel orationi, vel lectioni, vel aliis piis operibus. (I)

I. Quid

H

ſervile. Alie vero ſervitus eſt, qua homo ſervit homini... Tertia autem eſt ſervitus Dei: & ſecundum hoc, opus ſervile poſſet dici opus latriæ, quod pertinet ad Dei ſervitium. Si autem ſic intelligitur opus ſervile, non prohibetur in die ſabbati: quia hoc eſſet contrarium fini obſervationis ſabbati, ut vacet operibus ad Dei ſervitutem pertinentibus. Et inde eſt, quod... nullus ſpiritualis actus exercitium eſt contra obſervantiam ſabbati, puta ſi quis doceat verbo, vel ſcripto.... Sed alia opera ſervilia, quæ dicuntur ſervilia primo vel ſecundo modo, contrariantur obſervantiæ ſabbati, in quantum impediunt applicationem hominis ad divina. Et quia magis homo impeditur a rebus divinis per opus peccati, quam per opus licitum, quamvis ſit corporale: ideo magis contra hoc præceptum agit, qui peccat in die feſto, quam qui aliud corporale opus licitum facit... Opus corporale pertinens ad conſervandam ſalutem proprii corporis non violat ſabbatum. Non enim eſt contra obſervantiam ſabbati quod aliquis comedat, & alia hujuſmodi faciat, quibus ſalus corporis conſervatur: & propter hoc Machabæi non polluerunt ſabbatum pugnantes ad ſui defenſionem die ſabbati. 1. Machab. 2.... Similiter etiam nec Elias fugiens e facie Jezabel in die ſabbati: & propter hoc etiam Dominus Matth. 12. excuſat Diſcipulos ſuos qui colligebant ſpicas die ſabbati, propter neceſſitatem quam patiebantur. Similiter etiam opus corporale quod ordinatur ad ſalutem corporalem alterius, non eſt contra obſervantiam ſabbati. Unde dicitur Johan. VIII. 23. *Mihi indignamini, quia totum hominem ſalvum feci in ſabbato.* Similiter etiam opus corporale quod ordinatur ad imminens damnum rei exterioris vitandum, non violat ſabbatum. Unde dicit Dominus Matth. XII. 11. *Quis erit ex vobis homo qui habet unam ovem, & ſi ceciderit ſabbato in foveam, nonne tenebit & levabit eam?*

(H) *Hæc fuſius mox probabimus dum ſecundum Eccleſiæ præceptum interpretabimur, ſectione IV. hujuſce partis cap. 2. §. 2.*

(I) NICOLAUS I. *Reſponſ. ad conſulta Bulgarorum, tom. 22. Conc. Luparæ, n. 10. pag. 441. in fine....* Dominico die e labore terreno ceſſandum eſt, atque omni modo orationibus inſiſtendum; ut quod negligenter per ſex dies agitur, per diem reſurrectionis Dominicæ precibus expietur.

N. 12. Sane ſciendum eſt, quoniam idcirco in diebus feſtis ab opere mundano ceſſandum eſt, ut liberius ad Eccleſiam ire Pſalmis & Hymnis & Canticis ſpiritalibus inſiſtere, orationi vacare, oblationes offerre, memoriis Sanctorum communicare, ad imitationem eorum aſſurgere, eloquiis divinis intendere, eleemoſynas indigentibus miniſtrare valeat Chriſtianus. Quæ omnia ſi quis negligens, orationi tantum vacare voluerit, & ad ceteras mundi vanitates licitos labores converterit; melius ipſi fuerat ipſo die beati Apoſtoli Pauli præceptis obaudiens laborare manibus ſuis, ut haberet unde tribueret neceſſitatem patientibus.

CONCIL. MEDIOLANENSE III. *ann. 1573. tit. De feſtorum dierum cultu, Part. 1.*....Cum ea ſint morum corruptelæ, is depravatus uſus, ab omni, & divina & humana lege alienus, ut Deo dicati dies, ſanctiſque rerum officiis conſecrati, ac Spiritus ſancti doctrina inſtituti, tum ad recolenda divina beneficia, tum ad honores debitos Sanctis tribuendos, ad eorumque vitæ imitationem excitandam, non modo ut oportet, ſancte non colantur; ſed quod graviſſimum eſt, nefarie violentur, operibus, officiis, rerumque actionibus ab eorum cultu, & pietatis Chriſtianæ ſtudio alienis... Edicimus ut ne quid ſervilis operis ſacris iis diebus, qui ſanctæ matris Eccleſiæ inſtituto, aut uniuſcujuſque loci conſuetudine, votove publico coluntur, fiat, nec quidquam denique quod in illis agi, geri, fierive non liceat. Et quoniam in iis quæ ſequuntur maxime peccatur, hæc nominatim vetamus. Ne iis diebus, nundinæ, emporia, mercatusve agantur: ne quidquam præterea fiat, exerceaturve quod ad earum nundinarum vel mercatus apparatum pertineat, etiamſi in diem proxime ſequentem illæ cadant. Ne contractus ulli, cujuſvis generis ſint, neve ullæ rerum executiones fiant; niſi cum jure nominatim permiſſum eſt. Ne collectæ, talcæve in oppidis, pagis, vicis, ut ex depravata conſuetudine quibuſdam locis factum eſt, feſtis diebus exigantur; præſertim quo tempore vel ſacra fiunt, vel concio habetur, vel proceſſiones, vel alia divina officia celebrantur, vel ſcolarum doctrinæ Chriſtianæ exercitationes aguntur.... Ne quas res ad victum neceſſarias vendi licet, illæ prope Eccleſias, in earumve conſpectu venales proponantur. Neque earum ipſarum rerum, præterquam panis e ſole aut pluvia defendendi cauſa, in foro locisve publicis tentoria raſtrave ſint, quibus illæ exponantur. Neque earumdem rerum occaſione, cauſave officinæ apertæ ullo modo ſint: ſed earum oſtiolum parvulum patens ſit licet, reliqua omni parte clauſa. Quo in genere præterea Epiſcopus, illarum rerum venditioni certam horam & modum præſcribat, ne ex venditione aliquid exiſtat ſcandali, offenſioniſve, aut occaſionis, qua diſtrahantur homines a divinis officiis. Tonſoribus præterea, Piſtoribus, Sutoribus, Calceariis, aliiſque ejuſmodi, & reliquis item opificibus quibus præſcribi oportet, Epiſcopus certas regulas præſcribat, ne deinceps dierum feſtorum cultum violent, in quo maxime peccare plerique ſolent. Quoniam autem uſu jam hac in provincia nimis compertum eſt; depravatis his temporibus & moribus, ad choreas, tripudia, ſaltationes, & id genus alia, numquam fere conveniri ſine multis, & iis quidem graviſſimis Dei offenſionibus, idque cum ob turpes cogitationes, obſcœne dicta, inhoneſtas actiones, morum corruptelas, & pernicioſas ad omnia opera carnis illecebras illis perpetuo conjunctas, tum propter cædes, rixas, diſſidia, ſtupra, adulteria, aliaque mala plurima inde conſequentia quam ſæpiſſime: his tot offenſionum & peccatorum ſeminariis locum dari, iis præſertim diebus, qui dies propitiationis ſunt; & iis ipſis diebus fideles ploroſque nefariis iſtis Satanæ blanditiis illectos, e divinis officiis, religioſis ſupplicationibus, lectionibuſque ſacris abduci, avertique rudes a percipiendis fidei rudimentis; alioſque ab aliis Chriſtianæ pietatis officiis, in quæ eo tempore religioſe incumbendum eſt, abſtrahi, & amoveri; hoc certe graviſſimum eſt in conſpectu Dei, & Eccleſiæ: quare feſtis iis diebus, ſaltem horis quibus divina celebrantur officia, interdicimus ne ſaltationes, tripudia, choreæ ducantur, aut fiant. Ne item comœdiæ, ludi ſcenici, vel theatrales, haſtiludia, & alia cujuſvis generis ſpectacula agantur. Ne circumforanei, circulatores, & id generis nebulones, præſtigias ſuas, ioaniaque ea ſpectacula agant; ne quidquam omnino vendant, ne medicamenti quidem prætexte.... Feſtis diebus ſacro-ſancto Miſſæ ſacrificio fideles omnes interſint.... Ut vero ii dies omni pietate, & religioſius colantur, hæc crebro populum Parochi, & Concionatores admoneant atque hortentur. Ut illorum dierum tempus, quod Deo ejuſque cultui debetur, in his actionibus totum conſumant, in quibus ſancte conſumendum eſt. Ut concionem mane, & ſacram lectionem a prandio, ubi explicari ſolet, audiant. Ut divinis veſperarum præſertim officiis præſentes pie religioſeque adſint. Ut in Chriſtianæ doctrinæ rudimentis ac præceptis, vel percipiendis, vel recolendis verſentur. Ut in operibus etiam officiiſque pietatis ſe exerceant, ægros homines viſitando, morientes pie conſolando, & alia hujuſmodi præſtando. Ut denique in illis actionibus, unde omnis peccandi materia, atque occaſio exiſtit, feriati iis ea opera incumbant, ob quæ ſunt illi ſacri inſtituti dies.

CONC. AQUENSE *ann. 1585. De feſtorum cultu.* Cum feſti dies potiſſimum ad celebrandas Dei & Sanctorum laudes, ſalutariter fuerint inſtituti, curandum eſt diligenter, ut pie ſancteque ab omnibus obſerventur, & ne iis ipſis homines ad divinam offenſionem & animarum ſuarum perniciem abutantur. Prohibemus igitur ne diebus Dominicis atque aliis feſtis, qui vel Eccleſiæ præcepto, vel loci conſuetudine colendi ſint, quid ſervilis operis fiat. Ne quid ematur, aut vendatur, niſi quod ægrotis, aut illius diei victui neceſſarium ſit. Neve res ipſas neceſſarias ante fores Eccleſiæ, minus autem in cœmeteriis vendi liceat. Ne ipſarum occaſione officinæ apertæ ullo modo ſint, præter illarum oſtiolum parvum, quod apertum ſit licet, ac ne illæ ipſæ res neceſſariæ ullo pacto ab hora tertia uſque ad peractum veſperarum officium vendi poſſint præter ea quæ ad ægrotorum pertinent curationem. Qui ſecus facere auſus fuerit, is arbi-

trio

I. Quid hoc præcepto prohibetur?

R. 1. Ne fiant opera ſervilia ſive a nobis, ſive noſtro juſſu vel conſenſu a noſtris.

2. Ne omittantur ſupra dicta opera religionis.

Itaque

trio Epiſcopi præter earum rerum quæ expoſitæ erant, aut quæ equis & mulis, plauſtris aut aliter vehentur amiſſionem, aliis etiam pœnis uſque ad interdictum incluſive mulctabitur: tum etiam ſeverius ſi frequentius in id peccaverit, Epiſcopi arbitrio. Ne mercatus, emporia, nundinæve fiant uſpiam, ſed quæ feſto die fieri conſueverint, in antecedentem, vel ſequentem diem qui feſtus non ſit transferantur. Populorum proceſſiones, quæ iis diebus ad aliquas Eccleſias devotionis cauſa fieri conſueverunt approbantes, præcipimus ipſarum Eccleſiarum Curatis, ut ſtudeant paratum ibi habere Concionatorem, qui verbum Dei mane & a prandio prædicet, ſi fieri poſſit, quo populus in pietate magis contineatur. Comeſſationes vero, ebrietatee, luſus improbos & inhoneſtos, choreas, turpes cantilenas, omnem denique luxum & laſciviam atque omnem feſtorum profanationem damnamus & reprobamus. Denunciari autem volumus a Curatis, eo die quo conventus fiet, omnes ex hujus Synodi decreto excommunicandos qui per contemptum feſtorum & Eccleſiæ, aut per contumaciam, prædictis rebus & non ſervitio divino vacaverint. Doceantur vero populi crebro ab iis ad quos pertinet, ut feſtos dies, qui Dei cultui dicati ſunt, in divinis officiis concionibusque audiendis, necnon in orationibus maximisque ac continuis Dei erga nos beneficiis recolendis, ſancte ac pie tranſigant; præſertim ut præter miſſam, quæ ſine graviſſimi peccati culpa prætermitti non poteſt, præter veſperas item quibus fidelem quemque niſi impeditum intereſſe maxime convenit, in doctrinæ Chriſtianæ rudimentis, omnes tam mares, quam feminæ, tam viri quam pueri, vel perdiſcendis, ſi illa ignorent, vel aliis perdocendis verſentur. Ceſſent in die ſanctorum Innocentium ludibria omnia, & pueriles ac theatrales luſus, & celebretur Miſſa more ſolito, Epiſcopo ſi adeſſe poterit præſente.

CONC. REMENSE *ann. 1583. De diebus feſtis*, *num.* 1. Etſi omnibus diebus preces Deo fundi debent, unum tamen ſibi ſanctificavit ſabbatum, quo nos ab opere ſervili voluit abſtinere, ut erectiore mente contemplaremur illum, atque precaremur. Porro diem ſabbati in Dominicum Eccleſia commutavit, alioſque feſtos dies addidit, quibus acceptam a Deo gratiam in memoriam revocaret, & ad Sanctorum imitationem fideles provocaret. Ne tamen populus multitudine dierum feſtorum gravetur, non alii quam Epiſcopo dies feſtos liceat inſtituere: & quos inſtituerit, ab omnibus etiam regularibus & exemptis obſerventur.

N. 2. Diebus Dominicis & feſtis in ſuas parœcias populus conveniat, & Miſſæ & concioni, ac veſperis interſit.

N 3. Iiſdem diebus nemo luſibus, aut choreis det operam: maxime dum divinum celebratur officium, monebiturque ab Ordinario, vel Parœco, Magiſtratus, ut id nequaquam fieri permittat.

N. 4. Nemini a propria Parœcia liceat abeſſe ſanctiſſimis diebus Paſchæ, Pentecoſtes, & Natalis Domini, niſi quem infirmitas, vel alia legitima cauſa, cum Parœci licentia excuſabit.

N. 5. Venditiones quarumdam rerum, (his exceptis quæ ad divinum cultum & victum neceſſarium pertinent) nundinæ publicæ, mercatus, & auctiones ne fiant diebus feſtis ſub pœna excommunicationes a Parochis in pronao denuncianda.

N. 6. Ludos theatrales, etiam prætextu conſuetudinis, exhiberi ſolitos, & puerilia, cæteraque ludicra, quibus Eccleſiæ inquinatur honeſtas & ſanctitas in Chriſti & Sanctorum feſtivitatibus omnino prohibemus: contra utentes autem pœnis coerceri volumus a Superioribus.

N. 7. Fraternitatum ſocietates ne diebus Dominicis hora Miſſæ Parœcialis, quæ competenti hora celebretur, fiant: neve in iisdem panis & aqua benedicatur a Sacerdote ſub pœna ſuſpenſionis: multoque minus permittantur in hujuſmodi conventibus crapulæ, comeſſationes, monopolia & alia divino cultui repugnantia. Quæ autem erogabitur pecunia in capſula recondatur, & ad uſum Eccleſiaſticum, aut aliquod aliud pium opus referatur & applicetur.

N. 8. Nullæ deinceps fraternitates ſine Epiſcopi licentia inſtituantur. Quæ autem ſunt inſtitutæ hactenus, aut approbentur ab eo, aut aboleantur.

CONC. BURDIGAL. *Vide infra c. 3. ſect. 4. hujuſce partis.*

CONC. TURONENSE *ann.* 1583. *n.* 11. Parœci, quibus animarum cura eſt commiſſa, gregem ſuum ad divina officia diebus ſingulis, ſi fieri poteſt, audienda adhortentur, præſertim Dominicis & aliis feſtis. Quibus diebus cum Dei laudes recitare omnes debeant, verbum Dei audire & de innumeris beneficiis, quæ ab immenſa ſua bonitate indeſinenter recipimus, gratias agere, ac ſeſe operibus caritatis aſſuefacere, ſciant aliis non licere vacare negotiis: ideo omnibus prohibemus publicas nundinas, & alios quoſcumque mercatus, quacumque in contrarium conſuetudine non obſtante, in diebus Dominicis potiſſimum annalibus, & ſolemnibus feſtis indicere, & indictas frequentare, aliiſque profanis negotiis etiam domeſticis quæſtuoſis & manuum operibus intendere: currus & equos & onera geſtantes ducere, actus judiciarios & contractus celebrare; pignerari & rerum executiones facere, niſi cum jure nominatim permiſſum eſt. Si qui vero locorum domini jus nundinarum & mercatuum iis diebus ſe habere prætendant, illas in perendinum, aut alium diem non feſtum transferre in Domino hortamur: qui ſi parere diſtulerint, illos necnon eorum procuratores & judices, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrere præſenti decreto, declaramus. Cum juxta divi Pauli præceptum, qui Chriſti ſunt ſobrietatem ſemper ſectari debeant, diebus Dominicis præſertim & aliis feſtis, comeſſationes, convivia publica, tripudia, ſaltationes, ſtrepitus, & choreas fieri, venatu & aucupatu tempus terere, in hoſpitiis, ſeu cauponis aliis quam peregrinis cibaria & vinum miniſtrari: ludos palmarios & alios, maxime dum ſacra conficiuntur, laudeſque Deo decantantur aperiri, comœdias, ludos ſcenicos, vel theatrales, & alia ejus generis irreligioſa ſpectacula agi ſub anathematis pœna prohibet hæc Synodus, præcipitque omnibus & ſingulis Parœciarum Rectoribus eos apud Epiſcopum deferre, qui huic decreto non paruerint, ut illius ordinatione nominatim excommunicati denuncientur & publicentur: valde etenim eſt abſurdum fideles iis diebus qui propitiando Deo ſunt deſtinati, fallacibus iſtis Satanæ blanditiis illectos a divinis officiis religioſis, ſupplicationibuſque ſacris abduci. Cum ſeditionum rabie & bellorum vi & injuria jam ab aliquot annis multæ Sanctorum reliquiæ combuſtæ, aliæ disjectæ fuerint, atque nonnulli ex his quaſdam pietate & religione moti exceperint; nonnulli etiam avaritia, aut alio impio quæſtu invitati, aliunde oſſa deſumpſerint quæ Sanctorum eſſe reliquias ementiuntur, hæc Synodus ad tollendam omnem idololatriæ ſpeciem, & ocaſionem, ne quid reliquiarum nomine, niſi adhibita diligenti cognitione & conſultatione juxta canonicas ſanctiones populo noviter colendum exhibeatur, ſub eadem anathematis pœna prohibet. Abuſum præterea qui circa eas in omnibus fere Parœcialibus Eccleſiis invaluit, ut mulieres locis, quibus populo colendæ reliquiæ præponuntur, aſſideant, tollentes: Parœcialium Eccleſiarum Rectoribus mandamus, atque præcipimus, nullas in dictis locis, (qui ſolis viris potiſſimum in ſublimitate & honore conſtitutis deſtinati ſunt,) ſedere patiantur. Ne ſanctæ crucis ſignum, ſanctorumve imagines in locis ſordidis, aut ubi pedibus atteri & conculcari poſſint, neve quid in templis Scripturarum veritati, aut probatis Eccleſiaſticis hiſtoriis contrarium ſculpatur, aut pingatur, quam diſtinctiſſime prohibemus, ne quod ab hominibus ſummo eſt habendum in honore, hoc modo vileſcat: ſcire enim quiſque debet imaginis corpus corporiſve ſtatum aut habitum ad ſui prototypi dignitatem & ſanctitatem eſſe accommodandum, ut ex imaginis inſpectione excitetur pietas, non vero turpi cogitationi detur locus. Præterea ſexto Concilio œcumenico Conſtantinopolitano & poſtremo generali inhærendo nullas imagines aut picturas mentis corruptrices & ad turpes voluptates incitatrices fieri ſancimus, Eccleſiaſticoſque omnes necnon laicos quoſcumque monemus, ne ullas ab Epiſcopis non approbatas in ſuis Eccleſiis collocari, vel populo proponi prorſus ſuſtineant, & ſi quæ ſunt dudum in templis propoſitæ quæ riſum potius quam devotionem moveant, Epiſcoporum & Viſitatorum diligentia deponantur. Optamus etiam atque jubemus nullas deinceps alias vel ſtatuas, vel picturas (quocumque conſuetudinis aut juris prætextu) altaribus apponi, quam Sanctorum ab Eccleſia receptorum: quod ſi quæ vivorum vel mortuorum hominum ex-

Itaque peccant contra hoc præceptum, 1. Qui die Dominica vacant operibus prohibitis.

2. Qui non adſunt Sacroſancto Miſſæ ſacrificio, vel qui adſunt quidem corpore non ſpiritu. (K) K

3. Qui

exhibendæ ſint, eo ſtatuendas loco decernimus ubi nullam incautæ plebeculæ idololatriæ cauſam præbere poſſint.

CONC. BITURICENSE *ann.* 1584. *titulo* 6. *de Invocatione Sanctorum & diebus feſtis*. Quoniam Eccleſia Apoſtolorum fide & doctrina fundata, Martyrum Sanctorumque omnium virtutibus & exemplis hæreſes quovis ſæculo repulit; idcirco Chriſtiani pie & religioſe Sanctos invocant, quos fidei ſuæ vindices & aſſertores habent, ſpiritu etiam prophetico edocti Deum laudandum eſſe in Sanctis ſuis.

Can. 1. Colantur ſancti & dies feſti Sanctorum piis orationibus, Pſalmis & Hymnis & frequenti Miſſæ & ſolemnis officii celebratione, & verbi Dei prædicatione.

Can. 2. Doceant Prædicatores verum cultum Sanctorum tamquam ſervorum Dei, qui tamen jam æterna beatitudine fruuntur, pro mortalibus orant, & precibus ſuis populi votis apud Deum favent.

Can. 3. Concionatores abhorreant aniles fabulas, & quæ potius prophana, quam Dei Sanctis convenientia, quæque infirmis offendiculo eſſe poſſint; nec quicquam pro hiſtoria Sanctorum proferant in medium, niſi quod ab Eccleſia Catholica receptum ſit: ſcandala etiam, calumnias, & detractiones non effundant: ſi contra fecerint, ab Epiſcopis extraordinarie puniantur.

Can. 4. Meminerint Chriſtiani omnes ſeptimum diem a Deo inſtitutum & conſecratum, nec tantum Judaico populo, ſed ab omnibus qui Deum colunt receptum & celebratum, Chriſtianos autem diem Dominicum pro ſabbato recepiſſe. Dominico ergo die ceſſent ſæcularia opera, ſit ſacrum inſtitutum, ceſſent lictores, ſileat præconis tuba, vecturæ, omnes negotiationes, contractus, notariorum inſtrumenta. (niſi quæ ex neceſſitate teſtamentorum, aut matrimoniorum cauſa differri non poſſunt:) ſit quies animi & corporis ſancta, & ad Deum levata mens & a terrenis abſtracta: ſatis ſint Chriſtiano opera caritatis, orationes piæ, Pſalmi, Hymni & Cantica.

Can. 5. Præter Dominicum diem dies feſti ſolemnes, qui ad memoriam magnalium Dei inſtituti ſunt, & beatæ Mariæ Virginis, Apoſtolorum, Martyrum, aliorumque Sanctorum honorem ab Eccleſia recepti ſunt obſerventur religioſe.

Can 6. Prohibetur populus prophana ſodalitia & comeſſationes, choreas, tripudia, larvas, & theatrales ludos, iiſdem diebus feſtis exercere: pompas inſtrumentorum muſicorum, in geſtationibus imaginum per vias & compita exhibere, & ſi quid aliud olim Sanctorum invocationibus adverſariis anſam maledicendi præbuit: a cauponis abſtineant, & nihil niſi quod pietatem redoleat exerceant. Imitentur Chriſtiani totis hiſce diebus Sanctos illos quorum memoriam colunt per opera caritatis.

Can. 7. Curabunt Epiſcopi quoad fieri poterit, ut dies feſti Sanctorum a populo non amplius varie ſed una & eadem forma celebrentur, diſcernanturque qui a Clero tantum & qui a populo coli debeant.

CONC. NARBONENSE *ann.* 1609. *cap.* 9. Sanctorum ſolemnitates celebrandas Patres cenſuerunt, ut vel eorum in animis noſtris excitarent imitationem, vel ut eorumdem meritis conſociati beatarum mentium precibus juvaremur. Nam ut ait D. Auguſt. ſolemnitates Martyrum exhortationes martyriorum ſunt, ut eos imitari non pigeat quos celebrare delectat. Quocirca doceant primo Parochi, ceterique Dei præcones, quo ſtudio diebus feſtis Dei cultui dedicatis, divinis officiis, concionibus audiendis, doctrinæ Chriſtianæ, aliiſque id genus piis operibus vacandum ſit: in quibus quiſque integram miſſam ſub peccati mortalis pœna niſi juſta præpeditus cauſa, audire debet. Ne Dominicis aut aliis feſtis diebus, ab Eccleſia præſcriptis, ſervile aliquod opus fiat prohibemus: nihil emi, vendique poſſit, niſi quod illorum dierum victui neceſſarium ſit, nulli fiant incantus, ſive ſubhaſtationes, nec merces cujuſcumque generis exponant mercatores: nec officinas ſuas, aut tabernas aperient. Mercatus, emporia, & nundinæ, nu piam fiant diebus feſtis, ſed in antecedentem, vel ſubſequentem feſtivitatis diem transferantur. Abſtineant omnes a quarumcumque rerum vehiculis & agrorum cultura: tum a comeſſationibus, ebrietatibus, & impudicitiis: ne feſti dies in luxu & laſcivia agantur, & Deus conqueratur de illis ſicut olim fecit per Prophetam, dum ait: Incenſum abominationem eſſe, & ideo ſe neomenias & ſabbata necnon calendas odiſſe; & projecturum ſuper facies ſtercus ſolemnitatum talia agentium: ſed cum omni cultu, reverentia & cordis munditia, ſanctorum ſolemnitates celebrentur, & nominatim a Clericis, qui a choreis, tripudiis & ludis publicis, aut aliis, dictis diebus prohibitis maxime abſtinere debent. Si aliqua urgeat neceſſitas, ratione cujus in diebus feſtivis ſervile aliquod opus fieri oporteat, conſulatur Epiſcopus, vel ejus in ſpiritualibus Vicarius, qui re diligenter inſpecta, quæ congrua fuerint decernat. Quo tempore divina officia peraguntur, aut dum conciones habentur, otioſam & vagam turbam & tabernis, foro, & plateis abigant Parochi, rebuſque ſacris intereſſe compellant: non fiant theatrales ludi, ſpectacula, aut tragœdiæ, nec choreæ privatim vel publice ducantur. Contra præinſerta ſtatuta noſtra de feſtorum obſervatione agentes, abſque aliis litteris in forma, per Parochos ad ordinarium vel ejus Officialem ad quem cognitio pertinet, per ſolam ſchedulam continentem aſſignationem reo ad primam diem juridicam & ſignatam, ab ipſis deferantur: ut pœnis debitis ſecundum delicti gravitatem puniantur. Cum multas Sanctorum feſtivitates in noſtra Provincia celebrare conſueviſſent homines, pro cujuſque civitatis arbitrio: nobis viſum eſt ſeligere quas ubique terrarum obſervat Eccleſia, præter eas quæ cuique urbi ſint propriæ, quaſque Parochus quilibet in ſua Parochia habeat in tabella deſcriptas. In tota noſtra Provincia feſtos dies celebrari & inviolabiliter obſervari præcipimus juxta Calendarium reformationis felicis memoriæ Clementis VII. In quolibet autem die Epiphaniæ, annis ſingulis Indictio Romana, epacta, numerus aureus, littera Dominicalis & feſta mobilia ejuſdem anni per Parochum intra Miſſarum ſolemnia e ſuggeſtis denuncientur. Et ultra feſtos dies cuique diœceſi proprios pro locorum conſuetudine & populi devotione decernant & inſtituant Epiſcopi quantum ad Dei laudem conferre judicaverint. Neque propterea pias hominum voluntates, plures dies feſtos celebrantium contemnimus: ſed talem ut idem præſtent hortamur, ſcientes non inde ſterilitatem, ſed rerum omnium abundantiam venire, cum non ſit aliquid qui plantat aut rigat, ſed Deus eſt qui incrementum dat: ideo Sanctorum alia feſta ad arbitrium & devotionem populi celebranda remittimus. Feſtum Annunciationis B. Mariæ Virginis ſecundum Eccleſiæ univerſæ ritum, numquam transferatur, etiam ſi in Sabbato ſancto, vel alio die majoris hebdomadæ evenerit, licet officium transferre neceſſe ſit. Iſai. 1. 13. & 14.

(K) S. CÆSARIUS *Serm.* 80. *in Append. tom.* 5. S. AUG. *edit. BB. ſerm.* 281. *n.* 2. Qui in Eccleſia ſe continent, ſi non dimiſerint debita debitoribus, ad judicium magis quam ad remedium orationem Dominicam proferunt ex ore, quam implere non probantur in opere: & ſine cauſa dicunt, *Libera nos a malo*; quando ipſi non deſinunt reddere malum pro malo. Si ergo etiam illi periclitantur qui intus ſunt, ſi implere noluerint quod promittunt; quid de ſe cogitant illi quos aut inſatiabilis cupiditas, aut amor ſæculi iſtius ita detinet implicatos, ut eos unius horæ momento ſtare in Eccleſia non permittat? Quibus non ſufficit quod per totam hebdomadam aut pro neceſſitate, aut forte, quod verius eſt, pro cupiditate jugiter occupantur: adhuc inſuper poſt unius aut duarum horarum ſpatium, quo videntur magis corpore quam corde ad Eccleſiam convenire, mittentes dorſa ſacrificiis vel Sacerdotibus Dei; ad amplexandam voluptatem ſæculi hujus ſine mora aliqua revertuntur.

Serm. 81. *in Appendice tom.* 5. *S.* AUG. *edit.* *BB. Serm.* 285. *num.* 1. Si velletis agnoſcere & diligenter adtendere, fratres cariſſimi, quantus dolor & quanta amaritudo ſit in animo meo, quando vos video Miſſas ad integrum perexſpectare non velle; & in vobis & in me poteratis habere miſericordiam. Qui enim intelligit quid in Eccleſia agitur, quando divina myſteria celebrantur, agnoſcit quantum malum faciunt illi qui de Eccleſia, non expletis miſſis, ſine aliqua grandi neceſſitate diſcedunt. Et ideo ſi & me de tribulatione animæ liberare, & vos de peccato vultis abſolvere, nolite

me

5. Qui reliquum diei luxuriis, comeſſetionibus, ludis, ſaltationibus, aliiſque id genus profanis ob-
L lectationibus conſumunt. (L)

Uno verbo quicunque ſupra dicta officia deſerunt, vel deſeri a ſuis vel jubent vel patiuntur.

CAPUT QUINTUM.

De Quarto Dei Mandato.

§. 1. De officiis inferiorum erga ſuperiores.

I. Quodnam eſt quartum Dei Mandatum?

R. Honora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

I. Quid hoc præcepto continetur?

R. Continentur hoc mandato officia inferiorum in ſuperiores, & ſuperiorum in inferiores.

I. Cur ergo de ſolis parentibus mentio fit?

R. Quia parentum nomine generali comprehenduntur omnes omnino qui ceteris quacumque ratione præſunt, vel præeminent; quia debent hi ſubditos ſuos ceu filios diligere. Et viciſſim ſubditi præpoſitos ſuos debent honorare, revereri ut patres. Antiquitus Patres dicebantur omnes aliis præpoſiti, juxta vim ſermonis Hebraici. Vox enim אב *Abu* idem ſonat quod pater, doctor, magiſter, herus, dominus, reu, avus, proavus. (A) Itaque in hoc
A præcepto ſub hoc generali nomine Patris continentur Paſto-

me contemnere ſupplicantem... Nam qui de Eccleſia non perexſpectatis Miſſis, cito diſcedere non metuit nec erubeſcit; dupliciter ſe peccare non dubitet, dum divina myſteria deſerit, & Sacerdotem pro ſe ſollicitum contriſtet, & deſpicit.

Serm. 82. *in Append. tom.* 5. S. Aug. *Serm.* 283. *n.* 1. Qui enim ad Eccleſiam veniens verboſari voluerit, melius illi fuerat non veniſſe: quia dum ſe infructuoſis fabulis occupat, nec ipſe pſallit, nec alios pſallere aut lectiones audire permittit. Qui talis eſt, etſi cum parvo peccato ad Eccleſiam venit, cum majori ad domum propriam redit: quia ibi ſe verboſendo ſtuduit vulnerare, ubi pſallendo vel orando & ſibi & aliis medicamenta potuit providere.

Catechismus. Concil. Trident. *Part.* 3. *Præcepto* 3. *n.* 35. Neque vero Parochus illud prætermittere debet, ut diligenter doceat, quibus in operibus, atque actionibus Chriſtiani homines diebus feſtis exercere ſe debeant. Illæ vero hujuſmodi ſunt, ut ad Dei templum accedamus, eoque loco ſincera piaque animi attentione ſacroſanctæ Miſſæ ſacrificio interſimus... Attente præterea, diligenterque ſacra concio a fidelibus audienda eſt, nihil enim minus ferendum eſt neque tam profecto indignum, quam Chriſti verba contemnere, aut negligenter audire. Exercitatio item, atque ſtudium fidelium in precibus, diviniſque laudibus frequens eſſe debet. Præcipuaque ejusdem cura, ut quæ ad Chriſtianæ vitæ inſtitutionem pertineat, ea diligentiſſime addiſcat. Seduloque ſe exerceat in iis officiis, quæ pietatem continent, pauperibus & egenis eleemoſynam tribuendo, ægros homines viſitando, mœrentes, quique dolore afflicti jacent,
Jac. 1. 27. pie conſolando; nam ut eſt apud S. Jacobum: *Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc eſt viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum.*

(L) S. Carol. Card. *Opuſ. de Choreis & Spectac. in feſtis dieb. non exhib. cap.* 14. Qui die ſolemni prætermiſſo Eccleſiæ conventu, ad ſpectacula vadit, excommunicetur. Qui quidem canon habetur in *Concil. Carthag.* 4. *num.* 88... Quod... Sylveſter ita accepit ut nimis etiam auſterum Angelum judicarit, qui in eo officiorum tempore incluſerit etiam veſperas & concionem, & non excuſaverit eos, qui per notabile ſpatium, puta per majorem diei partem, ejuſmodi rebus vacant. Mihi vero tantum abeſt, ut Angelus videatur hac in re auſterus ut etiam nimium auſum eſſe affirmem, eos canones ita limitando. Verum hujuſmodi Scriptores ſua tantum tempora conſideraverunt. Dico autem idem expreſſum eſſe in canone de divinis officiis, quia eodem die non videbatur & ipſis & ludis operam dari poſſe. Licet enim poſterioribus temporibus, pietate frigeſcente, diebus feſtis parum divinis officiis vacare Chriſtiani cœperint; apud veteres tamen modicam diei partem a divinis vacuam fuiſſe, non videtur dubium, cum Miſſæ ſolemnes frequentabantur, & ſacris lectionibus, concionibusque in Eccleſia fideles occupabantur; ut ex Patrum lectione diſcitur, & innuit recitatus canon Matiſconenſis: *Sint oculi manuſque veſtræ toto illo die ad Deum expanſa*, & quod etiam hodie uſu venire videmus, ubi divini cultus reſtituendi ſtudium viget. Nam Miſſarum ſolemnia, conciones, horæ canonicæ, Doctrina Chriſtiana a Concilio Tridentino præcepta, totum diem inſumunt. Quod ſi divina officia totum diem non occuparent, non ideo tamen ludos aut ſaltationes die feſto permittere voluerunt. Una enim ratio eſt canonis, ut ſcilicet dies ſecundum legem divinam, ſupra ex Exodo prolata, ſanctificetur: Atque id præſtatur quidem per conventus Eccleſiaſticos rite & recte. Sed & ſi tales conventus forte ex aliqua parte ceſſerent, deberent tamen fideles diem ſanctificare. Eadem fuit ratio ſtatuendi, ut ab humano opere abſtineremus.

Epiſt. Antonii Anagniæ Epiſc. *ad Paulum V. PP. in fine ejuſdem operis.* In Concilio Carthaginenſi legitur, ne in Dominico & in reliquis Sanctorum feſtis ſpectacula ullo modo peragantur; quia iis diebus, ut etiam docet ſexta Synodus, in Eccleſiis vacare fideles jugiter oportet, Pſalmis & Hymnis & ſpiritualibus Canticis in Chriſto gaudentes, feſtumque celebrantes, & divinarum Scripturarum lectioni mentem adhibentes, & ſanctis myſteriis jucunde & laute fruentes. Sic enim cum Chriſto exaltabimur, & una reſurgemus. Nequaquam ergo prædictis diebus equorum curſus, vel aliquod publicum fiat ſpectaculum. Et in Concilio Toletano quoque habetur: *Irreligioſa conſuetudo eſt, quam vulgus per Sanctorum ſolemnitates agere conſuevit: populi, qui debent officia divina attendere, ſaltationibus, & turpibus invigilant canticis, non ſolum ſibi nocentes, ſed etiam religioſorum officiis perſtrepentes.* Quæ ut ab omnibus Provinciis depellantur, a ſacro Concilio *Sacerdotum curæ judicioque committitur.*

(A) Lexicon Chaldaicum, Talmudicum, & Rabbinicum Johan. Buxtorfii, *Baſileæ fol. an.* 1639. *pag.* 10. אב,... Emphatice אבא Pater, quaſi volens bene ſuis, aut benevolus. Late ſumitur, ut Hebraice, unde & avum ſignificat... Sic pluraliter majores comprehendit.

Apud Talmudicos, Abba, Pater, etiam honoris nomen olim fuit: ... nomen eſt honoris ſicut Rebbi ... Apud Talmudicos eſt etiam Principale, generale, alias ſpecies ſub ſe comprehendens.

Johan. Buxtorfii *Epitome Radicum Hebraicarum & Chaldaicarum, Baſileæ* 1607. *in* 12. *pag.* 3. אב Pater a propenſa voluntate erga liberos, quaſi benevolus dictus, item auctor, inventor alicujus rei, Socer, Rex, Princeps, Herus, Dominus, Avus, Proavus, majores.

Lexicon Hebraicum Johan. Avenarii, *Wittebergæ fol. an.* 1639. *pag.* 2. אב Pater a voluntate, & affectu paterno in ſuos liberos: item avus, proavus, atavus, & omnes majores, qui longo tempore nos anteceſſerunt: & eſt nomen honoris atque da omnibus dignioribus uſurpatur.

Pagnini *Theſaurus linguæ ſanctæ, Lugduni fol. an.* 1677. *pag.* 11. אב Pater, prior, antiquus, primus doctor, dominus, magiſter; denique eſt Pater natura, ætate, honore, cura, auctoritate, fidei propagatione, doctrina, officio, inventione, moribus; Princeps. *Alia Dictionaria conſule.*

3. Reg.

PARS II. SECT. III. CAP. V. §. 2.

Paſtores Eccleſiæ, Reges & Principes, Magiſtratus, Domini, ſuſceptores e ſacro fonte Baptiſmatis quos Patrinos & Matrinas vocant, Tutores & Caratores, Heri, Senes. Adeoque liberorum nomine comprehenduntur omnes omnino ceteris ſubditi.

I. Quænam ſunt officia liberorum erga parentes?

R. Debent, 1. Eos honorare & revereri. 2 Eos amare. 3. Eos conſulere in rebus alicujus momenti, ad quæ eorum cura & auctoritas ſe extendit. 4. Ipſis obſequi & ſubeſſe. 5. Impendere ipſis libenter & ex animo quantum fieri poteſt quidquid ad ſuſtentationem animæ & corporis, habita ratione conditionis, neceſſe eſt. 6. Eorum ferre infirmitates & vitia ſeu defectus. 7. Pro ipſis orare. 8. Eorum virtutes imitari. 9. Eorum funus & exequias curare. 10. Eorum extrema placita ſancte & religioſe exequi. (B) B

I. Si quod jubent parentes aliive præpoſiti con-

(B) 3. REG. II. 19. Venit ergo Bethſabee ad regem Salomonem, ut loqueretur ei pro Adonia: & ſurrexit rex in occurſum ejus, adoravitque eam, & ſedit ſuper thronum ſuum: poſituſque eſt thronus matri Regis: quæ ſedit ad dexteram ejus.

TOBIÆ IV. 2. Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo, quaſi fundamentum conſtrue. 3. Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum ſepeli: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus. 4. Memor enim eſſe debes, quæ & quanta pericula paſſa ſit propter te in utero ſuo. 5. Cum autem & ipſa compleverit tempus vitæ ſuæ, ſepelias eam circa me.

PROVERB. I. 8. Audi, fili mi, diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: 9. Ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.

ECCLI. III. 1. Filii ſapientiæ, Eccleſia juſtorum: & natio illorum, obedientia & dilectio. 2. Judicium patris audite filii, & ſic facite ut ſalvi ſitis. 3. Deus enim honoravit patrem in filiis: & judicium matris exquirens, firmavit in filios... Et ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam. 6. Qui honorat patrem ſuum, jucundabitur in filiis, & in die orationis ſuæ exaudietur. 7. Qui honorat patrem ſuum, vita vivet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. 8. Qui timet Dominum, honorat parentes, & quaſi dominis ſerviet his, qui ſe genuerunt. 9. In opere & ſermone, & omni patientia honora patrem tuum, 10. Ut ſuperveniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in noviſſimo maneat. 11. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. 12. Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim eſt tibi gloria, ejus confuſio. 13. Gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filii pater ſine honore. 14. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in vita illius. 15. Et ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum in virtute tua: eleemoſyna enim patris non erit in oblivione. 18. 18. Quam malæ famæ eſt, qui derelinquit patrem: & eſt maledictus a Deo, qui exaſperat matrem.

VII. 25. Filii tibi ſunt? Erudi illos, & curva illos, a pueritia illorum. 26. Filiæ tibi ſunt? Serva corpus illarum, & non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas. 27. Trade filiam, & grande opus feceris, & homini ſenſato da illam... 28... In toto corde tuo, 29. honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliviſcaris. 30. Memento quoniam niſi per illos natus non fuiſſes: & retribue illis, quomodo & illi tibi.

JEREM. XXXV. 5. Poſui coram filiis domus Rechabitarum ſcyphos plenos vino, & calices: & dixi ad eos: Bibite vinum. 6. reſponderunt: Non bibemus vinum: quia Jonadab filius Rechab, pater noſter, præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos: & filii veſtri, uſque in ſempiternum. 7. Et domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis & vineas non plantabitis, nec habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, ut vivatis diebus multis ſuper faciem terræ, in qua vos peregrinamini. 8. Obedivimus ergo voci Jonadab filii Rechab, patris noſtri, in omnibus quæ præcepit nobis, ita ut non biberemus vinum cunctis diebus noſtris nos, & mulieres noſtræ: 9. Et non ædificaremus domos ad habitandum: & vineam, & agrum, & ſementem non habuimus: 10. Sed habitavimus in tabernaculis, & obedientes fuimus, juxta omnia, quæ præcepit nobis Jonadab pater noſter... 18. Domui autem Rechabitarum dixit Jeremias: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Pro eo quod obediſtis præcepto Jonadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata ejus, & feciſtis univerſa, quæ præcepit vobis. 19. Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituum Deus Iſrael: Non deficiet vir de ſtirpe Jonadab filii Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.

ISAI. LI. 1. Attendite ad petram unde exciſi eſtis, & ad cavernam laci, de qua præciſi eſtis. 2. Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram quæ peperit vos.

MATTH. XV 3.... Deus dixit: 4. Honora patrem & matrem: & : Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. 5. Vos autem dicitis Quicumque dixerit patri vel matri quodcumque eſt ex me, tibi proderit: 6. Et non honorificabit patrem ſuum, aut matrem ſuam: & irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram. *Exod. 20. 12* *Deut. 5. 16*

JOHAN. VIII. 39... Si filii Abrahæ eſtis opera Abrahæ facite.

EPHES. VI. 1. Filii, obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim juſtum eſt. 2. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione: 3. ut bene ſit tibi; & ſis longævus ſuper terram. 4. Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina, & correptione Domini.

COLOSS. III. 20. Filii obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum eſt in Domino. 21. Patres, nolite ad indignationem provocare filios veſtros, ut non puſillo animo fiant.

S. AMBROS. *Lib. 5. Hexamer. c. 16. num. 55. (Ciconiarum exemplo ſic homines erudit)*. Quis noſtrum levare ægrum non faſtidiat patrem? Quis feſſum ſenem ſuis humeris imponat, quod in ipſa hiſtoria vix credibile habetur? Quis ut pius ſit, non hoc ſervulis mandet obſequium? At vero avibus non eſt grave, quod pietatis eſt plenum: non eſt onerosum, quod ſolvitur naturæ debito. Non recuſant aves paſcere patrem, quod etiam præſcripta neceſſitate ſub terrore pœnarum pleriſque hominum recuſarunt. Aves non ſcripta, ſed nata lex ſtringit: aves ad hoc munus nulla præcepta conveniunt, ſed gratiæ naturalis officia. Aves non erubeſcunt reverendi ſenis membra portare; eſt enim vectura pietatis.

Lib. 2. in Luc. n. 65. Et erat ſubditus illis (parentibus Jeſus). Quid enim Magiſter virtutis, niſi officium pietatis impleret? Et miramur ſi patri deſert, qui ſubditur matri? Non utique infirmitatis, ſed pietatis eſt iſta ſubjectio... Nunquid & humano egebat auxilio, ut materno ſerviret imperio? Deferebat homini, deferebat ancillæ,... deferebat ſimulato patri: & miraris ſi Deo detulit? An homini deferre pietas eſt, Deo deferre infirmitas eſt?

N 66. Diſce potius tuæ utilitatis præcepta, & exempla pietatis agnoſce. Diſce quid parentibus tuis debeas, &c.

Lib. 8. in Luc. n. 4. Honora patrem tuum & matrem tuam. Primus enim gradus iſte pietatis eſt; namque hos auctores tibi eſſe voluit Deus. Honora obſequiis, ut abſtineas a contumeliis; quia ne vultu quidem lædenda pietas eſt parentum. Sed parum eſt non lædere, quia lex proſpexit ne patiantur injuriam: *Qui enim maledixerit patri, vel matri, morte moriatur;* Tu honora, ut bonus ſis. Aliud eſt legis beneficium, aliud pietatis officium. Honora tuos, quia ſuos Dei Filius honoravit. Legiſti enim, *& erat ſubditus illis*: Si Deus ſervulis, quemadmodum tu parentibus? Honorabat igitur Joſeph & Mariam Chriſtus, non naturæ debito, ſed pietatis officio. Honorabat & Patrem Deum quemadmodum nemo potuit honorare, ut eſſet obediens uſque ad mortem: honora ergo & tu parentes. *Exod. 21. 17* *Luc. 11. 9.*

N. 75. Eſt autem honor non ſolum honorificentiæ, ſed etiam largitatis: *Viduas honora, quæ vere viduæ ſunt.* Honor enim eſt deferre pro meritis. Paſce patrem tuum, paſce matrem tuam, & ſi paveris matrem, adhuc non reddidiſti dolores; non reddidiſti cruciatus quos pro te paſſa eſt: non reddidiſti obſe- *1. Tim. 5. 3.*

quia

contrarium eſt Dei mandatis: quid facto opus?
Act. 5. 29. R. *Obedire oportet Deo magis quam hominibus*: debet major auctoritas præponderare minori. (C)

I. Quæ-

quia quibus te illa geſtavit: non reddidiſti alimenta quæ tribuit tenero pietatis affectu, imulgens labiis tuis ubera: non reddidiſti famem quam pro te illa toleravit, ne quid quod tibi noxium eſſet, ederet; ne quid quod lacti noceret, hauriret: Tibi illa jejunavit, tibi manducavit, tibi illa quem voluit cibum non accepit, tibi quem noluit ſumpſit, tibi vigilavit, tibi flevit, & tu illam egere pateris? o fili, quantum tibi ſomnis judicium, ſi non paſcas parentem! Illi debes quod habes, cui debes quod es. Quantum judicium, ſi paſcat Eccleſia quos tu nolis paſcere.

N. 76. Ne commiſeris, fili, ut parentes tuos aliorum fames paſcat: ne commiſeris, fili, ut jejunia pauperum parentibus tuis cibum quærant. Si non propter gratiam & ſalutem, propter verecundiam paſce vel tu fili, vel tu filia. Non pudet ſi te ingrediente in Eccleſiam, alienis manus ſuas anus mater extendat, & prætermiſſa filia, de extraneis ſtipem poſcat;... quid ſi in te ſermonem ſuum vertat, repoſcens natoræ debitum, nutrimentorum pretium, manus tuæ quod genitrici debetur officium? quid reſpondebis?

N. 77. Dabiſne aliis? Quid ſi tibi objiciant: Vade, prius matrem tuam paſce. Nam & ſi pauperes ſunt, impiam tamen non quærunt collationem... Si non donare exterius grave eſt, quanto gravius excludere parentes? Sed dicis te quod eras parentibus collaturus, Eccleſiæ malle conferre. Non quærit donum Deus de fame parentum.

N. 78. Ceterum Dei traditio eſt, ut prius paſcas parentes. Nam ſi juxta divinum oraculum, contumalia parentis morte luitur, quanto magis fames quæ morte gravior eſt.

S. AUGUST. *in Joan. Evang. cap.* 19. *Tract.* 119. *n.* 1. *Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua*. Hæc nimirum eſt illa hora, de qua Jeſus aquam converſurus in vinum, dixerat matri. *Quid mihi & tibi eſt, mulier?*
Joan 11. 4. *nondum venit hora mea*. Hanc itaque horam prædixerat quæ tunc nondum venerat, in qua deberet agnoſcere moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo divina facturus, non divinitatis ſed infirmitatis matrem velut incognitam repellebat: nunc autem humana jam patiens, ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano. Tunc enim qui Mariam creaverat, innoteſcebat virtute: nunc vero quod Maria pepererat, pendebat in cruce.

N. 2. Moralis igitur inſinuatur locus. Facit quod faciendum admonet, & exemplo ſuo ſuos inſtruxit. Præceptor bonus, ut a filiis piis impendatur cura parentibus: tamquam lignum illud ubi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit magiſtri docentis. Ex hac ſana doctrina didicerat Paulus Apoſtolus, quod docebat,
1.Tim.5.8. quando dicebat: *Si quis autem ſuis, & maxime domeſticis non providet, fidem negavit, & eſt infideli deterior*. Quid autem tam cuique domeſticum, quam parentes filiis, aut parentibus filii? Hujus itaque ſaluberrimi præcepti ipſe magiſter Sanctorum de ſeipſo conſtituebat exemplum, quando non ut famulæ Deus quam creaverat & regebat, ſed ut matri homo de qua creatus fuerat & quam relinquebat, alterum pro ſe quodammodo filium providebat.

JOHAN. GERSON. *Tract. de modo vivendi omnium fidelium. Conſider.* 15. Regula filiorum ad parentum eſt, quod parentes honorent, & eis in bonis obediant, nec eis ſua furentur. Ante eos non reſpondeant, maledictionibus omnino ſibi caveant. Cum parentibus aliquando ad Eccleſiam vadant libenter; in negotiis parentum ſuorum fideliter laborent.

(C) DEUTERON. XXXIII. 9. Quid dixit patri ſuo, & matri ſuæ: Neſcio vos; & fratribus ſuis: Ignoro vos: & neſcierunt filios ſuos. Hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſervaverunt.

MATTH. X. 37. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus: & qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.

LUC. XIV. 26. Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

S. AMBROS. *Lib.* 8. *in Luc. n.* 79. *in fine*. Sed ut paſcendos Scriptura dicit parentes; ita propter Deum relinquendos parentes, ſi impediant devotæ mentis affectus.

S. HIERON. *in Epiſt. ad Titum, cap.* 3. Si bonum eſt quod præcipit Imperator & Præſes, jubentis obſequere voluntati. Sin vero malum & contra Deum ſapit, reſponde ei illud de actibus Apoſtolorum: *obe-*
dire oportet Deo magis quam hominibus. Hoc ipſum & de ſervis intelligamus apud dominos, & de uxoribus apud viros, & de filiis apud parentes, quod in illis tantum debeant dominis, viris, parentibus eſſe ſubjecti, quæ contra Dei mandata non veniunt. Act. 5. 29.

Epiſt. ad Heliodor. prope initium. Recordare tyrocinii tui diem, quo Chriſto in baptiſmate conſepultus in ſacramenti verba juraſti: pro nomine ejus, non te matri parciturum eſſe, non patri... Licet parvulus ex collo pendeat nepos; licet ſparſo crine & ſciſſis veſtibus, ubera quibus te nutrierat mater oſtendat; licet in limine pater jaceat, per calcatum perge patrem, ſiccis oculis ad vexillum crucis evola. Solum pietatis genus eſt, in hac re eſſe crudelem... Dicant: In te omnis domus inclinata recumbit: facile rumpit hæc vincula amor Dei, & gehennæ timor. At contra Scriptura præcipit parentibus obſequendum: Sed quicumque eos ſupra Chriſtum amat, perdit animam ſuam. Gladium tenet hoſtis ut me perimat, & ego de matris lachrymis cogitabo? Propter patrem militiam Chriſti deſeram, cui ſepulturam Chriſti cauſa non debeo, quam etiam omnibus ejus cauſa debeo?

S. AUG. *Epiſt.* 243. *alias* 28. *ad Lætum, num.* 3... In eo quod unuſquiſque renuntiat omnibus, quæ ſunt ejus, etiam illud continetur, ut oderit patrem ſuum & matrem & uxorem & filios & fratres & ſorores, adhuc & animam ſuam. Omnia enim hæc propria ejus ſunt, quæ plerumque implicant & impediunt ad obtinenda, non iſta propria temporaliter tranſitura, ſed in æternum manſura communia.

N. 4. Potes hoc facillime in ipſa tua matre cognoſcere. Nam unde te nunc irretitum involvit, & ab inſtituto curſu retardatum reflectit & curvat, niſi ex quo tua propria mater eſt?... Quod ergo tu illi etiam carnali neceſſitudine annecteris, ad ſortem valere debet familiarius colloquendi, & apertiore janua conſulendi, ut hoc ipſum, quo te privatum diligit, interficiatur in ea, ne quod ex utero ſuo te genuit, pluris pendat, quam quod ex utero Eccleſiæ genita eſt tecum. Quod autem de matre dixi, hoc de tali cetera propinquitate intelligendum eſt: hoc etiam quiſque de anima ſua cogitet, ut etiam in ipſa privatum affectum oderit, qui procul dubio temporalis eſt.

N. 5. Nec ſuccenſeant parentes hoc præcipere Dominum, ut eos oderimus, quando nobis hoc de anima noſtra præcipitur. Nam ſicut nunc de anima jubetur, ut eam propter Chriſtum cum parentibus oderimus: ita quod alio loco de anima idem Dominus dicit, in parentes quoque poteſt congruentiſſime convenire:... Qui amat parentes ſuos, perdet eos. De anima quippe hoc ibi dixit *oderit*, quod hic *perdet*. Sicut autem hoc præceptum, quo perdere jubemur animam noſtram, non ad id valet ut ſe quiſque interimat, quod inexpiabile nefas eſt; & tamen valet ut interimat in ſe carnalem animæ affectum... Ita de parentibus rectiſſime dicitur, ut qui eos amat, perdat eos, non more parricidarum interficiens, ſed ſpiritali gladio verbi Dei carnalem affectum eorum, quo & ſe ipſos, & eos, quos genuerunt, implicamentis hujus ſæculi obligare conantur, pie fideliterque percutiens & occidens, illud in eis vivere faciat, quo fratres ſunt, quo cum filiis ſuis temporalibus, parentes æternos Deum Eccleſiamque cognoſcunt.

N. 6... Rapit militem Chriſti tuba cæleſtis ad præmium, & retinet mater non plane talis, qualis Machabæorum fuit... Nam mater quæ te ad diſcendam vitam removeri a curis ſæcularibus non permittit, ſatis oſtendit quemadmodum te, ſi opus eſſet, ad obeundam mortem penitus ſæculum repudiare permitteret.

N. 7. Sed quid dicit, aut quid allegat? Forte decem illos menſes, quibus viſcera ejus oneraſti, & dolores parturitionis, ac labores educationis. Hoc, hoc interfice verbo ſalutari, hoc perde matris, ut in vitam æternam invenias illam. Hoc memento ut oderis in ea, ſi diligis eam, ſi tyro Chriſti es, ſi turris fundamenta poſuiſti:... carnalis enim affectus eſt iſte, & adhuc veterem hominem ſonat. Hunc carnalem affectum, & in nobis & in noſtris, militia Chriſtiana ut perimamus hor-

ta-

I. Quænam ſunt officia ſpecialia plebis Chriſtianæ erga Paſtores?

R. Debent 1. eorum monita & documenta ſeu privatim ſeu palam & publice reverenter excipere. 2. Ab iis ſecramenta ſuſcipere, 3. Eorum legibus & mandatis obſequi. 4. Quæ ad victum & cultum eorum neceſſaria ſunt libenter ſuppe-

D ditare. (D)

I. Quid debent populi Regibus & Dynaſtis ſupremis?

R. Honorem, fidem, operam, amorem, ſubjectionem, tributa & vectigalia, reverentiam, preces ſedulas pro eorum ſalute & pace, & pro regni tranquillitate & proſperitate ſive ſpirituali ſive temporali. (E) E

I. Quid debent populi Ducibus & Magiſtratibus?

R. Ho-

tatur: nec tamen ita ut ingratus ſit quisque parentibus, & eadem ipſa beneficie, quibus iu vitam hane ediius, ſuſceptus atque nutritus eſt, enumerata derideat. Servet potius ubique pietetem. Habeut hæc locum ubi majora non vocant.

N. 10. Hic babeant locum materua ipſa beneficia, quæ tibi ad venerationem cordis enumetantur: habeant prorſus locum; noli eſſe ingratus, repende gratiam matri tuæ, repende ſpiritalia pro carnalibus, pro tempotalibus ſempiterna. Sed non vult ſequi? Non impediat. Non vult converti in melius? Cavu ne te in deterius pervertat & evertat.

N. 52. Si quid ſane pecuniæ res tua familiaris habet, eujus te implicari negotio nec oportet, nec decet, revera tribuendum eſt matri & domeſticis tuis. Horum quippe indigentia, ſi pauperibus ut ſis perfectus, inſtituiſti diſtribuere talia tna, primum apud te locum obtinere debet. *Si quis enim ſuis & maxime domeſticis*, ait Apoſtolus, *non providet, fidem negavit, & eſt infideli deterior.*

Serm. 62. alias 6. de verbis Domini, c. 8. n. 13.... Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi a Deo... Qui autem reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Sed quid, ſi illud jubeet quod non debes facere? Hic ſane contemne poteſtatem, timendo poteſtetem; ipſos humanarum rerum gradus advertite: ſi aliquid juſſerit curator, nonne faciendum eſt? Tamen ſi contra Proconſulem jubeat, non utique contemnis poteſtatem, ſed eligis majori ſervire. Nec hinc debet minor iraſci, ſi major prælatus eſt. Rurſum ſi aliquid ipſe Proconſul jubeat, & aliud jubeat Imperator, numquid dubitatur iſto contemto illi eſſe ſerviendum? Ergo ſi aliud Imperator, & aliud Deus, quid judicatis? Solve tributum, eſto mihi in obſequium. Recte, ſed non in idolio. In idolio prohibet. Quis prohibet? Major poteſtas. Da veniam: tu carcerem, ille gebennam minatur.

Ennarrat. in Pſ. CXXIV. *n. 7.* Julienus extitit Infidelis Imperator, extitit apoſtata, iniquus, idololatra: militas Chriſtiani ſervierunt Imperatori infideli; ubi veuiebatur ad cauſam Chriſti, non agnoſcebant niſi illum qui in cælo erat. Si quando volebat ut idola colerent, ut thurificarent; præponebant illi Deum.... Diſtinguebant Dominum æternum a domino temporali: & tamen ſubditi erant propter Dominum æternum, etiam dominio temporali.

S. BERNAAD. *Serm. 41. de diverſis de virtute obedientiæ, n. 3.* Bona præcipit Deus ut faciamus; a malie jubet ut abſtineamus. Præcepti hujus ſancta & incommutabilis auctoritas non valet quoquo modo refelli:

Malac. 3. 6. quie illius eſt charactere conſignata, qui dicit: *Ego Dominus, & non mutor.* Si ergo homo ille, quem impoſuit Deus ſuper capita noſtra, aliter ſentire voluerit ponens tenebras lucem, & lucem tenebras, ut præcipiat prædicta bone relinquere, vel malis præfatis adhærere, audacter refutandum eſt præcipientis im-

Act. 5. 29. perium, & libera voce dicendum: *Obedire oportet magis Deo quam hominibus.* Hæc eſt ſpecialis obedientia ad Deum, quæ nequaquam eſt hominis arbitrio temperanda, ſed immutabili conſervanda propoſito. Certam igitur regulam tene, ut nec imperio Prælatorum prædicta bona relinquas, vel facias mala.

Tractat. de Præcepto & diſpenſatione, c. 9. n. 19. Sive enim Deus, ſive homo vicarius Dei, mandatum quodcumque tradiderit, pari profecto obſequendum eſt cure, pari reverentia deferendum, ubi tamen Deo contraria non præcipit homo. Quod ſi contigerit pergendum indubitanter conſulo in Petri ſententiam: *quia*

Id. Ibid. *obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Aut enim hoc reſpondendum cum Apoſtolis, aut cum Phariſæis

Matt. 15. 3. certe audiendum: *Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras?...* Ego igitur ſi me hoc angi articulo ſentiam, ut aut Deum, aut hominem offendere neceſſe ſit; Deum potius libenter eligo non offendere, & quidem tutius juſtiusque,

N. 21. Obedientia quæ majoribus præbetur, Deo exhibetur. Quamobrem quidquid vice Dei præcipit homo, *Reg. S. Bened. cap. 5.* quod non ſit tamen certum diſplicere Deo; haud ſecus omnino accipiendum eſt, quam ſi præcipiat Deus. Quid enim intereſt utrum per ſe an per ſuos miniſtros, ſive homines, ſive Angelos hominibus innoteſcat ſuum placitum Deus? Sed homines, inquis, facile falli in Dei voluntate de rebus dubiis percipienda, & in præcipienda fallere poſſunt. Sed enim quid hoc refert tua, qui conſcius non es, præſertim cum teneas de Scripturis quia *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam & legem ex ore* *Malac. 2. 7.* *ejus requirunt: quia Angelus Domini exercituum eſt....* a quo denique divina potius conſilia requirentur quam ab illo, cui credita eſt diſpenſatio myſteriorum Dei. Ipſum proinde quem pro Deo hebemus, tamquam Deum in his, quæ aperte non ſunt contra Deum, audire debemus.

(D) ECCLSI. VII. 31. In tota anima tua time Dominum, & Secerdotes illius ſanctifica. 32. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & miniſtros ejus ne derelinquas. 33. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica Sacerdotes, & propurga te cum brachiis. 34. Da illis partem, ſicut mandatum eſt tibi, primitiarum & purgationis.

Hæc fuſius elucidabimus infra cum de ſacramento Ordinis *ſermonem habebimus, hujuſce operis parte tertia ſect.* *Deut. 12. 18.* *Levit. 11. 1.* 1. *cap.* 7. §. 14. *Vide teſtimonia SS. Patrum ſupra laudata hocce §. lit.* (C) &c. *&c.*

(E) JEREM. XXIX. 7. Et quærite pacem civitatis ad quam traſmigrare vos feci: & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis.

BARUCH. I. 11. Orate pro vita Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & pro vita Baltaſſar filii ejus, ut ſint dies eorum ſicut dies cœli ſuper terram: 12. Et ut det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos noſtros, ut vivamus ſub umbra Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & ſub umbra Baltaſſar filii ejus, & ſerviamus eis multis diebus, & inveniamus gratiam in conſpectu eorum.

MATTH. XXII. 21. Tunc ait illis (Jeſus:) Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo.

ROM. XIII. 1. Omnis animæ poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtes niſi a Deo: quæ autem ſunt a Deo ordinata ſunt. 2. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. 3. Nam Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem, bonum fac; & habebis laudem ex illa: 4. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt: vindex in iram ei, qui malum agit. 5. Ideo neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram: ſed etiam propter conſcientiam. 6. Ideo enim & tributa præſtatis: miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſervientes. 7. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

1. TIMOTH. II. 1. Obſecro igitur, primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus. 2. Pro Regibus, & omnibus qui in ſublimitate ſunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate, & caſtitate. 3. Hoc enim bonum eſt, & acceptum coram Salvatore noſtro Deo.

TIT. III. 1. Admone illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire.

HEB. XIII. 17. Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis. Ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis.

1. PETR. II. 13. Subjecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: ſive regi, quaſi præcellenti. 14. Sive ducibus, tamquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. 15. Quia ſic eſt voluntas Dei, ut benefacientes obmute-

ſcere

Digitized by Google

F R. Honorem, reverentiam, ſubjectionem. (F)

I. Quid debent adoleſcentes ſenibus?

G R. Honorem, reverentiam, tolerantiam. (G)

I. Quid debent egeni divitibus?

R. Si adſint ipſis divites ſuis opibus, habeant gratum erga eos animum, ſint in eos quantum in ſe eſt officioſi, & pro ipſis aſſidue & ſpeciatim orent.

Si eos non juvant divites opibus, caveant pauperes ne propterea ipſis mala precentur, imo honorem illis ſemper & reverentiam deferant ut par eſt, nec graventur ſubjicere ſe omnibus, ut pauperes Divina providentia humiles & dimiſſos decet. Orare debent pro opprimentibus & perſequentibus, quanto magis pro non ferentibus opem, & præſidium? (H)

I. Quid debent ſervi & famuli ſuis dominis & heris?

R. Debent 1. obedire ipſis cum timore & tremo- H
re in ſimplicitate cordis, ſicut Chriſto, non ad oculum ſervientes quaſi hominibus placentes, ſed ut ſervi Chriſti, facientes voluntatem Dei ex animo. Cum bona voluntate ſervientes ſicut Domino & non hominibus.

2. Non fraudent eos, ſed bona illorum conſervent, & fidem in omnibus oſtendant.

3. Omnem adverſus eos querelæ anſam ſedulo præripiant. (I) I

I. Quid

---

cere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. 16. Quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem, ſed ſicut ſervi Dei. 17. Omnes honorate: fraternitatem diligite: Deum timete: Regem honorificate.

Tertull. *Apolog. cap.* 30. Nos pro ſalute Imperatorum Deum invocamus æternum, Deum verum, Deum vivum . . . Inde eſt Imperator, unde & homo antequam Imperator. Inde poteſtas illi, unde & ſpiritus . . . De pectore oramus pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcumque hominis, & Cæſaris vota ſunt. Hæc ab alio rogare non poſſum, quam a quo ſcio me conſecuturum; quoniam & ipſe eſt qui ſolus præſtat.

Cap. 32. Nos judicium Dei ſuſpicimus in Imperatoribus, qui gentibus illos præfecit. Id in eis ſcimus eſſe quod Deum voluit, ideoque & ſalvum volumus eſſe quod Deus voluit.

S. August. *Lib.* 22. *Contra Fauſtum*, *cap.* 74. Nocendi cupiditas, ulciſcendi crudelitas, impacatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſimilia, hæc ſunt quæ in bellis jure culpantur; quæ plerumque ut etiam jure puniantur, adverſus violentiam reſiſtentium, ſive Deo, ſive aliquo legitimo imperio jubente, gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur a bonis, cum in eo rerum ordine inveniuntur, ubi eos vel jubere tale aliquid, vel in talibus obedire juſte ordo ipſe conſtringit. Alioquin Johannes, cum ad eum baptizandi milites venirent, dicentes, *Et nos quid faciemus?* reſponderet eis, Arma abjicite, militiam iſtam deſerite, neminem percutite, vulnerate, proſternite. Sed quia ſciebat eos, cum hæc militando facerent, non eſſe homicidas, ſed miniſtros legis, & non ultores injuriarum ſuarum, ſed ſalutis publicæ defenſores; reſpon-
Luc. III. 14 dit eis: *Neminem concuſſeritis, nulli calumniam feceri-*
Mat. 22. 21 *tis, ſufficiat vobis ſtipendium veſtrum* . . . Jeſum Chriſtum audiant hoc ſtipendium jubentem reddi Cæſari, quod Johannes dicit debere ſufficere militi. *Reddite*, inquit, *Cæſari quæ Cæſaris ſunt, & Deo quæ Dei ſunt*: & ad hoc enim tributa præſtantur, ut propter bella neceſſario militi ſtipendium præbeatur.

Cap. 75. Intereſt enim quibus cauſſis, quibuſque auctoribus homines gerenda bella ſuſcipiant: ordo tamen ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc poſcit, ut ſuſcipiendi belli auctoritas atque conſilium penes Principem ſit; exſequendi autem juſſa bellica miniſterium milites debeant paci ſalutique communi . . . Non eſt enim poteſtas niſi a Deo ſive jubente, ſive ſinente. Cum ergo vir juſtus, ſi forte ſub Rege homine etiam ſacrilego militet, recte poſſit illo jubente bellare civicæ pacis ordinem ſervans; cui quod jubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt, vel utrum ſit certum non eſt; ita ut fortaſſe reum Regem faciat iniquitas imperandi, innocentem autem militem oſtendat ordo ſerviendi.

(F) Rom. XIII. &c. *Vide ſupra hunc §. litter.* (E) *ut &*

1. Petr. II. 13. &c.

(G) Levit. XIX. 32. Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis: & time Dominum Deum tuum. Ego ſum Dominus. (*Supple* qui hæc præcipio tibi.)

4. Reg. II. 23. Aſcendit autem inde (Eliſeus) in Bethel: cumque aſcenderet per viam, pueri parvi egreſſi ſunt de civitate, & illudebant ei, dicentes: Aſcende calve, aſcende calve. 24. Qui cum reſpexiſſet, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini: Egreſſique ſunt duo urſi de ſaltu, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros.

1. Petr. v. 5. Adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus.

(H) Prov. XVII. 13. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus.

Matth. v. 44. Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos: 45. Ut ſitis filii Patris veſtri, qui in cælis eſt . . . 46. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt . . . 48. Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.

Rom. XII. 17. Nulli malum pro malo reddentes: providentes bona, non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. 18. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes: 19. Non vosmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ: ſcriptum eſt enim: Mihi vindicta: *Deu.* 32. 35.
ego retribuam, dicit Dominus. 20. Sed ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum: ſi ſitit, potum da illi, hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput ejus. 21. Noli vinci a malo, ſed vince in bono malum.

2. Cor. I. 11. Adjuvantibus & vobis in oratione pro nobis: ut ex multorum perſonis, ejus quæ in nobis eſt donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.

1. Thessal. v. 15. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat. Sed ſemper quod bonum eſt ſectamini in invicem, & in omnes.

1. Petr. III. 9. Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, ſed e contrario benedicentes: quia in hoc vocati eſtis, ut benedictionem hæreditate poſſideatis. 10. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam ſuam a malo, & labia ejus ne loquantur dolum. 11. Declinet a malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & ſequatur eam: 12. Quia oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum: vultus autem Domini ſuper facientes mala. 13. Et quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? 14. Sed & ſi quid patimini propter juſtitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini.

(I) Eccli. VII. 22. Non lædas ſervum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam ſuam. 23. Servus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.

1. Cor. VII. 20. Unuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. 21. Servus vocatus es? Non ſit tibi curæ: ſed & ſi potes fieri liber, magis utere. 22. Qui enim in Domino vocatus eſt ſervus, libertus eſt Domini: ſimiliter qui liber vocatus eſt, ſervus eſt Chriſti. 23. Pretio empti eſtis, nolite fieri ſervi hominum. 24. Unuſquiſque in quo vocatus eſt, fratres, in hoc permaneat apud Deum.

Ephes. VI. 5. Servi obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: 6. Non ad oculum ſervientes, quaſi hominibus placentes, ſed ut ſervi Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo, 7. Cum bona voluntate ſervientes, ſicut Domino, & non hominibus: 8. Scientes quoniam unuſquiſque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, ſive ſer-

PARS II. SECT. III. CAP. V. §. 2.

I. Quid debent mercenarii & opifices iis quorum utilitati ſerviunt?

R. 1. Debent ſuam ipſis operam fideliter impendere: 2. Nihil de diurno & quotidiano labore fraudare: 3. Stare promiſſis, & ſtatutis diebus opus abſolutum reddere. (K)

K

I. Quid debent uxores ſuis conjugibus?

R. Amorem ſincerum & minime fictum: obſequium, reverentiam, ſubjectionem, fidem, tolerantiam, auxilium, conſolationem. De his infra fuſius agemus.

Par. 3. Sect. 1. c. 8. §. 7.

§. 2. *De officiis Superiorum erga inferiores.*

I. Quid debent generatim Superiores ſuis Inferioribus?

R. Amorem, vigilantiam, ſollicitudinem juxta illud Apoſtoli, *qui præeſt in ſollicitudine*, eruditionem & diſciplinam, præſidium & tuitionem, auxilium, vitæ laudabilis exemplum, preces, & ſupplicationes pro iis ad Dominum.

Rom. 12. 8.

I. Quænam ſunt ſpecialiora officia Parentum in liberos?

R. 1. Debent eos ſinceta & chriſtiana caritate diligere; chriſtiana, inquam, quæ a Deo ſit, & ad Deum referatur. 2. Suppeditare quidquid neceſſe eſt ad eorum victum, & cultum, & inſtitutionem, & honeſtam, habita ratione conditionis, collocationem. 3. Item per ſe vel per alios eos erudire & inſtituere. 4. Sollicite eorum ſaluti invigilare. 5. Peccantes arguere & corrigere, adhibita pro ut fert neceſſitas vel manſuetudine vel ſeveritate, ſed nunquam intermiſſa caritate. 6. Præeſſe ipſis vitæ exemplo. 7. Aſſiduas & enixas pro ipſis preces ad Deum fundere. 8. Maxime cavere eos expedit ne in electione conditionis & ſtatus pro liberis aliqua cupiditate ſeu prava affectione moveantur; neve Dei ordinationi & vocationi obſiſtant.

I. Quid ipſis agendum eſt ut intelligant quænam ſit Dei ordinatio erga liberos; quæ vocatio?

R. 1. Orent. 2. Conſulant viros in illis rebus peritos, ſapientes & expertos. 3. Caveant im-

ſervus, ſive liber. 9. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas: ſcientes, quia & illorum, & veſter Dominus eſt in cælis: & perſonarum acceptio non eſt apud eum.

COLOSS. III. 22. Servi obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum ſervientes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis, timentes Deum. 23. Quodcumque facitis, ex animo operamini, ſicut Domino & non hominibus: 24. Scientes quod a Domino accipietis retributionem hæreditatis.

1. TIMOTH. VI. 1. Quicumque ſunt ſub jugo ſervi, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini, & doctrina blaſphemetur. 2. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres ſunt: ſed magis ſerviant, quia fideles ſunt & dilecti, qui beneficii participes ſunt.

TIT. II. 9. Servos dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placentes, non contradicentes, 10. non fraudantes, ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes: ut doctrinam Salvatoris noſtri Dei ornent in omnibus.

1. PETR. II. 18. &c. *Vide ſupra hocce §. lit.* (E)

S. AUGUST. *Enarrat. in Pſ.* LXXVI. *num.* 2. Bonus Deus Iſrael. Sed quibus? Rectis corde. Qui ſunt recti corde? Qui voluntatem ſuam ad voluntatem Dei dirigunt; non voluntatem Dei ad voluntatem ſuam curvare conantur. Breve præceptum eſt, ut homo dirigat cor ſuum. Vis habere rectum cor? Tu fac quod vult Deus: Noli Deum velle facere quod vis tu ... Fecit Deus pauperem, ut probet hominem; & fecit Deus divitem, ut probet illum de paupere. Et omnia quæ fecit Deus, recta fecit. Et ſi non poſſumus videre conſilium ipſius, quare illud ſic fecit & illud ſic; bonum eſt nobis ut ſubdamur ſapientiæ ipſius, & credamus quia bene fecit; etſi nondum novimus quare fecit: & habebimus cor rectum, ut præſumamus & confidamus in Domino.

N. 7. Modo quidem juſti aliquantum laborant, & modo aliquando injuſti dominantur juſtis. Quibus modis? Aliquando injuſti perveniunt ad honores ſæculi: cum pervenerint, & facti fuerint vel judices, vel Reges, quia hoc facit Deus propter diſciplinam plebis ſuæ, propter diſciplinam populi ſui; non poteſt fieri niſi ut exhibeatur illis honor debitus poteſtati. Ordinavit enim ſic Deus Eccleſiam ſuam, ut omnis poteſtas ordinata in ſæculo, habeat honorem, & aliquando a melioribus. Sed exempli gratia unam tam dico, hinc conſiste gradus omnium poteſtatum. Prima & quotidiana poteſtas hominis in hominem domini eſt in ſervum. Prope omnes domus habent hujuſmodi poteſtatem. Sunt domini, ſunt & ſervi, ... & quid dicit Apoſtolus, Servi obaudite dominis veſtris ſecundum carnem: quia eſt Dominus ſecundum ſpiritum. Ille eſt verus Dominus & æternus, iſti autem temporales ſecundum tempus. Tu cum ambulas in via, cum vivis in hac vita, non vult te facere ſuperbum Chriſtus. Contigit tibi ut Chriſtianus efficereris, & haberes dominum hominem: non ideo Chriſtianus effectus es, ut dedigneris ſervire. Cum enim Chriſto

Epheſ. 6. 5.

jubente ſervi homini, non illi ſervis, ſed illi qui juſſit, & hoc ait: *Obaudite Dominis veſtris ſecundum carnem cum timore, & tremore in ſimplicitate cordis, non ad oculum ſervientes, quaſi hominibus placentes, ſed quaſi ſervi Chriſti, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate.* Si Dominus cæli & terræ, per quem facta ſunt omnia, ſervivit indignis, rogavit pro ſævientibus & furentibus, & tamquam medicum ſe exhibuit adveniens ... quanto magis non debet dedignari homo, ex toto animo, & ex tota bona voluntate, cum tota dilectione ſervire domino etiam malo. *Epheſ. 6. 5. & 6.*

N. 8. ... Quamdiu ſervi boni ſerviunt malis dominis, ferant ad tempus ... Ad tempus ferant juſti iniquos dominantes: .. teneant ab iniquitate manus ſuas, & ferant iniquitatem, non faciant. Melius eſt enim injuſtitiam ferre, quam facere.

JOHAN. GERSONIUS *Tractatu de modo vivendi omnium fidelium. Conſiderat.* 8. Regula pauperum ut divitibus libenter & fideliter ſerviant, nec divitibus propter divitias ſuas invideant, nec propter paupertatem, adulatione, vel detractione peccent, nec impatientur, ſed grataner paupertatem ſuſtineant, nec injuſte ditari cupiant, nec Eccleſias propter divites vitent, nihil furti a familia ſuorum vicinorum, nec ab aliis retineant.

Conſiderat. 18. Ne fraudem dominis ſuis in ſerviendo negligendo faciant, fideles ſint in rebus ſuis cuſtodiendis, nihil ab eis auferant occulte, nec alios facere permittant, nocivum malum non faciant uxori, vel filiis domini ſui; de male reſpondendo caveant, malos rumores fugiant, unde in domum malum oriri poſſit, ſed diſcordias etiam reportare vitent. Miſſi cito revertantur, mercedem ſuam in ſuperbia veſtium non expendant. Ita vivant in humilitate, ut labor eorum ſit eis in remiſſionem peccatorum.

(K) GENES. XXIX. 15. Num quia frater meus es, gratis ſervies mihi? dic, quid mercedis accipias .... 18. Serviam tibi pro Rachel filia tua minore, ſeptem annis. 19. Reſpondit Laban: Melius eſt ut tibi eam dem quam alteri viro, mane apud me. 20. Servivit ergo Jacob pro Rachel ſeptem annis: ... 21. Dixitque ad Laban: Da mihi uxorem meam: quia jam tempus impletum eſt, ut ingrediar ad illam. 22. Qui vocatis multis amicorum turbis ad convivium, fecit nuptias. 23. Et veſpere Liam filiam ſuam introduxit ad eum. 24 ... Ad quam cum ex more Jacob fuiſſet ingreſſus, facto mane vidit Liam: 25. Et dixit ad ſocerum ſuum: Quid eſt quod facere voluiſti? nonne pro Rachel ſervivi tibi? Quare impoſuiſti mihi? 26. Reſpondit Laban: Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, ut minores ante tradamus ad nuptias. 27. Imple hebdomadam dierum hujus copulæ: & hanc quoque dabo tibi pro opere quo ſerviturus es mihi ſeptem annis aliis. 28. Acquievit placito: & hebdomada tranſacta, Rachel duxit uxorem ... 30. .. ſerviens apud eum ſeptem annis aliis.

XXX. 25. Nato autem Joſeph, dixit Jacob ſocero ſuo:

Digitized by Google

imprimis ne temere liberos ex prave affectione impellant ad ſtatum Clericalem vel Religioſum. (A) A

I. Quid debent Paſtores animarum gregibus ſuis?

R. Paſcere debent eos mente, paſcere ore, paſcere opere, paſcere animi oratione, verbi exhortatione, exempli exhibitione. Verba ſunt S. Bernardi. (B) B.

I. Quænam ſunt officia Principum & Magiſtratuum erga populos ſibi ſubjectos?

R. Debent 1. Publicam pacem & tranquillitatem vindicare, tueri, & conciliare. 2. Jus unicuique dicere. 3. Punire ſontes. Præmia virtutibus & meritis reddere. 4 Inundantium vitiorum impetum frangere. Emergentibus perniciofis exemplis obſiſtere. 5. Divinas, Eccleſiaſticas & civiles leges tueri & vindicare. Si quæ de novo condendæ ſunt, in iis habere rationem publicæ utilitatis. 6. Po-

ſuo: Dimitte me ut revertar in patriam, & ad terram meam. 26. Da mihi uxores, & liberos meos pro quibus ſervivi tibi, ut abeam: tu noſti ſervitutem qua ſervivi tibi. 27. Ait illi Laban: Inveniam gratiam in conſpectu tuo: experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te: 28. Conſtitue mercedem tuam quam dem tibi. 29. At ille reſpondit: Tu noſti quomodo ſervierim tibi ... 30. ... Juſtum eſt igitur aliquando provideam etiam domui meæ. 31. Dixitque Laban: Quid tibi dabo? At ille ait: Nihil volo: ſed ſi feceris quod poſtulo, iterum paſcam, & cuſtodiam pecora tua. 32. Gyra omnes greges tuos, & ſepara cunctas oves varias & ſparſo vellere, & quodcumque furvum, & maculoſum, variumque fuerit, tam in ovibus quam in capris, erit merces mea. 33. Reſpondebitque mihi cras juſtitia mea, quando placiti tempus advenerit coram te: & omnia quæ non fuerint varia & maculoſa, & furva, tam in ovibus quam in capris, furti me arguent. 34. Dixitque Laban: Gratum habeo quod petis... 43. Ditatuſque eſt homo ultra modum, & habuit greges multos, ancillas & ſervos, camelos & aſinos.

Hæc omnia, uti & ea quæ dicemus infra ſequenti §. fuſius probata atque pertractata videre potes hujuſce operis parte 3. ſect. 1. cap. 8. in quo agimus de ſacramento Matrimonii, §. 7. & 8.

(A) *Superiora inferius probabimus parte tertia hujuſce operis dum ſermo erit de ſacramento* Matrimonii *ſect.* 1. *cap.* 8. §. 8.

(B) EZECHIEL. XXXIII. 2. Cum ... tulerit populus terræ virum unum de noviſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem: 3. Et ille viderit gladium venientem ſuper terram, & cecinerit buccina, & annuntiaverit populo: 4. Audiens autem, quiſquis ille eſt, ſonitum buccinæ, & non ſe obſervaverit, veneritque gladius, & tulerit eum: ſanguis ipſius ſuper caput ejus erit. 5. Sonum buccinæ audivit, & non ſe obſervavit, ſanguis ejus in ipſo erit: ſi autem ſe cuſtodierit, animam ſuam ſalvabit. 6. Quod ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem ejus de manu ſpeculatoris requiram. 7. Et tu fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: audiens ergo ex ore meo ſermonem annuntiabis eis ex me. 8 Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris: non fueris locutus ut ſe cuſtodiat impius a via ſua: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem ejus de manu tua requiram. 9. Si autem annuntiante te ad impium, ut a viis ſuis convertatur, non fuerit converſus a via ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur, porro tu animam tuam liberaſti.

XXXIV. 2. *&c. Vide ſupra* §. 16. *cap.* 4. *ſect.* 1. *Part.* 1. *lit.* (G)

ACTOR. I. 1. Cœpit Jeſus facere, & docere.

ACTOR. VI. 4. Nos vero orationi, & miniſterio verbi inſtantes erimus.

1. TIMOTH. IV. 12. Nemo adoleſcentiam tuam contemnat: ſed exemplum eſto fidelium, in verbo, in converſatione, in charitate, in fide, in caſtitate 13. ... Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. 16. Attende tibi & doctrinæ; inſta in illis. Hoc enim faciens, & te ipſum ſalvum facies, & eos qui te audiunt.

TIT. II. 7. In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate. 8. Verbum ſanum, irreprehenſibile: ut is, qui ex adverſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

S. AUG. *Serm.* 46. *alias* 165. *de temp. qui eſt de Paſt. cap.* 1. *nn* 2. Non ſe paſcunt paſtores, ſed oves.. Quod præpoſiti ſumus propter vos eſt. Sumus Præpoſiti, unde rationem reddemus Deo de diſpenſatione noſtra ... compatientes nobis, oretis pro nobis .... Cum ergo præpoſiti ad hoc ſint, ut his qui ſubjecti ſunt conſulant; non in eo quod præſunt, omnino utilitatem ſuam attendant, ſed eorum quibus miniſtrant. Quiſquis ita præpoſitus eſt, ut in eo quod præpoſitus eſt gaudeat, & honorem ſuum quærat, & commoda ſua ſola reſpiciat, ſe paſcit, non oves... Deus non deſerit oves ſuas; & mali Paſtores pœnas debitas luent, & oves promiſſa percipient.

Cap. 2. *n.* 4. Apoſtolus... lactis percipiendi poteſtatem habere ſe dixit, & ſic Dominum diſpoſuiſſe ut qui Evangelium annunciant de Evangelio vivant.

N. 5. Qui non poſſunt facere quod Paulus, ut manibus ſuis ſe tranſigant, accipiant de lacte ovium, ſuſtentent ſuam neceſſitatem; ſed non negligant ovium infirmitatem: non hoc ſibi quærant, tamquam commodum ſuum, ut ex neceſſitate ſuæ penuriæ videantur annunciare Evangelium: ſed hominibus illuminandis præbeant lucem verbi veritatis. Sunt enim tamquam lucernæ, ſicut dictum eſt, *ſint lumbi veſtri accincti; & lucernæ ardentes: & nemo accendit lucernam,* Luc. 12.35.
& ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut lu- Matt. v.15.
ceat omnibus qui in domo ſunt: ſic luceat lumen ve- 16.
ſtrum coram hominibus, ut videant bona opera veſtra, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt... Unde ergo vivitur, neceſſitatis eſt accipere, caritatis eſt præbere: non tanquam venale ſit Evangelium, ut illud ſit pretium ejus, quod ſumunt, qui annuntiant unde vivant ... Accipiant ſuſtentationem neceſſitatis a populo, mercedem diſpenſationis a Domino ... Non expectent illi mercedem, niſi unde & iſti ſalutem.

Cap. 3. *num.* 7. *vide ſupra* §. 5. *c.* 4. *ſect.* 2. *hujuſce partis lit.* (A)

Lib. 4. *de Doctrina Chriſtiana*, *c.* 15. *n.* 32. Agit itaque noſter iſte eloquens, cum & juſta & ſancta & bona dicit, neque enim alia debet dicere; agit ergo quantum poteſt cum iſta dicit, ut intelligenter, ut libenter, ut obedienter audiatur: & hæc ſe poſſe, ſi potuerit, & in quantum potuerit, pietate magis orationum quam Oratorum facultate non dubitet, ut orando pro ſe ac pro illis, quos eſt allocuturus, ſit orator, antequam dictor. Ipſa hora jam ut dicat accedens, priuſquam exſerat proferentem linguam ad Deum levet animam ſitientem, ut eructet quod biberit, vel quod impleverit fundat. Cum enim de unaquaque re quæ ſecundum fidem dilectionemque tractanda ſunt multa ſint quæ dicantur, & multi modi quibus dicantur ab eis qui hæc ſciunt; quis novit quid ad præſens tempus, vel nobis dicere, vel per nos expediat audiri, niſi qui corda omnium videt? Et quis facit, ut quod oportet, & quemadmodum oportet, dicatur a nobis, niſi in cujus manu ſunt, & nos & ſermones noſtri? Ac per hoc diſcat quidem omnia, quæ docenda ſunt, qui & noſſe vult, & docere, facultatemque dicendi, ut decet virum Eccleſiaſticum, comparet.

S. BERNARD. *Serm.* 3. *de Adventu Domini*, *n.* 6. Porro ſi cui forte prælatus es, huic ſine dubio teneris debitor ſollicitudinis amplioris. Exigit a te & ipſe cuſtodiam & diſciplinam. Cuſtodiam quidem, ut poſſit cavere peccatum: diſciplinam vero, ut quod minus maneat impunitum. Quod ſi nemini fratrum præeſſe videris, habes tamen ſub te, cui cuſtodiam bana & diſciplinam oporteat exhiberi. Dico autem corpus tuum, quod ſine dubio regendum accepit ſpiritus tuus. Debes ei cuſtodiam ut non regnet in eo peccatum, nec membra tua arma fiant iniquitati. Debes & diſciplinam, ut dignos faciat pœnitentiæ fructus, caſtigatum & ſubditum ſervitoti. Longe tamen graviori & periculoſiori debito tenentur adſtricti, qui non multis animabus reddituri ſunt rationem.

Legendæ ſunt ea de re Divi PAULI *Epiſt. duæ* ad Timotheum, *& ejuſdem Epiſtola* ad Titum; *nec non* Paſtoralis *Divi* GREG. *part.* 2. *& tertia*, *nec laboris lectorem pœnitebit*.

Digitized by Google

ligere, 6. Si ſæpius admuniti de vitiis & peccatis. non reſipiſcant, eos domo expellere. (D)
D

I. Quid debent Chriſtiani mercenariis & artificibus, quos ad ſua opera locant ſeu conducunt?

R. 1. Pacta cum illis conventa ſervare. 2. Debitam mercedem ſine mora perſolvere. 3. Si maneant opifices in domo illius qui eos conduxit, debet is erga eos gerere ſe quemadmodum erga ceteros famulos domeſticos.

I. Quid debent viri conjugibus ſuis?

R. Amorem ſincerum & minime fictum, fidem, eorum quæ ad victum & cultum neceſſaria ſunt ſuppeditationem, & tolerantiam, præſidium, auxilium, adjumentum, operam, conſulationem.
E (E)

I. Quem ſibi finem proponere debent in gubernando, qui cæteris præſunt?

R. Gloriam Dei; tuum ſuam ſubditorumque ſa-
F lutem. (F) Id ut agant neceſſe eſt ut ceteris præſint in ſpiritu humilitatis & timoris Dei: memineritque eſſe homines, & rationem quam reddent olim coram ſupremo judice de operibus ſuis eo fore diſtrictius exigendam quo ipſi ſublimiores & potentiores fuerint. (G) *Judicium enim durisſimum iis qui præſunt fiet*, inquit Spiritus ſanctus.

Pars. II. Sect III. Cap. V. §. 3.

I. Quam mercedem retribuet Deus iis qui quartum hoc mandatum ſervaverint? G

R. Vitam æternam, cujus typus erat longæva illa vita quæ Judæis promittebatur his verbis; *Honora Patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram*. Quin & Chriſtianis ſæpiſſime Deus temporales benedictiones largitur ob ſervatum religiuſe quartum hoc præceptum. (H) H

Exod. 20. 12

I. Quinam peccant contra hoc quartum præceptum?

R. Qui non ſervant expoſita mox officia quibus vel præpoſiti vel ſubditi tenentur, ut diximus.

I. Quænam pœna manet eos qui ſupradictis officiis deſunt?

R. Præter ſupplicium æternum, cujus reatu tenentur, plerumque accidit ut & temporaliter, Deo in anteceſſum ulciſcente, puniantur. (I) I

CA-

torandis inimicitiarum odiis exſerunt; ſi eamdem veniam non ad impunitatem iniquitatis, ſed ad ſpem correctionis indulgent; ſi quod aſpere coguntur plerumque decernere, miſericordiæ lenitate & beneficiorum largitate compenſant; ſi luxuria tanto eis eſt caſtigatior, quanto poſſet eſſe liberior; ſi malunt cupiditatibus pravis, quam quibuslibet gentibus imperare: & ſi hæc omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriæ, ſed propter caritatem felicitatis æternæ: ſi pro ſuis peccatis, humilitatis, & miſerationis & orationis ſacrificium Deo ſuo vero immolare non negligunt. Tales Chriſtianos Imperatores dicimus eſſe felices interim ſpe, poſtea reipſa futuros, cum id quod expectamus advenerit.

(D) S. AMBR. *lib. de Tobia c. 24. n. 91.* Sanctus Tobias, mercenario quoque ſcivit ſolvendam eſſe mercedem, dimidium usque obtulit; meritoque pro mercenario invenit Angelum.

N. 92. Redde ergo mercenario mercedem ſuam, nec eum laboris ſui mercede defraudes; quia & tu mercenarius Chriſti es, & te conduxit ad vineam ſuam, & tibi merces repoſita eſt cæleſtis. Non ergo lædas ſervum operantem in veritate, neque mercenarium dantem animam ſuam, non deſpicias inopem, qui vitam ſuam labore exercet ſuo. Hoc eſt enim interficere hominem, vitæ ſuæ ei debita ſubſidia denegare.

Hæc fuſius pertractantur infra parte tertia, ſect. prima c. 8. §. 9.

(E) *De his prolixius agimus infra partis 3. ſect. prima c. 8. §. 7.*

(F) S. AUG. *Lib. 5. de Civit. Dei c. 24 hocce §. ſupra lit.* (C)

In Pſ. CII. *n. 14. & Enchiridio ad Laurentium, cap. 72. n. 19. vide ſuperius §. 4. cap. 4. ſect. ſecunda hujuſce partis litt.* (A)

Tract. 7. in 1. Epiſt. Joan. n. 11. vide ſupra §. 5. c. 4. ſect. 2. hujuſce partis, litt. (A)

(G) S. AUG. *Epiſt. 211. alias 109. non longe a fine, num. 15.* Præpoſitæ tamquam matri obediatur, honore ſervato, ne illa offendatur Deus: multo magis Presbytero, qui omnium veſtrum curam gerit. Ut ergo cuncta iſta ſerventur, & ſi quid ſervatum non fuerit, non negligenter prætereatur; ſed emendandum corrigendumque curetur, ad Præpoſitam præcipue pertinet, ita ut ad Presbyterum, qui vobis intendit, referat quod modum vel vires ejus excedit. Ipſa vero non ſe exiſtimet poteſtate dominante, ſed caritate ſervientem felicem. Honore coram hominibus prælata ſit vobis, timore coram Deo ſubſtrata ſit pedibus veſtris. Circa omnes ſeipſam bonorum operum præbeat exemplum. Corripiat inquietas, conſoletur puſillanimes, ſuſcipiat infirmas, patiens ſit ad omnes, diſciplinam libens habeat, metuens imponat. Et quamvis utrumque ſit neceſſarium, tamen plus a vobis amari appetat quam timeri, ſemper cogitans Deo ſe pro vobis reddituram eſſe rationem. Unde magis obediendo, non ſolum veſtri, verum etiam ipſius miſeremini; quia inter vos, quanto in loco ſuperiore, tanto in periculo majore verſatur.

(H) ECCLI. III. *6. &c. vide ſuperius §. 1. hujuſce cap. lit.* (B)

S. AMBROS. *Lib. de Benediction. Patriarch. c. 1. num. 1.* Primum omnium quantam diſcimus parentibus referre reverentiam, cum legimus quoniam qui benedicebatur a patre, benedictus erat, & qui maledicebatur, maledictus erat. Ideo hanc parentibus gratiam donavit Deus, ut filiorum pietas provocetur. Prærogativa igitur parentum diſciplina eſt filiorum. Honora ergo patrem, ut benedicat te. Honoret pius patrem propter gratiam, ingratus propter timorem. Et ſi pauper eſt pater, & non habet divitiarum copias quas relinquat filiis; habet tamen ultimæ benedictionis hæreditatem, qua ſanctificationis opes ſucceſſoribus largiatur. Et multo plus eſt beatum quam divitem fieri.

(I) GENES. IX. 21. Bibensque vinum (Noe) inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo. 22. Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nuntiavit duobus fratribus ſuis foras. 23. At vero Sem & Japheth pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum, operuerunt verenda patris ſui: facieſque eorum averſæ erant, & patris virilia non viderunt. 24. Evigilans autem Noe ex vino, cum didiciſſet quæ fecerat ei filius ſuus minor, 25. ait: Maledictus Chanaan, ſervus ſervorum erit fratribus ſuis. 26. Dixitque: Benedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanaan ſervus ejus. 27. Dilatet Deus Japheth, & habitet in tabernaculis Sem, ſitque Chanaan ſervus ejus.

2. REG XVIII. 5. Et præcepit Rex (David) Joab, & Abiſai, & Ethai, dicens: Servate mihi puerum Abſalom. Et omnis populus audiebat præcipientem Regem cunctis Principibus pro Abſalom .... 9. Accidit autem ut occurret Abſalom ſervis David, ſedens mulo: cumque ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum & magnam, adhæſit caput ejus quercui: & illo ſuſpenſo inter cælum & terram, mulus, cui inſederat, pertranſivit. 10. Vidit autem hoc quiſpiam & nuntiavit Joab, dicens: Vidi Abſalom pendere de quercu. 11. Et ait Joab viro qui nuntiaverat ei: Si vidiſti, quare non confodiſti eum cum terra, & ego dediſſem tibi decem argenti ſiclos, & unum balteum? 12 Qui dixit ad Joab: ſi appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium Regis: audientibus enim nobis præcepit rex tibi, & Abiſai, & Ethai, dicens: Cuſtodite mihi puerum Abſalom. 13. Sed & ſi feciſſem contra animam meam audacter, nequaquaquam hoc regem latere potuiſſet, & tu ſtares ex adverſo. 14. Et ait Joab: Non ſicut tu vis, ſed aggrediar eum coram te. Tulit ergo tres lanceas in manu ſua, & infixit eas in corde Abſalom. 15. Cucurrerunt decem juvenes armigeri Joab, & percutientes interfecerunt eum.... 17. Et tulerunt Abſalom, & projecerunt eum in ſaltu, in foveam grandem, &

com-

Digitized by Google

CAPUT SEXTUM.

De Quinto Mandato Decalogi.

I. Quodnam eſt quintum Decalogi mandatum?

R. Non occides.

I. Quid hoc præcepto prohibetur?

R. 1. Ne quis proximum occidat privata auctoritate. 2. Ne quis proximi perſonæ noceat. 3. Ne quis ipſi malum optet, aut precetur.

Dixi, *ne quis occidat proximum*. Licet enim animalia in quotidianum uſum occidere. (A) A

Addidi, *Privata auctoritate*. Licet enim eum occidere auctoritate publica, ut fit in bello legitimo, vel cum executioni mandantur mortis ſen- B
tentiæ in reos latæ. (B)

I. Licetne ſeipſum occidere?

R. Non licet. Id ſi libere fiat, non ſecus
atque

comportaverunt ſuper eum acervum lapidum magnum nimis.

PROV. XIX, 26. Qui affligit patrem, & fugat matrem, ignominioſus eſt & infelix.

XX. 20. Qui maledicit patri ſuo, & matri, extinguetur lucerna ejus in mediis tenebris.

XXX. 17. Oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ.

S. AUG. *De Civitate Dei*, *lib.* 21. *c.* 26. *n.* 4. Quicumque autem non dico uxorem, cujus etiam commixtione carnis ad carnalem utitur voluptatem, ſed ipſa quæ ab hujusmodi delectationibus aliena ſunt nomina pietatis, humano more carnaliter diligendo, Chriſto anteponit, non eum habet in fundamento; & ideo non per ignem ſalvus erit, ſed ſalvus non erit, quia eſſe cum Salvatore non poterit, qui de hac re apertiſſime loquens ait, *qui amat patrem aut matrem plusquam me, non eſt me dignus: & qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.*

Lib. 22. *c.* 8. *num* 22. Decem quidam fratres... maledicto matris recenti, patris eorum obitu deſtitutæ, quæ injuriam ſibi ab iis factam acerbiſſime tulit, tali pœna ſunt divinitus coerciti, ut horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum: in qua fœdiſſima ſpecie oculos ſuorum civium non ferentes, quaquaverſum cuique ire viſum eſt, toto pene vagabantur orbe Romano.

Serm. 322. *alias de diverſis* 31. *n.*... Frater noſter natu major gravibus atque intolerandis communem matrem affecit injuriis, in tantum ut ei etiam manus non dubitaret inferre. Quod nos omnes filii pariter congregati patienter tulimus, ut ne verbum quidem fratri noſtro pro matre noſtra, cur hoc faceret diceremus. Illa autem feminei doloris ſtimulis incitata, injurioſum filium maledicendo punire conſtituit. Cumque... memorato filio ſuo iram Dei imprecatura properaret, tunc ei neſcio quis in patrui noſtri ſimilitudine, ut intelligitur, dæmon occurrit, & ab ea prior quo pergeret requiſivit. Cui illa, ad maledicendum filio ſuo ob intolerabilem contumeliam ſe ire reſpondit. Tunc autem ille inimicus, quoniam in mulieris corde inſaniente locum facile invenire potuit, ut omnibus malediceret perſuaſit. Illa autem vipereis inflammata conſiliis,... ſparſis crinibus nudatisque uberibus, hoc a Deo potiſſimum poſtulavit, ut extorres patria & circumeuntes alienas terras, omne hominum genus noſtro terreremus exemplo. Mox maternas preces efficax vindicta proſequitur, eumdemque continuo fratrem noſtrum ætate culpaque majorem tremor membrorum... invaſit... Servato autem ordine quo nati eramus, intra unum annum eadem nos pœna omnes corripuit. Videns autem mater maledictiones ſuas ad tantam efficaciam perveniſſe, impietatis ſuæ conſcientiam & opprobrium hominum diutius ferre non potuit: ſed laqueo guttur adſtringens, luctuoſam vitam termino funeſtiore concluſit. Egreſſi ergo nos omnes, opprobrium noſtrum non ferentes, & communem patriam relinquentes paſſim ſumus per diverſa diſperſi.

Serm. 323. *alias* 32. *de diverſis*, *c.* 1. *nu.* 1. Diſcant filii
Eccli. 3.11. obſequi, timeant parentes iraſci. Scriptum eſt, *Benedictio patris firmat domum filiorum: maledictio matris eradicat fundamenta*.... Diſcite filii quod dicit Scriptura, reddere honorem parentibus debitum. Sed & vos parentes, quando offendimini, parentes vos eſſe recordamini. Oravit mater contra filios, exaudita eſt; quia Deus vere juſtus eſt, quia vere injuriam paſſa fuerat. Unus ipſorum & verba contumelioſa & manus injecerat; & ceteri matris injuriam patienter tulerunt.. Juſtus Dominus qui audivit precantem, audivit dolentem. Sed quid illa miſera? nonne unde citius exaudita, inde plus punita? Diſcite hoc petere a Deo, ubi non timeatis exaudiri.

Qui cujuscumque ſtatus & conditionis munia officiave penitius cognoſcere cupit, legat librum cui titulus, Morale du S. Eſprit: Ethica Spiritus ſancti, in 12. *Pariſiis apud Andr. Pralard, qui liber ipſiſſimis Scripturæ verbis contextus eſt. Adeat etiam Examen peccatorum quæ in unoquoque ſtatu & in quacumque conditione committuntur a D. de S. Germano editum, quod proſtat Pariſiis apud Guill. Desprez ſub hoc titulo*, Examen des pechez qui ſe commettent dans chaque condition, par Monſieur DE SAINT GERMAIN.

(A) GENES. 12. 3. Et omne quod movetur, & vivit, erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.

(B) S. AUGUST. *Epiſt.* 153. *alias* 54. *ad Macedonium*, *cap.* 6. *nu.* 19. *vide ſupra* §. 6. *cap.* 4. *ſect.* 2. *hujuſce partis*, *lit.* (F)

Epiſt. 128. *alias* 5. *ad Marcellinum*, *c.* 2. *nu.* 14. *in fine.* Miſericorditer enim, ſi fieri poſſet, etiam bella gererentur a bonis, ut licentioſis cupiditatibus domitis hæc vitia perderentur, quæ juſto imperio, vel extirpari, vel premi debuerunt.

N. 15. Nam ſi Chriſtiana diſciplina omnia bella culparet, hoc potius militibus conſilium ſalutis petentibus, in Evangelio diceretur, ut abjicerent arma, ſeque omnino militiæ ſubtraherent. Dictum eſt autem eis, *Neminem concuſſeritis, nulli calumniam feceritis,* Luc. 3. 14.
ſufficiat vobis ſtipendium veſtrum. Quibus proprium ſtipendium ſufficere debere præcipit, militare utique non prohibuit.

Epiſt. 189. *alias* 95. *ad Bonifacium*, *num.* 4. Noli exiſtimare neminem Deo placere poſſe, qui in armis bellicis militat. In his erat ſanctus David, cui Dominus tam magnum perhibuit teſtimonium. In his etiam plurimi illius temporis juſti. In his erat & ille Centurio, de quo &
Dominus, *amen dico vobis, non inveni tantam fidem in* Matt. 8.10.
Iſrael. In his erat & ille Cornelius, ad quem miſſus Angelus dixit, *Corneli, acceptæ ſunt eleemoſynæ tuæ, & ex-* Act. 10.3.4.
auditæ ſunt orationes tuæ... In his erant & illi, qui baptizandi cum veniſſent ad Johannem ſanctum Domini præcurſorem & amicum ſponſi... & quæſiſſent ab eo quid facerent; reſpondit eis, *neminem concuſſeritis, nulli calumniam feceritis; ſufficiat vobis ſtipendium veſtrum*. Non eos utique ſub armis militare prohibuit, quibus ſuum ſtipendium ſufficere debere præcepit.

N. 5. *Unusquisque proprium donum habet a Deo, alius* 1. Cor. 7.7.
ſic, alius autem ſic. Alii ergo pro vobis orando pugnant contra inviſibiles inimicos, vos pro eis pugnando laboratis contra viſibiles barbaros.

N. 6. Hoc ergo primum cogita, quando armaris ad pugnam, quia virtus tua etiam ipſa corporalis donum Dei eſt. Sic enim cogitabis de dono Dei non facere contra Deum. Fides enim quando promittitur, etiam hoſti ſervanda eſt contra quem bellum geritur, quanto magis amico pro quo pugnatur? Pacem habere debet voluntas, bellum neceſſitas, ut liberet Deus a neceſſitate, & conſervet in pace. Non enim pax quæritur ut bellum excitetur, ſed bellum geritur ut pax adquiratur. Eſto ergo etiam bellando pacificus, ut eos quos expugnas, ad pacis utilitatem vincendo perducas... Itaque hoſtem pugnantem neceſſitas perimat, non voluntas. Sicut rebellanti & reſiſtenti violentia redditur, ita victo, vel
capto

Digitized by Google

C atque occaſio proximi, prohibetur hoc præcepto. (C)

I. Quinam proximi perſonæ nocent?

R. Id fit duplici ratione.

1. Si quis noceat proximi corpori.

2. Si quis noceat ejus animæ.

I. Quinam proximi corpori nocent?

R. 1. Qui eum vel percutiunt, vel vulnere afficiunt, vel occidunt.

2. Qui in ipſum maledicta vel convitia conjiciunt.

3. Qui participes ſunt eorum qui talia operantur.

I. Qui ſic nocuit proximo, qua ratione poteſt accipere remiſſionem peccati ſui?

R. Neceſſe eſt omnino ut ſatisfaciat proximo quantum in ſe eſt; alioqui nunquam accepturus remiſſionem peccati ſui. Sic ſtatuunt omnes Divi-

capto miſericordia jam debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur.

Quæſt. 44. *in Numero*, *l.* 4. Iſrael poſſedit civitates Amorrhæorum, quas bello ſuperavit; quia non eas anathemavit: nam ſi eas anathemaſſet, poſſidere illi non liceret, nec inde ad uſus ſuos aliquid prædæ uſurparet. Notandum eſt ſane quemadmodum juſta bella gerebantur. Innoxius enim tranſitus negabatur, qui jure humanæ ſocietatis æquiſſimo patere debebat.

Quæſt. 10. *Joſue*. Quod Deus jubet loquens ad Jeſum, ut conſtituat ſibi retrorſus inſidias, id eſt inſidiantes bellatores ad inſidiandum hoſtibus, hinc admonemur non injuſte fieri ab his, qui juſtum bellum gerunt: ut nihil homo juſtus præcipue cogitare debeat in his rebus, niſi ut juſtum bellum ſuſcipiat, cui bellare fas eſt: non enim omnibus fas eſt. Cum autem juſtum bellum ſuſceperit, utrum aperta pugna, utrum inſidiis vincat, nihil ad juſtitiam intereſt. Juſta autem bella definiri ſolent, quæ ulciſcuntur injurias, ſi qua gens vel civitas, quæ bello petenda eſt, vel vindicare neglexerit quod a ſuis improbe factum eſt, vel reddere quod per injurias ablatum eſt. Sed etiam hoc genus belli ſine dubitatione juſtum eſt, quod Deus imperat, apud quem non eſt iniquitas, & novit quid cuique fieri debeat. In quo bello ductor exercitus vel ipſe populus, non tam auctor belli, quam miniſter judicandus eſt.

Lib. 22. *contra Fauſtum*, *c.* 74. & 75. *Vide ſupra* §. 1. *c.* 3. *hujuſce ſect. litt.* (E)

Lib. 1. *de Civit. Dei*, *cap.* 21. Quaſdam vero exceptiones, eadem ipſa divina fecit auctoritas, ut non liceat hominem occidi. Sed his exceptis, quos Deus occidi jubet, ſive data lege, ſive ad perſonam pro tempore expreſſa juſſione: (non autem ipſe occidit, qui miniſterium debet jubenti, ſicut adminiculum gladius utenti. Et ideo nequaquam contra hoc præceptum fecerunt, quo dictum eſt, *non occides*, qui Deo auctore bella geſſerunt, aut perſonam gerentes publicæ poteſtatis, ſecundum ejus leges, hoc eſt, juſtiſſimæ rationis imperium, ſceleratos morte punierunt. Et Abraham non ſolum non eſt culpatus crudelitatis crimine, verum etiam laudatus eſt nomine pietatis, quod voluit filium, nequaquam ſcelerate, ſed obedienter occidere. Et merito quæritur utrum pro juſſu Dei ſit habendum, quod Jephte filiam, quæ patri occurrit, occidit, cum ſe immolaturum Deo id voviſſet, quod ei redeunti de prælio victori primitus occurriſſet. Nec Samſon aliter excuſatur, quod ſeipſum cum hoſtibus ruina domus oppreſſit, niſi quia ſpiritus latenter hoc juſſerat, qui per illum miracula faciebat.) His igitur exceptis, quos vel lex juſta generaliter, vel ipſe fons juſtitiæ Deus ſpecialiter occidi jubet, quiſquis hominum vel ſeipſum, vel quemlibet occiderit, homicidii crimine innectitur.

Cap. 26. Miles cum obediens poteſtati, ſub qua legitime conſtitutus eſt, hominem occidit, nulla civitatis ſuæ lege reus eſt homicidii: imo niſi fecerit reus eſt imperii deſerti atque contempti. Quod ſi ſua ſponte atque auctoritate feciſſet, in crimen effuſi humani ſanguinis incidiſſet. Itaque unde punitur ſi fecerit injuſſus, inde punietur niſi fecerit juſſus.

Lib. 4. *cap.* 6. Inferre bella finitimis, & inde in cetera procedere, ac populos ſibi non moleſtos ſola regni cupiditate conterere & ſubdere, quid aliud quam grande latrocinium nominandum eſt?

(C) S. AUG. *Lib.* 1. *de Civit. Dei*, *c.* 20. Neque enim fruſtra in ſanctis canonicis libris nuſquam nobis divinitus præceptum permiſſumve reperiri poteſt, ut vel ipſius adipiſcendæ immortalitatis, vel ullius carendi cavendive mali cauſa, nobiſmetipſis necem inferamus. Nam & prohibitos nos eſſe intelligendum eſt, ubi lex ait, *non occides*. Præſertim quia non addidit, proximum tuum... Quanto magis intelligendum eſt, non licere homini ſeipſum occidere, cum in eo quod ſcriptum eſt, *non occides*; nihilo deinde addito, nullus, nec ipſe utique cui præcipitur, intelligatur exceptus?... Reſtat ut de homine intelligamus, quod dictum eſt: *non occides*, nec alterum ergo, nec te. Neque enim qui ſe occidit, aliud quam hominem occidit.

Cap. 21. *de ſupra hocce cap. litt.* (B)

Cap. 24. Porro ſi fortiſſimi & præclariſſimi viri terrenæ patriæ defenſores, deorumque licet falſorum... cultores... ab hoſtibus victi ſeipſos ferire noluerunt; & cum mortem minime formidarent, victores tamen dominos ferre, quam eam ſibi inferre maluerunt: quanto magis Chriſtiani verum Deum colentes, & ſupernæ patriæ ſuſpirantes, ab hoc facinore temperabunt, ſi eos divina diſpoſitio vel probandos vel emendandos ad tempus hoſtibus ſubjugaverit.... Quis ergo jam malus error obrepit, ut homo ſe occidat, vel quia in eum peccavit, vel ne in eum peccet inimicus: cum vel peccatorem vel peccaturum ipſum occidere non audeat inimicum.

Cap. 25. At enim timendum eſt & cavendum, ne libidini hoſtili ſubditum corpus illecebroſiſſima voluptate animum alliciat conſentire peccato. Proinde, inquiunt, non jam propter alienum, ſed propter ſuum peccatum, antequam hoc quiſque committat, ſe debet occidere. Nullo modo quidem hoc faciet animus, ut conſentiat libidini carnis ſuæ aliena libidine concitatæ, qui Deo potius ejuſque ſapientiæ, quam corporis concupiſcentiæ ſubjectus eſt. Verumtamen ſi deteſtabile facinus & damnabile ſcelus eſt, etiam ſeipſum hominem occidere, ſicut veritas manifeſta proclamat; quis ita deſipiat, ut dicat, Jam nunc peccemus, ne poſtea forte peccemus; jam nunc perpetremus homicidium, ne forte poſtea incidamus in adulterium? Nonne ſi tantum dominatur iniquitas, ut non innocentia, ſed potius peccata eligantur, ſatius eſt incertum de futuro adulterium, quam certum de præſenti homicidium. Nonne ſatius eſt flagitium committere, quod pœnitendo ſanetur, quam tale facinus, ubi locus ſalubris pœnitentiæ non relinquitur?

Cap. 6. Sed quædam, inquiunt, ſanctæ feminæ tempore perſecutionis, ut inſectatores ſuæ pudicitiæ devitarent, in rapturum atque necaturum ſe fluvium projecerunt; eoque modo defunctæ ſunt, earumque martyria in catholica Eccleſia veneratione celeberrima frequentantur. De his nihil temere audeo judicare. Utrum enim Eccleſiæ aliquibus fide dignis teſtificationibus, ut earum memoriam ſic honoret, divina perſuaſerit auctoritas neſcio: & fieri poteſt ut ita ſit. Quid ſi enim hoc fecerunt, non humanitus deceptæ, ſed divinitus juſſæ; nec errantes, ſed obedientes? Sicut de Samſone aliud nobis fas non eſt credere. Cum autem Deus jubet, ſeque jubere ſine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? Quis obſequium pietatis accuſet? Sed non ideo ſine ſcelere facit quiſquis Deo immolare filium decreverit, quia hoc Abraham etiam laudabiliter fecit.. Hoc dicimus, hoc aſſerimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem ſpontaneam mortem ſibi inferre debere, velut fugiendo moleſtias temporales, ne incidat in perpetuas; neminem propter aliena peccata, ne hoc ipſe incipiat habere graviſſimum proprium, quem non polluebat alienum: neminem propter ſua peccata præterita, propter quæ magis hac vita opus eſt, ut poſſint pœnitendo ſanari: neminem velut deſiderio vitæ melioris, quæ poſt mortem ſperatur; quia reos ſuæ mortis melior poſt mortem vita non ſuſcipit.

Tract. 5. *in Johann. num.* 10. Sed vide ne tibi ſubrepat ut teipſum velis interimere, ſic intelligendo quod debas udiſſe in hoc mundo animam tuam..... Hoc Chriſtus non docuit, imo etiam diabolo præcipitium ſuggerenti reſpondit, *Redi retro ſatanas*, *ſcriptum eſt*, *Non tentabis Dominum Deum tuum*. Petro autem di- *Matt.* 4. 7.

xit,

Digitized by Google

PARS II. SECT. III. CAP. VI.

Divinæ ſimul humanæ leges, oec quisquam id revocat in dubium. (D)

D *I.* Quinam nocent animæ proximi?

R. Qui pernicioſo viræ exemplo ſunt çeteris offenſioni: quod ſcandalum dicitur.

I. Quid eſt ſcandalum?

R. Hæc voce in Scripturis ſæpius uſurpata intelligitur factum vel dictum quod vel malum eſt, vel habet ſpeciem mali; quodqua cum venerit in cognitionem proximi poteſt idcirco cauſa eſſe of-

E fenſionis, & peccati occaſio. (E)

I. Poeeſt ergo ſcandalo eſſa ea res quæ mala ex ſe non ſit?

R. Si res mali ſpeciem habeat, etiamſi per ſa mala non ſit, eſt tamen cauſa offenſionis propter mali ſpeciem; adeoque ab ea abſtinendum; fit enim reipſa mala, propter offenſionem & ſcanda-

F lum, Sic docet Apoſtulus. (F)

I. Quid ſi proximus præ ignorantia vel malitia ſumat offenſionem ex ea re quæ bona ſit, num propterea ab ea abſtinendum?

R. Si res illa non ſolum bona, ſed & neceſſaria ſit, vel maxime utilis ad gloriam Dei; tunc offenſio illa ſcandalum Phariſaicum dicitur. Eſt autem illud ſcandalum contemnendum, exemplo Chriſti qui contemnebat prorſus quam capiebant Phaſiſæi

G offenſionem ax ipſius miraculis & documentis. (G)

Sin autem ea res bona quidem, ſed non neceſſaria fuerit; tunc agendum quod & gloriæ Dei & ſaluti proximi utilius fore videbitur. *Si eſca ſcandalizat fratrem meum*, inquit Apoſtolus, *non manducabo carnem in æternum*. Licebat ipſi carneio manducare, poterat & ab ajus eſu abſtinere, 1.Cor.8.13.

ſalva gloria Dei & proximi ſalute. (H) H

I. Qui proximo fuere offenſioni & ſcandalo qaid agere tenentur?

R. Tenentur ad reparationem ſcandali. Hoc autem fit cum a malu quantum fieri poteſt avocantur per recte facta, & vitæ laudabilis exemplum, qui pernicioſo exemplu cœperant offeoſionem. Id niſi fiat, expectanda terribilis a Chriſto judice ſententia. Sic enim loquitur Chriſtus: *Qui ſcandalizaverit unum de paſillis iſtis qui in me credunt, expedit illi ut ſaſpendatar mola aſinaria in collo ejus, & demergatar in profundam. Væ mundo a ſcandalis. Neceſſe eſt enim ut veniant ſcandala; verumtamen væ homini illi per quem ſcandalum venit.* (I) Matt.18.6. Ibid. 7. I

I. Quid eſt velle, vel optare malum proximu?

R. Eſt moveri adverſus illum odio, ira, invidia; velle ab eo ſumere ultionem, velle ipſi nocere: vel optare ot mala ipſi adveniant. Hæc omnia prohibentur hoc quioto Dei mandato, etiamſi ad nullum damnum, nullam injuriam, ne ad verbum quidem ira prorumperet:

---

xit, ſignificans qua murte glorificaturus erat Deum, *Cum eſſet junior cingebas te, & ibas quo volebas: cum autem ſenueris, alter te cinget, & feret quo tu non vis.* Ubi ſatis expreſſit, non a ſe ipſo, ſed ab alio debere occidi, qui veſtigia ſequitur Chriſti. Cum ergo cauſæ articulus venerit, ut hæc conditio proponatur, aut faciendum eſſe contra Dei præceptum, aut ex hac vita emigrandum, quorum duorum homo cogatur alterum eligere, comminante mortem perſecutore: ibi eligat Deo dilecto emori, quam offenſo vivere: ibi oderit in hoc mundo animam ſuam, ut io vitam æternam cuſtodiat eam. Joh. 22. 18.

S. AMBROS. *de Virginibus, lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 32. Bene ſuggeris, ſoror ſancta, quid de earum meritis exiſtimandum ſit, quæ ſe præcipitavere ex alto, vel in fluvium demerſarunt, ne perſecutorum inciderent in manus; cum Scriptura divina vim ſibi Chriſtianum prohibeat inferre.

N. 33. Sancta Pelagia apud Antiochiam quondam fuit, annorum fere quindecim, ſoror Virginum, & ipſa virgo. Hæc primo domi claſſico perſecutionis incluſa, cum ſe a prædonibus fidei vel pudori circumſideri videret, abſente matre & ſororibus, vacua præſidio, ſed Deo plenior: Quid agimus, inquit, niſi proſpicias captiva virginitatis? Et votum eſt, & metus eſt mori; quia murs non eacipitur, ſed adſeiſcitur. Moriamur ſi licet, vel ſi nolunt licere, moriamur. Deus remedio non offenditur, & facinus fides ablevat.

(D) *Momenta quibus id probamus reperies intra* §. 4. de reſtitutione, *hujuſce ſect. cap.* 8.

(E) TERTULL. *de velandis Virginibus*, *cap.* 3. Scandalum, niſi fallor, non bonæ rei, ſed malæ exemplum eſt, ædificans ad delictum. Bonæ res neminem ſcandalizant, niſi malam mentem. Si bonum eſt modeſtia, vereeundia, faſtidium gloriæ, ſoli Deu captans placere, agnoſcant malum ſuum, quæ de tali bono ſcandalizantur. Quid enim ſi & incontinentes dicant ſe a continentibus ſcandalizari, continentia revocanda eſt?

(F) 1. COR. VIII. 9. Videte autem ne forte hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis..... 12. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis. 13. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.

1. THESS. V. 22. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.

(G) MATTH XV. 12. Tunc accedentes diſcipuli ejus, dixerunt ei: Scis quia Phariſæi audito verbo hoc, ſcandalizati ſunt. 13. At ille reſpondens ait: Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cæleſtis, eradicabitur, 14. Sinite illos: cæci ſunt, & duces cæcorum: cæcus autem ſi cæcu ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt.

TERTULL. *de velandis Virgin. c.* 3. *ſupra litt.* (E)

(H) MATTH. XVII. 26. Ut autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle; & aperto ore ejus invenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me & te.

ROM. XIV. 1. Infirmum autem in fide aſſumite, non in diſceptationibus cogitationum. 2. Alius enim credit ſe manducare omnia: qui autem infirmus eſt olus manducet. 3. Is qui manducat, non manducantem non ſpernat; & qui non manducat, manducantem non judicet: Deus enim illum aſſumpſit... 13. Non ergo amplius invicem judicemus: ſed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum... 15. Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur: jam non ſecundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo Chriſtus mortuus eſt..... 20. Noli propter eſcam deſtruere opus Dei. Omnia quidem ſunt munda: ſed malum eſt homini, qui per offendiculum manducat, 21. Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur.

1. COR. VIII. 13. *Vide ſupra hocce* §. *litt.* (F)

S. BERNARDUS *Lib. de præcepto, & diſpenſat. cap.* 9. *num.* 19. Cum dicitur, *Si peccaverit vir in virum*, ſubaudiendum eſt propter Deum: quod nullatenus læſio eujuſcumque proximi, nedum Prælati, eacuſetur a culpa, ſi ſolus defuerit in cauſa Deus. Alioquin Paulo contradicit, qui ait: *Si enim in fratrem peccantes, in Chriſtum peccatis*. Nam de præpoſitis certum tenemus ipſius veritatis teſtimonium, ſic loquentis ad ipſos: *Qui vos ſpernit, me ſpernit*. Sed & de quolibet fratre: *nolite*, ait, *contemnere unum ex his puſillis*, Et, *Qui ſcandalizaverit unum ex his puſillis*. Quod ſequitur, avertat Deus a nobis. 1. Reg. 11. 25. 1.Cor.8.12. Luc.10.16. Matt.8. 10. Id. 6.

N. 20. Sed non omnium ſcandala æqua ſunt lance penſanda. Aliter namque accipienda ſunt ſcandala puſillorum, aliter Pariſæorum.. Illorum quippe ſcandalum de ignorantia, iſtorum de malitia deſcendit. Illi ſcandalizantur, quia veritatem neſciunt; iſti quia oderunt.

N. 21. Quod ſi tantopere cavenda ſunt ſcandala parvulorum, quanto amplius Prælatorum? Quos ſibi Deus æquare quodammodo in utraque parte dignatus, ſibimet imputat illorum & reverentiam & contemptum, ſpecialiter conteſtans eis: *Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit*. Luc.10.16.

(I) ROM. XII. 17. Nulli malum pro malo reddentes: providentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.

XIV. 19.

Digitized by Google

K ret : quanto magis ſi ad contumelias & dicteria & ad facta veniatur. (K)

I. Quid Deus hoc mandato præcipit?

R. 1. Ut proximum diligamus. 2. Ut ipſi vitæ exemplo laudabili præluceamus. 3. Ut optemus ipſi, & quantum in nobis eſt faciamus, vel curemus ab aliis faciendum, quidquid ipſi bonum & utile fuerit. 4. Ut ſimus pacifici, patientes, ſemper ad ignoſcendum parati.

PARS II. SECT III. CAP. VII.

De his omnibus jam quantum ſatis eſt egimus. *Hujuſce Part. Sect. 1. c. 4. §. 3. & 6*

CAPUT SEPTIMUM.

De Sexto Dei Mandato.

I. Quodnam eſt ſextum Dei mandatum?

R. *Non mœchaberis.*

I. Quid Deus hoc præcepto prohibuit?

R. Omne luxuriæ genus : fornicationem, adulterium, ſtuprum, ſacrilegium, inceſtum, raptum, mollitiem, ſodomiticum ſcelus, beſtialitatem, & alia id genus nefanda. Inſuper & quidquid ad luxuriam provocat.

I. Quænam ad luxuriam provocant?

R. Deſidia, vita mollis & ſenſibus dedita, gula, choreæ, ſpectacula profana, cantilenæ amatoriæ, vanus & ſuperfluus & inverecundus corporis & veſtium cultus, fucus, pigmenta, cæteraque id genus ornamenta muliebria ad alliciendos viros maxime adinventa ; lectio Fabularum Equeſtrium, & omnium librorum quibus amoris artes produntur ; nimia familiaritas cum perſonis alterius ſexus, &c. *Videſis Sect. 1 cap. 2. §. 3. hujuſce partis.*

I. Quid Deus hoc mandato præcipit?

R. Ut caſte & ſobrie vivamus ; & quidquid ad ſervandam caſtitatem neceſſarium eſt vel utile, ſectemur.

I. Quid eſt caſtitas?

R. Caſtitas eſt virtus qua avocamur ab amore illicito venereorum ; ut decet membra Chriſti & templa Spiritus ſancti. (A) A

I. Quotuplex caſtitas?

R. Triplex ; nimirum caſtitas virginum, caſtitas viduarum, & caſtitas conjugum.

Caſtitas virginum ea eſt quam ſervant non nuptæ & virgines, quandiu in virginitate permanent. (B) B

Caſtitas viduarum ea eſt quam vidui & viduæ ſer-

xiv. 19. Quæ pacis ſunt, ſectemur : & quæ ædificationis ſunt, in invicem cuſtodiamus.

xv. 2. Unusquisque veſtrum proximo ſuo placeat in bonum, ad ædificationem.

1. COR. x. 32. Sine offenſione eſtote Judæis, & Gentibus, & Eccleſiæ Dei. 33. ſicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile eſt, ſed quod multis ; ut ſalvi fiant.

(K) MATTH. v. 21. Audiſtis quia dictum eſt antiquis : Non occides : qui autem occiderit reus erit judicio. 22. Ego autem dico vobis : quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, Raca : reus erit concilio. Qui autem dixerit, Fatue : reus erit gehennæ ignis.

MATTH. xxvi. 51. Et ecce unus ex his qui erant cum Jeſu, extendens manum exemit gladium ſuum, & percutiens ſervum principis ſacerdotum, amputavit auriculam ejus. 52. Tunc ait illi Jeſus : Converte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.

LUC. xxii. 49. Videntes autem hi, qui circa ipſum erant, quod futurum erat, dixerunt ei : Domine, ſi percutimus in gladio? 50. Et percuſſit unus ex illis ſervum principis ſacerdotum, & amputavit auriculam ejus dexteram. 51. Reſpondens autem Jeſus, ait : Sinite uſque huc. Et cum tetigiſſet auriculam ejus ſanavit eum.

S. LEO *Serm.* 50. *de Paſſione Domini* 1. *cap.* 4. Beatus Petrus qui animoſiore conſtantia Domino cohærebat, & contra violentorum impetus fervore ſanctæ caritatis exarſerat, in ſervum principis ſacerdotum uſus eſt gladio, & aurem viri ferocius inſtantis abſcidit. Sed hunc zelantis Apoſtoli pium motum progredi Dominus ultra non patitur, recondi gladium jubet, nec ſinit ſe adverſus impios manu, ferroque defendi .... Autem ſervi jam ipſa ſectione demortuam, & a compage viventis corporis alienam, in ſedem dehoneſtati capitis, revocat manus Chriſti. Reformat quod ipſe formaverat, nec tarde caro conſequitur ejus imperium cujus erat ipſa figmentum.

(A) TOB. iv. 13. Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatione, & præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen ſcire.

1. COR. vi. 15. Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit. 16. An neſcitis quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne una. 17. Qui autem adhæret Domino, unus ſpiritus eſt. 18. Fugite fornicationem. Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus eſt : qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. 19. An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis a Deo, & non eſtis veſtri? 20. Empti enim eſtis pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

(B) S. CYPR. *de habitu Virg. pag.* 68. Quæ ſe Chriſto dicaverint, & a carnali concupiſcentia recedentes tam carne quam mente ſe Deo voverint, conſumment opus ſuum magno præmio deſtinatum ; nec ornari jam aut placere cuiquam niſi Domino ſuo ſtudeant, a quo & mercedem virginitatis expectant, dicente ipſo : Non omnes capiunt verbum, ſed illi quibus datum eſt. Sunt enim ſpadones, qui ex utero matris ſic nati ſunt, & ſunt ſpadones qui coacti ſunt ab hominibus, & ſunt ſpadones qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cælorum. Denuo quoque per hanc Angeli vocem continentiæ munus oſtenditur, & virginitas prædicatur : Hi ſunt qui cum mulieribus ſe non coinquinaverunt, virgines enim permanſerunt : Hi ſunt qui ſequuntur agnum quocumque ierit. Neque enim tantum maſculis continentiæ gratiam Dominus repromittit, & fœminas prætetit ; ſed quoniam femina viri portio eſt, & ex eo ſumpta atque formata eſt, in Scripturis fere omnibus protoplaſtum Deus loquitur : quia ſunt duo in carne una, & in maſculo ſimul ſignificatur & femina.

S. GREG. NAZIANZ. *Carm.* 3. *Præcepta ad Virgines, initio.*

Motibus immodicis ne mens elata cruento
Vulnere te feriat, vigilanti proſpice cura.

Et paulo poſt :

Virgo ſit oculis, ſit ore, atque auribus ipſis
Virgo. Nam tribus his facile eſt diſcedere recto.
Egregiis tantum pateant ſermonibus aures :
Turpibus & ſtultis claudatur janua verbis.
Quin etiam velut in thalamo tua lumina claude,
Involucris devicta ſuis ; nec motibus illa
Laſcivis ſtimulent veſano pectus amore...
Sic os vincla ferat, validisque arctetur habenis,
Indicatque ſuis prolixa ſilentia labris...
A quibus (*pompis*) o Virgo, Chriſtum ſortita maritum,
Quam decor occultus decorat, quam tecta venuſtas,
Eſto procul, turpemque ornatum a corpore pelle.
Lumina luminibus, verbis conjungito verba.
Pura tamen puris : non riſus riſibus autem...
A cunctis abſcede viris...

Et multo poſt :

Ergo cave, ne vel labes tenuiſſima mentem
Inficiat, minimasque etiam procul abjiſſe noxas.
Vinum Virginibus probrum eſt obſcænius ira :
Turpius ita malum, graviusque in Virgine crimen,
Quam furor in reliquis, &c.

PARS II. SECT. III. CAP. VII.

ſervant, quandiu permanent in ſtatu viduitatis.

Caſtitas conjugalis in eo poſita eſt, ut ſit inter conjuges *thorus immaculatus: ut ſciat unusquisque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & ho-* Heb. 13. 4. 1. Theſſ. 4. 4. & ſeq.

Vide infra P. 3. Sect. 1. c. 8. §. 11.

Carm. jambic. 42. ad Virginem, pag. 182.

Sis parte ab omni, Virgo, ſed potiſſimum
Oculis pudica, nec virorum quempiam
Admitta tecto, tu ut juvet, ſophum licet.
Tu numquam quamvis caſta ſis, livor tamen
Terret, malum ne dedecus conflet tibi,
Zelumque vitæ deleat, quam amplecteris.
Pereas velim, qui, caſtitatem dum colis
Communem habere vis domum cum Virgine,
Quæ carne vacuis Angelis adſtat. Tibi
Flamma quid opus eſt? non times flammam? Quid eſt?
Fugiensne linguæ garrulæ fumum gravem?
Elata es iſtinc, Virgo, ſurſum & victitas.
Eſt oſta curta, ſe grave & pondus premit?
Hæc turpe propter, Virgo, nil admiſeris:
Sociumque vitæ neminem, & turpis probri,
Quæris patronum dum tibi, ſuſcaperis.

D. BASIL. *ad Virgin. lapſ. Epiſt. pag.* 547. Non enim virginitatis ſeu caſtitatis gratia ſolum a gignendis liberis abſtinere: ſed vita omnis chriſtianæ modeſtiæ accommodata virginitatem habere videtur. Nam & ſermone laſcivire, & oculo licentiore vagari, & auditu inhoneſto labefactari, & corde per cogitationem pravam contaminari, & præter modum in cibo, potuque ſe invitare: a propria pudicitia & temperantia excidere fuerit. Qui enim ſeſe in omnibus vitæ partibus incorruptum continentemque cuſtodierit, is vere perfectum virginitatis munus eſt adeptus.

S. HIERON. *Lib. 1. adverſus Jovinianum, pag.* 157. Non omnis innupta, & virgo eſt. Quæ autem virgo utique innupta eſt .... Nonnullæ quippe ſunt virgines carne, non ſpiritu: quarum corpus integrum eſt, anima corrupta. Sed illa virginitas hoſtia Chriſti eſt, cujus nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculavit.

S. AMBROS. *de virgin. lib. 1. c. 6. n.* 30. Vos vero beatæ Virgines, quæ talia tormenta potius quam ornamenta neſcitis: quibus pudor ſanctus verecunda ſuffuſus ora, & bona caſtitas eſt decori: non humanis addictæ oculis alieno errore merita veſtra penſatis. Habetis ſane & vos veſtræ militiam pulchritudinis, cui virtutis militat forma, non corporis: quam nulla extinguit ætas, nulla eripere mors poteſt, nulla ægritudo corrumpere. Solus formæ arbiter petatur Deus, qui etiam in corpore minus pulchro diligat animas pulchriores.

Lib. 2. c. 2. n. 7. (Maria) virgo erat non ſolum corpore, ſed etiam mente, quæ nullo doli ambitu ſincerum adulteraret affectum: corde humilis, verbis gravis, animi prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior, non in incerto divitiarum, ſed in prece pauperum ſpem reponens; intenta operi, verecunda ſermone, arbitrum mentis, ſolita non hominem, ſed Deum quærere: .. nos ſolos ſolita cœtus virorum inviſere, quos miſericordia non erubeſceret, neque præteriret verecundia: ... nihil torvum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inverecundum: non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non vox petulantior; ut ipſa corporis ſpecies ſimulacrum fuerit mentis, figura probitatis.

Cap. 4. n. 24. Sed nec virginis nomen agnoſcitur, ubi virginitatis auctor negatur. Nam quemadmodum virgo, ſi meretricem colas; quemadmodum virgo, ſi adulteros diligas; quemadmodum virgo, ſi amorem petas? Tolerabilius eſt mentem virginem, quam carnem habere. Utrumque bonum, ſi liceat: ſi non liceat, ſaltem non homini caſtæ, ſed Deo ſimus.

Lib. 3. cap. 3. n. 13. Vocu virginitas prima ſigneṫur, claudat ora pudor, debilitatem excludat religio, inſtituat conſuetudo naturam. Virginem mihi prius gravitas ſua nuntiet, pudore obvio, gradu ſobrio, vultu modeſto; & prænuntia integritatis anteeant ſigna virtutis. Non ſatis probabilis virgo eſt quæ requiritur, cum videtur.

De lapſu Virginis conſecrat. c. 4. n. 11. Revera non poteſt caro corrumpi, niſi mens fuerit ante corrupta. Remanebit ergo in crimine anima, quæ carnem præcedit in voluptate.

S. CHRYSOST. *de Virginitate, num.* Non in veſtibus, aut colore, ſed in animo atque corpore virginitas eſt.

N. 21. Quid virginitate dulcius? quid melius? Quid illuſtrius? quæ fulgores ipſi etiam ſolis radiis luculentiores emittat, noſque ab omnibus ſæculi hujus negotiis abjunctos, in juſtitiæ Solem puris oculis aſſidue contuentes præſtet.

N. 63... Non gemmæ & aurum, non veſtium luxus, non colorum flores varii atque ſumptuoſi, non alia id genus res caduca, animos comit, ſed eorum loco jejunia, ſanctæ pervigilationes, comitas, modeſtia, paupertas, fortitudo, ſubmiſſio, tolerantia, omnium plana vitæ hujus deſpectus. Nam & oculus ei tam pulcher atque lepidus eſt, ut pro hominibus incorporeas virtutes, earumque Dominum habeat amatorem: tam purgatus ac perſpicax, ut pro corporea incorpoream pulchritudinem cernat: tam compoſitus ac ſerenus, ut nec adverſum aſſidue laceſſentes ac moleſtos efferatur & inſurgat, ſed eos etiam blande atque comiter inſpectet. Jam vero ea eſt modeſtia, ut vel nequiſſimi quique, ſi in eam accurate intueantur, pudefiant & erubeſcant, ac furorem ſuum remittant. Nam & oculus, & lingua, & habitus, & ingreſſus & omnino omnia ad inteſtinam diſciplinam conformantur... Virginis animi fragrantia ſenſus circumfluens, latantem intus virtutem oſtendit, & aureis modeſtiæ frenis omnibus injectis, equos ſingulos in ſumma contentione tuetur: neque aut linguam ſinit abſonum aliquid & incompoſitum effari, aut oculum vel impudenter, ac ſuſpicioſe ſpectare, aut aures ſutile aliquod carmen admittere. Quin & pedum cura eſt, ne diſſolutus atque mollis, ſed ſimplex & inaffectatus ſit ingreſſus: omnique veſtium ornatu abjecto, vultum quoque aſſidue monet, ne riſu diffluant: immo ut nec leviter rideat, ſed grave ſemper & auſterum ſupercilium repræſentet, ad lachrymas perpetuo paratus, ad riſum numquam.

N. 64. Atque hic cum lachrymas audis nihil tetricum finge. Habent enim eæ lachrymæ tantam voluptatem, quantam nec hujus mundi riſus.

N. 66. Quod ſi quis dicat, eam a ſalutantium turba expeditam eſſe, ad ſingulos notos ſpectare ac pudefieri non coactam, valde ignorare mihi videtur quæ muliebri naturæ pudorem & adimant & afferant; ſiquidem non conſpici aut latere, id afficit, ſed illud, petulantia intus animum poſſidens, hoc modeſtia atque verecundia. Itaque multæ ea cuſtodia ſolutæ, ac per mediam turbam in foro graſſantes, non ſolum in ſe accuſatores non concitarunt, ſed multos etiam modeſtiæ admiratores habuerunt: quæ & habitu, & ingreſſu, & veſtium neglectu, luculentum tamquam radium inteſtinæ probitatis emitterent: nec paucæ intus deſidentes ſiniſtram ſibi opinionem contraxerunt. Poteſt enim quæ concluſa ſit, etiam magis quam quæ prodeant, volentibus egregie petulantem ſe ac proterva exhibere.

N. 68. At non Virgo horum quidquam ſuſtinet, (*quæ ſuſtinent conjugatæ*) quin & domuncula turbis libera eſt, & clamor omnis profligatus: quaſique in tranquillo quodam portu, omnia intus ſilentium poſſidet, & vel ſilentio major animum ſerenitas: quippe nihil humanum tractantem, ſed aſſidue cum Deo colloquentem, atque in eum fixe contuentem. Et quis ergo voluptatem metiatur? quæ oratio mentis ſic affectæ lætitiam repræſentet? Equidem nullam, ſed ii ſoli qui in Deo delitias faciant, earum magnitudinem tenent, & quanto omnem comparationem vincant. At ingens auri vis undique conſpicua, valde oculos oblectat. Et quanto præclarius eſt in cælum ſuſpicere; atque inde majorem longe voluptatem capere? Nam quantum aurum ſtanno & plumbo, tanto cælum auro, argento, atque omni materia illuſtrius ac ſplendidius eſt: Quin contemplatio hæc ſecura eſt, illa admodum ſolicita: quod quidem vel maxime ſtudia paſſim cohibet.

N. 77. Quid vero, inquit, ſi & virgo de mulsis laboret, atque humana curet? Agape: qui virginem choro eam exemeris. Siquidem ad virginem præſtandam haud ſane ſatis eſt non nupſiſſe, ſed animi quoque caſtitate opus eſt. Caſtitatem autem intelligo, non fœda ac flagitioſa ſolum libidine, ornatu, curioſitate vacare, ſed vitæ etiam curis ſolutam eſſe ac liberam. Quod ni ſit, quorſum corporis caſtitatem? Nam ut milites, qui abjectis armis in popinis occupentur, nihil turpius: ita nec virgine vitæ curis obſtricta, quicquam inhoneſtius. Etenim quinque illæ & lucernas habebant, & virginitatem exercuerant: quorum nihil eis profuit, ſed clauſis foribus, excluſæ perierunt. Quippe ob id præſtans eſt virginitas, quod omnem ſupervacuæ curæ anſam præſcidet, otium omne atque

ſtudium

Google

1. Theſſ. 4. 4 & 5. *& honore, non in paſſione deſiderii, ſicut & gentes quæ ignorant Deum.* (C)

C *I.* Ex hoc triplici genere caſtitatis quodnam potiſſimum tenentur ſervare Chriſtiani?

R. Unusquisque tenetur hoc caſtitatis genus ſervare, quod ſui ſtatus proprium eſt. Virgines

ſtudium divinis operibus conſecrans. Quod ni habeat, matrimonio longe ſit deterius, ſpinas in animo circumferens, & legitimum ac cæleſte ſemen ſuffocans.

N 80. Quippe erant iis (*Prophetis ac Virginibus ſub veteri Teſtamento*) cuncta ſupervacua, non hæc ſolum, quæ vere ſupervacua ſunt, deliciæ, opes, potentia, gloria, & reliqua ſomniorum iſtorum ſeries, ſed etiam quæ neceſſaria videntur, ædes, urbes, artificia. Hoc eſt honeſtas & decora aſſiduitas, hoc virginitatis virtus. Nam ingens quidem & multis coronis dignum eſt, libidinum inſaniam frangere ac furentem naturam coercere... Ut enim ſi honeſtatem & decoram aſſiduitatem deripias, virginitatis nervos incideris: ita ſi eam cum vita quam optima conjugas, radicem ac fontem bonorum tenes. Nam quemadmodum radix & terra pinguis, ac fertilis, ſic vita quam optima virginitatis fructus educere novit: immo & radix & fructus virginitatis, vita crucifixa eſt.

Homil. 41. *in Geneſ.* Multa mulierum eſt mollities & omne ſtudium in cultu veſtium, in aureis ornamentis & monilibus & externo ornatu, animæ vero nulla eſt cura... Si vis ornari, vero te ornatu cole, qui decet mulieres pias. Bonis te operibus orna, hic animæ cultus eſt... A cultu autem externo innumera fiunt mala. Et nondum dico animæ nocumenta, arrogantiam quæ inde naſcitur, deſpectum proximi, faſtum ſpiritus, animæ corruptionem, voluptatum illicitarum fomitem, &c.

S. AUG. *de S. Virginit. c.* 11. *n.* 11. Nec nos hoc in virginibus prædicamus, quod virgines ſunt, ſed quod Deo dicatæ pia continentia virgines... Hoc genus virginum nulla corporalis fœcunditas protulit: non eſt hæc proles carnis & ſanguinis. Si harum quæritur mater, Eccleſia eſt. Non parit virgines ſacras niſi Virgo ſacra, illa quæ deſponſata eſt uni viro caſta exhiberi Chriſto. Ex illa non tota corpora, ſed tota virgine ſpiritu, naſcuntur ſanctæ virgines & corpore & ſpiritu.

S. FULGENTIUS *Epiſt.* 3. *ad Probam*, *c.* 9. *n.* 15. Verumtamen utriusque rei congrua diſcretione momenta penſantes, tantum dicimus a ſanctis nuptiis, ubi nubunt qui ſe continere non poſſunt, ſanctam virginitatem merito potiore diſtare, quantum diſtant a bonis meliora, ab humilibus celſa, & terrenis cæleſtia, a beatis beatiora, a ſanctis ſanctiora, a mundis mundiora, a mortali connubio immortale connubium, a carne ſpiritus, ab infirmitate virtus, a fetu tranſituræ prolis permanſuri germinis fructus, a tribulatione ſecuritas, a perturbatione tranquillitas, a bono quod eſt cum anguſtia momentaneum, melius, quod eſt cum lætitia ſempiternum.

Cap. 11. *n.* 18. Quocirca quæ non eſt ſæculi virgo, ſed Chriſti, ſicut non debet monilibus, ita debet virtutibus adornari. Ornatus autem virginis eſt, virginitatis bonum non minus mente quam carne ſervare: ut ſcilicet ſeipſam tanto munere condignam ſemper exhibeat, & ſic veritatis teneat viam.

Multi ex SS. Patribus de ſancta virginitate ſcripſerunt, quorum opera exſcribere operoſum eſſet, at legere utile ſimul & jucundum. Lege etiam librum prætitulatum, Vita Virginum, Vie des Vierges.

(C) S. HIERON *Lib. adv. Jovinian. pag.* 190. *edit. BB. tom.* 4. Adulter eſt in ſuam uxorem amator ardentior. In aliena quippe uxore omnis amor turpis eſt, in ſua nimius. Sapiens vir judicio debet amare conjugem, non affectu, reget impetus voluptatis, nec præceps feretur in coitum. Nihil eſt fœdius quam uxorem amare quaſi adulteram... Poſtquam uxorum venter intumuerit, non perdant filios; nec amatores uxoribus ſe exhibeant, ſed maritos... Doctiſſimi viri vox eſt, pudicitiam in primis eſſe retinendam: qua amiſſa, omnis virtus ruit. In hac muliebrium virtutum principatus eſt. Hæc pauperem commendat, divitem extollit, deformem redimit, exornat pulchram: bene meretur de majoribus, quorum ſanguinem furtiva ſobole non vitiat, bene de liberis, quibus nec de matre erubeſcendum, nec de patre dubitandum eſt... Mulieris virtus proprie pudicitia eſt.

In c. 18. *Ezechiel. edit. BB. pag.* 821. Præcipitur ergo viris, ut non ſolum in alienis mulieribus, ſed in ſuis quoque quibus videntur lege conjungi... certa concubitus norint tempora, quando coeundum, quando ab uxoribus abſtinendum ſit: quod quidem & Apoſtolus & Eccleſia-

ſtes ſonant: *Tempus amplexandi, & tempus longe fieri a complexibus.* Caveat ergo & uxor, ne forte victa deſiderio coeundi illiciat virum; & maritus, ne vim faciat uxori, putans omni tempore ſubjectam ſibi eſſe debere conjugii voluptate. Unde & Paulus: *Ut noverit*, inquit, *unusquisque poſſidere vas ſuum in ſanctitate & pudicitia.* Pulchre in Xyſti Pythagorici ſententiola dicitur: Adulter eſt uxoris propriæ amator ardentior. Eccle. III. 5 1. Theſſ. 4. 4

S. AUG. *de bono conjugali*, *cap.* 3. *num.* 3. Si ſervatur fides honoris & obſequiorum invicem debitorum ab alterutro ſexu, etiamſi langueſcentibus & prope cadaverinis utriusque membris, animorum tamen rite conjugatorum tanto ſincerior, quanto probatior, & tanto ſecurior, quanto placidior caſtitas perſeverat. Habent etiam id bonum conjugia, quod carnalis vel juvenilis incontinentia, etiamſi vitioſa eſt, ad propagandæ prolis redigitur honeſtatem, ut ex malo libidinis aliquid boni faciat copulatio conjugalis.

Cap. 4. *n.* 4. Huc accedit, quia in eo ipſo quod ſibi invicem conjuges debitum ſolvunt, etiam ſi id aliquanto intemperantius, & incontinentius expetant, fidem tamen ſibi pariter debent. Cui fidei tantum tribuit Apoſtolus, ut eam poteſtatem appellaret dicens: *Mulier non habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir; ſimiliter autem & vir non habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier.* Hujus autem fidei violatio dicitur adulterium, cum vel propriæ libidinis inſtinctu, vel alienæ conſenſu, cum altero vel altera contra pactum conjugale concumbitur: atque ita frangitur fides, quæ etiam in rebus corporeis & abjectis magnum animi bonum eſt: & ideo eam ſaluti quoque corporali qua etiam vita noſtra continetur, certum eſt debere præponi.

Cap. 6. *n.* 6. Debent ergo ſibi conjugati non ſolum ipſius ſexus ſui commiſcendi fidem, liberorum procreandorum cauſa, quæ prima eſt humani generis in iſta mortalitate ſocietas, verum etiam infirmitatis invicem excipiendæ, ad illicitos concubitus evitandos mutuam quodammodo ſervitutem; ut & ſi alteri eorum perpetuo continentia placeat, niſi ex alterius conſenſu non poſſit: & ad hoc enim uxor non habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir; ſimiliter & vir non habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier: ut & quod non filiorum procreandorum, ſed infirmitatis & incontinentiæ cauſa expetit, vel ille de matrimonio, vel illa de marito, non ſibi alterutrum negent: ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas, tentante ſatana, propter incontinentiam, vel amborum, vel cujusquam eorum. Conjugalis enim concubitus generandi gratia non habet culpam; concupiſcentiæ vero ſatiandæ, ſed tamen cum conjuge, propter thori fidem, venialem habet culpam: adulterium vero ſive fornicatio lethalem habet culpam. Ac per hoc melior eſt quidem ab omni concubitu continentia, quam vel ipſe matrimonialis concubitus, qui fit cauſa gignendi.

Cap. 7. *num.* 6. Sed quia illa continentia meriti amplioris eſt, reddere vero debitum conjugale, nullius eſt criminis, exigere autem ultra generandi neceſſitatem, culpæ venialis, fornicari vero vel mœchari, puniendi criminis; cavere debet caſtitas conjugalis, ne dum ſibi quærit unde amplius honoretur, conjugi faciat unde damnetur.

Cap. 8. *n.* 8. *Honorabiles ergo nuptiæ in omnibus, & thorus immaculatus..* Duo bona ſunt connubium & continentia, quorum alterum eſt melius... Nuptiæ fidelium virginitati anteponuntur impiarum.. Ad hoc nubunt fideles, ut maritis pudice copulentur. Heb. 13. 4

N. 11. Concubitus enim neceſſarius cauſa generandi, inculpabilis & ſolus ipſe nuptialis eſt. Ille autem qui ultra iſtam neceſſitatem progreditur, jam non rationi, ſed libidini obſequitur: & hunc tamen non exigere, ſed reddere conjugi, ne fornicando damnabiliter peccet, ad perſonam pertinet conjugalem.

Cap. 11. *num.* 12. Nam cum ille naturalis uſus, quando prolabitur ultra pacta nuptialia, id eſt, ultra propagandi neceſſitatem, venialis ſit in uxore, in meretrice damnabilis; iſte qui eſt contra naturam exſecrabiliter fit in meretrice, ſed exſecrabilius in uxore. Tantum valet ordinatio creatoris & ordo creaturæ, ut in rebus ad utendum conceſſis, etiam cum modus exceditur, longe ſit tolerabilius, quam in eis quæ conceſſa non ſunt, vel

PARS. II. SECT. III. CAP. VII. §. 3.

nes & vidui & conjuges tenentur caſte vivere: ſed nullum præceptum eſt quo vel virginitas, vel conjugium, vel viduitas ſervari præcipiantur. *Unusquiſque proprium donum habet, alius quidem ſic, alius vero ſic.* (D) D

I. Ex hoc triplici ſtatu virginitatis, viduitatis, & conjugii, quiſnam perfectior eſt?

R. Status virginitatis majorem habet in ſe perfectionem, deinde ſtatus viduitatis. Sic Chriſtus ipſe, ſic Paulus Chriſti interpres docuere. (E) E

I. Qua ratione virgines & vidui & conjuges ſervare caſtitatem poſſunt?

R. Caſtitas ſervabitur, ſi fugiantur incentiva libi-

unus vel rarus exceſſus. Et ideo in re conceſſa immoderatio conjugii, ne in rem non conceſſam libido prorumpat, toleranda eſt. Decus ergo conjugale eſt caſtitas procreandi, & reddendi carnalis debiti fides.

Cap. 16. num. 18. Quod enim eſt cibus ad ſalutem hominis, hoc eſt concubitus ad ſalutem generis; & utrumque non eſt ſine delectatione carnali: quæ tamen modificata, & temperantia refrænante in uſum naturalem redacta, libido eſſe non poteſt. Quod eſt autem in ſuſtentanda vita illicitus cibus, hoc eſt in quærenda prole fornicarius vel adulterinus concubitus: & quod eſt in luxuria ventris & gutturis illicitus cibus, hoc eſt in libidine nullam prolem quærente illicitus concubitus: & quod eſt in cibo licito nonnullis immoderatior appetitus, hoc eſt in conjugibus venialis ille concubitus. Sicut ergo ſatius eſt emori fame, quam idolothytis veſci: ita ſatius eſt defungi ſine liberis, quam ex illicito coitu ſtirpem quærere.

Cap. 18. n. 21. In noſtrarum quippe nuptiis plus valet ſanctitas ſacramenti, quam fœcunditas uteri.

Lege quæ dicuntur infra in tractatu de Sacramento Matrimonii, *parte tertia hujuſce Operis, ſect. prima, cap.* 8. §. 7.

(D) 1. COR. 7. 1..... Bonum eſt homini mulierem non tangere. 2. Propter fornicationem autem unusquiſque ſuam uxorem habeat, & unaquæque ſuum virum habeat... 6. Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium. 7. Volo enim omnes vos eſſe ſicut meipſum: ſed unusquiſque proprium donum habet ex Deo: alius quidem ſic, alius vero ſic. 8. Dico autem non nuptis, & viduis. Bonum eſt illis, ſi ſic permaneant, ſicut & ego. 9. Quod ſi non ſe continent, nubant. Melius eſt enim nubere, quam uri .... 24. Unusquiſque in quo vocatus eſt, fratres, in hoc permaneat apud Deum. 25. De virginibus autem præceptum Domini non habeo: conſilium autem do: tamquam miſericordiam conſecutus a Domino, ut ſim fidelis. 26. Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. 27. Alligatus es uxori? Noli quærere ſolutionem. Solutus es ab uxore? Noli quærere uxorem. 28. Si autem acceperis uxorem, non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccavit, tribulationem tamen carnis habebunt hujuſmodi. Ego autem vobis parco... 32. Volo autem vos ſine ſollicitudine eſſe. Qui ſine uxore eſt, ſollicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. 33. Qui autem cum uxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori, & diviſus eſt. 34. Et mulier innupta, & virgo, cogitat quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro. 35. Porro hoc ad utilitatem veſtram dico: non ut laqueum vobis injiciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandi. 36. Si quis autem turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, quod ſit ſuperadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat: non peccat, ſi nubat. 37. Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc judicavit in corde ſuo, ſervare virginem ſuam, bene facit. 38. Igitur & qui matrimonio jungit virginem ſuam, bene facit: & qui non jungit melius facit. 39. Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir ejus vivit. Quod ſi dormierit vir ejus liberata eſt: cui vult nubat: tantum in Domino. 40. Beatior autem erit ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium: puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam.

S. CYPRIAN. *de habitu Virginum, initio* ... Conſiderantes pariter & ſcientes, quod templa Dei ſint membra noſtra, ab omni fæce contagionis antiquæ lavacri vitalis ſanctificatione purgata; nec violari ea aut pollui fas ſit, quando qui violat, & ipſe violetur. Eorum nos templorum cultores & antiſtites ſumus: ſerviamus illi, cujus eſſe jam cœpimus... Per omnia ſervitutis obſequia Redemptoris imperio pareamus: demusque operam, ne quid immundum aut profanum templo Dei inferatur, ne offenſus ſedem quam inhabitat, derelinquat. Et quidem

dine tam viri quam mulieres, tam pueri quam puellæ, ſexus omnis atque omnis ætas obſervet, & curet pro religione & fide, quam Deo debet, ne quod ſanctum & purum de Domini dignatione percipitur, minus ſolicito timore teneatur, quia ſcriptum eſt. *Qui perſeveraverit atque in finem, hic ſalvus erit*... Mat. 10. 22.

In fine. Prima ſententia creſcere & generare præcepit: ſecunda continentiam ſuaſit... Cum jam refertus eſt orbis & mundus impletus, qui capere continentiam poſſunt, ſpadonum more viventes, caſtrantur ad regnum. Nec hoc jubet Dominus, ſed hortatur: nec jugum neceſſitatis imponit, quando maneat voluntatis arbitrium liberum. Sed cum habitationes multas apud patrem ſuum dicat, melioris habitaculi hoſpitia demonſtrat: habitacula iſta meliora vos petitis, carnis deſideria caſtrantes, majoris gratiæ præmium in cæleſtibus obtinetis.

S. AMBROS. *Lib. de exhortat. Virginit. cap.* 3. *num.* 17. Integritas corporis expetenda vobis eſt, quam ego pro conſilio ſuadeo, non pro imperio præcipio. Sola eſt enim virginitas quæ ſuaderi poteſt, imperari non poteſt. Res magis voti eſt, quam præcepti. Quod enim gratiæ eſt, non jubetur, ſed deſideratur: electioniſque magis eſt, quam ſervitutis.

Vide Patres hocce §. jam allatos.

(E) MATTH. XIX. 11. (Jeſus) dixit illis: Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. 12. Sunt enim Eunuchi, qui de matris utero ſic nati ſunt: & ſunt Eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cælorum. Qui poteſt capere capiat.

1. COR. VII. 38. & 40. *Vide ſupra hocce §. lit.* (D)

S. CYPRIAN. *de habitu Virginum, paulo poſt initium.* Nunc nobis ad virgines ſermo eſt, quarum quo ſublimior gloria eſt, major & cura eſt. Hæc ſunt Eccleſiaſtici germinis flores, decus atque ornamentum gratiæ ſpiritalis; læta indoles, laudis & honoris opus integrum atque incorruptum; Dei imago reſpondens ad ſanctimoniam Domini, illuſtrior portio gregis Chriſti. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret Eccleſiæ matris glorioſa fœcunditas: quantoque plus copioſa virginitas numero ſuo addit, tanto plus gaudium matris augeſcit.

S. HIERON. *Lib.* 1. *contra Jovinianum, pag.* 145. *tom.* 4. Ita nuptias recipimus, ut virginitatem, quæ de nuptiis naſcitur, præferamus... Virginitati facit injuriam (*Jovinianus*) dum eam nuptiis comparat... Tantum eſt igitur inter nuptias & virginitatem, quantum inter non peccare, & bene facere: imo ut levius dicam, quantum inter bonum & melius... Nuptiæ terram replent, virginitas paradiſum.

S. AUG. *de S. Virginit. cap.* 12. *nu.* 12. Habent conjugia bonum ſuum, non quia filios procreant, ſed quia honeſte, quia licite, quia pudice, quia ſocialiter procreant, & procreatos pariter, ſalubriter, inſtanter educant, quia thori fidem invicem ſervant, quia ſacramentum connubii non violant. Hæc tamen omnia humani officii ſunt munera: virginalis autem integritas, & per piam continentiam ab omni concubitu immunitas angelica portio eſt, & in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio.

Cap. 21. *num.* 21. Nos ſecundum Scripturarum ſanctarum fidem ſanamque doctrinam, nec peccatum eſſe dicimus nuptias, & earum tamen bonum non ſolum infra virginalem, verum etiam infra vidualem continentiam conſtituimus.

De bono conjugali, cap. 6. *num.* 6. *Vide ſupra hocce §. lit.* (C)

Cap. 8. *n.* 8. Bonum Suſannæ in conjugali caſtitate laudamus; ſed tamen ei bonum viduæ Annæ, ac multo magis Mariæ Virginis anteponimus.

Cap. 9. *n.* 9. Bonum eſt nubere, quia bonum eſt filios procreare, matrem familias eſſe: ſed melius eſt non nubere, quia melius eſt ad ipſam humanam ſocietatem hoc opere non egere... Ut ampliore continentiæ bono potius utantur admonendi ſunt.

Cap. 10. *n.* 10. Sed novi qui murmurent: Quid ſi, inquiunt,

libidinis, & occaſiones peccatorum; ſi ſeceſſus quæratur maxime ab iis qui in levitate ambulant; ſi ſervetur animus alienus ab omni curioſitate ſuperflua, ſi agatur vita dura, aſpera, non otio ſed labori continuo, carnis macerationibus, jejuniis, orationi dedita; ſi frequenter ſuſcipiantur ex intimo pietatis ſenſu Sacramenta Eccleſiæ: ſi de morte ſæpius cogitetur, & anni æterni in mente habeantur. (F)

CAPUT OCTAVUM.

De ſeptimo Dei Præcepto.

§. 1. *Quot modis aliena rapiantur.*

I. Quodnam eſt ſeptimum Dei præceptum?

R. *Non furaberis.*

I. Quid Deus hoc præcepto prohibet?

R. Ne aliena injuſte vel rapiantur vel retineantur, neve ullum proximi bonis præjudicium vel damnum fiat.

I. Quot modis aliena injuſte rapi poſſunt?

R. Aliena rapiuntur vel clam proximo inſcio, vel per fraudem proximo decepto, vel proximo invito & vim patiente.

Peccatum hoc mirum quam late ſerpat. In qualibet conditione vix reperiuntur qui ab eo immunes ſint. Et quod lugendum magis, vix cuiquam religio eſt aliena rapere. Uxores, liberi, ſervi, mercatores, magiſtratus ceterique munerum publicorum adminiſtri, litigatores, advocati, procuratores forenſes, artifices, operarii, divites non ſecus ac pauperes, hi omnes in furta ſubinde incidunt vel inſcii, vel non ſatis cauti, vel minus quam par eſt religioſi.

I. Qua ratione uxores, liberi & ſervi in furtum ſolent incidere?

R. Dum bona familiæ diripiunt inſcio & invito patre familias. *Qui ſubtrahit aliquid a patre ſuo*

quiant, omnes homines velint ab omni concubitu continere; unde ſubſiſtet genus humanum? Utinam omnes hoc vellent, dumtaxat in caritate de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta: multo citius Dei civitas compleretur, & accelerаretur terminus ſæculi. Quid enim aliud hortari apparet Apoſtolum, ubi ait, cum inde loqueretur, *vellem omnes eſſe ſicut me ipſum?* 1. Cor. 7.

Cap. 23. *nu.* 28. Nullomodo dubitandum eſt meliorem eſſe caſtitatem continentiæ, quam caſtitatem nuptialem, cum tamen utrumque ſit bonum.

De bono viduitatis, ſeu Epiſt. ad Julianam viduam, cap. 8. *numer.* 11. Nuptiarum igitur bonum ſemper eſt quidem bonum: ſed in populo Dei fuit aliquando legis obſequium; nunc eſt infirmitatis remedium, in quibusdam vero humanitatis ſolatium. Filiorum quippe procreationi operam dare, non canino more per uſum promiſcuum feminarum, ſed honeſto ordine conjugali, non eſt in homine improbandus affectus: etiam ipſum tamen laudabilius tranſcendit & vincit cæleſtia cogitans animus Chriſtianus.

Cap. 16. *num.* 20. Illud moneo ut quantamcumque tibi ineſſe ſentis piæ continentiæ dilectionem, beneficio Dei tribuas; eique gratias agas, qui de Spiritu ſuo tibi tantum largitus eſt, ut ejus in corde tuo caritate diffuſa, licitæ rei licentiam tibi amor melioris boni auferret. Donavit enim ne liberet habere, cum liceret.

Cap. 23. *n.* 28. Agite itaque curſum veſtium & perſeveranter currite, ut comprehendatis; & exemplo vitæ exhortationisque ſermone rapite in eumdem curſum veſtrum quaſcumque potueritis.

S. FULGENT. *Epiſt.* 3. *ad Probam, cap.* 9. *nu.* 14. Scimus ergo nuptias non eſſe peccatum, ſed Dei opus, & Dei donum: Quas ipſe Dominus connexuit fidei vinculo, gratificavit benedictionis dono, multiplicavit propagationis augmento. Novimus *honorabile connubium in omnibus, & thorum immaculatum*: novimus a Deo non conjugia ſed fornicationes, & adulteria judicanda: fornicatores enim & adulteros judicabit Dominus. Fatemur enim a Deo eſſe nuptiarum fidem, conjugum caritatem, naturæ fœcunditatem: ſed quia *unusquisque proprium habet donum a Deo, alius quidem ſic, alius autem ſic*, nos quoque ſic utriusque doni gradum diſcernimus, ut utrumque donum a Deo tribui fidelibus non negemus. Nunc igitur inferius donum Dei devocamus in culpam, cum potioris doni præferimus gratiam: nec cum primum pudicitiæ donum præponimus, ſecundum, tertiumve damnamus, nec in eo quod integritatis virginalis agnoſcimus culmen, pudicitiæ conjugalis adſerimus crimen; neque ſic virginitatem frumentis adſcribimus, ut conjugium inter zizania deputemus.

Heb. 13. 4.

1. Cor. 7. 7.

S. HIERONYM. *Lib.* 1. *adverſus Jovinianum, paulo poſt initium*. Bonum eſt homini mulierem non tangere: quaſi & in tactu periculum ſit, quaſi qui illam tetigerit non evadat, quæ virorum pretioſas animas rapit, quæ facit adoleſcentium evolare corda. Alligabit quis in ſinu ignem & non comburetur? aut ambulabit ſuper carbones ignis, & non ardebit? Quomodo igitur, qui ignem tetigerit ſtatim aduritur; ita viri tactus & feminæ, ſentit naturam ſuam & diverſitatem ſexus intelligit . . . Unde & noſter Joſeph, quia tangere volebat eum Ægyptia, fugit ea manibus ejus, & quaſi ad morſum rabidiſſimæ canis, ne paulatim virus ſerperet, pallium quod tetigeret abjecit . . .

Et multo poſt . . . Et ſi nupſerit virgo non peccavit: non illa virgo quæ ſemet Dei cultui dedicavit. Harum enim ſi qua nupſerit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit . . . Virgines enim quæ poſt conſecrationem nupſerint, non tam adulteræ ſunt, quam inceſtæ . . .

(F) S. CYPRIANUS, *de habitu virginum, aliquanto poſt initium*. Continentia vero & pudicitia non in ſola carnis integritate conſiſtit, ſed etiam in cultus & ornatus honore pariter & pudore, ut ſecundum Apoſtolum, *quæ innupta eſt, ſancta ſit & corpore & ſpiritu* . . . 1. Cor. 7. 34.
Virgo non eſſe tantum, ſed & intelligi debet, & credi, ut nemo cum virginem videt, dubitet, an virgo ſit. Parem ſe integritas in omnibus præſtet, nec bonum corporis cultus infamet. Quid ornata, quid compta procedit, quaſi maritum aut habeat, aut quærat? Timeat potius placere, ſi virgo eſt, nec periculum ſui appetat, quæ ad meliora & divina ſe ſervat. Quæ virum non habent, nulli placere ſe ſimulent; integræ & puræ non tantum corpore, ſed etiam ſpiritu perſeverent. Neque enim fas eſt virginem ad ſpeciem formæ ſuæ comi, aut de carne, & de ejus pulcritudine gloriari, cum nulla ſit illis magis quam adverſus carnem colluctatio, & vincendi corporis ac domandi obſtinata certatio.

Pag. 70. Locupletem te dicis & divitem, ſed divitiis tuis Paulus occurrit, & ad cultum atque ornatum tuum juſto fine moderandum, ſua voce præſcribit. *Sint*, inquit, *mulieres cum verecundia & pudicitia componentes ſe, non in tortis crinibus, neque auro, neque margaritis, aut veſte pretioſa, ſed ut decet mulieres promittentes caſtitatem per bonam converſationem.* Item Petrus ad hæc eadem præcepta conſentit, & dicit: Sit in muliere non exterior ornamenti, aut auri, aut veſtis cultus, ſed cultus cordis. Quod ſi illi mulieres quoque admonet coercendas, & ad Eccleſiaſticam diſciplinam religioſa obſervatione moderandas, quæ excuſare cultus ſuos ſoleant per maritum: quanto id magis obſervare virginem fas eſt, cui nulla ornatus ſui competat venia; nec derivari in alterum poſſit mendacium culpæ, ſed ſola ipſa remaneat in crimine? . . . Ceterum ſi tu te ſumtuoſius comas, & per publicum notabiliter incedas, oculos in te juventutis illicias, ſuſpiria adoleſcentium poſt te trahas, concupiſcendi libidinem nutrias, ſuſpirandi fomenta ſuccendas, ut etſi ipſa non pereas, alios tamen perdas, & velut gladium te & venenum videntibus præbeas; excuſari non potes quaſi men-

1. Tim. 11. 9. & 10.

1. Petr. 111. 3.

Digitized by Google

PARS II. SECT. III. CAP. VIII. §. 1.

ſua & a matre, (quid ſi ab hero & domino?) *& dicit hoc non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt*, inquit Sapiens in Proverbiis.

I. Quandonam mercatores & negotiatores furti rei tenentur?

R. 1. Quando falſis utuntur ponderibus & menſuris. [A] A

2. Quando vel fucoſas & fallaces vel vitioſas merces pro bonis & veris vendunt. (*B*) B

3. Quan-

mente caſta ſis, & pudica. Redarguit te cultus improbus & impudicus ornatus, nec computari jam potes inter puellas & virgines Chriſti, quæ ſic vivis ut poſſis adamari... Ornamentorum ac veſtium inſignia, & lenocinia formarum non niſi proſtitutis & impudicis feminis congruunt, & nullarum fere pretioſior cultus eſt, quam quarum pudor vilis eſt. Sic in Scripturis ſanctis, quibus nos inſtrui Dominus voluit & moneri, deſcribitur civitas meretrix compta pulchrius, & ornata, & cum ornamentis ſuis ac propter ipſa potius ornamenta peritura... Non virgines tantum & viduas, ſed & nuptas puto, & omnes omnino feminas admonendas; quod opus Dei & factura ejus & plaſtica adulterari nullo modo debeat, adhibito flavo colore, vel nigro pulvere, vel rubore, aut quolibet denique lineamenta nativa corrumpente medicamine.

Geneſ. 1. 26. Dicit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*; & audet quiſquam mutare & convertere quod Deus fecit? Manus Deo inferunt, quando id quod ille formavit, reformare & transfigurare contendunt; neſcientes quia opus Dei eſt omne quod naſcitur; diaboli quodcumque mutatur... Quod ornari putas, quod putas comi, impugnatio eſt iſta divini operis, prævaricatio eſt veritatis. Non metuis oro quæ talis es, ne cum reſurrectionis dies venerit, artifex tuus te non recognoſcat, & ad ſua præmia, & promiſſa venientem removeat & excludat? Increpans vigore cenſoris & judicis dicat: Opus hoc meum non eſt, nec imago hæc noſtra eſt: cutem falſo medicamine polluiſti, crinem adultero colore mutaſti, expugnata eſt mendacio facies, figura corrupta eſt, vultus alienus eſt, Deum videre non poteris, quando oculi tibi non ſunt quos Deus fecit, ſed quos diabolus infecit. Illum tu ſectata es, rutilos atque depictos oculos ſerpentis imitata es; de inimico tuo compta, cum illo pariter & arſura... Quaſdam non pudet nubentibus intereſſe, & in illa laſcivientium libertate ſermonum colloquia inceſta miſcere, audire quod non decet, quod non licet dicere, obſervare: & eſſe præſentes inter verba turpia, & temulenta convivia, quibus libidinem fomes accendit... Quantum a propoſito ſuo virgo deficit, quando pudica quæ venerat impudica diſcedit? Corpore licet virgo ac mente permaneat; oculis, auribus, lingua, minuit illa quæ habebat.

S. Baſil. ad virg. lapſam Epiſt. pag. 547. Superbia, mentis evagatio, aliena ab honeſtate locutio, in orando Deo oſcitatio, ſomnuſque ac vana deſideria, in obſervandis mandatis negligentia, veſtium ornatus exquiſitior, oris ſplendor & cultus, ſodalitates, denique geſtus omnis præter officium & decorem, hæc omnia uſque adeo cavenda ſunt iis, qui Deo virginitatem, hoc eſt fidem, animam, vitam, factaque omnia ſuadicarunt, ut unum ea iis neglectum reliquorum gratiam ſit aptum magnopere lædere. Omnia namque ex privata libidine ac cupiditate admiſſa animæ puritatem inquinant, & ad beatam vitam iter impediunt.

S. AUG. *de bono viduitatis ad Julian. cap.* 21. *n.* 26. Deliciæ igitur ſpirituales deliciis carnalibus in ſancta caſtitate ſuccedant, lectio, oratio, Pſalmus, bona cogitatio, bonorum operum frequentatio, ſpes futuri ſæculi, & cor ſurſum: atque de his omnibus gratiarum

Jacob. 1. 17. actio Patri luminum, a quo ſine ulla dubitatione *omne datum optimum, & omne donum perfectum*, Scriptura teſte, *deſcendit*... Jejunia quoque ac vigiliæ in quantum valetudinem non perturbant, ſi orando, pſallendo, legendo, & in lege Dei meditando inſumantur, in delicias ſpirituales, etiam ipſa quæ videntur laborioſa vertuntur. Nullo modo enim ſunt oneroſi labores amantium; ſed etiam ipſi delectant, ſicut venantium, aucupantium, piſcantium, vindemiantium, negociantium, ludo aliquo ſeſe oblectantium. Intereſt ergo quid ametur. Nam in eo quod amatur, aut non laboratur, aut & labor amatur. Et vide quam pudendum & dolendum ſit, ſi delectat ut fera capiatur, ut pila jaciatur, & non delectat ut Deus adquiratur.

S. FULGENT. *Epiſt.* 3. *ad Probam*, *cap.* 14. *num.* 22. Veſtis quoque talis ſit ſacræ virginis, quæ teſtis exiſtat intimæ caſtitatis: nihil nitoris in habitu exterioris hominis quæratur, ne interioris hominis habitus ſordidetur. Virgo quæ ornatum corporeæ veſtis affectat, animam ſuam virtutum ſplendore deſpoliat: nec habet caſtitatem veram, quæ intuentibus parat illecebram: nec fidem ſervat Chriſto, quæ populo quærit magis placere quam ſponſo. Conſequenter autem neceſſe eſt, ut quæ humano conſpectui concupiſcentiam ſeminat, in divino conſpectu iracundiam metat.

Cap. 23. *n.* 6. Proinde ut in te ſit vera humilitas, quæ virginitatis eſt interna virginitas, non ignoras quantum ſacræ virgini debeat paupertas ſpiritus ineſſe, ut regnum cælorum mereatur accipere: quanta manſuetudo, ut illam poſſideat viventium terram, in qua ſe David bona Domini viſurum plena credulitate confidit. Quanta etiam cautione virgini luctuoſa ſit præſentis ſæculi lætitia fugienda, cui ſemper in hac vita præſtolanti ſponſi cæleſtis adventum, magis ſit ex deſiderio ſpiritali lugendum, ut adipiſcatur intimum, certumque ſolatium. Quantam quoque virgo Chriſti debeat eſuriem, ſitimque juſtitiæ perpeti, ut plena mereatur æternæ dulcedinis ſatietate lætari: qualibus etiam ſit induenda viſceribus miſericordiæ, ut in conſpectu Dei miſericordiam valeat invenire, mundandique cordis quantum debeat ineſſe ſacræ virgini ſtudium, ut illum videre mereatur felicibus oculis ſponſum, *ſpecioſum forma præ filiis hominum*, ad quem carnis virginitas non poteſt pervenire, niſi humili corde fulciatur virtute virginitatis internæ. Pſ. 44. 3.

Id ſuperius fuſe probavimus laudatis quamplurimis S. Scripturæ teſtimoniis, & SS. Patrum monumentis, cap. 2. §. 3. *ſect.* 1. *hujuſce partis*.

(A) DEUTERON. XXV. 13. Non habebis in ſacculo diverſa pondera, majus & minus: 14. Nec erit in domo tua modius major & minor. 15. Pondus habebis juſtum, & verum, & modius æqualis, & verus erit tibi: ut multo vivas tempore ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. 16. Abominatur enim Dominus Deus tuus eum qui facit hæc, & averſatur omnem injuſtitiam.

PROV. XI. 1. Statera doloſa, abominatio eſt apud Dominum: & pondus æquum, voluntas ejus.

XX. 10. Pondus & pondus, menſura & menſura: utrumque abominabile eſt apud Deum... 23. Abominatio eſt apud Dominum, pondus & pondus: ſtatera doloſa non eſt bonu.

AMOS. VIII. 4. Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ. 5. dicentes: Quando tranſibit menſis, & venundabimus merces; & ſabbatum, & aperiemus frumentum: ut imminuamus menſuram, & augeamus ſiclum, & ſupponamus ſtateras doloſas, 6. ut poſſideamus in argento egenos & pauperes calceamentis, & quiſquilias frumenti vendamus?

(B) DEUTERON. XXV. 16. *Vide ſupra hocce pag. litt.* (A)

PROV. XXI. 6. Qui congregat theſauros lingua mendacii, vanus & excors eſt, & impingetur ad laqueos mortis. 7. Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere judicium.

S. AMBROS. *Lib.* 3. *offi. cap.* 10. *n.* 66. In omnibus igitur decora eſt fides, juſtitia grata, menſura æquitatis jucunda... Ubique igitur honeſtatis præponderat conſideratio, quæ dolum excludit, fraudem ejicit... Non ſolum itaque in contractibus, .. ſed etiam generaliter in omnibus dolus abeſſe debet: aperienda ſimplicitas, intimanda veritas eſt.

M. T. CICERON. *de offic. lib.* 3. *n.* 13. Vendat ædeis vir bonus propter aliqua vitia, quæ ipſe norit, ceteri ignorant: peſtilentes ſint, & habeantur ſalubres: ignoretur in omnibus cubilibus apparere ſerpenteis: male materiatæ, ruinoſæ: ſed hoc præter dominum ſciat nemo. Quæro, ſi hæc emptoribus venditor non dixerit, ædeiſque vendiderit pluris multo, quam ſe venditurum putaret, num id injuſte aut improbe fecerit? ille vero, inquit Antipater. Quid eſt enim aliud, erranti viam non monſtrare, (quod Athenis exſecrationibus publicis ſanctum eſt) ſi hoc non eſt emptores pati ruere, & per errorem in maximam fraudem incurrere? Plus etiam eſt, quam viam non monſtrare: nam eſt ſcientem in errorem alterum inducere. Non igitur videtur... hic ædium venditor celare emptores debuiſſe. Neque enim id eſt celare, quicquid reticeas: ſed cum quod tu ſcias, id ignorare emolu-

Digitized by Google

3. Quando abutuntur vel neceſſitate vel ignorantia proximi ut carius vendant, vel emant vilius quam par eſt. (C)

C 4. Cum exercent monopolia fraudulenta. (D) D

5. Cum vel in emptione vel in venditione quovis alio modo utuntur malo dolo vel fraude. (E) E

I. Quid hoc rei eſt Monopolium exercere fraudulentum?

R. Μονοπωλεῖν *Monopolein* dicuntur ii qui ſoli vendunt rem aliquam; unde derivatur græca vox Μονοπώλιον *Monopolium*, quæ ſignificat ejusmodi venditionem.

Porro Monopolium vel eſt legitimum vel fraudulentum: legitimum eſt cum auctoritate Principis ex ſpeciali privilegio exercetur, ſine fraude, ſine damno & injuria proximi, adeo ut res non propterea carius vendantur quam par eſt; nec vendantur vitiatæ.

Monopolium fraudulentum duplici vel triplici ratione exercetur. 1. Cum quis obtento a Principe privilegio quo merces aliquas ſolus vendat, propterea res vendit carius quam par eſt.

2. Cum quis ſine ſpeciali privilegio merces omnes ejusdem ſpeciei comparat, & vendit deinde carius quam par eſt; atque ita publica neceſſitate abutitur.

3. Cum omnes ejusdem ſpeciei mercium venditores ineunt inter ſe circa venditionem ejusmodi mercium pacta iniqua & in damnum proximi vergentia, id quoque pertinet ad rationem monopolii fraudulenti: verbi gratia ſi omnes ejusdem artis opifices inter ſe conveniant operas ſuas nemini locare, niſi certo quodam propoſito pretio quod nimium ſit: ſi conveniant ſe nemini venditoros tales merces, niſi pretio cariori quam par ſit: ſi conveniant omnes omnino ejusdem ſpeciei merces in damnum publicum adulterare & vitiare, ut carius quam par eſt vendantur.

I. Quandonam Magiſtratus & Judices ceterique publicorum munerum adminiſtri furti rei tenentur ut plurimum?

R. 1. Cum eorum vel negligentia judicia jacent, vel nimia in judicando tarditate ad ſumptus immodicos litigatores adiguntur. (F) F

2. Cum juriſdictionem venalem habent, & pretio jura omnia æquant; accipiuntque munera a litigantibus; quod quidem & naturali, & divina & poſitiva lege prohibetur. (G) G

3. Cum

emolumenti tui cauſa velis eos quorum interſit id ſcire. Hoc autem celandi genus quale ſit & cujus hominis, quis non videt? certe non aperti, non ſimplicis, non ingenui, non juſti, non viri boni: verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri, hæc ſot, & alia plura nonne inutile eſt vitiorum ſubire nomina? Quod ſi vituperandi ſunt qui reticuerunt, quid de iis exiſtimandum eſt, qui orationis vanitatem adhibuerant?

(C) 1. THESSAL. IV. 6. Et ne quis ſupergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem ſuum: quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus, ſicut prædiximus vobis, & teſtificati ſumus.

M. T. CICER. *de offic. l. 3. n.* 12. Si exempli gratia, vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum advexerit in Rhodiorum inopia & fame ſummaque annonæ caritate: ſi idem ſciat, complureis mercatoreis ab Alexandria ſolviſſe, naveisque in curſu frumento onuſtas petenteis Rhodum viderit: dicturusne ſit id Rhodiis, an ſilentio ſuum quam plurimo venditurus?.. Quid agis? tu in cum hominibus conſulere debeas, & ſervire humanæ ſocietati, eaque lege natus ſis, ut ea habeas principia naturæ, quibus parere, & quæ ſequi debeas, ut utilitas tua communis utilitas ſit: viciſſim, communis utilitas, tua ſit: celabis homines, quid iis adſit commoditatis & copiæ?

N. 13. *Vide ſupra hocce* §. *lit.* (B)

(D) *Lege* jubemus, CODICIS *lib.* 4. *tit.* 59. *De monopoliis.* Jubemus ne quis cujuſdam veſtis, vel piſcis, vel pectinum, forte aut echini, vel cujuslibet alterius ad victum, vel ad quemcumque uſum pertinentis ſpeciei, vel cujuslibet materiæ, pro ſua auctoritate vel ſacro jam elicito, aut in poſterum eliciendo reſcripto, aut pragmatica ſanctione, vel ſacra noſtræ pietatis adnotatione, monopolium audeat exercere: neve quis illicitis habitis conventionibus conjuret aut paciſcatur; ut ſpecies diverſorum corporum negotiationis, non minoris quam inter ſe ſtatuerint, venundentur. Ædificiorum quoque artifices, vel ergolabi aliorumque diverſorum operum profeſſores, & balneatores penitus arceantur pacta inter ſe componere: ut ne quis quod alteri commiſſum ſit, opus impleat, aut injunctam alteri ſolicitudinem alter intercipiat: data licentia unicuique ab altero inchoatum, & derelictum opus per alterum ſine aliquo timore diſpendii implere, omniaque hujusmodi facinora denuntiandi ſine ulla formidine, & ſine judiciariis ſumptibus. Si quis autem monopolium auſus fuerit exercere, bonis propriis expoliatus, perpetuitate damnetur exilii. Ceterarum propterea profeſſionum primates, ſi in poſterum aut ſuper taxandis rerum pretiis, aut ſuper quibuslibet illicitis placitis, auſi fuerint convenientes hujusmodi ſe ſe pactis conſtringere, quadraginta librarum auri ſolutione percelli decernimus: officio tuæ ſedis quinquaginta librarum auri condemnatione multando, ſi in prohibitis monopoliis & interdictis corporum actionibus commiſſas forte (ſi hoc avenerit) ſaluberrimæ noſtræ diſpoſitionis condemnationes, venalitate interdum, aut diſſimulatione, vel quolibet vitio minus fuerit executum.

1. THESSAL. IV. 6. *vide ſupra hocce* §. *lit.* (C)

(E) MARC. X. 19. Præcepta noſti: ne adulteres, ne occidas, NE FURERIS, ne falſum teſtimonium dixeris, NE FRAUDEM FECERIS.

S. AMBROS. *l. 3. de officiis miniſtrorum cap.* 11. *num.* 72.... (Eccleſia) generaliter condemnat omnem lucri turpis appetentiam, brevique ſermonis compendio excludit levitatem ac verſutiam.

N. 73... Leges publicæ eum qui ſciens falſo utitur, tamquam reum facinoris adſtringunt. Regula autem juſtitiæ manifeſta eſt, quod a vero declinare virum non deceat bonum, nec damno injuſto afficere quemquam, nec doli aliquid adnectere fraudisve componere.

N. 74. Quid evidentius eo quod Ananias, qui fraudavit de pretio agri ſui, quem ipſe vendiderat, & poſitionem pretii tamquam ſummæ totius numerum ante pedes poſuit Apoſtolorum, ſicut reus fraudis interiit? Licuit utique illi nihil offerre, & hoc ſine fraude feciſſet: ſed quia fraudem admiſcuit, non liberalitatis gratiam reportavit, ſed fallaciæ pœnam exſolvit. *Act.* v. 1. & *ſeq.*

N. 75. Et Dominus in Evangelio eum dolo accedentes repudiabat, dicens: *Vulpes foveas habent;* quoniam in ſimplicitate cordis, & innocentia nos jubet vivere.... *Matt.* 8. 20.

M. T. CICERO *de offic. l. 3. nu.* 24. Ex omni vita ſimulatio, diſſimulatioque tollenda eſt. Ita nec ut emat melius, nec ut vendat, quicquam ſimulabit, aut diſſimulabit vir bonus... Tollendum eſt igitur ex rebus contrahendis omne mendacium... Ratio igitur hoc poſtulat, ne quid inſidioſe, ne quid ſimulate, ne quid fallaciter... Hoc quamquam video propter depravationem conſuetudinis, neque more turpe haberi, neque aut lege ſanciri, aut jure civili; naturæ tamen lege ſanctum eſt.

(F) LEVIT. XIX. 11. Non facietis furtum. Non mentiemini, nec decipiet unusquisque proximum ſuum.... 13... Non morabitur opus mercenarii tui apud te, usque mane... 35. Nolite facere iniquum aliquid in judicio, in regula, in pondere, in menſura. 36. Statera juſta, & æqua ſint pondera, juſtus modius, æquusque ſextarius.

PSAL. XIV. 5. Qui jurat proximo ſuo, & non decipit, qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, & munera ſuper innocentem non accepit.

LXXI. 14. Ex uſuris, & iniquitate redimet animas eorum.

(G) EXOD. XXIII. 8. Nec accipies munera, quæ etiam

Digitized by Google

3. Cum peculatum vel faciunt vel a ſuis fieri ſinunt. (H)

4. Cum favent aliorum avaritiæ, fraudibus, dolis, exactiunibus, monopoliis, expilatiunibus, a-
H liiſque ejusmodi iniquis augendæ pecuniæ artibus,
I (I)

I. Quid eſt Peculatus?

R. Peculatus eſt pecuniæ publicæ furtum. Sumitur etiam pro crimine eorum qui cum miniſteria publica exerceant, indebitam exigunt pecuniam ab
K iis qui eorum indigent miniſterio. (K)

Hæc autem exactio duplici ratiune fieri poteſt. 1. Si expreſſe exturqueatur indebita pecunia. 2. Si indirecte adigantur privati ad ſolutionem indebitam, quamvis hæc ſolutio non poſtuletur expreſſe: verbi gratia, Judicis ſcriba, ſeu quivis alius publicorum officiorum adminiſter debita upera moram producit non dantibus, dantes autem ſtatim expedit, eorumque negutia conficit; ſic ſunt ejus mores, id nemo neſcit. Peculator eſt, tenetur lege repetundarum. Nihil quidem palam extorquet, ſed neminem niſi dantem bene excipit. Id ſatis eſt. Novit id & tolerat ſuperior: eodem crimine tenetur.

I. Quandonam litigatores furti rei ſunt?

R. Cum lites injuſtas muvent vel defendunt; cum falſitatibus, mendaciis, calumniis, iniquis cavillationibus litas alunt; cum malis & iniquis artibux cauſam injuſtam obtinent. (L) L

I. Quandonam advocati, procuratores forenſes, ceterique judiciorum adminiſtri, furti crimine tenentur?

R. 1. Cum a clientibus ſuis indebitam pecuniam exigunt. (M) 2. Cum aos impellunt ad ſumptus ſuperfluos. 3. Cum pravis conſiliis auctores ſunt ut lites iniquæ moveantur vel defendantur. Cum ipſi cauſas iniquas agunt. 5. Cum malis artibus cauſam iniquam obtinent, & veritatem in injuſtitia detinent. M

Non licet advocato cauſam agere quæ ſibi videatur iniqua, non licet ipſi ſtare pro mendacio, non licet veritatem upprimere, non licet contradicere veritati; mentiri non licet. (N) Si malix artibus, ſi mendaciis, ſi calumniis, ſi eloquentiæ ſuco cauſam iniquam obti- N

etiam excæcant prudentes, & ſubvertunt verbix juſtorum.

LEVIT. XIX. 15. Non facies quod iniquum eſt, nec iojuſte judicabis. Non conſideres perſonam pauperis, nec hunores vultum potentis. Juſte judica proximo tuo.

DEUTERON. XVI. 18. Judices, & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, per ſingulas tribus tuas: ut judicent populum juſto judicio, 19. nec in alteram partem declinent. Nam accipies perſonam, nec muoera: quia munera axcæcant oculos ſapientum, & mutant verba juſtorum, 20. Juſte quod juſtum eſt perſequeris: ut vivas & poſſideas terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi.

XXVII. 19. Maledictus qui pervertit judicium advenæ, pupilli, & viduæ... 25. Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam ſanguinis innocentix.

PSAL. XXV. 10. In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.

PROV. XV. 27. Conturbat domum ſuam qui ſectatur avaritiam: qui autem odit munera, vivet.

XXIV. 23. Hæc quoque ſapientibus: cognoſcere perſonam in judicio non eſt bonum.

ECCLI. XX. 31. Xenia & dona excæcant oculos judicum, & quaſi mutos, in ore avertit curreptiones eorum.

ISAI. I. 23. Principes tui infideles, ſocii furum; omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones.

V. 23. Væ ... qui juſtificatis impium pro muneribus, & juſtitiam juſti aufertis ab eo.

(H) LUC. III. 12. Venerunt autem & publicani (ad Johannem) ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magiſter, quid faciamus? 13. At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quam quod conſtitutum eſt vobis, faciatix. 14. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis..., & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.

(I) PROV. XXIX. 24. Qui cum fure participat, odit animam ſuam.

S. AUG. *ad Macedonium Epiſt.* 153. *alias* 54. *num.* 20. Sed pro iſtis (*pro debitoribus*) magis apud eos qui repetunt, quam apud eos qui judicant, intercedere convenit; ita ipſe videatur auferre, qui cum habeat poteſtatem, non cogit reddere: quamvis in cogendo ita debeat adhibere integritatem, ut ua amittat humanitatem.

N. 21. Illud vero fidentiſſime dixerim, eum, qui pro homine ad hoc intervenit, ut male ablata reſtituat, & qui ad ſe confugientem, quantum honeſte poteſt, ad reſtituendum non compellit, ſocium eſſe fraudis, & criminis. Nam miſericordius opem noſtram talibus ſubtrahimus, quam impendimus. Non enim opem fert, qui ad peccandum adjuvat, ac non potius ſubvertit atque opprimit.

S. AUG. *de Civit. Dei, lib.* 19. *cap.* 16. Sicut non eſt beneficentiæ adjuvando efficere, ut bonum quod majus eſt amittatur, ita non eſt innocentiæ parcendo ſinere ut malum gravius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium nemini malum inferre, verum etiam cobibere a peccato, vel punire peccatum, ut aut ipſe qui plectitur, corrigatur experimento, aut alii terreantur exemplo.

(K) AMOS II. 6. *Vide §. ſeq. lit.* (A)

V. 11. ... Pro eo quod diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo, domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis.

VIII. 4. *Vide ſupra hocce §. lit.* (A)

MICH. III. 1. Et dixi: Audite Principes Jacob, & Duces domus Iſrael; numquid non veſtrum eſt ſcire judicium? 2. Qui odio habetis bonum, & diligitix malum: qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum? 3. Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriaverunt: & oſſa aorum confregerunt, & conciderunt ſicut in lebeta, & quaſi carnem in medio ollæ ... 9. audite hoc Principes domus Jacob, & Judices domus Iſrael: quia abominamini judicium, & omnia recta pervertitix. 10. Qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Jeruſalem in iniquitate. 11. Principes ejus in muneribus judicabant, & ſacerdotes ejus in mercede docebant, & prophetæ ejus in pecunia divinabant.

LUC. III. 12. *Vide ſupra hocce §. lit.* (H)

(L) PROV. XVI. 28. Homo perverſus ſuſcitat lites: & verboſus ſeparat Principes.

ECCLE. V. 7. Si videris calumnias egenorum, & violenta judicia, & ſubverti juſtitiam in provincia, non mireris ſuper hoc negotio: quia excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alii, 8. & inſuper univerſæ terræ rex imperat ſervienti.

JACOB. II. 6. Vos autem exhonoraſtis pauperem. Nonne divites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad judicia? 7. Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen, quod invocatum eſt ſuper vos?

(M) LUC. III. 12. *Vide ſupra hocce §. lit.* (H)

(N) S. THOM. 2. 2. *Quæſt.* 71. *art.* 3. *in corpore.* Illicitum eſt alicui cooperari ad malum faciendum, ſive conſulendo, ſive adjuvando, ſive qualitercumque conſentiendo: quia conſilians & coadjuvans quodammodo eſt faciens. At Apoſtolus dicit ad Rom. I. quod *digni ſunt morte non ſolum qui faciunt peccatum, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* Unde & ſupra dictum eſt, quod omnes tales ad reſtitutionem tenentur. Manifeſtum eſt autem, quod Advocatus & auxilium & conſilium præſtat ei cujus cauſæ patrocinatur: Unde ſi ſcienter injuſtam cauſam defendit, abſque dubio graviter peccat, & ad reſtitutionem tenetur ejus damni, quod contra juſtitiam per ejus auxilium altera pars incurrit. Si autem ignoranter injuſtam cauſam defendit, putans eſſe juſtam, excuſatur ſecundum modum quo ignorantia excuſari poteſt.

Digitized by Google

O obtinuit, quidquid parti læſæ intulit damni reſtituere tenetur, ex mente S. Auguſtini. (O)

I. Quandonam opifices & mercenarii furti lege tenentur?

R. I.

Codicis *Lib.* 3. *tit.* 1. *de Judiciis*, *Lege*, Hodie jurant, §. I. Patroni autem cauſarum, qui utrique parti ſuum præſtantes auxilium ingrediuntur, cum lis fuerit conteſtata, poſt narrationem propoſitam, & contradictionem objectam, in qualicunque judicio majore vel minore, vel apud arbitros ſive ex compromiſſo, ſive aliter datos vel electos, Sacroſanctis Evangeliis tactis juramentum præſtent, quod omni quidem virtute ſua omnique ope, quod verum & juſtum exiſtimaverint, clientibus ſuis inferre procurabunt, nihil ſtudii relinquentes, quod ſibi cauſa cognita, quod improba ſit, vel penitus deſperata, & ex mendacibus allegationibus compoſita, ipſi ſcientes prudentesque mala conſcientia liti patrocinabuntur: ſed & ſi certamine procedente aliquid tale ſibi cognitum fuerit, a cauſa recedent, ab hujusmodi communione ſeſe penitus ſeparantes.

Lege 14. Cod. *de judiciis*. Sancimus omnes Judices, ſive majores, ſive minores, qui in adminiſtrationibus poſiti ſunt, vel in hac regia civitate, vel in orbe terrarum, qui noſtris gubernaculis regitur, ſive eos quibus nos audientiam committimus, vel qui a majoribus Judicibus dantur, vel qui ex juriſdictione ſua judicandi habent facultatem, vel qui ex recepto, id eſt compromiſſo (quod judicium imitatur) cauſas dirimendas ſuſcipiunt, vel qui arbitrium peragunt, vel ex authoritate ſententiarum & partium conſenſu electi ſunt, & generaliter omnes omnino Judices Romani juris diſceptatores, non aliter litium primordium accipere, niſi prius ante ſedem judicialem Sacroſanctæ deponantur Scripturæ, & hæ permaneant non ſolum in principio litis, ſed etiam in omnibus cogitationibus usque ad ipſum terminum, & definitivæ ſententiæ recitationem. Sic enim attendentes ad Sacroſanctas Scripturas, & Dei præſentia conſecrati, ea majore præſidio lites diriment, ſcituri, quod non magis alios judicant, quam ipſi judicantur: cum etiam ipſis magis, quam partibus, terribile judicium eſt. Siquidem litigatores ſub hominibus, ipſi autem Deo inſpectore adhibito cauſa proferunt trutinandas. Et hoc quidem jusjurandum judiciale omnibus notum ſit, & Romanis legibus optimum a nobis accedat incrementum, & ab omnibus Judicibus obſervandum: & ſi prætereatur, contemptoribus periculoſum ſit.

Code de Louis XIII. *Liv.* 9. *pag.* 395. *Titre* 47. *pris de l'Ordonnance d'Orleans art.* 58. Ut ſubditi noſtri ſubleventur, Cauſidicis permiſimus Cauſidici & Procuratoris partes implere, ipſis imperantes, ut bona fide clientes ſuos defendant, malasque cauſas neque protegant neque tueantur; ſi ſecus fecerint, diſpendia, damna, atque utilitates clientum penſare teneantur.

Domat, *Loix Civiles dans leur ordre naturel*, *Traité du droit public Lib.* 2. *Titre* 6. *Sect.* 2. *nu.* 4. Si Cauſidico juſtitiam tueri aliqua minus æqua ratione non licet, multo minus illi licet injuſtas cauſas defendere & patrocinari; qui contra faciunt, & injuſtitiæ clientum ſocii & participes fiunt, & præſtitum juramentum violant; hocce ſiquidem juramento leges ſe ſervaturos promittunt, quibus injuſtas cauſas agere & defendere prohibentur, pœnaque omnium diſpendiorum, damnorum, & utilitatum partium intentatur.

N. 5. Neque ſolum Advocati pro dignitate ſuæ profeſſionis juſtitiam & veritatem tueri, nullaque in ea exercenda mala arte uti tenentur; verum etiam muneris dignitatis eſt, ut nullo lucri ſtudio ducantur, & non modo omnem prævaricationem caveant, utriusque partis jura non tractent aut tanquam partes ſe habeant, cauſas non protrahant, partibus conſilia non dent, ac veluti Judices ſententiam non dicant in cauſis, quas Patronorum munere functi egerunt, omnemque malam adminiſtrationem fugiant; verum omnem avaritiæ & inſatiabilitatis ſuſpicionem amoventes in moderato lucro, quod laboribus ſuis, verum de quibus agitur, clientum conditioni & facultatibus reſpondeat, acquieſcant, in iis quæ ſcripto mandant inutilia ac ſupervacua verba vitantes; gratis inſuper pauperibus operam ſuam præſtare debent, ut legibus cautum eſt, quibus Judices quoque jubentur aſſignare Patronos iis, qui ob paupertatem, vel partium potentiam & favorem nullos haberent, atque in his pauperum, omnique ope deſtitutorum, viduarum, orphanorum, eorumque, qui ab adverſariorum potentia vexantur, opprimuntur, cauſis agendis ſuam ponere induſtriam debent Patroni, ac contra potentiorum vim forti animo juſtitiam ac veritatem propugnare.

Note. Ex his quæ hoc titulo de Patronorum muneribus dicta ſunt tria veniunt obſervanda cauſſarum genera, quibus occupantur; nempe eas quæ evidenter juſtæ, deinde eas quæ evidenter injuſtæ, illas demum, quæ dubiæ ſunt & obſcuræ.

Quoad cauſſas evidenter injuſtas, vel contra jus naturale, vel contra jus poſitivum, numquam licet eas agere & defendere, cum numquam injuſtitiam tegere & tueri liceat. Quod ſi partibus interdictum eſt hujusmodi cauſas contra conſcientiæ dictamina ſuſcipere, ſeque reos facere criminis maxime enormis & odioſi hominibus, multoque magis etiam Deo, cujus auctoritate ad ſuam firmandam injuſtitiam abutuntur; Patroni, qui eas agunt, & defendunt, eo magis ſontes & criminoſi ſunt, quod partium malitiæ ſocii evadunt, ſuique miniſterii & eſſentialis muneris prævaricatores, quod in eo ſitum eſt, ut partes a ſuſcipiendis injuſtis cauſis deterreant. Qui vero eas intentant contra pauperes & imbecilles, criminis rei fiunt, cujus enormitas ſatis exprimi nequit. Scriptura oblationem illius, qui bona pauperis in eleemoſynam, aut ſacrificium Deo offert, confert cum oblatione quam faceret patri is qui ipſius filium in conſpectu mactaret. *Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui*. Eccl. 34. 24. Qua dicendi formula poſſet ipſa illorum actionem notare, qui ſe Tribunali, non miſericordiæ, ſed juſtitiæ Dei, ſiſtunt, non ut aliena bona, quibus ſe ſpoliarunt, Deo offerant, ſed ut detrahant aliorum poſſeſſioni, ſibique vindicent, ſidemque Judicum implorare audent, ut injuſtitiam exequi velint. Quoad cauſas juſtas, illud unice attendendum eſt, ne illicitis modis cum mendacio & artificio agantur; nam ſi actiones per ſe juſtæ injuſtæ evadunt, niſi eas juſtitiæ circumſtantiæ comitentur, juxta Sapientis effatum: *Qui enim cuſtodierint juſta juſte, juſtificabuntur*: Sap. 6. 12. multo magis juſtitiæ actiones comitari debet veritas & juſtitia; cumque omnes homines ſibi invicem debeant in omnibus actionibus veritatem, Deique ſinceritatem, juxta D. Pauli ſententiam, potiori jure eam debent ipſi Deo, & in ipſius tribunali, quod eſt juſtitia. *Nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate cordis, & ſinceritate Dei, & non in ſapientia carnali*. 2. Cor. 1. 12. Quod cauſſas dubias attinet, primum Advocatorum præceptum eſt, ne tamquam dubias eas cauſſas accipiant, quæ tales reddi poſſunt, injuſtitiam ſimulatæ juſtitiæ velo tegendo; verum ſine fuco tamquam dubias eas habeant, quarum deciſiones minus certæ ſunt, vel ob factorum circumſtantias, vel juris obſcuritatem, vel ob alias animadverſiones, unde ambiguitas exiſtit. In hiſce agendis cauſſis, Patroni ſua virtute & conſcientia duci debent, easque ſuſcipere ac tractare non ſecus ac cauſſas aperte juſtas debent.

Hæ regulæ omnes, quibus Patronorum munera continentur, ad duos canones referuntur; quorum primus eſt, ut nullam injuſtam cauſam agendam unquam ſuſcipiant, alter, ut juſtas cauſas juſte defendat; hæcque duo præcepta cum Advocatorum munere ita neceſſario conjuncta ſunt, ut licet Religionis dogmata videantur, Codicis tamen & Digeſti legibus verbis apertiſſimis præſcribuntur.

(O) S. Aug. *Ad Macedon. Epiſt.* 153. *alias* 54. *nu.* 23. Sed non ideo debet Judex vendere juſtum judicium, aut teſtis verum teſtimonium, quia vendit Advocatus juſtum patrocinium, & Juriſperitus verum conſilium. Illi enim inter utramque partem ad examen adhibentur? iſti ex una parte conſiſtunt, Cum autem judicia & teſtimonia, quæ nec juſta & vera vendenda ſunt, iniqua & falſa venduntur, multo ſceleratius utique pecunia ſumitur, quia ſcelerate etiam quamvis a volentibus datur.

N. 25. Verumtamen ſi juſtitia ſincerius conſulatur, juſtius dicitur Advocato, Redde quod accepiſti, quando contra veritatem ſtetiſti, iniquitati adfuiſti, Judicem fefelliſti, juſtam cauſſam oppreſſiſti, de falſitate viciſti, (quod vides multos honeſtiſſimos & diſertiſſimos viros, non ſolum impune, verum etiam glorioſe videri ſibi committere) quam cuiquam in quolibet officio militanti... Quis tandem Advocatus, aut ex Advocato ita vir optimus facile reperitur, qui ſuſcepto ſuo dicat, Recipe quod mihi, cum tibi male adeſſem, dediſti; & redde adverſario tuo quod, me agente, inique abſtuliſti? Et tamen

R. 1. Quando mercedem nimiam exigunt, 2. Quando operas ſuas non impendunt fideliter, ſed fraudant aliquid de diurno labore, 3. Cum malis artibus & dolo & fraudibus lucra quærunt immodica, 4. Cum res ſibi creditas vel partem earum
P injuſte detinent, vel vitiant & adulterant. (P)

Omnes illæ variæ aliena rapiendi rationes hac una Evangelica ſententia e jure naturali petita damnantur: *Alteri ne feceris quod tibi fieri non vis.* (Q)
Q

§. 2. *De Uſura & Fœnore.*

I. In quo divites furti plerumque crimine tenentur?

R. Eo quod 1. Pauperes opprimunt. (A) 2. Cum A
pecuniam ſuam vel frumentum, vel oleum, vel res ejuſmodi quæ uſu conſumuntur, dant mutuo ad uſuram. (B) B

I. Quid hoc rei eſt dare mutuo ad uſuram?

R. Eſt mutuum dare cum ſpe recipiendi aliquid vi mutui, ultra ſortem præcipuam. (C) C

I. Ergo uſura prohibita eſt?

R. Prohibita eſt omni legum genere; lege naturali, lege divina, lege Eccleſiaſtica, lege civili.

Lege naturali, ut probatur apud Platonem, Ariſtotelem, Plutarchum, Scriptores Ethnicos, quos pudendum eſt eſſe hac in re plurimis Chriſtianis æquiores. (D) Taceo Theologos, (E) & D E
Juris-

men quem prioris non rectæ vitæ rectiſſime pœniret, etiam hoc facere debet, ut ſi ille, qui inique litigavit, non vult admonitus corrigere iniquitatem, ejus tamen iniquitatis nolit iſte habere mercedem: niſi forte reſtituendum eſt alienum, quod per furtum clanculo aufertur, & reſtituendum non eſt quod in ipſo foro ubi peccata puniuntur, decepto Judice, & circumventis legibus obtinetur? Quid dicam de uſuris, quas etiam ipſæ leges & Judices reddi jubent? an crudelior eſt, qui ſubtrahit aliquid vel eripit diviti, quam qui trucidat pauperem fœnore? Hæc atque hujuſmodi male utique poſſidentur, & vellem reſtituerentur; ſed non eſt quo Judice repetantur.

(P) TIT. II. 10. Non fraudentes, ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes.

(Q) TOBIÆ IV. 16. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.

MATTH. VII. 12. Omnia ergo quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim Lex, & Prophetæ.

(A) AMOS II. 6. Hæc dicit Dominus: Super tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quatuor non convertam eum: pro eo quod vendiderit pro argento juſtum, & pauperem pro calceamentis. 7. Qui conterunt ſuper pulverem terræ capita pauperum, & viam humilium declinant... 8. Et ſuper veſtimentis pignoratis accubuerunt juxta omne altare: & vinum damnatorum bibebant in domo Dei ſui.

VIII. 4. 5. & 6. *Vide ſupr.* §. *lit.* (A)

JACOB II. 6. & 7. *Vide ſupra* §. 1. *hujuſce cap. litt.* (L)

(B) PSAL. LXXI. 14. Ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum.

(C) S. AUG. *Enarrat. in Pſal.* XXXVI. *ſer.* 3. *nu.* 6. Si fœneraveris homini, id eſt mutuam pecuniam tuam dederis, a quo aliquid plus quam dediſti exſpectes accipere; non pecuniam ſolam, ſed aliquid plus quam dediſti, ſive illud triticum ſit, ſive vinum, ſive oleum, ſive quodlibet aliud; ſi plus quam dediſti exſpectas accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus.

DECRETI *ſecunda pars cauſ.* XIV. *Quæſt.* III. *cap. ex* CONCILIO AGATHENSI. Uſura eſt, ubi amplius requiritur, quam datur. Verbi gratia, ſi dederis ſolidos decem, & amplius quæſieris: vel dederis frumenti modium unum, & ſuper aliquid exegeris.

(D) PLATO *Lib.* 5. *de legibus pag.* 742. Neque mutuum dare ad fœnus liceto: ei qui ſecus facit neque fœnus, neque ſors redditor... Operæ pretium eſſe affirmamus, nec aurum neque argentum eſſe in civitate, neque rurſus multum quæſtum ex ſordidis artibus & uſuris.

ARITSOTELES *lib.* 1. *de Republica cap.* 10. Ea pecuniæ quærendæ ratio, naturæ conſentanee omnibus eſt, quæ eſt a fructibus & animalibus... Illa autem quæ in mutatione nummi conſiſtit merito vituperetur, non enim naturæ conſentanea eſt, & in ea alter ab altero lucrum aucupatur. Optima ratione omnibus in odio eſt ratio fœneratrix quod ab ipſo nummo quæſtus fiat, & non ad quam rem paratus eſt uſurpent. Permutationis enim gratia natus eſt: fœnus autem eum auget & multiplicat; unde etiam apud Græcos hoc nomen reperit. Τόκος enim a pariendo quod illi dicunt Τίκτειν, manavit: & apud Latinos fœnus a fœtu... In fœnore autem pecunia pecuniæ partus, ac fœtus eſt. Quapropter maxime omnium quærendæ pecuniæ rationum abhorret hæc a natura.

Ethicor. lib. 4. *pag.* 83. Sunt etiam alii in accipiendo nimis, qui paſſim & quidvis accipiunt; quales ſunt ii qui in ſordidis artibus verſantur, ut lenones, & omnes ejuſmodi, ut fœneratores, & qui exigua dant, ut majora ferant. Omnes enim hi homines, a quibus & quantum æquum non eſt, accipiunt: eorumque communis, turpis ſordiduſque quæſtus videtur... Utrique igitur quoniam opes ſuas augent alienis regnante ratione, in ſordido quæſtu & arte verſantur. Quamobrem omnes hæ rapinæ & pecuniarum translationes illiberales ſunt.

PLUTARCHUS *de vitando ære alieno*, *num.* 2. Nonne evidens eſt eam legem ad rem pecuniariam pertinere, ne ab aliis mutuum ſumant?

N. 3. Sacratiſſimam diem fœneratores atram & abominandam faciunt.

N. 4. Uſuras perſolvere non pudet?

N. 6.... Nos dum contentos eſſe noſtris rebus pudet, dandis pignoribus, contractibuſque ſubeundis in ſervitutem noſmet damus.

N. 8. Fuge hoſtem & tyrannum fœneratorem.

N. 11. Verberonam iſtorum & barbarorum debita pariunt antequam concipiant. Nam ſimul atque dederunt, repoſcunt, ac ponendo tollunt & in fœnore collocant ipſum fœnus... Fœnus præcedit fœnus, ſupereſt quoque fœnus.

N. 12. Apud ipſos ex eo quod neque eſt, neque ſubſiſtit naſcitur fœnus... Ipſi contra leges fœnerando, ſibi homines vectigales faciunt, aut potius inter fœnerandum defraudantes.

N. 13. Cujus mendacii cauſam habent,... inſatiabilem avaritiem.

N. 14. Ne ſumito mutuum;

N. 15.... Capram non poſſum portare, imponitis mihi bovem. Paupertatem ſufferre non potes, & fœneratorem in cervices tues imponis, onus cui ferendo difficulter etiam dives ſufficiat.

N. 18. Nam ſi contenti voluiſſemus eſſe rebus ad vitam neceſſariis, non eſſet fœneratorum genus.

N. 19. In uſuris ſolvendis debitores alia ſuper alia contrahentes debita, magis magiſque ſenſim gravantur.

(E) S. THOM. 2. 2. *q.* 78. *art.* 1. Sed contra Exod. 22. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quaſi exactor, nec uſuris opprimes.

Concluſio. Cum pecuniæ uſus ſit illius conſumptio, ac diſtractio, injuſtum & illicitum eſt, pro ejus uſu aliquid accipere.

Reſpondeo dicendum quod accipere uſuram pro pecunia mutuata, eſt ſecundum ſe injuſtum: quia venditur id quod non eſt... Ad cujus evidentiam ſciendum eſt, quod quædam res ſunt, quarum uſus eſt ipſarum rerum conſumptio, ſicut vinum conſumimus eo utendo ad potum, & triticum conſumimus eo utendo ad cibum. Unde in talibus non debet ſeorſum computari uſus rei a re ipſa, ſed cuicumque conceditur uſus ex hoc ipſo conceditur res, & propter hoc in talibus per mutuum transfertur dominium. Si quis ergo ſeorſum vellet vendere vinum, & vellet ſeorſum vendere uſum vini, venderet eamdem rem bis, vel venderet id quod non eſt. Unde manifeſte per injuſtitiam peccaret. Et ſimili ratione injuſtitiam committit, qui mutuat vinum aut triticum, petens ſibi duas recompenſationes; unam quidem reſtitutionem æqualis rei, aliam vero pretium uſus, quod uſura dicitur. Quædam vero ſunt quarum uſus non eſt ipſa rei conſumptio, ſicut uſus domus eſt inhabitatio, non autem diſſipatio. Et ideo in talibus ſeorſum poteſt utrumque concedi, puta cum aliquis tradit alteri dominium

F Juriſperitos (F) qui rem eamdem argumentis firmiſſimis demonſtrarunt.

Lege Divina. Id patet plurimis Scripturarum tam
G veteris quam novi Teſtamenti teſtimoniis. (G) Quibus maximum robur addit certiſſima traditio, qua conſtat uſuram omnino prohiberi, ſive erga pauperes, ſive erga divites exerceatur. Hujus traditionis teſtes ſunt omnes fere Patres Eccleſiæ, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, S. Cyprianus, Lactantius, S. Hilarius Pictavenſis, S. Baſilius, S. Gregorius Nyſſenus, S. Ambroſius, S. Chryſoſtomus, S. Hieronymus, S. Auguſtinus, S. Leo, &c. Poſſem ſæculorum omnium traditionem facile recenſere. (H) H

Lege

nionem domus, reſervato ſibi uſu ad aliquod tempus: vel e converſo cum quis concedit alicui uſum domus, reſervato ſibi ejus dominio. Et propter hoc licite poteſt accipere pretium pro uſu domus, & præter hoc petere domum accommodatam, ſicut patet in conductione & locatione domus. Pecunia autem... principaliter eſt inventa ad commutationes faciendas: & ita proprius & principalis pecuniæ uſus, eſt ipſius conſumptio, ſive diſtractio, ſecundum quod in commutationes expenditur; & propter hoc ſecundum ſe eſt illicitum pro uſu pecuniæ mutuatæ accipere pretium, quod dicitur uſura. Et ſicut alia injuſte acquiſita tenetur homo reſtituere; ita reſtituere tenetur pecuniam quam per uſuram accepit.

Molina *lib. de Juſtitia & jure & de contract. Tract. 2. Diſput. 303.* Uſura.... eſt lucrum ex mutuo. Conſentiunt Auguſtinus, Hieronymus, & Ambroſius 14 q. 3. n. 1. & ſequentibus. Nomine autem lucri, hoc loco intelligitur pecunia vel quæcumque alia res temporalis pretio æſtimabilis, ut tres illi Patres, & Concilium Agathenſe capitibus citatis, Doctoreſque communiter affirmant, ſive obſequium, aut quodvis aliud onus pretio æſtimabile injunctum, ſive aliquid aliud.

Uſuram illicitam eſſe, adeo eſt certum, ut contrarium cum Catholica fide, ut videbimus, apertiſſime pugnet. Quia vero oſtendendum eſt, uſuram naturali, divino, & humano jure eſſe illicitam, a natura ipſa rei ordiendum eſſe duxi.

Ex natura rei eſt illicitum, & contra juſtitiam commutativam, in rei unius commutatione pro alia, plus exigere, aut accipere, quam valeat res, quæ datur, niſi aliquid aliud interveniat, ratione cujus illud amplius juſte accipiatur: ſed accipere aliquid ultra ſortem pro mutuo, eſt pro commutatione rei mutuo datæ, accipere plus quam valeat, niſi interveniat aliud ratione cujus illud juſte accipiatur: ergo, vi ſolius mutui, nefas ex natura rei, & contra juſtitiam commutativam eſt, aliquid ultra ſortem accipere, ac proinde uſura illicita eſt contra commutativam juſtitiam, reſtitutionique obnoxia. *Deinde ex Scriptura & jure canonico uſuram prohibitam eſſe docet. Hunc uti Magiſtrum ſequitur* Lessius *quem adire potes lib. 2. de jure & juſtitia cap. 20. Dubit. 4. &c.*

(F) M. Domat. *Les loix civiles miſes dans leur ordre naturel, lib. 1. tit. 6. ſect. 1. n. 7.* Creditor ſtipulari poteſt a debitore minus quam dedit, non vero plus, quia donodare poteſt, repetere vero plus quam dedit non poteſt. Ac ſi obligatio majoris ſummæ videretur ea, quæ tradita fuiſſet, nulla eſſet ob hunc exceſſum, tanquam revera nulla fuiſſet, nec cauſſam habuiſſet.

N. 8. In argenti mutuatione eamdem tantummodo quantitatem creditor reſtituere tenetur; ac ſi poſt mutuationem monetarum pretium augeatur, non tenetur reddere præſens monetarum pretium, ſed illud quo æſtimabantur tum cum mutuo traditæ ſunt; ac ſi e contra monetarum pretium imminuatur, debitor ſummam mutuo acceptam reddere debet.

N. 9. Si commodatæ ſint fruges, vinum, aliaque ſimilia, quorum pretium augetur vel decreſcit, debitor debet eamdem omnino quantitatem quam accepit, aucto vel imminuto pretio; niſi caſu augmentationis pretii per circumſtantias appareat, creditorem cum fœnore commodaſſe; quemadmodum faciunt ii, qui tempore meſſis ſuas fruges quæ tunc vileſcunt, mutuo dant, ut alio tempore, quo carius vendentur, accipiant.

Sect. 2. n. 2. Si qui commodat commodatæ rei non eſt Dominus, proprietatem in eum qui accipit non transfert. Ac ſi dominus eam intactam inveniens reſumat, ſuumque jus ad illam probet, qui mutuo accepit in eum qui mutuo dederit actionem de ſuo damno, & utilitate intentare poterit.

N. 3. Qui commodat rem ſuo uſui aptam dare debet; hujus enim uſus ergo mutuo accipitur. Itaque argentum purum, optimæque notæ, fruges, liquores, quos nulla mutatio aut corruptio infecerit, dare debet atque ſic earum rerum prædem conſtituere.

N. 4. Demum qui commodat, nihil petere debet, vel in pretio, vel in quantitate, ſupra id quod dedit.

Sect. 3. n. 1. Qui mutuo accipit, primo tenetur reddere eamdem ſummam & quantitatem, quam accepit, eoque tempore de quo convenit.

N. 2. Licet commodata res caſu fortuito perierit, antequam qui accepit ea uti potuerit, nihilominus reddere tenetur; per mutuum enim in eum tranſit dominium, atque illi res perit.

N. 3. Si qui accepit differt ſolutionem ultra tempus conſtitutum, fœnus debebit poſt judiciariam poſtulationem, ut damna dilationis penſentur.

N. 4. Qui non argentum ſed alias res mutuo accipit, neque eas conſtituto tempore reddit, aut tales, quales deberent eſſe, non reddit, quanti eæ æſtimatæ fuerint, ſolvere tenebitur.

N. 7. Qui hujuſmodi rerum pretium intra præfinitum tempus non ſolverit, is fœnus æſtimationi reſpondens ſolvere debebit a die judiciariæ poſtulationis.

N. 8. Debitor commodati cauſa numquam adigi poteſt ad ſolvenda fœnora fœnorum, quorum ſolutionem facere tenetur.

(G) Deuteron. xxiii. 19. Non fœnerabis fratri tuo ad uſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem: 20. ſed alieno. Fratri autem tuo abſque uſura, id quo indiget, commodabis: ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra, ad quam ingredieris poſſidendam.

Psal. xiv. 1. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?... 5... Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram.

Ezechiel. xviii. 5. Et vir ſi fuerit juſtus, & fecerit judicium & juſtitiam.... 7. & hominem non contriſtaverit: pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit... 8. ad uſuram non commodaverit, & amplius non acceperit: ab iniquitate averterit manum ſuam, & judicium verum fecerit, inter virum & virum: 9... Et judicia mea cuſtodierit ut faciat veritatem: hic juſtus eſt, vita vivet, ait Dominus Deus.

Luc. vi. 34. Et ſi mutuum dederitis his, a quibus ſperatis recipere; quæ gratia eſt vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipiant æqualia.

(H) Tertullianus *Lib. 4. contra Marcionem, cap. 17. Et ſi fœneraveritis a quibus ſperatis vos recepturos, quæ gratia eſt vobis....* Percurre ſequentia Ezechielis Luc. 6. 34.
de eodem viro juſto: *Pecuniam*, inquit, *ſuam fœnori non dedit; & quod non abundaverit non ſumet*. Fœnoris Ezec. 18. 8.
ſcilicet redundantiam, quod eſt uſura. Prius igitur fuit, ut fructum fœnoris eradicaret, quo facilius aſſuefaceret hominem ipſi quoque fœnori, ſi forte, perdendo, cujus fructum didiciſſet amittere.... Et pignus, inquit, reddet; utique ſi non ſis ſolvendo.... multo manifeſtius in Deuteronomio. Non dormies ſuper pignus ejus: Redditione reddes illi pallium circa ſolis occaſum, & dormiet in pallio ſuo. Adhuc clarius ſupra, Dimittes omne debitum quod tibi proximus debet, & fratrem tuum non repoſces: quoniam remiſſio Domini Dei tui invocata eſt. Porro cum debitum dimitti jubet, utique non eaſoluturo, plus etiam eſt: & ſi eaſoluturo, cum repoſci vetat, quid aliud docet, quam non exſoluturo fœneremus, qui tantum detrimentum fœnori indixit. Deut. 24. 12. & 13. Deut. 15. 2.

S. Clemens Alexandrin. *l. 2. Stromatum, pag. 290, edit. Lugd. Batavor. ann. 1616. in fol. mihi 297.* Lex prohibet fratri fœnerari: fratrem nominans non eum ſolum qui eſt ex iiſdem natus parentibus, ſed etiam qui fuerit ejuſdem tribus, ejuſdemque ſententiæ, & ejuſdem verbi particeps; non æquum cenſens ut ea pecuniis uſuras legamus, ſed laxis manibus & animis gratificemur egentibus. Deus enim eſt talis doni conditor. Jam vero qui libenter largitur, ſatis magnas accipit uſuras, ea quæ ſunt apud homines pretioſiſſima, nempe manſuetudinem, benignitatem, magnificentiam, bonam famam, laudemque & gloriam. An non hoc tibi videtur

eſſe præceptum humanitatis, ſicut illud, mercedem pauperis ipſo die reddere; docet oportere ſine mora exſolvere mercedem miniſtris.

S. CYPRIAN. *de lapſis paulo poſt init. edit. Oxon. pag.* 89. *Deut.* 24. 14. Uſuris multiplicantibus fœnus augere. Quid non perpeti tales pro peccatis ejuſmodi meremur?

LACTANT. *l.* 6. *Divinat. Inſtitution. c.* 18. *initio*. Cultor Dei... pecuniæ ſi quam crediderit, non accipiat uſuram, ut & beneficium incolume ſit, quod ſuccurrit neceſſitati, & abſtineat ſe prorſus alieno. In hoc enim genere officii debet ſuo eſſe contentum, quem oporteat alias ne proprio quidem parcere, ut bonum faciat; plus autem accipere, quam dederit, injuſtum eſt. Quod qui facit, inſidiatur quodammodo, ut ex alterius neceſſitate prædetur. At juſtus numquam prætermittet, quominus aliquid miſericorditer faciat, nec inquinabit ſe hujuſmodi quæſtu; ſed efficiet, ut ſine ullo ſuo damno, idipſum quod commodat, inter bona opera numeretur. Munus non accipiet a paupere, ut ſi quid ipſe præſtiterit, eo bonum ſit, quo fuerit gratuitum.

S. HILARIUS *tract. in Pſal.* XIV. *n.* 15. *mihi p.* 668. *in fine*. Tendit uſque ad conſummationem perfectam admonitio cæleſtis, nam cui vitium omne deterſit, cupiditatem quoque et quæ nimium nos detinet, pecuniæ averrit *Pſal.* 14. 5. dicens: *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*. Fallax hoc beneficium & humanitas fraudulenta, & damnoſa hæc benevolentia docetur. Quid enim tam intolerabile, quam ut indigenti ita beneficium tribuas, ut magis egeat; & miſeriam inopis opem laturus accumulet? Si Chriſtianus es, quid a Deo præmii expectas, ipſe ab hominibus non beneficia expectando, ſed damna? Si Chriſtianus es, quid otioſam pecuniam tuam in reditum componis, & fratris tui inopiam pro quo Chriſtus mortuus eſt, theſaurum tuum efficis? ſi Chriſtianus es, non quæro ut largiaris, ſaltem debitum ſic repoſce, ne ſpolies; & memento eum a quo uſuram repetis eſſe inopem & pauperem, propter quem Chriſtus inops voluit eſſe & pauper. Itaque ſive injuriam ſive beneficium cum pauperi præſtas, Chriſto præſtare te noſce, quia propter eum cum Deus eſſet, indigentiam ejus eſt dignatus & nomen.

Ezech. 18. 8. D. BASIL. *in Pſal.* XIV. *pag.* 72. Ezechiel in maximis ponit malis fœnus, & plus quam ſortem accipere: & lex *Deut.* 23. 19. illud luculenter prohibet dicens: *Non fœnerabis fratri tuo* & proximo tuo... Enim vero inhumanitas eſt maxima, ſi is qui egeſtate premitur, mutuum ad vitæ ſubſidium quærat, dans vero minime ſorte contentus, ea miſeri calamitate proventus, & opes ſibi excogitet. Dominus *Matt.* 5. 42. enim palam nobis præcepit: Ne vultum avertas ab eo, qui abs te mutuum petit... Pecunias dic mihi, & quæſtum quæris ex inope? & ſi ille ditiorem te reddere potuiſſet, quid apud tuas januas quæſiviſſet? Ad auxilium cum advenerit, reperit hoſtem: auxiliare antidotum cum quæſierit diligenter, in exitiale venenum incidit. Officium tuum fuerat, hominis depreſſi egeſtatem conſolari ac leniorem reddere. Tu contra potius adauges.... Da argentum domi nullo tuo uſu conditum, nulla ipſum gravando acceſſione, cujus unius gratia utrique bene conſultum fuerit: tibi in primis ſecuritas aderit cuſtodiæ, accipienti vero ex uſu lucrum. Si autem & acceſſorium quæris, iis quæ a Domino tibi tradentur, contentus eſt. Ipſe enim pro pauperibus fœnoris abs te commodati auctarium reddet: ab eo qui vere in nos benignus eſt, benignitatem expecta. Quod enim accipis ea paupere, omne ſuperat odii in homines exemplum. Ex calamitatibus pauperum quæſtum facis, ex lacrymis argentum tibi cudis, nudum ſtrangulas, famelicum cædis, miſericordia nulla, nulla cogitatio ſubit mentem cognationis quæ tibi intercedit cum eo qui miſere affligitur, & quæ hinc accreſcunt lucra benignitatem vocas? Væ dicentibus amarum dulce, & inhumanitatem humanitatem appellantibus..., Iniqua prorſus mutui datio utrique danti pariter & accipienti, huic quidem in pecunias, illi vero in ipſam animam damnum *Matt.* 5. 42. pœnamque afferens... Igitur a volente accipere mu*Pſal.* 14. 5. tuo ne vultum avertas, nec pecuniam tuam dederis ad uſuram, ut tam ex veteri, quam nova lege quæ conducibilia ſunt edoctus bona, cum ſpe ad Dominum hinc emigres bonorum factorum uſuras recepturus, in Chriſto Jeſu Domino...

S. GREG. NYSSENUS *Orat. contra Uſurarios, tom.* 2. *pag.* 225. *Edit. Pariſ. in fol. ann.* 1638. Propheta, peſtifera fœnoris germina, uſuras inquam ſuccidit, & ex hominum conſortio funditus evellit pecuniæ ad uſuram collocationem.... Tu, quiſquis es, odio habeto mores cauponum, cum homo ſis. Ama homines, non pecuniam, obſiſte tentatis per peccatum... Valedic ſuperfluæ rerum copiæ & uſuris, pauperumque amorem in te excita; & illum qui mutuum petit, ne averſeris, ob *Matt.* 5. 42. inopiam tibi ſit ſupplex, foribusque tuis aſſidat; cum egens ſit, confugit ad tuas copias, ut ab eo egeſtatem depellas. At tu contrarium facis, opitulator verteris in hoſtem: non enim opem fers, ut ex illa, qua premitur inopia, evadat, & ab uſuris pendendis liberetur: ſed feris afflicto mala, nudum exuens, vulneratum denuo vulnerans, curas curis accumulans, doloresque doloribus addens. Nam qui pecuniam cum fœnore reddendam accipit, pignus & arrham paupertatis accipit: ſpecie beneficii exitium domum reportans... Qui egeno pecuniam ſub fœnore commodat, neceſſitatem illius non ſublevat, ſed calamitatem potius auget. Ne vincis igitur ſpecie humanitatis vitam inhumanam & efferatam; neque eſto medicus qui perimat; nomen quidem & formam præ te ferens quaſi ſerves;... voluntate autem tua & animo ad alterius qui ſe tibi committit, perniciem abutens. Segnis & inſatiabilis eſt vita uſurarii... Vult omnia ſibi ſine ſatu, & inarata propigni, cui quidem aratrum eſt, calamus: ager, charta: ſemen, atramentum: pluvia, tempus: quod illi pecuniæ fructus occultis incrementis adauget & educat. Falx illi eſt, repetitio: area, domus, in qua miſerorum fortunas ventilat, & quæ omnium ſunt, propria ſui ipſius videt. Imprecatur hominibus calamitates, ut coacti ad illum confugiant: odit, quibus res ſuæ ſufficiunt, & quos mutuum ſub uſura petere non conſpicit, in hoſtium numero habet... Exactores & procuratores ſuos ſemper ſequitur... Quotidie numerat lucrum, ſummamque cupiditatem minime explet. Dolet ob argumentum domi repoſitum, quod otioſum eſt & infructuoſum... Omnia largitur petentibus, non humanitatis, ſed cupiditatis gratia. Da ſponſori immortali... Ne exigas lucrum, ſed impende beneficium ſine ſpe quæſtus, videbiſque Deum non ſine additamento rependere gratiam... Deſiſte, o homo, a periculoſa cura: abjice ſpem excruciantem, ne fœtus quærens, amittas & ſortem. A paupere exigis reditus ac augmenta tuarum divitiarum: ſimiliter facis ac ſi quis ex agro calore ingenti exſiccato vellet frumenti acervum, aut uvarum multitudinem ex vinea poſt immiſſam grandinem, vel libatorum proventum ex infœcundo ventre, vel lactis nutrimentum feminis qui non pepererunt... Æris & auri rerum parere non ſolitarum ne quære fœtum, neque coge paupertatem ea quæ divitum ſunt præſtare, neque uſuras pendere illum qui ſortem petit, aut neſciens quam mutui expoſcendi neceſſitas digna ſit miſericordia. Quapropter Divina quoque Scriptura, quæ nos ad omnem pietatem informat, ubique uſuras prohibet, *Si fratri tuo mutuam dederis pecuniam, non urgebis illum*... Non dabitis *Exod.* 22. 25. mutuum his a quibus ſperatis recipere vicem: & ali- *Luc.* 4. 34. bi ſub ſpecie parabolæ, durum & immitem ſervum gra- *Mat.* 18. 29. *& ſeq.* viter punit, quod conſervi procidentis non fuerit miſertus, neque remiſerit centum denarios, exiguum videlicet debitum, qui decies mille talentorum condonationem fuerat conſecutus... *Dimitte nobis debita no-* *Matt.* 6. 12. *ſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*. Hoc quomodo a Deo poſtulabis, o fœnerator? Qua conſcientia voti tui a Deo particeps fieri cupis, qui omnia accipis, nihil dare noſti? An neſcis preces tuas nihil eſſe aliud quam inhumanitatis tuæ repetitionem? Quid remiſiſti, quod remiſſionem petis? Redde fratri tuo, a quo injuſte ſurripuiſti... Si non eſſet tanta multitudo uſurariorum, non eſſet tanta copia pauperum.... An non exactio uſuræ eſt, quæ domos evertit, divitias diſſipat, efficitque ut qui honeſto & nobili loco nati ſunt, deteriorem vitam vivant, quam ſervi,... & qui fœnebrem pecuniam accipiunt, perbrevi temporis ſpatio abundant, poſtea vero paternis ſedibus excidunt... Ecquid reſpondebis accuſatus incorrupto judici?... Tunc ſera & infructuoſa pœnitentia duceris; luctuſque graviſſimus te inceſſet, & pœna inevitabili punieris: nec tibi adjumento erit aurum, nec opem feret argentum. Amarior felle erit fœnoris acceptio... Ego quidem dandum & donandum eſſe prædico & annuntio. Deinde ad mutuum quoque exhortor; altera enim donationis ſpecies eſt mutuum; ſed addo hoc dandum eſſe ſine fœnore & exactione uſuraria, eoque modo, quo divina oracula præcipiunt. Æque enim obnoxius eſt pœnæ, qui non dat mutuum, & qui dat ſub conditione uſuræ.

Homil.

Homil. 4. in Eccleſiaſtem pag. 410. tom. 1. Edit. Pariſ. in fol. ann. 1638. Improbum fœnoris inventum, qui aliud latrocinium, & parricidium nominaverit, non procul ab eo quod decet, aberraverit. Quid enim refert an clanculum perfoſſis muris prædonis more aliena habeas, & prætereuntis cæde te eorum quæ habeat dominum conſtituas; an fœnoris neceſſitate acquiras ea quæ ad te non pertinent? o malum vocabulum, fœnus ſit nomen latrocinii! o acerbas nuptias! o improbam conjunctionem, quam natura quidem non cognovit! Avarorum autem morbus inter inanima innovavit. O graves & moleſtos conceptus, ex quibus ejuſmodi fœtus, nempe fœnus

Pſ. 7. 15. enaſcitur ... *Ecce parturit injuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem*. Hic eſt ille partus, quem parturit quidem avaritia, parit autem iniquitas, & obſtetricatur inhumanitas... Non enim (*avarus*) calamitati fœnora affert remedium, ſed eam magis auget... In calamitatibus eorum qui premuntur anguſtiis avarorum fœnora luxuriant.

S. AMBROS. *lib. de Tobia, c. 2. n. 7.* Quod igitur commendavit pecuniam, & non fœneravit juſti ſervavit officium. Malum eſt enim fœnus, quo quæruntur uſuræ... Illud fœnus eſt jure exſecrabile, dare in uſuram pecuniam, quod lex prohibet. Sed Tobias hoc refugiebat, qui monebat filium ne præceptum Domini præteriret, ut ex ſubſtantia ſua eleemoſynam faceret, non pecuniam fœneraret, non averteret faciem ſuam ab ullo paupere. Hæc qui monet, condemnat uſuras fœnoris, ex quo multi quæſtum fecerunt, & multis commodare pecunias negotiatio fuit. Et quidem eam prohibuerunt Sancti.

N. 8. Quo gravius malum fœnus eſt, eo laudabilior, qui illud refugit. Da pecuniam ſi habes, proſit alii quæ tibi otioſa eſt.

N. 11. Talia ſunt veſtra, divites, beneficia. Minus datis, & plus exigitis. Talis humanitas, ut ſpolietis etiam cum ſubvenitis. Fœcundus etiam vobis pauper eſt ad quæſtum. Uſuras ſolvit, qui victu indiget: an quidquam gravius? ille medicamentum quærit, vos offertis venenum. Panem implorat, gladium porrigitis. Libertatem obſecrat, ſervitutem irrogatis. Abſolutionem precatur, in forma laquei nodum ſtringitis.

Pſ. 54. 10. 12. *Cap. 4. n. 12.* Hanc præcipue injuſtitiam deplorat S. David, dicens: *Vidi iniquitatem & contradictionem in civitate, & non defecit de plateis ejus uſura & dolus*... Mali fœneratores qui dederunt pecuniam ut interficerent auctorem ſalutis: mali & iſti, qui dant ut interficiant innocentem... Quod proſcriptio tyrannorum, aut latronum manus operari ſolet, hoc ſola fœneratoris nequitia conſuevit inferre.

N. 13. Quid vobis iniquius, qui nec ſic capitis ſolutione eſtis contenti? quid vobis iniquius, qui pecuniam datis, & vitam obligatis & patrimonium? Accipitis autem argentumque pro pignore, & adhuc illum debitorem dicitis, qui vobis plus credidit, quam accepit a vobis? vos creditores adſeritis, qui amplius debetis: vos, inquam, dicitis creditores, qui non homini, ſed pignori credidiſtis.

Cap. 6. n. 23. Nihil nequius fœneratoribus, qui aliena damna lucra ſua arbitrantur; & diſpendio ſuo deputant quidquid ab aliis poſſidetur.

Cap. 7. n. 2. Ambos ergo videt Dominus, fœneratorem, & debitorem: occurrentes ſibi ſpectat ambos, teſtis alterius iniquitatis, alterius injuriæ: illius avaritiam condemnat, hujus ſtultitiam.

Cap. 8. n. 32. Simul illud adverte, quod fœneratio prævaricationis materia judicata ſit: quod is facile recedat a Domino, qui fœneratori ſe potuerit obligare. Fœnus enim radix mendacii, cauſa perfidiæ eſt. *Ego*, inquit, *vos non vendidi, ſed peccatis veſtris venditi eſtis*. Ergo qui ſe fœneratori obligat, ipſe ſe vendit; & quod pejus eſt, vendit ſe non ære, ſed culpa.

Cap. 12. n. 40. Quid enim tetrius eo qui hodie fœnerat, & cras exigit? Et odibilis, inquit, homo hujuſmodi. Oblatio quidem blanda, ſed immanis exactio. Verum ipſa oblationis humanitas facit & exactionis ſævitiam: protulit pecuniam, hypothecas exigit, & in ſuis apothecis recondit. Una pecunia a fœneratoribus datur, & quam multa a debitoribus exiguntur?

Cap. 14. n. 46. Non novum nec perfunctorium hoc malum eſt, quod veteris atque divinæ præſcripto legis inhibetur. Populus qui deſpoliaverat Ægyptum, qui pede tranſierat mare, monetur a fœnoris pecunia cavere naufragia. Et cum de aliis peccatis ſemel aut multum iterata admonitione præſcripſerit, de fœnore ſæpius intimavit. Habes in Exodo: Quod ſi pecuniam fœneraveris pupillo, orphano, pauperi, apud te non ſuffocabis eum, non imponens illi uſuram. Oſtendit quid ſit ſuffocare, id eſt, uſuram imponere; ſtrangulat enim, & quod pejus eſt, animam laqueus creditoris: quo ſermone & prædonis violentiam, & deformis nodum mortis expreſſit. *Exod. 22.*

Quod ſi pignus acceperis veſtimentum proximi tui, ante Solis occaſum reſtitues illud, eſt enim hoc coopertorium ejus tantum, hoc veſtimentum turpitudinis ejus in quo dormiet. Quod ſi itaque proclamaverit ad me, exaudiam eum. *Ibid. 26. 27.* Uſuram petere ſuffocare eſt... Quid eſt fœnerare? hominem occidere.

N. 49. Plerique refugientes præcepta legis, cum dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia uſuras exigunt, ſed de mercibus eorum, tamquam uſurarum emolumenta percipiunt; ideo audiant quid lex dicat: *Neque uſuram eſcarum accipies, neque omnium rerum quaſcumque fœneraveris fratri tuo.* *Deut. 23. 19.* Fraus enim iſta & circumſcriptio legis eſt, non cuſtodia. Et putas te pie facere, quia a negotiatore velut munus ſuſcipis? Inde ille fraudem facit in mercium pretio, unde tibi ſolvit uſuram. Fraudis illius tu auctor, tu particeps, tibi proficit quidquid ille fraudaverit. Et eſca uſura eſt, & veſtis uſura eſt: quod velis ei nomen imponas, uſura eſt. Si licitum eſt, cur vocabulum refugis, cur velamen obtexis? Si illicitum eſt, cur incrementum requiris?

Cap. 15. n. 51. Cui merito nocere deſideras, cui jure inferuntur arma, huic legitime indicantur uſuræ... Ab hoc uſuram exige, quem non ſit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui uſuram flagitat: ſine gladio ſe de hoſte ulciſcitur, qui fuerit uſurarius exactor inimici. Ergo ubi jus belli, ibi etiam jus uſuræ.

N. 52. Denique etiam in Levitico præſcribit lex uſuram a fratre non eſſe poſcendam. Sic enim habet, *Et vivet frater tuus tecum, pecuniam tuam non dabis illi in uſuram, & in amplius recipiendum non dabis illi eſcas tuas.* *Levit. 25. 36. & 37.* Generaliter hæc ſententia Dei omne ſortis excluſit augmentum... Unde & David eum benedictum exiſtimavit, & dignum habitatione cæleſti, *qui pecuniam non dedit in uſuram*. *Pſ. 14. 5.* Si ergo qui non dedit, benedictus; ſine dubio maledictus, qui ad uſuram dedit.

Cap. 16. n. 54. Ceterum Dominus in Evangelio talibus magis exiſtimat fœnerandum a quibus redhibitio non ſperetur. Sic enim ait: *Etſi mutuum dederitis a quibus ſperatis recipere, quæ vobis eſt gratia? nam peccatores peccatoribus fœnerant, ut recipiant: Veruntamen amate inimicos veſtros, & benefacite eis, & mutuum date nihil inde ſperantes; & erit merces veſtra multa in cælo*; *Luc. 6. 34. & 35.* advertitis quod nomen a Domino fœnerator acceperit, quod nomen etiam qui fœnori veſtro fuerit obligatus. *Peccatores*, inquit, *peccatoribus fœnerant, ut recipiant*: uterque peccatur, & fœnerator, & debitor.

S. CHRYSOST. *Homil. 5. in Matth. in fine*. Fœnera unde poſſis non mortem fructificare, ſed vitam. Iſtæ namque uſuræ Regnum, illæ autem acquirunt gehennam: illæ enim avaritiæ ſunt, iſtæ vere Philoſophiæ: illæ crudelitatis, iſtæ vero pietatis... Nihil enim præſenti uſura turpius, nihil crudelius. Si quidem hujuſmodi fœnerator negociatur aliena diſcrimina, & uberiores quæſtus de alterius infelicitate conſequitur... Cum profecto, prætextu miſerendi, atque opem ferendi majorem, miſero foveam crudelitatis effodeat, ſpecie juvandi atterens inopem, ac manum porrigendo dejiciens, quaſi in portum ex tempeſtate ſuſcipiens, ſed improviſo turbine in multo magis crudele naufragium, velut inter ſcopulos ac latentia ſaxa demergens.

Homil. 57. in Matth. (circa finem.) Gravis, dilectiſſimi, morbus & magno ſtudio indigens in Eccleſiam incidit. Nam cum neque a juſtis quidem laboribus recondere pecuniam jubeamur, ſed apertas pauperibus domos tenere, ex aliorum inopia opes nobis colligimus, excuſabile avaritiæ, ac rapinæ genus inveniſſe putantes... puniemur niſi deſinamus pauperes conterere... Ea enim de cauſa pecunia abundas, ut paupertate homines liberes, non ut paupertatem cauponando intrudas... Cur omiſſo Deo humano lucro ſollicitaris... Non audis quia veteri etiam teſtamento prohibetur? Sed quænam eſt multorum excuſatio? Feneratus ſum, ajunt, ſed pauperi obtuli. Bona verba quæſo, talia Deus ſacrificia non accipit. Noli cavillare legem, multum melius eſt non dare pauperi, quam hoc modo dare... Annon & vos uſuras fortes appellatis? quod ſi qui hæc faciunt, ita cenſent: cogita jam qualis Dei de hac re ſententia ſit. Quod ſi exteriores legum conditores interrogare volueris, diſces ab illis,

Lege Eccleſiaſtica. Id patet plurimis Conciliis, quæ & ipſa ſunt firmiſſima Apoſtolicæ traditionis argumenta. Hæc enim Concilia non novum jus ſtatuunt, ſed uſuram damnant abſolute, ut divina lege prohibitam. Concilium primum œcumenicum Nicææ habitum,

lis, quia extremæ impudentiæ ſignum fœnus ſemper judicatum eſt: quare nec ampliſſimus homines quos Senatores appellant, hujuſmodi emolumentis deturpari ſinunt, ſed lege prohibent, ne qui rem publicam gerunt, tali lucro maculentur. Quomodo igitur horreſcere non oportet, ſi tantum regno cælorum honorem non tribuis, quantum legislatores ſenatui? ſed minus tibi cælum videtur quam terra: nec te pudet talem in hac re excuſationem cogitare. Quid enim irrationabilius inveniri poteſt, quam ut ſine agro & pluvia, & aratro ſeminare contendas? Has ob res omnes qui hanc peſtiferam agriculturam invenerunt, zizania metunt, quæ igni æterno tradentur... cum Deus nolit quod dederis, (*te*) accipere: Date namque illis, inquit, a quibus accipere non putatis: tu etiam plus quam dederis, flagitas, & quod nunquam dediſti, illud quaſi debitum exigis: & putas majorem hinc tibi, atque affatim bonorum copiam præparari, onde inextinguibilem ardorem ignis tibi incendis.

Hom. 51. *in Geneſim* (*paulo poſt initium*)... In his ſenſibilibus pecuniis prohibuit, ne quis uſuram acciperet. Quare & ob quam cauſam? Quia uterque magno damno efficitur. Nam debitor quidem inopia atteritur, creditor autem augens divitias, & peccatorum accumulat ſibi multitudinem. Proinde ab initio olim Judæis craſſioribus tale dedit præceptum, dicens: *Non fœnerabis fratri* Deut. 23. 19 *tuo & proximo tuo*. Qua igitur excuſatione digni erunt, qui Judæis ſunt inhumaniores, & poſt gratiam & tantam a Domino miſericordiam inveniuntur his qui ſub lege fuerunt inferiores, imo pejores.

Pſ. 14. 5. S. HIERON. *Comm. in Ezechiel. c.* XVIII. *p.* 823. Duodecimum numerum tenet: & ad uſuram non commodaverit, ſive ut LXX. tranſtulerunt, pecuniam ſuam ad uſuram non dederit. In Hebræo cunctarum ſpecierum uſura prohibetur: in LXX. tantum pecuniæ. Juxta quod & in quartodecimo Pſalmo ſcriptum eſt: *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*. Et quomodo dicitur: *fratri* Deut. 23. 8. *tuo non fœnerabis, alieno autem fœnerabis*. Sed vide profectum: in principio legis a fratribus tantum fœnus tollitur; in Propheta ab hominibus uſura prohibetur, dicente Ezec. 18. 8. Ezechiele: *pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*. Porro in Evangelio virtutis augmentum eſt, præcipiente Domi-Luc. 6. 34. 35. no: *fœneramini his a quibus non ſperatis recipere*. Sequitur in tertio decimo loco: Et amplius non acceperit. Putant quidam uſuram tantum eſſe in pecunia: quod prævidens Scriptura divina, omnis rei aufert ſuperabundantiam, ut plus non recipias quam dediſti. Solent in agris frumenti & milii, vini, & olei, ceterarumque ſpecierum uſuræ exigi; ſive ut appellat ſermo divinus, *abundantiæ*: verbi gratia, ut hyemis tempore demus decem modios; & in meſſe recipiamus quindecim, hoc eſt, amplius partem mediam. Qui juſtiſſimum ſe putaverit, quartam plus accipiet portionem, & ſolent argumentari ac dicere: Dedi unum modium, qui ſatus fecit decem modios, Nonne juſtum eſt, ut medium modium de meo plus accipiam, cum ille mea liberalitate, novem & ſemis de meo habeat? *nolite errare*, inquit Apo-Gal. 6 7. ſtolus, *Deus non irridebitur*. Reſpondeat enim nobis breviter fœnerator miſericors, utrum habenti dederit, an non habenti? Si habenti, utique dare non debuerat; ſed dedit quaſi non habenti. Ergo quare plus exegit quaſi ab habente? Alii pro pecuniis fœnerata ſolent munuſcula accipere diverſi generis, & non intelligunt uſuram appellari & ſuperabundantiam, quidquid illud eſt, ſi ab eo quod dederint, plus acceperint...

S. AUG. *In Pſal.* XXXVI. *Serm.* 3. *n.* 9. Nolo ſitis fœneratores, & ideo nolo, quia Deus non vult. Nam ſi ego volo, & Deus vult, agite: ſi autem Deus non vult, etiam ſi ego vellem, malo ſuo ageret. Unde apparet Deum hoc Pſ. 14. 5. nolle? Dictum eſt alio loco, *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*. Et quam deteſtabile ſit, quam odioſum, quam exſecrandum, puto quia & ipſi fœneratores noverunt... Si fœneraveris homini, id eſt, mutuam pecuniam tuam dederis, a quo aliquid pluſquam dediſti, expectes accipere, non pecuniam ſolam, ſed aliquid plus quam dediſti, ſive illud triticum ſit, ſive vinum, ſive oleum, ſive quodlibet aliud: ſi plus quam dediſti expectas accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus.

Enarrat. In Pſal. CXXVIII. *n.* 6. Noli fœnerare: tu accuſas Scripturam dicentem, *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*. Non ego illud ſcripſi, non de ore meo primo exiit: Deum audi. Et ille, Clerici non fœnerent. Et forte qui tibi loquitur, non fœnerat: ſed ſi fœnerat ... numquid fœnerat qui per ipſum loquitur? Si facit quod tibi dicit, & non tu facis; tu in ignem, ille in Regnum. Si non facit quod tibi dicit, & pariter facit mala quæ facis, & dicit bona quæ non facit; pariter in ignem. Aut Moyſes eſt qui tibi loquitur, id eſt, bonus & juſtus famulus Dei; aut Phariſæus eſt cathedram Moyſi ſedens. Audiſti & de ipſis: *Quæ dicunt facite; quæ autem* Matt. 23. 3. *faciunt, facere nolite*. Non habes tu unde te excuſes, quando ſermo Dei tibi loquitur: quia non potes interficere ſermonem Dei, criminari quæris eos per quos loquitur tibi ſermo Dei... Audent etiam fœneratores dicere, Non habeo aliud unde vivam. Hoc & mihi latro diceret, deprehenſus in fauce; hoc & effractor diceret, deprehenſus circa parietem alienum; hoc mihi & leno diceret, emens puellas ad proſtitutionem; hoc & maleficus incantans mala, & vendens nequitiam ſuam: quidquid tale prohibere conaremur, reſponderent omnes, quia non haberent unde viverent, quia inde ſe paſcerent, quaſi non hoc ipſum in illis maxime puniendum eſt, quia artem nequitiæ delegerunt, unde vitam tranſigant, & inde ſe volunt paſcere, unde offendant eum a quo omnes paſcuntur.

Ad Macedon. Epiſt. 153. *alias* 54. *n.* 25. *in fine in Decret. Grat. cauſſa* 14. *qu.* 14. Quid dicam de uſuris, quas etiam ipſæ leges, & judices reddi jubent? Crudelior eſt, qui ſubtrahit aliquid, vel eripit diviti, quam qui trucidant pauperem fœnore? Hæc, atque hujuſmodi male utique poſſidentur: & vellem, ut reſtituerentur: ſed non eſt, quo judice repetantur. Jam vero, ſi prudenter intueamur, quo ſcriptum eſt, (Fidelis hominis totus mundus divitiarum eſt, infidelis autem nec obolus) nonne omnes qui ſibi videntur gaudere licite conquiſitis, eiſque uti neſciunt, aliena poſſidere convincimus? Hoc enim certe alienum non eſt, quod jure poſſidetur: hoc autem jure, quod juſte; & hoc juſte, quod bene. Omne igitur, quod male poſſidetur, alienum eſt: male autem poſſidat, qui male utitur.

S. LEO *Serm.* 16. *de jejunio* x. *menſis* 6. *c.* 2... Qui pecunias amat, & multiplicare opes ſuas immodicis optat augmentis, hoc potius ſanctum fœnus exerceat, (*Eleemoſynam*) & hac uſurarum arte diteſcat, ut non hominum laborantium captet neceſſitates, ne per doloſa officia laqueos incidat inſolubilium debitorum, ſed illius ſit creditor, illius fœnerator qui dicit: *Date* Luc. 6. 38. *& dabitur vobis, & qua menſura menſi fueritis eadem remetietur vobis*... Sed injuſta & impudens avaritia, quæ beneficium ſe dicit præſtare cum decipit,.. merito in hoc frequenter incurrit, ut ei cupiditas injuſti lucri, non injuſti cauſa ſit damni.

Cap. 3. Unde quilibet ſequatur eventus, mala ſemper eſt ratio fœnerantis, cui pecuniam & minuiſſe, & auxiſſe peccatum eſt: ut aut miſer ſit amittendo quod dedit, aut miſerior accipiendo quod non dedit. Fugienda prorſus eſt iniquitas fœnoris: & lucrum, quod omni caret humanitate, vitandum eſt. Multiplicatur quidem facultas injuſtis & triſtibus incrementis, ſed mentis ſubſtantia contabeſcit: quoniam fœnus pecuniæ, funus eſt animæ:... & a tabernaculo Dei oſtenditur alienus, & a ſancto monte ejus extraneus, qui doloſum quæſtum de pecuniæ ſuæ captat uſuris: & dum per aliena cupit damna ditari, æterna dignus eſt egeſtate puniri.

Epiſt. 3. *c.* 3. *alias Epiſt.* 1. Nec hoc quoque prætereundum eſſe duximus, quoſdam lucri turpis cupiditate captos uſurariam exercere pecuniam, & fœnore velle diteſcere. Quod nos, non dicam in eos, qui ſunt in clericali officio conſtituti, ſed in laicos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in iis, qui fuerint confutati, decernimus: ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

Cap. 4. Illud etiam duximus præmonendum, ut ſicut non ſuo ita nec alieno nomine, aliquis clericorum exercere fœnus attentet: indecens enim eſt crimen ſuum commodis alienis impendere. Fœnus autem hoc ſolum aſpicere & exercere debemus, ut quod hic miſericorditer tribuimus ab eo Domino, qui multipliciter & in perpetuum manſura retribuet, recipere valeamus.

CONC.

bitum, Concilium Elliberitanum, Concilium Arelatenſe, Concilium Carthaginenſe primum, Carthaginenſe tertium, Carthaginenſe quartum, Concilium Lateranenſe ſecundum œcumenicum, Concilium Viennenſe œcumenicum, quod expreſſe definivit hæreſim eſſe ſi quis aſſerat uſuram non eſſe peccatum. (I) Illas omnes Eccleſiæ definitiones, aliasque multas, quas brevitatis cauſa conſulto omittimus, legere licet in collectionibus juris canonici. (K) Pars. II. Sect III. Cap. VIII. §. 2. I K

Lege Civili. Nobis ſufficit hic mentionem facere legum in noſtro Galliarum regno latarum.

(I) Conc. Nicænum. *Cant. 17. c. 31. ann. 325. col. 232.* T. 2. Quoniam pleriqoe Eccleſiaſtici avaritiam & turpem quæſtum ſectantes, obliviſcuntur divinæ Scri-

Pſal. 14. 5. pturæ dicentis: *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram:* & fœnerantes centeſimas exigunt: juſtum duxit ſanctum & magnum Concilium, ut ſi quis comperiatur poſt hanc ſanctionem uſuras capere ex negotiatione, aut aliter rem conſectari, aut ſeſcuplas expoſcere, aut aliud quidpiam excogitare turpis lucri cauſa, de clero dejiciatur, & alienus ab Eccleſiaſtico ordine erit.

Conc. Eliberitanum *ann. 305. can. 20.* Si quis clericorum detectus fuerit uſuras accipere, licuit eum degradari & abſtineri: Si quis etiam laicus accepiſſe probatur uſuras & promiſerit, correctus jam, ſe ceſſaturum hæc ulterius exacturum, placuit, ei veniam tribui: ſi vero in ea iniquitate duraverit, ab Eccleſia eſſe projiciendum.

Conc. Arelatense I. *can. 12. ann. 314.* De miniſtris qui fœnerant placuit eos juxta formam divinitus datam a communione abſtineri.

Conc. Carthaginense I. *can. 13. ann. 348. col. 717.* T. 2. *edit. Labb.* Abundantius Epiſcopus Adrumentinus dixit: In noſtro Concilio ſtatutum eſt ut non liceat clericis fœnerari. Quod ſi & ſanctitati tuæ, & huic concilio videatur, præſenti placito deſignetur. Gratus Epiſcopus dixit... De quibus apertiſſima divina Scriptura ſanxit, non differenda ſententia eſt, ſed potius exequenda. Proinde quod in laicis reprehenditur, id multo magis in clericis oportet prædamnari. Univerſi dixerunt: Nemo contra Prophetas, nemo contra Evangelia facit ſine periculo.

Conc. Carthag. III. *can. 16. ann. 397.* Ut nullus clericorum amplius recipiat, quam cuiquam accomodaverit: ſi pecuniam accipiat, ſpeciem eamdem, quantam dederit, accipiat: & quidquid aliud tantum, quantum dederit, accipiat.

Conc. Carthag. IV. *ann. 398. can. 67.* Seditionarios nunquam ordinatos clericos, ſicut nec uſurarios, nec injuriarum ſuarum ultores.

Conc. Lateran. II. Generale *ann. 1139. can. 13. col. 1005.* T. 10. Porro deteſtabilem & profanam divinis & humanis legibus per Scripturam in veteri & in novo teſtamento abdicatam; illam, inquam, inſatiabilem fœneratorum rapacitatem damnamus, & ab omni Eccleſiaſtica conſolatione ſequeſtramus: præcipientes, ut nullus Archiepiſcopus, nullus Epiſcopus, vel cujuſlibet ordinis Abbas, ſeu quivis in ordine & clero, niſi cum ſumma cautela, uſurarios recipere præſumat, ſed in tota vita infames habeantur: & niſi reſipuerint Chriſtiana ſepultura priventur.

Clementinar. *Lib. 5. Titul. 5. Clement. ult. §. 3.* Sane ſi quis in illum errorem inciderit, ut pertinaciter affirmare præſumat exercere uſuras non eſſe peccatum; decernimus velut hæreticum puniendum, locorum nihilominus ordinariis & hæreticæ pravitatis inquiſitoribus diſtrictius injungentes, ut contra eos, quos de errore hujuſmodi diffamatos invenerint, aut ſuſpectos, tamquam contra diffamatos, vel ſuſpectos de hæreſi procedere non omittant.

(K) *Decret.* Grat. *cauſa* 14. *Ex* Conc. Agathensi, *quæſt. 3. cap.* 4. Uſura eſt, ubi amplius requiritur, quam datur: verbi gratia, ſi dederis ſolidos decem, & amplius quæſieris: vel dederis frumenti modium unum, & ſuper aliquid exegeris.

Quæſt. 4. c. 1. Clerici aut ab indignis quæſtibus noverint abſtinendum, & ab omni cujuſlibet negotiationis ingenio, vel cupiditate ceſſandum, aut in quocumque gradu ſint poſiti, ſi ceſſare noluerint, mox a clericalibus officiis abſtinere cogantur.

Cap. 4. Si quis oblitus timorem Domini, & ſanctam Scripturam, quæ dicit: *Pecuniam ſuam non de-*

Ibid. *dit ad uſuram*, poſt hanc cognitionem magni concilii fœneraverit, & centeſimas exegerit, aut ex quolibet negotio turpe lucrum quæſierit, aut per diverſas ſpecies vini, vel frugis vel cujuſlibet rei emendo, vel vendendo aliqua incrementa ſuſceperit, de gradu ſuo dejectus, alienus habeatur a clero.

Cap. 5. Si quis clericus ſolidum in neceſſitate præſtiterit, hoc de vino, vel frumento accipiat, quod mercandi cauſa tempore ſtatuto decretum fuerit venumdari. Ceterum ſi ſpeciem non habuerit neceſſariam, quod dedit, ſine ullo augmento recipiat.

Cap. 9. Quicumque tempore meſſis, vel vindemiæ, non neceſſitate ſed propter cupiditatem comparat annonam vel vinum, verbi gratia, de duobus denariis comparat modium unum, & ſervat uſque dum vendatur denariis quatuor, aut ſex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.

Decret. Gregor. IX. *lib. 5. tit. 19. de uſuris, cap.* 1. Plures clericorum: (& infra) Generalis Concilii decrevit auctoritas, ut nullus conſtitutus in clero, vel hoc vel aliud genus uſuræ exercere præſumat. Et ſi quis alicujus poſſeſſionem data pecunia ſub hac ſpecie, (vel conditione) in pignus acceperit, ſi ſortem ſuam (deductis expenſis) de fructibus jam percepit: abſolute poſſeſſionem reſtituat debitori. Si autem aliquid minus habet, eo recepto, poſſeſſio libere ad dominum revertatur. Quod ſi poſt hujuſmodi conſtitutum in clero, quiſquam extiterit, qui deteſtandis uſurarum lucris inſiſtat, Eccleſiaſtici officii periculum patiatur: niſi forte Eccleſiæ beneficium fuerit, quod redimendum ei hoc modo de manu laici videatur.

Cap. 2. Quoniam non ſolum viris Eccleſiaſticis, ſed etiam quibuslibet aliis periculoſum eſt uſurarum lucris intendere: auctoritate præſentium duximus injungendum, ut eos, qui vel poſſeſſionibus, vel arboribus, quas tenere in pignore noſcuntur, ſortem (deductis expenſis) receperunt: ad eadem pignora reſtituenda ſine uſurarum exactione Eccleſiaſtica diſtrictione compellas.

Cap. 3. Quia in omnibus fere locis ita crimen uſurarum invaluit, ut multi (aliis negotiis prætermiſſis) quaſi licite uſuras exerceant, & qualiter utriuſque teſtamenti pagina condemnentur, nequaquam attendant. Ideoque conſtituimus, quod uſurarii manifeſti nec ad communionem admittantur altaris, nec Chriſtianam (ſi in hoc peccato deceſſerint) accipiant ſepulturam, ſed nec oblationes eorum quiſquam accipiat. Qui autem acceperit, vel Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ, & quæ acceperit, reddere compellatur; & donec ad arbitrium Epiſcopi ſui ſatisfaciat, ab officii ſui maneat executione ſuſpenſus.

Cap. 4. Super eo vero: (& infra) reſpondemus, quod cum uſurarum crimen utriuſque teſtamenti pagina deteſtetur, ſuper hoc diſpenſationem aliquam poſſe fieri non videmus: quia cum Scriptura ſacra prohibeat pro alterius vita mentiri: multo magis prohibendus eſt quis, ne etiam pro redimenda vita captivi, uſurarum crimine involvatur.

Cap. 5. Cum tu manifeſtos uſurarios juxta decretum noſtrum, quod nuper in Concilio promulgatum eſt, communione altaris, & Eccleſiaſtica præceperis ſepultura privandos, donec reddant quod tam prave receperant: quidam eorum ad excuſandas excuſationes in peccatis impudenter affirmant illas dumtaxat uſuras reſtituendas, quæ ſunt poſt interdictum noſtrum receptæ... Quod ſive ante, ſive poſt interdictum noſtrum uſuras extorſerint, cogendi ſunt per pœnam quam ſtatuimus in Concilio, eas his, a quibus extorſerint vel eorum hæredibus reſtituere: vel, his non ſuperſtitibus, pauperibus erogare, dummodo in facultatibus habeant unde ipſi poſſint eas reſtituere: cum juxta verbum B. Auguſtini, *non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum*. Illi autem qui non habent in facultatibus unde uſuras valeant reſtituere, non debent ulla pœna mulctari, cum eos nota paupertatis evidenter excuſet. Poſſeſſiones vero quæ de uſuris comparatæ ſunt, debent vendi, & ipſarum pretia his, a quibus uſuræ ſunt extortæ, reſtitui: ut ſic non ſolum a pœna, ſed etiam a peccato poſſint, quod per uſurarum extorſionem incurrerant, liberari.

Cap. 7. Præterea parœcianis tuis uſuras recipere interdicas, qui ſi parere contempſerint, ſi clerici ſint, eos ab officio beneficioque ſuſpendas: ſi laici, uſque ad dignam ſatisfactionem ipſos vinculo excommunicationis aſtringas.

Digitized by Google

tarum. Antiquiores continent libri capitulares Galliæ Regum. (L) His addendæ ſanctiones Regum poſteriorum Sancti Ludovici, Philippi IV. Philippi VI. Ludovici XII. Franciſci I. Caroli IX. Henrici
L III Comitiorum Bleſenſium, &c. (M) Has omnes
M ſanctiones in unum collegerunt noſtrates Juriſcon-
N ſulti. (N)

Ex his legibus nulla diſcrimen ſtatuit inter uſuram a divitibus, & uſuram a pauperibus acceptam; inter mutuum commercii cauſa, ut vocant, & mutuum caritatis cauſa datum: quam diſtinctionem excogitavit nuper ſcriptor neſcio quis. Omnes uſuram abſolute prohibent. Atque hæc quidem ratio eſt cur Judices impendia rei mutuo datæ nunquam creditori adjudicent a die ſuſcepti æris alieni, ſed ſolum a die poſtulatæ coram Judice rei creditæ. Tunc enim ſupponunt Judices ſolutionis dilationem vergere in damnum creditoris, illudque damnum eſſe impendiorum adjudicatione compenſandum.

I. Numquamne licet uſuram mutuo datæ pecuniæ ſumere?

R. Non licet, niſi quando ratione mutui
lucrum ceſſat vel damnum emergit. (O) Il- O
lud autem quotidie uſuvenit; apud negotiatores quidem frequenter, apud ceteros autem homines non admodum raro. Res adductis in medium exemplis patebit. Annuum & perpetuum redditum, domum, agros, officium, merces ex quibus certum mihi lucrum adveniet ſum jamjam præſenti pecunia comparaturus. Hanc tu petis a me tibi mutuo dari pecuniam.

Cap. 6. Tua nos duxit fraternitas conſulendos, quid ſit de uſurariorum filiis obſervandum, qui eis in crimine uſurarum defunctis ſuccedunt, aut extraneis, ad quos bona uſurariorum adſeria devoluta? Tuæ igitur quæſtioni literis præſentibus reſpondemus, quod filii ad reſtituendas uſuras ea ſunt diſtrictione cogendi, qua parentes ſui ſi viverent, cogerentur. Id ipſum etiam contra hæredes extraneos credimus exercendum.

Cap. 10. Conſuluit nos tua devotio, an ille in judicio animarum quaſi uſurarius debeat judicari, qui non alias mutuo traditurus, eo propoſito mutuam pecuniam credit, ut licet omni conventione ceſſante, plus tamen forte recipiat. Et utrum eodem reatu criminis involvatur, qui (ut vulgo dicitur) non aliter parabolam juramenti concedit, donec quamvis ſine exactione, emolumentum aliquod inde percipiat. Et negotiator pœna conſimili debeat condemnari, qui merces ſuas longe majori pretio diſtrahit, ſi ad ſolutionem faciendam prolixioris dilatio prorogetur, quam ſi ei incontinenti precium perſolvatur. Verum, quia quid in his caſibus tenendum ſit, ex Evangelio Lu-
Luc. 6. 34. cæ manifeſte cognoſcitur, in quo dicitur: *Date mutuum, nihil inde ſperantes*: hujuſmodi homines pro intentione lucri quam habent, (cum omnis uſura & ſuperabundantia prohibeatur in lege) judicandi ſunt male agere, & ad ea, quæ taliter ſunt accepta reſtituenda, in animarum judicio efficaciter inducendi.

Cap. 13. Tuas dudum recepimus quæſtiones, quod quidam uſurarii eos, quibus dant pecuniam ad uſuram, præſtare faciunt juramentum, quod uſuras non repetant, & ſuper his, quas ſolverint, nullam moveant quæſtionem. Nos igitur reſpondemus, ut uſurarios ipſos per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compellas ante uſurarum ſolutionem ab earum exactione deſiſtere, vel reſtituere ipſas, poſtquam fuerint perſolutæ, ne de dolo & fraude contingat eos commodum reportare.

Sexti DECRETAL. *Lib. 3. tit. 5. cap. 1.* Uſurarum voraginem (quæ animas devorat, & facultates exhaurit) compeſcere cupientes, conſtitutionem Lateranenſis Concilii contra uſurarios editam, ſub divinæ maledictionis interminatione præcipimus inviolabiliter obſervari. Et quia, quo minor fœneratoribus aderit fœnerandi commoditas, eo magis adimetur fœnus exercendi libertas, hac generali conſtitutione ſancimus, ut nec collegium, ne alia univerſitas, vel ſingularis perſona cujuſcumque ſit dignitatis, conditionis aut ſtatus, alienigenas & alios non oriundos de terris ipſorum publice fœnebrem pecuniam exercentes, aut exercere volentes, ad hoc domos in terris ſuis conducere, vel conductas habere, aut alias habitare permittant; ſed hujuſmodi uſurarios manifeſtos omnes infra tres menſes de terris ſuis expellant, nunquam aliquos tales de cetero admiſſuri: nemo illis ad fœnus exercendum domos locet, vel ſub alio titulo quocumque concedat. Qui vero contra fecerint, ſi perſonæ fuerint Eccleſiaſticæ, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi ſuſpenſionis: minores vero perſonæ ſingulares excommunicationis: ſi autem collegium, ſeu alia univerſitas, interdicti ſententiam ipſo facto ſe noverint incurſuros. Quam ſi per menſem animo ſuſtinuerint indurato, terræ ipſorum (quamdiu in eis iidem uſurarii commorantur) ex tunc Eccleſiaſtico ſubjaceant interdicto. Ceterum ſi laici fuerint, per ſuos ordinarios ab hujuſmodi exceſſu (omni ceſſante privilegio) per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcantur.

Cap. 2. Quamquam uſurarii manifeſti de uſuris, quas receperant ſatisfieri expreſſa quantitate vel indiſtincte in ultima voluntate mandaverint: nihilominus tamen eis Eccleſiaſtica ſepultura denegetur, donec de uſuris ipſis fuerit (prout patiuntur facultates eorum) plenarie ſatisfactum: vel illis quibus facienda eſt reſtitutio, ſi præſto ſint ipſi, aut aliis, qui eis poſſint acquirere, vel eis abſentibus loci ordinario ... Omnes autem Religioſos & alios, qui manifeſtos uſurarios, contra præſentis ſanctionis formam ad Eccleſiaſticam auſi fuerint admittere ſepulturam, pœnæ Lateranenſis Concilii contra uſurarios promulgatæ ſtatuimus ſubjacere. Nullus manifeſtorum uſurariorum teſtamentis interſit, aut eos ad confeſſionem admittat ſive ipſos abſolvat, niſi de uſuris ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo pro ſuarum viribus facultatum præſtent (ut præmittitur) idoneam cautionem. Teſtamenta quoque manifeſtorum uſurariorum aliter facta non valeant, ſed ſint irrita ipſo jure.

(L) CAROLI MAGNI *Capitula Lib. 1. cap. 125.* Uſura eſt ubi amplius requiritur quam datur. Verbi gratia: ſi dederis ſolidum & amplius requiſieris: vel, ſi dederis modium vini, frumenti, & iterum ſuper aliud exegeris. *Ex Concil. Agathenſ.*

Lib. 5. c. 36. Uſuram non ſolum clerici, ſed nec laici chriſtiani exigere debent.

Lib. 6. c. 201. Quoniam venerandi canones, & divina prohibet auctoritas uſuras accipere, ideo nullus hoc clericorum facere præſumat: & in quantum poterunt laicis vetare ſtudeant.

(M) *Statutum* S. LUDOVICI *ann.* 1254. Judæi ceſſent ab uſuris... & Judæi qui hoc ſervare noluerint compellantur, & transgreſſores legitime puniantur, ut vivant omnes Judæi de laboribus manuum ſuarum & negotiationibus ſine terminis vel uſuris ... De Chriſtianis autem ſicut in eodem ſtatuto continetur prohibemus diſtricte quod nullas uſuras habere faciant Barones, Seneſchali noſtri vel aliæ quæcumque perſonæ. Uſuram intelligimus quidquid eſt ultra ſortem.

PHILIPPUS IV. *Apud Montem Argivum*, 1311. *M. Januar.* Pro reformatione publica regni noſtri, uſuras a Deo prohibitas & a ſanctis Patribus, nec non progenitoribus noſtris damnatas, prohibemus omnibus & ſingulis, tam regnicolis noſtris, quam aliis in regno noſtro quomodolibet contrahere genus vel ſpeciem quamlibet uſurarum. Sed graviores uſuras, ſubſtantias populi gravius devorantes proſequimur attentius atque punimus. Pœnam enim corporis & bonorum ipſo facto incurret regnicola, vel forenſis, qui contra prohibitionem hujus præſumpſerit uſuras graves hujuſmodi frequentare, ſeu per ſe, vel alium, ſe uſuris ejuſmodi exercendis conferre, recipiendo, vel exigendo ultram ſortem unum denarium in ſeptimana, quatuor denarios in menſe, vel quatuor ſolidos in anno pro libra.

(N) *Videſis* La Conference des Ordonnances, *ſeu Collationem Decretorum Regiorum a* D. LE GUENOIS, *typis impreſſam Pariſ.* 1678. *Tomo primo, Lib. 4. Tit. 7. Vide apud* FONTANONEM, *Tomo primo, Libro tertio, Tit. 74. Libri quem inſcripſit:* Les Edits & Ordonnances des Rois de France depuis Louis VI. juſqu'à preſent, *eadem Regum Franciæ Edicta a Ludovico Sexto ad annum* MDCXI. *quo hunc Librum typis emiſit Pariſius.*

(O) S. THOMAS 2. 2. *Quæſt. 78. de uſura, articulo ſecundo.* Ad primum ergo dicendum, quod ille qui mutuum

niam. Annuo poſtulanti: atque ita careo certo lucro de reddituu hac pecunia mihi comparando. Tui cauſa careo, id noſti antequam mutuo accipias. Æquum eſt ut quod mihi detrimentum ex lucro ceſſante tui cauſa contingit, id omne compenſes. Ut autem fiat ea compenſatio ſine diſceptatione, auctoritate Principis ad certam legem æquantur impendia, quæ ab omnibus omnino debitoribus in caſibus ejuſmodi perſolvenda ſunt.

Exemplum aliud. Annuam penſionem ſum jam jam a creditore præſenti pecunia redempturus. Hanc tu petis a me tibi mutuo dari pecuniam. Si dedero, non liberabor ære alieno, imo tenebor annuam uſuram pendere creditori: emerget ergo mihi ex mutuo tibi dato damnum. Æquum eſt ut ſi tibi mutuo dem, tu damnum illud patiaris, ſolvaſque annuatim uſuram quam ego tui cauſa ſolvere tenebor alteri. Sed neceſſe eſt ut antequam mutuum a me ſumas hujus te damni moneam; ut admonitus videas num ab alio poſſis mutuum ſine fœnore accipere, alioqui forte non mutuaturus. Cum enim uſura non debeatur ratione mutui, non poſſum te in foro conſcientiæ ad illam ſolvendam adigere, niſi tibi conſtiterit ante ſuſceptionem pecuniæ, uſuram mihi jure deberi.

Quod ſi creditor mentiatur dum aſſerit ex danda mutuo pecunia fore ut ſibi lucrum ceſſet, vel damnum emergat; ſi pecuniam aliam apud ſe ſepoſitam habeat, ex qua poſſit penſiones, domos, redditus, officia, merces acquirere, vel eximere ſe ære alieno; ſi non adſit præſens occaſio lucri faciendi, ſi non ſit mortaliter certa, ſed probabilis ſolum ſpes lucri; ſi nullum reipſa damnum ex mutuo dando proveniat, tunc uſuram ex mutuo ſumere non licet omnino. Alia id genus exempla plurima proferri poſſunt.

I. Nonne licet ſaltem uſuram ex mutuo ſumere propter periculum ſortis?

R. Id non licet, ſi periculum tale ſit ut a mutuo ipſo ſeparari nequeat, ita ut debitor teneatur ſemper totum ſolvere, etiam ſi res credita perierit. Secus dicendum eſt, ſi ſuſcipiat in ſe creditor ſortis periculum. Rem enucleatius explico.

In præſenti materia duplex a Theologis diſtinguitur periculi genus. Alterum a mutuo ſeparabile quod extrinſecum dicitur, alterum quod nequit a contractu mutui ſeparari, diciturque intrinſecum. Mutuo do pecuniam homini pauperi vel oppreſſo ære alieno, venio ſane in periculum ſortis: ſi propter ejuſmodi periculum liceret uſuram exigere, ergo liceret ſemper fœnerari pauperibus; quod tamen grande nefas eſſe nemo non intelligit. Id genus periculi ſeparari nequit a mutuo, diciturque idcirco intrinſecum; neque enim poſſum mutuo dare pecuniam, quin ſubeam plus minus periculum aliquod ſortis, propter inſtabilem rerum humanarum fortunam: fieri enim poteſt ut vel ditiſſimus quiſque ſubito adigatur ad ſummam paupertatem, ut pluribus exemplis conſtat. Sed ſi pereat in ejuſmodi caſu mutuo data pecunia, tenebitur tamen debitor mutuum acceptum redde creditori ex aliis bonis ſi ſuppetant vel obveniant; poteritque ſemper creditor actionem intendere debitori de ſolvendo mutuo. Dum ergo ſuam creditor conſervat actionem in creditorem, licet ſors præcipua perierit, ob ſortis periculum uſuram ſumere, peccatum eſt. (P)

Alterum periculi genus, quod extrinſecum mutuo dicitur, illud eſt quod creditor in ſe ſuſcipit, ita ut ſi res mutuo data perierit, non debitori ſed creditori pereat, nullamque in hoc caſu creditor conſervat actionem in debitorem. Id genus periculi ſeparari poteſt a contractu mutui, neque enim vi mutui creditor ſuſcipit unquàm in ſe ſortis periculum, ita ut ſi res mutuata perierit, nullam ipſe in debitorem habeat actionem: ſi enim res mutuo data perierit, habet creditor vi mutui actionem in alia bona præſentia vel futura dubitoris, niſi ſpoliaverit ſe creditor illa actione per alium contractum diſtinctum a contractu mutui. Contractus autem iſte alius, eſt pretio æſtimabilis, adeoque dat creditori titulum legitimum accipiendi aliquid ultra ſortem, non quidem vi mutui, quod uſurarium eſſet, ſed vi contractus alterius pretio æſtimabilis, quo ſuſcipit in ſe creditor ſortis periculum, ſpoliatque ſe actione in alia bona debitoris, ſi res mutuo data perierit.

Ut autem ratione hujus ultimi contractus poſſit creditor tuta conſcientia aliquid ſumere ultra ſortem, neceſſe eſt omnino ut conditiones tres accedant huic ultimo contractui. Prima hæc eſt ut exiſtat revera periculum ſortis, non generale illud periculum quod in omni contractu mutui reperiri jam diximus propter inſtabilem rerum fortunam, ſed periculum ſpeciale, quale eſt, verbi gratia, ſi quis committat pecuniam ſuam homini navigaturo in regiones maxime diſſitas, ſi quis pecuniam ſuam det homini tranſituro per medios hoſtes tempore belli, &c.

Altera conditio hæc eſt, nimirum ut non plus ſumatur ultra ſortem, quam ſi fieret contractus ut vocant aſſecurationis.

Tertia conditio hæc eſt, ut dum mutuo datur pecunia debitori, illius arbitrio relinquatur novum hunc contractum inire vel non inire; nec

tuum dat, poteſt abſque peccato in pactum deducere cum eo qui mutuum accipit, recompenſationem damni per quod ſubtrahitur ſibi aliquid quod debet habere. Hoc enim non eſt vendere uſum pecuniæ, ſed damnum vitare: & poteſt eſſe, quod accipiens mutuum, majus damnum evitet quam dans incurrat: Unde accipiens mutuum, cum ſua utilitate damnum alterius recompenſat. Recompenſationem vero damni quod conſideratur in hoc, quod pecunia non lucratur, non poteſt in pactum deducere: quia non debet vendere id quod nondum habet, & poteſt impediri multipliciter ab habendo.

Ad quintum dicendum quod ille qui mutuat pecuniam transfert dominium pecuniæ in eum cui mutuat: unde ille cui pecunia mutuatur, ſub ſuo periculo tenetur eam reſtituere integre. Unde non debet amplius exigere ille qui mutuavit. Sed ille qui committit pecuniam ſuam vel mercatori vel artifici per modum ſocietatis cujuſdam, non transfert dominium pecuniæ ſuæ in illum, ſed remanet ejus: ita quod cum periculo ipſius mercator de ea negotiatur, vel artifex operatur; & ideo, ſic licite poteſt partem lucri inde provenientis expetere tamquam de re ſua.

(P) *Decret.* GREGOR. IX. *lib.* 5. *tit.* 9. *extra. de uſuris*, *cap.* 191. Naviganti vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, eo quod ſuſcepit in ſe periculum, recepturus aliquid ultra ſortem, uſurarius non eſt cenſendus. Ille quoque qui dat decem ſolidos, ut alio tempore totidem ſibi grani, vini, vel olei menſuræ reddantur: quæ licet tunc plus valeant, utrum plus vel minus ſolutionis tempore fuerint valituræ, veriſimiliter dubitatur: non debet ex hoc uſurarius reputari. Ratione hujus dubii etiam excuſatur, qui pannos, granum, vinum, oleum & alias merces vendit, ut amplius, quam tunc valeant, in certo termino recipiat pro eiſdem, ſi tamen ea tempore contractus non fuerat venditurus.

nec creditor hunc omnino fieri velit, alioqui non mutuaturus.

Si vel una e tribus illis conditionibus deſit, uſuræ crimine tenetur qui mutuo dat pecuniam ſuſcepturus in ſe ſortis periculum; ob idque poſtulat
Q aliud ultra ſortem. (Q)

I. Quem tu nobis contractum aſſecurationis narras? Quid eſt contractus ejuſmodi!

R. Aſſecurationis, ut vocant, contractus, ille eſt vi cujus aliquis periculum aliquod in ſe recipit, ita ut ſi res pereat non domino ſed aſſecuratori peritura ſit. Verbi gratia, Petrus iniit ſocietatem cum Titio: uterque pecuniam periculo maris permiſere negotiationis cauſa. Veriti autem ne ob inſtans periculum ſibi pereat & pecunia & lucrum, Paulum adeunt qui pacto cum iis inito recipit in ſe hujus pecuniæ periculum; ita ut ſi forte navis pereat vel diripiatur a prædonibus, totam pecuniam Paulus numerare teneatur Petro & Titio; ſi redeat feliciter ad portum, conventam propter initum pactum pecuniam habeat ſibi. Hic contractus licitus eſt, modo pro aſſecuratione, ut vocant, non plus æquo ſumatur a Paulo, habita ratione periculi, reſque bona fide fiat, cum ſumma utrimque libertate, nec ad tegendum uſuræ vitium velum hoc obtendatur fraudulenter.

I. Quem ad finem licet rem aliquam mutuo dare?

R. Ut exerceantur officia caritatis & amicitiæ. Si quis ideo mutuo det ut ditior inde fiat, uſuræ crimine tenetur. Licet exigere quidquid mutuo datum eſt, & præterea quidquid damni propter mutuum datum accidit. Licet damni loco habere expenſas omnes ob mutuum factas; & lucra omnia quæ pro mutuo vere perierunt; Nihil ultra exigere licet. Fœnerator eſt quiſquis deductis his omnibus plus poſtulavit quam dedit. Quocumque nomine tegatur ac veletur uſura præ oculis hominum, ſemper eo veniendum eſt: Nec falli Deus poteſt. (R) R

I. Cur licet uſuram ſumere mutuatæ pecuniæ ob damnum emergens vel lucrum ceſſans?

R. Quia

(Q) S. ANTONIN. *Summæ Theolog. part. 2. tit. 1. cap. 6. de uſura* §. 1. Ad aliam rationem cum ſcilicet dicit, quod qui recipit mutuum ab eo, locupletatur cum damno ſuo, & de ſua pecunia. Reſpondet, quod locupletatur ſeu lucratur ille principaliter per induſtriam ſuam, quia pecunia ex ſe nihil lucratur, ut patet tenendo in capſa. Pecunia etiam illa non eſt mutuantis, ſed ejus qui accepit mutuum, quia in eum translatum eſt dominium, & ſi periit, vel perdit in negociando, vel aliud agendo, perit periculo ſuo non mutuantis. Damnum autem non ſuſtinet, niſi quia ceſſat ex hoc ſibi lucrum. Sed idem damnum habuiſſet, ſi pecuniam in arca ſervaſſet, quia ibi non fructificat. Et ſi cum ea negociatus fuiſſet, potuiſſet amittere, ſicut & lucrari. Subſtabat enim tunc periculo, ubi in mutuo non ſubſtat. Verum ſi ex carentia pecuniæ mutuatæ paſſus fuiſſet damnum, puta cum oportuiſſet eum accipere ad uſuram vel vendere res ſuas minus juſto pretio, vel aliquo ſimili, tunc mutuum accipiens deberet ei ſatisfacere de damno ei ſecuto propter mutuum, etiam ſi non feciſſet pactum de hoc, ſecundum conſcientiam. Non autem de induſtria ſua lucrum factum tenetur communicare ceſſante damno.

§. 2. Campſores cambia faciunt, quæ vocantur cambia ſicca, vel ad libras groſſorum, vel per venetos. Sed quia ibi eſt mutuum expreſſe quod eſt materia in contractu uſurario, & intentio lucri principaliter quæ eſt forma, ideo inde reſultat vera uſura, etſi dicatur cambium. Nec excuſat periculum quod ibi eſſe poteſt, & de uſu; *cap. naviganti*. Faciunt etiam alii ſecuritatem pro aliis in mutuis cum certa ſcriptura, & pro hoc recipiunt duo pro centenario & hujuſmodi, & hoc etiam uſura videtur, ſi non eſt probabile periculum.

Part. 3. tit. 8. cap. 3. §. 1. Eſt aliud cambium quod dicitur per literam quod ſic celebratur. Dat quis Campſori vel mercatori Florentiæ C. florenos reſtituendos ſibi vel alteri pro eo Romæ, ubi illis indigebit; & hoc ut ſecurius & aptius habeat, pro quo literam cambii campſor facit ſcribere alteri campſori Romæ, ut ad requiſitionem portantis talem literam, tali det C. florenos Florentiæ receptos, & ſic Romæ C. floreni ſibi aſſignantur ſecundum literam. Et inde campſor lucratur, ſive propter varietatem valoris monetarum, quia C. floreni quos Florentiæ recepit campſor plus valent quam valeant Romæ, ſive quia etiam Romæ dabuntur C. ſine aliquibus ſolidis, aut etiam e converſo quando de Roma ſibi faceret tranſmitti pecuniam quam quis ibi habet, & per campſorem cum litera cambii, ex quo campſor lucratur. Et cum hoc non ſit mutuum nec venditio pecuniæ, ſed contractus innominatus, do ut des, deſerviens utilitati hominum, rationabiliterque inde lucretur, ratione laboris & expenſarum & periculorum de ſe licitum videtur ſequeſtratis fraudibus. Nemo enim cogitur de ſuo facere beneficium, 10. *q. 2. precariæ*, 1. *Cor. 9.* Quis unquam ſuis ſtipendiis militat? Eſt tertium genus cambii quod dicitur ſiccum ſeu ſine litera, ſeu ad libras groſſorum; Et una libra groſſorum ſunt 10. ducati. Fit autem ſic tale cambium. Accipit quis 10. libras groſſorum Florentiæ, id eſt 100. ducatos a campſore ſeu mercatore quos ſibi reſtituere debet hinc ad menſem Florentiæ & eo valore quo valebunt Venetiis tunc ducati inde ad 10. dies a die celebrati contractus, id eſt, acceptionis dictæ pecuniæ. Et ſi plus vel tenere dictam quantitatem 100. ducatorum, de menſe in menſem renovatur contractus modo prædicto. Contingit autem quod 100. ducati in decimo die a receptione pecuniæ valent Venetiis quantum tunc valebant Florentiæ quando illos recepit, & ſic campſor nihil lucratur; aliquando minus valent, & ſic campſor vel mercator perdit, quia illud minus ſibi redditur de centum valore quo minus valent; aliquando plus valent, & tunc campſor lucratur illud plus. Et communiter ut in pluribus caſibus plus valent quando reddit quam cum accepit, quamvis aliquando ut dictum eſt valeant minus, unde in capite anni ſemper reperitur in lucro & magno. Iſtud communiter cenſetur uſurarium, quia ibi eſt mutuum, & ſpes lucri in campſore, ex quibus duobus perficitur uſura, 14 *quæſt. 3. ſi fœneraveris*. Et hoc ſententia videtur Laur. de Ridolphis in tract. de uſuris. Nec excuſat periculum vel dubium amittendi, 1. Quia minus poſſunt valere illa centum tempore redditionis, tum quia in mutuo aliquid ſperare non licet. *Argum. de uſuris, c. naviganti*; tum quia raro contingit quod perdat.

FAGNAN. *in 1. part. 5. libri Decretal. pag. 297. edit. Romanæ in fol. ann.* 1661. *num.* 19. *cap. Naviganti, de uſuris*. Cenſetur creditor moveri ratione mutui, quando vult & paciſcitur, ut ſortis periculum omnino ad ſe pertineat, alias non mutuaturus; & ſic ex mutuo vult conſequi lucrum, non quidem immediate, ſed mediante ſuſceptione periculi, quod uſurarium eſt.

N. 20. Secundo, quando autem mutuans ſuſcipit in ſe periculum pecuniæ mutuatæ, & ſimpliciter recipit aliquid ultra ſortem, non exprimens an id recipiat ratione periculi, an ratione mutui; canon vehementer præſumit eum recipere propter mutuum, & ſuſceptionem periculi adhibitam eſſe palliandam uſuram, ad quam quidem palliationem de medio tollendam ſub colore periculi ſuſcepti emanavit hæc Decretalis: ſecus vero ſi mutuans exprimat ſe emolumentum accipere propter periculum quod in ſe ſuſcipit, quia tunc contractus non eſt uſurarius.

Vide Cajetanum, Navarrum, Azor, Merbeſiam, Covarrum, *& alios Theolog. tract.* de uſura.

(R) SIXTUS V. *Conſtitutione edit. ann.* 1586. Deteſtabilis avaritiæ ingluvies, & inſatiabilis lucrandi cupiditas, malorum omnium radix, uſque adeo excæcat mortalium mentes, ut multi nimis avide lucro inhiantes, in laqueos & inſidias diaboli miſere incidant.

Digitized by Google

R. Quia æquum eſt ut qui damnum infert id reſarciat: neque in detrimentum mutuantis cadat
S mutuum datum. (S)

I. Ergo licet propter periculum ſortis intrinſecum uſuram accipere, cedit enim in detrimentum mutuantis ejusmodi periculum?

R. Non ita ſe res habet: neque enim periculum damni damnum eſt. Non licet exigere reſtitutionem illius quod nondum tibi periit. Si verum eſſet quod via, liceret ſemper uſuram mutui poſtulare ab egentibus. Qui enim ipſis mutuatur venit ſemper in periculum ſortis. Nemo tamen eſt qui aſſerat licere pauperibus fœnerari. Id natura pari-
T ter & Religioſo vetat. (T)

§. 3. De injuſta detentione bonorum proximi, aliisque damni generibus illatis proximo quantum ad bona fortuna. Item de participibus furum.

I. Quinam bona proximi injuſte detinent?

R. 1. Qui debita non ſolvunt. Eorumque peccatum longe gravius eſt, ſi debitam indigentibus famulis, & mercenariis mercedem non pendant: vel diutius protrahant ſolutionem. (A) A

2. Qui ſumptibus ſuperfluis id efficiunt, ut jam non poſſint eximere ſe ære alieno; vel qui malis artibus fraudant creditores debita pecunia. (B) B

3. Qui credita ſibi depoſita nolunt reddere. (C) C

4. Qui non reddunt rectam & æquam rationem bonorum alterius, quorum vel uſum vel adminiſtrationem habuere, verbi gratia, villici, fundi conductores, procuratores, negotiorum geſtores, quæſtores, tutores, curatores, aliique ejusmodi, qui tenentur reddere rationem adminiſtrationis. (D) D

Supradictos omnes iniquitatis & injuſtitiæ reos eſſe nemo inficiatur.

5. Qui cum res perditas invenerint, non reddunt dominis; vel ſi dominus ignoretur, non inquirunt quis ille ſit, ut ſuum ipſi reſtituatur. (E) E

6. Qui

dant. Irrepit enim verſute & callide antiquus humani generis hoſtis per varios dolos & fallacias, & incautos homines quæſtus dulcedine captos, ac delinitos opprimit, atque eo perducit, ut ſe ipſos in uſurarum voraginem, Deo hominibusque odioſam, ſacris canonibus damnatam, & Chriſtianæ caritati contrariam fœde immergant, & dum vanas & terrenas divitias quærunt, veras ac cæleſtes amittant.. Nam multi ſpecioſum & honeſtum ſocietatis nomen ſuis fœneratitiis contractibus prætexendo, ... greges, armenta, aut certa animalia agricolis, ſeu terrarum cultoribus, paſtoribus aliisque ruſticis, ſeu quibusvis perſonis dant in ſocietatem, ... ea conditione ut ſors ipſa, ſeu caput, quod vulgo dicitur capitale, tam pecuniarum quam animalium & rerum, ſalvum ſemper & integrum exiſtat pro eo qui non induſtriam, aut operas, ſed pecunias, animalia, aut res hujusmodi in ſocietatem confert: utque omne periculum, aut damnum ab altero ſocio recipiente ſuſtineatur, contra æquitatem & ſocietatis juſtitiam diverſimode paciſcuntur.

§. 1. Damnamus & reprobamus omnes & quoscumque contractus, & conventiones & pactiones poſt hac ineundos ſeu ineundas, per quos ſeu quas cavebitur perſonis pecunias, animalia aut quaslibet alias res ſocietatis nomine tradentibus, ut etiam ſi fortuito caſu quamlibet jacturam, damnum aut amiſſionem ſequi contingat, ſors ipſa ſeu capitale ſemper ſalvum ſit: ... ſtatuimusque hujusmodi contractus, conventiones, & pactiones uſurarios, & illicitos poſt hac cenſeri debere: ... ac ne de cetero ſocietates ineantur ſub hujusmodi pactis & conditionibus, quæ uſurariam pravitatem ſapiunt, diſtricte interdicimus & prohibemus.

(S) S. THOMAS 2. 2. *quæſt.* 78. *art.* 2. *ad Primum*. *Vide ſupra hocce* §. *litt.* (O)

(T) DEUTERONOM. XXIII. 19. *Vide ſupra hocce* §. *litt.* (G)

(A) LEVIT. XIX. 13. Non morabitur opus mercenarii tui apud te usque mane.

DEUTERON. XXIV. 14. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, ſive advenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas eſt: 15. Sed eadem die reddes ei pretium laboris ſui ante ſolis occaſum, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuam: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.

TOBIÆ IV. 15. Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat.

MALACHIÆ III. 5. Et accedam ad vos in judicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & perjuris, & qui calumniantur mercedem mercenarii, & viduas, & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum.

JACOB V. 4. Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt a vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit.

(B) PSAL. XXXVI. 21. Mutabitur peccator, & non ſolvet: juſtus autem miſeretur & tribuet.

S. AMBROS. *De Tobia c.* 21. n. 80. Quam deforme eſt, ut pro beneficio ei qui te adjuvit, rependas moleſtiam! Cum iſtum fraudaveris cui debes, poſtea in tempore neceſſitatis tuæ non invenies creditorem. Quam indignum, ut cum victum tuum ſuſtentare non queas, cum adhuc nihil debeas, putes quod & victum tuum poſſis, & debitum ſuſtinere! Ante cogita unde diſſolvas, & ſic mutuum ſume. Fructus, inquit, agrorum capio. Sed qui non abundant uſui, quomodo abundabunt contracti fœnoris incremento?

Cap. 21. *num.* 81. Paupertas non habet crimen, nulla indigentiæ infamia eſt: ſed debere verecundum eſt, non reddere inverecundum. Poſtulabis dilationem, cum cœperis conveniri in tempore præſcriptæ ſolutionis: pro pecunia adferes tædia, cauſaberis de tempore, excuſationes ſtrues, & cum totum promiſeris, ne in univerſum fraudare videaris, vix dimidium reſtitues. De amico inimicum facies, pro honore referes contumeliam, pro benedictione maledictum. Quam hæc opinionem lædant conſidera: quam a viro bono diſcrepent recognoſce.

N. 82. Ergo dum liber es a vinculis, ipſe te revoca a jugo & onere ſervitutis. Dives es? Non ſumas mutuum. Pauper es? Non ſumas mutuum. Dives es? Nullam pateris petendi neceſſitatem. Pauper es? Conſidera ſolvendi difficultatem. Opulentia uſuris minuitur. Paupertas uſuris non levatur. Numquam enim malum malo corrigitur, nec vulnus curatur vulnere, ſed exaſperatur ulcere.

(C) LEVIT. VI. 2. Anima quæ peccaverit, & contempto Domino negaverit proximo ſuo depoſitum quod fidei ejus creditum fuerat, vel vi aliquid extorſerit, aut calumniam fecerit. 3. Sive rem perditam invenerit, & inficians inſuper pejeraverit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus ſolent peccare homines. 4. convicta delicti, reddet. 5. omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & quintam inſuper partem domino cui damnum intulerat....

EZECHIEL. XVIII. 7..... Pignus debitori reddiderit ..... 9...... hic juſtus eſt, vita vivet, ait Dominus Deus. 10. Quod ſi genuerit filium latronem ... 12... pignus non reddentem .... 13.... numquid vivet? Non vivet. Cum univerſa hæc deteſtanda fecerit.

(D) PSAL. V. 6. Neque habitabit juxta te malignus: neque permanebunt injuſti ante oculos tuos. 7. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem.

DEUTERON. XXV. 16... Dominus Deus tuus ... averſatur omnem injuſtitiam.

JEREM. XXII. 13. Væ qui ædificat domum ſuam in injuſtitia, & cœnacula ſua non in judicio: amicum ſuum opprimet fruſtra, & mercedem ejus non reddet ei ...

(E) LEVIT. VI. 3. *Vide ſupra lit.* (C) *hocce* §.

DEUTERON. XXII. 1. Non videbis bovem fratris tui, aut ovem errantem, & præteribis: ſed reduces fratri

Pars II. Sect. III. Cap. VIII. §. 3.

6. Qui cum bonis ceſſerint in gratiam creditorum, pactoque cum iis inito res ſuas ſic inter ſe compoſuerint, ut creditores data de ſolido acceptilatione, ſolidum tamen non receperint; Qui, inquam, ſi poſtea ad pinguiorem fortunam pervenerint, ſolvunt ſolidum creditoribus. It enim ære alieno non liberantur, niſi reipſa ſolidum creditor receperit; niſi forte volens non coactus aliquid ceſſerit ſui juris. (F)

F

I. Quinam damni proximo illati crimine tenentur?

R. Triplex genus hominum.

1. Qui aliena vel rapiunt vel retinent, uno ex modis quos hactenus expoſuimus ſuperioribus paragraphis.

2. Qui cum ex officio aliena curent vel adminiſtrent, præ negligentia vel malitia perire ea vel vitiari ſinunt. (G) G

3. Qui participes ſunt vel furti, vel injuſtæ detentionis, vel damni proximo illati. (H) H

I. Quinam participes ſunt damni proximo illati?

R. Qui vel directe veniunt in partem damni illati, vel indirecte, illud nimirum non impediendo cum poſſint & debeant.

Hi autem ſolent his verſibus comprehendi,

Juſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus.

Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

1. *Juſſio.* Qui jubent rem alienam rapi vel retineri.

2. *Conſilium.* Qui id conſulunt.

3. *Conſenſus.* Qui conſentiunt expreſſe rapientibus vel injuſte retinentibus.

4. *Palpo.* Qui laudant rapientes vel retinen-

tuo. 2. Etiamſi non eſt propinquus frater tuus, nec noſti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quamdiu quærat ea frater tuus, & recipiat. 3. Similiter facies de aſino, & de veſtimento, & de omni re fratris tui, quæ perierit: ſi inveneris eam, ne negligas quaſi alienam.

Eccli. 31. 8. & 19. S. AUG. *Serm. 178. alias 19. de verbis Apoſtoli, c. 6. num. 5.* Beatum ſancta Scriptura dicit, *qui poſt aurum non abiit; qui potuit transgredi, & non eſt transgreſſus; qui facere mala potuit, & non fecit.* Tu autem dicis, Numquam negavi rem alienam. Quia forte nemo tibi commendavit, aut forte commendavit, ſed ſub teſtibus commendavit. Dic mihi, reddidiſti, quando a ſolo ſolus, ubi Deus inter vos fuerat, accepiſti? Si tunc reddidiſti, ſi mortuo qui commendavit, neſcienti filio reddidiſti; tunc te laudabo; quia poſt aurum non iviſti; quia potuiſti transgredi, & non es transgreſſus; quia potuiſti mala facere, & non feciſti; ſi forte alienum ſacculum ſolidorum, ubi nemo te vidit, in via inveniſti, & ſine ulla mora cujus fuerat reddidiſti. Eia fratres, redite ad vos, inſpicite vos, interrogate vos, vera reſpondete vobis, & judicate vos non ſecundum perſonam, ſed juſtum judicium judicate .... Ecce hoc quod propono, in eo te examina, in eo te appende, in eo adſcende mentis tuæ tribunal, & conſtitue te ante te, & judica te; &

Deut. 22. 2. ſi pravum inveneris, corrige te. Propono ergo: Deus dicit in lege ſua ... inventionem tamquam alienum eſſe reddendam; ſi quiſpiam, verbi gratia, in via inveniat alienum ſacculum ſolidorum, debere reddere. Sed neſcit cui? Non ſe excuſat ignorantia, ſi non dominetur avaritia.

Cap. 7. num. 8. ... Pauperibus homo .... ſed plane chriſtianus, .. invenit ſacculum cum ſolidis ferme ducentis, memor legis propoſuit pittacium (id eſt ſchedulam membraneam, publice. Qui ſolidos perdidit veniat ad locum illum, & quærat hominem illum.) Ille qui plangens circumquaque vagabatur, invento & lecto pittacio, venit ad hominem. Et ne forte quæreret alienum, quæſivit ſigna, interrogavit ſacculi qualitatem, ſigillum, ſolidorum etiam numerum: & cum omnia ille fideliter reſpondiſſet, reddidit quod invenerat. Ille autem repletus gaudio, & quærens vicem rependere, tamquam decimas obtulit illi ſolidos viginti: qui noluit accipere. Obtulit vel decem: noluit accipere. Saltem rogavit vel quinque acciperet: noluit ille. Stomachabundus homo projecit ſacculum: Nihil perdidi, ait, ſi non vis aliquid a me accipere... Victus tandem ille quod offerebatur accepit; continuo totum pauperibus erogavit, unum ſolidum in domo ſua non dimiſit.

N. 9.... Eſtote fideles inventores, & tunc iniquos vituperate raptores. Nam quod inveniſti & non reddidiſti, rapuiſti .... Qui alienum negat, ſi poſſit, & tollit.

N. 10. cap. 9.... Deus enim cor interrogat, non manum.

(F) *Lib. 7.* CODIC. *tit. 71. lege* 1. Qui bonis ceſſerint, niſi ſolidum creditor receperit, non ſunt liberati. In eo enim tantummodo hoc beneficium eis prodeſt, ne judicati detrahantur in carcerem.

(G) C. Si culpa. *Extra. de injuriis & damno dato.* *Decret.* GREGOR. IX. *l. 5. tit. 35. c. 9.* Si culpa tua datum eſt damnum, vel injuria irrogata, ſeu aliis irrogantibus opem forte tuliſti, aut hæc imperitia tua, ſive negligentia evenerunt: jure ſuper his ſatisfacere te oportet, nec ignorantia te excuſat, ſi ſcire debuiſti ex facto tuo injuriam veriſimiliter poſſe contingere, vel jacturam. Quod ſi animalia tua nocuiſſe proponas, nihilominus ad ſatisfactionem teneris, niſi ea dando paſſis damnum, velis liberare teipſum: quod tamen ad liberationem non proficit, ſi fera animalia, vel quæ conſueverunt nocere fuiſſent, & quam debueras non curaſti diligentiam adhibere. Sane licet qui occaſionem damni dat, damnum videatur dediſſe: ſecus eſt tamen in illo dicendum, qui ut non accideret, de contingentibus nihil omiſit.

DIGESTOR. *l. 19. titulo 2. leg.* XXV. Si merces: §. 3. Conductor omnia ſecundum legem conductionis facere debet, & ante omnia colonus curare debet, ut opera ruſtica ſuo quoque tempore faciat, ne intempeſtiva cultura deteriorem fundum faceret: Præterea villarum curam agere debet, ut eas incorruptas habeat.

§. 4. Culpæ autem ipſius & illud annumeratur, ſi propter inimicitias ejus vicinus arbores exciderit.

§. 7. Qui columnam transportandam conduxit, ſi ea dum tollitur, aut portatur, aut reponitur, fracta ſit, ita id periculum præſtat, ſi qua ipſius eorumque quorum opera uteretur, culpa acciderit: culpa autem abeſt, ſi omnia facta ſunt quæ diligentiſſimus quiſque obſervaturus fuiſſet. Idem ſcilicet intelligimus & ſi dolia, vel tignum transportandum aliquis conduxerit: idemque etiam ad ceteras res transferri poteſt.

§. 8. Si fullo, aut ſarcinator veſtimenta perdiderit, eoque nomine domino ſatisfecerit, neceſſe eſt domino vindicationem eorum, & condictionem cedere.

(H) S. THOM. *2. 2. q. 62. art. 7. in c.* Ad reſtitutionem tenetur aliquis non ſolum ratione rei alienæ, quam accepit, ſed etiam ratione injuriſtæ acceptationis. Et ideo quicumque eſt cauſa injuſtæ acceptationis, tenetur ad reſtitutionem. Quod quidem contingit dupliciter, directe ſcilicet, & indirecte. Directe quidem quando inducit aliquis alium ad accipiendum. Et hoc quidem tripliciter. Primo quidem modo, movendo ad ipſam acceptationem: quod quidem fit præcipiendo, conſulendo, conſentiendo expreſſe & laudando aliquem quaſi ſtrenuum, de hoc quod aliena accepit. Alio modo ex parte ipſius accipientis, quia ſcilicet eum acceptat, vel qualitercumque ei auxilium fert. Tertio modo ex parte rei acceptæ: quia ſcilicet, particeps eſt furti, vel rapinæ, quaſi ſocius maleficii. Indirecte vero, quando aliquis non impedit, cum poſſit & debeat impedire: vel quia ſubtrahit præceptum, ſive conſilium, impediens furtum, vel rapinam: vel quia ſubtrahit ſuum auxilium, quo poſſet obſiſtere: vel quia occultat poſt factum: quæ his verſibus comprehenduntur.

Juſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus.

Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

Sciendum tamen, quod quinque præmiſſorum ſemper obligant ad reſtitutionem. Primo Juſſio, quia ſcilicet ille qui jubet, eſt principaliter movens; unde ipſe principaliter tenetur ad reſtituendum. Secundo, Conſenſus, in eo ſcilicet ſine quo rapina fieri non poteſt. Tertio, Recurſus, quando ſcilicet aliquis eſt receptor latronum; & eis patrocinium præſtat. Quarto, Partici-

pa-

nentes aliena, eaque laude animos addunt ad rapiendum.

5. *Recurſus*. Qui recipiunt furtum, vel aliquo modo adjuvant rapientem ſeu aliena detinentem.

6. *Participans*. Qui ſocii ſunt furum, partemque furti vel rapinæ ſibi ſumunt, parte alia ſociis I relicta. (I)

Supra dicti omnes dicuntur directe participes eſſe damni proximo illati, vel injuſtæ detentionis. Qui ſequuntur nonniſi indirecte participant.

1. *Mutus*. Is eſt qui cum ex officio teneatur poſſitque & debeat impedire damnum proximo vel illatum vel inferendum, tacet, furtumque vel rapinam nec præcepto nec conſilio prohibet.

2. *Non obſtans*. Qui cum poſſit & teneatur ex officio ferre auxilium ne res alienæ rapiantur vel retineantur, auxilium hujusmodi ſubtrahit. Pars II. Sect. III. Cap. VIII. §. 3.

3. *Non manifeſtans*. Qui cum poſſit & teneatur ex officio rapientes aliena vel retinentes prodere, ut ex eorum manibus eripiantur quæ injuſte ablata ſunt, non produnt; atque ita in cauſa ſunt cur res illæ non reddantur dominis.

Itaque rei ſunt damni proximo illati, verbi gratia, Magiſtratus qui quantum in ſe eſt non obſiſtunt furibus, raptoribus, peculatoribus, monopolia injuſta exercentibus. Item ſervi & famuli qui non obſtant verbo vel facto quominus bona herorum ſuorum rapiantur, vel qui non produnt rapientes, cum impedire furtum vel damnum non potuerint. (K) K

§. 4.

patio, quando ſcilicet aliquis participat in crimine latrocinii, & in præda. Quinto, tenetur ille qui non obſtat, cum obſtare teneatur: ſicut Principes qui tenentur cuſtodire juſtitiam in terra, ſi per eorum defectum latrones increſcant, ad reſtitutionem tenentur: quia redditus quos habent, ſunt quaſi ſtipendia ad hoc inſtituta, ut juſtitiam conſervent in terra. In aliis autem caſibus enumeratis, non ſemper obligatur aliquis ad reſtituendum. Non enim ſemper conſilium, vel auxilium, vel aliquid hujusmodi, eſt efficax cauſa rapinæ. Unde, tunc ſolum tenetur conſiliator, aut palpo, id eſt, adulator, ad reſtitutionem, quando probabiliter æſtimari poteſt, quod ex hujusmodi cauſis fuerit injuſta acceptio ſubſecuta.

Ad 1. Dicendum quod non ſolum peccat ille qui peccatum exequitur, ſed etiam qui quocumque modo peccati eſt cauſa, ſive conſiliando, ſive præcipiendo, ſive quovis alio modo.

Ad 2. Dicendum quod principaliter tenetur reſtituere ille, qui eſt principalis in facto. Principaliter quidem præcipiens; ſecundario vero, exequens: & conſequenter alii per ordinem. Uno tamen reſtituente illi qui paſſus eſt damnum: alius eidem reſtituere non tenetur: ſed illi qui ſunt principales in facto, & ad quos res pervenit, tenentur aliis reſtituere qui reſtituerunt. Quando autem aliquis præcipit injuſtam acceptionem, quæ non ſubſequitur, non eſt reſtitutio facienda: cum reſtitutio principaliter ordinetur ad reintegrandam rem ei qui injuſte eſt damnificatus.

Ad 3. Dicendum quod non ſemper ille qui non manifeſtat latronem, tenetur ad reſtitutionem, aut qui non obſtat, vel qui non reprehendit: ſed ſolum quando incumbit alicui ex officio; ſicut principibus terræ, quibus ex hoc non multum imminet periculum. Propter hoc enim poteſtate publica potiuntur ut ſint juſtitiæ cuſtodes.

S. AUGUST. *in Pſalm.* CXXIX. *n.* 4. *in fine*... Quando portas infirmitatem fratris tui, non te onerant peccata ipſius. Plane ſi conſentias, jam tua te premunt, non alterius. Quisquis enim conſenſerit peccatori, non alienis, ſed ſuis gravatur: conſenſio enim ad peccatum alterius, tuum fit peccatum... Vidiſti furem, cucurriſti cum eo. Quid eſt hoc? pedibus ambulaſti ad furtum: immo mente conjunxiſti te furi. Quod ipſius ſolum erat, factum eſt tuum; quia placuit tibi...

(I) S. CYPRIAN. *de lapſis pag.* 90. Multis proprius interitus ſatis non fuit, hortamentis mutuis in exitum ſuum populus impulſus eſt: mors invicem lethali poculo propinata eſt.

Epiſt. 30. *Pamel.* 31. *pag.* 210. Non eſt immunis a ſcelere, qui ut fieret imperavit; nec eſt alienus a crimine, cujus conſenſu, licet non a ſe admiſſum crimen, tamen publice legitur.

S. AUGUST. *Enarrat. in Pſal.* XLIX. verſ. 18. *n.* 25. *Si videbas furem, concurrebas ei, & cum adulteris portionem tuam ponebas*. Ne forte diceres: Non feci furtum, non feci adulterium. Quid ſi placuit tibi qui fecit? Nonne ipſo placito concurriſti? Nonne portionem tuam cum illo qui fecit, laudando poſuiſti? hoc eſt enim, fratres, concurrere cum fure, & ponere cum adultero portionem tuam: quia etſi non facis, & laudas quod fit, adſtipulator es facti: *quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & qui* Pſal. 10. 3. *iniqua gerit, benedicitur*. Non facis mala, laudas mala facientes. Hoc enim parvum malum eſt? Cum adulteris portionem tuam ponebas.

N. 16. *Os tuum abundavit malitia, & lingua tua amplexa eſt doloſitatem*. Malevolentiam & doloſitatem, Pſal. 44 19. fratres, quorumdam hominum dicit, qui per adulationem, quamvis ſciant mala eſſe quæ audiunt, ne offendant eos a quibus audiunt, non ſolum non reprehendendo, ſed tacendo conſentiunt. Parum eſt, quia non dicunt, Male feciſti: ſed dicunt, Et bene feciſti: & norunt malum eſſe. Sed abundat os eorum malitia, & lingua eorum amplexatur doloſitatem. Doloſitas eſt fraus quædam in verbis, aliud promendi, aliud ſentiendi: Non ait, Lingua tua admiſit doloſitatem, aut, Perpetravit doloſitatem: ſed ut oſtenderet tibi quamdam delectationem in ipſo malo facto, *amplexa eſt*, dixit. Parum eſt quia facis, & delectaris; laudas in promptu, irrides apud te. Præcipitas hominem incaute vitia ſua proferentem, & an ſint vitia neſcientem: tu qui ſcis vitium eſſe, non dicis: Quo irruis? Si illum videres ambulare incautum in tenebris, ubi tu puteum eſſe ſcires, & taceres, qualis eſſes? Et tamen ſi in puteum caderet, non anima, ſed corpore moreretur.

Enarr. in Pſalmum CXXXIV. *n.* 4. Inſanit qui laudat quod non eſt bonum. Si laudes iniquum eo ipſo quo iniquus eſt, nonne & tu iniquus eris? Si laudes furem eo ipſo quo fur eſt, nonne & tu particeps eris?

Epiſt. 153. *alias* 54. *ad Macedon. cap.* 6. *n.* 21. Illud vero fidentiſſime dixerim, eum qui ad ſe confugientem quantum honeſte poteſt ad reſtituendum non compellit, ſocium eſſe fraudis & criminis. Nam miſericordius opem noſtram talibus ſubtrahimus, quam impendimus. Non enim opem fert qui ad peccatum adjuvat.

S. THOMAS 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 7. *Vide ſupra hocce* §. *lit.* (H)

(K) S. AMBROS. *in Pſalm.* CXVIII. *Serm.* 18. *n.* 3. Nonnulli Philoſophi diſputaverunt obeſſe improbis abſolutionem, prodeſſe mortem: quod in illa ſit incentivum delinquendi, in morte autem finis delicti. Quod aſſumptum eſſe de noſtris non dubium, cum in Proverbiis Salomonis ſit: *Qui parcit baculo, odit filium ſuum: caſtigat autem Dominus quem diligit*? Et infra: *flagel-* Prov. 13. 24 *lum equo & ſtimulus aſino imperat: virga autem nationi* Ib. 11. 21. *imprudenti*. Pœna enim corrigit, & emendat erran- Ibid. 26. 3. tem. Si talis eſt, qui emendari non queat, aufertur e medio, ne graviora committat; mortuus enim jam neſcit errare.

N. 5. Juſtus enim non ſemper iraſcitur; ſicut enim ultor culpæ, ita moderator eſt pœnæ: ſicut vindex peccatum, ita remunerator eſt virtutum, optimorumque meritorum.

N. 7. Dominus juſtus in damnis, juſtus in ultionibus eſt, non ſolum quia unusquiſque juſte culpæ ſuæ pretium luit; verum etiam quia dum unus punitur, plurimi corriguntur.

ORIGENES *hom.* 9. *in Jeremiam pag.* 377. *edit. Pariſienſis* 1619. *in fol.* Habeat judex propoſitum, quietem civitati, & pacem genti, cui præſidet providere. Huic ſi offeratur latro honeſta forma, ætate ſatis integer, ex alio latere mater expanſis crinibus deprecetur ut ſenectutis ſuæ miſereatur, & ex alio uxor ut virum ne interficiat, lachrymabili voce deploret, circumſtent & parvuli liberi cito orbi futuri, quid faciet judex? Miſerebitur latronis, an non? Quid in commune expedit civitati? Si miſertus fuerit, revertetur homicida ad priſtinum ſcelus, ſin vero in judiciariam ſeveri-

Digitized by Google

§. 4. De Reſtitutione.

I. Qui damnum intulit proximo ad quid tenetur?

R. Ad reparationem vel reſtitutionem. (A) A

I. Quid debet vel reparari vel reſtitui?

R. Quidquid vel raptum eſt, vel injuſte de-

veritate permanſerit, unus homo interibit, & univerſo populo providebitur.

S. GREGOR. MAGN. *Paſtor. part.* 2. *c.* 4. Sit rector diſcretus in ſilentio, utilis in verbo: ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat... Indiſcretum ſilentium hos qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe namque Rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimeſcunt: & juxta veritatis vocem, nequaquam jam gregis cuſtodiæ Paſtorum ſtudio, ſed mercenariorum vice deſerviunt:
Iſai. 56. 10. quia veniente lupo fugiunt, dum ſe ſub ſilentio abſcondunt. Hinc namque eos per Prophetam Dominus increpat, dicens: *Canes muti non valentes latrare.* Hinc rur-
Ezec. 13. 5. ſum queritur dicens: *Non aſcendiſtis ex adverſo, nec oppoſuiſtis pro domo Iſrael, ut ſtaretis in prælio in die Domini.* Ex adverſo quippe aſcendere, eſt pro defenſione gregis libera voce hujus mundi poteſtatibus contraire. Et in die Domini prælio ſtare eſt pravis decernentibus ex juſtitiæ amore reſiſtere. Hinc rurſus delinquenti po-
Ezech. 13. 9. & 10. pulo dicitur: Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta, nec aperuerunt iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent... Dum corripere culpas metuunt, incaſſum delinquentibus promiſſa ſecuritate blandiuntur; qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt, quia ab increpationis voce conticeſcunt. Clavis quippe apertionis, eſt ſermo correptionis: quia increpatio culpam detegit, quam ſæpe neſcit ipſe etiam qui perpetravit.

S. BERNARD. *In nativit. Joban. Bapt. ſerm. n.* 9. Ferveat etiam in nobis zelus iſte, cariſſimi, ferveat amor juſtitiæ, odium iniquitatis. Nemo, fratres, vitia palpet, peccata diſſimulet nemo. Nemo dicat: Numquid cuſtos fratris mei ſum ego? Nemo, quod in ſe eſt, æquanimiter ferat, cum viderit ordinem deperire, minui diſciplinam. Eſt enim conſentire ſilere, cum arguere poſſis: & ſcimus quia ſimilis pœna facientes maneat & conſentientes.

1. Petr. 5. JULIAN. *Pomerius apud* S. PROSPER. *edit. antiq. l.* 1. *de vita contemplat. c.* 20. Quod dicit Apoſtolus, ut nos formam debeamus exhibere fidelibus, quid valebit, ſi is cui vel exhortandi bonos, vel caſtigandi malos cura commiſſa eſt, bene vivendo ſe imitandum bonis exhibeat, & malos tacendo non corrigat? ... Ad hoc eſt Eccleſiæ Dei præpoſitus, ut non ſolum bene vivendo, alios exemplo ſuæ converſationis inſtituat, ſed etiam fiducialiter prædicando, ſingulis ante oculos peccata ſua conſtituat: quæ pœna maneat duros, quæ gloria obedientes, oſtendat: nullius ſalutem deſperando contemnat; animas emendari nolentium plangat... Sciens quod ſi quibuſlibet divitibus, ac potentibus parcat, male viventibus autem faveat, eos perdat ſimul & pereat. Et ſancte vivere debet propter exemplum, & docere propter adminiſtrationis officium: certus, quod ei nihil ſua juſtitia ſuffragetur, de cujus manu anima pereuntis exigitur. Quandoquidem... cui diſpenſatio verbi commiſſa eſt, etiam ſi ſancte vivat, & tamen perdite viventes arguere, aut erubeſcat aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierunt, perit. Et quid ei proderit non puniri ſuo, qui puniendus eſt alieno peccato... Hoc Dominus per Ezechielem Prophetam ſub cujuſdam terroris denuntiatione loquitur... *Si me dicente ad impium, Im-*
Ezech. 33. 8. *pie, morte morieris: ſi non fueris locutus, ut cuſtodiat ſe impius a via ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem ejus de manu tua requiram*... Hoc eſt dicere: Si ei peccata ſua non annuntiaveris, ſi eum non argueris, ut ab impietate ſua convertatur, & vivat: & te, qui non increpaſti, & ipſum, qui te tacente peccavit, flammis perennibus perdam. Quis rogo tam ſaxei pectoris, quis tam ferreus erit, quem ſententia iſta non terreat? Quis tam alienus a fide, qui ſententiæ iſti non credat?

S. ISIDORUS PELUS. *l.* 5. *Epiſt.* 190. .. Recte enim facis quod quæ male geſta ſunt, recte curas.

Epiſt. 138. *in fine*. Juſte enim reprehendi convenit improbos.

S. ISIDORUS HISPALENSIS *Sentent. l.* 3. *cap.* 44. *num.* 5. Qui docendi accepit officium, interdum ad tempus facta proximi taceat, quæ ſtatim corrigere nequaquam exiſtimat. Nam ſi corrigere poteſt & diſ-ſimulat, verum eſt quod conſenſum alieni erroris habeat.

Cap. 45. *n.* 1. Quibus docendi forma commiſſa eſt, multum ſubeant periculi, ſi contradicentibus veritati reſiſtere noluerint. Dum Propheta doctorem Eccleſiæ inſtruat, ad ſummum uſque juſtitiæ pervenire, cum di-
cit: *Super montem excelſum aſcende qui evangelizas Sion*.... Iſai. 40. 9.
Sequenter, ne forte debeat a docendo timore reſtringi,
audiat: *exalta in fortitudine vocem tuam, & noli timere.* Jer. 1. 17.
Unde & Jeremiæ ita Dominus ait:... *loquere ad eos ne formides a facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum.* Unde apparet, quia & non timere, donum Dei eſt.

N. 2. Qui perſonam potentis decipit, & veritatem loqui paveſcit, gravi mulctatur culpæ ſententia.. Multi præſules Eccleſiarum timentes ne amicitiam ſecularium perdant, & moleſtiam odiorum incurrant, peccantes non arguunt, & corripere pauperum oppreſſores verentur: nec pertimeſcunt de ſeveritate reddendæ rationis, pro eo quod conticeſcunt de plebibus ſibi commiſſis.

N. 5. Dei Sacerdos ſuper gregem Chriſti ſollicitus eſſe debet, ne inimicus vaſtet, & perſecutor infeſtet; ne potentioris cujuſque cupiditas vitam pauperum inquietet... Pravi Paſtores fugiunt quando potentioribus tacent, & malis reſiſtere metuunt: de quibus ſi tacuerint, pro eorum iniquitate condemnabuntur.

Cap. 46. Sacerdotes pro populorum iniquitate damnantur, ſi eos aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant ... Sacerdotes ſtudio corrigendi facta perſcrutari debent ſubjectorum, ut emendatos lucrifacere poſſint ... Sacerdotes curam debent habere de his qui pereunt, ut eorum redargutione, aut corrigantur a peccatis, aut ſi incorrigibiles exiſtunt, ab Eccleſia ſeparentur. Atrociter arguuntur, qui decipiendo peccantes, non ſolum non arguunt pro peccato, ſed etiam adulanter decipiunt, dicente propheta:
Et erunt qui beatificant populum iſtum ſeducentes: & qui Iſai. 9. 16.
beatificantur, præcipitati.

(A) LEVIT. VI. 4. Reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & quintam inſuper partem domino cui damnum intulerat.

EXOD. XXI. 18. Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum lapide vel pugno; & ille mortuus non fuerit, ſed jacuerit in lectulo: 19. Si ſurrexit, & ambulaverit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit qui percuſſerit; ita tamen, ut operas ejus & impenſas in medicos reſtituat ... 22. Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem prægnantem, & abortivum quidem fecerit, ſed ipſa vixerit: ſubjacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri judicaverint. 23. Sin autem mors ejus fuerit
ſubſecuta, reddet animam pro anima. 24. Oculum Levit. 24.
pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, 20.
pedem pro pede. 25. Aduſtionem pro aduſtione, vul- Deut. 19. 21
nus pro vulnere, livorem pro livore. 26. Si percuſ- Matt. 5. 38.
ſerit quiſpiam oculum ſervi ſui aut ancillæ, & luſcos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. 27. Dentem quoque ſi excuſſerit ſervo vel ancillæ ſuæ, ſimiliter dimittet eos liberos... 33. Si quis aperuerit ciſternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos, aut aſinus in eam, 34. reddet dominus ciſternæ pretium jumentorum: quod autem mortuum eſt, ipſius erit. 35. Si bos alienus, bovem alterius vulneraverit, & ille mortuus fuerit: vendent bovem vivum, & divident pretium, cadaver autem mortui inter ſe diſpertiant. 36. Sin autem ſciebat, quod bos cornupeta eſſet ab heri, & nudiuſtertius, & non cuſtodivit eum dominus ſuus: reddet bovem pro bove & cadaver integrum accipiet.

XXII. 1. Si quis furatus fuerit bovem, aut ovem, & occiderit, vel vendiderit: quinque boves pro uno bove reſtituet, & quatuor oves pro una ove ... 3... Si non habuerit quod pro furto reddat, ipſe venundabitur. 4. Si inventum fuerit apud eum quod furatus eſt, vivens, ſive bos, ſive aſinus, ſive ovis: duplum reſtituet. 5. Si læſerit quiſpiam agrum, vel vineam, & dimiſerit jumentum ſuum ut depaſcatur aliena: quidquid optimum habuerit in agro ſuo, vel in vinea, pro damni æſtima-

tio-

Digitized by Google

detentum, & quidquid damni illatum eſt directe
B vel indirecta. (B)

I. Debetne reſtitui res ipſa quæ rapta eſt?

R. Debet res ipſa reſtitui ſi habeatur: alioqui
C juſtum ejus pretium. (C)

I. Sufficitne ſi reſtituatur quod raptum eſt, vel injuſte detentum?

R. Debet præterea reſtitui quidquid ex rapina vel injuſta detentione damni contigit, vel lucri
D ceſſavit. (D)

I. Quid ſi non poſſit fur totum reſtituere?

R. Reſtituat quod poteſt.

I. Si nihil habet?

R. Habeat ſaltem propoſitum reſtituendi totum,
E ſi per facultates liceat unquam. (E)

I. Qui participes fuerunt damni proximo illati tenentutne ad reſtitutionem?

R. Quicumque vel directe, vel indirecte particeps fuit damni proximo illati tenetur in ſolidum reſtituere, licet ipſe nihil habuerit rei alienæ. (F)

I. Quid hoc rei eſt, *tenetur in ſolidum reſtituere?*

R. Id eſt, tenetur ipſe totum reſtituere non ſecus ac ſi ipſe rapuiſſet: niſi raptores reſtituant. F

I. Cui danda reſtitutio eſt?

R. Rei domino ſi vivit; alioquin, ejus hæredibus. (G) G

I. Si plures ſunt reſtitutiones faciendæ, quis prior eligendus eſt cui ante alios reſtitutio fiat?

R. Servandus eſt in ordine reſtitutionis faciendæ quem Judices ſervant ordinem in bonorum diſtributione facienda inter multos creditores: ita ut qui prior habet hypothecam prius recipiat quod ſuum eſt; & in ceteris hypothecam non habentibus, qui prius damnum paſſus eſt, prior reſtitutionem accipiat, Leges enim illæ quantum ad hoc, funda-

tiona reſtituet. 6. Si egreſſus ignis invenerit ſpinas, & comprehenderit acervos frugum, ſive ſtantes ſegetes in agris, reddet damnum qui ignem ſuccenderit. 7. Si quis commendaverit amico pecuniam, aut vas in cuſtodiam, & ab eo qui ſuſceperat furto ablata fuerint: ſi invenitur fur duplum reddet. 8. Si latet fur, dominus domus applicabitur ad Deos (*id eſt* Judices) & jurabit quod non extenderit manum in rem proximi ſui, 9. ad perpetrandam fraudem, tam in bove, quam in aſino, & ova ac veſtimento, & quidquid damnum inferre poteſt: ad Deos utriuſque cauſa perveniet: & ſi illi judicaverint, duplum reſtituet proximo ſuo. 10. Si quis commendaverit proximo ſuo aſinum, bovem, ovem & omne jumentum ad cuſtodiam, & mortuum fuerit aut debilitatum, vel captum ab hoſtibus, nulluſque hoc viderit, 11. juſjurandum erit in medio, quod non extenderit manum ad rem proximi ſui: ſuſcipietque dominus juramentum, & ille reddere non cogetur. 12. Quod ſi furto ablatum fuerit, reſtituet damnum domino. 13. Si comeſtum a beſtia, deferat ad eum quod occiſum eſt, & non reſtituet. 14. Qui a proximo ſuo quidquam horum mutuo poſtulaverit, & debilitatum aut mortuum fuerit domino non præſente, reddere compellatur. 15. Quod ſi impræſentiarum dominus fuerit, non reſtituet, maxime ſi conductum venerat pro mercede operis ſui.

S. AUG. *Epiſt.* 153. *alias* 54. *ad Macedonium cap.* 6. *n.* 20. *Vide infra hocce* §. *lit.* (E)

(B) *Decret.* GREG. *Lib.* 2. *tit.* 13. *de reſtitutione ſpoliatorum*, *c.* 15. Gravis ad nos querela: & infra mandamus quatenus ſi vobis conſtiterit de præmiſſis, prædictum Archidiaconum ablata prænominati monaſterii fratribus cum integritate reſtituere, damna plenarie ſarcire, & de illatis injuriis competenter ſatisfacere compellatis, proviſuri ut non tantum fructus a novo & violento poſſeſſore perceptos, ſed quos (ſi eis poſſidere fuiſſet licitum) poſſeſſores veteres percepiſſent, reddi faciatis eiſdem.

S. THOMAS 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 4. *in c.*.. Homo tenetur ad reſtitutionem ejus in quo aliquem damnificavit. Sed aliquis damnificatur dupliciter. Uno modo, quia aufertur ei id quod actu habebat: & tale damnum eſt ſemper reſtituendum ſecundum recompenſationem æqualis; puta ſi aliquis damnificet aliquem diruens domus ejus, tenetur ad tantum, quantum valet domus. Alio modo, ſi damnificet aliquem impediendo, ne adipiſcatur quod erat in via habendi: & tale damnum non oportet recompenſare ex æquo, quia minus eſt habere aliquid in virtute, quam habere actu: Qui autem eſt in via adipiſcendi aliquid, habet illud ſolum ſecundum virtutem, vel poteſtatem, & ideo ſi redderetur ei ut haberet hoc in actu, reſtitueretur ei quod eſt ablatum, non ſimplum, ſed multiplicatum: quod non eſt de neceſſitate reſtitutionis... Tenetur tamen aliquam recompenſationem facere, ſecundum conditionem perſonarum & negotiorum.

(O) S. THOMAS 2. 2. *Quæſt.* 62. *art.* 2. Sed contra quod Aug. dicit in Epiſt. ad Macedonium 153. Si res aliena propter quam peccatum eſt reddi poſſit, & non redditur; pœnitentia non agitur, ſed ſimulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, ſi reſtitui poteſt.

Concluſio. Id reſtituere quod injuſte ablatum eſt, eſt de neceſſitate ſalutis.

In c.... Reſtitutio ... eſt actus juſtitiæ commutativæ, quæ in quadam æqualitate conſiſtit. Et ideo reſtituere importat redditionem illius rei quæ injuſte ablata eſt: ſic enim per iteratam ejus exhibitionem æqualitas reparatur... Cum ergo conſervare juſtitiam ſit de neceſſitate ſalutis; conſequens eſt quod reſtituere id quod injuſte ablatum eſt alicui, ſit de neceſſitate ſalutis.

Ad 1... Quando id quod eſt ablatum, non eſt reſtituibile per aliquod æquale, debet fieri recompenſatio qualis poſſibilis eſt: puta cum aliquis alicui abſtulit membrum, debet ei recompenſare vel in pecunia, vel in aliquo honore, conſiderata conditione utriuſque perſonæ, ſecundum arbitrium boni viri.

(D) EXOD. XXI. & XXII. *Vide ſupra lit.* (A) *hocce* §.

S. THOM. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 4. *in concluſione & in corp. vide ſupra hocce* §. *lit.* (B)

(E) S. AUG. *Epiſt.* 153. *alias* 54. *ad Macedonium c.* 6. *n.* 20. Si enim res aliena, propter quam peccatum eſt, cum reddi poſſit, non redditur, non agitur pœnitentia, ſed fingitur: ſi autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, niſi reſtituatur ablatum; ſed ut dixi cum reſtitui poteſt.

N. 24. Qui vero contra jus ſocietatis humanæ, furtis, rapinis, calumniis, oppreſſionibus, invaſionibus abſtulerit, reddenda potius quam donanda cenſemus Zachæi publicani Evangelico exemplo, qui cum hoſpitio Dominum ſuſcepiſſet in vitam ſanctam repente mutatus, *Dimidium* (inquit,) *rerum mearum do pauperibus, & ſi cui aliquid abſtuli, quadruplum reddo.* Luc. 19. 8.
Cetera vide hujuſce cap. §. 1.

(F) S. THOM. 2. 2. *Quæſt.* 62. *art.* 7. *Vide ſuper.* §. *lit.* (H)

DIGESTOR. *Lib.* 47. *tit.* 2. *de Furtis lege* XXI. *vulgaris* §. 9. Si duo, pluresve unum tignum furati ſunt, quod ſinguli tollere non potuerint, dicendum eſt omnes eos furti in ſolidum teneri: quamvis id contrectare, non tollere ſolus poſſet: & ita utimur. Neque enim poteſt dicere, pro parte furtum feciſſe ſingulos, ſed totius rei univerſos: ſic fiet, ſingulos furti teneri.

(G) S. THOM. 2. 2. *Quæſt.* 62. *art.* 5. *Concluſio.* Et ſemper facienda eſt reſtitutio, a quo acceptum eſt, modo quod quis accepit, ſit illius.

In corp. Neceſſa eſt ut ei fiat reſtitutio a quo acceptum eſt.

Ad 1. Ergo dicendum quod quando res reſtituenda apparet eſſe graviter nociva ei cui reſtitutio facienda eſt, vel alteri: non ei debet tunc reſtitui: quia reſtitutio ordinatur ad utilitatem ejus cui reſtituitur. Omnia enim quæ poſſidentur, ſub ratione utilis cadunt: nec tamen debet ille qui detinet rem alienam, ſibi appropriare, ſed vel reſervare, ut congruo tempore reſtituat: vel etiam alii tradere tutius conſervandam.

Ad 3. Si ille cui debet fieri reſtitutio, ſit omnino ignotus, debet homo reſtituere ſecundum quod poteſt, ſcilicet dando eleemoſynas pro ſalute ipſius, ſive ſit mortuus, ſive ſit vivus: præmiſſa tamen diligenti inquiſitione de perſona ejus cui eſt reſtitutio facienda. Si vero ſit mortuus ille cui eſt reſtitutio facienda; debet

damentum habent in jure naturali. Adde quod Leges civiles obligant in conſcientia in iis quæ pertinent ad diſtributionem & poſſeſſionem bonorum temporalium. (H)

H *I.* Si dominus rei reſtituendæ vel ejus hæredes ignorentur, vel non reperiantur, qui facto opus eſt?

R. Tunc facienda pauperibus diſtributio eſt, & inſtituendæ orationes in gratiam domini illius rei. Maxime tamen expedit conſulere ea de re Epiſcopum, & multis in Diœceſibus id fieri præcipitur. (I)

I *I.* Quandonam facienda reſtitutio eſt?

R. Quam primum fieri poteſt. Alioqui novum in dies damnum proximo infertur injuſta detentione rei alienæ. (K)

K *I.* Si quis morte præoccupatus non reſtituerit quod debebat, tranſitne ad illius hæredes obligatio reſtitutionis?

R. Ad reſtitutionem bona illius omnia obligantur: adeoque tranſit ad hæredes obligatio reſtitutionis. Legibus enim omnibus cautum eſt, ne quid hæredes faciant ſuum de hæreditate, prinſquam debita omnia perſolverint. (L) L

I. Quid hoc ſeptimo mandato præcepit Deus?

R. Ut faciamus proximo quod nobis fieri velimus; ipſiusque ſublevemus inopiam. De caritate erga proximum & de eleemoſyna jam ſuperius egimus. *Sect. 2. c. 4. §. 3. & 4. hujusce Part.*

CA-

bet reſtitui hæredi ejus, qui computatur quaſi una perſona cum ipſo. Si vero ille ſit multum diſtans, debet ſibi transmitti quod ei debetur, & præcipue ſi ſit res magni valoris, & poſſit commode transmitti: alioquin debet in aliquo loco tuto deponi, ut pro eo conſervetur, & domino ſignificari.

(H) ROM. XIII. 5. Ideo neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram: ſed etiam propter conſcientiam.

S. AUG. *In Johan. Evang. cap. 1. tract. 6. num. 25.* Ecce ſunt villæ: quo jure defendis villas? divino an humano? Reſpondeant: Divinum jus in Scripturis habemus, humanum jus in legibus Regum. Unde quiſque poſſidet quod poſſidet? Nonne jure humano? Nam jure divino, Domini eſt terra & plenitudo ejus: pauperes & divites Deus de uno limo fecit, & pauperes & divites una terra ſupportat. Jure tamen humano dicit, Hæc villa mea eſt, hæc domus mea, hic ſervus meus eſt. Jure ergo humano, jura Imperatorum. Quare? Quia ipſa jura humana per Imperatores & Reges ſæculi Deus diſtribuit generi humano.

N. 26. Apoſtolus voluit ſerviri Regibus, voluit honorari Reges, & dixit: Regem reveremini. Noli dicere, Quid mihi & Regi? Quid tibi ergo & poſſeſſioni? Per jura Regum poſſidentur poſſeſſiones.

(I) C. Sicut dignum. *Extra. de homicid.* Eos inſuper qui dicuntur illius ſancti viri & ſuorum poſt mortem ejus ſpolia occupaſſe, ſi nihil aliud in tanto facinora commiſerunt, a pœna mortis ejus arbitramur eſſe immunes; ſed quæ occuparant eis quorum fuerunt tenentur in integrum reſtituere, ſi habent in facultatibus, unde poſſunt ea reddere: & ipſis ex hoc moderata eſt pœnitentia injungenda: quia licet quædam ex his, quæ occupaverunt fateantur ſe pauperibus erogaſſe, non tamen aliena, cum ipſa potuiſſent eis quorum fuerint reſtituere, debuerunt pauperibus erogare.

C. Cum tu. *Extra. de uſuris. Vide ſupra lit.* (H) *§. 2. hujusce cap.*

S. THOM. 2. 2. *Quæſt. 62. art. 5. Vide ſupra hocce §. lit.* (G)

BOCHEL. *Decretor. Eccleſ. Gallicanæ Lib. 2. titul. 7. cap. 126. pag 231. Edit. Pariſ. ann. 1621. in fol. Ex* SYNODALIB. *Eccleſiæ* TRECENSIS. Fures, raptores, uſurarii, fraudatores, non abſolvantur niſi promittant reſtituere bona fide, citius quam poterunt alienum; quia non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Et hoc debet ſæpe peccatoribus per Presbyteros intimari: nam res aliena domino debet reſtitui, ſi inveniatur, alioquin ipſius ſucceſſori. Si vero aliquis ipſorum nequeat inveniri, nec ſpes eſt aliqua quod ulterius inveniatur; utpote quia certiſſime conſtat ipſos ab hoc ſæculo migraſſe, & de hujuſmodi bonis nihil ordinaſſe: tunc de conſilio providi Confeſſoris, ſi res iſta ſit parvi valoris, eſt in eleemoſynas expendenda. Si autem ſit magni valoris, tunc Epiſcopus, vel ſuam poteſtatem habens conſulatur: quia circa reſtitutiones faciendas pericula multa latent. Si autem Confeſſor conſulat Epiſcopum, non nominet aliquem qui ad reſtitutionem teneatur: & ſi ſpes habeatur quod ille cui eſt reſtitutio facienda aliquo tempore valeat inveniri, tunc non ſunt diſtrahendæ, ſed reſtituendæ: & deponantur in aliquo tuto loco ubi fideliter cuſtodiantur, & ipſi cum inventus fuerit, vel ejus certo mandato integre reſtituantur.

Cap. 127. Ex SYNODO SENONENS. 1524. Fures, raptores, uſurarii, fraudatores, non abſolvantur, niſi promittant reſtituere bona fide, quam citiſſime poterunt, alienum: quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Et hoc debet ſæpe peccatoribus per Presbyteros intimari. Nam res aliena debet domino reſtitui, ſi inveniatur; alioquin ejus ſucceſſori. Si vero aliqui eorum nequeant inveniri, nec ſpes eſt aliqua quod ulterius inveniantur, utpote quia certiſſime conſtet eos ab hoc ſæculo migraſſe, & de hujuſmodi bonis nihil ordinaſſe: tunc de conſilio providi confeſſoris, ſi res ipſa ſit parvi valoris, ſcilicet infra ſummam ſexaginta ſolidorum Turonenſium, in pios uſus exponatur; in ceteris vero ad nos aut Vicarios noſtros, ſeu Pœnitentiarios remittantur.

(K) S. THOM. 2. 2. *Quæſt. 62. art. 8.* Sed contra. Neque in reſtitutionibus faciendis poteſt fieri dilatio: ſed ſtatim reſtituere oportet.

Concluſ. Statim fieri reſtitutio debet ab eo, qui accepit, ſi poteſt, vel dilatio peti debet ab eo, qui uſum rei concedere poteſt.

In corp. Sicut accipere rem alienam eſt peccatum contra juſtitiam, ita etiam detinere eam, quia per hoc quod aliquis detinet rem alienam invito domino, impedit eum ab uſu rei ſuæ; & ſic ei facit injuriam. Manifeſtum eſt autem, quod nec per modicum tempus licet in peccato morari; ſed quilibet tenetur peccatum ſtatim deſerere, ſecundum illud Eccleſ. 21. *Quaſi a facie colubri fuge peccatum*: & ideo quilibet tenetur ſtatim reſtituere, ſi poteſt, vel petere dilationem ab eo qui poteſt uſum rei concedere. *Eccl. 21. 2.*

Ad 2. Dicendum quod quando aliquis non poteſt ſtatim reſtituere, ipſa impotentia abſolvit eum ab inſtanti reſtitutione facienda: ſicut etiam totaliter a reſtitutione abſolvitur, ſi omnino ſit impotens. Debet tamen remiſſionem, vel dilationem petere ab eo cui debet, aut per ſe, aut per alium.

Ad 3. ... Per dilationem reſtitutionis, committitur peccatum injuſtæ detentionis, quod juſtitiæ opponitur: ideo neceſſe eſt tempus eſſe determinatum, ut ſtatim reſtitutio fiat.

[L] *Cap.* Tua nos. *Extra. de uſuris, c. 9. Decret.* GREG. *Lib. 5. tit.* 19. Tua nos duxit fraternitas conſulendos, quid ſit de uſurariorum filiis obſervandum, qui eis in crimine uſurarum defunctis ſuccedunt, aut extraneis, ad quos bona uſurariorum aſſeris devoluta? Tuæ igitur quæſtioni litteris præſentibus reſpondemus, quod filii ad reſtituendas uſuras ea ſunt diſtrictione cogendi, qua parentes ſui ſi viverent, cogerentur. Idipſum etiam contra hæredes extraneos credimus exercendum.

Cap. In litteris. *Extra. de raptoribus, c. 5. tit.* XVII. *Lib. 5. Decret.* GREGOR. IX. In litteris tuis continebatur: quod cum H. multis fuiſſet criminibus irretitus, qui Eccleſiarum incendium diabolo inſtigante commiſerat, tandem in ægritudine conſtitutus, accepta pœnitentia de commiſſis, per manum Capellani ſui fuit a ſententia anathematis abſolutus: ſed moriens Eccleſiaſticam ſepulturam habere nequivit. Quapropter, ſi ita res ſe habet, mandamus, ut corpus ejusdem appellatione ceſſante facias in Cœmeterio ſepeliri, & hæredes ejus moneas & compellas, ut his, quibus ille incendium, vel alio modo damna contra juſtitiam irrogaverat, juxta facultates ſuas condigna ſatisfaciant, et ſic a peccato valeat liberari.

Lege Hæres in omne, *ff. de acquirenda hæreditat.*

Di-

Google

CAPUT NONUM.

De Octavo Dei Præcepto.

§. 1. *De falſo Teſtimonio & de Mendacio.*

I. Quodnam eſt octavum Dei Mandatum?

R. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

I. Quid hoc Mandato prohibetur?

R. Ne quis proximo noceat vel verbo vel cogitatione.

I. Quot modis per verba poteſt fieri injuria proximo?

R. Quinque modis. 1. Falſo Teſtimonio. 2. Mendacio. 3. Detractione. 4. Adulatione. 5. Temere judicando vel ſuſpicando.

I. Quid eſt falſum Teſtimonium?

R. Falſi Teſtimonii nomine generatim intelligitur quidquid contra veritatem de proximo aſſeritur, ſive in judicio, ſive extra judicium. Strictius autem ſumitur pro depoſitione iniqua & falſa coram Judice facta; quod quidem graviſſimum ſcelus eſt. Hujus autem ſceleris reatu tenentur non ſolum falſi teſtes, ſed etiam accuſatores, rei, Patroni, Procuratores, ceterique qui coram Judicibus proximum mendaciis inſectantur. (A) A

I. Ad quid tenentur qui inquinaverunt ſe hujusmodi ſcelere?

R. Tenentur reſtituere quidquid per mendacium damni proximo intulerunt; ſive in bonis, ſive in fama. Et ſi fieri aliter reſtitutio non poteſt, tenentur palam confiteri ſe eſſe mentitos, Id fuſius probavimus paragrapho ſuperiori.

I. Quid eſt mentiri?

R. Mentitur, inquit S. Auguſtinus, *quisquis contra id quod animo ſentit loquitur, voluntate fallendi.* Enchirid. c. 22. n. 7.

I. Eſtne ſemper & in quocumque caſu vetitum mentiri?

R. Eſt omnino. Nullo in caſu mentiri licet. Quin & tegere mendacium æquivocationibus, ut vocant, & reſtrictionibus mente conceptis, non licet; ſunt enim illæ mendaciorum genera. (B) B

I. Quid hoc rei eſt, æquivocationibus & reſtri-

Digest. *Leg.* 37. *tit.* 2. *lib.* 29. Hæres in omne jus mortui, non tantum ſingulatum rerum dominium ſuccedit: cum & ea, quæ in nominibus ſint, ad hæredem tranſeant.

Lege Scimus, *Codice de jure deliberandi & de adeunda hæreditate*, *lege* 22. §. 4. *tit.* 3. *Lib.* 6. Si præfatam obſervationem inventarii faciendi ſolideverint: hæreditatem ſine periculo habeant... ut in tantum hæreditaris creditoribus teneantur in quantum res ſubſtantiæ ad eos devolutæ valeant: & eis ſatisfaciant qui primi venient creditores: & ſi nihil reliquum eſt, poſteriores venientes repellantur... Sed & ſi legetarii interea venerint, ei ſatisfaciant ex hæreditate defuncti, vel ex ipſis rebus, vel ex earum forſiten venditione.

§. *14*.. Si quis temerario propoſito... hæreditatem minime repudiaverit, non ſolum creditoribus in ſolidum teneatur, ſed etiam legis Falcidiæ beneficio minime utatur. Quod ſi poſt deliberationem recuſaverit inventario minime conſcripto, tunc res hæreditarias creditoribus, vel his qui ad hæreditetem vocantur, legibus reddere compelletur.

(A) Exod. xxiii. 1. Non ſuſcipies vocem mendacii: nec junges manum tuam ut impio dicas falſum teſtimonium... 2... Nec in judicio, plurimorum acquieſces ſententiæ, ut a vero devias... 7. Mendacium fugies.

Prov. vi. 16. Sex ſunt, quæ odit Dominus... 17.. linguam mendacem,... 19. proferentem mendacia, teſtem fallacem.

xix. 5. Teſtis falſus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet.

xxi. 28. Teſtis mendax peribit.

S. Aug. *In Pſ.* lxxix. *n.* 13.... Corrumpere te vult aliquis ut dicas, verbi gratia, falſum teſtimonium... perimat aliena iniquitas carnem tuam, dum ſervet veritas animam tuam. Si autem a veritate tefelleris, quid tibi amplius facturus eſt inimicus, quam tu tibi ipſe facis? Inimicus ſæviens carnem poteſt occidere: tu autem dicendo falſum teſtimonium animam occidis.

Serm. 16. *alias* 1. *ex homil.* 50. *c.* 3. *n.* 4... Qui aliud eſt loqui dolum, niſi aliud labiis promere, cum aliud claudatur in pectore. Ad hoc maxime adulatorum exarſit negotium; quia pene ſemper... blandiendo non tacent falſum.

Cap. 4. (Dies bonos) quisquis intellexerit & dilexerit, linguam cohibet a malo: & ſi eum terror mortis cogat ad malum, labia ejus non loquuntur dolum.

Conc. Eliberitanum *ann.* 305. *Cap.* 74. Falſus teſtis prout eſt crimen abſtinebitur: ſi tamen non fuerit mortale quod objecit & probaverit, quod non tacuerit, biennii tempore abſtineatur: ſi autem non probaverit conventui Clericorum placuit per quinquennium abſtineri.

Capitulo 75. Si quis autem Epiſcopum, vel Presbyterum, aut Diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei communionem.

Conc. Arelatense I. *ann.* 314. *can.* 14. De his qui falſo accuſant fratres ſuos, placuit eos uſque ad exitum non communicere.

Concil. Arelatense II. *ann.* 452. *canone* 24. Eos qui falſo fratribus ſuis capitalia objeciſſe convicti fuerint, placuit uſque ad exitum non communicare, ſicut magna Synodus ante conſtituit, niſi digne ſatisfactionae pœnituerint.

Conc. Agathense *ann.* 506. *can.* 37. Itaque cenſuimus homicidas & falſos teſtes a communione Eccleſiaſtica ſubmovendos, niſi pœnitentiæ ſatisfactione crimine admiſſa diluerint.

Conc. Matisconense I. *can.* 17. *ann.* 581. Si quis convictus fuerit alios ad falſum teſtimonium vel perjurium attraxiſſe, aut quacumque corruptione ſollicitaſſe, ipſe quidem uſque ad exitum non communicet: hi vero qui ei in perjurio conſenſiſſe probantur, poſt ab omni ſunt teſtimonio prohibendi, & ſecundum legem infamia notabuntur.

S. Thom. 2. 2. *qu.* 70. *artic.* 4. *Concluſ.* Falſum teſtimonium ferens, cum ſit perjurus, & contra juſtitiam agens, & mentiens, peccat mortaliter.

In corp. Reſpondeo dicendum quod falſum teſtimonium habet triplicem deformitatem. Uno modo ex perjurio, quia teſtes non admittuntur, niſi jurati: & ex hoc ſemper eſt peccatum mortale. Alio modo ex violatione juſtitiæ: & hoc modo eſt peccatum mortale in ſuo genere, ſicut & quælibet injuſtitia. Et ideo in præcepto Decalogi ſub hac forma interdicitur falſum teſtimonium... Exod. xx. *Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.* Non enim contra aliquem facit, qui eum ab injuria facienda impedit, ſed ſolum qui ei ſuam juſtitiam tollit. Tertio modo ex ipſa falſitate, ſecundum quod omne mendacium eſt peccatum: & ex hoc non habet falſum teſtimonium, quod ſemper ſit peccatum mortale.

(B) Levit. xix. 11. Non mentiemini, nec decipiet unusquisque proximum ſuum... 13. Non facies calumniam proximo tuo.

Psalm. v. *num.* 7. Perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Ephes. iv. 25. Deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo ſuo: quoniam ſumus invicem membra.

Apocal. xxi. 8. Omnibus mendacibus pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure: quod eſt mors ſecunda.

Digitized by Google

S. AUG. *Enchirid. ad Laurent. c. 22. n. 7.* Porro autem omne mendacium ideo dicendum eſt eſſe peccatum, quia homo non ſolum quando ſcit ipſe quod verum ſit, ſed etiam ſi quando errat & fallitur ſicut homo, hoc debet loqui quod animo gerit: ſive illud verum ſit, ſive putetur & non ſit. Omis autem qui mentitur, contra id quod animo ſentit loquitur voluntate fallendi. Et utique verba propterea ſunt inſtituta, non per quæ homines ſe invicem fallant, ſed per quæ in alterius quisque notitiam cogitationes ſuas perferat. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod inſtituta ſunt, peccatum eſt. Nec ideo ullum mendacium putandum eſt non eſſe peccatum, quia poſſumus aliquando alicui prodeſſe mentiendo. Poſſumus enim & furando, ſi pauper cui palam datur, ſentit commodum, & dives cui clam tollitur, non ſentit incommodum: nec ideo tale furtum quisquam dixerit non eſſe peccatum. Poſſumus & adulterando, ſi aliqua, niſi ad hoc ei conſentiatur, appareat amando moritura, & ſi vixerit, pœnitendo purganda: nec ideo peccatum negabitur tale adulterium. Si autem merito nobis placet caſtitas, quid offendit veritas, ut propter alienam utilitatem illa non violetur adulterando, & violetur iſta mentiendo? Plurimum quidem ad bonum profeciſſe homines, qui non niſi pro ſalute hominis mentiuntur, non eſt negandum: ſed in eorum tali profectu, merito laudatur, vel etiam temporaliter remuneratur benevolentia, non fallacia, quæ ut ignoſcatur ſat eſt, non ut etiam prædicetur, maxime in hæredibus teſtamenti novi, quibus dicitur,
Mat. 5. 37. *ſit in ore veſtro, Eſt, eſt; Non, non: quod enim amplius eſt, a malo eſt.*

Enarrat. in Pſal. v. n. 7. . . Odit peccator quisque veritatem. Videtur enim quod & illa odit, quos in ſe manere non ſinit. Non autem manent, qui eam ſu-
Pſal. 5. 7. ſtinere non valent. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Hoc enim eſt veritatis contrarium. Sed ne quis putet aliquam ſubſtantiam, vel naturam veritati eſſe contrariam, intelligat ad id quod non eſt pertinere mendacium, non ad id quod eſt. Si enim id dicitur quod eſt, verum dicitur. Si autem hoc dicitur, quod non eſt, mendacium eſt. Ideo, inquit, *Perdes omnes qui loquuntur mendacium*, quia recedentes ab eo quod eſt, ad id quod non eſt declinantur. Multa quidem videntur pro ſalute & commodo alicujus, non mali-
Exod. 1. 19. tia, ſed benignitate mendacia: quale illarum in Exodo obſtetricum quæ Pharaoni falſam renuntiaverunt, ut infantes filiorum Iſrael non necarentur. Sed etiam iſta non re, ſed indole laudantur: quoniam qui tantum hoc modo mentiuntur, merebuntur aliquando omni mendacio liberari. Nam in iis qui perfecti ſunt, nec iſta mendacia inveniuntur, quibus dictum eſt, *ſit in ore veſtro, Eſt, eſt; Non, non: quidquid amplius eſt, a malo eſt.* Nec immerito alio loco ſcriptum eſt, *os*
Sap. 1. 11. *quod mentitur occidit animam:* ne quis arbitretur perfectum & ſpiritalem hominem pro iſta temporali vita, in cujus morte non occiditur anima, ſive ſua, ſive alterius, debere mentiri. Sed quoniam aliud eſt mentiri, aliud verum occultare: ſi quidem aliud eſt falſum dicere, aliud verum tacere: ſi quis forte vel ad iſtam viſibilem mortem non vult hominem prodere, paratus eſſe debet verum occultare, non falſum dicere; ut neque prodat, neque mentiatur, nec occidat animam ſuam pro corpore alterius. Si autem hoc nondum poteſt, vel ſola hujus neceſſitatis habeat mendacia, ut etiam ab iſtis, ſi ſola remanſerint, liberari mereatur, & Spiritus ſancti robur accipere, quo quidquid perpetiendum eſt pro veritate, contemnat. Duo ſunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa eſt, ſed tamen non ſunt ſine culpa, cum aut jocamur, aut ut proſimus mentimur. Illud primum in jocando, ideo non eſt pernicioſiſſimum, quia non fallit. Novit enim ille cui dicitur, joci cauſſa eſſe dictum. Secundum autem ideo mitius eſt, quia retinet nonnullam benevolentiam. Illud autem quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum eſt. Tamquam verbi gratia, ſi cui gladius commendetur, & promittat ſe redditurum, cum ille qui commendavit popoſcerit; ſi forte gladium ſuum repetat furens, manifeſtum eſt, tunc non eſſe reddendum, ne vel ſe occidat, vel alios, donec ei ſanitas reſtituatur. Hic ideo non habet duplex cor, quia ille cui commendatus eſt gladius, cum promittebat ſe redditurum, non cogitabat furentem poſſe repetere . . . Unde manifeſtum eſt non eſſe culpandum aliquando verum tacere: falſum autem dicere, non invenitur conceſſum eſſe perfectis.

De mendacio cap. 4. n. 5. Nemo autem dubitat mentiri eum, qui volens falſum enuntiat cauſſa fallendi: quapropter enuntiationem falſam cum voluntate ad fallendum prolatam, manifeſtum eſt eſſe mendacium.

Cap. 5. n. 6. Illi quibus placet numquam mentiendum, multo fortius agunt utentes primo auctoritate divina, quoniam in ipſo Decalogo ſcriptum eſt, *Fal-* Exod. 20. 16
ſum teſtimonium ne dicas, quo genere complectitur omne mendacium... Sed ne quis contendat non omne mendacium falſum teſtimonium eſſe appellandum; quid dicturus eſt ad id quod ſcriptum eſt, *os quod mentitur* Sap. 1. 11.
occidit animam: quod ne quis arbitretur exceptis aliquibus mentientibus poſſe intelligi, alio loco legat, *perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Unde ore ſuo ipſe Dominus, *ſit*, inquit, *in ore veſtro, Eſt, eſt; Non,* Pſal. 5. 37.
non: quod autem amplius eſt, a malo eſt. Hinc & Apo- Mat. 5. 37.
ſtolus cum exuendum veterem hominem præciperet, quo nomine omnia peccata intelliguntur, conſequenter ait, in primis ponens, *quapropter deponentes men-* Ephеſ. 4. 25.
dacium, loquimini veritatem.

Cap. 6. n. 9. Quid ſi ad te homo confugiat, qui mendacio tuo poſſit a morte liberari... *os quod men-* Sap. 1. 11.
titur occidit animam. Quomodo ergo non perverſiſſimo dicitur, ut alter corporaliter vivat, debere alterum ſpiritaliter mori? Nam & ipſa dilectio proximi ea ſua cujusque terminum accepit. *Diliges*, inquit, *pro-* Mat. 19. 19.
ximum tuum tamquam teipſum. Quomodo ergo quisque diligit tamquam ſeipſum, cui ut præſtet vitam temporalem, ipſe amittit æternam? Quandoquidem ſi pro illius temporali vita ſuam ipſam temporalem perdat, non eſt jam diligere ſicut ſeipſum, ſed plus quam ſeipſum: quod ſanæ doctrinæ regulam excedit. Multo minus igitur æternam ſuam pro alterius temporali mentiendo amiſſurus eſt. Cum igitur mentiendo vita æterna amittatur, numquam pro cujusquam temporali vita mentiendum eſt... Quid ſi etiam furto noſtro, quid ſi adulterio liberari poſſit aliquis de morte, ideone furandum eſt, aut mœchandum?... Quod ſi abſurdum & nefarium eſt, cur animam ſuam quisque mendacio corrumpet, ut alter vivat in corpore?

Cap. 8. n. 11. Omnis doctrina veritatis aufertur, cedens licentioſiſſimæ falſitati, ſi mendacio vel officioſo alicunde penetrandi aperitur locus. Aut enim temporalia commoda, vel propria vel aliena, veritati præponit, quicumque mentitur; quo quid fieri poteſt perverſius? Aut cum veritati adipiſcendæ opitulante mendacio vult facere idoneum, intercludit aditum veritati... Reſtat ut numquam mentiantur boni.

Cap. 9. n. 16. Omnino numquam pro aliquo mentiendum eſt, eo mendacio quod alterum lædat: etſi levius læditur, quam ille niſi ita mentireris læderetur. Quia nec panis alienus invito, quamvis valentiori, auferendus eſt, ut alatur infirmior; nec innocens invitus virgis cædendus eſt, ne alius occidatur.

Cap. 10. n. 17. A doctrina religionis, atque ab eis omnino enuntiationibus quæ propter doctrinam religionis enuntiantur, cum illa docetur & diſcitur, omnia penitus mendacia removenda ſunt. Nec ulla omnino cauſſa inveniri poſſe credatur, cur in rebus talibus mentiendum ſit: quando nec ideo in ea doctrina mentiendum eſt, ut ad eam ipſam quisque facilius perducatur. Fracta enim vel leviter diminuta auctoritate veritatis, omnia dubia remanebunt; quæ niſi vera credantur, teneri certa non poſſunt. Licet igitur vel diſſertori, ac diſputatori, atque prædicatori rerum æternarum, vel narratori, vel pronuntiatori rerum temporalium ad ædificandam religionem atque pietatem pertinentium, occultare in tempore quidquid occultandum videtur: mentiri autem numquam licet, ergo nec occultare mentiendo.

Cap. 11. n. 18. Conſequenter etiam videndum eſt, removenda eſſe etiam omnia mendacia quæ aliquem lædunt injuſte: quia nulli eſt injuria vel levior inferenda, ut ab alio levior repellatur. Nec illa ſunt admittenda mendacia, quæ quamvis non obſint alteri, nulli tamen proſunt, & obſunt eis ipſis qui gratis mentiuntur.. Mentiens eſt qui mentitur invitus: mendax vero amat mentiri, atque habitat animo in delectatione mentiendi. Juxta ponendi ſunt & qui de mendacio volunt placere hominibus, non ut alicui faciant injuriam vel inferant contumeliam, jam enim ſupra hoc genus removimus; ſed ut ſuaves ſint in ſermonibus ſuis. Illi ab illo genere in quo mendaces poſuimus, hoc diffe-

Digitized by Google

differunt; quod illos mentiri delectat, gaudentes de ipſa fallacia; iſtis autem placere libet de ſuaviloquio, qui tamen veris mallent placere; ſed quando non facile inveniunt vera quæ grata ſint audientibus, mentiri eligunt potius, quam tacere. Difficile eſt tamen ut iſti totam narrationem falſem aliquando ſuſcipiant; ſed plerumque veris falſa contexunt, ubi ſuavitas eos deſerit. Hæc autem duo genera mendaciorum non obſunt credentibus, quia nihil de doctrina religionis veritatiſque falluntur, aut de ullo commodo vel utilitate ſua. Sufficit enim eis ut judicent fieri potuiſſe quod dicitur, & fidem habeant homini quem non debent temere exiſtimare mentientem. Quid enim obeſt, ſi credat patrem aut avum alicujus virum bonum fuiſſe, etiamſi non fuit; aut uſque ad Perſas militando perveniſſe, etiamſi a Roma numquam receſſit? Ipſis autem mentientibus valde obſunt: illis quidem, quia ſic deſerunt veritatem, ut fallacia lætentur, iſtis, quia ſe malunt placere, quam verum.

Cap. 13. *num.* 21. … Si enim mendacium quod adverſus vitam cujuſque temporalem dicitur, deteſtabile eſt, quanto magis quod adverſus vitam æternam? Sicuti eſt omne mendacium, ſi in doctrina Religionis fiat. Et ideo falſum teſtimonium vocat Apoſtolus, ſi quis de Chriſto, etiam quod ad laudem ejus videtur pertinere, mentiatur.

N. 22. Quid ergo, ſi ad chriſtianum homicida confugiat, aut videat quo confugit; & de hac re interrogetur ab eo, qui ad ſupplicium quærit hominem hominis interfectorem, mentiendum eſt?.. Quid ſi de juſto atque innocente ubi lateat ſciens a Judice interrogeris … quid facies, falſus teſtis, an proditor eris?… Nec prodam, nec mentiar.

N. 23. Sed ait quiſquam timidior, paratus eſſe poſſum ad quælibet ferenda tormenta, vel etiam mortem obeundam, ne peccem: cum autem peccatum non ſit, ita mentiri, ut neque cuiquam obſis, neque falſum teſtimonium dicas, & proſis alicui; ſtultum eſt & grave peccatum, voluntaria fruſtra ſuſtinere tormenta, & fortaſſis utilem ſalutem ac vitam incaſſum ſævientibus projicere. A quo quæro, cur timeat quod ſcriptum eſt, *falſum teſtimonium non dices*; & non timeat quod de Deo dictum eſt, *perdes omnes qui loquuntur mendacium*.

Exod. 20. 16.
Pſal. 5. 7.
Eccli. 7. 14.

Cap. 16. *num.* 34. *Nolli velle mentiri omne mendacium*. Itaque cum alius dixerit, ex iſto Scripturæ teſtimonio uſque adeo generaliter omne mendacium eſſe deteſtandum, ut etiam ſi quis mentiri velit, etiam ſi non mentiatur, jam voluntas ipſa damnanda ſit.

Ibid.

Cap. 17. Dicit alius … de ore cordis exterminandum atque alienandum eſſe mendacium … *aſſiduitas enim ejus non proficiet ad bonum*.

Cap. 21. *n.* 42. … Non eſt igitur mentiendum in doctrina pietatis: Magnum enim ſcelus eſt, & primum genus deteſtabilis mendacii. Non eſt mentiendum … quia nulli facienda eſt injuria. Non eſt mentiendum: quia nulli cum alterius injuria conſulendum eſt. Non eſt mentiendum … propter mendacii libidinem, quæ per ſe ipſam vitioſa eſt. Non eſt mentiendum; … quia nec ipſa veritas ſine placendi hominibus enuntianda eſt: quanto minus mendacium, quod per ſe ipſum, quia mendacium eſt, utique turpe eſt. Non eſt mentiendum; … neque enim recte etiam teſtimonii veritas pro cujuſquam temporali commodo ac ſalute corrumpitur. Ad ſempiternam vero ſalutem nullus ducendus eſt opitulante mendacio … Neque … mentiendum eſt, non enim cujuſquam commoditas, aut ſalus temporalis perficiendæ fidei præferenda eſt … Nec mentiendum eſt; quia & in bonis, caſtitas animi, pudicitia corporis major eſt … Quiſquis autem eſſe aliquod genus mendacii quod peccatum non ſit putaverit, decipiet ſeipſum turpiter, cum honeſtum ſe deceptorem arbitratur aliorum.

Contra Mendacium ad Conſentium, *c.* 3. *n.* 4. Mendaciorum genera multa ſunt, quæ quidem omnia univerſaliter odiſſe debemus. Nullum eſt enim mendacium, quod non ſit contrarium veritati. Nam ſicut lux & tenebræ, pietas, & impietas, juſtitia & iniquitas, peccatum & recte factum, ſanitas & imbecillitas, vita & mors; ita inter ſe ſunt veritas mendaciumque contraria. Unde quanto amamus iſtam, tanto illud odiſſe debemus.

Pſal. 14. 3.

Cap. 6. *num.* 14. *Qui loquitur veritatem in corde ſuo*: non ſic accipiendum eſt, quaſi retenta in corde veritate, loquendum ſit in ore mendacium. Sed ideo dictum eſt, quia fieri poteſt ut loquatur quiſque ore veritatem, quæ nihil ei proſit, ſi eam in corde non teneat, id eſt, ſi quod loquitur ipſe non credet.

Cap. 7. *num.* 17. Si aliter omnino non poſſet educi de cavernis ſuis hæretica impietas, niſi a tramite veritatis lingua catholica deviaret; tolerabilius illa occultaretur, quam iſta præcipitaretur; tolerabilius in ſuis foveis deliteſcerent vulpes, quam propter illas capiendas in blaſphemiæ foveam caderent venatores. … Nam ſi propterea juſta ſunt, non qualiacumque, ſed blaſphema mendacia, quia hoc animo fiunt ut occulti Hæretici denegentur; poterunt illo modo, ſi eodem animo fiant, caſta eſſe adulteria… Aut enim licebit utrumque pari ratione defendere, ut ideo hæc non eſſe dicantur injuſta, quia ea facta ſunt intentione que deprehenderentur injuſti: aut ſi ſana doctrina nec propter inveniendos Hæreticos vult nos cum feminis impudicis ſaltem corpore non mente miſceri; profecto nec propter inveniendos Hæreticos vult a nobis ſaltem voce non mente, aut immundam hæreſim prædicari, aut caſtam catholicam blaſphemari … Non itaque animus a facto excuſetur, quando dicitur aliquid non ex animo fieri, quod tamen non fieret, niſi animus faciendum eſſe decerneret.

N. 18. Intereſt quidem plurimum, qua cauſſa, quo fine, qua intentione quid fiat: ſed ea quæ conſtat eſſe peccata, nullo bono cauſſæ obtentu, nullo quaſi bono fine, nulla velut bona intentione facienda ſunt… Quis iſta dicat, niſi qui res humanas omneſque conatur mores legeſque ſubvertere? Quod enim ſceleratiſſimum facinus, quod turpiſſimum flagitium, quod impiiſſimum ſacrilegium non dicatur poſſe fieri recte atque juſte, nec impune tantum, verum etiam glorioſe, ut in eo perpetrando, non ſolum ſupplicia nulla timeantur, ſed ſperentur & præmia; ſi ſemel conceſſerimus in omnibus malis operibus hominum ideo non quid fiet, ſed quare fiat eſſe quærendum, ut quæcumque propter bonas cauſſas facta inveniuntur, nec ipſa mala eſſe judicentur?

Cap. 10. *n.* 23. Præcipue de mendaciis hoc in hominum opinione prævaluit, ut peccata non putentur illa mendacia, quin immo & recte facta eſſe credantur, quando quiſque pro ejus cui falli expedit utilitate mentitur, aut ne aliis noceat qui nociturus videtur, niſi mendaciis evitetur. Ad hæc mendaciorum genera defendenda, plurima de Scripturis ſanctis ſuffragari putantur exempla. Non autem hoc eſt occultare veritatem, quod eſt proferre mendacium. Quamvis enim omnis qui mentitur velit celare quod verum eſt, non tamen omnis qui vult quod verum eſt celare mentitur. Plerumque enim vera non mentiendo occulimus, ſed tacendo. Neque enim mentitus eſt Dominus, ubi ait, *multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis illa portare modo*. Vera tacuit, non falſa locutus eſt, quibus veris audiendis eos minus idoneos judicavit …. Non eſt ergo mendacium cum ſilendo abſconditur verum, ſed cum loquendo promitur falſum.

Joh. 16. 12.

Cap. 12. *n.* 25. Porro inter dogmata illorum quæ ſubvertenda ſunt, etiam hoc eſt utique quod dogmatizant, ad occultandam Religionem religioſos debere mentiri, in tantum ut non ſolum de aliis rebus ad doctrinam religionis non pertinentibus, ſed de ipſa quoque religione mentiendum ſit, ne pateſcat alienis; ut videlicet negandus ſit Chriſtus, quo poſſit inter inimicos ſuos latere Chriſtianus. Etiam hoc, obſecro te, dogma impium nefariumque ſubverte, propter quod adſtruendum argumentantes de Scripturis colligunt teſtimonia, quibus videantur non ſolum ignoſcenda vel toleranda, verum & honoranda mendacia. Ad te igitur pertinet, ſectam deteſtabilem cum refellis, ſic accipienda monſtrare iſta teſtimonia Scripturarum, vel ut doceas non eſſe quæ putantur eſſe mendacia, ſi eo modo intelligantur, quo intelligenda ſunt; vel imitanda non eſſe etiam quæ manifeſtum eſt eſſe mendacia; vel certe ad extremum de his ſaltem rebus quæ ad doctrinam religionis pertinent, nullo modo eſſe mentiendum.

Cap. 12. *n.* 26. Mendacium eſt falſa ſignificatio cum voluntate fallendi.

Pſal. 118. 142.

Cap. 15. *n.* 31. *Lex tua veritas*. Ac per hoc quod eſt contra veritatem, juſtum eſſe non poteſt. Quis autem dubitet contra veritatem eſſe mendacium omne? Nullum ergo juſtum eſſe poteſt mendacium … Clamat autem Johannes, *omne mendacium non eſt ex veritate*. Omne ergo mendacium non eſt juſtum. Quapropter quando nobis de Scripturis ſanctis mentiendi proponuntur exempla, aut mendacia non ſunt, ſed putantur, eſſe dum non intelliguntur; aut ſi mendacia ſunt, imitanda non ſunt, quia juſta eſſe non poſſunt.

1. *Joh.* 2. 21.

reſtrictionibus mente conceptis mendacium obtegere?

R. Æquivocatio eſt verbum ſignificationis ancipitis. Reſtrictio mentia eſt verbi alicujus ancipitis ſenſus mente retentus. Æquivocationibus vel reſtrictionibus mendacium obtegere, eſt uti ad fallendum proximum verbo ancipiti vel reſtrictione mentis: verbi gratia, Poſtulas a me numquid novi efferatur: Audivi, inquio, Magdalenam rem habuiſſe cum Philippo. Ita ne vero, inquis? Res, pergo, in ore eſt omnium. Sic ut ſententiam meam interpretaris, ut ſenſus ſit apud te Magdalenam peccaſſe cum Philippo; id probe intelligo; meus vero ſenſus eſt inter Magdalenam & Philippum interceſſiſſe negotium aliquod; idque in ore omnium verſari. Ludo in ambiguo ſenſu verbi *rem habere*: atque ita & Mendacium & gravem contra proximum calumniam obtego. Rurſus petis a me hodie quæ dies eſt Dominica, num Sacro interfuerim: Me vero interfuiſſe reſpondeo. Id ſciſcitaris tu, nimirum num hodie interfuerim: rem probe intelligo. Ego vero interfui heri, non hodie. Fallendi tui cauſa me interfuiſſe reſpondeo abſolute, retento in mente ſenſu de heſterna die, non de hodierna: atque ita mentis ut vocant reſtrictione mendacium obtego. Æquivocationes autem & reſtrictiones mentis mendaciorum genera ſunt; quia mendacium eſt quidquid ad fallendum proximum effertur verbis ſignificantibus aliud quam quod mente concipimus. (C) C

I. Quid hoc rei eſt proximum verbis fallere?

R. Id eſt aliud verbis ſignificare quam habeas in mente.

I. Ergo numquam licet contra propriam mentem loqui?

R. Num-

Exod. 1. 19. *Joſue* 6. 25. *N.* 32. Sed quod ſcriptum eſt bene Deum feciſſe cum Hebræis obſtetricibus, & cum Raab Jerichuntina meretrice, non ideo factum eſt quia mentitæ ſunt, ſed quia in homines Dei miſericordes fuerunt. Non eſt itaque in eis remunerata fallacia, ſed benevolentia; benignitas mentis, non iniquitas mentientis.

Cap. 17. *n.* 34.. Faciat ergo homo etiam pro temporali hominum ſalute quod poteſt: cum autem ad hunc articulum ventum fuerit, ut tali ſaluti conſulere niſi peccando non poſſit, jam ſe exiſtimet non habere quid faciat, quando id reliquum eſſe perſpexerit quod non recte faciat. Proinde Raab in Jericho, quia peregrinos homines Dei ſuſcepit hoſpitio, quia in eorum ſuſceptione periclitata eſt, quia in eorum Deum credidit, quia diligenter eos ubi potuit occultavit, quia per aliam viam remeandi conſilium fideliſſimum dedit, etiam ſupernæ Jeruſalem civibus imitanda laudetur. Quod autem mentita eſt... non imitandum ſapienter proponitur.

1. *Joh.* 2. 21. *Cap.* 18. *n.* 37. *Omne mendacium non eſt ex veritate.* Non eſt ergo verum, aliquando eſſe mentiendum: & quod non eſt verum, nemini eſt omnino ſuadendum. *Cetera vide ſupra c.* 3. *hujuſce Sect.* §. 3. *litt.* (F)

Cap. 20. *n.* 40. Sed aliquando nobis ipſius quoque ſalutis æternæ periculum opponitur, quod noſtro mendacio, ſi aliter non poteſt, depellendum eſſe clamatur: velut quiſquam baptizandus in poteſtate ſit impiorum atque infidelium conſtitutus, ad quem perveniri non poſſit ut lavacro regenerationis abluatur, niſi deceptis mentiendo cuſtodibus... ut perveniatur ad hominem baptizandum, fallantur mentiendo cuſtodes, ſi hoc jubet veritas. Si ergo, niſi quod veritas docet facere non debemus; cum veritas doceat nec propter hominem baptizandum facere quod contrarium eſt caſtitati, quomodo nos docebit facere propter baptizandum hominem quod ipſi eſt contrarium veritati?

S. GREG. MAGN. Papa *Lib.* 18. *Moral. in Job*, *cap.* 4.

Job. 27. 4. *Non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.* Quod prius iniquitatem, hoc poſtmodum repetens, mendacium dicit. Nam & omne mendacium iniquitas eſt, & omnis iniquitas mendacium: quia profecto ab æquitate diſcrepat, quidquid a veritate diſcordat. Sed inter hoc quod ait, *loqui*, & poſtmodum ſubdit *meditari*, magna diſtantia eſt. Nonnumquam enim pejus eſt mendacium meditari, quam loqui. Nam loqui plerumque præcipitationis eſt, meditari vero ſtudioſæ pravitatis. Et quis ignoret in quanta diſtantia culpa diſtinguitur, utrum præcipitatione aliquis, an ſtudio mentiatur. Sed vir ſanctus, ut perfecte adhæreat veritati, nec ſtudio ſe perhibet, nec præcipitatione mentiri. Summopere enim cavendum eſt omne mendacium, quamvis nonnumquam ſit aliquid mendacii genus culpæ levioris, ſi quiſquam, (*forte* cuiquam quis) vitam præſtando mentitur. Sed

Sap. 1. 11. quia ſcriptum eſt: *Os quod mentitur occidit animam*: &

Pſal. 5. 7. *perdes omnes qui loquuntur mendacium*: hoc quoque mendacii genus perfecti viri ſummopere fugiunt, ut nec vita cujuslibet per eorum fallaciam defendatur: ne ſuæ animæ noceant, dum præſtare vitam carni nituntur alienæ, quamquam hoc ipſum peccati genus facillime credimus relaxari. Nam ſi quælibet culpa, ſequenti ſolet pia operatione purgari; quanto magis hæc facile abſtergitur, quam mater boni operis pietas ipſa comitatur? Nonnulli vero ex obſtetricum fallacia conantur aſſerere, hoc mendacii genus non eſſe peccatum: maxime quod illis mentientibus ſcriptum eſt, quia *ædificavit illis Dominus domos*. In qua magis re- *Exod.* 1. 21. compenſatione cognoſcitur, quid mendacii culpa mereatur. Nam benignitatis earum merces, quæ eis in æterna potuit vita retribui, pro admiſſa culpa mendacii in terrenam eſt recompenſationem declinata: ut in vita ſua quam mentiendo tueri voluerunt, ea quæ fecerunt, bona reciperent: & ulterius quod expectarent mercedis ſuæ præmium non haberent. Nam ſi ſubtiliter perpendatur, amore vitæ præſentis mentitæ ſunt, non intentione mercedis. Parcendo quippe conatæ ſunt infantium vitam tegere mentiendo ſuam, & licet in Teſtamento veteri nonnulla poſſint talia reperiri, pene numquam tamen hoc vel tale genus mendacii a perfectis admiſſum, ſtudioſus ibi lector inveniet.

(C) PSAL. XXXIII. 14. Probibe linguam tuam a malo: & labia tua ne loquantur dolum.

LI. 6. Dilexiſti omnia verba præcipitationis, lingua doloſa. 7. Propterea Deus deſtruet te in finem, evellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viventium.

S. AUG. *De mendacio*, *c.* 3. *n.* 3. Non omnis qui falſum dicit mentitur, ſi credit aut opinatur verum eſſe quod dicit.. Quiſquis autem hoc enuntiat quod vel creditum animo, vel opinatum tenet, etiamſi falſum ſit, non mentitur. Quapropter ille mentitur, qui aliud habet in animo, & aliud verbis, vel quibuslibet ſignificationibus enuntiat. Unde etiam duplex cor dicitur eſſe mentientis, ideſt, duplex cogitatio: una rei ejus quam veram eſſe vel ſcit, vel putat, & non profert; altera ejus rei quam pro iſta profert, ſciens falſam eſſe vel putans. Ex quo fit ut poſſit falſum dicere non mentiens, ſi putat ita eſſe ut dicit, quamvis non ita ſit; & ut poſſit verum dicere mentiens, ſi putat falſum eſſe, & pro vero enuntiat, quamvis revera ita ſit ut enuntiat. Ex animi enim ſui ſententia, non ex rerum ipſarum veritate, vel falſitate mentiens, aut non mentiens judicandus eſt. Poteſt itaque ille qui falſum pro vero enuntiat, quod tamen verum eſſe opinatur, errans dici & temerarius: mentiens autem non recte dicitur; quia cor duplex cum enuntiat non habet, nec fallere cupit, ſed fallitur. Culpa autem mentientis eſt, in enuntiando animo ſuo fallendi cupiditas; ſive fallat cum ei creditur falſum enuntianti; ſive non fallat, vel cum ei non creditur, vel cum verum enuntiat voluntate fallendi, quod non putat verum...

In Pſal. LI. *n.* 10.. Ante te æquitas, ante te eſt iniquitas: unam linguam habes, quo vis eam vertis. Quare ergo potius ad iniquitatem, & non ad æquitatem? .. Cibos amaritudinis non das ventri tuo, & cibos iniquitatis das linguæ tuæ malignæ. Sicut eligis quod veſcaris, ſic elige quod loquaris.

Serm. 16. *alias* 1. *ex homiliis* 50. *c.* 1. *n.* 1... Cohibeamus linguam noſtram a malo, labia noſtra non loquantur dolum, declinemus a malo, & faciamus bonum.

Cap. 3. *n.* 4. *Vide ſupra hocce* §. *litt.* (A)

Tract. 7. *in Johan.* n. 18. . . . Dolus eſt, cum aliud agitur & aliud fingitur... Dolus fraus eſt, ſimulatio eſt. Quando aliquis aliquid in corde tegit, & aliud loquitur, dolus eſt, & tamquam duo corda habet: unum quaſi ſinum cordis habet, ubi videt veritatem, & alterum ſinum, ubi concipit mendacium ... Quid

eſt,

Digitized by Google

R. Nunquam licet. In eo enim poſita eſt ipſa mendacii ratio. Eſt autem prohibitum omne mendacii genus.

I. Omne mendacii genus inquis: Quid ſi mendacium proximo non noceat?

R. Nullum mendacium proximo non nocet? Noxium enim eſt proximo omne fallaciæ genus. Noxium eſt quidquid injurium eſt proximo: at proximum verbis fallere, ut fit in omni mendacio, eſt genus injuriæ. Jus enim habet unusquiſque, ex receptis apud omnes homines legibus, ut ſibi interroganti non niſi vera reſpondeantur: & meatito queri poteſt quoties verbis fallitur. Itaque præceptum hoc omne mendacii genus vel ea hoc ipſo capite prohibet. Sed etiamſi eſſent mendacia quædam quæ vergerent non in offenſionem, ſed in utilitatem proximi, nihilominus illa prohiberentur. Repugnat enim omne mendacium veritati, atque adeo ipſi Deo. Deus enim veritas eſt, & qui manet in veritate in Deo manet, & Deus in eo. Et maledictus qui facit omne mendacium. (D) D

I. Si proximum non ob aliud verbis fallo, quam ut ipſi proſim; eſtne vetitum id mendacii genus? PARS II. SECT. III.

R. Non ſunt facienda mala ut eveniant bona, inquit, Apoſtolus. At mendacium per ſe malum eſt, quia pugnat cum veritate. (E) CAP. IX. §. 1. *Rom.* 3. 18. E

§. 2. *De Obtrectatione.*

I. Quid eſt Obtrectatio?

R. Obtrectationis nomine intelligitur quidquid dicitur contra famam proaimi: ſeu verbum quo fama proximi læditur. (A) A

Sunt & alia huic vitio nomina.

Si falſum eſt quod contra proximum dicitur, calumnia eſt: ſi verum, maledicentia. Sed ſæpe maledicentiæ nomine omne genus obtrectationis intelligitur. (B) B

I. Quot modis peccatur per obtrectationem?

R. Quinque modis. 1. Cum proaimo falſum crimen imponitur. 2. Cum verum crimen verbis augetur. 3. Cum occultum evulgatur. 4. Cum aliena vel facta vel dicta malam in partem teme-

---

Pſal. 11. 3. aſt, *labia doloſa?* Sequitur, *in corde, & corde locuti ſunt mala.* Quid aſt, *in corde & corde*; niſi duplici corde?

S. THOM. *Quæſt. 109. ſecund. ſecund. artic. 3. in corp.* Virtus autem veritatis convenit quidem cum juſtitia, in duobus: uno quidem modo, in hoc quod eſt ad alterum. Manifeſtatio enim, quam diximus eſſe actum veritatis, eſt ad alterum: in quantum ſcilicet ea quæ circa ipſum ſunt, unus homo alteri manifeſtat. Alio modo, in quantum juſtitia æqualitatem quamdam in rebus conſtituit: & hoc etiam facit virtus veritatis. Adæquat enim ſigna rebus exiſtentibus circa ipſum.

Ad primum... Quia homo eſt animal ſociale, naturaliter unus homo alteri debet id ſine quo ſocietas humana ſervari non poſſet. Non autem poſſent homines ad invicem convivere, niſi ſibi invicem crederent, tanquam ſibi invicem veritatem manifeſtantibus: & ideo virtus veritatis aliquo attendit rationem debiti.

Ad tertium... Poteſt intelligi veritas juſtitiæ ſecundum quod aliquis ea juſtitia veriatem manifeſtat; puta cum aliquis in judicio veritatem confitetur, aut verum teſtimonium dicit: & hæc veritas eſt quidam particularis actus juſtitiæ. Pertinet ad hanc virtutem ... veritas qua aliquis in vita & ſermone talem ſe demonſtrat qualis eſt; & non alia quam circa ipſum ſint; nec majora nec minora.

Quodlibeto 8. *quæſt.* 6. *artic.* 14. *in c.* Quando aliquis voce anuntiar quod non habet in mente, quod importatur in nomine mendacii, eſt ibi inordinatio per abuſum vocis: & ideo concedimus, quod mendacium ſemper eſt peccatum.

Ad 2. Obſtetrices non commendantur, quia mentitæ ſunt, ſed propter miſericordiam, ea qua in mendacium inciderunt, & ſic apparet in eis quædam indoles, id eſt profectus virtutis, non autem perfectio.

(D) S. AUGUST. *Libro de mendacio, & contra mendacium, & locis ſuperius allatis hocce* §.

(E) ROM. III. 8. Et non ſicut blaſphemiam, & ſicut aiunt quidam nos dicere, faciamus mala, ut veniant bona; quorum damnatio juſta eſt.

JOSUE IX. 22. Vocavit Gabaonitas Joſue, & dixit eis: Cur nos decipere fraude voluiſtis, ut diceretis: Procul valde habitamus a vobis, cum in medio noſtri ſitis? 23. Itaque ſub maledictione eritis.

S. AUG. *Locis ſuperius allatis fuſe id probat.*

(A) PSAL. LVI. 6... Filii hominum dentes eorum arma & ſagittæ: & lingua eorum gladius acutus.

PROV. XXVI. 9. Abominatio hominum detractor... 21. Time Dominum fili mi, & Regem; & cum detractoribus non commiſcearis: 22. Quoniam repente conſurget perditio eorum: & ruinam utriusque quis novit?

ECCLES. X. 11. Si mordeat ſerpens in ſilentio nihil eo minus habet qui occulte detrahit.

ROM. I. 30. Suſurrones, detractores, Deo odibiles... 32. Qui talia agunt digni ſunt morte, & non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.

1. COR. VI. 10... Neque Maledici regnum Dei poſſidebunt.

2. COR. XII. 20... Timeo.. ne forte... DETRACTIONES, ſuſurrationes... ſint inter vos: 21. Ne iterum cum venero humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex iis, qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam.

JACOB. III. 2. In multis offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Poteſt etiam fræno circumducere totum corpus... 5. Lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Ecce quantus ignis, quam magnam ſylvam incendit! 6. Et lingua ignis eſt, univerſitas iniquitatis. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis noſtræ inflammata a gehenna ... 8. Lingoam ... nullus hominum domare poteſt: inquietum malum, plena veneno mortifero. 9. In ipſa benedicimus Deum & Patrem: & in ipſa maledicimus homines, qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt. 10. Ex ipſo ore procedit benedictio, & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri... 15. Non eſt ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica ... 17. Quæ ... deſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica,.. non judicans.

IV. 11. Nolite detrahere alterutrum, fratres. Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem ſuum, detrahit legi, & judicat legem. Si autem judicas legem, non es factor legis, ſed judex.

S. AUG. *De mendacio cap. 16. n. 33. Abſtinete ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodeſt, & a detractione linguæ parcite.* Fit autem iſta detractio per malevolentiam, cum quiſquam non ſolum ore ac voce corporis profert quod contingit in aliquem, ſed etiam tacitus talem vult credi; quod eſt utique ore cordis detrahere. *Sap.* 1. 11.

(B) S. CHRYSOST. *Hom. 3. ad popul. Antioch. pag.* 52. *edit. in fol. Pariſ.* 1609... Jejunet quoque os a verbis turpibus & convitio. Quæ enim utilitas, cum avibus quidem & piſcibus abſtineamus, fratres vero mordeamus, & comedamus? Detrahens fraternas carnes comedit, proaimi carnem momordit: Propterea & Paulus terruit dicens: *Si autem vos invicem mordetis & comeditis, videte ne ad invicem conſumamini.* Non infixiſti dentes carni, ſed animæ maledictum, improbam ſuſpicionem infixiſti, vulneraſti, innumeris affeciſti malis, & teipſum & illum, & alios plures: etenim audientem pejorem feciſti proaimum calumnians. Inſuper communem Eccleſiæ ſtatum læſiſti; non enim omnes audientes peccatorem ſolum accuſant, ſed opprobria Chriſtianorum generi inſligunt: infideles... pro eo qui peccavit. Chriſtianos omnes calumniis inſectantur. Ad hæc Dei gloriam blaſphemari feciſti: ſicut enim nobis laudabiliter viventibus Dei nomen glorificatur, ſic peccantibus blaſphematur, & contumelia afficitur. Quartum malum audientem confudiſti, & ſic impudentiorem reddidiſti, inimicum & hoſtem reddens. Quintum teipſum pœnæ & caſtigationis reum feciſti, negotia ad te nihil attinentia tractans. Ne quis enim hoc mihi dicat, Tunc detraho, quando falſa dico. Nam ſi vera loquens maledixeris, & hoc eſt crimen: etenim Phariſæus ille Publi- *Galat.* 5. 15.

cano

Pars II. Sect. III. Cap. IX. §. 2.

temere accipiuntur, ſi id verbis fiat. 5. Cum egregie facta verbis minuuntur, vel frigide laudantur ubi ſe ſe offert laudis occaſio. 6. Quin & ſilentium quandoque obtrectationis locum tenet. Si quis, verbi gratia, egregie factum alterius cum omnino laudare debeat, ſilet prorſus, videatque ſilentium hoc accipiendum eſſe a circumſtantibus in proximi offenſionem. (C)

C

I. Eſtne grave peccatum maledicentia vel calumnia?

R. Grave omnino: his enim proximi fama læditur; adeoque fit gravis injuria proximo. *Maledici regnum Dei non poſſidebunt*, inquit Apoſtolus. (D)

D

I. Peccantne qui maledicos audiunt?

R. Peccant ſi libenter & maligne & cum voluptate audiant. Sic enim ipſi ſtimulos adduot ad

cum veridicus maledixit, ſed tamen hoc ipſi nihil profuit... Vis fratrem corrigere, lachryma, ora Deum, ſeorſum apprehenſum admone, conſule, exhortare.... Declara caritatem erga peccatorem: perſuade ipſi quod conſulens & curans, non traducere volens, peccati ipſum commonefacis; comprehende pedes, oſculare, ne erubeſcas, ſi modo vere mederi vis..., Sacerdoti nulnus manifeſta: hoc eſt curantis, hoc providentis, hoc conſulentis. Non ſolos autem maledicentes, ſed & aliis detrahi audientes admoneo aures obſtruere, & prophetam

Pſal. 100.5. imitari dicentem: *Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar*. Dic proximo: Habes aliquem quem laudes & commendes? aures aperio, ut unguenta ſuſcipiam: ſi vero male velis dicere, verbis ingreſſum obturo: non enim ſtercus & cænum accipere ſuſtineo. Quod mihi lucrum, ſi didicero quod ille improbus? immo maximum nocumentum ex hoc & extrema jactura. Loquere ad ipſum, Curemus noſtra, quomodo peccatorum rationem reddamus, & curioſitatem hanc & operoſam indagationem circa vitam noſtram exhibeamus. Quam enim habebimus excuſationem, quam veniam, cum noſtra ne in mentem quidem veniant, aliena vero curioſe ſcrutemur? Sicut in domum declinare & interiora conſiderare, prætereunti turpe eſt, & multa ignominia plenum: ſic & circa alienam vitam ſatagere, illiberalitatis extremæ eſt. Hoc vero ridiculum magis eſt, quod talem habentes vitam, & res ſuas negligentes cum aliquid arcanum dixerint, rogant audientem & adjurent, ne cuiquam amplius alteri dicat: hinc declarantes, quod rem reprehenſione dignam commiſerunt. Si enim illum, ut nemini dicat rogas, multo magis te priorem huic dicere non oportebat... Sed jucundum detrahere. Immo jocundum non detrahere. Detrahens enim continenter anxius eſt; ſuſpicatur & timet, pœnitentiam agit, & linguam ſuam mandit, timens & tremiſcens, ne forte aliis enuntiatum verbum magnum ſibi periculum afferat, & ſuperfluam & inutilem inimicitiam his qui dixere operetur. Apud ſeipſum vero continens, in ſecuritate plurima

Eccl. 19.10. cum multa vivet voluptate. *Audiſti ſermonem*, inquit, *moriatur in te: confide, non te diſrumpet*. Quid eſt, *moriatur in te?* Extingue illum, defodito, nec exire, neque penitus moveri permittas: ſed maxime ſtude, nec alios quidem dicentes male tolerare. Quod ſi quando & ſuſceperis, infodito, interime dictum, oblivioni trade, ut his qui non audierint ſimilis fias, & cum multa pace & ſecuritate præſentem tranſigas vitam. Si delatores didicerint quod ipſos magis quam accuſatos averſemus, & ipſi tandem ab hac mala conſuetudine deſiſtent, & peccatum corrigent, & laudabunt poſt hæc, & nos ipſos ſuos ſalvatores factos & benefactores prædicabunt... Maledicere & calumniari, inimicitiæ & odii & injuriarum principium eſt. Fugiamus igitur, dilecti, fugiamus detractiones, docti quod eſt totum ſatanicum barathrum inſidiarum ejus hæc infeſſio. Ut enim noſtra negligamus, & graviores nobis reatus conſtituamus, in hanc nos conſuetudinem diabolus duxit... Peccata noſtra ſic graviora faciemus omni nos excuſatione privantes: acerbe enim aliena exquirens in ſuis exceſſibus nullam unquam veniam nanciſcetur. Non enim tantum a peccatorum noſtrorum natura, ſed & ex judicio de aliis noſtro ſenten-

Matt. 7. 1. tiam Deus proferet, idcirco admonuit dicens: *Nolite judicare, ut non judicemini*... Eliminemus igitur omnem ex ore noſtro detractionem, ſcientes quod & ſi carnem comedamus, nulla nobis aſperæ vitæ hujus

Id. 15. 11. utilitas proderit, niſi detractione abſtineamus: *non enim quæ intrant coinquinant hominem, ſed quæ exeunt ex ore*. Si quis te prætereunte ſtercus commoveat, hoc facientem non convitio & contumelia afficias? Hoc fac & ergo detractores. Non enim ſic commotum ſtercus illum fœtorem ſuſcipientem cerebri membranam percellit, ſicut aliena peccata excuſſa & vita impura audientium animos prodita contriſtare & perturbare ſolent. Abſtineamus igitur detractione, turpiloquio, blaſphemia, & neque proximo, neque Deo maledicamus.

(C) S. Gregor. Magn. Papa *Lib.* 2. *moral. in Job.* c. 5. Antiquus adverſarius cum quæ accuſet mala, non invenit, ipſa ad malum inflectere bona quærit. Cumque de operibus vincitur, ad accuſandum verba noſtra perſcrutatur. Cum nec in verbis accuſationem reperit, intentionem cordis fuſcare contendit, tanquam bona facta bono animo non fiant, & idcirco perpendi a judice bona non debeant.

S. Thom. 2. 2. *q.* 73. *a.* 1. *in c.* Verbo aliquis dupliciter aliquem lædit. Uno modo in manifeſto: & hoc fit per contumeliam... Alio modo occulte: & hoc fit per detractionem. Ex hoc autem quod aliquis manifeſte contra aliquem profert, videtur eum parvipendere; unde ex hoc ipſo dehonoratur. Et ideo contumelia detrimentum affert honori ejus, in quem profertur. Sed qui verba contra aliquem profert in occulto, videtur eum vereri magis quam parvipendere. Unde non directe infert detrimentum honori ſed famæ.

Ad tertium... Aliquis dicitur detrahere, non quia diminuat de veritate, ſed quia diminuit famam ejus: quod quidem fit quandoque directe, quandoque indirecte. Directe quidem quadrupliciter. Uno modo, quando falſum imponit alteri: ſecundo, quando peccatum adauget ſuis verbis: tertio quando occultum revelat: quarto, quando id quod eſt bonum dicit mala intentione factum. Indirecte autem, vel negando bonum alterius, vel malitioſe reticendo, vel minuendo.

(D) *Vide autoritates Scripturæ laudatas ſupra hocce §. lit.* (A)

Eccli. xxviii. 21. Flagelli plaga livorem facit: plaga autem linguæ comminuet oſſa. 22. Multi ceciderunt in ore gladii, ſed non ſic quaſi qui interierunt per linguam ſuam. 23. Beatus, qui tectus eſt a lingua nequam, qui in iracundiam illius non tranſivit, & qui non attraxit jugum illius, & in vinculis ejus non eſt ligatus: 24. Jugum enim illius, jugum ferreum eſt: & vinculum illius vinculum æreum eſt. 25. Mors illius mors nequiſſima: & utilis potius infernus quam illa. 26. Perſeverantia illius non permanebit, ſed obtinebit vias injuſtorum, & in flamma ſua non comburet juſtos. 27. Qui relinquunt Deum, incident in illam, & exardebit in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quaſi leo, & quaſi pardus lædet illos. 28. Sepi aures tuas ſpinis, linguam nequam noli audire, & ori tuo facito oſtia, & ſeras. 29. Aurum tuum, & argentum tuum conſla, & verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos. 30. Et attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem.

S. Chrysost. *Hom.* 3. *ad pop. Antioch. vide ſupra hocce §. lit.* (B)

Homil. 43. *in Matth. pag.* 395. *Dico autem vobis, omne verbum otioſum quodcumque loquuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii*. Otioſum eſt verbum, quod rei propoſitæ non convenit, nihilque confert utilitatis, quod mendacium inquinat, quod ad calumniam dicitur. Quidam autem otioſa etiam aſſerunt verba, quæ vana ſunt: ut quæ profuſum movent riſum, aut turpia, impudica, illiberalia. *Ex verbis enim tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis*. Perpendis non eſſe moleſtum, aut crudele hoc judicium. Vides quomodo hæ exactiones rationum tranquillæ ſunt. Non enim ex aliorum verbis, quæ adverſum te dixerint, ſed ea hit quæ tu ipſe protuleris, judex ſententiam feret: quod omnium certe juſtiſſimum eſt. Tu enim qui judicaris, dicendi male, & non dicendi quoque poteſtatem habes: quare non hi quorum aures injuriis percuſſæ ſunt, ſed hi qui conviciantur, perhorreſcere debent. Non enim qui mala audierunt, ſed qui male dixerunt, judicio ſubjecti ſunt: his pericula imminent, hos cruciatus expectant. Quare qui male audierunt, cum nullam ejus rei reddituri ſunt rationem, tranquillo animo eſſe oportet. Non enim de his quæ alii male dixerint, rationem ſunt reddituri: qui vero de aliis male fuerint locuti, illos tremere ac trepidare

Mat. 12.36.

Ibid. 37.

Digitized by Google

ad maledicendum, & obtrectationis participes fiunt.
E (E)

I. Quid ergo facto opus eſt, cum auditur obtrectatio?

R. Im-

pare oportet, tamquam qui ſuper his ad judicium ſint trahendi; diabolicus certe hic maledicendi laqueus eſt; & peccatum nullam voluptatem, ſed damnum tantum afferens, & magnum delictorum acervum efficiens. Quod ſi quis pernicioſis humoribus plenus, ægrotationis laborem non effugiet: multo magis qui hanc omni cholera amariorem malignitatem in ſeipſo recondit atque conſervat, ultimi atque perpetui doloribus morbi laborabit. Quod planum a verbis ſuis eſt, quæ cum aliis dolorem inferunt, quanto magis animam prorumpentis interiment? Nam inſidiator & calumniator ſe ipſum prius interficit.

Pag. 397. Fugiamus hujuſmodi delicta, ſtudeamuſque
Mat. 15. 4. ut nec verbo nec re injuriam inferamus. Non enim dixit: Si accuſabis publice, ſi ad judicem deferas; ſed ſimpliciter, Si maledixeris, etiam ſi tecum id feceris, etiam ſi vere, non falſo dixeris, non effugies tamen extremas pœnas, nec ſi perſuaſus quidem dixeris: non enim a factis illius, ſed a verbis tuis adverſus te divinitus ſenten-
Id. 12. 37. tia feretur. *Ex verbis enim tuis condemnaberis*, ait. Non animadvertis quia & Phariſæus, quamquam & vera & manifeſta dixerit, nec tectum aliquid retexerit, condemnatus tamen eſt? Quod ſi & aperta in dedecus aliorum dicenda non ſunt, quando magis ſilentio tradenda quæ ambigua ſunt?... Quid enim ad te ſi hic vel ille male vivat... Accuſa tua vitia, non aliena.

S. BERNARD. *Serm. 24. in Cant. n. 3.* Vides ambulare ſeorſum, convenire ſibi & ſedere pariter, mutuaque laxare procaces linguas in deteſtandum ſuſurrium. Unus uni conjungitur, nec ſpiraculum incedit in eis; tanta eſt libido detrahendi audiendive detrahentem, ineunt familiaritatem ad maledicendum, concordes ad diſcordiam. Conciliant inter ſe inimiciſſimas amicitias, & pari conſentaneæ malignitatis affectu celebratur odioſa colla-
Jerem. 9. 21. tio... *Intrat mors per feneſtras noſtras*, cum prurientes auribus, & oribus letale poculum detractionis invicem nobis miniſtrare contendimus. Non veniat anima mea in concilio detrahentium, quoniam Deus odit eos, di-
Rom. 1. 30. cente Apoſtolo: *Detractores Deo odibiles*. Quam ſententiam Deus ipſe loquens in Pſalmo, audi quomodo con-
Pſal. 100. 5. firmat: *Detrahentem proximo ſuo, hunc perſequebar*.

N. 4. Nec mirum, cum id præcipue vitium caritatem quæ Deus eſt, & quidem ceteris acrius impugnare & perſequi cognoſcatur... Omnis qui detrahit, primum quidem ſeipſum prodit vacuum caritate. Deinde quid aliud detrahendo intendit, niſi ut is, cui detrahit, veniat in odium, vel contemptum ipſis, apud quos detrahit? Ferit ergo caritatem in omnibus qui ſe audiunt lingua maledica, & quantum in ſe eſt, necat funditus & extinguit: non ſolum autem, ſed in abſentibus univerſis, ad quos volans verbum forte per eos, qui præſentes ſunt,
Pſal. 13. 3. perveniri contigerit... *Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem*. Utique tam veloces, quam velociter currit ſermo. Unus eſt qui loquitur, & unum tantum verbum profert: & tamen illud unum verbum, uno in momento, multitudinis audientium dum aures inficit, animas interficit. Cor ſiquidem felle livoris amarum per linguæ inſtrumentum ſpargere niſi amara non poteſt, dicente
Luc. 6. 45. Domino: *Ex abundantia cordis os loquitur*. Et ſunt ſpecies peſtis hujus, dum alii quidem nude atque irreverenter, uti in buccam venerit, virus evomant detractionis: alii autem quodam ſimulatæ verecundiæ fuco conceptam malitiam, quam retinere non poſſunt, adumbrare conentur. Videas alta præmitti ſuſpiria, ſicque quadam cum gravitate & tarditate, vultu mœſto, demiſſis ſuperciliis, & voce plangenti egredi maledictionem, & quidem tanto perſuaſibiliorem, quanto creditur ab his qui audiunt, corde invito, & magis condolentis affectu, quam malitioſe proferri. Doleo, inquit, vehementer, pro eo quod diligo eum ſatis, & numquam potui de hac re corrigere eum. Et alius: Mihi quidem, ait, bene compertum fuerat de illo iſtud; ſed per me numquam innotuiſſet: at quoniam per alium patefacta eſt res, veritatem negare non poſſum: dolens dico, revera ita eſt. Et addit: Grande damnum: nam alias quidem in pluribus valet; ceterum in hac parte (ut verum fateamur) excuſari minime poteſt.

Serm. 17. de diverſis, de triplici cuſtodia manus, linguæ & cordis, n. 2. Labiis ſane mundandis... ſtudium &... ſol-
Pſal. cxl. 5. licitudo debetur. Quod ſi dixeris, Rarus eſt qui *Sermones ſuos in judicio diſponere* videatur: vel ex hoc diſces, quam ſit rara perfectio... Quis ſane numeret, quantas modicum linguæ membrum contrahat ſordes; quam multiplex in labiis incircumciſis immunditia coaguletur; quanta ſit pernicies oris incircumſpecti? Eſt enim lingua diſſoluta in ſermonibus otioſis; eſt lingua impudica, eſt & magniloqua... Eſt etiam lingua doloſa, & item lingua maledica: quarum altera in falſiloquam & adulatoriam ſubdividitur: altera vero nunc in facie contumelias irrogat, nunc detrahit in occulto. Quod ſi *de omni* vel *otioſo ver-* *Mat. 12. 36.*
bo, quodcunque locuti fuerint homines, Deo ſunt reddituri rationem in die judicii: quanto diſtrictius de verbo mendaci, mordaci & injurioſo, de elato, vel laſcivo, de adulatorio, aut detracturio judicabuntur?

N. 3. Quam vera ſententia, fratres, *In multiloquio non* *Prov. 10. 19*
effugiet peccatum. Ut enim præteream cetera, ſi propterea otioſum eſt verbum, quod nullam rationabilem cauſam habeam: quam rationem de eo reddere poterimus, quod eſt præter rationem? Nemo veſtrum, fratres, parvi æſtimet tempus quod in verbis conſumitur otioſis. Siquidem *tempus acceptabile eſt & dies ſa-* *2. Cor. 6. 2.*
lutis. Volat verbum irrevocabile, volat tempus irremeabile, nec advertit inſipiens quid amittat.

N. 4. Utinam tamen vel ſolum tempus vitæ amitteretur in verbis: ſed multi in his etiam vitam amittere comprobantur: nec modo ipſi amittere, ſed adimere quoque, & fratribus ſuis. An non amit-
tunt vitam *detractores, Deo odibiles*, odibiles vitæ?... *Rom. 1. 30.*
An non & ipſe moritur, qui venenum bibit, quod ei maleſuada detracturis lingua propinat?... Auditurus eſt forſitan ipſe quoque cui detrahitur... Itaque ſcandalizabitur audiens & tabeſcet... Numquid non vipera eſt lingua iſta? ferociſſima plane: nimirum quæ tam lethaliter tres inficiat flatu uno. Numquid non lancea eſt iſta lingua? Profecto & acutiſſima, quæ tres penetrat ictu
uno. *Lingua eorum gladius acutus*. Gladius equidem an- *Pſal. 56. 5.*
ceps, immo triceps eſt lingua detracturis.

N. 5. Levis quidem res ſermo, quia leviter volat, ſed graviter vulnerat. Leviter tranſit, ſed graviter urit: leviter penetrat animum, ſed non leviter exit: profertur leviter, ſed non leviter revocatur: facile volat, atque ideo facile violat caritatem... Tenerum membrum lingua, attamen vix teneri poteſt: ſubſtantia quidem infirmum atque exiguum, ſed uſu magnum & validum invenitur. Modicum membrum eſt, ſed, ni caveas, magnum malum.

(E) BASILIUS *in lege brevior. Interrog. 26.* Qui detrahit fratri, vel detrahentem auſcultat, & tolerat, qua hic animadverſione dignus eſt? *Reſp.* Exterminandi
ſunt a reliquorum ſocietate ambo. *Detrahentem* enim *Pſal. 100. 5.*
ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. Et alibi dictum *Prov. 24. 21*
eſt, *Detrahentem nolito libenter audire, ne evertaris*.

Interrog. 27. Si vero antiſtiti etiam detraxerit, quo pacto cum illo nos geremus? *Reſp.* Manifeſtum eſt hoc quoque judicium ex ira Dei adverſum Mariam, quan-
do detraxit Moyſi: cujus peccatum, ne ipſo quidem *Num. 12.*
Moyſe deprecante, inultum dimiſit Deus.

S. HIERONYM. *Epiſt. 34. alias 2. ad Nepotian.* Cave quoque ne aut linguam aut aures habeas prurientes, id eſt, ne aut ipſe aliis detrahas, aut alios audias detrahen-
tes... Parcas a detractione linguæ, cuſtodi ſermones *Sap. 1. 11.*
tuos, & ſcito quia per cuncta, quæ de aliis loqueris, tua conſcientia judicaris: & in his ipſe deprehenderis, quæ in aliis arguebas. Neque vero illa juſta eſt excuſatio. Referentibus aliis injuriam facere non poſſum. Nemo invito auditori libenter refert. Sagitta in lapidem numquam figitur, interdum reſiliens percutit dirigentem. Diſcat detractor, dum te videt non libenter audi-
re, non facile detrahere: *Cum detractoribus*, ait Salo- *Prov. 24. 21*
mon, *ne miſcearis, quoniam repente veniet perditio eorum, & ruinam utriuſque quis novit?* Tam videlicet ejus, qui detrahit, quam illius qui accommodat aurem detrahenti.

S. BERNARD. *lib. 2. de conſiderat. c. 13. n. 22.* Detrahere, aut detrahentem audire, quid horum damnabilius ſit, non facile dixerim.

Lib. 4. cap. 6. n. 18. Clandeſtinas & ſuſurratas delationes non recipias adverſus eum, magis detractiones cenſueris; & hanc velim generalem tibi conſtituas regulam, ut omnem qui palam veretur dicere quod in aure locutus eſt ſuſpectum habeas. Quod ſi te judicante dicendum coram ille renuerit, delatorem judices, non accuſatorem.

S. THOM.

R. Impedienda eſt & avertenda quantum fieri poteſt. Idque fit vel ſilentium imponendo, ſi per auctoritatem liceat, vel ſermonem alio deflectendo, vel tacendo omnino & triſtem exhibendo faciem; vel recedendo prorſus a maledicorum conventu. (F) F

I. Qui falſum crimen impoſuerunt proximo, qui calumniæ rei ſunt, ad quid tenentur?

R. Tenentur omnino reſtituere famam injuſte ablatam, & quidquid inde damni proximo emerſit, vel lucri ceſſavit; & ſi aliter fieri reſtitutio non poteſt, tenentur palam evulgare ſe fuiſſe mentitos. (G) G

I. Si verum eſt quod in proximi offenſionem quis temere protulit, teneturne ad reſtitutionem famæ?

R. Tenetur ad reſtitutionem: non quidem aſſerendo falſum eſſe quod dictum eſt, neque enim unquam mentiri licet; ſed alia quacunque ratione legitima, ſecundum viri prudentis arbitrium, compenſando quidquid damni temere intulit. (H) H

I. Li-

S. Thom. 2. 2. *q.* 73. *a.* 4. *concl.* Audiens detrahentem cui poſſet reſiſtere, ſed ei placet detractio, ejuſdem detractionis vitii reus eſt.

Rom. 1. 32. *In corp. Digni ſunt morte non ſolum qui faciunt peccata, ſed etiam qui facientibus peccata conſentiunt.* Quod quidem contingit dupliciter. Uno modo directe, quando ſcilicet quis inducit alium ad peccatum, vel ei placet peccatum. Alio modo indirecte; quando ſcilicet non reſiſtit, cum reſiſtere poſſit... Dicendum eſt ergo quod ſi aliquis detractiones audiat abſque reſiſtentia, videtur detractori conſentire; unde fit particeps peccati ejus. Et ſi quidem inducat eum ad detrahendum, vel ſaltem placeat ei detractio propter odium ejus, cui detrahitur, non minus peccat quam detrahens, & quandoque magis. Unde Bernard. *lib.* 2. *de conſid.* dicit, *Detrahere, aut detrahentem audire, quid horum damnabilius ſit, non facile dixerim.* Si vero non placeat ei peccatum: ſed ex timore, vel negligentia, vel etiam verecundia quadam, omittat repellere detrahentem: peccat quidem, ſed multo minus quam detrahens: & plerumque venialiter. Quandoque etiam hoc poteſt eſſe peccatum mortale, vel propter hoc quod alicui ex officio incumbit detrahentem corrigere, vel propter aliquod periculum conſequens, vel propter radicem; quia timor humanus quandoque poteſt eſſe peccatum mortale.

Ad ſecundum. Non ſemper aliquis debet reſiſtere detractori, arguendo illum de falſitate, maxime ſi ſciat verum eſſe quod dicitur; ſed debet eum verbis redarguere, de eo quod peccat fratri detrahendo: vel ſaltem oſtendere quod ei detractio diſpliceat per triſtitiam faciei: quia ut dicitur Prov. 25. *Ventus aquilo diſſipat pluvias, & facies triſtis linguam detrahentem.*

(F) Prov. iv. 24. Remove a te os pravum, & detrahentia labia ſint procul a te.

xxiv. 21. *Vide ſupra hocce §. litt.* (A)

xxv. 23. Ventus aquilo diſſipat pluvias, & facies triſtis linguam detrahentem.

Eccles. xxviii. 28. *Vide ſupra litt.* (D) *hocce* §.

S. Thom. *Vide ſupra litt.* (E) *hocce* §.

(G) S. Aug. *Epiſt.* 153. *alias* 54. *ad Macedonium. cap.* 6. *num.* 20. &c. *Vide ſupra* §. 4. *cap.* 8. *hujus ſect. litt.* (E)

S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 2. *ad* 2. Dicendum quod aliquis poteſt alicui famam tripliciter auferre. Uno modo, verum dicendo, & juſte; puta cum aliquis crimen alicujus prodit ordine debito ſervato; & tunc, non tenetur ad reſtitutionem famæ. Alio modo, falſum dicendo, & injuſte; & tunc, tenetur reſtituere famam, confitendo ſe falſum dixiſſe. Tertio modo, verum dicendo, ſed injuſte: puta cum aliquis prodit crimen alterius contra ordinem debitum: & tunc tenetur ad reſtitutionem famæ quantum poteſt, ſine mendacio tamen: utpote quod dicat ſe male dixiſſe, vel quod injuſte eum diffamaverit: vel ſi non poſſit famam reſtituere, debet ei aliter recompenſare.

(H) S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 2. *ad* 2. *ſupra litt.* (G) *hocce* §.

Johann. Gersonius *Reſ. ad. qq. quatuor. Quæſ.* 1. *pag.* 356. *tomi ſecundi, edit. Pariſ. in fol. ann.* 1606. Sciendum quod actio moralis libera accipit, vel vituperium, vel laudem & peccatum ex ſuis circumſtantiis, & ſpecialiter ex circumſtantiis finis. Inquirendum eſt igitur ad quem finem dicitur malum de abſentibus; & occurrunt ſex fines generales. Quandoque hoc fit ad inſtructionem præſentium, & id audientium, ut caveant ſimilia facere. Quandoque fit ad præſentium cautelam, ne ſcilicet ex ignorantia decipiantur per malam aliorum ſocietatem, quos præſumunt bonos. Quandoque fit ad utilitatem abſentium, ut videlicet præſentes eis referant pro ipſorum correctione & emendatione. Quandoque fit ex quadam compaſſione amicabili, ut ſcilicet ſeipſum & audientes referens provocet ad orandum inſtantius pro aliorum peccatis & eorum converſione. Quandoque etiam fit ex ſola curioſitate & aſſueta loquacitate & quadam libidine loquendi de aliis. Quandoque autem fit ex odio, vel invidia, ac pro diminutione famæ alienæ, & ex animi indignatione. Sit ergo

Prima Concluſio. Primis quatuor modis poteſt eſſe non ſolum licitum, immo & meritorium referre mala abſentium, dummodo tamen non intendatur principaliter alius finis, quam aliquis prænotatorum quatuor. Et ſi non miſceatur alia intentio fermentata & ſibi ipſi mentiens, dum bene provideatur ne ſint falſa quæ dicuntur, aut in malo ultra quam in ſe ſunt per referentem ampliata, aut forſan ſiniſtre interpretata, ac etiam quod non plus noceat talis locutio abſentibus; & eorum famæ, quam proſit præſentibus & eorum ædificationi; quoniam pro parvo bono conſequendo non eſt magnum malum committendum.

Secunda Concluſio. Male loqui etiam de abſentibus ad ſolum ſatisfaciendum propriæ loquacitati & libidini loquendi de aliis, qui eſt quintus modus ſeu finis inter prædictos, etiam ſi ſit pro ſola deductione temporis & quaſi pro ſolatio, ut ſic tempus ſine tædio tranſeat, vix aut nunquam excuſatur a peccato, & Mat. 12. 36.
ſæpius tranſit in mortale peccatum. Tale enim *verbum* non ſolum *otioſum*, (de quo juxta terribilem veritatis comminationem ſumus *reddituri rationem*;) ſed & communiter eſt pernicioſum & multipliciter nocivum. Nam habemus ex tali verbo occaſionem & rationem magnæ damnificationis aliorum in ſua fama. Etiam per hoc cadunt ſæpiſſime tam loquentes, quam audientes, vel in indignationem contra eos de quibus fuit oblocutio, vel in falſam teſtificationem propriam, tam cordis, quam oris; dum ſcilicet cogitatio interior penſans coram ſe poſita aliena mala, & ſua propria quandoque ſimilia aut majora palpans, tu- Luc. 18.
met & inflatur, dicendo, *Gratias tibi ago Domine Deus, quod non ſum* ego talis qualis iſte de quo tanta mala
referuntur: & ſic miſer *cadit in foveam quam fecit*, & Pſ. 7. 16.
cum illo Evangelico Phariſæo falſe juſto, fit peccator quem ipſe judicat, ſi non deterior, ei tamen propter ſuam ſuperbiam ſimilis, quia etiam peccator ut aliis, etſi alio modo. Et hoc phariſaicum vitium tam in loquendo quam in audiendo concipitur facillime, & fit ſaltem affectu, etiam ſi ratio videatur judicare aliter; & id ore manifeſtare minime attenter.

Si quis autem quærat ſignum quomodo ſciet quando ex bono fine loquatur aut malo de malis proximi; Respondetur, quod dum loquitur aliquis ad bonum iſtos cujus mala commemorat, ut puta, ut in ſe audientibus provocet mentem ad orandum pro talia emendatione; neceſſarium eſt ut ſentiat tunc in ſe quandam ad eumdem de quo fit ſermo compaſſionem piam, dulcemque, miſericordem, & caritativum affectum. Et etiam requiritur, ut non nimis longum texat ſermonem de tam mala materia & deſpicabili. Sicut pia mater non delectatur in narrando longe mala filii ſui, nec etiam dicit illa niſi ex neceſſitate, ut puta ipſi medico, aut illis qui ejus ſaluti poterunt prodeſſe & malum adjacens advertere: ſic itaque narrando ſuſpirat alte, triſtatur, dolet, & abbreviat ſermonem quantum prævalet & quantum videtur ſufficere ad oſtenſionem infirmitatis quæ ſibi tantæ triſtitiæ cauſa exitit.

Sed dum quis loquitur malum de aliis ex loquacitate, ſunt ſigna oppoſita, quoniam tunc ſentit indignationem animi contra eos de quorum malis loquitur, & cum quadam amaritudine fellis corrodit & mordet ipſos abſentes, & verbis ſuis venenatis, linguaque ſua ſicut gladius acutus acuata, lacerat ſine miſericordia, ſine aliqua compaſſione, nec ponit finem verbis ſuis: quia ſatiari nequit ejus vorax invidia, quin licet crudas omnes carnes & totum ſanguinem ejus quem devorat, quantum

Digitized by Google

tum in eo eſt, abſumpſerit. Et quamvis conſcientia ſua ſibi clamet, quod talia agendo neminem ædificat, immo & nonnumquam audientes ſcandalizet, non tamen adhuc ceſſat, quin quantum tempus patitur venenum ſuum totaliter effundat. Item ſignum eſt non fallax cum ſic loquendo malum de abſentibus, eos corrigere minime curat. Hoc autem ſciri ex eo poteſt, quia præſentibus non committit ut abſentibus caritative ea quæ ipſe invidiæ refert, denuncient; immo perſæpe poſtquam ad cor revertitur, timet id faciant, & ſi factum foret non æquo animo ſuſtineret; non quia doleat de alterius injuria & ſua propria culpa, ſed magis de ſua vivificatione & detractionis nota: nollet enim detractor reputari, quamquam eſſe non vitet. Item ſignum efficax videtur, ut loquens malum de aliis interroget cor ſuum coram cordium inſpectore Deo, cui mentiri non poteſt, quamvis poſſet mentiri iniquitas ſibi ipſi; & quærat an vellet quod alius ſi loqueretur de ſe coram aliis, ea intentione, ea forma, & ſic aliis circumſtantiis, qualiter ipſe loquitur de aliis... Hoc clavo retunditur nonnullorum excuſatio falſa, & frivola, qui cum locuti fuerint ad libitum ſuum de proximorum ſuorum malis, audent, ſi ſuper hoc objurgentur, dicere, quod quandoque conſtanter licet mendaciter, ſed hoc feciſſe non mala intentione, neque animo cuiquam nocendi, & nullo modo ex invidia: & ſi rurſum interrogentur, an ergo id ſingulari egerint dilectione & amicitia, & ad magnum profectum aut commodum abſentium, & an ſimilia dilectionis & amicitiæ ſigna velint erga ſe conſimiliter fieri, laqueis perplexitatis ita capti, & irretiti ſunt, ut vel manifeſtum contra ſuam conſcientiam proferre mendacium, vel verbum iniquum & doloſum injuſte dixiſſe contra proximum fateri cogantur: quorum utrumque malum eſt. Malum igitur & valde malum multumque pernicioſum eſt homini eſſe promptum ad loquendum malum de abſentibus. Etiam ceteris malis quæ inde ſequuntur circumſcriptis, mens tam loquentis quam audientium impeditur a melioribus & ſalutaribus poſtmodum ex hoc etiam in vita. Cum enim poſt fuerit orandum & Deo ſerviendum, ad mentem redeunt, placeat vel diſpliceat, cum quadam quaſi violentia, quæ prius incaute commiſit vel admiſit cum magna complacentia. O quanto conſultius eſt ita loqui de bonis, aut de peccatis & malis propriis, quam ita rodere dente canino alior! Via denique ſervatur menſura, quin miſceatur mendacium, & malum augmentetur, & ad partem ſemper trahatur deteriorem, & pene nullo excuſetur aut allevietur, ut ſic fiat ſupra modum peccans peccatum, quaſi unum aut ſimplex peccatum non ſufficiat in perniciem ipſius obloquentis.

Concluſio tertia. Loqui malum de alio ad finem ſextum, ſcilicet directe ex odio & invidia, ſemper eſt peccatum. Et quando notabiliter læditur per hoc aliena fama, & dum loquens hoc advertit in ſua conſcientia, aut advertere poſſet, eſt gravius peccatum ſæpiſſime quam furtum, aut quam foret eſus carnium in die veneris, vel jejunii Eccleſiæ magni cujuſcumque. Salubre itaque conſilium eſt ad vitandum tam grande periculum animæ, ut homo diſcat & aſſueſcat ita honeſte loqui de abſentibus, ſicut loquendum eſſet ſi ipſi præſentes eſſent, & perſonaliter de ſe ſermonem prolatum audirent. Itemque ut homo ſemper timorem Dei habeat præ oculis, qui utique ubique eſt præſens, & in cujus conſpectu loquitur quicumque loquitur. Non ſolum autem hoc ſed & cor intuetur, & reddet tempore ſuo juxta opera ſua. Oret ergo neceſſe eſt quilibet ut ponat Dominus cuſtodiam ori ſuo. Sed & audientes caveant ſibi ne ſint prurientes auribus, & delectet eos audire aliena mala; quia juxta B. Hieronymi ſententiam veriſſimam, *Ita reus eſt qui detrahentem libenter audit, ſicut is qui detrahit.* Immo nonnumquam ampliori reatu conſtringitur propter præſtitam alteri occaſionem. Si enim ipſe non libenter audiſſet, forſitan alter tacuiſſet. Et ut amplius pertimeſcamus tam pericoloſum linguæ vitium, advertendum quod communiter ſecundum Doctores comparatur non ſolum furto, ſed & homicidio, immo & præferunt hac ratione: quia in homicidio occiditur corpus unum, in detractionie vero vitio, occiduntur animæ plures; anima detrahentis, animæ detractorem libenter audientium, & quandoque etiam anima ejus cui detrahitur. Item nonnumquam facilius ſatisfit pro homicidio corporali & furto, quam hujuſmodi homicidio & furto ſpirituali, ſcilicet detractione. Ratio quia in illis quantitas damni æſtimari poteſt, & ſic correſpondens emenda ſubſequi. In iſtis autem nequit, cum non ſatis conſtare poſſit, in quot hominum cordibus mediate & immediate detrahens bonam opinionem & famam ejus cui detraxit, occiderit, atque furtive bonum famæ (quod inter omnia alia corporalia, & hujus vitæ bona multum eſt pretioſum) ſubſtraxerit; unde & difficulter ſatisfacere ipſi læſo poteſt. Cum tamen, juxta B. Auguſtinum, non dimittitur, niſi ablatum reſtituatur; quomodo autem reſtituet, cum ignoret quantum debet? Item in cetera peccata iſtud quodammodo eſt inhumanius & beſtialius, quia lupinum. Dicitur namque quod niſus niſum non comedat, nec canis canem, nec beſtia aliqua beſtiam ſuæ ſpeciei, ſed bene alterius, ſola lupa excepta, quæ ut ajunt cum fame premitur lupum comedere non veretur. Sic & detractor homo hominem ſuæ naturæ conſortem tamquam lupa rapaciſſima dentibus deteſtationis rodere, comedere & occidere non erubeſcit: in hoc a lupa differens quod illa comedit carnes recentes, ipſe autem quandoque carnes fœtentes, & jam putrefactas; quando videlicet, non tantum vivis, ſed & dudum jam mortuis dentes mordaces detractorie jam infigit. O abominandum malum & valde odiendum! Bene ergo Sapiens vocat *detractores Deo odibiles*, cum tamen ſcriptum ſit de Deo: *Nihil odiſti eorum quæ feciſti.* In ſignum magnæ deteſtationis (haud dubium) peccati detractionis dicitur Deus odire detractores, qui nihil odire ſolet eorum quæ fecit. Aut reſtat dicere quod detractores non ſunt ſua factura, non quidem ſecundum eſſentiam, ſed propter ſingularem eorum malitiam. Unde & hac de cauſa B. Auguſtinus, vir ſcientia & vita utique præclariſſimus, ad tantum deteſtabatur hoc vitium, ut circa menſam, ubi communiter de facili linguæ peccatum (juxta B. Gregorii de divite epulone ſententiam) ſe immiſcet, hæc metra prout in ejus Legenda reperitur, ſcripta haberet. Pars II. Sect. III. Cap. IX. §. 2. Prov. 24. 9. Rom. 1. 30. Sap. 11. 25.

Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam,
Hanc menſam indignam noverit eſſe ſibi.

Et ut facto comprobaret, quod ſcripto ſtatuerat, cum quidam Epiſcopi ad ejus menſam cœpiſſent laxare linguam in detractionem abſentum, ajebat, niſi ceſſarent, ipſe illa metra delere vellet, & de menſa recedere. Hinc etiam eſt quod religioſorum fundatores conſiderantes multiplex in linguæ vitio pendere animæ periculum, ſanxerunt providiſſime pro ſummo remedio juge pro ſuo loco & tempore ſuis ſequacibus ſilentium, certas pœnas in cohut ſanctionum ſuarum contra tranſgreſſores adjicientes. Et clarum eſt experientia docente, quod ubi cenſura hæc ſilentii ſervatur arctius, ibi religio viget laudabilius & perfectius.

Porro quamquam cuſtodia oris cuique ſit neceſſaria propter cavenda mala prætacta, ſpecialiter tamen hæc opportuna eſſe Religioſis & Sacerdotibus Chriſti, quorum ora non diabolicis jocularionibus, ſed divinis die noctuque laudibus repleta eſſe debent: maxime etiam propter illa tremenda ſacroſancta corporis & ſanguinis Chriſti myſteria, quæ ipſorum ora quotidie quaſi tangere habent. Demum male loqui volens de alio debet primo conſiderare ſeipſum, fragilitatem ſuam, & proprios defectus, & quomodo indiget etiam miſericordia Dei ipſe ne cadat ſicut ille cecidit de quo loqui intendit: immo jam ſimiliter & forte plus graviter cecidiſſet, niſi divina gratia ſe præſervaſſet. Nemo quippe ſanctus, aut innocens viribus ſuis. Poſſet quoque ſi ipſe eſſet in ſtatu aliorum, ut alii faciunt faceret, & quandoque pejus. Occaſione peccandi namque, quæ valde multiplex eſt, data, difficile eſt non peccare; immo ſingulare Dei donum tunc peccatum poſſe vitare. Nam ſi homo, qui non niſi ſe & linguam ſuam regere habet, ita ſæpius deficit, occaſione ſe offerente, ut cadat tam facile in peccatum detractionis, & cetera mala, non poteſt eſſe dominus ſui ipſius; quid rogo hic æſtimare pie debebit de ceteris, qui non ſolum ſe ſed & alios multos diverſorum & mirabilium morum habent regere? Nonne ſi qua viſcera pietatis & fraternæ caritatis in eo fuerint, pro his talibus qui non omnia punctualiter ad rectum dirigunt, magis devote orabit quam detractorie lacerabit? Regratiabitur itaque Deo qui ſe in tuto locavit, & compatitur fratribus; quia omnes unum habemus patrem in cælis, tam variis & multis periculis, etiam non tantum pro ſe, ſed pro communi ſalute expoſitis. Denique timeat nihilominus ſibi uſorpare divinum judicium, cum non veretur judicare alienum ſervum, qui *Domino ſuo ſtat aut cadit.* Stabit autem potius, quoniam *potens eſt Dominus ſtabilire eum*, hoc enim ipſe debet præſumi magis quam quod condemnetur. Talia innu- Rom. 14. 5. Ibid.

I. Licetne maledicentiam maledicentia, calumniam calumnia repellere?

R. Nunquam licet *malum pro malo reddere, nec maledictum pro maledicto*; ſed e contra tenemur bono pro malo, benedictionem pro maledictione reddere; tenemur, inquit Chriſtus, *orare pro perſequentibus & calumnientibus vos.* 1. Petri III. 9. Matt. 5. 44.

I. Peccatne ſemper quisquis malum de proximo loquitur?

R. Triplici in caſu id fieri licet: imo & ad id faciendum caritas impellit ſæpius.

1. Si peccatum proximi & certum ſit & minime occultum, de eo loqui licet, modo id non maligno animo, ſed vel ex neceſſitate, vel ex alicujus utilitatis intuitu fiat.

2. Cum occultum proximi peccatum prudenter & caute detegitur iis qui poſſunt eum vel a peccato revocare, vel peccantem cohibere.

3. Cum occultum proximi malum panditur homini, ut ia ſibi caveat vel ab inſidiis, vel ab imminenti injuria, ſeu damno. Neque enim fas eſt nocere innocenti ne prodatur reus. Sed hic magna cautione & prudentia opus eſt: res enim periculoſa; hic facilis error eſt: hic ſæpe cupiditas & malignitas ſimulata caritate obteguntur. (1) I

§. 3. *De Adulatione, de Convitiis & Contumeliis, denique de Judiciis & Suſpicionibus temerariis.*

I. Quid eſt adulatio?

R. Adulatio eſt laus vel falſa, vel nimia. Adulatur quisquis vel falſis laudibus blanditur proximo, vel excedit modum in veris laudibus.

I. Eſtne peccatum adulatio?

R. Eſt genus mendacii proximo maxime noxii; adeoque peccatum eſt. (A) A

I. Qua ratione adulatio proximo nocet?

R. Eo quod ſuperbiam, ceteraque peccata & vitia proximi nutriat. (B) B

I. Quid per convitium aut contumeliam intelligis?

R. Per convitium ſeu contumeliam intelligo ea verba, quæ dedecus imprimunt ei in quem jactantur, quæque ab iratis cum propoſito aliquem lædendi proferuntur. Quod quidem tribus modis fieri poteſt. 1. Cum alicui exprobrantur vera aut falſa ſeu corporis ſeu animi vitia. 2. Cum alteri crimen aliquod, ſive ille nocens, ſive innocens ſit, imponitur. 3. Cum officia aut dona ante collata, ingratumve animum, aliaque dedecora, aut etiam pauperiem, infimum humilemque ſtatum in quo olim ſedit, aut adhuc jacet, ipſi in memo-

mera ſunt in Sacris Scripturis. Et ex dictamine etiam plura ſunt ſimilia juris tam divini quam humani, quibus homo ſe juvare contra tam peſtiferum vitium linguæ poterit pariter & munire, quæ & diligenter debet advertere, & in effectum deducere; ne forte alias fruſtra ſit quidquid boni agit. Advertat etiam quod licet totum pene humanum genus peccato linguæ communiter periclitetur, pauci tamen ſunt, qui debite inde conterantur, confiteantur & ſatisfaciant; immo reperiuntur nonnulli adeo mentis oculo cæci, quod detractiones, adulterationes, calumnias & ceteras manifeſtas oris damnandas nequitias non reputant apud ſe pro peccatis; qui ſi forent de laicorum numero litteras ignorantium, viderentur utique excuſandi, nunc autem excuſationem nullam habent de peccato, quia, proh dolor, & litterati, & clerici, & quandoque habitu religioſi ſunt. Timere quoque deberent merito homines, ne ſi abutantur linguæ ſuæ beneficio ad Deum laudandum, & propriam ſalutem operandum ſibi conceſſo, in extrema ſua neceſſitate, videlicet in horrendæ mortis hora, uſus debitus tam nobilis doni juſto Dei judicio eis ſubtrahatur, cum eo permaxime indigebunt ad confitendum peccata ſua, & ad exponendum neceſſitates ſuas, & ad commendandum animas ſuas Deo & Sanctis ſuis eorum amicis, &c. Longius quam intendebamus, & furſan durius quam debueramus de vitio linguæ diſſeruimus. Sed nemini diſpliceat, nullus ſiniſtre dijudicet, pro communi bono factum eſt, coram Deo loquimur, nulli in contemptum.

(1) S. BASILIUS, *Regul. brev. Interrog.* 25. Duo ego eſſe exiſtimo tempora, in quibus liceat aliquid mali de aliquo dicere: videlicet, & quando neceſſe habet aliquis conſultare una etiam cum aliis, qui ad hoc idonei judicati ſint, quo pacto corrigendus ſit, qui peccatum commiſit. Et item quando neceſſitas poſcit, ut periculo conſulatur aliquorum, qui ſæpenumero ex ignorantia commiſceri poſſent cum malo tamquam cum bono: cum Apoſtoli præceptum ſit, 1. Cor. 5. 11. ut ne quis ſe cum his commiſceat, qui iſtiusmodi ſunt, nequando capiat laqueo animæ ſuæ. Quod quidem videmus eumdem Apoſtolum feciſſe, ex his quæ ipſe ad Timotheum ſcribit, his verbis, *Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit, quem & tu devita. Valde enim reſtitit verbis noſtris.* 2. Tim. 4. 14. & 15. Extra autem hujusmodi neceſſitatem, qui aliquid ſecus de aliquo loquitur, illius inſimulandi, vel vituperandi cauſa, detractor eſt, etſi verum ſit quod loquatur.

S. AUGUST. *Epiſt.* 211. *alias* 109. *ad ſanctimoniales, n.* 11. *&* 14. *vide ſupra* §. 5. *&* 6. *c.* 4. *ſect.* 2. *hujuſce partis, lit.* (E & C)

S. THOM. 2. 2. *q.* 73. *art.* 2. *in corp.* Reſpondeo dicendum, quod peccata verborum maxime ſunt ex intentione dicentis dijudicanda. Detractio autem ſecundum ſuam rationem ordinatur ad denigrandam famam alterius. Unde ille per ſe loquendo detrahit, qui ad hoc de aliquo obloquitur eo abſente, ut ejus famam denigret. Auferre autem alicui famam, valde grave eſt; quia inter res temporales videtur fama eſſe pretioſior; per cujus defectum impeditur homo a multis bene agendis: propter quod dicitur, *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri magni & pretioſi*: & ideo detractio per ſe loquendo eſt peccatum mortale. Eccl. 41. 15. Contigit tamen quandoque quod aliquis dicit aliqua verba, per quæ diminuitur fama alicujus; non hoc intendens, ſed aliquid aliud: hoc autem non eſt detrahere, per ſe & formaliter loquendo; ſed ſolum materialiter, & quaſi per accidens. Et ſi quidem verba, per quæ fama alterius diminuitur, proferat aliquis propter aliquod bonum neceſſarium, debitis circumſtantiis obſervatis, non eſt peccatum, nec poteſt dici detractio. Si autem proferat ex animi levitate, vel propter cauſam aliquam non neceſſariam, non eſt peccatum mortale; niſi forte verbum quod dicitur, ſit adeo grave, quod notabiliter famam alicujus lædat, & præcipue in his quæ pertinent ad honeſtatem vitæ: quia hoc ex ipſo genere verborum habet rationem peccati mortalis, & tenetur aliquis ad reſtitutionem famæ ſicut ad reſtitutionem cujuslibet rei retractæ.

Ad 1. Revelare peccatum occultum alicujus propter ejus emendationem, denuntiando, vel propter bonum juſtitiæ publicæ, accuſando; non eſt detrahere.

GERSON. *Reſp. ad* 4. *qq. q.* 1. *Vide ſupra hocce* §. *lit.* (H)

(A) PSAL. CXL. Corripiet me juſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum.

S. HIERON. *Lib.* 1. *adv. Pelag. tom.* 1. *edit. Pariſ.* 1609. *aut pag.* 837. *edit. BB. tom.* 4. *col.* 500. Semper inſidioſa, callida, blanda eſt adulatio. Pulchreque *adulator* apud Philoſophos definitur, *blandus inimicus*. Veritas amara eſt, rugoſæ frontis ac triſtis, offenditque corruptos. Unde & Apoſtolus loquitur: *Inimicus vobis factus ſum, veritatem dicens vobis.* Galat. 4. 16. Et Comicus: *Obſequium amicos, veritas odium parit.* Terent.

(B) S. AUG. *in Pſal.* X. *Heb. n.* 21. *ſuper verſ.* 3. Adulantium linguæ alligant animas in peccatis. Delectat enim ea facere, in quibus non ſolum non metuitur reprehenſor, ſed etiam laudator auditur.

S. GREGOR. MAGN. Papa *Lib.* 18. *Moral. in Job. c.* 4. Qui juſtificat impium & qui condemnat juſtum, uterque abominabilis eſt apud Deum. Sunt namque nonnulli, qui dum male facta hominum laudibus efferunt, augent quæ increpare debuerunt. Hinc enim per Prophetam dicitur: *Væ qui conſuunt pulvillos ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis.* Ezech. 13. 18.

Ad

Digitized by Google

C moriam revocamus, (C) ut eum laceremus con-
D tumeliis. (D)

I. Nonne aliquando hæc abſque crimine dici poſſunt?

R. Qui hæc dicens, ſcit falſa eſſe de quibus proximo objicit, abſque dubio peccat, ſiquidem mentitur: mentiri autem numquam licet.

Peccat etiam verum dicens, ſi animo irato ad lædendum proximum contumelias in eum jaciat. Quod quidem peccatum gravius aut levius eſſe poteſt. Leve eſt, ſi minora tantum vitia exprobrentur, nec adſit nocendi voluntas. Grave eſt, ſi fœdiſſima convitia, quæ proximi famam inquinare
E poſſunt, aut etiam leviſſima ſed cum propoſito nocendi, ingerantur. (E)

Qui vero ea tantum mente, maxime ſi aliqua auctoritate polleat, alterum contumeliis inſequitur, ut correctus ad meliorem frugem ſe recipiat, innoxius eſt, modo caritatis & prudentiæ leges obſer-
F vet. (F) Sunt quandoque mali a Præpoſitis verbis
G aſperioribus increpandi, ut docet Apoſtolus. (G) Peccat tamen Præpoſitus, ſi in verbis ſuis caritatis aut prudentiæ modum excedat.

Qui non animo nocendi, aut contumeliam fa- PARS II.
ciendi, verbis utitur aſperioribus, quibus animus SECT. III.
audientis offenditur, nullum ſcelus admittit, nec, CAP. IX.
niſi forſan inconſiderantia, & præcipiti lingua, pec- §. 3.
caſſe dicendus eſt. (H) H

I. Quid præſtare debet qui proximum convitiis aut contumeliis proſcidit?

R. Inuſtam ipſius famæ ac honori labem tenetur detergere, & damna quæ exinde, paſſus eſt reſarcire.

I. Quomodo ſe gerere debet qui convitiis ac contumeliis laceſſitus eſt?

R. Injuriam ex animo condonare tenetur. (I) I
Supra huic quæſtioni abunde ſatisfecimus, cum de *Hujuſce*
injuriis condonandis egimus. *Part. Sect. 2.*
c. 5. §. 6.

I. Quid eſt judicium temerarium, ſuſpicio temeraria?

R. Eſt judicium vel ſuſpicio de malo proximi, quæ nullo legitimo fundamento nituntur.

Qui ſine legitimo fundamento judicat vel ſuſpicatur proximum peccaſſe, temere judicat vel ſuſpicatur.

Tunc autem eſt legitimum fundamentum judican-

Ad hoc quippe pulvillus ponitur, ut mollius quieſcatur. Quiſquis ergo male agentibus adulatur, pulvillum ſub capite vel cubito jacentis ponit: ut qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus mol-
Ibid. 10. liter quieſcat. Hinc rurſum ſcriptum eſt: *Ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum.* Parietis quippe nomine, peccati duritia deſignatur. Ædificare ergo parietem, eſt contra ſe quempiam obſtacula peccati conſtruere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur: ut quod illi perverſe agentes ædificant, ipſi adulantes quaſi nitidum reddant. Sed ſanctus vir, ſicut mala de bonis non æſtimat, ita judicare bona de malis recuſat.

(C) S. THOMAS *Quæſt. 72. art. 1. Ad tertiam.* Dicendum quod convitium & improperium conſiſtunt in verbis, ſicut & contumelia; quia per hæc omnia repræſentatur aliquis defectus alicujus in detrimentum honoris ipſius. Hujuſmodi autem defectus eſt triplex; ſcilicet defectus culpæ, qui præſentatur per verba contumelioſa: & defectus generaliter culpæ & pœnæ, qui repræſentatur per convitium; quia vitium conſuevit dici non ſolum animæ, ſed etiam corporis: unde ſi quis alicui injurioſe dicat eum eſſe cæcum, convitium quidem dicit, ſed non contumeliam; ſi quis autem dicat alteri quod ſit fur, non ſolum convitium, ſed etiam contumeliam infert. Quandoque vero repræſentat aliquis alicui defectum minorationis, ſive indigentiæ; qui etiam derogat honori conſequenti quamcumque excellentiam: & hoc fit per verbum improperii: quod proprie eſt quando aliquis injurioſe alteri ad memoriam reducit auxilium quod contulit ei neceſſitatem patienti. Unde dicitur *Exigua da-*
Eccli. xx. 15. *bit, & multa improperabit.* Quandoque tamen unum iſtorum pro alio ponitur.

(D) S. THOM. *Quæſt. 72. art. 1. in corp.* Reſpondeo dicendum quod ... verba in quantum ſunt ſoni quidam, non ſunt in nocumentum aliorum; ſed in quantum ſignificant aliquid. Quæ quidem ſignificatio ex interiori affectu procedit: & ideo in peccatis verborum maxime conſiderandum videtur ex quo affectu aliquis verba proferat. Cum ergo convitium vel contumelia de ſui ratione importet quandam dehonorationem, ſi intentio proferentis ad hoc feratur ut per verba quæ profert, honorem alterius auferat; hoc proprie & per ſe eſt dicere convitium & contumeliam: & hoc eſt peccatum mortale, non minus quam furtum vel rapina: non enim homo minus amat ſuum honorem quam rem poſſeſſam. Si vero aliquis verbum convitii vel contumeliæ alteri dixerit, non tamen animo dehonorandi, ſed forte propter correctionem, vel propter aliquid hujuſmodi; non dicit convitium vel contumeliam formaliter & per ſe, ſed per accidens & materialiter; in quantum ſcilicet dicit id quod poteſt eſſe convitium vel contumelia. Unde hoc poteſt eſſe quandoque peccatum veniale, quandoque autem abſque omni peccato: in quo tamen neceſſaria eſt diſcretio, ut moderate homo talibus verbis utatur: quia poteſt eſſe ita grave convitium, quod

per incautelam prolatum auferret honorem ejus contra quem profertur: & tunc poſſet homo peccare mortaliter, etiamſi non intenderet dehonorationem alterius: ſicut etiam ſi aliquis incaute alium ex ludo percutiens, graviter lædat, culpa non caret.

(E) S. THOMAS. *Vide ſupra hocce §. lit.* (D)

(F) S. THOM. *Ubi ſupra. Ad ſecundum.* Dicendum quod ſicut licitum eſt aliquem verberare vel in rebus damnificare, cauſa diſciplinæ; ita etiam cauſa diſciplinæ poteſt aliquis alteri quem debet corrigere, verbum aliquod convitioſum dicere. Et hoc modo Do-
minus diſcipulos vocavit *ſtultos*, & Apoſtolus Gala- *Luc. 24. 25.*
tas *inſenſatos*. Tamen ſicut dicit Aug. in lib. de ſerm. *Galat. III. 1.*
Domini in monte, *raro & ex magna neceſſitate objurgationes ſunt adhibendæ; in quibus, non nobis, ſed ut Domino ſerviatur, inſtemus.*

(G) TIT. I. 13. Increpa illos dure, ut ſani ſint in fide.

(H) S. THOM. 2. 2. *Quæſt. 72. art. 11. Ad primum.* Dicendum quod ad eutrapeliam pertinet dicere aliquod leve convitium, non ad dehonorationem vel ad contriſtationem ejus in quem dicitur; ſed magis cauſa delectationis & joci: & hoc poteſt eſſe ſine peccato, ſi debitæ circumſtantiæ obſerventur. Si vero aliquis non reformidet contriſtare eum in quem profertur hujuſmodi jocoſum convitium, dummodo aliis riſum excitet, hoc eſt vitioſum.

(I) *Vide quæ diximus ſupra, hujuſce partis ſect. 2. cap. 4. §. 6.*

S. THOM. 2. 2. *Quæſt. 72. art. 3. in corp.* Reſpondeo dicendum quod ſicut patientia neceſſaria eſt in his quæ contra nos fiunt, ita etiam in his quæ contra nos dicuntur. Præcepta autem ſapientiæ in his quæ contra nos fiunt, ſunt in præparatione animi habenda; ſicut Aug. in lib. de ſermone Domini in monte (lib. 2. cap. 34. 35. 36. vel cap. 19. & 20.) exponit
illud præceptum Domini: *Si quis percuſſerit te in* *Matt. v. 39.*
unam maxillam; præbe ei & aliam; ut ſcilicet homo ſit paratus hoc facere, ſi opus fuerit: Non tamen hoc ſemper tenetur facere actu; quia nec ipſe Dominus hoc fecit; ſed cum ſuſcepiſſet alapam, dixit
quid me cædis? ut habetur Joan. 18. Et ideo etiam *Joh. 18. 23.*
circa verba contumelioſa quæ contra nos dicuntur, eſt idem intelligendum: tenemur enim habere animum paratum ad contumelias tolerandas, ſi expediens fuerit. Quandoque tamen oportet ut contumeliam illatam repellamus; maxime propter duo: primo quidem propter bonum ejus qui contumeliam infert; ut videlicet ejus audacia reprimatur, & de cetero talia non attentet; ſecundum illud, *Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam* *Prov. 26. 5.*
ſuam ne ſibi ſapiens videatur. Alio modo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur propter contumelias nobis illatas. Unde Greg. dicit ſuper Ezech. hom. 9. Hi, quorum vita in exemplum imitationis eſt poſita, debent (ſi poſſunt) detrahentium ſibi verba compeſcere; ne eorum prædicationem non audiant qui audire poterant; & ita in pravis moribus remanentes bene vivere contemnant.

dicandi, eum res eſt certe & evidens. (K)

Suſpicandi autem adeſt legitima ratio, quando res mali ſpeciem habet, & eſt mala ut plurimum. (L)

I. Quodnem diſcrimen eſt inter judieium & ſuſpicionem?

R. Qui judicat, rem certo apud ſe ſtatuit: qui ſuſpicatur, dubitat, nec certo affirmat.

I. Peccatne quisquis malum de proximo vel judicat vel ſuſpicatur?

R. Pec-

(K) S. AUG. *lib. 2. de ſermone Domini in monte c. 18.* Matt. 7. 1. & 2. *n. 59. Nolite judicare ne judicetur de vobis: In quo enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis, & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.* Hoc loco nihil aliud nobis præcipi exiſtimo, niſi ut ea facta, quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Ibid. 16. Quod enim ſcriptum eſt, *ex fructibus eorum cognoſcetis eos*, de manifeſtis dictum eſt, quæ non poſſunt bono animo fieri, ſicut ſunt ſtupra, vel blaſphemiæ, vel furta, vel ebrioſitas, & ſi qua ſunt talia, de quibus nobis judi- 1.Cor.v.12. care permittitur, dicente Apoſtolo, *Quid enim mihi de iis qui foris ſunt judicare? nonne de iis qui intus ſunt vos judicatis?* De genere autem ciborum, quia poſſunt bono animo & ſimplici corde ſine vitio concupiſcentiæ quicumque humani cibi indifferenter ſumi; prohibet idem Apoſtolus judicari eos, qui carnibus veſcebantur, & vinum bibebant, ab eis qui ſe ab hujusmodi alimentis temperabant. Rom. 15, 3. *Qui manducat*, inquit, *non manducantem non ſpernat; & qui non manducat, manducantem non judicet.* Ibi etiam Ibid. 4. ait: *Tu quis es qui judicas alienum ſervum? Domino ſuo ſtat, aut cadit.* De talibus enim rebus quæ poſſunt bono & ſimplici animo fieri, quamvis poſſint etiam non bono, volebant illi cum homines eſſent, in occulto cordis ferre ſententiam, de quibus ſolus Deus judicat.

N. 60. Ad hoc pertinet etiam illud quod alio loco di- 1. Cor. 4. 5. cit, *nolite ante tempus quidquam judicare, quoadusque veniat Dominus qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cogitationes cordis: & tunc laus erit unicuique a Deo.* Sunt ergo quædam facta media, quæ ignoramus quo animo fiant, quia & bono & malo fieri poſſunt, de quibus temerarium eſt judicare, maxime ut condemne- Ibid. mus. Horum autem veniet tempus ut judicentur, *cum* 1. Tim. 5. 24. *Dominus illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cogitationes cordis.* Item alio loco dicit idem Apoſtolus, *Quorumdam hominum peccata manifeſta ſunt præcedentia ad judicium, quædam autem & ſubſequuntur.* Manifeſta ea dicit, de quibus clarum eſt quo animo fiant; hæc præcedunt ad judicium, id eſt, quia ſi fuerit iſta ſubſecutum judicium, non eſt temerarium. Subſequuntur autem illa quæ occulta ſunt; quia nec ipſa latebunt tempore ſuo. Sic & de bonis factis intelligendum eſt: nam ita ſubjun- Ibid 25. git; *Similiter & facta bona manifeſta ſunt, & quæcumque aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt.* De manifeſtis ergo judicemus, de occultis vero Deo judicium relinquamus: quia & ipſa abſcondi non poſſunt, ſive mala, ſive bona, cum tempus advenerit quo manifeſtentur.

N. 61. Duo ſunt autem in quibus temerarium judicium cavere debemus, cum incertum eſt quo animo quidque factum ſit: vel cum incertum eſt, qualis futurus ſit qui nunc vel bonus vel malus apparet. Si ergo quiſpiam, verbi gratia, conqueſtus de ſtomaco jejunare noluit, & tu id non credens edacitatis id vitio tribueris, temere judicebis. Item ſi manifeſtam edacitatem ebrioſitatemque cognoveris, & ita reprehenderis quaſi numquam ille poſſit corrigi atque mutari, nihilominus temere judicabis. Non ergo reprehendamus ea quæ neſcimus quo animo fiant: neque ita reprehendamus quæ manifeſta ſunt, ut deſperemus ſanitatem, & vitabimus judicium, de quo nunc dicitur, *nolite judicare, ne judicetur de vobis.*

N. 62. Temeritas qua punis alium, eadem ipſe te puniat neceſſe eſt, niſi forte arbitrandum eſt, quod iniquitas ei noceat aliquid in quem procedit, ei autem nihil a quo procedit: immo vero ſæpe nihil no- Matt. 7. 2. cet ei qui patitur injuriam; ei autem qui facit neceſſe eſt ut noceat.

N. 63. ... Multa incertum eſt quo corde fiant, de quibus judicare temerarium eſt; maxime autem hi temere judicant de incertis, & facile reprehendunt, qui magis amant vituperare & damnare, quam emendare & corrigere: quod vitium, vel ſuperbiæ eſt, vel invidentiæ.

S. THOMAS 2. 2. *q. 60. a. 2. Concluſ.* Injuſta, præſumptuoſa, ac temere quidpiam judicare, illicitum ſemper eſt. Id judicium tamen quod eſt juſtitiæ actus proculdubio eſt licitum.

In corp. Judicium in tantum eſt licitum, in quantum eſt juſtitiæ actus ... Ad hoc quod judicium ſit actus juſtitiæ, tria requiruntur. Primo quidem, ut procedat ex inclinatione juſtitiæ. Secundo, quod procedat ex auctoritate præſidentis. Tertio, quod proferatur ſecundum rectam rationem prudentiæ. Quodcumque autem horum defuerit, judicium erit vitioſum & illicitum. Uno quidem modo quando eſt contra rectitudinem juſtitiæ: & ſic dicitur judicium perverſum vel injuſtum. Alio modo, quando homo judicat de his in quibus non habet auctoritatem; & ſic dicitur judicium uſurpatum. Tertio modo, quando deeſt certitudo rationis, puta cum aliquis de his judicet, quæ ſunt dubia, vel occulta, propter aliquas leves conjecturas: & ſic dicitur judicium ſuſpicioſum, vel temerarium.

Ad 1. Dominus prohibet judicium temerarium, quod eſt de intentione cordis, vel de aliis incertis ... vel prohibet judicium quod non fit ex benevolentia, ſed ex animi amaritudine.

Ad 3. Dicendum quod illi qui ſunt in gravibus peccatis, non debent judicare eos qui ſunt in eisdem peccatis, vel minoribus: ... & præcipue hoc eſt intelligendum, quando illa peccata ſunt publica; quia ex hoc generaretur ſcandalum in cordibus aliorum. Si autem non ſunt publica, ſed occulta, & neceſſitas judicandi immineat, propter officium poteſt cum humilitate & timore, vel arguere, vel judicare.

(L) S. AUG. *Tract. 90. in Johann. n. 2.* Pertinet autem ad nos ne pernicioſa opinione fallamur, ut quia non poſſumus hominum indagare conſcientiam, de ipſis rebus habeamus veram certamque ſententiam: hoc eſt, ut ſi illa vel illa homo utrum ſit impudicus pudicusve neſcimus, oderimus tamen impudicitiam, & pudicitiam diligamus: & ſi illum vel illum injuſtum eſſe juſtumve neſcimus, amemus tamen juſtitiam, & injuſtitiam deteſtemur; non quas nobis ipſi errando confingimus, ſed quas fideliter, hanc appetendam, illamque vitandam in Dei veritate conſpicimus, ut cum de ipſis rebus quod appetendum eſt appetimus; quod devitandum eſt devitamus, ignoſcatur nobis quod de occultis hominum aliquando, immo aſſidue non vera ſentimus. Hoc enim ad humanam tentationem pertinere arbitror, ſine qua duci non poteſt vita, ita ut Apoſtolus diceret, *Tentatio vos* 1. Cor. 10. 13. *non apprehendat niſi humana.* Quid enim tam humanum quam non poſſe inſpicere cor humanum; & ideo non ejus latebras perſcrutari, ſed plerumque aliud quam id quod ibi agitur ſuſpicari? Quamquam & in his rerum tenebris humanarum, hoc eſt, cogitationum alienarum, etſi ſuſpiciones intelligere non poſſumus, quia homines ſumus; judicia tamen, id eſt, definitas, firmasque ſententias continere debemus, nec *ante tempus* Ibid. 4. 5. *quidquam judicare, donec veniat Dominus, & illuminet abſcondita tenebrarum, & manifeſtet cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuique a Deo.* Quando ergo non erratur in rebus, ut recta ſit improbatio vitiorum, virtutumque probatio: profecto ſi erratur in hominibus, venialis eſt humana tentatio.

S. THOMAS 2. 2. *q. 60. a. 3.* Sed contra S. Chryſoſt. homil. 17. operis imperfect. in Matt. ſuper illud Matt. 7. *nolite judicare*, dicit: Dominus hoc mandato non prohibet Chriſtianos ex benevolentia alios corripere, ſed ne per jactantiam juſtitiæ ſuæ Chriſtiani Chriſtianos deſpiciant, ex ſolis plerumque ſuſpicionibus odientes ceteros, & condemnantes.

Concluſ. Judicium ex ſuſpicione procedens ad alicujus condemnationem, illicitum & mortale peccatum eſt: ex levibus tamen indiciis de alterius probitate dubitare, leve eſt, gravatur tamen æſtimatio judicantis ex illius criminis gravitate, quod quis de altero ex levibus ſuſpicatur.

In corp. Suſpicio provenit ex hoc quod aliquis male afficitur ad alterum: cum enim aliquis contemnit vel odit aliquem, aut iraſcitur, vel invidet ei, ex levibus ſignis opinatur mala de ipſo: quia unusquisque faciliter credit quod appetit... Eſt autem triplex gradus ſuſpicionis. Primus quidem gradus eſt, ut homo ex levibus indiciis de bonitate alicujus dubitare incipiat: & hoc eſt veniale & leve peccatum. Pertinet autem ad tentationem humanam, ſine qua iſta vita non ducitur, ut habetur gloſſa ſuper illud, *Nolite ante tempus judicare.* Secun- 1. Cor. 4. 5. dus gradus eſt, cum aliquis pro certo malitiam alterius æſti-

Digitized by Google

M R. Peccat, ſi temere id fiat. (M) Si vero veritate, æquitate, caritate innitatur judicium vel ſuſpicio, nihil eſt in iis non laude dignum.

Verbi gratia, Præpoſiti qui cum ſubditorum correctioni & ſaluti invigilent, mala de iis ſuſpicantur, & cavent, quantum in ſe eſt, ne ſibi ipſi, ne aliis noceant; nec tamen certum apud ſe judicium ſtatuunt, niſi adſit ſufficiens judicandi ratio. Idem dicendum de ceteris omnibus, qui cum alieni ſint ab omni præcipiti judicio vel ſuſpicione, ſuæ tamen vel alienæ utilitati conſulunt, caventque ſapienter a proximorum inſidiis, fraudibus, dolis, aſtutiis: quæ quidem cautio adjunctam habet ut plurimum ſuſpicionem de malo. Videat unusquisque ne propterea temere judicet vel ſuſpicetur: ſæpe enim ſub ſpecie caritatis & neceſſitatis

N malignitas tegitur. (N)

I. Licetne revelare alteri malum quod de proximo vel judicamus vel ſuſpicamur?

R. Non licet, niſi quando ad id non levitas, non malignitas, ſed ſola neceſſitas caritatis impellit: alioqui obtrectatio eſt.

Ad id autem caritas impellit, cum non ad infamandum proximum id fit, ſed ad malum aliquod avertendum, vel ut conſulatur gloriæ Dei, vel utilitati proximi.

I. Quid Deus præcipit octavo mandato?

R. 1. Ut non niſi veritatem loquamur corde & ore, veritatem diligamus, veritati ſtudeamus: veritas enim Dei eſt.

2. Ut coram Judicibus non modo non mentiamur unquam, ſed etiam cum juridice, id eſt ſervato ordine juris, non interrogant, reſpondeamus illis nude & aperte quod ſcimus de iis quæ a nobis ipſi poſtulant: ita ut ad rationem interrogationis reſponſionis verba vere & ſine fuco adæquentur. (O) O

3. Ut fugiamus omnia genera peccatorum, quæ in hoc capite expoſuimus.

4. Ut actiones proximi, quantum fieri poteſt, in benignam partem interpretemur. (P) P

CA-

æſtimat, ex levibus indiciis. Et hoc ſi ſit de aliquo gravi, eſt peccatum mortale, in quantum non eſt ſine contemptu proximi: unde gloſſa ibidem ſubdit: & ſi ergo ſuſpiciones vitare non poſſumus, quia homines ſumus, judicia tamen, ideſt, diffinitivas firmatasque ſententias continere debemus. Tertius gradus eſt, cum aliquis Judex ex ſuſpicione procedit ad aliquem condemnandum, & hoc directe ad injuſtitiam pertinet: unde eſt peccatum mortale.

(M) MATTH. VII. 1. Nolite judicare, ut non judicemini. 2. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini: & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.

LUC. VI. 37. Nolite judicare, & non judicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini.

ROM. II. 1. Propter quod inexcuſabilis es, o homo omnis qui judicas. In quo enim judicas alterum, te ipſum condemnas: eadem enim agis quæ judicas. 2. Scimus enim quia judicium Dei eſt ſecundum veritatem in eos qui talia agunt. 3. Exiſtimas autem hoc, o homo, qui judicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies judicium Dei.

S. AUG. *Lib. 2. de ſerm. Dom. in monte, c. 18. num. 58. &c. Vide ſupra hocce §. lit* (K)

Serm. 306. alias 122. de diverſis, c. 9. num 8. Pleraque mala generis humani non aliunde oriuntur, niſi de ſuſpicionibus falſis. Credis de homine quod oderit te, qui forte amat te; & per pravam ſuſpicionem fis inimiciſſimus amiciſſimo. Quid faciat, cui non credis, & cor ſuum tibi demonſtrare non valet? Loquitur tibi dicens, Amo te. Sed quia poſſet tibi hoc dicere & mentiens (ea ſunt enim verba mentientis, quæ vera dicentis,) non credendo adhuc odiſti. Ideo ſecurum te facere voluit ab eo peccato, qui tibi dixit, *Diligite inimicos veſtros*. Chriſtiane, dilige & inimicos tuos, ne incautus oderis & amicos.

Epiſt. 153. alias 54. ad Macedonium, n. 20. & 24. Vide ſupra §. 4. c. 8. hujuſce ſect. litt. (E)

(N) HEB. VI. 9. Confidimus autem de vobis, dilectiſſimi, meliora, & viciniora ſaluti, tametſi ita loquimur.

S. AUG. *Tract. 90. in Johan. num. 2. Vide ſupra hocce §. litt.* (L)

Lib. 1. de ſerm. Dom. in monte, c. 18. *n. 59. Vide ſupra hocce §. litt.* (K)

S. THOM. 2. 2. *q.* 60. *art.* 4. Sed contra eſt quod Rom. 14. ſuper illud *Qui non manducat, manducantem non judicet*, dicit Gloſſa: Dubia in meliorem partem ſunt interpretanda.

Concluſ. Dubia indicia de malitia alterius, ſemper ſunt in meliorem partem interpretanda.

In corp. Reſpondeo dicendum quod ex hoc ipſo quod aliquis habet malam opinionem de alio abſque ſufficienti cauſa, injuriatur ei, & contemnit ipſum. Nullus autem debet alium contemnere, vel nocumentum quodcumque inferre, abſque cauſa cogente: & ideo ubi non apparent manifeſta indicia de malitia alicujus, debemus eum ut bonum habere, in meliorem partem interpretando quod dubium eſt.

Ad 1. Ergo dicendum quod poteſt contingere, quod ille qui in meliorem partem interpretatur, frequentius fallitur. Sed melius eſt, quod aliquis frequenter fallatur, habens bonam opinionem de aliquo malo homine, quam quod rarius fallatur, habens malam opinionem de aliquo homine bono: quia ex hoc fit injuria alicui, non autem ex primo.

(O) S. THOM. 2. 2. *q. 69. art. 1. in corp.* Ex debito tenetur accuſatus Judici veritatem exponere, quam ab eo ſecundum formam juris exigit. Et ideo, ſi confiteri noluerit veritatem quam dicere tenetur, vel ſi eam mendaciter negaverit, mortaliter peccat. Si vero Judex hoc exquirat, quod non poteſt ſecundum ordinem juris, non tenetur ei accuſatus reſpondere; ſed poteſt vel per appellationem, vel aliter licite ſubterfugere: mendacium tamen dicere non licet.

Ad tertium dicendum, quod ille qui mentitur in judicio ſe excuſando, facit & contra dilectionem Dei, cujus eſt judicium: & contra dilectionem proximi; tum ex parte Judicis, cui debitum negat; tum ex parte accuſatoris, qui punitur, ſi in probatione deficiat.

(P) S. AUG. *in Pſal.* CXLVII. *num.* 16. Quid agit pax? De incertis non judicat, incognita non confirmat: proclivior eſt ad bene credendum de homine, quam ad male ſuſpicandum. Non ſe multum dolet errare, cum bene credit etiam de malo: perniciose autem, cum male ſentit forte de bono. Neſcio qualis ſit: quid perdo, ſi credo quia bonus eſt? Si incertum eſt, licet ut caveas, ne forte verum ſit; non tamen damnes, tamquam verum ſit. Hoc pax jubet. *Quære pacem & ſequere eam.* *Pſ. 33. 15.*

S. BERNARD. *Serm. 40. in Cantic. num.* 5. . . . Cave alienæ converſationis eſſe aut curioſus explorator, aut temerarius judex. Etiam ſi perperam actum quid deprehendas, nec ſic judices proximum, magis autem excuſa. Excuſa intentionem, ſi opus non potes: puta ignorantiam, puta ſubreptionem, puta caſum. Quod ſi omnem omnino diſſimulationem rei certitudo recuſat, ſuade nihilominus ipſe tibi, & dic intra apud temetipſum: Vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa feciſſet, ſi accepiſſet in me ſimiliter poteſtatem?

S. GRE-

CAPUT DECIMUM.

De Nono Dei Præcepto.

I. Quodnam eſt nonum Dei præceptum?

R. *Non concupiſces uxorem proximi tui.*

I. Quid hoc præcepto prohibetur?

R. Prohibetur concupiſcentia omnia circa res venereas præcepto ſexto prohibitas.

Quia non ſolum prava ea de re deſideria, ſed & cogitationes malæ.

I. Quid diſcriminis intercedit inter cogitationem pravam & deſiderium?

R. Cogitatio eſt attentio animi ad rem quæ menti exhibetur. Deſiderium eſt voluntas exequendi. (*A*)

A

I. Omnes genus mali deſiderii peccatumne eſt?

R. Eſt. Deſiderium enim includit conſenſum voluntatis in rem pravam, in quo poſita eſt ratio peccati: de corde enim, id eſt, de voluntate conſentiente exeunt omnia peccatorum genera, juxta Chriſti ipſius oraculum. (B) B

I. Omnes genus cogitationis pravæ peccatumne eſt?

R. Non in mala præciſe cogitatione, ſed in voluntate poſita eſt peccati ratio. (C) Adeoque nunquam cogitatio peccatum eſt, niſi cum juvatur a voluntate. C

Si enim prava cogitatio diſpliceat voluntati, nedum delectet, ſi nullam voluntas dederit occaſionem pravæ cogitationi, ſi ea rejiciatur

(A) S. GREGOR. MAGN. *Lib.* 4. *Moral. in Job cap.* 25. Quatuor modis peccatum perpetratur in corde, quatuor conſummatur in opere. In corda namque ſuggeſtione, delectatione, conſenſu, & defenſionis audacia perpetratur. Fit autem ſuggeſtio per adverſarium, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum, defenſionis audacia per elationem. Culpa enim, quæ terrere mentem debuit, extollit, & dejiciendo elevat, ſed gravius elevando ſupplantat. Unde & illam primi hominis rectitudinem antiquus hoſtis qui quatuor ictibus fregit. Nam ſerpens ſuaſit, Eva delectata eſt, Adam conſenſit, qui etiam requiſitus confiteri culpam per audaciam noluit. Hoc vero in humano genere quotidie agitur, quod actum in primo parente noſtri generis non ignoratur.... Eiſdem etiam quatuor modis peccatum conſummatur in opere. Prius namque latens culpa agitur: poſtmodum vero etiam ante oculos hominum ſine confuſione reatus aperitur: dehinc & in conſuetudinem ducitur; ad extremum vero, vel falſæ ſpei ſeductionibus, vel obſtinatione miſeræ deſperationis enutritur.

Homilia 16. *in Evangelia* ...... Sciendum nobis eſt, quia tribus modis tentatio agitur, ſuggeſtione, delectatione & conſenſu. Et nos cum tentamur, plerumque in delectationem, aut etiam in conſenſum labimur: quia de carnis peccato propagati, in nobis ipſis etiam gerimus, unde certamina toleramus. Deus vero, qui in utero Virginis incarnatus, in mundum ſine peccato venerat, nihil contradictionis in ſemetipſo tolerabat. Tentari ergo per ſuggeſtionem potuit, ſed ejus mentem peccati delectatio non momordit. Atque ideo omnis diabolica illa tentatio foris non intus fuit.... Antiquus hoſtis ....in primum hominem, parentem noſtrum .... tentavit; ſed tentando ſuperavit; quia ſibi eum per conſenſum ſubdidit.

(B) MATTH. XV. *n.* 18. Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt; & ea coinquinant hominem. 19. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. 20. Hæc ſunt, quæ coinquinant hominem.

(C) S. AUG. *Enarrat. in Pſalm.* XCIX. *num.* 11. Excludes malos fratres a conventu bonorum? De corde tuo, quiſquis iſta dicis, omnes malas cogitationes, ſi potes, exclude: non intret in cor tuum vel ſuggeſtio mala. Non conſentio, inquis; ſed intravit tamen, ut ſuggereret. Nam omnes munita corda habere volumus, ut nihil intret quod male ſuggeratur. Unde autem intret, quis novit? Et pugnamus quotidie in uno corde noſtro; unus homo in corde ſuo cum turba luctatur. Suggerit avaritia, ſuggerit libido, ſuggerit voracitas, ſuggerit lætitia iſta popularis; omnia ſuggerunt: ab omnibus ſe continent, omnibus reſpondet, & ab omnibus avertatur; difficile eſt ut non ab aliqua feriatur. Ubi ergo ſecuritas? Hic nuſquam, in iſta vita nuſquam, niſi in ſola ſpe promiſſorum Dei

Enarrat. in Pſal. CXLIII. *num.* 6. Ecce ipſe Apoſtolus difficillimum prælium proponit, & quam laborioſum ſit aut forte inſuperabile, ſi non intelligo, ipſe oſtendit. *Caro*, inquit, *concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem, ut non ea quæ vultis, faciatis.* Gal. 5. 7. Quomodo me jubes vincere, cum ille dicat, *ut non ea quæ vultis faciatis?* ... Prorſus non facis quod vis, pugnante carne adverſus ſpiritum tuum. Si ad iſtam pugnam de te præſumis, admonendus es, ne fiduſia audieris, *Exultate Deo adjutori noſtro.* Ps. 80. 2. Si enim per te impleres totum, non eſſet neceſſarius adjutor. Rurſus ſi tu ipſe tua voluntate nihil ageres, non vocaretur adjutor: adjutor enim aliquid agentem adjuvat.... *Manifeſta enim ſunt*, inquit, *opera carnis, quæ ſunt fornicationes, immunditiæ, idolorum ſervitus, luxuria, veneficia, contentiones, inimicitiæ, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia; quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt.* Gal. 5. 19. 20. 21. Non qui adverſus talia confligunt, ſed qui talia agunt. Cum enim confligis, aliud eſt opus; cum vincis, aliud opus eſt; cum pacem & requiem habes, aliud opus eſt. Hæc dum exemplis demonſtro paucis, advertite. Suggeritur aliquod lucrum, delectat: habet fraudem, ſed magnum eſt lucrum, delectat, non conſentis: pugnam video, adhuc ſuadetur, adhuc inſtatur, adhuc deliberatur: ergo qui pugnat, periclitatur. Vidimus pugnam, cetera videamus. Contempſit juſtitiam, ut fraudem faceret; victus eſt: contempſit lucrum, ut juſtitiæ ſerviret; vicit. In his tribus, victum doleo, pugnanti metuo, victori congaudeo. Sed etiam ille qui vicit, numquid omnino egit in ſe; ut prorſus eum pecunia non attentet, aut nihil in eo excitet delectationis, quamvis ſuperabilis, quamvis contemptibilis, quamvis non ſolum cui non conſentiens, ſed cum qua nec pugnare dignetur? Ineſt tamen aliqua delectationis titillatio. Iſta titillatio, & ille hoſtis jam nec pugnat, nec regnat: ineſt tamen, & quaſi moratur in carne mortali, quod non erit. Ducetur enim totum in victoriam, ſed poſtea: modo autem, *corpus quidem mortuum eſt, propter peccatum*; Rom. 8. 10. & ideo eidem corpori ineſt peccatum, etſi non regnat peccatum: ſpiritus autem vita eſt propter juſtitiam.

Lib. 1. *de Sermone Domini in monte cap.* 12. *num.* 33. *Vide ſupra* §. 3. *c.* 2 *ſect.* 1. *hujuſce partis lit.* (D) *& lib.* 22. *de Trin. c.* 12. *n.* 18. *lit.* (E)

Serm. 98. *alias* 44. *de verbis Domini, cap.* 5. *num.* 5. Iſta tria genera mortuorum, tria genera peccatorum, quos hodie ſuſcitat Chriſtus .... Sunt ergo qui peccatum intus in corde habent, in facto nondum habent. Neſcio quis commotus eſt aliqua concupiſcentia. Dicit enim ipſe Dominus, *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt in corde ſuo.* Matt. 5. 29. Nondum acceſſit corpore, conſenſit in corde: mortuum intus habet, nondum extulit. Et ut fit, ut novimus, ut quotidie homines in ſe experiuntur, aliquando audito verbo Dei, tamquam Domino dicente, *ſurge*, condemnatur conſenſus ad iniquitatem, reſpiratur in ſalutem atque juſtitiam. Surgit mortuus in domo, reviviſcit cor

in

ciatur ſtatim atque menti objicitur, ſi ipſi voluntas non inhæreat; vergit prava cogitatio in meritum, nedum peccatum ſit.

I. Quandonam peccat voluntas juvando pravam cogitationem?

R. 1. Quando præbet conſenſum pravæ cogitationi. 2. Quando de prava cogitatione delectatur, licet in rem pravam nondum conſentiat. 3. Quando negligentia ſua dat locum pravæ cogitationi, vel objectam cogitationem pravam non rejicit, ſed
D in ea diutius immoratur. (D)

I. Eſtne gravitas eadem in triplici illo peccatorum genere circa pravas cogitationes?

R. Gravius peccat qui conſenſom præbet pravæ cogitationi, quam qui de ea ſine conſenſu delectatur, vel qui in ea immoratur diutius. Deinde gravius peccat qui de prava cogitatione delectatur, quam is qui negligens eſt in ea ſtatim rejicienda.

I. Licetne concupiſcere uxorem proximi, non in adulterium quidem, ſed in conjugium, ſi forte vidua fiat?

R. Talis concupiſcentia peccatum eſt. Tum quia præmatura eſt & inordinata. Tum quia ex ea cupiditate facile quis moveretur ad optandam mortem mariti. Tum quia grave periculum eſt ne ex hac concopiſcentia oriatur tandem deſiderium vel adulterii, vel alterius luxuriæ, vel cujuſpiam affectus pravi. (E) E

CA-

in cogitationis ſecreto. Facta eſt iſta reſurrectio animæ mortuæ intra latebras conſcientiæ, tamquam intra domeſticos parietes. Alii poſt conſenſum eunt in factum, tamquam efferentes mortuum; ut quod latebat in ſecreto appareat in publico. Numquid jam iſti, qui in factum proceſſerunt, deſperati ſunt? Nonne & illi ju-
Luc. 7. 14. & 15. veni dictum eſt: *Tibi dico, ſurge?* Nonne & illa *reddi-tus eſt Matri ſuæ?* Sic ergo & qui jam ſecerit, ſi forta commonitus, commotus verbo veritatis ad Chriſti vocem reſurgit, vivus redditur. Potuit progredi, in æternum perire non potuit. Qui autem faciendo quod malum eſt, etiam mala conſuetudine ſe implicant, ut ipſa conſuetudo mali non eos ſinat videre, quia malum eſt, fiunt defenſorex malorum factorum ſuorum: iraſcuntur cum reprehenduntur.... Tales conſuetudine maligna preſſi, tamquam ſepulti ſunt. Sed
Joh. 11. 39. quid dicam, Fratres? Ita ſepulti, ut de Lazaro dictum eſt, *Jam putet*. Moles illa impoſita ſepulchro, ipſa eſt vis dura conſuetudinis, qua premitur anima, nec ſurgere nec reſpirare permittitur.

Id. ibid. *Cap.* 6. *num.* 6. Dictum eſt autem, *Quatriduanus eſt*. Revera ad iſtam conſuetudinem, de qua loquor, quarto quodam progreſſu pervenit anima. Prima eſt enim quaſi titillatio delectationis in corde, ſecunda conſenſio, tertia factum, quarta conſuetudo. Sunt enim qui res illicitas obviam cogitationibus ſuis prorſus ita abjiciunt, ut nec delectentur. Sunt qui delectantur, & non conſentiunt: nondum perfecta mors eſt, ſed quodam modo inchoata. Delectationi accedit conſenſio: jam eſt illa damnatio. Poſt conſenſionem in factum proceditur: factum in conſuetudinem vertitur: & fit
Ibidem. quædam deſperatio, ut dicatur, *Quatriduanus eſt, jam putet*. Venit ergo Dominus, cui utique facilia erant
Ibid. 33. omnia; & difficultatem quamdam oſtendit ibi: *infremuit ſpiritu*, oſtendit multo clamore objurgationis opus eſſe ad eos qui conſuetudine duruerunt. Tamen ad vocem clamaotis Domini, rupta ſunt vincula neceſſitatis: tremuit inferni dominatio, redditus eſt Lazarus vivus. Liberat enim & de mala conſuetudine Dominus quatriduanos mortuos.

S. GREG. MAGN. *lib.* 4. *Moral. in Job c.* 25. & *Hom.* 16. *in Evang.* *Vide ſupra hocce* §. *litt.* (A)

(D) *Vide teſtimonia ex Patribus deſumpta hocce paragrapho laudata.*

(E) CATECHIS. CONCIL. TRIDENT. *Part.* 3. *de* 9. & 10. *Præcept. Decalogi*, *num.* 1. Stirps ac ſemen malorum omnium eſt prava concupiſcentia: qua qui incenſi ſunt præcipites feruntur in omne flagitiorum ac ſcelerum genus.

N. 10. Sciendum eſt concupiſcentiam eſſe commotionem quamdam, ac vim animi qua impulſi homines quas non habent res jucundas appetunt.

1. *Joh.* 2. 16 *N.* 16. Ea tantum concupiſcendi libido vetita eſt, quam *carnis concupiſcentiam* vocat Apoſtolus, illi ſcilicet concupiſcendi motus, qui nullum rationis motum habent, neque finibus a Deo conſtitutis continentur.

N. 17. Hæc cupiditas damnata eſt, vel quia malum appetit, veluti adulteria, ebrietates, homicidia, & alia ejusmodi nefaria ſcelera, de quibus ita Apoſtolus: *Non ſimus*, inquit, *concupiſcentes malorum quemadmo-* 1. *Cor.* 10. 6.
dum & illi concupierant. Vel quia, etſi res natura ſua malæ non ſint, cauſa tamen aliunde extat, quare illas concupiſcere nefas ſit: quod in genere ſunt ea quæ ne poſſideamus, Deus aut Eccleſia prohibet. Non enim ea nobis appetere licet, quæ poſſidere omnino nefas ſit; qualia olim in veteri lege fuerunt, aurum, argentum ex quibus idola conflata erant, quæ Domi- *Deut.* 7. 25.
nus in Deuteronomio vetuit, ne quis concupiſceret. Ob eam præterea cauſam hæc cupiditas vitioſa prohibetur: quoniam quæ appetuntur aliena ſunt, ut domus, ſervos, ancilla, ager, uxor, bos, aſinus, & *Id.* 5. 21.
alia multa, quæ cum aliena ſint, ea concupiſcere vetat divina Lex.

N. 18. Rerumque ejusmodi cupiditas nefaria eſt, & in peccatis graviſſimis numeratur, cum illis concupiſcendis animi præbetur aſſenſus: nam cum peccatum natura exiſtit, cum poſt malarum cupiditatum impulſum animus rebus pravis delectatur, atque his vel aſſentitur, vel non repugnat: id quod divus Jacobus, cum peccati originem & progreſſionem oſtendit, illis verbis docet: *unusquiſque tentatur a concupiſcentia ſua* *Jac.* 1. 14. 15.
abſtractus, & illectus: deinde concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem.

N. 28. Hanc de re aliena non concupiſcenda legem altera ſequitur, que prohibet, ne alienam concupiſcamus uxorem: qua lege concupiſcendi libido non ea quidem tantum prohibita cenſetur, qua adulter alterius uxorem appetit; ſed etiam qua affectus aliquis alterius uxorem in matrimonium ducere concupiſcit: eo enim tempore cum repudii permittebatur libellus, illud facile evenire poterat, ut quæ ab uno repudiata eſſet, eam alter uxorem acciperet.

N. 29. At hoc Dominus vetuit: ne aut mariti ad uxores relinquendas ſollicitarentur, aut uxores maritis difficiles ſe ac moroſas ita præberent, ut eam ob cauſam quædam quaſi neceſſitas viris imponeretur illas repudiandi.

N. 30. Nunc vero gravius eſt peccatum, cum mulierem, etiam ſi a viro repudiata ſit, alteri in matrimonium ducere non liceat, niſi marito mortuo. Itaque qui alterius uxorem concupiſcit, facile ex una in aliam incidet cupiditatem. Aut enim illius virum mori, aut adulterium admittere cupiet.

N. 31. Atque hoc idem de iis mulieribus dicitur, quæ alteri deſponſatæ ſunt: neque enim has item concupiſcere licet, cum ii, qui hæc pacta reſcindere ſtudent, violent ſanctiſſimum fidei fœdus.

CATE-

Digitized by Google

CAPUT UNDECIMUM.

De Decimo Dei Mandato.

I. Quodnam eſt decimum Dei præceptum?

R. *Non concupiſces domum proximi tui, non ſervum, non ancillam, non bovem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt.*

I. Quid Deus hoc præcepto prohibet?

R. Sicut ſeptimo præcepto prohibitum eſt ne aliena rapiantur vel retineantur; ita hoc decimo prohibetur ne aliena concupiſcantur in damnum proximi.

In damnum proximi, inquam, neque enim hac lege prohibetur aliena deſiderare, ut legitime acquirantur ſine damno vel injuria proximi. Omnes emptionis & venditionis contractus hoc legitimo deſiderio innituntur: neque quiſquam domum vel agrum emeret niſi placeret acquiſitio, ſibique rem vellet habere.

I. Quinam peccant contra hoc præceptum?

R. 1. Mercatores qui rerum penuriam, annonæque caritatem expetunt, ut ipſi vendendo vel emendo ditiores fiant. 2. Milites & Tribuni qui bellum expetunt, ut impune aliena diripiant. 3. Medici qui morbos, 4. Judices, Patroni, Procuratores, Scribæ, Actuarii, qui lites & contentiones concupiſcunt. 5. Liberi qui depoſito omni pietatis & humanitatis ſenſu, parentum mortem expetunt, ut fruantur citius eorum hæreditate. Uno verbo quicumque proximorum felicitati, gloriæ, divitiis, virtuti atque exiſtimationi, aliiſque id

A genus invident. (A)

De peccatorum hujuſmodi principiis & natura ſatis ſuperque diximus, ubi de peccatis capitalibus egimus. *Hujuſce Part. Sect. I. c. 2. §. 5.*

I. Quid Deus duobus ultimis præceptis jubet?

C. Ut omnia noſtra deſideria ad fidei & rationis normam dirigantur; adeoque ut fugiatur *concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ*, quam vocat Sanctus Auguſtinus *ſentiendi, dominandi, & ſpectandi libidinem*, de qua ſuperius diximus; eſt enim triplex ea cupiditas radix pravorum omnium affectuum, atque adeo peccatorum omnium. *Radix omnis mali cupiditas.* (B) *1.Joh.11.16 Confeſſ. Libro 3. c. 18. n. 16. Vide caput Prælimin. hujuſce Partis.* B

I. Cur ais cupiditatem eſſe omnis mali radicem?

R. Id ait Apoſtolus, quia quidquid mali fit ex prava cupiditate & affectione fit. *1.Tim.6.10*

I. Qua ratione vinci cupiditas poteſt & coerceri?

R. Exercitio virtutum, ipſo etiam pœnarum timore, qui bonus & utilis eſt, & ſine quo *non eſt qua intret charitas.* (C) Sed ut perfecte vincatur, & coerceatur cupiditas, ſoli Deo adhærendum, a quo bona cuncta procedunt, ſoli Deo ſerviendum, ſolus Deus diligendus; ita ut omnia ad ipſum dirigantur, ſintque in ordine caritatis, quam ipſe præcepit omnibus. C *Vide caput Prælim. hujuſce partis.*

I. Ergo caritas eſt totius religionis ſumma?

R. Eſt utique. Chriſtianæ religionis non perfectio ſolum, ſed & compendium caritas.

Sola

(A) CATECHISM. CONCIL. TRIDENT. *Part. 3. in nonum & decimum præceptum Decalogi num.* 37. Qui præ ceteris hoc cupiditatis vitio laborant ...... illi ſunt qui luſionibus non honeſtis delectantur, aut qui ludis immoderate abutuntur. Mercatores item, qui rerum penuriam, annonæque caritatem expetunt, atque id ægre ferunt, ut alii præter ipſos ſint qui vendant, aut emant, quo carius vendere aut vilius emere ipſi poſſint. Qua in re item peccant, qui alios egere cupiunt, ut aut vendendo, aut emendo ipſi lucrentur. Peccant etiam milites, qui bellum expetunt, ut furari ipſis liceat: Medici item qui morbos deſiderant: Jureconſulti, qui cauſarum, litiumque vim copiamque concupiſcunt: tum artifices qui quæſtus avidi, omnium, quæ ad victum cultumque pertinent, penuriam exoptant, ut inde plurimum lucri faciant. In hoc præterea genere graviter ii peccant, qui alienæ laudis, gloriæque avidi, atque appetentes ſunt, non ſine aliqua famæ alterius obtrectatione: idque præſertim, ſi qui illam appetunt, ignavi, nulliuſque pretii homines ſunt; fama enim, & gloria virtutis, atque induſtriæ, non ignaviæ, aut inertiæ, præmium eſt.

(B) ECCLI. XVIII. 30. Poſt concupiſcentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere. 31. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis.

1. COR. X. 6. Non ſimus concupiſcentes malorum.

Vide momenta ex Scriptura & Patribus in cap. prælimin. hujuſce Partis laudata.

(C) S. AUG. In *Epiſt. Joh* 1. *cap.* 4. *tract.* 9. *num.*

1.Joh.11.18 4. Unde intelligitur perfecta caritas? *Timor non eſt in caritate.* Quid ergo dicimus de illo qui cœpit timere diem judicii? Si perfecta in illo eſſet caritas, non timeret. Perfecta enim caritas faceret perfectam juſtitiam, & non haberet quare timeret: immo haberet quare deſideraret ut tranſeat iniquitas, & ve-

Ibid. niat regnum Dei. Ergo *timor non eſt in caritate.* Sed in qua caritate? Non in inchoata. In qua ergo? *Sed perfecta*, inquit, *caritas foras mittit timorem.* Ergo incipiat timor: quia *initium ſapientiæ timor Domini.* Timor quaſi locum præparat caritati. Cum autem cœperit caritas habitare, pellitur timor qui ei præparavit locum. Quantum enim illa creſcit, illa decreſcit: & quantum illa fit interior, timor pellitur foras. Major caritas, minor timor: minor caritas, major timor. Si autem nullus timor, non eſt qua intret caritas. Sicut videmus per ſetam introduci linum, quando aliquid ſuitur, ſeta prius intrat, ſed niſi exeat, non ſuccedit linum: ſic timor primo occupat mentem, non autem ibi remanet timor, quia ideo intravit, ut introduceret caritatem. Jam facta ſecuritate in animo, quale gaudium nobis eſt vel in hoc, vel in futuro ſæculo? Et in hoc ſæculo quis nobis nocebit plenis caritate? Videte quomodo exſultet Apoſtolus de ipſa caritate. *Quis nos*, inquit, *ſeparabit a caritate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius?* Rom. 8. 35.

Et Petrus dicit: *Et quis vobis nocere poteſt, ſi boni æmulatores fueritis?* Timor non eſt in dilectione: *ſed perfecta dilectio foras mittit timorem*; quia timor tormentum habet. Torquet cor conſcientia peccatorum, nondum facta eſt juſtificatio. Eſt ibi quod titillet, quod pungat. Ideo in Pſalmo de ipſa perfectione juſtitiæ quid dicit? *Convertiſti luctum meum in gaudium mihi: conſcidiſti ſaccum meum, & cinxiſti me lætitia, ut cantet tibi gloria mea, & non compungar.* Quid eſt, non compungar? Non ſit quod ſtimulet conſcientiam meam. Stimulat timor: ſed noli timere, intrat caritas, quæ ſanat quod vulnerat timor. Timor Dei ſic vulnerat, quomodo medici ferramentum: putredinem tollit, & quaſi videtur vulnus augere. Ecce putredo quando erat in corpore, minus erat vulnus, ſed periculoſum: accedit ferramentum medici, minus dolebat illud vulnus, quam dolet modo cum ſecatur. Plus dolet cum curatur, quam ſi non curaretur: ſed ideo plus dolet accedente medicina, ut numquam doleat ſuccedente ſalute. Occupet ergo cor tuum timor, ut inducat caritatem: ſuccedat cicatrix ferramento medici. Talis eſt medicus, ut nec cicatrices appareant: tu tantum ſubde te dexteræ ipſius. Nam ſi ſine timore es, non 1.Pet.3.13. 1.Joh.4.18. Pſ. 29. 12.

pote-

D Sola enim caritate fides & ſpes perficiuntur. Eſt autem triplex hæc virtus totius religionis ſumma. (D) Qui Deum diligit legem implevit.

I. Cur voluit Deus legem ponere deſideriis hominum?

R. 1. Ut ſignificaret eſſe ſe cordium ſcrutatorem & dominum: ſimul & demonſtraret excellentiam legis ſuæ ſupra leges humanas, quæ non niſi circa actus externos verſantur, nec poſſunt interiora dirigere. (E)

Pars II. Sect. III. Cap. XI.

2. Ut peccatum in ipſa radice deſtrueretur. Eſt enim prava cupiditas totius peccati fons, & ex corde exeunt omnia delictorum & ſcelerum genera, ut ait Chriſtus. E *Mat.* xv. 19.

3. Ut nemo ſibi de juſtitia & innocentia blandiatur, dum ab omni peccato exteriori abſtinet; poteſt enim eſſe in corde peccatum, poſſunt prava deſideria hominem inquinare, & iræ Dei ſubjicere. (F) F

Eccli. 1. 28. poterit juſtificari. Sententia dicta eſt de Scriptura. *Nam qui ſine timore eſt, non poterit juſtificari.* Opus eſt ergo ut intret timor primo, per quem veniat caritas.
1 Joh. iv. 18 Timor medicamentum, caritas ſanitas. *Qui autem timet, non eſt perfectus in dilectione.* Quare? *Quia timor tormentum habet*, quomodo ſectio medici tormentum habet.

(D) S. August. *Lib.* 12. *de Trinit. cap.* 14.

N. 21. Quis cultus (Dei,) niſi amor ejus, quo nunc deſideramus eum videre, credimusque & ſperamus nos eſſe viſuros.

Enchirid. ad Laurent. c. 3. *n.* 1. *Vide ſupra cap. prælim. hujuſce partis litt.* (L)

Cap. 17. *num.* 31. Jam porro caritas, quam duobus iſtis, id eſt fide ac ſpe majorem dixit Apoſtolus, quanto in quocumque major eſt, tanto melior eſt in quo eſt. Cum enim quæritur, utrum quiſque ſit homo bonus, non quæritur quid credat, aut ſperet, ſed quid amet. Nam qui recte amat, procul dubio recte credit & ſperat: qui vero non amat, inaniter credit, etiam ſi ſint vera quæ credit; inaniter ſperat, etiam ſi ad veram felicitatem doceantur pertinere quæ ſperat; niſi & hoc credat ac ſperet, quod ſibi petenti donari poſſit, ut amet. Quamvis enim ſperare ſine amore non poſſit, fieri tamen poteſt ut id non amet, ſine quo ad id quod ſperat non poteſt pervenire. Tamquam ſi ſperet vitam æternam, (quam quis non amat?) & non amet juſtitiam, ſine qua nemo ad illam pervenit. Ipſa eſt autem fides Chriſti, quam commendat Apoſtolus, quæ per dilectionem operatur, & quod in dilectione nondum habet, petit ut accipiat, quærit ut inveniat, pulſat ut aperiatur ei. Fides namque impetrat quod lex imperat. Nam ſine Dei dono, id eſt, ſine Spiritu ſancto, per quem diffunditur caritas in cordibus noſtris, jubere lex poterit, non juvare; & prævaricatorem inſuper facere, qui de ignorantia ſe excuſare non poſſit. Regnat enim carnalis cupiditas, ubi non eſt Dei caritas. *Gal.* iii. 5. *& ſeq.*

(E) Psal. vii. 10. Diriges juſtum, ſcrutans corda & renes Deus.

Jerem. xvii. 10. Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes: qui do unicuique juxta viam ſuam, & juxta fructum adinventionum ſuarum.

(F) Matth. v. 28. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

SECTIO QUARTA.

De Præceptis Eccleſiæ.

CAPUT PRIMUM.

De Præceptis Eccleſiæ in genere.

Interrog. SUFFICITNE ad ſalutem ſi pareamus præceptis Dei?

Reſp. Sufficit. Sed Deo non plene obſequimur, niſi & obſequamur Eccleſiæ. Itaque obſervanda & Eccleſiæ præcepta.

I. Poteſtne Eccleſia aliquid de novo præcipere?

R. Poteſt. Hanc facultatem accepit a Chriſto, tenemurque ipſam præcipientem audire &
A ſequi. (A)

I. Quibusnam competit in Eccleſia jus præcipiendi?

R. Paſtoribus. Ipſos enim poſuit Chriſtus ad regendam Eccleſiam. Ad eos itaque pertinet jus condendi leges. Ceteris incumbit neceſſitas
B obſequendi. (B) *Qui vos audit, me audit:*
Luc. x. 16. & *Qui vos ſpernit, me ſpernit.* Verba ſunt Chriſti Paſtores omnes in perſona Apoſtolorum alloquentis.

I. Condideruntne Apoſtoli novas leges a Præceptis Dei diſtinctas?

R. Condiderunt. Statuerunt enim in Concilio Jeroſolymis congregato, abſtinendum eſſe a ſanguine, & ſuffocatis & Idolothitis. *Viſum eſt*, inquit Concilium, *Spiritui ſancto, & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris quam hæc neceſſaria: ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione.* *Act.* xv. 28. 29.

Quibus Concilii Apoſtolici verbis conſtat, ab ipſo Spiritu ſancto præcipi quidquid præcipit Eccleſia; & ad Eccleſiam pertinere jus condendi leges novas, ubi id expedire judicaverit. Quin & hoc ipſum ex perpetua Eccleſiæ Traditione, Canonibusque qualibet ætate ab Eccleſia conditis demonſtratur. Sed & ipſi Proteſtantes, qui

(A) Matth. xviii. 17. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.

(B) Act. xx. 28. Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei.

Hebr. xiii. 17. Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis. Ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.

Part II, Sect. IV, Cap. II, §. 1.

qui nolunt parere præceptis Eccleſiæ Catholicæ, fatentur tamen in ſua Confeſſione fidei ad Eccleſiam pertinere jus condendi leges quibus parere teneamur: Ipſique leges ſibi condiderunt, quas vocant Eccleſiarum ſuarum diſciplinam.

I. Eſtne grave peccatum, Eccleſiam præcipientem non audire?

Matt. xviii. 17.

R. Graviſſimum. Ait enim Chriſtus; *Si quis Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.*

I. Cur condit Eccleſia leges?

R. 1. Ut aliquos externos pietatis actus norma aliqua dirigat; atque ita faciliorem reddat obſervationem præceptorum Dei.

2. Ut definiat tempus & modum obſervationis præceptorum Dei.

Id facile eſt exemplis demonſtrare.

Tenemur animo recolere Dei beneficia, & nos ipſos ad vitæ æternæ deſiderium excitare: Debet nobis Sanctorum gloria incitamentum eſſe ad eorum ſectanda veſtigia, & ad gratiarum actionem Deo habendam pro collatis in eos beneficiis, & pro eorum victoriis & triumphis. Ut hæc ſancte impleamus, feſtorum celebrationem inſtituit Eccleſia, ut infra videbimus.

Hujuſce Sect. c. 2. §. 16.

Lege naturali & Decalogo tenemur exteriorem Deo cultum exhibere, & qualibet hebdomada diem unum ſaltem Dei ſpecialiori obſequio deſtinare: ut id ſancte impleamus, præcipit Eccleſia ut ſingulis diebus Dominicis & Feſtis ſacroſancto Miſſæ ſacrificio adſimus: nullus enim eſt actus religionis Sacrificio excellentius, ut infra videbimus.

Part. 3. Sect. 2. c. 7.

Tenemur communicare interdum Corpori & Sanguini Domini, & peccata ſaltem lethalia expiare ſacramento Pœnitentiæ; id infra probabimus. Ne torpeamus negligentia circa hæc, præfinit Eccleſia tempus quo ſinguli fideles accedere debeant ad ſancta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſacramenta.

Part. 3. ſect. 1. c. 4. §. 10. & c. 5. §. 9.

Teneamur ſectari mortificationem carnis, caſtigare corpus noſtrum & in ſervitutem redigere exemplo Apoſtoli, jejunare interdum juxta id quod Chriſtus dixit Phariſæis, *Auferetur ab eis* (Diſcipulis ſuis) *ſponſus*, (id eſt Chriſtus, qui aſcendendo ad Patrem relicturus erat Diſcipulos ſuos præſentia ſenſibili:) *Et tunc jejunabunt*. Ut hæc impleamus ſtata quædam jejunia, & certas abſtinentias Eccleſia præcipit.

Mat. ix. 15. Luc. v. 35.

Adeoque verum eſt præcepta Eccleſiæ nihil aliud eſſe, quam certum & præfixum modum, ſtatutamque rationem obſervandorum præceptorum Dei.

I. Quænam ſunt præcepta Eccleſiæ?

R. Sex vulgo numerantur, quæ pertinent ad omnes omnino fideles, cujuſcumque ſtatus & conditionis.

Primum in eo poſitum eſt ut ſanctificentur feſti dies ab Eccleſia conſtituti.

Alterum, ut a ſingulis fidelibus Miſſæ officium integre audiatur ſingulis diebus Dominicis & Feſtis ab Eccleſia conſtitutis.

Tertium ut ſemel ſaltem annis ſingulis peccata ſacramentaliter deponantur coram proprio Paſtore, vel alio Sacerdote, de licentia Paſtoris.

Quartum ut annis ſingulis unuſquiſque in propria Eccleſia, in feſtis Paſchalibus reverenter ſumat Sacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum, & communicet corpori & ſanguini Domini.

Quintum ut jejunium quatuor temporum, & vigiliarum, & totius quadrageſimæ ſancte obſervetur.

Sextum ut ſingulis hebdomadis feria ſexta & ſabbato abſtineatur a carnibus.

CAPUT SECUNDUM.

DE PRIMO PRÆCEPTO ECCLESIÆ,

Quod eſt circa Feſtorum ſanctificationem.

§. 1. *De diebus Feſtis in genere, & Poteſtate Eccleſiæ circa Feſtorum inſtitutionem.*

Sect. 3. c. 4. §. 2. hujuſce partis.

I. Quodnam eſt primum Eccleſiæ præceptum?

R. Ut ſanctificentur feſti dies ab Eccleſia conſtituti, non ſecus ac dies Dominica ſanctificanda eſt ex Dei præcepto.

I. Quomodo ſanctificandi ſunt feſti dies?

R. Quomodo ſuperius diximus ſanctificari oportere diem Dominicam.

1. Abſtinendum ab omni opere ſervili, & maxime a peccatis.

2. Vacandum his diebus operibus religionis.

3. Cujuſcumque ſolemnitatis ſcopum intendere & aſſequi.

I. Quod præcipit Eccleſia ne quis diebus feſtis vacet operibus ſervilibus, nonne pugnat cum eo quod præcipit Deus *ſex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die ſabbatum Domini Dei tui eſt: non facies omne opus in eo.*

Exod. xx. 9. 10.

R. Nihil eſt inter utrumque præceptum contrarietatis. Nihil enim aliud ſibi volunt verba hæc, *ſex diebus operaberis*, &c. niſi ſex eſſe dies in qualibet hebdomada, in quibus juxta conſuetum ordinem operari liceat, ſeptima autem die quieſcendum; his autem verbis non excluditur præceptum ceſſandi ab operibus, ſi forte præter conſuetum ordinem accidat dies feſtus infra hebdomadam.

Nec putes arbitrio noſtro confictam hanc in-

interpretationem : ſic Deus ipſe voluit verba ſuperius allata accipi. Id liquido conſtat ex ipſo libro Exodi, ex quo ſumpta ſunt. Patet enim ea illo libro accidiſſe interdum infra hebdomadam feſtos dies, quibus ex Dei juſſu ceſſandum eſset ab
A ſervilibus operibus ut in die ſabbati. (A)

Confirmatur ineictiſſime hæc explicatio ex capite eigeſimo tertio Levitici. In hoc enim capite, ubi Moyſes retulit hæc verba, *ſex diebus facientis*
Lev. 23. 3. *opus. Dies ſeptimus, qui ſabbati requies eſt, vocabitur ſanctus. Omne opus non facietis in eo* : mox ſubdit quinam ſint feſti dies in quibus ab omni opere ſervili ceſsandum eſset non ſecus ac die ſabbati: Nimirum feſti dies Paſchæ, Penteeoſtes, Buccinarum, Expiationis, Tabernacolorum, & Neo-
B meniarum. (B)

I. Fateor quidem hinc probari celebratas fuiſse Dei juſsu in lege veteri ſollemnitates quasdam præter ſabbatum : ſed non propterea efficitur penes Eccleſiam eſse jus inſtituendi feſta in quibus abſtinendum ſit ab opere ſervili.

R. Si jus illud penes ſynagogam Judæorum fuit ; eſt certe multo magis penes Eccleſiam. At hoc jure ſynagogam uſam fuiſse Chriſto ipſo approbante conſtat. Sub Mardochæo inſtitutum eſt tempore Eſther, feſtum ſortium. Tempore Judith inſtitutus eſt dies feſtus anniverſaria ſolemnitate celebrandus in memoriam deeicti Holophernis. Sub Juda Machabæo inſtituta ſolemnitas eſt in gratiam victoriæ a Juda de Nicanore reportatæ. Sub eodem inſtituta eſt ſolemnitas Encæniorum, id eſt, dedicationis templi, quam Chriſtus ipſe legitur in Evangelio celebraſ-
ſe. (C) C

Pars. II. Sect IV. Cap. II. §. 2.

I. Ad quos ſpectat in Eccleſia jus feſtorum inſtituendorum ?

R. Ad Epiſcopos *quos poſuit* Chriſtus regere *Eccleſiam Dei*, & invigilare univerſo gregi, ut ait Apoſtolus capite vigeſimo actuum.

I. Quis inſtituit ea feſta quæ nunc celebrantur in Eccleſia ?

R. Quædam ex iis ab Apoſtolis inſtituta fuiſ-

(A) Exod. xii. 15. *Septem diebus azyma comedetis*: in die primo non erit fermentum in domibus veſtris: quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Iſrael, a primo die usque ad diem ſeptimum. 16. Dies prima erit ſancta atque ſolemnis, & dies ſeptima eadem feſtivitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad veſcendum pertinent.

xxiii. 14. Tribus vicibus per ſingulos annos, mihi feſta celebrabitis: azyma, ſicut præcepi tibi, tempore meſſis noſtrorum, quando egreſſus es de Ægypto: non apparebis in conſpectu meo vacuus. 16. Et ſolemnitatem meſſis primitivorum operis tui, quæcumque ſeminaveris in agro. Solemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaveris omnes fruges tuas de agro. 17. Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum coram Domino Deo tuo.

Deuteron. xvi. 1. Obſerva menſem novarum frugum, & verni primum temporis, ut facias Phaſe Domino Deo tuo: quoniam in iſto menſe eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte ..... 8. Sex diebus comedes azyma : & in die ſeptima, quia collecta eſt Domini Dei tui, non facies opus. 9. Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in ſegetem miſeris. 10. Et celebrabis diem feſtum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem ſpontaneam manus tuæ, quam offeres juxta benedictionem Domini Dei tui.... 13. Solemnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per ſeptem dies, quando collegeris de area, & torculari fruges tuas..... 16. Tribus vicibus per annum apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit : in ſolemnitate azymorum, in ſolemnitate hebdomadarum, & in ſolemnitate tabernaculorum.

(B) Levit. xxiii. 4. Hæ ſunt ergo feriæ Domini ſanctæ, quas celebrare debetis temporibus ſuis. 5. Menſe primo, quarta decima die menſis ad veſperam, Phaſe Domini eſt : 6. & quinta decima die menſis hujus, ſolemnitas azymorum Domini eſt. Septem diebus azyma comederis. 7. Dies primus erit vobis celeberrimus, ſanctusque : omne opus ſervile non facietis in eo: 8. Sed offeretis ſacrificium in igne Domino ſeptem diebus. Dies autem ſeptimus erit celebrior, & ſanctior : nullumque ſervile opus facietis in eo. 15. Numerabitis ergo ab altero die ſabbati, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum, ſeptem hebdomadas plenas, 16. usque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ, id eſt, quinquaginta dies : & ſic offeretis ſacrificium novum Domino.... 21. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque ſanctiſſimum : omne opus ſervile non facietis in eo.... 24... Menſe ſeptimo, prima die menſis, erit vobis ſabbatum, memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur ſanctum : 25. Omne opus ſervile non facietis in eo ... 27. Decimo die menſis hujus ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur ſanctus : affligetisque animas veſtras in eo, & offeretis holocauſtum Domino. 28. Omne opus ſervile non facietis in tempore diei hujus : quia dies propitiationis eſt, ut propitietur vobis Dominus Deus veſter. 29. Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis ſuis : 30. Et quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo ſuo. 31. Nihil ergo operis facietis in eo .... 34 .... Quinto decimo die menſis hujus ſeptimi, erunt feriæ tabernaculorum ſeptem diebus Domino. 35. Dies primus vocabitur celeberrimus, atque ſanctiſſimus : omne opus ſervile non facietis in eo. Et ſeptem diebus offeretis holocauſta Domino. Dies quoque octavus erit celeberrimus atque ſanctiſſimus, & offeretis holocauſtum Domino : eſt enim cœtus atque collectæ : omne opus ſervile non facietis in eo.

(C) Machab. iv. 59. Et ſtatuit Judas, & fratres ejus, & univerſa Eccleſia Iſrael, ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis, ab anno in annum, per dies octo, a quinta & vigeſima die menſis Caſleu, cum lætitia & gaudio.

Johan. x. 22. Facta ſunt autem Encænia in Jeroſolymis : & hyems erat. Et ambulabat Jeſus in templo.

Esther. ix. 19. Hi vero Judæi, qui in oppidis non muratis ac villis morabantur, quartumdecimum diem menſis Adar conviviorum & gaudii decreverunt, ita ut exultent in eo, & mittant ſibi mutuo partes epularum & ciborum. 20. Scripſit itaque Mardochæus omnia hæc, & litteris comprehenſa miſit ad Judæos, qui in omnibus Regis provinciis morabantur, tam in vicino poſitis, quam procul, 21. ut quartam decimam, & quintam decimam diem menſis Adar pro feſtis ſuſciperent, & revertente ſemper anno ſolemni celebrarent honore : 22. Quia in ipſis diebus ſe ulti ſunt Judæi de inimicis ſuis, & luctus atque triſtitia in hilaritatem gaudiumque converſa ſunt, eſſentque dies iſti epularum atque lætitiæ, & mitterent ſibi invicem ciborum partes, & pauperibus munuſcula largirentur. 23. Suſceperunt Judæi in ſolemnem ritum cuncta quæ eo tempore facere cœperant, & quæ Mardochæus litteris facienda mandaverat.... 26. Atque ex illo tempore dies iſti appellati ſunt Phurim, id eſt ſortium : eo quod phur, id eſt ſors, in urnam miſſa fuerat ..... 28. Iſti ſunt dies, quos nulla unquam delebit oblivio : & per ſingulas generationes cunctæ in toto orbe provinciæ celebrabunt : nec eſt ulla civitas, in qua dies phurim, id eſt ſortium, non obſerventur a Judæis, & ab eorum progenie, quæ his cæremoniis obligata eſt.

Judith. xvi. 31. Dies autem victoriæ (*a Judæis in Aſſyrios reportatæ, poſt decollatum a Judith Holofernem*) hujus feſtivitatis, ab Hebræis in numero ſanctorum dierum accipitur, & colitur a Judæis ex illo tempore usque in præſentem diem.

2. Machab. xv. 36. Itaque omnes communi conſilio decreverunt nullo modo diem iſtum (*quo de Nicanore Judas victoriam retulerat*) abſque celebritate præterire. 37. Habere autem celebritatem tertia decima die menſis Adar, quod dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi diem.

ſuiſſe, traditione conſtat. Quædam univerſa Eccleſia celebrat ex veteri ritu. Quædam in quibusdam regionibus inſtituta primum, tota dehinc Eccleſia ſuſcepit. Quædam tandem in ſingularibus Eccleſiis celebrantur ex Epiſcoporum inſtitutione.
D (D)

I. Tenemurne poſtremi hujus generis feſta ſanctificare non ſecus ac alia?

R. Tenemur. Omnia & ſingula ſanctificanda ſunt. Quod enim in ſingulis Eccleſiis Epiſcopi conſtituerunt, id ſequi tenemur quandiu verſamur in illis Eccleſiis. Ubicunque enim vel ad tempus diverſati fuerimus, tenemur præbere omnibus vitæ laudabilis exemplum, ſervare conſtitutam ibi vitæ rationem, & in iis quæ ad mores, & diſciplinam & Dei cultum pertinent ſubeſſe Paſtoribus, ad quos in ſua quemque diœceſi ſpectat modum & tempus & rationem externi Dei cultus
E præſcribere. (E)

I. Cur feſti dies inſtituti ſunt?

R. Ad honorem Dei & fidelium eruditionem.

Ad honorem Dei. Deum enim colimus & veneramur, dum præcipua religionis noſtræ myſteria celebramus; & B. Virginis & Sanctorum virtutes & triumphos ad memoriam revocando, gratias agimus Deo de donis ſuis.

Ad fidelium eruditionem. Fideles enim hac myſteriorum, & egregie factorum recordatione eru-
F diuntur. (F)

I. Quænam feſta Eccleſia celebrat?

R. Feſta in honorem & SS. Trinitatis, & Chriſti, & B. Mariæ Virginis, & Angelorum, & Sanctorum omnium vel ſingulorum, & demum in memoriam vel Dedicationis Eccleſiæ, vel inſignis alicujus beneficii a Deo accepti, verbi gratia, liberationis ab hæreſi, ab hoſtibus, a peſte, &c.

I. Quomodo aſſequi poſſumus ſcopum uniuscujusque ſolemnitatis?

R. Si meditemur myſteria quæ ea die recolit Eccleſia, virtutes Sanctorum quorum vita nobis hac die proponitur in exemplum, demum ſi piis tunc vacemus operibus, (G) non ſecus ac die Do- G
minica fieri oportere jam diximus.

§. 2. *De feſtis ſigillatim, ac primo quidem de feſto SS. Trinitatis.*

I. Quandonam celebrat Eccleſia feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis?

R. Dies ſinguli, maxime vero Dominici, quin & feſti Sanctorum dies ſanctiſſimæ Trinitati conſecrantur. Singulis enim diebus Deum unum & trinum veneramur & colimus, & cultus omnis etiam Sanctis exhibitus, ad SS. Trinitatem refertur. (A) Sed ab annis circiter quingentis A
diem unum ſpecialius Eccleſia conſecrat adorationi & meditationi tremendi illius ſanctiſſimæ Trinitatis myſterii: vocaturque feſtum illud, feſtum ſeu Dominica ſanctiſſimæ Trinitatis. Romæ & omnibus in Eccleſiis quæ ritum Romanum ſequuntur, feſtum illud celebratur Dominica prima poſt Pentecoſten; Narbonæ, Dominica ultima poſt Pentecoſten; quibusdam in Eccleſiis, verbi gratia apud Senonas & Arvenos bis celebratur, ſcilicet Dominicis prima & ultima poſt Pentecoſten. (B) B

I. Quid

(D) S. AUG. *Epiſt.* 56. *alias* 18. *ſeu ad Januarii inquiſitiones lib.* 1. *c.* 1. *an.* 1. *&c. Vide ſupra* §. 1. *c.* 2. *ſect.* 1. *hujuſce partis, litt.* (R)

Legenda ea de re R. P. THOMASSINI *Cong. orat. Gallicani ſacerdotis Tractatum* de Feſtis, *in quo hanc de qua nunc agimus toto hocce capite materiam penitius pertractavit.*

(F) HEB. XIII. 17. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis. Ipſi enim pervigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.

S. AUG. *Ad Inquiſit. Januar. lib.* 2. *ſeu Epiſt.* 54. *alias* 118. *c.* 2. *n.* 2. *Vide ſupra* §. 1. *cap.* 2. *ſect.* 1. *hujuſce part. litt.* (R)

Lib. 2. *ſeu Epiſt.* 55. *alias* 119. *cap.* 18. *num.* 34. De iis quæ varie per diverſa loca obſervantur... una in his ſaluberrima regula retinenda ſit, ut quæ non ſunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, ubicumque inſtitui videmus, vel inſtituta cognoſcimus, non ſolum non improbemus; ſed etiam laudando & imitando ſectemur, ſi aliquorum infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum ſit. Si enim eo modo impediat, ut majora ſtudioſorum lucra ſperanda ſint, quam calumniatorum detrimenta metuenda, ſine dubitatione faciendum eſt, maxime id quod etiam de Scripturis defendi poteſt, ſicut de hymnis & pſalmis canendis, cum & ipſius Domini & Apoſtolorum habeamus documenta & exempla & præcepta. De hac re tam utili ad movendum pie animum & accendendum divinæ dilectionis affectum varia conſuetudo eſt.

(F) S. AUG. *Lib.* 8. *de Civit. Dei*, *c.* 27. *num.* 1. *&* 2. *Vide ſupra* §. 3. *c.* 2. *ſect.* 3. *hujuſce partis litt.* (I)

(G) S. CHRYSOST. *Homil. de Lazaro & divite*, *tom.* 6. *pag.* 564. *edit. Pariſ. ann.* 1624. Operæ pretium eſt, ut divites quidem ex præcedentis divitis ſupplicio ſeipſos corrigant, pauperes vero dum præfulgentes in Lazaro ſpes ſuas intuantur, alacriter curſum afflictionis decurrant.

Pag. 569. Idcirco namque lecta ſunt hæc tibi, ne ſi eisdem immiſericordis inſiſtas divitis veſtigiis, in idem gehennæ ſupplicium prolabaris. Tu vero pauper ne mente concidas, neve animum deſpondeas, dum procella mendicitatis jactaris. Lazarum illum clariſſimum reſpice: ibi ſint oculi tui, nocte dieque defixi: ut vitam tuam patientiæ clavo gubernans ad eumdem quietis portum proveharis.

S. BASIL. *In cap.* 1. *Iſaiæ*, *pag.* 836. *edit. Pariſ. in fol. an.* 1618. *tom.* 1. *mihi* 65. Qui ſic ſabbata perficiunt, non ut ſibi temperent ab improbis operibus, ſed ut abſtineant ab his ad quæ ex officio tenentur, hos merito averſatur Deus atque faſtidit, nec eos toleret tanquam mendaces.

(A) *Decret.* GREGOR. IX. *lib.* 2. *tit.* 9. *de feriis*, *cap.* 2. ALEXANDER III. *immo* ALEXANDER II. *Tordon. Archiep.* Feſtivitas ſanctæ Trinitatis, ſecundum conſuetudinem diverſarum regionum a quibusdam conſuevit in octavis Pentecoſtes, ab aliis in dominica prima ante adventum Domini celebrari, Eccleſia ſiquidem Romana in uſu non habet, quod in aliquo tempore hujusmodi celebret ſpecialiter feſtivitatem: cum ſingulis diebus, gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto, & cetera ſimilia dicantur ad laudem pertinentia Trinitatis.

MICROLOGUS *de Eccleſiaſticis obſervationibus*, *c.* 60. *ſæculo* XI. *tom.* 18. Bibliothecæ Patrum, *Lugduni an.* 1677. *pag.* 489. Quidam.... officium de S. Trinitate in octava Pentecoſtes inſtituunt...: ſed non eſt authenticum... Incongruum ergo videtur unam Dominicam..... de ſancta Trinitate celebrari: cum omnes Dominicæ authenticis abundent officiis, quæ non minus nobis intimant honorem S. Trinitatis. Præfationem autem de S. Trinitate, quam in diebus Dominicis frequentamus ... ex Romana auctoritate ſuſcepimus.

(B) MICROLOGUS *ſupra lit.* (A) *hoc* §.

RADULPHUS DE RIVO *Decanus Tongrenſis de canonum obſervantia in fine Propoſitionis* 16. *pag.* 307. *tom.* 26. Bibliothecæ Patrum *Lugduni ann.* 1277. Super octava vero Pentecoſtes, magna eſt adhuc diverſitas. Cum enim Romani in hac Dominica imponerent hiſtoriam Regum, nec ſervarent feſtum Trinitatis: aliæque nationes Alemanni, eadem die ſervant octavas Pentecoſtes, in hebdomada & Dominica ſequenti, ſervantes officium Trinitatis. Alii, ut Gallici plures, illa die plenum faciunt feſtum Trinitatis, cum octavis majoribus. Hodiernis vero temporibus Romæ & in curia Romana, ſolemnis habetur feſtivitas ſanctæ Trinitatis in octava ſupra dicta, quod etiam plures Alemanni cœperunt ſequi poſtea.

Cum

I. Quid ſibi maxime propoſuit Eccleſia in feſti hujus inſtitutione?

R. Ut Deum in perſonis tribus unum adoremus & ſumme veneremur; & ante conſpectum illius tantæ majeſtatis plane deprimamus nos; & *humiliemur ſub potenti manu* ejus, & hujus providentiæ omnino ſubjiciamur. (C) 1. Petr. v. 6.

§. 3.

C

(C) *Cum tremendi illius myſterii cognitio fidei noſtræ fundamentum ſit, his quæ ſupra laudavimus SS. Patrum teſtimoniis, hujuſce operis part. 1. ſect. 1. c. §. 4. quæ ſequuntur ad pleniorem illius intelligentiam adjicere placuit.*

S. JUSTINUS Mart. *in expoſit. Fidei, paulo poſt initium.* Pro confeſſo nobis ſit, nihil prorſus primitus una cum Deo rerum omnium parente ſimul fuiſſe: quando quidem ab eo univerſa producta eſſe demonſtratum eſt. Unus ergo revera eſt univerſitatis hujus Deus, qui in Patre & Filio, & ſancto Spiritu cognoſcitur. Cum namque ex ſubſtantia ſua Pater Filium progenuerit, atque ex eadem Spiritum produxerit: jure optimo, quæ unam eamdemque participant eſſentiam, una eademque dignentur divinitate. Quomodo igitur, dicet aliquis, non differt id quod gignit ab eo quod gignitur; & quod procedit, ab eo unde procedit? Pater quippe ingenitus eſt, a quo & Filius genitus eſt, & Spiritus ſanctus proceſſit. Idcirco non idem cum Patre Filius & Spiritus ſanctus: *Ingenitum & Genitum & procedens*, non eſſentiæ nomina ſunt, ſed exſiſtantiæ modi: modusque exſiſtantiæ nominibus hiſce denotatur. Eſſentiæ autem ſignificatio, nomine Dei deſignatur; ita ut ſit differentia Patris ad Filium & Spiritum, juxta exſiſtentiæ modum; unitas autem ſive identitas, juxta eſſentiæ rationem.

Pag. 379. Perſimilia, atque adeo eadem de Patre & Filio & Spiritu ſancto prodita ſunt, quis ita ſiniſtro fuerit animo, ut de æquebili inter ipſos eſſentiæ communione ambigat? Quapropter unum nos convenit profiteri Deum, cujus eſt in Patre & Filio & ſancto Spiritu notio: qua quidem Pater & Filius & Spiritus ſanctus, unius Divinitatis exſiſtentias agnoſcentes: qua vero Deus, exſiſtantiarum, ſecundum naturam & eſſentiam, communionem intelligentia complectens. Unitas namque in Trinitate intelligitur, & Trinitas in unitate agnoſcitur. Quonam vero id modo, neque ex aliis percunctari ipſe velim, neque mihi ipſi perſuadere poſſim, rerum arcanarum & ineffabilium rationem, ut lingua lutea & carne ſqualida proferre audeam. Tametſi enim mens pura in nobis ſedem ſuam habeat, per quam non raro ea quæ ſupra nos ſunt, ratione comprehendimus: attamen quæ ei conjuncta eſt, carne gravata, illa infirmior redditur, quam ut rerum majorum manifeſtam aſſequatur cognitionem: nam mentem multa ſecum agitantem, terrenum deprimit tabernaculum. Idcirco nemini omnium, quatenus homo fuerit, conceſſum eſt, ut pertingere ad primam illam ac beatam naturam & eſſentiam queat.

AUCTOR *Quæſt. & Reſp. ad Orth. Quæſt.* 16. Si juxta naturam noſtram id quod generatur progeneranti conſubſtantiale eſt: quomodo juxta eam id quod generatum eſt, non cum progenerante exſiſtit? Sin ſecundum non obtinet, nec primum quoque eadem nobis de Divina generatione erit ſententia.

Reſp. Nobis exſiſtentia eſt, quæ generationem præcedit, generatione exſiſtentiam ſubſequente. Deus autem una cum eo quod ſit genuit. Quocirca apud Deum non eſt poſtexſiſtentia geniti, quia neque præexſiſtentia gignentis.

Quæſt. 17. Si Divinarum ſubſiſtentiarum unitas diſtinctionem non capit: quomodo tres ſubſtantiæ, & tres poſſunt dici perſonæ; ac non potius una ſubſiſtentia trium nominum, aut trium perſonarum?...

Reſp. Divinarum ſubſtantiarum eſſentiæ quidem unitas, diſtinctionem non admittit: Trinitas autem earum, diſtinctionem capit. Quocirca tres ſubſiſtentiæ peculiaribus nominibus ſunt tres: & quam ſubſiſtentiam nominamus Patrem, eam ſubſiſtentiam non etiam vocemus Filium, ſed aliam. Trinitatem enim nominum, Trinitatis dicimus eſſe ſubſiſtentiarum, non unitatis earum. Itaque unus eſt Deus, unitate diſtinctionem non admittente eſſentiæ: tres autem perſonæ diſtinctione perſonarum.

Quæſt 18. Si Deus quidem ſubſtantiam; Pater autem perſonam deſignet: quomodo idem eſt dicere Filium Dei, & Filium Patris?...

Reſp. Cum disjunctim dicimus Filium, quandoque Filium Patris, quandoque Filium Dei: disjunctum tamen ipſum non conſideramus. Filius ergo eſt Patris ſubſtantia Dei Filius. Idem autem, dicere Filium Patris, & dicere Filium Dei: quoniam ſi quid eſt perſonæ, id etiam eſt perſonæ ſubſtantiæ.

ORIGEN. *Hom. 6. in Exod. pag.* 55. *col.* 2. Funis enim triplex non rumpitur, quæ eſt Trinitatis fides, ex qua dependet, & per quam ſuſtinetur omnis Eccleſia.

Homil. 12. *in Num. cap.* 21. *pag.* 135. *col.* 1. Sed non otioſe requirendum eſt quomodo poſſimus pluralem numerum de puteis exponere, & ſingularem de fonte, quia in Proverbiis dicit Sapientia: Bibe aquas de pu- Prov. v. 15.
teorum tuorum fonte. Videamus ergo quorum puteorum unum dixerit fontem. Ego puto quod ſcientia ingeniti Patris unus poſſit intelligi puteus. Sed & unigeniti Filii ejus agnitio, alius puteus intelligi debeat. Alius enim a Patre Filius, & non idem Filius qui & Johan. v. 32.
Pater, ſicut ipſe in Evangeliis dicit: Alius eſt qui & teſtimonium de me dicit Pater. Et rurſus tertium puto videri puteum poſſe, cognitionem Spiritus ſan- Joh. 14. 10.
cti. Alius enim & ipſe eſt a Patre & Filio, ſicut & de ipſo nihilominus in Evangelio dicitur. Mittet vobis Pater alium Paracletum ſpiritum veritatis. Eſt ergo hæc trium diſtinctio perſonarum in Patre & Filio & Spiritu ſancto, quæ ad pluralem puteorum numerum revocatur. Sed horum puteorum unus eſt fons. Una enim ſubſtantia eſt, & natura Trinitatis. Et hoc modo non otioſa invenietur Scripturæ ſanctæ diſtinctio, quæ dicit de puteorum tuorum fonte. Sed obſervan- Prov. v. 15.
ter myſtica ſignavit eloquia, ut quod pluraliter dictum eſt de perſonis, ſingulariter ſubſtantiæ conveniret.

Lib. 1. *in lib. Job, pag.* 219. *col.* 2. Omne opus bonum quod viſi fuerint homines facere, niſi in Dei cultura, niſi in Dei agnitione atque confeſſione fecerint, ſine cauſa faciunt atque ſupervacue. Et ut breviter atque audenter dicam, omnia quæcumque fecerint homines ſive in virginitate, ſive in abſtinentia, ſive in corporis caſtitate, ſive in carnis ſuæ combuſtione, ſive in bonorum ſuorum diſtributione, omnia gratis faciunt, ſi non in fide fecerint; ſine cauſa agunt niſi in agnitione unius ingeniti Dei Patris, & in confeſſione unius unigeniti Filii ejus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & illuminatione Spiritus ſancti glorioſi, ac venerabilis Paracleti, qui adjuvat infirmitatem noſtræ orationis, in quo ſignati ſumus in die redemptionis noſtræ, hoc fecerint. Omnem ergo ſanctitatem, & omnem juſtitiam, quam fecerit qui foris a vera Dei cultura, atque vera fide, gratis facit, in perditione facit, non prodeſt ei, non adjuvat eum in die iræ, non liberabit eum in die interitus. Ad quod eſt teſtis Apoſtolus qui dicit: *Omne* Rom. 14. 23
quod ex fide non eſt, peccatum eſt. Quare? Quia bona videntur feciſſe non quæſita fide, non quæſita agnitione ejus propter quem hoc fecerint. A quo enim accipiet mercedem? Ab eo quem non requiſivit, quem non agnovit, cui non credidit, quem non eſt confeſſus, neque profeſſus ſicut oportuit; non accipiet ab eo remunerationem, niſi judicium & iram ad condemnationem. Sicut enim qui ædificat ſine fundamento, nihil proficit niſi detrimentum, & laborem & dolorem: ſic ſimiliter qui boni aliquid videtur facere, ſi ſine fide fecerit, nihil proficit. Sicut enim credenti omnia ſunt poſſibilia, ut ſalvetur atque refrigerium inveniat apud eum cui credidit; ſic non credenti nihil eſt poſſibile, neque ut ſalvus fiat, neque ut refrigerium inveniat, neque ut in vitam introeat. Non eſt enim mentitus qui ait: *Quærite dominum & invenient anima veſtra*. Quod Pſal. 68. 23
ſi non quæſieritis in fide, non poteſtis in vitam invenire, id eſt, animæ non credentium. Sicut enim ſol niſi vibraverit ſuper faciem terræ, nullus ex fructibus ejus creſcit, neque adoleſcit, neque matureſcit: ſic ſimiliter niſi per fidem veritas refulſerit in animabus hominum, numquam erunt acceptabiles coram Deo ... Sicut enim nihil eſt delectabile hominibus ſine luce; ſic ſimpliciter nihil eſt delectabile, neque acceptum Deo, abſque fidei lumine...

Lib. 1. *Periarchon, ſeu de principiis cap.* 5. *pag.* 427. *col.*

col, 2. Porro autem nihil in Trinitate majus minusve dicendum eſt, cum unius Divinitatis fons Verbo ac ratione ſua teneat univerſa, Spiritu vero oris ſui quæ digna ſunt ſanctificatione ſanctificet, ſicut in Pſal. ſcri-
Pſal. 32. 6. ptum eſt: *Verbo Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Eſt etiam quædam inoperatio Dei Patris præcipua præter illam, quam omnibus ut eſſent naturaliter præſtitit. Eſt & Domini Jeſu Chriſti præcipuum quoddam miniſterium in eos quibus naturaliter ut rationabiles ſint confert, per quod ad hæc quæ ſunt, præſtatur eis ut bene ſint. Eſt & alia quoque etiam Spiritus ſancti gratia ..., miniſtrata quidem per Chriſtum, inoperata autem a Patre... Quod manifeſtiſſime indicet Apoſtolus Paulus, unam eamdemque virtutem Trinitatis exponens in eo, cum
1. Cor. 12. 4. 5. 6. 7. dicit: *Diviſiones ſunt donorum vel donationum, idem autem Spiritus: & diviſiones ſunt miniſteriorum, idem autem Dominus: & diviſiones operationum ſunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifeſtatio Spiritus ſecundum id quod expedit*. Ex quo manifeſtiſſime deſignatur quod nulla eſt in Trinitate diſcretio, ſed hoc quod donum Spiritus Dei miniſtratur per Filium, & inoperatur per Deum Patrem. Omnia autem operatur unus atque idem Spiritus, dividens ſingulis prout vult.

In Epiſt. ad Rom. cap. XV. *lib.* 4. *pag.* 328. *col.* 1. *circa med.* Fidere autem dicimus in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, qui integram ſubſtantiam, plenam, perfectam, qui nihil diverſum, nil diſcrepans aut extraneum in Trinitate profitetur.

In cap. 9. *lib.* 7. *pag.* 376. *col.* 2. Qui autem ſuper omnes eſt, ſuper ſe neminem habet. Non enim poſt Patrem ipſe, ſed de Patre. Hoc autem (id eſt ſapientia Dei) etiam de ſancto Spiritu intelligi debet, ubi
Sap. 1. 7. dicit: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum: & qui continet omnia, ſcientiam habet vocis*. Si ergo Filius Dei ſuper omnes dicitur, & Spiritus ſanctus continere omnia memoratur, Deus autem Pater eſt ex quo omnia, evidenter oſtenditur natura Trinitatis, & ſubſtantia una, quæ eſt ſuper omnia.

S. ATHANAS. *in illud*: Omnia mihi tradita ſunt, &c. *verſus finem*, *n.* 6. Laudanda colendaque & adoranda Trinitas, (*quæ*) una & individua eſt, nec ullam figuram habet, ſed abſque confuſione conjungitur, quemadmodum ejusdem unitas diſtinguitur abſque diviſione. Nimirum veneranda illa animalia, trina iſta *ſanctus, ſanctus, ſanctus* iteratione, tres perfectas denotant hypoſtaſes; quemadmodum cum ſemel vocem *Dominus* proferunt, unam indicant ſubſtantiam.

Lib. de ſentent. Dionyſ. n. 17. Singula nomina a me prolata a ſe invicem nec ſeparari nec dividi queunt: Patrem dixi, & priusquam Filii mentionem facerem, jam illum in Patre ſignificaram: Filium adjunxi, ac etiamſi Patrem non prius nominaſſem, is tamen in Filii nomine comprehenſus fuerat: Spiritum ſanctum addidi, ſed ſimul & unde & per quem proceſſerit adjunxi ... Sic quidem nos indiviſibilem unitatem in Trinitatem dilatamus, & Trinitatem iterum quæ imminui nequit, in unitatem contrahimus.

Orat. 1. *contra Arianos*, *n.* 18. Æterna atque una eſt in Trinitate Divinitas, una pariter eſt ſanctæ Trinitatis gloria... Creatrix eſt & opifex Trinitas; ... Si enim nunc perfecta eſt in Trinitate Theologia, ejusque agnitio vera & ſola eſt religio, atque hoc eſt quod & rectum & ipſa veritas eſt; id certe ſemper ita fuiſſe oportuit, ne id, quod rectum & veritas eſt, quid adventitium eſſe, aut Theologiæ complementum ex acceſſione conſtitui putetur. Id, inquam, neceſſe omnino fuit eſſe ab æternitate: nam ſi ab æternitate non fuiſſet, nec nunc hæc ipſa Theologia ſive Divinitatis notio talis eſſe oportet, ſed qualem ab initio fuiſſe fingitis, ut neque nunc eſſet Trinitas... At Chriſtianorum fides immutabilem ac perfectam ſuisque ſemper ſimilem beatam agnoſcit Trinitatem, nec quicquam amplius Trinitati addit, neque eam unquam defeciſſe cogitat. Nam utrumque dictu impium eſt. Hinc eam non ignorat cum rebus factis nequaquam eſſe permixtam, individuamque ejus Divinitatis unitatem & ſervat & adorat.

Epiſt. 1. *ad Serapion n.* 28. Itaque Trinitas ſancta & perfecta eſt, quæ in Patre & Filio & Spiritu ſancto agnoſcitur, nihilque alienum vel extrinſecus admixtum habet, neque ex creatore & re creata conſtat, ſed tota creandi & efficiendi vi prædita eſt: ſibi quoque ſimilis & individua eſt natura, unaque ejus eſt efficacia & actio. Nam Pater per Verbum in Spiritu ſancto omnia facit, eoque modo ſanctæ Trinitatis unitas ſervatur. Ita unus Deus in Eccleſia prædicatur, qui eſt *ſuper omnia & per omnia & in omnibus*. *Super omnia* quidem ut Pater, ut principium & fons; *per omnia* vero, nempe per Verbum: *in omnibus* denique, in Spiritu ſancto. Porro Trinitas non nomine tenus & ſola verborum ſpecie eſt Trinitas, ſed vere & reipſa exiſtit Trinitas. Nam ſicuti vere eſt Pater, ita & vere eſt ejus Verbum quod & ipſum ſuper omnia eſt Deus. Nec item Spiritus ſanctus non exiſtit, ſed utique vere eſt & exiſtit.

S. ATHAN. ſeu AUTHOR *lib. de comm. eſſent. Patris &c. n.* 48. *Quod Trinitas ſit conſubſtantialis*. Quid eſt Deus? Omnium principium, ſecundum Apoſtolum, 1. Cor. 8. 6.
dicentem: *Unus Deus Pater, ex quo omnia*. Verbum enim ejus ex ipſo, per generationem, Spiritus per proceſſionem exſiſtit. Deinde univerſa rerum natura per Verbum in Spiritu creatione conſtituta eſt...

AUCTOR *Quæſt. apud* S. ATHANAS. *Quæſt.* 5. Quid commune eſt ſanctæ Trinitati?

Reſp. Commune eſt, eſſentia: commune, principio carere: commune, potentia, bonitas, ſapientia, juſtitia: omnia enim æqualiter habet Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, præterquam proprietates ſuas. Proprium enim Patris quidem ingenitum eſſe: Filii vero, genitum eſſe: Spiritus ſancti, procedere.

Quæſt. 6. In Deo quot confiteris eſſentias?

Reſp. Unam eſſentiam dico, unam naturam, unam formam, unum genus, unam gloriam, unam dignitatem & dominationem.

Quæſt. 7. Hypoſtaſes autem, quot confiteris in Deo?

Reſp. Tres hypoſtaſes confiteor, tres perſonas, tria individua, tres characteres.

S. CYRILLUS HIEROSOL. *Catech.* 16. *pag.* 176. *edit. Pariſ. in fol.* 1631. Unus Deus Pater, veteris & novi teſtamenti Dominus: & unus Dominus Jeſus Chriſtus in veteri per Prophetas prædictus, & in novo veniens: & unus Spiritus ſanctus, qui per Prophetas de Chriſto prædicabat: adveniente autem Chriſto, & deſcendit & monſtravit ipſum. Nemo itaque ſeparet vetus a novo teſtamento: nemo dicat, quod alius illic Spiritus, & alius hic: alioquin reſiſtet Spiritui ſancto, cum Patre & Filio honorando, & baptiſmatis tempore in ſancta Trinitate comprehenſo. Filius enim Dei unigenitus aperte dixit Apoſtolis: *Euntes igitur docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti*. Spes noſtra eſt in Patre & Filio & Spiritu ſancto. Non tres Deos annunciamus: obmuteſcant enim Marcioniſtæ; ſed cum Spiritu ſancto, per unum Filium, unum Deum prædicamus. Indiviſa eſt fides, inſeparabilis pietas: Neque ſeparamus ſanctam Trinitatem, ſicut quidam, neque contrahimus, ſicut Sabellius: ſed agnoſcimus eam religioſe: unum Patrem qui miſit nobis ſalvatorem Filium, promittentem mittere a Patre Spiritum ſanctum Paracletum.

S. AMBROS. *de Inſtit. Virg. cap.* 10. *n.* 64. Unus Deus Pater, & unus Deus Filius, & unus Spiritus ſanctus, ſicut ſcriptum eſt: *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens ſingulis prout vult*. Unus, 1. Cor. 12. 11.
inquit, quia unus Deus. Nullus ſecundus; quia quod velit facit, non quod imperatur. Unus ergo Pater Deus, & unus Dei Filius. Unus & unus; quia non ſunt duo Dii. Unus Filius; quia cum Patre unum eſt, ſicut ipſe dixit: *Ego & Pater unum ſumus*. Et Joh. 10. 30.
unus Spiritus; quia unitas Trinitatis eſt, non ordine diſtincta, nec tempore.

N. 67. *In nomine*, inquit, tres perſonas quidem ſignificavit, ſed unum Trinitatis nomen adſeruit.

N. 68. Unus itaque Deus, unum nomen, una Divinitas, una Majeſtas. Nullus ergo ſecundus; quia principium omnium Trinitas eſt, & Trinitatis primatus ſuper omnia eſt. Ergo unus & non eſt ſecundus.

De Fide, *lib.* 1. *c.* 1. *n.* 6. Adſertio autem noſtræ fidei hæc eſt, ut unum Deum eſſe dicamus: Quia ſcriptum eſt; *Audi, Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt*. Deut. 6. 4.

N. 7. Deus enim & Dominus nomen magnificentiæ; nomen eſt poteſtatis, ſicut ipſe dicit: *Dominus nomen eſt mihi*: & ſicut alibi Propheta adſerit: *Dominus omnipotens nomen eſt ei*. Isai. 42. 8.
Dominus ergo & Deus vel quod dominetur omnibus, vel quod ſpectet omnia, & timeatur a cunctis.

N. 8. Si ergo unus Deus, unum nomen, poteſtas una eſt Trinitatis. Denique ipſe dicit: *Ite, baptizate gentes in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti*. In Matth. 28. 19.
nomine utique, non in nominibus.

N. 9.

Joan. x. 30. *N. 9.* Ipſe etiam dicit : *Ego & Pater unum ſumus* . Unum dixit, ne fiat diſcretio poteſtatis & naturæ : *ſumus*, addidit, ut Patrem Filiumque cognoſcas ; quod perfectus Pater perfectum Filium genuiſſe credatur : & Pater & Filius unum ſint, non confuſione perſonæ, ſed unitate naturæ.

N. 10. Nos Patrem & Filium & Spiritum ſanctum confitemur ; ita ut in Trinitate perfecta & plenitudo ſit Divinitatis & unitas poteſtatis.

Lib. 4. cap. 8. n. 91. Eſt quædam indiſtincta diſtinctæ incomprehenſibilis & inenarrabilis ſubſtantia Trinitatis. Diſtinctionem etenim accepimus Patris & Filii & Spiritus ſancti, non confuſionem : diſtinctionem, non ſeparationem : diſtinctionem, non pluralitatem. Divino itaque admirendoque myſterio manentem ſemper accipimus Patrem, ſemper Filium, ſemper Spiritum ſanctum :
1. Cor. viii. 6. non duos Patres, non duos Filios, non duos Spiritus. *Unus* enim *Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipſo : & unus Dominus Jeſus, per quem omnia, & nos per ipſum*. Unus natus ex Patre Dominus Jeſus, & ideo
Ibid. xii. 2. unigenitus. *Unus & Spiritus ſanctus*, ut idem Apoſtolus dixit : ſic accipimus, ſic legimus, ſic tenemus. Diſtinctionem ſcimus, ſecreta neſcimus : cauſas non diſcutimus, ſacramenta ſervamus.

Cap. 11. n. 140. Increata & inæſtimabilis Trinitas, quæ unius eſt æternitatis & gloriæ, nec tempus nec gradum vel poſterioris recipit vel prioris.

Apol. David. altera cap. 12. n. 75. Una eſt ſententia, quæ hæreticorum omnium machinas deſtruat, ut unius poteſtatis, majeſtatis atque virtutis Trinitatem eſſe credamus ; & ideo ab eo quod Filius fecit, non ſeparemus Patrem ; nec ab eo quod Pater mandavit, Filium ſegregemus.

Enar. in Pſal. xxxv. *n.* 22. Trinitas unum in unitate ſubſtantiæ, ſed diſtinctione unjuſcujuſque perſonæ. Trinitas diſtinctionem ſignificat perſonarum ; unitas, poteſtatem...

In expoſ. Evang. ſec. Lucam, lib. 11. *num.* 13. Late enim funditur Dei virtus, late cæleſtis ſubſtantiæ magnitudo porrigitur. Nihil præſcriptum, nihil circumſcriptum, nihil emenſum, nihil dimenſum Trinitas habet. Non loco clauditur, non opinione comprehenditur, non æſtimatione concluditur, non ætate variatur.

S. AUG. *Lib. de Quant. animæ, cap.* 34. *num.* 77. Divine ac ſingulariter in Eccleſia catholica traditur, *nul-*
Rom. xi. 36. *lam creaturam colendam eſſe animæ*, (libentius enim loquor his verbis quibus mihi hæc inſinuata ſunt) ſed ipſum tantummodo rerum quæ ſunt omnium creatorem, *ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia* ; id eſt incommutabile principium, incommutabilem ſapientiam, incommutabilem caritatem, unum Deum verum atque perfectum, qui numquam non fuerit, numquam non erit, numquam aliter fuerit, numquam aliter erit : quo nihil ſit ſecretius, nihil præſentius ; qui difficile invenitur ubi ſit, difficilius ubi non ſit : cum quo eſſe non omnes poſſunt, & ſine quo eſſe nemo poteſt : & ſi quid de illo incredibilius, convenientius tamen atque aptius homines dicere valemus. Hic ergo ſolus Deus animæ colendus eſt.

De moribus Eccleſ. Cathol. l. 1. *cap.* 14. *num.* 24. Deum ergo diligere debemus trinam quamdam unitatem, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, quod nihil aliud dicam eſſe, niſi idipſum eſſe. Eſt enim vere ſummeque Deus *ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia*. Hæc verba Pauli ſunt. Quid deinde ſubjicit ? *Ipſi gloria*.
Id. Ibid. Sinceriſſime omnino. Neque enim ait, Ipſis : nam unus eſt Deus. Quid eſt autem ? *ipſi gloria*, niſi ipſi optima & late patens fama ? Quanto enim melius atque diffuſius diffamatur, tanto diligitur & amatur ardentius. Quod cum ſit, nihil aliud ab humano genere quam certo & conſtanti gradu in optimam vitam & beatiſſimam pergitur. Non arbitror cum de moribus & vita ſit quæſtio, amplius eſſe requirendum, quod ſit hominis ſummum bonum, quo referenda ſunt omnia. Id enim eſſe patuit, & ratione quantum valuimus, & ea quæ noſtræ rationi antecellit auctoritate divina, nihil aliud quam ipſum Deum. Nam quid erit aliud optimum hominis, niſi cui inhærere eſt beatiſſimum ? Id autem eſt ſolus Deus, cui hærere certe non valemus, niſi dilectione, amore, caritate.

Epiſt. 120. *alias* 222. *ad Conſent. cap.* 3. *n.* 17. Agnoſcis autem in fide catholica, quoniam hoc eſt verum, hoc eſt confirmatum, quod Pater & Filius & Spiritus ſanctus : ideo cum ſit Trinitas, unus eſt Deus ; quia inſeparabiliter ſunt unius ejuſdemque ſubſtantiæ, vel (ſi hoc melius dicitur) eſſentiæ.

Lib. de fide & ſymb. Cap. 9. n. 20. Fides inconcuſſa tenenda eſt, ut Deum dicamus Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum ; neque tres Deos, ſed iſtam Trinitatem unum Deum ; neque diverſos natura, ſed ejuſdem ſubſtantiæ ; neque ut Pater aliquando ſit Filius, aliquando ſit Spiritus ſanctus ; ſed Pater ſemper Pater, & Filius ſemper Filius, & Spiritus ſanctus ſemper Spiritus ſanctus. Nec temere de inviſibilibus aliquid affirmemus tamquam ſcientes, ſed tamquam credentes, quoniam videri niſi mundato corde non poſſunt : & qui ea videt in hac vita ex parte, ut dictum eſt, atque in enigmate, non poteſt efficere ut & ille videat cui loquitur, ſi cordis ſordibus impeditur. *Beati* autem *mundo corde*, Matt. v. 8.
quoniam ipſi Deum videbunt.

Pars II. Sect. IV. Cap. II. § 2.

Epiſt. 169. *alias* 102. *ad Evod. cap.* 2. *n.* 5. Proinde in unum Deum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum firma pietate credamus : ita ut nec Filius credatur eſſe qui Pater eſt, nec Pater qui Filius eſt, nec Pater nec Filius qui utriuſque Spiritus eſt. Nihil putetur in hac Trinitate temporibus locisve diſtare ; ſed hæc tria æqualia eſſe & coæterna, & omnino eſſe una natura : non a Patre aliam, & a Filio aliam, & a Spiritu ſancto aliam conditam eſſe creaturam ; ſed omnia & ſingula quæ creata ſunt vel creantur, Trinitate creante, ſubſiſtere : nec quemquam liberari a Patre ſine Filio & Spiritu ſancto, aut a Filio ſine Patre & Spiritu ſancto, aut a Spiritu ſancto ſine Patre & Filio ; ſed a Patre & Filio & Spiritu ſancto, uno, vero, vereque immortali, id eſt omni modo incommutabili ſolo Deo. Multa autem etiam ſeparatim in Scripturis de ſingulis dici, ut inſinuetur, quamvis inſeparabilis Trinitas, tamen Trinitas : ut quemadmodum ſimul dici non poſſunt cum ſonis corporalibus commemorantur, quamvis ſimul ſint inſeparabiliter, ita & quibuſdam Scripturarum locis & per quaſdam creaturas ſigillatim viciſſimque monſtrentur, ſicut Pater in voce, qua ſonuit, *tu es Filius meus* ; & Fili- Luc. 11. 7.
us in homine, quem ſuſcepit ex virgine ; & Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie corporali : hæc ſeparatim quidem, ſed nullo modo ſeparata tria illa demonſtrant.

N. 6. Ad hoc utcumque intelligendum aſſumimus memoriam, intelligentiam, voluntatem. Quamvis enim hæc ſuis ſeparatiſque temporibus ſigillatim ſingula enuntiemus, nihil tamen horum ſine aliis duobus agimus aut dicimus. Nec ideo putanda ſunt hæc tria Trinitati ſic comparata, ut omni ex parte conveniant. Cui enim ſimilitudini in diſputando convenientia tanta conceditur, ut ei rei, cui adhibenda eſt, ex omni parte coaptetur ? vel quando ex creatura ad Creatorem aliquid ſimile aſſumitur ? Primo ergo in hoc invenitur iſta ſimilitudo diſſimilis, quod tria hæc, memoria, intelligentia, voluntas, animæ inſunt ; non eadem tria, eſt anima : illa vero Trinitas non ineſt, ſed ipſa Deus eſt. Ideo ibi mirabilis ſimplicitas commendatur ; quia non ibi aliud eſt eſſe, aliud intelligere, vel ſi quid aliud de Dei natura dicitur : anima vero quia eſt, etiam dum non intelligit, aliud eſt quod eſt, aliud quod intelligit. Deinde quis audeat dicere Patrem non intelligere per ſeipſum, ſed per Filium, ſicut memoria non intelligit per ſeipſam, ſed per intellectum, vel potius anima ipſa, cui hæc inſunt, per intellectum tantummodo intelligit ; ſicut per memoriam tantummodo meminit, & per voluntatem tantummodo vult ? Ad hoc ergo adhibetur iſta ſimilitudo, ut quoquo modo intelligatur ; quemadmodum horum trium in anima cum ſingula nomina enuntiantur, quibus eadem ſingula demonſtrantur, tamen unumquodque nomen hic tribus cooperantibus enuntiatur, cum & reminiſcendo & intelligendo & volendo dicitur : ita nullam eſſe creaturam, qua vel ſolus Pater, vel ſolus Filius, vel ſolus Spiritus ſanctus demonſtretur, quam non ſimul Trinitas operetur, quæ inſeparabiliter operatur : ac per hoc nec vocem Patris, nec animam & carnem Filii, nec columbam Spiritus ſancti eſſe factam, niſi eadem cooperante Trinitate.

Epiſt. 170. *alias* 66. *ad Maximum, num.* 2. Præcipimus & rogamus, ut eos quod didiciſti docere non differas, unum ſcilicet Deum eſſe ſolum, cui ſervitus illa debitur quæ λατρεία Græco vocabulo nuncupatur. Ipſum enim verbum eſt in lege, ubi ſcriptum eſt, *Dominum* Deut. vi. 13.
Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies : quem ſi Deum Patrem tantummodo dixerimus, reſpondebitur, Ergo λατρεία Filio non debetur : quod nefas eſt dicere. Si autem debetur, quomodo ergo uni tantum debetur Deo, ſi & Patri & Filio debetur ; niſi quia unus Deus, cui ſoli per λατρείαν ſervire juſſi ſumus ; ita dicitur ſolus Deus, ut & Pater intelligatur & Filius, immo etiam & Spiritus ſanctus. De illo quippe dicit Apoſtolus, *neſci-* 1. Cor. vi.
tis quia corpora veſtra templum ſunt in vobis Spiritus ſan- 19. 20.

cti,

cti, quem habetis a Deo, & non eſtis veſtri. Empti enim eſtis magno pretio. Glorificate Deum, & portate in corpore veſtro. Quem *Deum*, niſi Spiritum ſanctum, cujus corpora noſtra dixerat eſſe templum? Debetur ergo λατρεία Spiritui ſancto. Nam ſi templum ei facere, ſicut Salomon fecit de lignis & lapidibus, juberemur, utique faciendo templum λατρείαν exhibere convinceremus, quanto magis λατρείαν debemus cui non templum facimus, ſed ſumus?

N. 3. Ac per hoc ſi Patri & Filio & Spiritui ſancto λατρεία debetur, & exhibetur a nobis, de qua dictum
Deut. VI. 13. eſt, *Dominum Deum tuum adorabis & ſoli illi ſervies:* procul dubio Dominus Deus noſter, cui ſoli per λατρείαν ſervire debemus, non eſt Pater ſolus, nec Filius ſolus, nec ſolus Spiritus ſanctus, ſed ipſa Trinitas unus Deus ſolus, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus: non ut Pater ſit ipſe qui Filius, vel Spiritus ſanctus ipſe ſit aut Pater aut Filius, cum ſit in illa Trinitate Pater Filii ſolius, & Filius Patris ſolius, Spiritus autem ſanctus & Patris & Filii ſit Spiritus: ſed propter unam eamdemque naturam atque inſeparabilem vitam, ipſa Trinitas, quantum ab homine poteſt, fide præcedente intelligitur unus Dominus Deus noſter, de quo dictum eſt, *Do-*
Ibid. *minum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies;* & quem prædicat Apoſtolus; ait enim, *quoniam ex ipſo,*
Rom. XI. 36. *& per ipſum ſunt omnia: ipſi gloria in ſæcula ſæculorum, amen.*

N. 4. Non enim ſic eſt a Deo Patre unigenitus Filius, quemadmodum ex illo eſt univerſa creatura, quam ex nihilo creavit. Hunc quippe de ſua ſubſtantia genuit, non ex nihilo fecit: nec eum ex tempore genuit, per quem cuncta tempora condidit. Quoniam ſicut flamma ſplendorem, quem gignit, tempore non præcedit;
Sap. VII. 26. ita Pater numquam ſine Filio fuit: ipſe eſt quippe ſapientia Dei Patris, de qua ſcriptum eſt, *Splendor eſt enim lucis æternæ.* Luci ergo cujus candor eſt, id eſt Deo Patri ſine dubio coæterna eſt. Et ideo non ſicut in
Joh. I. 1. principio fecit Deus cælum & terram, ita in principio fecit Verbum; ſed *in principio erat Verbum.* Spiritus quoque ſanctus non ſicut creatura ex nihilo eſt factus: ſed ſic a Patre Filioque procedit, ut nec a Filio nec a Patre ſit factus.

N. 5. Hæc Trinitas unius eſt ejuſdemque naturæ atque ſubſtantiæ; non minor in ſingulis, quam in omnibus, nec major in omnibus, quam in ſingulis; ſed tanta in ſolo Patre, vel in ſolo Filio, quanta in Patre ſimul & Filio; & tanta in ſolo Spiritu ſancto, quanta ſimul in Patre & Filio & Spiritu ſancto. Neque enim Pater, ut haberet Filium de ſeipſo, minuit ſeipſum; ſed ita genuit de ſe alterum ſe, ut totus maneret in ſe, & eſſet in Filio tantus quantus & ſolus. Similiter & Spiritus ſanctus integer de integro, non præcedit unde procedit, ſed tantus cum illo quantus ex illo, nec minuit eum procedendo, nec auget hærendo. Et hæc omnia nec confuſe unum ſunt, nec disjuncte tria ſunt: ſed cum ſint unum, tria ſunt, & cum ſint tria unum ſunt. Proinde qui tam multis cordibus fidelium ſuorum donavit ut eſſent cor unum, quanto magis conſervat in ſeipſo, ut ſint hæc tria & ſingula Deus, & ſimul omnia non tres dii, ſed unus Deus? Hic eſt unus Dominus Deus noſter, cui univerſa pietate ſervitur, cui ſoli λατρεία illa debetur.

N. 7. In Deo Patre & Deo Filio, ſi utriuſque natura quæretur, uterque Deus, nec magis alter altero Deus: ſi autem origo, Pater eſt Deus de quo Filius Deus; de quo autem Pater, nullus eſt Deus.

N. 8. Si temporalibus & paſſibilibus rebus Deus tribuit, ut quod ſunt hoc generent, quanto magis ipſe æternus & impaſſibilis, non aliud quam eſt ipſe generavit, unus unicum; ideo noſtra inenarrabili admiratione, quoniam ſine paſſione, & tanta ſecum æqualitate, ut eum nec poteſtate præcederet, nec ætate. Sed ideo totum quod habet, quod poteſt, non tribuit ſibi, ſed Patri, quia non eſt a ſeipſo, ſed a Patre. Æqualis eſt enim Patri, ſed hoc quoque accepit a Patre: nec ſic accepit unde eſſet æqualis, quaſi prius fuerit inæqualis; ſed natus æqualis ſicut ſemper natus, ita ſemper æqualis. Non itaque inæqualem genuit, & æqualitatem jam nato addidit; ſed gignendo eam dedit, quia æqualem non imparem genuit.

Epiſt. 132. *alias* 42. *ad Madaur. n.* 5. Eſt quiddam inviſibile, ex quo creatore principio ſunt omnia, quæ videmus, ſummum, æternum, incommutabile & nulli effabile niſi tantum ſibi. Eſt quiddam, quo ſe ipſa ſummitas majeſtatis narrat & prædicat, non impar gignenti atque narranti Verbum, quo ille qui Verbum gignit, oſtenditur. Eſt quædam ſanctitas omnium, quæ ſancta ſiunt, ſanctificatrix, ipſius incommutabilis Verbi per quod narratur illud principium, & ipſius principii quod pari ſe Verbo narrat inſeparabilis & indiviſa communio. Quis autem hoc totum, quod non dicendo dicere conatus ſum, & dicendo non dicere, quis hoc poſſit ſereniſſima & ſinceriſſima mente contueri, eoque contuitu beatitudinem ducere, atque in id quod intuetur deficiens quodammodo ſe oblviſci, & pergere in illud cujus viſio nobis inviſibilis eſt, quod eſt immortalitate indui, & obtinere æternam ſalutem, per quam me ſalutare dignamini? Quis hoc poſſit, niſi qui omnes ſuperbiæ ſuæ toros inanes, peccata ſua confitens, complanaverit, ſeque ſubſtraverit mitem atque humilem *S. de Trin. cap.* II.
ad excipiendum Deum doctorem?

Epiſt. 238. *alias* 164. *ad Paſcentium, cap.* 2. *num.* 14. Fides autem noſtra eſt, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum unum Deum credere & confiteri; nec tamen eum qui Filius eſt, Patrem dicere; nec eum, qui Pater eſt, Filium; nec eum, qui Spiritus Patris & Filii eſt, aut Patrem aut Filium nuncupare. His enim appellationibus hoc ſignificatur, quo ad ſe invicem referuntur, non ipſa ſubſtantia, qua unum ſunt. Nam & Pater cum dicitur, nonniſi alicujus Filii dicitur, & Filius nonniſi alicujus Patris intelligitur, & Spiritus ſecundum id quod ad aliquid refertur, ſpirantis alicujus eſt, & ſpirans utique Spiritum ſpirans eſt.

N. 15. Proprio autem modo quodam dicitur Spiritus ſanctus, ſecundum quod refertur ad Patrem & Filium, *Joh.* IV. 24.
quod eorum Spiritus ſanctus ſit. Nam ſecundum ſubſtantiam, quoniam ſemel dictum eſt, *Spiritus eſt Deus*, & Pater Spiritus eſt, & Filius, & ipſe Spiritus ſanctus, nec tamen tres Spiritus, ſed unus Spiritus; ſicut non tres dii, ſed unus Deus.

Tract. 20. *Joh. n.* 13. Intelligite ergo, fratres cariſſimi, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum inſeparabiliter ſibi cohærere, Trinitatem hanc unum Deum; & omnia opera unius Dei, hæc eſſe Patris, hæc eſſe Filii, hæc eſſe Spiritus ſancti.

Tract. 36. *n.* 9. Ne perdas perſonam, diſtingue perſonas. Diſtingue intelligentia, noli ſeparare perfidia; ne iterum quaſi fugiens charybdim, in ſcyllam incurras. *Arianorum error.*
Vorabat enim te gurges impietas Sabellianorum, ut diceres ipſum eſſe Patrem qui eſt Filius: modo didiciſti, *Joh.* VIII. 16
ſolus non ſum, ſed ego & qui miſit me Pater. Agnoſcis quia Pater, Pater eſt; & Filius, Filius eſt? Bene agnoſcis: ſed noli dicere, Pater major eſt, Filius minor eſt: noli dicere, Pater aurum eſt, Filius argentum eſt. Una ſubſtantia eſt, una divinitas, una coæternitas, perfecta æqualitas, diſſimilitudo nulla. Nam ſi tantummodo alterum credideris eſſe Christum, non eum qui Pater eſt, in aliquo tamen diſtantem ſecundum naturam eſſe putaveris, a charybdi quidem evaſiſti, ſed in ſcyllæis ſcopulis naufragaſti. In medio naviga, utrumque periculoſum latus evita. Pater, Pater eſt; Filius, Filius eſt. Jam dicis, Pater, Pater eſt; Filius, Filius eſt: bene periculum abſorbentis gurgitis evaſiſti: quid vis ire in alteram partem, ut dicas, Aliud eſt Pater, Filius aliud? Alius eſt, recte dicis: aliud, non recte. Alius enim eſt Filius, quia non eſt ipſe qui Pater; & alius Pater, quia non ipſe qui Filius: non tamen aliud, ſed hoc ipſum eſt & Pater & Filius. Quid eſt, hoc ipſum eſt? Unus Deus eſt. Audiſti, *quia non ſum ſolus, ſed ego &* *Joh.* VIII. 16
qui miſit me Pater. Audi quomodo credas Patrem & Filium, audi ipſum Filium: *Ego & Pater unum ſumus.* *Joh.* X. 30.
Non dixit, Pater ego ſum; aut, *Ego* & Pater unus eſt: ſed cum dicit, *Ego & Pater unum ſumus*, utrumque audi, & *unum*, & *ſumus*, & a charybdi & a ſcylla liberaberis. In duobus iſtis verbis quod dixit, *unum*, liberet te ab Ario: quod dixit, *ſumus*, liberat te a Sabellio. Si unum, non ergo diverſum: ſi ſumus, ergo & Pater & Filius. Sumus enim non diceret de uno: ſed & unum *Id.* VIII. 16.
non diceret de diverſo. Ergo ideo *verum eſt*, inquit, *judicium meum*, breviter ut audias, quia Filius Dei ſum. Sed ſic tibi perſuadeo, inquit, quia Filius Dei ſum, ut intelligas quia mecum eſt Pater: non ſic ſum Filius ut ipſum deſeruerim; non ita hic ſum, ut cum ipſo non ſim; non ita ibi ille eſt, ut mecum non ſit.

Tract. 39. *in Joh. n.* 2. Si & Pater principium & Filius principium, quomodo non duo principia? Quomodo dicimus Patrem Deum & Filium Deum, nec tamen dicimus duos Deos. Nefas eſt enim dicere duos Deos, nefas eſt dicere tres Deos: & tamen qui Pater eſt, non eſt Filius; qui Filius eſt, non eſt Pater: Spiritus autem ſanctus Patris & Filii Spiritus, nec Pater eſt nec Filius. Quamvis ergo, ſicut aures catholicæ ſunt ſtudiiæ in gremio matris Eccleſiæ, nec ille qui eſt Pater ſit Filius, nec ille qui eſt Filius ſit Pater, nec Spiritus ſanctus Patris & Filii ſit vel Filius, vel Pater, tres Deos tamen eſſe non di-

ci-

Digitized by Google

cimus: quamvis de ſingulis ſi quæratur, neceſſe eſt, de quocumque interrogati fuerimus, Deum eſſe fateamur.

N. 3. Et abſurda iſta videntur hominibus ſolita tractantibus ad inſolita, viſibilia ad inviſibilia, creaturam comparantibus Creatori. Interrogant enim nos aliquando infideles & dicunt, Patrem quem dicitis, Deum dicitis? Reſpondemus, Deum. Filium quem dicitis, Deum dicitis? Reſpondemus, Deum. Spiritum ſanctum quem dicitis, Deum dicitis? Reſpondemus, Deum. Ergo, inquiunt, Pater & Filius & Spiritus ſanctus tres ſunt dii? Reſpondemus, Non. Turbantur, quia non illuminantur: cor clauſum habent, quia clavim fidei non habent. Nos ergo, fratres, fide præcedente, quæ ſanat oculum cordis noſtri, quod intelligimus, ſine obſcuritate capiamus; quod non intelligimus, ſine dubitatione credamus: a fundamento fidei non recedamus, ut ad culmen perfectionis veniamus. Deus eſt Pater, Deus eſt Filius, Deus eſt Spiritus ſanctus: & tamen Pater non eſt qui Filius, nec Filius eſt qui Pater, nec Spiritus ſanctus Patris & Filii Spiritus aut Pater eſt aut Filius. Trinitas unus Deus: Trinitas una æternitas, una poteſtas, una majeſtas; tres, ſed non dii. Non mihi calumniator reſpondeat, Quid ergo tres? ſi enim tres, ait, oportet dicas quid tres. Reſpondeo: Pater & Filius & Spiritus ſanctus. Ecce, inquit, tres dixiſti; ſed quid tres exprime. Immo tu numera: nam ego compleo tres, cum dico Pater & Filius & Spiritus ſanctus. Id enim quod Pater ad ſe eſt, Deus eſt; quod ad Filium eſt, Pater eſt: quod Filius ad ſeipſum eſt, Deus eſt; quod ad Patrem eſt, Filius eſt.

N. 4. Iſta quæ dico poteſtis de ſimilitudinibus agnoſcere quotidianis. Homo & alter homo, ſi ille ſit pater, ille filius; quod homo eſt, ad ſeipſum eſt; quod pater eſt, ad filium eſt: & filius quod homo eſt, ad ſeipſum eſt; quod autem filius eſt, ad patrem eſt. Pater enim nomen eſt dictum ad aliquid, & filius ad aliquid: ſed iſti duo homines ſunt. At vero Pater Deus ad aliquid eſt Pater, id eſt ad Filium; & Filius Deus ad aliquid eſt Filius, id eſt ad Patrem; ſed non quomodo illi duo homines ſunt, ſic iſti duo dii. Quare hoc non ita eſt ibi? Quia illud aliud, hoc autem aliud eſt: quia illa divinitas eſt. Eſt ibi aliquid ineffabile, quod verbis explicari non poſſit, ut & numerus ſit, & numerus non ſit. Videte enim ſi non quaſi apparet numerus, Pater & Filius & Spiritus ſanctus Trinitas. Si tres, quid tres? Deficit numerus. Ita Deus nec recedit a numero, nec capitur numero. Quia tres ſunt, tamquam eſt numerus: ſi quæris quid tres, non eſt numerus. Unde dictum eſt, *magnus Dominus noſter & magna virtus ejus, & ſapientiæ ejus non eſt numerus*. Ubi cogitare cœperis, incipis numerare: ubi numeraveris, quid numeraveris non potes reſpondere. Pater, Pater eſt; Filius, Filius eſt; Spiritus ſanctus, Spiritus ſanctus eſt; quid ſunt iſti tres, Pater & Filius & Spiritus ſanctus? Non tres dii? Non tres omnipotentes? Non. Non tres mundi creatores? Non. Ergo omnipotens Pater? Omnipotens plane. Ergo & Filius non omnipotens? Plane & Filius omnipotens. Ergo & Spiritus ſanctus non omnipotens? Et ipſe omnipotens. Tres ergo omnipotentes? Non, ſed unus omnipotens. Hoc ſolo numerum inſinuant, quod ad invicem ſunt, non quod ad ſe ſunt. Quia enim Deus Pater ad ſe eſt, Deus ſimul cum Filio & Spiritu ſancto, non ſunt tres dii; quia ad ſe eſt omnipotens ſimul cum Filio & Spiritu ſancto, non ſunt tres omnipotentes: quia vero non ad ſe eſt Pater, ſed ad Filium; nec Filius ad ſe eſt, ſed ad Patrem; nec Spiritus ad ſe, in eo quod dicitur Spiritus Patris & Filii; non eſt quid dicam tres, niſi Patrem & Filium & Spiritum ſanctum unum Deum, unum omnipotentem. Ergo unum principium.

Pſ. CXLVI. 5.

Tract. 76. *n.* 4. Ecce facit in Sanctis cum Patre & Filio ſanctus etiam Spiritus manſionem: intus utique tamquam Deus in templo ſuo. Deus Trinitas Pater & Filius & Spiritus ſanctus veniunt ad nos, dum venimus ad eos: veniunt ſubveniendo, venimus obediendo; veniunt illuminando, venimus intuendo; veniunt implendo, venimus capiendo: ut ſit nobis eorum non extraria viſio, ſed interna; & in nobis eorum non tranſitoria manſio, ſed æterna. Sic mundo non ſe Filius manifeſtat: mundus enim dictus eſt hoc loco, de quibus continuo ſubjunxit, *Qui non diligit me, ſermones meos non ſervat*. Hi ſunt qui Patrem & Spiritum ſanctum numquam vident: Filium autem non ut beatificentur, ſed ut judicentur, ad modicum vident; nec ipſum in forma Dei, ubi eſt cum Patre & Spiritu ſancto

Joh. XIV. 24.

pariter inviſibilis; ſed in forma hominis, ubi eſſe voluit mundo patiendo contemptibilis, judicando terribilis.

De Doctr. Chriſt. lib. 1. *c.* 4. *n.* 4. Frui... eſt amore alicui rei inhærere propter ſeipſam.

Cap. 5. *n.* 5. Res igitur quibus fruendum eſt, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, eademque Trinitas, una quædam ſumma res, communiſque omnibus fruentibus ea; ſi tamen res & non rerum omnium cauſſa ſit, ſi tamen & cauſſa. Non enim facile nomen quod tantæ excellentiæ conveniat poteſt inveniri, niſi quod melius ita dicitur Trinitas hæc, unus Deus ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ita Pater & Filius & Spiritus ſanctus, & ſingulus quiſque horum Deus, & ſimul omnes unus Deus; & ſingulus quiſque horum plena ſubſtantia, & ſimul omnes una ſubſtantia. Pater nec Filius eſt nec Spiritus ſanctus, Filius nec Pater eſt nec Spiritus ſanctus, Spiritus ſanctus nec Pater eſt nec Filius; ſed Pater tantum Pater, & Filius tantum Filius, & Spiritus ſanctus tantum Spiritus ſanctus. Eadem tribus æternitas, eadem incommutabilitas, eadem majeſtas, eadem poteſtas. In Patre unitas, in Filio æqualitas, in Spiritu ſancto unitatis æqualitatiſque concordia: & tria hæc unum omnia propter Patrem, æqualia omnia propter Filium, connexa omnia propter Spiritum ſanctum.

Cap. 6. *num.* 6. Diximuſne aliquid & ſonuimus aliquid dignum Deo? Immo vero nihil me aliud quam dicere voluiſſe ſentio: ſi autem dixi, non hoc eſt quod dicere volui. Hoc unde ſcio, niſi quia Deus ineffabilis eſt.... Et tamen Deus, cum de illo nihil digne dici poſſit, admiſit humanæ vocis obſequium, & verbis noſtris in laude ſua gaudere nos voluit.

Cap. 10. *n.* 10. Quapropter cum illa veritate perfruendum ſit, quæ incommutabiliter vivit, & in ea Trinitas Deus, auctor & conditor univerſitatis, rebus quas condidit conſulat, purgandus eſt animus, ut & perſpicere illam lucem valeat, & inhærere perſpectæ. Quam purgationem quaſi ambulationem quamdam, & quaſi navigationem ad patriam eſſe arbitremur. Non enim ad eum qui ubique præſens eſt, locis movemur, ſed bono ſtudio boniſque motibus.

De Geneſ. ad litt. lib. 8. *c.* 23. *n.* 44. Verum quia omnino incommutabilis eſt illa natura Trinitatis, & ob hoc ita æterna, ut ei aliquid coæternum eſſe non poſſit, ipſa apud ſeipſam & in ſeipſa ſine ullo tempore ac loco, movet tamen per tempus & locum ſibi ſubditam creaturam, naturas creans bonitate, voluntates ordinans poteſtate: ut in naturis nulla ſit, quæ non ab illa ſit; in voluntatibus autem nulla bona ſit, cui non præſit; nulla mala ſit, qua bene uti non poſſit.

De Agone Chriſt. cap. 13. *num.* 15. Fides in Eccleſia breviſſime traditur, in qua commendantur æterna, quæ intelligi a carnalibus nondum poſſunt.... Credamus ergo in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum: hæc æterna ſunt & incommutabilia, id eſt, unus Deus, unius ſubſtantiæ Trinitas æterna: Deus ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia.

Rom. XI. 36.

Cap. 14. *n.* 16. Nec eos audiamus, qui dicunt Patrem tantummodo eſſe, nec habere Filium, nec eſſe cum eo Spiritum ſanctum; ſed ipſum Patrem aliquando appellari Filium, aliquando Spiritum ſanctum. Neſciunt enim principium ex quo ſunt omnia, & imaginem ejus per quam formantur omnia, & ſanctitatem ejus in qua ordinantur omnia.

Cap. 15. *n.* 17. Nec eos audiamus, qui indignantur & ſtomachantur, quia non tres Deos colendos dicimus. Neſciunt enim quid ſit una eademque ſubſtantia, & phantaſmatis ſuis illuduntur, quia ſolent videre corporaliter vel animalia tria, vel quæcumque corpora tria locis ſuis eſſe ſeparata: ſic putant intelligendam ſubſtantiam Dei; & multum errant, quoniam ſuperbi ſunt; & non poſſunt diſcere, quia nolunt credere.

Cap. 16. *num.* 18. Nec eos audiamus, qui Patrem ſolum verum Deum & ſempiternum eſſe dicunt, Filium autem non de ipſo genitum, ſed ab ipſo factum de nihilo, & fuiſſe tempus quando non erat, ſed tamen primum locum tenere in omni creatura; & Spiritum ſanctum minoris majeſtatis eſſe quam Filium, & ipſum factum eſſe poſt Filium; & horum trium diverſas eſſe ſubſtantias, tamquam aurum & argentum & æramentum. Neſciunt enim quid loquantur, & de his rebus quas per oculos carneos videre conſueverunt, vanas imagines ad diſputationes ſuas transferunt. Quia revera magnum eſt mente conſpicere generationem, quæ non ſit ex aliquo tempore, ſed æterna eſt; & ipſam caritatem & ſanctitatem, qua generator & generatus ineffabiliter ſibi copulan-

PARS. II.
SECT. IV.
CAP. II.
§. 3.

§. 3. *De Feſtis Chriſti Domino ſacris, ac primum de Annuntiatione Dominica, ejuſque Conceptione.*

I. Quænam in honorem Chriſti Feſta celebrat Eccleſia?

R. Ejus Annuntiationem, ut vocant, & Conceptionem, Nativitatem, Circumciſionem, Epiphaniam, Præſentationem in Templo, Transfigurationem, Paſſionem, Sepulturam, Reſurrectionem, Aſcenſionem, Spiritus ſancti Miſſionem, & Feſtum ſanctiſſimi Euchariſtiæ ſacramenti.

I. Quandonam celebratur Feſtum Annuntiationis & Conceptionis Dominicæ?

R. Octavo calendas Aprilis. (A) Quæ dies dicitur vel Annuntiatio Dominica vel Annuntiatio Beatæ Mariæ Virginis: ſicut dicta quoque fuit vel Conceptio Dominica vel Conceptio B. M. Virginis: ſumendo nomina Annuntiationis & Conceptionis vel active vel paſſive; ut ſenſus ſit celebrari hac die feſtum, quo Chriſti Conceptio & annuntiata & perfecta eſt, vel quo B. Virgo Deipara Verbum divinum, Angelo nuntiante & Spiritu ſancto operante, ſuſcepit. (B) De hoc Gabrielis Archangeli nuntio jam egimus prima parte hujus Operis. A B

Part. 1. Se-ctio 2. c. 1. §. 3.

Ita-

tur: magnum & difficile eſt hæc mente conſpicere, etiamſi pacata & tranquilla ſit. Non poteſt ergo fieri ut illi hæc videant, qui terrenas generationes nimis intuentur, & ad iſtas tenebras addunt adhuc fumum, quem ſibi contentionibus & certaminibus quotidianis excitare non ceſſant, habentes animas carnis affectibus diffluentes, tamquam ligna humore ſaginata, in quibus ignis fumum ſolum vomit, & habere flammas lucidas non poteſt.

De Civitate Dei, lib. 11. cap. 10. num. 1. Eſt itaque bonum ſolum ſimplex, & ob hoc ſolum incommutabile, quod eſt Deus. Ab hoc bono creata ſunt omnia bona, ſed non ſimplicia, & per hoc mutabilia. Creata ſane, inquam, id eſt, facta, non genita. Quod enim de ſimplici bono genitum eſt, pariter ſimplex eſt, & hoc eſt quod illud de quo genitum eſt; quæ duo Patrem & Filium dicimus; & utrumque hoc cum Spiritu ſancto unus eſt Deus: qui Spiritus Patris & Filii, & Spiritus ſanctus propria quadam notione hujus nominis in ſacris litteris nuncupatur. Alius eſt autem quam Pater & Filius, quia nec Pater eſt, nec Filius: ſed alius dixi, non aliud; quia & hoc pariter ſimplex pariterque bonum eſt incommutabile & coæternum. Et hæc Trinitas unus eſt Deus: nec ideo non ſimplex, quia Trinitas. Neque enim propter hoc naturam iſtam boni ſimplicem dicimus, quia Pater in ea ſolus, aut ſolus Filius, aut ſolus Spiritus ſanctus; aut vero ſola eſt iſta nominis Trinitas ſine ſubſiſtentia perſonarum, ſicut Sabelliani Hæretici putaverunt: ſed ideo ſimplex dicitur, quoniam quod habet, hoc eſt, excepto quod relative quæque perſona ad alteram dicitur. Nam utique Pater habet Filium, nec tamen ipſe eſt Filius; & Filius habet Patrem, nec tamen ipſe eſt Pater. In quo ergo ad ſeipſum dicitur, non ad alterum, hoc eſt quod habet: ſicut ad ſe ipſum dicitur vivens, habendo utique vitam, & eadem vita ipſe eſt.

Cap. 24. Credimus & tenemus, & fideliter prædicamus, quod Pater genuerit Verbum, hoc eſt, ſapientiam, per quam facta ſunt omnia, unigenitum Filium, unus unum, æternus coæternum, ſummum bonus, æqualiter bonum; & quod Spiritus ſanctus ſimul & Patris & Filii ſit Spiritus, & ipſe conſubſtantialis & coæternus ambobus: atque hoc totum & Trinitas ſit propter proprietatem perſonarum, & unus Deus propter inſeparabilem divinitatem, ſicut unus omnipotens propter inſeparabilem omnipotentiam: ita tamen ut etiam cum de ſingulis quæritur, unusquiſque eorum & Deus & omnipotens eſſe reſpondeatur; cum vero de omnibus ſimul, non tres dii vel tres omnipotentes, ſed unus Deus omnipotens: tanta ibi eſt in tribus inſeparabilis unitas, quæ ſic ſe voluit prædicari. Utrum autem boni Patris & boni Filii Spiritus ſanctus, quia communis ambobus eſt, recte bonitas dici poſſit amborum, non audeo temerariam præcipitare ſententiam; verumtamen amborum eum dicere ſanctitatem facilius auſus fuero, non amborum quaſi qualitatem, ſed ipſam quoque ſubſtantiam, & tertiam in Trinitate perſonam. Ad hoc enim me probabilius ducit, quod cum ſit & Pater Spiritus & Filius Spiritus, & Pater ſanctus & Filius ſanctus, proprie tamen ipſe vocatur Spiritus ſanctus, tamquam ſanctitas ſubſtantialis & conſubſtantialis amborum. Sed nihil aliud eſt bonitas divina quam ſanctitas, profecto & illa diligentia rationis eſt, non præſumptionis audacia, ut in operibus Dei ſecreto quodam loquendi modo, quo noſtra exerceatur intentio, eadem nobis inſinuata intelligatur Trinitas, unamquamque creaturam quis fecerit, per quid fecerit, propter quid fecerit. Pater quippe intelligitur verbi qui dixit, *Fiat*. Quod autem illo dicente factum eſt, procul dubio per Verbum factum eſt. In eo vero quod dicitur, *Vidit Deus quia bonum eſt*; ſatis ſignificatur, *Geneſ. 1.*

Deum nulla neceſſitate, nulla ſuæ cujuſquam utilitatis indigentia, ſed ſola bonitate feciſſe quod factum eſt, id eſt, quia bonum eſt: quod ideo poſtea quam factum eſt dicitur, ut res quæ facta eſt, congruere bonitati propter quam facta eſt, indicetur. Quæ bonitas ſi Spiritus ſanctus recte intelligitur, univerſa nobis Trinitas in ſuis operibus intimatur.

Cap. 26. Et nos quidem in nobis, tametſi non æqualem, immo valde longeque diſtantem, neque coæternam, & quo brevius totum dicitur, non ejuſdem ſubſtantiæ, cujus eſt Deus, tamen qua Deo nihil ſit in rebus ab eo factis natura propinquius, imaginem Dei hoc eſt ſummæ illius Trinitatis, agnoſcimus, adhuc reformatione perficiendam, ut ſit etiam ſimilitudine proxima. Nam & ſumus, & nos eſſe novimus, & id eſſe ac noſſe diligimus.

Cap. 28. Ita enim corpus pondere ſicut animus amore fertur, quocumque fertur. Quoniam igitur homines ſumus, ad noſtri Creatoris imaginem creati cujus eſt vera æternitas, æterna veritas, æterna & vera caritas, eſtque ipſa æterna & vera & cara Trinitas, neque confuſa, neque ſeparata; in iis quidem rebus quæ infra nos ſunt, quoniam & ipſa nec aliquo modo eſſent, nec aliqua ſpecie continerentur, nec aliquem ordinem vel appeterent, vel tenerent, niſi ab illo facta eſſent qui ſumme eſt, qui ſumme ſapiens eſt, qui ſumme bonus eſt; tamquam per omnia quæ fecit mirabili ſtabilitate currentes, quaſi quædam ejus alibi magis, alibi minus impreſſa veſtigia colligamus; in nobis autem ipſis ejus imaginem contuentes, tamquam minor ille Evangelicus filius ad nosmetipſos reverſi ſurgamus, ut ad illum redeamus, a quo peccando receſſeramus. Ibi eſſe noſtrum non habebit mortem, ibi noſſe noſtrum non habebit errorem, ibi amare noſtrum non habebit offenſionem. *Luc. 15. 18.*

Qui pleniorem tanti myſterii intelligentiam ſibi comparare voluerit, adeat SS. ATHANASII, BASILII, CYRILLI ALEXANDR. *Libros polemicos* adverſus Arianos, Macedonianos, *aliosque ſui temporis Hæreticos, & SS.* HILARII, AUGUSTINI, &c. *Libros de* Trinitate, *& Doctiſſimos ævi noſtri Theologos, quorum libri in omnium manibus verſantur.*

(A) S. AUG. *Lib. 4. de Trinit. cap. 5. n. 9.* Quadragies ſexies ſeni, fiunt ducenti ſeptuaginta ſex: qui numerus dierum complet novem menſes & ſex dies, qui tamquam decem menſes parientibus feminis imputantur: non quia omnes ad ſextum diem poſt nonum menſem perveniunt, ſed quia ipſa perfectio corporis Domini tot diebus ad partum perducta comperitur, ſicut a majoribus traditum ſuſcipiens Eccleſiæ cuſtodit auctoritas. Octavo enim Kalendas Aprilis conceptus creditur, quod & paſſus: ita monumento novo, quo ſepultus eſt, ubi nullus erat mortuorum poſitus, nec ante nec poſtea, congruit uterus Virginis quo conceptus eſt, ubi nullus ſeminatus eſt mortalium. Natus autem traditur octavo Kalendas Januarias.

(B) LUC. 1. 26. In menſe autem ſexto, miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, 27. ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph, de domo David, & nomen Virginis, Maria. 28. Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. 29. Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermone ejus, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. 30. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inveniſti enim gratiam apud Deum: 31. Ecce concipies in utero, & paries filium & vocabis nomen ejus Jeſum. 32. Hic erit magnus & filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem David patris ejus: & regnabit in domo Jacob in æternum, 33. Et regni ejus

non

Digitized by Google

Itaque celebramus hac die feſtum duplex, feſtum Verbi in utero Virginis incarnati, & feſtum B. Virginis Deiparæ, cujus caſtitas & humilitas & obedientia hac die maxime enituerunt. (C).

C

Caſtitas quidem. Turbata enim eſt Virgo virorum colloquiis parum aſſueta, viſo Angelo, quem hominem putabat. Deinde cum intellexiſſet hunc Angelum Dei eſſe, & miſſum a Deo ut nuntiaretur ſibi myſterium Incarnationis; *quomodo fiet iſtud*, Luc. 1. 34. inquit, *quoniam virum non cognoſco?* Quibus verbis ſignificavit & emiſſum a ſe fuiſſe virginitatis votum, & malle ſe ſi res aliter fieri non poſſet, virginem eſſe quam matrem Dei. (D)

D

Humilitas B. Virginis enituit. Cum enim audiiſſet ab Angelo fore ſe ſimul matrem & virginem, Luc. 1. 38. *Ecce Ancilla Domini*, inquit, quæ mater Dei futura dicebatur.

Obedientia tandem Virginis enititur his verbis, *fiat mihi ſecundum verbum tuum.*

Atque ita conſenſu Virginis accepto obumbravit eam Spiritus ſanctus; *& verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Johan. 1. 14.

I. Quid facto opus eſt ut aſſequamur hujus duplicis feſti ſcopum?

R. 1. Adoremus Filium Dei, *qui cum in forma Dei eſſet, exinanivit ſemetipſum formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.* Phil. 2. 6. 7.

2. Veneremur, invocemus, imitemur B. Virginem Deiparam.

3. Meditemur facta hac die miracula.

4. Revolvamus animo quid Chriſto debeamus, quantum ſit Verbi pro nobis incarnati beneficium. Adeoque fugiamus peccatum, &c. (E)

E

§. 4.

non erit finis. 34. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? 35. Et reſpondens Angelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei... 38. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et diſceſſit ab illa Angelus.

(C) S. Ambros. *Lib. 2. de Virginib. c. 2. n. 7. vide ſupra c. 7. ſect. 3. hujuſce Partis, lit.*.. (B)

N. 11. Angelum Maria quaſi virum ſpecie mota trepidavit, quaſi non incognitum audito nomine recognovit... ut agnoſcas aures religioſas, oculos verecundos. Denique ſalutata obmutuit, & appellata reſpondit: ſed quæ primo turbaverat affectum, poſtea promiſit obſequium.

Lib. 2. in Luc. cap. 1. verſ. 27. n. 8. Diſce Virginem moribus, diſce Virginem verecundia, diſce Virginem oraculo, diſce myſterio. Trepidare virginum eſt, & ad omnes viri ingreſſus pavere, omnes viri affatus vereri. Diſcant mulieres propoſitum pudoris imitari. Sola in penetralibus, quam nemo virorum videret, ſolus Angelus reperiret: ſola ſine comite, ſola ſine teſte; ne quo degeneri depravaretur affatu, ab Angelo ſalutatur. Diſce, virgo, verborum vitare laſciviam: Maria etiam ſalutationem Angeli verebatur.

N. 9. Et ideo cum verecundia, quia pavebat; cum prudentia, quia benedictionis novam formulam mirabatur.

N. 14. Neque non credere Maria, neque tam temere debuit uſurpare: non credere Angelo, uſurpare divina. Neque enim facile erat ſcire myſterium abſconditum a ſæculis in Deo, quod nec ſuperiores Poteſtates ſcire potuerunt. Et tamen non fidem renuit, non officium refutavit: ſed accomodavit affe- Luc. 1. 34. ctum, ſpopondit obſequium. Etenim cum dicit: *Quomodo fiet iſtud?* non de effectu dubitavit, ſed qualitatem ipſius quæſivit effectus.

N. 15. Iſta ſe facere profitetur, nec dubitat eſſe faciendum, quod quomodo fieri poſſit, inquirit.

N. 16. Vide humilitatem, vide devotionem. Ancillam ſe dicit Domini, quæ mater eligitur, nec repentino exaltata promiſſo eſt. Simul ancillam dicendo, nullam ſibi prærogativam tantæ gratiæ vindicavit, quæ faceret quod juberetur. Mitem enim humilemque pariturа, humilitatem debuit etiam ipſa præ- Ibid. 38. ferre. *Ecce Ancilla Domini, contingat mihi ſecundum verbum tuum.* Habes obſequium, vides votum. *Ecce* enim *ancilla Domini*, apparatus officii eſt: *contingat mihi ſecundum verbum tuum*, conceptus eſt voti.

N. 17. Nec mirum ſi Dominus redempturus mundum, operationem ſuam inchoavit a Maria: ut per quam ſalus omnibus parabatur, eadem prima fructum ſalutis hauriret ex pignore.

(D) *Vide momenta Patrum ea de re ſupra allata, part. 1. ſect. 2. c. 1. §. 3. lit.* (A) *In ea ſententia ſunt omnes qui ſcripſerunt in caput* 1. Lucæ, *& in* Eſaiam. *Vide etiam* D. de Tillemont Comment. in Hiſtor. Eccleſ. *ibid. laudata.*

(E) S. Bern. *Serm. 1. in Annunt. n. 5.* Prævenienti ſiquidem miſericordiæ, ut veritas noſtræ converſionis occurrat neceſſe eſt, ac de cetero ſanctimoniam ſectemur & pacem, ſine qua nemo videbit Deum.

N. 6. Ut inhabitet gloria in terra noſtra, miſericordia & veritas obviaverunt ſibi, juſtitia, & pax oſculatæ ſunt. Sit gloria Patris, Filius ſapiens, cum ſit ſapientia ipſa ſapientior nemo; liquet profecto gloriam Patris, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam eſſe. Pſal. 84. 10. 11. Quia ergo multifarie multiſque modis de eo prædictum fuerat in Prophetis, quod in terris videndus eſſet, & inter homines converſaturus, quonam modo id factum ſit, ut impletis quæ de eo per os omnium Prophetarum dicta fuerant, habitaverit gloria in terra noſtra, Pſalmiſta indicat in his verbis, ac ſi manifeſte dicat: Ut Verbum caro fieret & habitaret in nobis, *miſericordia & veritas obviaverunt ſibi, juſtitia & pax oſculatæ ſunt.* Magnum ſacramentum, fratres, & diligentius perſcrutandum, niſi & intellectus myſterio, & ipſi quoque intellectui verba deeſſent.

N. 10. Factumque eſt, ut legimus in Propheta: *Domine in cælo miſericordia tua, & veritas tua uſque ad nubes.* Pſal. 35. 6. Medius autem Pater luminum reſidebat, & utraque pro parte ſua utilius quod habebat loquebatur. Quis putas illi colloquio meruit intereſſe, & indicabit nobis? Quis audivit & enarrabit? Forte inenarrabilia ſunt, & non licet homini loqui. Summa tamen controverſiæ totius hæc fuiſſe videtur: Eget miſeratione creatura rationalis: ait Miſericordia, quoniam miſera facta eſt, & miſerabilis valde, *venit tempus miſerendi ejus, quia jam præteriit tempus.* Pſal. 102. 14. E contra Veritas: Oportet, inquit, impleri ſermonem quem locutus es Domine. Totus moriatur Adam neceſſe eſt cum omnibus qui in eo erant, qua die vetitum pomum in prævaricatione guſtavit. Ut quid ergo, ait Miſericordia, ut quid me genuiſti pater citius perituram? Scit enim Veritas ipſa, quoniam miſericordia tua periit, & nulla eſt, ſi non aliquando miſereris.

N. 11. Ecce vero unus de Cherubim, id eſt magni conſilii Angelus ad regem Salomonem ſuggerit eſſe mittendus. Quoniam filio, inquit, datum eſt omne judicium. Job. v. 22. Et in ejus ergo conſpectu miſericordia, & veritas obviaverunt ſibi, eadem quæ ſupra meminimus verba querimoniæ repetentes.

N. 12. Porro Judex inclinans ſe, digito ſcribebat in terra. Erant autem verba ſcripturæ, quæ pax ipſa legit in auribus omnium. Ea ſiquidem propius aſſidebat. Hæc dicit, Perii, ſi Adam non moriatur: & hæc dicit, Perii, ſi miſericordiam conſequatur. Fiat mors bona, & habet utraque quod petit... Sed quomodo fiet iſtud? Fieri, ait, poteſt: ſi ex charitate moriatur quis, utique qui nihil debeat morti. Neque enim detinere poterit mors innoxium, ſed forabitur (ut ſcriptum eſt) maxilla Leviathan, & de- Ezech. 1. 21. ſtruetur paries medius, ſolveturque chaos magnum, quod inter mortem vitamque firmatum eſt. Nimirum charitas fortis ut mors, imo & fortior morte, ſi fortis illius intraverit atrium, alligabit eum, & diripiet utique vaſa ejus, & ipſo tranſitu ſuo penet profundum maris viam, ut tranſeant liberati.

N. 14. Qui conſilium dedit, ferat auxilium. Intellexit rex quid loqueretur, & ait: *Pœnitet me feciſſe hominem.* Gen. 6. 6. Pœna, inquit, me tenet, mihi incumbit ſuſtinere pœnam, pœnitentiam agere pro homine quem creavi. Tunc ergo dixit, Ecce venio. Non enim poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum. Et accerſito Gabriele, Vade, inquit, dic filiæ Sion, *Ecce Rex tuus venit.* Feſtinavit ille, & ait: *Adorna thalamum tuum Sion, & ſuſcipe Regem.*

Serm. 2. num. 1. Injungitur nova legatio Angelo Ga-

PARS II. SECT. IV. CAP. II. §. 3.

brieli, & novam virgo profeſſa virtutem, novæ ſalutationis honoratur obſequio. Antiqua excluditur maledictio mulierum, novam nova mater accipit benedictionem. Impletur per gratiam quæ concupiſcentiam neſcit, ut Spiritu ſupervenienti Altiſſimi pariat filium, quæ virum dedignatur admittere. Iottat ad nos eadem porta ſalutis antidotum, qua venenum ſerpentis ingrediens, univerſitatem generis humani occuparat. Abyſſus plane imperſcrutabilis, incarnationis Dominicæ ſacramentum; abyſſus impenetrabilis, Johan. 1. 14. *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*. Quis enim inveſtiget, quis attingat, quis apprehendat?

N. 2. Ipſa eſt Virginis noſtræ gloria ſingularis & excellens prærogativa Mariæ, quod filium unum eumdemque cum Deo Patre meruit habere communem, quam ſane periiſſe conſtat, ſi non Filius incarnaretur. Sed nec nobis alia dari poſſet occaſio ſimilis ſperandæ ſalutis & hæreditatis. Factus ſiquidem primogenitus in multis fratribus, qui unigenitus erat, adſciſcet eos ſine dubio in hæreditatem, quos vocavit in adoptionem. Si enim fratres, & cohæredes. Hic ergo Chriſtus Jeſus, mediator fidelis, ſicut in perſona una Dei hominiſque ſubſtantiam copulavit ineffabili ſacramento: ſic & in ipſa conciliatione, conſilio uſus altiſſimo, mediam non deſeruit æquitatem, utrique tribuens quod oportebat, honorem Deo, homini miſerationem.

Serm. 3. *num.* 8.... In te ſola Rex ille dives & prædives exinanitus, excelſus, humiliatus, immenſus, abbreviatus, & Angelis minoratus eſt: verus denique Deus & Dei Filius incarnatus. Sed quo fructu? Nempe ut omnes ejus paupertate locupleremur, ejus humilitate ſublevemur, ejus minoratione magnificemur, ejus incarnatione adhærentes Deo, incipiamus unus eſſe ſpiritus cum eo.

Homil. 1. *ſuper* Miſſus eſt, *num.* 5. Quæ eſt hæc Virgo tam venerabilis, ut ſalutetur ab Angelo: tam humilis, ut deſponſata ſit fabro? Pulcra permixtio virginitatis & humilitatis: nec mediocriter placet Deo illa anima, in qua & humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat humilitatem. Sed quanta putas veneratione digna eſt, in qua humilitatem exaltat fœcunditas, & partus conſecrat virginitatem? Audis virginem, audis humilem: ſi non potes virginitatem humilis, imitare humilitatem virginis. Laudabilis virtus virginitas; ſed magis neceſſaria humilitas; illa conſulitur, iſta præcipitur: ad illam invitaris; ad iſtam cogeris... Illa ergo remuneratur, iſta exigitur. Potes denique ſine virginitate ſalvari, ſine humilitate non potes. Poteſt, inquam, placere humilitas, quæ virginitatem deplorat amiſſam: ſine humilitate autem (audeo dicere) Luc. 1. 48. nec virginitas Mariæ placuiſſet. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ Deus*, potius quam virginitatem; & ſi placuit ex virginitate, tamen ex humilitate concepit.

N. 6. Non omnium quidem eſt virginitas: multo tamen pauciorum eſt cum virginitate humilitas. Si igitur virginitatem in Maria non potes niſi mirari, ſtude humilitatem imitari, & ſufficit tibi. Quod ſi & virgo, & humilis es: quiſquis es, magnus es.

N. 7. Eſt tamen majus aliquid, quod mireris in Maria: ſcilicet cum virginitate fœcunditas. A ſæculo enim non eſt auditum, aliqua ſimul mater eſſet, & virgo. O ſi & cujus eſt mater attendas! quo te tua ſuper ejus mirabili celſitudine ducet admiratio? Nonne tuo, immo veritatis judicio, illa quæ Deum habuit filium, ſuper omnes etiam choros exaltabitur Angelorum?... Mirare ergo utrumlibet, & elige quid amplius mireris, ſive filii benigniſſimam dignationem, ſive matris excellentiſſimam dignitatem. Utrinque ſtupor, utrinque miraculum. Et quod Deus feminæ obtemperet, humilitas abſque exemplo: & quod Deo femina principetur, ſublimitas ſine ſocio.

N. 8. Diſce homo obedire; diſce terra ſubdi; diſce pulvis... obtemperare. De auctore tuo loquens Evangeliſta, *& erat*, inquit, *ſubditus illis*, haud dubium, Luc. 11. 51. quin Mariæ & Joſeph. Erubeſce, ſuperbe cinis! Deus ſe humiliat, & tu te exaltas? Deus ſe hominibus ſubdit, & tu dominari geſtiens hominibus, tuo te præponis auctori?... Si hominis, o homo, imitari dedignaris exemplum, certe non erit tibi indignum ſequi auctorem tuum.

N. 9. Felix Maria, cui nec humilitas defuit, nec virginitas. Et quidem ſingularis virginitas, quam non temeravit, ſed honoravit fœcunditas: & nihilominus ſpecialis humilitas, quam non abſtulit, ſed extulit fœcunda virginitas: & incomparabilis prorſus fœcunditas, quam virginitas ſimul comitatur & humilitas, quid horum non mirabile? quid non incomparabile? quid non ſingulare? Mirum vero ſi non hæſitas in eorum ponderatione, quid tua judices dignius admiratione, utrum videlicet potius ſtupenda ſit fœcunditas in virgine, an in matre integritas, ſublimitas in prole, an cum tanta ſublimitate humilitas, niſi quod indubitanter horum ſingulis præferenda ſunt ſimul cuncta, & incomparabiliter excellentius eſt atque felicius, omnia percepiſſe, quam aliqua. Et quid mirum ſi Deus, qui mirabilis legitur & cernitur in ſanctis ſuis, mirabiliorem ſe exhibuit in matre ſua?

Hom. 2. *ſuper* Miſſus eſt, *n.* 1. Deum hujuſmodi decebat nativitas, qua non niſi de Virgine naſceretur: talis congruebat & Virgini partus, ut non pareret niſi Deum. Proinde factor hominum ut homo fieret, naſciturus de homine, talem ſibi ex omnibus debuit deligere, immo condere matrem, qualem & ſe decere ſciebat, & ſibi noverat placituram. Voluit itaque eſſe Virginem, de qua immaculata immaculatus procederet, omnium maculas purgaturus: voluit & hominem, de qua mitis & humilis corde prodiret, harum in ſe virtutum neceſſarium omnibus ſaluberrimumque exemplum oſtenſurus.

N. 2. Ut igitur quæ Sanctum Sanctorum conceptura erat pariter & paritura, Sancta eſſet corpore, accepit donum virginitatis: ut eſſet & mente, accepit & humilitatis.

N. 4. Miſſus eſt Angelus ad Virginem, virginem carne, virginem mente, virginem profeſſione, virginem denique qualem deſcribit Apoſtolus, mente & 1. Cor. 7. 34. corpore ſanctam; nec noviter, nec fortuitu inventam, ſed a ſæculo electam, ab Altiſſimo præcognitam & ſibi præparatam, ab Angelis ſervatam, a Patribus præſignatam, a Prophetis promiſſam... Ut pauca loquar de pluribus, quam tibi aliam prædixiſſe Deus videtur, quando ad ſerpentem ait... *ipſa conteret ca-* Gen. 111. 15. *put tuum*? Cui hæc ſervata victoria eſt, niſi Mariæ? Ipſa procul dubio caput contrivit venenatum, quæ omnimodam maligni ſuggeſtionem tam de carnis illecebra, quam de mentis ſuperbia deduxit ad nihilum.

N. 5. Quid deinde Rubus ille quondam Moſaicus Exod. 111. portendebat, flammas quidem emittens, ſed non ardens, niſi Mariam parientem, & dolorem non ſentientem? Quid rogo, virga Aaron florida, nec hume- Num. 17. 8. ctata, niſi ipſam concipientem, quamvis virum non Iſai. 11. 1. cognoſcentem? Hujus magni miraculi majus myſterium Iſaias ediſſerit, dicens: *egredietur virga, flos de radice ejus aſcendet*, virgam, Virginem; florem, Virginis partum intelligens.

N. 9.... Ibi agnoſcitur longitudo brevis, latitudo anguſta, altitudo ſubdita, profunditas plana. Ibi agnoſcitur lux non lucens, verbum infans, aqua ſitiens, panis eſuriens. Videas, ſi attendas, potentiam regi, ſapientiam inſtrui, virtutem ſuſtentari: Deum denique lactentem, ſed Angelos reficientem; vagientem, ſed miſeros conſolantem.

N. 11. Femina circumdans virum, Virgo eſt concipiens Deum.

Luc. 1. 27. *N.* 15. *Viro, cui nomen erat Joſeph*. Virum nominat non quia maritus, ſed quod homo virtutis erat: vel potius quia, juxta alium Evangeliſtam, non vir ſimpliciter, ſed vir ejus dictus eſt, merito appellatur, quod neceſſarie putatur. Debuit ergo vir ejus appellari, quia neceſſe fuit & putari: ſicut & pater Salvatoris non quidem eſſe, ſed dici meruit, ut putaretur eſſe... Nec vir ergo matris, nec filii pater exſtitit, quamvis certa, & neceſſaria diſpenſatione utrumque ad tempus & appellatus ſit, & putatus.

N. 17. O quiſquis te intelligis, in hujus ſæculi profluvio magis inter procellas & tempeſtates fluctuare, quam per terram ambulare; ne avertas oculos a fulgore hujus ſideris, (*Mariæ*) ſi non vis obrui procellis. Si inſurgant venti tentationum, ſi incurras ſcopulos tribulationum: reſpice ſtellam, voca Mariam. Si jactaris ſuperbiæ undis, ſi ambitionis, ſi detractionis, ſi æmulationis; reſpice ſtellam, voca Mariam. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebra naviculam concuſſerit mentis; reſpice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conſcientiæ fœditate confuſus, judicii horrore perterritus, baratro incipias abſorberi triſtitiæ, deſperationis abyſſo; cogita Mariam. In periculis, in anguſtiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat a corde: & ut impetres ejus orationis ſuffragium, non deſeras converſationis exemplum. Ipſam

Ie-

§. 4. *De Tempore Adventus.*

I. Cur Adventum nuncupamus quatuor illas hebdomadas quæ occurrunt ante Chriſti nativitatem?

R. Quia hoc tempore præparet ſe Eccleſia ad celebrandam memoriam primi Adventus Chriſti, id eſt ſolemnitatem Nativitatis Chriſti, quæ Na-
A tale Chriſti dicitur. (A)

I. Quid facto opus, ut præparemus nos ad hoc feſtum rite celebrandum?

R. 1. Sentiemus non poſſe nos ſine Chriſti interiore auxilio a peccatis & ab infirmitate liberari.

2. Chriſtum ſuſpiremus, & poſtulemus ab eo enixe, ut ipſe veniat & ſalvet nos.

3. Verbum incarnatum ſæpius adoremus.

4. Pœnitentia, ſeceſſus, aſſiduitas orationis & lectionis, & frequentatio Eccleſiarum, in quibus fit ſermo ad populum, aliaque id genus pia opera adhiberi debent, ut præparatio ad ſuſcipiendum in nobis Chriſtum in die natali illius. (B) B

Olim

ſequens, non devias: ipſam rogans, non deſperas: ipſam cogitens, non erras. Ipſe tenente non corruis, ipſa protegente non metuis. Ipſa duce non fatigaris, ipſe propitia pervenis.

Hom. 3. ſuper Miſſus eſt, *n.* 8... Facturus eſt tibi magna qui potens eſt, in tantum ut pro maledictione Iſrael, beatam te dicant omnes generationes, nec ſuſpectam habeas, virgo prudens, fœcunditatem, quia non auferet integritatem. Concipies, ſed ſine peccato: gravida eris, ſed non gravata: paries, ſed non cum triſtitia: neſcies virum, & gignes filium. Qualem filium? Illius eris mater, cujus Deus eſt Pater. Filius paternæ claritatis erit corona tuæ caſtitatis. Sapientiæ paterni cordis erit fructus uteri virginalis. Deum denique paries & de Deo concipies.

N. 13. Magnificetur & a nobis parvulis magnus Dominus, quos ut faceret magnos, factus eſt parvulus.
Iſai. 9. 6. *Parvulus*, ait, *natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis*; nobis, inquam, non ſibi, qui utique ante tempora multo nobilius natus ex Patre, naſci temporaliter non indigebat ex matre. Non Angelis quoque, qui cum magnum haberent, parvulum non requirebant. Nobis ergo natus, nobis & datus, quia nobis neceſſarius.

N. 14. Jam de nobis nato & dato faciemus ad quod natus eſt & datus. Utamur noſtro in noſtram utilitatem, de Salvatore ſalutem operemur. Ecce parvulus in medio ſtatuitur: ... ſtudeamus effici ſicut parvulus iſte; di-
Mat. 11. 29. ſcamus ab ipſo, quia *mitis* eſt *& humilis corde:* ne magnus videlicet Deus ſine cauſa factus ſit homo parvus, ne gratis mortuus, ne in vacuum crucifixus; diſcamus ejus humilitatem, imitemur manſuetudinem, amplectamur dilectionem, communicemus paſſionibus, lavemur in ſanguine ejus. Ipſum offeremus propitiationem pro peccatis noſtris; quoniam ad hoc ipſe natus eſt nobis. Ipſum oculis Patris, ipſum offeramus & ſuis.
Rom. 8. 32. Quia & pater *proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis*
Philip. 2. 7 *tradidit illum*, & ipſe Filius *Semetipſum exinanivit formam ſervi accipiens:* ... non poſſunt perire pro quibus filius rogat ne pereant, pro quibus Pater didicit Filium in mortem ut vivant.

Luc. 1. 35. *De Laudib. Virg. Matr. homil.* 4. *num.* 4. *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te*, qui utique ſua potentia fœcundabit te. *Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi:* hoc eſt, illum modum quo de Spiritu ſancto concipies, Dei virtus, & Dei ſapientia Chriſtus, ſic in ſuo ſecretiſſimo conſilio obumbrando conteget & occultabit, quatenus ſibi tantum notus habeatur & tibi, ac ſi Angelus reſpondeat ad Virginem: Quid a me requiris, quod in te mox experieris? Scies, ſcies, & feliciter ſcies, ſed illo doctore, quo &
Ibid. auctore... *& quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.* Quod eſt dicere: Quoniam non de homine, ſed de Spiritu ſancto concipies, concipies autem Altiſſimi virtutem, hoc eſt Filium Dei: *Ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei:* id eſt, non ſolum qui de ſinu Patris in uterum tuum veniens obumbrabit tibi, ſed etiam id quod de tua ſubſtantia ſociabit ſibi, ex hoc jam vocabitur Filius Dei, quemadmodum & is qui e Patre eſt ante ſæcula genitus, tuus quoque amodo reputabitur filius. Sic autem & quod natum eſt ex ipſo Patre, erit tuus, & quod naſcetur ex te, erit ejus; ut tamen non ſint duo filii, ſed unus. Et licet aliud quidem ex te, aliud ex illo ſit; jam non tamen cujusque ſuus, ſed unus utriusque erit filius.

N. 8. Ecce offertur tibi pretium ſalutis noſtræ: ſtatim liberabimur ſi conſenſeris .... Ex ore tuo pendet conſolatio miſerorum, redemptio captivorum, liberatio damnatorum, ſalus denique univerſorum filiorum Adam, totius generis tui.

N. 9...: Mater Dei eligitur, & ancillam ſe nominat... Non magnum eſt eſſe humilem in abjectione; magna prorſus & rara virtus humilitatis honorata.

(A) R. P. EDM. MARTENNE *Lib. de antiqua Eccleſ. Diſcip. in divinis celebrandis offic. cap.* 10. *num.* 1. Adventus nomine omne illud temporis ſpatium intelligimus, quo ad celebrandum, ea qua par eſt reverentia ac devotione, incarnati Verbi natalem diem ſeſe præparat Eccleſia, quod quidem a Dominica quarta ante Chriſti Domini nativitatem incipere ſolemus, idque, ſi Amelario *lib.* 3. *Eccleſiaſticis officiis c.* 40. & Bernoni Augienſi Abbati in libello *de ritibus Miſſæ c.* 4. fides ſit, ex S. Gregorii Papæ inſtituto. Quibus ſuffragatur ejusdem ſancti Pontificis ſacramentorum liber e Pamelio editus, cum MSS. codicibus bene multis, in quibus quatuor tantum deſignatæ leguntur Dominicæ ad præveniendam Domini nativitatem. Sed in libro Comitis qui S. Hieronymo tribuitur, ubi Evangelia per totum anni circulum legenda deſcribuntur, in Gelaſii ſacramentario, immo in Gregoriano ipſo quem Menardus edidit, in codicibus Vercenis, in Remenſi ab annis circiter 900. ſcripto, in Gelloneoſi & Colbertino *n.* 1348. ejusdem ætatis & in Colbertino alio *n.* 1364. cujus character annos 800. repræſentat, in Pontificali Eberti, Eboracenſis Epiſcopi & quibusdem aliis quinque leguntur Dominicæ *ante Domini natale*: quin & Guillelmus Durandus auctor non ita antiquus fatetur Dominicam quintam ante nativitatem Domini ad Adventum aliquo modo pertinere. Nam in *lib.* 6. Rationarii *c.* 2. ita habet: *In quinta igitur hebdomada ante nativitatem Domini inchoatur præparatio Adventus quod quædam ..... nam ab illa Dominica usque ad nativitatem Domini ſunt quinque officia Dominicalia, quinque Epiſtolæ, & quinque Evangelia*, quæ Chriſti adventum aperte prædicant.

N. 2. Sed major extitit Eccleſiæ Mediolanenſis hac in parte religio, utpote quæ ſex in adventu Domini Dominicas numeret, uti videre eſt in Breviario anno 1588. a S. Carolo edito, cui concinit illud quod anno 1487. regnante Joanne Galeazeo Maria Vicecomite duce prælo commiſſum eſt, in quo Adventus incipit e feſto S. Martini, ſi in ſabbato acciderit; aut ſi alia die, ſabbato feſtum S. Martini ſequente. Eadem extitit Eccleſiæ Toletanæ conſuetudo, ac proinde veteris Hiſpaniæ; id quod probat miſſale Muzarabum: nec dubium quin viguerit etiam in Gallicana, a qua ſuos ritus illa deſumpſiſſe videtur, antequam juſſu Pippini Regis Romanum miſſale reciperet: idque non obſcure innuit auctor Epiſtolæ ad Bibianum ſub nomine S. Auguſtini, quem Gallum fuiſſe ſuſpicamur, tametſi ipſe (ordinem Adventus Dominici ab octavo Kalendas Octobris velit incipi,) pro eo quod eadem die Joannes præcurſor Domini a majoribus noſtris, inquit, traditur, & Angelo nuntiante conceptus, & Herodis funeſti gladio trucidatus.

(B) S. LEO *Serm.* 18. *de Jejunio* 10. *menſis* VIII. *c.* 1. Cum de adventu Regni Dei, & de mundi fine ac temporum Diſcipulos ſuos Salvator inſtrueret, totamque Eccleſiam ſuam in Apoſtolis erudiret, *Cavete*, inquit, *ne* Luc. 21. 34.
forte graventur corda veſtra in crapula & ebrietate, & cogitationibus ſæcularibus. Quod utique præceptum, dilectiſſimi, ad nos ſpecialius pertinere cognoſcimus: quibus denuntiatus dies, etiam ſi eſt occultus, non dubitatur eſſe vicinus. Ad cujus adventum omnem hominem convenit præparari: ne quem aut ventri deditum, aut curis ſæcularibus inveniat implicatum.

S. BERNARD. *Serm.* 1. *in Adventu Domini*, *n.* 1. Vos, circa ea quæ vere ſalutaria ſunt, ſedule cogitatione verſemini, & diligenter penſare rationem Adventus hujus, quærentes utimirum quis ſit qui veniat, unde, quo, ad quid, quando, & qua.

N. 2. Primo igitur loco cum Apoſtolo ſtupente & admirante intueamini & vos, quantus ſit iſte, qui ingreditur: ipſa enim eſt ſecundum Gabrielis teſtimonium, *Altiſſimi Filius*, ac proinde coaltiſſimus ipſe. Luc. 1. 32.
Neque enim fas eſt Dei Filium degenerem ſuſpicari; ſed æqualis fateri neceſſe eſt altitudinis & ejusdem penitus dignitatis.

N. 6.

N. 6. Audiſtis quis ſit qui veniat: conſiderate jam unde veniat, & quo. Venit utique de corde Dei Patris in uterum Virginis Matris; venit a ſummo cælo in inferiores partes terræ... Porro quo veniat intuentibus, apparuit inæſtimabilis dignatio & penitus inexcogitabilis, quod in carceris hujus horrorem tanta deſcendere dignata eſt celſitudo.

N. 7. Jam quis dubitet magnum aliquid in cauſa fuiſſe, ut majeſtas tanta, de tam longinquo, in locum tam indignum deſcendere dignaretur? Plane magnum aliquid quia miſericordia magna, quia caritas copioſa. Ad quid enim veniſſe credendus eſt?... Ad quærendam... ovem centeſimam, quæ erraverat, de montibus properavit; & ut confiteantur manifeſtius Domino miſericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum, propter nos venit, mira quærentis Dei dignatio, magna dignitas hominis ſic quæſiti! in qua ſi gloriari voluerit, non erit inſipiens: non quod aliquid eſſe videatur tamquam a ſe ipſo, ſed quod tanti eum fecesit ipſe qui fecit. Omnes enim divitiæ, omnis gloria mundi, & quicquid in eo concupiſcitur, minus eſt ad hanc gloriam, immo nec eſt aliquid in *Job. 7. 17.* comparatione ejus. *Domine, quid eſt homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum.*

N. 8. Nos magis ad eum venire dignum fuit; ſed duplex erat impedimentum. Nam & caligabant oculi *1. Tim. 4. 16* noſtri: ille vero *lucem habitat inacceſſibilem*; & jacentes paralytici in grabato divinam illam non poteramus attingere celſitudinem. Propterea benigniſſimus Salvator & medicus animarum deſcendit ab altitudine ſua, & claritatem ſuam infirmis oculis temperavit.

N. 9... Vere ſapienter diſpoſuit ſapientia, ut cum magis eſſet neceſſarium, tunc primo ferret auxilium, pronos ad ingratitudinem Adæ filios non ignorans... Nam & ſus divinæ notitiæ parva admodum erat, & abundante iniquitate fervor refrigerat caritatis... At ego, ait *Pſ. 39. 8.* Filius, *Tunc dixi ecce venio*... Quod & Apoſtolus in*Galat. 4. 4.*nuens ajebat: *Quando venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum*. Nimirum plenitudo & abundantia temporalium oblivionem & inopiam fecerat æternorum. Opportune ergo tunc venit æternitas, quando magis temporalitas prævalebat.

N. 10. Via... per quam venit... diligenter requirenda: ut poſſimus, ſicut dignum eſt, ei occurrere. Verumtamen ſicut ad operandam ſalutem in medio terræ venit ſemel in carne viſibilis, ita quotidie ad ſalvandas animas ſingulorum in ſpiritu venit & inviſibilis... Propterea dignum eſt, ut ſi non valet infirmus in occurſum tanti medici procedere longius, ſaltem conetur erigere caput, & aliquatenus aſſurgere venienti .... Uſque ad temetipſum occurre Deo tuo... uſque ad cordis compunctionem, & oris confeſſionem occurre, ut ſaltem exeas de ſterquilinio miſeræ conſcientiæ; quoniam indignum eſt illuc auctorem puritatis intrare.

Serm. 2. *nu.* 1. Signum bonitatis & caritatis domui David ipſe Dominus promittit, ut quos nec poteſtas nec ſapientia terruit, alliciat ſaltem exhibitio caritatis... Ne timeas o homo, nec audito Dei nomine terrearis: quia nobiſcum Deus: nobiſcum carnis ſimili*Matt. 1. 23.*tudine, nobiſcum utilitate. Propter nos venit, tamquam unus ex nobis, ſimilis nobis paſſibilis.

N. 3... Ad nos veniens ſolum mel attulit, & non aculeum, id eſt, miſericordiam, & non judicium; ita ut ſuadentibus quandoque Diſcipulis, ut civitatem, quæ ſuſcipere eum noluit, præciperet igne conſumi, *Joh. 12. 27.* reſponderit Filium hominis non veniſſe ut judicaret, *Pſ. 72. 11.* ſed ut ſalvaret mundum.... Sed *nolite ſperare in iniquitate*, nolite peccare in ſpe. Habet enim apis noſtra quandoque aſſumere aculeum ſuum; & acriter nimis infigere illum in medullas hominum peccatorum: *Joh. 5. 22.* quoniam *Pater non judicat quemquam, ſed Filio dedit omne judicium*.

N. 5. Studeamus & nos, dilectiſſimi, ad ipſum per eam aſcendere, qui per ipſam ad nos deſcendit: per eam venire in gratiam ipſius, qui per eam in noſtram miſeriam venit... Per te acceſſum habeamus ad Filium, o benedicta inventrix gratiæ, genitrix vitæ, mater ſalutis: ut per te nos ſuſcipiat, qui per te datus eſt nobis. Excuſet apud ipſum integritas tua culpam noſtræ corruptionis, & humilitas Deo grata noſtræ veniam impetret vanitati. Copioſa caritas tua noſtrorum cooperiat multitudinem peccatorum, & fœcunditas glorioſa fœcunditatem nobis conferat meritorum. Domina noſtra, mediatrix noſtra, advocata noſtra, tuo filio nos commenda, nos tuo filio repræſenta.

Serm. 3. *n.* 1. In adventu Domini quem celebramus, ſi perſonam venientis intueor, non capio excellentiam majeſtatis. Si attendo ad quos venerit, dignationis magnitudinem expaveſco. Stupent certe Angeli de novo, videntes infra ſe, quem ſupra ſe ſemper adorant, manifeſte jam aſcendentes, & deſcendentes ad Filium hominis. Si conſidero propter quid venerit, amplector quoad poſſum inæſtimabilem latitudinem caritatis. Si modum cogito, exaltationem agnoſco humanæ conditionis. Venit ſiquidem univerſitatis Creator & Dominus, venit ad homines, venit propter homines, venit homo, ut qui fecerat hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ipſe hominibus innoteſceret factus homo.

N. 2. Hujus ergo adventus ... ab univerſa Eccleſia ſemel in anno ſolemnis memoria celebratur. Sed utinam ita ſemel ageretur, ut ſemper! Id quippe dignius. Quantæ enim inſaniæ eſt, ut poſt tanti Regis adventum, aliis quibuslibet negotiis homines velint, ſeu audeant occupari, & non magis omiſſis omnibus, ſoli ejus cultui vacent, nec in ejus præſentia cujusquam meminerint ceterorum.

N. 3. Suavis eſt Dominus, & mitis, & multæ miſericordiæ, & verax: Hæc autem unde noſti, niſi quia non ſolum ad te, ſed etiam in te venit?

N. 4. Triplicem enim ejus adventum novimus; ad homines, in homines, contra homines, Ad omnes quidem indifferenter, non autem ita in omnes, aut contra omnes. Sed quia primus & tertius noti ſunt, utpote manifeſti, de ſecundo, qui ſpiritualis & occultus eſt, ipſum audi dicentem: *Si quis diligit me, ſermonem meum* *Joh. 14. 23.* *ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*. Beatus apud quem manſionem facies, Domine Jeſu... Beata Anima, quæ ſedes eſt ſapientiæ. Quænam eſt illa? Anima utique juſti. Merito plane, quia *juſtitia & judi-* *Pſ. 88. 15.* *cium præparatio ſedis tuæ*.

Serm. 7. *n.* 1. Si devote celebramus adventum Domini, id facimus, quod oportet: ſiquidem non modo ad nos, ſed & propter nos venit, qui bonorum noſtrorum non eget... Faciles ſumus ad ſeducendum, & debiles ad operandum, & fragiles ad reſiſtendum. Si diſcernere volumus inter bonum & malum, decipimur: ſi tentamus facere bonum, deficimus: ſi conamur reſiſtere malo, dejicimur & ſuperamur.

N. 2. Neceſſarius proinde Salvatoris adventus; neceſſaria ſic præoccupatis hominibus præſentia Chriſti... *Si* *Rom. 8. 31.* *ille pro nobis, quis contra nos?* Fidelis conſiliarius eſt, qui neque falli omnino, neque fallere queat: fortis auxiliatius, qui non laſſeſcat; patronus efficax, qui & ipſum *Satanam ſub pedibus noſtris velociter conterat*, & omnia *Rom. 16. 20.* ejus machinamenta confringat. Nimirum ipſe eſt Dei ſapientia, cui ſemper in promptu ſit inſtruere ignorantes: ipſe Dei virtus, cui facile ſit & deficientes reficere, & eripere periclitantes. Ad hunc ergo tantum eruditorem, in omni deliberatione curramus: hunc tam ſtrenuum adjutorem in omni operatione invocemus: huic tam fido propugnatori in omni colluctatione committamus animas noſtras: quia ad hoc ipſum venit in mundum, ut habitans in hominibus, cum hominibus, pro hominibus, & tenebras noſtras illuminaret, & labores levaret, & pericula propulſaret.

Apud S AMBROS. *in Appendice*, *Serm.* 1. *num.* 1. Hoc tempus, fratres cariſſimi, non immerito Domini adventus vocatur, nec ſine cauſa ſancti Patres adventum Domini celebrare cœperunt, ſermones de his diebus ad populum habuerunt; id namque ideo inſtituerunt, ut ſe unusquisque fidelis præpararet & emendaret, quo digne Dei, ac Domini ſui nativitatem celebrare valeret... Se mundare debet creatura, ut ſuo Creatori apparenti in carne non diſpliceat. Ille juſtus venit ad nos peccatores, ut ex peccatoribus faceret juſtos: pius venit ad impios, ut nos faceret pios, humilis venit ad ſuperbos, ut ex ſuperbis faceret humiles.

N. 2. Quapropter hortamur vos ut his diebus abundantius eleemoſynas faciatis, ad Eccleſiam frequentius conveniatis, confeſſionem peccatorum veſtrorum puriſſime faciatis, & non ſolum ab omni immunditia, ſed etiam ab uxoribus propriis ſtudioſiſſime vos contineatis: odium nihilominus, iram, & indignationem, clamorem & blaſphemiam, ſuperbiam, atque jactantiam, cum omni carnali delectatione procul a vobis repellatis; ut cum dies Dominicæ nativitatis advenerit, ſalubriter ipſum celebrare poſſitis.

Serm. 2 *nu.* 1. Hæc gratia natalis eſt Domini Salvatoris, ut in futurum ad prædeſtinatos tranſeat, in præteritum remaneat ad devotos. Oportet ergo eſſe nos ſanctitate puros, mundos pudicitia, nitidos honeſtate, ut

quo

C Olim in pluribus Eccleſiis ſervabatur Adventus tempore jejunium. (C)

I. Numquid & poſtremum Chriſti Adventum Eccleſia recolit & meditatur tempore Adventus?

R. Et illum recolit; nam legitur in Miſſa Do-

quo diem feſtum advenire propinquius cernimus, eo accuratius incedamus. Si enim mulierculæ ſolent aliquas ferias ſuſcepturæ maculas veſtium ſuarum aqua diluere, cur non magis nos excepturi natalem Domini, maculas animarum noſtrarum fletibus abluamus?

N. 2. Nos quoque ſi tam grave peccatum fuerit, ut id minime ſolis fletibus abluatur, addamus miſericordiæ oleo acrimoniam jejunii. Nullum enim tam grave delictum eſt, quod non purgetur abſtinentia, eleemoſynis extinguatur; ait enim ſanctus Propheta: Eccli. 3. 33. *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum.*

N. 6. Natalem Domini ſuſcepturi, ab omni conſcientias noſtras fæce mundemus; ac eamus nos non ſericis veſtibus, ſed operibus pretioſis. Veſtimenta enim nitida membra operire poſſunt, conſcientiam ornare non poſſunt; niſi quod majoris verecundiæ eſt nitidum membris incedere, & pollutum ſenſibus ambulare. Interioris igitur hominis prius ornemus affectum, ut exterioris quoque ſit amictus ornatus.

(C) THOMASSIN *Traité des jeunes Part.* 1. *c.* 23. *n.* 1. In primo Matiſconenſi Concilio anno 581. Can. 9. jejunium præceptum fuit ſecunda, quarta, & ſexta feria cujusque hebdomadæ, a feſto S. Martini uſque ad diem Nativitatis Domini... *ut a feria ſancti Martini uſque ad natale Domini ſecunda, quarta, & ſexta ſabbati jejunetur*... Ecce Adventus primordia.

N. 2. Probabile valde eſt, ſtudium imitandi Monachorum pietatem legi huic Adventus a Laicis accipiendæ originem dediſſe.

Part. 2. *c.* 19. *n.* 2. Ratherius Epiſcopus Vercellenſis, *In adventum Domini niſi feſtivitas intercedit, quatuor hebdomadibus a carne noveritis abſtinendum*... Concilium Salingeſtadienſe anno 1022. *In abſtinentia ſint carnis & ſanguinis, & ut ante Nativitatem Domini ſint ſimiliter.*

N. 3. Hæc fortaſſe ita accipienda ſunt, ut intelligatur, in quibusdam Eccleſiis Adventus tempore abſtinentiam tantummodo indictam fuiſſe, non vero etiam jejunium.

N. 4. Concilium Claromontanum anno 1095. de Adventu verba facit, ut peculiarium bellorum induciæ conſervarentur... Concilium anno 1172. *Item in Adventu Domini omnibus qui poterunt, maxime autem clericis & militibus jejunium & abſtinentia carnium indicatur.*

N. 5. Petrus venerabilis Abbas de Cluni... *Statutum eſt ut in omni die Adventus Domini excepta prima dominica, ab adipe, quæ in duodecim lectionum feſtis in uſu eſſe ſolebat, omnes abſtineant. Cauſa inſtituti hujus fuit ipſorum dierum ab omni pene Eccleſia ſolito major ob præparationem Domini Natalis ſervata abſtinentia; ut ſacros dies illos quos multi alii majoribus jejuniis dedicant, noſtri ſaltem mediocribus dedicarent.*

N. 6. *Cap.* Conſilium de obſervatione jejunii.. *Jejunium etiam apud nos in Adventu Domini agitur.*

N. 7. Concilium Salisburgenſe anno 1281. *A feſto S. Martini ab omnibus Religioſis uſque ad Nativitatem Domini jejunium obſervetur.* Papa Bonifacius VIII. in Bulla Canonizationis S. Lodovici Galliarum Regis affirmat, hunc Regem quadraginta Adventus dies jejuniis & precibus tranſigere ſolitum. *Quadraginta dies feſtum Nativitatis præcedentes in jejuniis & orationibus exiſtebat.* Papa Urbanus V. *Volensque Curiales Eccleſiaſticos ſic honeſte vivere, quod eſſent ceteris in exemplum, a principio ſuæ creationis generaliter ordinavit, quod omnes generaliter & indiſtincte in Adventu Domini ab eſu carnium abſtinerent*... Gerſon... *Quod Sacerdotes Adventum Domini jejunent*... S. Franciſcus de Paula eos, qui inſtituto ſuo nomen dederant, quartis tantummodo & ſextis ab omnium Sanctorum feſto ad Domini Nativitatem jejunare juſſit: *A feſto omnium Sanctorum excluſive uſque ad feſtum Nativitatis Domini; ceterisque temporibus quarta & ſexta feria ſolliciti ſimus jejunare.* Concilium Mediolanenſe IV. Epiſcoporum domeſticis jejunium qualibet quarta & ſexta feria Adventus tempora ſervandum præcipit. *In Adventu item curetur, ut familia jejunet ſaltem feria quarta & ſexta.* D. Carolus in peculiaribus inſtitutionibus ad familiares ſuos ſcriptis, Eccleſiaſticis totius Adventus abſtinentiam indixit. *Per Adventum autem ſecundum antiquam Eccleſiaſticorum hominum conſuetudinem cibis quadrageſimalibus utantur.* Gioſſanus inquit, D. Carolum ipſis aliquot etiam jejunia in ſingulas hebdomadas præſcripſiſſe; ipſum toto Adventus tempore jejunare ſolitum, præſtantique Paſtorali epiſtola populo ſuo Adventus devotionem ita inſtillaſſe, ut nonnulli abſtinentiam, nonnulli aliquot ſaltem dierum jejunium amplecterentur, omnes vero ad preces fundendas, ſacramenta frequentanda, ſermones audiendos, bona opera facienda excitarentur.

N. 8. Monachus Gregorius, qui a Protoſyncellu Patriarcha demum Conſtantinopolitanus factus eſt... *Neſcit ergo ut plane videtur eximius hic vir varios in hac etiam magna urbe Conſtantinopolitana ſervari mores, jejuniorumque & rituum Eccleſiaſticorum eſſe diverſitates: namque ante Chriſti natalem ſunt qui ordiuntur jejunium ex die quintodecimo Novembris, alii ex die ſexto Decembris, alii ex viceſimo.*

R. P. EDM. MARTENNE *Lib. de antiqua Eccleſ. Diſcipli. in divinis celebrandis offic. c.* 10. *n.* 2. *verſus finem.* In Calendario quod præfigitur Sacramentario Ratoldi Abbatis Corbejenſis XVIII. Calendas Novembris notatur quadrageſima ante natale Domini.

N. 3. Ex hocce Calendario apparet qualis fuerit majorum noſtrorum religio, apud quos Adventus Domini quadrageſimæ rationem obtinebat, tam in jejuniis quam in ſacrificiis, id quod amplius conſtat ex Concilio Matiſconenſi I. anno 582. celebrato, cujus Canon 9. præſcribit (ut a feria S. Martini uſque ad natalem Domini ſecunda quarta & ſexta ſabbati jejunetur, & ſacrificia quadrageſimali debeant ordine celebrari.) Ante iſtud Concilium S. Perpetuus Turonenſis Epiſcopus jam inſtituerat, ut (a depoſitione domni Martini uſque ad natale Domini terna in ſeptimana jejunia) fierent, teſte Gregorio Turonenſi item Epiſcopo in Hiſt. lib 10. c. 31. Concilium Turonenſe II. anno 570 addit (ut in Decembri uſque ad natal Domini jejunent) monachi quotidie. Verum non modo monachis, ſed ipſis etiam clericis, immo & laicis quotidianum haud multo poſt indictum eſt jejunium, nec ſolum in Decembri, ſed etiam ab ipſo S. Martini feſto, uti videre eſt in præcitata ab Bibianum ſub nomine S. Auguſtini Epiſtola, ubi poſtquam auctor ſtatuit apud nonnullos Adventum Domini a feſto S. Martini incipere, addit (apud nos itaque ex ejus ſolemnitate abſtinentia a carnibus vel conjugali copula filiis Eccleſiæ indicitur, ut natalem Domini ſecurius communicent.) Hinc & Grodegangus Metenſis Epiſcopus in regula Canonicorum cap. 35. decernit (ut ab ipſo tranſitu S. Martini uſque ad natalem Domini a carne omnes abſtineant, & uſque ad nonam jejunent.) Et Capitula Regum Francorum lib. 6. cap. 187. (Admoneant Sacerdotes, ut jejunia tria legitima in anno agantur, id eſt quadraginta dies ante nativitatem Domini, & quadraginta ante Paſcha, ubi decimas anni ſolvimus, & poſt Pentecoſten quadraginta dies.) Similia videre eſt apud Rabanum lib. 2. de inſtitutione cleric. cap. 22. Vigebatque adhuc ſæculo XII. laudabilis iſta conſuetudo, quo Ordericus Vitalis in Hiſtoriæ lib. 12. ad annum 1118. conqueritur violatum fuiſſe a militibus Adventus Dominici jejunium, cum e contrario Willelmus Autiſſiodorenſis Epiſcopus etiam infirmus (tota quadrageſima a feſto videlicet Beati Martini ad nativitatem Domini quotidie jejunans, nullum omnino cibum ſumpſerit niſi quadrageſimalem,) uti legere eſt in Hiſt. Epiſcoporum Autiſſiodorenſium cap. 57. Quibus adde quod Theodinus & Albertus Cardinalis in ſynodo Abrincenſi anni 1172. (in Adventu Domini omnibus qui poterunt, maxime autem clericis, & militibus jejunium & abſtinentiam) indixerunt. Denique Joannes Beſethus rationem reddens cur in vigilia S. Thomæ jejunium non ſit indictum; quia, inquit, feſtum ejus eſt in Adventu, in quo quaſi continuum jejunium debemus obſervare.) Ita ille in libro de divinis officiis capite 11.

N. 4. Hæc quæ de jejunio Adventus diximus, Eccleſiam potiſſimum Gallicanam reſpiciunt: verum haud quaquam mihi dubium eſt, quin apud alias nationes ſimilis obſervantia fuerit in uſu. De Anglia eximia habemus duo teſtimonia Bedæ Presbyteri, unum in Hiſtoriæ gentis Anglorum lib. 3. c. 27. ubi de Egberto Presbytero ita habet: (Addidit autem votis quæ diximus, ut in quadrageſima ſemper non plus ſemel in die reficeret, non aliud quam panem & lac tenuiſſimum, & hoc cum menſura guſtaret... Cujus modum continentiæ etiam qua-

dra-

Digitized by Google

PART II. SECT. IV. CAP. II. § 4.

Dominicæ primæ Adventus, Evangelium in quo ſermo eſt de futuro hoc Chriſti Judicis Adventu. Ideo autem hunc nobis ponit ob oculos Eccleſia, 1. Ut ſalutari judiciorum Dei metu perciti, moveamur ad pœnitentiam, atque ita paremus viam Chriſto in nobis naſcituro. 2. Ut ultimum hunc Chriſti Judicis Adventum appetamus, ceu diem in quo perfecte liberandi ab omni plane miſeria, ad Chriſtum caput reducemur, unum cum ipſo corpus in æternum futuri.

Neque vero ſolius extremi judicii intuitu vocat nos ad Chriſtum per pœnitentiam Eccleſia, ſed & Præcurſoris voce ad hanc nos hortatur & impellit; ut quemadmodum Joannes Baptiſta baptizabat Judæos in pœnitentiam, ut plebem perfectam hac via pararet Chriſto; ita & nos ſumentes nobis verba Præcurſoris, per ſalutarem pœnitentiam expiati, eamus obviam Chriſto puriores. Atque hæc quidem ratio eſt, cur Dominicis ſecunda tertia & quarta Adventus, legantur in Miſſa Evangelia in quibus ſermo eſt de Joanne Baptiſta Chriſti Præcurſore, ut norunt omnes. (D) D

I. Ediſſere nobis quid ſint O Adventus?

R. Sunt Antiphonæ ſolemnes in quibus preces ad Chriſtum dirigentes, verbis ex Scriptura ſacra deſumptis ſatagimus ipſi demonſtrare quam vehementer & cupide illius Adventum

quadraginta diebus ante nativitatem Domini, totidemque poſt peracta ſolemnia Pentecoſtes, hoc eſt quinquageſimæ ſemper obſervare curabat.) Alter locus eſt in lib. 4. c. 30. ubi S. Guthbertus Lindisfarneoſis Epiſcopus in remoto loco (quadraginta ante Dominici natalis dies in magna continentia) tranſegiſſe memoratur.

N. 5. Idem etiam in Italia obtinuiſſe non minus conſtat. Nam Aiſtulfus Rex Longobardorum in Diplomate Monachis Nonantulenſibus ann. 753. conceſſo, ab eis exigit quadraginta Lucios *in Quadrageſima S. Martini* ſibi reddendos. Et Nicolaus Papa I. ad Bulgaros ſcribens, (Hæc jejunia, inquit, ſancta Romana Eccleſia ſuſcepit antiquitus & tenet; & quadrageſimali videlicet tempore, quod eſt ante Paſcha, poſt Pentecoſten, ante Aſſumptionem S. Mariæ Dei genitricis, necnon ante natalis Domini feſtivitatem.) Et Ratherius Veronenſis Epiſcopus in ſynodica ad Presbyteros. (In Adventu Domini niſi feſtivitas intercedat, quatuor hebdomadibus a carne noveritis abſtinendum ac coitu.)

N. 6. Paulo remiſſiores fuiſſe videntur Germani, quibus in Concilio Salingeſtadienſi anno 1022. quatuordecim dumtaxat diebus ante nativitatem Domini abſtinentia a carne & ſanguine indicitur, uti videre eſt in vita S. Meinverci cap. 76. apud Surium. In Hiſpania vero ineunte ſæculo XIII. magnam jam pia hæc Chriſtianorum conſuetudo jacturam paſſa erat, quo Bracarenſis Epiſcopus Innocentium III. conſuluit, (utrum jejunandum ſit in Adventu, cum inde ſentiant diverſi diverſa: quibusdam dicentibus, ſed paucioribus, jejunandum eſſe; pluribus vero ſe ad hoc aſſerentibus non teneri.) Reſpondit Innocentius: (Jejunium etiam apud nos in adventu Domini tenetur.) Illibatum ergo perſeverabat adhuc in Eccleſia Romana Dominici Adventus jejunium, illibatum ſane ut in Gallia etiam multis poſt Innocentium annis, uti diſcimus ex Chronici Senonenſis lib. 5. cap. 2. ubi agitur de quodam perverſo Presbytero, qui neque in Adventu, neque in Quadrageſima, neque in aliis jejuniis volebat jejunare; id quod refert ad annum 1258. & ex Durandi Rationario, in cujus lib. 6. cap. 2. ita legere licet: (In Adventu eſt jejunium, nec tunc nuptiæ celebrantur:) & cap. 7. (De Beato quoque Thoma non eſt jejunium ſtatutum, quia ejus feſtum eſt in Adventu Domini ubi continuum eſt jejunium.

(D) S. BERNARD. *De Adv. Dom. Serm.* 4. *num.* 1. Dignum eſt, fratres, ut tota cum devotione Domini celebretis Adventum, delectati tanta conſolatione, ſtupefacti tanta dignatione, inflammati tanta dilectione. Nec vero ſolum cogitetis Adventum, quo venit quærere & ſalvum facere quod perierat; ſed & illum nihilominus, quo veniet & aſſumet nos ad ſeipſum. Utinam circa hos duos Adventus jugi meditatione verſemini, ruminantes in cordibus veſtris, quantum in priore præſtiterit, quantum promiſerit in ſecundo.

N. 3. Nos autem ſi perfecte judicamur nunc, ſecuri *Salvatorem expectemus Dominum noſtrum Jeſum Chri-* Philip. III. 20. & 21. *ſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ.*

N. 4... Quicumque enim judicari diſſimulant eo judicio quod nunc eſt, in quo princeps hujus mundi ejicitur foras; judicem expectent, vel magis timeant, a quo cum ipſo principe ſuo foras ejicientur & ipſi.

Serm. 5. *num.* 1. In priori quidem (Adventu) *in terris viſus, & cum hominibus converſatus eſt*... in poſteriore vero, *videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri; &* Luc. 3. 6. Joh. 19. 37. *videbunt in quem transfixerunt*. Medius occultus eſt: in quo ſoli eum in ſe ipſis vident electi, & ſalvæ fiunt animæ eorum. In primo ergo venit in carne, & infirmitate: in hoc medio in ſpiritu & virtute: in ultimo in gloria & majeſtate... Adventus ſiquidem iſte medius, via quædam eſt, per quam a primo venitur ad ultimum: In primo Chriſtus fuit redemptio noſtra, In ultimo *apparebit vita noſtra*: in iſto,.. requies eſt & conſolatio noſtra.

N. 3. Veniet enim Filius ad te cum Patre, veniet Propheta magnus, qui *renovabit Jeruſalem*, & ille *nova faciet omnia*. Hoc enim faciet hic adventus, ut *ſicut portavimus imaginem terreni, ſic portemus & imaginem cæleſtis*. Sicut fuit vetus Adam effuſus per totum hominem, & totum occupavit: ita modo totum obtineat Chriſtus, qui totum creavit, totum redemit, totum & glorificabit... Erat in nobis aliquando vetus homo, prævaricator ille erat in nobis, tam in manu, quam in ore, & in corde. In manu dupliciter, per facinus & flagitium. In ore ſimiliter per arrogantiam & detractionem. In corde quoque per deſideria carnis, & deſideria gloriæ temporalis. Nunc autem *ſi qua nova creatura in ipſo, vetera tranſierunt*, & contra facinus in manu, innocentia; contra flagitium, continentia eſt. In ore contra arrogantiam, verbum confeſſionis; contra detractionem, verbum ædificationis, ut *recedant vetera de ore noſtro*, In corde vero contra carnis deſideria, caritas; humilitas, contra gloriam temporalem. 2.Cor.V.17. 1. Cor. XV. 49. 2.Cor. V. 17.

Serm. 6. *num.* 1. Nolo vos, fratres, ignorare tempus viſitationis veſtræ: ſed ne illud quidem quid hoc tempore viſitetur in vobis. Animabus enim hoc tempus eſt, non corporibus aſſignatum, quod videlicet longe dignior anima corpore, priorem ſibi ſolicitudinem naturali vindicet dignitate. Sed & prior reparanda eſt, quam conſtat corruiſſe priorem. Anima ſiquidem corrupta in culpam, fecit ut corpus quoque corrumperetur in pœnam. Denique ſi Chriſti membra volumus inveniri, ſequendum nobis eſt procuidubio caput noſtrum; ut videlicet prima nobis reparandarum ſit ſollicitudo animarum, pro quibus ipſe jam venit, & quarum prius mederi ſtuduit corruptioni. Corporis vero curam illi tempori magis reſervemus, & differamus in illum diem, quo reformandi corporis gratia eſt venturus, ſicut meminit Apoſtolus, dicens, *Salvatorem expectamus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ*. In priori ſiquidem Advento, tamquam præco, vel magis vere præco ipſius Johannes Baptiſta clamat: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*, non dicit morbos corporis, non moleſtias carnis, ſed *peccatum* quod eſt morbus animæ & corruptio mentis. Philip. III. 20. & 21. Joh. 1. 29.

N. 5. ... Ipſe Dominus Sabaoth, Dominus virtutum, & Rex gloriæ, ipſe deſcendet ad reformanda corpora noſtra, & configuranda corpori claritatis ſuæ. Quanta erit illa gloria, quam ineffabilis exſultatio, quando creator univerſitatis, qui pro animabus juſtificandis humilis ante venerat, & occultus, pro te glorificanda, o miſera caro, ſublimis veniet & manifeſtus, non jam in infirmitate, ſed in gloria & majeſtate ſua.

N. 6. Quo uſque igitur caro miſera, inſipiens, cæca, demens, & prorſus inſana caro, tranſitorias & caducas quærit conſolationes, immo deſolationes, ſi forte contingat repelli, & indignam judicari hac gloria, magis autem nihilominus ineffabili in æternum excruciari pœna? Non ſic obſecro, Fratres mei, non ſic, quin imo delectetur hujuſmodi meditationibus anima noſtra: quin etiam caro noſtra requieſcat in ſpe, Salvatorem expectans Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui reformabit illam configuratam corpori claritatis ſuæ... Tunc enim implebuntur deſideria noſtra, & plena erit majeſtate Domini omnis

Digitized by Google

tum exſpectamus. Quælibet ex his Antiphonis ab Apoſtrophe O incipit: hinc nomen ſuum traxere.
E (E)

§. 5. *De Nativitatis Domini ſolemnitate.*

I. Quo die celebratur anniverſaria ſolemnitas natalis Domini?

A *R.* Octavo Kalendas Januarii. (A)

I. Quæ mens, qui ſcopus Eccleſiæ in hac ſolemnitate?

R. Ut Chriſtum Infantem adoremus, cum gratiſſimi animi memoria pro tanto beneficio. Deinde ut quod nos vel naſcendo docuit, id ſequamur. (B) B

I. Qui fieri potuit, ut doceret nos naſcendo Jeſus Chriſtus?

R. Ipſo ſilentio ſuo, ipſa Verbi æterni ad ſtatum Infantilem demiſſione; ſingulisque nativitatis ſuæ circumſtantiis nos docuit multa & gravia.

I. Na-

omnis terra, ad quam gloriam, ad quam beatitudinem, ad quam denique pacem quæ exſuperat omnem ſenſum, ipſa ſua nos miſericordia perducat, nec confundat nos ab expectatione noſtra, Salvator quem expectamus, Jeſus Chriſtus Dominus noſter.

(E) *Harum Antiphonarum explicationem videre eſt in Libro Gallico qui inſcribitur* Explication des O de l'Avent, *proſtrat apud Gaill. Deſprez, Pariſiis.*

(A) S. Aug. *Lib. 4. de Trinit. c. 5. n. 9. Vide ſupra §. 3. hujuſce cap. litt.* (A)

D. Le Nain de Tillemont, *Tom. 1. comment. in Hiſt. Eccleſ. nota 4. in D. N. J. C. vitam. Vide ſupra §. 4. c. 1. ſect. 2. part. 1. litt.* (G)

(B) S. Aug. *Serm. 184. alias de diverſis 96. in Natali Dom. 1. c. 2. n. 2.* Natalem Domini frequentia & feſtivitate debita celebremus. Exultent viri, exultent feminæ: Chriſtus vir eſt natus, ex femina eſt natus, & uterque ſexus eſt honoratus... Mortem nobis perſuaſerat femina: vitam nobis peperit femina. Nata eſt ſimilitudo carnis peccati; qua mundaretur caro peccati. Non itaque caro culpetur, ſed ut natura vivat, culpa moriatur; quia ſine culpa natus eſt, in quo is qui in culpa fuerat renaſcatur... Exultate virgines ſanctæ: Virgo vobis peperit, cui ſine corruptione nubatis; quæ nec concipiendo, nec pariendo poteſtis perdere quod amatis. Exultate juſti: natalis eſt juſtificatoris. Exſultate debiles & ægroti: natalis eſt Salvatoris. Exſultate captivi: natalis eſt Redemptoris... Exſultent omnes Chriſtiani: natalis eſt Chriſti.

N. 3. Natus eſt Chriſtus & de patre & de matre: &
Iſai. 53. 8. ſine patre, & ſine matre: De Patre Deus, de matre homo; ſine matre Deus, ſine patre homo. *Generationem ergo ejus quis enarrabit?* Sive illam ſine tempore, ſive iſtam ſine ſemine; illam ſine initio, iſtam ſine exemplo.

Cap. 3. Merito ergo Prophetæ nuntiaverunt naſciturum, cæli vero atque Angeli natum. Jacebat in præſepio continens mundum: & infans erat & Verbum. Quem cæli non capiunt, unius feminæ ſinus ferebat. Illa Regem noſtrum regebat; in quo ſumus, illa portabat; Panem noſtrum illa lactabat.

Serm. 185. alias de diverſis 62. in natali Domini cap. 1. n. 1... Pro te Deus factus eſt homo. In æternum mortuus eſſes, niſi in tempore natus eſſet. Numquam liberareris a carne peccati, niſi ſuſcepiſſet ſimilitudinem carnis peccati.... Defeciſſes, niſi ſubveniſſet. Periſſes, niſi veniſſet.

Serm. 186. in natali Domini 4. alias de tempore 19. c. 1. num. 1.... Iſtum diem nobis Creator ipſius inviſibilis conſecravit; quando eum pro nobis viſibilem factum, a quo inviſibili & ipſa creata eſt, viſceribus fœcundis & genitalibus integris virgo mater effudit. Concipiens virgo, pariens virgo, virgo gravida, virgo fœta, virgo perpetua. Quid miraris hæc, o homo? Deum ſic naſci oportuit, quando eſſe dignatus eſt homo. Talem fecit illam, qui eſt factus ex illa. Antequam enim fieret, erat: & quia omnipotens erat, fieri potuit manens quod erat. Fecit ſibi matrem, cum eſſet apud Patrem: & cum fieret ex matre, manſit in Patre. Quomodo Deus eſſe deſiſteret, cum homo eſſe cœpit, qui genetrici ſuæ præſtitit, ne deſiſteret virgo eſſe, cum peperit. Proinde quod Verbum caro factum eſt, non Verbum in carnem pereundo ceſſit; ſed caro ad Verbum, ne ipſa periret, acceſſit: ut quemadmodum homo eſt anima & caro, ſic eſſet Chriſtus Deus & homo. Idem Deus qui homo, & qui Deus idem homo: non confuſione naturæ, ſed unitate perſonæ. Denique qui Filius Dei generanti eſt coæternus ſemper ex Patre, idem Filius hominis eſſe cœpit ex virgine. Ac ſic & Filii divinitati eſt addita humanitas; & tamen non eſt perſonarum facta quaternitas, ſed permanet Trinitas.

Cap. 2. n. 2. Qui erat Dei Filius factus eſt hominis Filius, aſſumtione inferioris, non converſione potioris; accipiendo quod non erat, non amittendo quod erat

Serm. 187. in natali Domini 4. alias de tempore 27. c. 1. n. 1. Verbum Deus ante omnia tempora, Verbum caro opportuno tempore: conditor ſolis conditus ſub ſole. Cuncta ſæcula ordinans de ſinu Patris, hodiernum diem conſecrans de utero matris: ibi manens, hinc procedens: effector cæli & terræ, ſub cælo exortus in terra: ineffabiliter ſapiens, ſapienter infans: mundum implens, in præſepio jacens: ſidera regens, ubera lambens: ita magnus in forma Dei, brevis in forma ſervi, ut nec iſta brevitate magnitudo illa minueretur, nec illa magnitudine iſta brevitas premeretur. Neque enim quando membra humana ſuſcepit, opera divina deſeruit: nec *attingere a fine uſque ad finem fortiter, & diſponere omnia* Sap. 8. 1.
ſuaviter deſtitit; quando infirmitate carnis indutus, virginali utero receptus eſt, non incluſus; ut nec angelis ſubtraheretur ſapientiæ cibus, & nos *guſtaremus quam* 1. Petri 2, 3
ſuavis eſt Dominus.

Serm. 188. in natali Domini 5. alias de tempore 27. cap. 2. n. 2. Quas laudes caritati Dei dicamus, quas gratias agamus? Qui nos ita dilexit, ut propter nos fieret in tempore, per quem facta ſunt tempora;... homo fieret, qui hominem fecit; crearetur ex matre quam creavit, portaretur manibus quas formavit, ſugeret ubera quæ implevit, in præſepi muta vagiret infantia Verbum, ſine quo muta eſt humana eloquentia.

Cap. 3. n. 3. Vide, o homo, quid pro te factus eſt Deus: doctrinam tantæ humilitatis agnoſce, etiam in nondum loquente doctore.. Ille obediens in anguſtiſſimum diverſorium mortalis venit, ut mortuum quæreret moriendo... Ille cum eſſet Deus, homo eſſe voluit, ut quod perierat inveniret. Tantum te preſſit humana ſuperbia; ut te non poſſet niſi humilitas ſublevare divina.

Serm. 189. in natali Domini 6. alias de diverſis 55. cap. 2. n. 2. Dormiebas, (Chriſtus) venit ad te: gravi opprimebaris ſomno, excitavit te: viam tibi fecit per ſe, ne
perderet te... *Veritas de te orta eſt*, quia Chriſtus de Pſ. 84. 12.
Virgine natus eſt: *juſtitia de cælo proſpexit*, ut per juſtitiam homines reſipiſcerent, quia per injuſtitiam deſipuerunt.

Cap. 3. n. 3. Mortales eramus, peccatis opprimebamur, pœnas noſtras portabamus... Cum hæc eſſet in terra Dei indignatio, qualis ſubito facta eſt dignatio? *veritas de terra orta eſt...* In principio Verbum, qui niſi haberet humanam generationem, nos ad divinam non perveniremus regenerationem, natus eſt, ut renaſceremur. Chriſtus natus eſt, nemo dubitet renaſci... Portavit eum mater in utero: portemus & nos in corde. Gravidata eſt Virgo in incarnatione Chriſti: gravidentur pectora noſtra fide Chriſti. Peperit Virgo Salvatorem: pariat anima noſtra ſalutem, pariamus & laudem. Non ſimus ſteriles: animæ noſtræ Deo ſint fecundæ.

Cap. 4. n. 4. Parumne pro te humiliatus eſt Deus? Qui Deus erat, factus eſt. Anguſtum erat diverſorium, involutus pannis, in præſepe poſitus eſt, quis non admiretur? Ille qui mundum implet, in diverſorio locum non inveniſ. In præſepio poſitus cibus noſter eſt factus... Ipſo ducente, non errabimus, per ipſum ad ipſum eamus.

Serm. 190. in natali Domini 7. alias de diverſis 61. cap. 2. n. 2. Quoniam utrumque ſexum, id eſt, maſculi & feminæ, ipſe utique creavit; ideo utrumque ſexum etiam naſcendo voluit honorare, quem venerat liberare... In nullo igitur ſexu debemus injuriam facere creatori: utrumque ad ſperandam ſalutem commendavit nativitas Domini. Honor maſculini ſexus eſt in carne Chriſti: honor feminini eſt in matre Chriſti. Vicit ſerpentis aſtutiam gratia Jeſu Chriſti.

Cap. 3. n. 3. Uterque ergo ſexus in eo qui hodie natus eſt renaſcatur, & celebret hodiernum diem.. Concipitur, naſcitur, infans eſt.... & infans, & Verbum eſt. Per carnem tacet, per angelos docet. Nuntiatur paſtoribus princeps paſtorque Paſtorum: & in præſepi jacet fidelium cibaria jumentorum... Et nos agnoſcamus, ad præſepe accedamus, cibaria manducemus, Do-

PARS. II. SECT. IV. CAP. II. §. 5.

minuunt reſtoremque portemus, ut ad cæleſtam Jatuſalem, illo dacente, veniamus.

Pſ. 95. 3. *N.* 4. *Annuntiemus in gentibus gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus.* In præſepi jacet, ſed mundum contiaet: ubera ſugit, ſed angelos paſcit: pannis involvitur, ſed immortalitate nos veſtit: lactatar, ſed aduratar: locum in diverſorio non invenit, ſed templam ſibi in credentiam cordibus facit. Ut enim fieret fortis infirmitas, infirma facta eſt fortitudo ... Inde accendamus caritatem, ut perveniamus ad eius æternitatem.

Serm. 191. *alias de diverſis* 60. *in natali Domini* 8. *c.* 1. *n.* 1. Homo factus (eſt) hominis factor: ot ſugeret ubera, regens ſidera; ut eſuriret panis, ut ſitiret fons, dormiret lux, ab itinere via fatigaretur ſalſis, teſtibus veritas accuſaretor, judex vivorum & mortuorum a judice mortali judicaratur, ab injaſtitia damnaretur, flagellis diſciplina cæderetur, ſpinis botrus coronaretur, in ligno fundamentum ſuſpenderetur, virtus infirmaretur, ſalas vulneraretar, vita moreretur. Ad hæc atque hujusmodi ſuſtinenda pro nobis indigna, ot liberaret indignos; quando nec ille aliquid mali, qai propter nos tanta pertulit mala; nec nos boni aliquid merebamar qui per eum tanta accepimus bona: propter hæc ergo qui erat ante omnia ſæcula, ſine initio dierum Dei Filius, aſta in noviſſimis diebus dignatus eſt hominis Filius; & qoi da Patre natus, noo a Patre factas erat, factus eſt in matre quam fecarat; ut ex illa ortus hic aliquando eſſet, quæ niſi per illum nomquam & noſquam eſſe potuiſſet.

Serm. 192. *alias de tempore* 16. *in nativit. Domini* 9. *c.* 1. *n.* 1. Propter vos creatus eſt creator. Quid adhuc mortales mortalibus rebus oblectamini?... Spes longe clarior effulſit in terris, ut terrenis vita promitteretar in cælis... Deos facturus qui homines erant, homo factos eſt qui Deus erat: nec amittens quod erat, fieri voluit ipſe quod fecerat.

Cap. 2. *n.* 2. Exſultate virgines Chriſti, conſors veſtra eſt mater Chriſti... In Maria Chriſtum pia virginitas peperit. Proinde qaia veritas & pax & Juſtitia Chriſtas eſt, hanc fida concipite, operibus edite; ut quod egit uteras Mariæ in carna Chriſti, agat cor veſtrum in lege Chriſti. Quomodo autem non ad partum Virginis pertinetis, quando Chriſti membra eſtis? Caput veſtrum peperit Maria, vos Eccleſia: nam ipſa quoque & mater & virgo eſt: mater viſceribus caritatis, virgo integritate fidei & pietatis. Populos parit, ſed unios membra ſunt, cujus ipſa eſt corpus & conjunx; etiam in hoc ſimilitudinem gerens illius virginis, quia & in multis matar eſt unitatis.

N. 3. Qui ergo inclinatus eſt, & nos erexit;... ipſo ſuo tali adventu, nos etiam tacitus tamquam ſonitu magni clamoris exhortans, ut qui pauper propter nos factus eſt, in illo divites eſſe diſcamos; qui propter nos formam ſervi accepit, in illo libertatem accipiamus; qoi propter nos de terra ortus eſt, in illo cælam poſſideamos.

Serm. 194. *alias de tempore* 23. *in natali Domini* 11. *c.* 1. *n.* 1. Natus eſt Chriſtus, Deus de Patre, homo de matra. De Patris immortalitate, de matris virginitate. De Patre ſine matre, da matre ſine patre. De Patre ſioe tempora, de matre ſine ſemine. De Patre principiom vitæ, da matre finis mortis.

N. 2. Ut panem angelorum manducaret homo creator angelorum factus eſt homo. Illi laodant vivendo, nos credendo: illi fruendo, nos petendo: illi capiendo, nos quærendo: illi intrando, nos pulſando.

N. 3. Ille æqualis Patri in forma Dei, in forma ſervi factus ſimilis nobis, reformat nos ad ſimilitudinem Dei; & factus filios hominis unicus Filios Dei, multos
1. Joh. 3. 2. filios hominam facit Filios Dei: *Filii enim Dei ſumus, & nondum apparuit quod erimus.*

Serm. 196. *in natali Domini* 13. *alias de diverſis* 59. *c.* 1. *n.* 1. Quis digne enarret generantem Deum? Quis digna enarret Virginis partum? Illud ſine die, hoc certo dia, utrumque ſine humana æſtimatione & cum magna damiratione... Numqaam Pater ſine Filio, & tamen qui numquam ſine Filio genuit Filiam; & genuit & non cœpit, ſine initio generato nullum eſt initiam: & tamen Filius & tamen genitus... Angelus nuntiat, Virgo audit, credit, & concipit. Fides in menta, Chriſtus in ventre. Virgo concepit, miramini: Virgo peperit, plus miramini: poſt partum virgo permanſit.

Cap. 3. *n.* 3. O cibus & panis Angelorum, de te implentur Angeli, de ta ſatiantur, & non faſtidiunt, de te vivont, de ta ſapiont, de te beati ſunt. Ubi es propter me? In diverſorio anguſto, in panois, & præſepio. Propter quem? Qui regit ſidera, ſugit ubera, implet angelos, fatur in ſinu Patris, tacet in ſinu matris. Sed locuturus eſt competante ætata impleturus Evangelium nobis. Propter nos paſſorus, propter nos moriturus, ad exemplum præmii noſtri reſurrecturus, ante oculos diſcipulorum in cælom adſcenſurus, ad judiciam de cælo venturus. Ecce qui in præſepi jacebat, diminutus eſt, ſed non perdidit ſe: accepit qaod non erat, ſed manſit qaod erat. Ecce habemus infantem Chriſtom, creſcamus in illo.

S. LEO *Serm.* 20. *de nativit. Domini* 1. *c.* 1. Salvator noſter, dilectiſſimi, hodia natus eſt, gaudeamos. Neque enim locum faſ aſt ibi eſſe triſtitiæ, ubi natalis eſt vitæ... Nemo ab hujus alacritatis participatione ſecernitur. Una cunctis lætitiæ communis ratio. Quia Dominus noſter, peccati, mortiſque deſtructor, ſicut nullom a reatu liberum reperit, ita liberandis omnibus venit. Exaltet ſanctus, qui propinqaat ad palmam. Gaudeat peccator, quia invitatur ad veniam. Animetur geotilis, quia vocatur ad vitam ... Dum omnipotens Dominas cum ſæviſſimo hoſte, non in ſua majeſtate, ſe in noſtra congreditur humilitara, objiciens ei eamdem formam, eamdemque naturam, mortalitatis quidem noſtræ participem, ſed peccati totius expertem. Alienam quippe ab hac nativitate eſt quod da omnibus legitur, *Nemo mundus* Job 14. 4.
a ſorde, nec infans cujus eſt unius diei vita ſuper terram. juxta 70.
Nihil ergo in iſtam ſingularem nativitatem de carnis concupiſcentia tranſivit, nihil de peccati lege manavit. Virgo regia Davidicæ ſtirpis aligitur, quæ ſacro gravidaada fœtu divinam, humanamque prolem prius conciperet menta quam corpore. Et ne ſuperni ignara conſilii ad inuſitatos paveret effectus, quod in ea operandum erat a Spiritu ſancto, colloqoio diſcit Angelico.

Cap. 2. Verbum igitur Dei Deus Filius Dei, qai *in principio erat apud Deum: per quem facta ſunt omnia* , Joh. 1. 1. &c.
& ſine quo factum eſt nihil: propter liberandam hominem ab æterna morte, factus eſt homo; ita ſe ad ſuſceptionem humilitatis noſtræ ſine diminutione ſuæ majeſtatis inclinans, ut manens quod erat adſumensque quod non erat, veram ſervi formam ei formæ, in qua Deo Patri eſt æqualis, uniret: & tanto fœdere naturam utramque conſereret, ut nec inferiorem conſumeret glorificatio, nec ſuperiorem minueret aſſumptio. Salva igitur proprietate utriuſqae ſubſtantiæ, & in unam coeunte perſonam, ſuſcipitur a majeſtata humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitata mortalitas, & ad dependendum noſtræ conditionis debitum, natura inviolabilis naturæ eſt unita paſſibili, Deuſque verus, & homo verus in unitatem Domini temperator: ut qaod noſtris remediis congruebat, unus atque idem Dei hominumque mediator, & mori poſſet ex uno, & reſurgere poſſet ex altero. Merito igitur virgineæ integritati nihil corruptionis intulit partus ſalutis: quia cuſtodia fuit pudoris editio veritatis. Talis igitor, dilectiſſimi, nativitas decuit Dei virtutem, & Dei ſapientiam Chriſtum: qua nobis & humanitate congrueret, & divinitate præcelleret. Niſi enim eſſet Deus verus non afferret remedium, niſi eſſet homo varus non præberet exemplum.

Cap. 3. Agamus ergo, dilectiſſimi, gratias Deo Patri, per Filium ejus, Spiritui ſancto, qui propter multam miſericordiam ſuam, qua dilexit nos, miſertus eſt
noſtri: *& cum eſſemus mortui peccatis, convivificavit nos* Rom. 6. 11.
Chriſto, ut eſſemus in ipſo nova creatura, novumque figmentum. Deponamus ergo veterem hominem cum actibus ſuis: & adepti participationem generationis Chriſti, carnis renunciemus operibus. Agnoſce o Chriſtiane, dignitatem tuam & divinæ conſors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri converſatione redire. Memento cujus capitis, & cujus corporis ſis membrum. Reminiſcere, qaia erutus de poteſtate tenebrarum, translatus es in Dei lumen & regnum.

Serm. 21. *de nativitate Domini* 2. *c.* 1. Exultemus in Domino, dilectiſſimi, & ſpiritali iucunditate lætemur: qaia illuxit nobis dies redemptionis novæ, præparationis antiqaæ, felicitatis æternæ. Reparatur enim nobis ſalutis noſtræ annua revolutione ſacramentum, ab initio promiſſum, in fine redditum, ſine fine manſurum. In quo dignum eſt nos erectis ſurſum cordibus, divinum adorare myſterium: ut qaod magno Dei munere agitur, magnis Eccleſiæ gaudiis celebretur... Opus fuit, dilectiſſimi, ſecreti diſpenſatione conſilii, ut incommutabilis Deus, (cujus voluntas non poteſt ſua benignitate privari) primam pietatis ſuæ diſpoſitionem ſacramento occultiore compleret, & homo diabolicæ iniquitatis

ver-

Digitized by Google

verſutia actus in culpam, contra Dei propoſitum non periret.

Cap. 2. Advenientibus ergo temporibus, dilectiſſimi, quæ redemptioni hominum fuerant præſtituta, ingreditur hæc infima Jeſus Chriſtus Filius Dei, de cæleſti ſede deſcendens, & a paterna gloria non recedens, novo ordine, nova nativitate generatus. Novo ordine, quia inviſibilis in ſuis, viſibilis factus eſt in noſtris; incomprehenſibilis voluit comprehendi; ante tempora manens eſſe cœpit ex tempore; univerſitatis Dominus ſervilem formam, obumbrata majeſtatis ſuæ dignitate, ſuſcepit; impaſſibilis Deus non dedignatus eſt homo eſſe paſſibilis, & immortalis mortis legibus ſubjacere. Nova autem nativitate genitus eſt conceptus a virgine, natus ex virgine, ſine paternæ carnis concupiſcentia, ſine maternæ integritatis injuria: quia futurum hominum ſalvatorem talis ortus decebat, qui & in ſe haberet humanæ ſubſtantiæ naturam, & humanæ carnis inquinamenta neſciret. Auctor enim Deo in carne naſcenti Deus eſt, teſtante
Luc. 1. 35. Archangelo ad Beatam Virginem Mariam: quia *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.* Origo diſſimilis, ſed natura conſimilis: humano uſu & conſuetudine quod credimus caret; ſed divina poteſtate ſubnixum eſt, quod virgo conceperit, quod virgo pepererit, & virgo permanſerit. Non hic cogitetur parientis conditio, ſed naſcentis arbitrium, qui ſic homo natus eſt, ut volebat & poterat. Si veritatem quæris naturæ, humanam cognoſce materiam: ſi rationem ſcrutaris originis, virtutem confitere divinam. Venit enim Dominus Jeſus Chriſtus contagia noſtra auferre, non perpeti; nec ſuccumbere vitiis, ſed mederi.

Cap. 4. Vidit enim (diabolus) vagientem atque lachrymantem, vidit pannis involutum, circumciſioni ſubditum, & legalis ſacrificii oblatione perfunctum. Agnovit deinceps ſolita pueritiæ incrementa, & uſque in viriles annos de naturalibus non dubitavit augmentis. Inter hæc intulit contumelias, multiplicavit injurias, adhibuit maledicta, opprobria, blaſphemias, convitia. Omnem poſtremo vim furoris ſui effudit, omnia tentamentorum genera percurrit: & ſciens quo humanam naturam infeciſſet veneno, nequaquam credidit primæ tranſgreſſionis exortem, quem tot documentis didicit eſſe mortalem. Perſtitit ergo improbus prædo, & avarus exactor in eum qui nihil ipſius habebat inſurgere: ... per injuſtitiam plus petendi, totius debiti ſumma vacuatur. Fortis illa nectitur ſuis vinculis, & omne commentum maligni, in caput ipſius retorquetur. Ligato mundi principe, captivitatis vaſa rapiuntur. Redit ad honorem ſuum ab antiquis contagiis purgata natura, mors morte deſtruitur, nativitas nativitate reparatur, quoniam ſimul & redemptio aufert ſervitutem, & regeneratio mutat originem, & fides juſtificat peccatorem.

Cap. 5. Tibi enim quondam abjecto, tibi extruſo a Paradiſi ſedibus, tibi per longa exilia morienti, tibi in pulverem & cinerem diſſoluto, cui jam non erat ſpes ulla vivendi, per Incarnationem Verbi poteſtas data eſt, ut de longinquo ad tuum revertaris auctorem, recognoſcas parentem, liber efficiaris ex ſervo, de extraneo proveharis in filium: ut qui ex corruptibili carne natus es, ex Dei ſpiritu renaſcaris, & obtineas per gratiam, quod non habebas per naturam: ut ſi te Dei Filium per ſpiritum adoptionis agnoveris, Deum Patrem audeas nuncupare.

Serm. 2. in nativit. Domini 3. c. 1. Nota quidem ſunt nobis, dilectiſſimi, & frequentes audita, quæ ad ſacramenta pertinent ſolemnitatis hodiernæ; ſed ſicut illæſis oculis voluptatem affert lux iſta viſibilis, ita cordibus ſanis æternum dat gaudium Nativitas Salvatoris, quæ a nobis numquam eſt reticenda. Non enim ad illud tantummodo Sacramentum, quo Filius Dei conſempiternus
Joh. 1. 14. eſt Patri, ſed etiam ad hunc ortum, quo *Verbum caro fa-*
Iſai. 53. 8. *ctum eſt*, credimus pertinere quod dictum eſt: *Generationem ejus quis enarrabit?* Deus itaque Dei Filius, par atque eadem de Patre & cum Patre natura, univerſitatis creator, ac Dominus, totus ubique præſens, & univerſa excedens, in ordine temporum, quæ ipſius diſpoſitione decurrunt, hunc ſibi diem quo in ſalutem mundi ex beata Virgine naſceretur, elegit, integro per omnia pudore generantis, cujus virginitas ſic non eſt violata partu, ut non fuerat temerata conceptu: ut impleretur ... quod dictum eſt a Domino per Iſaiam Prophetam. *Ecce*
Iſai. 7. 14. *Virgo concipiet in utero, & pariet Filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus.* Hic enim mirabilis ſacræ Virginis partus, vere humanam, vere divinam una edidit prole naturam: quia non ita proprietates ſuas tenuit utraque ſubſtantia, ut perſonarum in eis poſſit eſſe diſcretio; nec ſic natura in ſocietatem ſui creatoris eſt aſſumpta, ut ille habitator, & illa habitaculum eſſet; ſed ita, ut naturæ alteri altera miſceretur, & quamvis alia ſit quæ ſuſcipitur, alia vero quæ ſuſcipit, in tantam tamen unitatem convenit utriuſque diverſitas, ut unus idemque ſit Filius, qui ſe, & ſecundum quod verus eſt homo, Patre dicit minorem, & ſecundum quod verus eſt Deus, Patri profitetur æqualem.

Cap. 2. .. In forma enim ſervi, quam noſtræ reparationis cauſa in fine ſæculorum ſuſcepit, minor eſt Patre, in forma autem Dei, in qua erat ante ſæcula, æqualis eſt Patri. In humilitate humana factus eſt ex muliere, factus ſub lege, in majeſtate divina manens Dei Verbum,
per quod *facta ſunt omnia*. Proinde qui in forma Dei fecit Joh. 1. 3.
hominem, in forma ſervi factus eſt homo; ſed utrumque Deus de potentia ſuſcipientis, utrumque homo de humilitate ſuſcepti. Tenet enim ſine defectu proprietatem ſuam utraque natura: & ſicut formam ſervi forma Dei non adimit, ita formam Dei ſervi forma non minuit ... In integra igitur veri hominis perfectaque natura, verus natus eſt Deus, totus in ſuis, totus in noſtris. Noſtra autem dicimus, quæ in nobis ab initio creator condidit, & quæ reparanda ſuſcepit. Nam illa quæ deceptor invexit, & homo deceptus admiſit, nullum habuerunt in Salvatore veſtigium.

Cap. 3. Ut ergo ad æternam beatitudinem ab originalibus vinculis, & a mundanis revocemur erroribus, ipſe ad nos deſcendit, ad quem nos non poteramus aſcendere ... Adjicienda erat veritas redemptionis moralibus inſtitutis, & corruptam ab initio originem novis renaſci oportebat exordiis. Offerenda erat pro reconciliandis hoſtia, quæ & noſtri generis ſocia, & noſtræ contaminationis eſſet aliena: ut hoc propoſitum Dei, quo peccatum mundi in Jeſu Chriſti placuit nativitate ac paſſione delere, ad omnium generationum ſæcula pertineret.

Cap. 4.. Verbi Incarnatio hoc contulit facienda quod facta; & ſacramentum ſalutis humanæ in nulla umquam antiquitate ceſſavit. Quod prædicaverunt Apoſtoli, hoc annuntiaverunt Prophetæ, nec ſero eſt impletum, quod ſemper eſt creditum. Sapientia vero & benignitas Dei hac ſalutiferi operis mora, capaciores nos ſuæ vocationis effecit; ut quod multis ſignis, multis vocibus, multiſque myſteriis per tot fuerat ſæcula pronuntiatum, in his diebus Evangelii non eſſet ambiguum: & nativitas, quæ omnia miracula, omnemque intelligentiæ erat exceſſura menſuram, tanto conſtantiorem in nobis gigneret fidem, quanto prædicatio ejus & antiquior præceſſiſſet & crebrior. Non itaque novo conſilio Deus rebus humanis, nec ſera miſeratione conſuluit: ſed a conſtitutione mundi, unam eamdemque omnibus cauſam ſalutis inſtituit. Gratia enim Dei, qua ſemper eſt univerſitas juſtificata ſanctorum, aucta eſt Chriſto naſcente, non cœpta. Et hoc magnæ pietatis ſacramentum, quo totus jam mundus impletus eſt, tam potens etiam in ſuis ſignificationibus fuit, ut non minus adepti ſint, qui illud credidere promiſſum, quam qui ſuſcepere donatum.

Cap. 5. Non ſegni atque carnali lætitia diem Dominicæ nativitatis celebrare debemus. Quod digne ac intelligenter fiet a ſingulis, ſi meminerit quiſque cujus corporis membrum ſit, & cui capiti cooptatum, ne ſacræ ædificationi diſcors compago non hæreat. Conſiderate .... quis nos in ſe ſuſceperit, & quem ſuſceperimus in nobis: quoniam ſicut factus eſt Dominus caro noſtra naſcendo, ita & nos facti ſumus ipſius renaſcendo. Ideo & membra Chriſti, & templum ſumus Spiritus ſancti.

Serm. 23. in Nativit. Domini 4. c. 1. Semper quidem, dilectiſſimi, diverſis modis, multiſque menſuris, humano generi bonitas divina conſuluit, & plurima providentiæ ſuæ munera omnibus retro ſæculis clementer impertiit, ſed in noviſſimis temporibus omnem abundantiam ſolitæ benignitatis exceſſit, quando in Chriſto ipſa ad peccatores miſericordia, ipſa ad errantes veritas, ipſa ad mortuos vita deſcendit: ut Verbum illud coæternum & coæquale Genitori ad unitatem Deitatis ſuæ naturam noſtræ humilitatis aſſumeret, & Deus de Deo natus, idem etiam homo de homine naſceretur. Promiſſum quidem hoc a conſtitutione mundi, & multis ſignificationibus rerum, atque verborum ſemper fuerat prophetatum ... Jam ergo nos non ſignis, neque imaginibus ad fidem deducimur, ſed Evangelica hiſtoria confirmati, quod factum credimus adoramus; accedentibus ad eruditionem noſtram propheticis inſtrumentis, ut nullo modo habeamus ambiguum, quod tantis oraculis ſcimus eſſe prædictum.

Digitized by Google

Cap. 3. Ad hoc itaque peccati & mortis vinculum reſolvendum omnipotens Filius Dei, omnia implens, omnia continens, æqualis per omnia Patri; & in una ex ipſo & cum ipſo conſempiternus eſſentia, naturam in ſe ſuſcepit humanam, & creator ac Dominus omnium rerum dignatus eſt unus eſſe mortalium, electa ſibi matre, quam fecerat: quæ ſalva integritate virginea, corporeæ eſſet tantum miniſtra ſubſtantiæ, ut humani ſeminis ceſſante contagio, novo homini & puritas ineſſet & veritas. Non ergo in Chriſto ex utero virginis genito, quia nativitas eſt mirabilis, ideo eſt natura diſſimilis. Qui enim verus eſt Deus, idem verus eſt homo; & nullum eſt in utraque ſubſtantia mendacium.

Joh. 1. 14. *Verbum caro factum eſt* provectione carnis, non defectione Deitatis: quæ ſic potentiam ſuam bonitatemque moderata eſt, ut & noſtra ſuſcipiendo proveheret, & ſua communicando non perderet.

Serm. 24. de Nativit. Dom. 5. c. 3. Exultet credentium mentium fides, & verum unumque Dei Filium, non ſolum ſecundum Deitatem, qua a Patre genitus; ſed etiam ſecundum humanitatem, qua de virgine eſt natus, intelligat. Ipſe eſt enim in humilitate noſtra, qui eſt in majeſtate divina; verus homo & verus Deus; ſempiternus in ſuis, temporalis in noſtris; unum cum Patre in ſubſtantia quæ numquam fuit minor Patre, unum cum matre in corpore quod creavit. In aſſumtione enim naturæ noſtræ nobis factus eſt gradus, quo ad ipſum per ipſum poſſimus aſcendere. Nam illa eſſentia, quæ ſemper ubique tota eſt, locali deſcenſione non eguit, & tam ei proprium fuit, totam homini inſeri, quam ei proprium eſt, totam Patre non dividi... Sempiterne enim Filius, Filius eſt, & ſempiterne Pater, Pater eſt... Fides Catholica... in Deitate vera, nihil temporalitatis agnoſcit, ſed unius ſempiternitatis & Patrem confitetur, & Filium: quia ſplendor ex luce ortus, non eſt luce poſterior, & lux vera numquam eſt ſui ſplendoris indiga: ſic ſubſtantiale ſemper habens fulgere, ſicut ſubſtantiale ſemper habet exiſtere. Hujus autem ſplendoris manifeſtatio, miſſio dicitur, qua Chriſtus mundo apparuit.

Cap. 4. Quamvis enim etiam prioribus ſæculis ad illuminationem ſanctorum Patrum & Prophetarum lumen

Pſal. 42. 3. veritatis emiſſum ſit, *Emitte lucem tuam & veritatem tuam*: & diverſis modis multiſque ſignis opera præſentiæ ſuæ Deitas Filii declaravit; omnes tamen illæ ſignificationes, cunctaque miracula, teſtimonia fuerunt iſtius

Galat. 4. 4. miſſionis, de qua dicit Apoſtolus: *Cum ergo venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, natum ex muliere, factum ſub lege.* Quid vero hoc eſt? niſi Verbum carnem fieri, conditorem mundi per uterum virginis naſci, Dominum majeſtatis humanis ſe coaptare primordiis, & licet conceptui ſpiritali nulla ſint terreni ſeminis mixta contagia, ad ſuſcipiendam tamen veræ carnis ſubſtantiam ſolam ſumere de matre naturam. Hac miſſione, qua Deus unitus eſt homini, Filius impar eſt Patri. Non in eo, quod ex Patre, ſed in eo, quod eſt factus ex homine. Æqualitatem enim quam inviolabilem habet Deitas, non corrupit humanitas: & creatoris ad creaturas deſcenſio, credentium eſt ad æterna ſubvectio.

Cap. 5. Agnoſcat igitur catholica fides in humilitate Domini gloriam ſuam... Solus itaque inter filios hominum Dominus Jeſus innocens natus eſt: quia ſolus ſine carnalis concupiſcentiæ pollutione conceptus. Factus eſt homo noſtri generis, ut nos divinæ naturæ poſſimus eſſe conſortes. Originem, quam ſumſit in utero Virginis, poſuit in fonte baptiſmatis... Quid autem ſanandis ægris, illuminandis cæcis, vivificandis mortuis aptius fuit, quam ut ſuperbiæ vulnera humilitatis remediis curarentur? Adam præcepta Dei negligens, peccandi induxit damnationem; Jeſus factus ſub lege, reddidit juſtitiæ libertatem. Ille diabolo obtemperans uſque ad prævaricationem, meruit ut in ipſo omnes morerentur; hic Patri obediens uſque ad crucem, fecit ut in ipſo omnes vivificarentur: & infirmitatis noſtræ ſuſcipiens conditionem, propter quos ad inferna deſcendit, eoſdem in cæleſtibus collocavit.

Cap. 6... Fruſtra enim appellamur Chriſtiani, ſi imitatores non ſimus Chriſti: qui ideo ſe viam dixit eſſe, ut converſatio magiſtri forma eſſet diſcipuli; & illam humilitatem eligeret ſervus, quam ſectatus eſt Dominus.

Serm. 25. in nativit. Domini 6. c. 1. Omnibus quidem diebus, dilectiſſimi, atque temporibus, animis fidelium divina meditantium Domini & Salvatoris noſtri ex matre virgine ortus occurrit: ut mens ad confeſſionem ſui auctoris erecta, ſive in gemitu ſupplicationis, ſive in exultatione laudis, ſive in ſacrificii oblatione verſetur, nihil crebrius, nihilque fidentius ſpiritali attingat intuitu, quam quod Deus Dei Filius, genitus de Patre coæterno, idem etiam partu eſt natus humano. Sed hanc adorandam in cælo & in terra nativitatem, nullus nobis dies magis quam hodiernus inſinuat, & nova etiam in elementis luce radiante, totam ſenſibus noſtris mirabilis ſacramenti ingerit claritatem... Hodie enim auctor mundi editus eſt utero virginali; & qui omnes naturas condidit, ejus eſt factus filius, quam creavit. Hodie Verbum Dei carne apparuit veſtitum, & quod numquam fuit humanis oculis viſibile, cœpit etiam manibus eſſe tractabile. Hodie genitum in noſtræ carnis animæque ſubſtantia Salvatorem Angelicis vocibus didicere paſtores.

Cap. 2. Quamvis igitur illa infantia, quam Filii Dei non eſt dedignata majeſtas, in virum perfectum ætatis adjectione provecta ſit, & conſummato paſſionis & reſurrectionis triumpho, omnes ſuſceptæ pro nobis humilitatis tranſierint actiones: renovat tamen nobis hodierna Feſtivitas nati Jeſu ex Maria Virgine ſacra primordia: & dum Salvatoris noſtri adoramus ortum, invenimur nos noſtrum celebrare principium. Generatio enim Chriſti, origo eſt populi Chriſtiani; & natalis capitis, natalis eſt corporis... Cum ipſo ſumus in hac nativitate congeniti.

Cap. 3. Naſcitur ergo... non de carnis ſemine, ſed de Spiritu ſancto Salvator, quem primæ tranſgreſſionis condemnatio non teneret... Quid enim in theſauro dominicæ largitatis ad honorem præſentis feſti tam congruum poſſumus invenire, quam pacem, quæ in nativitate Domini prima eſt Angelico prædicata concentu? Ipſa enim eſt, quæ parit filios Dei, nutrix dilectionis, & genitrix unitatis; requies beatorum, & æternitatis habitaculum; cujus hoc opus proprium & ſpeciale beneficium eſt, ut jungat Deo, quos ſecernit de mundo... Quid eſt autem, dilectiſſimi, pacem habere ad Deum, niſi velle quod jubet, & nolle quod prohibet?... Quomodo divinæ particeps erit pacis, cui ea placent, quæ Deo diſplicent?

Cap. 4. Magnum eſt, dilectiſſimi, hujus muneris ſacramentum, & omnia dona excedit hoc donum, ut Deus hominem vocet Filium, & homo Deum nominet Patrem... Quoniam ſi in eadem ſententia ſumus, ſi quod vult volumus, & quod improbat improbamus; ipſe jam pro nobis omnia bella conficiet; ipſe qui dedit velle, donabit & poſſe: ut ſimus cooperatores operum ejus.

Cap. 5. Natalis Domini, natalis eſt pacis. *Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum: quoniam ſive Judæus, ſive Gentilis, per ipſum habemus acceſſum in uno Spiritu ad Patrem.* Epheſ. 2. 14

Serm. 26. in nativ. Domini 7. c. 1. Feſtivitatis hodiernæ, dilectiſſimi, verus venerator eſt & pius cultor, qui nec de Incarnatione Domini aliquid falſum, nec de Deitate aliquid ſentit indignum. Paris enim periculi malum eſt, ſi illi aut naturæ noſtræ veritas, aut paternæ gloriæ negatur æqualitas. Cum ergo ad intelligendum ſacramentum nativitatis Chriſti, qua de matre virgine eſt ortus, accedimus; abigatur procul terrenarum caligo rationum, & ab illuminatæ fidei oculo mundanæ ſapientiæ fumus abſcedat. Divina enim auctoritas, cui credimus; divina eſt doctrina, quam ſequimur... In utraque ergo natura idem eſt Dei Filius noſtra ſuſcipiens, & propria non amittens; in homine hominem renovans, in ſe incommutabilis perſeverans. Deitas enim, quæ illi cum Patre communis eſt, nullum detrimentum omnipotentiæ ſubiit, nec Dei formam ſervi forma violavit.

Cap. 2. Majeſtati igitur Filii Dei corporea nativitas nihil abſtulit, nihil contulit: quia ſubſtantia incommutabilis nec minui potuit, nec augeri... Naſcens itaque Dominus noſter Jeſus Chriſtus homo verus, qui numquam deſiit eſſe Deus verus, novæ creaturæ in ſe fecit exordium, & in ortus ſui forma dedit humano generi ſpiritale principium, ut ad carnalis generationis abolenda contagia, eſſet regenerandis origo ſine ſemine criminis... Quæ hoc ſacramentum mens comprehendere, quæ hanc gratiam valeat lingua narrare? Redit ad innocentiam iniquitas, & in novitatem vetuſtas: in adoptionem veniunt alieni, & in hæreditatem ingrediuntur extranei. De impiis juſti, de avaris benigni, de incontinentibus caſti, de terrenis incipiunt eſſe cæleſtes. Quæ eſt autem iſta mutatio, niſi dexteræ Excelſi? Quoniam venit Filius Dei diſſolvere opera diaboli: & ita ſe nobis, noſque inſeruit ſibi, ut Dei ad humana deſcenſio, fieret hominis ad divina provectio. 1. Joh. 3. 8.

I. Nativitetis Chriſti circumſtantias adiſſere.
R. 1. Propter Edictum Cæſaris Auguſti Beata Virgo partoi proxima ſe ſe dedit itineri, ut nomen ſuum referret apud Bethlehemitas in dicta

PARS II. SECT IV. CAP. II. §. 5.

Serm. 27. in nativitate Domini 8. cap. 1. Cum ſemper nos, dilectiſſimi, gaudere in Domino omnie divina eloquie exhortentur, hodie proculdubio ad ſpiritalem lætitiam copioſius incitamur, nativitatis Dominicæ ſacrameoto nobis clarius coruſcante: ut recurrentes ad illam divinæ miſericordiæ ineffabilem inclinationem, qua Creator hominom homo fieti dignatus eſt, in ipſius non ioveniamur oatusa, quem adoramus io noſtra. Deus enim Dei Filios, de ſempiterno & ingenito Patre unigenitus, ſempiternus manens in forma Dei, & incommutabiliter & intemporaliter habens non aliud eſſe quam Pater, formam ſervi ſine ſuæ desrimenso majeſtatis accepit, ut in ſua nos proveheret, non ipſe in noſtra deficeret. Ut quidqnid ibi eſt Dei, non ſit ab humanitate disjunctum; quidquid autem eſt hominis, non ſit a Deitate diviſum.

Cap. 2. Celebrantes igitus, dilectiſſimi, natalem diem Domini Salvatoris, partum beatæ Virginis integre cogitemus: .. ut in uno Dei atque hominis filiu, & ſine matre Deitas, & ſine Patre eſſet humanitas.

Cap. 3. Majeſtas aotem Filii Dei æqualis Patri, veſtiens ſe homilitete ſervili, nec metoebat minui, nec indigebat augeri ... Dominus David, factus eſt filius David, & de promiſſis germinis fructus proles eſt orta ſine vitio, in unam perſonam gemina conveniente natura: ut eodem conceptu eodemque partu gigneretur Dominus noſter Jeſus Chriſtus cui vera ineſſet Deitas ad miracula operem, & vera humanitas ad toletandam paſſionum.

Cap. 4. .. Quidquid Deo minus eſt, Deos non aſt.;

Serm. 29. in nativit. Domini c. 2..... Indeſinenter tamen ipſum partum ſalotiferæ Virginis adoramus, & illam Verbi & carnis indiſſolubilem cupolem uon minus ſuſcipimus in præſepe jacentem, quam in throno paternæ altitudinis confidentem.

Serm. 29. de nativitat. Domini 10. *cap.* 4. Agnoſcendum ſane, dilectiſſimi, & toto corde eſt confitendum, quod hæc generatio, qua & Verbum & caro, id eſt, Deus & homo unus Dei Filius, unusque Chriſtus efficitur, ſupre omnem originem homanæ crearionis excellit .... Nativitas autem Domioi noſtri Jeſu Chriſti omnem intelligentiam ſuperat, & cuncta exempla trenſcendit. Nec poteſt ulli eſſe comparabilis, quæ eſt inter omnes ſingularis. Electæ namque virgini de ſemine Abrahæ, & de radice Jeſſe, per Propheticas voces & per myſtica ſigna promiſſæ, denunciatus ab Archangelo ſine damno pudoris beata fœcunditas, ſacram virginitatem nec conceptu violatura nec partu. Superveniente quippe in eam Spiritu ſancto, & Altiſſimi obumbrante virtute, incommutabile Dei Verbum de incontaminato corpore habitum ſibi humanæ carnis aſſumſit: quæ & nullum contagium de concupiſcentia carnis traheret, & nihil eorum, quæ ad animæ corporisque naturam pertinent, non haberet.

S. GREG. MAGN. *Hom.* 8. *in Evangelia.* In die natalis Domini largiente Domino miſſarum ſolemnia ter hodie celebraturi ſumus ... Vindicemus moribus dignitatem noſtram, nulla nos luxuria inquinet, nulla nos turpis cogitatio acculec, non malitia mentem mordear, non iovidiæ rubigo conſumat, non eletio tnſtet, non ambitio per terrene oblectamente dilaoiet, non ira inflammet.

S. BERNARD. *In nativit. Domini ſerm.* 1. *nu.* 1. *A ſæculo*, eit Propheta, *& in ſæculo tu es Deus*: & ecce ſæculue eſt infans diei unius. Ad quid hoc, fratres, euc quæ neceſſitas fuit, ut ſic exinaniret ſe, ſic humiliaret ſe, ſic abbreviaret ſe Dominus majeſtatis, niſi ut vos ſimiliter faciatis? jam clamat exemplo, quod poſt-
Pſ. 89. 2. modum prædicaturus eſt verbo: *Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde.* Intollerabilis impudentiæ eſt, ut ubi ſeſe exinanivit majeſtas, vermiculus infletur, & intumeſcat.

Serm. 3. *n.* 1. Puer qui naſcitur, Deus eſt: & mater de qua naſcitur, virgo eſt: & partus ipſe ſine dolore eſt. Fulget in tenebris lux nova de cælo, gaudium ma-
Mat. 11. 29. gnum Angelus evangelizat, laudat multitudo cæleſtis militiæ; datur gloria Deo, pax hominibus bonæ voluntatis. Currunt paſtores, inveniunt quod ad eos dictum eſt Verbum, nontiant aliis: quicumque audiunt, admirantur. Hæc & his ſimilia, dilectiſſimi, divinæ virtutis ſunt, non fragilitatis humanæ... Agnoſco mee eſſe nativitetis hujus tempus & locum, infantilis corporis teneritudinem, parvuli vagitus & lacrymas, ſed & ipſorum quibus primo annuotiatur nativitas Salvatoris paupertatem paſtorumque vigilias. Mea ſunt hæc, pro me faciunt, mihi apponuntur, mihi proponuntur imitanda. Hyeme natus eſt, nocte oatus eſt Chriſtus. Numquid credimus caſu factum, ut in tanta aeris inclementia, & in tenebris naſceretur, cujus eſt hyems & æſtas, dies & nox. Non eligunt parvuli ceteri quando naſcantur, quippe quibus adhuc vix incipientibus vivere nullus ſubeſt rationis uſus, nulla eligendi libertas, nulla deliberandi. Chriſtus, Fratres, etſi homo, erat tamen in principio apud Deum, & Deus erat ejusdem, cujus nunc eſt, ſapientiæ & poteſtatis, utpoto Dei virtus, & Dei ſapientia. Naſciturus itaque Dei Filius, (cujus in arbitrio erat quodcumque vellet eligere tempus,) elegit quod moleſtus eſt præſertim parvulo, & pauperis matris filio, quæ vix pannos haberet ad involvendum, præſepe ad reclinandum... Non eſt tale judicium mundi. Aut ille fallitur, aut mundus errat. Sed divinam falli impoſſibile eſt ſapientiam. Merito proinde & carnalis prudentia (mors ſiquidem & ipſa) inimica eſt Deo, & ſæculi quoque prudentia ſtultitia nominetur. Quid enim? Chriſtus utique non fallitur, elegit quod carni moleſtius eſt. 1. Cor. 3. 14.
Id ergo melius, id utilius, id potius eligendum! & quisquis aliud doceat, vel ſuadeat, ab eo tamquam a ſeductore cevendum.

N. 2. Jam vero etiam nocte voluit naſci. Ubi ſunt qui tam impudenter oſtentare geſtiunt ſemetipſos? Chriſtus elegit quod ſalubrius judicat, vos eligitis quod se probat ille. Quis prudentior e duobus? Cujus judicium juſtius? Cujus ſententia ſanior? Denique tacet Chriſtus, non ſe extollit, non magnificat, non prædicat, & ecce annunciat eum Angelus, laudat multitudo cæleſtis exercitus. Et tu ergo qui Chriſtum ſequeris, inventum abſconde theſaurum. Ama neſciri, laudet te os alienum, ſileat tuum. Adhuc autem in ſtabulo naſcitur Chriſtus, & in præſepio reclinatus... Quid ergo ſtabulum elegit? Plane ut reprobet gloriam mundi, damnet ſæculi vanitatem... Malum ergo voluptas corporis, bonum vero afflictio eſt. Siquidem & hanc eligit, & illam reprobat puer ſapiens, Verbum infans.

N. 3. Fuge voluptatem, quia poſita eſt mors ſecus introitu delectationis; age pœnitentiam, quia per hanc appropinquat regnum Dei. Hoc tibi prædicat ſtabulum iſtud, hoc præſepe clamat, hoc membra illa infantilia manifeſte loquuntur, hoc lachrymæ & vagitus evangelizant. Parvulus factus eſt: vel in hoc ſciens quia non venit perdere te, ſed ſalvare: eripere, & non ligare. Jam adverſus hoſtes tuos dimicat, jam ſuperborum & ſublimium colla tamquam Dei virtus & ſapientia calcat.

N. 4. Duo ſunt tibi hoſtes, peccatum & mors, id eſt, mors corporis, & animæ. Utrumque debellaturus advenit, & ab utroque ſalvabit te, noli timere. Et jam quidem peccatum in propria perſona vicit: quando humanam naturam ſine ulla contagione ſuſcepit. 1. Cor 3. 19.
Grandis enim peccato facta eſt violentia, & revera expugnatum eſſe cognoſcit, quando natura, quam ſe totam infeciſſe & occupaſſe gloriabatur, ab eo penitus aliena in Chriſto inventa eſt. Dehinc perſequitur inimicos ſuos, & comprehendit eos, nec convertitur donec deficiant. Contra peccatum dimicans in converſatione ſue, verbis pariter & exemplis oppugnat, ſed in paſſione ſua alligat illud, alligat plane fortem, & diripit vaſa ei. Jam vero eodem ordine mortem quoque ſuperat prius in ſeipſo, cum reſurgit primitiæ dormientium, & primogenitus mortuorum: poſtmodum debellaturus eam pariter in omnibus nobis, quando videlicet ſuſcitabit mortalis corpora noſtra, & deſtruetur noviſſima inimica mors.

N. 5. Sane accedit ad conſolationem ipſe quoque quæ paſtoribus vigilantibus exhibita eſt viſitatio & allocutio Angelorum. Væ vobis divites qui habetis conſolationem veſtram, ut jam non mereamini habere cæleſtem. Quam multi enim nobiles ſecundum carnem, quam multi potentes, quam multi ſapientes hujus ſæculi, hora illa ſtratis mollibus quieſcebant, & nemo eorum dignus habitus eſt novam videre lucem, ſcire magnum

illud

Digitized by Google

acta publica, 2. Interea Chriſtus media nocte tempore frigidiſſimo, in ſtabulo natus eſt, & repoſitus in præſepio, cum non eſſet locus in diverſorio. (C)

C Jam diximus divina plane providentia factum fuiſſe ut exierit tum temporis edictum a Cæſare Auguſto ad deſcriptionem univerſi orbis. Sic enim, Deo rem mirabiliter diſponente, factum eſt, & ut Chriſtus in Bethlehem naſceretur, quod Prophetæ prædixerant, & Nativitas illa ex publicis Romanorum tabulis, apud Senatum depoſitis, conſtaret. (D)

D *I.* Quid docuit nos Chriſtus his omnibus nativitatis ſuæ circumſtantiis?

R. 1. Docuit nos ſubjecti, humiles, tanquam advenæ & peregrini, abſtineamus nos a carnalibus deſideriis quæ militant adverſus animam.

2. Ut diligamus paupertatem, contemnamus divitias, faſtum, & quidquid ad vitæ mollis & delicatæ rationem confert.

3. Ut cruces & pœnitentiam ultro amplectamur, ineamusque vitæ rationem ab omni voluptate corporea prorſus liberam. (E)

E *I.* Cur ſic naſci voluit Chriſtus?

R. Ut ipſa ſua nativitate obſiſteret concupiſcentiæ carnis, concupiſcentiæ oculorum & ſuperbiæ vitæ.

I. Cur hic triplici concupiſcentiæ naſcens obſiſtere voluit?

R. Quia qui peccatum erat morte ſua expiaturus & delecturus, voluit vel naſcens peccatorum omnium fontem concupiſcentiam exemplo ſuo reprimere: ſimul & exhibere uno veluti intuitu hominibus ſummam eorum omnium quæ erat poſtea dicturus ad eorum eruditionem. Rem explico.

Quidquid nos docuit in Evangelio Chriſtus, quod ſpectat ad mores, huc redit ut abſtineamus nos ab omni cupiditate, & ſoli Deo per caritatem adhibeamus. Erant tunc temporis corruptiſſimi mores omnium hominum, *magnus de cælo deſcendit medicus, quia magnus in terra jacebat ægrotus*. Ut ſanaret hunc morbum Chriſtus fontem totius mali præcludere voluit. Erat concupiſcentia triplex, & eſt etiamnum fons & radix omnium peccatorum: voluit itaque Chriſtus huic concupiſcentiæ vel naſcens obſiſtere: contemnendo divitias, honores, voluptates, & ſectando paupertatem, ſubjectionem, dolores; quidquid homines concupiſcentia illecti dilexerant, expetierant, quæſierant hactenus, id omne exemplo ſuo damnavit, meliora ſecutus.

Ut non poterat Chriſtus rem docere magis neceſſariam; ita ne unum quidem inſtans vitæ ſuæ vacuum eſſe voluit ab hujus tam neceſſarii præcepti traditione. Videant nunc homines an Chriſtum ducem & doctorem reipſa ſequantur. Eheu nimium cæci, nimium & miſeri, ſi quod Chriſtus toties docuit vel negligant vel contemnant, idque appetant & diligant & aliquo in numero habeant, quod ipſe tam ſolemniter contempſit. *Vide caput prælim. hujuſce Part.*

I. Cur in feſto Nativitatis Chriſti, ter Miſſarum ſollemnia celebrantur a quolibet Sacerdote?

R. 1. Hoc veſtigium eſt antiqui ritus, quo diebus ſolemnibus plures ab eodem Sacerdote Miſſæ agebantur, quia omnes uni adeſſe non poterant, De hoc infra fuſius ubi de Sacroſancto Miſſæ ſacrificio, *Part. 3. ſect. 2. c. 7. §. 18.*

2. Tribus his Miſſarum ſolemniis triplicem Chriſti nativitatem celebrari non abs re dixerimus.

I. Quæ eſt nativitas illa triplex? Quid narras?

R. Naſcitur ab æterno Filius Dei in ſinu Patris. Natus eſt ſemel in utero Virginis. Naſcitur quotidie in corde juſtorum in quibus habitat per fidem, ut ait Apoſtolus. (F) Hanc triplicem Chriſti nativitatem intelligo. F

I. Quam nativitatem recolimus in Miſſa quæ media nocte celebratur?

R. Temporalem Chriſti nativitatem ex Virgine. Et Chriſtus ipſe idemque reponitur in al-

Luc. II. 14. illud gaudium, Angelos audire cantantes, *Gloria in excelſis Deo*? Agnoſcant igitur homines, quia qui in labore hominum non ſunt, viſitari ab Angelis non merentur. Agnoſcant quam placeat ſupernis civibus labor, cujus ſpiritualis intentio eſt: quando quidem & eos qui pro victu corporis, corporali urgente neceſſitate laborant, ſuo dignantur alloquio, & alloquio tam felici. Nimirum humanam in eis agnoſcant ordinationem, qua conſtituit Deus ut in ſudore vultus ſui veſceretur Adam pane ſuo.

Serm. 5. n. 1. Benedictus, qui propter nimiam caritatem ſuam, qua dilexit nos, miſit nobis Filium ſuum dilectum, in quo ei bene complacuit, per quem reconciliati pacem habeamus ad eum, & idem ſit in nobis reconciliationis hujus & mediator, & obſes. Non eſt quod vereamur, fratres mei, ſub tam pio mediatore, non eſt quod de tam fido obſide dubitemus, ... qui in ſtabulo naſcitur, in præſepio ponitur; pannis involvitur ſicut ceteri, plorat ut ceteri, denique infans jacet, ut ceteri conſueverunt. Magnus plane mediator eſt etiam in his omnibus, quæ ad pacem ſunt, non perfunctorie, ſed efficaciter quærens. Infans quidem eſt, ſed Verbum infans, cujus ne ipſa quidem infantia tacet, *Conſolamini, conſolamini, dicit Dominus Deus veſter*, dicit hoc Emmanuel *Iſai. XL. 1.* *vobiſcum Deus*: clamat hoc ſtabulum, clamat præſepe, clamant lacrymæ, clamant panni.... Nullo horum Chriſtus eguit; nihil horum illi propter ſe, magis autem omnia propter electos. *Verebuntur filium* *Mat. 21. 27.* *meum*, ait Pater miſericordiarum. Verum id quidem Domine, reverentur eum: ſed qui? Non plane Judæi, ad quos miſſus, ſed electi propter quos miſſus.

N. 2. Reveremur eum non in præſepio, reveremur in patibulo, reveremur in ſepulchro. Devote ſuſcipimus tenerum propter nos, cruentum propter nos, pallidum propter nos, ſepultum propter nos reveremur. Devote adoramus cum Magis, devote amplectimur cum Simeone ſancto infantiam Salvatoris.

N. 5... Non conſolatur Chriſti infantia garrulos, non conſolantur Chriſti lacrymæ cachinnantes, non conſolantur panni ejus ambulantes in ſtolis, non conſolantur præſepe & ſtabulum amantes primas cathedras in ſynagogis.

Legendi aliorum Sanctorum Patrum ſerm. de Nativit. Domini.

(C) LUC. II. 1. Factum eſt autem in diebus illis, exiit edictum a Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis.... 3. Et ibant omnes, ut profiterentur ſinguli in ſuam civitatem. 4. Aſcendit autem & Joſeph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem: eo quod eſſet de domo & familia David, 5. ut profiteretur cum Maria deſponſata ſibi uxore prægnante. 6. Factum eſt autem, cum eſſent ibi, impleti ſunt dies ut pareret. 7. Et peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præſepio: quia non erat eis locus in diverſorio, verſ. 8. *& ſeq. Vide ſupra part. 1. ſect. 2. c. 1. §. 4. litt.* (H)

(D) MICH. V. 2. Et tu Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus ejus ab initio a diebus æternitatis.

MATTH. II. 5. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Judæ: ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam.

(E) TIT. II. 11. Apparuit enim gratia Dei ſalvatoris noſtri omnibus hominibus, 12. erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobrie, & juſte, & pie vivamus in hoc ſæculo.

(F) EPHES. III. 17. Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris: in charitate radicati, & fundati, 18. ut poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo & longitudo, & ſublimitas, & profundum, 19. ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

GALAT. IV. 19. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.

HEBR.

Digitized by Google

altari per conſecrationem, quemadmodum olim hac ipſa fere hora repoſitus eſt in præſepio Bethlehemitano.

I. Qua mente hanc Miſſam celebrari expedit?

R. Adorandus Chriſtus in ſtabulo naſcens, & maxime eo tempore quo per conſecrationem præſens ſiſtitur.

I. Quam Chriſti nativitatem recolimus in Miſſa quæ celebratur in aurora?

R. In hac Miſſa, ut patet ex ejus Evangelio, recolitur Chriſti manifeſtatio Paſtoribus facta per Angelos. Adeoque nihil vetat in hac Miſſa celebrari ſpiritualem Chriſti nativitatem in corde juſtorum.

I. Qua mente hanc Miſſam celebrari expedit?

R. Maxime expedit ut adjungamus nos & Paſtoribus, qui Chriſtum recens natum adorarunt, & Angelorum choro, qui ad annunciandam hominibus Chriſti nativitatem fauſtum cecinere Canticum.

I. Quale Canticum?

Luc. II. 14. *R. Gloria in altiſſimis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Id eſt hominibus quibus jam ſuam Deus bonam voluntatem, benignitatem, benevolentiam ortu Chriſti ſignificat; vel hominibus qui bona ſua voluntate benevolentiam hanc Dei conſecuti fuerint.

I. Quam Chriſti nativitatem recolimus in tertia Miſſa quæ hac die celebratur?

R. Æternam Chriſti nativitatem in ſinu Patris in hac maxime Miſſa celebrari colligitur ex Epiſtola & Evangelio hujus Miſſæ. Epiſtola enim ſumitur ex capite primo Epiſtolæ ad Hebræos, ubi æterna illa nativitas fuſe explicatur: Evangelium autem ſumitur ex primo capite S. Joannis, ubi Aquilæ inſtar inſurgit Apoſtolus ad altiſſima, & generationem Verbi a Patre divinitus plane tradit. PARS II. SECT. IV. CAP. II.

I. Qua mente celebranda eſt hæc Miſſa? §. 6.

R. Id maxime poſtulat Eccleſia ut adjungamus nos mente Angelorum & Sanctorum omnium choris, qui Chriſtum Filium Dei in cælis adorant, & pro collatis hominibus beneficiis gratias agunt, & cum primum introductus eſt in orbem terræ illum, Deo Patre jubente, adoraverunt, ut ait Apoſtulus. (G) *Hebr. I. 6.* G

I. Tenenturne omnes adeſſe Miſſarum trium celebrationi?

R. Ad præceptum Eccleſiæ implendum ſatis eſt uni intereſſe. Sed magis pium eſt, & menti Eccleſiæ magis conſonum, tribus adeſſe.

§. 6. De Circumciſione Chriſti.

I. Qua die celebratur Feſtum Circumciſionis Chriſti?

R. Kalendis Januarii, in die octava Nativitatis.

I. Quid erat Circumciſio?

R. Circumciſio ritus fuit, a Domino præſcriptus Abrahæ ejusque poſteris; in eo poſitus ut abſcinderetur præputium a ſingulis maſculis octavo poſt nativitatem die. (A) Ideo autem fuit inſtitutus ille ritus, ut diſtingueretur hoc ſigno populus Dei a ceteris gentibus. Fuit enim Circumciſio, ut jam diximus, ſignum fœderis Deum inter & Abrahamum initi. (B) A *Par. I. ſect. I. cap 4. §. 5.* B

I. Cur Deus hunc ritum poſitum eſſe voluit in abjectione præputii?

R. Ut vel ex hoc intelligeretur originem

ho-

(G) HEBR. I. 6. Et eum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.

(A) GENES. XVII. 10. Hoc eſt pactum meum quod obſervabis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te, circumcidetur ex vobis omne maſculinum. 11. Et circumcidetis carnem præputii veſtri, ut ſit in ſignum fœderis inter me & vos. 12. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne maſculinum in generationibus veſtris: tam vernaculus, quam empritius circumcidetur, & quicumque non fuerit de ſtirpe veſtra: . . . 14. Maſculus, cujus præputii caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit.

(B) GENES. XVII. 10. 11. 12. *Vide ſupra hocce §. lit.* (A) 13. Eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum . . . 14. Maſculus cujus præputii caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit . . . 23. Tulit autem Abraham Iſmael filium ſuum, & omnes vernaculos domus ſuæ: univerſoſque quos emerat, cunctos mares ex omnibus viris domus ſuæ: & circumcidit carnem præputii eorum ſtatim in ipſa die, ſicut præceperat ei Deus. 24. Abraham nonaginta & novem erat annorum quando circumcidit carnem præputii ſui. 25. Et Iſmael filius tredecim annos impleverat tempore circumciſionis ſuæ. 26. Eadem die circumciſus eſt Abraham & Iſmael filius ejus. 27. Et omnes viri domus illius, tam vernaculi, quam emptitii & alienigenæ, pariter circumciſi ſunt.

ROM. II. 25. Circumciſio quidem prodeſt, ſi legem obſerves: ſi autem prævaricator legis ſis, circumciſio tua præputium facta eſt. 26. Si igitur præputium juſtitias legis cuſtodiat: nonne præputium illius in circumciſionem reputabitur? 27. Et judicabit id, quod ex natura eſt præputium, legem conſummans, te, qui per litteram, & circumciſionem prævaricator legis es? 28. Non enim qui in manifeſto, Judæus eſt: neque quæ in manifeſto, in carne, eſt circumciſio: 29. Sed qui in abſcondito; Judæus eſt: & circumciſio cordis in ſpiritu, non littera: cujus laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.

Sanct. JOHANN. CHRYSOST. *Homil. 59. in Geneſ.* Volebas eos qui ex ipſo propagandi erant, facere ſuum peculiarem populum: & ut poſtea cum multitudo propagaretur, non ſe gentibus illis, quarum hæreditatem occupatura erat, commiſcerent. Et alias quia juxta prædictionem ſuam in Ægypto ſervituri erant, ne gentibus ſe commiſcerent in Ægypto, circumciſionem ſigni gratia juſſo præcepit, & inquit; *Hoc eſt Teſtamentum quod ſervabis inter me & vos, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus* *Gen. 17. 10. 11.* *illorum: circumcidetur in vobis omne maſculinum, circumcidetis carnem præputii veſtri.* Deinde ut doceat & illos & omnes nos quare hoc injunxit, & quod non alterius cujſpiam gratia, quam ut eſſet aſſignatus & ſibi ſegregatus populus, inquit: *& erit in ſignum teſtamenti inter me & vos.* Et poſtea etiam de tempore *Id. Ibid.* imperat, quo conveniat hoc fieri. *Puellus,* inquit, *octo dierum circumcidetur, & vernaculus, & emptitius,* *Ibid. 12.* & omnes in ſumma, ut ita dicam, qui apud vos ſunt, hoc ſignum ſuſcipient. Et quisquis non circumcidetur in die conſtituta, perdetur; quia teſtamentum *Ibid. 13.* meum diſſipavit, quia transgreſſus eſt (dicit) præceptum. Vide ſapientiam Domini, quomodo cum ſciret eos non admodum bonæ mentis futuros, ſignum circumciſionis quaſi frenum quoddam impoſuit, ad indomitos eorum impetus cohibendos, ut ne gentibus commiſcerentur. Nam qui ſciebat eorum laſciviam, & quod licet infinities moniti ut ſe ab illicito contineant, non parerent: ideo dato eis perpetuo memoriali, injecit eis circumciſionis ſignum, quaſi vinculum quoddam, deditque eis terminos & regulas ultra quas tranſire eis non liceat: ut in nullo cum gentibus ſe commiſcerent, ſed ſua gente contenti eſſent, ut Patriarchæ ſemen impermixtum maneret, atque ita promiſſa in eis completi poſſent.

Ca-

PARS II. SECT. IV. CAP. II. §. 6.

hominum fuiſſe vitiatam peccato, quod originale dicitur. (C)

I. Ergo Chriſtus, cujus fane origo vitiata non fuit, non erat obnoxius legi Circumciſionis?

C *R.* Non fuit certe. Idcirco autem huic legi ſeſe ultro ſubdidit, quia cum Ipſe *propter nimiam ca-*
Ephef. II. 4. *ritatem ſuam qua dilexit nos*, formam hominis peccatoris induiſſet, ſumpſit in ſe peccatorum noſtrorum pœnas, eaque voluit ſuo ſanguine vel ſta-
D tim ab ortu ſuo expiare. (D)

I. Ubinam Chriſtus circumciſus fuit?

R. Apud Bethelehem, ubi natus fuerat.

I. Acciditne aliquid ſingulare in ejus Circumciſione?

R. Nihil. Hoc ſolum notandum quod ex more gentis Judaicæ, quo nomina pueris imponebantur in ritu Circumciſionis, ſicut apud nos imponuntur in ritu Baptiſmi, impoſitum eſt hac die Chri-
Luc. II. 21. ſto nomen JESUS *quod vocatum* fuerat *ab Angelo priuſquam in utero conciperetur*. Eſt autem vox, JESUS, Hebræa vox quæ Salvatorem ſignificat. Magnum ſane nomen. Hoc quidem & aliis impoſitum fuerat in veteri lege, eo quod gererent typum Chriſti: ſed uni Chriſto nomen illud proprie competit; ſolus enim ipſe Salvator hominum. (E) Unde maxima debetur huic nomini E
reverentia. *In nomine Jeſu omne genu flectatur*, *Phil.* II. 10
cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, inquit Apoſtolus.

I. Quid facto opus ut celebretur feſtum hoc ex mente Eccleſiæ?

R. 1. Incuore anno cum novo fervore ſuſcipiamus, ut par eſt, quidquid ad Dei cultum perti- *Ephef.* 4. 22.
net, & renovemur, ut ait Apoſtolus, ſpiritu men- 23. 24.
tis noſtræ, exuentes veterem hominem & induentes novum.

2. Numquam niſi cum reverentia appellemus ſacroſanctum JESU nomen.

3. Va-

(C) *Catech. de* M. DE MEAUX (JACQ. BEN. BOSSUET.) *Leçon des Fetes*. *D.* Quid peculiariter Circumciſio ſignificat? *Reſp.* Humani generis originem impuram fuiſſe. *D.* Quomodo impuram? *Reſp.* Ob originale peccatum. *D.* Cur Jeſus Chriſtus circumcidi voluit, cum ſanctus eſſet? *Reſp.* Ut oſtenderet ad hoc veniſſe, ut pœnam noſtrorum peccatorum lueret & expiaret. *D.* Cur ab infantia ſanguinem ſuum fundere voluit? *Reſp.* Ut oſtenderet, ad abluendos nos ſuo ſanguine veniſſe ... *D.* Quid nos docet Domini noſtri Circumciſio? *Reſp.* Cor noſtrum circumcidere, nempe mala deſideria, præcipue vero ſenſuales voluptates amputare.

S. AUG. *Tract.* 30. *in Joban.* n. 4.... Circumciſio pertinet ad aliquod ſignaculum ſalutis, & non debent homines ſabbato vacare a ſalute.

N. 5. Quid eſt Circumciſio, niſi carnis exſpoliatio? Significat ergo iſta Circumciſio exſpoliationem a corde cupiditatum carnalium. Non ergo ſine cauſa data eſt, & in eo membro juſſa fieri: quoniam per illud membrum procreatur creatura mortalium. . . . . Omnis homo cum vitio propaginis naſcitur: & non mundat Deus ſive a vitio cum quo naſcimur, ſive a vitiis quæ male vivendo addimus, niſi per cultellum
1. *Cor.* 10. 4. petrinum Dominum Chriſtum. *Petra enim erat Chriſtus*. Cultellis enim petrinis circumcidebant, & Petræ nomine Chriſtum figurabant ... Reſurrexit Chriſtus, abſtulit vobis deſideria carnalia, abſtulit concupiſcentias malas, abſtulit ſuperfluum cum quo nati eratis, & multo pejus quod male vivendo addideratis: circumciſi per petram, quare adhuc ſapitis terram?

S. BERNARD. *in Epiphan. Dom. ſerm.* 4. *num.* 1. Populo duræ cervicis cultellus erat neceſſarius, & lapideis cordibus merito cultri lapidei debebantur; qua-
Joſue v. 2. libus a Jeſu Nave facta Circumciſio memoratur. Noſter autem Jeſus tamquam agnus manſuetus omnem auſteritatem abſtulit ... Duritium duris congruam ſervis, filiis commutavit in manſuetudinem, ut rubiginem originalis peccati, quam vix cultellus eradere poterat, ex hoc jam cum unctione gratiæ facile laver aqua. Nihil ergo mirum, ſi pro diverſitate temporum mutata ſint ſacramenta; ut daretur utriſque quod congruum erat eis. Ipſe vero Chriſtus utramque ſuſcepit, ut tamquam lapis angularis utrique parieti cohæreret, ac ſi duarum capita contignarum conſuetudo connecteret: ſicut & paſcha figurarum ipſe complevit, & verum protinus inchoavit.

N. II. Sed & propterea voluit circumcidi, ut oſtenderet auctorem ſe eſſe veteris legis, ſicut & Evangelii: quoniam qui per ſeipſum ait: *Niſi qui rena-*
Joh. III. 5. *tus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto*, &c. ipſe idem per ſervum prius dixerat: *Omnis anima cujus præpu-*
Gen. 17. 14. *tii caro circumciſa non fuerit, peribit de populo ſuo*. Quod ſi ſolum baptiſma ſuſcepiſſet, videri poterat refugiſſe circumciſionem, tamquam nihil ad ſe pertinentem. Si vero circumcideretur, & non baptizaretur, quomodo mihi perſuaderi poſſet baptizari, circumciſione relicta? Nunc itaque poſt circumciſionem baptiſma ſuſcipiens, illud mihi tenendum tradidit, quod ultimo ſuſcepit.

N. 3. Denique communitatis amator & commendator, qui habitare facit unius moris in domo, quomodo communitatem deſereret & alios ſcandalizaret? Sic enim ſcandalizarentur videntes eum non circumcidi, ſicut hodie ſcandalizaretur Eccleſia, ſi infantem videret non baptizari. Nec ſolum communitatis & unitatis bonum commendare, ſed humilitatem voluit exhibere, ut ligaturam vulneratorum ſuſciperet, qui
ſolus erat abſque vulnere. Hinc enim Apoſtolus di- *Galat.* 4. 4.
cit: *Miſit Deus Filium ſuum in mundum, natum ex muliere, factum ſub lege*.

Serm. in Cœna Domini, n. 2. Hujus (baptiſmi) gratiæ ſacramentum prius erat circumciſio, ut originalis rubiginem culpæ, quæ manaverat a parentibus primis, cultellus eraderet.

PETRUS BLES. *Serm.* 7. *in Circumciſ. Domini verſus finem*. Quare cum cultello raditur, vel abſciditur putredo vulneris originalis: cum per aquam baptiſmalem melius & ſuavius poſſit ablui, & gratiæ unctione ſanari?

(D) ISAI. LIII. 5. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras ... 6. ... & poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum.

PHILIP. II. 7. Sed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.

PETR. BLESENS. *Serm.* 7. *in die Circumciſ.* Et ſi lex *Gen.* 17. 14.
Moyſi dicat, *anima cujus præputii caro circumciſa non fuerit, peribit de populo ſuo*: ſententia quæ contra peccatum lata eſt, non facit eum ſibi obnoxium qui immunis eſt a peccato. Quod non contraxit peccatum probat Patris divinitas, atteſtatur matris integritas; quod peccatum non fecerit ipſa ætas, & divina na-
tura confirmat . . . *Domine quid eſt homo quod repu-* *Pſal.* 8. 5.
tas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum, ut pro *Job* 7. 17.
homine iniquo tot & tanta ſuſtineas? .... Circumciditur ergo ut nobis ſit forma humilitatis. Circumciditur etiam, ut qui per triginta annos operatus erat ſalutem in medio terræ, jam ab ipſis cunabulis negotium noſtræ ſalutis incipiat ab uberibus matris ſuæ, deguſtans primitias paſſionis .... Circumciditur ergo caput Eccleſiæ Chriſtus Jeſus, non pro ſe, ſed pro membris.

(E) MATTH. I. 21. Pariet autem Filium: & vocabis nomen ejus Jeſum: ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum a peccatis eorum.

LUC. II. 21. Et poſtquam conſummati ſunt dies octo ut circumcideretur puer: vocatum eſt nomen ejus Jeſus, quod vocatum eſt ab Angelo prius quam in utero conciperetur.

Sanct. BERNARD. *in Epiphan. Domin. ſermon.* 1. *numer.* 4. Ad Joſeph veniens Angelus non ſolum nomen protulit; ſed & cauſam ejus interpretatus
edocuit dicens: *Et vocabis nomen ejus Jeſum: ipſe* *Mat.* 1. 21.
enim ſalvum faciet populum ſuum a peccatis eorum,
ſed & paſtoribus quoque annunciatur *gaudium ma-* *Luc.* II. 10.
gnum: natum illis ſalvatorem Chriſtum Dominum. & II.
Simile aliquid Paulus loquitur: *apparuit beni-* *Tit.* III. 4.
gnitas & humanitas ſalvatoris noſtri Dei. Bene dulce nomen nullus ex ipſis tacuit, quia hoc mihi maxime neceſſarium fuit ... Quæ vero

ma-

F 3. Vacemus ſpirituali Circumciſioni. (F)

I. In quo poſita eſt Circumciſio ſpiritalis?

„ *R.* Ut fugiamus ejus quæ in mundo eſt con-
„ cupiſcentiæ corruptionem: deponamus omne
„ pondus, & circumſtans nos peccatum: abjicia-
„ mus opera tenebrarum & induamur arma lucis;
„ id eſt, ut abnegantes impietatem & ſæcularia de-
„ ſideria, ſobrie & juſte & pie vivamus in hoc
„ ſæculo, expectantes beatam ſpem & adventum
„ gloriæ magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chri-
G „ ſti. (G)

§. 7. *De Epiphania Domini.*

I. Quæ ſolemnitas celebratur octavo idus Janua-
rii?

R. Solemnitas Epiphaniæ Domini noſtri Jeſu
Chriſti. (A) A

I. Quid eſt vox hæc *Epiphania*?

R. Vox græca eſt, quæ *manifeſtationem* ſignifi- B
cat. (B)

I. Cur dicitur feſtum hoc *Epiphania*?

R. Quia celebramus hac die tria miracu-
la quibus gloriam ſuam Chriſtus manifeſtavit
hominibus. 1. Magorum adorationem: 2.
Chriſti Baptiſmum: 3. Primum Chriſti mira-
culum

major conſolatio poterat eſſe, quam in dulci voca-
bulo, in nomine conſolatorio? Jam confidenter acce-
do, jam ſupplico fiducialiter. Quid enim timeam quan-
do Salvator venit in domum meam? Ei ſoli peccavi,
donatum erit quicquid indulſerit ille. Utique enim licet
ei quod vult facere. Deus eſt *qui juſtificat, quis eſt qui*
Rom. 8. 33. 34. *condemnet? aut quis accuſabit adverſus electos Dei?*
PETRUS BLESENS. *in Circumciſ. Serm.* 8. Hoc eſt no-
Iſai. 62. 2. men *quod os Domini nominavit. Non eſt aliud nomen ſub
cælo in quo oporteat nos ſalvari.* Scribat qui voluerit
Act. 4. 12. characteres, nomina barbara, nomina etiam quæ
(ſicut plerique aſſerunt) nominare non licet: nomen
tuum Jeſu, ſemper ſit in corde, & ore meo: in me-
moria, & in lingua:.. loquitur Gabriel ad Mariam:
Et vocabis, inquit, *nomen ejus Jeſum.* Ad Joſeph etiam
Mat. 1. 21. dicit: *Et vocabit nomen ejus Jeſum*: atque ſubjungens
Ibid. cauſam & effectum nominis dicit: *ipſe enim ſalvum fa-
ciet populum ſuum a peccatis eorum.* Paſtoribus etiam lo-
quens: *annuntio vobis gaudium magnum: quia natus eſt
hodie ſalvator qui eſt Chriſtus Dominus.* Magnæ fiduciæ
Luc. 2. 10. & 11. materia eſt nomen Jeſu: nomen tam deſiderabile, tam
amabile, tam dulce, tam ſalubre... Quid jam igitur
timeamus? venit Salvator *quærere & ſalvare quod perie-
Luc. 19. 10. rat.* Venit non ut judicet, ſed ut ſalvet; non ut pe-
rimat, ſed ut redimat: ſicut ſcriptum eſt: *venit Filius
Joh. 3. 17. hominis non ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus
per ipſum.*

(F) S. BERNARD. *in Circumciſione Domini ſerm.* 1.
n. 1. Quem nemo poteſt arguere de peccato, ipſe pec-
cati remedium, & verecundum pariter & auſterum,
ſine ulla neceſſitate ſuſcepit; nec repulit cultum la-
pideum, in quo ſolo vetus illa quæ raderetur rubi-
go non fuit. Nos e contra inverecundi ad obſcenita-
tem culpæ, erubeſcimus agere pœnitentiam, quod ex-
tremæ dementiæ eſt, male proni in vulnera, pejus
in remedia verecundi. Qui peccatum non fecit, non
dedignatus eſt ſe peccatorem reputari... Chriſtus vero
quæ non rapuit patienter exſolvit, qui venerat purga-
tionem facere, non ſuſcipere delictorum.

N. 2. Circumciſio veritatem ſuſceptæ probat huma-
Philip. 2. 9. nitatis; & nomen quod eſt ſuper omne nomen, glo-
riam indicat majeſtatis.

N. 3. Nos circumcidi neceſſe eſt, & ſic nomen ſa-
lutis accipere: circumcidi ſane non littera, ſed ſpiri-
tu & veritate: circumcidi non uno membro, ſed toto
corpore ſimul.

N. 4. Optime circumcidit nos, & ſuperflua reſecat
univerſa, voluntaria hæc paupertas, pœnitentiæ la-
bor, regularis obſervatio diſciplinæ.

Serm. 2. *n.* 3. Merito ſane dum circumciditur puer
qui natus eſt nobis, Salvator vocatur; quod videlicet
ex hoc cœperit operari ſalutem noſtram, immacula-
tum illum pro nobis ſanguinem fundens.

Serm. 3. *n.* 1. In circumciſione Domini, Fratres,
habemus quod amemus & admiremur: habemus etiam
quod imitemur. Patet in ea magnum dignationis be-
neficium, unde gratiam agamus: latet aliquid clau-
ſum, quod in nobis implere debeamus. Venit nam-
que Dominus propter nos non ſolum redimendos ſan-
guinis effuſione; ſed & docendos verbis; & exemplis
nihilominus inſtruendos.

N. 3. Quid eſt enim Circumciſio, niſi ſuperfluitatis
peccati indicium? In te Domine Jeſu quid eſt ſuper-
fluum quod circumcidatur?... Sed quid mirum ſi ca-
put pro membris accepit curationem, quam tamen in
ſeipſo non habuit neceſſariam?

N. 4. Quid mirum, ſi pro nobis dignatus eſt circum-
cidi, pro quibus dignatus eſt mori? Totus ſiquidem mi-
hi datus, & totus in meos uſus expenſus eſt... Sangui-

nem agni foderunt, nos acceſſimus, & bibimus illum.
Accepimus calicem ſalutaris: *& calix noſter inebrians* Pſ. 22. 5.
quam præclarus eſt! Ecce unde gratias agamus. Nam
ante paucos dies celebravimus adventum ejus in carce-
rem hujus mundi, id eſt, diem natalis: hodie vero
celebramus quod catenas & vincula noſtra ſuſcepit.
Hodie enim qui peccatum non fecit, ut reos abſol-
veret, innoxias manus eorum catenis inſeruit: hodie
ſub lege factus eſt, qui legem dedit.

IVO CARNOTENSIS *Serm* 9. *de Circumciſione Domi-
ni.* Dominici natalis hodie diem celebramus octavum,
in quo puer Jeſus a parentibus carnis ſuæ, carnale ſu-
ſcepit circumciſionis ſacramentum. Non enim ſicut ipſe
ait, *legem venerat ſolvere, ſed adimplere.* Legem qui- Mat. 5. 17.
dem adimplevit, quia de fæce carnalium obſervatio-
num ſpiritualem intellectum eliquavit... Inde eſt
quod puer a parentibus octava die circumciſus, qua-
drageſimo die ab iiſdem cum legalibus hoſtiis in tem-
plo eſt præſentatus. Juvenis etiam ad diem dedica-
tionis, & ad ceteros dies feſtos Hieroſolymis, ſicut Luc. 2. 12. & ſeq.
in Evangelio legimus, frequenter occurrit, & in nullo
ſacramenta illa legalia refutavit: Donec in ſancto
die cœnæ immolato veteri paſcha vetus ſacerdotium
in novam commutavit, quando ſeipſum convivam &
convivium exhibuit Diſcipulis... Hæc eſt vera circum-
ciſio, per quam non ſolum carnis petrinis cultris ex-
ſpoliamus, ſed veterem hominem, id eſt veteris ho-
minis ſimilitudinem Chriſto conformati cum ſuis actibus
deponimus.. De qua alibi dicit Apoſtolus, *non enim cir-* Rom. 2. 28.
cumciſio quæ fit in manifeſto; id eſt, *in carne: ſed circum-* & 29.
*ciſio cordis, non littera, ſed ſpiritu circumciſio ve-
ra*... Circumcidamus igitur aures ab illicito au-
ditu, oculos ab illicito viſu, nares ab illicito olfactu,
os ab illicito guſtu, cor ab illicita cogitatione, tam-
quam ab illicita locutione, manus ab illicito tactu,
pedes ab illicito inceſſu.

(G) DEUTERON. X. 16. Circumcidite igitur præ-
putium cordis veſtri, & cervicem veſtram ne induretis
amplius.

XXX. 6. Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum,
& cor ſeminis tui: ut diligas Dominum Deum tuum
in toto corde tuo, & in tota anima tua, ut poſſis vi-
vere.

JEREM. IV. 4. Circumcidimini Domino, & auferte
præputia cordium veſtrorum viri Juda, & habitatores
Jeruſalem: nec forte egrediatur ut ignis indignatio
mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat propter
malitiam cogitationum veſtrarum.

ROM. II. 29. Sed qui in abſcondito, Judæus eſt:
& circumciſio cordis in ſpiritu, non littera: cujus laus
non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.

PHILIP. III. 3. Nos enim ſumus circumciſio, qui
ſpiritu ſervimus Deo, & gloriamur in Chriſto Jeſu,
& non in carne fiduciam habentes.

COLOS. II. 11. In quo & circumciſi eſtis circum-
ciſione non manu facta in expoliatione corporis carnis,
ſed in circumciſione Chriſti

(A) M. DE TILLEMONT *Hiſt. Eccleſ. tom.* 1. *note
9. ſur J. C.* Feſtum luminum aliquando vocatur, ob
baptiſmum, quod illuminatio ſæpe nuncupatur; ve-
rum communior appellatio Epiphania eſt. D. Hiero-
nymus appellationem hanc adeo peculiarem & pro-
priam aſſerit, ut Nativitatis Domini noſtri feſto tri-
bui poſſe neget, ut quidam factitabant. *Totam hanc
animadverſionem videſis apud Auctorem.*

(B) S. AUGUST. *Serm.* 203. *alias de diverſis* 64. *in
Epiphania* 5. *cap.* 1. *n.* 1. Epiphania Græcæ linguæ vo-
cabulo, manifeſtatio dici poteſt. Hodierno igitur die
manifeſtatus Redemptor omnium gentium, fecit ſolemni-

culum quod edidit in Cana Galilææ, ubi vocatus ad nuptias, aquam in vinum tranſmutavit. (C)

I. Magorum nomine quos intelligis?

C *R.* Intelligo Gentiles Philoſofos, qui Chriſtum recens natum adoraturi venerunt Jeruſalem primum deinde Bethlehem. Illi vulgo dicuntur Reges, licet ignoretur quæ fuerit horum conditio. Sed veriſimile eſt eos fuiſſe ſaltem viros magnates & potentes opibus, ut videtur non paucis Evangeliorum expoſitoribuneruditiſſimis. Ideo autem illi Reges dicti ſunt, quia in prophetia Davidis quæ de ipſis videtur maxime intelligenda, hæc habentur, *Reges Tharſis & inſulæ munera offerent. Rege Arabum & Saba dona addacent.* (D) D

Vide ſup. part. I. Sect. 2. c. 2. §. 4.
Pſ. 71. 10.

Quam-

tatem omnibus gentibus. Dominus ergo noſter Jeſus Chriſtus ante dies tredecim natus, a Magis hodie traditur adoratus. Quia factum eſt, Evangelii loquitur *Matth. 2.* veritas; quo die autem factum ſit, ubique clamat tam præclaræ iſtius ſolemnitatis auctoritas...

Cap. 3. n. 3. Ideo fortaſſe poſt natalem Domini duodecim diebus additis, Magi primitiæ gentium ad Chriſtum videndum adorandumque venerunt, & non ſolum accipere propriam, ſed omnium quoque gentium ſalutem ſignificare meruerunt.

(C) S. BERNARD. *Serm. 1. in Epiphan. Dom. n. 5.* Voluit non ſolum ad terras deſcendere, ſed etiam innoteſcere: non ſolum naſci, ſed & agnoſci.

N. 6. Denique propter hanc agnitionem dies iſta celebris habetur, & inſignis dies apparitionis. Hodie enim Magi ab Oriente venerunt, ortum ſolem juſti- *Zach. 6. 12.* tiæ requirentes, eum de quo legitur: *Ecce vir, Oriens nomen illi.* Hodie adoraverunt novum Virginis partum, ſequentes novi ſideris ductum... Nonne timendum erat, Fratres, ne ſcandalizarentur viri iſti, & illuſos ſe crederent, cum tanta indigna viderent? A regia civitate ubi regem quærendum conjectabant, ad Bethlehem villam parvulam diriguntur: ingrediuntur ſtabulum, inveniunt involutum pannis infantulum. Non illis ſordet ſtabulum: non pannis offenduntur: non ſcandalizantur lactentis infantia: procidunt, venerantur ut regem, adorant ut Deum. Sed profecto qui illos adduxit, ipſe & inſtruxit: & qui per ſtellam foris admovit, ipſe in occulto cordis edocuit. Hæc igitur Domini declaratio clarificavit hanc diem: & Magorum devota veneratio devotam fecit & venerabilem.

N. 7. Nec ſola hæc apparitio, ſed altera quædam, ſicut a Patribus noſtris accepimus, hodie celebratur: quæ etſi longo poſt tempore, facta creditur hoc ipſo die. Cum enim jam Chriſtus triginta annorum tempus exegiſſet in carne, qui ſecundum divinitatem *idem ipſe eſt, & anni ejus non deficiunt*: inter populares turbas ad baptiſmum Joannis advenit. Venit tanquam unus e populo, qui ſolus erat ſine peccato. Quis eum tunc crederet Filium Dei; quis putaret Dominum majeſtatis?.. Sed Joannem latere non poteras. Nonne ipſe eſt, qui per maternum uterum te nondum natus agnovit? nonne ipſe eſt qui per utroſque materni uteri parietes te agnovit? Et quia turbis clamare non potuit, ſaltem matrem *Joh. 1. 29.* ſuam motu exultationis edocuit? Nunc autem quid? *Vidit eum Joannes* (ait Evangeliſta) *venientem ad ſe, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Vere agnus, *Ibid.* vere humilis, vere manſuetus. *Ecce*, inquit, *agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi.* En ipſe qui purgationem faciet delictorum, ecce ſentinam noſtram purgaturus advenit: & tamen poſt hoc teſtimonium baptizari vult a Joanne. Tremuit ille. Quid mirum? Quid, inquam, mirum, ſi tremit homo, nec audet attingere ſanctum Dei verticem, caput adorandum Angelis, reverendum poteſtatibus, tremendum principatibus? Baptizari vis Domine Jeſu! Ad quid enim, aut quid tibi opus fuit baptiſmate? numquid ſano opus eſt medicina, ac mundatione mundo? Unde tibi peccatum ut baptiſma ſit neceſſarium? numquid a Patre? At patrem quidem habes, ſed Deum: & æqualis es illi, Deus de Deo, lumen de lumine. Nam in Deum peccatum cadere non poſſe quis neſciat?

N. 8. Ecce teſtimonium majus Joanne; teſtimonium advenientis columbæ... Sed ne fortuito caſu id eveniſſe cauſeris: ecce teſtimonium Dei Patris, Ecce Deus *Pſ. 28. 3.* majeſtatis intonuit; *Dominus ſuper aquas multas*; &, *vox Patris audita eſt: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi* *Mat. 3. 17.* *bene complacui.*

N. 9. Tertia quoque apparitio ejus in Evangelio invenitur: & hæc nihilominus hodie celebratur. Invitatus enim ad nuptias Dominus, vino deficiente compaſſus eorum verecundiæ aquam mutavit in vinum. *Hoc etiam* *Joh. 2. 11.* (ſicut ait Evangeliſta) *ſignorum ejus fuit initium.* Itaque in prima apparitione homo verus innotuit, ubi inter ubera matris infans apparuit. In ſecunda vero, verum eſſe Dei Filium, Patris indicat teſtimonium. In tertia vero, verus eſſe Deus demonſtratur: ad cujus imperium natura mutatur. Tot teſtimoniis hodie confirmatur fides noſtra, tot indiciis roboratur ſpes noſtra, tot incentivis inflammatur charitas noſtra.

Serm. 2. numer. 1. Tres apparitiones Domini legimus, una quidem die, ſed non uno tempore factas. Et quidem mirabilis ſecunda, mirabilis tertia, ſed prima apparitio mirabilius admiranda. Mirabilis aquarum mutatio; mirabilis Joannis & Columbæ pariter & Paternæ vocis atteſtatio; ſed illud mirabile magis quod agnitus eſt a Magis. Nam quod Deum agnoſcant, indicat adoratio, indicat thuris oblatio. Nec ſolum Deum, ſed & Regem agnoſcunt, quod deſignatur in auro. Et in his non latet eos magnum pietatis ſacramentum: unde & myrrha indicat mortuum.

Serm. 3. num. 1. Solemnitas igitur hodiernæ diei ab apparitione nomen accepit. Epiphania quidem apparitio eſt. Hodie ergo apparitio Domini celebratur: non tantum una, ſed trina, ſicut a Patribus noſtris accepimus. Hodie enim parvulus Rex noſter, paucis a nativitate diebus tranſactis, ſtella declarante primitiis gentium apparuit. Hodie quoque, cum jam triginta fere in diſpenſatione carnis egiſſet annos: qui ſecundum divinitatem *idem ipſe eſt, & anni ejus non deficiunt*: in- *Pſ. 101. 22.* ter populares turbas abſconditus ad Jordanem baptizandus advenit: ſed teſtimonio Dei Patris innotuit. Hodie nihilominus cum diſcipulis ſuis vocatus ad nuptias, deficiente vino, ſigno admirabili ſuæ potentiæ aquas in vinum mutavit.

N. 7. Quid in eo quod cum matre parvulus invenitur, niſi verus homo & verus hominis filius declaratur? Jam vero & in ſecunda apparitione vide ſi non manifeſte vocis paternæ teſtimonio Dei Filius approbatur? Cæli namque aperti ſunt ſuper eum, & deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in illum, & vox Patris audita eſt: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*. Satis equidem manifeſtum eſt *Matt. 3. 16.* ex hoc ipſo, ſatis evidens, & indubitabile, quoniam Dei Filium neceſſe eſt Deum eſſe... Qui in prima ap- *Ibid. 17.* paritione verus homo & filius hominis eſt declaratus, & in ſecunda verus nihilominus Dei Filius: in tertia jam verus Deus & auctor naturæ probatur, ad cujus nutum natura mutatur. Nos ergo, dilectiſſimi, Chriſtum Jeſum diligamus ut verum hominem & fratrem noſtrum, honoremus ut Dei Filium, adoremus ut Deum: ſecure credamus in eum, ſecure credamus ei nos ipſos fratres mei, cui nec poteſtas deeſt ſalvandi nos, cum ſit verus Deus & Dei Filius; nec bona voluntas, cum ſit tanquam unus ex nobis verus homo, & hominis filius. Quomodo namque nobis erit inexorabilis, propter quos factus eſt ſimilis nobis paſſibilis?

(D) M. DE TILLEMONT, *Note XII. ſur la Vie de J. C* Tertullianus favere videtur opinioni populi qui eos reges appellat. Verum adeo de more obſcurus eſt, ut ipſe Baronius affirmare non ſit auſus, in ea Tertullianum ſententia fuiſſe: & ratio eſt, quia ad regiam Magorum dignitatem probanda affert tantummodo piam fidelium traditionem, & Theophylactum, qui ad pietatem hanc roborandam minus habet auctoritatis. Mentio fit in Sermone, qui forte S. Cæſarii eſt; verum *Regum* verbum lineis incluſum eſt. Baronius ait, potuiſſe eſſe Reges vel Principes alicujus Civitatis, ſub Romanis vel Parthis. Reliquum eſt, ut Reges revera fuiſſe oſtendatur.

MENOCHIUS *in cap. 2. Matth. verſ. 1...* *Magi* Sapientes apud Perſas Magi dicebantur; quo ſenſu etiam Evangeliſtam hanc vocem uſurpaſſe probabiliſſimum eſt, & quia ab Oriente venerunt, ubi celebre Magorum nomen erat, & quia ſtella ſunt ducti, quaſi homines qui aſtrorum contemplatione delectarentur, in qua omnis tunc Magorum ſapientia verſabatur. Quare Evangeliſta honoris cauſa Magos videtur apellaſſe: alioqui nemo neſcit, Magi nomen incantatoribus etiam, præſtigiatoribus, & maleficis

tri-

Quamquam hac de vocatione quoque gentium in genere intelligi nihil vetat.

I. Quot numero fuere Magi illi?

E *R.* Hos fuiſſe numero tres ſcripſit S. Leo. De hoc tamen nihil certi ſtatui poteſt. (E)

I. Quæ nomina eorum? Pars. II.

R. Quæ de nominibus eorum ſcripſere recentiores quidam valde incertum eſt. Satius eſt noſtram ea de re ignorantiam profiteri. (F) Sect IV. Cap. II. §. 7. F

I. Cur

tribui. Reges fuiſſe, multi & graves Patres tradiderunt, Athanaſius, Nazianzenus, Chryſoſtomus, Theophylactus, Cyprianus, Tertullianus, Hieronymus, Iſidorus & alii, & veteres picturæ adſtipulantur, receptaque paſſim opinio inter Chriſtianos; ut etiam tres fuiſſe.

Jansenius Iprensis *hic*.... Fuit autem ſapientibus Perſis peculiare, ut Magi dicerentur, ſicut apud Græcos dicebantur Philoſophi; apud Indos Bragmanes, aut Gymnoſophiſtæ; apud Babylonios Chaldæi; apud Ægyptios Hierophantæ; apud Gallos Druidæ. Hinc teſte Cicerone l. 1. de divinat. apud Perſas Rex eſſe nemo poterat, niſi qui Magorum diſciplinam, ſcientiamque ante percepiſſet. Quia igitur ſtella duce uſi ſunt, .. & honoris cauſa videntur Magi vocari, hinc verius eſt, non fuiſſe ex infami illo maleficorum genere, ut videntur voluiſſe quidam: ſed ut Hieronym. hic, ſuæ gentis philoſophiæ, maximeque aſtrologiæ dediti.

Jansenius Gandav. *Concord. c. 9. pag. 63. edit. Lugduni fol. ann.* 1582... Autumant alii Sapientes, plerique etiam Reges.

Maldonat. *Comment. in Matt. cap. 2. cum Magos non maleficos ſed ſapientes fuiſſe probaſſet, addit:* Illud minus aſt eertum, an fuerint reges. Ridet Eccleſiam Catholicam hæreticus Interpres, quod reges fuiſſe credat; quaſi

Pſ. 71. 20. locum Pſalmi male de illis interpretetur, *Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent*; & ex Meridie, & Occidente Orientem fecerit. Rideat ergo Tertullianum. Rideat Cyprianum. Rideat Chryſoſtomum. Rideat Hilarium. Rideat Baſilium. Rideat Idacium. Rideat Hieronymum, aut Hieronymo æqualem ætate auctorem. Rideat Auguſtinum, aut vetuſtum certe quisquis eſt auctorem. Rideat Iſidorum, Bedam, & Strabum, aut alios non nominem quos liberiore fortaſſe impudentia ridebit. Hi enim omnes Reges fuiſſe credunt, & illo Pſalmi loco fidem faciunt. Non quod credant reges fuiſſe Tharſis, ſed quod Reges Tharſis pro quibusvis Gentilium regibus, quaſi exempli loco a Davide poſitos putent, ut Tertullianus exemplis etiam Scripturarum docet, eodemque ſenſu Eccleſia in feſto Epiphaniæ illum Pſalmi locum uſurpat. Solet enim ſæpe, quæ de una perſona dicta ſunt, ad aliam propter ſimilitudinem non ignoranter, ſed prudenter accommodare. Nec enim ignorat quod ſcriptum eſt,

Luc. 10. 42. *Maria optimam partem elegit*, non de Maria Chriſti matre, ſed de Maria Lazari ſorore dictum eſſe; tamen ad Chriſti matrem in ejus feſto prudenter accommodat, quia & ipſa Maria eſt, & vere optimam partem elegit. Præterquam quod Eccleſia Magos fuiſſe Reges non certa & Catholica fide, ſed probabili opinione credit. Licuit enim Chriſtiano Poetæ Patrum noſtrorum memoria ſalva religione dicere: Nec Reges, ut opinor, erant. Licuit multis noſtro tempore Catholicis, & eruditis Theologis idem ſcribere, ſuamque opinionem non ut ille riſu, ſed magnis argumentis confirmare; non fuiſſe Evangeliſtam ſilentio nomen Regum, ſi Reges fuiſſent, prætériturum, cum id ad honorem adorandi Chriſti magnopere pertineret; majore apparatu excipiendos ab Herode, Reges a Rege. Iſta nos non ignoramus, & maluimus tamen credere fuiſſe Reges; non illos quidem Perſarum nobiliſſimos, ſed tamen Principes, qui Regum aut Regulorum nomen mererentur, ſicut ille Johannis & ſicut amici Job, qui ad conſolandum eum venerant Reges appellantur, & ut Marcus Herodem magni Herodis filium Regem appellavit, cum non Rex, ſed Tetrarcha eſſet Galilææ.

Certe Poeta Juvencus Primores gentis ſuæ, & Proceres appellat. Conjecturæ ſunt, quod ab Oriente usque veniant, unde privati profecto Philoſophi tam longo ſuſcepto itinere non veniſſent: quod Regem natum adoraturi; quod facere ſoli Principes ſolent: quod theſauros habuerint; quod ab Herode ſimul ut venerunt, comprehenſi non ſint, & in crucem acti, quod ipſe Herodes dicat, ſe quoque adorandi cauſa, cum ubi ſit intellexerit, iturum eſſe. Simulare: quis neget? Tamen veritatem certe ſimulabat, quaſi omnes Reges deberent Magorum exemplo novem Regem adorare. Quod privati homines numquam auſi fuiſſent coram Tyranno profiteri, legitimum Judæorum Regem natum eſſe. At cur Evangeliſta Reges non appellavit? Cur auctor libri Job amicos ejus Reges non appellat: Tobiæ vero libri auctor appellat? Si alius Evangeliſta illam eamdem ſcripſiſſet hiſtoriam, quam Joannes ſcripſit, illum fortaſſe, quem Joannes Regulum vocat alio nomine vocaviſſet. Neque ratio quærenti omnino deerit, cur Matthæus Magos potius, quam Reges, cum utrumque eſſent, appellaverit. Voluit enim tacite rationem reddere, cur ex ſtella Chriſtum natum eſſe cognoviſſent. Hoc enim Magorum, non Regum fuit.

De numero minus conſtat. Hic etiam ridet nos hæreticorum Interpres, quod tres fuiſſe credamus, inde in errorem ducti, quod tria fuerint munera. Quaſi ſinguli ſingula, non cuncti cuncta communiter obtulerint. Ipſe quatuordecim fuiſſe neſcio apud quem auctorem legerit, certe non niſi apud Catholicos legit. Unde potuit facile cognoſcere, nos non certo fuiſſe tres, ſed probabiliter credere. Auctor operis imperfecti ex apocrypha quadam ſcriptura, quam ſuo tempore nomine Seth aſcriptam fuiſſe dicit, duodecim fuiſſe tradit. Strabus plures tantum fuiſſe ex modo loquendi Evangeliſtæ colligit. Communis non ſolum vulgi, ſed veterum etiam auctorum ooinio eſt, fuiſſe tres, Auguſtini, Leonis, Ruperti, eaque multo eſt ceteris probabilior.

Illud enim certum eſt plures fuiſſe, cum Evangeliſta numero ſemper multitudinis Magos appellet; & probabile eſt plures fuiſſe duobus, quia non duali, ut vocant, ſed plurali uſus eſt numero. Fuiſſe autem tres, etſi non certa, tamen probabili conjectura ex donorum numero colligitur. Credibilius enim eſt diverſa, quam eadem omnes munera dediſſe, quod id magis ſit uſitatum, & gratius accipientibus, honorificentius dantibus eſſe ſoleat. Certe hæc opinio aliqua, aliæ nulla ratione probari poſſunt.

Tirinus *comm. in Matth. cap.* 2. Erant autem hi qui ad Chriſtum accurrerunt, tres numero, & quidem, etſi rideat Calvinus, Reges, ut communis habet traditio, id eſt, Reguli, ſeu Principes, phraſi Scripturæ: Quæ tamen maluit *Magos* vocare quam Principes, quia Chriſtum ex ſtella agnoſcere, Sapientum erat, non Principum.

Omnes fere ſacræ Scripturæ Interpretes tam veteres quam recentiores in eadem ſunt ſententia.

(E) S. Leo *Serm 30. in ſolemnit. Epiphan. 1. cap.* 1. Tribus igitur Magis in regione Orientis ſtella novæ claritatis apparuit.

Capit. 2. Sequuntur tres viri superni luminis ductum.

Serm. 32. in Epiph. Dom. 3. cap. 3. Adorent in tribus Magis omnes populi univerſitatis auctorem.

Cap. 5. Tres Magos... ſtella perduxit.

Serm. 33. in Epiph. Dom. 4. c. 2. Tres itaque viri, fulgore inſoliti ſideris divinitus incitati, &c.

Serm. 34. in Epiphan. ſolemn. 5. capit. 1. Ad..... adorandum Dei Filium tres Magos prævia ſtella perduxit.

Cap. 2. Tres Magi coruſcatione Evangelici fulgoris acciti, &c. Et *paulo poſt*: Tres viri univerſarum gentium perſonam gerentes adorant Domino, &c.

Serm. 35. in Epiph. ſolemn. 6. c. 1. Hodie cordibus noſtris concipienda ſunt gaudia, quæ in trium Magorum fuere pectoribus. *Et paulo poſt*: tres..... a remotiſſima Orientis parte venerunt.

Serm. 36. in Epiphan. ſolemn. 7. cap. 2. cum tres Magos ad adorandum Jeſum novi ſideris claritas deduxiſſet.

Serm. 37. in Epiphan. ſolemn. 8. In tribus viris vocatio gentium.

Vide Maldonat. *comment. in Matth. Evang. ſupra hocce §. lit.* (D)

M. de Tillemont, *tom. 1. de l. Hiſt. Eccleſ. note* XII. *ſur J. C.* Veroſimile admodum eſt, tria munera a Magis oblata in cauſa fuiſſe, ut tres Magi fuiſſe perhiberentur; Evangelium ſiquidem quot fuerint non indicat. D. Leo in pluribus de Epiphania ſermonibus de tribus hiſce Magis verba habet. Idem facit Euſebius Emeſenus.

Plures exſcribere ſuperfluum eſſet, quippe omnes fere D. Matth. Interpretes eadem ſentiunt.

(F) M. de Tillemont, *note* XII. *ſur la Vie de* J.C.

Digitized by Google

I. Cur ipſi venerunt ad Chriſtum?

R. Quia Chriſto nato nova ſtella apparuit. Ipſi autem Deo revelante intellexerunt hoc ſignum eſſe Regis Judæorum, Salvatoriſque hominum recens nati.

I. Quonam ſe contulerunt ad adorandum Chriſtum?

R. Bethlehem ubi natus fuerat.

I. Quomodo didicerunt Chriſtum fuiſſe natum apud Bethlehemitas?

R. Contulerunt ſe primum Jeroſolymam, quæ erat urbs regni Judæorum caput, & templi toto orbe celebris ſedes. Ibique didicerunt a Sacerdotibus Meſſiam in Bethlehem eſſe naſciturum ex Prophetarum oraculis.

I. Cur Deus Magos non direxit ſtatim in Bethlehem ubi natus erat Chriſtus?

R. Quia voluit eos Deus doceri viam veritatis, & ad Chriſtum dirigi per miniſterium Eccleſiæ illius temporis. (G) G

In quo non obſcure velut in typo cernere licet, non niſi per Eccleſiam homines doceri viam ſalutis.

I. Sacerdotes profectine ſunt cum Magis in Bethlehem ad videndum & adorandum Chriſtum?

R. Non profecti ſunt: ipſi remanſerunt in Jeruſalem. In quo præfigurata eſt Judæorum reprobatio, & vocatio gentium. Sed & aliud adumbratum eſt, quod eheu nimium uſuvenit! nimirum multos ſalutis viam recte monſtrare, non tenere. (H) Sed ubi id cernitur, H

Mago-

J. C. Alii (Auctores) nomina deinde impoſuere (Magis) alio quidem modo hi, alio vero illi: quod tamen ante duodecimi ſæculi finem fieri minime cœptum. Baronius hac de re in ſuis Annalibus mentionem facere non eſt dignatus, quæque poſteriorum ſæculorum Auctores de Magis ſcripſerunt indigna exiſtimavit quæ referrentur. Itaque poſt diligentiſſimas inquiſitiones, quibus deinde data opera eſt, Bollandus concludit, nihil omnino ſolidi eſſe ac veri, tempuſque ab eo teri, qui inter recentiorum fabulas earum verum veritatem quærit, de quibus apud veteres ſilentium. Fuere etiam qui crederent, iden Magis nomina impoſita, ut ad illicitos uſus adhiberentur; quod ex impiis ſcriptis, quæ etiamnum habentur, patet.

(G) S. HIERONYMUS *in c. 2. Matth.* Vidimus ſtellam ejus in Oriente: ad confuſionem Judæorum; ut nativitatem Chriſti a gentibus diſcerent oritur in Oriente ſtella quam futuram Balaam cujus ſucceſſores erant *Num. 24.* vaticinio noverant. Lege Numerorum librum. Deferuntur autem Magi ſtellæ indicio in Judæam, ut Sacerdotes a Magis interrogati, ubi Chriſtus naſceretur, inexcuſabiles fierent de adventu ejus...

Aliam vero affert rationem S. BERNARD. *ſerm. 3. in Epiph. Dom. numer. 4.* Ergo quærentibus Magis Regem Judæorum, & ſciſcitante a Scribis Herode Dominicæ nativitatis locum, illi juxta Prophetam nomen civitatis edicunt. Cumque receſſiſſent Magi, & *Mat. 11. 9.* reliquiſſent Judæos, *Ecce ſtella quam viderant in Oriente, antecedebat eos.* Hinc manifeſte detur intelligi, quoniam humanum flagirantes conſilium, divinum amiſere ducatum: converſos ad terrenum documentum, ſignum cæleſte deſeroit.

(H) S. JOHANN. CHRYSOST. *in cap. Matth. 2. hom. 7.* Confundantur cum ipſis etiam Judæi cernentes Magos ac Barbaros ipſos prævenire, ne poſt illos quidem venire ſuſtinentes. Etenim quæ tunc facta ſunt, futurorum expreſſe figura ſunt. Ab ipſo ſiquidem principio declaratum eſt, fore ut populum illum gentiles prævenirent. Et quomodo non ab initio, dicens, ſed *Mat. 28. 19.* in fine ipſo, *Euntes docete*, inquit, *omnes gentes*? Quia ſcilicet, ut paulo ante memoravimus, figura erat id quod tunc accidit, & ceu quoddam præſagium. Erat quippe conſequens, priores Judæos accedere. Quoniam vero ſponte peculiare beneficium reſpuerunt, in contrarium verſa res eſt..... Nam neque hic Magi priuſquam Judæi accedere debuerant: neque tam longo intervallo locorum diſtantes prævertere eos qui ipſam accolunt urbem, nec hi qui nihil audierant præcurrere eos qui tot innutriti ſunt vaticiniis. Quia igitur domeſtica illa bona ſua eximie ignorarunt, a Perſide oriundi Hieroſolymæ civibus præripiunt. Quod *Act. 13. 46.* certe dicit & Paulus: *Vobis quidem oportebat primum annuntiari verbum Dei, ſed quoniam vos indignos judicaſtis, ecce convertimur ad gentes.* Et ſi enim antea non credebant, tamen poſtquam idipſum a Magis audierunt, oportebat accelerare. Sed noluerunt, & propterea iſti dormientibus illis præcurrunt.

S. AUG. *Serm. 199. de Epiph. Dom. 1. de temp. 34. num. 1.* Nuper celebravimus diem, quo ex Judæis Dominus natus eſt: hodie celebramus, quo a gentibus *Joh. 14. 22.* adoratus eſt: *Quoniam ſalus ex Judæis*; ſed hæc *ſalus* *Iſai. 49. 6.* *uſque ad fines terræ*. Nam & illo die paſtores adoraverunt, hodie Magi: illis angeli, iſtis autem ſtella nuntiavit: utrique de cælo didicerunt, cum Regem *Luc. 11. 14.* cæli in terra viderunt, ut eſſet *Gloria in excelſis Deo,* *Ephes. 11. 14.* *& in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit utraque unum.* Jam hinc infans natus atque annuntiatus oſtenditur lapis ille angularis, jam in ipſo primordio nativitatis apparuit. Duos ex diverſo parietes in ſe copulare jam cœpit, paſtores a Judæa, Magos ab Oriente perducens: ut duos conderet in ſe in unum novum hominem, faciens pacem, pacem his qui longe, & pacem his qui prope. Ideoque illi ipſo die de proximo accedentes, de longinquo iſti hodie venientes, duos dies celebrandos poſteris ſignaverunt, quam tamen lucem mundi utrique viderunt.

N. 2. De remotis terris (Magos) fides duxit ad Chriſtum. Venerunt enim, & quæſierunt eum, dicentes, *ubi eſt, qui natus eſt rex Judæorum? vidimus* *Mat. 11. 2.* *enim ſtellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum.* Nuntiant & interrogant, credunt & quærunt: tanquam ſignificantes eos qui ambulant per fidem, & deſiderant ſpeciem.... In Oriente Magi vident ſtellam, & in Judæa natum intelligunt Regem. Quis eſt iſte Rex tam parvus, tam magnus; nondum in terris loquens, jam in cælis edicta proponens? Verumtamen propter nos, quibus de Scripturis ſuis ſanctis innoteſcere voluit, ipſos etiam Magos quibus tam clarum ſignum in cælo dederat, & quorum cordibus ſe in Judæa natum eſſe revelaverat, Prophetis tamen ſuis de ſe credere voluit. Quærendo enim civitatem, in qua natus erat, quem videre & adorare cupiebant, neceſſe habuerunt percontari principes Judæorum; ut illi de ſancta Scriptura, quam in ore, non in corde geſtabant, infideles fidelibus de gratia fidei reſponderent, mendaces a ſe, veraces contra ſe. Quantum enim erat, ut illis quærentibus Chriſtum comites fierent, cum ab eis audiſſent, quod viſa ſtella ejus venirent eum adorare cupientes; ipſi eos ad Bethlehem Judæ, quam de libris divinis indicaverant, ducerent, pariter viderent, pariter intelligerent, pariter adorarent? Nunc vero aliis demonſtrato vitæ fonte, ipſi ſunt mortui ſiccitate. Facti ſunt eis tamquam lapides ad milliaria: viatoribus ambulantibus aliquid oſtenderunt, ſed ipſi ſtolidi atque immobiles remanſerunt. Magi quærebant, ut invenirent: Herodes quærebat, ut perderet: Judæi civitatem naſcentis legebant, tempus venientis non intelligebant. Inter Magorum pium amorem, & Herodis crudelem timorem, illi evanuerunt Bethlehem demonſtrantes: Chriſtum autem qui ibi natus eſt, non tunc quæſitum, ſed viſum poſtea negaturi, nec tunc infantem, ſed loquentem poſtea necaturi.

Serm. 200. de Epiph. Dom. 2. alias de temp. 30. cap. 1. n. 2. Timuit enim eum rex Herodes, eiſdem ſibi Magis nuntiantibus, cum adhuc quærerent parvulum, quem cognoverant cælo teſte jam natum. Quid erit tribunal judicantis, quando ſuperbos reges cunæ terrebant infantis? Quanto conſultius nunc reges, non ſicut Herodes, interficere quærunt; ſed ſicut Magi potius, adorare delectantur.

Cap. 2. num. 3. Magorum illuminatio magnum teſtimonium cæcitatis extitit Judæorum. In terra eorum iſti requirebant, quem illi in ſua non agnoſcebant. Apud eos iſti infantem invenerunt, quem illi apud ſe docentem negaverunt...... Jam vero quod eadem ſtella, quæ Magos perduxit ad locum, ubi erat cum matre virgine Deus infans, quæ utique poterat eos & ad ipſam perducere civitatem, ſe tamen ſubtraxit, nec iis prorſus apparuit, donec de civitate, in qua Chriſtus naſceretur, iidem ipſi interrogarentur Judæi, ut ipſi eam ſecundum divinas

Scri-

Digitized by Google

Magorum inſtar ſtandum Doctorum præceptis non moribus, & attendendum his Chriſti verbis: *Super*
Matt. 23. 2. & 3. *cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Quod dixerint vobis, facite; ſecundum vero opera eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt.*

I. Quis Magos duxit in Bethlehem ad Chriſtum?

R. Cum exirent Jeroſolymis, *ſtella quam viderant in oriente antecedebat eos uſque dum veniens ſtaret ſupra ubi erat puer.* PARS II. SECT. IV. CAP. II.

I. Quid egerunt Magi ubi Chriſtum invenerunt? §. 7.

R. *Procidentes adoraverunt eum: & apertis* Matt. 11. 9.
Theſauris ſuis obtulerunt ei munera, Aurum, Thus Id. 11. 11.
& Myr-

Matt. 11. 5. Mich. v. 2. Scripturæ teſtimonium nominaretur, ipſi dicerent, *In Bethlehem Judæ*. Sic enim ſcriptum eſt: *Et tu Bethlehem terra Juda non es minima in principibus Juda: ex te enim exiet dux qui reget populum meum Iſrael*. Quid aliud hic ſignificavit divina providentia, niſi apud Judæos ſolas divinas litteras remanſuras, quibus gentes inſtruerentur, illi excæcarentur; quas portarent non in adjutorium ſalutis ſuæ, ſed ad teſtimonium ſalutis noſtræ?

Serm. 201. *de Epiph. Domini* 3. *alias de temp.* 31. *cap.* 1. *num.* 1. Illa luce inchoata eſt fides gentium, illis tenebris accuſata eſt perfidia Judæorum. Quid erat illa ſtella, quæ nec unquam antea inter ſidera apparuit, nec poſtea demonſtranda permanſit? Quid erat, niſi magnifica lingua cæli, quæ narraret gloriam Dei, quæ inuſitatum Virginis partum, inuſitato fulgore clamaret, cui poſtea non apparenti Evangelium toto orbe ſuccederet?

Cap. 2. *num.* 2. Advertamus itaque magnum hoc & mirabile ſacramentum. Magi ex gentibus erant, ipſe etiam Pilatus ex gentibus: illi ſtellam viderunt in cælo, ille titulum ſcripſit in ligno: utrique tamen non Regem gentium, ſed Judæorum, vel quærebant, vel agnoſcebant. Judæi vero ipſi nec ſtellam ſecuti ſunt, nec titulo conſenſerunt. Jam igitur præſignabatur quod poſtea ipſe Dominus dixit, *Multi ab Oriente*
Matt. 8. 11. 12. *& Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Jacob in regno cælorum: filii autem regni ibunt in tenebras exteriores*. Nam Magi ab Oriente, Pilatus ab Occidente venerat. Unde illi Orienti, hoc eſt naſcenti; ille autem Occidenti, hoc eſt morienti, atteſtabantur Regi Judæorum: ut cum Abraham & Iſaac & Jacob, ex quibus Judæi ducebant originem, recumberent in regno cælorum, non ex eis propagati per carnem, ſed eis inſerti per fidem: ut ille de quo Apoſtolus loquitur, olivæ inſerendus jam præmonſtra-
Rom. 11. 17. retur oleaſter. Propterea quippe non Rex gentium, ſed Judæorum ab eiſdem gentibus, vel quærebatur, vel agnoſcebatur; quia oleaſter ad olivam, non ad oleaſtrum oliva veniebat.

Cap. 3. *num.* 3. Magis quærentibus ubi Chriſtus na-
Matt. 11. 5. ſceretur, Judæi reſponderunt, *in Bethlehem Judæ*: nec tamen ad eum venerunt ipſi, ſed eis abſcedentibus, Magos ad eum locum in quo infans erat, eadem ſtella perduxit: ut oſtenderetur quod & civitatem poterat demonſtrare, ſed & hoc ſe aliquantulum ſubtraxerat, ut Judæi poſſent interrogari. Ad hoc ſunt autem interrogati Judæi ut demonſtraretur eos non ad ſuam, ſed ad gentium ſalutem & agnitionem teſtimonia divina portare.

Serm. 202. *de Epiph. Domini* 4. *alias de tempore* 32. *cap.* 2. *num.* 2. Nos autem manifeſtationem Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti qua primitias gentium delibavit, in unitate gentium celebremus. Tunc enim
Iſai. 8. 4. *puer prius quam ſciret vocare patrem aut matrem*, ſicut de illo fuerat prophetatum, *accepit virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ*: ... Samaria namque pro idololatria poſita eſt. Illic enim populus Iſrael averſus a Domino, ad idola colenda converſus eſt. Debellaturus ſcilicet Chriſtus gladio ſpiritali per univerſum orbem regnum diaboli, hæc prima puer ſpolia idololatriæ dominationi detraxit, ut ad ſe adorandum Magos converſos a peſte illius ſuperſtitionis averteret, & in hac terra nondum loquens per linguam, loqueretur de cælo per ſtellam, ut & quis eſſet, & quo, & propter quos veniſſet, non voce carnis, ſed virtute Verbi, quod caro factum eſt demonſtraret.

Cap. 3. *n.* 3. Jam vero quem non facit attentum, quid ſibi velit quod Magorum inquiſitioni, ubi Chriſtus naſceretur, Judæi de Scriptura reſponderunt, & ipſi cum eis non adoraverunt? Nonne, hoc videmus etiam nunc, quando eis ipſis ſacramentis, quibus eorum duritia ſubditur, nihil aliud quam Chriſtus, in quem nolunt credere, oſtenditur? Nonne & quando occidunt ovem, & Paſcha manducant, gentibus Chriſtum demonſtrant, quem cum eis ipſi non adorent? Nam illud quale eſt, quod ſæpe de teſtimoniis propheticis, quibus Chriſtus prænuntiatus eſt, quibuſdam hominibus dubitantibus, ne forte a Chriſtianis illa conſcripta ſint, non adhuc futura, ſed facta, ad Judæorum codices provocamus, ut animos dubitantium confirmemus? Nonne etiam tunc Judæi Chriſtum oſtendunt gentibus, quem nolunt adorare cum gentibus?

Serm. 203. *in Epiph. Dom.* 5. *alias de diverſ.* 64. *c.* 1. *n.* 1. Magi primi ex gentibus Chriſtum Dominum cognoverunt, & nondum ejus ſermone commoti ſtellam ſibi apparentem; & pro infante Verbo viſibiliter loquentem, velut linguam cæli, ſecuti ſunt, ut diem ſalutis primitiarum ſuarum gentes gratanter agnoſcerent, & eum Domino Chriſto cum gratiarum actione ſolemni obſequio dedicarent. Primitiæ quippe Judæorum ad fidem revelationemque Chriſti in illis paſtoribus extiterunt, qui ipſo die quo natus eſt, eum de proximo veniendo viderunt. Illis Angeli, iſtis ſtella nuntiavit.
Illis dictum eſt, *Gloria in excelſis Deo*: in iſtis impletum Luc. 2. 14.
eſt, *Cæli enarrant gloriam Dei*. Utrique ſane tanquam Pſal. 18. 2.
initia duorum parietum de diverſo venientium, circumciſionis & præputii, ad angularem lapidem cucurrerunt: ut eſſet pax eorum, faciens utraque unum.

Cap. 3. *n.* 3. Veniunt ergo paſtores de proximo videre, & Magi de longinquo veniunt adorare. Hæc eſt humilitas quæ inſeri meruit oleaſter in olivam, & olivam dare contra naturam; quia naturam meruit mutare per gratiam. Nam cum hoc oleaſtro totus ſilveſceret & amareſceret mundus, per inſertionis gratiam pinguefactus enituit. Veniunt enim ab extremo
terræ, ſecundum Jeremiam, dicentes, *vere mendacia* Jer. 16. 19.
coluerunt patres noſtri, & veniunt, non ab una orbis
parte, ſed ſicut Evangelium ſecundum Lucam loqui- Luc. 13. 29.
tur, *ab Oriente, & Occidente, ab Aquilone & Meridie*, qui recumbant cum Abraham & Iſaac & Jacob in regno cælorum ... Celebremus ergo devotiſſime etiam iſtum diem; & Dominum Jeſum, quem primitiæ illæ noſtræ adoraverunt jacentem in diverſorio, nos habitantem adoremus in cælo. Hoc quippe in eo illi venerati ſunt futurum, quod nos veneramur impletum. Adoraverunt primitiæ gentium inhiantem uberibus matris: adorant gentes ſedentem ad dexteram Dei Patris.

S. LEO *Serm.* 32. *in Epiph. Dom.* 3. *c.* 3. (*Magi*) in urbe regia oſtendi ſibi poſtulant, quem ad regnandum didicerant procreatum. Conturbatur Herodes, timet ſaluti ſuæ, metuit poteſtati, requirit a Sacerdotibus & Doctoribus legum, quid de ortu Chriſti Scriptura prædixerit, in notitiam venit quod fuerat prophetatum; veritas illuminat Magos, infidelitas obcæcat magiſtros: carnalis Iſrael non intelligit quod legit, non videt quod oſtendit, utitur paginis, quarum non
credit eloquiis. *Ubi eſt*, Judæe, *gloriatio tua*? Ubi de Rom. 3. 27.
Abraham patre ducta nobilitas? Nonne *circumciſio tua*
præputium facta eſt? Ecce major ſervit minori, & alie- Id. 13. 25.
nigenis in ſortem hæreditatis tuæ intrantibus ejus teſtamenti, quod in ſola littera tenes, recitatione famularis. Intret, intret in Patriarcharum familiam gentium plenitudo, & benedictionem in ſemine Abrahæ, qua ſe filii carnis abdicant, filii promiſſionis accipiant. Adorent in tribus Magis omnes populi univerſitatis auctorem: & non in Judæa tantum Deus, ſed in toto orbe ſit notus, ut ubique *in Iſrael ſit ma-* Pſ. 75. 2.
gnum nomen ejus. Quoniam hanc electi generis dignitatem ſicut infidelitas in ſuis poſteris convincit eſſe degenerem, ita fides omnibus facit eſſe communem.

Idem docet in aliis Serm. quos infra vide hocce §. litera (M)

S. BERN. *ſerm.* 3. *in Epiph. Dom. n.* 3. Infelix Judæa, quæ lucem oderat, ad fulgorem novæ claritatis obtenebratur: & caligantes oculi ejus coruſcante radio Solis æterni multo magis excæcantur. Venientes ergo ab Orien-
te Magi, quid dixerint audiamus: *Ubi eſt qui natus eſt* Matt. 2. 2.
Rex Judæorum? Quam certa fides, & nihil penitus hæſitans. Non quærunt utrum natus ſit, ſed fiducialiter loquuntur: & interrogant ſine dubitatione, ubi ſit qui natus eſt Rex Judæorum. Porro audito (nec mirum) nomine Regis, rex Herodes ſucceſſorem ſuſpicatus expavit. Nec mirum ſi turbatur Herodes: ſed quod Hieruſalem

qui

& Myrrham. Aurum Regi, Thus Deo, Myrrham bomini mortali. (I)

I *Aurum, Myrrbam, Thus, Regique, bominique, Deoque*

Prudent. *Dona ferunt.*

I. Quomodo ſolemnitatem hanc agere debemus ex mente Eccleſiæ?

R. 1. Agere debemus gratias Deo, qui non ſecundum opera quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam magnam, nos gentes olim, vocavit ad Chriſtum: cum Judæi gentesque aliæ tam multæ etiamnum in ſuis tenebris permaneant. (K) K

2. Chriſtum oportet adorare Magorum inſtar aurum, thus, & myrrham offerendo. Aurum, divitias in membrorum Chriſti ſuſtentationem, & templorum decus & ornamentum. Thus, orationem, quæ dirigatur ſicut incenſum in conſpectu illius. Myrrham, cujus acerbitas deſignat maxime carnis mortificationem. (L) L

Abſti-

civitas Dei (quæ viſio pacis eſt) cum Herode turbatur, quis non miretur? Videte, fratres, quantum noceat iniqua poteſtas: quomodo capus impium ſubjectos quoque ſuæ conformat impietati! Miſera plane civitas, in qua regnat Herodes, quoniam Herodianæ ſine dubio particeps eris malitiæ, & ad novæ ſalutis ortum Herodiana movebitus turbatione. Confido ego in Domino, quoniam inter nos minime regnabit: etiam ſi adeſſe contingat, quod & ipſum Deus avertat. Nam Herodiana malitia, & Babylonica crudelitas eſt naſcentem velle extinguere religionem, & allidere parvulos Iſraelis. Si quid enim ad ſalutem pertinens, ſi quid religionis oritus: quicumque reſiſtit, quicumque repugnat, plane cum Ægyptiis parvulos Iſraelitici germinis necare conatur: imo cum Herode naſcentem perſequitur Salvatorem.

(I) S. HILARIUS *in Matth. cap.* 1. *num.* 5. Oblatio munerum, intelligentiam in eo (*Chriſto*) totius qualitatis expreſſit: in auro Regem, in thure Deum, in myrrha hominem confitendo. Atque ita per venerationem eorum, ſacramenti omnis eſt conſummata cognitio: in homine mortis, in Deo reſurrectionis, in Rege judicii.

S. HIER. *in c.* 2. *Matth.* Pulcherrime munerum ſacramenta Juvencus Presbyter uno verſiculo comprehendit.

Thus, aurum, & myrrham, Regique, hominique, Deoque

Dona ferunt.

S. AUGUST. *Serm.* 202. *alias de temp.* 32. *in Epiphan. Domini* 4. A Magis illis non ſolum aurum honorandus, & thus adorandus, verum etiam myrrham ſepeliendus acceperat ...

S. LEO MAGN. *Serm.* 30. *in Epiph. ſolemnit.* 1. *cap.* 2. Conſummant ergo Magi deſiderium ſuum, & ad puerum Dominum Jeſum Chriſtum eadem ſtella præeunte perveniunt. Adorant in carne Verbum; in infantia ſapientiam, in infirmitate virtutem, & in hominis veritate Dominum majeſtatis: utque ſacramentum fidei ſuæ intelligentiæque manifeſtent, quod cordibus credunt, muneribus proteſtantur. Thus Deo, myrrham homini, aurum offerunt Regi: ſcienter divinam humanamque naturam in unitate venerantes: quia quod erat in ſubſtantiis proprium, non erat in perſona diverſum.

(K) ROM. IX. 22. Quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia, vaſa iræ, apta in interitum. 23. Ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ quæ præparavit in gloriam. 24. Quos & vocavit nos non ſo-

Oſee 11.24. lum ex Judæis, ſed etiam ex gentibus. 25. Sicut in Oſee dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non miſericordiam conſe-

Oſee 1.10. cutam, miſericordiam conſecutam. 26. Et erit: In loco, ubi dictum eſt eis: Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filii Dei vivi... 30. Quid ergo dicimus: Quod gentes, quæ non ſectabantur juſtitiam, apprehenderunt juſtitiam: juſtitiam autem, quæ ex fide eſt.

X. 9. Quia ſi confitearis in ore tuo Dominum Jeſum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum ſuſcitavit a mortuis, ſalvus eris. 10. Corde enim creditur

Iſai. 28. 16. ad juſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem. 11. Dicit enim ſcriptura: Omnis qui credit in illum non confundetur. 12. Non enim eſt diſtinctio Judæi, & Græci: nam idem Dominus omnium dives in omnes qui invocant illum... 19. Sed dico, Numquid Iſrael

Deut. 32. 21. non cognovit? Primus Moyſes dicit: Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem: in gentem inſipientem, in iram vos mittam. 20. Iſaias autem audet, & dicit: Inventus ſum a non quærentibus me:

Iſai. 65. 1. palam apparui iis, qui me non interrogabant. 21. Ad Iſrael autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.

XI. 11. Dico ergo: Nunquid ſic offenderunt ut caderent? Abſit. Sed illorum delicto, ſalus eſt Gentibus ut illos æmulentur. 12. Quod ſi delictum illorum divitiæ ſunt mundi, & diminutio eorum divitiæ Gentium: quanto magis plenitudo eorum. 13. Vobis enim dico Gentibus. Quamdiu quidem ego ſum Gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo. 14. Si quomodo ad æmulandum provocem carnem meam, & ſalvos faciam aliquos ex illis. 15. Si enim amiſſio eorum, reconciliatio eſt mundi: quæ aſſumptio, niſi vita ex mortuis? 16. Quod ſi delibatio ſancta eſt, & maſſa: & ſi radix ſancta & rami. 17. Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autem cum oleaſter eſſes inſertus es in illis, & ſocius radicis & pinguedinis olivæ factus es. 18. Noli gloriari adverſus ramos. Quod ſi gloriaris, non tu radicem portas, ſed radix te. 19. Dices ergo: Fracti ſunt rami ut ego inſerar. 20. Bene: propter incredulitatem fracti ſunt. Tu autem fide ſtas: noli altum ſapere, ſed time. 21. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. 22. Vide ergo bonitatem, & ſeveritatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, ſeveritatem: in te autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excideris. 23. Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur: potens eſt enim Deus iterum inſerere illos. 24. Nam ſi tu es naturali exciſus ex oleaſtro, & contra naturam inſertus es in bonam olivam: quanto magis ii, qui ſecundum naturam inſerentur ſuæ olivæ. 25. Nolo enim vos ignorare, fratres, myſterium hoc, (ut non ſitis vobis ipſis ſapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo Gentium intraret ... 28. Secundum Evangelium quidem, inimici propter vos: ſecundum electionem autem, cariſſimi propter patres. 29. Sine pœnitentia enim ſunt dona, & vocatio Dei. 30. Sicut enim aliquando & vos non credidiſtis Deo, nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis propter incredulitatem illorum. 31. Ita & iſti nunc non crediderunt in veſtram miſericordiam, ut & ipſi miſericordiam conſequantur. 32. Concluſit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium miſereatur.

Vide S. AUG. *ſerm. in Epiph. ſupra hocce §. lit.* (H) *& alios Patres ibidem laudatos.*

S. HILAR. *comm. in Matth. c.* 1. *n.* 5. Stellæ autem ortus primum a Magis intellectus, indicat mox gentes in Chriſtum credituras, & homines profeſſionis longe a ſcientia divinæ cognitionis averſæ, lumen quod ſtatim in ortu ejus extitit cognituros.

Vide S. LEONIS *ſerm. in Epiph. infra hocce §. lit.* (M)

(L) S. BERNARD. *Serm.* 3. *in Epiph. Dom. num.* 5. *Apertis theſauris ſuis*, ait Evangeliſta, *obtulerunt ei munera aurum, thus, & myrrham*. Si ſolum obtuliſſent Matt. 2. 11. aurum, videri fortaſſe poterant paupertati Matris voluiſſe conſulere, ut haberet nimirum, unde parvulum poſſet filium educare. Nunc autem offerentes pariter aurum, thus, & myrrham, ſine dubio ſpiritualis oblationis genus inſinuant. Aurum enim inter divitias ſæculi videtur excellere, quod per ejus gratiam omnes nos devote obtulimus Salvatori, cum pro ejus nomine ex integro dereliquimus ſubſtantiam hujus mundi. Jam vero neceſſe eſt, ut qui perfecte terrena contempſimus, flagranti deſiderio cæleſtia ſequiramus. Sic enim offerimus & thuris adoramentum: quo nimirum, ut in Apocalypſi beati Joannis legis, ſignificantur *orationes ſanctorum*. Unde & Propheta in Pſalmo; Apoc. v. 8. *Dirigatur*, inquit, *oratio mea; ſicut incenſum in conſpectu tuo*. Pſal. 140. 2. Sic & in alio loco legis, *Quia oratio juſti cælos penetrat*: oratio, inquam, non cujuslibet, ſed juſti. Eccli. 35. 21. Nam qui avertit aurem ſuam ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis.

N. 6. Porro ſi juſtus eſſe volueris, & non avertere aurem tuam a mandatis Domini, ne avertat & ipſe

ſuam

Digitized by Google

Abſtinendum hac die ab omni profana oblectatione: & Magorum exemplo quod vel Deo inſpirante, vel fide illuminante faciendum eſſe novimus,
M id ſequendum prorſus ex certo animi propoſito. (M)

(De Chriſti Baptiſmo, itemque de primo Chriſti miraculo quod in Cana Galilææ Chriſtus edidit legantur & Evangeliſtæ & ea quæ de his ſupra diximus prima parte operis, Sect. 2. cap. 1. §. 5. & 6.

§. 8.

ſuam a precibus tuis: neceſſe eſt ut non ſolum præſens ſæculum contemnas, ſed & ipſam carnem caſtiges, &
Luc. 16. 33. ſubjicias ſervituti. Nam qui dixit, *niſi quis abrenuntiaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*,
Mat. 19. 21. & alibi: *Si vis eſſe perfectus, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me*: idem
Luc. 9. 23. ipſe in alio loco ait: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*. Quod
Gal. 5. 24. exponens Apoſtolus, *Quicumque*, inquit, *ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis*. Duas igitur alas habeat oratio noſtra, contemptum mundi, & afflictionem carnis: nec dubium quin cælos
Pſ. 115. 2. penetret, *& dirigatur ſicut incenſum in conſpectu Dei*. Erit enim gratum ſacrificium, & acceptabilis oblatio noſtra, in qua cum auro & thure fuerit etiam & myrrha, quæ licet amara ſit, tamen perutilis eſt, & conſervat corpus, quod mortuum eſt propter peccatum, ne diffluens in vitium putreſcat.

(M) S. GREGOR. NAZIANZ. *Orat. 39. in ſancta lumina, pag. 633. tom. 1. edit. Pariſ. in fol. ann. 1609. n.* 27. Baptizat Joannes: Jeſus accedit, fortaſſe ut ipſum quoque, a quo baptizatur, ſanctitate afficiat; procul dubio autem, ut totum veterem Adam in aquis ſepeliat... Nos autem hodie Chriſti baptiſmum honore complectamur, ac feſtum honeſte celebremus, non ventris deliciis operam dantes, ſed ſpiritualiter noſmetipſos oblectantes.

S. AUG. *Serm. 202. alias de temp. 32. in Epiphan. Dom. 4. c. 3.* Nos ergo, cariſſimi, quorum erant illi Magi primitiæ, nos hæreditas Chriſti uſque ad terminos terræ, propter quos *cæcitas ex parte in Iſrael facta eſt, ut*
Rom. 11. 25. *plenitudo gentium intraret*, cognito Domino & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, qui propter nos conſolandos tunc jacuit in anguſto diverſorio; nunc propter ſublimandos ſedet in cælo: ſic eum annuntiemus in hac terra, in hac regione carnis noſtræ, ut non qua venimus redeamus, nec priora noſtræ converſationis veſtigia repetamus. Hoc eſt enim quod & illi Magi non qua venerant redierunt. Via mutata, vita mutata eſt.

Alios S. Auguſt. Serm. revolve, hos habes ſupra hocce §. litt. (H)

S. LEO MAGN. *Serm. 30. in Epiph. Dom. 1. c. 1.* Ab omnibus voluit agnoſci, qui dignatus eſt omnibus naſci. Tribus igitur Magis in regione Orientis ſtella novæ claritatis apparuit, quæ illuſtrior ceteris pulchriorque ſideribus, facile in ſe intuentium oculos animoſque converteret: ut confeſtim adverteretur non eſſe vitioſum, quod tam inſolitum videbatur. Dedit ergo aſpicientibus intellectum, qui præſtitit ſignum: & quod fecit intelligi, fecit inquiri, & ſe inveniendum obtulit requiſitus.

Cap. 2. Sequuntur tres viri superni luminis ductum, & prævii fulgoris indicium intenta contemplatione comitantes, ad agnitionem veritatis, gratiæ ſplendore ducuntur.

Serm. 31. in Epiph. Dom. 2. cap. 4. Agnoſcamus ergo, Dilectiſſimi, in Magis adoratoribus Chriſti, vocationis noſtræ fideique primitias, & exultantibus animis beatæ ſpei initia celebremus. Exinde enim in æternam hæreditatem cœpimus introire. Exinde nobis Chriſtum loquentia Scripturarum arcana patuerunt; & veritas, quam Judæorum obcæcatio non recepit, omnibus nationibus lumen ſuum invexit. Honoretur itaque a nobis ſacratiſſimus dies, in quo ſalutis noſtræ auctor apparuit: & quem Magi infantem venerati ſunt in cunabulis, nos omnipotentem adoremus in cælis. Ac ſicut illi de theſauris ſuis myſticas Domino munerum ſpecies obtulerunt: ita & nos de cordibus noſtris, quæ Deo ſunt digna promamus. Quamvis enim omnium bonorum ſit ipſe largitor, etiam noſtræ tamen fructum quærit induſtriæ: non enim dormientibus provenit regnum cælorum, ſed in mandatis Dei laborantibus atque vigilantibus; ut ſi dona illius irrita non fecerimus, per ea, quæ dedit, mereamur accipere quod promiſit.

Cap. 4. Adorato autem Domino Magi, & omni devotione completa, ſecundum admonitionem ſomnii non eodem quo venerunt itinere revertuntur. Oportebat enim ut jam Chriſtum credentes non per antiquæ converſationis ſemitas ambularent; ſed novam ingreſſi viam a relictis erroribus abſtinerent.

Cap. 5. His igitur, Dilectiſſimi, divinæ gratiæ myſteriis eruditi, diem primitiarum noſtrarum, & inchoationem vocationis gentium, rationabili gaudio celebremus: gratias agentes miſericordi Deo, *qui dignos* Coloſſ. 1. 12
nos fecit, ſicut ait Apoſtolus, *in partem ſortis ſanctorum* & 13.
in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ: quoniam, ſicut prophetavit Iſaias, *Gentium populus, qui ſedebat in te-* Iſai. 9. 2.
nebris, vidit lucem magnam: & qui habitabant in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis. De quibus idem dicit ad Dominum: *Gentes quæ te non noverunt, invoca-* Iſai. 55. 5.
bunt te: & populi qui te neſciebant, ad te confugient. Hunc diem Abraham vidit, & gaviſus eſt, cum benedicendos fidei ſuæ filios in ſemine ſuo, quod eſt Chriſtus, agnovit, & omnium ſe futurum gentium patrem credendo proſpexit, *dans gloriam Deo, & ple-* Rom. 4. 18.
niſſime ſciens, quoniam quod promiſit, potens eſt & facere. 21.
Hunc diem David in Pſalmis canebat, dicens: *Omnes* Pſ. 85. 9.
gentes quaſcumque feciſti, venient & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum. Et illud, *notum* Pſ. 97. 2.
fecit Dominus ſalutare ſuum, ante conſpectum gentium revelavit juſtitiam ſuam. Quod utique exinde fieri novimus, ex quo tres Magos, de longinquitate ſuæ regionis excitatos, ad cognoſcendum & adorandum Regem cæli & terræ ſtella perduxit. Cujus utique famulatus ad formam nos ſui hortatur obſequii: ut huic gratiæ, quæ omnes invitat ad Chriſtum, quantum poſſumus, ſerviamus. Quicumque enim in Eccleſia pie vivit & caſte, quia ea *quæ ſurſum ſunt ſapit,* Col. 3. 2.
non quæ ſuper terram, cæleſtis quodammodo inſtar eſt luminis: & dum ipſe ſanctæ vitæ nitorem ſervat, multis viam ad Dominum quaſi ſtella demonſtrat.

Serm. 33. in Epiphan. Dom. 4. cap. 1. Nova etenim claritas apud Magos ſtellæ illuſtrioris apparuit, & intuentium animos ita admiratione ſui ſplendoris implevit, ut nequaquam ſibi crederent negligendum, quod tanto nuntiabatur indicio. Præerat autem, ſicut res docuit, huic miraculo gratia Dei; & cum Chriſti nativitatem nec ipſa adhuc Bethlehem tota didiciſſet, jam illam credituris gentibus inferebat: & quod nondum poterat humano eloquio diſſeri, cælo faciebat evangelizante cognoſci.

Cap. 2. Quamvis autem divinæ dignationis eſſet hoc munus, ut agnoſcibilis gentibus fieret nativitas Salvatoris, ad intelligendum tamen miraculum ſigni potuerunt Magi etiam de antiquis Balaam prænuntiationibus commoveri, ſcientes olim eſſe prædictum, & celebri memoria diffamatum: *orietur ſtella ex Jacob, &* Num. 24.
exurget homo ex Iſrael, & dominabitur gentium. Tres 17.
itaque viri, fulgore inſoliti ſideris divinitus incitati, prævium micantis luminis curſum ſequuntur, exiſtimantes ſe ſignificatum puerum Jeroſolymis in civitate regia reperturos. Sed cum eos hæc opinio feſelliſſet, per Judæorum Scribas atque Doctores, quod ſacra de ortu Chriſti prænuntiaverat Scriptura, didicerunt: ut gemino teſtimonio confirmati, ardentiori fide expeterent, quem & ſtellæ claritas, & prophetiæ manifeſtabat auctoritas.

Cap. 3. Et procidentes adoraverunt eum; & apertis the- Mat. 2. 11.
ſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham. O perfectæ ſcientiæ mirabilem fidem, quam non terrena ſapientia erudivit, ſed Spiritus ſanctus inſtituit! Unde enim hi viri, cum proficiſcerentur de patria, qui nondum viderant Jeſum, nec aliquid contuitu ejus, quo eum tam ordinate venerarentur, adverterant, hanc deferendorum munerum ſervavere rationem? Niſi quia præter illam ſtellæ ſpeciem, quæ corporeum incitavit obtutum, fulgentior veritatis radius eorum corda perdocuit: ut priuſquam labores itineris inchoarent, eum ſibi ſignificari intelligerent, cui in auro regius honor, in thure divina veneratio, in myrrha mortalitatis confeſſio deberetur. Et hæc quidem, quantum ad illuminationem fidei pertinebat, potuerunt illis credita & intellecta ſufficere, ut corporali intuitu non inquirerent, quod pleniſſimo viſu mentis inſpexerant. Sed diligentia ſagacis officii uſque ad videndum puerum perſeverans, futuri temporis populis & noſtri ſæculi hominibus ſerviebat,

§. 8. *De Præſentatione Domini in Templo, & de Purificatione B. Mariæ Virginis.*

I. Quæ ſolemnitas agitur poſtridie Kalendas Februarii?

R. Solemnitas duplex. 1. *Ypapantes* id eſt, præſentationis Domini in Templo. 2. Purificationis
A B. Mariæ Virginis Deiparæ. (A)

I. A quibus, & cur, & quando Chriſtus in Templo præſentatus eſt?

R. Chriſtus a Virgine matre oblatus eſt Deo in Templo quadrageſima poſt nativitatem die, juxta legem Moyſi, qua præceptum erat ut ſinguli primogeniti ſiſterentur Domino a parentibus & ſtatim
pretio redimerentur. (B) B

I. Cur Deus hanc legem ſanxit?

R. Ut meminiſſent Hebræi magni illius miraculi quod factum eſt cum eduxit Deus patres eorum ex Ægypto, Occidit enim Angelus

---

viebat: ut ſicut omnibus nobis profuit, quod poſt reſurrectionem Domini veſtigia vulnerum in carne ejus Thomæ Apoſtoli exploravit manus, ita ad noſtram utilitatem proficeret, quod in infantia ipſius Magorum probavit aſpectus. Viderunt itaque Magi, & adora-
Rom. I. 3. verunt puerum de tribu Juda, *De ſemine David ſecun-*
Gal. IV. 4. *dum carnem, factum ex muliere, factum ſub lege quam*
Mat. V. 17. *non ſolvere venerat, ſed adimplere.* Viderunt & adoraverunt puerum, quantitate parvulum, alienæ opis indigum, fandi impotem, & in nullo ab humanæ infantiæ generalitate diſſimilem. Quia ſicut fidelia erant teſtimonia, quæ in eo majeſtatem inviſibilis Deitatis aſſererent, ita probatiſſimum eſſe decebat Verbum carnem factum, & ſempiternam illam eſſentiam Filii Dei, hominis veram ſuſcepiſſe naturam: ne vel ineffabilium operum ſecutura miracula, vel excipiendarum ſupplicia paſſionum, ſacramentum fidei ex rerum diverſitate turbarent: cum juſtificari omnino non poſſent, niſi qui Dominum Jeſum & verum Deum, & verum hominem crediſſent.

Serm. 34. in Epiphan. ſolem. 5. cap. 1. Hic ille eſt dies, quo ad cognoſcendum adorandumque Dei Filium tres Magos prævia ſtella perduxit.... Hoc autem ſignum, quod Magos in longinquo poſitos & efficaciter movit, & ad Dominum Jeſum perſeveranter attraxit, illius ſine dubio gratiæ ſacramentum, & illius fuit vocationis exordium, qua nimirum non in Judæa tantum, ſed etiam in toto mundo Chriſti erat Evangelium prædicandum, ut per illam ſtellam, quæ Magorum viſui ſplenduit, Iſraelitarum vero oculis non refulſit, & illuminatio ſignificata ſit gentium, & cæcitas Judæorum.

Cap. 2. Permanet igitur, Dilectiſſimi, ſicut evidenter apparet, myſticorum forma geſtorum: & quod imagine inchoabatur, veritate completur. Radiat namque e cælo ſtella per gratiam, & tres Magi coruſcatione Evangelici fulgoris acciti, in omnibus quotidie nationibus ad adorandam potentiam ſummi Regis accurrunt. Herodes quoque in diabolo fremit, & auferri ſibi iniquitatis ſuæ regnum in iis, qui ad Chriſtum tranſeunt, ingemiſcit. Unde ſi parvulos interficiat, Jeſum ſibi videtur occidere. Quod utique facere ſine ceſſatione molitur, dum primordiis renatorum Spiritum ſanctum eripere, & quandam teneræ fidei velut infantiam tentat extinguere. Judæi vero, qui extra regnum Chriſti eſſe voluerunt, adhuc quodammodo ſub Herodis ſunt principatu, & dominante ſibi Salvatoris inimico, alienigenæ ſerviunt poteſtati, quaſi neſciant prophetatum, di-
Gen. XLIX. 10. cente Jacob: *Non deficiet princeps ex Juda, & dux de femoribus ejus, donec veniat cui repoſita ſunt: & ipſe eſt expectatio gentium.* Si nondum intelligunt quod negare non poſſunt, & mente non capiunt quod Scripturarum narratione noverunt: quoniam inſanis magiſtris veritas ſcandalum eſt, & cæcis doctoribus fit caligo, quod lumen eſt. Reſpondent itaque interrogati, quod in Bethlehem naſcitur Chriſtus; & ſcientiam ſuam, qua alios inſtruunt, non ſequuntur. Unde quod illi tres viri univerſarum gentium perſonam gerentes, adorato Domino ſunt adepti, hoc in populis ſuis per fidem, quæ juſtificat impios, totus mundus aſſequitur: & hæreditatem Domini ante ſæcula præparatam accipiunt adoptivi, & perdunt qui videbantur eſſe legitimi.

Cap. 3. Conſiderantes itaque, Dilectiſſimi, ineffabilem erga nos divinorum munerum largitatem, cooperatores ſimus gratiæ Dei operantis in nobis. Non enim dormientibus provenit regnum cælorum, nec otio deſidiaque torpentibus beatitudo æternitatis ingeritur: ſed
Rom. VIII. 17. quia, ſicut Apoſtolus ait, *ſi compatimur & conglorificabimur*, illa nobis currenda eſt via, quam ipſe Dominus ſe eſſe teſtatus eſt: qui nobis nullis operum meritis ſuffragantibus, & ſacramento conſuluit, & exemplo: ut in adoptionem vocatos per illud proveheret ad ſalutem, per hoc imbueret ad laborem. Hic autem labor, Dilectiſſimi,

piis filiis & bonis ſervis non ſolum nec aſper, nec onero- Mat. 11. 28. 29. & 30.
ſus, ſed etiam ſuavis & lenis eſt, dicente Domino: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve.* Nihil ergo, Dilectiſſimi, arduum eſt humilibus, nihil aſperum mitibus, & facile omnia præcepta veniunt in effectum, quando & gratia prætendit auxilium, & obedientia mollit imperium. Intonante enim quotidie auribus noſtris eloquio Dei, omnis homo, quid divinæ juſtitiæ placeat, ſcire convincitur.

Serm. 35. in Epiph. ſolem. 6. c. 1. Dies, Dilectiſſimi, quo primum gentibus Salvator mundi Chriſtus apparuit, ſacro nobis honore venerandus eſt; & illa hodie cordibus noſtris concipienda ſunt gaudia, quæ in trium Magorum fuere pectoribus; quando Regem cæli & terræ ſigno & ductu novi ſideris incitati, quem crediderant promiſſum, adoravere conſpicuum. Neque enim ita ille emenſus eſt dies, ut virtus operis, quæ tunc eſt revelata, tranſierit, nihilque ad nos niſi rei geſtæ fama pervenerit, quam fides ſuſciperet, & memoria celebraret; cum multiplicato munere Dei, etiam quotidie noſtra experiantur tempora, quicquid illa habuere primordia. Quamvis ergo narratio Evangelicæ lectionis illos proprie recenſeat dies, in quibus tres viri, quos nec prophetica prædicatio docuerat, nec teſtificatio legis inſtruxerat, ad cognoſcendum Deum e remotiſſima Orientis parte venerunt, hoc idem tamen & manifeſtius nunc & copioſius fieri in omnium vocatorum illuminatione perſpicimus; quoniam imple-
tur prophetia Iſaiæ dicentis: *Revelavit Dominus brachium* Iſai. 52. 10.
ſanctum ſuum in conſpectu omnium gentium, & viderunt
omnes gentes terræ ſalutem, quæ a Domino Deo noſtro eſt. Ibid. 15.
Et iterum, *& quibus non eſt annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent.* Unde cum cernimus homines mundanæ ſapientiæ deditos, & a Jeſu Chriſti confeſſione longinquos, de profundo erroris ſui educi, & ad agnitionem veri luminis advocari, divinæ procul dubio gratiæ ſplendor operatur: & quicquid in cordibus tenebroſis novæ lucis apparet, de ejuſdem ſtellæ radiis micat: ut mentes quas ſuo fulgore contigerit, & miraculo moveat, & ad Deum adorandum præeundo perducat. Si autem ſollicito intellectu velimus aſpicere, quomodo etiam triplex illa ſpecies munerum ab omnibus, qui ad Chriſtum greſſu fidei veniunt, offeratur, nonne in cordibus recte credentium eadem celebratur oblatio? Aurum etenim de theſauro animi ſui promit, qui Chriſtum Regem univerſitatis agnoſcit: myrrham offert, qui unigenitum Dei credit veram ſibi hominis uniiſſe naturam: & quodam eum thure veneratur, qui in nullo ipſum Paternæ majeſtati imparem confitetur.

Serm. 36. in Epiph. ſolem. 7. c. 2. Cum tres Magos ad adorandum Jeſum novi ſideris claritas deduxiſſet, non eum imperantem dæmonibus, non mortuos ſuſcitantem, non cæcis viſum, aut claudis greſſum, aut mutis eloquium reformantem, vel in aliqua divinarum virtutum actione viderunt; ſed puerum ſilentem, quietum, & ſub matrie ſollicitudine conſtitutum; in quo nullum quidem apparet de poteſtate ſignum, ſed magnum præbetur de humilitate miraculum.

Serm. 37. in Epiph. ſolem. 8. cap. 1. In ſtellæ fulgore Dei gratia, & in tribus viris vocatio gentium, & in rege impio crudelitas paganorum, & in occiſione infantium cunctorum Martyrum forma præceſſit.

(A) S. BERN. *in Purific. B. Mariæ Serm. 3. num. 1. Vide ſupra hocce §. in.* (H)

M. DE TILLEMONT *note 7. ſur J. C. tom. 1.* A vita certe S. Theodoſii Abatis docemur, Feſtum Purificationis medio V. ſæculo celebrari ſolitum, tumque omnino novum non videtur fuiſſe. *Lege hanc notam apud auctorem.*

(B) LEVIT. XII. 2. Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos: Mulier, ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, immun-

lus omnem primogenitum Ægyptiorum, primogenitos autem Hebræorum ſervavit. (C) C

I. Quid egit Chriſtus in Templo dum a Matre offerretur Deo?

R. Obtulit ipſe ſemetipſum Deo Patri hoſtiam ſanctam, qua ſola placari Deus poſſet. (D) Quin D & jam tum manifeſtavit gloriam ſuam his qui aderant. Nam ipſo inſpirante agnovit eum ut Chriſtum Simeon ſenex vir ſanctiſſimus; agnovit & mulier ſanctiſſima Anna nomine. (E) E

Simeon accepit eum in ulnas ſuas gaudens; & plenus Spiritu ſancto pronuntiavit Canticum Propheticum, quod canit Eccleſia quotidie.

Luc. 11. 29. & ſeq. *Nunc dimittis*, inquit, *ſervum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum: quod paraſti ante faciem omnium populorum; Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael.*

Hoc dicto Simeon prædixit Chriſtum poſitum eſſe in ruinam & in reſurrectionem multorum, & in ſignum cui futurum erat ut contradiceretur. Animam autem Beatæ Mariæ Virginis eſſe præ dolore veluti gladio tranſverberandam.

Anna propheteſſa ſimul loquebatur de Chriſto F omnibus qui expectabant redemptionem Iſrael. (F)

I. Quid intelligis per Purificationem B. M. Virginis?

R. Intelligo eum ritum quem ex lege Moyſi obſervare tenebantur die quadrageſimo poſt partum maſculi, octogeſimo poſt partum feminæ omnes mulieres, ut oblatione ſacrificii purgarentur. (G) G Huic autem legi ſubdidit ſe ultro B. Virgo Deipara, licet ea lex non ipſi, ſed ceteris mulieribus poſita eſſet.

I. Cur huic legi non erat ſubdita B. Virgo Deipara, ſicut & ceteræ mulieres?

R. Quia lex ea poſita fuerat Judæis, ut vel hoc ipſo ritu intelligerent peccato originali vitiatam fuiſſe nativitatem ſingulorum hominum, & propterea debuiſſe hoc rito ex lege purgari mulieres poſt partum.

Nihil autem ſordis & peccati vel vitii inerat ſive in conceptione Chriſti, ſive in partu Virginis; nihil ergo habuit purgandum Virgo Deipara. (H) H

I. Cur ergo paruit huic legi Virgo Deipara?

R. Præ humilitate & ut ceteris daret exemplum legis ſedulo implendæ in omnibus. (I) I

I. Quid lege ſancitum erat ut mulieres Hebrææ in Templo rite purgarentur?

R. Pur-

immunda erit ſeptem diebus, juxta dies ſeparationis menſtruæ. 3. Et die octavo circumcidetur infantulus. 4. Ipſa vero triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. Omne ſanctum non tanget, nec ingredietur in ſanctuarium, donec impleantur dies purificationis ſuæ.... 6. Cumque expleti fuerint dies purificationis ſuæ, pro filio, ſive pro filia deferet agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ ſive turturem pro peccato, ad oſtium tabernaculi teſtimonii, & tradet Sacerdoti. 7. Qui offeret illa coram Domino, & orabit pro ea, & ſic mundabitur a profluvio ſanguinis ſui. Iſta eſt lex parientis maſculum.... 8. Quod ſi non invenerit manus ejus, nec potuerit offerre agnum, ſumet duos turtures vel duos pullos columbarum, unum in holocauſtum, & alterum pro peccato. Orabitque pro ea Sacerdos, & ſic mundabitur.

Luc. 11. 22. Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis ejus (Mariæ) ſecundum legem Moyſi, tulerunt illum (Jeſum) in Jeruſalem, ut ſiſterent illum Domino.... 23. Sicut ſcriptum eſt in lege Domini: Quia
Lev. 12. 6. omne maſculinum adaperiens vulvam, ſanctum Domino vocabitur. 24. Et ut darent hoſtiam ſecundum
Ibid. quod dictum eſt in lege Domini, Par turturum, aut duos pullos columbarum.

(C) Exod. xiii. 2. Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam in filiis Iſrael, tam de hominibus quam de jumentis: mea ſunt enim omnia.

(D) Heb. 2. 6. Holocauſtomata pro peccato non tibi placuerunt. 7. Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me: ut faciam, Deus, voluntatem tuam.

Psal. xxxix. 7. Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi. Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: 8. Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me, 9. ut facerem voluntatem tuam. Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

(E) Luc. 11. 25. Et ecce homo erat in Jeruſalem cui nomen Simeon, & homo iſte juſtus & timoratus, expectans conſolationem Iſrael, & Spiritus ſanctus erat in eo. 26. Et reſponſum acceperat a Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini. 27. Et venit in Spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Jeſum parentes ejus, ut facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo: 28. & ipſe accepit eum in ulnas ſuas & benedixit Deum, & dixit: 29. Nunc dimittis ſervum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace... 30. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, 31. Quod paraſti ante faciem omnium populorum; 32. Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. 33. Et erat pater ejus, & mater mirantes ſuper his, quæ dicebantur de illo.

(F) Luc. 11. 34. Et benedixit illis Simeon: & dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael: & in ſignum, cui contradicetur. 35. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. 36. Et erat Anna propheteſſa, filia Phanuel de tribu Aſer: hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo annis ſeptem a virginitate ſua. 37. Et hæc vidua uſque ad annos octoginta quatuor: quæ non diſcedebat de templo, jejuniis & obſecrationibus ſerviens nocte ac die. 38. Et hæc, ipſa hora ſuperveniens, confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Iſrael. 39. Et ut perfecerunt omnia ſecundum legem Domini, reverſi ſunt in Galilæam in civitatem ſuam Nazareth.

(G) Lev. xii. 2. *Vide ſupra hocce §. lit.* (B)

(H) S. Bernard. *in Purific. B. M. Serm. 3. num. 1.* Purificationem beatæ Mariæ Virginis hodie celebramus, quæ ſecundum legem Moyſi facta eſt, tranſactis a Nativitate Domini quadraginta diebus. In lege enim ſcriptum erat, ut mulier quæ ſuſcepto ſemine peperiſſet filium, immunda eſſet ſeptem diebus, & octavo die circumcideretur puer: dehinc abſolutioni & Purificationi intenta abſtineret ab ingreſſu templi triginta tribus diebus, quibus expletis offerret filium Domino cum muneribus. Sed quis non advertat in ipſo ſententiæ hujus initio liberam Matrem Domini ab hoc præcepto? Putas enim quia dicturus Moyſes mulierem, quæ peperiſſet filium, immundam eſſe, non timuerit ſuper matre Domini blaſphemiæ crimen incurrere, & idcirco præmiſerit, *ſuſcepto ſemine?* Alioquin niſi paritaram prævidiſſet ſine ſemine Virginem, quæ neceſſitas erat de ſuſcepto ſemine fieri mentionem? Patet itaque quod lex iſta Matrem Domini non includit, quæ non ſuſcepto ſemine filium peperit, ſicut prædictum erat per Hieremiam: quia novum faceret Dominus ſuper terra. Quæris quod novum? *Mulier*, inquit, *cir-* Jer. 31. 22.
cumdabit virum. Non ab altero viro virum ſuſcipiet, non humana lege concipiet hominem: ſed intra viſcera intacta & integra virum claudet: ita ſane ut intrante & exeunte Domino, juxta alium Prophetam, porta Orientalis clauſa jugiter perſe- Ezec. 44. 2.
veret.

(I) S. Bernard. *Serm. 3. in Purificat. Beatæ Mariæ, num. 2.* Putas ergo non poterat moveri animus ejus & dicere, Quid mihi opus purificatione? Cur abſtineam ab ingreſſu templi, cujus uterus neſciens virum, templum factus eſt Spiritus ſancti? Cur non ingrediar templum, quæ peperi Dominum templi? Nihil in hoc conceptu, nihil in partu impurum fuit, nihil illicitum, nihil purgandum: nimirum, cum proles iſta fons puritatis ſit, & purgationem venerit facere de-

R. Purgabatur oblatione holocauſti & ſacrificii pro peccato. Divites offerre tenebantur agnum anniculum in holocauſtum, & columbam vel turturem pro peccato. Pauperes tenebantur offerre par turturum vel duos pullos columbarum, alte-
K rum in holocauſtum, alterum pro peccato. (K) Quid autem fuerit & cujus rei typus holocauſtum & ſacrificium pro peccato, explicabimus in tertia parte hujus Operis.

I. Quid obtulit Virgo Deipara?

L *R.* Pauper, ſacrificia pauperum obtulit. (L)

I. Qua ratione celebranda hæc ſolemnitas eſt ex mente Eccleſiæ?

R. 1. Offeramus noſmetipſos Deo cum Chriſto, ad faciendam in omnibus ejus voluntatem corde magno & animo volenti. Fiat autem hæc oblatio
M maxime intra Miſſarum ſolemnia. (M)

2. Imitetur humilitatem & ſubjectionem B. Virginis Deiparæ: nec prætextis exquiſitis eximamus nos unquam a lege communi.

3. Deſiderium Chriſti videndi quo flagrabat Simeon ſenex imitemur: uni Chriſto ſuſpiremus; præ illo cetera vileſcant omnia.

4. Chriſtum lumen noſtrum & gloriam plebis ſuæ oremus enixe, ut dignetur ipſe magis ac magis in dies illuminare mentis noſtræ oculos.

5. Sectemur & Annæ Prophetiſſæ veſtigia, ejus exemplo ſimus in Templo aſſidui, & de Chriſto loquamur jugiter.

I. Cur fit hac die ſolemnis benedictio cereorum?

R. Is Eccleſiæ mos eſt ut quidquid adhibetur in uſum rituum & cæremoniarum id benedicat: (cujus rei rationem dicemus infra ubi de benedictionibus ſermo erit.) atque fiat hac die ſolemnis diſtributio cereorum, ſuumque cereum tenet ardentem quiſque præ manibus, tam in Proceſſione quam in Miſſæ parte; ut hoc ritu ſignificetur a ſingulis, ea mente eſſe ſe affectos qua Simon, dum Chriſtum in ulnas ſuas accipiens dixit hunc fore gentium lumen, & gloriam Iſrael.

I. Cur fit hac die proceſſio?

R. 1. Quia hoc in more poſitum eſt ut ante Miſſam diebus dominicis & feſtis ſolemnibus proceſſio fiat. (Cujus ritus infra rationem dabimus ubi de Proceſſionibus agemus ex profeſſo.)

2. Quemadmodum Beata Virgo Deipara proceſſit olim in Templum Jeroſolymitanum, Chriſtum geſtans præ manibus, ut offerret eum Domino; ſic vult Eccleſia procedere nos in Eccleſiam, lumen Chriſti typum geſtantes præ manibus, in hujus iti-
neris memoriam. (N) N

Itaque ea mente adeſſe debemus huic proceſſio-

delictorum. Quid in me legalis purificet obſervatio, quæ puriſſima facta ſum in ipſo partu immaculato. Vere o beata Virgo, vere non habes cauſam, nec tibi opus eſt purificatione. Sed numquid filio tuo opus erat Circumciſione? Eſto inter mulieres tamquam una earum, nam & filius tuus ſic eſt in numero puerorum. Circumcidi voluit, & non multo magis velit offerri? Offer filium tuum Virgo ſacrata, & benedictum fructum ventris tui Domino repræſenta; offer ad noſtram omnium reconciliationem hoſtiam ſanctam, Deo placentem. Omnino acceptabit Deus Pater oblationem novam, & precioſiſſimam hoſtiam, de
Matt. 3. 12. quo ipſa ait: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.*

Vide eumdem ſupra §. litt. (C) *Serm. 4. in Epiphan. Domini.*

(K) LEVIT. XII. 2. *Vide ſupra hocce §. lit.* (B)

(L) LUC. II. 21. *Vide ſupra hocce §. litt.* (B)

S. AUG. *Lib. 3. qq. in Levit. q. 40. n. 3.* Hic oſtenditur
Rom. 5. 16. illa propago ex Adam, unde Apoſtolus dicit: *Ex uno*
Ibid. 12. *in condemnationem*: Et quia *per unum hominem pecca-*
Pſ. 50. 7. *tum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit.... Ego enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis mater mea in utero me aluit.*

N. 4. Advertendum eſt quam pauper Dominus naſci voluerit, ut non pro illo offerretur agnus, & pullus columbinus aut turtur, ſed par turturum, aut
Lev. 12. 8. duo pulli columbini, quod ſcriptura Levitici tunc juſſit offerri, ſi non habuerit manus offerentis quod ſatis eſt in agnum.

(M) *Vide* S. BERN. *infra hocce §. litt.* (O)

(N) S. BERN. *Serm. 1. in Purif. B. Mariæ, num. 1.* Hodie templi Dominum in templum Domini Virgo Mater inducit: Joſeph quoque ſiſtit Domino non ſuum,
Matt. 3. 17. ſed ejus *Filium dilectum, in quo ei bene complacuit.* Agnoſcit juſtus quem expectabat, Anna quoque vidua confitetur. Ab his quatuor primo hodierna proceſſio celebrata eſt, quæ poſtmodum exultatione univerſæ terræ in omni loco & ab omni gente celebraretur. Nec ſane mirum ſi tunc parva fuit, quandoquidem parvus erat qui ſuſcipiebatur. Nullum ibi locum peccator habuit, omnes juſti, omnes ſancti, omnes fuere perfecti.

Serm. 2. in Purificat. Beatæ Mariæ, num. 1. Feſtus hodie nobis oblationis ipſius dies illuxit. Hodie namque ſiſtitur Creatori terræ fructus ſublimis: hodie placabilis & Deo placens hoſtia virgineis manibus offertur in templo, portatur a parentibus; a ſenibus expectatur. Offerunt Joſeph & Maria ſacrificium laudis, ſacrificium matutinum, Simeon & Anna ſuſcipiunt. Ab his quatuor celebrata proceſſio eſt, quæ per quatuor orbis climata ſolemnibus hodie gaudiis ad memoriam revocatur...... Proceſſuri ſumus bini & bini, candelas habentes in manibus ipſas quoque ſuccenſas, nec quolibet igne, ſed qui prius in Eccleſia Sacerdotali benedictione fuerit conſecratus.

NICOLAI SERRARII *Lib. 2. de proceſſionibus, c. 3. n. 4.* Illuſtravit eumdem diem ſacra cum luminibus proceſſione ante annos fere 900. Sergius Pontifex, qui anno Domini 688. Pontificatum iniit.

N. 5. Cereorum geſtatio nos admonet, ut vere lu-
men Chriſtum Jeſum, lumen de lumine, lucem *quæ* Joh. 1. 9.
illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, lumen mundi, lucem ineffabilem mente interius apprehendamus, manibuſque noſtris exterius feramus. Ut noſtra noſtris in manibus chriſtiana fides luceat; id eſt, in noſtris operibus, in ſtudiis & actionibus om-
nibus...... *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut* Matt. 5. 19.
glorificet Patrem veſtrum qui in cælis eſt.... Ut recordemur cerei, qui nobis in baptiſmo datur ardens... Accipe lampadem ardentem, irreprehenſibilem cuſtodi baptiſmum tuum: ſerva Dei mandata...... Ut recordaremur cerei quem in hora vitæ ultima ſolent de hoc mundo migraturi tenere Chriſtiani, ut eo ſigno proteſtentur ſe illi lumini conſtanter ad extremum uſque ſpiritum adhærere, ipſius fidem quæ animi lux eſt, integram retinere, ſpem non extinguere, caritatem erga Deum & proximum ardentem optare, in his omnibus pie, ſancteque mori velle... Ut quemadmodum cereorum aſcendit flamma, ſic nobis ſemper & jam præſertim ſurſum corda. Ut non mihi, ſed Chriſto ſemper accendi velim cereos.... Ut omnes in me libidinis, invidiæ, iracundiæ, ceterorumque vitiorum tædas reſtingui, omnes meo ex animo erroris, pertinaciæ, ac ignorantiæ tenebras fugari, ſolius veræ lucis radios micare, ac ſplendere concupiſcam, ut aliis lucis in fide ac pietate aliquid alluceam... Ut cereorum, cum quibus Chriſtianorum efferri ſolent priſco more funera, mihi eatenus fulgorem concedat Dominus ſalutarem, exſecutores, ideſt religione in Deum, & aliqua in me ſuum, in eodem Chriſti corpore membrum, ex eadem Eccleſia matre germanum fratrem, in eadem Jeſu ſocietate ſocium caritate fiant. Ex religione quidem dum viliſſimum alioqui cadaver meum extremo iſto afficiunt honore, quia fuit animæ Chriſto dicatæ hoſpitium, ſacramentorum receptaculum, divinæ gratiæ domicilium, ipſius Chriſti Domini templum. Ex caritate vero, quatenus eam quam profitebar vivus, profitentur ipſi adhuc, meo veluti nomine fidem & cultum... Lux perpetua luceat eis... omnibus in Chriſto quieſcentibus locum refrigerii lucis & pacis ut indulgeas deprecamur.

N. 6.

ceſſioni, qua B. Virgo Deipara procedebat in Templum. Id eſt ut in Templo Chriſtum gentium lumen offeramus Deo, noſque purgatos offeramus cum
O Chriſto Deo Patri. (O)

§. 9. De Majori Hebdomada, ac primo quidem de Dominica Palmarum.

I. Quandonam Eccleſia ſpecialius celebrat myſteria Paſſionis Chriſti?

R. Paſſionem Chriſti quotidie recolit Eccleſia incruenti ſacrificii oblatione. Sed eam ſpecialius meditatur per hebdomadam quæ Paſſionis dicitur, maximeque per hebdomadam ſequentem quæ major Hebdomada nuncupatur. Pars II. Sect. IV.

I. Cur ita nuncupatur hæc hebdomada?

R. Quia celebrantur his diebus majora religionis noſtræ myſteria. Cap. II. §. 9.

I. Qua ratione agendi ſunt dies majoris Hebdomadæ ex mente Eccleſiæ?

R. Ea Eccleſiæ mens eſt,

1. Ut addamus aliquid, ſi fieri poteſt, ad rigorem jejunii, 2. Ad orationis frequentiam, 3. Ad ſolitudinis ſecretum. 4. Ut meditemur quotidie Chriſti Paſſionem. (A) 5. Ut cogitemus de percipiendis his diebus Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſacramentis. 6. Ut frequenter adſimus quantum fieri poteſt, ſolemnibus A

Eccle-

N. 6. Utilitas eſt quod non parva Eccleſiæ precum vis apud Deum ſit. Ut cerei valeant ad ſalutem animarum & corporum terra marique. Ut de locis ubi accenſi fuerint dæmon & quidquid dæmonis ars eſt machinata depellatur. Ut mentes, & corda noſtra inviſibili igne, ac ſplendore ſancti Spiritus illuſtrentur, omniumque peccatorum & vitiorum cæcitate careant, ut cernere poſſimus quæ Deo ſunt placita, & utilia ſaluti; ut ignis caritatis cum lumine fidei, in animis noſtris accendatur, qui nos ad lumen indeficiens, in vitam æternam deducat.

(O) S. Bern. *Serm.* 2. *in Purific. B. Mariæ num.* 1. *Vide locum* §. *lit.* (N)

Serm. 3. *num.* 3. Sed quid, Fratres, nos offerimus, aut quid retribuimus illi pro omnibus quæ retribuit nobis? Ille pro nobis obtulit hoſtiam pretioſiorem quam habuit, nimirum, qua pretioſior eſſe non potuit. Et nos ergo faciamus quod poſſumus, optimum quod habemus offerentes illi, quod ſumus utique noſmetipſi. Ille ſeipſum obtulit, tu quis es qui teipſum offerre cunctaris?... Sit in oblatione noſtra conſtantia virilis, ſit continentia carnis, ſit conſcientia humilis; ſit in propoſito perſeverandi animus virilis, ſit in continentia caſtitas virginalis, ſit in conſcientia ſimplicitas puerilis.

(A) *Hunc in finem* S. Leon. Magn *Serm. de Paſſione Domini legendi ſunt: pauca quædam hic ex multis delibamus.*

S. Leo Magn. *Serm.* 50. *de Paſſ. Dom.* 1. *cap.* 1. Sicut per Adam mors, ita per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum eſſet reſurrectio mortuorum. Non enim quia ſecundum inſcrutabile propoſitum ſapientiæ Dei
Joh. 1. 14. noviſſimis diebus *Verbum caro factum eſt*, ideo ſaluriferæ Virginis partus, extremi tantum temporis generationibus profuit, & non ſe etiam in præteritas refudit ætates. Omnis prorſus antiquitas colentium Deum verum, omnis numerus apud ſæcula priora Sanctorum, ſacra fide vixit & placuit; & neque Patriarchis, neque Prophetis, neque cuiquam omnino Sanctorum, niſi in redemptione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſalus & juſtificatio fuit: quæ ſicut expectabatur multis Prophetarum oraculis ſignisque promiſſa, ita eſt etiam ipſo munere atque opere præſentata.

Cap. 2. In toto ordine Dominicæ paſſionis, non ita infirmitatem conſideremus humanam, ut arbitremur illic potentiam defuiſſe divinam: neque illam ita coæternam & æqualem Patri formam Unigeniti cogitemus, ut putemus non fuiſſe vera, quæ Deo videntur indigna... Totum illud ſacramentum, quod ſimul & humanitas conſummavit & deitas, diſpenſatio fuit miſericordiæ, & actio pietatis. Talibus enim vinculis tenebamur conſtricti, ut niſi per hanc opem non poſſemus abſolvi. Humilitas igitur divinitatis, noſtra provectio eſt. Nos tanto redimimur pretio, nos tanto curamur impendio. Quis enim ab impietate ad juſtitiam, a miſeria ad beatitudinem eſſet recurſus, niſi & juſtus ad impios, & beatus inclinaretur ad miſeros?

Cap. 3. Non eſt ergo, Dilectiſſimi, erubeſcenda Crux Chriſti, quæ de virtute eſt divini conſilii, non de conditione peccati. Quamvis enim ea infirmitate noſtra vere paſſus Dominus Jeſus, vereque ſit mortuus, non tamen ita ſe abſtinuit a gloria ſua, ut inter contumelias paſſionis, nihil divinæ operationis exerceret... Cum multitudo furibunda, quæ ad comprehendendum Dominum cum armata militum cohorte confluxerat, inter faces & laternas, lumen verum tenebris obcæcata ſuis non cerneret, Dominus qui expectare potius turbas, quam de-
Joh. 18. 4. clinare delegerat, ſicut Joannes Evangeliſta teſtatur, quem quærerent nondum inventus interrogat: illiſque di-
Ibid. 5. centibus, quod Jeſum quærerent: *Ego ſum*, inquit...

Dominus dicit *Ego ſum*, & ad vocem ejus turba proſternitur impiorum. Quid jam poterit majeſtas ejus judicatura, cujus hoc potuit humilitas judicanda?

Cap. 4. Verumtamen Dominus ſciens, quid magis myſterio ſuſcepto conveniret, in hac poteſtate non perſtitit: ſed perſecutores ſuos in facultatem diſpoſiti ſceleris ire permiſit. Nam ſi teneri nollet, non utique teneretur. Sed quis hominum poſſet ſalvari, ſi ille non ſe ſineret comprehendi? Nam & beatus Petrus, qui animoſiore conſtantia Domino cohærebat, & contra violentorum impetus fervore ſanctæ charitatis exarſerat, in ſervum principis Sacerdotum uſus eſt gladio, & aurem viri ferocius inſtantis abſcidit. Sed hunc zelantis Apoſtoli pium motum progredi Dominus ultra non patitur; recondi gladium jubet, nec ſinit ſe adverſus impios manu ferroque defendi. Contra ſacramentum enim erat redemptionis noſtræ, ut qui mori pro omnibus venerat, capi nollet: ne dilatoglorioſæ crucis triumpho, & dominatio diabolica fieret longior, & captivitas humana diuturnior: Dat ergo in ſe furentibus licentiam ſæviendi: Nec tamen etiam talibus dedignatur ſe indicare divinitas: aurem ſervi jam ipſa ſectione demortuam, & a compage viventis corporis alienam, in ſedem dehoneſtati capitis revocat manus Chriſti: reformat quod ipſa formaverat: nec tarde caro ſequitur ejus imperium, cujus erat ipſa figmentum.

Cap. 5. Dominus majeſtatis ſuæ potentiam comprimit, & vim in ſe perſecutionis admittit, ex illa eſt voluntate, qua *dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis*, coope- Ephef. 5. 25.
tante in hoc ipſum Patre, *qui Filio proprio non pepercit*, Rom. 8. 32.
ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Una eſt enim Patris & Filii voluntas, ut eſt una divinitas: de cujus diſpoſitionis effectu, nihil vobis gratiæ, Judæi, nihil tibi, Juda, debemus. Salvationi quidem noſtræ, non hoc vobis volentibus, impietas veſtra ſervivit: & per vos factum eſt, quicquid *manus Dei & conſilium decreverunt* Act. 4. 28.
fieri. Mors igitur Chriſti nos liberat, vos accuſat. Merito ſoli non habetis quod omnibus perire voluiſtis. Et tamen tanta eſt noſtri bonitas Redemptoris, ut etiam vos poſſitis conſequi veniam, ſi Chriſtum Dei Filium confitendo, illam parricidialem malitiam relinquatis. Non enim Dominus in Cruce fruſtra oravit, dicens:
Pater, dimitte illis, qui neſciunt quid faciunt. Quod re- Luc. 23. 34.
medium nec te, Juda, tranſiret, ſi ad eam pœnitentiam confugiſſes, quæ te revocaret ad Chriſtum, non
quæ inſtigaret ad laqueum. Dicendo enim, *peccavi tradens ſanguinem juſtum*, in impietatis tuæ perfidia perſtitiſti: quia Jeſum non Deum Dei Filium, ſed noſtræ tantummodo conditionis hominem inter extremum mortis tuæ periculum credidiſti: cujus flexiſſes miſericordiam, ſi ejus non negaſſes omnipotentiam. Math. 27.

Serm. 51. *de Paſſ. Dom.* 2. *cap.* 1. Crucifixi ſunt cum eo, ſtatutis utrimque patibulis, latrones duo: quorum unus ad id uſque temporis par ſimiliſque conſorti... uſque ad crucem reos, ſit Chriſti repente confeſſor... Mira
converſione mutatus, *Memento*, inquit, *mei Domine*, Luc. 23. 42.
dum veneris in regnum tuum. Quæ iſtam fidem exhortatio perſuaſit? quæ doctrina imbuit? quis prædicator accendit? Non viderat prius acta miracula, ceſſaverat tunc languentium curatio, cæcorum illuminatio, vivificatio mortuorum, ea ipſa quæ mox erant gerenda, non aderant: & tamen Dominum confitetur & Regem, quem videt ſupplici ſui eſſe conſortem. Inde ergo oriebatur hoc donum, unde accepit fides ipſa reſponſum: ait enim
ei Jeſus: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo*. Ibid. 43.
Excedit humanam conditionem iſta promiſſio; nec tam de ligno Crucis, quam de throno editur poteſtatis. Ab illa altitudine præmium fidei datur, in qua chirographum humanæ tranſgreſſionis aboletur: quia ſe a for-

Digitized by Google

ma ſervi Dei forma non dirimit, dum etiam inter ipſa ſupplicia proprietatem unitatemque ſuam ſervavit, & Deitas inviolabilis, & natura paſſibilis.

Cap. 2. *Vide ſupra part.* 1. *Sect.* 2. *c.* 1. §. 18. *lit.* (F)

Serm. 53. *in Paſſ. Dom.* 2. *c.* 1. Inter omnia, dilectiſſimi, opera miſericordiæ Dei, quæ ab initio ſaluti ſunt impenſa mortalium, nihil eſt mirabilius, nihilque ſublimius, quam quod pro mundo crucifixus eſt Chriſtus. Huic enim ſacramento univerſa præcedentium ſæculorum myſteria ſervierunt, & quicquid hoſtiarum differentiis in propheticis ſignis & legalibus inſtitutis, ſacra diſpenſatione vitiatum eſt, hoc prænuntiavit diſpoſitum, hoc promiſit implendum: ut nunc imaginibus figuriſque ceſſantibus hoc proſit credere jam effectum, quod antea profuit crediſſe faciendum ... Aliud eſt paſſibile, aliud inviolabile, & tamen ejuſdem eſt contumelia, cujus & gloria. Ipſe eſt in infirmitate, qui & in virtute: idem mortis capax, & idem victor eſt mortis.

Cap. 2. Quidquid Domino illuſionis & contumeliæ, quidquid vexationis & pœnæ intulit furor impiorum, non de neceſſitate toleratum, ſed de voluntate ſuſceptum eſt: *Venit enim filius hominis quærere & ſalvare quod perierat*, & ſic ad omnium redemptionem utebatur malitia perſequentium, ut in mortis ejus reſurrectioniſque ſacramento, etiam interfectores ſui poſſent ſalvi eſſe, ſi crederent.

Luc. 19. 10.

Cap. 4. Sciens Jeſus adeſſe jam tempus glorioſæ paſſionis implendæ: *triſtis eſt*, inquit, *anima mea uſque ad mortem*: Et iterum, *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte*. Quibus verbis quandam formidinem profitentibus, noſtræ infirmitatis affectus participando curabat, & pœnalis experientiæ metum ſubeundo pellebat. In nobis ergo Dominus noſtro pavore trepidabat, ut ſuſceptionem noſtræ infirmitatis indueret, & noſtram inconſtantiam ſuæ virtutis ſoliditate veſtiret: Venerat enim in hunc mundum dives atque miſericors negotiator cœli, & commutatione mirabili inierat commercium ſalutare: noſtra accipiens, & ſua retribuens, pro contumeliis honorem, pro doloribus ſalutem, pro morte ſuos vitam, & cui ad exterminationem perſequentium poterant pluſquam duodecim millia Angelicarum ſervire legionum, malebat noſtram recipere formidinem, quam ſuam exercere poteſtatem.

Mat. 26. 38. & 39.

Serm. 35. *in Paſſ. Dom.* 4. *c.* 1. Peractis itaque omnibus, quæ divinitas fieri carnis velamine temperata permiſit, Jeſus Chriſtus Filius Dei Cruci, quam etiam ipſe geſtarat, affixus eſt, duobus latronibus, uno ad dexteram ipſius, alio ad ſiniſtram, ſimiliter crucifixis: ut etiam in ipſa patibuli ſpecie, monſtraretur illa, quæ in judicio ipſius omnium hominum eſt facienda diſcretio: cum & ſalvandorum figuram fides credentis latronis exprimeret, & damnandorum formam blaſphemantis impietas prænotaret. Paſſio igitur Chriſti, ſalutis noſtræ continet ſacramentum, & de inſtrumento, quod iniquitas Judæorum paravit ad pœnam, potentia Redemptoris gradum nobis fecit ad gloriam: quam Dominus Jeſus ita ad omnium hominum ſuſcepit ſalutem, ut inter clavos quibus ligno tenebatur affixus, pro interfectoribus ſuis paternæ clementiæ ſupplicaret, & diceret: *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt*.

Luc. 23. 34.

Cap. 3. *Vide ſupra Part.* 1. *Sect.* 2. *c.* 1. §. 16. *lit.* (R)

Job. 19. 30.

Cap. 4. *Conſummatum eſt*, ait, hoc eſt, completæ ſunt Scripturæ ... peracta ſunt myſteria infirmitatis: promantur documenta virtutis. *Inclinato* itaque *capite emiſit ſpiritum*, & in corpus die tertio ſuſcitandum, quietem placidi ſoporis admiſit.

Ibid.

Serm. 54. *de Paſſ. Dom.* 5. *cap.* 1. Creator & Dominus omnium rerum Chriſtus ... diſpenſationem omnium ſacramentorum omniumque virtutum, ſalutifera paſſione conſummat .. Unde ſummum hoc & potiſſimum divinæ miſericordiæ ſacramentum, ſemper quidem in cordibus noſtris, cum tota ſui dignitate retinendum eſt ... Sic medicina ægris, ſic reconciliatio reis, ſic redemptio eſt impenſa captivis, ut condemnationis juſtæ ſententia, injuſto liberatoris opere ſolveretur.

Cap. 2. Nos Dei Filium, & in ſuis virtutibus, & in noſtris infirmitatibus adoramus, nec erubeſcimus Crucem Chriſti & inter contradicentium linguas, nec de morte ipſius, nec de reſurrectione dubitamus. Quoniam quod ſuperbos ad infidelitatem trahit, hoc nos ad fidem dirigit, & quod apud illos eſt materia confuſionis, hoc apud nos eſt cauſſa pietatis.

Serm. 55. *de Paſſione Dom.* 6. *cap.* 1. .. Comprehenſus Chriſtus Dominus a turbis, quas principes Sacerdotum & doctores legis armaverant, ut impleret diſpenſationem, cohibet poteſtatem ... Chriſti vero patientia hoc egit, ut omnes ſua paſſione ſalvaret.

Cap. 2. Perducto autem Jeſu ad Caipham principem Sacerdotum ... falſa adverſus Dominum teſtimonia quærebantur: ſed inter inconditas & diſſonas voces hoc Jeſus mirabiliter elegerat, ut taceret ... Caiphas .. *ſcidit veſtimenta ſua*: & neſciens quid hac ſignificaret inſania, ſacerdotali ſe honore privavit. Ad manifeſtandum finem veteris inſtituti, pertinet eadem diruptio Sacerdotis.

Mat. 26. 65.

Cap. 3. Hinc jam, dilectiſſimi, inter multiplicatas illuſiones nocte tranſacta, vinctum Jeſum Pilato Præſidi tradiderunt. Principes enim Sacerdotum & ſeniores populi, hoc conſilio rem gerebant, ut ab actione ſceleris viderentur immunes, ſubtrahentes opera manuum, & exerentes tela linguarum, nolentes interficere, & clamantes, *Crucifige, crucifige*. Quid hac ſpecie religionis injuſtius? quid hac clementiæ ſimulatione crudelius? Qua lege, Judæi, quod vobis non licet facere, licet velle? Qua ratione, quod corpora polluit, corda non lædit? Contaminari occiſione ejus metuitis, cujus ſuper vos & ſuper filios veſtros fundi ſanguinem poſtulaſtis. Si non tantum facinus veſtra impietas peragit, permittite Præſidem judicare quod ſentit. Sed vos etiam in ipſum graves atque violenti, ita id eum declinare non ſinitis a quo ipſi mendaciter abſtinetis.

Luc. 23. 21.

Cap. 4. Seditioſis igitur clamoribus Judæorum cedente Pilato, in loco, cui nomen eſt Golgotha, crucifigitur Chriſtus. Per lignum eripitur ipſus in ligno, & guſtu fellis & aceti diluitur eſca peccati. Merito priuſquam traderetur, dixerat Dominus, *Cum exaltatus fuero, omnia ad me traham* ... in me omnis infirmitas abolebitur, in me omnis plaga ſanabitur. Exaltatum autem Jeſum ad ſe traxiſſe omnia, non ſolum noſtræ ſubſtantiæ paſſione, ſed etiam totius mundi commutatione monſtratum eſt. Pendente enim in patibulo Creatore, univerſa creatura congemuit: & Chriſti clavos omnia ſimul elementa ſenſerunt ... Hoc petras rupit, monumenta aperuit, inferna reſeravit, & denſarum horrore tenebrarum radius ſolis abſcondit. Debebat hoc teſtimonium ſuo mundus auctori, ut in occaſu Conditoris ſui, vellent univerſa finiri.

Joh. 12. 32.

Serm. 56. *de Paſſ. Domini* 7. *cap.* 1. Oportebat enim ut manifeſto implerentur affectu, quæ diu fuerant figurato promiſſa myſterio: ut ovem ſignificativam ovis vera removeret, & ut uno expleretur ſacrificium variarum differentia victimarum. Nam omnia illa, quæ de immolatione agni divinitus per Moyſen fuerant præſtituta, Chriſtum prophetaverant, & Chriſti occiſionem proprie nuntiaverant. Ut ergo umbræ cederent corpori, & ceſſarent imagines ſub præſentia veritatis, antiqua obſervantia novo excluditur ſacramento, hoſtia tranſit, ſanguis aufertur, & legalis feſtivitas dum mutatur impletur.

Cap. 4. *Quod facis, fac citius*. Vox hæc non jubentis eſt, ſed ſinentis; nec trepidi, ſed parati: qui habens omnium temporum poteſtatem, oſtendit ſe & moram non facere traditori, & ſic ad redemptionem mundi paternam exequi voluntatem, ut facinus, quod a perſequentibus parabatur, nec impelleret, nec timeret ... Qui ergo verum totumque hominem aſſumpſit, veros & corporis ſenſus, & animi ſuſcepit affectus. Nec quia omnia in illo plena erant ſacramentis, plena miraculis, ideo aut falſis lacrymis flevit, aut mendaci eſurie cibum ſumpſit, aut ſimulato ſopore dormivit. In noſtra humilitate contemptus, in noſtra mœſtitudine contriſtatus, in noſtro eſt dolore crucifixus. Paſſiones enim mortalitatis noſtræ ob hoc miſericordia ſubiit, ut ſanaret; ob hoc virtus recepit ut vinceret.

Joh. 13. 27.

Cap. 5. Cum itaque, dilectiſſimi, Dei Filius dicit, *Pater ſi fieri poteſt, tranſeat a me Calix iſte*, noſtræ utitur voce naturæ, & cauſſam agit fragilitatis & trepidationis humanæ: ut in iis quæ toleranda ſunt & patientia roboratur, & formido deleatur. Denique ceſſans hoc ipſum petere, excuſato quodammodo noſtræ infirmitatis metu, in quo nobis remanere non expedit, in alium affectum tranſit, & dicit: *Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*. Et iterum: *ſi non poteſt*, inquit, *calix iſte tranſire a me, niſi bibam illum, fiat voluntas tua*. Hæc vox capitis, ſalus eſt totius corporis: hæc vox omnes fideles inſtruxit, omnes confeſſores accendit, omnes Martyres coronavit. Nam quis mundi odia, quis tentationum turbines, quis poſſet perſecutorum ſuperare terrores, niſi Chriſtus in omnibus & pro omnibus diceret Patri: *Fiat voluntas tua*?

Mat. 26. 39.

Ibid.

Ibid. 42.

Serm.

Serm. 57. *de paſſione Domini* 8. *cap.* 1. Formam ſervi nihil peccati habentis objecit: ut per eum ageretur omnium cauſſa, in quo ſolo erat omnium natura ſine culpa. Irruerunt ergo in lumen verum filii tenebrarum, & urentes facibus atque laternis non evaſerunt infidelitatis ſuæ noctem, quia non intellexerunt lucis autorem. Occupant paratum teneri, & trahunt volentem trahi, qui ſi vellet obniti, nihil quidem in injuriem ejus impiæ manus poſſent; ſed mundi redemptio traderetur, & nullum ſalvaret illæſus, qui pro omnium ſalute erat moriturus.

Cap. 2. Sinens igitur inferri ſibi quicquid Sacerdotum inſtinctu furor popularis audebat, ad Annam Caiphæ ſocerum, ac deinde ad Caipham ex Annæ tranſmiſſione perducitur: & poſt inſanas calumniantium objectiones, poſt commentitias ſubornatorum teſtium falſitates, ad examen Pilati Pontificum delegatione transfertur. Qui, divino jure neglecto, clamantes *ſe regem non habere niſi*

Joh. 19. 15. *Cæſarem*, tanquam Romanis devoti legibus, omne judicium poteſtati Præſidis reſervaſſent, expetierunt executorem magis ſævitiæ, quam arbitrum cauſſæ. Offerebant enim Jeſum duris nexibus vinctum, colaphis & alapis frequentibus cæſum, ſputis oblitum, clamoribus prædemnatum, ut inter tot præjudicia, quem omnes vellent perire, non auderet Pilatus abſolvere. Denique nec in accuſato eum reperiſſe culpam, nec in ſententiæ ſuæ tenuiſſe conſtantiam, docet ipſa cognitio: in qua Judex, quem innocentem pronunciat, damnet, addicens iniquo populo ſanguinem juſti, a quo abſtinendum ſibi, & intellectu proprio ſenſerat, & ſomnio uxoris noverat. Non purgant contaminatum animum manus lotæ, nec in aſperſis aqua digitis expiatur quod famulante impia mente committitur. Exceſſit quidem Pilati culpam facinus Judæorum, qui illum nomine Cæſaris territum, & invidioſis vocibus increpatum, ad effectum ſui ſceleris impulerunt. Sed nec ipſe evaſit reatum, qui cooperatus ſeditioſis, reliquit judicium proprium, & in crimen tranſivit alienum.

Cap. 3. Quod ergo Pilatus, dilectiſſimi, implacabilis populi victus inſania, multis Jeſum dehoneſtari ludibriis, & immodicis vexari permiſit injuriis, quodque eum flagellis cæſum, ſpinis coronatum, & amictu irriſoriæ veſtis indutum, Scribarum & Sacerdotum oſtenderit aſpectui, mitigandos procul dubio inimicorum animos exiſtimavit: ut exſaturatis invidiæ odiis, non ultra jam crederent perſequendum, quem tot modis intuebantur afflictum. Sed cum inardeſceret ira clamantium, ut Barabbam indulgentia relaxaret, & Jeſum Crucis pœna ſuſci-

Mat. 27. 25. peret; cum conſono fremitu diceretur a turbis: *Sanguis ejus ſuper nos & ſuper filios noſtros*: obtinuerunt iniqui in

Pſ. 56. 5. damnationem ſuam quod pertinaciter exigebant: quorum dentes, ſicut Propheta teſtatus eſt, *arma erant & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus*.

Cap. 4. Traditus itaque Dominus ſævientium voluntati, ad irriſionem regiæ dignitatis, ſupplicii ſui juſſus eſt eſſe geſtator; ut impleretur quod Iſaias Propheta prævi-

Iſai. 9. 6. derat, dicens: *Ecce natus eſt puer, & datus eſt nobis filius, cujus imperium ſuper humeros ejus*. Cum ergo Dominus lignum portaret crucis, quod in ſceptrum ſibi converteret poteſtatis, erat quidem hoc apud impiorum oculos grande ludibrium; ſed manifeſtabatur fidelibus grande myſterium: quia glorioſiſſimus diaboli victor, & inimicarum virtutum potentiſſimus debellator, pulchra ſpecie, triumphi ſui portabat trophæum; & invictæ potentiæ humeris, ſignum ſalutis, adorandum regnis omnibus inferebat: tanquam & tunc ipſa operis ſui imagine omnes

Mat. 10. 38. imitatores ſuos confirmaret, & diceret: *Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus*.

Mat. 27. 32. *Cap.* 5. Euntibus autem cum Jeſu turbis ad locum pœnæ, Simon quidam Cyrenæus inventus eſt, in quem lignum ſupplicii transferretur a Domino: ut etiam tali facto præſignaretur gentium fides, quibus Crux Chriſti non confuſio erat futura, ſed gloria. Non ergo fortuitum, ſed figuratum & myſticum fuit, ut Judæis in Chriſtum ſævientibus, ad compatiendum ei peregrinus oc-

Rom. 8. 17. curreret, dicente Apoſtolo: *ſi compatimur, & conregnabimus*: ut ſacratiſſimo Salvatoris opprobrio, non Hebræus quiſquam, nec Iſraelita, ſed alienigena ſubderetur. Per hanc enim translationem, a circumciſione ad præputium, a filiis carnalibus ad filios ſpiritales, immaculati agni propitiatio, & omnium ſacramentorum plenitudo tranſibat. Siquidem *Paſcha noſtrum*, ut ait Apo-

1. Cor. 5. 7. ſtolus, *immolatus eſt Chriſtus*, qui ſe novum & verum reconciliationis ſacrificium offerens Patri, non in templo, cujus jam erat finita reverentia, nec intra ſepta civitatis ob meritum ſui ſceleris diruendæ, ſed foris & extra caſtra crucifixus eſt, ut veterum victimarum ceſſante myſterio, nova hoſtia novo imponeretur altari, & crux Chriſti, non templi eſſet ara, ſed mundi.

Serm. 58. *de paſſione Domini* 9. *capit.* 2. Crux Chriſti eadem eſt & credentium gloria, & non credentium pœna.

Serm. 59. *de paſſione Domini* 10. *cap.* 2. Aliquamdiu tamen (*Pilatus*) furorem ipſorum (*Judæorum*) mitigare conatus eſt: & ideo Dominum Jeſum diverſis contumeliis affici aut permiſit, aut juſſit, ut ſatiata iniquitas de innocentis injuriis, ulterius non ſæviret. Sed pertinax malitia propriis crebris creſcebat augmentis, & in quem obtinuerat jus illuſionis, exigebat & mortis. Unde cum & ſummi Sacerdotes & principes Judæorum, omniſque multitudo crebris vocibus acclamarent, *Crucifige, crucifige*, tradidit Jeſum perſequentium voluntati, Barabba illis latrone dimiſſo; ut qui in die feſto autorem interficiebant vitæ, impunitas eis præſtaretur homicidæ. Luc. 23. 21.

Cap. 3. Euntem itaque, dilectiſſimi, ad locum clarificationis ſuæ Domino, ... ſequebatur eum multitudo populi, & mulierum plangentium & lamentantium .... Sed iſtum ſibi planctum Dominus Jeſus dedignatur impendi, quia non decebat luctus triumphum, nec lamenta victoriam. Denique converſus ad eas: *Filiæ*, inquit, Luc. 27. 28 29.
Jeruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper vosmetipſas, & ſuper filios veſtros flete. Quia venient dies, in quibus dicent: Beatæ ſteriles, & ventres qui non genuerunt, & ubera quæ non nutrierunt. Ubi eſt triſtitia crucifigendi? Ubi formido morituri? Non terret paſſuri animum hora ſupplicii, & docens nullam pro ſe flendi eſſe rationem, indicit pœnitentiam, denunciando vindictam. Non eſt, inquit, quod dolere in me, Jeruſalem filiæ, debeatis, pro vobis plangite, & pro veſtris filiis ejulate. Super illos fundatur iſte ploratus, quos tales viſcera veſtra pepererunt. Lugendum plane vobis eſt, non de Salvatore credentium, ſed de impietate pereuntium. Ego crucem volens patior, & mortem in me, quam ſum perempturus, admitto. Nolite flere pro mundi redemptione morientem, quem in majeſtate Patris videbitis judicantem.

Cap. 4. Exaltatus ergo Chriſtus Jeſus in ligno retorſit mortem in mortis autorem, & omnes principatus, adverſaſque virtutes, per objectionem paſſibilis carnis eliſit, admittens in ſe antiqui hoſtis audaciam, qui in obnoxiam ſibi ſæviendo naturam, etiam ibi exactor auſus eſt eſſe debiti, ubi nullum potuit veſtigium invenire peccati. Evacuatum eſt igitur generale illud venditionis noſtræ & letbale chirographum, & pactum captivitatis in jus tranſiit Redemptoris. Clavi illi, qui manus Domini pedeſque transfoderant, perpetuis diabolum fixere vulneribus, & ſanctorum pœna membrorum inimicarum fuit interfectio poteſtatum: ſic ſuam Chriſto conſummante victoriam, ut in ipſo & cum ipſo omnes, qui in eum crederent, triumpharent.

Serm. 60. *in Paſſ. Dom.* 11. *cap.* 2. Merito beatus Petrus Apoſtolus in hujus unitatis confeſſione laudatus eſt: qui, cum Dominus quid de ipſo intelligerent Diſcipuli, ſcrutaretur, omnium celerrime ora præveniens: *tu es*, Mat. 16. 16.
inquit, *Chriſtus filius Dei vivi*. Quod utique non revelante vidit carne, nec ſanguine, quorum objectu interiores oculi poterant impediri, ſed ipſo Spiritu Patris in corde operante credentis, ut ad regimen totius Eccleſiæ præparatus, primum diſceret quod doceret, & pro ſoliditate fidei, quam erat prædicaturus, audiret: *Tu es* Ibid. 18.
Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Chriſtianæ igitur fidei fortitudo, quæ portas mortis ſuper inexpugnabilem petram ædificata non metuit, unum Dominum Jeſum Chriſtum, & verum Deum, & verum hominem confitetur: eumdem credens filium Virginis, qui autor eſt matris; eumdem natum in fine ſeculorum, qui Creator eſt temporum; eumdem Dominum omnium virtutum, & unum de ſtirpe mortalium; eumdem peccati neſcium, & *in ſimilitudine carnis peccati* pro peccatoribus immolatum.

Cap. 3. *Vide ſupra part.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 1. §. 19. *lit.* (I) Rom. 8. 3.

Cap. 5. Quod ergo falſi teſtes, quod cruenti Principes, quod impii Sacerdotes, in Domini Jeſu Chriſti myſterio, ignavia Præſidis, & famulatu imperitæ cohortis egerunt, & deteſtandum univerſis ſæculis, & amplectendum fuit. Crux enim Domini, ſicut in Judæorum erat mente crudelis, ita eſt in Crucifixi virtute mirabilis. Furit in unum populus, & miſeretur omnium Chriſtus. Quod ſævitia infertur, poteſtate ſuſcipitur: ut licentia facinoris, æternæ opus impleat voluntatis.

Serm.

Digitized by Google

Eccleſiæ officiis, & quidquid celebrat, quidquid agit id mente aſſequamur. (B)

I. Quodnam myſterium celebratur Dominica quæ Palmarum dicitur?

R. My-

B *Serm.* 61. *de Paſſ. Dom.* 12. *cap.* 2. (*Cum in Christo*) diabolus quod ſuum diceret, non haberet: dum in eum ſævit, quem ſub peccati lege non tenuit, jus impiæ dominationis amiſit.

Cap. 3. Effuſio enim pro injuſtis ſanguinis juſti, tam potens fuit ad privilegium, tam dives ad pretium, ut ſi univerſitas captivorum in Redemptorem ſuum crederet, nullum tyrannica vincula retinerent: *Quoniam*, ſicut Apoſtolus ait, *ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit & gratia*. Et cum ſub peccati præjudicio nati poteſtatem acceperint ad juſtitiam renaſcendi, validius donum factum eſt libertatis, quam debitum ſervitutis. Rom. 5. 20.

Serm. 62. *de Paſſ. Dom.* 13. *c.* 3. Verus itaque venerator Dominicæ paſſionis ſic crucifixum Jeſum oculis cordis aſpiciat, ut illius carnem ſuam eſſe cognoſcat. Contremiſcat in Redemptoris ſui ſupplicio terrena ſubſtantia, rumpantur infidelium mentium petræ, & qui mortalitatis gravabantur ſepulchris, diſcuſſa obſtaculorum mole proſiliant. Appareant nunc quoque in Civitate ſancta, id eſt, in Eccleſia Dei futuræ reſurrectionis indicia: & quod gerendum eſt in corporibus, fiat in cordibus. Nulli infirmorum crucis eſt negata victoria: nec quiſquam eſt, cui non Chriſti auxilietur oratio. Quæ ſi multis in ipſum ſævientibus profuit, quanto magis eos, qui ad ipſum convertuntur, adjuvit? Sublata eſt ignorantia, temperata eſt difficultas; & igneam illam, qua vitæ regio erat incluſa, romphæam, ſacer Chriſti Sanguis extinxit. Veræ luci, antiquæ noctis ceſſit obſcuritas. Invitatus ad paradiſi divitias populus Chriſtianus, & cunctis regeneratis ad amiſſam patriam patefactus eſt reditus, ſi nemo ſibi illam viam facit claudi, quæ fide latronis potuit aperiri.

Serm. 65. *de Paſſ. Dom.* 16. *c.* 2. Cum ergo omnia, quæ in Dominum majeſtatis Judaica admiſit impietas, tanto ante prædicta ſint, ut non tam de futuris, quam de præſentibus propheticus ſit ſermo contextus; quid aliud nobis, quam ſempiternarum diſpoſitionum Dei incommutabilis ordo reſeratur, apud quem & diſcernenda jam dijudicata & futura jam facta ſunt? Cum enim & qualitates actionum noſtrarum, & effectus omnium voluntatum, ſcientia divina præveniat; quanto magis nota Deo ſunt opera ſua? Et recte placuit, quaſi facta recoli, quæ non poterant omnino non fieri ... Nunquid iniquitas perſequentium Chriſtum ex Dei eſt orta conſilio; & illud facinus, quod omni majus eſt crimine, manus divinæ præparationis armavit. Non hoc plane de ſumma juſtitia ſentiendum eſt: quia multum diverſum multumque contrarium eſt, id quod in malignitate Judæorum eſt præcognitum, & quod in Chriſti eſt paſſione diſpoſitum. Non inde proceſſit voluntas interficiendi, unde moriendi: nec de uno extitit ſpiritu atrocitas ſceleris, & tolerantia Redemptoris. Impias furentium manus non immiſit in ſe Dominus, ſed admiſit; nec præſciendo quod faciendum eſſet, coegit ut fieret, cum tamen ad hoc carnem ſuſcepiſſet, ut fieret.

Cap. 3. Qui enim venit peccatores ſalvos facere, nec ipſis quidem interfectoribus ſuis miſericordiam denegavit, ſed impiorum malum in bonum credentium commutavit: ut mirabilior fieret gratia Dei, non ſecundum merita hominum, ſed ſecundum multitudinem divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei miſericorditer præparata, quando & ipſos qui fuderant ſanguinem Salvatoris, reciperet unda baptiſmatis.

Cap. 6. Et nihil habemus, niſi quod accepimus, & jugiter admonemur, ut dona gratiæ Dei non negligenter habeamus. Juſte enim nobis inſtat præcepto, qui præcurrit auxilio; & benigne incitat ad obedientiam, qui ducit ad gloriam.

Cap. 7. Caput noſtrum Dominus Jeſus Chriſtus, omnia in ſe corporis ſui membra transformans, quod olim in Pſalmo eructaverat, id in ſupplicio crucis ſub redemptorum ſuorum voce clamabat: *Deus, Deus meus, reſpice in me; quare me dereliquiſti?* Vox iſta, Dilectiſſimi, doctrina eſt, non querela. Nam cum in Chriſto Dei & hominis una perſona ſit, nec ab eo potuerit relinqui a quo non poterat ſeparari; pro nobis trepidis & infirmis interrogat, cur caro pati metuens exaudita non fuerit. Pſ. 21. 2.

Serm. 66. *de Paſſ. Domini* 17. *c.* 2. Ideo ergo Jeſus voce magna clamabat, dicens: *Quare me dereliquiſti?* Ut notum omnibus faceret, quare oportuerit eum non eripi, non defendi, ſed ſævientium manibus derelinqui; hoc eſt Salvatorem mundi fieri, & omnium hominum Redemptorem; non per miſeriam, ſed per miſericordiam; nec amiſſione auxilii, ſed definitione moriendi ... Unde tradi Dominum paſſioni, tam fuit paternæ, quam ipſius voluntatis: ut eum non ſolum Pater relinqueret, ſed etiam ipſe ſe quadam ratione deſereret non trepida diſceſſione, ſed voluntaria ceſſione. Continuit enim ſe ab impiis crucifixi poteſtas; & ut diſpoſitione uteretur occulta, uti voluit virtute manifeſta. Nam qui mortem & mortis auctorem ſua venerat paſſione deſtruere, quomodo peccatores ſalvos faceret, ſi perſecutoribus repugnaret? Mat. 20. 46.

Serm. 68. *de Paſſ. Dom.* 19. *cap.* 5. Ibi ergo ſe conſtituat Chriſtianus quo eum ſecum ſuſtulit Chriſtus, & ad id dirigat omnem viam ſuam, ubi ſcit humanam ſalvatam eſſe naturam. Paſſio enim Domini uſque ad finem producitur mundi: & ſicut in ſanctis ſuis ipſe diligitur, & in pauperibus ipſe paſcitur, ipſe veſtitur; ita in omnibus, qui pro juſtitia adverſa tolerant, ipſe compatitur: niſi forte æſtimandum eſt multiplicata per orbem fide, & rareſcente impiorum numero, omnes perſecutiones, & omnia quæ adverſus beatos Martyres ſævierunt, finita eſſe certamina, tamquam ſuſcipiendæ crucis illis tantum neceſſitas incubuerit, quibus ad expugnandam Chriſti dilectionem atrociſſima ſunt illata ſupplicia. Sed aliud ſervientium Deo pietas expetitur, aliud etiam Apoſtoli prædicatio proteſtatur, qui dicit: *omnes qui pie volunt vivere in Chriſto Jeſu perſecutionem patiuntur*. Qua ſententia nimis tepidus & ſegnis oſtenditur, qui nulla perſecutione pulſatur. 2. Timot. 3. 12.

(B) CONSTIT. APOST. *lib.* 5. *c.* 17. Jejunate igitur diebus Paſchæ, incipientes a ſecunda feria uſque ad ſextam, & ſabbatum, ſex diebus pane tantum, ſale, oleribus, & aqua menſæ adhibitis: abſtinete his diebus vino, & carne: dies quippe luctus & non feſti ſunt: ſexta tamen feria, & ſabbato ex toto manete jejuni qui ita firmis viribus eſtis, ut ferre poſſitis, nihil prorſus guſtantes uſque ad nocturnum galli cantum. Si quis vero propter imbecillitatem utrumque diem conjungere non potuerit, ſaltem ſabbatum ſervet. Ait enim Dominus de ſe, quando ablatus fuerit eis ſponſus, tum jejunabunt in diebus illis. Mat. 9. 15.

Cap. 18. Quamobrem monemus vos, ut his diebus jejuni maneatis uſque ad veſperam, ſicut & nos jejuni manſimus, cum ablatus fuit nobis: reliquis vero diebus ante ſextam feriam, edite hora nona, veſpere, aut pro ratione virium, ut quis poteſt: ſabbato autem uſque ad galli cantum jejunium producite, & illuceſcente una ſabbatorum, qui eſt dies Dominicus, deſinite, pervigilantes a veſpera uſque ad galli cantum, & in Eccleſia in unum congregati preces & ſupplicationes Deo in pernoctatione veſtra adhibentes. Item Legem, Prophetas, & Pſalmos uſque ad galli cantum legentes, & Cathecumenos baptizantes; ac lecto Evangelio in timore & tremore, & habito ad populum ſermone de iis quæ ad ſalutem pertinent, deponite luctum, & deprecamini Deum, ut convertatur Iſrael, & locum pœnitentiæ accipiat, & veniam impietatis.

S. EPIPHAN. *adv. Hæreſ. lib.* 3. *tom.* 1. *Hæreſ.* 70. *quæ eſt Audianor. n.* 12. Neque a 16. lunæ die, neque a 9. Xerophagiæ, ac Paſchatis hebdomadem, quæ ſancta dicitur inchoare poſſumus.

In expoſit. fidei Cathol. n. 22. Ceterum ante ſeptem Paſchatis dies quadrageſimam obſervare, atque in jejuniis perſeverare eadem conſuevit Eccleſia: Dominicis vero nullis omnino, adeoque nec ipſius quidem quadrageſimæ jejunare ſolet. Præterea ſex illos Paſchatis dies Xerophagiis, hoc eſt arido victu, tranſire populus omnis aſſuevit; hoc eſt panem duntaxat cum aqua ſub veſperam adhibere. Imo vero nonnulli ad biduum vel triduum, vel quatriduum uſque jejunia prorogant. Alii totam hebdomadam ad uſque ſequentis Dominicæ gallicinium ſine cibo tranſmittunt. Pervigilia vero ſex obeunt, ac totidem ſynaxes; quæ tota quadrageſima poſt horam nonam ad veſperam uſque celebrantur. At quibuſdam in locis in ea ſolum nocte, quæ quintam feriam ſequitur, & in feriam ſextam deſinit, atque in ea, quæ Dominicam antecedit, pervigilant. Aliis in locis quinta feria Divini myſterii cultus hora tertia celebratur, atque ita miſſio populi fit, ut in aridorum uſu perſiſtant. Alibi vero Divini myſterii cultus non prius indicitur, quam Dominicus dies illuxerit, cum ſub gallorum cantum dimittitur populus, in ipſo Reſurrectionis feſto, a ſolemni

ce-

R. Myſterium Ingreſſus triumphalis Jeſu Chriſti in Jeruſalem, ſex diebus antequam pareretur.

I. Quale Myſterium narras?

Part.1.Sect. v.c.1. §.11. *R.* Rem jam ſupra expoſuimus. Chriſtus ingreſſus eſt Jeruſalem ſedens ſuper aſinam & pullum ejus, ut prædixerat Zacharias. (C) Plebs autem C

Matt.21.8. & 9. Hebræorum, & pueri maxime *ſtraverunt veſtimenta ſua in via, alii cædebant ramos de arboribus & ſternebant in via: turbæ autem quæ præcedebant & quæ ſequebantur clamabant dicentes, Hoſanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini: Hoſanna in altiſſimis.*

Hoſanna vox Hebræa eſt quæ ad literam ſignificat *ſalva nunc quæſo*: ſed quæ ex more Hebræorum illius temporis fauſtam acclamationem ſignificabat, ac ſi dictum fuiſſet, pax, gloria, ſalus.

I. Cur Chriſtus Jeroſolymam ingreſſus eſt aſina ſedens?

R. 1. Ut implerentur vaticinia Prophetarum.

2. Ut hoc ipſo ſignificaret quam gereret alienum animum ab omni faſtu.

3. Rarior equorum uſus erat apud Iſraelitas, aſinorum multo frequentior, ut patet ex plurimis Scri-

D pturarum teſtimoniis. (D)

I. Cur ſola plebs venit obviam Chriſto?

R. Ut hinc intelligamus Optimates ut plurimum & divites hujus ſæculi, præ faſtu & ſuperbia indignos eſſe qui veniant in partem lætitiæ trium-

E phi Chriſti; Deumque ſimplicitate & laudibus parvulorum & innocentium delectari. (E)

I. Cur ſit hac die ſolemnis Ramorum benedictio? PARS II. SECT. IV. CAP. II.

R. Quia in memoriam ingreſſus Chriſti in Jeruſalem turbis obviam illi procedentibus cum palmis, ſit hodie Proceſſio ſolemnis, in qua quiſque §. 9.

geſtat præ manibus ramum arboris prius benedictum, ut mos eſt Eccleſiæ benedicere quidquid ad ſacros ritus adhibetur. (F) F

I. Cur poſtquam Proceſſio ad foras Eccleſiæ rediit, non prius panduntur fores quam eas Sacerdos tribus repetitis vicibus percuſſerit, ter dicens *Attollite portas principes veſtras & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ?* Pſal.23.16.

R. Ut hinc intelligamus clauſum fuiſſe hominibus cælum Adamo peccante, nec niſi Chriſti morte fuiſſe reſeratum.

I. Quomodo agendus eſt hic dies ex mente Eccleſiæ?

R. Ea Eccleſiæ mens eſt.

1. Ut Chriſtum de dæmonibus morte ſua triumphantem hodie adoremus.

2. Ut participes ſimus hujus triumphi, ſubjiciendo nos ſponte Chriſti imperio; ipſumque in nobis ſancte ſuſcipiendo.

3. Ut hæc ſedulo meditantes adſimus palmarum benedictioni & proceſſioni, ceteroque officio Eccle- G

ſiæ. (G)

§. 10.

celeberrimoque Paſchatis die, quemadmodum præſcriptum eſt. Quod ad alia myſteria pertinet, ut baptiſmi & quæ interiora ſunt, ea ritibus illis, ac ceremoniis obeuntur, quæ ex Evangelio, & Apoſtolorum auctoritate, ac traditione profectæ ſunt.

S. CHRYSOST. *Hom. 42. in ſancta & magna Paraſceve tom. 6. pag.* 404. Dies eſt crucis, & gaudemus omnes, & jejunamus a malis & puri ſumus in omnibus, in interioribus, in exterioribus. Hæc eſt feſtivitatis ratio, hic lætitiæ modus... Intuere totum orbem terrarum, quam multi pagi, quam multæ urbes, quam multa loca, quam multæ nationes ... hi omnes propter crucem jejunant, ejus virtute ſuos affectus crucifigentes, multisque non abſolvitur, neque tamen jejunii labor abſolvitur.

S. BERNARD. *Serm. de paſſione Domini feria* IV. *hebdomadæ ſanctæ*, *nu.* 1. Vigilate animo, fratres, ne infructuoſa vos hujus temporis ſacramenta pertranſeant. Copioſa eſt benedictio: date receptacula munda: devotas animas, ſenſus vigiles, affectus ſobrios, puras conſcientias exhibete tantis charismatibus gratiarum. Nimirum admonet vos ſollicitudinis hujus mundi non modo ſpecialis ipſa converſatio, quam profeſſi eſtis: ſed & generalis Eccleſiæ obſervatio cujus filii eſtis. Univerſi ſiquidem Chriſtiani ſacra hac ſeptimana, aut præ ſolito, aut præter ſolitum, pietatem colunt, modeſtiam exhibent, humilitatem ſectantur, induunt gravitatem, ut Chriſto compatienti quodammodo compati videantur. Quis enim tam irreligioſus, qui non compungatur? Quis tam inſolens, qui non humilietur? Quis tam iracundus, ut non indulgeat? Quis tam delicioſus, ut non abſtineat? Quis tam flagitioſus, ut non contineat? Quis tam malitioſus, ut non pœniteat his diebus? Merito quidem. Nempe adeſt paſſio Domini ... Prope eſt etiam reſurrectio ejus, in qua ſolemnitatem celebrabitis altiſſimo Domino.

(C) ZACHAR. IX. 9. Ecce Rex tuus veniet tibi juſtus & Salvator: ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ.

MATTH. XXI. 1.... Jeſus miſit duos diſcipulos, 2. dicens eis: Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & ſtatim invenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea: ſolvite, & adducite mihi. 3. Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet: & confeſtim dimittet eos. 4. Hoc autem totum factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem: 5. Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubjugalis. 6. Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut præcepit illis Jeſus. 7. Et adduxerunt aſinam, & pullum, & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua: & eum deſuper ſedere fecerunt. 8. Plurima autem turba ſtraverunt veſtimenta ſua in via, &c.

Eadem leguntur MARCI XI. 1. *& ſeq.* LUCÆ XIX. 29. *&c. Et* JOH. XII. 12. 15.

(D) *Id invicte demonſtratur ex lege* EXOD. XIII. 13. Primogenitum aſini mutabis ove; *quod nempe maximo eſſet aſinus uſui Iſraelitis: &* XX. 17. Non concupiſces domum proximi tui ... non bovem, non aſinum, &c. *Immo apud Iſraelitas equos fuiſſe nullibi memoratur in Scripturis, ſaltem poſt egreſſum eorum ex Ægypto, ſed tantum apud exteras nationes uſque ad Regem Salom. qui* 3. REG. IV. 26. *habuiſſe dicitur* quadraginta millia præſepia equorum curribium, & duodecim millia equeſtrium, *quod etiam refert autor l.* 2. PARAL. IX. 25. *Hoc fuſius probare mei non eſt inſtituti.*

(E) *Catechiſme de Meaux de* MESSIRE JACQUES BENIGNE BOSSUET, *Leçon.* 8. *D.* Quinam fuerunt ii qui Dominum noſtrum præceſſerunt? *Reſp.* Simplex populus, & pueri. *D.* Quare? *Reſp.* quia ſimplicitatem & laudes innocentium amat ... *D.* Quid igitur faciendum, ut in partem triumphi Chriſti veniamus? *Reſp.* Ipſius manſuetudinem, cordisque humilitatem imitari debemus. *D.* Cur Jeſus aſina ſedens ingreſſus eſt? *Reſp.* Ut Prophetarum impleret vaticinia. *D.* Quem in finem Deus ita fieri prædeſtinaverat? *Reſp.* Ut a nobis faſtum omnem, ac ſuperbiam amoveret.

(F) S. BERNARD. *Serm.* 1. *in Purif. B. Mariæ*, *n.* 1. In ſecunda jam proceſſione præeunt turbæ, turbæ ſequuntur, nec Virgo portat, ſed aſellus. Neminem itaque dedignatur: nec ipſos qui computruerunt tamquam jumenta in ſtercore ſuo: non dedignatur, inquam, ſed ſi Apoſtolica veſtimenta non deſint; ſi doctrina eorum, ſi morum juſtitia, ſi obedientia, ſi charitas cooperiat multitudinem peccatorum, ex hoc jam proceſſionis ſuæ gloria non cenſabit indignos.

Vide eumdem *ſerm.* 1. *in Purific. B. Mariæ n.* 1. *in fine ſupra* §. 8. *lit.* (N)

Serm. 2. *in Dom. Palm. n.* 1. Celebraturi ſumus hodie proceſſionem, & paulo poſt audituri paſſionem... Proceſſio quidem merito repræſentatur hodie, quæ facta eſt hodie.

(G) S. EPIPHAN. *ſeu* AUCTOR *Serm. in feſto Palmar. inter ejus opera tom.* 2. *pag.* 152. Regi Regum regali cultu obviam eamus. Dominum Dominorum, uti Dominum par eſt, adoremus: Deo deorum divinitus canamus; ſponſo incorruptionis, quales divinum decent ſponſum, choros ducamus; hilares hilari vultu

lam-

Digitized by Google

§. 10. *De Feriis Quinta & Sexta majoris Hebdomadæ.*

I. Quid egit Chriſtus feria quinta majoris hebdomadæ?

R. Poſtquam laviſſet pedes Apoſtolorum, ſub veſperam ſacroſanctam Euchariſtiam inſtituit: deinde facta oratione traditus eſt in manus Judæorum, & nocte ſequenti multa paſſus. (A) Quæ omnia fuſius ſupra retulimus, Part. 1. Sect. 2. cap. 1. a §. 11. ad 20. A

R. Quæ

lampades accendamus; animorum veſtes, ut Deo convenit, immutemus, vias vitæ recte paremus: animorum noſtrorum aditus Regi patefaciamus; victoriæ palmas ut victori mortis portemus; quatientes, prout divinam decet majeſtatem, olivarum ſurculos ſurculo ex Maria nato; Angelicas laudes Angelorum Deo concinamus: una cum pueris pro dignitate divina vocem extollamus, cum populo pariter populi quæ populum decent conclamemus: Hoſanna in excelſis ... O res novas, & ſupra omnium opinionem admirandas! Heri Chriſtus a mortuis Lazarum excitavit, hodie vero ipſe properat ad mortem ... Ibi ſola Bethania demiratur; hic vero univerſa Eccleſia diem feſtum agit ... O res & diei feſti novitate admirabiles, & hominum opinione incredibiles! Pueri Chriſtum tamquam Deum prædicant, & Sacerdotes illi maledicunt: lactentes adorant, & doctores impie aſpernando calumniantur: pueri Hoſanna dicunt, & Hebræi crucifige vociferantur: illi palmas geſtantes ad Chriſtum conveniunt; hi cum gladiis ipſum invadunt; illi ramos cædunt, hi crucis lignum præparant; infantes Chriſto tunicas ſubſternunt, & Sacerdotes Chriſti veſtimenta diſpertiunt. Infantes Chriſtum ſupra pullum extollunt, & ſenes Chriſtum in cruce ſuſpendunt: pueri Chriſti pedes adoraverunt; illi vero Chriſti pedes clavis affixerunt: Pueri laudem deferunt, iſti acetum offerunt: pueri Chriſto honorem, illi vero fel præbent: pueri palmarum ramos quatiunt, iſti vero lancea Chriſti latus pungunt: pueri Chriſtum ſupra pullum (*ſedentem*) divinis laudibus celebrant, iſti eum qui pullo vehitur vendunt, &c.

S. BERNARD. *Serm.* 1. *in Domin. Palmarum*, *numer.* 1. Proceſſionis gloria voluit ſublimari, qui paulo poſt ſibi noverat imminere diem ignominioſiſſimæ paſſionis. Quis ergo ſperare jam debeat in incerto gloriæ temporalis, cum videat in ipſo quoque qui peccatum non fecit, Creatore temporum & conditore univerſitatis, poſt exaltationem tantam nihilominus humiliationem ſequi? In eadem enim civitate, a plebe eadem, & eodem tempore, nunc quidem proceſſionis gloria & divinis eſt laudibus honoratus: poſtmodum vero interrogatus contumeliis & tormento, & cum ſceleratis deputatus. Hic eſt tranſitoriæ finis lætitiæ: hic fructus gloriæ temporalis.

N. 2. In proceſſione quidem cæleſtis patriæ repræſentamus gloriam, in paſſione monſtramus viam. Nam ſi in proceſſione quidem venit tibi in mentem futura illa lætitia, & exultatio multa nimis, quando rapiemur in nubibus obviam Chriſto in aera, ſi tota concupiſcentia videre deſideras diem illam, quando ſuſcipietur in cæleſti Jeruſalem Chriſtus Dominus caput cum omnibus membris, portans triumphum victoriæ, applaudentibus jam non popularibus turmis, ſed virtutibus Angelicis clamantibus undique populis utriuſ-
Matt. 11. 10. que teſtamenti, *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Si unquam conſideraſti in proceſſione, quo properandum ſit: diſce in paſſione, qua ſit eundum. Hæc eſt enim via vitæ, tribulatio præſens via gloriæ, via civitatis habitaculi, via regni.

Serm. 3. *num.* 1. Cum univerſa fecerit Deus, *in*
Sap. 11. 21. *numero, pondere, & menſura:* ſpecialius tamen ea tempora quibus in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt, quæcumque in eis operatus, locutus, aut paſſus eſt, ita diſpoſuit, ut ne minimum quidem momentum, ne unum jota a ſacramento vacavit; aut præterierit ſine myſterio. Evidentius tamen quatuor proximos dies, & ipſum quem hodie colimus, illuſtravit diem Proceſſionis, diem Refectionis, Paſſionis, Requietionis & Reſurrectionis ſuæ. Notabiles admodum dies, & inter ceteros inſignes magis. Prima ſiquidem die gloriam ſuſcipere dignatus eſt humanam: & cum ingenti quodam tripudio, & exultatione univerſæ terræ, Hieroſolymam non propriis, ut hactenus conſueverat, pedibus, ſed jumento vectus intrare. Et hæc quidem præparatio ad paſſionem fuit, excitata hinc maxime invidia Sacerdotum. Sane venturas aliquando turbas ut raperent, & eum Regem facerent, fugiens legitur declinaſſe. Nunc vero etiam Joh. 6. 15.
non quæſitus affuit, ut tamquam Rex Iſrael ſuſciperetur & prædicaretur ab iis, quin etiam in hæc ipſa præconia eorum, quod dubium non eſt, animos excitavit. Sic nimirum & de paſſione advertere eſt. Exiit Joh. 8. 1.
quandoque & abſcondit ſe ab eis, ſcilicet Judæis: nec volebat jam ambulare palam in Judæa: quia quærebant eum interficere. Sciens autem quod venerit hora ejus, tamquam poteſtatem habens ſpontaneus ipſe ſe obruit paſſioni. Decebat nempe Pontificem noſtrum tentari Hebr. 4. 15.
per omnia pro ſimilitudine abſque peccato, ut tamquam verus homo & proſpera hominum, & adverſa opportune vitaret, opportune, ſuſciperet, & utrarumque rerum in ſeipſo nobis ſalutare præberet exemplum. Ut enim temperantiæ eſt, præconia populi & ſæculi hujus proſpera declinare: ſic interdum juſtitiæ eſt, certa quidem diſpenſatione admittere ea. Perſecutio quoque & temporalis omnis adverſitas pro loco & tempore prudenter aliquando fugienda erit: cum autem neceſſe fuerit, viriliter toleranda.

Serm. 1. *in die Paſchæ*, *n.* 15. Luximus his diebus, compunctioni & orationi, gravitati & abſtinentiæ dediti, ceterorum negligentias temporum ſacro hoc quadragenario redimere & diluere cupientes. Communicavimus paſſionibus Chriſti, complantati ei denuo ſumus per baptiſmum quemdam lachrymarum, pœnitentiæ, & confeſſionis. *Si ergo mortui ſumus peccato quomodo vi-* Rom. 6. 2.
vemus adhuc in illo? Si negligentias planximus, quid cauſæ eſt ut recidamus nunc in eaſdem?

N. 16. Venturo paraſtis hoſpitium, confitentes peccata cum gemitu, caſtigantes corpora, eleemoſynas impendentes.

(A) JOHANN. XIII. 4. Ponit (Jeſus) veſtimenta ſua, & cum accepiſſet linteum, præcinxit ſe. 5. Deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus ... 12. Poſtquam ergo lavit pedes eorum, & accepit veſtimenta ſua: cum recubuiſſet iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? 13. Vos vocatis me Magiſter, & Domine, & bene dicitis: ſum etenim. 14. Si ergo ego lavi pedes veſtros, Dominus, & Magiſter; & vos debetis alter alterius lavare pedes. 15. Exemplum enim dedi vobis: ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis .... 21. Cum hæc dixiſſet Jeſus turbatus eſt ſpiritu: & proteſtatus eſt, & dixit: Amen dico vobis: Quia unus ex vobis tradet me ... 26. ... cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxiſſet panem, dedit Judæ Simonis Iſcariotæ: 27 .. Et poſt bucellam, introivit in eum Satanas. Et dixit ei Jeſus: Quod facis, fac citius. 30. Cum ergo accepiſſet ille bucellam, exivit continuo.

MATTH. XXVI. 20. Veſpere autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis. 21. Et edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quia unus veſtrum me traditurus eſt. 22. Et contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere: Numquid ego ſum, Domine? 23. At ipſe reſpondens, ait ... 24. Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo: væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille .. 26. Cœnantibus autem eis, accepit Jeſus panem, & benedixit ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & comedite: hoc eſt corpus meum. 27. Et accipiens calicem gratias egit: & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. 28. Hic eſt enim ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum ... 30. Et hymno dicto, exierunt in montem Oliveti ... 37. Et cœpit contriſtari & mœſtus eſſe. 38. Tunc ait illis (diſcipulis tribus:) Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: ſuſtinete hic, & vigilate mecum. 39. Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam, orans, & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte, verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu ... 42. Iterum ſecundo oravit, dicens: Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum, fiat volun-

Digitized by Google

R. Quæ mens eſt Eccleſiæ hac die?

R. Ut iſtæc omnia myſteria meditemur, & horum participes ſimus. (B)

I. Cur hac die fit ab Epiſcopis ſolemnis ſacrorum oleorum benedictio? Pars II. Sect. IV.

R. Quia hæc olea neceſſaria ſunt in uſum Ba- Cap. II. §. 10.

luntas tua... 44. Iterum oravit tertio eumdem ſermonem dicens... 45. Tunc venit ad diſcipolos ſuos, & dicit illis... Ecce appropioquavit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. 46. Surgite, eamus: ecce appropinquavit qui me tradet. 47. Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa, cum gladiis & fuſtibus, miſſi a principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi. 48. Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignum dicens: Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. 49. Et confeſtim accedens ad leſum, dixit: Ave Rabbi & oſculatus eſt eum. 50. Dixitque illi Jeſus: Amice, ad quid veniſti? Tunc acceſſerunt & manus injecerunt in Jeſum, & tenuerunt eum.... 55.... Dixit Jeſus turbis: Tamquam ad latronem exiſtis cum gladiis, & fuſtibus comprehendere me... 56.... Tunc diſcipuli omnes, relicto eo, fugerunt. 57. At illi tenentes Jeſum, duxerunt ad Caipham principem ſacerdotum... 59. Principes autem ſacerdotum, & omne conſilium, quærebant falſum teſtimonium contra Jeſum, ut eum morti tradereut; 60. & non invenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent... Noviſſime autem venerunt duo falſi teſtes. 61. Et dixerunt: Hic dixit, Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud. 62. Surgens princeps ſacerdotum, ait illi: Nihil reſpondes ad ea quæ iſti adverſum te teſtificantur? 63. Jeſus autem tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi: Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis ſi tu es Chriſtus Filius Dei. 64. Dicit illi Jeſus: Tu dixiſti. Verumtamen dico vobis, amodo videbitix filium hominis ſedentem a dextris virtutis Dei & venientem in nubibus cæli. 65. Tunc Princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicenx: Blaſphemavit: quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam. 66. Quid vobis videtur? At illi reſpondentes dixerunt: Reus eſt mortis. 67. Tunc exſpuerunt in faciem ejus, & colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ejus dederunt, 68. dicentes: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit?

MARC. XIV. 21.... Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, ſi non eſſet natus homo ille. 22. Et manducantibus illis, accepit Jeſus panem: & benedicens fregit, & dedit eix: & ait: Sumite, hoc eſt corpus meum. 23. Et accepro calice, gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes. 24. Et ait illis: Hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effundetur... 26. Et hymno dicto exierunt in montem olivarum... 33. Et cœpit pavere, & tædere. 33. Et ait... Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.... 35. Procidit ſuper terram: & orabat, ut ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora: 36. Et dixit: Abba Pater, omnia tibi poſſibilia ſunt, transfer calicem hunc a me, ſed non quod ego volo, ſed quod tu... 39. Et iterum abiens oravit, eumdem ſermonem dicens... 41... Ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum... 42. Ecce qui me tradet, prope eſt. 43. Et adhuc eo loquente, venit Judas Iſcariotes unux de duodecim, & cum eo turba multa, cum gladiis & lignis... 44. Dederat autem traditor ejus ſignum eis, dicens: Quemcumque oſulatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, & ducite caute 45. Et cum veniſſet, ſtatim accedens ad eum, ait: Ave Rabbi: & oſculatus eſt eum. 46. At illi manus injecerunt in eum, & tenuerunt eum.... 48. Et reſpondens Jeſus, ait illis: Tamquam ad latronem exiſtis cum gladiis & lignis comprehendere me? .. 50. Tunc diſcipuli ejus relinquentes eum omnes fugerunt... 53. Et adduxerunt Jeſum ad ſummum ſacerdotem.... 55. Summi vero ſacerdotes, & omne conſilium, quærebant adverſus Jeſum teſtimonium, ut eum morti tradereut, nec inveniebant. 56. Multi enim teſtimonium falſum dicebant adverſus eum: & convenientia teſtimonia non erant... 61.... Summus ſacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Chriſtus Filius Dei benedicti? 62. Jeſus autem dixit illi: Ego ſum; & videbitis Filium hominis ſedentem a dextris virtutix Dei, & venientem cum nubibus cæli. 62. Summus autem ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua, ait... 64. Audiſtis blaſphemiam: Quid vobis videtur? Qui omnes condemnaverunt eum reum eſſe mortis. 65. Et cœperunt quidam conſpuere

eum, & velare faciem ejus, & colaphis eum cædere, & dicere ei: Prophetiza: & miniſtri alapis eum cædebant.

LUC. XXII. 14. Diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo... 19. Et accepro pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. 20. Similiter & calicem, poſtquam cœnavit, dicens: Hic eſt calix novum teſtamentum in ſenguine meo, qui pro vobis fundetur. 21. Verumtamen ecce manus tradentis
me, mecum eſt in menſa... 37. Dico enim vobis, quo- Iſ. LIII. 12.
niam adhuc hoc quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus eſt... 41. Poſitis genibus orabat, 42. dicens: Pater ſi vix transfer calicem iſtum a me: verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat... 43. Et factus in agonia, prolixius orabat. 44. Et factus eſt ſudor ejus, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram... 47. Adhuc eo (Jeſu) loquente, ecce turba: & qui vocabatur Judas unus de duodecim, antecedebat eos: & appropinquavit Jeſu ut oſcularetur eum. 48. Jeſus autem dixit illi: Juda, oſculo Filium hominis tradis? ... 52. Dixit autem Jeſus ad eos, qui venerant ad ſe, principes ſacerdotum, & magiſtratus templi, & ſeniores: Quaſi ad latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus? 53. Cum quotidie vobiſcum fuerim in templo, non extendiſtix manus in me: ſed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum... 54. Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum Principis ſacerdotum: Petrus vero ſequebatur a longe..., 63. Et viri qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes. 64. Et velaverunt eum, & percutiebant faciem ejus: & interrogabant eum, dicentes: Prophetiza, quis eſt, qui te percuſſit? Et alia multe blaſphemantes dicebant in eum.

1. COR. XI. 20. Convenientibus ergo vobis in unum jam non eſt dominicam cœnam manducare. 21. Unuſquiſque enim ſuam cœnam præſumit ad manducandum: Et alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. 22. Numquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut Eccleſiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habeat? Quid dicam vobix? Laudo vos? In hoc non laudo. 23. Ego enim accepi a Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jeſus in qua nocte tradebatur, accepit panem. 24. Et gratias agene fregit, & dixit: Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. 25. Similiter & calicem, poſtquem cœnavit, dicens: Hic calix novum teſtamentum eſt in meo ſangaine, hoc facite quotieſcumque bibatix, in meam commemorationem. 26. Quotieſcumque enim manducabitis panem huoc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. 27. Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigue, reus erit corporis & ſanguinis Domini... 28. Probet autem ſe ipſum homo: & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. 29. Qui enim manducat & bibit indigne, judicium ſibi manducat & bibit: non dijudicans corpus Domini. 30. Idcirco inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. 31. Quod ſi noſmetipſus dijudicaremus, non utique judicaremur. 32. Dum judicamur autem, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. 33. Itaque fratres mei, cum convenitis ad manducandum, invicem expectate. 34. Si quis eſurit, domi manducet: ut non in judicium conveniatis. Cetera autem cum venero diſponam.

[B] S. BERNARD. *Serm. in Cœna Domini*, *num.* 1. Hi ſunt dies quos obſervare debemus, dies pleni pietate & gratia, quibus etiam ſceleratorum hominum mentes ad pœnitentiam provocantur. Tanta ſiquidem eſt vis ſacrameotorum eorum, quæ diebus iſtis recoluntur, ut poſſint ipſa quoque lapidea ſcindere corda, & pectus omne licet ferreum emollire .... Denique videmus uſque hodie ad paſſionem Chriſti non modo cæleſtia compati, ſed terram moveri, & petras ſcindi, & in confeſſione peccatorum aperiri monumenta.

N. 4. Sed tamen quid agimus quod in hoc corpore peccati, & in hoc tempore malo non poſſumus eſ-

PARS II. SECT. IV. CAP. II. §. 10. Baptiſmatis ſabbato ſequenti conſerendi. Rem explico.

Hoc priſco fuit in more poſitum, ut quotieſcunque Epiſcopus eſſet ſolemniter baptizatus, toties faceret prius oleorum benedictionem, quemadmodum Sacerdotes etiamnum benedicunt ſal quoties ſunt baptizaturi. Oleorum ſicut & rerum plerarumque *Par. 3. Sect. 2. cap. 7. §. 22. n. 25. & cap. 8. §. 6,* benedictio fiebat olim intra Miſſarum ſolemnia, ut fuſius infra explicabimus. In vigiliis Paſchæ & Pentecoſtes Baptiſmum fuiſſe ſolemniter ab Epiſcopis collatum nemo eſt qui neſciat. Ante Miſſam autem baptizabantur Catechumeni, ut eadem die poſſent adeſſe & communicare ſacrificio. Neceſſe ergo erat ab Epiſcopo pridie benedici intra Miſſarum ſolemnia olea ſacra in uſum baptiſmi ſequentis diei. Non poterat autem hæc benedictio fieri feria ſexta majoris hebdomadæ, quia hac die non agebantur, ſicut nec nunc aguntur, Miſſarum ſolemnia. Ergo neceſſe erat ut in feriam quintam ſolemnis hæc oleorum benedictio referretur, quod & factum eſt.

Poſtea ſenſim tandem uſus invaluit, ut nonniſi feria quinta majoris hebdomadæ fieret benedictio olei Catechumenorum, olei infirmorum & ſacri chriſmatis. Eaque jam Eccleſiæ lex eſt. Nec ſine ratione quidem; cum enim præcipue in uſum Sacramentorum benedicantur olea ſacra; ubi fixum eſt eam benedictionem ſemel ſolum in anno peragere, maxime expedit ut illa potiſſimum die peragatur, qua præcipuorum Sacramentorum inſtitutionem celebramus. (C) C

I. Cur

1. Joh. 1. 8. & 9. ſe ſine peccato? Numquid deſperabimus? Abſit. *Si dixerimus*, ait Beatus Joannes, *quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis Deus eſt qui remittat nobis peccata, & emundet nos ab omni iniquitate.* Nam ut de remiſſione quotidianorum minime dubiremus, habemus ejus ſacramentum, pedum ablutionem. Quæris forte unde ſciam quod ſacramentum ſit hujus remiſſionis, maxime cum ipſe *Joh. 13. 7.* Dominus promiſerit Petro dicens: *Quod ego facio, tu neſcis modo: ſcies autem poſtea.* Nihil autem de ſacramento locutus eſt: ſed tantum, *Exemplum*, inquit, *dedi vobis, ut & vos ita faciatis.* Verum mul- *Ibid. 15.* ta babebat illis dicere, ſed tunc portare non poterant: ideoque nec ex toto voluit eos anxios & ſuſpenſos relinquere, nec dicere quod tunc non caperent. Vis autem noſſe quia pro ſacramento illud eſt, non pro ſolo exemplo factum? illud attende quod Petro dictum eſt: *Si non lavero te, non habebis par-* *Ibid. 2.* *tem mecum.* Aliquid igitur latet quod neceſſarium eſt ad ſalutem, quando ſine eo nec ipſe Petrus partem haberet in regno Chriſti & Dei. Vide enim ſi non expaverit Petrus ad tantæ comminationis terrificum verbum, ſi non agnoverit ſalutare eſſe myſterium, *Ibid. 5,* cum reſpondit: *Domine non tantum pedes meos, ſed & manus & caput.* Et unde ſcimus quod ad diluenda peccata, quæ non ſunt ad mortem, & a quibus plene cavere non poſſumus ante mortem, ablutio iſta pertineat? Ex eo plane, quod offerenti manus & *Ibid. 10.* caput pariter ad abluendum reſponſum eſt: *Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lavet.* Lotus enim eſt, quia gravia peccata non babet, cujus caput, id eſt intentio, & manus, id eſt operatio & converſatio, munda eſt: ſed pedes, qui ſunt animæ affectiones, dum in hoc pulvere gradimur, ex toto mundi eſſe non poſſunt, quin aliquando vanitati, aliquando voluptati, aut curioſitati plus quam oporteret, ce- *Jacob. 3. 2.* dat animus vel ad horam: *In multis enim offendi-* *Cant. 1. 12.* *mus omnes.*

Serm. 2. in Cœna Domini n. 9. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera commorabitur. Ibi enim eſt cor. Et ubi eſt cor, ibi dilectio: & ubi dilectio, ibi dilecti manſio. Novit autem quicumque recte ſapit, quantum Chriſtianæ pietati expediat, quantum Dei ſervum deceat ſacro-ſanctæ paſſionis ipſius recolere beneficia, ad fruendum ſuaviter in conſcientia, ad recondendum plenius per imitationem in memoria: quod eſt ſpiritualis manducare corpus Domini, & ſanguinem ejus, bibere, ob amorem & reverentiam ejus, qui credentibus in ſe præcipit dicens. *Hoc facite in meam commemorationem.* *1. Cor. 9. 24* In quo etiam quam impium ſit hominem tantæ pietatis Dei eſſe immemorem, palam eſt omnibus: cum amici morientis vel peregre proficiſcentis commendatam ſibi ſub aliqeo ſigno memoriam nefas ſit oblivíſci. Siquidem hujus reverendæ commemorationis myſterium, ſuo modo, ſuo tempore, ſuo loco celebrare licet paucis hominibus, quibus & hoc traditum eſt myſterium. Rem vero myſterii omni tempore & in omni loco domicationis Dei modo quo traditum eſt, ideſt, debitæ pietatis affectu, & ſanctæ imitationia effectu agere, tractare & ſumere in ſalutem cunctis fidelibus in promptu eſt. Nam & ſacramentum ſicut accipit ad vitam dignus: ſic ad judicium & mortem propriam indignus. Sacramentum enim ſine re ſacramenti, mors eſt ſumenti. Res vero ſacramenti etiam præter ſacramentum, vita æterna eſt accipienti. Quoties in commemorationem ejus qui pro te paſſus eſt, pie ac fideliter Chriſtum imitando fueris affectus & devotus, corpus ejus manducas, & ſanguinem ejus bibis: & quandiu in eo manes per amorem, ipſe vero in te per juſtitiæ & ſanctitatis operationem, in ejus corpore & in membris ejus computaberis. Et ideo ſi amas animam tuam, propter Chriſtum perdere debes eam, ſive ponendo ut martyr, ſi neceſſitas exegerit; ſive affligendo diſtrictius ut pœnitens: quamquam & genus martyrii ſit ſpiritu facta carnis mortificare, illo nimirum quo membra cæduntur ferro, horrore quidem mitius, diuturnitate autem moleſtius. Habeamus ergo eorum quæ contemptibilia Chriſto ſunt illata, continuam & indeſinentem memoriam: utique ocioſam, non tepidam, non torpentem: ſed compaſſionis ardore ſuper omnia plurimum delectantem, & imitationis privilegio omnia impetrantem.

(C) *Adi ſi lubet hujuſce operis part. 3. ſect. 2. cap. 8. §. 5. ubi de hujuſce benedictionis antiquitate, ac ceremoniis fuſius agimus.*

MUSEI ITALICI *tom. 2. Comment. in Ordinem Romanum, a* JOANNE MABILLON B. *num. 1.* In die Cœnæ Domini pœnitentes qui feria quarta cinerum præcedente recluſi fuerant, abſolvi mos erat, Chriſma novum conſecrari; novum item ignem benedici, atque Euchariſtiam in craſtinum reſervari, & quod ab annis fere quadringentis inſtitutum eſt, proceſſus, ut vocant, generales ſeu excommunicationis pronuntiati adverſus quoſdam criminoſos: qui proceſſus etiam in Aſcenſione Domini & in dedicatione Baſilicæ Apoſtolorum fieri ſolebant.

In primis referendum videtur id quod ea vetuſtiſſimo libro Sacramentorum Egberti Eboracenſis Epiſcopi in Ebroicenſi Eccleſia aſſervato, de feria quinta in cœna Domini legitur. „ In cœna Domini hora ſexta celebratur Miſſa ad Lateranis. Sic incipiens Pontifex dicit: *Oremus*. Tunc ponuntur in altare ſancta, & altare eſt cavum. „ Omnibus rite in altare compoſitis, oblata & libamenta, paucaque per Eccleſiam luminaria accenſa, Diaconi dalmaticis veſtiti, ceroſtata novem ante altare poſita, ſtante ante altare Pontifice & elevata dicente voce, *Surſum corda*, reſpondet populus, *Habemus ad Dominum*; & Pontifex finito *vere dignum*, dicit omnis clerus & populus, *ſanctus*. Sic intrat in Miſſam uſque *venia quæſumus Domine largitor admittas*. Tunc Diaconus Cardinalis ſumens oleum pro infirmis portet uſque ad Pontificem: at ille paululum divertens ſe ab altare, ſtans in ſuo gradu, ſignans oleum in manu Diaconi, & orationem ſupra tacite dicens. Oratione finita ponatur oleum ſuper columnam quandam. Sacerdos Miſſam ordine ſuo celebrat, dicit *per quem hæc omnia*, &c. Poſt orationem Dominicam Pontifex tacite ſignat calicem cum oblata ſanctificata nemine reſpondente. Diaconi cooperiunt ſacramenta. Tunc Archidiaconus aſcendens cum chriſma, ampullam auream cum pallio albo in manu ſua offert benedicendam Pontifici. Finita oratione conſecrationis, ab Acolythis ad ſalutandum proferatur, & in ſecretario ponatur. Communicante clero omnique populo, dicit Pontifex omnibus communi-

„ can-

I. Cur non pulſantur campanæ hoc triduo?

R. 1° Forte voluit Eccleſia ſervare hoc triduo veterem uſum (ſicut & in aliis multis ſervavit) eo modo congregandi fideles in Eccleſiam, quomodo congregabantur antequam uſus campanarum fuiſſet ioventus.

2. Compatitur Eccleſia & condolet hoc triduo Chriſto dolenti & patienti. Campanarumque ſilentium ſignum magni mœroris eſt.

3. Rubertus exiſtimat hoc campanarum ſilentio ſigoificari fugam Apoſtolorum ubi Chriſtus captus eſt. PARS II. SECT IV. CAP. II.

Quod ut intelligatur, advertendum eſt, quod alibi fuſius tractabimus, non immetito campanas accipi pro typo Paſtorum & maxime Apoſtolorum; quia quod agunt campanæ, hoc & Paſtores agere tenentur. (D) (Vide quæ dicemus infra de benedictione campanarum.) *§.* 10. D *Part.3. ſect. 2. c. 8. §. 6.*

J. Cur

„ caotibus, *Accepit Jeſus panem. Oremus*. Data oratiooe reſpondet omnis popolus *Amen*. Huc uſque codex Egberti Eboracenſis qoi medio ſæculo octavo floruit.

In hoc fragmento quædam ampliori luce indigent, & primo quidem *ante Miſſam ponuntur in altare ſancta*. quo nomine Euchariſtiam ex præcedenta ſacrificio reſervatam ſignificari exiſtimo, ut nempe in calicem una cum fragmento Euchariſtiæ recens conſecrata commiſceretur ſolemni ritu.

Secundo Lateranenſis Eccleſiæ *altare eſt cavum*: Unde Pontifea remota menſa, quæ aditum ad interiora occludebat, intra ipſum altare hac die ſacris operabatur. Ordo Romanus ea codice Maſſæano ... rem axponit in hunc mundum. „ Levatur menſa de altari palliis deſuper complicatis, & cum reverentia, & omni devotione ab eiſdem reporterur, ad capellam ſancti Paucratii juxta clauſtrum Canonicorum, quia ibi eſt locus conſervationis, & cum omni cautela uſque io diem ſabbati cuſtodiatur. „ Deinde Pontiſex venit ad Altare accipiens ampollam vitream, quæ iotus ſe continet qnoddam vaſculuoi aureum, & in vaſculo eſt lapis pretioſus concavus, & in illa concavitate lapidis eſt ſanguis Chriſti diligenter incluſus, qui dicitur miraculoſe do quadam imagina Chriſti percuſſa profluxiſſe, qui annualiter extrahitur, & reponitur ibi in concavitate lapidis arcæ, & tunc levatur a Poutifice & oſtenditur ut tuta turba valeat cum timore & reverentia & omni devotione videra. Poſtea traditur cuſtodienda Priori & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ uſque io diem ſabbati. Tunc Pontifea ad ſacrificandum intrat ſolus infra arcam: ut ſignificetur quod to veteri teſtamento ſcriptum eſt, quia ſolus Pontifex intrabat ſolas in anno in ſancta ſanctorum, &c. Eamdem bajuſce facti rationem affert Iunocentius III. in ſermone in Cœna Domini: cui accedit Guillelmus Duraudus in l. VI. c. 75.

Facta Chriſmatis benedictione Pontiſex ablutis manibus revertebatur ad altare, ubi communicabat, & poſt eum *omnis populus ordine ſuo*, quæ verba ſant primi ordinis Romaoi: *& ſervabatur de ſancta uſque in craſtinum. Ea vero die hora nona faciebant excuti ignem de lapide in loco foris baſilicam, ita ut poſſet candela accendi*, ea qua lumen *ſervabatur uſque in ſabbatum ſanctum ad iluminandum cereum, qui eodem die benedicendus erat*. Modo hæc novi ignis benedictio in ſabbatum ipſum remittitur.

(D) RUPERTI Abbat. Tuitienſ. *lib. 5. de divin. offic. cap. 29.* Signa Eccleſiæ quæ campanas dicimus ſanctos Chriſti præcones ſignificare, ſuo loco jam dictum eſt, qui caritatis igne excocti & divina inſtructione
Pſal. 90. 1. formati, *in protectione Dei cœli*, tamquam in turri fortitudinis, commaneutes, immo ſuſpenſa mente pendentes, quædam fraternæ dilectionis corda commoventur, ut non taceant prædicare nomen Domini di-
Iſai. 62. 6. & 7. centes: *Qui reminiſcimini Domini ne taceatis, & ne detis ſilentium ei*. Notum eſt autem primos hujuſmodi præcones, ſcilicet ſanctos Apoſtolos, noo ſolum con-
Matt. 26. 56. ticuiſſe, ſed & relicto eo omnes ſugiſſe. Petrus quoqua ceterorum Princeps, cujus ab ora primum veritatis præconium io omnem terram exivit dicentis: *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi*, vocem illam clariſſi-
Mat. 16. 16. mam repreſſit, conticuit, Chriſtum reliquit, ſugit & negavit. Igitur ea hora qua Chriſtus traditus eſt, recte ſignis Eccleſiæ ſilantium indicimus, Chriſtumque ſolum torcular calcantem, ſolum in ligno crucis extenſo corpore tympanizantem, teſtimonium veritati humili ac ſolitaria voce perhibentem, ligno malleolo in tabula ſuſpenſo & perſonaote populumque ad Eccleſiam invitante ſignificamus.

WALAFR. STRABO *lib. de rebus Eccleſ. cap. 5.* De vaſis vero fuſilibus vel atiam productilibus, quæ ſimplicitet ſigna vocantur, quia eorum ſonoritate quibusdam pulſibus excitata, ſignificantur horæ quibus in domo Dei ſtatuta celebrantur officia: de bis, inquam, hic dicendum videtur, quod eorum uſus non adeo apud antiquos babitus proditur: quia nec tam multiplea apud eos conventuum aſſiduitas, ut modo eſt, habebatur. Apud alios enim devotio ſola cogebat ad ſtatutas horas concurrere. Alii pronunciationibus publicis invitabantur, & in una ſolemnitate proxime futuras diſcebent. Apud quosdam tabulis, apud nonnullos cornibus horæ prodebantur.

M. BOCQUILLOT, *Traité hiſtor. de la Liturgie, liv. 2. chap. 6.* Veroſimile valde eſt, nullum publicum ſignum in uſo fuiſſe, quo tribus primis ſæculis Fideles ad Miſſam audiendam convocarentur; cum fere ſemper nonniſi clam coitent. Dies cœtus noti erant, temporaque & loca, in quibus coitiones fierent; eo ipſos pietas ducebat; hac motos, quominus adeſſent, temporum difficoltas non impediebat, ſecusque agere integrum minime erat. Forte in unum coactis locus, dies, hora proximi cœtus indicebatur; quemadmodum certo certius eſt poſterioribus temporibus fieri conſueviſſe. Id quam minimo incommodo fieri poterat tum cum pace, qua ideotidem Eccleſia fruebatur, tutæ compoſitæque res eſſent. Sæviente vero perſecutione, Fideles ſe invicem, quo permiſſum modo erat, de loco & tempore proximi cœtus admonebant, quemadmodum ipſi a miniſtrorum aliquo accaperant. Poſtquam vero a Conſtaotino coeundi libertas Chriſtianis data aſt, probabile eſt, ſignis, quæ pro locorum varietata in uſu eſſeot, uti cœpiſſa ad publicos cœtus indicendos: de quo impræſentiarum quæſtionem inſtituimus. Conjecturam facere *Num. 10. 2.* proclive eſt, in plurimis Eccleſiis tubas adhibitas fuiſſe, quia Deus iis uti ad ſuum veterem populum coovocandum præceperat. Enimvero eas in pluribus antiquioribus Monaſteriis Monachorum ad divina officia convocandorum ergo adhibitas fuiſſe videmus. Mentio de his fit in S. Pacomii regula c. 3. & in D. Joanna Climacho grad. 19. Vero ſimillimum igitur eſt, ipſarum uſum apud plures Eccleſias ad calandum populum invaluiſſa.

Verba hic non faciam de quibusdam aliis ſignis a veteribus Monachis adhibitis, nempe de ſtrepitu, quem eo loci pede edereot, unde exaudiri poſſet, vel cum cellularum fores malleo percuterent, vel cum *Alleluja* canereot, quod in Monaſterio Virginum Bethlehem factum D. Hieronymus narrat. Omnia ſiquidem ſigna bæc nulli uſui eſſe poterant ad congregandos Fideles, qui ad inſtar Monachorum unum in locum collecti non eraut. De aliis itaque ſigois dicendum potius eſt, quæ, antequam campanarum eſſet uſus, adhibereotur. Extra omnem dubii aleam poſitum eſt, veteres non modo tubis & cornibus ad convocandum populum uſos, verum etiam lancibus, ollis, ahenis, omnibusque aliis æreis vel cupreis inſtrumentis ſono reddendo aptis; eaque primum huic uſui deſtinata, utpote quæ ſub manu eſſent, faciliquo negotio haberi poſſent, magna probabilitate affirmari poſſa videtur. Adhibitæ quoque ſunt lævigatæ tabulæ ligneæ, quæ malleolo pariter ligneo percuterentur. Conſuetudinem hanc retinent adhuc Græci Turcico imperio ſubjecti. Inſtrumento boc Presbyteri populum ad preces invitant; altiora loca petentes, ſuipeoſam ſiniſtra manu tabulam teneot, dextraque malleolo ita docto percutiunt, ut muſicos conceotus, quos alia inſtrumenta faciunt, imitentur. Forte ab bac veteri populi convocandi ratione ligneorum crepitaculorum uſus manavit, quibus hebdomadæ ſanctæ poſtremis diebus campanarum loco Eccleſia utitur; quæ cum plures veteres ritus hiſce diebus retinuerit, hunc quoque retinuiſſe veroſimile eſt, ne ſimplicitatis, qua olim ad preces Chriſtiani vocabantur, memoria intariret.

I. Cur hac die ex pio fidelium ritu fit ſtatio ad varias Eccleſias?

R. Ut hac ſtationum varietete revocetur in memoriam quod Chriſtus veriis in locis paſſus eſt; nimirum in horto Gethſemani; apud Caipham; apud Pilatum; apud Herodem; in monte Calvariæ: & quod ab omnibus fere generibus hominum paſſus eſt, ſcilicet a Diſcipulis ſuis, a Judæis, a Gentibus, a Sacerdotibus, a Regibus, a magnatibus, a Judicibus, a plebe, a militibus &c.

I. Quid in unaquaque ſtatione faciendum?

R. Revocanda in memoriam in ſingulis ſtationibus aliqua ex iis quæ varie paſſus eſt. Nimirum in prima ſtatione quæ paſſus eſt in horto; in ſecunda ſtatione, quæ paſſus eſt apud Caipham, &c. Et ſic de ceteris.

I. Cur ſervatur in poſterum diem Euchariſtia?

R. Ad communionem. Neque enim feria ſexta majoris hebdomadæ celebratur Miſſæ ſacrificium. (E) Attamen olim non ſolus Celebrans, ſed Clerus omnis, immo fideles omnes tam viri quam feminæ Corpus Domini ac- E

(E) D. Joh. Mabillon. *in Præf. ſeu Comment. in Ord. Rom. n.* xi. *pag.* LXXIX. In vulgato ordine Romano præſcribitur, ut facta Chriſmatis benedictione Pontifex redeat ad altare: *& Diaconi diſcooperiant ſancta: Dein Pontifex dividat oblatas ad frangendum, & communicet omnis populus ordine ſuo, & ſumat de ipſis oblatas integras ad ſervandum uſque mane diei Paraſceves, de quibus communicet abſque ſanguine Domini. Sanguis vero eadem die penitus conſumatur.* Ita etiam legitur in codice Vindocinenſi: & poſt pauca, *Fractis autem oblatis, communicent primo Presbyteri, poſtea Diaconi, & ceteri omnes, & ita perficiatur Miſſa pleniter ordine ſuo.* In ordine Maſſæano mox laudato ſolus Pontifex hac die communicare dicitur, ubi apud Lateranum ſacra facit.

Non prætermittendus hoc loco codex Corbeienſis qui prætitulatur: *Ordo Romanus pro triduo ante Paſcha ritui monaſtico ante annos octingentos accommodatus.* Quæ enim in eo leguntur de communione in Cœna Domini videntur obſervatione digna. „ Sacerdos vero cum fregerit ſancta, mittat unam partem in calicem, & ex alia communicet, porro tertiam in altare dimittat, & confirmetur a Diacono de calice & illo tantummodo die. Poſtquam confirmaverit, Sacerdos ponat calicem ſuper altare, & accipiat Diaconus patenam majorem, mittatque in ea de ſancta oblatas integras, & ponat juxta calicem in ſiniſtro latere: & duo Subdiaconi veniant unus cum patena, & alius cum calice, utriſque vacuis; & tollat Diaconus de majore patena ex oblatis quantum ſufficere poſſit ad communicandum populum; & de calice ſimiliter, & mittat in patenam & calicem, quæ Subdiaconi tenent in manibus. Et ſtatim illud quod remanet ſuper altare, cooperietur a duobus Diaconibus, utrumque ſindone munda, & de illa alia ſuper altare faciant confractionem, & redeant ad Sacerdotem, ut communicent ipſi & reliqui per ordinem; & data oratione poſt communionem Diaconus non dicat *Ite Miſſa eſt*, ſed ipſa oratione finiantur univerſa. Ipſa vero oblata, quæ ſuper altare cooperta remanſerant, ſerventur in craſtinum juxta conſuetudinem. Huc uſque codex Corbeienſis num. 663. In ſuperioribus verbis, *Confirmetur a Diacono de calice, & illa tantummodo die*, quædam obſcuritas ineſt, ex aliis libris illuſtranda: in quibus præſcriptum eſt, ut Pontifex cum fiſtula ſeu calamo ſanguinem e calice ſugat, præterquam in cœna Domini, quo tantum die ex ipſo calice ſanguinem olim hauriebat. Denique in veteri Miſſali Illuſtriſſimi Epiſcopi Rivenſis ab annis ferme ſexcentis ſcripto totidem fere quæ in ordine Romano, verba referuntur in hunc modum. „ Tunc communicet ſolus Presbyter ſeu Epiſcopus; & Diaconus cooperit ſancta de ſyndone ſuper altare. Poſtea Presbyter lavet manus & Diaconus vadat ad altare & dividat oblata ad frangendum, & communicet omnis populus ordine ſuo, &c. Et corpus Domini in craſtinum diligentiſſime reſervetur: & dum chorus Veſperas dixerit, ubi reſervari debet, veneranterque deportetur a Sacerdore, & Diacono cum reliquis miniſtris, linteamen mundiſſimum deſuper tenentibus, & hoc ſine ſanguine, & thuribulo & luminaribus præcedentibus, uſquequo reponatur, ubi reponendum eſt: & nunquam ſine lumine remaneat. Huc uſque vetus Miſſale quod fuit ad uſum ejuſdem Eccleſiæ Rivenſis, quæ proinde Ordine Romano tunc utebatur; paucis additis pro temporis & loci circumſtantiis.

Ibid. pag. LXXII. In prædicta appendice primi noſtri Ordinis Romani conſequenter hæc leguntur: *ſalutata cruce, & repoſita in loco ſuo, deſcendit Pontifex altare, & dicit*, oremus præceptis, &c. *cum* Pater noſter. *Sequitur.* Libera nos quæſumus Domine. *Cum dixerint*, Amen, *ſumet de ſancta, & ponet in calice, nihil dicens. Et communicant omnes cum ſilentio. Et expleta ſunt univerſa.* Eadem totidem verbis occurrunt in primo Ordine Romano. In utroque *omnes* dicuntur communionem accipere in die Paraſceves. Quod etiam fiebat in cœna Domini. Idem atteſtatur codex Gellonenſis. Oppoſitum vero docet vulgatus Alcuinus, ubi de cœna Domini. *Sunt qui quotidie Euchariſtiam volunt ſumere. Et quia in Paraſceve non conficitur Corpus Domini, neceſſe eſt, ut hi, quibus eſt voluntas communicandi habeant ſacrificium ex priori die. Quod tamen Romani non faciunt.* Hic locus totidem verbis apud Amalarium in lib. I. cap. 12. legitur; excepta hac clauſula, *quod tamen Romani non faciunt*. At caput 15. rem ipſam habet, adducto loco præmiſſo ex Ordine Romano. *In ſuperius memorato libro inveni ſcriptum, ut duo Presbyteri afferant poſt ſalutationem crucis corpus Domini, quod pridie reſervatum fuit; & calicem cum vino non conſecrato, quod tunc conſecretur: & inde communicet populus. De qua obſervatione interrogavi Romanum Archidiaconum, & ille reſpondit: In ea ſtatione ubi Apoſtolicus ſalutat crucem, nemo ibi communicat.* Ergo tunc deſierat ritus ille præſcriptus in antiquioribus libellis Ordinis Romani. Nam & Archidiaconus Romanus morem ſui temporis ignorare non poterat, utpote teſtis oculatus: & Amalarius, in ejuſmodi rebus accuratus, ab errati, multo magis a falſi ſuſpicione alienus cenſendus eſt. Certe in decimo, quem hic edimus, Ordinis Romani libello, ſolus Pontifex in cœna Domini & in Paraſceve, ſecluſis etiam miniſtris, communicaſſe memoratur. Tametſi alibi communio generalis hiſce diebus perſeverabat.

D. Edm. Martenne *de ant. Eccleſ. diſcipl. in div. celebr. Off. cap.* 13. *n.* 25. Venio ad communionem, quam non ſolum ab Epiſcopo ſive Presbytero celebrante, ſed ab omni clero & populo præſcribunt abſolute antiqui Sacramentorum codices, Gellonenſis, Remenſis, Noviomenſis annorum 900. Noviomenſis alter annorum circiter 800. Dionyſianus, Trecenſis S. Prudentii, Biſuntinus, Carnotenſe S. Joannis Ordinarium, Gaſtinenſe, Caſſanenſe, vulgatus Alcuinus, Rabanus, lib. 3. de Inſtitutione Clericorum cap. 37. Amalarius lib. 1. de Divinis Officiis cap. 15. Hujus rei praxim videre eſt in vita S. Udalrici Auguſtenſis Epiſcopi cap. 4. His addo Theodulphum Aurelianenſem Epiſcopum, qui in ſuo Capitulari artic. 41. ita habet: *Singulis diebus Dominicis in quadrageſima, præter hos qui excommunicati ſunt, ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti ſumenda ſunt, & in cœna Domini, & in Paraſceve, vigilia Paſchæ, & in die reſurrectionis Domini penitus ab omnibus hominibus communicandum eſt.* Non diſſimulabo tamen hæc verba. *Et in Paraſceve* deſiderari in optimæ notæ codice majoris Monaſterii ante annos 700. ſcripto, & in alio Collegii corporis Chriſti Cantabrigenſis, ubi prædictum Theodulphi Capitulare ſine auctoris nomine habetur, unde illud iterum in nono Conciliorum tomo edidit Gabriel Coſſartius, cum hoc titulo, *Capitula incerti auctoris, loci, & temporis, ad Eccleſiæ regimen congeſta*; quod miramur virum eruditum nec indulgentem minime advertiſſe, qui in eadem collectione unum & idem opus tamquam duplicem duplicis auctoris lucubrationem protulit. Scribit etiam Amalarius loco citato de hac obſervatione interrogaſſe ſe Romanum Archidiaconum, illumque reſpondiſſe: *In ea ſtatione ubi Apoſtolicus ſalutat crucem, nemo ibi communicat.* Quibus ſubſcribit vulgatus Alcuinus, his verbis: *Sunt qui quotidie Euchariſtiam volunt ſumere. Et quia in Paraſceve non conficitur corpus Domini, neceſſe eſt ut hi quibus ineſt voluntas communicandi, habeant ſacrificium ex priori die: quod tamen Romani non faciunt.* Hinc colliges generalem in Paraſceve com-

Digitized by Google

accipiebant ; quod hodieque viget in quibuſdam Ecleſiis, in qoibus Clerici omnes duobus hiſce diebus communicant.

I. Cur celebratur?

R. Id fit ex veteri ritu. 1. Quia ſacrificii oblatio ſignum lætitiæ eſt : porro hac die Eccleſia mortem Chriſti ſponſi ſui luget, ideoque nihil in officiis ſuis admittit eorum quæ lætitiam innuunt.
F (F)

2. Ritus ille celebrandi officii ex præſanctificatis ſine ſacrificii oblatione, olim frequentior fuit in diebus majoris jejunii ; & obſervatur etiamnum in Eccleſia Mediolanenſi qualibet feria ſexta Quadrageſimæ ; in Oriente vero ſingulis diebus Qua-
G drageſimæ, exceptis Dominicis & Sabbatis. (G)

I. Quid agendum feria ſexta majoris hebdomadæ?

R. 1. Meditatione ſedula verſanda animo hiſtoria Paſſionis & mortis Chriſti.

2. Chriſto compatiendum & commoriendum, addendumque aliquid hac die, ſi fieri poteſt, ad rigorem jejunii.

3. Orandum cum Eccleſia pro omnibus omnino hominibus, etiam pro Judæis & infidelibus.

4. Adoranda reverenter Crux Chriſti.

I. Cur orat hac die Eccleſia pro Judæis & infidelibus?

R. Ut oſtendat Eccleſia pro omnibus mortuum eſſe Chriſtum, & omnibus impetret fructus mortis Chriſti. (H) H

I. Cur ais reverenter adorandam Crucem Chriſti? Ergone licet adorare Crucem? Nonne ſoli Deo debetur adoratio?

R. Adoratio hic non ſumitur pro latriæ cultu ſoli Deo debito ; ſed pro ſubmiſſa & prona corporis inflexione ante lignum, ut Chriſtus in cruce pendens non lignum ſupremo latriæ cultu adoretur. Hæc una Eccleſiæ mens eſt, nec alia ipſi fides affingi poteſt, niſi per gravem vel calumniam vel inſcitiam. Id jam ſupra fuſius diſputavimus. (I) I

I. Cur Tenebrarum nomine vulgo nuncupatur hoc *2. Par. ſect. 3. c. 2. §. 5.*

communicandi conſuetudinem non fuiſſe ubique uſu receptam : & certe arbitrariam relinquunt antiquum Miſſale Romaricenſe ante annos 600. ſcriptum, Pontificale Conſtantinopolitanum, Ordinarium Præmonſtratenſium, Cenomanenſe, Namnetenſe, Argentinum & Rotomagenſe, in quibus legitur ut *communicent omnes qui voluerint ſub ſilentio*. Immo ex Ordinario B. Mariæ Remenſis ſolus Archiepiſcopus communicat. Hodie generalis hujus diei communio tam in monaſteriis quam in Cathedralibus Eccleſiis, paſſim obſolevit, quam tamen audio hactenus perſeverare in Claromontana apud Arvernos. Olim in quibuſdam Hiſpaniarum Eccleſiis nulla omnino fiebat communio, ſed neque ullum celebrabatur officium. Hanc negligentiam redarguit Concilium Toletanum IV. edito hoc Canone ſexto:

„ Comperimus quod per nonnullas Eccleſias in die „ ſextæ feriæ Paſſionis Domini, clauſis baſilicarum fo„ ribus, nec celebratur officium, nec paſſio Domini „ populis prædicatur ; dum idem Salvator noſter A„ poſtolis ſuis præceperit dicens : Paſſionem & mor„ tem & reſurrectionem meam omnibus prædicate. „ Ideo oportet eodem die myſterium crucis quod ip„ ſe Dominus cunctis nuntiandum voluit prædicari, „ atque indulgentiam clara voce omnem populum po„ ſtulare ; ut pœnitentiæ compunctione mundati, „ venerabilem diem Dominicæ reſurrectionis, remiſ„ ſis iniquitatibus ſuſcipere mereamur ; corporiſque „ ejus & ſanguinis ſacramentum mundi a peccatis ſu„ mamus.

(F) Rupertus Abb. Tuitienſis *de divin. Offic. l. 6. c. 2.* De hac die primum quæritur cur a Miſſarum ſolemniis vacet, cum paſſio Dominica, quæ hac die celebrata eſt, ſacrificii principium, noſtræque ſalutis ſumma ſit. Videretur namque jure tanta res ſolemnibus ſumme celebranda eſſe gaudiis. Si enim Martyris unius cujuslibet annua dies, qua per paſſionem mortis ad immortalitatis gloriam tranſmigravit, fe-
Pſ. 115. 15. ſtivis honoratur gaudiis : & merito, quia *pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus* : cur dies hæc ſolemnium gaudiorum orbata eſt inſtrumentis, qua Martyrum & Sanctorum omnium Rea Sanctis omnibus antiquis & novis per mortem ſuam paradiſum
Luc. 23. 34. aperuit, & latroni quoque, cui dixit : *Hodie mecum eris in paradiſo*. Hoc die ſolutum eſt admirabile pretium, cujus pondere, ut cantamus, captivitas mundi redempta eſt, inferni clauſtra confracta ſunt, & cæleſtis nobis aperta eſt janua regni. Quæritur ergo, cur adeo publicis gaudiis exempta ſit, ut nec Miſſarum lætitiam ordinis Eccleſiaſtici auctoritas illi aſcripſerit
Gal. 4. 4. ... *Gloriari* quidem, ut Apoſtolus ait, nos oportet *in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti*, & in gratia tanti pretii, quod pro noſtra redemptione datum eſt, fideliter cunctis poſthabitis exultare gaudiis. Sed ſunt aliqua, quæ gloriam hanc & exultationem noſtram nimium nimiumque obnubilant. Primum noſtræ conſcientia
Ibid. 21. cauſæ, propter quam .... *proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*, Non enim ita gaudere debemus, de gratia tradentis, vel de caritate morientis, ut non etiam doleamus, quod tanto Domino tormentorum, & mortis cauſa fuimus. Si quidem non gaudere, ingratitudinis ; non dolere autem crudelitatis eſt.... Igitur noſtræ.... conſcientia culpæ gaudium noſtrum reverberat, ut non exultemus hac die, ſed ambulemus demiſſo capite : quia vulnera illa noſtra fecerunt crimina ; quia contumaces ſervi commiſimus, quod vapulat ille omnium Dominus ; quia quæ ille exolvit, nos rapuimus. Deinde Evangelicæ quoque auctoritatis eſt, & ex Domini dictis accepimus, ut hac die gaudere Judæis relinquamus, & nos contriſtemur. Nam cum dixiſſet ; *Modicum & jam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me*, ſecutus adjunxit : *Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit : vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium*. Adhuc autem huic tantæ rei triſtitiam convenire probabili exemplo confirmat, dicens : *Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora ejus : cum autem pepererit puerum, jam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum*. Mulieri quippe Eccleſiam ſuam aſſimilat, quæ quia Chriſtum diligit, quem ex Deo patre genitum, in noſtram naturam ſuſcepit, recte ac pie moriente illo per mortem, quaſi per partum in vitam æternam & in immortalitatis gloriam exeunte, triſtitiam habet, & clamat ut in utero habens, & clamat parturiens.
Joh. 16. 16. *Ibid. 20.* *Ibid. 21.*

(G) *Vide quæ dicemus infra de Miſſa præſanctificatorum, dum ſermonem habebimus* de Communione ſub utraque ſpecie, *hujuſce operis p. 3. ſect. 1. c. 4 §. 9.*

(H) 2. Cor. v. 14. Charitas enim Chriſti urget nos : æſtimantes hoc, quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. 15. Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus : ut & qui vivunt jam non ſibi vivant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit.

(I) Amalarius Fortunatus *Metenſis Diaconus de Eccleſ. Officiis lib. 1. cap. 14. quem reperire eſt tom. 14.* Bibliothecæ Patrum *Lugduni ann.* 1677. *pag.* 950. *Floruit nono ſæculo* .... Præparetur crux ante altare, quam ſalutant & oſculantur omnes. Crux ab initio, ex quo eam Dominus beavit ſanguine ſuo, ab omnibus fidelibus verbis, & operibus glorificata eſt... Sedulius in carmine paſchali :

Neve quis ignoret ſpeciem crucis eſſe colendam.

Ea die qua crux deoſculatur, humiliatus eſt pro nobis Patri *uſque ad mortem, mortem autem crucis*. Si hujus mortis imitatores eſſe debemus nec non humilitatis oportet eſſe. Unde proſternimur ante crucem, ut fixa humilitas mentis, per habitum corporis demonſtraretur. Humilitatem mentis non poſſumus amplius monſtrare, quam ut totum corpus ad terram proſternatur. Unde Aug. in Pſ. 43. *Quiſquis enim ita humiliatur, ut genua figat, adhuc habet quo humilietur. Quiſquis autem ſic humiliatur, ut hæreat in terra venter ejus ultra quo humilietur non habet*. Sic proſternor ante crucem ut Paula proſtrata eſt, de qua laudator panegyricus ejus Hieronymus dicit in libello vitæ ejuſdem Paulæ : *Proſtrata eſt ante crucem, quaſi pendentem Dominum cernere*. Et ego jacens ante crucem, paſſus Chriſtus pro me proſcriptus eſt in corde meo, *Philip. 11. 8*
vir-

hoc officium, quod hoc triduo omnibus fere in Eccleſiis ſub ſolis occaſum peragitur?

R. Tenebrarum nomen toti huic officio a plebe inditum eſt, propter preces ſolemnes quæ poſt canticum Benedictus a clero genibus provolato perſolvuntur extinctis omnibus Eccleſiæ luminibus.

Officium illud olim poſt mediam noctem agebatur, adeoque cum luminaria Eccleſiæ extincta fuerant, tunc plena nox erat. Hinc tenebrarum preces dictæ ſunt, illæ ſupplicationes quæ mediis in tenebris fundebantur; indeque tenebrarum nomen in totum officium manavit. (K) Sicut ex ſolemni Pœnitentium & Catechumenorum & Fidelium demiſſione, Miſſæ numen Eccleſiæ ſacrificio inditum eſt, ut infra explicabimus in tertia parte hujus operis.

Nec mirum videri debet quod dixit hoc officium olim nocte fuiſſe perſolutum. Poſt mediam noctem ante annos ſexcentos agebatur in Eccleſia Romana, ut patet ex veteri ordine Romano. Neque hoc proprium erat nocturno hujus tridui officio. Per totum annum agebatur officium in media nocte in omnibus Eccleſiis, ſicut etiamnum in Eccleſia Pariſienſi, & in omnibus fere Monaſteriis Ordinis ſancti Bene-

virtutem ſanctæ crucis, quam accepit ex Dei Filio, adoro. Creaturam nullam colendo ut Deum adoro, ſed venerando: onde Apoſtolus inquit, *honore invicem prævenientes*. Omnis ſubſtantia, quæ Deus non eſt, creatura eſt: & quæ creatura eſt, Deus non eſt. Crux Chriſti ante me poſita, Chriſtum quaſi pendentem in ea mente teneo. Ipſa verba noſtræ deprecationis demonſtrant quem adoramus. Dicimus: *Crucem tuam adoramus Domine, & ſanctam reſurrectionem tuam laudamus & glorificamus*. Hic non ſunt verba precationis, ſed oſtentationis adorandæ crucis, & glorificandæ reſurrectionis Domini. Sed & in alio loco ſolemus dicere: *Deus qui unigeniti Filii ſui Domini noſtri Jeſu Chriſti pretioſo ſanguine humanum genus redimere dignatus es, concede propitius, ut qui ad adorandam vivificam crucem adveniunt, a peccatorum ſuorum nexibus liberentur*. Quem deprecor, ipſum adoro: poſterior corpore ante crucem, mente ante Dominum. Veneror crucem, per quam redemptus ſum; ſed illum deprecor, qui redemit. De qua adoratione ſcriptum eſt in tripartita hiſtoria l. 1. *Hoc enim ſignum bellicum inter alia pretioſius erat, eo quod Imperatorem procedere & adorari illud a militibus moris eſſet*. Item in eodem opere lib. 2. *Audivi & Probianum virum in palatio habentem militiam medicorum crudeli podagra paſſione detentum, ibi doloribus liberatum.. eique apparuiſſe ſanctam mirabiliter viſionem*. Cum enim dudum paganus eſſet, factus poſtea Chriſtianus, aliquatenus dogma ſequebatur: totius vero ſalutis cauſam, id eſt ſacratiſſimam crucem nolebat adorare. Hanc habenti ſententiam divina virtus apparens ſignum monſtravit crucis, quod erat potiſſimum in altario hujus Eccleſiæ, & aperte palam fecit, quia ex quo crucifixus eſt Chriſtus, omnia quæ ad utilitatem humani generis facta ſunt, quolibet modo præter virtutem ſanctæ crucis geſta non eſſent, neque ab Angelis ſanctis, neque ab hominibus piis. Fuerunt quidam qui volebant dicere ſe velle eamdem crucem adorare, in qua Dominus crucifixus eſt. Utinam in omnibus Eccleſiis haberetur, præ cæteris merito veneraretur. Quamvis omnis Eccleſia eam non poſſit habere, tamen non deeſt eis Dei virtus ſanctæ crucis in eis crucibus, quæ ad ſimilitudinem Dominicæ crucis factæ ſunt, ſicut legitur in libro hiſtoriæ Angelorum de Oswaldo fideli Rege & Chriſtianiſſimo, qui in periculo poſitus ſubito fecit crucem & fixit in terram, eaque adorata & deprecato Deo coram illa, dedit eis victoriam. Sic enim ſcriptum eſt in memorato lib. 3. tit. 2. Oſtenditur autem uſque hodie & in magna veneratione habetur locus ille, ubi venturus ad hanc pugnam Oswaldus ſignum ſanctæ crucis erexit, ac flexis genibus Deum deprecatus eſt, ut in tanta rerum neceſſitate ſuis cultoribus cæleſti ſuccurreret auxilio. Denique fertur, quia facta citato opere cruce, ac fovea præparata in qua ſtatui deberet, ipſe fide fervens hanc arripuerit, ac foveæ impoſuerit, atque utraque manu erectam tenuerit, donec aggeſto a militibus pulvere terræ figeretur, & hoc facto, elata in altum voce cuncto exercitui proclamaverit, Flectamus omnes genua, & Deum omnipotentem vivum, ac verum in commune deprecemur, ut nos ab hoſte ſuperbo ac feroce ſua miſeratione defendat. Sic enim ipſe, quia juſte pro ſalute gentis noſtræ bella ſuſcipimus. Fecerunt omnes ut juſſerat, & ſic incipiente diluculo in hoſtem progreſſi, juxta meritum ſuæ fidei victoria potiti ſunt. In cujus loco orationis innumeræ virtutes ſanitatum noſcuntur eſſe patratæ, ad indicium videlicet, & memoriam fidei ejus; nam & uſque hodie multi de ipſo ligno ſacro ſanctæ crucis haſtulas excidere ſolent, quas cum in aquas miſerint, eiſque languentes aut pecudes potaverint, ſive adſperſerint, mox ſanitati reſtituuntur.... Hanc ſanctam crucem totus mundus adoret, qui per eam redemptus eſt, deprecando illum cui poteſtas eſt virtutem ſuam tribuere ſecundum ſuam voluntatem, juxta quod diſpoſuit ante ſæcula unicuique creaturæ.

(K) D. EDMUND. MARTENNE *de antiq. Eccleſ. diſcipl. in divin. celebr. offic. cap.* 22. *num.* 8. Nocturnis vigiliis ſubjiciuntur matutinæ laudes eodem plane ritu perſolvendæ, ad *Benedictus*. Antiphona *Traditor autem* ex Lingonenſi Ordinario *terribili & alta voce* decantari debet. Interim extraneis pueriſque de Eccleſia egreſſis, ut habet Rituale S. Martini Turonenſis, omnibus lampadibus cereiſque extinctis, uno dumtaxat ſuperſtite, qui ſtatim abſcondebatur, cuncta cæcis tenebris occupantibus, nocturno finis imponebatur officio, quod inde *tenebrarum* nomine cœpit nuncupari; qua appellatione donatur in Chronico Hugonis Flaviniacenſis.... Modus autem terminandi officii ita deſcribitur in ordinario B. Mariæ Remenſis.

„ Interim vero omne lumen Eccleſiæ extinguitur „ præter unam candelam, quæ intra majus altare „ abſconditur, & tunc in tenebris decantatur *Bene-* „ *dictus*, cum ſua antiphona; qua finita ſine tono, „ incipit alte unus puer a dextro latere altaris *Ky-* „ *rie eleiſon* ..... Quo finito, ſub ſilentio ſtando, & „ ſine precibus finitur matutinum officium ſub hac col- „ lecta *Reſpice quæſumus Domine*. Hoc modo finiuntur „ matutinæ in duobus diebus ſequentibus, niſi quod „ preces cum *Miſerere mei Deus* adjunguntur, & „ a binis inter ſe & murmuratim dicuntur. Tunc pul- „ ſato uno de ſtallis bis vel ter offertur candela, quæ „ in altari erat recondita, & reſtituitur luminare per „ Eccleſiam ſicut ſolitum eſt.) Similia videre eſt in variis Ordinariis Eccleſiæ Turonenſis, Sylvanectenſis, Laudunenſis, Argentinæ, Uticenſis, in Breviario Toloſano & aliis. Ordinarium Culeniinum ab aliis non nihil diſcrepat, ita enim habet: („ Poſt *Benedictus* „ imponunt duo pueri *Kyri-eleiſon*, & cantantur ab „ utroque choro novies, interpoſitis verſibus alterna- „ tim a duobus choreriis. In fine ultimi verſus puer „ clericus voce altiori ſubjungat: *Mortem autem cru-* „ *cis*; & tunc omnis populus flexis genibus cantet „ *Kyrie eleiſon & Domine miſerere*: ita ut alternatim „ viri dicant, & feminæ reſpondeant. Clerici vero „ ſimiliter flectentes genua dicant more ſolito ora- „ tionem Dominicam, & tacita voce ſubjungant: *Mi-* „ *ſerere mei Deus*, & orationes quas volent. Tunc „ cuſtos luminis deponat lanternam per feneſtram „ ſuper chorum, & Eccleſia illuſtrata pronunciet „ Martyrologium, & ſtatim tabula ex more lecta di- „ ſcedat.) In Ordinario enim Argentino nulla aſſignatur oratio: his in omnibus altum ubique ſilentium de fragore nocturnis abſolutis laudibus excitari ſolito, quem expreſſis verbis vetat Breviarium Bituricenſe. Sed in omnibus Ritualibus libris quos mihi percurrere licuit, trina tantum decernitur ad formas chori percuſſio, qua veluti ſigno Eccleſiæ cuſtodi innoteſceret candelam abſconditam ſuo loco reſtituendam, & palam omnibus exponendam. In uno Lingonenſi Ordinario legitur; oratione *Reſpice* dicta, (*percutitur ſupra libros*;) Et apud Durandum l. 6. c. 72. n. 27. (*poſtea fit cum manu vel alio quodam modo ſonitus ante luminis revelationem*.) Quæ verba an de fragore aut de trina percuſſione ad lucernam accendendam debeant intelligi, aliis relinquo judicandum. Alius autem vigebat uſus in Eccleſia Rutomagenſi, cujus MS. liber officialis hæc habet: (*Ex quo vero ultima candela* ad Benedi-

ctus

K

Rom. 12. 10

Digitized by Google

L nedicti, ceterorumque Ordinum agitur. (L) Hinc nocturni officii nomen hinc officio, quod jam matutinum vulgo dicimus, quia plerisque in Eccleſiis jam mane perſolvitur. Alioqui matutini officii nomen ex inſtitutione veteri tribuebatur, ſoli officio *Laudum*, quod *Matutinæ Laudes* dicebatur, quia ante ſolis ortum ſub auroram perſolvebatur.

I. Cur hoc triduo dum perſolvitur officium quod Tenebrarum dicimus, ponitur ante altare candelabrum triangulare cum cereis quindecim, qui poſt Pſalmum quemlibet per vices extinguuntur?

R. Id fit ex ritu veteri, ſicut alia multa hac maxime hebdomada ex antiquiſſimo ritu fiunt.

Olim nulla ſuper altare candelabra ponebantur: qui ritus etiamnum ſervatur in quibusdam Eccleſiis. Uſus tamen luminum, cereorum & lampadum non recens, imo jam a primis Eccleſiæ ſæculis obtinuit, ut infra probabimus in tertia parte hujus operis.

Hæc luminaria vel ferebantur Lychnuchis ex laqueari penſilibus, vel in transverſis trabibus ponebantur, vel portabantur ab Acolythis, vel infigebantur candelabris altioribus juxta vel circa vel ante altare poſitis, quorum alia formam crucis exprimebant, alia formam habebant triangularem, alia Moſaici candelabri inſtar, pluribus veluti ramis ex ſtipite uno procedentibus, conſtabant. Extant etiamnum hujus ultimi generis candelabra in Eccleſia Lugdunenſi, aliisque pluribus, maxime apud Burgundiones. Hæc luminaria in nocturno officio accendebantur ad pellendas tenebras. Per diem autem nonniſi in officiis ſolemnioribus & ad ſacrificium accendebantur. Hinc fit ut Pariſiis, aliisque compluribus in Eccleſiis Galliarum nunquam ad minores horas accendantur luminaria. In majoribus ſolemnitatibus noctis officium ad diem uſque protendebatur, propter ſolemnitatem & gravitatem cantus: & accedente paulatim die ſenſim extinguebantur luminaria.

Hic mos ſenſim extinguendorum ad horas nocturnas luminum antiquiſſimum eſt. Romæ vigebat ſeptimo, aut octavo ſerius ſæculo, in quibus longe ante auroram denſis adhuc tenebris abſolutæ erant preces nocturnæ. Id patet ex primo Ordine Romano quem publici juris fecit D. Joh. Mabillon e Congregatione Benedictino Mauriana Monachus. (M) M

Ut forte priſcus ille ritus aliquatenus ſervetur, tot accenduntur in triangulari candelabro cerei

quot

ctus *extinguitur, lumen in Eccleſia uſque poſt ignis benedictionem non accendatur.*)

(L) ORDO ROM. *Cap.* v. *Feria* 5. *Cœnæ Domini*, *n.* 29. Media nocte ſurgendum eſt, & tangitur ſignum: & poſt hæc non niſi in nocte ſanctum Paſcha ad Matutinum.

Cap. VI. *Feria ſexta*, *n.* 33. in Paraſceve media nocte ſurgendum eſt.

Cap. VII. *Sabbato num.* 36. Media nocte ſurgendum eſt.

ORDO ROM. *ab* HILTORPIO *vulgatus tom.* 10. BIBL. PP. *pag.* 54. Feria 5. majoris hebdomadæ, eadem nocte ſurgunt ad vigilias hora noctis octava.

Pag. 71. In nocte Paraſceves temporariæ, id eſt, media nocte parvum ligneum ſignum ſonetur. In ſabbato ſancto ad vigilias media nocte ſurgendum eſt, & ſimiliter ut in Paraſceve fiunt omnia.

D. JOH. MABILLON. *comm. in Ord. Rom. pag.* 95. *n.* 15. Poſt celebratos media nocte matutinos.

In notis ad Ord. Rom. pag 19. Ergo etiam hoc triduo Romani nocturnas vigilias faciebant media nocte.

D. EDM. MARTENNE *de antiqua Eccleſ. diſcipl. in divinis celebrandis offic. cap.* 22. *num.* 1. (Feria quinta majoris hebdomadæ ſurgunt ad vigilias hora noctis octava) inquit vulgatus Ordo Romanus. Eodem modo loquitur Auctor libri de divinis officiis ſub nomine Alcuini, & vetus Pontificale MS. Eccleſiæ Pictavienſis. Verum ex antiquiſſimo omnium Ordine Romano ex editis a Mabillonio Muſei Italici tomo 2. (*Media nocte ſurgendum eſt*:) & ex Ordinario Lucæ Archiepiſcopi Cuſentini (*tranſacta media nocte*.) Sed Rotomagenſis S. Laudi omnia ſic provideri jubet, (*ut ante lucem ſuo modo ſpatioſe nocturnum officium compleri valeat*.) Ita volebant aurea illa ſæcula, quibus ſpretis ſomni ſolatiis, nocturnis intereſſe vigiliis ipſos etiam laicos non pigebat. A quibus heu quam diſtamus! Nunc vero refrigeſcente caritate, & languente in dies fidelium devotione univerſa pene omnium, præſertim qui ritus Romanos ſectantur, obtinuit conſuetudo, ut pridie, clara adhuc die, perſolvantur vigiliæ: quæ quidem ab aliquot jam abhinc ſæculis ad praxim reduci cœpit. Nam in Ordinario inſignis Eccleſiæ Narbonenſis, quod ante trecentos minimum annos ſcriptum volunt, matutinæ ſtatim poſt completorium decantari jubentur: in Lemovicenſi hora poſt meridiem quarta. Idem videre eſt apud Petrum Amelium cap. 61. decernentem, (*in die mercurii de ſero hora competenti Dominus Papa veniat ad officium matutinarum cum chlamyde de ſcarleto, cum capucio extenſo ſuper fronte non replicato, & ſine mitra.*) Petro Amelio prævenerat Jacobus Gaetanus in ſuo Ordine Romano cap. 82. Non deſunt tamen adhuc inſignes aliquot Eccleſiæ, quæ antiquorum rituum tenaciores, toto hoc triduo nocturnum hora ſolita decantant officium. Has inter non infimum locum tenere debet Rotomagenſis, cui Lingonenſem forte adjicere poſſemus, utpote cujus in Ordinario hæc lego: (*Feria* 5. *in Cœna Domini campanæ pulſantur hora ſexta matutina, ſicut in feſtis novem lectionum, quia his tribus de ſero non cantantur matutinæ.*) Eumdem uſum hactenus retinuerunt Monachorum nonnulla cœnobia: in quibus merito recenſeri debet Lætienſe Benedictinorum in Belgio, ubi ante annos duodecim ſecunda poſt mediam noctem hora ex Regulæ præſcripto nocturnum celebrabatur officium.

(M) ORDO ROM. *a* D. MABILLON *vulgatus cap.* 6. *num.* 33. *Poſtquam ordinem Pſalmorum, &c. ad officium nocturnum recitandorum edidit, hæc addit:* Deinde ſequitur Matutinum: lucernæ extinguuntur. Luminaria autem Eccleſiæ ab initio cantus nocturni inchoantur extingui, hoc tamen ordine, ut ab introitu ipſius Eccleſiæ incipiat paulatim tutare, ut verbi gratia, peracto primo nocturno videatur pars eorum tertio eſſe extincta; medio nocturno iterum tertia; tertio vero expleto, exceptis ſeptem lampadibus nihil luminis relinquitur. Quæ in Matutino hoc ordine extinguantur. In initio Pſalmi primi ſit cuſtos ſemper paratus in loco dexteræ partis Eccleſiæ prope lampadibus, ut ubi audierit antiphonam, tenens cannam in manu ſua, tutat lampadem unam. In finem pſalmi ipſius aliam ſiniſtræ partis. Sic una ex parte una, alia ex alia tutantur uſque ad Evangelium. In Evangelio vero tutatur mediana lampada.

In appendice ORD. ROM. *Tom.* 2. *Muſei Ital. a* D. MABILLON *editi pag.* 30. *n.* 1. A cœna Domini, nec in pſalmis, nec in ullo loco decantatur *Gloria* uſque in Paſcha. Eadem vero nocte ſurgent ad vigilias hora noctis octava: & tunc Eccleſia ſit omni lumine decorata. Nec more ſolito, *Deus in adjutorium meum* dicent, nec Invitatorium, nec *Gloria*: ſed cantor incipit in pſalmis antiphonam, ſicut in antiphonario continetur. Sed & in fine nocturni lector benedictionem non petit, nec Presbyter more ſolito benedictionem complet: & quando finit lector, non dicit *tu autem Domine*, ſed ex verbis lectionis jubetur facere finem.

N. 2. Lumen autem Eccleſiæ ab initio cantus nocturni inchoatur extingui, hoc tamen ordine, ut ab introitu ipſius Eccleſiæ incipiat paulatim tutari, (id eſt extingui:) ut verbi gratia, peracto primo nocturno videatur pars eorum tertia eſſe extincta; medio nocturno iterum tertia: tertio vero expleto, exceptis ſeptem lampadibus, nihil lumen relinquunt. Quæ in matutinis extinguntur hoc ordine. Initio primi pſalmi ſit cuſtos ſemper paratus, in loco dextræ partis Eccleſiæ prope lampadibus: ut ibi audierit antiphonam tenens cannam in manu ſua, tutet lampadem unam: in fine vero pſalmi

ipſius

quot ſunt Pſalmi canendi; & ſenſim illi cerei ſubinde extinguuntur.

Alii hunc ritum myſtice interpretantur, aiuntque cereos illos ſenſim extinctos imaginem eſſe Apoſtolorum, qui lux mundi dicuntur in Evangelio, & qui tempore paſſionis Chriſti fugerunt & veluti extincti ſunt.

I. Cur extinguuntur lampades ſub finem cantici Benedictus?

R. Qui canticum illud ſub finem officii canitur. At extinguebantur olim luminaria poſt completum officium, ut fit etiamnum. Nunc ſervatur poſt officium lampas jugiter accenſa ante majus altare, ob reverentiam ſanctiſſimi Sacramenti quod ibi cuſtoditur. Sed olim, iſque mos eſt etiamnum Eccleſiarum Lugdunenſis, Viennenſis, Avenionenſis, Arelatenſis, Narbonenſis, Montispeſſulani, ceterarumque fere omnium in illis regionibus; olim, inquam, ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum non cuſtodiebatur in majori altari, ſed vel in ſacrario, vel in capellis a majori Eccleſia ſejunctis. Ergo extinguebantur olim lampades poſt officium, nec niſi ad officium aliud accendebantur. Id fit etiamnum in officio tridui ante Paſcha, ut vetus ordo ſervetur; ſed poſt completum officium extincta lampas accenditur, ut maneat ſemper ignis accenſus coram ſacratiſſimo Sacramento ſuper altare majus ſervato. Atque hæc quidem ratio eſſe poteſt cur poſt extincta omnia Eccleſiæ luminaria ſervetur & abſcondatur retro altare lumen accenſum, ut accendatur iterum ex eo lampas quæ debet ardere jugiter coram ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento.

Forte ſervabatur olim lumen illud abſcondite, ceteris omnibus extinctis, ut, clero vel monachis poſt completum officium e choro recedentibus, miniſtraretur lumen quo ſuas quiſque cellulas repeteret, nondum depulſis omni-

ipſius tutet aliam partis ſiniſtræ. In ſecundo pſalmo, cum antiphonas audierit, tutet dextra parte aliam, ſic una ex parte una, alia ex alia tutantur uſque ad Evangelium. In Evangelio vero tutatur mediana lampada. Ea vero die cœna Domini, hora nona faciunt excuti ignem de lapide in loco foris baſilica; ſi ibidem oratorium habuerit, in portam ibi excutiunt: ſin vero, in loco quo conſideraverit prior, ita ut ex eo poſſit candela accendi. Quæ candela in arundine debet poni, & a manſionario Eccleſiæ portari præſente populo: & de ipſo igne continuo in eadem Eccleſiæ loco ſecreto accendatur lampada una, & ſervetur uſque in ſabbato ſancto, ad illuminandum cereum, qui eodem die benedicendus eſt ordine quo in ſacramentorum continetur.

ORDO ROMANUS *in* BIBLIOTH. PP. *editus pag.* 54. *in edit. Pariſ. in fol. ann.* 1624. Feria v. majoris hebdomadæ eadem nocte ſurgunt ad vigilias hora noctis octava, & tangitur campanæ ſignum ſicut aliis diebus, & poſt hæc non tangitur ad matutinum, niſi in nocte ſancti Paſchæ, & tunc Eccleſia omni lumine decoretur. Venientibus autem omnibus ad Eccleſiam infra chorum more ſolito, non dicantur *Domine labia mea aperies*, nec *Deus in adjutorium meum intende*, nec *venite*: ſed cantor incipiat in Pſalmis antiphonam *zelus domus tuæ comedit me*, & reliquas, ſicut in antiphonario continetur. In fine pſalmorum non dicatur *Gloria Patri*, nec in reſponſoriis, nec in ullo loco: in fine nocturni lector benedictionem non petit, nec Pontifex aut presbyter more ſolito benedictionem complet: & quando finit lector, non dicit *tu autem Domine*.... Accenduntur in quibusdam locis viginti quatuor lumina, & extinguuntur per ſingulas lectiones, & reſponſoria. Quæ ſimul per tres noctes fiunt ſeptuaginta duo. Lumen autem Eccleſiæ apud Romanos ab initio cantus nocturni inchoatur extingui. Hoc tamen ordine ut ab introitu ipſius Eccleſiæ incipiat paulatim tutari: ut verbi gratia peracto primo nocturno, videatur eorum tertia pars eſſe extincta, medio nocturno iterum tertia. Tertio vero expleto exceptis ſeptem lampadibus nihil luminis relinquatur. Sequuntur matutini, in quibus ſimiliter non dicatur, *Deus in adjutorium* . . . nec *Gloria Patri*, ſed antiphona tantum ſuper matutinas laudes: & in matutinis ſeptem lampades hoc regimine extinguantur: initio pſalmi primi ſit cuſtos ſemper paratus in loco dextræ partis Eccleſiæ prope lampades. At ubi audierit primam antiphonam, tenens cannam in manu ſua tutat lampadem unam: in fine vero pſalmi ipſius tutat aliam ſiniſtræ partis, ſic una ex parte una, alia ex alia tutentur uſque ad Evangelium..... Statim tutatur mediana lampas, vel ſubſtrahitur, & ſervatur, ut ita veniat, ut *Benedictus Dominus Deus Iſrael* abſque lumine pſallatur. *Benedictus* finito cum antiphona non dicatur *Kyrie eleiſon*, nec *& ne nos inducas in tentationem*, neque preces, neque oratio, alta voce more ſolito, ſed ſecum tacite. Factoque ſigno a Priore omnes pariter ſurgant, ſicque finiantur vigiliæ nocturnæ, atque matutini.

D. EDM. MARTENNE *de antiq. Eccleſ. diſcipl. in divin. celebr. offic. cap.* 22. *num.* 2. Accenduntur in hac nocte lumina viginti quatuor, & extinguuntur per ſingulas lectiones & reſponſoria, inquit vulgatus Alcuinus. Totidem accendentes cereos per ſingulos pſalmos & lectiones extinguendos præſcribit Joannes Abrincenſis; totidem Ordinarium Rotomagenſe & Sylvanectenſe: viginti quatuor cereis omnes Eccleſiæ lampades adjungit Lucas Cuſentinus Archiepiſcopus. Vetus pontificale inſignis Eccleſiæ Pictavienſis lampades triginta ad nocturnum officium accendendas ſtatuit per ſingulas antiphonas, lectiones, reſponſoria & verſos extinguendas, & ſeptem ad laudes. Triginta quatuor habet Carnotenſe S. Joannis Ordinarium. In Laudunenſi vero hæc lego: („ Ad matutinum ponantur ante altare quindecim cerei, „ præter hos in dextra parte Presbyterii ponuntur „ decem & octo, & in ſiniſtra alii decem & octo. „) Quindecim tantum notat Ordinarium Gabilonenſe & Uticenſe. Ubi vides varias fuiſſe diverſarum Eccleſiarum conſuetudines de cereis ſeu lampadibus ad nocturnas vigilias accendendis & extinguendis. Et ſane Guillelmus Durandus in libros 6 Rationarii cap. 72. innuere videtur quibusdam in locis viginti quatuor candelas accenſas fuiſſe, in aliis quindecim, in aliis quatuordecim, in nonnullis duodecim, in quibusdam novem, alicubi vero duntaxat ſeptem. Tandem apud alios certum fixumque nequaquam fuiſſe candelarum numerum, ſed quemlibet locum pro arbitrio ſuum appoſuiſſe. De earum quoque extinctione idem auctor hæc ſcribit: („ Omnes candelæ non ſimul, „ ſed una poſt aliam extinguuntur... Quidam extinguunt eas per ſingula cantica, uſque ad plenam „ extinctionem... Alii tribus vicibus eas extinguunt. „ In quibusdam quoque Eccleſiis candelæ quadam „ manu cerea extinguuntur, quæ ſignificat manum „ Judæ, de qua dixit Dominus: *qui intingit manum* *Mat.* 24. 23.
„ *mecum*, *&c.* quæ fuit quaſi cerea & ad malum flexibilis: per quam Chriſtus Rex noſter & vera „ lucerna traditus fuit, & quantum in illo fuit ex„ tinctus.) Extinctionis cereorum toto hocce triduo meminit Amalarius in libro de ordine antiphonarii cap. 44. ubi ait („ ſe interrogaſſe de more „ ſanctæ matris noſtræ Romanæ Eccleſiæ Archidiaconum Theodorum. Qui, inquit, reſpondit; Soleo eſſe cum Apoſtolico in Lateranis quando officium celebrat de cœna Domini. Nihil enim ibi „ obſervatur de extinctione luminum.) In ſexta feria nullum lumen habetur lampadum ſive cereorum in Eccleſia in Jeruſalem, quamdiu domnus Apoſtolicus ibi orationes ſolemnes facit, aut quamdiu crux ſalutatur.

M. BOCQUILLOT, *Traitè de la Liturgie lib.* 1. *c.* 4. Sunt quædam magna cuprea, vel alius materiei, candelabra baſibus impoſita, pavimento chori locata. His ſimilia poſita erant ad lectionaria. *Phares* appellabantur: ſuſtinendoque cereo inſerviebant, ut lumen lectoribus eſſet, eum egerent, nempe in nocturnis officiis. Præter hæc candelabra, quæ lectoribus inſerviebant, lampades quoque a fornicibus pendebant, ut etiam nunc fit. Alia quoque ſuſpenſa candelabra habebantur in varias figuras efformata, nempe crucis, corollarum, &c. quibus plures cerei, vel lampades imponebantur; in aliquibus vero locis & cerei ſimul & lampades.

Tra-

Digitized by Google

N nino tenebris. (N) Extinguebantur enim olim cerei paulatim, etiamſi officium poſt mediam noctem caneretur, ſicut accenduntur nunc, ac dein paulatim extinguuntur veſpere ante ſolis occaſum.

Aliis videtur myſterii cauſa lumen illud ceteris paulatim extinctis, abſcondi primum, ac demum proferri poſt completum noctis officium. Minores, inquiunt, cerei paulatim extincti, Apoſtolos & Chriſti Diſcipulos deſignant, qui fugerunt hinc inde, & veluti extincti ſunt ubi Chriſtum viderunt comprehenſum. Cereus in anguli capite poſitus Chriſtum ſpecialius deſignat. Is abſconditur accenſus, ut deſignetur mors Chriſti, manente ſemper ineffabiliter divinitate tam cum corpore, quam cum anima. Abſcondito hoc cereo fiunt ſupplicationes, ut impetretur effectus mortis Chriſti: tum cereus iterum profertur, ut iterata hac cerei abſconditi oſtenſione, Chriſti reſurrectio deſignetur.

I. Cur fit fragor & ſtrepitus poſt completum officium nocturnum hoc triduo?

R. Fragor ille ſignum eſt, quod datur omnibus poſt completum officium abeundi licentia. Hinc in Breviario Pariſienſi edito juſſu Eminentiſſimi Cardinalis de Noailles Pariſienſis Archiepiſcopi, hæc leguntur: *Fit ſtrepitus ab eo qui officio functus eſt: mox profertur cereus accenſus; & omnes ſurgunt & cum ſilentio diſcedant.* In breviario Romano, *Fit fragor & ſtrepitus aliquantulum, mox profertur*, & cetera ut in Pariſienſi. Neceſſe fuit autem hoc triduo ſignum dare diſceſſionis cum aliquo fragore & ſtrepitu: quia fiebat ut diximus officium poſt mediam noctem. Extincta tunc erant omnia Eccleſiæ luminaria, multa nox erat, unicus ſervabatur cereus ad præbendum poſtea lumen diſceſſuris: ſubmiſſa voce complebatur officium. Ut ergo intelligerent omnes completum eſſe officium, producendum eſſe lumen, fierique copiam diſcedendi, neceſſe fuit ſignificari hæc omnia aliquantulo ſtrepitu.
O (O) Neſcio qua ratione mos ſenſim invaluerit in pluribus Eccleſiis, ut fragor ille fieret ab omnibus, nec a ſolo Celebrante: certe non ita pridem nondum invaluerat in Eccleſiis Galliarum.

Sunt qui morem hunc invaluiſſe putant myſterii cauſa. Hoc enim ſtrepitu ſignificari volunt, quod Chriſto moriente ſol obſcuratus eſt, petræ ſciſſæ ſunt, monumenta aperta ſunt, factus eſt uno verbo per orbem univerſum fragor inſolitus. Pia cogitatio, fateor: Sed cavendum ne propterea Eccleſiarum januæ vel ſubſellia frangantur.

I. Cur hoc triduo expoliantur altaria?

R. Pariſiis etiamnum in Eccleſia Metropolitana, in ſacra æde Palatii, multiſque in Eccleſiis parochialibus, completa ultima Miſſa, denudantur altaria in capellis patentioribus. Id forte ita fit cauſa neceſſariæ cautionis a furibus, forte etiam in veſtigium antiquitatis.

Sed jam a pluribus ſæculis ſolemnis hæc altaris expoliatio myſterii cauſa fit, feria quinta majoris hebdomadæ. Hoc enim ritu ſignificatur Chriſtum, cujus altare typus eſt, ut infra dicemus, ſuis fuiſſe veſtibus expoliatum tempore paſſionis. Hinc, dum fit ſolemnis hæc altaris expoliatio, recitatur Pſalmus vigeſimus primus, qui totus eſt de Chriſti paſſione, cum hac Antiphona ex eodem Pſalmo deſumpta: *Diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* (P) P

§. 11. De Sabbato ſancto.

I. Quodnam myſterium celebramus Sabbato ſancto?

R. Myſteria ſepulturæ Chriſti, & ejus deſcenſus ad inferos.

I. Recolunturne hæc myſteria in officio ſolemni quod mane celebratur Sabbato ſancto?

R. Officium illud, quod nunc mane celebramus, agebatur olim veſpere, & ad noctem uſque protendebatur. (A) Ideoque non tam ſepulturæ quam Reſurrectionis Dominicæ mentio fit in A
illo officio.

I. Benedictio cerei Paſchalis, lectio Prophetiarum, Benedictio Fontium, Miſſa quæ Sabbato ſancto celebratur, ſuntne hæc omnia ex veteri ritu?

R. Ex ritu vetuſtiſſimo. Sed olim non

mane,

Trabibus etiam in altum evectis, quæ chori ingreſſui transverſæ imminerent. In quibuſdam Eccleſiis, circa ciborium, quo tegebatur altare, ponebantur. Demum ubique, præterquam in menſa altaris ponebantur. Inter alia candelabra quorumdam Eccleſiarum, magna quædam veluti machina erat arborem referens e terra egredientem, foliis, floribus, fructibus, parviſque vaſis, ad lampades ſuſtinendas, onuſta. Copia hæc luminum pyramidis modo aſſurgentium pulchra viſu erat. In divitibus Eccleſiis candelabrum hoc, quod arbor ob formam denominabatur, vel æreum, vel alterius metalli erat; in pauperibus vero pagorum Parochiis ligneum erat, foliaque & fructus ex cera picta, quæ ſubinde reficiebatur, conflata erant.

(N) *Vide ſupra hocce §. litt.* (K) D. Edm. Martenne *l. de antiq. Eccleſ. diſcipl. in divin. celebr. offic. cap.* 22. *num.* 8.

(O) Raban. Maurus *de inſtitut. cleric. lib.* 2. *cap.* 38. Hac ergo die Eccleſiæ altaria indumentis ſuis ſpoliata denudantur, quia in ea Chriſtus ſuis veſtimentis exutus eſſe legitur, & velum templi ſciſſum eſſe occiſo Chriſto, per Evangelium prædicatur.

Rupertus *l.* 5. *de divinis officiis cap.* 30. Cur altare nudetur ſcire volentibus facile liquet, ſi prius animadverterint, quid ipſum altare ſignificet. Significat autem Chriſtum, quia ſic illud in templo, quomodo Chriſtus toti corpori Eccleſiæ dignitate & honore præeminet... Cum itaque nudum altare conſpicimus, dignum illud memoria, quod magnifice Propheta flebiliterque deplorat, noſtris intimis perſonare auribus, noſtris internis præſentialiter debet apparere conſpectibus. *Ecce vidimus eum & non eſt ſpecies ei neque decor, & conſideravimus eum, deſpectum & noviſſimum virorum, & virum dolorum, & ſcientem infirmitatem. Vere languores noſtros ipſe tulit, & peccata noſtra ipſe portavit.....* Inſuper huc ad denudati altaris cauſam pertinet, quod idem Dominus veſtimentis ſuis ſpoliatus eſt. *Milites* namque *cum crucifixiſſent eum diviſerunt ſibi veſtimenta ejus & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem*, & de tunica dixerunt: *Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cujus ſit* .... Noſter Noe ... ſcilicet Dominus Jeſus, in quo requiem invenimus animabus noſtris, ... cunctis amaritudinibus inebriatus eſt, ſoporatus eſt ſomno mortis, & in cunctis a divinitatis ſuæ gloria nudatus ad tempus apparuit: cum ergo altare Chriſtum ſignificet, recte ob commemorationem horum, veſtitu & ornatu ſuo ſpoliatum eſt.

Iſai. 53. 2. 3 & 4.

Joh. 19. 23. 24

(P) *Veriorem certe hujuſce conſuetudinis rationem affert* D. Johann. Chrysost. *in Epiſt. Pauli ad Epheſ. capit.* 1. *ſerm.* 23. Non vides menſam ſpongia circumquaque lavantem miniſtrum, dumum expurgantem, ſcutellas apponentem? Hoc fit inter preces, dum proclamat præco. Quemadmodum ſpongia circumquaque lavamus & Eccleſiam, ut in munda Eccleſia omnia proponantur, ut nulla ſit macula, nulla ruga.

(A) D. Edm. Martenne *Lib. de antiqu. Eccleſ. Diſcipl. in divin. celebrandis offic. cap.* 24. *num.* 1. Celebratis media nocte ſolemni ritu vigiliis, diuturniſque curſibus privatim abſolutis, circa horam diei tertiam catechumeni ad Eccleſiam procedebant ſymbolum reddituri, ultimumque ſcrutinium ſubituri. Ibi ſtabant ordinati, maſculi quidem ad dexteram, feminæ ad ſiniſtram. Tum

mane, ſed veſpere hæc omnia fiebant. Poſt horam nonam benedicebatur ſolemniter cereus Paſchalis; deinde legebantur prophetiæ; tum canebatur litania: poſtea procedebatur ad fontes, fiebat atque Baptiſmalis benedictio, Catechumenorum Baptiſmus, recens baptizatorum Confirmatio, demum Miſſæ agebantur; intra quarum ſolemnia celebrabantur Ordines. Ideoque prætermittebatur hac die conſuetum officium veſperarum, quia ſupradicta iſthæc officia ad multam noctem protendebantur. (B.) Atque hæc quidem ratio eſt, cur etiamnum poſt Miſſam pro veſperarum officio cantatur Pſalmus unicus, iſque breviſſimus. B

I. Cur officium illud matutinis jam horis, non veſpertinis, ut olim, agitur?

R. Id ſenſim factum eſt propter anticipationem cœnæ, quæ per totam quadrageſimam olim poſt completum officium veſpere fiebat, nunc poſt completum officium quidem, ſed meridie fit. Senſim enim factum eſt, quod infra dicemus, ut hora cœnæ paulatim anticipata, ſimul & fieret anticipatio officii hac die, non ſecus ac in reliqua Quadrageſima. Sed nihil propterea mutatum in precibus, in quibus mentio fit noctis, non ſecus ac ſi hæc etiamnum in nocte agerentur.

Cap. 6. §. 2. hujus Sect.

I. Cur hodie fit ſolemniter benedictio ignis recens excuſſi e ſilice?

R. Hic & veſtigium antiquitatis. Olim excutiebatur quotidie ignis e ſilice ad accendenda Eccleſiæ luminaria, & fiebat prius ignis benedictio. Nihil enim in publicum uſum adhibuit unquam Eccleſia ſine præcedenti benedictione. Solemnius hac die agitur hujus ignis benedictio, quia ignis ille e ſilice excuſſus videtur Chriſti recens e mortuis ſuſcitati typum ferre. Romæ ſolemnis hæc ignis novi benedictio fiebat olim feria quinta majoris hebdomadæ. (C) A C

I. Cur fit cerei Paſchalis hac die Benedictio?

R. Cereus ille per totam olim noctem Paſchatis ardebat, & ardet etiamnum ex veteri ritu Pariſiis, & alibi. Et certe ad illuminandam hac nocte Eccleſiam benedicitur, ut patet ex his verbis, quæ extant etiamnum in hujus cerei benedictione: *Ut ad expellendam hujus noctis caliginem indeficiens perſeveret.* (D.) *In Præf. Exult.* D

Vulgo cereus ille accipitur pro typo Chriſti e mortuis ſuſcitati: id patet ex ipſo Benedi-

Sacerdos cruce ſingulorum frontibus impreſſa ritus exorciſmorum & abrenuntiationum explebat; ac tandem impoſita ſingulorum capitibus manu, recitatoque ſymbolo, poſt factam orationem ab Archidiacono dimittebantur, donec baptiſmi celebrandi adveniſſet hora.

N. 2. Hora nona, Pontifex cum Sacerdotibus aliiſque miniſtris de ſacrario procedebat, baptiſmum reverſis catechumenis collaturus. Ac primum quidem ignis novi cereique Paſchalis benedictione præmiſſa, Lectiones ad baptizandorum inſtructionem pronunciabantur, quibus totidem orationes inſerebat. Deinde decantatis tribus Litaniis, ad fontis conſecrationem ſeſe accingebat: ac tandem iis omnibus quaſi præparatos ſacris immergebat undis, mox confirmandos & ſacra communione donandos.

N. 3. Tanta ſacrorum rituum diverſitas & prolixitas, Sabbati ſancti officium ad multam noctem protrahere ſolebat, adeo ut non ante populus dimitteretur, quam media ſui parte tranſacta foret: id quod ex Apoſtolica traditione proveniſſe teſtatur Sanctus Hieronymus in commentario ſuper Matthæum, ubi ſic loquitur: „ Traditio Apoſtolorum, & Judæorum eſt Chriſtum media nocte venturum in ſimilitudinem Ægyptii temporis: unde & reor traditionem Apoſtolicam permanſiſſe, ut die vigiliarum Paſchæ ante noctis medium populos dimittere non liceat, expectantes adventum Chriſti: „ Idem docent Amalarius lib. 1. cap. 16. & aniganus Alcuinus, qui hunc Sancti Hieronymi locum citant. Quia immo Carolus magnus Imperator divinum hac die officium *ſupra mediam noctem* protraxiſſe memoratur apud Monachum Sangallenſem in libro de Eccleſiaſtica cura Caroli Magni cap. 24. Hinc capiendus eſt locus Sancti Ambroſii ad Epiſcopos per Æmiliam conſtitutos ſcribentis Epiſtola 23. „ Certa ratione comperta, ita omnium concurrat affectio, ut una nocte ubique ſacrificium pro reſurrectione Domini deferatur. „ Hinc eſt etiam quod Sanctus Auguſtinus in Sermone 228. quem ipſo Paſchatis die ad populum & ad infantes habuit, ſic eos alloquitur: „ Poſt laborem noctis præteritæ, quoniam *etſi ſpiritus promptus eſt, caro tamen infirma*, diu vos tenere ſermone non debeo. „ Et Sermone 219. quem in hujus noctis vigiliis pronuntiavit: „ Quanto ergo alacrius in hac vigilia velut matre omnium ſanctarum vigiliarum vigilare debemus, in qua totus vigilat mundus. „ Eadem ratione Innocentius Papa I. ad Decentium Eugubinum Epiſcopum ſcribit Eccleſiæ traditionem habere, *iſto biduo, feria 6. ſcilicet & ſabbato ſancto, ſacramenta non penitus celebrari*: quia ſcilicet hujus diei Miſſa tota in nocte peragitur. Unde & antiqui ſacramentorum codices, quales ſunt Gellonenſis, Remenſis, Regius, Noviomenſis annorum minimum 900. Turonenſis, Dionyſianus annorum 800. cum aliis pluribus, non ante volunt Miſſam inchoari, *quam appareat una vel ſtellis in cælo*. His adde Concilii Antiſſiodorenſis Canonem II. *Non licet in vigilia Paſchæ ante horam ſecundam noctis vigilias perexplere*. Et illud Concilii Rotomagenſis anni 1702. decretum, ut *in ſabbato Paſchæ officium ante nonam non incipiatur*. Ad noctem enim Dominicæ reſurrectionis reſpicit, ob cujus reverentiam *Gloria in excelſis Deo* & *alleluia* cantatur. Vide ſi lubet Gregorium Turonenſem lib. 2. Hiſtoriæ Francorum cap. 34. ubi Miſſa ſabbati ſancti nocte celebrata narratur. Ceterum perſeveravit hæc pia ſanctaque traditio, ſaltem aliquibus in locis ad uſque finem ſæculi decimi quarti, ut conſtat ex conſuetudinibus Canonicorum Regularium Oiſſanenſis Monaſterii anno 1387. renovatis, in quibus hæc lego: *Sabbato ſancto Miſſa dicitur tardius, & in quibuſdam locis celebratur nocte.*

(B) D. JOH. MABILLON *Comm. in Ord. Rom. pag.* xcix. Poſt Miſſam veſperas omittebant Romani, propterea quod ritus baptiſmi & Miſſæ ſubſequentis in multam noctem protraherent. Unde in vulgato ordine Romano: *In hac nocte de veſpertinali ſynaxi apud Romanos nihil agitur, neque ante Miſſam. Apud nos autem unus de ſchola, cui juſſum fuerit, pro antiphona incipit* alleluja *ad veſperam*. Ex hoc loco nemo non videt, interpolatum eſſe vulgatum ordinem Romanum, ubi legitur, *apud nos autem*, &c. Verum non ſolum in vigilia Paſchæ, ſed etiam in biduo præcedente curſus diurni officii publice non recitabatur in Eccleſia Romana, ut ex libellis noſtris manifeſtum eſt.

(C) D. JOH. MABILLON *comm. in Ord. Rom. nu.* 11. In die Cœnæ Domini ... mos erat, chriſma novum conſecrari, novum item ignem benedici, atque Euchariſtiam in craſtinum reſervari.

ORDO ROM. 1. *in feria* 5. *Cœnæ Dom. numer.* 32. Ea vero die hora nona faciunt excuti ignem de lapide in loco foris baſilicam: ſi ibidem oratorium non habuerint, in porta ibi excutiunt, ſin vero in loco in quo conſideraverit Prior ita ut ex eo poſſit candela accendi; quæ candela in arundine debet poni, & a manſionario Eccleſiæ portata præſente congregatione vel populo; & de ipſo igne continuo in eadem Eccleſia vel loco, ubi accenditur, lampada una ſervetur uſque in Sabbato ſancto ad illuminandum cereum, qui eodem die benedicendus eſt.

(D) D. EDM. MARTENNE *Lib. de antiquit. Eccleſ. Diſcipl. in div. celebr. offic. c.* 24. *n.* 10. Redeo ad cereum paſcha-

Digitized by Google

nedictionis ritu, ut mox dicemus. Et hæc quidem ratio eſt cur toto tempore Paſchali in ſolemnibus officiis ardeat; & ex complurium Eccleſiarum more feratur ante cracem in ſolemnibus ſupplicationibus; & in feſto Aſcenſionis amoveatur ab Eccleſia, ubi lectum eſt Evangelium, in quo dicitur Chriſtus ſpectantibus Apoſtolis in cœtum aſcendiſſe.

Dixi ex ipſo Benedictionis titu innui cereum hunc eſſe typum Chriſti: quam quidem allegoriam Rupertus Abbas Tuitienſis ſic explicat. Diaconus in ipſa cerei benedictione quinque Thuris grana cereo nondum accenſo infigit: ut hoc titu ſignificetur ab Joſeph ex Arimathea & Nicodemo, ceterisque Chriſti Diſcipulis conditum fuiſſe aromatibus Chriſti mortui corpus. Foramina quinque quibus quinque grana Thuris infiguntur, videntur quinque Chriſti plagas deſignare. Poſtea cereus accenditur, ut innuatur Chriſtum conditum aromatibus a mortuis ſurrexiſſe. Fitque cerei benedictio non a Sacerdote, a quo tamen ceteræ benedictiones omnes fiunt, ſed a Diacono; quo quidem ritu intelligimus non Apoſtolorum, ſeu Diſcipulorum & Sanctarum mulierum miniſterio fuiſſe corpus Chriſti aromatibus conditum, & reſurre-
E ctionem ejus primo annuntiatam. (E)

Ravennæ ſexto Eccleſiæ ſæculo cereus Paſchalis ab ipſo Epiſcopo benedicebatur. (F)

Cuilibet fere Eccleſiæ ſuus mos, ſua eſt conſuetudo circa uſum cerei Paſchalis. Apud pleraſque a benedictione ad abſolutum Paſchatis officium
F ardebat. Sueſſione a Sabbato ſancto ad completo-
G rium feriæ quartæ diu noctuque lucebat. (G) Hodie in omnibus fere Eccleſiis ad ſingula diei noctisque officia cereus accenditur a Sabbato ſancto ad Miſſam ſolemnem feſti Aſcenſionis, poſt cujus Evangelium extinguitur & auſertur, rurſuſque a Sabbato ante Pentecoſten ad Miſſam ſabbati incluſive: at exceptis officii ſolemnis horis, per diem aut noctem nunquam accenditur. Luteriæ ab officio Sabbati ſancti ad completum Paſchatis officium indefinenter ardet; præterea ad Miſſam ſolemnem & ad veſperas tantum per octavam Paſchæ ad Miſſam ſabbati incluſive, poſt quam extinguitur non accendendus niſi in primis veſperis diei Aſcenſionis. Ab his veſperis ad finem completorii perpetuo lucet: neo poſtea accenditur niſi ad officium ſabbati Pentecoſtes, nonniſi poſt abſolutum diei ſe-
H quentis officium extinguendus. (H) Is mos in aliis etiam Eccleſiis viget. Olim in quibuſdam Eccleſiis, ſaltem in Biſuntina (quædam forte etiamnum hunc morem retinent) ſabbato Pentecoſtes novus
I cereus benedicebatur. (I)

paſchalem qui ſemel accenſus ardere debebat *uſque in craſtinum poſt veſperas* ex Miſſali MS. Colbertino n. 422. immo uſque poſt completorium ex ordinario Laudunenſi & Miſſali Athanacenſi.

(E) Rupertus Abbas *de divinis officiis*, *cap.* 28. Proprium quoddam hujus tantæ ſolemnitatis decus eſt, cereus a Zozimo Romanæ Eccleſiæ Pontifice triceſimonono per Eccleſias benedicti inſtitutus, a cujus dulciſona benedictione præconia ſanctæ Reſurrectionis Chriſti inchoantur. Significat vero eumdem Dominum noſtrum reſurgentem, ſuorum triſtitiam Diſcipulorum, immo mundum univerſum lætitiæ competentis claritate ſerenantem. Hoc vere congruit, & vis ipſa ſignificationis expoſcit, ut ſicut præteritis noctibus extincta luminaria faciem Eccleſiæ contriſtaverunt; ſic eadem nocte hac cereus illuminatus jugi flammæ tripudiantis jubere lætificet.

Cap. 29. Dictum eſt, per candelas, quæ extinctæ ſunt, mortes ſignificari Prophetarum & juſtorum, qui a ſanguine Abel juſti uſque ad Chriſtum occiſi ſunt, ipſamque candelam quæ ad Evangelium non major ceteris extinguitur, ipſum Dominum ſignificare qui Evangelizans occiditur, unus ex Prophetis reputatus. Conſtat autem, quia qui contemptus & humilis occiſus eſt, *hunc Deus ſuſcitavit, ac Principem*
Act. v. 31. *& Salvatorem exaltavit, ad dandam pænitentiam in remiſſionem peccatorum*. Bene ergo ... claram reſurgentis magnitudinem præclari ſignificat magnitudo cerei. Eo vel maxime cereus ad Chriſti ſimilitudinem accedit, quod parvula, quæ ſubſtantiam ceræ educit apis mater, abſque concubitu concipit, & parit, cui rite comparatur Virgo Maria Dei genitrix, quæ inviolata nobis Deum in carne quaſi mel in cera protulit. Cum ergo recte humanitatis Chriſti ſimilitudinem gerat, annus illi ab Incarnatione ejuſdem Domini Chriſti conſequenter inſcribitur. Et quia crucifixus eſt, Crucis quoque figura congrue nihilominus inſculpitur. Illud idem per hanc pretioſam lampadem intelligere debeamus, quod per illam præfigurabatur columnam, quæ caſtra filiorum Iſrael de Ægypto exeuntium per mare rubrum præcedebat. Significabat autem illa co-
Exod. 13. 14. lumna nobis bene notam nubem humanitatis Chriſti, &c.

Dum ergo columnam ceream rutilans ignis accendit... Illud innuitur, quod extinctam in ſepulchro jacentem humanitatis Chriſti ſubſtantiam, de ſupernis aſpirans ignea divinitatis potentia rurſus animavit; & ſicut vere rutilans ignis, gloria beatæ reſurrectionis hac nocte in perpetuum nobis gaudium feliciter illuxit.

Cap. 30.... Quæratur cur tantæ materiæ, tantæ dignitatis benedictionem ſuper cereum pronunciet Diaconus præſente Sacerdote vel etiam Pontifice, ſacriſque indutus veſtibus: cauſa manifeſta ſeſe offert quærentibus. Conſtat enim quia bonum ſanctæ Reſurrectionis Chriſti nuntium per minorem ſexum, id eſt, per mulieres, ſanctis Apoſtolis flentibus, & lugentibus evangelizatum eſt.

Cap. 31. Cumque Diaconus cum ceteris ſubminiſtris ad benedicendum accedit, fruſtula quoque portantur incenſi, ut cruciculæ, quæ cereo inſculpta eſt, offerendo infigat. Et hoc quoque ad cauſam prædictam reſpicit. Illæ namque mulieres quæ mortuum quærebant Dominum, & vivum videre meruerunt,
Marc. 16. 1. aromata ferebant, ſicut Evangeliſta refert. *Maria Magdalena, & Maria Jacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Jeſum.*

(F) D. Edm. Martenne, *lib. de antiq. Eccl. diſcip. in divin. celebrand. offic. cap.* 24. *num.* 7. Ex antiqua vero Eccleſiæ Romanæ traditione cereus Paſchalis benedicitur a Diacono: ſed in Eccleſia Ravennenſi iſta benedictio ab ipſo Epiſcopo peragi ſolebat: hinc ſanctus Gregorius lib. 9. Epiſt. 28. Mariniano Epiſcopo ſcribens, jubet ut propter graves quibus ille laborabat infirmitates, preces quæ ſuper cereum in Ravennati civitate dici ſolent, vel expoſitiones Evangelii quæ circa Paſchalem ſolemnitatem a Sacerdotibus fiunt, per alium dicantur, quas proinde, ſi convaluiſſet, ipſe Marianus dixiſſet.

(G) D. Edm. Martenne, *libr. de antiq. Eccleſ. diſcipl. in divin. celebrand. offic. cap.* 25. *pag.* 498. His peractis, remaneant ante altare accenſi 3. cerei, duo cotidiani, & magnus cereus Paſchalis, qui ex quo fuerit accenſus, uſque in feriam 4. adveſperaſcentem non extinguatur.

(H) Ceremonial. Paris. *part.* 4. *capit.* 14. *art.* 3. *num.* 14. Cereus Paſchalis, ab hac hora, uſque ad officium completum in die Paſchæ ardere debet. Præterea ardere debet ad Miſſam, & Veſperas, uſque ad Miſſam ſabbati *in albis* incluſive, & a principio veſperarum vigiliæ Aſcenſionis, uſque ad completum officium in die Aſcenſionis incluſive, atque ab ultima Prophetia vigiliæ Pentecoſtes uſque ad finem officii completi in die Pentecoſtes.

(I) D. Edm. Martenne *lib. de antiq. Eccl. diſcipl. in divin. celebr. offic. cap.* 28. *num.* 9. Vigilia Pentecoſtes tantam cum vigilia Paſchæ affinitatem habet, ut eoſdem pene in utraque ritus advertere liceat: ejus officium in MS. Pontificali Eccleſiæ Biſuntinæ incipit a cerei benedictione, quæ cum illi Eccleſiæ omnino ſingularis extiterit, hic integram repræſentare viſum nobis eſt alicujus operæ pretium.

I. Cur hac die ſollemniter benedicitur acqua baptiſmalis?

R. Baptiſmalis aqua hac die & in vigilin Pentecoſtes ſolemniser benedicitur, quia in vigiliis Paſchæ & Pentecoſtes mos erat olim ſolemniter baptizandi, & benedicebatur olim aqua quoties baptizandum eſſet; ſicut & etiamnum ſal benedicitur ſemper ante baptiſmum, niſi fuerit prius benedictum. Et quidem ubi per immerſionem baptizare ſolemne erat, tunc decebat magis munditiæ cauſa, aquam toties benedici quoties eſſet baptizandum.

I. Eſtne id veteri in more poſitum ut benedicatur ſolemniter aqua Baptiſmalis?

R. Hunc ritum Apoſtolicis traditionibus annumerat S. Baſilius, qui ſæculo quarto in Oriente flo-
K ruit. (K) Et certe facta ſemper eſt, & fit etiamnum per omnes totius orbis Eccleſias hæc benedictio; nec ullum ſtatui poteſt hujus ritus initium
L poſt tempora Apoſtolica. (L)

I. Cur leguntur hac die Prophetiæ ante benedictionem fontis?

R. Prophetiæ illæ totius religionis ſummam exhibent. Canebantur olim in Eccleſia ad Cathecumenorum eruditionem, & interea fiebat catechiſmus mox baptiaandis. (M) M

I. Cur canitur *Alleluja* ad Miſſam?

R. *Halleloa-Iah* vox Hebræa eſt duabns vocibus conſtans. Hæc idem ſonat quod *laudate Deum*. Cantus ille ex vetuſtiſſimo ritu jubilarionem innuit. Reſumitur hodie præ gaudio Reſurrectionis Dominicæ. (N)

N *I.* Qua mente agendus eſt Sabbati ſancti dies?

R. Agendus in meditatione ſepulturæ Chriſti, & myſteriorum quæ per eum nobis ad eruditionem exhibentur.

Hæc nutem in eo poſita eſſe docet Apoſtolus quod conſepulti ſimus per Baptiſmum

in

BENEDICTIO CEREI.

Exultet jam Angelica turba cælorum &c. *uſque ad præfationem ut in Sabbato ſancto*. Per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen. Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. Surſum corda. *Reſp.* Habemus nd Dominum. Gratias agamus Domino Deo noſtro. *Reſp.* Dignum & juſtam eſt. Vere, quia dignum & juſtum eſt inviſibilem Deum Patrem omnipotentem, Filiumque ejus unigenitum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum toto cordis ac mentis affectu & vocis miniſterio perſonare: qui pro nobis æterno Patri Adæ debitum ſolvit, & veteris piaculi cautionem pio cruore deterſit. Hæc ſunt enim ſacra ſolemnia, in quibus mortuis perpetuæ dictor vitæque ſempiternæ largitur, humanæ poſtqnam conditionis ſubſtantiam non ſolum ab inferis eruit, ſed ad ſuperna polorum faſtigia triumphans ſubvexit ſpiritus infuſinne Paracliti juſta ſuæ verbum promiſſionis filios ditavit adoptionis. Hæc igitur dies eſt, quæ peccatorum tenebras ſua claritate purgavit. Hæc dies eſt, quæ hodie per univerſum mundum in Chriſtum credentes a vitiis ſæculi ſegregatos S. Spiritus infuſione purgatos reddit gratiæ, ſociatque ſanctitati. Hæc dies eſt, in qua fugatis originalis peccati tenebris, Spiritus Paraclitus ad ſuorum corda fidelium confirmanda in igneis linguis de ſupernis deſcendit: non ut repentinus viſitatur, ſed ut perpetuus conſolator æternusque cohabitator. O mira circa nos Dei pietatis dignatio! o inæſtimabilis dilectio caritatis, ut hominem ab æternitate dejectum plaſmator univerſalis, ad ſuperna reducerer, quos per verbi ſui doctrinam accenderat, per ſancti Spiritus virtutem confirmat! o certe neceſſarium Adæ peccatum, quod Chriſti morte deletum eſt! o felix culpa quæ Spiritum ſanctum habere meruit conſolatorem! Hæc dies eſt, quæ ſola meruit ſcire tempus & horam in qua Spiritus ſanctus ab arce divinitatis irruens, ut inviſibilis ſuper Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum baptizatum in Columbæ ſpecie deſcendit; ita ſuper Apoſtolos in igneis linguis apparuit, ut poſt Redemptoris noſtri magnificentiam, credentibus augeret ſapientiam, accumularet gratiam, confirmaret conſtantiam. Hujus igitur ſanctificatio diei fugat ſcelera, culpas lavat & reddit innocentiam lapſis & mœſtis lætitiam, fugat odia, concordiam parat, & curvat imperia. In hujus diei gratia, ſuſcipe ſancte Pater incenſi hujus ſacrificium veſpertinum, quod tibi in hac cerei oblatione ſolemni per miniſterium manus de opibus apum ſacroſancta reddit Eccleſia. Sed jam columnæ hujus præconia novimus, quam in honorem Dei rutilans ignis accendit: qui licet diviſus in partes, mutuati luminis detrimenta non ſentit. Alitur liquentibus ceris quas in ſubſtantia pretioſæ hujus lampadis apis mater eduxit. O vere beata dies, quæ illuminavit credentes, ditavit fideles, dies in qua linguarum diverſitates in unim fidei confeſſione junguntur. Oramus ergo te, Domine, ut cereus iſte in honorem nominis tui conſecratus ad diei hujus caliginem deſtruendam indeficiens perſeveret, in odorem ſuavitatis acceptus ſupernis luminaribus miſceatur, flammas ejus lucifer matutinus inveniat; ille, inquam, lucifer, qui neſcit occaſum, ille qui regreſſus ab inferis humano generi ſerenus illuxit. Precamur ergo te, Domine, ut nos famulos tuos, omnem clerum & devotiſſimum populum una cum famulo tuo Papa noſtro N. & Antiſtite noſtro N. & Imperatore noſtro N. quiete temporum conceſſa in his ſacris ſolemniis conſervare digneris. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum per omnia ſæcula ſæculorum.

(K) S. BASILIUS *de Spiritu ſancto*, *cap.* 27. Conſecramus autem aquam baptiſmatis, & oleum unctionis, præterea ipſum qui baptiſmum accipit, ex quibus ſcriptis? Nonne a tacita ſecretaque traditione?

(L) *Hæc fuſius probabimus dum hujuſce benedictionis ceremonias explicare conabimur, ſimulque illius antiquitatem demonſtrare, hujuſce operis part.* 3. *ſect.* 2. *c.* 8. §. 9.

(M) ORD. ROM. *tom.* 10. *Biblioth. PP. Hittorp. pag.* 80. Interim autem dum lectiones leguntur Presbyteri catechizent infantes, qui non ſunt catechizati, & præparent ad baptizandum.

D. EDM. MARTENNE, *lib. de antiq. Eccleſ. diſcipl. in divin. celebrand. offic. cap.* 24. *num.* 13. Cerei Paſchalis benedictionem ſequuntur lectiones ad Catechumenorum inſtructionem olim recitatæ, quæ tamen antiquitus præceſſiſſe videntur. Id ſane clare innuit antiquus Ordo Romanus ad uſum Corbeienſis monaſterii ante annos 800. accommodatus, in quo inter alia hæc lego: „ Et interrogavimus nihilominus Domnum Apoſtolicum Adrianum, ſecundum veſtra mandata, ſi in Paſchali ſabbato debent flecti genua dum lectiones recitantur. Et ipſe reſpondit hoc debere omni modo fieri. Cui cum diceremus, & quomodo Sacerdotes & Miniſtri ſeu clerus cum ſtolis & planetis poſſunt in terram proſterni, ille adjecit non debere Sacerdotes vel Miniſtros ſeu clerum ſtolis prius planetisque veſtiri, niſi tunc demum cum lumen novum introducitur, ut cereus benedicatur. „ Ex his patet lectiones olim pronuntiatas fuiſſe ante cerei benedictionem, pro qua Sacerdotes & Miniſtri ſeu clerus ſtolis & planetis veſtiebantur. Idem fuit uſus Eccleſiæ Lugdunenſis, idem & in Biſuntina obſervatus.

(N) ISIDORI HISPALENS. Epiſc. *de officiis Eccleſiaſticis*, *lib.* 1. *cap.* 13. Laudes, hoc eſt, *Alleluia* canere antiquum eſt Hebræorum, cujus expoſitio duorum verborum interpretatione vel compoſitione conſiſtit, hoc eſt, Laus Dei. De cujus myſterio Johannes in Apocalypſi refert, ſpiritu revelante vidiſſe ſe aut audiſſe *vocem cœ*leſtis exercitus Angelorum *tamquam vocem aquarum mul-* Apoc. 14. 2. 3.
tarum & tamquam vocem validorum tonitruorum dicentarum, *Alleluya*. Ex quo nullus debet ambigere, cum hoc laudis myſterium digna fide & devotione celebretur, Angelis eſſe conjunctum. *Alleluya* autem ſicut & *Amen*, de Hebræa in aliam linguam nequaquam transferuntur; non quia interpretari minime queant, ſed ſicut aiunt Doctores ſervatur in eis antiquitas, propter ſanctiorem auctoritatem. In Africanis autem regionibus non omni tempore, ſed tantum Dominicis diebus, & quinquaginta poſt Domini reſurrectionem *Alleluya* cantatur

pro

Digitized by Google

in mortem, ut non peccemus amplius, nec ſerviamus cupiditatibus. (O) O

I. Quid agendum ea mente Eccleſiæ tempore officii, quod olim veſpere, nunc mane hujus diei celebratur?

1. Dum cereus Paſchalis benedicitur, exultandum ſpirituali gaudio præ reſurrectione Chriſti; adorandus Chriſtus ſepultus primum, deinde ſuſcitatus a mortuis. Attente audienda ſunt verba omnia quibus conſtat illa benedictio: egregia illa quidem.

2. Dum canuntur Prophetiæ, audienda vel legenda hæc Scripturarum oracula; & quod Deus docuit nos per Prophetas, id volvendum animo & revocandum ad praxim.

PARS II. SECT IV. CAP. II. §. 11. *Vide 3. Partis ſect. 2. c. 8. §. 9.*

3. Dum fit benedictio aquæ baptiſmalis, ſedula mente cogitandum quibus verbis & ritibus conſtet hæc benedictio, horum ſenſus inveſtigandus. Agendæ gratiæ Deo, qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regeneravit nos aqua baptiſmatis. Renovandæ promiſſiones quas ſolemniter Chriſto fecimus in Baptiſmo.

4. Dum Miſſa celebratur, majori attentione opus eſt, ut revolvantur myſteria omnia quæ hac die celebrantur. (P) Orandus Deus, ut iſthæc, ut par eſt, aſſequi valeamus. P

§. 12.

pro ſignificatione futuræ reſurrectionis & lætitiæ. Verum apud nos ſecundum antiquam Hiſpaniarum traditionem, præter dies jejuniorum vel quadrageſimæ, omni tempore canitur *Alleluya*. Scriptum eſt enim,
Pſ. 33. 2. *ſemper laus ejus in ore meo*. Quod vero poſt conſummatam pſalmorum vel lectionum prædicationem, *Alleluya* in fine cantatur, hoc in ſpem futuri facit Eccleſia, ſignificans poſt annuntiationem regni cælorum, qui in hac vita per utrumque Teſtamentum mundo prædicatur, actionem noſtram non eſſe futuram niſi
Pſ. 83. 5. in laude Dei. Sic enim ſcriptum eſt, *Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te*. Hinc eſt quod quilibet pſalmorum in laude concluditur, ut eadem poſt finem ſæculi laus æterna monſtretur.

S. AUG. *Serm. 243. in dieb. Paſchal. 14. alias de diverſis 6. cap. 9. num.* 8. Ecce dies iſti ſancti, qui poſt reſurrectionem Domini celebrantur, ſignificant futuram vitam poſt reſurrectionem noſtram. Sicut enim Quadrageſimæ dies ante Paſcha ſignificaverunt laborioſam vitam in hac ærumna mortali: Sic iſti dies læti ſignificant futuram vitam, ubi erimus cum Domino regnaturi. Vita quæ ſignificatur Quadrageſima ante Paſcha, modo habetur: vita quæ ſignificatur quinquaginta diebus poſt reſurrectionem Domini, non habetur, ſed ſperatur, & ſperando amatur; & in ipſo amore Deus qui promiſit iſta, laudatur, & ipſæ laudes *Halleluya* ſunt. Quid eſt enim *Halleluya*? Verbum, eſt Hebræum, *Halleluya*, Laudate Deum. *Hallelu*, Laudate: *ya* Deum; *Halleluya* ergo, laudate Deum ſonamus, & invicem nos excitamus ad laudandum Deum; concordibus cordibus melius quam citharæ cordis; dicimus laudes Deo, cantamus *Halleluya*.

Serm. 252. *in diebus Paſchal.* 23. *alias de diverſis* 5. *c.* 5. *num.* 9. Non enim ſine cauſa, fratres mei, conſuetudinem antiquæ traditionis tenet Eccleſia, ut per iſtos quinquaginta dies Halleluya dicatur. Halleluya enim laus eſt Dei. Significatur ergo nobis laborantibus actio quietis noſtræ. Cum enim poſt iſtum laborem ad illam requiem veniemus, ſolum negotium laus Dei erit, actio noſtra ibi Halleluya eſt.

Serm. 255. *in dieb. Paſchal.* 26. *alias de diverſis* 1. *c.* 1. *num.* 1... Noſtis quia Halleluia latine dicitur, Laudate Deum: & in hoc verbo conſonantes ore & conſentientes corde, exhortamur nos invicem ad laudandum Deum. Eum tantum homo ſecurus laudat, qui non habet unde diſpliceat.

Serm. 256. *in dieb. Paſchal.* 27. *alia. ex Sirmondianis* 18. *num.* 1. Halleluia... Latine interpretatur, Laudate Dominum. Laudemus Dominum, fratres, vita & lingua, corde & ore, vocibus & moribus. Sic enim ſibi dici vult Deus Halleluia, ut non ſit id laudante diſcordia. Concordent ergo prius in nobis ipſis lingua cum vita, os cum conſcientia; concordent, inquam, voces cum moribus: ne forte bonæ voces teſtimonium dicant contra malos mores.

Serm. 257. *in dieb. Paſchalib.* 28. *E B. num.* 1. Quod Hebraica lingua dicitur Halleluia, Latina eſt, Laudate Dominum. Laudemus ergo Dominum Deum noſtrum non tantum voce, ſed etiam corde.

D. JOH. MABILLON. *Comm. in Ord. Rom. n.* XV. In hac Miſſa magna cum ſolemnitate primum canebatur Alleluya: cujus rei meminit Sozomenus in lib. 8. cap. 15. ubi afferit Romæ quotannis ſemel cani Alleluya primo die Paſchalis feſtivitatis. Adeo ut multi Romanorum hoc jurejurando uti ſolerent, ut hunc hymnum audire & canere ipſis contingeret. Huc ſpectat Victor Vitenſis in lib. 1. „ Lector unus pulpito ſiſtens, alleluyatico „ cum melos canebat, nempe die Paſchæ, quo tem„ pore ſagitta in gutture ſagittatus, cadente de ma„ nibus codice mortuus cecidit. “ In ſuperiori Sozomeni teſtimonio id difficultatis eſt, quod Romæ quotannis Alleluya ſemel tantum cani affirmat: cum per totos quinquaginta dies qui a Paſchate ad Pentecoſten effluebant, ſæpius a Romanis frequentaretur ante Gregorium magnum: qui etiam extra Pentecoſten Alleluya cani præcepit. Quamobrem conquerentibus de Sicilia nonnullis, quod hunc ritum a Græcia mutuatus eſſet, reſpondit in Epiſtola ad Johannem Epiſcopum Syracuſanum, quæ eſt, lib. 7. Epiſt. 64. Indict. 11. ut Alleluya hic diceretur, de Jeroſolymorum Eccleſia ex beati Hieronymi traditione, tempore beatæ memoriæ Damaſi Papæ traditur tractum. Et ideo magis in hac ſede illam conſuetudinem amputavimus, quæ hic a Græcis fuerat tradita. Forſan quæ in exequiis defunctorum, & in Quadrageſima hanc vocem induxerat. Sane in exequiis mortuorum Alleluya quondam apud Romanos fuiſſe decantatum teſtis eſt Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ: *Jam fama volans tanti prænuncia luctus, totius urbis populum ad exequias congregabat. Sonabant pſalmi, & aurata tecta templorum in ſublime quatiebat Alleluya*. Idem etiam colligit Menardus ex codice Ratoldi: quibus adde Miſſale Mozarabum. Immo etiam in Quadrageſima Hiſpanicæ quædam Eccleſiæ Alleluya canebant ante Conc. IV. Toletanum. Cujus canon 2. hunc uſum abrogavit. Conſimilem ſuſtulit Gregorius, ſtatuitque ut in Miſſis etiam poſt Pentecoſten Alleluya caneretur, non tamen in Miſſis defunctorum & in Quadrageſima. Porro Amalarius ex ſuperiori epiſtola recte infert in lib. 4. c. 33. quod aliquo tempore, id eſt ante Gregorium magnum, cantabatur miſſa in Romana Eccleſia abſque Alleluya: ſcilicet in miſſis poſt Pentecoſten. Redeo ad Sozomenum, qui forte in eodem errore fuit atque Michael Cerularius, cujus inter alias hæc una eſt adverſus Romanos objectio, quod Alleluya in Quadrageſima non pſallerent, ſed ſemel in Paſcha tantummodo. Quod poſtremum de ſæculo XI. quo ſcribebat Cerularius, falſum eſſe conſtat.

(O) ROM. VI. 4. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: ut quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.

COLOSS. II. 12 Conſepulti ei in baptiſmo, in quo & reſurrexiſtis per fidem operationis Dei, qui ſuſcitavit illum a mortuis.

(P) S. EPIPH. *in ſepulchrum Chriſti tom. 2. pag.* 260. Duplex hodie Domini adventus, duplex adminiſtratio, duplex amor erga homines, duplex deſcenſus ſimul & ſui demiſſio, duplex hominum viſitatio; a cælo in terram, e terra ſubtus terram Deus apparuit. Portæ inferni panduntur. Qui a ſæculo dormiviſtis, exultate: Qui in tenebris & in umbra mortis ſedetis, lucem ingentem excipite. Cum ſervis, Dominus: Cum mortuis, Deus: cum mortalibus, vita: cum ſontibus, inſons: cum his qui in tenebris, non veſperaſcens lux: cum captivis, vindex libertatis: cum infimis, qui eſt ſupra cælos. Chriſtus in terra, credidimus: Chriſtus inter mortuos, una deſcendamus, & conſideremus quænam illic myſteria?... Addiſcamus quomodo & his qui in inferno ſunt innotuit dogmatis prædicatio. Quid igitur? Omneſne omnino ſaluti reſtituit Deus? Minime. Verum & illic eos qui crediderunt. Heri quæ erant adminiſtrationis propria: hodie quæ potentiæ; heri quæ imbecillitatis: hodie quæ dominationis; heri opera naturæ: hodie divinitatis oſtenduntur; heri alapis percutie-

§. 12. De Die ſancto Paſchæ.

I. Qua die celebratur Chriſti Reſurrectio?

R. Dominica proxima poſt lunam decimam quartam menſis Martii.

Graves ea de re fuerunt olim in Eccleſia contentiones. Concilium Nicænum œcumenicum habitum anno 325. eas diremit ſolemni ſanctione, qua ſecundum Romanæ plerarumque ceterarum Eccleſiarum traditionem ſtatuit deinceps ab omnibus omnino Eccleſiis celebrandum eſſe feſtum Dominicæ Reſurrectionis (quod Paſcha dicitur) Dominica proxima poſt decimam quartam lunam ab æquinoxio verno. Ut autem præcluderetur omnis occaſio controverſiæ circa calculos aſtronomicos de æquinoxio verno, id fixum ratumque eſſe voluit ſacra Synodus, ut dies vigeſima prima menſis Martii deinceps pro verno æquinoxio haberetur. Et hæc quidem ratio eſt cur feſtum Paſchatis ceteraque omnia quæ ex eo pendent nunc ocius nunc ſerius celebrentur, adeoque dicantur eſſe mobilia. (A) A

I. Cur feſtum Dominicæ Reſurrectionis Paſcha dicitur?

R. Propter connexionem quam habet cum Paſchata Judæorum.

Inſti-

batur: hodie fulgore divinitatis inferni percutit domicilium; heri ligabatur: hodie inſolubilibus vinculis colligat tyrannum; heri condemnabatur: hodie condemnatis libertatem largitur.

Pag. 167. Quomodo vita mortem guſtavit? Quomodo qui comprehendi nequit, ſepulchro continetur? Quomodo habiret ſepulchrum, qui paternum ſinum non reliquit? Quomodo januam ſpeluncæ ingreditur, qui januas Paradiſi aperuit; virginis vero januas non dirupit, ſed januas inferni contrivit.

(A) CONC. NICÆN. *Oecum.* 1. *an.* 325. *Can.* 2a11. *ex* RUFIN. *Hiſtor. lib.* 11. *c.* 6. Sed & de obſervatione Paſchæ antiquum canonem, per quem nulla de reliquo varietas oriretur, (*cum*) Eccleſiis tradidiſſent (*Patres Nicæni Concilii,*) omnibus rite diſpoſitis, Eccleſiarum pax & fides in Orientis atque Occidentis partibus una atque eadem ſervabatur.

CONC. ANTIOCH. *ſub Julio* I. *ann.* 340. *Can.* 1. *Herveto Interprete.* Omnes qui audent diſſolvere decretum ſanctæ & magnæ Synodi, quæ Nicææ coacta eſt in præſentia pietatis religioſiſſimi Imperatoris Conſtantini, de ſancto feſto ſalutiferi Paſchatis, eſſe excommunicatos, & Eccleſia ejectos ſtatuimus, ſi adverſus ea quæ recte decreta ſunt contentioſius inſiſtere perrexerint: & hæc quidem de laicis dicta ſint. Si quis autem eorum, qui præſunt Eccleſiæ, Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, audebit poſt hoc decretum ad populorum ſubverſionem & Eccleſiarum perturbationem ſeorſum agere, & Paſcha cum Judæis peragere, ſancta Synodus eum abhinc alienum eſſe ab Eccleſia judicavit.

GELASIUS *in Hiſt. Conc. Nicæni l.* 2. *c.* 34. Lætum etiam nuntium vobis afferimus de conſenſu omnium in celebrando ſanctiſſimo feſto Paſchatis, quod ea res etiam veſtris precibus recte conſtituta eſt; ita ut omnes fratres in Oriente, qui antea Judæos imitari conſueverant, jam deinceps cum Romanis & vobis omnibusque nobis, qui eumdem morem vobiſcum a primis temporibus in eo recolendo tenuimus, ſanctiſſimum feſtum Paſchatis concordiſſime celebrabunt.

Ibid. ex Epiſt. CONSTANT. MAGN. *quam e Nicæa miſit ad Epiſc. qui Concilio non interfuerant. Hanc exſcripſit* Gelaſius *ex* Euſebii Pamp. *de vita Conſtant. lib.* 3. *cap.* 17. *Eadem fere habet* Socrates *Hiſt. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 19. Ubi etiam, cum de ſanctiſſimo die Paſchatis diſceptaretur, communi omnium ſententia videbatur rectum eſſe, ut omnes ubique Chriſtiani uno eodemque die ſalutare feſtum ſanctiſſimi Paſchatis celebrarent. Quid enim præſtabilius, quidve auguſtius eſſe poterit, quam ut hoc feſtum, per quod ſpem immortalitatis accepimus, uno modo & ratione apud omnes ſincere inviolateque obſervetur? Ac primum omnium indignum plane videbatur, ut conſuetudinem Judæorum ſequentes, ſanctiſſimum feſtum celebraremus, qui quoniam ſuas ipſorum manus immani ſcelere polluerunt, cæco animorum errore merito tenentur irretiti. Licet enim nobis ea gente rejecta, veriore inſtituto, quod quidem uſque a prima paſſionis die hactenus ſervavimus, hujus feſti celebrationem ad poſterorum ſæculorum memoriam transmittere. Nihil igitur ſit nobis commune cum Judæorum turba, omnium maxime odioſa. Aliam enim viam, quam inſiſtamus, a Salvatore didicimus. Proponitur namque ſanctiſſimæ noſtræ religionis curſus quidam & legitimus & decorus. Hunc igitur uno conſenſu tenentes, fratres honoratiſſimi, ab illa deteſtabili Judæorum opinione nos ipſos removeamus. Eſt enim revera abſurdiſſimum, illos gloriando jactare, nos abſque ipſorum doctrina hæc nullo modo poſſe obſervare. Quid tandem eſt, de quo illi recte ſentire queant, qui poſt necem Domino illatam, ex mentis ſtatu deturbati, non ratione ulla, ſed impotenti impetu, quocumque eos inſita rapit inſania, feruntur? Hinc etiam eſt, quod ne in hac quidem parte veritatem perſpiciant: qui ſemper ut plurimum aberrantes, non modo errorem non corrigunt, ſed in eodem anno alterum Paſcha celebrant. Proinde quid eſt cur iſtos imitemur, quos conſtat graviori errore implicatos eſſe? Eodem namque anno bis celebrari Paſcha non permittemus. Verum quamvis iſta non a me fuiſſent propoſita, tamen veſtræ ſolertiæ eſſet, dare operam ne qua illorum ſimilitudine, animorum noſtrorum integritas nequiſſimorum hominum moribus admiſceri videatur. Ex hia item illud poteſt intelligi, nefas eſſe, ut in tanto negotio, tam ſolemni religionis noſtræ feſto, diſſenſio ulla ſit. Unum enim libertatis noſtræ diem feſtum, hoc eſt ſanctiſſimæ paſſionis, Salvator noſter nobis tradidit, unamque Eccleſiam catholicam eſſe voluit, cujus quidem membra, tametſi in multis variiſque locis congregentur, tamen uno ſpiritu, hoc eſt, Divina voluntate & nutu foventur. Veſtræ igitur Sanctitatis prudentia ſecum reputet, quam grave & indecorum ſit, ut iiſdem diebus alii jejuniis vacent, alii agitent convivia: ac poſt dies Paſchatis, alii in feſtis & animorum remiſſione verſentur, alii præſcriptis jejuniis ſe dedant. Quapropter iſtud, ut decet, emendari, & ad unam normam reduci, divina providentia poſtulat, ſicut vos omnes ſatis animadvertere exiſtimo. Et quoniam iſtud erat ita corrigendum, ut nihil nobis cum parricidis illis & necis Domini auctoribus commune ſit: eſt modus ille decorus quem omnes Eccleſiæ ſervant, quæ orbis partes vel verſus Occidentem, vel verſus Meridiem, vel verſus Septentrionem incolunt, quem nonnulli qui ad Orientem habitant, non admittunt: idcirco omnes in præſentia hoc recte ſe habere arbitrati ſunt. Ipſeque etiam in me recepi, veſtram ſapientiam facile aſſenſuram: ut quod in urbe Roma, in Italia, in Africa, in Ægypto, in Hiſpania, Gallia & Britannia, in Libya, & univerſa Græcia, in Diœceſi Aſiatica & Pontica, in Cilicia denique, una & conſentiente ſententia conſervatur, hoc etiam veſtra prudentia libenter approbet: illud ſedulo reputantes, non ſolum quod in locis ante dictis major Eccleſiarum numerus exiſtat; ſed etiam quod ſanctiſſimum ſit illud omnes communi conſilio ſtatuere, quod recta ratio poſtulare videtur, nihil cum Judæorum perjurio habere commercii. Verum ut ſummam rei breviter complectar, viſum eſt communi omnium judicio ſacratiſſimum Paſchatis feſtum uno eodemque die celebrandum eſſe. Neque enim de re tam ſancta ac ſolemni ulla diſſenſio debet exiſtere: & longe pulchrius eſt eam ſequi ſententiam, cui nullus a fide alienus error, nullum vitium admixtum ſit. His itaque divino judicio a tot tantiſque ſanctis Epiſcopis ad hunc modum conſtitutis, ea velut dona cælitus demiſſa, & divina vere mandata accipite. Nam quidquid in ſanctis Epiſcoporum Conciliis decernitur, id univerſum divinæ voluntati debet attribui. Quamobrem vos, ubi omnibus dilectis noſtris fratribus ea quæ ante ſcripta ſunt, & jam dictam catholicæ fidei formulam, & ſanctiſſimi diei Paſcharia obſervationem denuntiaveritis; eadem ipſi approbare, & effecta reddere debetis: ut ſimul atque in pietatis veſtræ conſpectum jam pridem a me deſideratum pervenero, uno eodemque die vobiſcum una ſacroſanctum feſtum recolere poſſim.

AUCTOR *Conſtit. Apoſtol. lib.* 5. *cap.* 16. Oportet ergo, Fratres, ut qui pretioſo Chriſti ſanguine redempti eſtis, dies feſtos Paſchæ accurate & omni diligentia poſt æquinoctium celebretis, ut neque unius paſ-

ſionis

Pars II. Sect IV. Cap. II. §. 12.

Inſtitutum erat feſtum Paſchatis apud Judæos, ut ea die ageretur memoria.

1. Tranſitus Angeli qui exterminavit primogetos Ægyptiorum & ſalvavit Hebræos. (Atque inde nomen Paſchatis. *Paſcha* enim Hebræa lingua idem ſonat quod *tranſitus*. (B)

2. Egreſſionis ex Ægypto, liberationis a ſervitute Pharaonia, omniumque & ſingulorum quæ ad hoc pertinent.

Inſtitutum eſt apud Chriſtianos feſtum Paſchatis, ut agatur memoria Reſurrectionis Dominicæ, per quam tranſiit ipſe de morte ad vitam; eoque tranſitu de dæmonibus triumphavit, exemit nos & ab eorum ſervitute & a morte æterna; & *vitæ æternæ nobis aditum devicta morte reſeravit*. (C)

In notat. dict. C

I. Cur agitur hæc dies cum tanta ſolemnitate & lætitia?

R. Quia hac die abſolutum eſt opus noſtræ redemptionis, & reconciliationis cum Deo.

Tra-

ſionis bis per annum memoriam renovetis, ſed poſitis ſemel quotannis, memoriam mortui item ſemel celebretis: neque amplius cum Judæis tempus celebrandi Paſcha obſervetis: nulla enim nobis nunc cum eis communitas eſt. Falluntur namque in ipſo etiam calculo, & ratiocinatione, quam exiſtimant ſe abſolvere, ut ex omni parte a veritate abſtracti ſint. Vos vero obſervate diligenter converſionem verni æquinoctii, quæ incidit in vigeſimum ſecundum diem menſis duodecimi, qui appellatur Dyſtros; & notata uſque ad vigeſimam primam lunam, ne in aliam hebdomadam incidat luna quartadecima, & per errorem bis unoquoque anno Paſcha agiremus: aut diem reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti alio die, præter quam Dominico tantum celebremus.

S. Epiphan. *lib. 3. adv. Hereſ. Hæreſ. 70. n.* 12. Plura a nobis commemorari poſſent, ex quibus conſtaret majores noſtros ſaluberrimo conſilio, ſive potius Deum per illos religioſiſſimi illius ac ſanctiſſimi diei celebrandi accuratiſſimam tradidiſſe rationem, ut nimirum poſt æquinoctium iniretur, quoties lunæ decima quarta dies incideret, non in ipſa decima quarta peragatur. Nam Judæi quidem unicam diem obſervant; a nobis vero non unius, ſed integræ hebdomadis habenda ratio eſt.. Proinde id Eccleſiæ conſuetudo retinet, ut Paſchatis feſtum, hoc eſt hebdomadem ab Apoſtolis in illa conſtitutione præfixam, a ſecunda ſabbatorum celebrara incipiat. *Cætera vide apud auctorem.*

S. August. *ad inquiſit. Januar. lib. 2. ſeu Epiſt. 55. alias 119. cap. 9. n.* 16. Judæi menſem novorum tantummodo & lunam obſervant a quartadecima uſque ad vigeſimam primam. Sed quia illud eorum Paſcha, quo paſſus eſt Dominus, ita occurrit, ut inter mortem ejus & reſurrectionem medius eſſet ſabbati dies, addendum Patres noſtri cenſuerunt, ut & noſtra feſtivitas a Judæorum feſtivitate diſtingueretur; & quod non fruſtra factum eſſe credendum eſt ab illo, qui eſt ante tempora ... in anniverſaria paſſionis ejus celebratione a poſteris ſervaretur.

Cap. 14. *num.* 27. Hæc & ex auctoritate divinarum Scripturarum & univerſæ Eccleſiæ, quæ tota orbe diffunditur, conſenſione per anniverſarium Paſcha celebrantur.

Cap. 15. In magno utique ſicut jam intelligis ſacramento. Et in Scripturis quidem veteribus ad agendum Paſcha non eſt præceptum tempus, niſi ex menſe novorum, a luna quartadecima uſque ad vigeſimam primam: ex Evangelio tamen quia manifeſtum eſt, quo etiam die Dominus crucifixus ſit, & in ſepultura fuerit, & reſurrexit, adjuncta eſt etiam ipſorum dierum obſervatio per Patrum Concilia, & orbi univerſo Chriſtiano perſuaſum eſt, eo modo Paſcha celebrari oportet.

(B) Exod. xii. 11. Sic autem comedetis illum: Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter: eſt enim Phaſe (id eſt tranſitus) Domini.

Nomen Phase *ſeu* Pascha, *ortum habet a verbo Hebræo* פסח *id eſt* Transivit, *quod Angelus interficiens Ægyptiorum primogenitos, Iſraelitarum domos, quarum limina agni ſanguine ſeto illita fuerant pertranſierit, atque intactas reliquerit.*

(C) Rom. iv. 25. Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram.

S. Leo *Serm. 69. de Reſurrectione Domini 1. cap.* 1. Non incongrue vobis... participationem Crucis Chriſti inſinuavimus, ut Paſchale ſacramentum ipſa in ſe habeat vita credentium, & quod feſto honoratur, moribus celebretur ... Cum igitur quadraginta dierum obſervantia hoc voluerimus operari, ut aliquid ſentiremus Crucis in tempore Dominicæ paſſionis: adnitendum nobis eſt, ut etiam Reſurrectionis Chriſti inveniamur eſſe conſortes, & de morte ad vitam, dum in iſto ſumus corpora, tranſeamus. Unicuique enim homini, qui ex alio in aliud aliqua converſione mutatur, finis eſt, non eſſe quod fuit; & ortus, eſſe quod non fuit. Sed intereſt cui quis aut moriatur, aut vivat: quia eſt mors quæ cauſa eſt vivendi; & eſt vita, quæ cauſa eſt moriendi: ... ut ex qualitate temporalium actionum differentiæ retributionum pendeant æternarum. Moriendum eſt ergo diabolo, & vivendum Deo: deficiendum iniquitati, ut juſtitiæ reſurgatur. Occumbant vetera, ut oriantur nova.

Cap. 2. ... Multum nobis de hac commutatione gaudendum eſt, qua de ignobilitate terrena, ad cæleſtem transferimur dignitatem, per illius ineffabilem miſericordiam, qui ut nos in ſua proveheret, in noſtra deſcendit; ut non ſolum ſubſtantiam, ſed etiam conditionem naturæ peccatricis aſſumeret, & ea ſibi pateretur inferri divina impaſſibilitas, quæ miſerrima experitur humana mortalitas. Unde ne turbatos Diſcipulorum animo longa mœſtitudo cruciaret, denuntiatam tridui moram tam mira celeritate breviavit, ut dum ad integrum ſecundum diem pars primi noviſſima, & pars tertii prima concurrit, & aliquantum temporis ſpatio decideret, & nihil dierum numero deperiret. Reſurrectio igitur Salvatoris nec animam in inferno, nec carnem diu morata eſt in ſepulcbro: & tam velox incorruptæ carnis vivificatio fuit, ut major ibi eſſet ſoporis ſimilitudo, quam mortis: quoniam deitas, quæ ab utraque ſuſcepti hominis ſubſtantia non receſſit, quod poteſtata diviſit, poteſtate conjunxit.

Cap. 3. Subſecuta ſunt itaque multa documenta, quibus prædicandæ per univerſum mundum fidei auctoritas conderetur. Et licet revolutio lapidis, evacuatio monumenti, depoſitio linteorum, & totius facti Angeli narratores copioſe veritatem Dominicæ reſurrectionis adſtruerent, & mulierum tamen viſui, & Apoſtolorum frequenter oculis manifeſtus apparuit: non ſolum loquens cum eis, ſed habitans atque converſcens, & pertractari ſe diligenti curioſoque contactu ab eis, quos dubitatio perſtringebat, admittens. Ideo enim & clauſis ad Diſcipulos oſtiis introibat, & flatu ſuo dabat Spiritum ſanctum, & dato intelligentiæ lumine ſanctarum Scripturarum occulta pandebat; & rurſus idem vulnus lateris, fixuras clavorum, & omnia recentiſſimæ paſſionis ſigna monſtrabat: ut agnoſceretur in eo proprietas divinæ humanæque naturæ individua permanere; & ita ſciremus Verbum non hoc eſſe, quod carnem, ut unum Dei Filium & Verbum confiteremur & carnem.

Cap. 4. Non diſſonat ... ab hac fide magiſter gentium Apoſtolus Paulus, cum dicit: *Etſi cognovimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc jam non novimus*. Reſurrectio enim Domini non finis carnis ſed commutatio fuit; hoc virtutis augmento conſumpta ſubſtantia eſt. Qualitas tranſiit, non natura defecit: & factum eſt corpus impaſſibile, quod potuit crucifigi; factum eſt immortale; quod potuit occidi; factum eſt incorruptibile, quod potuit vulnerari ... Nihil in ea (carne Chriſti) paſſibile, nihil remanſit infirmum, ut & ipſa ſit per eſſentiam, & non ſit ipſa per gloriam.... Initium nobis factum eſt Reſurrectionis in Chriſto, ex quo in eo, qui pro omnibus mortuus eſt, totius ſpei noſtræ forma præceſſit. Non hæſitamus diffidentia, nec incerta expectatione ſuſpendimur, ſed accepto promiſſionis exordio, fidei oculis, quæ ſunt futura jam cernimus, & naturæ provectione gaudentes, quod credimus, jam tenemus. 2.Cor.v.16.

Cap. 6. Agnuſcat igitur populus Dei, novam ſe eſſe in Chriſto creaturam, & a quo ſuſcepta ſit, quemve ſuſceperit, vigilanter intelligat. Quæ nova facta ſunt, non redeant ad inſtabilem vetuſtatem; & non omittat opus ſuum, qui manum miſit ad aratrum, ſed ad hoc attendat, quod ſerit, non ad id reſpiciat, quod reliquit. Nemo ad id recidat, unde ſurrexit: ſed etiam pro infirmitate corporea in aliquibus adhuc languoribus jacet,

ſana-

Digitized by Google

Rom. 4. 25. *Traditus eſt* Chriſtus *propter delicta noſtra*, inquit Apoſtolus, *& reſurrexit propter juſtificationem noſtram*. Agitur enim cum ceſſatione ab omni opere ſervili, magnaque ſolemnitate & lætitia feſtum hoc per triduum, in gratiarum actionem tanti beneficii. Olim per totam octavam ceſſabatur ab omni opere ſervili. (D) Vocatur etiamnum hoc feſtum *feſtivitas feſtivitatum, ſolemnitas ſolemnitatum*, id eſt maxima ſolemnitas.

D

Martyrol. S. Gregor. Naz.

I. Qui fit ut in die Paſchatis officium nocturnum brevius ſit quam in ceteris ſolemnitatibus?

R. Id ſequitur ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine. Olim nempe nocturnorum officium, quod nunc Matutinum dicimus, poſt mediam noctem canebatur: porro tunc temporis ſolemne Sabbati ſancti officium, quod nunc mane celebratur, ſero fiebat; cumque ad mediam uſque noctem vel etiam ultra protraheretur, (E) neceſſe fuit noctis ſequentis officium contrahere. E

I. Qua ratione agenda hæc tanta ſolemnitas ex mente Eccleſiæ?

R. 1. Adorandus Chriſtus reſurgens a mortuis, cum ea lætitia & grati animi memoria quæ tantum beneficium deceat.

R. 2.

ſanari inſtanter deſideret ac levari. Hæc eſt enim ſalutis via, & cœptæ in Chriſto reſurrectionis imitatio: ut quia in lubrico iſtius vitæ diverſi caſus, lapſuſque non deſunt, veſtigia gradientium a fluidis ad ſolida transferantur: quoniam, ſicut ſcriptum eſt, *A* Pſal. 36. 23. 24. *Domino greſſus hominis dirigunturr, & viam ejus volet. Cum ceciderit juſtus, non collidetur, quia Dominus ſupponet manum ſuam.* Hæc meditatio, dilectiſſimi, non pro ſola ſolemnitate Paſchali, ſed pro totius vitæ ſanctificatione retinenda eſt; & ad hoc præſens exercitatio debet intendi: ut quæ animum fidelium experimento brevis obſervantiæ delectarunt, in conſuetudinem tranſeant, intemerata permaneant; ac ſi aliquid delicti irrepſerit, celeri pœnitudine deleatur. Et quia antiquorum morborum difficilis & tarda curatio eſt, tanto velocius adhibeantur remedia, quanto recentiora ſunt vulnera: ut ſemper ab omnibus offenſionibus in integrum reſurgentes, ad illam incorruptibilem glorificandæ carnis reſurrectionem pervenire mereamur.

S. ISIDORUS HISPALENSIS Epiſcopus *Lib. 1. de officiis Eccleſ. cap.* 51. Paſchale ſacramentum .... in veteri Teſtamento figuraliter primum geſtum eſt, quando agno occiſo, Paſcha celebravit populus Dei in Ægypto; cujus figura in veritate completa eſt in Chriſto, Iſai. 53. 7. qui *ſicut ovis ad occiſionem ductus eſt*; cujus ſanguine illitis poſtibus noſtris, id eſt, cujus ſigno Crucis ſignatis frontibus noſtris, a perditione hujus ſæculi, tamquam a captivitate Ægyptia liberamur. Cujus quidem diem Paſchalis reſurrectionis, non ſolum pro eo celebramus, quod in eodem a mortuis reſurrexit; ſed etiam pro aliis ſacramentis, quæ in eo ſignificantur. Rom. 4. 25. Quia enim ſicut dicit Apoſtolus, *Mortuus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram*: tranſlatus quidem de morte ad vitam, in illa paſſione Domini & reſurrectione ſacratus eſt. Nam & vocabulum iſtud quod Paſcha dicitur, non Græcum ſed Hebræum eſt; neque enim a paſſione quam Græci dicunt πάσχειν, ſed a tranſitu Hebræo verbo Paſcha appellatum eſt: quod & maxime Evangeliſta expreſſit, cum celebraretur a Domino Paſcha cum Diſcipulis 1. Cor. 5. 7. ſuis. *Cum vidiſſet*, inquit, *Jeſus quia venit hora ejus ut tranſiret de mundo ad Patrem*. Tranſitus ergo de hac vita mortali, in aliam vitam immortalem, hoc eſt de morte ad vitam, in paſſione Domini, & in reſurrectione commendatur. Hic tranſitus modo a nobis agitur per fidem, quæ nobis datur in remiſſionem peccatorum: quando conſepelimur cum Chriſto per baptiſmum, quaſi a mortuis tranſeuntes, de pejoribus ad meliora, de corporalibus ad ſpiritualia, de converſationibus hujus vitæ ad ſpem futuræ reſurrectionis & gloriæ. Propter ipſum ergo initium novæ vitæ ad quam tranſimus, & propter ipſum novum hominem, quem jubemur induere & exuere veterem, vetus fermentum expurgantes, ſimus nova conſperſio, quoniam *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus*.

(D) EDM. MART. *Lib. de antiq. Eccleſ. diſcipl. in div. celebr. offic. cap.* 25. *n.* 1. Ea eſt feſti Dominicæ Reſurrectionis prærogativa, ut teſte Auguſtino Epiſt. 54. primam ſui originem acceptam Apoſtolis ipſis referat; unde & feſtivitas feſtivitatum & ſolemnitas ſolemnitatum a Sancto Gregorio Nazianzeno non immerito nuncupatur. Hanc ut majori cum veneratione celebraret Eccleſia, totos ſeptem & integros dies illius ſolemnitati olim conſecrabat, ut probant non paucæ quæ adhoc ſuperſunt illius leges: Concilium Matiſconenſe II. can. 11. „ Paſcha, inquit, noſtrum, in quo ſummus „ Sacerdos & Pontifex pro nobis immolatus eſt, de„ bemus omnes feſtiviſſime colere, & ſedulæ obſerva„ tionis ſinceritate in omnibus venerari: ut illis ſan„ ctiſſimis ſex diebus, nullus ſervile opus audeat fa„ cere; ſed omnes ſimul coadunati hymnis Paſchali„ bus indulgentes, perſeverationis noſtræ præſentiam „ quotidianis ſacrificiis oſtendamus, laudantes crea„ torem & regeneratorem noſtrum veſpere mane & „ meridie. “ Suffragatur Concilium Quini-ſextum, in Trullo vulgo appellatum can. 66. „ A ſancta Chri„ ſti reſurrectionis die uſque ad novam Dominicam „ tota ſeptimana in Eccleſiis vacare fideles jugiter o„ portet pſalmis & hymnis, & ſpiritualibus canticis „ in Chriſto gaudentes & feſtum celebrantes, & divi„ natum Scripturarum lectioni mentem adhibentes, „ & ſanctis myſteriis jucunde & caute fruentes. Sic „ enim cum Chriſto exaltabimur, & una reſurgemus. „ Nequaquam ergo prædictis diebus equorum curſus, „ vel aliquod publicum fiat ſpectaculum. “ Et Concilium Moguntinum anno 813. celebratum can. 36. „ Feſtos dies in anno celebrare ſancimus: hoc eſt diem „ Dominicum Paſchæ cum omni honore & ſobrietate „ venerari. Simili modo totam illam hebdomadam „ obſervari decrevimus. “ Quæ verba reperiuntur in lib. 2. Capitularium Regum Francorum, num. 35. In Meldenſi etiam Concilio anni 845. can. 7. hoc reperio decretum: „ Dies octo ſacroſanctæ Paſchatis feſti„ vitatis omnibus Chriſtianis feſtivos eſſe decerni„ mus, quatenus ſanctæ reſurrectionis laudibus & ſa„ croſanctæ prædicationi jugiter inſiſtere liceat. Quod „ ſi quis temerare præſumpſerit, excommunicetur. „ His adde Concilii Ingelenheimenſis anni 949. Canonem 6. *Ut paſchalis hebdomada feſtive tota celebretur*. Præterea Concilium Lugdunenſe apud Gratianum de conſecr. diſt. 3. cap. 1. ubi inter feſtivitates per anni circulum obſervandas recenſetur *ſanctum Paſcha cum tota hebdomada*. Hujus antiquæ diſciplinæ ſupereſt adhuc aliquod veſtigium in propriis Miſſis, quas per totam Paſchatis hebdomadam quotidie decantamus: eamque confirmare videntur Capitula ſelecta Theodori Cantuarienſis Archiepiſcopi, Spicilegii tom. 9. in quorum articulo 33. Viri ab uxoribus abſtinere jubentur in prima hebdomada poſt Paſcha.

N. 2. Idem colligere licet ex civilibus Imperatorum legibus, quibus lites & contentiones tota hebdomada Paſchali vacare decernunt: qualis eſt illa Theodoſii magni, quæ eſt L. 11. Cod. Theod. de feriis, „ Sacros quoque Paſchæ dies, qui ſepteno vel præ„ cedunt numero vel ſequuntur, in eadem feriarum „ obſervatione numeramus. “ Ad quam legem alludere videtur S. Auguſtinus Serm. 259. novæ editionis, quem habuit in die Dominico octavarum Paſchatis, ubi ſic loquitur: „ Peracti ſunt dies feriati, ſuccedunt „ jam illi conventionum, exactionum, litigiorum: „ videte quomodo in his vivatis, fratres mei .... Pe„ timus vos ut ita vivatis, tamquam qui Deo red„ dituros vos ſciatis de tota vita, non de ſolis iſtis „ quindecim diebus rationem. “ Et epiſtola Epiſcoporum Ponti ad Leonem Imperatorem, quæ refertur in Concil. Chalcedonenſis part. 3. cap. 52. „ In vene„ rabili Paſchæ tempore, quo etiam latrocinantium „ collegia requieſcunt, arma non moventur, præto„ ria nihil agunt, & unum omnibus Chriſtianis ſtu„ dium a rebus aliis vacantibus, Chriſto per oratio„ nis puritatem in paſſionis & reſurrectionis ſacra„ mento communicare.

(E) D. EDM. MARTENNE *Lib. de antiq. Eccleſ. diſcipl. in divin. celebrand. offic. cap.* 25. *num.* 5. Dominica reſurrectionis in antiquis codicibus MSS. *Dominica ſancta* ſimpliciter dicta, breviſſimum habebat officium nocturnum, tribus conſtans pſalmis, totidemque antiphonis, lectionibus, & reſponſoriis. Et ſane vix prolixius fieri permittebant præteritæ vigiliæ circa neophytos peracta

Digitized by Google

R. 2. Cum Chriſto ſpiritualiter reſurgendum.
F (F)

I. Quid hoc rei eſt, cum Chriſto reſurgere?

R. Hoc eſt ſic ambulare in novitate vitæ, ut non moriamur amplius. Rom. 6. 9. Ibid. 11. *Chriſtus* enim *reſurgens ex mortuis jam non moritur: mors illi ultra non dominabitur: ita & nos exiſtimare debemus, nos mortuos quidem eſſe peccato, viventes autem Deo.*

I. Quibus indiciis novam hanc nos vivere vitam certo comperiemus?

R. Si mortui peccato, voluptatibus ejuratis, ſoli Deo vivere perſeveremus.

I. Quid hoc rei eſt mortuum eſſe peccato?

R. Hoc eſt abjicere non actum modo, ſed & affectum peccati; & fugere omnes peccati occaſiones: uno verbo non peccare amplius.

I. Quid hoc rei eſt Deo vivere?

R. Hoc eſt adhærere uni Deo ex ſincero caritatis affectu, ſpretis honoribus, voluptatibus, divitiis, delectationibus, commoditatibus, ornamentis ſuperfluis, ceteriſque id genus omnibus quæ præ cupiditate ambiuntur & quæruntur. Uno verbo, Col. III. 2. quæ *ſurſum ſunt ſapere, non quæ ſuper terram.* (G) G

I. Quid hoc rei eſt quæ ſurſum ſunt ſapere?

R. Hoc eſt Deum & divina ſectari & diligere. Delectari rebus ſpiritualibus, verbi gratia, oratione, lectionibus ſacris, Divinis officiis, ſacris ſermonibus & colloquiis; uno verbo iis omnibus quibus Chriſtiana pietas nutritur & colitur. (H) H

I. Car

acta officia ad mediam uſque noctem producta: quibus expletis, vixque leviſſima corpori refectione conceſſa, ſtatim ad perſolvendum ipſius ſolemnitatis Paſchalis officium ſeſe accingebant, prævio mutuæ caritatis oſculo. „ In vigilia reſurrectionis Domini, *in-* „ *quit Vulgatus Ordo Romanus*, ante mediam noctem „ populus non eſt dimittendus de Eccleſia, juxta Ca- „ nonum ſanctiones. In ipſa nocte matutina luce rum- „ penta tenebras „ ſurgentes in Eccleſiam veniunt, „ & mutua caritate ſe invicem oſculantes dicant, „ *ſurrexit Dominus de ſepulchro*; deinde *Domine labia* „ *mea aperies*.

(F) COLOSS. III. 1. Igitur, ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. 2. Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.

(G) COLOSS. III. 1. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite ... 3. Mortui enim eſtis, & vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. 4. Cum Chriſtus apparuerit, vita veſtra: tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. 5. Mortificate ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & avaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſervitus.

S. LEO *Serm. 63. de Paſſ. Dom. 14. c. 7.* Hoc eſt, quo 1. Cor. v. 8. Paſcha Domini *in azymis ſinceritatis & veritatis* legitime celebratur: dum fermento veteris malitiæ abjecto, nova creatura de ipſo Domino inebriatur & paſcitur. Non enim aliud agit participatio Corporis & Sanguinis Chriſti, quam ut in id quod ſumimus tranſeamus: & in quo commortui & conſepulti, & conreſuſcitati ſumus, ipſum per omnia & ſpiritu & carne geſtemus, dicente Apoſtolo: Col. III. 3. 4. *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cum enim Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.*

(H) S. EPIPHAN. *in Reſurrect. Chriſti pag. 277. & 278.* Hæc dies, cui benedixit Deus, & ſanctificavit ipſam, quoniam in illa ab omni ſuo opere ceſſavit; ubi tam eorum qui in terra, quam qui ſub terra ſunt, ſalutem perfecte molitus eſt ... In ipſa adverſariorum omnium vim ac potentiam fregit. In ipſa gentilium ſolemnibus, ac dæmonum celebritatibus finem adhibuit. In ipſa cruoris immolatitii ... nidorem, ac ſacrificia delevit. In eadem impietatis errorem ſuſtulit. In illa tyranni dominatum, & ſtimulum mortis infregit. In hac celebres ſacrificiorum apparatus, & neomenias abſtulit. In eadem novas creatis rebus ſanctiones, ac decreta præſcripſit. In hac Paſcha legitimum, ac judaicum antiquavit. In hac omne figuræ, adumbrationis, ac Prophetiæ genus implevit. Paſcha noſtrum: Paſcha verum ſcilicet immolatus eſt Chriſtus, & ſi qua in Chriſto nova creatura, ſi qua eſt in Chriſto nova fides, novæ leges, novus Dei populus: novus, inquam, non vetus Iſrael; novum Paſcha; nova & ſpiritalis circumciſio: novum, incruentumque ſacrificium: novum & divinum teſtamentum. Renovamini hodierno die, & ſpiritum rectum innovate in cordibus veſtris, ut novi illius verique feſti myſteria percipiatis.

S. AUGUST. *Serm. 231. in dieb. Paſchal. 2. alias de tempore 141. cap. 1. n. 2.* Reſurrectio autem Domini noſtri Jeſu Chriſti nova viſa eſt credentium in Jeſum; & hoc eſt ſacramentum paſſionis & reſurrectionis ejus, quod valde noſſe & agere debetis. Non enim ſine cauſſa vita venit ad mortem. Non ſine cauſſa fons vitæ unde bibitur ut vivatur, bibit hunc calicem qui ei non debebatur.

Cap. 2. n. 2. Pœna culpæ mors: Dominus Jeſus Chriſtus mori venit, peccare non venit: communicando nobiſcum ſine culpa pœnam, & culpam ſolvit & pœnam. Quam pœnam ſolvit? Quæ nobis debebatur poſt iſtam vitam. Ergo crucifixus eſt, ut in cruce oſtenderet veteris hominis noſtri occaſum: & reſurrexit, ut in ſua vita oſtenderet noſtræ vitæ novitatem. Sic enim doctrina docet Apoſtolica: *traditus eſt*, inquit, *propter peccata noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram* ..... Rom. 4. 25. Sabbato Dominus jacuit in ſepulchro, ſeptima Sabbati: reſurrexit octava. Reſurrectio ipſius innovat nos.

Cap. 3. n. 3. Audiamus Apoſtolum dicentem: *Si* Col. III. 1. *reſurrexiſtis cum Chriſto.* Quomodo reſurgimus, qui nondum mortui ſumus? Quid eſt ergo quod voluit dicere Apoſtolus, *ſi reſurrexiſtis cum Chriſto?* Numquid ille reſurrexiſſet, niſi prius mortuus fuiſſet? Viventibus loquebatur, nondum morientibus, & jam reſurgentibus. Quid ſibi vult? Videte quid dicat: *Si re-* Ibid. 2. 3. *ſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis.* Ipſe dicit Apoſtolus, non ego: ſed tamen verum dicit; & Pſal. 114. 1. ideo dico & ego. Quare illud dico & ego? *Credidi propter quod locutus ſum* ... Si bene vivimus, mortui ſumus, & reſurreximus. Qui autem nondum mortuus eſt, nec reſurrexit, male adhuc vivit: & ſi male vivit, non vivit: moriatur, ne moriatur. Quid eſt, moriatur, ne moriatur? Mutetur, ne damnetur .... *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria.* Hæc ſunt verba Apoſtoli. Et qui nondum mortuus eſt, dico ut moriatur: ei qui adhuc male vivit, dico ut mutetur. Si enim male vivebat, & jam non male vivit, mortuus eſt: ſi bene vivit reſurrexit.

Cap. 4. n. 4. Sed quid eſt bene vivere? *Quæ ſurſum ſunt ſapere, non quæ ſuper terram.* Quamdiu terra es, & Gen. III. 19 in terram vadis? Quamdiu lingis terram? Amando terram, utique lingis terram, & efficeris ejus inimicus, de Pſ. 71. 9. quo dicit Pſalmus, *Et inimici ejus terram lingent.* Quid Pſ. 4. 3. eratis? Filii hominum. Quid eſtis? Filii Dei. *Filii hominum uſquequo graves corde? ut quid diligitis vanitatem? & quæritis mendacium?* Quod mendacium quæritis? Dico modo. Beati eſſe vultis, ſcio. Da mihi hominem latronem, ſceleratum, fornicatorem, maleficum, ſacrilegum, omnibus vitiis inquinatum, omnibus flagitiis ſeu facinoribus obrutum, qui non velit beate vivere. Scio, omnes vultis beate vivere: ſed unde homo beate vivit, hoc non vultis quærere. Quæris aurum, quia putas te de auro beatum futurum: ſed aurum te non facit beatum. Quare quæritis mendacium? Quare vis eſſe in iſto ſæculo ſublimatus? Quia honore hominum & pompa ſæculi putas te beatum futurum; ſed pompa ſæculi non te facit beatum. Quare quæris mendacium? Et quidquid hic aliud quæris, cum ſæculariter quæris, cum amando terram quæris, cum lingendo terram quæris; propterea quæris, ut ſis beatus. Sed nulla res terrena te facit beatum. Quare non ceſſas quærendo mendacium? Unde ergo eris beatus? *Filii hominum quo uſque graves corde?* Non vultis eſſe graves corde, qui terra oneratis cor veſtrum? Quo uſque fuerunt graves corde homines? Antequam veniret Chriſtus, antequam reſurgeret Chriſtus, fuerunt homines graves corde, *Quo uſque graves corde? ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Volentes beati eſſe, eas res quæritis unde miſeri ſitis. Fallit vos quod quæritis: mendacium eſt, quod quæritis.

PARS II. SECT. IV. CAP. II. § 12.

Cap. 5. *n.* 5. Beatus vis eſſe? Oſtendo, ſi vis unde ſis beatus. Sequere ibi: *quouſque graves corde? Ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Scitote. Quid? *Quoniam Dominus magnificavit ſanctum ſuum.* *Pſal.* 4. 4. Venit Chriſtus ad miſerias noſtras, eſurivit, ſitivit, fatigatus eſt, dormivit, mira fecit, mala paſſus eſt, flagellatus eſt, ſpinis coronatus eſt, ſputis illitus eſt, alapis cæſus, ligno confixus, lancea vulneratus, in ſepulchro poſitus, ſed tertio die reſurrexit, finito labore, mortua morte. Ecce ibi oculum habete in ejus reſurrectione; quia ita magnificavit ſanctum ſuum, ut reſuſcitaret eum a mortuis, & daret ei honorem in cælo ſedenti ad dexteram ſuam. Oſtendit tibi quid debeas ſapere, ſi vis beatus eſſe: hic enim eſſe non potes. In hac vita beatus eſſe non potes: nemo poteſt. Bonam rem quæris, ſed terra iſta non eſt regio ejus rei quam quæris. Quid quæris? Beatam vitam. Sed non eſt hic... Si habuit illud Chriſtus, habebis & tu.. Malum tuum tulit, & bonum ſuum non dabit? Utique dabit. Vitam ſuam promiſit nobis: ſed incredibilius eſt quod fecit. Mortem ſuam prærogavit nobis, tamquam diceret ... Non vultis credere, quia dabo vobis vitam meam? tenete pignus mortem meam. Modo ergo dum in iſta carne corruptibili vivimus, morum mutatione cum Chriſto moriamur, amore juſtitiæ cum Chriſto vivamus: beatam vitam non accepturi, niſi cum ad illum venerimus, qui venit ad nos, & cum illo eſſe cœperimus, qui mortuus eſt pro nobis.

Serm. 232. *in diebus Paſchal.* 3. *alias de temp.* 144. *cap.* 2. *n.* 2. Audivimus infidelitatem Diſcipulorum: ut intelligamus quantum ejus beneficiis nobis præſtitum eſt, ut quod non vidimus, ſic credamus. Vocavit enr, inſtruxit eos, vixit cum eis in terra, fecit ante eorum oculos tanta mirabilia uſque ad mortuos ſuſcitandos. Mortuos reſuſcitavit, carnem ſuam poſſe reſuſcitare non credebatur. Venerunt mulieres ad monumentum: corpus in monumento non invenerunt, reſurrexiſſe Dominum ab Angelis audierunt: feminæ viris nuntiaverunt. Et quid ſcriptum eſt? quid audiſtis? *Luc.* 24. 11. *Viſa ſunt iſta ante oculos eorum quaſi deliramenta.* *Gen.* III. 6. Magna infelicitas conditionis humanæ. Quando locuta eſt Eva quod dixerat ſerpens, audita eſt cito. Mulieri mentienti creditum eſt, ut moreremur: non eſt creditum feminis vera dicentibus, ut viveremus.

Cap. 5. *n.* 5. Sed ecce jam dixerat Dominus moriturum ſe, & reſurrecturum tertia die. Factum eſt quod prædixerat, & non credebant qui audierant: *Luc.* 24. 25. *Ecce jam triduum eſt, ex quo iſta facta ſunt; & nos putabamus quod ipſe eſſet redempturus Iſrael.* Sperabatis, jam deſperatis? de ſpe cecidiſtis? Levat vos qui vobiſcum ambulat.

Cap. 7. *num.* 7. Ambulabat cum illis, ſuſcipitur hoſpitio, panem frangit, & cognoſcitur. Et nos non dicamus quia Chriſtum non cognovimus: novimus, ſi credimus: parum eſt, novimus ſi credimus: habemur, ſi credimus.

Serm. 236. *in diebus Paſchal.* 7. *alias de diverſ.* 88. *c.* 1. *n.* 1. Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ſicut Apoſtolus dicit, *Rom.* 4. 25. *mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram.* Sicut morte ipſius ſeminamur, ſic reſurrectione ipſius germinamus. Etenim morte ipſius ſignificatur mors vitæ noſtræ. De hac re audi Apoſtolum: *Rom.* 6. 4. *conſepulti*, inquit, *ſumus Chriſto per baptiſmum in mortem, ut quemadmodum Chriſtus reſurrexit a mortuis, ſic & nos in novitate vitæ ambulemus.* Ille non habuit quod emenderet in cruce: quia ſine peccato aſcendit in crucem. Nos in cruce ejus emendemur, & ibi ponamus quod male contraximus, ut juſtificari ejus reſurrectione poſſimus. Diſtinguere enim ita debetis: *Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram.* Non dixit, Traditus eſt propter juſtificationem noſtram, & reſurrexit propter delicta noſtra. In ejus traditione delictum ſonat, in ejus reſurrectione juſtitia ſonat. Ergo moriatur delictum, & reſurgat juſtitia.

Serm. 249. *in dieb. Paſchal.* 11. *alias de temp.* 139. *c.* 3. *n.* 3. Cum eſſemus in pœnis, ad quas venimus de peccatis, Dominus noſter Jeſus Chriſtus voluit eſſe in pœnis noſtris ſine peccatis ſuis. Suſtinendo ſine culpa pœnam, & culpam ſolvit & pœnam. Culpam ſolvit, peccata donando; pœnam ſolvit a mortuis reſurgendo. Hoc promiſit, & nos in ſpe ambulare voluit: perſeveremus, & ad rem perveniemus.

Serm. 241. *in dieb. Paſch.* 12. *alias de temp.* 143. *c.* 1. *n.* 1. Propria fides eſt Chriſtianorum, reſurrectio mortuorum. Hanc in ſeipſo, id eſt, reſurrectionem mortuorum, caput noſtrum Chriſtus oſtendit, & exemplum fidei nobis præſtitit, ut hoc ſperent membra in ſe, quod præceſſit in capite.

Serm. 242. *in dieb. Paſch.* 13. *alias de temp.* 147. *c.* 1. *n.* 1. Hæc enim fides eſt noſtra, hoc donum in Domini noſtri Jeſu Chriſti nobis in carne promiſſum eſt, & in ipſo præceſſit exemplum. Voluit enim nobis quod promiſit in fine, non ſolum prænuntiare, ſed etiam demonſtrare. Illi quidem qui tunc fuerunt cum illo, viderunt, & cum expaveſcerent, & ſpiritum ſe videre crederent, ſoliditatem corporis tenuerunt. Locutus eſt enim non ſolum verbis ad aures eorum, ſed etiam ſpecie ad oculos eorum: parumque erat ſe præbere cernendum, niſi etiam offerret pertractandum atque palpandum... In homine carnali tota regula intelligendi eſt conſuetudo cernendi. Quod ſolent videre credunt: quod non ſolent, non credunt. Præter conſuetudinem facit Deus miracula, quia Deus eſt. Majora quidem miracula ſunt, tot quotidie homines naſci qui non erant, quam paucos reſurrexiſſe qui erant: & tamen iſta miracula non conſideratione comprehenſa ſunt, ſed aſſiduitate viluerunt. Reſurrexit Chriſtus, abſoluta res eſt. Corpus erat, caro erat, pependit in cruce, amiſit animam, poſita eſt in ſepulcro. Exhibuit illam vivam, qui vivebat in illa. Quare miramur? Quare non credimus? Deus eſt qui fecit; conſidera auctorem, & tolle dubitationem.

Serm. 243. *in dieb. Paſch.* 14. *alias de diverſ.* 6. *cap.* 3. *n.* 3. Adhibuit ergo Dominus Jeſus ſpeciem corporis ſui humanis ſenſibus, ad confirmandum carnis reſurrectionem. Nihil nos aliud docere voluit, oſtendendo ſe vivum in corpore poſt reſurrectionem ſuam, niſi credatur a nobis reſurrectio mortuorum.

S. JOH. CHRYSOST. *de reſurrect. Chriſti*, *Serm.* 34. *de diverſ. N. T. locis.* Duplex in nobis mors eſt, quapropter & duplicem fieri in nobis reſurrectionem oportet. In Chriſto ſimplex mors fuit, non enim Chriſtus peccavit: ſed ipſa mors ſimplex propter nos eſt ſuſcepta; non enim mortem debuit illa, neque enim rec erat peccare, quocirca nec mortis. Propterea ille quidem reſurrectione ſimplici a morte reſurrexit: nos autem, qui duplici morte mortui ſumus, duplici quoque reſurrectione reſurgimus. Una quidem antea reſurreximus, quæ eſt a peccato: conſepulti enim ſumus ipſi in baptiſmo & conſurreximus cum ipſo per baptiſmum. Una hæc reſurrectio eſt liberatio a peccatis: altera vero reſurrectio eſt corporis. Dedit majorem; exſpecta etiam minorem: hæc enim multo major eſt illa: multo enim majus eſt a peccatis liberari, quam corpus reſurgere intueri. Propterea cecidit corpus, quia peccavit: ſi igitur principium cadenti eſt peccatum, principium reſurgendi eſt a peccato liberari: reſurreximus deinceps reſurrectione majori, abjecta gravi morte peccati, & veteri exuta veſte: ne igitur de minori deſperemus. Hac & nos olim reſurrectione reſurreximus quando baptizati ſumus.

Serm. 1. *in triduanam reſurr. Domini*, *tom.* 6. Dominus reſurrexit a mortuis, & cum ipſo turba multa Sanctorum. Feſtum itaque diem agamus jucunde ſimul ac modeſte: *hæc enim vere dies eſt, quam fecit Dominus*: Exultemus & lætemur in ea. *Pſ.* 117. 24. Prædicemus Salvatoris reſurrectionem, vel ſalutem potius noſtram proclamemus... Porro ſanctæ nobis feſtivitatis ac celebritatis auctor Chriſtus eſt, qui & omnium bonorum nobis eſt conciliator.

Serm. in ſanctum Paſcha, *tom* 6. *pag.* 642. Vetus teſtamentum, tranſitum ex hac vita, hoc eſt, mortem, crebro admodum infernum appellat. At quia Chriſtus Dominus noſter, ſemetipſum noſtri cauſa in ſacrificium obtulit, & ex mortuis denuo reſurrexit, ſuaque reſurrectione viam nobis ad reſurrectionem munivit, pro ſua clementia, ipſa etiam inferni & mortis nomina ſuſtulit; novamque, & quodammodo extraneam politiam in vitam induxit. Emigrationem namque ex mortali hac vita, dormitionem, vel ſomnum potius quam mortem appellandam exiſtimavit. (Hinc) B. Paulus: *1. Theſſ.* 4. 13. *Deus eos, qui dormierunt, per Jeſum adducet cum eo.* Vides hanc mortem dormitionis vocabulo paſſim exprimi, illamque, quæ ante crucem formidabilem vultum præferebat, nunc poſt reſurrectionem facile contemni? Vides hinc æque præclarum reſurrectionis trophæum? Per hanc enim innumera nobis bona obtigerunt. Propter hanc, mortem deſpicatui habemus, & propter hanc, præſentem vitam flocci facimus. Propter hanc, mentis deſiderio in futura bona ferimur. Propter hanc, corpus induti ſiquidem ſtudium adhibere voluerimus tantum conſequimur, quantum incorporei ſpiritus. Hodie nobis illud communis victoriæ noſtræ feſtum celebramus. Hodie namque Dominus noſter Jeſus Chri-

Chriſtus, illuſtri trophæo adverſus mortem erecto, tyrannideque diaboli per reſurrectionem calcata, planeque everſa, ad ſalutem viam nobis aperuit. Omnes proinde gaudeamus, & exultemus, choroſque & feſtum diem agitemus: nam etſi Dominus noſter ſolus vicerit, trophæumque erexerit, lætitia nihilominus, & gaudium ſunt nobis cum illo communia: ſiquidem omnia propter
Pſal. 105. 2. nos noſtramque ſalutem operatus eſt ... *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus?* Per mortem facti ſumus immortales: per caſum ſurreximus, poſt cladem victores evaſimus. Hæc crucis ſunt ſtratagemata: hæc evidentiſſima reſurrectionis indicia.. Hodie Chriſtus humanam naturam a tyrannide diaboli liberatam, in priſtinæ dignitatis nobilitatiſque locum denuo reſtituit. Etenim cum naturæ meæ primitias, morte tot partibus ſuperiorem evaſiſſe conſidero, vim illius amplius non metuo, hoſtis impetum amplius non expaveſco, infirmitatem meam amplius non ſpecto. Specto autem immenſam illam virtutem, quæ ut opem ferat præſto eſt. Quid enim mortis tyrannidem debellavit, omnemque illius vim fregit? Quid in poſtremum pro cognato genere non eſt effecturus, qui formam noſtram, pro ſua ingenti clementia, aſſumere non dubitavit, perque illam contra diabolum in arenam deſcendit? Quid noſtri cauſa poſt hæc non præſtabit... Celebremus igitur feſtum hoc, in quo Dominus ſurrexit. Surrexit enim, & terrarum orbem ſecum pariter exſuſcitavit. Et ille quidem ſurrexit, mortis vinculis diruptis: nos autem exſuſcitavit peccatorum noſtrorum catenis diſſolutis. Peccavit Adam, & mortuus eſt. Chriſtus non peccavit, & mortem ſubiit... Cujus autem rei cauſa, & propter quod illud? Nimirum ut is, qui peccarat, & mortuus fuerat, per ejus qui non peccarat mortem, a mortis vinculis liber evaderet... Diſcis hinc illuſtrem, planeque egregium Dominicæ reſurrectionis fructum. Diſcis inſignem Domini clementiam, & benignitatem: diſcis curæ & providentiæ ejuſdem magnitudinem. Ne igitur tanto benefactori ingrati ſimus, neque decurſo jamjam, abſolutoque jejuniorum ſtadio, ſolito negligentius nos geramus. Quin potius majorem nunc, quam antea umquam animæ curam, & ſollicitudinem impendere ſtudeamus, ne carne forte ſaginata impinguataque, ſpiritus infirmior evadat: aut ne ancilla lautius accuratiuſque curata, domina ipſa in contemptum venias.

S LEO *Serm.* 69. *de Reſurrect. Dom.* 1. *c.* 9. Non ergo nos rerum temporalium occupent ſpecies, nec ad ſe contemplationem noſtram a cæleſtibus terrena deflectant. Pro tranſactis habeantur quæ ex maxima parte jam non ſunt: & mens intenta manſuris, ibi deſiderium ſuum figat, ubi quod offertur æternum eſt. Quamvis
Rom. 8. 24. enim *ſpe ſalvi facti ſumus*, & corruptibilem adhuc carnem mortalemque geſtemus; recte tamen dicimur in carne non eſſe, ſi carnales nobis non dominentur affectus: & merito hujus rei deponimus nuncupationem, cujus non ſequimur voluntatem. Cum itaque Apoſtolus
Rom. 8. 14. dicat: *Carnis curam ne feceritis in deſideriis*, non ea nobis interdicta intelligimus, quæ ſaluti congruunt, & quæ humana poſcit infirmitas. Sed quia non omnibus deſideriis ſerviendum, nec quidquid caro concupiſcit implendum eſt, de adhibendo temperantiæ modo admonitos nos eſſe cognoſcimus: ut carni quæ ſub animi eſt conſtitutu judicio, nec ſuperflua concedamus, nec neceſſaria
Epheſ. 5. 29. denegemus. Unde idem Apoſtolus alibi ait: *Nemo enim unquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fovet eam.* Cum utique non ad vitia, non ad luxuriam, ſed ad debitum ſit alenda & fovenda famulatum: ut teneat ordinem ſuum renovata natura, nec perverſe ac turpiter ſuperioribus inferiora prævaleant, aut inferioribus ſuperiora ſuccumbant, & vitiis animum ſuperantibus ibi fiat ſervitus, ubi debet eſſe dominatus.

Serm. 70. *in Reſurrect. Dom.* 2. *c.* 2. Infirmitas ſane atque mortalitas, quæ non peccatum erant, ſed pœna peccati, a Redemptore mundi recepta ſunt ad ſupplicium, ut impenderentur ad pretium... Præbuit enim ſe crudeliſſimo exactori liber a debito, & miniſtras diaboli Judaicas manus in cruciatum immaculatæ carnis admiſit. Quam ideo uſque ad Reſurrectionem voluit eſſe mortalem, ut credentibus in eum, nec perſecutio inſuperabilis, nec mors poſſet eſſe terribilis: cum ita dubitandum non eſſet de conſortio gloriæ, ſicut dubitandum non erat de communione naturæ.

Cap. 3. Si incunctanter itaque, Dilectiſſimi, credimus corde, quod ore profitemur, nos in Chriſto cruci-
Col. III. 1. *& ſeq.* fixi, nos ſumus mortui, nos ſepulti, nos etiam in ipſo die tertio ſuſcitati. Unde Apoſtolus dicit: *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita cum Chriſto in Deo. Cum enim Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.* Ut autem noverint corda fidelium habere ſe unde ad ſupernam ſapientiam ſpretis mundi cupiditatibus valeat elevari, ſpondet nobis Dominus præſentiam ſuam, dicens:
Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi .... Implet ergo Jeſus proprietatem nominis ſui: & qui aſcendit in cælos, non deſerit adoptatos: qui ſedet ad dexteram Patris, ipſe totius habitator eſt corporis: & ipſe deorſum confortat ad patientiam, qui ſurſum invitat ad gloriam. *Mat.* 28. 20.

Cap. 4. Non inter vana igitur nobis deſipiendum eſt, nec inter adverſa trepidandum. Ibi quidem blandiuntur deceptiones, & hic graveſcunt labores. Sed quia *miſericordia Domini plena eſt terra*, adeſt nobis Chriſti *Pſ.* 32. 5. ubique victoria, ut impleatur quod ait: *Nolite timere, quia ego vici mundum*: Sive ergo contra ambitionem *Joh.* 14. 33. ſeculi, ſive contra concupiſcentias carnis, ſive contra Hæreticorum jacula dimicemus, Dominica cruce ſemper amemur. Nec enim umquam a Paſchali feſto recedimus, ſi a fermento malitiæ veteris, veritatis ſinceritate abſtinemus. Inter omnes namque vitæ hujus varietates, quæ diverſarum plenæ ſunt paſſionum, Apoſtolicæ exhortationis meminiſſe debemus, qua nos inſtruit, dicens: *Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Jeſu.*

Cap. 5. Imitamini quod operatus eſt; diligite quod dilexit, & invenietis in vobis Dei gratiam. Veſtram in illo redamate naturam:... Et ut cæleſtia apprehendatis, terrena deſpicite.

S. BERN. *De Reſurrect. Dom. ſerm.* 1. *num.* 12. *Epulemur in azymis ſinceritatis & veritatis, etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* Amplectamur commendatas nobis in cruce virtutes, humilitatem, patientiam, obedientiam, & charitatem. 1. *Cor.* 5. 7. 8.

Num. 13. In hac quoque tam præcipua ſolemnitate quid commendetur nobis, ſedula cogitatione penſemus. Nempe reſurrectio, tranſitus & transmigratio. Chriſtus enim, fratres, non recidit hodie, ſed reſurrexit... Propterea, ſiquidem quod mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quia quod jam vivit, vivit non carni, ſed Deo.

N. 14. Quid nos dicimus qui ſacram Domini Reſurrectionem Paſchæ privamus nomine, ut ſit nobis in reditum magis quam in tranſitum? Luximus his diebus, compunctioni & orationi, gravitati & abſtinentiæ dediti; cetarorum negligentias temporum ſacro hoc quadragenario redimere & diluere cupientes. Communicavimus paſſionibus Chriſti: complantati ei denuo ſumus per baptiſmum quemdam lacrymarum, pœnitentiæ, confeſſionis. Si ergo mortui ſumus peccato, quomodo vivemus adhuc in illo? ſi negligentias planximus, quid cauſæ eſt ut recidamus nunc in eaſdem? Inveniemur nunc iterum curioſi ut ante, verboſi ut ante, pigri & negligentes ut ante, vani, ſuſpicioſi, detractores, iracundi, cæteriſque implicit viſiis quæ tam anxie deploravimus his diebus. *Lavi pedes meos: quomodo iterum inquinabo eos? Exui me tunicam meam: quomodo induam eam?* Non eſt transmigratio hæc, Fratres: non ſic vidėbitur Chriſtus, non hoc *iter quo oſtendat nobis Deus ſalutare ſuum*. Denique qui retro reſpicit, indignus eſt regno Dei. *Cant.* 5. 3. *Pſal.* 48. 28. *Luc.* 9. 62.

N. 15. Proh dolor! peccandi tempus, terminus recidendi facta eſt reſurrectio Salvatoris! Ex hoc nempe comeſſationes & ebrietates redeunt, cubilia & impudicitiæ repetuntur: & laxantur concupiſcentiis fræna: quaſi ad hoc ſurrexerit Chriſtus, & non magis propter juſtificationem noſtram. Sic honoraris miſeri Chriſtum quem ſuſcepiſtis? Venturo paraſtis hoſpitium confitentes peccata cum gemitu, caſtigantes corpora, eleemoſynas impendentes; & ecce ſuſceptum proditis inimicis, imo exire compellitis, priores nequitias admittendo. Neque enim cohabitatio eſſe poteſt lucis ad tenebras; Chriſti, cum ſuperbia, cum avaritia, cum ambitione, cum fraterno odio, cum luxuria, cum fornicatione. Quid enim minus præſenti debetur quam venturo? Quid minus reverentiæ Reſurrectionis tempus exigit quam Paſſionis? Sed vos ut manifeſtum eſt neutram honoretis. Nam ſi compareremini, & contegnaretis: ſi commoreremini, & conreſurgeretis.

N. 16. Nunc autem ex ſola conſuetudine temporis & ſimulatione quadam humiliatio illa proceſſit, quam non ſequitur cauſatio ſpiritualis... Ipſum audite dicentem:

I. Cur ſtantes oramus tempore Paſchali?

R. Hoc fit in ſignum lætitiæ, & ad deſignandam vel ipſo corporis habitu Chriſti reſurrectionem. (I)

I

§. 13. *De feſto Aſcenſionis Chriſti.*

I. Quandonam celebrat Eccleſia feſtum Aſcenſionis Chriſti?

R. Quadrageſima die poſt feſtum Paſchatis; quia Chriſtus aſcendit in cælum quadrageſima poſt reſurrectionem die. (A)

A

Sect. 11. c. 1. §. 22. 26. (Hic legeſis quæ jam diximus prima Parte hujus operis de Chriſti Aſcenſione & dotibus.)

I. Qua ratione agendum eſt feſtum Aſcenſionis ex mente Eccleſiæ?

R. 1. Adorandus Chriſtus in cælo ut Mediator, Advocatus, Pontifex noſter. (B) B

2. Habenda ſurſum corda & a terrenis affectibus aliena. Suſpiciendum cælum ut patria, quo Chriſtus præcurſor pro nobis introivit hac die ad parandum nobis locum. Terra habenda pro loco exilii & peregrinationis. (C) C

3. Exemplo Apoſtolorum, ab hac die ad feſtum usque Pentecoſtes abſtinendum a frequentiori hominum conſortio, pauliſper ſecedendum, ut vacemus liberius orationi, ſacris

lectio-

Joh. 6. 54. *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Si indigne ſuſcipitis, judicium vobis manducatis, Sanctum Domini non dijudicantes. Redite ergo prævaricatores ad cor, & in toto corde quærite Dominum, & odite malum: pœnitentes non verbo tantum & lingua, ſed ſpiritu & veritate.

N. 17. Utinam autem vel nos jam ſanctificati, & penitus alieni ab hac miſera & ſacrilega conſuetudine inveniamur, nec quicquam in nobis pereat, aut minuatur de exercitio ſpirituali ſacræ reſurrectionis adventu; ſed tranſire magis & excreſcere ſtudeamus. Quicomque enim poſt lamenta pœnitentiæ non ad carnales redit conſolationes, ſed in fiduciam Divinæ miſerationis excedit, ingreditur novam quamdam devotionem, & gaudium in Spiritu ſancto: nec tam compungitur præteritorum recordatione peccatorum, quam delectatur memoria, & inflammatur æternorum deſiderio præmiorum: is plane eſt qui cum Chriſto reſurgit, qui Paſcha celebrat, qui feſtinat in Galilæam. Vos ergo, chariſſimi, *ſi conſurrexiſtis cum Chriſto: quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram: ut quemadmodum Chriſtus reſurrexit a mortuis per gloriam Patris, & ita vos in novitate vitæ ambuletis*, ut a ſæculari lætitia, & conſolatione mundi per compunctionem, & triſtitiam quæ ſecundum Deum eſt, ad devotionem ſanctam, & ſpiritualem vos tranſite gaudeatis exultationem.

Col. III. 1.

(I) CONC. NICÆN. I. *Canon.* 20. *ann.* 325. Quoniam ſunt in die Dominica quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecoſtes; propterea itaque ſtatutum eſt a ſancta Synodo, quoniam conſona & conveniens per omnes Eccleſias cuſtodienda conſuetudo eſt, ut ſtantes ad orationem vota Domino reddamus.

S. AUG. *Epiſt.* 55. *alias* 119. *ſeu lib.* 2. *ad inquiſ. Januar. c.* 15. *num.* 28. Stantes oramus, quod eſt ſignum reſurrectionis.

S. EPIPHAN. *in Expoſit. fidei Cathol. n.* 22. Jejunium toto anno ... obſervatur quarta ſextaque feria ad horam usque nonam, exceptis quinquaginta Pentecoſtes diebus; quibus neque genua flectuntur, neque jejunium indicitur.

(A) M. DE TILLEMONT, *art.* 24. *ſur J. C. tom.* 1. *Hiſt. Eccl.* Evangelium quoque plura alia monita a Chriſto Apoſtolis poſt reſurrectionem data recenſet, vel cum in Galilææ monte illis apparuit, ut S. Matthæus credendi anſam præbet iis quæ refert, vel alibi. Verum cum ipſis poſtremum apparuit, certum eſt, ipſis Jeruſalem commorandi, quo eos duxerat, præceptum dediſſe, usque dum Spiritus ſancti virtute, qui ſuper ipſos intra paucos dies venturus erat, facti fortiores eſſent. Cum ipſis etiam cibum ſumpſit, deinde Civitate egreſſos Bethaniam usque duxit, & in olivarum montem mediam leucam a Jeroſolyma diſſitum; ibique cum manus ſuper ipſos benedicturus extendiſſet, ipſis videntibus eſt elevatus in cælum, ut ad Patris dexteram ipſi in gloria æqualis ſederet, nobisque Patronus, Pontifex, & Mediator eſſet, usque dum poſtremo die deſcendat eodem modo quo aſcendit, unicuique ſecundum opera ipſorum præmium vel pœnam redditurus.

Euſebius ait eo loci, quo in cælum aſcendit, nempe in cacumine montis Olivarum, ſpecum fuiſſe, in quo traditione certiſſima ferebatur, diſcipulos a Salvatore arcanorum myſteriorum participes factos fuiſſe, fierique etiam poſſe, ut corporis refectioni cæleſtis etiam animæ fuerit adjuncta.

Auctor Tractatus ſuper loca in Actibus notata, quem Scaliger & Eraſmus valde probant, licet difficulter credi poſſit, a D. Hieronymo eſſe conſcriptum; Auctor hic, inquam, affirmat, Jeſum Chriſtum, cum in cælos aſcenderet, ſuorum pedum veſtigia terræ impreſſa reliquiſſe, eaque ſemper deinde remanſiſſe, licet continuo Fideles hoc loco terram devotionis ergo ſervandam continuo ſumerent. Idem teſtatur Sulpicius Severus, necnon D. Paulinus verbis apertiſſimis. D. Optatus martyr tamquam duo diverſa indicat, Salvatoris ſacra veſtigia in Oriente impreſſa, & ea quæ ab ipſius ſacris pedibus fuere relicta. D. Auguſtinus memoriæ prodidit, per Judæam peregrinationem homines ſuſcipere ſolitos, adorandorum veſtigiorum cauſa, quæ Jeſus Chriſtus eo loci, quo in cælos aſcendit, reliquerat.

Quod a Patribus quarti & quinti ſæculi proditum eſt, a Beda octavi ſæculi ſcriptore confirmatur. Caſaubonus hoc miraculum tot teſtibus confirmatum miram rem fide digniſſimam appellare non dubitat. Quod vero magis admirationem auget illud eſt, quod obſidionis Jeroſolymæ tempore aciei Romanæ pars in monte olivarum caſtra diu habuit. Ita Deus ad litteram Prophetæ dictum adimplevit: *ipſius pedes aliquando in monte olivarum ſtabunt.* *Zach. 14. 4.*

Huic etiam miraculo aliud additur, nempe conſtructo ab Helena Auguſta magnifico Aſcenſionis Templo, in cujus medio locus hic eſt, cum lapide, ut reliqua, ſterni cœpiſſet, numquam opus perfici potuit, cum nihil eorum, quæ ornandi cauſa adhiberentur, hæreret; ita ut locus intactus relinqui deberet, ut nunc etiam videre eſt.

Abſidis etiam pars, quæ loco huic imminet, numquam obſtrui potuiſſe creditur, atque ita liberum & apertum relictum eſt ſpatium, per quod Salvator in cælos aſcendit, vel, juxta Bedam, totum illud ſpatium, quo centrum vel medium Eccleſiæ continetur.

D. Auguſtinus a Jeſu Chriſto in cælos aſcendente horam meridiei ſanctificatam fuiſſe cenſet. Id die Jovis quartadecima menſis Maii poſt Reſurrectionem quadrageſima eveniſſe credimus. Ineunte ſæculo quinto feſtum ab Eccleſia agebatur, ut hodie, quadrageſimo die poſt Paſcha; & D. Auguſtinus feſtum *Quadrageſimæ* diei appellat. Cum feſtum hoc ubique celebratum ſit, & a nullo œcumenico Concilio indictum inveniatur, ab ipſa Apoſtolorum traditione originem traxiſſe tenendum eſt. Conſtitutionum liber die Jovis celebrandum ſtatuit. Cappadociæ Chriſtiani diem ſalutis appellabant. Sæculo octavo Jeroſolymæ magno funalium numero agebatur, quæ per totam noctem in Aſcenſionis templo ſplendebant, ita ut totus olivarum mons ardere videretur. Bedas, a quo hæc omnia referuntur, inſuper addit, hoc feſto poſt ſacrum quolibet anno ventum ita vehementem inſurgere ſolitum, ut quotquot in Eccleſia eſſent humi proſterneret.

Note 42. ſur J. C. to. 1. Hiſt. Eccl. D. Chryſoſtomus credit, Jeſum Chriſtum die Sabbati in cælos aſcendiſſe. Nihilo tamen ſecius conjecturæ ſuæ rationem ſatis firmam non eſſe deprehendit; cum vero id evenerit quadraginta diebus poſtquam reſurrexerit, diem Jovis fuiſſe fatendum eſt, quo ſemper Eccleſia feſtum celebrat, ut etiam conſtitutiones Apoſtolicæ fidem faciunt.

(B) HEB. IX. 15. Et ideo novi Teſtamenti mediator eſt, ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori Teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis... 24. Non enim in manufacta ſancta Jeſus introivit, exemplaria verorum: ſed in ipſum cælum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.

1. JOAN. II. 1. Filioli mei, hæc ſcribo vobis, ut non peccetis. Sed & ſi quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jeſum Chriſtum juſtum. 2. Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.

(C) HEB. VI. 20. Ubi præcurſor pro nobis introivit Jeſus, ſecundum ordinem Melchiſedech Pontifex factus in æternum.

lectionibus & meditationibus; atque ita ſervantes unitatem ſpiritus in vinculo pacis præſtolemur cum ſilentio donum Spiritus Sancti. (D)

§. 14.

XI. 13. Juxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus, ſed a longe eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram.

I. PETRI II. 11. Chariſſimi, obſecro vos tamquam advenas, & peregrinos abſtinere vos a carnalibus deſideriis quæ militant adverſus animam.

COLOS. III. 1. Igitur, ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.

(D) ACT. I. 1. Primum quidem ſermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jeſus facere, & docere .... 13. Et cum introiſſent in cœnaculum, aſcenderunt ubi manebant Petrus & Johannes, Jacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Jacobus Alphæi, & Simon Zelotes & Judas Jacobi. 14. Hi omnes erant perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Jeſu, & fratribus ejus.

S. AUGUST. *Serm. 261. in Aſcenſionis Domini 1. alias de diverſis* 12. *c. 1. n.* 1. Reſurrectio Domini, ſpes noſtra: Adſcenſio Domini, glorificatio noſtra. Adſcenſionis enim hodie ſolemnia celebramus. Si ergo recte, ſi fideliter, ſi devote, ſi ſancte, ſi pia Adſcenſionem Domini celebramus, adſcendamus cum illo, & ſurſum cor habeamus. Adſcendentes autem non extollamur, nec de noſtris quaſi propriis meritis præſumamus. Surſum enim cor habere debemus, ſed ad Dominum. Surſum enim cor non ad Dominum, ſuperbia vocatur: ſurſum autem cor ad Dominum refugium vocatur.
Pſal. 89. 1. Illi enim dicimus qui aſcendit, *Domine, refugium factus es nobis*. Reſurrexit enim ut ſpem nobis daret... Deſcendit, ut ſanaret te: adſcendit, ut levaret te.

Serm. 262. in die Aſcenſionis 2. alias de diverſis 13. c. 1. n. 1. Dominus Jeſus, Patris unigenitus, & gignenti coæternus, pariter inviſibilis, pariter immutabilis, pariter omnipotens, pariter Deus: propter nos, ut noſtis, & accepiſtis, & tenetis, factus eſt homo, forma aſſumpta humana, non amiſſa divina: potens occultus, infirmus manifeſtus; ſicut noſtis, natus eſt, ut renaſceremur; mortuus eſt, ne nos in æternum moreremur. Ille continuo, id eſt, die tertio reſurrexit: nobis reſurrectionem carnis in fine promiſit. Exhibuit ſe Diſcipulorum oculis videndum, manibusque tractandum; perſuadens quod factus erat, non auferens quod ſemper erat. Converſatus eſt cum eis diebus quadraginta, ſicut audiſtis, intrans & exiens, manducans & bibens; non jam indigentia, ſed totum potentia: & manifeſtans eis carnis veritatem, in cruce infirmitatem, a ſepulcbro immortalitatem.

Cap. 3. n. 3. Hodierno ergo die, hoc eſt, quadrageſimo poſt reſurrectionem ſuam, Dominus adſcendit in cælum. Non vidimus, ſed credamus. Qui viderunt prædicaverunt, & orbem terrarum impleverunt: ... Ecce credebatur hodiernus dies toto orbe terrarum.
Pſal. 56. 12. *Cap. 4. n. 4. Exaltare ſuper cælos Deus*. Exaltare tu: tu qui fuiſti in ventre matris incluſus; tu qui in illa factus es, quam feciſti; tu qui in præſepi jacuiſti; tu qui ubera tamquam parvulus in vera carnis ſuxiſti; tu qui portans mundum, portabaris a matre: tu quem Simeon ſenex parvulum agnovit, magnumque laudavit: tu quem vidua Anna vidit ſugentem, & cognovit omnipotentem: tu qui eſuriſti propter nos, ſitiſti propter nos, fatigatus es in via propter nos, (Numquid eſurit panis, aut ſitit fons, aut fatigatur via?)... Tu quem vendidit Judas, quem Judæi emerunt, & non poſſederunt: tu apprehenſe, ligate, flagellate, ſpinis coronate, in ligno ſuſpenſe, lancea percuſſe, tu mortue, tu ſepulte, *exaltare ſuper cælos Deus*.

Cap. 5. Sede in cælo, qui pependiſti in ligno. Judex expectaris venturus, qui expectatus es judicatus.

Serm. 264. de Aſcenſione Domini 3. alias de temp. 174. *& de diverſ. 90. c. 1. n.* 1. Glorificatio Domini noſtri Jeſu Chriſti reſurgendo, & adſcendendo completa eſt. Reſurrectionem ipſius Paſchæ dominico celebravimus: Adſcenſionem hodie celebramus. Feſtus nobis dies uterque. Ideo enim reſurrexit, ut nobis exemplum reſurrectionis oſtenderet: & ideo adſcendit, ut nos deſuper protegeret. Habemus ergo Dominum & Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum prius pendentem in ligno, nunc ſedentem in cælo. Pretium noſtrum dedit, cum penderet in ligno: colligit quod emit, cum ſedet in cælo. Cum enim omnes collegerit, quos utrique per tempora colliget, in fine temporis veniet,
Pſal. 49. 3. & quomodo ſcriptum eſt, *Deus manifeſtus veniet*: non quemadmodum primitus venit occultus, ſed ſicut dictum eſt, manifeſtus. Occultum enim oportebat eum venire, ut judicaretur: manifeſtus autem veniet, ut judicet. Si enim prius manifeſtus veniſſet, judicare manifeſtum quis auderet? Quandoquidem dicit Apo-
I. Cor. II. 8. ſtolus Paulus, *ſi enim cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*. Sed ſi ille non occideretur, mors non moreretur. Trophæo ſuo diabolus victus eſt. Exultavit enim diabolus quando primum hominem ſeducendo dejecit in mortem. Seducendo primum hominem, occidit: occidendo noviſſimum, primum de laqueis perdidit. Facta eſt ergo victoria Domini noſtri Jeſu Chriſti, cum reſurrexit & aſcendit in cælum, & impletum eſt, quod audiſtis, cum Apocaly-
Apoc. v. 5. pſis legeretur, *vicit leo de tribu Juda*.

N. 2. Hodie ... Dominus noſter Jeſus Chriſtus adſcendit in cælum: adſcendat cum illo & cor noſtrum.
Col. III. 1. 2. Audiamus Apoſtolum dicentem, *ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram*. Sicut enim ille adſcendit, nec receſſit a nobis: ſic & nos cum illo ibi jam ſumus, quamvis nondum in corpore noſtro factum ſit quod promittitur nobis. Ille jam exaltatus eſt ſuper cælos. Neque enim propterea nobis deſperanda eſt perfecta & Angelica cæleſtis habitatio, qui dixit, *nemo adſcendit in cælum,*
Joh. III. 13. *niſi qui deſcendit de cælo, Filius hominis qui eſt in cælo*. Sed hoc dictum eſt propter unitatem, qua caput noſtrum eſt, & nos corpus ejus. Cum adſcendit in cælum, nos ab illo non ſeparamur. Qui de cælo deſcendit, non nobis invidet cælum: ſed quodam modo clamat, Membra mea eſtote, ſi adſcendere vultis in cælum. In hoc ergo ipſi interim roboremur, in hoc votis omnibus æſtuemus. Hoc meditemur in terris, quod computamur in cælis. Tunc exuturi carnem mortalitatis, nunc exuamus animi vetuſtatem. Facile corpus levabitur in alta cælorum, ſi non premat ſpiritum ſarcina peccatorum.

Serm. 264. de Aſcenſione Domini 4. Ed. BB. n. 2. Ad eorum (*Diſcipulorum*) confirmationem dignatus eſt poſt reſurrectionem vivere cum illis quadraginta diebus integris, ab ipſo die paſſionis ſuæ uſque in hodiernum diem, intrans & exiens, manducans & bibens, ſicut dicit Scriptura; confirmans hoc redditum eſſe oculis eorum poſt reſurrectionem, quod ablatum erat per crucem. Veruntamen non illos voluit in carne remanere, nec carnali dilectione diutius retinere ... Oportebat autem ut erigerentur aliquantum, & jam inciperent eum ſpiritualiter cogitare, tamquam Verbum Patris, Deum apud Deum, per quem facta ſunt omnia: & non eos ſinebat caro, quam videbant. Proderat ergo illis confirmari in fide per converſationem ejus ſecum quadraginta diebus: ſed plus proderat eis, ut ſe ab oculis eorum ſubtraheret; & qui in terra tamquam frater converſatus fuerat, de cælo tamquam Dominus ſubveniret; diſcerentque illum cogitare ſecundum Deum.

Serm. 265. de Aſcenſione Domini 5. alias 6. inter additos a Pariſienſib. cap. 1. n. 2. (Diſcipuli Chriſtum) aſcendere mirabantur, ſurſum tamen ire gaudebant; capitis enim præceſſio, ſpes membrorum eſt ... Perditio noſtra, peccatum noſtrum: Sanguis Chriſti, pretium noſtrum. Reſurrectio Chriſti, ſpes noſtra: adventus Chriſti, res noſtra. Ille ergo qui eſt ad dexteram Patris, expectandus eſt donec veniat. Dicat anima noſtra ſitiens illi, Quando veniet? Et, *ſitivit anima mea ad Deum vivum*. Quando veniet? Veniet: ſed quando veniet? Optas ut veniat: utinam paratum te inveniat.

S. LEO *Serm. 71. de Aſcenſione Domini 1. c. 1. & 4. vide ſupra Part. 1. ſect. 2. cap. 1. §. 22. lit.* (A & K.)

Serm. 72. de Aſcenſione Domini 2. c. 2. Ut igitur hujus beatitudinis ... capaces eſſe poſſemus; expletis omnibus, quæ Evangelicæ prædicationi & novi Teſtamenti myſteriis congruebant, Dominus noſter Jeſus Chriſtus quadrageſimo poſt Reſurrectionem die, coram Diſcipulis elevatus in cælum, corporalis præſentiæ modum fecit, manſurus in Patris dextera, donec tempora multiplicandis Eccleſiæ filiis divinitus præſtituta peragantur, & ad judicandos vivos & mortuos in eadem carne, in qua adſcendit, adveniat. Quod itaque Redemptoris noſtri conſpi-

cuum

eum fuit, in ſacramenta tranſivit: & ut fides excellentior eſſet ac firmior, viſioni doctrina ſucceſſit, cujus auctoritatem ſupernis illuminata radiis credentium corda ſequerentur.

Cap. 3. Hanc fidem Aſcenſione Domini auctam, & Spiritus ſancti munere roboratam, non vinculæ, non carceres, non exilia, non fames, non ignis, non laniatus ferarum, nec exquiſita perſequentium crudelitatibus ſupplicia terruerunt. Pro hac fide per univerſum mundum, non ſolum viri ſed etiam feminæ, nec tantum impubes pueri, ſed etiam teneræ virgines, uſque ad effuſionem ſui ſanguinis decertarunt. Hæc fides dæmonia ejecit, ægritudines depulit, mortuos ſuſcitavit.

Cap. 15. Exultemus itaque, dilectiſſimi, gaudio ſpiritali, & digna apud Deum gratiarum actione lætantes, liberos cordis oculos ad illam altitudinem, in qua Chriſtus eſt, erigamus. Surſum vocatos animos deſideria terrena non deprimant; ad æterna præelectos peritura non occupent; viam veritatis ingreſſos fallaces illecebræ non retardent: & ita fidelibus hæc temporalia decurrantur, ut peregrinari ſe in hac mundi valle cognoſcant, in qua etiamſi quædam commoda blandiantur, non amplectenda nequiter, ſed tranſeunda ſunt fortiter. Ad hanc enim nos devotionem beatiſſimus Apoſtolus Petrus incitat, & ſecundum illam dilectionem, quam paſcendis Chriſti ovibus trina Dominici amoris pro-
1. *Pet.* 11. 11. feſſione concepit, obſecrans dicit: *Chariſſimi, obſecro vos tamquam advenas & peregrinos, abſtinere vos a carnalibus deſideriis, quæ militant adverſus animam.*

S. CHRYSOST. *in Aſcenſionem Domini ſerm.* 1. Salvator aſcendit, unde deſcendit, multis contemplantibus viris, atque mulieribus, quouſque in altum viſus imbecillitas ferri potuit: Angelis ipſis fidem huic ſpectaculo præbentibus, ſecundumque hinc Chriſti adventum
Act. 1. 10. & 11. prænuntiantibus: *Et ecce duo viri aſtiterunt juxta illos, in veſtibus albis: qui & dixerunt; Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? Hic Jeſus qui aſſumptus eſt a vobis in cælum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.* O quanta benigniſſimus Dominus propter improbos ſervos in ſalutem peregit! Deſcendit e cælis, in cælos aſcendit, & de cælis iterum venturus eſt. Sed quo pacto venturus? Non alia quidem aſſumpta perſona, ſed in forma carnis & habitu humano, .. equo nubis vectus, .. Angelorum comitatu ſtipatus, .. ipſum judicans fines orbis terrarum.

Pſal. 105. 2. *Serm.* 2. *tom.* 6. *pag.* 452. *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus?* Hodie enim noſtræ primitiæ Chriſtus in cælos aſcendit, & qui ex nobis carnem ſibi aſſumpſerat, thronum æterni Patris accepit, ut nos ſervos reconciliaret, veteremque inimicitiam deleret, ac pacem ſupernorum exercituum hominibus adhuc in terra degentibus donaret. Communis enim omnibus hodie adverſus diabolum proponitur victoria, communia certaminis præmia, communes coronæ, communis gloria. Quocirca .. nos gaudere & exultare oportet, videntes primitias noſtræ ſalutis Chriſtum ad ipſum cælorum verticem aſcendentem, & regalem thronum, quem ipſe reliquerat, ſibi vindicantem. Conſidera enim, dilecte, quanta Dei noſtri ſit bonitas, quamque occulta & ineffabilis ejus facta ſit diſpenſatio erga genus noſtrum, quod fraude diaboli paradiſo exciderat: tantaque maledictione damnatum, repente in quantam celſitudinem evexit. Et quo pacto nos, qui & terra ipſa videbamur indigni, hodie in cælum evecti ſumus; ipſaque noſtra natura, quæ etiam paradiſo prius putabatur indigna, quomodo in cælis primam ſedem occupaverit; quæque dæmonum ludibrium evaſerat, hodie ab Angelis ſupernisque poteſtatibus adoretur. O beatam atque felicem illam invidiam! O bonas inſidias! O invidia bonorum cauſa, quæ nobis infinita conciliaſti bona, ſegemque immortalitatis peperiſti! Cum enim antea naturæ noſtræ humanæ in terris deganti invideret improbus ille dæmon, jam in cælis adorari videt. Et qui antea per fraudem, magna & incomparabilia ſurripuerat, nunc majoribus & illuſtrioribus nos perfrui cernit: ideo jubilo & exulto hodie, & vos ut mecum ſimul has choreas agatis cohortor; qui enim nec terreno quidem honore digni eramus, ad ſupernum regnum aſcendimus, cælum pervaſimus, & regalem thronum apprehendimus. Ipſaque natura, per quam cuſtodiebant paradiſum Cherubim, jam evecta eſt & adoratur. Obſtupeſce igitur & admirare, chariſſime, magnam ſolertiam Domini tui, ac glorifica eum, qui tanta tibi largitus eſt. Tranſcendit enim doni magnificentia damni magnitudinem. Nam ecce qui paradiſo excideramus, ad cælum ipſum ſublati ſumus; qui morte damnati fuimus, immortalitatis donum accepimus. Inſenſi eramus & abjecti, & filios non vocare dignatus eſt; neque filios ſolum, ſed & hæredes; neque etiam hæredes tantum, ſed & cohæredes Chriſti. Ecce quomodo majora nobis a Domino ſint donata, quam antea fuerant ablata. Verum dum audis quod aſcenderit, & aſſumptus ſit, cave locatem in Deo deſcenſum opineris: Divinitas enim omnia implet, ubique præſens eſt, & nuſquam abeſt, velut omnium inſpector, & univerſorum opifex.

Serm 4. Quintus autem feſtorum dierum, eſt ſanctiſſima Domini ad cælos Aſcenſio, quam modo celebramus: eſt autem hæc feſtivitatum quinta, quoniam & quinto hebdomadæ die contigit. Ac propterea ſolemnitatem iſtam celebremus oportet, quandoquidem hodie primitias noſtræ maſſæ, id eſt, carnem noſtram in cælos Chriſtus ſuſtulit. Idcirco & Apoſtolus dicebat: *convivificavit nos &* *Ephef.* 11. 5. & 6
conreſuſcitavit, & conſidere fecit in cæleſtibus, in Chriſto Jeſu. Unde auctor omnis mali, & inventor peccati diabolus, propter timorem elationis, & fomnum ſuperbiæ, excidit. Ibi magnitudine benignitatis ſuæ, hominem peſſimo illius conſilio paradiſo ejectum, Chriſtus contra convivificavit, & reſuſcitavit. Omni igitur honore & ſpiritali gaudio digna eſt præſens feſtivitas.

S. BERNARD. *Serm.* 2. *in feſto Aſcenſionis, num.* 2. Solemnitas iſta, Fratres chariſſimi, glorioſa eſt, & (ut ita dicam) gaudioſa, in qua & ſingularis in Chriſto gloria, & nobis ſpiritalis lætitia exhibetur. Conſummatio enim & adimpletio eſt reliquarum ſolemnitatum, & felix clauſula totius itinerarii Filii Dei. Qui enim deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit hodierna die ſuper omnes cælos, ut adimpleret omnia. Jam enim cum ſe Dominum univerſorum, quæ ſunt in terra & in inferno, probaſſet, non reſtabat, niſi ut aeris & cælorum ſe eſſe Dominum argumentis ſimilibus, vel certe potioribus comprobaret.

N. 2. Ex tunc probabitur quia Dominus univerſorum tu es, quia omnia in omnibus adimpleſti, & jam tibi profecto debebitur, ut in nomine tuo *omne genu flecta-* *Phil.* 11. 10.
tur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia tu es *in gloria* & in dextera *Patris*. In hac dextera ſunt delectationes uſque in finem: & *Coloſſ.* 111. 1.
ideo monet Apoſtolus, ut quæramus *quæ ſurſum ſunt, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens*: quia illic profecto *Coloſſ.* 11. 3. & 9.
theſaurus noſter eſt Jeſus Chriſtus, in quo *ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi: in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.*

N. 3. Quid tamen putatis, fratres, quantum dolor & timor irruperit Apoſtolica pectora, cum eum viderunt a ſe tolli, & attolli in aera... Angelico comitatum obſequio: non tamen ſaltum auxilio, ſed gradientem in multitudine fortitudinis ſuæ. Impletum eſt quod eis dixerat: *Job.* 8. 21.
Quo ego vado, vos non poteſtis venire. Quocumque enim terrarum iiſſet, eum indiviſibiliter ſequerentur: mare *Mat.* 14. 59.
(ſicut Petrus fecit aliquando) cum eo etiam ſubmergendi intrarent: ſed hac ſequi non poterant: quia *corpus* *Sap.* 9. 15.
quod corrumpitur, aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Dolor ergo nimius erat, quia videbant illum propter quem omnia reliquerant a ſuis ſenſibus & aſpectibus tolli, ut non poſſent ablato a ſe ſponſo, filii ſponſi non lugere: timor, quia orphani relinquebantur in medio Judæorum nondum confirmati virtute ex alto. Benedicens ergo eis ferebatur in cælum, forte concuſſis illius ſingularis miſericordiæ viſceribus, cum miſeros ſuos & pauperem ſuam ſcholam relinqueret; niſi quod veniebat parare eis locum, & quia expediebat ut præſentiam eis ſubtraheret corporalem. Quam felix, quam digna iſta proceſſio, ad quam ne ipſi quidem adhoc Apoſtoli digni fuerunt admitti, cum & animarum ſanctarum & cæleſtium virtutum triumphali pompa deductus ad Patrem, ſedet a dexteris Dei. Nunc vere adimplevit omnia, qui natus eſt inter homines, cum hominibus converſatus eſt, ab hominibus, & pro hominibus paſſus & mortuus eſt, reſurrexit, ſedet ad dexteram Dei: Agnoſco tunicam deſuper contextam per totum, quam ſuperna illa manſio claudit, ubi adimpletus eſt & adimplevit omnia Dominus Jeſus Chriſtus.

N. 4. Verumtamen quid mihi & ſolemnitatibus iſtis? Quis me conſolabitur, Domine Jeſu... Prorſus renuiſſet conſolari anima mea, niſi me Angeli in voce exultationis prævenifſent, qui dixerunt: *viri Galilæi quid ſta-* *Act.* 1. 11.
tis aſpicientes in cælum? Hic Jeſus qui aſſumptus eſt a vobis in cælum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum. Sic, inquiunt, *veniet*. Ergone veniet quærere nos illa tam ſingulari quam univerſali proceſſione, cum præcedentibus omnibus Angelis & ſubſequentibus hominibus univerſis deſcendet judicare vivos & mortuos?

Digitized by Google

tuos? Proculdubio veniet, ſed quomodo aſcendit, non
quomodo ante deſcendit. Humilis enim prius venit ani-
mas ſalvare, ſublimis autem veniet cadaver iſtud reſuſci-
tare, & configurare corpori claritatis ſuæ; ut infirmio-
ri huic vaſculo abundantiorem impendere videatur hono-
rem. Tunc enim videbitur cum poteſtate magna & ma-
N. 14. 17. jeſtate, qui prius infirmitate carnis latuerat. *Intuebor & ego eum, ſed non modo: videbo eum, ſed non prope*: ita
ut hæc ſecunda glorificatio priori glorificationi propter
excellentem gloriam manifeſte præluceat.

N. 5. Manipulus primitiarum noſtrarum Chriſtus obla-
tus eſt, ad dexteram Patris aſſumptus, & aſſiſtit nunc
vultui Dei pro nobis. Sedet autem ad dexteram, habens
in dextera miſericordiam, in ſiniſtra judicium.

N. 6. Propterea, dilectiſſimi, perſeverate in diſcipli-
na quam ſuſcepiſtis, ut per humilitatem ad ſublimitatem
aſcendaris; quia hæc eſt via, & non eſt alia præter ip-
ſam. Qui aliter vadit, cadit potius, quam aſcendit; quia
ſola eſt humilitas quæ exaltat, ſola quæ ducit ad vitam.
Chriſtus enim cum per naturam Divinitatis non haberet
quo creſceret vel aſcenderet, quia ultra Deum nihil eſt,
per deſcenſum quomodo creſceret invenit, veniens incar-
nari, pati, mori, ne moreremur in æternum. Propter
quod Deus exaltavit illum, quia reſurrexit, aſcendit,
ſedet ad dexteram Dei. Vade, & tu fac ſimiliter. Ne-
qua enim aſcendere potes, niſi deſcenderis, quia ut æter-
Luc. 24. 11 na lege ſixum eſt, *omnis qui ſe exaltat, humiliabitur*:
28. 14. *& qui ſe humiliat exaltabitur*.

Serm. 3. *n.* 1. Hodie cælorum Dominus, cælorum alta
cæleſti potentia penetravit, & infirma carnis tanquam
nubila quædam excutiens, induit ſtolam gloriæ. Ele-
vatus eſt ſol in ortu ſuo, incaluit & invaluit. Dila-
Pſ. 18. 7. tavit & multiplicavit radios ſuper terram, *nec eſt qui ſe abſcondat a calore ejus*. Redit ad regionem ſapientiæ
ſapientia Dei, ubi omnes bonum & intelligunt & requi-
runt, intellectu perſpicaciſſimi, affectu paratiſſimi ad
audiendam vocem ſermonum ejus. Nos autem in re-
gione iſta ſumus, ubi plurimum eſt malitiæ, ſapientiæ
Sap. 9. 15. parum: quia *corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem*.
Per ſenſum hic ego arbitror intellectum deſignari: qui
tunc vere deprimitur cum multa cogitat, cum non col-
Pſ. 121. 3. ligit ſe circa illam unam & unicam meditationem, quæ
concipitur de civitate illa *cujus participatio ejus in id-ipſum*. Hujuſmodi intellectum oportet deprimi & di-
ſtrahi per multa multis & multiplicibus modis. Ani-
mam vero hic æſtimo dici affectiones, quæ corrupto
corpore diverſis paſſionibus afficiuntur, quæ mitigari
numquam poſſunt, ne dicam ſanari, donec voluntas
unum quærat, & tendat ad unum.

N. 2. Duo ergo ſunt quæ in nobis purganda ſunt;
intellectus & affectus: Intellectus ut noverit, affectus
ut velit.

N. 9. Quia igitur, chariſſimi, hodierna dies eſt in qua
ſponſus auſertur a nobis, & non ſine tumultu aliquo ani-
morum noſtrorum, ad hoc tamen ut mittat nobis Spiri-
tum veritatis; ploremus & oremus, ut dignos nos inve-
niat, vel potius efficiat, & repleat domum iſtam, ubi
ſumus ſedentes, quatenus non vexatio, ſed unctio ejus
doceat nos de omnibus: Sicque & intellectu clarificato,
& affectu purificato veniat ad nos, & apud nos faciat man-
Exod. 7. 12. ſionem. Et ſicut ſerpens Moyſis devoravit omnes ſerpen-
tes magorum, ſic iſte cum venerit, abſorbebit omnes
carnales affectiones & delectationes noſtras & conſolatio-
nes; ita ut de labore requiem, de tribulatione lætitiam,
de contumelia gloriam habeamus, ſicut illi quos repleve-
Act. 5. 41. rat, *ibant gaudentes a conſpectu concilii; quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati*: Spiritus
enim Jeſus ſpiritus bonus, ſpiritus ſanctus, ſpiritus rectus,
ſpiritus dulcis, ſpiritus principalis: quicquid in hoc ſæ-
culo nequam videtur difficile & anguſtum, leve facit &
lætum: opprobrium gaudium judicat, deſpectionem
Thren. 111. exultationem eſſe perſuadet. *Scrutemur* ergo juxta Pro-
40. 41. phetam *vias noſtras* & ſtudia noſtra, *levemus corda noſtra cum manibus*, ut in ſolemnitate ſancti Spiritus gaudea-
mus, & abundantius gaudeamus, qui nos inducat in
omnem, ſicut promiſit Deus Filius, veritatem.

Serm. 4. *n.* 1. Si Nativitatis & Reſurrectionis Domi-
nicæ digna devotione ſolemnia celebramus, hodiernum
quoque Aſcenſionis diem non minus devote convenit ce-
lebrari. In nullo ſiquidem a feſtivitatibus illis iſta dege-
nerat, ſed finis earum & adimpletio eſt. Merito quidem
ſolemnitatis & lætitiæ dies agitur, quando ſol ille ſuper-
cæleſtis, ſol juſtitiæ noſtris ſe præſentavit obtutibus, nu-
be carnis, & mortalitatis ſacco fulgorem ſuum & lucem
temperans inacceſſibilem. Magna quoque lætitia & exul- Pars. II.
tatio multa nimis, quando conciſſo ſacco lætitia circum- Sect IV.
datus eſt, factaque de medio ſacci ipſius non quidem ſub- Cap. II.
ſtantia ſed vetuſtate, ſed corruptione, ſed miſeria, ſed §. 13.
vilitate, noſtræ dedicavit primordia reſurrectionis. Ve-
rumtamen quid mihi & ſolemnitatibus iſtis, ſi conver-
ſatio mea uſque adhuc detinetur in terris? Quis vero vel
deſiderare præſumeret aſcenſum cæli, niſi quia is qui de-
ſcenderat, prior aſcendit? Dico ergo vobis, quia multo
mihi tolerabilior videretur exilii hujus habitatio, quam
gehenna, niſi Dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen
fiduciæ & expectationis, quando elevatus eſt in nubibus,
& ſpem fecit credentibus. Denique *niſi ego abiero*, in-
quit, *Paracletus non veniet ad vos*. Quis Paracletus? Job. 16. 7.
Utique per quem diffunditur charitas, & jam ſpes non
confundit, ille Paracletus, per quem in cælis ſit con-
verſatio noſtra, virtus ex alto, per quam ſurſum ſint
corda noſtra. *Vado*, inquit, *parare vobis locum: & ſi* Job. 14. 3.
abiero, iterum veniam & aſſumam vos ad metipſum. Ubi Mat. 24. 28.
enim fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Videsne
quemadmodum cæterarum ſolemnitatum ea quam ho-
die celebramus, & conſummationem habeat, & fru-
ctum declaret, & augeat gratiam?

N. 2. Sicut enim cetera omnia ejus qui nobis natus
eſt & nobis datus, ita ipſa quoque ipſius Aſcenſio pro-
pter nos facta eſt, & facit pro nobis.

N. 3. *Chriſtus qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit.* Ephef. 4. 10.
Apoſtoli verba ſunt hæc. Ego autem credo eum in
hoc ipſo quod deſcenderit, aſcendiſſe. Sic enim oporte-
bat Chriſtus aſcendere, ut nos aſcendere doceremur.

N. 6. Ab ipſo demonſtranda nobis erat aſcenſionis
via, ne ductoris, imo ſeductoris iniqui aut veſtigium
aut conſilium ſequeremur. Quia ergo non erat quo
aſcenderet, deſcendit Altiſſimus, & ſuo nobis deſcen-
ſu ſuavem ac ſalubrem dedicavit aſcenſum.

N. 7. Ut quid enim aſcendit ut transfiguraretur, niſi
ut doceret nos cogitatione aſcendere ad futuram illam
gloriam quæ revelabitur in nobis? Felix cujus *medi-* Pſ. 18. 15
tatio in conſpectu Domini eſt ſemper, qui in corde ſuo
delectationes dexteræ Domini uſque in finem ſedula co-
gitatione revolvit. Quid enim grave illi poterit videri,
qui ſemper mente tractat, quod non ſint condignæ paſſio-
nes hujus temporis ad futuram gloriam? Quid con-
cupiſcere poterit in ſæculo nequam, cujus oculus ſem-
per videt *bona Domini in terra viventium*, ſemper vi- Pſ. 26. 13
det æterna præmia? *Tibi dixit cor meum*, Propheta
loquitur domino, *Tibi dixit cor meum, exquiſivit te* Ibid. 2.
facies mea: faciem tuam, Domine, requiram. Quis tri-
buat, ut omnes ſurgentes ſtetis in excelſo, & videa-
tis exultationem quæ ventura eſt vobis a Domino?

N. 10. In corde tuo pone viam veritatis inquirere,
ne forte ſis de eorum numero, qui viam civitatis ha-
bitaculi non invenerunt. Magis autem ſollicitus eſto
aſcendere non modo cogitatione cæleſtis gloriæ, ſed &
converſatione quæ cæleſtem gloriam mereatur.

N. 11. Tertium nihilominus montem lego, in quem Mat. 14. 23.
aſcendit ſolus orare. Vide ergo quam bene ſponſa in Can-
ticis. *Ecce*, inquit, *venit iſte ſaliens in montibus*. In Cant. 11. 8.
primo transfiguratus eſt, ut ſcires quo tenderes: in
ſecundo verba vitæ loquutus eſt, ut ſcires qua venires:
oravit in tertio, ut . . . ſciens quoniam in oratione
datur bona voluntas, cum videris quæ agenda ſunt,
ut convaleſcas ad agenda quæ videris, aſcende tu ad
orationem, ora inſtanter, ora perſeveranter, ſicut ille
pernoctabat in oratione, & dabit Pater bonus ſpiri-
tum bonum petenti ſe.

N. 12. Ut in cælum aſcendas, prius neceſſe eſt le-
vare te ſuper te, calcando carnalia deſideria, quæ in
te militant adverſum te.

N. 13. Sequere etiam aſcendentem crucem exalta-
tum a terra . . . Nulla te mundi oblectamenta incli- Galat. 6. 14.
nent, nullæ adverſitates dejiciant. *Abſit* tibi *gloriari
niſi in cruce Domini tui Jeſu Chriſti, per quem* tibi *mun-
dus crucifixus eſt*: ut quæ mundus appetit, crucem re-
putes: & tu crucifixus mundo, illis quæ mundus cru-
cem reputat, toto inhæreas amore.

N. 14. Jam vero quid ex hoc reſtat, niſi ut ad illum
aſcendas, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcu-
la? . . Sed de illa aſcenſione quid dicam? Quo aſcende-
mus, ut ubi Chriſtus eſt & nos ſimus? . . . Deſideremus
hanc, Fratres mei, ſuſpiremus ad eam jugiter, & eo
magis affectus vigeat, quo deficit intellectus.

Serm. 5. *n.* 1. Hodie ſedenti in throno antiquo dierum
conſeſſurus pariter oblatus eſt Filius hominis, . . idem
ipſe & Dei Filius, & fructus ventris Mariæ eſt . . . Hodie
igi-

igitur ſuum hunc & hominis Filium apud ſemetipſum Pater clarificat claritate quam habuit, priusquam mundus fieret, apud ipſum. Hodie veritatem, quæ de cælo orta eſt, cælum ſibi redditam gloriatur.

Coloſſ. 3. 1. & 2 *N.* 2. Levemus igitur, Fratres mei, levemus in cælum corda cum manibus, & aſcendentem Dominum ſequi velut quibusdam paſſibus devotionis, & fidei contendamus.

N. 3. *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens; quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.* Ac ſi manifeſtius dicat (*Apoſtolus:*) Si conſurrexiſtis, & conſcendite: ſi convivitis & conregnate. Sequamur, fratres, ſequamur agnum quocumque ierit: ſequamur patientem, ſequamur & reſurgentem, ſequamur multo libentius aſcendentem. Crucifigatur vetus homo noſter ſimul cum illo, ut deſtruatur corpus peccati: ut ul-*Rom. 6. 4.* tra non ſerviamus peccato, mortificatis nimirum mem-*2. Pet. 1. 24.* bris noſtris, quæ ſunt ſuper terram. Sed & *quomodo ipſe reſurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. In hoc enim mortuus eſt & reſurrexit, ut peccatis mortui juſtitiæ vivamus.*

N. 4. Ceterum quoniam vitæ novitas locum exigit tutiorem, & reſurrectionis dignitas altiorem expetit gradum, ſequamur etiam aſcendentem, quærere videlicet & ſapere quæ ſurſum ſunt, ubi ille eſt, non quæ ſuper terram. Quæris quis ille ſit locus? Apo-*Gal. 4. 26.* ſtolum audi. *Quæ ſurſum eſt*, inquit, *Hieruſalem li-*Gal. 4. 26.* bera eſt, quæ eſt mater noſtra.* Vis ſcire quænam ibi *Pſ. 142. 2. & 3.* ſint? Viſio pacis eſt, *Lauda Hieruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion: qui poſuit fines tuos pacem.* O pax quæ exuperas omnem ſenſum! o pax etiam ſuper pacem! O menſura ſuper menſuram, conferta & coagitata & ſupereffluens! Comparete igitur Chriſto *Pſ. 33. 15.* anima Chriſtiana: conreſurge, conſcende: quod eſt: *declina a malo, & fac bonum: inquire pacem, & perſequere eam.*

N. 8. Si quærimus quæ ſurſum ſunt, etiam ſapere & prælibare interim ſtudeamus... Omnes, ni fallor, quæ ſurſum ſunt quærimus intellectu fidei, & judicio rationis; ſed non æque forſitan ſapimus omnes quæ ſurſum ſunt, tanquam ineſcati his quæ ſunt ſuper terram, violento quodam præjudicio affectionis. Unde enim ea quam paulo ante oſtendimus, animorum diverſitas, tanta diſparilitas ſtudiorum, converſationum tanta diſſimilitudo? Unde ſpiritualis gratiæ inopia tanta quibusdam, cum aliis copia tanta exuberet? Profecto nec avarus nec inops eſt gratiæ diſtributor; ſed ubi vacua vaſa deſunt, ſtare oleum neceſſe eſt. Undique ſe ingerit amor mundi: cum conſolationibus, imo deſolationibus ſuis obſervat aditus, per feneſtras irruit, mentem occupat, ſed non ejus qui di-*Pſ. 76. 3. & 4* xit: *Renuit conſolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus ſum.* Præoccupatum nempe ſæcularibus deſideriis animum delectatio ſancta declinat: nec miſceri poterunt vera vanis, æterna caducis, ſpiritualia corporalibus, ſumma imis, ut pariter ſapias quæ ſurſum ſunt, & quæ ſuper terram.

N. 10. Nobis autem unde in his tenebris veritas, unde charitas in hoc ſeculo nequam, in hoc mundo qui totus poſitus eſt in maligno? Putasne erit qui intellectum illuminet, qui inflammet affectum? Erit utique, ſi convertamur ad Chriſtum, ut velamen de cordibus auferatur... Memento enim Dei verbum & ſapientiam incarnatam: cujus utique opus erat toto illo tempore, quo videri in terris, & inter homines converſari dignata eſt ineffabilis illa virtus, illa gloria, illa majeſtas, illuminare oculos cordis, etiam ſuadere fidem hominibus prædicatione pariter & oſtenſione ſignorum... Nec modo ante paſſionem, ſed & *Act. 1. 3.* poſt reſurrectionem *in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, & loquens de Regno Dei:* quando & ſenſum eis ut Scripturas intelligerent, legitur aperuiſſe, intellectum potius informabat, quam purgabat affectum.

N. 11. Quando enim ad ſpiritualia affici poſſe animales? Imo vero ne ipſam quidem meram lucem poterant aliquatenus ſuſtinere, ſed exhibere illis oportuit verbum in carne.... Sed ea quoque uſus eſt in ſalutem, & Diſcipulorum animos, qui nec ad fidei intellectum ſine aliqua mutatione affectus poterant promoveri, nec aſſurgere adhuc ad ſpiritualia prævalebant, in ſuæ carnis provocavit affectum: ut amore quodam humano operanti mira loquenti homini adhærent amore utique carnali adhuc, ſed tam valido, ut ceteris omnibus prævaleret.... Beatæ aures quæ verba vitæ ab ipſius incarnati Verbi ore percipere merebantur, quibus enarrabat Unigenitus qui eſt in ſinu Patris, & nota faciebat quæcumque audiſſet a Patre; ut flumina doctrinæ cæleſtis ab ipſius veritatis puriſſimo fonte haurirent, univerſis poſtmodum gentibus propinanda, imo eructanda putarent.

N. 12. Quid mirum, Fratres, ſi implebat triſtitia cor eorum cum ab eis ſeſe pronuntiaret iturum, & adderet: *Quo ego vado, vos non poteſtis venire modo?* *Joh. 8. 21.* Quidni concuterentur viſcera, turbaretur affectus, hæſitaret animus, hæreret vultus, paveret auditus, nec omnino æquanimiter diſceſſionis ejus ſermo poſſet admitti, ut relinqueret eos, pro quo omnia reliquiſſent? Ceterum non ut maneret in carne, ſed ut transferretur ad ſpiritum, totus ab eo in illam carnem Diſcipulorum fuerat collectus affectus, ut dicere eſſet aliquando: *Et ſi cognovimus Chriſtum ſecundum carnem, ſed* *2. Cor. 5. 16.* *nunc jam non novimus.* Unde benigniſſimus ille Magiſter blandis eos fovens conſolationibus, ait, *Rogabo* *Joh. 14. 16.* *Patrem meum, & alium Paracletum dabit vobis, ſpiritum veritatis, qui vobiſcum maneat in æternum.* Et item: *Ego veritatem dico vobis, expedit vobis ut ego vadam.* *Joh. 16. 7.* *Niſi enim abiero, Paracletus non veniet ad vos.* Grande myſterium, Fratres mei. Quid enim ſibi vult, *Niſi ego abiero, Paracletus non veniet?*.... Niſi carnis præſentia veſtris ſubtrahatur aſpectibus, ſpiritualis gratiæ plenitudinem occupata mens non admittit, non recipit animus, non capit affectus.

N. 13. Quid vobis videtur, Fratres? Si hæc ita ſunt, imo quia ita ſunt, audeat quis de cetero phantaſticis quibusdam illecebris deditus, ſectans lenocinia carnis ſuæ, carnis utique peccatricis, genitæ in peccatis, aſſuetæ peccatis, in qua denique bonum non eſt, illum pariter expectare Paracletum? Audiat, inquam, qui huic ſterquilinio ſemper inhæret, qui carnem fovet, in carne ſeminat, carnem ſapit, illam nihilominus conſolationem ſupernæ viſitationis, torrentem voluptatis illum, illam ſperare gratiam Spiritus vehementis, quam, ut veritas ipſa teſtatur, ne cum ipſa quidem Verbi carne percipere ullatenus Apoſtoli potuerunt? Errat omnino ſi quis cæleſtem illam dulcedinem huic cineri, divinum illud balſamum huic veneno, chariſmata illa ſpiritus miſceri poſſe hujusmodi illecebris arbitratur. Falleris, Thoma ſancte, falleris ſi videre dominum ſperas ab Apoſtolorum collegio ſeparatus. Non amat veritas angulos, non ei diverſoria placent. In medio ſtat, id eſt, diſciplina & vita communi, communibus ſtudiis delectatur. Usquequo miſer diverticula captas, & conſolationes propriæ voluntatis tanto labore quæritas, tanto rubore mendicas? Et quid facio, inquit? *Ejice ancillam, & filium ejus, non enim* *Gen. 21. 10.* *hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ:* Nulla, ut dictum *Gal. 4. 30.* eſt, conventio veritati & vanitati, luci & tenebris, ſpiritui & carni, igni & tepiditati.

N. 14. *Si moram fecerit expecta illum, quia veniet &* *Habac. 2. 3* *non tardabit.* Apoſtoli decem dies in hac expectatione *ſederunt perſeverantes unanimiter in oratione cum mulie-* *Act. 1. 14.* *ribus, & Maria matre Jeſu.* Et tu igitur orare diſce, diſce quærere, petere, pulſare, donec invenias, donec accipias, donec aperiatur tibi... Præveniet certe *in benedictionibus dulcedinis* deſolatam animam & *Pſ. 20. 4.* orantem.

N. 15. Quod evidentius in Apoſtolis invenitur impletum. Ubi enim *videntibus illis* ſuus ille Jeſus tam *Act. 1. 9.* manifeſte *elevatus eſt, & ferebatur in cælum*,.. ipſa... oculata fide edocti ſunt ſupplices in cælum levare oculos, puras tendere manus, promiſſa ſibi dona chariſmatum poſtulantes, donec fieret repente de cælo ſonus advenientis ſpiritus vehementis, advenientia utique ignis, quem Dominus Jeſus mittebat in terram, volens vehementer accendi... Cui nos gratiæ pro noſtræ exiguitatis modulo præparantes, exinanire per omnia nosmetipſos, & a delectationibus miſeris, & caducis conſolationibus evacuare ſtudeamus, dilectiſſimi, corda, maximeque nunc inſtante die feſto, & ferventius, & fiducialius unanimiter perſeveremus in oratione, ut ſua nos viſitatione, ſua conſolatione, & confirmatione dignetur Spiritus ille benignus, ſpiritus dulcis, ſpiritus fortis, infirma roborans, aſpera planans, corda purificans.

§. 14. *De Feſto Pentecoſtes.*

I. Quo die celebratur illapſus Spiritus ſancti in Apoſtolos?

A *R.* Quinquageſima poſt Chriſti reſurrectionem die, (A) quæ ideo Pentecoſtes dicitur, nam græce πεντηκόστη ἡμέρα idem eſt quod latine quinquageſima dies.

I. Quomodo illapſus eſt Spiritus ſanctus in Apoſtolos?

B *R.* Circa horam tertiam, (B) id eſt circa horam nonam matutinam, cum eſſent ſimul omnes juxta præceptum Domini Jeroſolymis congregati,

C (C) & *perſeverantes in oratione cum mulieribus*

Act. 1. 14. *& Maria matre Jeſu & fratribus ejus, factus eſt*

Ibid. 11. 2. *repente de cælo ſonus tanquam advenientis ſpiritus vehementis & replevit totum domum. 3. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum. 4. Et repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis:* Et ſigna multa operati ſunt, & mutati in homines alios: & impleti ſunt ſapientia, lumine & zelo.

(Cetera quæ ad hanc rem pertinent jam diximus prima parte hujus operis: Ibi legeſis.) *Sect.* 2. *c.* 2. §. 1.

I. Quid ad hæc Judæi qui tunc Jeroſolymis aderant?

R. Advenerunt tunc Judæi ex omnibus urbis regionibus Jeroſolymam ad celebrandum feſtum Pentecoſtes. *Facta autem hac voce convenit multitudo & mente confuſa eſt, quoniam audiebat unusquiſque lingua ſua* Apoſtolos *loquentes*. Plurimique ex Judæis illis ad Chriſtum converſi ſunt. (D) *Act.* 11. 6. D

I. Ergo & feſtum Pentecoſtes celebrabatur a Judæis?

R. Celebrabatur & quinquageſima die poſt Paſcha: eratque dies apud eos ſollemniſſima. (E) E

I. Unde iſthæc ſollemnitas apud Judæos?

R. 1. Quia hac ipſa die, id eſt, quinquageſima poſt exitum ex Ægypto acceperant per Moyſen ad radicem montis Sinai mediis in ignibus & vocibus tonitruum & fulguribus legem a Deo ſcriptam in tabulis lapideis. (F). F

2. Hac

(A) S. AUGUST. *ad Inquiſitiones Januarii, lib.* 1. *Epiſt.* 54. *alias* 118. *c.* 1. *n.* 1. Illa autem quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe ſervantur, datur intelligi vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenariis Conciliis, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata atque ſtatuta retineri, ſicuti quod Domini paſſio & reſurrectio & adſcenſio in cælum, & adventus de cælo Spiritus ſancti, anniverſaria ſolemnitate celebrantur, & ſi quid aliud tale occurrit quod ſervatur ab univerſa, quacumque ſe diffundit, Eccleſia.

Epiſt. 55. *alias* 119. *ſeu lib.* 2. *ad Inquiſitionem Januarii, c.* 15. *n.* 28. Ipſe Dominus & quadraginta dies poſt reſurrectionem in hac terra, & in hac vita cum Diſcipulis converſatus eſt, & poſteaquam aſcendit in cælum, decem diebus interpoſitis, promiſſum miſit Spiritum ſanctum, completo die Pentecoſtes ... Dies quinquaginta .. qui celebrentur poſt Domini reſurrectionem jam in figura non laboris ſed quietis & lætitiæ. Propter hoc & jejunia relaxantur, & ſtantes oramus, quod eſt ſignum reſurrectionis, unde etiam omnibus diebus Dominicis, id ad altare obſervatur & *Alleluja* canitur, quod ſignificet actionem noſtram futuram non eſſe niſi laudare Deum.

N. 29. Sed dies quinquageſimus & in Scripturis commendatur, & non tantum in Evangelio, quia tunc Spiritus ſanctus advenit, ſed etiam in veteribus Libris. Nam & ibi poſteaquam Paſcha occiſo agno celebraverunt, dies quinquaginta numerantur, uſque ad diem quo lex data eſt in monte Sina famulo Dei Moyſi, digito Dei ſcripta: in libris autem Evangelii apertiſſime declaratur, digitum Dei ſignificare Spiritum ſanctum. Cum enim unus Evangeliſta dixiſſet, *in*

Luc. 11. 20. *digito Dei ejicio dæmonia*, alius hoc idem ita dixit: *In*

Mat. 12. 28. *ſpiritu Dei ejicio dæmonia*... Occiditur ovis, celebratur Paſcha, & interpoſitis quinquaginta diebus datur lex ad timorem ſcripta digito Dei. Occiditur Chri-

Iſai. 53. 7. ſtus qui *tamquam ovis ad immolandum ductus eſt*, ſicut Iſaias teſtatur, celebratur verum Paſcha, & interpoſitis quinquaginta diebus datur ad caritatem Spiritus ſanctus, qui eſt digitus Dei.

(B) ACTOR. 11. 15. Non enim ſicut vos æſtimatis, hi ebrii ſunt, cum ſit hora diei tertia.

(C) LUC. XXIV. 49. Et ego mitto promiſſum Patris mei in vos. Vos autem ſedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.

(D) ACT. 11. 41. Qui ergo receperunt ſermonem ejus, (*Petri*) baptizati ſunt: & appoſitæ ſunt in ille die animæ circiter tria millia.

(E) LEVITICI XXIII. 9. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 10. Loquere Filiis Iſrael, & dices ad eos: Cum ingreſſi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarum, primitias meſſis veſtræ, ad ſacerdotem: 11. Qui elevabit faſciculum coram Domino, ut acceptabile ſit pro vobis, altero die ſabbati, & ſanctificabit illum. 12. Atque in eodem die quo manipulus conſecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocauſtum Domini. 13. Et libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ ſimilæ conſperſæ oleo, in incenſum Domini, odoremque ſuaviſſimum: liba quoque vini, quarta pars hinc. 14. Panem, & polentem, & pultes non comedetis ex ſegete, uſque ad diem qua offeretis ex ea Deo veſtro. Præceptum eſt ſempiternum in generationibus, cunctisque habitaculis veſtris. 15. Numerabitis ergo ab altero die ſabbati, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum, ſeptem hebdomadas plenas, 16. uſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ, id eſt quinquaginta dies: & ſic offeretis ſacrificium novum Domino. 17. Ex omnibus habitaculis veſtris, panes primitiarum duos de duabus decimis ſimilæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini. 18. Offeretisque cum panibus ſeptem agnos, immaculatos anniculos, & vitulum de armento unum, & arietes duos, & erunt in holocauſtum cum libamentis ſuis, in odorem ſuaviſſimum Domino. 19. Facietis & hircum pro peccato, duoſque agnos anniculos hoſtias pacificorum. 20. Cumque elevaverit eos ſacerdos cum panibus primitiarum coram Domino, cedent in uſum ejus. 21. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque ſanctiſſimum: omne opus ſervile non facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus veſtris.

DEUTER. XVI. 9. Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in ſegetem miſeris. 10. Et celebrabis diem feſtum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem ſpontaneam manus tuæ, quam offeres juxta benedictionem Domini Dei tui. 11. Et epulaberis coram Domino Deo tuo, tu, filius tuus, & filia tua, ſervus tuus, & ancilla tua, & Levites qui eſt intra portas tuas, advena, ac pupillus & vidua, qui morantur vobiſcum: in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi: 12. Et recordaberis quoniam ſervus fueris in Ægypto: cuſtodieſque ac facies quæ præcepta ſunt... 16. Tribus vicibus per annum apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit: in ſolemnitate azymorum, in ſolemnitate hebdomadarum, & in ſolemnitate tabernaculorum. Non apparebit ante Dominum vacuus. 17. Sed offeret unuſquiſque ſecundum quod habuerit juxta benedictionem Domini Dei ſui, quam dederit ei.

(F) EXOD. XIX. 9. Ait ei (Moſi) Dominus: Jam nunc veniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Nuntiavit ergo Moyſes verba populi ad Dominum. 10. Qui dixit ei: Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie, & cras, laventque veſtimenta ſua. 11. Et ſint parati in diem tertium; in die enim tertia deſcendet Dominus coram omni plebe, ſuper montem Sinai. 12. Conſtituesque terminos per circuitum, & dices ad eos: Cavete, ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur. 13. Manus non tanget eum, ſed lapidibus opprimetur, aut confodietur jaculis; ſive jumentum fuerit, ſive homo, non vivet. Cum cœperit clangere buccina, tunc aſcendant in montem.

Tom. I. Zzzz 14. De-

Digitized by Google

PARS. II. SECT. IV. CAP. II. §. 14.

2. Hac die ſollemniter offerebant Domino panes ex primitiis novæ meſſis. (G) G

Illud autem feſtum typus fuit illius quod & nos hac ipſa die celebramus. Nam

1. Hac die Spiritus ſanctus in Apoſtolos ceteroſque Chriſti Diſcipulos deſcendit, ut ſcriberet legem Dei non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis eorum, ut Prophetæ prædixerant, infunderetque iis non timorem ſed amorem Dei. (H) H

2. Hac die primitiæ frugum meſſis Apoſtolicæ Domino conſecratæ ſunt; Judæorum nempe tria millia qui ad primam Petri vocem in Chriſto renati ſunt. (I) I

I. Qua ratione agenda eſt hæc ſollemnitas ex mente Eccleſiæ?

R. 1. Hæc omnia frequenti & ſedula meditatione animo revolvenda.

2. Adorandus Spiritus ſanctus, & ab eo poſtulandum, ut quod in Apoſtolis operatus eſt, & in no-

14. Deſcenditque Moyſes de monte ad populum, & ſanctificavit eum. Cumque laviſſent veſtimenta ſua, 15. ait ad eos: Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus veſtris. 16. Jamque advenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem: clangorque buccinæ vehementius perſtrepebat: & timuit populus qui erat in caſtris. 17. Cumque eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum, ſteterunt ad radices montis. 18. Totus autem mons Sinai fumabat: eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace: eratque omnis mons terribilis. 19.... Moyſes loquebatur, & Deus reſpondebat ei.

XX. 1. Locutuſque eſt Dominus cunctos ſermones hos: 2. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi de terra Ægypti, de domo ſervitutis. 3. Non habebis deos alienos coram me. 4. Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. 5. Non adorabis ea, neque coles: ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me. 6. Et faciens miſericordiam in millia, his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. 7. Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. Nec enim habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra. 8. Memento ut diem ſabbati ſanctifices. 9. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. 10. Septimo autem die, ſabbatum Domini Dei tui eſt: non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus, & filia tua, ſervus tuus, & ancilla tua, jumentum tuum, & advena qui eſt intra portas tuas. 11. Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requievit in die ſeptimo. Idcirco benedixit Dominus diei ſabbati, & ſanctificavit eum. 12. Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. 13. Non occides. 14. Non mœchaberis. 15. Non furtum facies. 16 Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium. 17. Non concupiſces domum proximi tui. Nec deſiderabis uxorem ejus, non ſervum, non ancillam, non bovem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt. 18. Cunctus autem populus videbat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ, montemque fumantem, & perterriti ac pavore concuſſi, ſteterunt procul. 19. Dicentes Moyſi: Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. 20. Et ait Moyſes ad populum: Nolite timere: ut enim probaret vos venit Deus, & ut terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis. 21. Stetitque populus de longe, Moyſes autem acceſſit ad caliginem in qua erat Deus.

S. HIERONYM. *ad Fabiolam de 42. manſion. Iſrael in deſerto, Manſion. 12. tom. 2. edit. BB.* Die tertio deſcendit Dominus in montem: quo fumante, & fulgore, tonitruo, caligine, voce, tuba, mortalium corda terrentibus, Moyſes loquebatur & Dominus reſpondebat ei. Supputemus numerum, & inveniemus quinquageſimo die egreſſionis Iſrael ex Ægypto in vertice montis Sinai legem datam. Unde & Pentecoſtes celebratur ſolemnitas, & poſtea Evangelii ſacramentum Spiritus ſancti deſcenſione completur: ut ſicut priori populo quinquageſima die, .. vero jubilæo & vero anno remiſſionis, & veris quinquaginta & quingentis denariis, qui debitoribus dimittuntur, lex data eſt: ad Apoſtolos quoque & qui cum eis erant, in centum viginti Moſaicæ ætatis numero conſtitutis, deſcenderit Spiritus ſanctus, & diviſis linguis credentium, totus Evangelica prædicatione mundus expletus ſit.

S. AUG. *Quæſt. in Exod. lib. 2. Quæſt. 25.* Dignus autem Dei, ſicut Evangelium manifeſtiſſime loquitur, Spiritus ſanctus intelligitur. Namque uno Evangeliſta ita narrante verba Domini, ut diceret. *Si ego in digito Dei ejicio dæmonia*, alius Evangeliſta idipſum narrans exponere voluit quid ſit digitus Dei, & ait, *Si ego in ſpiritu Dei ejicio Dæmonia.* Luc. 11. 20. Matt. 12. 28.

Quæſt. 70. Tertia enim die deſcendet Dominus in montem Sina coram omni populo. Hoc die reperitur data lex, quæ in tabulis lapideis ſcripta eſt digito Dei, ſicut conſequentia docent. Dies autem iſte tertius apparet tertii menſis ab exitu Iſrael de Ægypto. Ex die ergo quo Paſcha fecerunt, id eſt, agnum immolaverunt & ederunt, qui fuit quartus decimus primi menſis, uſque ad iſtum quo lex datur, dies quinquaginta numerantur: decem & ſeptem ſcilicet primi menſis, reliqui ab ipſo quartodecimo: deinde omnes triginta ſecundi menſis, qui fiunt quadraginta ſeptem; & tertius tertii menſis, qui eſt a ſolemnitate occiſi agni quinquageſimus. Ac per hoc in iſta umbra futuri, ſecundum agni immolati diem feſtum, ſicut quinquageſimo die lex data eſt, quæ conſcripta eſt digito Dei: ita in ipſa veritate novi teſtamenti a feſtivitate agni immaculati Chriſti Jeſu quinquaginta dies numerantur, & Spiritus ſanctus de altiſſimo datus eſt. Digitum Dei autem eſſe Spiritum ſanctum, & ſupra jam diximus teſte Evangelio. Exod. 19. 11. Exod. 31. 18. Exod. 22. 6.

JANSENIUS IPRENSIS *hic* ... Cum lex data ſit die 50. ab egreſſu, in cujus memoriam dies Pentecoſtes, quaſi diceres quinquageſimæ, inſtitutum eſt.

MENOCHIUS *hic* verſ. 11. Dies hic tertius fuit quinquageſimus a Paſchate, & ab egreſſu ab Ægypto, fuitque Pentecoſtes, quo legem a Deo acceperunt in Sina.

Ceteros Scripturæ Interpretes conſule.

(G) LEVIT. XXIII. 9. *&c. Vide ſupra hocce §. lit.* (E)

(H) JEREM. XXXI. 33. Hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael: poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. 34. Et non docebit ultra vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Dominum: omnes enim cognoſcent me a minimo eorum uſque ad maximum, ait Dominus, quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius.

EZECHIEL. XI. 17. Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus diſperſi eſtis, daboque vobis humum Iſrael. 18. Et ingredientur illuc, & auferent omnes offenſiones, cunctaſque abominationes ejus de illa. 19. Et dabo eis cor unum, & ſpiritum novum tribuam in viſceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum: 20. ut in præceptis meis ambulent, & judicia mea cuſtodiant, faciantque ea: & ſint mihi in populum, & ego ſim eis in Deum.

XXXVI. 24. Tollam vos de gentibus, & congregabo vos de univerſis terris, & adducam vos in terram veſtram. 25. Et effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab univerſis idolis veſtris mundabo vos. 26. Et dabo vobis cor novum, & ſpiritum novum ponam in medio veſtri: & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum. 27. Et ſpiritum meum ponam in medio veſtri: & faciam ut in præceptis meis ambuletis, & judicia mea cuſtodiatis, & operemini. 28.... Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.

HEBR. X. 16. Hoc autem teſtamentum, quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit Dominus, dando leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum ſuperſcribam eas: 17. & peccatorum & iniquitatum eorum jam non recordabor amplius.

(I) ACTOR. II. 41. *Vide ſupra hocce §. lit.* (D)

S. LEO.

Digitized by Google

nobis operetur; nimirum, ut legem Dei & Præcepta & monita Chriſti ſcribat in cordibus noſtris, faciatque ut & hæc & amemus & operemur.

3. Quod maxime cogitandum, hac die conſummata ſunt omnia Chriſti myſteria, conſummatum magnum opus Chriſti. Mittens enim Chriſtus Spiritum ſanctum donorum ſuorum cu- PARS II.
mulo replevit Eccleſiam ſuam: quod magnum eſt SECT. IV.
opus Chriſti. Hanc ergo Eccleſiæ perfectionem hac CAP. II.
die celebramus. Hinc agendæ gratiæ Salvatori & §. 14.
conditori & capiti noſtro Jeſu Chriſto. (K) K

§. 15.

(K) S. LEO. *Serm. 73. de Pentecoſte* 1. c. 1. Hodiernam feſtivitatem, dilectiſſimi, in præcipuis feſtis eſſe venerandam Catholicorum corda cognoſcunt: Nec dubium eſt quanta huic diei reverentia debeatur, quem Spiritus ſanctus excellentiſſimo ſui muneris miraculo conſecravit. Nam ab illo die, quo Dominus ſuper omnem cælorum altitudinem ad dexteram Dei Patris conſeſſurus aſcendit, decimus iſte eſt, qui ab ejuſdem Reſurrectione quinquageſimus nobis in, eo a quo cœpit, illuxit, magna myſteria in ſe & veterum ſacramentorum continens & novorum: quibus manifeſtiſſime declaratur & gratiam prænuntiatam fuiſſe per legem, & legem impletam eſſe per gratiam. Sicut enim Hebræo quondam populo ab Ægyptiis liberato, quinquageſimo die poſt immolationem agni lex data eſt in monte Sina; ita poſt Paſſionem Domini, qua verus Dei agnus occiſus eſt, quinquageſimo a reſurrectione ipſius diei, in Apoſtolos plebemque credentium Spiritus ſanctus illapſus eſt: ut facile diligens Chriſtianus agnoſcat initia veteris teſtamenti Evangelicis miniſtraſſe principiis, & ab eodem Spiritu conditum fœdus ſecundum, a quo primum fuerat inſtitutum.

Act. 11. 4. *Cap.* 2. *Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis.* O quam velox eſt ſermo ſapientiæ: & ubi Deus magiſter eſt, quam cito diſcitur quod docetur! Non eſt adhibita interpretatio ad audiendum, non conſuetudo ad uſum, non tempus ad ſtudium; ſed ſpirante ubi voluit Spiritu veritatis propriæ ſingularum gentium voces, factæ ſunt in Eccleſiæ ore communes. Ab hoc igitur die tuba Evangelicæ prædicationis intonuit; ab hoc die imbres chariſmatum, flumina benedictionum omne deſertum, & univerſam aridam rigaverunt; quoniam ad re-
Geneſ. 1. 2. novandam faciem terræ *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas:* & ad veteres tenebras abigendas novæ lucis fulgura coruſcabant, cum micantium ſplendore linguarum, & verbum Domini lucidum, & eloquium conciperetur ignitum, cui ad creandum intellectum, conſumendumque peccatum & efficacia illuminandi, & vis ineſſet urendi.

Cap. 3. Quamvis autem, dilectiſſimi, valde fuerit ipſa rei geſtæ forma mirabilis, nec dubium ſit in illo omnium humanarum vocum exultante conventu, majeſtatem Spiritus ſancti fuiſſe præſentem; nemo tamen in iis quæ corporeis viſa ſunt oculis divinam ejus putet apparuiſſe ſubſtantiam. Natura enim inviſibilis, & cum Patre, & cum Filio communis, qualitatem muneris atque operis ſui, qua voluit ſignificatione monſtravit; proprietatem vere eſſentiæ ſuæ in ſua deitate continuit: quia ſicut nec Patrem, nec Filium, ita nec Spiritum ſanctum humanus poteſt viſus attingere. In Trinitate enim divina nihil diſſimile, nihil impar eſt: & omnia quæ de illa poſſunt ſubſtantia cogitari, nec virtute nec gloria, nec æternitate diſcreta ſunt. Cumque in perſonarum proprietatibus alius ſit Pater, alius ſit Filius, alius Spiritus ſanctus; non tamen alia deitas, nec diverſa natura eſt. Siquidem cum & de Patre ſit Filius unigenitus, & Spiritus ſanctus Patris Filiique ſit Spiritus, non ſicut quæcumque creatura, quæ & Patris & Filii eſt, ſed ſicut cum utroque vivens, & potens, & ſempiterne ex eo quod eſt Pater Filiuſque ſubſiſtens. Unde cum Dominus ante paſſionis ſuæ diem Diſcipulis
Joh. xvi. 13. & ſeq. ſuis ſancti Spiritus ſponderet adventum: *adhuc*, inquit, *multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis illa portare modo. Cum autem ille venerit Spiritus veritatis, ille diriget vos in omnem veritatem. Non enim loquetur a ſemetipſo; ſed quæcumque audierit, loquetur, & futura annuntiabit vobis. Omnia quæ habet Pater, mea ſunt; propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Non ergo alia ſunt Patris, alia Filii, alia Spiritus ſancti; ſed omnia quæcumque habet Pater, habet & Filius, habet & Spiritus ſanctus. Nec umquam in illa Trinitate defuit iſta communio: quia hoc eſt ibi omnia habere quod ſemper exiſtere. Nulla ibi tempora, nulli gradus, nullæ differentiæ cogitentur: & ſi nemo de Deo poteſt explicare quod eſt, nemo audeat affirmare quod non eſt. Excuſabilius enim eſt de natura ineffabili non eloqui digna, quam definire contraria. Quidquid itaque de ſempiterna & incommutabili gloria Patris pia poſſunt corda concipere, hoc ſimul & de Filio & de Spiritu ſancto inſeparabiliter atque indifferenter intelligant. Ideo enim hanc beatam Trinitatem, unum confitemur Deum, quia in his tribus perſonis, nec ſubſtantiæ, nec potentiæ, nec voluntatis, nec operationis eſt ulla diverſitas.

Cap. 4. Sicut ergo deteſtamur Arianos, qui inter Patrem & Filium aliquam volunt eſſe diſtantiam; ita etiam Macedonianos pariter deteſtamur, qui licet Patri & Filio tribuant æqualitatem, Spiritum tamen ſanctum inferioris putant eſſe naturæ; non conſiderantes eam blaſphemiam ſe incidere, quæ neque in præſenti ſæculo, neque in futuro ſit remittenda judicio, dicen-
te Domino: *Quicumque dixerit verbum contra Filium* Mat. 12. 32.
hominis remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Permanens itaque in hac impietate, ſine venia eſt: quia excluſit eum a ſe per quem poterat confiteri; nec umquam perveniet ad indulgentiæ remedium, qui patrocinaturum ſibi non habet advocatum. Ab ipſo enim eſt invocatio Patris, ab ipſo ſunt lacrymæ
pœnitentium, ab ipſo ſunt gemitus ſupplicantium. *Et* 1. Cor. 12. 3.
nemo poteſt dicere Dominum Jeſum, niſi in Spiritu ſancto: cujus æqualem cum Patre & Filio omnipotentiam, unamque deitatem evidentiſſime prædicat Apoſtolus
dicens: *Diviſiones quidem gratiarum ſunt, idem autem* 1. Cor. 12. 4.
Spiritus: & diviſiones miniſtrationum ſunt, idem autem & ſeq.
Dominus: & diviſiones operationum ſunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.

Cap. 5. His, dilectiſſimi, aliiſque documentis, quibus innumerabiliter divinorum eloquiorum coruſcat auctoritas, ad venerationem Pentecoſtes unanimiter incitemur, exultantes in honorem ſancti Spiritus, per quem omnis Eccleſia Catholica ſanctificatur, omnis anima rationalis imbuitur: qui inſpirator fidei, doctor ſcientiæ, fons dilectionis, ſignaculum caſtitatis, & totius eſt cauſa virtutis. Gaudeant fidelium mentes, quod in toto mundo unus Deus, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, omnium linguarum confeſſione laudatur, quodque illa ſignificatio, quæ in ſpecie ignis apparuit & opere perſeverat, & munere. Ipſe enim ſpiritus virtutis, facit domum gloriæ ſuæ luminis ſui nitore fulgere; & in templo ſuo, nec tenebroſum aliquid vult eſſe, nec tepidum ... Paſtorali vos ſollicitudine cohortamur, ut ſi quid macularum proximis diebus negligentia incauta contraxit, id & jejunii cenſura caſtiget & devotio pietatis emendet.

Serm. 74. de Pentecoſte 2. c. 1. Pleniſſime nobis, dilectiſſimi, cauſſam atque rationem ſolemnitatis hodiernæ divinorum eloquiorum textus oſtendit, quo ſanctum Spiritum quinquageſimo poſt Domini Reſurrectionem die, qui ab Aſcenſione ejus eſt decimus, infuſum Chriſti Diſcipulis, ſicut promiſſis ſperabatur, agnovimus.

Cap. 2. Cum igitur ad intelligendam dignitatem Spiritus ſancti oculos mentis intendimus, nihil diverſum ab excellentia Patris & Filii cogitemus; quia in nullo ab unitate ſua diſcrepat Divinitatis eſſentia. Sempiternum eſt Patri coæterni ſibi Filii ſui eſſe genitorem. Sempiternum eſt Filio intemporaliter eſſe a Patre progenitum. Sempiternum quoque eſt Spiritui ſancto, ſpiritum eſſe Patris & Filii: ut numquam Pater ſine Filio, numquam Filius ſine Patre, numquam Pater & Filius fuerint ſine Spiritu ſancto: & omnibus exiſtentiæ gradibus excluſis, nulla ibi perſona ſit anterior, nulla poſterior. Hujus enim beatæ Trinitatis incommutabilis Deitas una eſt in ſubſtantia, indiviſa in opere, concors in voluntate, par in potentia, æqualis in gloria.

Cap. 3. ... Quod enim Pater eſt, hoc eſt & Filius, hoc eſt & Spiritus ſanctus; & vera Deitas in nullo ſeſe aut minor, aut major eſt, quæ ſic in tribus confitenda eſt perſonis, ut & ſolitudinem non recipiat Trinitas, & unitatem ſervet æqualitas. Hac, dilectiſſimi, fide firmiter apprehenſa, non ambigamus, quod cum in die Pentecoſtes Diſcipulos Domini Spiritus ſanctus implevit, non fuit inchoatio muneris, ſed adjectio largitatis; quoniam & Patriarchæ & Prophetæ & Sacerdotes, omneſque Sancti, qui prioribus fuere temporibus, ejuſdem ſunt Spiritus

ſancti ſanctificatione vegetari: & ſine hac gratia, nulla umquam inſtituta Sacramenta, nulla ſunt celebrata myſteria: ut eadem ſemper fuerit virtus chariſmatum, quamvis non eadem fuerit menſura donorum.

Cap. 4. Ipſi quoque beati Apoſtoli ante paſſionem Domini ſancto Spiritu non carebant, nec potentia hujus virtutis aberat ab operibus Salvatoris, et cum Diſcipulis daret infirmitatum curationem, & ejiciendorum dæmonum Poteſtatem, ejus utique Spiritus largiebatur effectum, in quo ipſum immundis ſpiritibus imperantem Judæorum negabat impietas, & divina beneficia diabolo deputabat. Unde taliter blaſphemantes merito illam Domini excepere ſententiam, qua ait:
Mat. 12. 31. & 32. *Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus; Spiritus autem blaſphemia non remittetur hominibus. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.* Manifeſtum eſt peccatorum remiſſionem ſine Spiritus ſancti advocatione non fieri, nec quemquam ſine illo ſicut expedit ingemiſcere,
Rom. 8. 26. aut ſicut oportet orare, dicente Apoſtolo: *Quid enim oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Et
1. Cor. 12. 3. *nemo poteſt dicere Dominum Jeſum niſi in Spiritu ſancto*: Quo vacuati nimis exitiabile eſt, nimiſque mortiferum; quia numquam veniam meretur, qui ab interceſſore deſeritur.

Joh. 16. 13. *Cap.* 5. *Cum autem venerit ſpiritus ille veritatis, ille vos diriget in omnem veritatem*... Oportebat capacitatem eorum, qui docebantur, augeri, & multiplicari conſtantiam illius caritatis, quæ omnem formidinem foras mitteret, & furorem perſequentium non timeret. Quod utique Apoſtoli, poſteaquam Spiritus ſancti nova abundantia ſunt repleti, ardentius velle, & efficacius poſſe cœperunt, proficientes a præceptorum ſcientia ad tolerantiam paſſionum: ut ſub nulla jam tempeſtate trepidantes, fluctus ſæculi & elationes mundi fide ſupergrediente calcarent, & morte contempta omnibus gentibus Evangelium veritatis inferrent.

Cap. 8.... Nos autem, dilectiſſimi, ad beatam æternitatem & animæ & carnis per regenerationem Sancti Spiritus adoptati, ſacratiſſimum diei iſtius feſtum, rationabili obſequio, & caſta lætitia celebremus, confitentes cum beato Paulo Apoſtolo, quod *Dominus Jeſus*
Epheſ. 4. 8. *Chriſtus aſcendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.*

Cap. 9. Ad præſentem autem ſolemnitatem etiam iſta nobis adjicienda devotio: ut jejunium quod ex Apoſtolica traditione ſubſequitur celebremus; quia & hoc inter maxima ſancti Spiritus dona numerandum eſt, quod nobis adverſum illecebras carnis & inſidias diaboli jejuniorum ſunt collata præſidia, quibus omnes tentationes Deo adjuvante vincamus.

Serm. 75 *in Pentecoſte* 3. *cap.* 1. Hodiernam, dilectiſſimi, feſtivitatem toto terrarum orbe venerabilem, ille ſancti Spiritus conſecravit adventus, qui poſt Reſurrectionem Domini quinquageſimo die in Apoſtolos populumque credentium, ſicut ſperabatur, influxit. Sperabatur autem, quia illum Dominus Jeſus ſpoponderat adfuturum, non ut tunc primum eſſe Sanctorum habitator inciperet, ſed ut ſacrata ſibi pectora & ferventius accenderet, & copioſius inundaret: cumulans ſua dona, non inchoans; nec ideo novus opere, quia ditior largitate. Numquam enim ab omnipotentia Patris & Filii, Spiritus ſancti eſt diſcreta majeſtas: & quidquid in diſpoſitione omnium rerum agit divina moderatio, ex totius venit providentia Trinitatis. Una eſt ibi benignitas miſericordiæ, una cenſura juſtitiæ, nec aliquid eſt in actione diviſum, ubi nihil eſt in voluntate diverſum. Quos ergo illuminat Pater, illuminat Filius, illuminat Spiritus ſanctus. Cumque alia ſit perſona miſſi, alia mittentis, alia promittentis, ſimul nobis & unitas manifeſtatur, & Trinitas: ut eſſentia habens æqualitatem & non recipiens ſolitudinem, & ejuſdem ſubſtantiæ, & non ejuſdem intelligatur eſſe perſonæ.

Cap. 4. Cum igitur ad confitendum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum aciem mentis intendimus, procul ab animo formas viſibilium rerum & ætates temporalium naturarum, procul corpora locorum, & loca corporum repellamus. Diſcedat a corde quod ſpatio extenditur, quod fine concluditur, & quidquid nec ſemper ubique, nec totum eſt. Cogitatio de deitate Trinitatis concepta, nihil per diſtantiam intelligat, nihil per gradus quærat. At ſi quid dignum de Deo ſenſerit, nulli hoc ibi audeat negare perſonæ, tamquam honorificentius Patri adſcribat, quod Filio Spirituique non tribuat. Non eſt pietas Unigenito præferre Genitorem. Filii contumelia, Patris eſt injuria: quod uni demitur, utrique detrahitur. Nam cum illis & ſempiternitas ſit communis & Deitas, nec omnipotens Pater, nec incommutabilis æſtimatur, ſi aut minorem ſe genuit, aut quem non habuit, habendo profecit.

Cap. 6. Non minuit in Deo miſericordia poteſtatem, nec dilata reconciliatio creaturæ ſempiternæ defectus eſt gloriæ. Quæ habet Pater, habet Filius, & quæ habet Pater & Filius, habet & Spiritus ſanctus, qui tota ſimul Trinitas eſt unus Deus. Hanc autem fidem terrena ſapientia non reperit, nec opinio humana perſuaſit: ſed ipſe unigenitus Filius docuit, ipſe Spiritus ſanctus inſtituit; de quo nihil eſt aliter quam de Patre & Filio ſentiendum. Quia licet non ſit Pater, non ſit Filius, non tamen eſt a Patre Filioque diviſus; & ſicut propriam habet in Trinitate perſonam, ita unam habet in Patris & Filii Deitate ſubſtantiam, omnia implentem, omnia continentem, & cum Patre & Filio univerſa moderantem in ſæcula. Amen.

S. AUG. *Serm.* 266. *In vigiliis Pentecoſtes, alias* 5. *inter editos ex Major. Carthuſ.* MSS. *n.* 2. Solemnitatem modo celebramus adventus Spiritus ſancti: nam die Pentecoſtes, qui dies jam cœpit, erant uno in loco centum viginti animæ, in quibus Apoſtoli & mater Domini & alii utriuſque ſexus orantes & exſpectantes promiſſum Chriſti, hoc eſt adventum Spiritus ſancti. Non erat inanis ſpes exſpectantis, quia non erat fallax pollicitatio promittentis: quod exſpectabatur advenit, & vaſa munda, a quibus ſuſciperetur, invenit. *Viſæ ſunt illis linguæ diviſæ velut ignis, qui & inſedit ſuper unumquemque*
eorum, & cœperunt loqui linguis, ſicut Spiritus dabat eis Act. 2. 3.
pronuntiare. Unuſquiſque homo linguis omnibus loquebatur, quia futura Eccleſia in omnibus linguis prænuntiabatur. Unus homo ſignum erat unitatis: omnes linguæ in uno homine, omnes gentes in unitate.

Serm. 267. *alias de tempore* 186. *c.* 1. *num.* 1. Hodiernæ diei ſolemnitas Domini Dei magni & magnæ gratiæ quæ ſuperfuſa eſt ſuper nos recordationem facit. Ideo enim ſolemnitas celebratur, ne quod ſemel factum eſt, de memoria deleatur... Celebramus hodie adventum Spiritus ſancti: Dominus enim Spiritum ſanctum de cœlo miſit, quem in terra promiſit... Hoc ergo promiſſum expectantes in una domo erant, orabant: quia deſiderabant, jam ipſa fide, quod ipſa oratione, ipſo ſpiritali deſiderio; utres novi erant, vinum novum de cælo exſpectabatur, & venit.

Cap. 2. *n.* 2. Magnum miraculum. Omnes qui aderant, unam linguam didicerant. Venit Spiritus ſanctus, impleti ſunt, cœperunt loqui linguis variis omnium gentium, quas non noverant, nec didicerant; ſed docebat ille qui venerat; intravit, impleti ſunt, fudit. Et tunc hoc erat ſignum, quicumque accipiebat Spiritum ſanctum, ſubito impletus Spiritu linguis omnium loquebatur.. Docent nos litteræ ipſæ, poſtea crediderunt homines, baptizati ſunt, acceperunt Spiritum ſanctum, linguis omnium gentium locuti ſunt.

Cap. 3. *num.* 3. *Accipietis virtutem Spiritus ſancti, ſu-* Act. 1. 7. & 8.
pervenientis in vos, & eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in toto Judæa & Samaria, & uſque in fines terræ. Eccleſia tunc in una domo erat, accepit Spiritum ſanctum: in hominibus paucis erat, in linguis totius orbis erat. Ecce quod prætendebat modo. Nam quod illa Eccleſia parva linguis omnium gentium loquebatur, quid eſt, niſi quod Eccleſia iſta magna a ſolis ortu uſque ad occaſum linguis omnium gentium loquitur? Modo impletur quod tunc
promittebatur, audivimus, videmus. *Audi filia, & vi-*
de: ipſi Reginæ dictum eſt, *audi filia, & vide*: audi pro- Pſ. 44. 11.
miſſum, vide completum.

Cap. 4. *num.* 4. Si vultis habere Spiritum ſanctum, intendite, Fratres mei: ſpiritus noſter quo vivit omnis homo, anima vocatur; ſpiritus noſter quo vivit ſingulus quiſque homo, anima vocatur: & videtis quid faciat anima in corpore. Omnia membra vegetat, per oculos videt, per aures audit, per nares olfacit, per linguam loquitur, per manus operatur, per pedes ambulat; omnibus ſimul adeſt membris, ut vivant: vitam dat omnibus, officia ſingulis.... Sic eſt Eccleſia Dei: in aliis ſanctis facit miracula, in aliis ſanctis loquitur veritatem, in aliis ſanctis cuſtodit virginitatem, in aliis ſanctis cuſtodit pudicitiam conjugalem, in aliis hoc, in aliis illud: ſinguli propria operantur, ſed pariter vivunt. Quod autem eſt anima corpori hominis, hoc eſt Spiritus ſanctus corpori Chriſti, quod eſt Eccleſia: hoc agit Spiritus ſanctus in to-

ta

ta Eccleſia, quod agit anima in omnibus membris unius corporis.

Serm. 268. in die Pent. 2. alias 20. ex Sirm. num. 1. Propter adventum Spiritus ſancti hodiernus dies ſolemnis eſt nobis a reſurrectione Domini quinquageſimus. Quid ipſe adventus Spiritus ſancti, quid egit? Præſentiam ſuam unde docuit? unde monſtravit? Linguis omnium gentium locuti ſunt omnes... Quid ergo, ſinguli in quos venit Spiritus ſanctus, ſingulis linguis omnium gentium ſunt locuti, illi alia lingua, & illi alia, & quaſi diviſerunt inter ſe linguas omnium gentium? Non ſic: ſed unusquisque homo, unus homo linguis omnium gentium loquebatur. Loquebatur unus homo linguis omnium gentium: unitas Eccleſiæ in linguis omnium. Ecce & hic unitas Eccleſiæ catholicæ commendatur toto orbe diffuſæ.

N. 2. Qui ergo habet Spiritum ſanctum, in Eccleſia eſt, quæ loquitur omnium linguis. Quicumque præter hanc Eccleſiam eſt, non habet Spiritum ſanctum. Ideo enim Spiritus ſanctus in omnium linguis gentium ſe demonſtrare dignatus eſt, ut ille ſe intelligat habere Spiritum ſanctum, qui in unitate Eccleſiæ continetur, *Ephes. 4. 4.* quæ linguis omnibus loquitur. *Unum corpus*, Paulus dicit Apoſtolus: *unum corpus, & unus ſpiritus*. Membra noſtra attendite. Multis membris conſtitutum eſt corpus, & vegetat membra omnia unus ſpiritus... Quod eſt ſpiritus noſter, id eſt anima noſtra, ad membra noſtra; hoc Spiritus ſanctus ad membra Chriſti, ad corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia. Ideo Apoſtolus, corpus unum nominaſſet, ne intelligeremus mortuum corpus: *unum*, inquit, *corpus*. Sed rogo te, vivit hoc corpus? Vivit. Unde? De uno ſpiritu. *Et unus Spiritus*.

N. 4... Ecce hodierno die adveniente, Spiritu ſancto implentur omnes qui aderant, loquuntur linguis omnium gentium. Item ipſa unitas per linguas omnium gentium commendatur, commendatur a Domino reſurgente, commendatur a Chriſto adſcendente; confirmatur a Spiritu ſancto hodie veniente.

Serm. 269. in die Pentecoſtes 3. alias 21. ex Sirmond. n. 1. Adventum ſpiritus ſancti anniverſaria feſtivitate celebramus. Non deſit obſequium linguæ ei, qui & linguas omnes indoctis donavit, & linguas doctorum in omnibus gentibus ſubjugavit, & diverſas linguas gentium ad unitatem fidei congregavit. *Act. 2. 2. & ſeq.* *Factus eſt enim ſubito de cælo ſonus, quaſi ferretur flatus vehemens, & viſæ ſunt illis linguæ diviſæ, velut ignis, qui & inſedit ſuper unumquemque eorum, & cœperunt linguis loqui, quemadmodum Spiritus dabat eis pronuntiare*. Flatus enim ille non inflavit, ſed vegetavit: ignis ille non crematvit, ſed excitavit. Impletum eſt in eis quod fuerat *Pſ. 18. 4.* tanto ante prophetatum, *Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum*: ut deinde ad prædicandum Evangelium diſtributi, quod ſequitur, facerent, *Ibid. 5.* *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*. Quid enim aliud Spiritus ſanctus prænuntiabat in linguis omnium gentium, quas donabat eis, qui unam tantum ſuæ gentis linguam didicerant, quod indicium præſentiæ ſuæ tunc eſſe voluit, niſi omnes gentes Evangelio credituras, ut primo unusquisque fidelium, poſtea vero ipſa unitas Eccleſiæ linguis omnibus loqueretur?

Serm. 270. in die Pentecoſtes 4. alias 22. ex Sirmond. n. 1. Quoniam ſanctam ſolemnitatem celebramus diei tam ſanctæ, ut hodie venerit ipſe Spiritus ſanctus, admonet nos tam feſtiva & grata ſolemnitas, de ipſo dono Dei, gratia Dei, & abundantia miſericordiæ ejus in nos, id eſt, de ipſo Spiritu ſancto aliquid loqui.

Joh. 16. 7. *N. 2. Expedit enim vobis ut ego vadam. Niſi ego abiero, Paracletus non veniet ad vos*. Niſi adſpectibus carnalibus veſtris humana forma ſubtraheretur, divinum aliquid capere, ſentire, cogitare minime poteritis. Hoc ſit ſatis. Inde oportebat, ut poſt reſurrectionem & adſcenſionem Domini Jeſu Chriſti, ejus de Spiritu ſancto promiſſio compleretur. Sic enim & ipſe Johannes Evangeliſta ex perſona ſua diſerat, quando Jeſus eumdem ſignificans Spiritum ſanctum clamaverat, dicens, *Joh. 7. 37. & 38.* *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat; & flumina aquæ vivæ fluent de ventre ejus*. Secutus enim Evangeliſta ait, *Ibid. 39.* *Hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant ii, qui in eum credituri erant. Nondum enim erat Spiritus datus, quia Jeſus nondum fuerat glorificatus*. Glorificatus eſt ergo Dominus noſter Jeſus Chriſtus reſurrectione & adſcenſione, & miſit Spiritum ſanctum.

Mat. 5. 17. *N. 3.* Miſſus eſt Spiritus ſanctus, ut lex impleretur, & fieret quod ipſe Dominus dixerat, *non veni legem ſolvere, ſed adimplere*. Hoc donat credentibus, hoc donat fidelibus, hoc donat eis quibus dat Spiritum ſanctum. Quanto ſit ea quisque capacior, tanto ad operandam legem ſit facilior.

N. 4. Dico enim dilectioni veſtræ, quod & vos conſiderate, & facile videre poteritis: caritas implet legem... Si ergo caritas implet legem, unde eſt iſta caritas? Recolite, advertite, & videte, quia donum Spiritus ſancti eſt caritas. *Caritas enim Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis*. *Rom. 5. 5.*

N. 5. Implebit eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus (numera) *conſilii & fortitudinis, ſcientiæ & pietatis, ſpiritus timoris Dei*. *Iſai. 11. 2.* Veluti deſcendens ad nos gratia ſpiritalis, a ſapientia incipit, terminat ad timorem. Nos autem adſcendentes, ab imo ad ſumma tendentes, incipere debemus a timore, & terminare ad ſapientiam. *Initium enim ſapientiæ timor Domini*. *Pſ. 110. 10.*

N. 6. Spiritus ſanctus ex multis in unum colligit: capitur autem per humilitatem, repellitur per ſuperbiam... Unde dictum eſt: Deus *ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam*. *Jacob. 4. 6.* Quid eſt, *dat gratiam*? Dat Spiritum ſanctum. Implet humiles, quia capaces invenit.

Serm. 171. alias de tempore 187. in die Pentecoſtes 5.... Celebramus iſtum diem quo Dominus Jeſus Chriſtus poſt Reſurrectionem Adſcenſione glorificatus miſit Spiritum ſanctum... Flatus ille a carnali palea corda mundabat; ignis ille fœnum veteris concupiſcentiæ conſumebat. Linguæ illæ quibus loquebantur a Spiritu ſancto impleti per omnium gentium linguas futuram Eccleſiam præſignabant... Vos autem membra corporis Chriſti, germina unitatis, filii pacis, hunc diem agite læti, celebrate ſecuri.

S. Johan. Chrysos. *de ſancta Pentecoſte ſerm. 36. de diverſis N. T. locis*. Vultis noſſe feſtivitatem hanc etiam hodiernam ſingulis diebus impleri poſſe, immo vero ſingulis diebus eſſe? Videamus, quænam illius ſit occaſio, & cujus rei gratia ipſam agamus. Quia nimirum Spiritus ſanctus advenit: nam quemadmodum cum fidelibus eſt hominibus unigenitus Dei Filius, ita quoque Spiritus Dei. Unde hoc conſtat? *Qui diligit me, mandata mea ſervabit: & ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis*... *Joh. 14. 15. & ſeq.* Semperque poſſumus Pentecoſten celebrare; atque ut intelligatis nobis ſemper feſtum agitare licere, neque determinatum eſſe tempus, neque nos temporis neceſſitate coarctari, quid Paulus dicat, audite. *2. Cor. 5. 6.* Itaque feſtum agitemus, tametſi non erat tunc feſtivitas: cum hæc ſcriberet, non erat Paſcha, non erat Pentecoſtes; ſed indicat non tempus, ſed conſcientiam mundam feſtum efficere. Nihil enim aliud eſt feſtum quam lætitia: ſpiritualem vero lætitiam nihil aliud gignit, quam conſcientia bonorum operum: porro is, cui bona ſit conſcientia, & talia opera, feſtum agere ſemper poteſt. Hoc igitur ipſum indicans Paulus dicebat: Itaque feſtum agitemus *non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis*. *Ibid.* Vides ut temporum neceſſitate nequaquam te conſtrinxerit, ſed ad puram habendam conſcientiam fuerit cohortatus? Vellem equidem totum in hoc ſermonem conſumere: qui enim quosdam poſt longum temporis intervallum in manus ſumpſerint, eos facile non dimittunt: quando igitur vos, qui poſt annum adeſtis, intra retia noſtra cepimus, hodie dimittere minime volumus; ſed ne ſermonis de hoc feſto recedatis expertes, ab hac cohortatione ad feſtivitatis occaſionem oratio traducenda eſt. Multa quidem ſæpenumero de cælo in terram generi humano delapſa ſunt bona: qualia vero demiſſa ſunt hodierno die, numquam antea: cognoſcite igitur qualia prius & qualia hodierno die, ut & utrorumque diſcrimen animadvertatis. Pluit in terram manna Deus, & panem cæli dedit eis: panem enim Angelorum manducavit homo, res procul dubio magna eſt, *Pſ. 77. 24.* Deique digna benignitate: poſtea de cælo demiſſus eſt ignis, & Judaicum populum errantem correxit, ac ſacrificium abripuit ab altari. *3. Reg. 18. 38.* Omnibus rurſus fame tabeſcentibus demiſſa eſt pluvia, multamque frugum attulit ubertatem: magna ſunt hæc & admirabilia, ſed multo majora ſunt præſentia: non manna, ignis, & pluvia demiſſa eſt hodie, ſed imber ſpiritualium donorum, nimbi deſuper ſunt dejecti, quibus non jam ad fruges proferendas tellus excitatur, ſed naturæ perſuadetur humanæ, ut virtutis fructum hominum agricolæ reddat, quique guttam inde exceperant, naturæ ſuæ confeſtim obliviſcebantur; & Angelis omnis terra ſubito replebatur, angelis non cæleſtibus, ſed qui huma-

nu in

§. 15. *De Feſto Corporis Chriſti.*

I. Quanam die celebratur feſtum ſolemne ſacroſancti Euchariſtiæ myſterii?

R. Feria quinta poſt octavam Pentecuſtes: diciturque feſtum hoc feſtum Corporis Chriſti: quia ſacroſanctum Corpus Chriſti ſub ſpecie panis & vini reipſa continetur.

I. Cur hoc feſtum non celebratur feria quinta majoris hebdomadæ, qua die Chriſtus hoc ſacramentum inſtituit?

R. Celebrat quidem Eccleſia & illa die feſtum inſtitutionis ſacroſanctæ Euchariſtiæ; ſed quia tunc maxime recolit Chriſti dolores & mortem, ideo diem aliam cum octava deligendam eſſe cenſuit, in qua illius tanti myſterii inſtitutio ſpecialius & ſolemnius ageretur.

3. Reg. 18. 28. *R.* Rem ſic explicat S. Thomas. „ Etſi, inquit, „ in die cœnæ quando ſacramentum prædictum noſcitur inſtitutum, inter Miſſarum ſolemnia de „ inſtitutione ipſius ſpecialis mentio habeatur: totum tamen reſiduum hujus diei officium ad Chriſti paſſionem pertinet, circa cujus venerationem „ Eccleſia illo tempore occupatur. Ut autem integro celebritatis officio inſtitutionem tanti ſacramenti recoleret plebs fidelium, Romanus Pontifex Urbanus quartus hujus ſacramenti devotione affectus, pie ſtatuit præfatæ inſtitutionis memoriam prima quinta feria poſt octavas Pentecoſtes a cunctis fidelibus celebrari, ut qui per totum anni circulum hoc ſacramento utimur ad ſalutem, hujus inſtitutionem illo tempore ſpecialiter „ recolamus, quo Spiritus ſanctus corda Diſcipulorum edocuit ad plene cognoſcenda hujus myſteria ſacramenti: nam & in eodem tempore cœpit „ hoc ſacramentum a fidelibus frequentari.

I. Cur & quando Urbanus IV. hoc feſtum inſtituit?

R. Inſtituit illud anno 1262. (A) ut obſiſteret errori eorum qui negare tunc temporis auſi ſunt Chriſtum eſſe realiter, ut vocant, & ſubſtantialiter præſentem in Eucariſtia. Primus errorem hunc docuerat Berengarius Andegavenſis Archidiaconus ann. 1004. ſed poſtmodum facti pœnitens hæreſim ejuravit, & Catholicus obiit: nec propterea extinctus error eſt. Sectatores habuit Berengarius, qui errantem quidem ſed non pœnitentem magiſtrum ſecuti ſunt. Tandemque pene ſopitus error ſuſcitatus eſt denuo a Zuinglio, Calvino, ceteriſque ſacramentatiis Hæreticis. (B)

I. Cur hac die in proceſſione ſolemni circum-

no in corpore poteſtatum incorporearum virtutem exhiberent. Non enim illi deorſum deſcenderunt, ſed quod mirabilius fuit, qui deorſum erant, ad illorum virtutem aſcenderunt: non enim carne depoſita nudis animabus incedebant, ſed naturam retinentes animi propoſito Angeli fiebant... Natura noſtra ante decem dies ad regium thronum aſcendit, & hodierno die Spiritus ſanctus ad naturam noſtram deſcendit, primitias noſtras Dominus in cælum evexit, & Spiritum ſanctum demiſit. Alter eſt Dominus, qui hæc dona diſtribuit; nam Spiritus ſanctus eſt Dominus, & diſpenſationem noſtra cauſa ſuſceptam Pater & Filius & Spiritus ſanctus inter ſe diviſerunt: nondum decem elapſi dies erant, ex quo Chriſtus aſcenderat, & ſpiritualia nobis dona miſit, reconciliationis illius munera. Nam ut ambigeret nemo & quæreret, quid tandem in cælos aſcendens Chriſtus egiſſet, num Patri nos reconciliaſſet, num propitium ipſum reddidiſſet, ut nobis oſtenderet ſe naturæ illum noſtræ placatum reddidiſſe, confeſtim nobis reconciliationis illius dona miſit. Cum enim uniti ſunt & reconciliati inter ſe inimici, poſt reconciliationem ſtatim ſequuntur invitationes, convivia, & munera. Miſimus ergo nos fidem, & inde Spiritus dona recepimus: miſimus obedientiam, & juſtitiam recepimus.

(A) D. Edm. Martenne *Lib. de antiq. Eccleſ. diſcipl. in div. celebrandis offic. cap. 29. num. 1.* Feſtum ſacratiſſimi Corporis Chriſti primam ſui originem debet Leodienſibus, qui ante omnes Eccleſias illud receperunt, hortante præſertim beatiſſima virgine Juliana Montis-Cornelii apud Leodium ſanctimoniali, & promovente Roberto, ejuſdem civitatis Epiſcopo: cui cum Julianæ de inſtituenda noſtra feſtivitate votum complacuiſſet, ut habent acta S. Julianæ apud Bollandum 5. Aprilis, univerſis Eccleſiaſticis perſonis ſuæ Diœceſeos, per elegantem Epiſtolam præcepit, ipſam ſolemnitatem ſingulis annis die ad hoc ſtatuto cum officio celebrari, & ab eorum plebibus ſicut diem Dominicam ſub omni ſervili opere inviolabiliter obſervari. Atque ut res faciliori negotio executioni demandaretur, circiter viginti officia ipſius feſtivitatis fecit de proprio conſcribi, volens ea ad habendam copiam per loca diſtribui opportuna. Officium iſtud aliud fuiſſe nobis minime videtur, quam illud quod ad S. Julianæ preces quidam Joannes conſcripſit, de quo in MS. Vallis rubeæ hæc leguntur: Hoc officium incipit: *animarum cibus*, & reperitur plenum in urbe Tungrenſi & aliis locis. Deinde Urbanus IV. Officium quod ubique cantetur inſtituit. Addit Chapeauvilla, illud officium haberi in Eccleſia collegiata S. Martini, & parrochiali S. Joannis Baptiſtæ Leodii, & pluribus Eccleſiis Leodienſis Diœceſis.

N. 2. Porro ne piiſſimo fraudaretur voto Robertus, & ne quiſquam negligentium Prælatorum de ignorantia ſe poſſet excuſare, propoſuit in generali ſua Synodo, quæ ſingulis annis convenientibus Eccleſiarum Rectoribus & Conciliorum Decanis in unum fieri ſolet, quod per Epiſtolam ſtatuerat viva voce ſolemniter publicare. Verum ipſe morte præventus, ſanctum haud quaquam potuit adimplere propoſitum. At Hugo S. R. E. Cardinalis ad partes Alemanniæ a ſummi Pontificis latere deſtinatus, hoc in ſe ſuſcepit negotium, primuſque in S. Martini Eccleſia Leodienſi feſtum illud & promulgavit & celebravit: diem quoque quo per annos ſingulos celebrari deberet inſtituit, & ab omnibus ad hoc præparatis, quorum Deus corda tangeret, licentiam tribuit percipiendi ſingulis annis ipſo ſolemnitatis die SS. Corpus Chriſti... Ad ipſius etiam Cardinalis exhortationem Canonici majoris Eccleſiæ Leodienſis, dicto Cardinali in partibus ipſis adhuc agente, præmiſſam ſolemnitatem in officio plenario celebrarunt. Neque his contentus Hugo, ſed antequam ad Romanam curiam reverteretur, dictæ ſolemnitati providere ſtuduit in futurum. Nam a cunctis Eccleſiarum Rectoribus & Prælatis, & aliis Chriſti fidelibus infra legationis ſuæ terminos conſtitutis, ipſam ſtatuit celebrandam, eamdem fieri rogans & præcipiens & injungens ſingulis annis die ad hoc præfixa cum proprio officio ipſi ſolemnitati deputato. Cardinalis litteras ad omnes Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Decanos, Archidiaconos &c. infra terminos ſuæ legationis conſtitutos exhibent acta S. Julianæ. Poſtmodum vero, ut inquiunt eadem acta, cum Reverendus Pater Petrus ad Velum-aureum Diaconus Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legatus Leodium adveniſſet, dictam ſolemnitatem confirmavit, & de eadem Epiſtolam compoſuit elegantem.

N. 3. Ut autem firmior & inconvulſa præfata inſtitutio per futura ſæcula permaneret, Stephanus Canonicus Leodienſis una cum Maria ſorore ſua non infimam bonorum ſuorum partem Eccleſiæ S. Martini contulit, quo in perpetuum ſolemni ritu in ea celebraretur. Joannes vero de Lauduno Eccleſiæ prædictæ Canonicus Octavam Corporis Chriſti fundavit. Sed tandem Jacobus de Trecis Eccleſiæ Leodienſis Archidiaconus factus ſummus Pontifex Urbanus IV. feſtum Corporis Chriſti per univerſam Eccleſiam celebrari mandavit, data Bulla Septembris die 8. anni 1262. quam poſtmodum Clemens Papa V. confirmavit in Concilio Viennenſi. ad cujus conſtitutionem Gloſſa hæc habet: „ Quia illa conſtitutio Urbani non fuit recepta ab „ omnibus, ideo Clemens Papa V. innovavit illam con„ ſtitutionem, & illam præcepit ab omnibus obſervari. In Galliis tamen ante annum 1318. haud quamquam receptam fuiſſe docet Papyrius Maſſonius in lib. 5. de Epiſcopis Urbis in vita Urbani IV.

(B) Baronius *tom. xi. ann Chriſt* 1004. *pag.* 21. *edit. Vaticanæ ann* 1605. *in fol. edit. Colon.* 25. Jam viperini fœtus e portis inferi, tamquam e matris utero enixi, in damnum Eccleſiæ emittebantur, qui ſe ſpiris ſinuoſis inferebant in ſancta, ut ſanctum ſanctorum, ſacramentum ſacramentorum ſi poſſent, auferrent ab ea... Et ſi (*Leuthericus Senonenſis Archiepiſcopus*) tacuit ipſe, reprehenſus a Rege (*Roberto*) timore pœnæ,

næ, ne ita regis caperet ab ampliſſima dignitate, & careret cathedra; haud ſerpens rumor ille eſt omnino repreſſus, ſed paulatim in dies creſcens, in manifeſtam tandem erupit hæreſim ſub patrocinio infeliciſſimi Berengarii... Adelmanus Epiſcopus Brixienſis poſtea adverſus eum diſertam valde ſcripſit Epiſtolam, in qua habet inter alia iſta quidem memoria digna.

N. 7. „ Avertat Dominus a te, ſancte Frater, ſemitas tales, & convertat pedes tuos in teſtimonia ſua,
„ & mendaces oſtendat, qui famam tuam tam fœda labe
„ maculare nituntur, ſpargentes usquequaque ut non
„ ſolum Latinas, verum etiam Teutonicas aures, inter
„ quas diu peregrinor, repleverint, quaſi te ab unitate ſanctæ matris Eccleſiæ divulſeris & de corpore &
„ ſanguine Domini, quod quotidie in univerſa terra ſuper ſanctum altare immolatur, aliter quam fides Catholica teneat, ſentire videaris: hoc eſt, ut illorum
„ de te dictis utar, non eſſe verum Corpus Chriſti, neque verum Sanguinem, ſed figuram quamdam & ſimilitudinem.

Ann. 1028. edit. Rom. pag. 94. Col. 99. Qui (*Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis*) moriens, haud dubium teſtimonium reliquit de Berengario olim ſuo diſcipulo. Nam... cum in extremis poſitum multi viſitarent, & ædium capacitas vix confluentibus capiendis ſufficeret; ille inter oppoſitas catervas oculis rimatus Berengarium, viſu quo potuit expellendum cenſuit, quo teſtatus, immanem dæmonem prope eum conſiſtere, multosque ad eum ſequendum blandientem manu & illicite corrumpere.

Anno 1035. edit. Rom. pag. 124. Col. 130. Berengarius Turonenſis Andegavenſis Archidiaconus, cujus error de veritate Corporis Chriſti in ſacramento Euchariſtiæ negara fuerat,... a Roberto Rege damnatus, ut nedum efferi, ſed nec audiri eo vivente permiſſus ſit: eo jam defuncto, liberius absque obice hæreſim promulgare atque firmare auſus eſt, annuente Brunone Andegavenſi Epiſcopo... Cum vero nefandæ blaſphemiæ rumor jam Gallias univerſas impleſſet, necnon & Germanias pervaſiſſet; Henricus I. Francorum Rex Chriſtianiſſimus Roberti parentis ut regni ita & pietatis hæres, ejus exemplo ad condemnandum errorem, profligandam hæreſim, penitusque obruendam, ut nullatenus amplius audiretur ne ejus exſurrexerit, quamvis ſuorum civili bello teneretur jugiter occupatus; probe ſciens, tunc reddi ſibi Deum propitium ad debellandos infeſtos hoſtes, cum emergentes hæreſes comprimuntur, & regia poteſtate, ne vel mutire audeant, continuo ſtrangulantur; reddique tunc pacificum, atque divina protectione ſecurum regnum, cum Rex ſollicite curat ejus Eccleſiam ab omni prorſus hæreſis labe impollutam, integramque ſervare. Quamobrem paterno exæſtuans zelo, impiger ad conficiendum monſtrum, ab inferis portis nuper emerſum, & magna omnium admiratione, ſed majori deteſtatione auditum... totius regni Epiſcopos ad Concilium vocat. *Verum* acceptis a Durando Leodienſi Epiſcopo Henricus Rex Francorum litteris, bene a tanto Antiſtite perſuaſus, a cœptis creditur deſtitiſſe: non enim ipſe dum vixit, aliquod fuiſſe contra Berengarium & ſocium impietatis collectum Concilium, memoria reperitur, ſicut aliorum Conciliorum longe minoris momenti. Sed & quod, dum idem Chriſtianiſſimus Rex ſuperſtes fuit, numquam auditus eſt Berengarius, vel ex ſuis aliquis quid impium muſſitaſſe; æque coercitos ſunctos homines regia juſſione fuiſſe, par eſt credere, atque petiiſſe abdita ſilvarum beſtias truculentas, eſt dignum exiſtimata: interea vero ſpumanta ore, rabie acuiſſe dentes ad nova certamina, eventa monſtrarunt.

Ann. 1050. n. 1. Quæ ex Lanfranco in commentario contra Berengarium de hac eadem Romana, cui ipſe interfuit, didicimus, in medium ſic afferimus. Ait enim: *Tempore S. Leonis Papæ delata eſt hæreſis tua*, alloquitur Berengarium ipſum, *ad Apoſtolicam ſedem. Qui cum ſynodo præſideret, ac reſiderent ſecum non parva multitudo Epiſcoporum, Abbatum, diverſique ordinis e diverſis regionibus religioſarum perſonarum; juſſum eſt in omni audientia recitari, quas mihi de corpore & ſanguine Domini litteras tranſmiſiſti. Portitor quippe earum legatus tuus me in Northmannia non reperto, tradidit eas quibusdam Clericis. Quas cum legiſſent, & contra uſitatiſſimam Eccleſiæ fidem ſcriptas animadvertiſſent, zelo Dei accenſi, quibusdam ad legendas eas porrexerunt. Itaque factum eſt, ut non deterior de te quam de me fuerit exorta ſuſpicio, ad quem videlicet tales litteras deſtinaveris, putantibus multis, me fovere ac favere, quæ a te dicerentur, vel gratia qua te diligerem, vel fide qua revera ita eſſe indubitanter tenerem. Igitur cum a quodam Rhemenſi Clerico Romam perlatas veritatem legeret, intellecto quod Joannem Scotum extolleres, Paſchaſium damnares, communi de Euchariſtia fidei adverſa ſentires: promulgata eſt in te damnationis ſententia, privans te communione ſanctæ Eccleſiæ, quam tu privare ſancta ejus communione ſatagebas. Poſt hæc præcepit Papa ut ſurgerem, pravi rumoris a me maculam abſtergerem, fidem meam exponerem, expoſitam plus ſacris auctoritatibus, quam argumentis probarem. Itaque ſurrexi, quod ſenſi, dixi; quod dixi, probavi; quod probavi, omnibus placuit, nulli diſplicuit.* Hactenus de Synodo Romana Lanfrancus, in qua damnato, ut vidiſti, Berengario ipſe Lanfrancus abſolutionis ſententiam retulit.

N. 4. Quæ autem contra eumdem Berengarium poſt hæc actitata ſint eodem anno in Concilio Vercellenſi, a Lanfranco ſic accipe: *Debinc declarata eſt Synodus Vercellenſis, quæ tunc proximo ſeptembri eodem præſidente Pontifice, eſt celebrata Vercellis, ad quam vocatus non veniſti. Ego vero præcepto & precibus præfati Pontificis usque ad ipſam Synodum ſecum remanſi. In qua in audientia omnium, qui de diverſis hujus mundi partibus illuc convenerant, Johannis Scoti liber de Euchariſtia lectus eſt ac damnatus: ſententia tua expoſita ac damnata. Fides ſanctæ Eccleſiæ, quam ego teneo, & tenendam aſtruo, audita, & concordi omnium ſenſu confirmata. Duo clerici, qui legatos tuos ſe eſſe dixerunt, volentes te defendere, in primo ſtatim aditu defecerunt, & capti ſunt. Ab hac ſententia numquam diſceſſit ſanctus Leo in omnibus ſuis Conciliis, ſeu quibus ipſe præſertim ſuam exhibuit, ſeu quæ per Legatos ſuos in diverſis provinciis congregari inſtituit. Quæ ſententia non effugit ſucceſſorem quoque ſuum felicis memoriæ papam Victorem.*

Ann. 1059. num. 11. De numero Epiſcoporum, qui huic Concilio interfuerunt, Algerus ſic habet: *Quod ut certius innoteſcat fidelibus, Berengarii Andegavenſis Hæretici confeſſio, quam de hujus rei Catholica fide ſcripſit Romæ præſente Nicolao Papa, & coram centum tredecim Epiſcopis jurejurando firmavit, ad medium deferatur, &c.* Eadem de numero habet Lanfrancus: idemque Concilium a Guitmundo hujus temporis nobiliſſimo Scriptore generale nominatur. Ait enim: *Reverſusque aliquanto poſt ad vomitum ſuum, agente ſanctæ recordationis Nicolao Papa, in generali Concilio Romæ iterum confutatur, &c.* In fragmentis vero hiſtoriæ Francorum ad Glabrum appoſitis hæc leguntur de ipſo: *Qua de cauſa a Nicolao Papa evocatus Romam petiit, ubi in præſentia ejusdem Papæ, & multorum Epiſcoporum examinatus, ſuum confitens anathematizavit errorem, Joannem Scotum igni comburens, cujus lectione ad hanc nefariam devolutus fuerat ſectam.*

N. 12. De facta autem tunc in eodem Concilio per ipſummet Berengarium combuſtione librorum, habet iſta Lanfrancus: *A beatæ memoriæ Nicolao tunc Chriſtiani nominis ſummo Pontifice, & a centum tredecim Epiſcopis Romæ audita, examinata, atque damnata ſunt. Tu quoque inclinato corpore, ſed non humiliato corde ignem accendiſti, librosque perverſi dogmatis in medio ſancti Concilii in eum conjeciſti, jurans per id, quod rebus omnibus incomparabiliter majus eſt, fidem a Patribus, qui præſentes erant, traditam inviolabiliter ſervaturum, veteremque doctrinam tuam de corpore & ſanguine Domini ab illa die aliis non prædicaturum.* Quibusnam verbis conceptum fuerit ejusmodi Berengarii jusjurandum, cum in pleno Concilio eſt deteſtatus errorem, fidemque Catholicam profeſſus, hic ex Lanfranco, qui recitat, deſcribendum putamus. Sic ſe habet: *Ego Berengarius, &c.* vide ſic infra.

N. 13. Quod jubente Nicolao Papa, univerſoque Concilio, ab Humberto Epiſcopo Cardinali ſcriptum, & ab ipſo Papa, univerſoque Concilio recognitum, atque probatum antea fuerat. Teſtatur hæc ideo Lanfrancus, cum iſta mox ſubjicit, cauſam ejusmodi conſcribendi per Humbertum confeſſionem retexens, his verbis Berengarium ipſum compellans.

N. 16. Cum ergo veniſſes Romam, fretus iis, qui plus impenſis a te beneficiis, quam ratione a te audita, opem tibi promiſerant, non auſus defenſare, quod antea ſenſeras: poſtulaſti Nicolaum pontificem, ejusque Concilium, quatenus fidem, quam teneri oporteret, verbis tibi traderet, ſcriptura firmaret. Injuncta eſt hujus rei cauſa Humberto Epiſcopo. Itaque verba fidei ſuperius comprehenſa ſcripſit, recitavit, aſſenſu omnium ad legendum, & confitendum tibi tradidit. Tu vero acquieſcens accepiſti, legiſti, confeſſus es, te ita credere jurejurando confirmaſti, tandem manu propria ſubſcripſiſti. Nicolaus Papa gaudens de converſione

tua,

Digitized by Google

cumfertur ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum?

R. Ut celebretur triumphus Chriſti & Eccleſiæ de hoſtibus hujus tanti myſterii,

I. Qua mente intereſſe expedit huic ſolemni Proceſſioni?

R. 1. Cum magna attentione animi, vultuque ad modeſtiam compoſito.

2. Adorandus Chriſtus in hoc myſterio.

3. Participandum ejus triumpho,

4. Supplici mente petenda venia a Chriſto pro omnibus ſacrilegiis & ſceleribus, quibus tremendi hujus myſterii dignitas quotidie polluitur. Maxime autem ſi forte contigerit & nos ejusmodi crimina quondam perpetraſſe.

5. Agendæ gratiæ Chriſto pro inenarrabili dono ejus, & pro accepta & ſervata hactenus fide tanti myſterii.

I. Quid agendum per totam Octavam hujus ſolemnitatis?

R. Ma-

tua, jusjurandum tuum conſcriptum miſit per urbes Italiæ, Galliæ, Germaniæ, & ad quæcumque loca fama tuæ pravitatis antea potuit pervenire: ut ſicut Eccleſiæ ſcandalizatæ prius dolebant de te averſo atque adverſo; ita poſtea gauderent gratiaſque Deo agerent de te reverſo atque converſo. Cur ergo ſcriptum hoc magis adſcribis Humberto Epiſcopo, quam tibi; quam Nicolao pontifici; quam ejus Concilio; quam denique omnibus Eccleſiis, quæ id cum debita reverentia ſuſceperunt, & pro converſione tua Deo gratias retulerunt?

N. 15. Quid igitur? Verſipellis homo, verſutus hæreſiarcha, veternoſus ſerpens non ſic depoſuit ibi vetera ſpolia, ut etiam venena dimiſerit; ſed ut innovatus ſquamis in percuſſores ardentius inſiliret, quod declaravit eventus. Etenim ut abunde Lanfrancus docet, poſt Romanum Concilium, ubi quæ vellet ſcribendi liberam facultatem nactus eſſet infelix, ſcripſit invectivam adverſus eam, quam in hoc ipſo Concilio legit, probavit, juramento firmavit, atque ſubſcripſit, fidei Catholicæ confeſſionem, converſus in Humbertum, qui eam ſcripſiſſet, & in Romanam Eccleſiam cujus auctoritate feciſſet.

Ann. 1059. Menſe Aprili... Romæ in Laterano celebratum liquet ab eodem Nicolao II. Papa generale Concilium, ad quod reus dicturus cauſſam vocatus eſt Berengarius ille Turonenſis patria, Archidiaconus Andegavenſis, ſæpe damnatus Hæreſiarcha.. ſuum confitens anathematizavit errorem. „ Ego Berengarius indignus Diaconus Eccleſiæ ſancti Mauritii Andegavenſis, cognoſcens veram & Apoſtolicam fidem, anathematizo omnem hæreſim, præcipue eam de qua hactenus infamatus ſum. Quæ aſtruere conatur panem & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem ſolummodo ſacramentum, & non verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe, nec poſſe ſenſualiter niſi in ſolo ſacramento manibus Sacerdotum tractari, vel frangi, vel fidelium dentibus atteri. Conſentio autem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedi, & ore & corde profiteor de ſacramento Dominicæ menſæ eam fidem me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc ſancta Synodus auctoritate Evangelica & Apoſtolica tenendam tradidit, mihique firmavit, ſcilicet panem & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem non ſolum ſacramentum, ſed etiam verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe: & ſenſualiter non ſolum ſacramento, ſed in veritate manibus ſacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri, jurans per ſanctam & homouſion Trinitatem, & per hæc ſacroſancta Chriſti Evangelia. Eos vero qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus & ſectatoribus ſuis æterno anathemate dignos eſſe pronuntio. Quod ſi ego ipſe aliquando aliquid contra hæc ſentire ac prædicare præſumpſero, ſubjaceam canonum ſeveritati. Lecto & perlecto ſponte ſubſcripſi". Huc usque ex ſcripto Berengarius recitavit, confirmavit, & ſuo chirographo roboravit.

Ann. 1079. Romæ menſe Februario ex more Synodus a Gregorio Papa VIII. habita eſt, in qua inveteratus dierum malorum ſenex jam octogenarius Hæreſiarcha Berengarius, ſæpe revocatus ad pœnitentiam, ſæpe relapſus, iterum abjurans hæreſim jurejurando profitetur Catholicam fidem, damnans errorem, ut ejusdem Concilii acta docent his verbis... *Omnibus igitur in Eccleſia Salvatoris congregatis, habitus eſt ſermo de corpore & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti, multis hæc, nonnullis illa prius ſentientibus. Maxima ſiquidem pars panem & vinum per ſacræ orationis verba, & Sacerdotis conſecrationem, Spiritu ſancto inviſibiliter operante, converti ſubſtantialiter in corpus Dominicum de Virgine natum, quod & in Cruce pependit, & in ſanguinem, qui de ejus latere militis effuſus eſt lancea, aſſerebat, atque auctoritatibus Orthodoxorum ſanctorum Patrum, tam Græcorum, quam Latinorum modis omnibus defendebat. Quidam vero cæcitate nimia & longa perculſi, figuram tantum ſubſtantiale illud corpus in dextera Patris ſedens eſſe, ſeque & alios decipientes, quibusdam cavillationibus conabantur aſtruere. Verum ubi cœpit res agi, prius etiam quam tertia die ventum fuerit in Synodum, defecit contra veritatem niti pars altera, nempe ſanctus Spiritus ignis emolumenta palearum conſumens, & fulgore ſuo falſam lucem diverberando obtenebrans, noctis caliginem vertit in lucem. Denique Berengarius hujus erroris magiſter, poſt longo tempore dogmatizatam impietatem, erraſſe ſe coram Concilio frequenti confeſſus, veniam poſtulans & orans, ex Apoſtolica clementia meruit, juravitque ſicut in conſequentibus continetur.*

Jusjurandum Berengarii Turonenſis Presbyteri, olim Diaconi Andegavenſis.

„ Ego Berengarius corde credo, & ore confiteor, panem & vinum, quæ ponuntur in altari, per myſterium ſacræ orationis, & verba noſtri Redemptoris, ſubſtantialiter converti in verum & propriam ac vivificam carnem & ſanguinem Jeſu Chriſti Domini noſtri; & poſt conſecrationem eſſe verum Chriſti corpus, quod natum eſt de Virgine, & quod pro ſalute mundi oblatum in Cruce pependit, & quod ſedet ad dexteram Patris: & verum Sanguinem Chriſti qui de latere ejus effuſus eſt, non tantum per ſignum & virtute ſacramenti, ſed in proprietate naturæ, & veritate ſubſtantiæ, ſicut in hoc brevi continetur, & ego legi, & vos intelligitis. Sic credo, nec contra hanc fidem ulterius docebo. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Tunc Dominus Papa præcepit Berengario, ex auctoritate Dei omnipotentis & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ut de corpore & ſanguine Domini numquam ulterius cum aliquo diſputare, vel aliquem docere præſumeret, excepta cauſa reducendi ad fidem hanc eos, qui per ejus doctrinam ab ea receſſerant.

Ann. 1088. Hoc anno die Epiphaniæ (ut ejus Epitaphium habet) Berengarius carioſus Hæreſiarcha, ſæpe falſa pœnitentia eludens Eccleſiam, ea hac vita migravit. Scripſit illud; ſed cum non adhuc Cenomanenſis Epiſcopus eſſet Hildebertus, quo ſignificaſſe viſus eſt, ipſum in Eccleſia Catholica eſſe defunctum, cum Catholicus homo ad ejus tumulum honorificum adeo Epitaphium ſcripſerit: ſed plane longe glorioſius, quam conditio hominis toties lapſi, ac nefandiſſimi Hæreſiarchæ ferret, utpote qui vix laica communione in exitu magna miſericordia dignus haberi potuiſſet. Cum præſertim etiam his temporibus qui vixit, Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus, de ipſo multa habeat indigna Catholico homine, ut apparet ex ejus Epiſtola.... Et Petrus Cluniacenſis Abbas his temporibus proximus, de ipſo cum agit in Epiſtola contra Petrobruſianos, cum deteſtatione atque improperio ejus meminit. Interea autem audi epitaphium, quod recitat Willelmus Malmeſburienſis in rebus Anglicanis his verbis:

Quem modo miratur, ſemperque mirabitur orbis,
Ille Berengarius non obiturus, obit,
Quem ſacræ Fidei faſtigia ſumma tenentem
Jam ſexta dies abſtulit auſa nefas.
Illa dies damnoſa dies & perfida mundo,
Qua dolor & rerum ſumma ruina fuit.
Qua ſtatus Eccleſiæ, qua ſpes, qua gloria Cleri.
Qua cultor juris, jure ruente, ruit.
Quidquid Philoſophi, quidquid cecinere Poetæ
Ingenio ceſſit, eloquioque ſuo.
Sanctior, & major ſapientia majus adorta
Implevit ſacrum pectus & ora Deo.
Pectus eam voluit, vox protulit, actio prompſit,
Singula factori ſic ſtuduere ſuo.
Vir ſacer & ſapiens, cui nomen creſcit in horas,
Quo minor eſt quisquis maximus eſt hominum.
Qui cenſus peperit, parvos ſervavit honores,
Cui potior pauper divite, jusque lucro.

Cui

Digitized by Google

R. Maxime expedit ut ſingulis diebus adſint fideles ſacroſancto ſacrificio, concionibus ſacris, veſpertinis precibus, quæ ſanctiſſimi ſacramenti, ut vocant, Benedictione complentur. Veniantque quotidie in Eccleſiam adoraturi Chriſtum hoc ſacramento velatum, & gratias acturi pro tanto beneficio. (C) C

§. 16. De Feſtis Sanctorum in genere.

I. Per feſta Sanctorum quid intelligis?

R. Hoc nomine intelliguntur dies quas Eccleſia
A Deo conſecrat in Sanctorum memoriam. (A)

I. Eſtne antiquo in more poſitum ut celebrentur feſta Sanctorum in Eccleſia?

R. Ritus celebrandi feſta Martyrum ad nos uſque Apoſtolica traditione manavit. (B) Ceterorum Sanctorum feſta celebrandi ritus antiquiſſimus quidem, ſed tamen priori recentior.

B ¹Quod Martyrum feſta jam ab Apoſtolicis temporibus celebrata ſint, patet ex libro Conſtitutionum Apoſtolicarum; qui licet non ſit Apoſtolorum, nec ſancti Clementis opus, eſt tamen, ut omnes fatentur, Scriptoris antiquiſſimi, & proximi temporibus Apoſtolicis. Ejuſdem traditionis veritas conſtat ex Tertulliano, S. Cypriano, S. Baſilio, S. Gregorio Nyſſeno, S. Gregorio Nazianzeno. S. Hieronymo, S. Chryſoſtomo, Theodoreto, S. Paulino, S. Auguſtino. (C) Poſteriorum Patrum auctoritatem advocare ſuperfluum eſt ad hujus certiſſimæ traditionis confirmationem; a qua

Cui nec deſidiam, nec luxum res dedit ampla,
Nec tumidum fecit multus, & amplus honor.
Qui nec ad argentum, nec ad aurum lumina flexit.
Sed doluit quoties cui daret hæc aberant.
Qui non ceſſavit inopum fulcire ruinas,
Donec inope dando pauper & ipſe fuit.
Cujus cura ſequi naturam, legibus uti,
Et mentem vitiis ora negare dolis:
Virtutes opibus, verum præponere falſo;
Nil vacuum ſenſu dicere, nihil facere;
Lædere nec quemquam; cunctis prodeſſe favorem,
Et populare lucrum, pellere mente, manu.
Cui veſtis textura rudis, cui non fuit unquam
Ante ſitim potus, nec cibus ante famem.
Quem pudor hoſpitium ſtatuit ſibi, quamque libido
Inceſtus ſuperat, tam ſuperavit eam.
Quem natura parens, cum mundo contulit, inquit:
Degenerant alii, naſcitur ille mihi.
Quæque vagabatur, & pene reliquerat orbem
Incluſit ſacro pectore Juſtitiam.
Vir ſacer a puero, qui quantum præminet orbi
Fama, tam famæ præminet ipſe ſuæ.
Fama minor meritis, cum totum pervolat orbem:
Cum ſemper creſcat, non erit æqua tamen.
Vir pius atque gravis, vir ſic in utroque modeſtus,
Livor ut in neutro rodere poſſit eum.
Livor enim deflet, quem carpſerat antea, nec tam
Carpſit & odit eum, quem modo laudat, amat.
Quam prius ex vita, tam nunc ex morte gemiſcit,
Et queritur celeres hujus abiſſe dies.
Vir vere ſapiens, & parte beatus ab omni,
Qui cælos anima, corpore ditat humum.
Poſt obitum vivam ſecum, ſecum requieſcam,
Nec fiat melior ſors mea, ſorte ſua.

Hactenus Hildebertus luxurians, ceu vitis in pampinis, fructu carens veritatis poetico luxu. Subjicit vero iſta Willelmus: *Videas in his verſibus, quod laudis exceſſit modum Epiſcopus.*

Et paulo poſt: „ Berengarius plana quamvis ipſe ſententiam correxerit, omnes tamen quos ex totis terris depravaverat, convertere nequivit. Adeo peſſimum eſt alios exemplo, vel verbo a bono infirmare, quia fortaſſis peccatum te gravabit alienum, cum deletum fuerit tuum.

Ac rurſus inferius. „ Quin & ipſo die Epiphaniorum moriens, gemituque producto recordatus, quod miſeros quoſdem adoleſcentes primo ætatis flore ſecta ſua infecerit „ : *Hodie*, inquit, *in die apparitionis ſuæ apparebit mihi Dominus meus Jeſus Chriſtus propter pœnitentiam, ut ſpero, ad gloriam, vel propter alios ut timeo ad pœnam.*

Pag. 610. Quantum autem temporis Berengarius vixerit, ipſum quidem, ſi quis . . . cuncta ſuperius de ipſo narrata recenſeat, videbit prope nonagenarium deceſſiſſe, ſummam Dei miſericordiam conſecutum, ſi poſt tot iteratos lapſus in hæreſim a ſe damnatam, in Eccleſia Catholica vitæ periodum clauſit.

Legeſis D. de Roye *in Academia Andegavenſi Juris utriuſque Doctoris & Anteceſſoris tractatum ſuper Canonem*, Ego Berengarius 41. *De Conſecr. diſt.* 2. *typis mandatum Andegavi apud Petrum Avril*, 1656.

(C) *Catechisme de Meaux de* M. Jacques Benigne Bossuet, *Lec.* xv. *D.* Cur Eccleſia Proceſſionem adeo magnificam hoc die inſtituit? *R.* Ob duas rationes præcipuas. Ut Domino noſtro de convivio divino inſtituto, & ſancto ſacrificio grates agerentur. 2. Ut victoriæ memoria recoleretur, quam Jeſu Chriſti auxilio de hujus ſacramenti hoſtibus Eccleſia retulit. D. Quomodo intereſſe oportet hujus diei proceſſioni? *R.* Spiritu in id quod agitur intento, oculis ad modeſtiam compoſitis & humum reſpicientibus, cereum, gaudii præſeferendi ergo, manu geſtantes, ad honorem, qui eo die Jeſu Chriſto redditur, & tanti beneficii memoriam.

(A) Eusebius *Lib.* 4 *Hiſtor. Eccleſ. c.* 15. *ſeu Epiſt. Eccleſiæ Smyrnenſis ad Eccleſ. Ponti.* Quo etiam in loco (*in quo Polycarpus martyrium conſummavit*) nobis ſi fieri poterit, convenientibus concedet Deus natalem ejus martyrii diem cum hilaritate, & gaudio celebrare, tum in memoriam eorum qui glorioſo certamine perfuncti ſunt, tum ad poſteros hujuſmodi exemplo erudiendos & confirmandos.

(B) Constitut. Apost. *Lib.* 8. *cap.* 33. In diebus Apoſtolorum vacent (*fideles*): magiſtri enim veſtri fuerunt ad docendum vos de Chriſto: vobiſque Spiritum ſanctum dederunt. In die Stephani protomartyris item vacent, ac reliquis diebus ſanctorum Martyrum, qui Chriſtum vitæ ſuæ antepoſuerunt.

(C) *Vide Conſtitutiones Apoſt. ſupra lit.* (B) *hocce* §.

Tertullian. *Lib. de corona militis cap.* 3. Quomodo uſurpari quid poteſt, ſi traditum prius non eſt? . . . Oblationes defunctis, pro Natalitiis annua die facimus.

S. Cyprian. *Epiſt.* 12. *alias* 37. *ad Clerum ſuum.* Denique, & dies eorum quibus excedunt annotate, ut commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare poſſimus: quanquam Tertullus . . . ſignificet mihi dies quibus in carcere beati fratres noſtri ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu tranſeunt; & celebrentur hic a nobis oblationes, & ſacrificia ob commemorationes eorum, quæ cito vobiſcum Domino protegente celebrabimus.

Epiſt. 39. *alias* 34. *Clero & plebi Carthag.* Laurentius & Ignatius palmas Domini, & coronas illuſtri paſſione meruerunt. Sacrificia pro eis ſemper, ut meminiſtis, offerimus, quoties Martyrum paſſiones & dies anniverſaria commemoratione celebramus.

S. Basil. *Homilia* 19. *in Gordium martyrem.* Naturæ lex eſt apibus innata, fratres dilectiſſimi, ut niſi rex prius agmen præcedat, ab alvearibus nuſquam diſcedant. Vos autem Dei populum, cum nunc primum ad Martyres tanquam ad flores exeuntes, & huc frequentes convenire viderim, quo id duce feceritis exquiro. Quis ingentem hunc æſtum excitavit? Quis hyemalem hanc triſtitiam in vernam ſerenitatem commutavit, ut populus ex civitatis ædificiis tamquam ex apum alvearibus hilarius egreſſus, ad ſuburbanum decen præclarumque Martyris ſtadium conflueret? Quoniam igitur & nos infirmitatis noſtræ oblitos celebritas Martyris excitavit, age & ipſi quoque quantum voce contendere licet, veluti bombantes apes vernantibus floribus circumfuſæ, præclara ipſius geſta perſonemus: rem quidem piam agentes, ſimul & gratam iis qui adſunt . . . Ineptum inſuper, ſi Sanctis, qui res orbis univerſas contempſerunt, his eſſa opus commendationibus putamus. Igitur noſtri tantum cauſa profectus, ſat fuerit illorum celebrare memoriam. Non enim noſtris indigent laudibus ornari, ſed nos ipſorum vitæ hiſtoria & commemoratione, imitationis gratia indigemus . . . Verum quando ejus hodie feſtum celebramus, qui in hujuſcemodi die certamen pro Chriſti nomine ſubiit, quantum ex ejus hiſtoriæ notitia deprehendere libebit, enarrabimus.

S. GREGOR. NAZIANZ. *Orat.* 26. Qua oratione athletas, quorum eſt præſens hæc celebritas, ornabo.

Orat. 6. Quid igitur hoc feſto atque hac hominum frequentia dignum proferemus, ne vos inedia laborantes dimittamus?.. Purificemus noſmetipſos Martyribus, fratres, vel ei potius, cui ipſi quoque cruoris veritatiſque confeſſione purificati & expiati ſunt, teſtimonium dicamus veritati propter Martyres. Hoc illorum certaminibus demus, ut ipſi quoque palmam aſſequamur... Si ad hunc modum coimus, aut confluimus, revera feſtum hunc diem, ut Chriſto gratum eſt, celebramus: revera Martyres honore affecimus, aut aſſiciemus.

S. GREG. NYSSEN. *De S. Theodoro Mart.* Vos, qui populus Chriſti, qui grex ſanctus ac regale eſtis Sacerdotium, qui undique & ex urbibus & ex agris catervatim confluxiſtis, unde ſigno itineris accepto ad hunc ſacrum locum veniſtis? Quis vobis huc veniendi adeo ſeriam ac quaſi præſtitutam neceſſitatem impoſuit? Hocque tempore hiemis, quo & a bello quies eſt, miles armaturam amovet, & nauta gubernaculum ſupra fumum ponit, & agricola aratores boves in præſepio curans quieſcit? An palam eſt, quod ſanctus Martyr ex militaribus ordinibus tuba cecinit, & multos ex diverſis regionibus excitatos ad ſuæ requietis locum ac ſedem vocavit, non ad bellicum inſtruens apparatum, ſed ad dulcem ac maxime Chriſtianos utique decentem pacem cogens?.. Ac nunc deinceps animum attendentes conſiderare, qui hujus puri cultus miniſtri ac Martyrum ſtudioſi eſtis, quanta res ſit juſtus, quamque multas conſequatur remunerationes, (de iis loquor remunerationibus quæ in mundo, & apud nos præſtantur: nam earum, quæ viſum effugiunt, magnificentiæ nemo ſatis idoneus æſtimator eſt) & cognito pietatis fructu, imitamini conſilium, & aſpirate ad animum & voluntatem eorum, qui ita præ ceteris honorantur, atque concupiſcite & affectate ea præmia, quæ Chriſtus athletis pro merito cujuſque diſtribuit... Hodie noſter conventus habetur, ubi memoria juſti, ſanctæque reliquiæ ſunt... Poſteaquam autem prolata eſt in eum ſententia condemnatoria, & igni cunfici & cunſummari juſſus, ipſe quidem præclaro ac beato itinera abiit ad Deum: nobis vero memoriam certaminis pro doctrina reliquit, populos congregans, Eccleſiam erudiens; dæmonas arcens & fugans, Angelos pacificos reducens, rogans a Deo pro nobis utilia, variorum morborum medicinæ officinam hunc locum efficiens, portum eorum qui afflictionum tempeſtatibus jactantur, pauperum abundans & copioſum ærarium, viatorum quietum diverſorium, locum celebrem conventus ac dies feſtos continenter agentium. Etſi enim anniverſariis feſtis hunc diem celebramus: at nunquam ceſſat ſtudioſe advenientium multitudo, ac formicarum ſimilitudinem ſervat ea, quæ huc pertinet via publica, cum alii quidem aſcendant, alii vero venientibus cedant. Ac nos quidem, o beate, benignitate Creatoris anniverſariam circuit viciſſitudinem aſſequuti, coegimus tibi publicum conventum, ſacrum, inquam, Martyribus addictum, & communem Dominum adorantes, & tuorum certaminum victoriæ commemorationem peragentes: ut vero huc jam ades ad nos, ubicumque tandem fueris, ut diei feſto præſis: vocantem enim te contra vocamus: ac ſive in ſublimi æthere habitas, ſive per cæleſtem aliquem circuitum verſaris, aut in choros Angelorum cooptatus Domino adſiſtis, aut cum virtutibus & poteſtatibus, ut ſervus fidelis adorationis officio fungeris: parumper ab iis officiis vacationem deprecatus, veni ad hos qui te honorant, inviſibilis amicus: cognoſce ac viſe ferias, quæ celebrantur, ut gratiarum adverſus Deum conduplices actiones, qui pro una paſſione, & tua pro confeſſione tot tibi remunerationes largitus eſt: ac ceteris ob ſanguinem effuſam, & ignis cruciatus toleratos. Quot enim tunc ſupplicii ſpectatores populos habebas, tot nunc habes honoris miniſtros... Etiamſi ſuperaſti ſeculum, at noſti affectus, & uſus neceſſitateſque humanæ conditionis: pete pacem, ut hi publici conventus non deſinant: ne debacchetur atque graſſetur adverſus templa altariave rabioſus & ſceleratus Barbarus: ne conculcet ſancta profanus & impius.

S. HIERONYM. *in Epiſt. ad Galat. lib.* 2. *cap.* 4. Dicat aliquis: Si dies obſervare non licet, & menſes, & tempora, & annos, nos quoque ſimile crimen incurrimus quartam ſabbati obſervantes; & Paraſceven; & diem Dominicam; & jejunium Quadrageſimæ; & Paſchæ feſtivitatem; & Pentecoſtes lætitiam: & pro varietate regionum, diverſa in honore Martyrum tempora conſtituta.

Epiſt. 23. *alias* 19. *ad Euſtochium.* Feſtus eſt dies & natalis beati Petri, feſtivius eſt ſolito condiendus:... Nobis ſollicitius providendum eſt, ut ſolemnem diem, non tam ciborum abundantia, quam ſpiritus exultatione celebremus. Quia valde abſurdum eſt, nimia ſaturitate velle honorare Martyrem, quem ſcias Deo placuiſſe jejuniis.

S. CHRYSOST. *Homil.* 46. *in S. Julianum.* Pro nobis Martyres mactati non ſunt, tamen in honorem illorum convenimus: quod ſi nos pro quibus mactati non ſunt convenimus, Chriſtus, pro quo ſua capita devoverunt, quid non præſtabit?

De ſancto Martyre Romano, Oratio 11. Martyrum vero commemorationes animas adverſus dæmonum artes armant... Talis eſt Martyris ejus, qui hodie coronatus eſt, commemoratio; quis enim in ſtadia campoſque certaminum adverſus diabolum audacter non proſiliat, cum animam ſuam Martyris certaminibus inſtituerit?

Homilia 59. Martyrum diem feſtum celebramus, & nemo nobis occurrit:... Martyres pro veritate ipſa ſanguinem ſuum effuderunt, & tu ne brevem quidem viam ſubire potes?.. Martyrum celebratur memoria, tu vero piger es, & jacentem animum habes, quum oportet hic præſentem eſſe, & diabolum ſuperatum, Martyrem vero ipſos ſuperantem videre, nec non Dei gloriam celebratam, Eccleſiam corona inſignitam? Sed iſtorum excuſatio talis eſt: Peccator, inquit, ſum, idcirco feſto diei occurrere non poſſum. Maxime, inquam, ob hanc cauſam, quoniam peccator es, occurrere debes diei feſto, ut juſtus efficiaris. At ſi juſtus es, occurre, ne a juſtitia excidas. Ecquisnam ex hominibus, quæſo, ſine peccato eſt? Propterea ſacrificium & Eccleſia, propterea preces, ac jejunia, & quoniam multa ſunt animæ vulnera, propterea medicamenta ipſa inventa ſunt, quæ ſingulis animæ vulneribus congruentem medicinam adferunt. Habes Eccleſiam, & ſacrificium quod perficitur; habes Patrum orationes; habes Spiritus ſancti donum, Martyrum memorias, & Sanctorum congregationem, multaque alia quæ ſunt hujuſmodi, quæque poſſunt te a peccatis ad juſtitiam revocare. Cum res ita ſe habeat, tu tamen ad Martyrum preces occurrere noluiſti. Dic, age, quam peccati veniam habere poteris? Nihil mali in via poſitum inerat, & tamen detentus es, quo minus ad Martyrum concordiam celebrandam convenires.

Homilia 70. *de S. Phoca.* Nemo ab hac ſacra ſolemnitate abſit: non virgo domi remaneat: non mulier ædibus ſe contineat: exhauriamus urbem, & trajecto mari nos ad ſepulchrum Martyris conferamus; nam & Reges una nobiſcum choreas ducunt. Quamnam igitur veniam meretur privatus, cum regia palatia deſerant Reges, & Martyris ſepulchro aſſideant? Talis nimirum eſt virtus Martyrum, ut non modo privatos, ſed eos etiam qui diademata geſtant, ſagena concludat... Verum Martyris quidem laudes ad conveniens uſque tempus expectemus: nam & de illis ſatis multa dicta ſunt propter eorum ſtudium, qui congregati debuerant feſtivitatis diem celebrem reddere; quod enim heſterno die dixi, etiam hodie rurſus dico: Martyri quidem gloria nulla ex multorum præſentia comparabitur; vos autem benedictionem lucrifaciatis, ex eo quod ad Martyrem acceſſeritis.

B. THEODORETI *Serm.* 8. *de Martyribus.* Victorum vero Martyrum templa clara, & conſpicua cernuntur, magnitudineque, præſtantia, & omni ornatus genere illuſtria, & pulchritudinis ſplendorem late fundentia. Neque ad hæc nos ſemel biſve aut quinquies quotannis accedimus, ſed frequentes conventus celebramus, ſæpe etiam diebus ſingulis horum Domino laudes decantamus; & qui integra ſunt valetudine, hanc ſibi conſervari, qui autem morbo quopiam conflictantur, hanc depelli petunt. Petunt & liberos qui his carent, & quæ ſteriles ſunt rogant ut matres fiant: qui donum adepti ſunt, ſalvum id ſibi ſervari poſtulant. Qui peregrinationem aliquam auſpicantur, ab his petunt, ut viæ ſibi comites ſint, ducesque itineris: qui ſoſpites redierunt, gratias referunt. Non illos adeuntes ut Deos, ſed tanquam divinos homines eos orantes, interceſſoreſque ſibi ut eſſe velint poſtulantes. Quod vero votorum compotes fiant qui fideliter petunt, palam teſtantur illorum donaria, curationem indicantia. Alii enim oculorum, alii pedum, alii manuum ſimulacra ſuſpendunt ex argento aurove confecta. Accipit enim horum Dominus etiam parva, pretiique exigui, proferentis facultate donum metiens.

Hæc

Hæc autem morborum depulſionem indicant, cui teſtandæ ab iis poſita ſunt qui ſanitatem receperunt. Eadem ibi ſepulcrorum virtutem prædicant: horum porro virtus horum Deum verum eſſe Deum declarat. Petri & Pauli, & Thomæ, & Sergii, & Marcelli, & Leontii, & Panteleemonis, & Antonini, & Mauricii, aliorumque Martyrum ſolemnitates peraguntur; & pro illa veteri pompa, turpique rerum ac verborum obſcœnitate, modeſtæ celebrantur feſtivitates non ebrietatem, & jocos riſuſque exhibentes, ſed divina cantica, ſacrorumque ſermonum auditionem, & preces laudabilibus lacrimis ornatas.

S. PAULIN. *Poem. S. Felicis natal.* 2. *Carmin.* 17.

Felix, hoc merito, quod nomine; nomine, & idem,
Qui merito; redit alma dies, qua te ſibi ſummus
Adſcivit patriam confeſſum Chriſtus in aulam;
Tempus adeſt, plenis grates tibi fundere votis.
O pater, o Domine, indignus licet optime ſervis,
Tandem exoratum eſt, intra tua limina nobis
Natalem celebrare tuum. Tria tempore longo
Luſtra cucurrerunt, ex quo ſolemnibus iſtis
Coram vota tibi, coram mea corda dicavi,
Ecce vias vario plebs diſcolor agmine pingit:
Urbes innumeras una miramur in urbe.

Natal 3. *Carmin.* 18.

Venit feſta dies cœlo, celeberrima terris
Natalem Felicis agens, qua corpore terris
Occidit, & Chriſto ſuperis eſt natus in aſtris,
Cæleſtem nactus ſine ſanguine Martyr honorem:
Nam Confeſſor obit, pœnas non ſponte lucratus,
Acceptante Deo fidam pro ſanguine mentem.
Qui cordis taciti ſcrutator, ferre paratos
Æquiparat paſſis, ſat habens interna probaſſe,
Supplicium carnis juſta pietate remitti,
Martyrium ſine cæde placet, paſſura voluntas
Sufficit, & ſumma eſt meriti, teſtatio voti.
Ergo dies, tanto quæ munere rettulit alto
Felicem cælo, ſacris ſolemnibus iſta eſt:
Nam poſt ſolſtitium, quo Chriſtus corpore natus
Sole novo gelidæ mutavit tempora brumæ,
Atque ſaluriferum præſtans mortalibus ortum,
Procedente die ſecum decreſcere noctes
Juſſit, ab hoc quæ lux oritur vigeſima nobis,
Sidereum meriti ſignat Felicis honorem.
Denique nil impar his, qui fudere cruorem
Teſtibus & titulo ſimul & virtute recepta,
Martyris oſtendit meritum, cum jure potenti
Dæmonas exercet, devinctaque corpora ſolvit.

S. AUGUST. *Enarrat. in Pſal.* LXIII. *num.* 1. Paſſionis ſanctorum Martyrum diem hodie feſtum habentes, in eorum recordatione gaudeamus, recolentes quid patiebantur, & intelligentes quid intuebantur. Numquam enim tantas tribulationes carne tolerarent, niſi magnam quietem mente conciperent. Hunc itaque pſalmum pro ipſa ſolemnitate curamus, heſterno enim die multa audivit caritas veſtra, nec hodie tamen huic feſtivitati negare potuimus noſtram ſervitutem.

N. 15. Martyres nondum ſurrexerunt, nondum reſurgentium jam natalia celebramus.

Enarrat. in Pſalmum LXXXVIII. *Serm.* 1. *num.* 10. Quid fecit mare ſæviendo, niſi diem quem hodie celebramus? Martyres occidit, ſemina ſanguinis ſparſit, ſeges Eccleſiæ pullulavit.

N. 27 Martyres noſtri, quorum natalia celebramus, ſanguinem ſuum propter hæc credita & nondum viſa fuderunt.

Serm. 2. *num.* 11. Dixerunt iſta Martyres, quorum natalitia celebramus.

N. 14. *In fine*. Natalia Sanctorum cum ſobrietate celebrate, ut imitemur eos qui præceſſerunt, & gaudeant de vobis qui orant pro vobis.

Serm. 273. *alias de diverſis* 101. *cap.* 2. *n.* 2. Beati Sancti, in quorum memoriis celebramus diem paſſionis illorum: illi acceperunt pro temporali ſalute æternam coronam, ſine fine immortalitatem: nobis dimiſerunt in iſtis ſolemnitatibus exhortationem.

Cap. 3. *n.* 3. Ego non colo Fructuoſum, ſed Deum colo, quem colit & Fructuoſus. Quomodo nos admonuit, ut Martyres honoremus, & cum Martyribus Deum colamus?

Cap. 7. *num.* 7. Non eis [*Martyribus*] templa, non eis altaria, non ſacrificia exhibemus, non eis Sacerdotes offerunt: abſit. Deo præſtantur. Etiam apud memorias ſanctorum Martyrum cum offerimus, nonne Deo offerimus? Habent honorabilem locum Martyres ſancti... Non tamen pro Chriſto adorantur. Quando audiſtis dici apud memoriam ſancti Theogenis, a me vel ab aliquo fratre & collega meo, vel aliquo Presbytero: Offero tibi ſancte Theogenes: aut offero tibi Petre: aut offero tibi Paule? Numquam audiſtis. Non fit, non licet.... Ego Petrum non colo, ſed Deum colo, quem colit & Petrus.

Cap. 9. *n.* 9. Ideo, cariſſimi, exſultate in diebus ſanctorum Martyrum: orate ut ſequimini veſtigia Martyrum.... Ideo, cariſſimi, veneramini Martyres, laudate, amate, prædicate, honorate; Deum Martyrum colite.

Serm. 276. *alias* 12. *de ſanctis*, *S. Vincentii* 3. *c.* 4 *nu.* 4. Quæ hodie regio, quæve provincia ulla, quouſque vel Romanum imperium vel Chriſtianum nomen extenditur, natalem non gaudet celebrare Vincentii?

Serm. 277. *alias de div.* 102. *S. Vincentii* 4. *c.* 1. *n.* 1... De Corpore ejus (S. *Vincentii*) Eccleſiæ præſtita eſt conſolationis memoria... Præſtitit ergo Sanctorum corpora Eccleſiis ſuis ad memorias orationum, non ad glorias Martyrum. Illi enim habent integram gloriam ſuam apud Creatorem ſuum.

Serm. 280. *alias de diverſis* 103. *SS. Perpetuæ & Felicitatis* 1. *c.* 3. *n.* 3. Præmia Martyrum, cariſſimi, maxima credimus, & rectiſſime credimus.

Cap. 6. *num.* 6. Unde ſolemnitates eorum, ſicut facimus, devotiſſime celebremus, ſobria humilitate, caſta congregatione, fideli cogitatione, fidenti prædicatione. Non parva pars imitationis eſt, meliorum congaudere virtutibus... Si eos ſequi non valemus actu, ſequamur affectu: ſi non gloria, certe lætitia: ſi non meritis, votis: ſi non paſſione, compaſſione: ſi non excellentia, connexione... Fructus laboris ergo illorum etiam nos ſumus. Miramur eos, miſerantur nos, gratulamur eis, precantur pro nobis.

Serm. 284. *alias* 5. *inter editos ex majoris Carthuſiæ* MSS. *in natali Martyrum Mariani, & Jacobi num.* 5... Non pro illis (*Martyribus*) orat Eccleſia. Nam merito pro aliis defunctis dormientibus orat Eccleſia: pro Martyribus non orat, ſed eorum potius orationibus ſe commendat.

Serm. 286. *alias de div.* 39. *in natali Mart. Protaſii & Gerv. c.* 5. *n.* 4. Celebramus ergo hodierno die, Fratres, memoriam in hoc loco poſitam ſanctorum Protaſii & Gervaſii, Mediolanenſium Martyrum, non eum diem quo hic poſita eſt, ſed eum diem hodie celebramus quando inventa eſt *pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus* per Ambroſium Epiſcopum hominem Dei.

In Nativit. S. Johannis Baptiſt. vide infra paragr. 21. *litt.* [A]

Serm. 300. *alias de diverſis* 109. *in ſolemnit. SS. Machabæor.* 1. *cap.* 7. *num.* 6. Machabæi Martyres Chriſti ſunt. Ideo non incongrue, neque importune, immo convenientiſſime dies eorum, & ſolemnitas eorum a Chriſtianis potius celebratur.... Sanctorum Machabæorum Baſilica eſſe in Antiochia prædicatur.... Memoria Martyrii eorum in Antiochia celebratur.... Hæc Baſilica a Chriſtianis tenetur, a Chriſtianis ædificata eſt. Eorum ergo memoriam celebrandam nos habemus, nos tenemus.

Serm. 302. *alias de diverſis* 111. *in ſolemnit. S. Laurentii* 1. *caput.* 1. *num.* 1. Beati Martyris Laurentii dies ſolemnis hodiernus eſt.... Martyrum ergo veſtigia imitando ſectemur, ne ſolemnitates eorum inaniter celebremus.

Cap. 10 *n.* 9. Impigre Martyres imitemur, ſi volumus nobis prodeſſe ſolemnitates quas celebramus.

Serm. 304. *alias de diverſis* 37. *S. Laurent.* 3. *c.* 1. *nu.* 1. Beati Laurentii triomphalem diem, quo calcavit mundum frementem, ſprevit blandientem, & in utroque vicit diabolum perſequentem, hodiernum nobis Eccleſia Romana commendat.

Serm. 309. *alias* 12. *inter additos a Pariſienſib. in natali Cypriani Martyris* 1. *n.* 1... Grata & religioſa ſolemnitas qua paſſionem Beati Martyris celebramus.

Serm. 326. *alias* 30. *ex Vignerianis in natali Martyrum*, *n.* 1. Solemnitas beatiſſimorum Martyrum lætiorem nobis reddidit diem. Lætamur quia de terra laboris ad regionem quietis Martyres tranſierunt. Sed hoc non ſaltando, ſed orando; non potando, ſed jejunando; non rixando, ſed tolerando meruerunt.

At id pluribus teſtimoniis probare prorſus futile eſſet, cum tot SS. Patrum, qui ſex primis Eccleſiæ ſæculis floruerunt, *Ora-*

Digitized by Google

a qua licet Calviniſtæ receſſerint, non tamen receſſerunt omnes Heterodoxi quos Proteſtantes appellamus. Id patet ex Liturgia Anglicana & ex Kalendario illi Liturgiæ præfixo, quo utuntur etiamnum Anglicani. (D)

Ideo autem non aliorum quam Martyrum feſta primitus celebrabantur, quia quatuor prioribus ſæculis ſolos Martyres Eccleſia Sanctorum albo inſeruerat: ſed ex quo ſanctos Pontifices ſeu Confeſſores, ſeu cujusvis gradus juſtos non Martyres Eccleſia Sanctorum faſtis inſcripſit, propter cognitam eorum divina virtute ſanctitatem, non dubitavit Eccleſia eorum non ſecus ac Martyrum feſta celebrare, ut patet ex ſupra dictis.

I. Quæ mens eſt Eccleſiæ in illis feſtis?

R. 1. Ut agamus gratias Deo pro collatis in Sanctos beneficiis, & per eos in Eccleſiam. 2. Ut proponamus nobis eorum exempla ad imitationem. 3. Ut invocemus eos tamquam interceſſores apud Chriſtum. (E)

I. Quinam ſunt Sanctorum ordines quorum Eccleſia feſtum diem agit?

R. 1. B. Virgo Maria Dei genitrix. 2. SS. Angeli. 3. S. Joannes Baptiſta. 4. SS. Apoſtoli. 5. SS. Evangeliſtæ. 6. SS. Martyres. 7. SS. Pontifices. 8. SS. Confeſſores. 9. SS. Virginea. 10. SS. Mulieres vel conjugatæ, vel viduæ, & vel pœnitentes.

I. Quænam feſta B. Mariæ Virginis ex præcepto Eccleſiæ ſolemniter celebrantur, & cum ceſſatione ab ſervilibus operibus?

R. Ejus Conceptio, Nativitas, Annuntiatio, Purificatio, Aſſumptio.

(De Annuntiatione & Purificatione jam ſatis diximus ubi de feſtis Chriſti: de ceteris nunc agendum.) *Hujusce c.* §. 3. & 8.

§. 17.

Orationes panegyricæ in ſolemnitate non Martyrum modo, ſed & Confeſſorum, ſeu SS. Pontificum habitæ, annis ſingulis dies feſtos ſacros in eorum honorem celebratos fuiſſe, ac in eis conventus ſolemnes haberi ſolitos, per ſe clament, ac vel ſola tituli inſpectione abunde probent.

BELLARM. *Tom.* 1. *Controverſ. libr.* 3. *capit.* 16. *de feſtis Sanctorum, probat feſta celebrata fuiſſe primis Eccleſiæ ſæculis* ex antiquis Conciliis diverſarum Eccleſiarum. Concilium Laodicenum in Oriente celebratum ante annos M. CC. can. 51. vetat in Quadrageſima celebrare feſta Sanctorum; ex quo ſequitur, extra Quadrageſimam fuiſſe in ea Provincia celebrata. Concilium Carthaginenſe III. ante annos M. C. canone 47. *Liceat*, inquit, *legi paſſiones Martyrum, cum anniverſarii dies eorum celebrantur.* Concilium Toletanum in Hiſpania III. can. 23. jubet ut 10 diebus feſtis Sanctorum populi non dent operam turpibus ſaltationibus. Concilium Lugdunenſe in Gallia, ut habemus canon. *Pronunciandum*, de conſecrat. diſt. 3. enumerat inter feſta Eccleſiæ feſtum ſanctorum Apoſtolorum, Aſſumptionem, & nativitatem B. Mariæ, feſtum Sancti Sylveſtri, S. Martini, & aliorum. Idem ex Germania habemus in Concilio Mogontinenſi, cap. 36.

Concil. Chloveshoviæ II. anno 747. capitul. 17. de feſtivitate colenda ſancti Gregorii, & Auguſtini. *Septimo decimo conſtitutum eſt præcepto, ut dies natalis Beati Papæ Gregorii, & dies quoque depoſitionis, qui eſt 7. Kalendas Junii, S. Auguſtini Archiepiſcopi atque Confeſſoris, qui genti Anglorum miſſus a præfato Papa, & Patre noſtro Gregorio, ſcientiam fidei, Baptiſmi ſacramentum, & cæleſtis patriæ notitiam primus attulit, ab omnibus ſicut decet, honorifice venerentur. Ita ut uterque dies ab Eccleſiaſticis, & Monaſterialibus feriatus habeatur, nomenque ejuſdem B. Patris & Doctoris noſtri Auguſtini in Litaniæ decantatione, poſt S. Gregorii vocationem ſemper dicatur.*

Concil. Mogunt. anno 813. can. 36. de feſtivitatibus anni. *Feſtos dies in anno celebrare ſancimus, hoc eſt diem Dominicum Paſchæ, cum omni honore & ſobrietate venerari: ſimili modo totam hebdomadam illam obſervari decrevimus. Diem Aſcenſionis Domini pleniter celebrare; item Pentecoſtem ſimiliter ut in Paſcha. In natali Apoſtolorum Petri & Pauli diem unum, Nativitatem S. Joannis Baptiſtæ, Aſſumptionem ſanctæ Mariæ, Dedicationem ſancti Michaelis, natalem S. Remigii, S. Martini, S. Andreæ: in natali Domini dies quatuor, octavas Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem ſanctæ Mariæ, & illas feſtivitates Martyrum, vel Confeſſorum obſervare decrevimus, quorum in unaquaque Parochia ſancta corpora requieſcunt, ſimiliter etiam Dedicationem Templi.*

(D) LITURGIE ANGLICANE, *a Londres in* 4. *anno* 1616. *immediatement après le Calendrier.* Feſtorum dies: Purificationis ſanctæ Virginis Mariæ, S. Matthæi Apoſtoli, Annuntiationis S. Virginis Mariæ, S. Marci Evangeliſtæ, SS. Philippi & Jacobi Apoſtolorum, Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, S. Petri Apoſtoli, S. Jacobi Apoſtoli, S. Bartholomæi Apoſtoli, S. Matthæi Apoſtoli, S. Michaelis Archangeli, S. Lucæ Evangeliſtæ, SS. Simeonis, & Judæ Apoſtolorum, omnium Sanctorum, S. Andreæ Apoſtoli, S. Thomæ Apoſtoli... S. Stephani Martyris, S. Joannis Evangeliſtæ, Sanctorum Innocentium.

(E) S. AUGUST. *Serm.* 285. *alias* 4. *inter editos ex maj. Carthuſ.* MS. *numer.* 1. Sanctorum Martyrum non magna ſolum, ſed etiam pia virtus, ipſa eſt enim utilis virtus, immo ipſa eſt vera, & ſola dicenda virtus, quæ non militat typo, ſed Deo. Admonet nos caritati veſtræ loqui, eamque admonere, ita ſolemnia Martyrum celebrare, ut veſtigia Martyrum ſequendo delectet imitari.

N. 4. Meminerimus quorum celebritatem hodie celebramus: nec velimus imitari quod victi ſunt, ſed potius quod vicerunt.

N. 5. Martyrum perfecta juſtitia eſt: quoniam in ipſa paſſione perfecti ſunt. Ideo pro illis in Eccleſia non oratur. Pro aliis fidelibus defunctis oratur, pro Martyribus non oratur; tam enim perfecti exierunt, ut non ſint ſuſcepti noſtri, ſed advocati. Neque hoc in ſe, ſed in illo cui capiti perfecta membra cohæſerunt.

Serm. 311. *alias de diverſis* 115. *in natali Cypriani Martyris* 3. *cap.* 1. *numer.* 1. Iſtum nobis feſtum diem paſſio beatiſſimi Cypriani Martyris fecit cujus nos victoriæ celebritas in iſtum locum devotiſſimos congregavit. Sed celebratio ſolemnitatis Martyrum, imitatio debet eſſe virtutum. Facile eſt honorem Martyris celebrare: magnum eſt fidem atque patientiam Martyris imitari. Hoc ſic agamus, ut illud optemus: hoc ſic celebremus, ut illud potius diligamus.

Serm. 325. *alias* 30. *ex Sirmond. in natali viginti Martyrum, num.* 1. De gloria Martyrum locuturos, breviter juſtam cauſſam Martyrum locuturos, adjuvent nos orationes Martyrum. Hoc enim per iſtas ſolemnitates commemorare debet ſanctitas veſtra, primum ne arbitremur aliquid nos conferre Martyribus, quia eorum dies ſolemniſſimos celebramus. Illi noſtris feſtivitatibus non egent, quia in cælis cum Angelis gaudent: congaudent autem nobis, non ſi honoremus eos, ſed ſi imitemur eos. Quamquam & quod honoramus, nobis prodeſt, non illis. Sed honorare, & non imitari, nihil eſt aliud quam mendaciter adulari. Ad hoc ergo iſtæ feſtivitates in Eccleſia conſtitutæ ſunt Chriſti, ut per eas congregatio membrorum Chriſti admoneatur imitari Martyres Chriſti. Hæc eſt omnino hujus feſtivitatis utilitas, alia non eſt. Si enim nobis proponatur imitandus Deus, reſpondet humana fragilitas, multum eſſe ad ſe imitari eum, cui non poteſt comparari. Si deinde ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti ad imitationem nobis proponitur exemplum, qui propterea cum Deus eſſet, mortali carne veſtitus eſt, ut hominibus mortalem carnem gerentibus inſinuaret præceptum, & demonſtraret exemplum: de quo etiam ſcriptum eſt, *Chriſtus pro nobis paſſus eſt, relinquens nobis exemplum, ut ſequamus veſtigia ejus:* tamen & hic adhuc reſpondet humana fragilitas, Quid ſimile ego & Chriſtus? *1. Pet. 2. 21.* Ille etſi caro, tamen Verbum caro. *Verbum enim caro factum eſt, ut habitaret in nobis:* carnem aſſumſit, non *Joh. 1. 14.* Verbum perdidit: quod non erat accepit, non quod erat amiſit. *Deus enim erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.* Quid ergo ſimile ego & Chriſtus? *2. Cor. 5. 19.* Ad tollendas igitur omnes excuſationes infidelis infirmitatis, Martyres nobis ſtratam conſtruxerunt. Lapideis enim tabulis conſtruenda erat, qua ſecuri ambularemus. Ipſi fecerant ſanguine ſuo, confeſſionibus ſuis. Denique contemtis corporibus ſuis, venienti ad gentes lucrandas Chriſto,

tam-

§. 17. *De Feſtis B. Mariæ Virginis. Ac primo de ejus Conceptione.*

I. Qua die celebrat Eccleſia Conceptionem B. Mariæ Virginis?

A *R.* Sexto Idus Decembris. (A)

I. Fuitne B. Virgo Deipara immunis a peccati originalis labe? Fuitne ejus Conceptio Immaculata?

R. Fuiſſe, communis eſt omnium fere Theologorum ſententia, ſed quæſtionem hanc nondum Eccleſia definivit. (B) Quod ſpectat ad Beatam Virginem Deiparam, cum de peccatis agi- B

tamquam in jumento illo ſedenti, corpora ſua ſicut veſtimenta ſtraverunt. Quis eſt, quem pudeat dicere, Impar ſum Deo? Plane impar. Impar ſum Chriſto? Etiam mortali Chriſto impar. Petrus hoc erat quod tu, Paulus hoc erat quod tu, Apoſtoli & Prophetæ hoc erant quod tu. Si piget imitari Dominum, imitare conſervum. Præceſſit agmen ſervorum, ſervata eſt excuſatio pigrorum. Poſtremo adhuc dicit, Impar ſum Petro, impar ſum Paulo. Impar es veritati? Coronatur ruſticitas, non excuſatur vanitas. Poſtremo impar es pueris? Impar es puellis? Impar es ſanctæ Valerianæ? Si adhuc ſequi piget, non vis adhærere Victoriæ? Sic enim nobis ſanctorum viginti Martyrum ſeries recitata eſt. Cœpit ab Epiſcopo Fidentio, clauſit ad fidelem feminam ſanctam Victoriam.

N. 2. Videte ergo Fratres: ſic celebrate paſſiones Martyrum, ut cogitetis imitari Martyres.

De Civitate Dei, lib. 8. *cap.* 27. *num.* 1. Honoramus ſane memorias eorum tamquam ſanctorum hominum Dei, qui uſque ad mortem corporum ſuorum pro veritate certarunt, ut innoteſceret vera religio, falſis fictisque convictis: ... Ut ea celebritate & Deo vero de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum, eodem invocato in auxilium, ex illorum memoriæ renovatione adhortemur.

S. JOHAN. CHRYSOST. *Hom.* 73. Ad ſacram iſtam ſolemnitatem, feſtumque conventum beatus nos Barlaam convocavit, non ut ipſum laudemus, ſed ut ipſum æmulemur: non ut laudum ſimus auditores, ſed ut præclarorum ejus facinorum ſimus imitatores. In ſæcularibus quidem rebus, qui ad magiſtratus ſummos provehuntur, haud alios umquam ejuſdem honoris prærogativæ conſortes vellent cernere: livor enim illic, & invidia dividunt caritatem. In ſpiritualibus vero non ita, ſed contrarium penitus evenit: tunc enim maxime honoris proprii ſenſum capiunt Martyres, cum ſuos conſervos ad honorum ſuorum conſortium viderint perveniſſe... Itaque ſi quis Martyres laudare velit, Martyres imitetur: ſi quis religionis athletas celebrare præconiis velit, illorum labores æmuletur: hoc nihilo minorem quam propria recte facta Martyribus afferet voluptatem... Et qui fieri poteſt, dicet aliquis, ut Martyres imitemur: non enim perſecutionis eſt tempus? Et quidem id etiam ſcio: perſecutionis quidem tempus non eſt, at martyrii eſt tempus: luctarum ejuſmodi tempus non eſt, at coronarum eſt tempus: non perſequuntur homines, at perſequuntur dæmones: non vexat tyrannus, at vexat diabolus tyrannorum omnium ſæviſſimus: non objectas prunas conſpicis, at cupiditatis conſpicis flammam accenſam. Illi prunas calcarunt, tu naturæ pyram calca: illi cum beſtiis pugnarunt, tu iram immitem & indomitam belluam fræna: illi adverſus intolerabiles dolores ſteterunt, tu abſurdas, pravasque cogitationes, quæ in corde tuo pullulant, vince: ita Martyres imitabere.

Hæc ne audiamus tantum, dilectiſſimi, ſed & imitemur: quod enim a principio dicebam, nunc etiam dico: ne hac tantum hora, qua hic verſamur, celebretur Martyr, ſed & domum abiens unuſquiſque Sanctum deducat, & in ædes ſuas vel in cor ſuum potius per eorum quæ dicta ſunt recordationem introducat. Suſcipe illum, ut ante dictum eſt, & in corde illum tuo protenſam manum habentem ſiſte: ſuſcipe victorem coronatum, nec umquam ex mente tua exire permitte. Idcirco vos etiam ad ipſos ſanctorum Martyrum loculos adduximus, ut ipſe vos conſpectus ad virtutem quodammodo incitet, & ad eumdem vos zelum accingatis. Nam militem quidem præſtantiſſimi cujuſpiam bellatoris excitat etiam fama; multo autem vehementius intuitus & aſpectus, ac præſertim ſi ipſum fortiſſimi bellatoris tentorium ingreſſus ſanguinolentum enſem videat, caput hoſtis jacens, ſpolia ſublime pendentia, recentem cruorem ex manibus ejus ſtillantem, qui trophæum erexit, ubique lanceas & clypeos, & arcus, & omnem aliam armaturam jacentem. Idcirco nos etiam hic convenimus: tentorium enim eſt militare Martyrum tumulus: ac ſi fidei oculos aperueris, hic juſtitiæ loricam jacentem intuebere, ſcutum fidei, galeam ſalutis, ocreas Evangelii, gladium ſpiritus, ipſum diaboli caput in terram projectum. Ita ſanctos iſtos imitemur; ita fortes bellatores, coronatos athletas, Dei amicos honoribus proſequamur: & cum per eamdem cum illis viam inceſſerimus, easdem cum illis coronas conſequemur.

(A) M. DE TILLEMONT *mem. pour l'Hiſt. Eccleſ. to.* 1. *num.* 4. *ſur la vie de la Sainte Vierge*. Baronius credit, Feſtum Conceptionis Virginis in Anglia verſus finem undecimi ſæculi cœpiſſe. Certum eſt, Lugdunenſibus Canonicis, qui ſæculo duodecimo prætextu cujuſdam revelationis feſtum hoc inſtituere voluerunt, D. Bernardum reſtitiſſe pluribus rationibus motum, ea præcipue, quod nova res eſſet, quæ nonniſi ab aliquibus privatis hominibus recepta erat. Feſtum nihilominus ſtatutum fuit, Conciliique Baſilenſis, & Sixti IV. Pontificis auctoritate firmatum. Octava Decemb. die celebratur. Græci quoque celebrant, ſed die ejuſdem menſis nona, juxta Manuelis Comneni Conſtitutionem an. 1150. Id videre eſt in ipſorum Menæis pag. 139. 152. & in pluribus Menologiis. In Caniſiano pag. 930. tantum legitur illa die *Commemoratio ſanctæ Annæ*. Puto legi debere *Conceptio*: ita ſiquidem hoc Feſtum in ipſorum Menæis notatur. Videtur juxta Baronii ſententiam, inſtitutum fuiſſe Leonis Sapientis tempore, verſus annum 900. Nihilominus nullum in Oriente antiquius illo Manuelis monumentum de hoc Feſto P. Thomaſſinus invenit.

(B) *Conſtitutio* SIXTI IV. *anno* 1483. Grave nimis gerimus & moleſtum, cum ſiniſtra nobis de quibuſdam Eccleſiaſticis perſonis referuntur; ſed in eorum, qui ad Evangelizandum verbum Dei ſunt deputati, exceſſibus prædicando commiſſis eo gravius provocamur, quo illi perículoſius remanent incorrecti, cum facile deleri nequeant, quæ multorum cordibus ſic publice prædicando, diffuſius & damnabilius imprimuntur errores. Sane cum ſancta Romana Eccleſia de intemeratæ, ſemperque Virginis Mariæ Conceptione publice feſtum ſolemniter celebret, & ſpeciale ac proprium ſuper hoc Officium ordinaverit: nonnulli, ut accepimus, diverſorum Ordinum Prædicatores, in ſuis Sermonibus ad populum publice per diverſas civitates, & terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prædicare non ceſſant, omnes illos qui tenent aut aſſerunt eamdem glorioſam & immaculatam Dei genitricem, abſque originali peccati macula fuiſſe conceptam, mortaliter peccare, vel eſſe hæreticos: ejuſdem immaculatæ Conceptionis Officium celebrantes, audientesque ſermones illorum, qui eam ſine hujuſmodi macula conceptam eſſe affirmant peccare graviter. Sed & præfati Prædicatores non contenti confectos ſuper his ſuis aſſertionibus libros in publicum ediderunt; ex quorum aſſertionibus & prædicationibus non levia ſcandala in mentibus fidelium exorta ſunt, & majora merito exoriri formidantur in dies. Nos igitur hujuſmodi temerariis auſibus ac perverſis aſſertionibus, ac ſcandalis quæ exinde in Dei Eccleſia exoriri poſſunt, quantum nobis ex alto conceditur, obviare volentes, motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſeu de noſtra mera deliberatione & certa ſcientia, hujuſmodi aſſertiones Prædicatorum eorumdem & aliorum quorumlibet, qui affirmare præſumerent, eorum qui crederent aut tenerent, eamdem Dei Genitricem ab originalis peccati macula in ſua conceptione præſervatam fuiſſe, propterea alicujus hæreſis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare; aut hujuſmodi Officium Conceptionis celebrantes, ſeu hujuſmodi ſermones audientes, alicujus peccati reatum incurrere, utpote falſas & erroneas, & a veritate penitus alienas, editosque deſuper libros prædictos id continentes, quoad hoc auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium reprobamus, & damnamus: ac motu, ſcientia, & auctoritate prædictis ſtatuimus & ordinamus quod Prædicatores verbi Dei & quicumque alii cujuſcumque ſtatus, aut Ordinis, ac conditionis fuerint, qui de cetero auſo temerario præſumpſerint in eorum Sermonibus, ad populum ſeu alias

Digitized by Google

alias quomodolibet affirmare, hujuſmodi ſic per nos improbatas, & damnatas aſſertiones veras eſſe, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, poſtquam de præſentibus ſcientiam habuerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant, a qua ab alio quam Romano Pontifice (niſi in mortis articulo) nequeant abſolutionis beneficium obtinere. Item motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus, ſimili pœna ſententiæ ſubjicientes eos, qui auſi fuerint aſſerere, contrariam opinionem tenentes, videlicet glorioſam Virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam, hæreſis crimen vel peccatum incurrere mortale, cum nondum ſit a Romana Eccleſia & Apoſtolica ſede deciſum: non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque, quibus communiter, vel diviſim a ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes planam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto ejuſmodi mentionem: & ne de præmiſſis aliquando valeant ignorantiam allegare, volumus quod locorum Ordinarii requiſiti, præſentes litteras in Eccleſiis conſiſtentibus in eorum civitatibus & ſuarum Diœceſum locis inſignibus, dum major ibi multitudo populi ad divina convenerit, Sermonibus ad populum mandent, & faciant publicari. Præterea, quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula loca, in quibus expediens fuerit, deferre: etiam volumus & dicta auctoritate decernimus, quod earumdem litterarum tranſumpto manu publici Notarii confecto, & authentico alicujus Prælati Eccleſiaſtici ſigillo munito, ubique ſtetur, prout ſtaretur eiſdem originalibus litteris, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reprobationis, damnationis, ſtatuti, ordinationis, voluntatis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1483. pridie nonas Septembris, Pontificatus noſtri anno XIII.

Hanc Conſtitut. confirmavit CONC. TRIDENT. *ſeſſ.* 5. 27 *Junii ann.* 1546. *c.* 5. Declarat tamen hæc ipſa ſancta Synodus, non eſſe ſuæ intentionis, comprendere in hoc Decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam Virginem Mariam, Dei genitricem; ſed obſervandas eſſe Conſtitutiones felicis recordationis Sixti Papæ quarti, ſub pœnis in eis Conſtitutionibus contentis, quas innovat.

PIUS V. *Bulla* Super ſpeculam *ann.* 1570. Super ſpeculam Domini, viribus licet exiguis, conſtituti, Prophetæ ſolitudinem imitantes, die noctuque ad diverſos Eccleſiæ ſtatus noſtræ mentis aciem intendimus, ſtudioſe providentes, ut communi Domino ab omnibus gradibus fideliter ſerviatur, ac illis maxime, quibus digniora miniſteria divini Spiritus favore credita ſunt, inter quos divini verbi Prædicatores adnumerandos eſſe nemo dubitare poterit, qui eorum munus ab ipſo Domino conſecratum, Apoſtolis præcipue injunctum fuiſſe animadvertat. Qui ſi adepto gradu digna fungerentur, evangelizantes pacem, annuntiantes bona, prædicantes ſalutem, non ſolum vox eorum dulcis, verum & ſpecioſi pedes viderentur: & fraternæ ſalutis uberes fructus referentes, multam fiduciam haberent in die Domini. Verum quod neque ſine animi dolore accepimus, nec referre poſſumus, quidam diverſorum Ordinum Regulares, Clericique ſæculares, omiſſis quæ divinæ majeſtatis gloriam & ſanctiſſimæ Dei Genitricis aliorumque divinorum venerationem atque fidelium pietatem promovere poterant, quod Apoſtolus in quibuſdam arguit, languent circa quæſtiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, & contentiones, ceteraque vitiorum monſtra. Potiſſimum vero cum de glorioſæ Virginis Mariæ Conceptione ſermo inciderit, tam pertinaciter pro alterutra parte contendunt, ac ſi de illis dogmatibus eſſet, quæ corde credere ad juſtitiam, ore confiteri ad ſalutem neceſſarium eſt. Quibus illud Pro-
Ezec. 3. 7. phetæ convenire videtur, *dicunt*, *Ait Dominus*, *cum ego non ſum locutus*. Cum ſancta Romana Eccleſia omnium Eccleſiarum magiſtra, & doctrix diſciplinæ de ea re hucuſque non definierit, nemo abſque temeritate præjudicare, vel alterius partis ſententiam damnare poteſt, & quaſi deſint præclariſſima inventricis gratiæ merita, quæ nec Angelica quidem lingua ſatis digne referri poſſunt, & cum ex illo ubertimo fonte puteoque aquarum viventium non poſſint ſaluberrimas haurire aquas, quibus fidelis populus magna cum utilitate atque dulcedine reficeretur, ad diſſipatas ciſternas occurrunt, ſtultas ſcilicet & ſine diſciplina quæſtiones, quæ generant lites, quas nec frequens multitudo intelligere, nec viri ſapientes, qui capiunt, utiliter percipere valeant. Præſertim quoniam, ut experimento didicimus, ipſorum Concionatorum, qui ad quæſtiones hujuſmodi proponendas facilius erumpere ſolent, major numerus materiæ difficultatem prorſus ignorantes, neque intelligentes quæ loquuntur, aut de quibus affirmant, ſimplicium animos indiſcretæ devotionis obtentu, vel potius loquacitatis & oſtentationis effectu, ad tumultus & ſimultates concitant, quos tumultuantes atque diſſidentes, componere ſedareque potius oportebat. Cumque parvulis in Chriſto lac infundere, provectis ſolidum cibum apponere deberent, dum in hujuſmodi controverſiis interminatis verſantur, omnibus ubera proferunt arentia, quod non abſque maledictionis nota legimus in Propheta. Oſee 9. 14.

§. 1. Nos igitur, qui Prædeceſſorum ſaluberrima decreta pro viribus ſalva eſſe cupimus, potiſſimum illa, quæ a ſacro ſancta Synodo Tridentina denuo ſunt confirmata, liberam cuique facultatem relinquentes opinandi hujus controverſiæ quamlibet partem, prout vel magis pium, vel magis probabile eſſe judicaverit. Prædictorum igitur Concionatorum aliorumque contentioni, atque temeritati, populorumque ſcandalis occurrere ſtudentes, motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſtatutum felicis recordationis Sixti IV. Prædeceſſoris noſtri ſuper ea re, quod a præfata Synodo innovatum eſt (illud præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum eſſet inſertum, pro plene, ac ſufficienter expreſſo & inſerto habentes) Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus & approbamus.

§. 2. Atque ut deinceps efficacius a cunctis obſervetur, perpetuo ſtatuimus & ordinamus, ac per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus nemo cujuſcumque ordinis, gradus, conditionis, vel dignitatis exiſtat, in popularibus concionibus, vel ubicumque promiſcua virorum, ac mulierum multitudo convenire ſolet, de hujus controverſiæ alterutra parte diſputare, rationibus, vel Doctorum auctoritate aſſerendo propriam ſententiam, & contrariam refellendo aut impugnando, vel de hac ipſa quæſtione, cujuſvis pietatis, aut neceſſitatis prætextu vulgari ſermone ſcribere vel dictare præſumant. Qui contra fecerit ſuſpenſionis pœnam a divinis abſque nova declaratione ipſo facto incurrat, ſi modo fuerit in ſacris conſtitutus, & quocumque præterea gradu, ſive dignitate, vel adminiſtratione fungatur, illis omnibus ſit ipſo jure privatus, & ad eadem vel ſimilia munera obtinenda, vel obeunda perpetuæ inhabilitatis cenſuræ ipſo facto ſit obnoxius, ſuper quibus niſi a Romano Pontifice pro tempore exiſtente diſpenſari atque abſolvi non poſſit. Et nihilominus aliis pœnis, ſi opus fuerit, a proprio Prælato pro delicti menſura infligendis ſubjiciatur, prout ſubjicimus.

§. 3. Ceterum quamdiu per Apoſtolicam ſedem, altera pars definita non fuerit, oppoſitaque ſententia condemnata, liceat viris doctis, in publicis Academiæ diſputationibus, ſive generalium aut provincialium Capitulorum, vel ubi alias interſunt, qui eam capere poſſunt, nec ſcandali ulla ſubeſt occaſio, de illa quæſtione diſſerere, & argumentis utramlibet partem, vel aſſerere, vel impugnare, dum tamen neutra veluti erronea prædicetur, ſerventurque illa omnia, quæ a dicto Sixto prædeceſſore noſtro ſtatuta ſunt, quorum ſingula, ut præfertur, etiam quantum ad alias pœnas, duximus innovanda & innovamus per præſentes.

§. 4. Ut autem hæc noſtra Conſtitutio & præmiſſa omnia, ad eorum omnium quorum intereſt, notitiam congruentius pervenire poſſint, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna privationis ab ingreſſu Eccleſiæ etiam eo ipſo incurrenda, ſi in his quæ mandamus exequendis ſe negligentes exhibuerint, præcipimus & mandamus omnibus & ſingulis locorum Ordinariis, ac eorumdem Vicariis ſuffraganeis, & Officialibus quibuſcumque, & aliis ſingulis ad quos quomodolibet ſpectat & pertinet, quatenus hujuſmodi noſtram Conſtitutionem ſingulis ſuæ Diœceſis, vel diſtrictus Prædicatoribus & aliis quibus expedire judicaverint, opportune inſinuent & publicent, ac inſinuari & publicari faciant. Et ne quis in poſterum quoquomodo ignorantiam de præmiſſis poſſit prætendere, aut ſe contra præmiſſa valeat excuſare.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1570. pridie Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri V.

PAULUS V. *anno* 1616. *Bulla* 97. Regis Pacifici, quamquam nullo noſtro merito, divina diſpoſitione vices gerentes in terris, ex muneris noſtri debito, pacis & con-

cordiæ

Digitized by Google

cordiæ inter Chriſti fideles, præſertim Eccleſiaſticas perſonas, quæ aliis in viam pacis dirigendis & in unitate Spiritus continendis ſunt præpoſitæ, conſervationi ſedulo invigilare cupientes, ea quæ a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ad ſcandalorum ſemina tollenda ſalubriter conſtituta ſunt, cum hoſtis antiqui inſidiis, qui ab initio diſſidia ſerere cœpit, minime obſervari, aut variis modis eludi dignoſcuntur, ut inviolata ſerventur, opportunis remediis, quantum cum Domino poſſumus, providemus.

§. 1. Olim ſiquidem per felicis recordationis Sixtum Papam IV. prædeceſſorem noſtrum, accepto quod nonnulli diverſorum Ordinum Prædicatores, in ſuis Sermonibus ad populum publice per diverſas civitates & terras affirmare non erubuerant, & quotidie prædicare non ceſſabant, omnes illos qui tenebant aut aſſerebant glorioſam & immaculatam Dei Genitricem abſque originalis peccati macula fuiſſe conceptam, mortaliter peccare, vel eſſe hæreticos; ejuſdemque immaculatæ Conceptionis Officium celebrantes, audientesque Sermones illorum, qui eam ſine hujusmodi macula conceptam eſſe affirmabant, graviter peccare; ſed & prædictis prædicationibus non contenti, confectos ſuper eiſdem ſuis aſſertionibus, & prædicationibus libros in publicum ediderant, ex quorum aſſertionibus & prædicationibus, non levia ſcandala in mentibus fidelium exorta erant, & majora merito exoriri formidabantur in dies. Idem Sixtus prædeceſſor hujusmodi temerariis auſibus, & perverſis aſſertionibus & ſcandaloſis, quæ exinde in Dei Eccleſia exoriri poterant, obviare volens, hujusmodi aſſertiones Prædicatorum eorumdem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præſumerent, eos qui crederent, aut tenerent eamdem Dei Genitricem ab originalis peccati macula in ſua Conceptione præſervatam fuiſſe, propterea alicujus hæreſis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut hujusmodi Officium Conceptionis celebrantes, ſeu hujusmodi Sermones audientes alicujus peccati reatum incurrere, utpote falſas & erroneas, & a veritate penitus alienas, editosque deſuper libros prædictos id continentes, quo ad hoc reprobavit & damnavit, ac ſtatuit & ordinavit, quod Prædicatores verbi Dei, & quicumque alii cujuscumque ſtatus, gradus, aut ordinis & conditionis eſſent, qui auſu temerario præſumerent in eorum Sermonibus ad populum, ſeu alias quomodolibet affirmare, hujusmodi ſic per eum improbatas & damnatas aſſertiones veras eſſe, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrerent, a qua ab alio quam a Romano Pontifice, niſi in mortis articulo, nequirent abſolutionis beneficium obtinere. Similique pœnæ & cenſoris ſubjecit eos, qui auſi eſſent aſſerere contrariam opinionem tenentes, videlicet, glorioſam Virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam, hæreſis crimen vel peccatum incurrere mortale, cum nondum id eſſet a Romana Eccleſia & Apoſtolica ſede deciſum.

§. 2. Hanc vero Sixti prædeceſſoris noſtri Conſtitutionem œcumenica Tridentina Synodus poſtea innovavit.

§. 3. Ac deinde ſimilis recordationis Pius Papa V. etiam prædeceſſor noſter, ſtatuit, ordinavit, & mandavit, quatenus nemo cujuscumque ordinis vel dignitatis exiſteret, in popularibus concionibus, vel ubicumque promiſcua virorum & mulierum multitudo convenire ſolet, de hujus controverſiæ alterutra parte diſputare, rationibus vel Doctorum auctoritate aſſerendo propriam ſententiam, & contrariam refellendo vel impugnando, aut de hac ipſa quæſtione cujusvis pietatis aut neceſſitatis prætextu vulgari ſermone ſcribere, vel dictare præſumeret. Qui contra faceret ſuſpenſionis pœnam a divinis abſque nova declaratione ipſo facto incurreret, ſi modo eſſet in ſacris conſtitutus, & quocumque præterea gradu, ſive dignitate, vel adminiſtratione fungeretur, illis omnibus foret ipſo jure privatus, & ad eadem vel ſimilia munera obtinenda vel obeunda perpetuæ inhabilitatis cenſuræ ipſo etiam facto obnoxius foret: ſuper quibus niſi a Romano Pontifice pro tempore exiſtente diſpenſari, ſive abſolvi non poſſet, & nihilominus aliis pœnis, ſi opus foret, a proprio Prælato pro delicti menſura infligendis ſubjectus eſſet, prout ſubjecit.

§. 4. Ceterum quamdiu per Apoſtolicam ſedem altera pars definita non eſſet, oppoſitaque ſententia condemnata, liceret viris doctis in publicæ Academiæ diſputationibus, ſive Generalium, aut Provincialium Capitulorum, vel ubi alias intereſſent qui rem capere poſſent, nec ſcandali ulla ſubeſſet occaſio, de illa quæſtione diſſerere, & argumentis utramlibet partem aſſerere vel impugnare, dum tamen neutra veluti erronea prædicaretur, ſervarenturque illa omnia, quæ a dicto Sixto Prædeceſſore ſtatuta ſunt, quorum ſingula etiam quantum ad alias pœnas duxit innovanda, & innovavit, prout in Sixti & Pii prædeceſſorum litteris deſuper confectis plenius continetur. Pars II. Sect. IV. Cap. II. §. 17.

§. 5. Verum licet hæc provide ſtatuta ſint, nihilominus ſicut accepimus, nonnulli in diverſis Chriſtiani orbis partibus, interminatis quæſtionibus nimis intenti, diſſenſionem hujusmodi, jam pridem Eccleſiæ diſciplinæ vigore reciſa germina coaleſcere procurant, indeque contentiones & rixæ non ſine Dei offenſa & ſcandalo plurimorum exortæ ſunt, & graviores in dies ne exoriantur periculum eſt, niſi a nobis opportune provideatur.

§. 6. Quamobrem motu proprio non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, Conſtitutionum Sixti & Pii prædeceſſorum hujusmodi veriores tenores præſentibus pro expreſſis & ad verbum inſertis habentes, eaſdem Conſtitutiones Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, & etiam quo ad earum pœnas quaſcumque etiam abſolutionis reſervationem innovamus, & inviolabiliter ab omnibus etiam Regularibus, cujuscumque Ordinis & inſtituti, & aliis quibuscumque tam Eccleſiaſticis quam ſæcularibus perſonis, cujusvis ſtatus, gradus, ordinis & conditionis aut dignitatis tam Eccleſiaſticæ quam ſæcularis, etiamſi ſpecialis, ſpecifica, & individua earum eſſet neceſſario facienda mentio, obſervari præcipimus & mandamus, donec a Romana Apoſtolica ſede hujusmodi controverſia fuerit diffinita.

§. 7. Ac præterea ſi quis quovis modo contravenerit, præter ſupradictarum Conſtitutionum pœnas reſpective ipſo facto incurrendas, etiam concionandi publice, legendi, ſeu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activa & paſſiva in quibuscumque electionibus, eo ipſo abſque alia declaratione privatus exiſtat, nec non ad concionandi & publice legendi, docendi, & interpretandi perpetuæ inhabilitatis pœnas ſimiliter ipſo facto incurrat, abſque alia declaratione, a quibus non niſi a nobis ipſis, vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pariter abſolvi, ſeu ſuper his diſpenſari poſſit; & nihilominus aliis pœnis noſtro & eorumdem Romanorum Pontificum Succeſſorum noſtrorum arbitrio infligendis, ſubjiciatur, prout eum ſubjicimus per præſentes.

§. 8. Et contra hujusmodi tranſgreſſores etiam Regulares cujusvis Ordinis & inſtituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quaſcumque Eccleſiaſticas & ſæculares perſonas cujuscumque ſtatus, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ quam ſæcularis, ut præfertur, tam Epiſcopi & Prælati, Superiores, aliique Ordinarii locorum, quam hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquiſitores procedant & inquirant, atque in eos ſevere animadvertant. Nos enim iis & eorum cuilibet contra eoſdem tranſgreſſores procedendi & inquirendi ac pœnis coercendi & puniendi liberam facultatem & auctoritatem iiſdem auctoritate & tenore tribuimus, & impartimur, eoſque, ut præfertur, procedere, inquirere & punire præcipimus & mandamus.

§. 9. Non obſtantibus omnibus iis, & ſingulis, quæ tam Sixtus quam Pius prædeceſſores prædicti in litteris ſuis hujusmodi voluerunt non obſtare. Quibus omnibus & ſingulis eorum tenores præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis & ad verbum inſertis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 6. Julii 1616. Pontificatus noſtri XII.

Gregor. XV. *Bulla* 29. 24. *Maii ann.* 1622. §. 1. Sanctiſſimus Dominus noſter poſt longam, & maturam diſcuſſionem auditis votis Illuſtriſſimorum, & Reverendiſſimorum DD. Cardinalium ... re accurate ac diligenter perpenſa provide conſiderans, quod quamvis in Conſtitutione felicis recordationis Sixti IV. ſuper Conceptione Beatiſſimæ Virginis Mariæ pro ſubmovendis inter Chriſti fideles ſcandalis, rixis, & contentionibus edita, a S. Tridentina Synodo innovata, & deinde in alia Conſtitutione ſanctæ memoriæ Pii V. ſuper eadem re, quas ſimiliter Sanctitas ſua innovavit, cum quibuſdam proviſionibus & adjectionibus pœnarum, pro efficaciori earum obſervatione, relinquatur unicuique libera facultas tenendi & etiam aſſerendi utramque partem, quod ſcilicet fuerit, vel non fuerit, concepta cum peccato originali, & dum tamen neutra veluti erronea, aut hæretica damnetur, nihilominus ex occaſione aſſertionis affirmativæ in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & actibus publicis, quod eadem beatiſ-

ſima

PARS II. SECT. IV. CAP. II. §. 17.

ſima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Chriſtiano, cum magna Dei offenſa, ſcandala, jurgia, & diſſenſiones. Propterea volens hujusmodi ſcandalis ex debito ſui muneris providere, & præcepit, ac præſentis Decreti virtute mandat & præcipit omnibus & ſingulis cujusvis Ordinis, & instituti Regularibus, & aliis quibuscumque tam Eccleſiaſticis quam ſæcularibus perſonis cujusvis conditionis, ſtatus, gradus, ordinis, aut dignitatis tam Eccleſiaſticæ quam ſecularis, etiamſi ſpecialis, ſpecifica, & individua earum eſſet neceſſaria mentio facienda, ut in poſterum donec articulus hujusmodi a ſancta Sede Apoſtolica fuerit diffinitus, vel per Sanctitatem ſuam & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & aliis quibuscumque actibus publicis aſſerere, quod eadem Beatiſſima Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Contrafacientes autem eadem Sanctitas ſua voluit & declaravit ſubjacere debere & ſubjecit cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis Conſtitutionibus ſuorum prædeceſſorum, & ſua ipſo facto incurrendis. Per hujusmodi tamen proviſionem Sanctitas ſua non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei ullam prorſus præjudicium inferre, eam relinquens in eisdem ſtatu, & terminis in quibus de præſenti reperitur, præter quam quod ſupra diſpoſita. Ulterius ſub eisdem cenſuris, & pœnis mandamus, quod negativam opinionem, videlicet quod non fuerit concepta cum peccato originali, in prædictis publicis actibus aſſerentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, ſeu tractent. Inſuper voluit & expreſſe mandavit, ut extra hos caſus expreſſos publicorum actuum, in reliquis omnibus, ſupradictæ Conſtitutiones firmæ, & illæſæ remaneant & exacte obſerventur perinde ac ſi præſens Decretum non emanaſſet. Et ita decrevit, & mandavit ubique inviolabiliter obſervari, non obſtantibus in hac parte ſupradictis Conſtitutionibus, & aliis omnibus in contrarium facientibus.

§. 2. Hoc ſuo præſenti Decreto ex eisdem cauſis ad evitanda ſcandala, diſſenſiones, atque diſcordias in populo Chriſtiano, quæ pari ratione oriri poſſunt, & ut accepit, in aliquibus Regionibus iam orta ſunt ex ſermonibus privatis, occaſione aſſertionis affirmativæ, extendit, & ampliavit etiam ad privata colloquia & ſcripta, mandans & præcipiens omnibus & ſingulis ſupradictis, ne de cetero, donec articulus hujusmodi a Sede Apoſtolica definitus, vel per Sanctitatem ſuam & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, neque etiam in ſermonibus, & ſcriptis privatis audeant aſſerere, quod eadem Beatiſſima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmativa aliquo modo agere, ſeu tractare, exceptis tamen quibus a ſancta Sede Apoſtolica fuerit ſuper hoc ſpecialiter indultum. Per hoc tamen Sanctitas ſua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei ullum prorſus præjudicium inferre, eam relinquens in eisdem ſtatu & terminis, in quibus reperitur, præterquam quoad in ſupradicto felicis recordationis Pauli V. & hoc ſuo Decreto diſpoſita.

§. 3 Eademque Sanctitas ſua voluit, & expreſſe mandavit, ut in reliquis omnibus, ubi hujuſmodi Decretis non adverſantur, Conſtitutiones Sixti IV. Alexandri VI. & Pii V. ac Pauli V. ejus prædeceſſorum ſuper Conceptione Beatiſſimæ Virginis firmæ & illibatæ remaneant, ac exacte obſerventur, perinde ac ſi hujusmodi Decretum non emanaſſet.

§. 4. Et inſuper eadem Sanctitas ſua, cum S. R. E. de Beatiſs. Virginis Conceptione feſtum ſolemniter & Officium celebret, omnibus & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis tam ſæcularibus quam cujusvis Ordinis & inſtituti Regularibus mandat ac præcipit, ut in ſacro ſancto Miſſæ ſacrificio ac divino officio celebrandis, tam publica, quam privatim, non alio quam Conceptionis nomine uti debeant. Contravenientes autem Sanctitas ſua voluit, & declaravit ſubjacere debere & ſubjecit cenſuris & pœnis contentis in ſupradictis Conſtitutionibus ac præfato Decreto ſuorum prædeceſſorum ipſo facto incurrendis. Et ita decrevit & mandavit ubique inviolabiliter obſervari.

§. 5. Non obſtantibus in hac parte Conſtitutionibus ſupra ſcriptis, Decreto præfato Pauli V. conſuetudinibus etiam immemorabilibus, necnon omnibus & ſingulis quæ prædeceſſores prædicti voluerunt non obſtare, ac aliis quibuscumque in contrarium facientibus.

§. 6. Volens, & decernens, pro obſervatione & executione præſentis Decreti, & omnium in eo contentorum, quod contra hujusmodi transgreſſores etiam Regulares cujusvis Ordinis & inſtituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quaſcumque Eccleſiaſticas, & ſeculares perſonas cujuſcumque ſtatus, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ quam ſecularis, tam Epiſcopi & Prælati Superiores, aliique Ordinarii locorum, quam hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquiſitores procedant, & in eos ſevere animadvertant, tribuens eis & eorum cuilibet liberam facultatem & auctoritatem contra eosdem transgreſſores procedendi, ac pœnis coercendi & puniendi.

ALEXANDER VII. *Bulla anni 1661.* Sollicitudo omnium Eccleſiarum, quam, licet meritis & viribus longe impares, Dei optimi maximi voluntate & providentia gerimus, in id nos anxie tenet intentos & vigilantes, ut ſcandala quæ inter fideles, pro humana naturæ corruptione & fragilitate, neceſſe eſt ut veniant, quantum fieri poteſt pauciſſima exoriantur; utque exorta quam celerrime & quam diligentiſſime amoveantur. Nam iis per quos veniunt certam peccati perniciem, quibus vero præbentur præſens afferunt labendi periculum: quorum nos pro noſtri paſtoralis officii debito, & damnum ſummopere dolemus, & diſcrimine aſſidue urimur.

Sane vetus eſt Chriſti fidelium erga ejus beatiſſimam Matrem Virg. Mariam pietas, ſentientium ejus animam in primo inſtanti creationis, atque infuſionis in corpus, fuiſſe ſpeciali Dei gratia & privilegio, intuitu meritorum Jeſu Chriſti ejus Filii, humani generis Redemptoris, a macula peccati originalis præſervatam immunem; atque in hoc ſenſu ejus Conceptionis feſtivitatem ſolemni ritu colentium & celebrantium: crevitque horum numerus, atque hujusmodi cultus poſt editas a felicis recordationis Sixto Papa IV. prædeceſſore noſtro, in ejus commendationem Apoſtolicas Conſtitutiones, quas ſacrum Concilium Tridentinum innovavit, atque obſervari mandavit. Aucta rurſus & propagata fuit pietas hæc, & cultus erga Deiparam poſt erecta hoc nomine, approbantibus Romanis Pontificibus, Religioſum Ordinem, & Confraternitates, ac conceſſas ab iiſdem Indulgentias; ita ut accedentibus quoque pleriſque celebrioribus Academiis ad hanc ſententiam, jam fere omnes Catholici eam complectantur.

Et quia ex occaſione contrariæ aſſertionis in concionibus, lectionibus, concluſionibus, & actibus publicis, quod nempe eadem Beatiſſima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato originali, oriebantur in populo Chriſtiano, cum magna Dei offenſa, ſcandala, jurgia, & diſſenſiones, fel. rec. Paulus PP. etiam prædeceſſor noſter, vetuit horum opinionem præfatæ ſententiæ contrariam publice doceri, aut prædicari. Quam prohibitionem piæ memoriæ Gregorius PP. XV. ſimiliter Prædeceſſor noſter, ad privata etiam colloquia extendit; mandans inſuper in favorem ejuſdem ſententiæ, ut in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, ac divino officio celebrandis tam publice, quam privatim, non alio quam Conceptionis nomine uti quicumque debeant.

Nihilominus, prout venerabiles Fratres Epiſcopi fere omnes Hiſpaniarum cum Eccleſiarum ſuarum Capitulis, datis ad Nos litteris expoſuerunt, accedente etiam inſinuatione chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi, earum Hiſpaniarum Regis Catholici, qui ſpecialem ſuper hoc miſit ad nos Oratorem venerabilem Fratrem Ludovicum Epiſcopum Placentinum, per quem etiam delatæ fuerunt ad Nos ſupplicationes Regnorum earumdem Hiſpaniarum, pergunt aliqui contrariæ illius opinionis aſſertores contra præfatas prohibitiones, tum privatim tum publice præfatam ſententiam, aut impugnare, aut vellicare, & favorem a Romanis Pontificibus cultui, & feſto ſecundum illam præſtitum interpretari, ut fruſtrentur; imo Eccleſiam Romanam huic ſententiæ, & cultui juxta illam B. Virgini exhibito favere negant, pios Chriſti fideles e ſua pacifica quaſi poſſeſſione deturbare conando; unde offenſiones, ſcandala, & jurgia, quibus obviare voluerunt Paulus V. & Gregorius XV. noſtri Prædeceſſores, perdurant adhuc, & ea occaſione eorumdem adverſantium majora his incommoda impoſterum prudenter & merito timentur. Quapropter ſuper his tam præfati Epiſcopi cum Eccleſiarum ſuarum Capitulis, quam memoratus Philippus Rex, ejuſque Regna nobis pro opportuno remedio inſtanter ſupplicari fecerunt.

Nos conſiderantes, quod ſancta Romana Eccleſia de intemeratæ ſemperque Virginis Mariæ Conceptione feſtum ſolemniter celebrat, & ſpeciale, ac proprium ſuper hac officium olim ordinavit juxta piam, devotam, & laudabilem inſtitutionem, quæ a Sixto IV. Prædeceſſore noſtro tunc emanavit, volenteſque laudabili huic pietati, & devotioni, & feſto, ac cultui ſecundum illam exhibito in Eccleſia Romana, poſt ipſius cultus inſtitutionem numquam immutato, Romanorum Pontificum

Præ-

Digitized by Google

agitur nullam S. Auguſtinus vult haberi quæſtionem, propter honorem filii ejus Domini noſtri Jeſu Chriſti. (C) Minime dubium eſt quin B. Virginem Matrem Chriſtus ab omni labe puram & gratia plenam ſervaverit ad executionem æterni conſilii divinæ ſapientiæ: & ad paratam ipſi Virgini ab æterno miſericordiam, & ad electionem divinæ maternitatis. (D)

I. Nonne ſententia quæ aſſerit B. Virginem Deiparam immunem fuiſſe a peccati originalis labe, nonne, inquam, pugnat ea ſententia cum iis Scripturæ locis, in quibus dicuntur omnes homines in Adam peccaſſe?

R. Ex ipſa Scriptura conſtat propoſitiones univerſales, qualis eſt hæc, *omnes in Adam peccaverunt*, poſſe exceptione aliqua reſtringi. Neque ulla temeritas eſt exceptionem & reſtrictionem hujuſmodi admittere, ubi id fit permittente & approbante Eccleſia.

I. Si B. Virgo immunis fuit a macula originali, non ergo fuit Chriſtus ejus Salvator & redemptor?

R. Ni-

Prædeceſſorum noſtrorum exemplo favere, necnon tueri pietatem & devotionem hanc colendi & celebrandi Beatiſſimam Virginem, præveniente ſcilicet Spiritus ſancti gratia, a peccato originali præſervatam; cupienteſque in Chriſti grege unitatem ſpiritus in vinculo pacis, ſedatis offenſionibus, & jurgiis, amotiſque ſcandalis, conſervare: ad præfatorum Epiſcoporum cum Eccleſiarum ſuarum Capitulis, ac Philippi Regis, ejuſque Regnorum oblatam nobis inſtantiam ac preces, Conſtitutiones, & Decreta a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, & præcipue a Sixto IV. Paulo V. & Gregorio XV. edita in favorem ſententiæ aſſerentis, animam beatiſſimæ Mariæ Virginis in ſui creatione & in corpus infuſione Spiritus ſancti gratia donatam, & a peccato originali præſervatam fuiſſe; nec non & in favorem feſti, & cultus Conceptioni ejuſdem Virginis Deiparæ ſecundum piam iſtam ſententiam, ut præfertur, exhibiti, innovamus, & ſub cenſuris & pœnis in eiſdem Conſtitutionibus contentis obſervari mandamus.

Et inſuper omnes, & ſingulos, qui præfatas Conſtitutiones, ſeu Decreta ita pergent interpretari, ut favorem per illas dictæ ſententiæ, & feſto ſeu cultui ſecundum illam exhibito fruſtrentur, vel qui hanc eamdem ſententiam, feſtum, ſeu cultum in diſputationem revocare, aut contra ea quoquomodo directe, vel indirecte aut ſub quovis prætextu, etiam definibilitatis ejus examinandæ, ſive ſacram Scripturam, aut ſanctos Patres, ſive Doctores gloſſandi vel interpretandi, denique alio quovis prætextu, ſeu occaſione, ſcripto, ſeu voce, loqui, concionari, tractare, diſputare, contra ea quicquam determinando aut aſſerendo, vel argumenta contra ea aſſerendo, & inſoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabili modo differendo, auſi fuerint, præter pœnas & cenſuras in Conſtitutionibus Sixti IV. contentas, quibus illos ſubjacere volumus, & per præſentes ſubjicimus, etiam concionandi, publice legendi, ſeu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activa & paſſiva in quibuſcumque electionibus eo ipſo abſque alia declaratione, privatos eſſe volumus; necnon ad concionandum, publice legendum, docendum & interpretandum perpetuæ inhabilitatis pœnas ipſo facto incurrere abſque alia declaratione; a quibus pœnis nonniſi a Nobis ipſis, vel a Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus abſolvi, aut ſuper iis diſpenſari poſſint: necnon eoſdem aliis pœnis noſtro & eorumdem Romanorum Pontificum Succeſſorum noſtrorum arbitrio infligendis pariter ſubjacere volumus, prout ſubjicimus per præſentes, innovantes Pauli V. & Gregorii XV. ſuperius memoratas Conſtitutiones, ſive Decreta. Ac libros in quibus præfata ſententia, feſtum, ſeu cultus ſecundum illam in dubium revocatur, aut contra ea quomodocumque, ut ſupra, aliquid ſcribitur, aut legitur, ſeu Locutiones, Conciones, Tractatus, & Diſputationes contra eadem continentur, poſt Pauli V. ſupra laudatum Decretum edita aut imposterum quomodolibet edenda, prohibemus, ſub pœnis, & cenſuris in Indice librorum prohibitorum contentis, & ipſo facto abſque alia declaratione pro expreſſe prohibitis haberi volumus, & mandamus.

Vetamus autem Sixti IV. Conſtitutionibus inhærentes, quempiam aſſerere quod propter hoc contrariam opinionem tenentes, videlicet Glorioſam Virginem Mariam cum Originali peccato fuiſſe conceptam, hæreſis crimen, aut mortale peccatum incurrant, cum a Romana Eccleſia, & ab Apoſtolica ſede nondum fuerit hoc deciſum, prout Nos nunc minime decidere volumus, aut intendimus: quin potius contrariam illam opinionem hæreſis, aut peccati mortalis, aut impietatis damnare audentes, præter pœnas, quibus eos ſubjecit Sixtus IV. aliique Prædeceſſores noſtri Romani Pontifices, gravioribus aliis pœnis ſubjicimus, quas in contrafacientes huic noſtræ Conſtitutioni ſuperius inflixmus. Volentes quod contra hujus noſtræ Conſtitutionis traſgreſſores, etiam Regulares cujuſvis Ordinis & Inſtituti, etiam Societatis Jeſu, & quomodolibet exemptos, & alias quaſcumque Eccleſiaſticas & Sæculares perſonas, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ quam ſæcularis, ut præfertur, tam Epiſcopi & Prælati, Superiores aliique locorum Ordinarii, quam hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquiſitores procedant & inquirant, atque in eos ſtricte animadvertant. Nos enim iis, & eorum cuilibet contra eoſdem tranſgreſſores procedendi, & inquirendi, ac pœnis coercendi & puniendi liberam facultatem, & auctoritatem iiſdem auctoritate & tenore tribuimus, & impartimur, eoſque ut præfertur procedere, inquirere, & punire diſtricte præcipimus, & mandamus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuſvis indultis & litteris Apoſtolicis quibuſvis perſonis quantumcumque qualificatis, & in quacumque, etiam Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, & quavis alia dignitate & honore conſtitutis, etiam quod contra eos procedi, interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nequeat, quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus, & eorum ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de eis, ipſorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per generales, etiam id importantes clauſulas, mentio habenda, aut alia exquiſita forma obſervanda forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Ut autem hæc noſtra Conſtitutio, & præmiſſa omnia ad eorum omnium quorum intereſt, notitiam congruentius pervenire poſſint, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub pœna privationis ab ingreſſu Eccleſiæ eo ipſo incurrenda præcipimus, & mandamus omnibus & ſingulis locorum Ordinariis, ac eorum Vicariis, Suffraganeis, & Officialibus quibuſcumque, & aliis ſingulis ad quos quomodolibet ſpectat, & pertinet, quatenus hujuſmodi noſtram Conſtitutionem ſingulis ſuæ Diœceſis, vel diſtrictus Prædicatoribus & aliis, quibus expedire judicaverint, opportune inſinuent, & publicent, ac inſinuari, & publicari faciant, ne quis impoſterum quoquomodo ignorantiam de præmiſſis poſſit prætendere, aut ſe contra præmiſſa valeat excuſare. Volumus, & ſimiliter eadem auctoritate decernimus, & mandamus, quod præſentes litteræ per aliquos ex noſtris Curſoribus in Baſilicarum S. Joannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ valvis, ac in acie Campi Floræ de Urbe de more publicentur, & affigantur; quæ affixio & publicatio ita omnes & ſingulos, ad quos ſpectat, afficiat, & arctet, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent; & quod illarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus litteris adhiberetur, ſi oſtenſæ, vel exhibitæ forent.

Legeſis ESTIUM *in 3. Sentent. Diſtinct. 3. §. 2. & ſequ. aliosque Theologos.*

(C) S. AUG. *Lib. de nat. & grat. cap. 36. n. 42. vide §. ſeq. lit.* (C)

(D) *Heures du* C. DE NOAILLES *in 12. Paris* 1707. *ſur la Fete de la Conception de la ſainte Vierge, pag.* 267. Dies hic lætitiæ dies eſt: ſalutem, quam nobis allaturus eſt Jeſus Chriſtus, cujus Mater hodie concepta eſt, annuntiat. Quocumque modo ſanctam Dei Matrem inſpiciamus, ab ipſa ob honorem Filii, omnem peccati cogitationem & ſuſpicionem amoveamus. Quam fatetur

R. Nihilominus Chriſtus fuit ejus redemptor: ſolius enim Chriſti virtute & gratia fieri potuit ut B. Virgo immunis eſſet ab originali macula, quam contraxiſſe debuerat non ſecus ac ceteri homines.

I. Quæ mens eſt Eccleſiæ in hoc feſto?

2. Ut faveat immunitati Mariæ a labe originali, & agantur gratiæ Deo pro conceſſa nobis B. Virgine, de qua natus eſt Jeſus, (E)

E

§. 19. *De Nativitate B. Mariæ Virginis.*

I. Quandonam celebrat Eccleſia Nativitatem B. Virginis Mariæ?

R. Sexto idus Septembris. (A) A

I. Poteſtne dici Virgo Maria nata cum peccati labe ſicut ceteri homines?

R. Abſit ut quid tale audiamus vel cogitemus. Plus certe Deus gratiæ contulit in Virginem

---

Eccleſia particulari Dei favore contra omne vel veniale peccatum munitam, ab originali macula immunem ſingulari privilegio fieri potuiſſe credendum eſt. Communis hæc magisque probata opinio ab Eccleſia recepta eſt, licet nihil Eccleſia definierit, ac tamquam fidei articulum non propoſuerit; contrarium vero palam prædicare & docere Pontifices decreto vetarunt.

Improbari ſatis nequit eorum temeritas, qui cum neque penſitarint, neque pro ingenii ſui modulo rationes in utramque partem penſitare valeant, opinionem, quæ minus ſanctæ Virginis gloriæ favere videtur, continuo amplectantur. Fideles ſuſcipere & cum gaudio admittere debent piam ſententiam, quæ Matrem & Filium magis honorat: vel ſaltem curioſitati frænos injicere, quod a fide & pietate docentur, tenere; a Deo matrem ſuam omnino puram & ſanctam effectam fuiſſe credere, eo tempore & modo, qui ſuorum æternorum judiciorum executioni magis conveniat, nec non miſericordiæ, quam in ipſam exercere volebat, voluntatique, qua ipſam in Jeſu Chriſti Matrem elegit.

Ad inſtructionem veniamus, quæ ab uberrima benedictione, qua Maria prævenitur, erui poteſt. Quam cito Filius Dei ſanctificare gratiaque cumulare aggreditur eam, in qua morari, & de qua naſci debet! Diſcamus hinc puritatem & ſanctitatem, quam a nobis poſtulat; noſque ad eum, ut par eſt, excipiendum mature præparemus. Cogitationem hanc ad præſens tempus referamus, noſtraque deſideria, vota, bona opera duplicare ſatagamus, ut naſciturum Dei filium affectu quo decet & honore ſuſcipiamus.

Omnibus ſanctæ Virgini dicatis diebus pro beneficiis quibus ipſam cumulavit, quibus nos, ipſa deprecante, affecit, Deo gratias agamus; devotionem erga ipſam ſæpius excitando firmemus, ipſam ita invocemus, ut etiam imitari, Filioque & ipſi placere, peccatum fugiendo, Deumque amando ſtudeamus.

(E) BELLARM. *Tom. 1. Controv. de Cultu Sanct. lib. 3. cap. 16. de feſtis Sanctorum, ſibi objicit ex adverſariorum ſcriptis adverſus ſolemnitates Sanctorum*, Secundo (*rejicienda eſſe feſta*,) quia aliqua falſo fundamento nitantur, ut Conceptionis Beatæ Mariæ feſtum, quod feſtum beatus Bernardus nominatim reprehendit in Epiſt. 174. ad Canonicos Lugdunenſes, ubi dicit, errorem, & ſuperſtitionem ſapere hoc feſtum, quia eo vel peccatum honoratur, ſine quo Conceptio iſta non fuit; vel falſa inducitur ſanctitas. Et præterea apud nos etiam non eſt certum, an B. Virgo ſine peccato originali concepta fuerit: Eccleſia enim utramque opinionem permittit, ergo ſaltem dubium eſt, an recte hoc feſtum celebremus.

Huic objectioni reſpondet his verbis: ad ſecundum de feſto Conceptionis, quod falſo fundamento niti videtur, dico: Primo, in majori parte Eccleſiæ pie credi B. Virg. ſine peccato originali conceptam, quod etiam ex adverſariis fatentur Lutherus, & Eraſmus: ille in ſermone de feſto Conceptionis; iſte in Apologia ad Albertum Pium Carpenſem.

Dico ſecundo, fundamentum hujus feſti præcipuum non eſſe Conceptionem immaculatam, ſed ſimpliciter Conceptionem matris Dei futuræ; qualiſcumque enim fuerit illa conceptio, eo ipſo quod conceptio fuit matris Dei, ſingulare gaudium affert mundo ejus memoria: tunc enim primum habuimus pignus certum redemptionis, præſertim cum ſine miraculo ex matre ſterili concepta fuerit. Itaque hoc feſtum etiam illi celebrant, qui putant Virginem in peccato conceptam.

Dices, hoc modo etiam Johannis Baptiſtæ conceptio celebrari poſſet. Reſpondeo, Poſſet ſane, ut Græci faciunt. Nam in Kalendario Græcorum die 23. Septembris annotatur feſtum Conceptionis Joannis Baptiſtæ: ſed Eccleſiæ Latinæ non eſt viſum tot feſta multiplicare. Et præterea magnum eſt diſcrimen inter Matrem Dei, & Præcurſorem ejuſdem, inter utriuſque conceptionem. Nam quia major pars Eccleſiæ pie credit immaculatam Conceptionem, inde habuit eadem Eccleſia occaſionem inſtituendi hoc feſtum; quam occaſionem non habuit ad inſtituendum feſtum de conceptione Joannis Baptiſtæ.

Porro B. Bernardi ſententia nobis favet; ille enim reprehendit Canonicos Lugdunenſes, quod ſine exemplo, vel præcepto Romanæ Eccleſiæ novum feſtum inſtituiſſent. Si ergo nunc B. Bernardus videret ex auctoritate Romanæ Eccleſiæ feſtum celebrari, etiam ipſe libentiſſime celebraret.

Ad rationem autem Bernardi dico, nos nec peccatum honorare, nec inducere falſam ſanctitatem, etiamſi Virgo in peccato concepta eſſet, ſed honorare officium matris Dei, ad quod ab ipſa conceptione deſignata fuit. Nam idem Bernardus ibidem dicit, merito celebrari Nativitatem Joannis Baptiſtæ, quia ſancta fuit, & tamen ibidem dicit, ſe non audere aſſerere ſanctificationem Joannis in utero deleviſſe originale peccatum, licet hoc pium ſit credere. Si ergo ita adverſus Bernardum argumentaret: Colis feſtum Nativitatis Joannis, quem non audes aſſerere natum ſine peccato; ergo vel honoras peccatum, vel inducis incertam ſanctitatem. Reſponderet Bernardus, nec peccatum ſe honorare, nec inducere incertam ſanctitatem, ſed honorare officium Præcurſoris, ad quod ſanctificatus fuit adhuc in utero matris exiſtens. Idem ego reſpondeo illi de Conceptione Beatæ Mariæ. Quod ſi ipſe quæreret, unde habeamus B. Mariam ab ipſa Conceptione ſanctificatam, ſaltem ad hoc, ut eſſet Mater Dei deſignata; reſponderem, inde nos hoc didiciſſe, unde ipſe didicit, B. Mariam ab ipſa nativitate ſanctam fuiſſe. Aſſerit enim ibidem, ex eo, quod Eccleſia jam tunc celebrabat B. Virginis ortum, ſe nihil dubitare, quin ortus ille ſanctus fuerit; & nos ergo ex eo, quod Eccleſia celebrat feſtum Conceptionis, nihil dubitamus, Conceptionem illam ſanctam aliquo modo fuiſſe ex ſaltem ratione officii, ad quod aſſumebatur.

Tom. 4. Controv. de amiſſ. grat. Lib. 4. cap. 15. 16. & 17. Sententiam de Concept. immacul. B. M. V. contraria opinione longe probabiliorem *aſſerit*.

(A) M. DE TILLEMONT *To. 1. de ſes Mem. pour l' Hiſt. Eccleſ. Note 4. ſur la ſainte Vierge.* Feſtum Nativitatis Virginis, ſi Baronio fides, multo antiquius eſt (*quam illud Conceptionis*) licet tempore D. Auguſtini nondum celebraretur. Adnotat, Romæ celebrari ſolitum ſedente Papa Sergio verſus annum 688. deque eo a D. Ildephonſo verba fieri. Hinc mentio fit a Beda, atque etiam ab Uſuardo, & Adone, licet nondum Galliæ receptum eſſet Caroli Magni & Ludovici Filii temporibus, ut per totum Regnum a populo celebraretur. Poſt octavum ſæculum D. Bonifacius inter magna feſta recenſuit. Pater tamen Thomaſſinus primum, qui hac de re ſermonem inſtituit circa annum milleſimum, Fulbertum Carnotenſem fuiſſe acriter propugnat. Rationes tamen contrarias nullo modo refellit; atque tantummodo, Romanum ordinem mutationibus fuiſſe obnoxium, divique Ildephonſi de Virginitate tractatum ipſi a Criticis præſtantioribus abjudicari. Innuere ne ſolummodo vult, feſtum a populo celebratum non fuiſſe, licet Officium in Eccleſia fieret? Si hæc fuit ejus ſententia, eam indicaſſe vellem; in univerſum ſiquidem dixit feſtum circa Fulberti tempora incæpiſſe. In Anglia fuiſſe anno 994. conſtat. In Gallia & ubique D. Bernardi tempore receptum erat. Andegaviæ incipere potuiſſe creditur, in conterminis quippe locis Andegavenſis appellatur.

In omnibus Martyrologiis octava Septembris die celebratum invenitur, qua die etiam Græci celebrant. Eadem dies ſtatuta eſt in D. Gregorii Sacramentario, p. 128. In Calendario vero P. Frontonis pag. 129. die nona. Alii vero ad decimam ſextam Auguſti diem revocant.

S. AM-

ginem Deiparam quam in S. Johannem Baptiſtam,
B qui ſanctificatus eſt ex utero matris ſuæ. (B)

I. Vixitne Virgo Deipara ſine peccato?

R. Vixit. Gratia plena numquam peccavit, ne
C venialiter quidem. (C)

I. Quomodo vixit Virgo Deipara?

R. Vixit parce ac duriter. Pauper, humilis, ab- PARS II.
jecta, ignota hominibus, plena Deo, Divinamque SECT. IV.
legem meditans & implens die ac nocte. (D) CAP. II.

I. Quid quod magis miremur in virtutibus Ma- §. 18.
riæ? D

R. Propoſitum caſtitatis, quam ab ineunte æta-

(B) S. AMBROS. *in Lucam lib.* 1. n. 29. Solemnis autem lætitia eſt in ortu & generatione Sanctorum; Sanctus enim non ſolum parentum gratia, ſed etiam ſalus eſt plurimorum. Unde admonemur hoc loco Sanctorum generatione lætari.

Luc. 1. 15. *N.* 33. *Et Spiritu*, inquit, *ſancto replebitur adhuc in utero matris ſuæ*. Non eſt dubium, verum hoc Angeli eſſe promiſſum; ſiquidem S. Johannes, antequam naſceretur, matris adhuc in utero poſitus, Spiritus accepti gratiam deſignavit ..... Sic enim habes, quod cum advenisset mater Domini ad Eliſabet, ait illa: *Ibid.* 44. *Ecce ut facta eſt ſalutatio tua in auribus meis, exultavit infans in utero meo*. Nondum enim erat illi ſpiritus vitæ, ſed ſpiritus gratiæ. Denique & alibi vivendi ſubſtantiæ præcurrere ſanctificandi gratiam poſſumus *Jer.* 1. 5. advertere, cum dicit Dominus: *priuſquam exires de vulva, ſanctificavi te, & Prophetam in gentibus poſui te*. Alius enim eſt ſpiritus vitæ hujus, alius gratiæ: ille naſcendo ſumit exordium, moriendo defectum: iſte non temporibus, non ætatibus coercetur, non obitu extinguitur, non alvo matris excluditur ... Cum enim adeſt ſpiritus gratiæ nihil deeſt. Et cui Spiritus ſanctus infunditur, magnarum plenitudo virtutum eſt.

S. BERN. *Serm.* 2. *de Aſſumpt. B. M. V. nu.* 8. *Vide infra hoc* §. *litt.* (L)

M. DE TILLEMONT *Memoire pour l'Hiſt. Eccleſ. tom.* 1. *c.* 1. *de la Vierge*. Satis eſt ab Archangelo doceri, ipſam peculiari a Deo amore dilectam ejus oculis placuiſſe, ut græca D. Lucæ phraſis proprie ſignificare videtur; quodque de nullo alio Scriptura affirmavit, gratia plenam fuiſſe, ut Latina Eccleſia, & plures alii ſemper legerunt, Dominumque cum ea fuiſſe.

Satis eſt ad noſtrum finem cum D. Auguſtino dicere, pietate nos ad credendum duci, ipſam accepiſſe gratiam dignitati Matris Dei reſpondentem, hoc eſt ea majorem, quam omnes Sancti ... Itaque quibuslibet Patres & præcipue D. Auguſtinus poſt Jeſum Chriſtum D. Johannem Baptiſtam ornatini laudibus, nihilominus D. Auguſtinus affirmare non dubitat, ſanctam Virginem gratiæ eminentiam ſupra D. Johannem habere potuiſſe, ut peccatum omnino vinceret.

Hæc interior gratia eminensque virtus ſanctæ Virginis magnitudo eſt ac præſtantia; ipſa ſiquidem Matris Dei dignitas nihil ipſi profuiſſet, niſi Verbum divinum ſinu geſtans, felicius etiam in corde geſſiſſet. Præcipua ipſius gloria non ex eo pendet, quod ſua carne Jeſu Chriſti carnem genuerit, verum ex eo quod Patris voluntatem fecerit, Filiique mandata ſervaverit. Per hoc ipſius Mater verius eſt.

Catechiſme de Meaux de M. BEN. BOSSUET, *Leçon* 2. *ſur les Fetes*. *D.* (Sancta Virgo) nata eſt in peccato ut cæteri homines? *R.* Credi omnino non debet, neque a Deo minori gratia donatam, quam Joannem Baptiſtam. *D.* Qua gratia ornavit Deus Joannem Baptiſtam? *R.* Ut in matris utero ſanctificaretur, idque loquente ſancta Virgine factum eſt. *D.* Quid inde includis? *R.* Ipſam minori privilegio ornatam non fuiſſe; majoraque etiam accepiſſe credere convenientiſſimum eſt.

(C) CONC. TRID. *Seſſ.* 6. *ann.* 554. *Can.* 23. Si quis hominem ſemel juſtificatum dixerit amplius peccare non poſſe, nec gratiam amittere, atque ideo eum qui labitur & peccat nunquam vere fuiſſe juſtificatum; aut contra poſſe in toto vita peccata omnia etiam venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei privilegio, quemadmodum de beata Virgine Maria tenet Eccleſia, anathema ſit.

S. AMBROS. *in verſ. ult. Pſal.* CXVIII. *n.* 27. Ovis quæ erravit, quærendua eſt a Paſtore, ne pereat. Ideo dicit: Erravi... Quod lapſum fateris, in eo tibi cum omnibus commune conſortium eſt: quia nemo ſine peccato: negare hoc, ſacrilegium eſt; ſolus enim Deus ſine peccato eſt. Confiteri hoc Deo, impunitatis remedium eſt.

N. 30. Suſcipe me in carne, quæ in Adam lapſa eſt. Suſcipe me non ex Sarra, ſed ex Maria; ut incorrupta ſit Virgo, ſed Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati.

S. AUG. *Lib. de nat. & grat. c.* 36. *n.* 42. Excepta itaque ſancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorſus, cum de peccatis agitur, haberi volo quæſtionem: unde enim ſcimus, quid ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere & parere meruit, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum?

(D) S. AMBROS. *Lib.* 2. *de Virg. c.* 2. *n.* 6. Sit igitur vobis tamquam in imagine deſcripta virginitatis vita Mariæ, de qua velut ſpeculo refulgeat ſpecies caſtitatis & forma virtutis. Hinc ſumatis licet exempla vivendi, ubi tamquam in exemplari magiſteria expreſſa probitatis, quid corrigere, quid affingere, quid tenere debeatis, oſtendunt.

N. 7. Sed primus diſcendi ardor nobilitas eſt magiſtri. Quid nobilius Dei matre? Quid ſplendidius ea, quam ſplendor elegit? Quid caſtius ea quæ corpus ſine corporis contagione generavit? Nam de ceteris ejus virtutibus quid loquar? Virgo erat non ſolum corpore, ſed etiam mente, quæ nullo doli ambitu ſincerum adulteraret affectum: corde humilis, verbis gravis, animi prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior: non in incerto divitiarum, ſed in prece pauperum ſpem reponens: intenta operari, verecunda ſermone, arbitrum mentis ſolita non hominem, ſed Deum quærere: nullum lædere, bene velle omnibus, adſurgere majoribus natu, æqualibus non invidere, fugere jactantiam, rationem ſequi, amare virtutem. Quando iſta vel vultu læſit parentes? Quando diſſenſit a propinquis? Quando faſtidivit humilem? Quando deriſit debilem? Quando vitavit inopem? eos ſolos ſolita cœtus virorum inviſere, quos miſericordia non erubeſceret, neque præteriret verecundia? Nihil torvum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inverecundum: non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non vox petulantior; ut ipſa corporis ſpecies ſimulacrum fuerit mentis, figura probitatis. Bona quippe domus in ipſo veſtibulo debet agnoſci, ac primo prætendat ingreſſu nihil intus latere tenebrarum; ut mens noſtra nullis repagulis corporalibus impedita, tamquam lucernæ lux intus poſita foris luceat.

N. 8. Quid ego exſequar ciborum parſimoniam, officiorum redundantiam: alterum ultra naturam ſuperfuiſſe, alterum pene ipſi naturæ defuiſſe: illic nulla intermiſſa tempora, hic congeminatos jejunio dies? Et ſi quando reficiendi ſucceſſiſſet voluntas, cibus plerumque obvius, qui mortem arceret, non delicias miniſtraret. Dormire non prius cupiditas quam neceſſitas fuit, & tamen cum quieſceret corpus, vigilaret animus: qui frequenter in ſomnis aut lecta repetit, aut ſomno interrupta continuat, aut diſpoſita gerit, aut gerenda prænunciat.

N. 9. Prodire domo neſcia, niſi cum ad Eccleſiam conveniret, & hoc ipſum cum parentibus, aut propinquis; domeſtico operoſa ſecreto, forenſi ſtipata comitatu; nullo meliore tamen ſui cuſtode quam ſe ipſa: quæ inceſſu affatuque venerabilis, non tam veſtigium pedis tolleret, quam gradum virtutis attolleret. Ut tamen alios habeat Virgo membrorum cuſtodes ſuorum, morum autem ſuorum ſe habeat ipſa cuſtodem: plures erunt de quibus diſcat, ſi ipſa ſe doceat, quæ virtutes magiſtras habet; quia quidquid egerit, diſciplina eſt. Sic Maria intendebat omnibus, quaſi a pluribus moneretur: ſic omnia implebat virtutis officia, ut non tam diſceret, quam doceret.

N. 10. Talem hanc Evangeliſta monſtravit, talem Angelus reperit, talem Spiritus ſanctus elegit. Quid *Luc.* 1. 27.
enim in ſingulis morer, ut eam parentes dilexerint, extranei prædicaverint, quæ digna fuit ex qua Dei Filius naſceretur? Hæc ad ipſos ingreſſus Angeli inventa domi in penetrabilibus, ſine comite, ne quis intentionem abrumperet, ne quis obſtreperet; neque enim comites feminas deſiderabat, quæ bonas cogitationes comites habebat. Quin etiam tum ſibi minus ſola videbatur, cum ſola eſſet. Nam quemadmodum ſola, cui tot libri adeſſent, tot Archangeli, tot Prophetæ?

N. 11. Denique & Gabriel eam ubi reviſere ſolebat, *Ibid.* 28.

Digitized by Google

…mata vovit Deo in perpetuum. Cujus quidem propoſiti nullum hactenus exemplum extiterat, ut ſancti Patres unanimi conſenſu aſſerunt. (E) E

Con-

invenit: & Angelum Maria quaſi virum ſpecie motu trepidavit: quaſi non incognitum audito nomine recognovit. Ita peregrinata eſt in viro, quæ non eſt peregrinata in Angelo: ut agnoſcas aures religioſas, oculos verecundos. Denique ſalutata obmutuit, & appellata reſpondit: ſed quæ primo turbaverat affectum, poſtea

Luc. 1. 38. promiſit obſequium.

N. 12. Quam vero religioſa in propinquos fuerit, Scriptura divina ſignificat. Nam & humilior facta eſt, ubi ſe a Deo cognovit electam, & ſtatim ad cognatam ſuam in montana proceſſit: non utique ut exemplo crederet, quæ jam crediderat oraculo: *Beata enim*, in-

Ibid. 45. quit, *quæ credidiſti*. Et tribus cum ea menſibus manſit. Tanti autem intervallo temporis non fides quæri-

Ibid. 41. tur, ſed pietas exhibetur. Et hoc poſteaquam in utero parentis exſiliens puer matrem Domini ſalutavit, prius compos devotionis, quam naturæ.

N. 13. Inde tot ſequentibus ſignis, cum ſterilis pareret, Virgo conciperet, loqueretur mutus, adoraret Ma-

Luc. 11. 19. gus, expectaret Simeon, ſidera nuntiarent, Maria mobilis ad introitum, immobilis ad miraculum: *Conſervabat*, inquit, *hæc omnia in corde ſuo*. Quamvis mater Domini, diſcere tamen præcepta Domini deſiderabat: & quæ Deum genuerat, Deum tamen ſcire cupiebat.

N. 14. Quid, quod annis quoque omnibus ibat in Hieruſalem ſolemni die Paſchæ, & ibat cum Joſeph? Ubique in Virgine comes ſingularum virtutum eſt pudor. Hic individuus debet eſſe virginitati, ſine quo non poteſt eſſe virginitas. Nec ad templum igitur Maria ſine pudoris ſui cuſtode proceſſit.

N. 15. Hæc eſt imago virginitatis. Talis enim fuit Maria, ut ejus unius vita omnium ſit diſciplina. Si igitur auctor non diſplicet, opus probemus; ut quæcumque ſibi ejus exoptat præmium, imitetur exemplum. Quantæ in una Virgine ſpecies virtutum emicant? Secretum verecundiæ, vexillum fidei, devotionis obſequium: virgo intrat domum, comes ad miniſterium, mater ad templum.

Lege vitam B. Mariæ Virg. D. DE TILLEMONT *tom.* 1. *Comment. in Hiſt. Eccleſ.*

(E) MALDONAT. e Soc. Jeſu, *Comment. in Luc.* 1. 34. Quomodo fiet iſtud?... Beata Virgo non potuit naturalem impotentiam ſignificare, cum nubilis credatur fuiſſe, & re jam ipſa nupta eſſet. Significavit ergo moralem impotentiam, non eam quæ ex lege aut præcepto oritur, nulla enim lege, nullo præcepto, viro ſuo uti vetabatur; ſignificavit igitur moralem impotentiam, natam ex voto. Itaque recte multi graecique auctores exiſtimaverunt, beatam Virginem antequam ad eam veniret Angelus, virginitatis votum edidiſſe, in quibus eſt Gregorius Nyſſenus, & Divus Auguſtinus, & Beda, ut apparet hoc loco, & Bernardus, & Anſelmus, & Rupertus.

De tempore quo votum fecerit, inter recentiores Theologos diſputatur. Gregorius Nyſſenus, & Nicephorus exiſtimant, antequam naſceretur Virgo, aut ante certe quam ex infantia excederet, fuiſſe eam a parentibus Deo conſecratam; in qua conſecratione & virginitatis perpetuæ votum contineretur. Alii recentiores Teologi poſt initum cum Joſepho conjugium, ejus conſenſu votum a Virgine factum volunt. Alii, quibus magis equidem aſſentior, prius etiam quam matrimonio jungeretur, factum fuiſſe putant. Horret enim imbutus pietate animus, vel cogitare, ſanctiſſimam Virginem corpus aliquando ſuum periculo corruptionis expoſuiſſe, quod feciſſet profecto, ſi non obſtricta prius voto nupſiſſet.

MENOCHIUS e Societ. Jeſu, *Comment. in Luc.* 1. 38. *Quomodo fiet iſtud?* Non dubitat de veritate dictorum ab Angelo, ſed modo quærit: *Virum non cognoſco*, id eſt, viri non cognoſcere; ſcilicet voverat caſtitatem ante deſponſationem.

TIRINUS *ibid. Quomodo fiet iſtud?* Non dubitat de veritate prædictionis, ut vult Calvinus, ſed ſolum de modo ſollicita, ne fierat cum aliqua voti ſui & virginitatis jactura: ita Ambroſius, Auguſtinus, Theophylactus, & Beda. Malebat enim eſſe virgo, quam mater Dei, inquit Anſelmus & Nyſſenus.

ESTIUS *in Sentent. lib.* 4. *Diſtinct.* 30. *explicans hæc verba Luc.* 1. 34. Quomodo fiet iſtud? &c. *hæc habet* §. 4. Conſequens igitur eſt, tum ex interrogatione Virginis bene expenſa & intellecta, tum ex adjunctis rationibus, illam ſine conditione & abſolute voviſſe; ac proinde hunc eſſe verborum ejus ſenſum: Quis erit modus hujus conceptus & partus, quem tu mihi annuntias, cum mihi jam integrum non ſit cum viro commiſceri, eo quod per votum virginitatem meam conſecraverim Deo? Hunc ſenſum & hanc de voto Virginis doctrinam confirmat auctoritas Patrum. Scribit enim apertiſſime de ea ſe ſanctus Auguſtinus libro de ſancta virginitate, capite quarto, in hæc verba: „ Ipſa quoque virginitas
„ ejus ideo gratior & acceptior, quia non eam conceptus Chriſtus viro violaturo, quam conſervaret, ipſe præripuit, ſed priuſquam conciperetur, jam Deo dicatam, de qua naſceretur, elegit. Hoc indicant verba quæ ſibi fœtum annuntianti Angelo Maria reddidit, *Quomodo*, inquit, *fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Quod profecto non diceret niſi Deo virginem ſe ante voviſſet. Sed quia hoc Iſraelitarum mores adhuc recuſabant, deſponſata eſt viro juſto non violenter ablaturo, ſed potius contra violentos cuſtodituro, quod illa jam voverat. *Et infra*: Poterat & juberi Virgo permanere, in qua Dei Filius formam ſervi congruenti miraculo acciperet; ſed exemplo ſanctis futura virginibus virginitatem Deo dicavit, cum adhuc quid eſſet conceptura neſciret, ut in terreno mortalique corpore cæleſtis vitæ imitatio voto fieret non præcepto, amore eligendi, non neceſſitate ſerviendi". Hæc Auguſtin. qui etiam in *Serm.* 20. *de temp. cap.* 2. ejuſdem voti aperte meminit, & tractatu 10. in Joannem dicit a Maria cœpiſſe dignitatem virginum, ſcilicet ſacrarum, quæ nimirum Deo ſeſe per votum dicaverint. Et in tractatu de Cataclyſmo ſub finem, ſive Auguſtinus, ſive Eradius ejus ſucceſſor, *Virgo Mater*, inquit, *quod vovit, implevit*.

Similiter Gregorius Nyſſenus in Oratione de Nativitate Domini: „ Si nuptiarum cauſa, *inquit*, aſſumpta erat a Joſepho, quomodo Angelum de partu prædicentem, quaſi re nova atque inſolita obſtupefacta, averſata eſſet? Cum prorſus ſperaret ſe quoque ipſam aliquando juxta legem naturæ matrem eſſe futuram? Quoniam Deo dicatam & conſecratam carnem, veluti ſanctum quoddam donarium, intactum ſervari oportebat: propterea etiamſi Angelus ſis, inquit, ac de cælo veneris, etiamſi ſupra hominem ſit id quod apparet, attamen ut virum cognoſcam, fieri non poteſt. Qui mater ero abſque viro? Nam Joſephum ſponſum quidem novi, virum autem non cognoſco. *Sic ille*.

Beda quoque ſcribens in primum Lucæ ad illa verba, *Quomodo fiet*, &c. „ Propoſitum, *inquit*, ſuæ mentis reverenter expoſuit, vitam videlicet virginalem ſe ducere decreviſſe; quæ quia prima feminarum tantæ ſe virtuti mancipare curavit, jure ſingulari præ ceteris feminis beatitate meruit excellere. Et in ſermone de annuntiatione Domini. „ Vere gratia plena, cui divino munere collatum eſt, ut prima inter feminas glorioſiſſimum Deo virginitatis munus offerret.

Item Rupertus lib. 3. in Cantica, ad illud c. 4. *In uno crine colli tui*. „ Dicunt, *inquit*, & vere dicunt amici quia votum egregium Deo prima voviſti, votum virginitatis.

Anſelmus autem libro de excellentia Virginis c. 4. de ea teſtatur, quod „ totam intentionem ſuam, totum amorem ſuum, totum ſtudium ſuum ad hoc intendit, ut corpus & animam ſuam Deo virginitate perpetua conſecraret. " Idemque rurſus in eum ſenſum Virginis interrogationem exponit Homilia ſuper Evangelio, *intravit Jeſus in quoddam caſtellum*, dicens quod „ beata Virgo merito mirata eſt, ab Angelo ſciſcitata, *quomodo*; quia quamvis deſponſatam, tamen ſe nunquam nupturam, neque virum cognituram certiſſime ſciebat". Sic ille: ſed unde certe ſciebat, niſi quia voverat?

His accedit Bernardi clariſſimum teſtimonium; qui Sermone 2. ſuper *Miſſus eſt*, affirmat quod „ Deus beatæ Virgini jam ante virginitatis inſpiraverat votum. Et Sermone 4. ejuſdem Virginis verba ponderans, ſic ait: „ Non dubitat de facto, ſed modum requirit & ordinem. Nec enim quærit an fiet iſtud, ſed quomodo; quaſi dicat, Cum ſciat Dominus meus, teſtis conſcientiæ meæ, votum eſſe ancillæ ſuæ, non cognoſcere virum, qua lege, quo ordine placebit ei, ut fiat iſtud?

„ Si

Contendit Grotius non fuiſſe rem apud Judæos inſolitam, ut puellæ perpetuæ virginitati ſeſe conſecrarent, profertque ea de re obſcurum Philonis Ju-
F dæi teſtimonium. (F) Verum pugnat in eo Grotius (ut in multis aliis ſæpiſſime) cum omni an-
G tiquitate. (G)

I. Quos parentes habuit Virgo Deipara?

R. Creditur vulgo ex parte Joachim & Anna
H matre progenita. (H) Ex Regio genere David pa-
I ternam, (I) ex Sacerdotali Aaron genere mater-
K nam ducebat originem. (K)

I. Quæ mens eſt Eccleſiæ in hoc feſto?

R. 1. Ut ſanctitatem B. Virginis & veneremur & imitemur.

2. Ut ejus exempla ſecuti, digni efficiamur Chriſtum in corde noſtro ſuſcipere, ſicut ipſa per vitæ ſanctitatem Chriſtum in utero concipere meruit. (L) L

§. 19. *De Aſſumptione B. Mariæ Virginis.*

I. Quie die celebrat Eccleſia Aſſumptionem B. Mariæ Virginis?

R. De-

„ Si oportuerit me frangere votum, ut pariem te„ lem filium, & audeo de filio & doleo de propoſi„ to „. Item in ſermone qui incipit: *ſignum magnum*, ex eiſdem verbis Virginis concludit eam illibatam Deo corporis ſimul & ſpiritus ſanctimoniam voviſſe.

Bernardo conſentit familiaris ejus Arnoldus Carnotenſis Abbas Bonævallis, qui in tractatu de laudibus beatæ Mariæ diſerte affirmat, eam Deo virginitatem voviſſe, licet lex conjugium ab omnibus exigere videretur.

His denique accedit concors ſententia Scholaſticorum in præſentem diſtinctionem, qui omnes votum agnoſcunt; tametſi nonnulli cum Magiſtro conditionem affingunt, ſed improbabiliter, ut jam ante oſtendimus.

Legitur etiam in vita Catharinæ Senenſis, revelatum ei fuiſſe quod ſancta Maria prima omnium nuncupaverit Deo perpetuæ virginitatis votum: omnium conformiter cum doctrina Auguſtini, Bedæ, Ruperti & aliorum.

JANSEN. IPRENS. *Comment. in Luc.* 1. 34. Quoniam virum, ſcilicet meum Joſeph, non cognoſco... Quaſi diceret, Non poſſum, aut licet mihi virum cognoſcere. Quod cum fieri non ſoleat, niſi ex voto, hinc eſt quod Bernard. Hom. 4. in *Miſſus eſt*, Beda, Nyſſenus oratione in Nativitatem Chriſti, & imprimis Aug. libro de virginit. cap. 4. conſtanter inde colligant, eam fuiſſe voto virginitatis adſtrictam, antequam Angelus ei loqueretur: imo antequam nuberet, ut Auguſtinus. „ „ Quia enim votum virginitatis, *inquit*, Iſraelitarum „ mores adhuc recuſabant, deſponſata eſt viro juſto, „ non violenter ablaturo, ſed potius contra violentos „ cuſtodituro, quod illa jam voverat.

M. DE TILLEMONT. *Mem. pour. l' Hiſt. Eccleſiaſt. tom.* 1. *Vie de la ſainte Vierge chap.* 2. Maximum donorum, quibus a Deo ſancta Virgo cumulata eſt, illud fuit, quod perpetuo virginitatis voto ſe obſtrinxerit, quod votum duo ſingularia omnino privilegia comitata ſunt. Prima enim fœminarum omnium fuit quæ virginitatem profeſſa ſit. Ab ea igitur Virginum dignitas ortum habuit; ſanctæ hujus conditionis primitiæ ad ipſam referendæ ſunt: ipſaque, ut ita dicam, perfectæ puritatis vexillum erexit, cujus archetypum nonniſi in Cœlo invenire potuit, cum vix in terra hujus virtutis exempla eſſent, vel potius nullum omnino eſſet, quod ad nos pervenerit.

(F) GROTIUS *Comment. in Luc.* 1. 27. *παρθένον Virginem*. Maria Eccleſiæ fert imaginem, quæ παρθένος ἁγνή (Virgo caſta) 2. Cor. x1. 2. quæ parit... (*non ex voluntate viri, ſed ex Deo,*) Johann. 1. 13. Pertinet huc illud Philonis ... *Apud homines quæ ſobolis quærendæ cauſa fit congreſſio, eas quæ virgines fuerant mulieres facit: at Deus ubi cum anima ſociare ſe cœpit, eam quæ mulier erat, rurſus virginem facit.*

W. 34. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Non dubitantis eſſe arbitror, ſed admirantis. Videntur ita Angeli verba a Virgine accepta quaſi res jamjam futura indicaretur. Et οὐ γινώσκω (*non cognoſco*) eſt, *hactenus viro ſum intacta*. Mirum igitur admiratur quomodo conceptura ſit ſine virili opere, cum ejus rei nullum exſteret exemplum. *Virum cognovit*, etiam apud Ovidium eſt. Si verum eſt quod Epiphanius ex veteri auditione narrat, ſenem admodum fuiſſe Joſephum cum Maria ipſi deſponderetur, tanto erit probabilius quod veteres plerique exiſtimant, his verbis etiam propoſitum quoddam perpetuæ virginitatis indicari a Maria, ut quæ agnato ſeni nuptum iret non prolis ſpe, ſed ut haberet cujus ſub tutela deliteſceret ſexus injuriis obnoxia. Propoſitum autem virginitatis non tam incognitum Judæis fuit quam quidam exiſtimant: quod quia ab aliis minus ſolide probatum video, adducam inſignem Philonis locum... (*Interſunt convivio & mulieres, quarum plerreque virgines ſunt ſenectæ, non ex neceſſitate id ſervantes magis quam ſua ſponte, ut nonnullæ apud Græcos Flaminicæ, ſed ſtudio & amore ſapientiæ, cum qua vivere cupientes corporis voluptates ſpreverunt, immortalis non vero mortalis prolis deſiderio, qualem edere ſola de ſe poteſt anima pia, ſerente in eam radios intelligibiles Patre, per quos intueri poſſint ſapientiæ dogmata.*) Hebræi tales votrices virginitatis vocabant פרושרה (Phariſæas,) qualis fuit & Jephthæ filia.

(G) *Id ſupra probavimus adductis variorum Interpretum S. Scripturæ in hunc locum ſententiis*, *ubi* ignotum fuiſſe apud Judæos virginitatis votum *omnes clamant*.

(H) M. DE TILLEMONT *tom.* 1. *de ſes Mem. pour l' Hiſt. Eccleſiaſt. n.* 3. ... Sententia, quæ ante D. Hieronymum cœperat, quæque poſtea invaluerat, eſt, Virginis Patri Joachim nomen fuiſſe. D. Epiphanius traditiones nonnullas, hiſtoriamque Virginis citat. Bollandus aſſentitur, omnia hæc (quæ de Virginis parentibus narrantur) veluti nulla auctoritate firmata accipi debere, ſi Joachim, & Annæ nomina excipias, quæ traditione Eccleſiæ ſervata credi poſſunt. Dicerem potius, impoſtores hoſce, cum adeo antiqui ſint, ut patris & matris ſanctæ Virginis ſcire potuerint vera nomina, falſa veroſimiliter non confinxiſſe, præcipue cum nullam confingendi cauſſam haberent: ex SS. enim Auguſtino & Hieronymo patet, nullam in Eccleſia fuiſſe traditionem, qua patrem Virginis Joachim fuiſſe conſtaret. Bollandus certe fidendum omnino eſſe negat, ſecurque patri matrique Virginis nomina hæc dari potuiſſe, quia primum quidem Domini præparationem, alterum vero gratiam ſignificat.

(I) MATTH. 1. 16. Jacob autem genuit Joſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Jeſus, qui vocatur Chriſtus... 20. Joſeph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam.

LUC. 1. 26. Miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, 27. ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph, de domo David & nomen Virginis, Maria.

(K) LUC. 1. 5. Fuit in diebus Herodis, regis Judææ, Sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen ejus Eliſabeth... 36. Et ecce Eliſabeth cognata tua, *inquit Angelus ad Mariam. Ex quo probari poteſt, Mariam ex Levitico genere duxiſſe originem, uti ex conjugio ejus cum Joſepho, ex regio Davidis ſanguine progenitam fuiſſe neceſſario infertur, quod apud Judæos ejuſdem familiæ viri ac feminæ connubio invicem jungerentur, ne miſcerentur Tribus, & unius familiæ poſſeſſiones ad aliam tranſirent.*

(L) S. BERNARD. *in Aſſumpt. B. Mariæ Serm.* 2. *num.* 2. Sed quid introiſſe eum dicimus in caſtellum? Etiam in anguſtiſſimum virginalis uteri diverſorium introivit. Denique & *mulier quædam excepit illum in domum ſuam.* Felix mulier, quæ non jam exploratores Hierico, ſed potius fortiſſimum illum expoliatorem ſtulti illius, qui vere ut luna mutatur, non legatos Jeſu filii Nave, ſed ipſum magis ſuſcipere meruit verum Jeſum Filium Dei. Felix, inquam, mulier: cujus domus Salvatore ſuſcepto inventa eſt munda quidem, ſed plane non vacua. Quis enim vacuam dixerit, quam ſalutat Angelus gratia plenam? Neque hoc ſolum: ſed adhuc quoque in eam ſuperventurum aſſerit Spiritum ſanctum. Ad quid putas, niſi ut etiam ſuperimpleat eam? Ad quid niſi ut adveniente jam Spiritu plena, ſibi eodem ſuperveniente, nobis quoque ſuperplena & ſupereffluens fiat? Utinam fluant in nos aromata illa, chariſmata ſcilicet gratiarum: ut de plenitudine tanta omnes accipiamus. Ipſa nempe mediatrix noſtra, ipſa eſt per quam ſuſcepimus miſericordiam tuam Deus, ipſa eſt per quam & nos Dominum Jeſum

PARS. II. SECT. IV. CAP. II. §. 19.

R. Decimo octavo Kalendas Septembris. (A)

I. Quid ſignificat ea vox *Aſſumptio* B. Mariæ Virginis?

A R. Significat mortem & tranſitum B. Mariæ a terris in cælum. Mortem Sanctorum quondam *Aſſumptionem* appellavit Eccleſia, quia per mortem Deus vocat eos ad ſe transferendos a terra in cælum. (B) B

I. Aſſumptane eſt Maria in cælum corpore ſimul & anima?

R. Aſſumpta eſſe creditur, nec ſine gravi fundamento; idque complurium Eccleſiarum inſignium pia traditio fert. (C) C

Quæ-

ſtum in domos noſtras excipimus. Et nobis enim ſingulis caſtra ſunt ſingula, & ſingulæ domus: & ſapientia pulſat ad oſtia ſingulorum. Si quis ei aperuerit, introibit cœnabitque cum eo. Eſt vulgare proverbium, quod multorum in ore, magis autem in corde verſatur: Bonum, inquiunt, ſervat caſtellum, qui cuſtodierit corpus ſuum. Sapiens tamen non ſic, ſed magis, inquit, *omni cuſtodia*

Prov. 4. 23. *ſerva cor tuum, quia ex ipſo vita procedit.*

N. 8. Abſit enim ut proprii quicquam inquinamenti

Jerem. 1. 5. domus hæc aliquando habuiſſe dicatur, ut in ea proinde ſcopa Lazari quæreretur. Quod ſi originalem a parentibus maculam traxit, ſed minus a Hieremia ſanctificatam

Luc. 1. 4. in utero, aut non magis a Ioanne Spiritu ſancto repletam credere prohibet pietas Chriſtiana. Hæc enim feſtis laudibus naſcens honoratur. Poſtremo cum omni modo conſtet ab originali contagio ſola gratia mundatam eſſe Mariam: quippe cum & nunc in baptiſmate ſola hanc maculam lavet gratia, & ſola eam raſerit olim petra Circumciſionis: ut omnino pium ſit credere, proprium Maria delictum non habuit, nihilominus ab innocentiſſimo corde etiam pœnitentia longa fuit.

Pſal. 44. 14. N. 9. *Omnis* quidem *gloria filiæ regis ab intus*, nihilominus *in fimbriis aureis circumamicta* eſt *varietate*. Non eſt de numero fatuarum virginum prudens Virgo. Lampadem habet, ſed in vaſe oleum portat. An forte

Matt. 25. 4. excidit vobis Evangelica illa parabola, quæ fatuas virgines prohibitas narrat ab introitu nuptiarum? Erat equidem domus earum munda, virgines enim erant. Erat ornata, quia ſimul omnes, id eſt fatuæ cum prudentibus lampades ornaverunt: ſed erat vacans, quia in vaſis ſuis oleum non acceperunt. Hinc eſt quod nec ab eis ſuſcipi in domos ſuas, nec admittere eas dignatur ſponſus cæleſtis ad nuptias. Non ſic mulier illa fortis, quæ ſerpentis caput contrivit. Habes enim poſt multa in lau-

Prov. 31. 18. dibus ejus, quia *non extinguetur in nocte lucerna ipſius*. In ſugillationem hoc dicitur fatuarum, quæ veniente me-

Matt. 25. 8. dia nocte ſponſo, conqueruntur ſero & dicunt: *Quia lampades noſtræ extinguuntur*. Proceſſit igitur glorioſa Virgo, cujus lampas ardentiſſima ipſis quoque Angelis lucis miraculo fuit, ut dicerent: *Quæ eſt iſta quæ progreditur*

Cant. 6. 9. *ſicut aurora conſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol?* Clarius enim cæteris rutilabat, quam replevit oleo gratiæ præ participibus ſuis Chriſtus Jeſus filius ejus.

De Virgine Deipara, *Serm.* 2. *n.* 7. Totis ergo medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia ſic eſt voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam. Hæc, inquam, voluntas ejus eſt, ſed pro nobis. In omnibus ſiquidem & per omnia providens miſeris, trepidationem noſtram ſolatur, fidem excitat, ſpem roborat, diffidentiam abigit, erigit puſillanimitatem. Ad Patrem verebaris accedere: ſolo auditu territus ad folia fugiebas. Jeſum tibi dedit mediatorem. Quid non apud talem Patrem Filius talis obtineat? Exaudietur utique pro reverentia ſua: Pater enim diligit Filium. An vero trepidas & ad ipſum? Frater tuus eſt & caro tua, tentatus per omnia abſque peccato, ut miſericors fieret. Hunc tibi fratrem Maria dedit. Sed forſitan & in ipſo Majeſtatem vereare divinam, quod licet factus ſit homo, manſerit tamen Deus. Advocatum habere vis & ad ipſum? Ad Mariam recurre. Pura ſiquidem humanitas in Maria, non modo pura ab omni contaminatione, ſed & pura ſingularitate naturæ. Nec dubius dixerim, exaudietur & ipſa pro reverentia ſua. Exaudiet utique Matrem Filius, & exaudiet Filium Pater. Filioli, hæc peccatorum ſcala, hæc mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ. Quid enim? Poteſtne Filius aut repellere, aut ſuſtinere repulſam: non audire, aut non audiri Filius poteſt? Neu-

Luc. 1. 30. trum plane. *Inveniſti*, ait Angelus, *gratiam apud Deum*. Feliciter ſemper hæc inveniet gratiam, & ſola eſt gratia qua egemus. Prudens Virgo non ſapientiam, ſicut Salomon, non divitias, non honores, non potentiam, ſed gratiam requirebat. Nimirum ſola eſt gratia qua ſolvamur.

N. 8. Quid nos alia concupiſcimus, Fratres? Quæramus gratiam, & per Mariam quæramus: quia quod quærit, invenit, & fruſtrari non poteſt. Quæramus gratiam, ſed gratiam apud Deum: nam apud homines gratia fallax. Quærant alii meritum; nos invenire gratiam ſtudeamus.

(A) M. DE TILLEMONT *tom.* 2. *de ſes Mem. pour l'Hiſt. Eccleſ. Note* 17. *ſur la Fete de l'Aſſomption.* Univerſa Eccleſia Latina & Græca hodie decima quinta Auguſti die mortem & glorificationem ſanctæ Virginis celebrat. Græci feſtum hoc *dormitionem κοίμησιν* appellant, & nonnumquam ſanctæ Virginis tranſitum *μετάστασιν*. Latini quoque *dormitionis* vocem uſurparunt; verum plerumque *Aſſumptionis* voce utuntur, quam peculiariter Virgini tribuit, licet nonnunquam uſa etiam ſit ad aliorum ſanctorum mortem indicandam. Plura afferuntur exempla, quibus addi poteſt illud D. Auguſtini, qui de puero S. Stephani interceſſione reſuſcitato, ac iterum poſt baptiſmum ſuſceptum mortuo, iiſdem verbis utitur: *aſſumptus eſt*. P. Thomaſſinus uſum verbi *Aſſumptionis* recognoſcit: mirumque eſt, quod hinc ad reſurrectionem Virginis probandam argumentum ſumat.

Quod argumentum ex eo magis falſum apparet, quod Eccleſia diem mortis Virginis decima quinta Auguſti die in Aſſumptionis feſto celebrat, ut ex orationibus, quibus utitur, & voce *dormitionis* Latinis pariter ac Græcis communi, patet. Nemo autem ipſa mortis die reſurrexiſſe aſſerit. Alii poſt tres, poſt quadraginta alii a mortuis ſurrexiſſe volunt; qui vero poſtremam hanc ſententiam tuentur, feſtum vigeſima tertia ſeptembris die aſſignant, ipſius mortem decima quinta die Auguſti ſecutam per conſequens innuentes. Antiqua Romana Kalendaria a P. Frontone, & a Leone Allatio data Aſſumptionis feſtum titulo requiei & pauſationis indigitant. In Sacramentario D. Gregorii præter orationes vigiliæ & diei, quæ etiamnum dicuntur, in vigilia habetur vulgaris Oratio *Concede miſericors Deus*, voce *memoriam in requiem* mutata. Eodem modo dicitur hæc Oratio feſto die ad Nonam in Monaſteriis ſub regula S. Bernardi, juxta Breviarium anno 1648. impreſſum.

Nicephorus refert Imperatorem Mauricium primum omnium, ut per totum Orientis Imperium mortis ſanctæ Virginis *κοίμησιν* feſtum decima quinta Auguſti die celebraretur juſſiſſe; quod non prohibet, quominus etiam antea aliqua ſolemnitas ageretur. Centeſimo poſt Mauritium anno, Andreas Cretenſis inquit, mortem aut reſurrectionem Virginis per totum orbem honore affectam, feſtum tamen nonniſi in pauciſſimis locis celebratum.

Nonnulla valde antiqua Martyrologia decima octava die Januarii recenſent feſtum mortis ſanctæ Virginis, *depoſitio*, aliquando vero etiam Aſſumptionis: Chriſtiani quoque Ægyptii Quietis diem ejuſdem menſis die decimaſexta celebrare perhibentur. Feſtum Aſſumptionis Romæ quoque agebatur Sergii Papæ tempore anno 688. ſub *dormitionis* nomine, nec non a Græcis, vel intra Nativitatem & Purificationem, vel Auguſto menſe. In antiquo Romano Kalendario a P. Frontone dato, & in Allatiano, recenſita eſt die decimaquinta Auguſti ſub *pauſationis* nomine, ut modo indicavimus. S. Gregorii Sacramentarium feſtum Aſſumptionis appellat, & in diem decimam quintam Auguſti conjicit, in quam Galli feſtum diei decimoctavæ Januarii, tum cum Romanos ritus ſub Carolo Magno admiſerunt, tranſtuliſſe creduntur.

Anno 813. nondum in Gallia univerſim recepta erat ut a populo celebraretur, ſed paulo poſt recepta fuit, ut ex Capitularibus, quæ Feſtum Aſſumptionis appellant, videre eſt. Ante Carolum Magnum Godegrandus Metenſis Epiſcopus tamquam magnam ſuæ Diœceſis ſolemnitatem ſtatuerat. P. Fronto vigiliam quoque ab ipſo inſtitutam putat, quæ poſt aliquod tempus jejunio celebrabatur, cum Pontifex Nicolaus I. poſt annum 856. ad Bulgaros ſcripſit. Hæc Aſſumptionis vigilia apud Uſuardum, & Adonem legitur, qui feſtum *dormitionis* nomine indicant, neque alter ab altero accepit, verum ambo ab antiquiori fonte, quod & Bedam ante ipſos feciſſe credibile eſt, qui in diem decimam quintam Auguſti refert. Poſt annum 1094. a Papa Urbano II. hujus vigiliæ jejunium in Gallia ſtatutum vel confirmatum fuiſſe creditur.

(B) *Hæc fuſe probantur ex ſequent. Auctoribus infra adductis.*

(C) D. CLAUDIUS JOLI *in Diſſert. de verbis Uſuardi*,

di, &c. exſcribit verba varior. Martyrol. tum MSS. tum typis excuſorum, quæ hic adducere non piguit. Vetus Martyrologium Romanum a Cardinale Baronio deſideratum, opera & ſtudio Heriberti Roſweydi Ultrajectini Societatis Jeſu Theologi publicatum, & Paulo V. Pontifici Maximo inſcriptum.

xviii. *Kal. Sept.* S. Mariæ Dormitio.

Calendarium Romanum nongentis annis antiquius, & aureis characteribus exaratum; a Joanne Frontone Canonico Regulari S. Auguſtini, ex Monaſterio S. Genovefæ Pariſienſis erutum & editum anno 1652.

xv. *Die Auguſti ſolemnia* de Pausatione Sanctæ Mariæ.

Usuardi Martyr. quo Romana Eccleſia, ac permultæ aliæ utuntur: juſſu Caroli Magni conſcriptum, opera Joannis Molani Lovanienſis, Lovanii ſacræ Theologiæ Regii Profeſſoris editum.

Decimo octavo Kal. Septembris.

Dormitio Sanctæ Dei Genitricis Mariæ: *cujus ſacratiſſimum corpus, etſi non invenitur ſuper terram, tamen pia Mater Eccleſia ejus venerabilem memoriam ſic feſtivam agit, ut pro conditione carnis eam migraſſe non dubitet. Quo autem venerabile illud Spiritus ſancti templum nutu & conſilio divino occultatum ſit, plus elegit ſobrietas Eccleſiæ cum pietate neſcire, quam aliquid frivolum & apocryphum inde tenendo docere.*

Perſimile eſt omnino Martyrologium Usuardi MSS. pervetaſtæ atque optimæ notæ, quod in Bibliotheca S. Germani Pratenſis ſervatur.

Adonis Viennenſis Archiepiſcopi Martyrologium ad MSS. exemplaria recenſitum, opera & ſtudio Heriberti Rosweydi Ultrajectini Socies. Jeſu Theologi: antea vero ſub nomine Adonis ſive Udonis Archiepiſcopi Trevirenſis a Jacobo Moſandro Carthuſiano publicatum.

xviii *Kalendas Septembris* Sanctæ Mariæ Dormitio.

Et in libello ejusdem Adonis de Feſtivitatibus SS. Apoſtolorum, &c. quem Rosweydus ſeparatim edidit, & ipſius Martyrologio præpoſuit.

vi. *Idus Septembris.*

Natalis Beatiſſimæ Dei genitricis Mariæ, &c. Cujus Dormitionem xviii. *Kalend. Septemb. omnis celebrat Eccleſia. Cujus ut ſacrum corpus non invenitur ſupra terram: ſic nec beati Moyſis ſepulchrum, quem ſacra Scriptura dicit a Domino ſepultum. Tamen pia mater Eccleſia, quæ ſuis obſervationibus integerrima fide fundata conſiſtit, ejus venerabilem memoriam ſic feſtivam agit, ut pro conditione carnis eam migraſſe non dubitet. Ubi autem venerabile Spiritus ſancti templum illud, id eſt caro ipſius beatiſſimæ Virginis Mariæ divino nutu & conſilio occultatum ſit, magis elegit ſobrietas Eccleſiæ cum pietate neſcire, quam aliquid frivolum & apocryphum inde tenendo docere. Sufficiunt enim ei ad ſanctitatem & vitam Virginis & Matris Domini commendandam Evangeliſtarum teſtimonia, nec de ea quærere ultra neceſſarium putat.*

In Calendario Breviarii cujusdam MSS. quingentorum ad minus annorum, quod in Bibliotheca Cœnobii S. Germani Pariſienſis aſſervatur.

xviii. *Kal. Septemb.* Dormitio Sanctæ Dei Genitricis.

Pag. 13. Diſſ. quænam fuerit illius ſcribendæ occaſio, his verbis aperit. Neque enim hic de veritate hiſtoriæ Aſſumptionis corporalis B. Mariæ agitur, quam nemo vere Catholicus oppugnare velit, nec etiam poſſit. Itaque nunc de ea ſermo non habebitur, niſi ex occaſione, & in quantum textus Uſuardi poſtulabit. Quis enim negare valeat, Aſſumptionem talem ab omnipotenti Deo fieri potuiſſe? Quis aſſerere præſumat, Deum ita fieri noluiſſe? Quis proferre audeat, Beatiſſimam Virginem, quam Angelus ab ipſo Deo miſſus & ſalutavit, & priusquam Θεοτόκος eſſet, cæleſti *gratia plenam* eſſe aſſeveravit, poſtquam Dei Mater eſſe cœpit, peculiarem hanc gratiam non meruiſſe? Qui hæc inter Chriſtianos blaterarit, non modo impius ac blasphemus, ſed etiam ſtultus, & omnino mentis expers haberetur.

Ut autem prodigioſæ impietatis ac extremæ dementiæ argueretur, qui talem corporis Aſſumptionem quaſi falſam denegaret; ita præſcriptos ab Eccleſia limites ille
Parad. 3. transgrederetur, & ut ait Tullius *lineas tranſiliret*, qui eam pro conſtanti atque indubitata aſſereret, cum incedere medius juſſus ſit, non aſſeverando quod non prorſus conſtat, nec etiam reſpuendo quod infectum dici nequit; ſed pie credendo quod fieri non tantum potuit, ſed etiam convenienter decuit.

Sive autem ſacratiſſima Virgo in corpore, ſive extra corpus in cælos aſsumpta fuerit exaltata eſt ſupra choros Angelorum, ab omnibus generationibus beata in æternum dicenda, omnimodis laudibus prædicanda, hymnis ac canticis ſpiritualibus excolenda, devotis fidelium precibus invocanda; Baronius inconſtantiæ Uſuardum accuſat: quia nimirum Uſuardus xiv. Auguſti *vigiliam Aſſumptionis* non *vigiliam dormitionis* ſcripſerat. Quid ſi autem Uſuardus id ſciens prudensque fecerit, ut majori fide varietatem ſui temporis demonſtraret? Num ideo reprehendi debet, quia Eccleſiæ Occidentalis ſimul & Orientalis diverſa vocabula, ea occaſione, exprimere voluit? Quamvis enim tempore Uſdardi nondum Aſsumptionis feſtum ubique in Eccleſia Latina admiſsum eſset, ut infra demonſtrabimus, attamen Aſſumptionis verbum jam apud Latinos invaluerat, ſicuti ex Martyrologio Bedæ colligitur, qui obiit anno Domini 735. Nec fortaſſe a Bedæ tempore procul abeſt, vetuſtum quoddam Calendarium cœnobii S. Germani Pariſienſis, in quo hæc verba me deprehendiſſe non diffiteor, 18. Kal. Sept. *Aſſumptio ſancta Maria Matris Domini.* Cujus antiquitas ex eo apparet, quod in eo nulla fit mentio die præcedenti, hoc eſt, 19. Kal. Sept. vigiliæ ejusdem Aſſumptionis, ſed tantum *Natalis S. Euſebii Epiſcopi.* Ita & in Calendario quodam MSS. Corbeienſis Monaſterii 800. circiter annorum, quod aſſervatur in Bibliotheca Epiſcopi Tullenſis, refertur 18. *Kal. Sept. Aſſumptio Sanctæ Mariæ Matris D. N. J. C.*

Verum apud Græcos, qui feſtum illud jam pridem acceperant, tempore nempe Mauricii Imperatoris circa annum 583. ut notat Nicephorus, vel etiam antea, κοιμήσεως, hoc eſt, *Dormitionis* nomen jam in uſu erat ac perpetuo exinde permanſit. Quod quidem feſtum Cardinalis Sirletus apud Caniſium ex Menologio quodam Græcorum, veluti eſt & in omnibus aliis Menologiis ac Menæis, *ſacram Dormitionem ſanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ* nuncupat. Balſamon quoque ad Canonem 3. Apoſtolorum τὴν ἑορτὴν τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, *feſtum Dormitionis ſanctiſſimæ Deiparæ* nominat, ut & Codinus, cap. 15. 3. *de officiis Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ.* Et Leo Imperator oratione 10. in S. Mariæ Dormitionem, in qua valde dubius videtur quid de ipſius corpore, an redivivum jam fuerit, an futurum ſit, ſentire debeat.

Notandum eſt tamen κοίμησιν iſtam quosdam aliquando Græcos, ſed pauciores, μετάστασιν appellaſſe, veluti Comnenus Manuel in novella anni 674. apud Photium in Nomocanone, & in Codice Juris Orientalis libro 1. *de Feriis.* At pariter notandum eſt μετάστασιν illam omnes omnino Interpretes emigrationem vertiſſe, præter Jacobum Gretſerum Societatis Jeſu Presbyterum, qui in commentariis ad Codinum μετάστασιν *tranſlationem* vertit; ſtatim addens, hac voce Menæa Græcorum poſt ſupraditum de *Dormitione* titulum, mox per verbum iſtud μετάστασις voluiſſe ſubjungere reſurrectionem ejusdem Deiparæ virginis, quaſi eodem die & anima & corpore in cælum aſſumpta fuerit, cum alii Interpretes κοίμησιν & μετάστασιν idem ſignificare ſenſerint, ut jam dixi; de qua interpretatione Gretſerum reprehendere videtur doctiſſimus vir Franciſcus Combeſis Dominicanus in notis ad Orationem Leonis Auguſti de *Dormitione B. Mariæ.*

Hoc autem quod opinatur Gretſerus, nimirum B. Virginem eodem die, quo e vivis exceſſit, reſurrexiſſe, ut fieri potuiſſe non denegamus, ita incertum atque uni Deo cognitum eſſe profitemur; ſi quidem ipſe Gretſerus agnoſcit, *Latinam Eccleſiam quæ Aſſumptionem ſolemni cæremonia die 15. Auguſti concelebrat, de die Dormitionis, an illo, an aliquo præcedenti acciderit, nihil tradidiſſe: reſuſcitationem* autem B. Virginis *Damaſcenum*, qui Græcus erat, *tertio demum ab obitu die ſtatuiſſe, in Oratione de Aſſumptione B. Mariæ*; item & alios cenſuiſſe, ab ejusdem obitu *interceſſiſſe quadraginta dies usque dum anima cum corpore rurſus conglutinata, reſurrexit, cælosque petivit*

Uſuardus igitur utrumque morem procul dubio deſignare voluit, Latinorum per *Aſſumptionis* verbum, Græcorum per *Dormitionis.* Non eſt enim veriſimile, virum prudentem, pium atque doctum aliud in mente habuiſſe, quam diverſas appellationes utriusque Eccleſiæ demonſtrare; cum ipſi æque facile fuiſſet in vigilia Aſſumptionis verbo *Dormitionis* uti, ſi verbum *Aſſumptionis* ſupprimere voluiſſet.

Die 15. Auguſti maluit Uſuardus vocem *Dormitionis* aſſumere, quæ migrationem B. Virginis ex hac vita ſignificat; quoniam hic dies proprie illi migrationi concelebrandæ dicatus eſt, quam *Aſſumptionis*: quæ tametſi migrationem iſtam quoque deſignet, veluti in Martyrologio

Digitized by Google

logio quodam vetuſtiſſimo S. Hieronymi nomine inſignito, de quo infra dicemus ubi 6. Calend. Jan. Aſſumptio S. Joannis Evangeliſtæ apud Epheſum refertur, & aſſumptio S. Aviti Abbat. Carnoteni pagi apud Gregorium Turonenſem, & in lectionibus Breviarii Pariſienſis die 17. Junii: qua locutione etiam antea Euſebius mortem Conſtantini Imperatoris ſignarat, πρὸς τὸν αὐτοῦ θεὸν ἀνελαμβάνετο, ad *Deum ſuum aſſumptus eſt*. Quamvis, inquam, *Aſſumptionis* verbum aſſumptionem quoque animæ abſque corpore deſignare poſſit, nihilominus aſſumptionem corpoream clarius exprimit, quam alii tertia die, veluti ſupra S. Johannes Damaſcenus, contigiſſe ferunt, alii vero quadrageſima, veluti venerabilis Beda, apud quem in Martyrologio die 9. ante Kalendas Octobris, qui 23. eſt Septembris, *ſecunda Aſſumptio ſanctæ Mariæ* annotatur, quæ præciſe pro *aſſumptionis corporeæ* feſto ibi ſumitur, quemadmodum aſſumptio prima pro *Dormitionis*, quæ 15. Auguſti præceſſerat... Apud Belethum *ſanctorum tranſitus multis appellatur modis*. *Dicitur enim exitus*, *tranſitus*, *obitus*, *Natale*, *Natalitium*, *Dormitio*, *Depoſitio*, *Paſſio*, *Aſſumptio*. Unde idem Belethus cum hæc omnia verba particulatim interpretatur, *Aſſumptionem* B. Mariæ, tranſitum ipſius eſſe dicit, & in quodam Martyrologio Adonis MSS. apud S. Germanum a pratis 18. *Kal. Sept.* reperitur ſcriptum *Dormitio vel Aſſumptio*, quaſi duo hæc verba idem ſignificent. In Breviario autem, quod ibidem oſtenditur, & a 500. vel amplius annis jam ſcriptum creditur, cum in ejus Calendario 18. Kal. Sept. *Dormitio ſanctæ Dei Genitricis* relata ſit, in contextu tamen officii ejuſdem diei titulus ſic ſe habet; *in Aſſumptione S. Mariæ*. Mirum igitur haberi non debet, quod Uſuardus, poſtquam 19. *Kal. Sep. vigiliam Aſſumptionis B. Mariæ* annuntiavit, poſtea 18. *Dormitionis* ejuſdem feſtum expreſſerit, cum in eo neque diſcrepantia ulla intelligi debeat, neque exempla ſic loquendi olim defuerint.

Pag. 55. S. Iſidorus Hiſpal. qui ceſſit e vita anno 636. de morte D. M. V. ita locutus eſt l. de vita & morib. SS. c. 61. *Specialiter nulla docet hiſtoria Mariam gladii animadverſione peremptam; quia nec obitus ejus uſpiam legitur, dum tamen nec reperiatur ſcriptura.*

Pag. 61. Fidelis quidem eſt viri pie credere, corpus B. Mariæ V. in cælum eſſe receptum, (ut opinatur Petrus Bleſenſis in Serm. 34. de Aſſumpt. p. 329. edit. ann. 1667. in fol.) ſervatum fuiſſe ab omni mortalitate & corruptione illæſum.

Pag. 85. Petrus Aurelius Edit. in fol. ann. 1642. *pag.* 76. *Beatam Virginem Deiparam corpore ſimul & anima in cælum iviſſe veriſſima doctrina eſt, Eccleſiæ conſenſu fulta, non tamen omnino catholica fides; nec qui eam neget, ut erroris reus, ſic hæreſeos erit, aut Dei verbo reſtagatur, in quo ea de re nihil extat.*

Pag. 91. Vandelbertus qui claruit ann. 858. in Martyrologio ſuo.

Octava decima, mundi lux floſque Maria,
Angelico comitata choro petit æthera Virgo.

Pag. 143... Guillelmus Durandus Epiſcopus Mimatenſis qui obiit Romæ ann. 1298 in Rationali divinor. offic. lib. 7. cap. 24. *Utrum vero corpus in terris remanſit, incertum habetur: & melius eſt pie dubitare, quam aliquid circa hoc temere definire... Pie tamen credendum eſt eam totaliter fuiſſe aſſumptam.*

Pag. 145. Joan. Belethus Pariſienſis Theologus... *Verum eſſe, Beatam Mariam, quo ad animam ejus attinet, aſſumptam fuiſſe certo novimus: an vero corpus illius poſtea etiam aſſumptum fuerit, profecto incertum eſt. Pie tamen credimus ipſam integre fuiſſe aſſumptam, ſed prius anima ac deinde corpore.*

BARON. *in notis ad Martyrol. Romanum Auguſt* 15. Quod autem ſpectat ad hiſtoriam de Aſſumptione Dei genitricis, ne quid prætermiſiſſe videamur, ſcire debemus, improbatam fuiſſe ab Eccleſia Catholica opinionem Collydianorum Hæreticorum, aſſerentium beatam Virginem divinæ fuiſſe naturæ prorſuſque mortis expertem, ut de his ſcribit S. Epiphan. in Panar. hæreſ. 78. & 79. Humanæ autem tantum eam naturæ fuiſſe, ſed auctam multis immenſiſque prærogativis, Catholica Eccleſia profitetur. Idque cum omnes Orthodoxi antiqui Patres, tum inter eos idem ſanctus Epiphan. adverſus prædictos agens pluribus comprobet; tamen de ejus obitu non audet certi aliquid definire, cum ait: *Non autem omnino definio hoc, & non dico quod immortalis manſit, ſed neque affirmo an mortua ſit.* Rurſus fuit quorumdam opinio dicentium eam martyrio vitam finiiſſe. His adverſatur auctor, qui dicitur Iſidorus, libro de vit. & obit. Sanct. cap. 68. & alii poſt eum. Supradictæ autem omnes opiniones ab Eccleſia Dei rejiciuntur: quæ catholice profitetur, eamdem, ut hominem naturali exitu vita functam. Rei autem geſtæ hiſtoria, quæ inſcribitur de tranſitu Virginis, a Gelaſio connumeratur inter apocrypha, *diſt.* 15. *cap. Sancta Romana*. Putatur illa eſſe, quæ nomine Melitonis Sardenſis legitur: quam & Beda rejicit in retract. Apoc. c. 8. De eadem Aſſumptione meminit Dionyſius Areopag. de divin. nom. cap. 3. Greg. Turon. de glor. mart. lib. 1. cap. 4. & 9. Plura item refert Nicephorus lib. 2. cap. 22. & lib. 15. cap. 14. eaque ex majorum traditione a Juvenale Epiſcopo Hieroſolymitano conſcripta Joannes Damaſcenus, Metaphraſtes, Glycas, & alii fere eadem. Quid autem de his ſenſerint majores, ut prætereamus apocryphum illud S. Hieronymi nomine conſcriptum, Uſuardus & Ado, cum hac die celebrari dicant Dei genitricis dormitionem, de Eccleſiæ judicio verba hæc ſubdunt: *Plus elegit ſobrietas Eccleſiæ cum pietate neſcire, quam aliquid frivolum & apocryphum inde tenendo docere*. Hæc illi. Porro Dei Eccleſia in eam partem propenſior videtur, ut una cum carne aſſumpta ſit in cælum: nam in hujus diei celebritate illas ſanctorum Patrum homilias legendas tradidit, quibus eadem de ejus Aſſumptione firmantur: quæ quidem ſententia cum plurimorum Theologorum auctoritate, tum etiam communi conſenſu Fidelium jam recepta videtur. Quonam autem tempore ſanctiſſima Dei genetrix ex hac vita migrarit, diverſæ feruntur ſententiæ. Euſebius imprimis ejus ex hac vita tranſitum ponit anno a Chriſto Domino quadrageſimo octavo: atque: *Maria virgo Jeſu Chriſti mater ad Filium ad cælum aſſumitur, ut quidam fuiſſe ſibi revelatum ſcribunt*. Hæc ille. Rurſus autem ex alia quadam revelatione ſcribit S. Antonius in 3. parte tit. 19. cap. 11. in fine, *poſt annum elapſum ab aſcenſione filii, & tot dies, quot intercurrunt ab eo tempore uſque ad decimam quintam Auguſti, eam eſſe defunctam, ac demum poſt alios quadraginta dies ab ejus obitu aſſumptam eſſe in cælum nono Kalend. Octobris*. Ex hac ſententia addita videntur ad Martyrologium Bedæ, ea die, hæc verba: *ſecunda aſſumptio S. Virginis Mariæ*. De eadem hæc Belethus cap. 147. *Mulier*, inquit, *quædam religioſiſſima, appellata Elizabeth, quæ nunc etiam in vivis eſt, habitat in finibus Saxoniæ, ait lib. 4. cap. 1. ſibi revelatum, quod circiter dies quadraginta aſſumptum fuerit corpus poſt aſſumptionem animæ; de qua re opuſculum quoddam compoſuit, ſed non eſt in Romana Eccleſia comprobatum, &c.* Ex hac itaque aut ſimili revelatione alicui placuit ad Bedam adjicere ſecundam Aſſumptionem ejuſdem Virginis Mariæ. Antoninus autem dum de his agit, dicit eam fuiſſe S. Elizabeth filiam Regis Hungariæ, uxorem quondam Lanthgravii, quam Gregorius nonus retulit inter ſanctos; cujus tamen de ea re ſententiam minus probari teſtatur, atque: *Nec propterea detrahimus ſanctitati ejus, quia non ſemper, quæ ſancti viderunt in ſpiritu, eadem ut Prophetæ viderunt, ſed juxta ſuas mente conceptas imaginationes*. Hæc ille.

Idem BARONIUS *in Annal. Eccleſ. Jeſu Chriſti ann.* 48. *nu.* 4. Eodem anno a Chriſto nato quadrageſimo octavo, olympiade ducenteſima ſexta, anno ſecundo, ſanctiſſimam Dei genitricem Mariam aſſumptam eſſe in cælum Euſebius habet in Chronico his verbis: *Maria virgo Chriſti Mater ad filium in cælum aſſumitur, ut quidam fuiſſe ſibi revelatum ſcribunt*. Non poſſumus non vehementer mirari, tantæ rei hiſtoriam, vel ſaltem tempus migrationis ejus ſic a Scriptoribus prætermiſſum, ut opus fuerit, non quod Scriptorum monumentis teſtatum eſſet, ſed horum penuria, quid huic vel illi de ea re fuerit revelatum, inveſtigare, & ut facit Euſebius, *hiſtoricam veritatem incertorum hominum revelationi committere*. Tolerandum tamen eſſet, ſi omnes, quibus de ea re divinitus facta dicitur demonſtratio, æque in eamdem ſententiam conſpirarent vel ſi unius aut ſaltem alterius anni ſpatio inter ſe invicem diſſiderent: at monſtruoſa quædam inter eos diſcrepantia reperitur; cum alii, licet incerti, quos citat Euſebius, id accidiſſe dixerint anno, ut vidimus, Domini quadrageſimo octavo, poſt annos ſcilicet a Dominica paſſione quatuordecim; rurſum vero cuipiam probatæ ſanctitatis demonſtratum cæleſti viſione tradatur, *poſt annum elapſum a paſſione Chriſti & totidem dies quot intercurrunt ab eo tempore uſque ad decimam quintam menſis Auguſti, ex hac vita migraſſe, ac demum poſt alios quadraginta dies, nono videlicet Kal. Octobris, una cum corpore aſſumptam fuiſſe in cælum*. Cui revelationi qui fidem adhibuerunt, non tantum dicta die, ut facit Eccleſia, decima quinta auguſti, ejuſdem celebrant aſſumptionem; ſed & aliam, quam ſecundam dicunt, aſſumptionem dicta die 9. Kalend. Octobris ad Bedæ Martyrologium addiderunt. Sed hæc ab Eccleſia minime recepta eſſe noſcuntur.

Quæcumque autem pia Eccleſiarum traditione nituntur, a nullo Catholico viro improbari poſſunt, abſque nota dementiæ; ex S. Aug. *Si quid.... tota per orbem frequentat Eccleſia.... quin ita faciendum ſit, diſputare inſolentiſſimæ inſaniæ eſt.* Et ubi *Eccleſia fere tota conſentit, eam non niſi aliter credidiſſe credendum eſt; undecumque hoc traditum ſit.*

Epiſt. 54. alias 118. ad Januar. l.2.c.5.n.6. Epiſtol. 164. alias 99. ad Evod. c. 3. n. 6.

I. Quid maxime conſiderare debemus in hoc feſto.

R. B. Virginem pro modo humilitatis quam in terris habuerat fuiſſe in gloria ſublimatam. *Exaltata eſt*, inquit Eccleſia, *ſuper choros Angelorum ad cæleſtia regna.* Sicut enim ceteras omnes creaturas humilitate non ſecus ac perfectione ſuperaverat; ita æquum erat illam ſupra omnem creaturam exaltari, ita ut primum in cœlo poſt Chriſtum locum teneret.(D) D

I. Quid maxime poſtulat a nobis Eccleſia in hoc feſto?

R. 1. Ut

N. 5. Rurſum alii, iſtæc de revelationibus prætermittentes, certorum auctorum teſtimonio certum annum ejuſdem Aſſumptionis adſtruere conati ſunt. Sed cum quæ citant, eadem ſcripta nec nobis nec majoribus cognita fuerint, in eamdem de impoſtura ſuſpicionem adducuntur: cum præſertim non ſit eorum una eademque ſententia, ſed plane diverſa. Siquidem Nicephorus ex Evodio eam vixiſſe tradit annos quinquaginta novem. Epiphanius Presbyter Hippolytum quemdam Thebanum citat, qui dicit eam vixiſſe annos novem poſt Chriſti paſſionem, eamque deceſſiſſe anno Domini quadrageſimo tertio, ſuæ vero ætatis quinquageſimo ſeptimo, ſecundum quod dicitur peperiſſe Dominum Redemptorem annum agens decimum quartum. Sed nec his aſſentiens ipſe Epiphanius, eam ex hac vita migraſſe tradit annos natum ſeptuaginta duos. Verum enim vero ſi quæ ab his Auctoribus dicta ſunt, majoribus noſtris cognita & explorata fuiſſent; non ex incertorum Auctorum revelatione, ſi certos quos ſequeretur habuiſſet, ejus obitus annum Euſebius conſignaſſet: nec quod mortua fuiſſet, Epiphanius ſe affirmare non poſſe, teſtatus eſſet; vel non fuiſſe mortuam, aliqui temere tradidiſſent. Ex iiſdem, puto, Auctoribus Cedrenus etiam affirmat, eam ex hac vita deceſſiſſe, cum ageret annum ſuæ ætatis ſeptuageſimum ſecundum; refert tamen aliquorum fuiſſe ſententiam, quod clauſerit humanæ vitæ diem anno ætatis ſuæ quinquageſimo octavo: ſunt hæc enim verba ipſius: *Tradit ſanctam animam Domino ac Filio & Deo ſuo annos nata ſeptuaginta duos: quidam tradunt, quinquaginta octo, vixit ergo viginti quatuor annos poſt Chriſti ad cælum aſcenſum.*

N. 6. Quemnam autem ex his omnibus potiſſimum ſequamur ambiguum nobis eſt.

N. 9. Sed jam cetera, quæ ad rei geſtæ hiſtoriam pertinent, perſequamur: quæ quidem cum neque ex Canonicis ſcriptis, neque ex antiquorum Patrum teſtimoniis roborentur, non omnia quæ in eo genere a diverſis ſunt ſcripta, hic recitabimus; ſed delectu habito, ea potius quæ majorum traditione ad poſteros ſunt delapſa, eademque probatorum Auctorum poſtea ſcriptorum monumentis conſignata, in medium afferemus. Nec quis putet derogatum quicquam gloriæ ejus, quod iſtæc adeo obſcura remanſerint: quippe quæ, ut ſol alter radiorum ſuorum fulgoribus ſplendens, non tantum nulla valuerit offundi ob ſcriptorum inopiam denſa caligine, ſed in his tenebris multo ſplendidius jubar ejus effulſerit. Etenim quænam pars eſt orbis Catholici, ubi ejus tranſitus & aſſumptionis celebritas celeberrimo cultu annua quaque die non repetatur? Nam ſecundum Propheticum illud a ſe dictum, & ab Evangeliſta ſcriptum oraculum,

Luc. 1. 48. *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Omnes prorſus ſuperatæ ſunt temporum tenebræ, ampliſſima ipſa ſua gloria illuſtrata: ut eo majoribus appareat cumulata laudibus, & aucta præconiis, quo minus illa acceperit aliunde. Sed jam rem ipſam aggrediamur.

N. 10. De his quæ ſpectant ad mortem ejus a diverſis conſcripta, alia ſunt ut erronea ab Eccleſia Catholica prorſus rejecta; alia vero ut apocrypha atque delira itidem improbata; alia rurſus cum multorum ſcriptis, tum etiam pia fidelium traditione recepta. Rejicit S. Eccleſia imprimis Collyridianorum delira, & Antidicomarianitarum commenta: quorum illi putaverunt illam non ſimilem nobis humanæ fuiſſe naturæ conſortem, ſed divinæ, ſicque ut Deum fuiſſe penitus mortis expertem: quos refutat abundantius Epiphanius in Panario. Idem tamen agens contra Antidicomarianitas, qui ſanctiſſimæ Dei genitricis virginitatem infamare conati ſunt, nec illud concedens quod commendata Joanni apud eum ſemper manſerit, abutebantur plerique ea licentia in occaſionem peccati, dum apud ſe devotam aliquam virginem retinere, eo exemplo conceſſum putarent, in eam incidit diſputationem; an ex Scripturis ſanctis elici poſſit, ipſam eſſe defunctam. Cumque ex illis nec quod mortua, nec quod abſque morte fuerit in cælum tranſlata, ſatis expreſſum haberetur; ipſe integrum relinquens, neutrum definire præſumpſit.

N. 12. Ceterum condonandum illi ſi quod & aliis ſanctiſſimis atque eruditiſſimis viris ſæpe accidiſſe reperitur, dum ardentiori ſtudio in hoſtes invehitur, vehementiori impetu in contrariam partem actus, lineam videatur aliquantulum veritatis eſſe tranſgreſſus. Catholica quippe Eccleſia nullam de obitu Dei genitricis dubitationem admittit; ſed quam novit humanæ fuiſſe naturæ conſortem, humanam pariter moriendi neceſſitatem expertam affirmat. Sic nec recipit quorumdam ſententiam, qui Simeonis oraculo perſuaſi, quod ei dixerat, *tuam ipſius animam pertranſibit gladius*, eam martyrio vita functam tradiderunt. Et rejicit apocrypha illa, quæ de illius tranſitu & Aſſumptione ſcripta erant: decreto enim Romani Concilii, cui Gelaſius Papa præfuit, inter apocrypha adnumeratur libellus de tranſitu Mariæ Virginis. *Luc. II.35.*

N. 17. Sed dicant velim, ubinam, aut quando, vel quo ſaltem levi ſigno id quod dicunt, Eccleſia profeſſa ſit ſe neſcire; cum alioqui, licet nullum de ea re decretum ediderit in ipſis ſacris Eccleſiaſticis precibus, quas ea die publice recitare conſuevit, id affirmaſſe ſæpius videatur, Verſibus, Reſponſoriis, Antiphonis, & Lectionibus? In quam ſententiam cum Patres omnes, qui de ea re egerunt, æque conſpirent, & Scolaſticorum claſſis pariter conſentiat, nullus remanet dubitandi de ea re locus; adeo ut perfrictæ frontis & procacis ſit animi indicium, Eccleſiæ univerſalis uſui & tot Patrum ſententiis non acquieſcere; maximamque omnium eſſe temeritatem his omnibus contradicere.

N. 24. Denium ut de his dicendi finem faciamus: ſicut tam ex Græcorum quam Latinorum, omnium perpaucis exceptis, qui ea Epiſtola decepti ſunt, aſſertione, ita etiam ex Romanæ Eccleſiæ uſu recepto firmiter conſtanterque aſſerimus ac profitemur, ipſam ſanctiſſimam Dei genitricem Mariam una cum ſacratiſſimo illo corpore, quo impertita eſt Deo carnem, in cælum eſſe receptam. Quod quidem haud adeo mirum vel novum videri debet; cum ſi cetera in illam collata penſentur beneficia, hoc levius cenſendum videatur, quod & aliis plurimis conſtat fuiſſe divina liberalitate conceſſum. Quod ſi Chriſto reſurgente ex mortuis, *multa* ſubinde, ut ait Evangeliſta, *Sanctorum corpora ſurrexerunt, & introierunt in ſanctam civitatem, & apparuerunt multis*, quos, penetrans ille cælos, duxit ſecum in altum, *captivam*, ut eſt apud Paulum, *ducens captivitatem*: quid, inquam, tam mirum, tam novum, ut matri conceſſum ſit, quod compluribus ſervis conſtat fuiſſe tributum? Sunt & aliæ innumeræ rationes, immo & ſanctorum oracula Prophetarum, quæ non id ſuadeant ſolum, ſed affirmare compellant: quæ cum ab aliis pluribus ſint recenſita, in illis diutius non immorabimur. Hactenus de Aſſumptione Dei genitricis Mariæ; quam quidem non ſic recenſuimus hoc anno, quaſi affirmare velimus, hoc ipſo anno eſſe defunctam, & in cælum aſſumptam; ſed quod hoc anno ponatur ab Euſebio, nobiſque quonam anno certo deceſſerit, ſit inexploratum. *Mat.27.52. & 53.* *Ephes.iv.8.*

Vide ſupra litt. (A) D. TILLEMONT *notam* 17. *Eadem fere refert* R. P. THOMASSINUS Cong. Orat. D. J. *Presbyter Tract.* de Feſtis, *quem conſulere poteris.*

(D) S. BERNARD. *Serm. de duod. prærogat. B.V.M. n.* 10. Pudibunda fuit Maria: ex Evangelio id probamus. Ubi enim aliquando loquax, ubi præſumptuoſa fuiſſe videtur? Foris ſtabat quærens loqui Filio, nec materna auctoritate aut ſermonem interrupit, aut in habitationem irruit in qua Filius loquebatur. In omni denique textu quatuor Evangeliorum, ſi bene meminimus, non niſi quater Maria loquens auditur. *Mat.12.46.*

N. 11. Vere carnales adhuc Diſcipuli, quibus necdum Spiritus erat datus; quia Jeſus necdum fuerat glorifica-

R. 1. Ut msgnam in interceſſione B. Mariæ Virginis fiduciam habeamus. (E)

2. Ut ad eius confugiamus præſidium. Et hæc quidem ratio eſt cur ſolemnis hac die

per

E tus, quando facta aſt ioter illus contentio da primato:
Mat, 20.24. cum Maria quantu major erat, humiliaret ſe non modo
in omnibus, ſed & præ omnibus. Merito facta eſt no-
viſſima prima, quæ cum prima eſſet umnium, ſeſa no-
viſſimam faciebat. Maritu facta eſt omuium domina,
quæ ſe omoium exhibebat ancillam. Merito denique ſu-
pet Angelos exaltata eſt, quæ & infra viduas & pœni-
Marc. 16.9. tentes, infra eam de qua ejecta fueraut ſeptem dæmo-
nia, ineffabili ſaſe manſuetudina inclinabat. Obſecro
vos, filiuli, æmulamini hanc virtutem: Si Mariam di-
ligitis, ſi contenditis ei placera, æmulamini modeſtiam
ajus: nihil enim tam idoneum homioi, nihil tam con-
gruum Chriſtianu, maximequa Monachum nihil adeo
decet.

N. 12. Et quidam manifeſta ſatis in Virgine ex hac ipſa
manſuetudine virtus bumilitatis alucet. Nimirum colla-
ctaneæ ſuur humilitas & manſuetudu, in eo eunfœdata-
Mat. 11. 29. tæ germanæ qui dicebat: *Diſcite a me quia mitis ſum
& humilis corde*. Sicut anim matar præſumptionis ela-
tio, ſic manſuetudo vera nonniſi ax vara humilitate pro-
cedit. Nec in ſula tamen Mariæ taciturnitata commen-
datur humilitas, ſed evidaotius raſonat in ſermona. Au-
Luc. 1. 35. dierat: *Quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur Filius
Dei:* & nihil aliud, quam ancillam ejus ſe eſſe reſpon-
dit. Inde ventum eſt ad Elizabeth, & continuo Virgi-
Ibid. 43. nis gloria ſingularis aidem per Spiritum ravelatur. Deni-
que & mirabatur perſonaoi venieutis, dicens: *Unde
hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Cum-
Ibid. 44. mendabat & vocem ſalutaotis, adjicians: *Ut facta eſt
vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio
Ibid. 45. infans in utero meo:* & beatificabat fidam credeutis: *Bea-
ta*, inquit, *quæ credidiſti, quoniam perficientur in te, quæ
dicta ſunt tibi a Domino*. Magna quidem præconia, ſed
& davuta humilitas nihil ſibi paſſa retinare, in eum ma-
gis oniverſa refudit, cujus in ſa beneficia laudabantur.
Tu (inquit) magnificas Matrem Domini, ſed *magnificat
Ibid. 46. anima mea Dominum*. In voce mea filium perhibes exul-
taſſe in gaudiu: ſed *exultavit ſpiritus meus in Deo ſaluta-
Ibid. 47. ri meo:* & ipſe qonque tanquam amicus ſponſi gaudio
gaudeat ad vocem ſponſi. Beatam eſſa dicis qoæ credidiſ-
ſet; ſed cradulitatis & beatitudinis cauſa reſpectu eſt
Ibid. 48. ſupernæ pietatis, ut ax hoc magis *beatam me dicent om-
nes generationes*, quia ancillam humilem & axiguam re-
ſpexit Deus.

N. 13. Sed cum in ſua æſtimationa tam humilis eſſet,
nihiluminus & in promiſſionis credulitata magnanimus,
ut quæ nihil aliud quam exigaam ſeſe reputabar an-
cillam, & ad incomprehenſibile hoc myſterium, ad admi-
rabile commercium, ad inſcrutabile ſacramentum nul-
latenus ſa dubitaret electam, & veram Dei & hominis
genitricem crederat mox futuram. Agit hoc nimitum in
cordibus alectorum gratiæ prærogativa divinæ, ut eos
nec humilitas puſillanimes faciat, nec magnauimitas ac-
rogantes, magis autem coopetentur ſibi, ut non ſulum
nulla ex magnanimitata ſubintret elatiu, ſed hinc ma-
xime provehatur humilitas, ut inveniantur eo amplius
timorati, & largitori munarum non ingrati, ac vieiſſim
ex occaſione humilitatis puſillanimitas nulla ſubrepat;
ſed quo minus de ſuà quisque vel in minimis præſumere
conſuevit, eo amplius etiam in magnis quibusque de di-
vina virtute confidat.

Serm. 1. in Aſſumpt. n. 3. Quem etiam in caſtellum mun-
di hujus intrantem prius ipſa ſuſceperat; ab eo ſoſcipi-
tur hodie ſanctum ingrediens civitatem. Sed cum quan-
to putas honora, cum quanta axultatione, cum quanta
gloria? Nec in terris locus dignior uteri virginalis tem-
plo, in quo Filium Dei Maria ſuſcepit, nec in cælis re-
gali ſolio, in quo Mariam hodia Mariæ Filius ſublima-
vit. Felix nimitum utraqua ſuſceptio.

N. 4. Sad & illud quis val cogitata ſufficiat, quam glo-
rioſa hodie mundi Regina proceſſerit. Quam læis am-
Cant. 1, 1. plexibus ſuſcepta a Filio, & ſuper omnem exaltata crea-
turem, cum eo honore quo tanta mater digna fuit, cum
ea gloria quæ tantum decuit filium? Felicia prorſus o-
ſcula labiis impreſſa lactentis, cui virgineo mater applau-
debat in gremio. Verum numquid non feliciora centebi-
mus quæ ab ore ſedentis in dextara Patris hodia in bea-
ta ſalutatione ſuſcepit, cum aſcenderet ad thronum glo-
riæ, epithalamium canens & dicens: *oſculetur me oſcu-
lo oris ſui?* Chriſti generationem, & Mariæ Aſſumptio-
nem quis anarrabit? Quantum enim gratiæ in tarris ade-

pta eſt præ ceteris, tantum & in cælis obtinet gloriæ
ſingularis. Quod ſi *oculus non vidit, nec auris audivit,* 1. Cor. 2. 9.
*nec in cor hominis aſcendit quæ præparavit Deus diligen-
tibus ſe*: quod præparavit gignenti ſe, & quod omni-
bus eſt certum diligenti præ omnibus, quis loquatur?
Felix plane Maria & multipliciter felix, ſive cum ex-
cipit Salvaturem, ſive cum a Salvature ſuſcipitur: utro-
bique miranda dignitas virginis Matris; utrobique am-
plectenda dignatio majeſtatis.

Serm. 4. de Aſſumpt. num. 5. Non æſt equidem quod me
magis delectet, ſed nec quod terreat magis quam de glo-
ria Virginis Matris babere ſermonem. Ut enim ſileam
interim ineffabile privilegium marttorum, & prærogati-
vam penitus ſingularem, tanto eam devotionis affectu
amplectuntur, honorant, ſuſcipiunt ut dignum eſt uni-
verſi, ut licet de ea loqui geſtiant omnes, tamen quid-
quid dicitur de indicibili, eo ipſo quod dici potuerit,
minus gratom ſit, minus placeat, minus acceptatur.
Quidni minus ſapiat, quidquid da incomprehenſibili glo-
ria comprehendere potuerit mens humana? Ecce enim,
ſi in ea laudavero virginitatem, mihi multæ virgines
poſt eam videntur offarri. Si humilitatam prædicavero,
invenientur ſutta vel pauci qui docente Filio ejus *mites* Mat. 11. 29.
ſancti ſunt, & humiles corde. Si magnificare voluero
miſericordiæ ejus multitudinem, ſunt aliqui miſericor-
diæ viri etiam & mulieres. Unum eſt, in quo nec pri-
mam ſimilam viſa eſt, nea habere ſequentem, gaodia
Matris habens cum virginitatis honora. *Optimam*, in-
quit, *partem elegit ſibi Maria*. Optimam plana quia bo-
na fœcunditas conjugalis, melior autem caſtitas virgina-
lis: prurſus autam optima eſt fœcunditas virginea, ſeu
fœcunda virginitas. Mariæ privilegium eſt, non dabitur
altari, quia noo auferetur ab aa. Singulara eſt, ſed eun-
tinuo etiam indicibila invenitur, ut nemo aſſequi poſſit,
ſic nec eloqui quidem. Quid ſi & illud adicias, cujus
mater? Quæ jam poterit lingua, etiam ſi Angelica ſit,
dignis extollere laudibus Virginem Matrem; matrem au-
tem noo cujuſcumque, ſed Dei? Duplex novitas, du-
plex prærogativa: duplex miracolum, ſed digne pror-
ſus aptiſſimeque conveniens. Nequa enim Filius alius
Virginem, nec Deum decuit partus alter.

N. 6. Verumtamen non hoc taotum ſi diligenter atten-
das, ſad cataras quoque virtutes ſingulares prorſus in-
venies in Maria, quæ videbantur eſſe communes. Quæ
anim val Angelica puritas virginitati illi audeat compa-
rari, quæ digna fuit Spiritus ſancti ſacrarium fieri, &
habitaculum Filii Dei? Si rerum pretia da raritate pen-
ſamus, quæ prima in terris Angelicam propoſuit ducere
vitam, ſuper omnes eſt: *Quomodo*, inquit, *fiet iſtud
quoniam virum non cognoſco?* Immobila propoſitum vir- Luc. 1. 34.
ginitatis, quod nec Angelo Filium promittente aliqua-
tenus ſitubavit, *Quomodo*, inquit, *fiet iſtud?* neque
enim eo modo quo fieri ſulat in ceteris. Virum penitus
noo cognoſco, nec filii deſiderio, nec ſpe prolis.

N. 7. Quanta veru & quam pretioſa humilitatis virtus
cum tanta puritate, cum innocentia tanta, cum con-
ſciantia prurſus abſque delicto, immo cum tantà gra-
tiæ plenitudina? Unde tibi humilitas & tanta humi-
litas, o beata? Digna plane quam reſpicaret Dominus,
cujus decorem concupiſceret Rex; cujus odore ſuaviſſi-
mo ab æterno illo paterni ſinus attraheretur accubi-
tu. Vide anim qoam manifeſte ſibi concinant Virginis
noſtræ Canticum & nuptiale carmen, nimirum cujus
uterus, ſponſi thalamus fuit. Audi Mariam in Evan-
gelio: *Reſpexit*, inquit, *humilitatem ancillæ ſuæ*. Audi Luc. 1. 48.
eamdem in epithalamio: *Cum eſſet Rex*, inquit, *in ac-* Cant. 1. 11.
cubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Nardus quip-
pe herba humilis eſt; & pectus purgat, ut manifeſtum
ſit humilitatem nardi nomine deſignati, cujus odor &
decor invenerit gratiam apud Deum.

(E) S. BERNARD. *Serm. 1. de Aſſumpt. num. 1.* Præ-
ceſſit nos Regina noſtra, præceſſit, & tam glorioſe
ſuſcepta aſt, ut fiducialiter ſequantur Dominam ſer-
vuli clamantes: *Trahe nos poſt te; in odorem unguento-* Cant. 1. 3.
rum tuorum curremus. Advocatam præmiſit peregrina-
tio noſtra, quæ tamquam Judicis mater, & mater mi-
ſericordiæ, ſuppliciter & efficaciter ſalutis noſtræ ne-
gotia pertractabit.

N. 2. Pretioſum hodie munus terra noſtra direxit in
cælum, ut dando & accipiendo felici amicitiarum fœ-
dere, copulantur humana divinis, terrena cæleſtibus,

ima

per totam Galliam in ſingulis Eccleſiis ſupplicatio fiat, ex voto Ludovici XIII. Francorum Regis, qui Regnum ſuum ſub patrocinio B. Mariæ Virginis poſitum eſſe voluit.

I. Qua ratione poſſumus B. Mariæ patrocinium & protectionem mereri?

R. Ejus virtutum imitatione: maxime ſi ejus exemplo ſimus humiles, caſti, ab omni mundi cupiditate alieni, uni Deo ſervientes, Divinæque providentiæ in omnibus ex animo ſubjecti.

§. 20. *De Feſtis Angelorum.*

I. Qua die celebrat Eccleſia feſtum Angelorum?

R. Tertio Kalendas Octobris. Celebrat quidem & ſexto idus Octobris feſtum Angelorum cuſtodum. Celebrat & quibuſdam in locis feſta alia vel ſancti Michaelis, vel S. Raphaelis, vel ſancti Gabrielis; ſed hæc feſta ubique non recepta ſunt, nec ceſſatur his diebus ab opere ſervili, niſi in Feſto ſollemniori omnium Angelorum quod tertio Kalendas Octobris agitur. Dicitur autem id feſtum, Feſtum Sancti Michaelis; quia Michael primus Angelorum eſt, celebraturque hac die feſtum illius ſicut & ceterorum omnium Angelorum.

I. Cur celebrat Eccleſia feſtum Angelorum?

R. 1. Quia & ipſi pertinent ad ſocietatem Eccleſiæ, & Chriſtum habent caput, ut diximus. (A) A

2. Quam ſperamus felicitatem, hac ipſi fruuntur; & gratias agit Deo Eccleſia de triumpho quem ipſi de dæmonibus egerunt. (B) *Part. 1. ſect. 2. c. 3. §. 3.* B

3. *Omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis*, ait Apoſtolus. Ideo eos Eccleſia veneratur ut protectores. (C) *Hebr. 1. 14.* C

4. Ipſi

---

ima ſummis. Illo enim aſcendit fructus terræ ſublimis, unde data optima, & dona perfecta deſcendunt. Aſcendens ergo in altum Virgo beata dabit ipſa quoque dona hominibus. Quidni daret? Siquidem nec facultas ei deeſſe poterit, nec voluntas: Regina cælorum eſt, miſericors eſt; denique Mater eſt unigeniti Filii Dei. Nihil enim ſic poteſt poteſtatis ejus ſeu pietatis magnitudinem commendare: niſi forte aut non creditur Dei Filius honorare Matrem; aut dubitare quis poteſt omnino in affectum caritatis tranſiiſſe Mariæ viſcera, in quibus ipſa quæ ex Deo eſt caritas, novem menſibus corporaliter requievit.

Serm. 4. de Aſſumpt. nu. 8. Sileat miſericordiam tuam, Virgo beata, ſi quis eſt, qui invocatam te in neceſſitatibus ſuis ſibi meminerit defuiſſe. Nos quidem ſervuli tui ceteris in virtutibus congaudemus tibi, ſed in hac potius nobis ipſi. Laudamus virginitatem; humilitatem miramur; ſed miſericordia miſeris ſapit dulcius, miſericordiam amplectimur carius, recordamur ſæpius, crebrius invocamus. Hæc eſt enim quæ totius mundi reparationem obtinuit, ſalutem omnium impetravit. Conſtat enim pro univerſo genere humano fuiſſe ſolicitam, cui dictum eſt: *Ne timeas Maria: inveniſti gratiam*; utique quam quærebas. Quis ergo miſericordiæ tuæ, o benedicta, longitudinem & latitudinem, ſublimitatem, & profundum queat inveſtigare? Nam longitudo ejus uſque in diem noviſſimum invocantibus eam, ſubvenit univerſis. Latitudo ejus replet orbem terrarum: ut tua quoque miſericordia plena ſit omnis terra. Sic & ſublimitas ejus civitatis ſupernæ invenit reſtaurationem, & profundum ejus ſedentibus in tenebris, & in umbra mortis obtinuit redemptionem. Per te enim cælum repletum, infernus evacuatus eſt, inſtauratæ ruinæ cæleſtis Jeruſalem, expectantibus miſeris vita perdita data. Sic potentiſſima & piiſſime caritas & affectu compatiendi, & ſubveniendi abundat effectu, æque locuples in utroque. Ad hunc igitur fontem ſitibunda properet anima noſtra. Ad hunc miſericordiæ cumulum tota ſolicitudine miſeria noſtra recurrat. Ecce jam quibus potuimus votis aſcendentem te ad Filium deduximus, & proſecuti ſumus ſaltem a longe, Virgo benedicta. Sit deinceps pietatis tuæ ipſam quam apud Deum gratiam inveniſti, notam facere mundo: reis veniam, medelam ægris, puſillis corde robur, afflictis conſolationem, periclitantibus adjutorium, & liberationem ſanctis tuis precibus obtinendo. *Luc. 1. 30.*

Serm. de duod. prærogat. B. V. M. num. 5. Amplectamur Mariæ veſtigia, Fratres mei, & devotiſſima ſupplicatione beatis illius pedibus provolvamur. Teneamus eam, nec dimittemus donec benedixerit nobis. Potens eſt enim: nempe vellus eſt medium inter rorem & aream, mulier inter ſolem & lunam, Maria inter Chriſtum & Eccleſiam conſtituta.

(A) EPHES. I. 22. Et omnia ſubjecit ſub pedibus ejus: & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam.

COLOSS. II. 10.. Qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis.

S. CLEMENS ALEXANDR. *lib. 7. Stromatum pag.* 505. *Edit. Lugduni Batav. in fol. ann.* 1616. Et (*Filio Dei*) ſubjecta eſt univerſa militia Angelorum..... Hic eſt qui dat Græcis ſapientiam per inferiores Angelos. Sunt enim juſſu divino & antiquo per gentes diſtributi Angeli.

(B) TOB. XII. 15. Ego enim ſum Raphael Angelus, unus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum.

LUC. I. 19. Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum.

MATTH. XVI. 27. Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis.

XVIII. 10. Angeli.. in cælis ſemper vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt.

XXII. 30.... Erunt ſicut Angeli Dei in cælo.

(C) PSAL. XXXIII. 8. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos.

DANIEL. XIII. 55. *Uni ex ſenibus qui Suſannam falſo criminabantur, ait:* Recte mentitus es in caput tuum: Ecce enim Angelus Dei accepta ſententia ab eo, ſcindet te medium. *Deinde alteri dixit* 59.... Recte mentitus es & tu in caput tuum: manet enim Angelus Domini, gladium habens, ut ſecet te medium, & interficiat vos. 60. Exclamavit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deum, qui ſalvat ſperantes in ſe.

MATTH. XVIII. 10. Videte ne contemnatis unum ex his puſillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt.

S. HILARIUS *Comment. in Matth.* XVIII. 10. *num.* 5. *Videte ne condemnatis unum de puſillis iſtis, qui credunt in me.* Arctiſſimum vinculum mutui amoris impoſuit, ad eos præcipue qui vere in Domino crediderint. Puſillorum enim Angeli quotidie Deum vident: quia *Filius hominis venit ſalvare quæ perdita ſunt*. Ergo & Filius hominis ſalvat, & Deum Angeli vident, & Angeli puſillorum ſunt. Fidelium orationibus præeſſe Angelos, abſoluta auctoritas eſt. Salvandorum igitur per Chriſtum orationes Angeli quotidie Deo offerunt. Ergo periculoſe ille contemnitur, cujus deſideria ac poſtulationes ad æternum, & inviſibilem Deum ambitioſo Angelorum famulatu ac miniſterio pervehuntur. *Mat. 18. 11.*

N. 6. Atque ut ingentem eſſe in cælis lætitiam reditu humanæ ſalutis oſtenderet, comparationis poſuit exemplum, ejus qui oves nonaginta novem in montibus reliquiſſet, & errantem unam requiſiſſet: qua inventa plus gaudii ſit, quam habebatur in nonaginta & novem conſervatione lætitiæ. Ovis una, homo intelligendus eſt; & ſub homine uno, univerſitas ſentienda eſt. Sed in unius Adæ errore omne hominum genus aberravit: ergo nonaginta novem non errantes, multitudo Angelorum cæleſtium opinanda eſt, quibus in cælo eſt lætitia & cura ſalutis humanæ. Igitur & quærens hominem, Chriſtus eſt, & nonaginta novem relicti, cæleſtis gloriæ multitudo eſt: cui cum maximo gaudio errans homo in Domini corpore eſt relatus... In uno enim Abraham omnes ſumus; & per nos, qui unum omnes ſumus, cæleſtis gloriæ numerus explendus eſt.

S. BASIL. *Comment. in cap.* VIII. *Iſaiæ, paulo poſt initium pag.* 1015 Angelis tamquam providis tutoribus humani generis eam curam demandavit Deus ad cuſtodiam & ſalutem hominum.

In viſionem primam Iſaiæ pag. 854. Angeli ſancti quorum ſoletti curæ concredita eſt Eccleſiarum præfectura.

In cap. X. *Iſaiæ pag.* 1050. Non pauci principes ac gen-

Digitized by Google

Pars II. Sect. IV. Cap. II. §. 20.

4. Ipſi preces noſtras offerunt ante conſpectum Dei. Agit hac die Eccleſia gratias Deo de hoc beneficio. (D)

D *I.* Quomodo celebrandum eſt hoc Feſtum ex mente Eccleſiæ?

R. 1. Agendæ gratiæ Deo, qui nos vocaverit in conſortium Angelorum, & in partem eorum felicitatis; ita ut per Chriſtum futuri ſimus æquales Angelis. (E) E

2. Omni ope atque opera enitendum ut Angelorum humilitatem, puritatem, caritatem, obedientiam, vigilantiam imitantes, ad eorum mereamur pervenire ſocietatem.

3. Agendæ gratiæ Deo, qui nobis Angelos cuſtodes & protectores dederit.

4. Habenda reverentia vel *puſillis fratribus minimis*: *Angeli enim eorum ſemper vident faciem Patris qui in cælis eſt*, inquit Chriſtus.

5. Magna obſervantia colendi circum nos ſtantes Angeli, & diligenter cavendum ne eos ullo peccato contriſtemus. (F) F

6. Orandi Angeli ut ipſi orationes noſtras of-

gentium præfecti ad tutelarem cuſtodiam & conſervationem uniuſcujuſque gentis ſibi concreditæ conſtituti ſunt,

Deut. 32. 8. quemadmodum ait Moſes in Cantico: *Quando dividebat Altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos gentium juxta numerum Angelorum Dei...* & rurſus apud Danielem, principem quemdam Perſarum, & principem Græcorum legimus. Sic enim dixit

Dan. 10. 12 & 13. ad eum Angelus: *Et ego veni propter verba tua, & princeps regni Perſarum ſtetit ex adverſo mihi. Et ecce Michael unus principum primorum venit, ut me adjuvet, & ipſum reliqui illic cum principe regni Perſarum.* Et paulo

Ibid. 20. poſt ait, *& ego egreſſus ſum, & Princeps Græcorum veniebat.*

Homil. in Pſal. XLVIII. *aliquanto ante finem.* Verus paſtor venit qui animam ſuam pro ovibus poſuit, atque adeo eas ſecum excitatas & ex inferni carcere eductas diluculo ſuæ reſurrectionis tradidit juſtis, hoc eſt, ſanctis Angelis, eas ut paſcerent & refoverent.. Cuilibet enim fidelium eſt Angelus aſſiſtens & adjunctus, Patrem qui eſt in cælo, videre dignus.

Homil. in Pſal. XXXIII. *pag.* 220. & 221. Si in anima tua ea quæ ſunt digna Evangelica cuſtodia habueris... neceſſa jam ſit, ut juxta te, tutores præſidialeſque cuſtodes qui tibi aſſiſtant, collocet Deus & Angelorum cuſtodia te muniat. Conſidera igitur quanta ſit Angelorum natura: quoniam univerſo exercitui & caſtris numeroſæ hominum multitudinis unus aſſimilatur Angelus. Ob magnitudinem itaque ejus qui te cuſtodit, caſtra tibi munitioneſque præbet Deus: propter vero Angeli virtutem veluti circumvallat te undique ſecuritate quæ eſt per illum... Sicut enim muri civitatis circumducti omni ex parte abarcent propulſantve hoſtiles inſultus: ſic & Angelus te præmunit a fronte, & a tergo cuſtodit, & nihil utrinque incuſtoditum

Pſ. 90. 7. relinquit. Propterea inquit: *Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis, ad te autem non*

Ibid. 11. *appropinquabit*; ne plagæ quidem ab ullo tibi infligende inimicorum tuorum: *Quoniam Angelis ſuis mandavit de te.*

S. HIERONYM. *libr.* 2. *adveſus Jovinianum*, *pag.* 544. *Edit. Pariſ. ann.* 1609. *in fol.*...... In regno cælorum Archangeli ſunt, Angeli, Throni, Dominationes, Poteſtates, Cherobim, & Seraphim, & omne nomen quod nominatur non ſolum in præſenti ſæculo, ſed etiam in futuro. Sine cauſa diverſitas nominum eſt, ubi non eſt diverſitas maritorum, Archangelus utique eliorum minorom eſt Angelorum Archangelus; & Poteſtates & Dominationes habent aliqua ſuper quæ exerceant poteſtatem, & in qua ſubjecta dominentur.

CASSIANUS *Collat.* 8. *cap.* 17. *Quod ſingulis hominibus duo ſemper Angeli adhæreant.* Nam quod unicuique noſtrum duo cohæreant Angeli, id eſt, bonus & malus,

Mat. 18. 10. Scriptura teſtatur. De bonis quidem Salvator: *Ne contemnatis*, inquiens, *unum ex puſillis iſtis*; *dico enim vobis, quod Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Pa-*

Pſ. 33. *tris mei, qui in cælis eſt.* Illud quoque: *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Nec-

Act. 12. 15. non etiam quod in actibus Apoſtolorum de Petro dicitur: quia *Angelus ejus eſt.* De utriſque vero liber Paſtoris pleniſſime docet.

(D) TOB. XII. 12. Quando orabas cum lacrymis... ego obtuli orationem tuam Domino.

APOCAL. VIII. 4. Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum de manu Angeli coram Deo.

S. HILARIUS *Comment. in Matth.* XVIII. 10. n. 5. *Vide litt. ſup. hocce* §.

(E) MATTH. XXII. 30. In reſurrectione enim neque nubent (*homines*) neque nubentur: ſed erunt ſicut Angeli Dei in cælo.

S. BASIL. *Homil.* 9. *quod Deus non eſt auctor mali*, *pag.* 428. *Edit. Pariſ. in fol. ann.* 1628. In ſublimi... Paradiſi intereſſe deliciis, & æque cum Angelis & Archangelis regnare ac vivere, & divinæ vocis participem eſſe dederat (Adamo Deus.)

(F) S. BERNARD. *Serm.* 1. *in feſto S. Michaelis num.* 5. Penſate, quanta nobis ſolicitudine opus eſt... ut dignos nos exhibeamus eorum frequentia, & eo modo converſemur in conſpectu Angelorum, ne forte ſanctos offendamus obtutus. Væ enim nobis, ſi quando provocati peccatis & negligentiis noſtris indignos nos judicaverint præſentia & viſitatione ſua, ut jam neceſſe habeamus & nos plangere, & dicere cum Propheta: *amici mei & proximi mei adverſum me appropinquaverunt & ſteterunt: & qui juxta me erant de longe ſteterunt, & vim faciebant qui quærebant animam meam*; Pſ. 37. 12. elongatis nimirum eis, quorum præſentia protegere nos, & propulſare poterat inimicum. Quod ſi tam neceſſariam habemus familiaritatem dignationis Angelicæ, cavenda nobis eorum offenſa, & in his maxime exercendum, quibus eos novimus oblectari. Sunt enim plurima quæ eis placent, & quæ in nobis invenire delectat: ut eſt ſobrietas, caſtitas, paupertas voluntaria, crebri in cælum gemitus, & orationes cum lacrymis & cordis intentione. Attamen ſuper omnia hæc unitatem & pacem a nobis exigunt Angeli pacis. Quidni maxime delectentur in his, quæ formam quamdam civitatis ſuæ repræſentant in nobis, ut mirentur Jeruſalem novam in terra? Dico autem ut quomodo civitatis illius *participatio eſt in idipſum*: ſic & nos idipſum ſen- Pſ. 121. 1. tiamus, idipſum dicamus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata: ſed magis omnes ſimul *unum corpus ſimus in* Rom. 12. 5. *Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.* E contra vero nihil æque offendit, & ad indignationem provocat eos, quomodo diſſenſiones, & ſcandala, ſi forte inveniantur in nobis. Audiamus ſiquidem, quid loquatur ad Corinthios Paulus: *Cum enim ſit inter vos zelus & con-* 1. Cor. 3. 4. *tentio, omnes carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis.* In Epiſtola quoque Judæ Apoſtoli legimus ſic: *Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, Spiritum non* Jud. 19. *habentes.* Videre eſt animam hominis quemadmodum univerſa corporis membra vivificet cohærentia ſibi. Separe ergo quodvis e junctura cæterorum, & vide an de cætero illud vivificet. Sic eſt omnis qui dicit anathema Jeſu: quod nemo dicit loquens in ſpiritu Dei; quia anathema ſeparatio eſt. Sic eſt, inquam, omnis qui ab unitate dividitur, nec dubites quin eo receſſerit Spiritus vitæ. Digne igitur contentioſos, & qui ſeparant ſemetipſos, Apoſtoli carnales vocant & animales, Spiritum non habentes. Dicunt ergo ſancti illi, & beati ſpiritus, ubi ſcandala invenerint, & diſſenſiones: Quid nobis & generationi huic Spiritum non habenti? Nam ſi adeſſet Spiritus, per eum utique caritas diffunderetur, & unitas non ſcinderetur. Et dicunt: Non permaneamus cum hominibus iſtis in æternum: quia caro ſunt. Quæ enim conventio lucis ad tenebras? Nos de regno unitatis & pacis ſumus, & homines iſtos in eamdem unitatem, & pacem ſperabamus eſſe venturos. Nunc autem qua ratione nobis cohæreant, qui diſſident a ſeipſis? Videtis quam congruat huic ſolemnitati Evangelica lectio, quæ ſic deterret nos a ſcandalo parvulorum, quandoquidem tam vehementer Angelis diſplicent ſcandala?

S. BASIL. *Lib. de vera Virgin. pag.* 740. (*Virgo*) ſeipſam primum, conſcientiamque ſuam reverebitur; etiamſi valde ſit ſola, deinde aſtantem ſibi cuſtodem Angelorum. *Angeli* enim *eorum* ſemper *vident*, inquit, *faciem Patris* Mat. 18. 10. *veſtri, qui in cælis eſt.* Neque vero convenit ut Angeli ejus, cui credita eſt cura et cuſtodia ſalutis noſtræ, faciem aſpernetur homo: atque in primis virgo, quæ hunc ipſum caſtitatis ſuæ veluti paranymphum cuſtodemque habet. Præ cunctis autem ipſum ſponſum ſuum reverebitur, ſibi ubique aſſiſtentem, ipſiuſque Patrem & Spiritum ſanctum. Quid per ſingula pergam? Ipſas Angelorum infinitas multitudines, & una ſanctorum patrum bea-

offerant per Chriſtum ſicut incenſum in odorem
G ſuavitatis ad altare Dei. (G)

§. 21. *De Feſtis S. Joannis-Baptiſtæ.*

I. Quis fuit S. Joannes-Baptiſta?

1. Part. Sect. 2. c. 2. §. 5. *R.* Jam diximus hunc Chriſti præcurſorem fuiſſe, id eſt miſſum a Deo ut pararet viam Chriſto, ipſumque Judæis indicaret.

I. Quænam feſta celebrat Eccleſia in honorem ſancti Joannis-Baptiſtæ?

R. Duo potiſſimum, ſcilicet ejus Nativitatem, & Mortem, quam decollationem dicimus. (A) Pars. II. Sect IV. Cap. II. §. 21.

I. Cur celebrat Eccleſia Nativitatem Joannis-Baptiſtæ? A

R. Quia præter morem ſignificatus eſt in utero matris ſuæ, factaque ſunt in ejus ortu multa miracula, quæ legi poſſunt in altero capite Evangelii ſecundum Lucam. (B) B

I. Cur

beatiſſimos ſpiritus. Nullus enim ex his eſt, qui non ſingula ubique conſideret. Etſi enim oculis carneis minime conſpicui ſunt: incorporeis tamen obtutibus ad agnitionem complectuntur omnia, & comprehendunt. Et hac ergo ratione ſi latere virgo plures quærit, longe hos magis, qui tanti ac tales ſunt, quam homines revereri marito debebit: & quia multitudinis paveſcis obtutus, hos autem vitare impoſſibile eſt, qui ſunt infinita multitudo, nihil unquam indecens faciet, aut a propoſito ſuo alienum.

Pſal. 33. 8. *In cap.* v. *Iſaiæ pag.* 941. Fieri etiam poteſt, ut cum unusquisque noſtrum habeat ſanctum Angelum, qui caſtrametatur *in circuitu timentium Dominum*, ſtricto examine deprehenſus in peccatis, intentatæ huic plagæ reddatur obnoxius & muro privetur; nimirum ſanctarum virtutum tutela: quæ quidem quanto adſueverint tempore, eos conſervant inexpugnabiles, quos ſua dignantur protectione. Anima autem omnis tutiſſimo hoc præſidio deſtituta, in direptionem exponitur hoſtibus, hoc eſt, virtutibus quæ ex contrario nobis obluctantur.

In Pſal. XXXIII. *pag.* 220. Caſtrametabitur ergo Angelus Domini in circuitu timentium eum. Omni namque in Chriſtum credenti Angelus aſſiſtit, niſi illum a nobis per improbas actiones profligaverimus. Velut enim fumus apes fugat, & fœdus odor columbas expellit: ſic Angelum vitæ noſtræ cuſtodem, abigit multa lacrymarum aſpergine dignum ac graveolens peccatum.

(G) Apocal. VIII. 4. &c. *Vide ſupra hocce* §. *lit.* (D)

S. Bernard. *Serm.* 1. *in Feſto S. Michaelis num.* 2. *ad*
Apoc. 8. 3. & 4. *calcem.* Miniſtrant Angeli, ſed de alieno, offerentes Deo bono opera non ſua, ſed noſtra, ac nobis ejus gratiam referentes. Unde & Scriptura dicens: *Quoniam aſcendit fumus aromatum in conſpectu Domini de manu Angeli*, ſolicite præmiſit *data ei fuiſſe incenſa multa*. Noſtros enim ſudores non ſuos, noſtras non ſuas lacrymas offerunt Deo: nobis quoque ejus munera referunt, & non ſua.

N. 4. Hic eſt, dilectiſſimi, funiculus triplex, quo de excelſo cælorum habitaculo ad conſolandos, ad viſitandos, ad adjuvandos nos attrahitur ſupereminens caritas Angelorum, propter Deum, propter nos, propter ſeipſos. Propter Deum, utique, cujus tanta erga nos miſericordiæ viſcera ipſi quoque (ut dignum eſt) imitantur. Propter nos, in quibus nimirum propriam ſimilitudinem miſerantur. Propter ſeipſos, quorum ordines reſtaurandos ex nobis toto deſiderio præſtolantur.

Origen. *Hom.* 4. *in Luc. ad calcem.* Angeli quotidie aut aſcendunt, aut deſcendunt ſuper ſalutem hominum.

Homil. 22. *in Lucam, verſus finem.* Ego non ambigo in cætu noſtro adeſſe Angelos, non ſolum generaliter omni Eccleſiæ, ſed etiam ſingillatim. De quibus
Matt. 17. 10. Salvator ait: *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt.* Duplex hic adeſt Eccleſia, una hominum, altera Angelorum. Si quid juxta rationem, & juxta Scripturarum dicimus voluntatem, lætantur Angeli & orant nobiſcum. Et quia præſentes Angeli ſunt in Eccleſia, in illa dumtaxat quæ meretur, & Chriſti eſt, propterea orantibus feminis præcipitur, ut habeant velamen ſuper caput propter Angelos, utique
1. Cor. 11. 10. illos qui aſſiſtunt ſanctis, & lætantur in Eccleſia. Quos quidem nos quia peccatorum ſordibus oculi noſtri obliti ſunt non videmus, ſed vident Apoſtoli Jeſu ad quos loquitur: *Amen, amen dico vobis, videbitis*
Joh. 1. 51. *cælum apertum, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſuper Filium hominis.* Quod ſi haberem hanc gratiam, ut quomodo Apoſtoli, ſic viderem, & ſicut Paulus aſpexit, intuerer, cernerem nunc Angelorum multitudinem, quam videbat Heliſæus, & Giezi qui cum eo ſteterat non videbat. In metu erat Giezi ne ab hoſtibus caperetur ſolus Heliſæus videns; ſed Heliſæus ut Propheta Domini deprecatur, & dicit: O Domine, aperi oculos pueri iſtius, & videat, quoniam 4. Reg. 6. & 17.
multo plures nobiſcum ſunt quam cum illis. Et ſtatim ad preces ſancti viri, Angelos quos prius Giezi non videbat intuitus eſt.

Lege, ſi lubet, ea quæ diximus ſupra part. 1. *ſect.* 1. *c.* 2. §. 2. *ubi fuſe de* Angelis *egimus.*

Paſch. Ratbertus *Tom.* 14. *Biblioth. PP. Lugd. p.* 567. *in Matth. Evang. lib.* 8. Nulli dubium eſſe credo, & ex auctoritate divinarum Scripturarum firmatum, Angelos in miniſterio eſſe poſitos eorum qui hæreditatem accepturi ſunt æternæ vitæ, ut ſinguli per ſingulas principentur provincias vel regna; in tantum ut etiam ſinguli ſuos habeant Angelos, maxime qui a Deo prædeſtinati ſunt, quorum hæreditas eſt æternæ vitæ promiſſio. Unde ut dixi abſoluta auctoritas eſt, quod horum puſillorum Angeli eorum orationes offerant Deo, ex quo incipiunt aliquid offerre quod dignum ſit Deo; quia ut dignum eſt, miniſtri conſtituti ſunt Eccleſiarum Dei, & Heb. 1. 14.
adminiſtratorii vocantur *ſpiritus* a Paulo Apoſtolo, qui omnium vota orationesque offerunt Deo, ſed per Chriſtum, quorum officio coram ſummo Deo quotidie credentium inferuntur preces & referuntur ad nos usque impetrata. Quapropter etſi terribile eſt eos contemnere puſillos, qui adhuc in fide parvi ſunt, & in officio; terribilius eſt eos conculcare quia vota omnium offerre videntur, ad quorum officia, ut plures ajunt, ſuper eos conſtituti ſunt Principes, qui eorum peragunt absque dubio officia, qui altaris eſſe probantur miniſtri. Et ideo periculoſiſſime illi contemnuntur, quorum deſideria ac poſtulationes Angeli quotidie offerunt. Quia nemo mortalium adhuc in carne peccati per ſe dignus eſt; idcirco proviſum eſt a clementiſſimo Deo, ut per manus Angelorum vota perferantur hominum & preces ad ipſum æternum inviſibilem Deum ambitioſe, ut quidquid minus eſt nobis in natura, fiat acceptum ſacrificium noſtrum ex Angelico famulatu.

(A) S. Aug. *Serm.* 287. *alias de diverſ.* 40. *c.* 1, *n.* 1. Adtendat caritas veſtra, quam magni hominis nativitas facta ſit. Natales dies carnis nulli Prophetarum, nulli Patriarcharum, nemini Apoſtolorum celebravit Eccleſia: ſolos duos Natales celebrat, hujus (*Joannis-Baptiſtæ*) & Chriſti.

Serm. 288. *alias* 23. *ex Sirmondianis*, *n.* 1. Diei hodiernæ feſtivitas anniverſario reditu memoriam renovat, natum eſſe Domini præcurſorem ante mirabilem mirabiliter; cujus nativitatem conſiderare nos & laudare maxime hodie convenit. Ad hoc enim & dies anniverſarius huic miraculo dedicatus eſt, ut beneficia Dei & Excelſi magnalia non deleat oblivio de cordibus noſtris.

Serm. 289. *alias* 3. *ex Vignerianis*, *n.* 5. Celebramus Natalem Johannis, ſicut Chriſti, quoniam ipſa nativitas plena eſt myſterio.

Serm. 290. *alias* 44. *inter homilias* 50. *c.* 2. *n.* 2. Quia in magno ſacramento natus eſt Johannes, ipſius ſolius juſti natalem diem celebrat Eccleſia. Et Natalis Domini celebratur, ſed tamquam Domini. Date mihi alium ſervum præter Joannem inter Patriarchas, inter Prophetas, inter Apoſtolos, cujus natalem diem celebret Eccleſia Chriſti. Paſſionum diem ſervis plurimis celebramus: nativitatis diem nemini, niſi Johanni.

Serm. 293. *alias* 5. *ex Vignerianis*, *n.* 1. Nativitatem Johannis quodam modo conſecratam obſervat Eccleſia: nec invenitur ullus in Patribus, cujus nativitatem ſolemniter celebremus: celebramus Johannis, celebramus & Chriſti.

(B) Luc. 1. 5. *& ſeq. Vide ſupra parte* 1. *hujuſce operis ſect.* 2. *c.* 1. §. 5. *lit.* (Q, R, S)

S. Ambr. *in Luc* 1. 15. *n.* 35. Non eſt dubium, verum hoc Angeli eſſe promiſſum; ſiquidem S. Johannes, antequam naſceretur, matris adhuc in utero poſitus Spiritus accepti gratiam deſignavit ... Nondum enim erat illi ſpiritus vitæ, ſed ſpiritus gratiæ...

S. Ber-

Digitized by Google

PARS II. SECT. IV. CAP. II. §. II.

I. Cur hac die feſti ignes accenduntur ubique?

R. Ut impleatur quod dictum Zachariæ fuit ab Angelo : *Multi in nativitate ejus gaudebunt* . (C)

Luc. I. 14. C *I.* Unde iſta lætitia?

R. Ex primo adventu Chriſti, cujus præcurſor Joannes. Qui in tenebris ſunt gaudent lucente aurora; quia jamjam Sol illuceſcet. Lætandum ergo fuit in adventu Joannis, qui velut aurora Chriſto juſtitiæ ſoli præluxit. Decet itaque etiamnum in ſolemnitate ortus Joannis gaudere; ſed cavendum ne propterea ulla ſuperſtitio fiat, ne quid nimis.

I. Cur Joannes dictus eſt Baptiſta?

R. Quia baptizavit Chriſtum, & Judæos omnes ad ſe venientes, (D) ut eos ad recipiendum Meſſiam ſic præpararet. D

I. Quid erat Baptismus Joannis?

R. Ritus ſacer, quo ſignificabat Judæis Joannes agendam eſſe pœnitentiam peccatorum, ut ſic pararent viam Domino. (E) E

I. Quomodo vixit S. Joannes Baptiſta?

R. Id jam diximus. Vixit in deſerto parciſſime & duriſſime: potus ejus aqua: cibus, locuſtæ (F) & mel ſylveſtre. Veſtitus, erat pilis camelorum, id eſt cilicina veſte & zona pellicea P. I. Sect. 2. c. I. §. 5. F

S. BERN. *Serm. I. in Nativit. S. Johann. Bapt. num.* 4. Joannes in ſpiritu tamquam Angelus creditur. Nimirum tanto propinquior Deo, quanto vox verbo vicina: cui nulla voce alia media quod foris ſonet oporteat intimari. Neque enim Joannem prædicatio, ſed inſpiratio docuit, quem replevit Spiritus in utero matris ſuæ. Vere ardens & vehementer accenſus, quem ſic præoccupavit flamma cæleſtis, ut jam Chriſti ſentiret adventum, qui necdum ſentire poterat vel ſeipſum. Nimirum novus ille ignis, qui recens elapſus e cælo, per os Gabrielis in aurem intraverat Virginis, rurſum per os Virginis, & matris aurem introivit ad parvulum: ut ex ea hora vas electionis ſuæ Spiritus ſanctus impleret, & lucernam Chriſto Domino pararet.

(C) S. BERN. *Serm. I. in Nativit. S. Johann. Bapt. n.* 7. *Multi*, inquit Angelus, *in Nativitate ejus gaudebunt*. Verum id quidem; multi in nativitate ejus gaudent; & paganis ipſis ut audivimus læta eſt & ſolemnis. Illi celebrant quod ignorant, ſed non ita debuerant Chriſtiani. Nunc vero & ipſi in hac beati Johannis Baptiſtæ Nativitate gaudent: ſed utinam de Nativitate, non de vanitate. Luc. I. 14.

(D) MATTH. III. I. In diebus autem illis venit Johannes Baptiſta prædicans in deſerto Judææ, 2. & dicens: Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cœlorum. 3. Hic eſt enim, qui dictus eſt per Iſaiam Prophetam dicentem: Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini: rectas facite ſemitas ejus ... 5. Tunc exibat ad eum Jeroſolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem, 6. Et baptizabantur ab eo in Jordane, confitentes peccata ſua ... 13. Tunc venit Jeſus a Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Iſai. 40. 3.

(E) MATTH. III. II. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cujus non ſum dignus calceamenta portare: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni.

(F) MATTH. III. 4. Ipſe autem Johannes, *inquit*, habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos: eſca autem ejus erat locuſtæ, & mel ſylveſtre. *Sacræ Scripturæ Interpretes hoc verbum* LOCUSTÆ *diverſe omnino interpretantur. Alii ſiquidem locuſtas ſpeciem quamdam olerum aut herbarum eſſe credunt; alii vero animal quadrupes, cujus eſus Judæis in Lege permittebatur, uti patet ex* LEVIT. 11. 21. Quidquid autem ambulat quidem ſuper quatuor pedes, ſed habet longiora retro crura, per quæ ſalit ſuper terram, 22. comedere debetis, ut eſt bruchus in genere ſuo, & attacus, & ophiomachus, ac locuſta, ſingula juxta genus ſuum. *Ex quibus patet animal illud longe diverſum fuiſſe ab eo quod nos locuſtam Gallice* SAUTERELLE *nominamus. Quidam Interpretes* LOCUSTAS *interpretantur gemmas arborum, aut teneriores ramorum ſummitates. Quidquid ſit, certe Scriptura ea mente hujuſce cibi a S. Johanne frequentati meminit, ut ejus pœnitentiam, miramque abſtinentiam commendaret.*

JANSEN. GANDAV. *c. 13. in Concord. Evang.* Quoniam enim (*Johannes*) pœnitentiam prædicabat, & in deſerto vivebat, congruum erat, ut auſtero, vilique, & facile parabili cibo & veſtitu uteretur: quod & ob id conveniebat, ut Heliam in cujus ſpiritu & virtute venerat expreſſius referret.... Advertendum dictionem Græcam ἀκρίδες pro qua apud nos eſt *Locuſtæ*, duo ſignificare. Nam & ſignificat inſecti genus, quod nos locuſtam dicimus, & herbarum ſummitates. Proinde Perotus putat hic potius intelligendum Johannem victitaſſe herbarum ſummitatibus, quam locuſtis, animali ſcilicet venenoſo & noxio ... Veriſimilius eſt Johannem locuſtas animalia edidiſſe, non quod hunc cibum ſibi curioſe proprium fecerit, ſed quod hic vilis eſſet, minimeque ſumptuoſus, ac in deſerto in quo vivebat facile parabilis, quem & alii ejuſdem deſerti inhabitatores ederint, quamvis præ illis omnibus eximiam quamdam abſtinentiam, & luxus omnis contemptum Johannes præſeferret... Simplicius fuerit intelligere mel ſylveſtre hoc loco illud quod a feris & incultis apibus in arboribus & petrarum cavernis conficiebatur eo loci abunde.. Tria nobis imitanda proponi recte intelligimus: & in veſtitu quidem illo vili, ſuperbiæ fugam quæ in pretioſis fere relucet veſtibus. In cinctura vero zonæ pelliceæ circa lumbos, libidinis refrænationem; juxta illud *ſint lumbi veſtri præcincti*. In cibo vero, temperantiam in nutriendo corpus.

JANSEN. IPRENSIS Epiſcopus *in c. 3. Matth. verſ.* 4. Habebat (*Johannes*) veſtimentum non pellem cameli, ſed *de pilis camelorum* contextam, adeoque vilem, aſperam & rudem, pœnitentiæ congruam, quam Anſelmus hic vocat cilicium camelinum.. Chriſtus ipſe minime delicatum & mollem veſtitum ejus commendat Matth. XI. *verſ.* 89. *Et zonam pelliceam*, id eſt non pretioſam, ſed coriaceam, ut ſpiritu ita & habitu Eliam referens. *Circa lumbos ſuos*, quo ſignificatur partim libidinis refrænatio, partim accinctio, ſeu præparatio ad opus, juxta illud *ſint lumbi veſtri præcincti*. Unde & apud Ethnicos diſcinctum eſſe, mollis, ignavi ſolutique hominis indicium erat. *Eſca autem ejus locuſtæ* ... Probabilius alii ſummitates herbarum: ... quod acriter tuetur Iſidorus Peluſiota Lib. I. Epiſt. 132. Sed longe eſt verius id quod veteres tradunt fuiſſe veras locuſtas, ſcilicet inſecta illa nota... Levitici XI. Unde Hieronymus lib. 2. contra Jovinianum: *Orientales*, inquit, *& Lybiæ populus, quia per deſertum & calidam eremi vaſtitatem locuſtarum nubes reperiuntur, locuſtis veſci moris eſt.. Et mel ſylveſtre*, id eſt quod in ſylvis, & arborum truncis & rupibus ab apibus agreſtibus fieri ſolet, & ſatis magna fuiſſe Samſonis & Jonathæ exempla Judic. 14. 8. & I. Reg. 14. 26. probant. Amariſſimum fuiſſe tradit Iſidorus ibid. .. Veſtitus erat aſperrimus, & victus erat viliſſimus, pœnitentiæ, cæleſtiſque regni prædicatori congruus. Luc. I. 35.

MALDONAT. e Societ. JESU, *Comm. in Matth.* IV. 3. *Ipſe autem Johannes habebat veſtimentum de pilis camelorum*. Miro ſtudio tres Evangeliſtæ Matthæus, Marcus, & Lucas, Joannis perſonam exprimunt; partim opinor, ut viri ſanctitatem commendent, partim ut rationem tacite reddant, cur tantam de ſe Judæorum opinionem concitaverit, ut ad eum viſendum omnes undique confluerent. *De pilis camelorum*. Hæreticis, hominibus ſcilicet elegantibus, omnia in Joanne fœtent, locus, veſtitus, victus... Ex ejus ſolitudine orbes fabricantur: ex pilis camelorum, pretioſam veſtem conficiunt, locuſtas in marinos cancros convertunt: reperti enim inter illos ſunt, qui veſtem ex pilis camelorum ſcutulatam, undulatamque veſtem interpretarentur, qua Reges olim uſos legimus ... *Eſca autem ejus erat locuſtæ*.... Græce ἀκρίδες quæ locuſtæ Latinæ proprie dicuntur, genus notum inſecti, humiliter plerumque, & ſaltando volitans; unde & Gallice nomen habet. Nonnulli, ut dixi, Hæreticorum marinos cancros interpretantur, quos captos cum aliis piſcatores ad Jordanis ripam ejicerent, quod quia lege immundi erant, vendere non poſſent, Joannes vero colligeret, iiſque, quamvis repugnante lege, uteretur, ut Evangelicam jam tum libertatem doceret, quæ nullum ciborum diſcrimen admitteret .... Miror equidem tam ingenioſos homines non phaſianas potius ex locuſtis aves, quam marinos feciſſe cancros, cum eadem utrumque facilitate, eademque impudentia arte fieri potuiſſet. Et vero nomen Græcum ἀκρίδες non magis cancros, quam perdices, aut phaſianos ſignifica-

licea circa iumbos ejus. Ad eum undique confugiebant Judæi, quos ipſe ſalutaribus monitis parabat ad Chriſtum ſuſcipiendum. (G)

G

I. Qao genere morſis occubuit?

R. Miſſus aſt in carcerem, ac deinde decollatus juſſa Herodis Antipæ, cujus ipſe publicum adulterium & inceſtum libere carpſerat. (H)

I. Qaid imitati potiſſimam debemas in Johanne?

R. Fugam mundi, ſolitudinis amorem, vitæ innocentiam, ſimal & carnis mortificationem. H

Hami-

ficare poteſt, & illie veſcens Joannes, neque legem violaſſet, & minus eremita eſſe videretur, quod iſti ſolum voluot. Illud etiam miror homines impudentes, qui txntopere Quadrageſimam noſtram exborreſcunt, non timuiſſe, ne pro una quadrageſima duas, alteram ex Chriſti jejunio, alteram ex Joannis cancris faceremos. As non omnes Catholici locuſtas, inſectum animal interpretantur, fateor; ſed qaia non malo, at iſti, ſcripſerunt animo, ut Joannis ſanctitatem extenuarent, ſed quod cibum nobie inſinuatum, & horrendum eſſe ſcirens, digni ſunt excuſatione: Nec enim ignoro quoſdam jam olim Auctores herbas, neſcio quales, interpretatos, Euthymio, & Theophylacto referentibus, alios pyra ſylveſtria, alios arboram, frondiumque ſummas partes, quæ quod extremæ ſint, ἀκρίδες appellentor, ut Nicephoro placuit. Sed hi ipſi, ſi legiſſent locaſtas aoimalia inſecta apud Orientales viliſſimo quidem tamen eſui fuiſſe, qaod Plinius & Plutarchus ſcribunt, & ea Ariſtophane Poeta colligitur, de illie hunc locom expoſuiſſent. Certe ſi in cibo non fuiſſent, noo eas Moſes inter munda animalia, quibus veſci licebat, numeraſſet. Nos quia non vidimus, abhorremus, æque profecto, ſi non vidiſſemus, ab eſo limacum, fucorum, & formicxrom abhorreremae. Et tamen alicubi vix alium in hoſpitio cibum, quam limaces, invenias. Et fucis qui veſcerentur, ſæpe ego vidi, & apud Indos formicas in deliciis eſſe, & Plinius ſcribit, & ex noſtrorum qui illic ſuus, litterie intelligimus. Atque ita hunc locum omnes fere veteres Auctores ſunt interpretati, Origenes, Hilarius, Ambroſius, Chryſoſtomus, Auctor (operis) impeſfecti, Auguſtinus.

(G) MATTH. XI. *Vide ſupra parte 1. ſect. 2. c. 1. §.* 5. *litt.* (O, T, X.)

XI. 2. Johannes autem cum audiſſet in vinculie opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis, 3. ait illi: Tu ee, qui venturus es, an aliam expectxmus? 4. Et reſpondens Jeſus, ait illis: Euntes renunciate Johanni quæ audiſtie, & vidiſtie... 7. Illie autem abeuntibus, cœpit Jeſus dicere ad turbas de Johanne. Qaid exiſtie in deſertam videre? Arondinem vento agitatam? 8. Sed quid exiſtis videre? Hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibue veſtiuntur, in domibus regum ſunt. 9. Sed qaid exiſtis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquam Prophetam. 10. Hic eſt de quo ſcsiptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui

Malac. III. 1. præparabit viam tuam ante te. 11. Amen dico vobis, oon ſurrexit inter natos mulierum major Johanne Baptiſtx: qoi autem minor eſt in segno cælorum, major eſt illo. 12. A diebue autem Joannis Baptiſtæ uſque oauc seguum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 13. Omoes eoim Prophetæ, & lea uſqoe

Malac. IV. 5. ad Johannem prophetaverunt: 14. Et ſi vultis recipeſe ipſe eſt Elias, qai venturue eſt.. 18. venit enim Johannes, neque manducans neque bibens: & dicant: Dæmoniam habet. 19. Veniet Filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo voraa, & potatos vioi, publicanorum & peccatorum amicus, & juſtificata eſt ſapientia a filiis ſuis.

MARC. I. 2. Sicut ſcriptum eſt io Iſaia Propheta:

Iſai. 40. 3. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam,

Malac. III. 1. qui præparabit viam tuam ante te. 3. Vox clamantis in deſerto: Parate vixm Domini, rectas facite ſemitas ejus. 4. Fuit Johannes in deſerto baptizans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. 5. Et egrediebatur ad eum omnis Judææ segio, & Jeroſolymitæ universi, & baptizabantur ab illo in Jordanis flumine, confitentes peccata ſua. 6. Et erat Johannes veſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lambos ejus, & locuſtas, & mel ſylveſtre edebat, & prædicabat, dicens: 7. Venit fortior me, poſt me: cujus oon ſum dignus procumbens ſolvere corrigixm calceamentorum ejus. 8. Ego baptizavi vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu ſancto. 9. Et factam eſt: in diebus illis, venit Jeſus a Nazareth Galilææ: & baptizatue eſt a Johanne in Jordane.

LUC. VII. 16... Magnificabant Deum dicentes: Quia Propheta magous ſurrexit in nobis: & quia Deus viſitavit plebem ſuam. 17. Et exiit hic ſermo io univerſam Judæam de eo, & in omnem circa Regionem. 18. Et nuntiaverunt Johanni diſcipuli ejus de omnibue hie. 19. Et convocavit duos de diſcipulie ſuie Johannes, & miſit ad Jeſum dicens: Tu es qoi venturus es, an alium expectamus? 20. Cum autem veniſſent ad eum viri, dixerunt: Johannes Baptiſta miſit nos ad te, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? 21. In ipſa autem hora multos curavit a languoribue, & plagie, & ſpiritibus malis, & cæcis multie donavit viſum. 22. Et reſpondens, dixit illis: Euntes renuntiate Johanni, quæ audiſtis, & vidiſtis: Quia cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur. 23. Et beatus eſt quicumque non fuerit ſcandalizatus in me... 24. *& ſeq. Vide ſupra Part. 1. Sect. 2. c. 1. §. 5. litt.* (T)

JOSEPHUS *Antiquit. Judaic. lib.* 18. *c.* 7. *pag.* 915. Apud Judæos autem fuit opinio, juſta ultione numinie deletum Herodis exercitum, propter Johannem qui Baptiſta cognominatus eſt. Hunc enim Tetrarcha necavit virum optimum, Judæos excitantem ad virtutum ſtudia, & in primis pietatis ac juſtitiæ, ſimulque ad baptiſmi lavacram: quod ita demum Deo gratum ajebat fore, ſi non ab uno tantum alterove peccato abſtineant, ſed animis per juſtitixm prius mundatis, addant & puritatem corporie. Cumque magni concurſus ad eum fierent plebe talis doctrinæ avida, Herodes veritus ne tanta hominis auctoritas defectionem aliquam pareret, quod viderentur nibil non facturi ex ejus conſilio, judicavit ſatius eſſe priusquam novi aliquid exoriretur, illum tollere, quam rebus torbatis ſeram pœnitentiam agere. Itaque vinctum miſſum in Macheruntem ſupra dictam, illic occidi impeſat. Quod ſactum ſequuta eſt Judæorum exiſtimatio ab irato Deo perditum eſſe Herodie exercitum.

(H) MATTH. XIV. 2. &c. *Vide ſupra part. 1. ſect. 2. c. 1. §. 5. litt.* (AA)

MARC. VI. 14. Es audivit rex Herodes, manifeſtum enim factum eſt nomen ejus & dicebat: Quia Johannes Baptiſta reſurrexit a mortuie: & propterea virtutes operantus in illo. 15. Alii autem dicebant: Quia Elias eſt. Alii vero dicebant: Quia Propheta eſt, quaſi unus ea prophetie. 16. Quo audito Herodes ait: Quem ego decollavi Johannem, hic a mortuis reſurrexit. 17. Ipſe enim Herodes miſit, ac tenuit Johannem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam. 18. Dicebat Johanoes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratrie tui. 19. Herodias autem inſidiabatus illi: & volebat occidere eum, nec poterat. 20. Herodas enim metuebat Johannem, ſciens eum virum juſtom & ſanctum: & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. 21. Et cum dies opportunae accidiſſet, Herodes natalis ſui cœnam fecit principibus, & tribunie, & primis Galilææ. 22. Cumque introiſſes filia ipſias Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulque recumbentibus, rex ait puellæ: Pete a me quod vis, & dabo tibi. 23. Et juravit illi: Quia qaidquid petieris dabo sibi, licet dimidium segni mei. 24. Quæ cum exiſſet, dixit matri ſuæ: Quid petam? at illa dixit: caput Johannis Baptiſtæ. 25. Camque introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem, petivit, dicens: Volo ut protinus des mihi in diſco caput Johannis Baptiſtæ. 26. Et contriſtatus eſt rex: propter jusjurandam, & propter ſimul diſcumbentes noluit eam contriſtaſe. 27. Sed miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput ejus in diſco. Et decollavit eum in carcere, 28. & attulit caput ejue in diſco: & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ. 29. Quo audito, diſcipuli ejus venerunt, & tulerunt corpus ejus: & poſuerunt illud in monumento.

LUC. III. 19. Herodes autem Tetrarcha cum corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris ſui, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes, 20. adjecit & hoc ſuper omnia & incluſit Johannem in carcere.

S AMBROSIUS *de Virginit. lib. 3. c. 6. n.* 26. Ab adulteris juſtus occiditar, & a reis in judicem capitalie ſceleris pœna convertitur. Deinde præmium ſaltatricis mors eſt Prophetæ, Poſtremo quod etiam omnes barbari horrere conſueverunt, inter epulas atque convivia conſummandæ credulitatis profertur edictam: & a convivio ad carcerem, de carcere ad convivium feralis flagitii circumfertur obſequium. Quanta in uno facinore ſunt crimina?

N. 28.

Marc. 6. 20. N. 28. Puella autem admonita a matre ſua, popoſcit afferri ſibi in diſco caput Johannis. Quod dicit: *Rex contriſtatus eſt*; non pœnitentia Regis, ſed confeſſio iniquitatis eſt: quam divinæ habet conſuetudo ſententiæ: ut qui geſſerunt impia, ipſi propria confeſſione ſe damnent. *Sed propter diſcumbentes*, inquit. Quid indignius quam ut homicidium fieri juberet, ne diſcumbentibus diſpliceret? *Et propter jus*, inquit, *jurandum*. O religionem novam! Tolerabilius pejeraſſet. Unde non immerito Dominus in Evangelio jubet non eſſe jurandum, ne ſit cauſa perjurii, ne ſit neceſſitas delinquendi. Itaque ne juſjurandum violaretur, percutitur innocens. Quid prius horreſcam neſcio. Tolerabiliora perjuria, quam ſacramenta ſunt tyrannorum.

Ibid. 27. N. 29. Rapitur ad pœnam Propheta convivali tempore, convivali præcepto, quo non cuperet vel abſolvi: perimitur gladio, caput ejus affertur in diſco. Hoc crudelitati ferculum debebatur, quo inſatiata epulis feritas veſceretur.

N. 30. Intuere, Rex acerbiſſime, tuo ſpectacula digna convivio. Porrige dexteram, ne quid ſævitiæ tuæ deſit; ut inter digitos tuos rivi defluant ſancti cruoris. Et quoniam non exſaturari epulis fames, non reſtingui poculis potuit inauditæ ſævitiæ ſitis; bibe ſanguinem ſcaturientibus adhuc venis exſecti capitis profluentem. Cerne oculos in ipſa morte ſceleris tui teſtes, averſantes conſpectum delitiarum. Clauduntur lumina non tam mortis neceſſitate, quam horrore luxuriæ. Os aureum illud exangue, cujus ſententiam ferre non poteras, conticeſcit, & adhuc times. Lingua tamen, quæ ſolet etiam poſt mortem officium ſervare viventis, palpitante licet motu, damnabat inceſtum. Portatur hoc caput ad Herodiadem: lætatur, exultat, quaſi crimen evaſerit, quia judicem trucidavit.

N. 31. Quid dicitis vos, ſanctæ feminæ? Videtis quid docere, quid etiam dedocere filias debeatis? Saltat, ſed adulteræ filia. Quæ vero pudica, quæ caſta eſt, filias ſuas religionem doceat, non ſaltationem. Vos autem, graves & prudentes viri, diſcite deteſtabilium hominum epulas vitare. Si talia ſunt convivia, qualia judicia perfidorum?

S. AUGUST. *Serm. 287. alias de diverſis 40. In Natali Johann. Bapt. 1. c. 2. n. 3.* Natus eſt Johannes, natus eſt & Chriſtus: annuntiatus Johannes ab Angelo, annuntiatus eſt Chriſtus ab Angelo. Utrumque magnum miraculum. Servum præcurſorem parit ſterilis de ſene viro; Dominum poſſeſſorem parit virgo ſine viro. Magnus homo Johannes; ſed plus quam homo Chriſtus; quia & homo & Deus. Magnus homo, ſed humiliandus erat homo, ut exaltaretur Deus. Denique quia humiliandus erat homo, audi ipſum hominem: *Non ſum dignus corrigiam calceamenti ejus ſolvere*. Si ſe dignum diceret, quantum ſe humiliaret? Nec hoc ſe dixit dignum. Omnino proſtravit ſe, &
Joh. 1. 27. proſtravit ſe ſub petra. Lucerna enim erat, & vento ſuperbiæ timebat exſtingui.

Serm. 288. alias 23. ex Sirmondianis. in Nativ. S. Johan. Bapt. 2. n. 2. Fuerunt Prophetæ ante Johannem, & multi, & magni, & ſancti, digni Deo, Deo pleni, Salvatoris prænuntiatores, veritatis atteſtatores. Verumtamen de nullo eorum dici potuit, quod dictum eſt de
Mat. 11. 11. Johanne, *In natis mulierum non exſurrexit major Johanne Baptiſta*. Quid ergo ſibi vult iſta magnitudo præmiſſa ante magnum? Ad teſtimonium magnæ humilitatis. Tam enim magnus erat, ut Chriſtus poſſet putari. Poſſet Johannes abuti errore hominum, & non laborare perſuadere ſe eſſe Chriſtum, quia hoc jam illi, qui eum audiebant & videbant, illo non dicente putaverant. Non erat ei opus ſeminare errorem, ſed confirmare. At ille ſponſi amicus humilis, ſponſo zelans, non ſe pro ſponſo adulterum ſupponens, perhibet teſtimonium amico, & eum qui vere ſponſus erat, ſponſæ commendat: ut ame-
Joh. III. 29. tur in illo, odit ſe amari pro illo. *Qui habet*, inquit, *ſponſam, ſponſus eſt*. Et quaſi diceres: Quid tu? *Amicus autem*, inquit, *ſponſi ſtat, & audit eum; & gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Stat, & audit*: diſcipulus au-
Ibid. dit magiſtrum: quia audit, ſtat; quia ſi non audit, cadit. Hinc magnitudo Johannis maxime commendatur; quia cum poſſet putari Chriſtus, maluit Chriſto teſtimonium perhibere, illum commendare, ſe humiliare, quam pro ipſo accipi, & a ſe decipi. Merito dictus eſt amplius quam Propheta... Ad ipſum flumen, unde cœpit dominari Chriſtus, vidit Johannes Chriſtum, cognovit, teſtimonium perhibuit. Magno ſe humiliavit, ut a magno exaltaretur humilis. Et ſe amicum ſponſi di-
Joh. 1. 27. xit: & qualem amicum? Fortaſſis æqualem? Abſit: longe infra. Quantum longe? *Non ſum dignus*, ait, *corrigiam calceamenti ejus ſolvere*.

Serm. 290. alias 44. inter Homilias 50. in Nativit. S. Joh. Bapt. 4. c. 3. n. 3. Breviter ergo commendo caritati veſtræ magnum ſacramentum. Quoniam multi futuri erant, qui putarent Chriſtum non eſſe niſi hominem, nihil eſſe amplius quam hominem: ideo magnus homo, quo major in hominibus non fuit, perhibuit ei teſtimonium Johannes, ſubditus, inclinatus, humiliatus. In quantum ſe humilem reddidiſſet, ſi ſolvere corrigiam calceamenti ejus, dignum ſe eſſe dixiſſet? Attendite in magno ſacramento corrigiam calceamenti. Quantum humilis extitiſſes, etſi ſe Johannes dixiſſet dignum. Quid fecit, dicendo ſe indignum? Propterea notatus eſt dies nativitatis ejus, & celebrationi Eccleſiæ commendatus.

Serm. 291. alias 4. ex Vignerianis, in Nat. S. Joh. Bapt. 5. n. 1. Hodie accipimus S. Johannem Domini præcurſorem, ſterilis filium nuntiantem virginis filium, ſed tamen ſervum nuntiantem Dominum. Quia enim
Luc. 1. 20. venturus erat per virginem Deus homo, præceſſit eum de ſterili mirabilis homo: ut eum ſe indignum dicit, cujus calceamenti corrigiam ſolvat mirabilis homo, agnoſcatur Deus homo. Mirare Johannem, quantum potes: Chriſto proficit quod miraris. Proficit, inquam, Chriſto, non quia tu præſtas aliquid Chriſto, ſed ut tu proficias in Chriſto. Mirare ergo Johannem, quantum potes. Audiſti quod mireris. Annuntiatur per Angelum patri Sacerdoti: vocem aufert Angelus patri non credenti; remanet mutus, in filii nativitate expectans linguam. Concepit ſterilis, concepit & anus: gemina infecunditas, ſterilitas & ætas. Dicitur ab Angelo qualis futurus ſit: impletur in eo quod dicitur;
Ibid. 42. & quod maxime mirandum eſt, implet Spiritu ſancto adhuc ex utero matris ſuæ. Deinde veniente Maria ſancta, exſultat in utero: & quem non poterat vocibus, ſalutat motibus. Naſcitur, dat patri vocem; pater loquens dat filio nomen: mirantur omnes tantam gratiam. Quid enim aliud quam gratia? Ubi enim Johannes iſte promeruit Deum? Ubi promeruit Deum, antequam eſſet qui promereretur? O gratia gratis data!

Ibid. 66. N. 2. Mirantur omnes, obſtupeſcunt, & in motu cordis ſui dicunt, ut ſcriberetur nobis quod legeretur: *Quid putas erit puer iſte? Nam manus Domini cum illo*.

S. BERN. *In Nativit. S. Johann. Bapt. Serm. 1. n. 3.* Audite ergo, Fratres, quid de Joanne loquatur, cujus ſolemnis hodie Nativitas celebratur. *Ille*, inquit, *erat*
Joh. v. 35. *lucerna ardens & lucens*. Magnum teſtimonium, Fratres mei! Magnus enim eſt cui perhibetur, ſed major eſt qui perhibet, *Ille*, inquit, *erat lucerna ardens & lucens*. Eſt enim tantum lucere vanum, tantum ardere parum: ardere & lucere perfectum... Mortuorum ſiquidem lumen nunquam in eodem permanet ſtatu, ſed creſcit, deficit, extenuatur, annihilatur, & penitus non comparet. Sic qui conſcientias ſuas in alienis labiis poſuerunt, modo magni, modo parvi ſunt, modo nulli, ſecundum quod adulantium linguis vel vituperare placuerit vel laudare. At vero Solis ſplendor igneus eſt, & cum fervet acrius, etiam oculis lucidior exhibetur. Sic ſapientis ardor internus foris lucet: & ſi non ei datur utrumque, curat ſemper ardere magis, ut Pater ſuus qui videt in abſcondito, reddat ei. Væ nobis, Fratres, ſi luxerimus tantum. Nam lucemus quidem & magnificamur ab hominibus: ſed mihi pro minimo eſt, ut ab humano judicer die. Qui enim judicas me,
Luc. 12. 49. Dominus eſt, qui fervorem ab omnibus exigit, ſplendorem vero non ita. *Ignem*, inquit, *veni mittere in terram, & quid volo niſi ut accendatur?* Hoc nempe commune mandatum: hoc eſt quod exigitur ab univerſis, nec ulla, ſi deeſſe contigerit, admittitur excuſatio.

Matt. v. 16. N. 4. Ceterum ſingulariter Apoſtolis & Apoſtolicis viris dicitur: *Luceat lux veſtra coram hominibus*, nimirum tamquam accenſis, & vehementer accenſis, & quibus non timeatur a flatu quolibet aut impulſione ventorum. Dictum eſt & Johanni, ſed illi in aure audiunt.

Joh. v. 35. N. 5. *Ille erat*, inquit, *lucerna ardens & lucens*. Non ait, lucens & ardens: quia Joannis ex fervore ſplendor, non fervor prodiit ex ſplendore. Sunt enim qui non eo luceant, quia fervent: ſed magis fervent ut luceant. At iſti plane non fervent caritatis ſpiritu, ſed ſtudio vanitatis. Vultis noſſe quemadmodum arſit Johannes & luxit? Ego utrumque in eo triplicem poſſe arbitror inveniri, & *ardorem ſcilicet & ſplendorem*. Ardens enim

erat

Humilitatem, caritatem Chriſti, ita ut Chriſti
notitiam & cultum & dilectionem, quantum in no-
bis eſt ubique diffundamus. Invictam denique in
lege Dei ſervanda conſtantiam, ita ut ab injuncto
officio vel miniſterio non imbecillitas animi, non Pars II.
Magnatum obſequium, non ipſius vitæ periculum Sect IV.
imminens deterreat, Cap. II.
§. 21.

§. 22.

erat in ſeipſo vehementi auſteritate converſationis:
erga Chriſtum intimo quodam & pleno fervore de-
votionis: erga peccantes proximos conſtantia liberæ
increpationis. Luxit nihilominus, ut paucis dixerim,
exemplo, digito, verbo: & ſeipſum oſtendens ad imi-
tationem & luminare majus quod latebat, ad pecca-
torum remiſſionem, & ipſas quoque tenebras noſtras
illuminans, ſicut ſcriptum eſt: *Quoniam tu illuminas*
Pſal. 17. 29. *lucernam meam, Domine: Deus meus illumina tenebras*
meas, utique ad correctionem.

N. 6. Conſidera igitur hominem Angelico promiſ-
ſum oraculo, conceptum miraculo, ſanctificatum in
1. Tim. 6. 8. utero, & novum in novo homine pœnitentiæ mirare
fervorem. *Victum & veſtitum*, ait Apoſtolus, *haben-*
tes, his contenti ſimus. Apoſtolica perfectio iſta eſt, ſed
Joannes etiam hæc contempſit. Denique audi Domi-
Mat. 11. 18. num in Evangelio: *Venit*, inquit, *Joannes Baptiſta non*
manducans, nec bibens, plane nec veſtiens. Sicut enim
non eſt locuſta cibus, niſi aliquorum forte irrationa-
bilium animalium, ſic nec pilus cameli humanum eſt
indumentum... Joannes ſanctus homo miſſus a Deo,
Luc. 7. 27. imo Angelus Dei, ſicut ait Pater: *Ecce mitto Ange-*
lum meum ante te. Hic ergo Joannes, quo nullus ma-
jor in natis mulierum, innocentiſſimum illud corpus
ſic caſtigat, ſic extenuat, ſic affligit: vos indui fe-
ſtinatis byſſo & purpura, & ſplendide epulari? Heu!
hic eſt præſentis totus honor diei, hæc Baptiſtæ ſe-
verentia tota: hæc nativitatis ejus prophetata quon-
dam lætitia eſt. Cujus enim memoriam agitis, o ni-
mis delicati cultores? Cujus celebretis natalem? Non-
Ibid. 24. & 25. ne illius qui in eremo fuit hirſutus veſte, confectus
inedia? Quid exiſtis in deſertum videre filii Babylo-
nis? arundinem vento agitatam? Quid igitur? Homi-
nem mollibus veſtitum? Nutritum mollibus? In his
nempe tota verſatur hæc veſtra celebritas: in popu-
laris favoris aura ſectanda, in gloria veſtium, & vo-
luptate ciborum. Sed quid hæc ad Joannem? Neque
enim Joannes fecit ſic, aut talibus unquam potuit
delectari.

Joh. 3. 29. *N.* 8. Gaudebat ad vocem ſponſi tamquam amicus
ſponſi. Nobis in utroque gaudendum eſt; in altero
quidem ei, nobis in altero congaudendum. Ardebat
enim ſibi, nobis autem lucebat. Gaudeamus in fer-
vore ejus ad imitationem, gaudeamus & in lumine,
non tamen ibi manentes, ſed ut in lumine ejus vi-
deamus lumen, lumen utique verum, quod non eſt
Joh. 1. 7. ipſe, ſed cui teſtimonium perhibet ipſe. *Venit Johan-*
Mat. 11. 18. *nes*, ait Dominus, *nec manducans nec bibens*. Incenti-
vum fervoris id mihi eſt & materia humilitatis. Quis
enim in nobis eſt, Fratres, qui Joannis pœnitentiam
intuens, ſuam non dico magnificare, ſed alicujus ſal-
tem momenti reputare præſumat? Quis audeat mur-
murare in laboribus ſuis, & dicere: Satis eſt quod pa-
tior, nedum nimis? Quæ enim homicidia, quæ ſacri-
legia, aut quæ flagitia ſic puniebat Joannes in ſei-
pſo? Accendamur ad pœnitentiam, Fratres, interro-
gemus conſcientias noſtras, & animemur ad ultionem
exigendam de nobis, ut horrendum poſſimus evadere
judicium Dei viventis.

N. 9. Ex hoc ſane & erga proximorum delicta fer-
vorem intuere Joannis. Hic nempe dignus eſt & ra-
tioni conſentaneus ordo, ut incipiendum tibi memi-
Pſal. 18. 13. & 14. neris a te ipſo. *Ab occultis*, inquit, *meis munda me:*
Luc. 3. 7. *& ab alienis parce ſervo tuo. Genimina viperarum*, ait
Joannes, *quis oſtendit vobis fugere a ventura ira?* De
quanto mentis fervore procedere putas ſcintillas iſtas,
imo carbones deſolatorios? Sic neque Phariſæis par-
Ibid. 8. cens: *Nolite*, inquit, *dicere quia patrem habemus Abra-*
ham: potens eſt enim Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare fi-
lios Abrahæ. Sed minus hoc videatur, ſi vel ipſum
vereretur potentis vultum; & non tota libertate ſpi-
ritus arguit peccantem Regem, crudelem atque ſu-
perbum; ſacra quadam vehementia ad hoc ipſum
prodiens de deſerto, ſi vel blanditiis ejus, vel ipſo
mortis terrore movetur: *Metuebat*, inquit, *Herodes* Marc. 6. 20.
Johannem, & audito eo multa faciebat, & libenter
eum audiebat. At ille nihil ob hoc parcens: *Non li-* Ibid. 18.
cet, ait, *tibi habere eam*. Ligatus quoque, & in car-
cerem truſus, nihilominus fortiter ſtetit in veritate
& occubuit pro veritate feliciter. Ferveat etiam in
nobis zelus iſte, cariſſimi. Ferveat amor juſtitiæ,
odium iniquitatis. Nemo, Fratres, vitia palpet, pec-
cata diſſimulet nemo. Nemo dicat: *Numquid cuſtos* Geneſ. 4. 9.
fratris mei ſum ego? Nemo, quod in ſe eſt, æquani-
miter ferat, cum viderit ordinem deperire, minui di-
ſciplinam. Eſt enim conſentire, ſilere, cum arguere
poſſis: & ſcimus quia ſimilis pœna facientes maneat
& conſentientes.

N. 10. Jam vero ſuper humili & omnium ferventiſ-
ſima devotione Joannis erga Dominum quid loque-
mur? Inde enim exultavit in utero: inde expavit in Luc. 1. 41.
Jordane baptizaturus eum: inde non modo Chriſtum, Mat. 3. 16.
qui putabatur, ſed vel ipſam corrigiam calceamenti
ejus ſolvere dignum ſe eſſe negabat: inde gaudebat Joh. 1. 27.
amicus ſponſi ad vocem ſponſi; inde gratiam ſe ac- Id. 3. 16.
cepiſſe pro gratia fatebatur: illum autem non ad men- Id. 3. 34.
ſuram habere Spiritum, ſed plenitudinem de qua Pſal. 61. 2.
omnes acciperent, clamitabat; *Nonne Deo ſubjecta* Deut. 6. 5.
erit anima mea? Alioquin non ero lucerna ardens, ni-
ſi toto corde, tota mente, & ex omnibus viribus
meis diligam Dominum Deum meum. Sola enim
eſt caritas quæ accendit ad ſalutem: ſola quam in-
fundit & inflammat Spiritus, quem extinguere pro-
hibemur.

S. JOHAN. CHRYSOST. *in ſaltat. Herodiad. &c. pag.*
380. Quam vero ob cauſſam Prophetam occidit? Quo-
niam præco veritatis erat, & injuſtam ejus actionem
impedire ſua reprehenſione contendebat, & quem ut
Regem oportebat mandatorum Dei eſſe cuſtodem,
ipſe indomita voluptatum petulantia leges violabat.
Rex quippe ille eſt qui juſtas fert leges, primuſque ipſe
agit, non eas transgreditur. Quomodo enim alioquin
ſibi ſubditas gentes recto ordine componet, niſi juſtis
legibus quaſi frænis pervicax & inſolens genus homi-
num regat? Herodes autem Rex non populorum, ſed
voluptatum, vel potius ſervus earumdem, *nam a quo*
quis ſuperatus eſt, hujus & ſervus eſt, non modo leges
Dei transgreſſus eſt, ſed & cædem inique perpetravit.
Quem vero occidit? Virum juſtum, quo *major inter* 2. Petr. 2. 19.
natos mulierum non ſurrexit: quod & Dominus ipſe te-
ſtatus eſt: virum qui deſertum inhabitabile, inaquo- Mat. 11. 11.
ſum, infrugiferum, inacceſſum, ſine arboribus, ſine
graminibus, ſine herbis habitabat. Johannes... neque
panem habebat, neque vinum, non menſam, non le-
ctum voluptatum adminiſtrum, non ſuffultas molli
anſerum pluma culcitras... Cum extra mundum eſſet,
nulla re mundi indigebat. Habitabat porro non in ædi-
bus, quarum inaurata eſſent laquearia, ſed ſub petra
ſeipſum contegente. Huic & menſa & ſcamnum, & cu-
bile erat pavimentum; carnes erant locuſtæ; placenta,
mel ſylveſtre: huic phiala erat vola manus, & vinum
delicatum quæ manabat a ſaxo aqua limpidiſſima. Hunc
tenuit Herodes... Et poſuit in carcerem propter He-
rodiadem uxorem Philippi fratris ſui. O rem prodi-
gioſam! Joannes vinctam ejus animam peccati cate-
na reprehenſione ſua ſolvere conabatur, ille autem
ſolventem vinciebat. Verumtamen licet vinciretur Jo-
annes, loquebatur, & in carcerem conjectus, repre-
hendebat: implebat enim quod ſcriptum eſt, *Et loquebar* Pſal. 118. 46.
in conſpectu regum, & non confundebar. Neque enim
mortem reformidabat Joannes, ſed veritatem non elo-
qui reformidabat. Hunc vero dum occidit, non unam
modo cædem perpetravit, ſed & plures: qui enim
eum qui animas docet, ac de iis bene mereri non
ceſſat, occidit, non unum occidit, ſed totidem quot-
quot ille vivens vivificare poterat ſecmune.

§. 22. *De Feſtis Sanctorum Apoſtolorum, Evangeliſtarum, Martyrum, Epiſcoporum, Confeſſorum, Sanctarumque vel Virginum, vel Viduarum, vel Nuptarum, vel Pœnitentium.*

I. Quinam ſunt ii quos Apoſtolos dicimus?

R. Qui a Chriſto delecti ſunt & miſſi per totum orbem ad diſſeminandum Evangelium, & homines vocandos ad Chriſtum. (A) A

I. Quinam Evangeliſtæ?

R. Qui Chriſti vitam ſcripſere, quod Evangelium dicimus.

I. Quid agendum ex mente Eccleſiæ in Feſtis Apoſtolorum & Evangeliſtarum?

R. 1. Gratiæ agendæ Deo, & Chriſto, qui nos per Apoſtolos ſuos a tenebris vocaverit ad admirabile lumen ſuum.

2. Orandum ut quam accipimus ab Apoſtolis fidem hanc inviolatam cuſtodiamus.

3. Poſtulandi Paſtores qui animum habeant vere Apoſtolicum.

4. Per Apoſtolorum intercesſionem orandus Chriſtus ut ipſe Eccleſiam, *gregem ſuum, Paſtor æternus non deſerat; ſed per beatos Apoſtolos ſuos continua protectione cuſtodiat: ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis ſui vicarios Paſtores eidem eſſe contulit*, ut canit Eccleſia in Feſtis Apoſtolorum. (B) *In Præfat. Apoſt.* B

I. Quid agendum in Feſtis Sanctorum Martyrum?

R. 1. Pro invicta Martyrum conſtantia, eorumque victoriis & triumphis agendæ gratiæ Deo.

2. Orans

(A) MARC. XVI. 15. Et dixit eis: (*Apoſtolus Jeſus*) Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ... 20. Illi autem profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

(B) S. AUG. *ſerm.* 295. *in natali Apoſt. Petri & Pauli alias de diverſ.* 108. *c.* 8. *n.* 8. Celebramus diem feſtum, Apoſtolorum nobis ſanguine conſecratum. Amemus fidem, vitam, labores, paſſiones, confeſſiones, prædicationes. Proficimus enim amando; non iſta propter carnalem lætitiam celebrando.

S. LEO *Serm.* 80. *in natali Apoſtolor. Petri & Pauli*, *c.* 1. Omnium quidem ſanctarum ſolemnitatum, dilectiſſimi, totus mundus eſt particeps, & unius fidei pietas exigit, ut quid pro ſalute univerſorum geſtum recolitur, communibus ubique gaudiis celebretur. Verumtamen hodierna feſtivitas præter illam reverentiam, quam toto terrarum orbe promeruit, ſpeciali & propria noſtræ urbis exultatione veneranda eſt: ut ubi præcipuorum Apoſtolorum glorificatus eſt exitus, ibi in die martyrii eorum, ſit lætitiæ principatus. Iſti enim ſunt viri, per quos tibi Evangelium Chriſti Roma reſplenduit, & quæ eras magiſtra erroris facta es diſcipula veritatis. Iſti ſunt Patres tui, verique Paſtores, qui te regnis cæleſtibus inſerendum multo melius, multoque felicius condiderunt, quam illi quorum ſtudio prima mœnium tuorum fundamenta locata ſunt... Iſti ſunt qui te ad hanc gloriam provexerunt, ut gens ſancta, populus electus, civitas Sacerdotalis & regia, per ſacram beati Petri Sedem caput orbis effecta, latius præſideres Religione divina, quam dominatione terrena.

Cap. 3. Nam cum duodecim Apoſtoli, accepta per Spiritum ſanctum omnium locutione linguarum, imbuendum Evangelio mundum diſtributis ſibi terrarum partibus ſuſcepiſſent: beatiſſimus Petrus Princeps Apoſtolici ordinis, ad arcem Romani deſtinatur imperii: ut lux veritatis, quæ in omnium gentium revelabatur ſalutem, efficacius ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet.

Matth. 26. 69. *Cap.* 4. Nec mundi dominam times Romam, qui in Caiphæ domo expaveras Sacerdotis ancillam. Numquid aut judicio Pilati, aut ſævitia Judæorum minor erat, vel in Claudio poteſtas, vel in Nerone crudelitas? Vincebat ergo materiam formidinis vis amoris: nec æſtimabas terrori cedendum, dum horum ſaluti conſuleris, quos ſuſceperas diligendos. Hunc autem intrepidæ charitatis affectum jam tunc profecto conceperas, quando profeſſio tui amoris in Dominum trinæ interrogationis eſt ſolidata myſterio. Nec aliud ab hac mentis tuæ intentione quæſitum eſt, quam ut paſcendis ejus, quem diligeres ovibus, cibum quo ipſe eras opimatus, impenderes.

Cap. 5. Augebant quoque fiduciam tuam tot ſigna miraculorum, tot dona chariſmatum, atque experimenta virtutum. Jam populos, qui ex circumciſione crediderant, erudieras; Jam Antiochenam Eccleſiam, ubi primum Chriſtiani nominis dignitas eſt orta, fundaveras. Jam Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam, atque Bithyniam legibus Evangelicæ prædicationis impleveras; nec aut dubius de provectu operis, aut de ſpatio tuæ ignarus ætatis, trophæum Crucis Chriſti Romanis arcibus inferebas, quo te divinis præordinationibus anteibant & honor poteſtatis, & gloria paſſionis.

Serm. 81. *in Octava Apoſt. Petri & Pauli*, *cap.* 1. Pudet dicere, ſed neceſſe eſt non tacere: plus impenditur dæmoniis, quam Angelis, & majorem obtinent frequentiam inſana ſpectacula, quam beata martyria. Quis hanc urbem reformavit ſaluti? Quis a captivitate eruit? Quis a cæde defendit? Ludus Circenſium, an cura Sanctorum? Quorum utique precibus divinæ cenſuræ flexa ſententia eſt, ut qui merebamur iram, ſervaremur ad veniam.

Cap. 2. *vide ſupra* §. 3. *cap.* 2. *ſect.* 3. *hujuſce Part. litt.* (Y)

S. BERN. *Serm.* 1. *in feſto SS. Apoſt. Petri & Pauli*, *num.* 1. Glorioſa nobis ſolemnitas illuxit, quam præclari Martyres, Martyrum duces, Apoſtolorum principes morte clariſſima conſecrarunt. Iſti ſunt Petrus & Paulus, duo magna luminaria, quos Deus in corpore Eccleſiæ ſuæ conſtituit, quaſi geminum lumen oculorum. Hi mihi traditi ſunt in magiſtros & in mediatores, quibus ſecure me committere poſſim: quia & notas mihi fecerunt vias vitæ, & mediantibus illis ad illum Mediatorem aſcendere potero, qui *venit pacificare per ſuum ſanguinem & quæ in cælis, & quæ in terris ſunt.* *Coloſſ.* 1. 20.

N. 2. Tales decebat humano generi Paſtores & Doctores conſtitui, qui & dulces eſſent & potentes, & nihilominus ſapientes. Dulces ut me blande & miſericorditer ſuſciperent; potentes, ut fortiter protegerent; ſapientes ut ad vitam, & per viam ducerent quæ ducit ad civitatem.

N. 3. Hi ſunt magiſtri noſtri, quia a magiſtro omnium vias vitæ plenius didicerunt, & docent nos uſque ad hodiernum diem.

N. 6. Studeamus, Fratres, vivere vita juſtorum; ſed morte eorum mori multo magis deſideremus.

Serm. 3. *in feſto SS. Apoſt. Petri & Pauli*, *n.* 1. Merito, Fratres, Apoſtolis ſanctis attribuit mater Eccleſia, quod in Sapientiæ libris legitur: *Hi ſunt viri miſericordiæ, quorum juſtitiæ oblivionem non acceperunt: cum ſemine eorum permanent bona.* *Eccli.* 44. 10. & 11.

N. 5. Potes... in hoc verbo etiam illud non inconvenienter accipere, *viros miſericordiæ* fuiſſe Apoſtolos, id eſt, plenos miſericordia; ſeu viros miſericordiæ, id eſt, miſericorditer datos Eccleſiæ univerſæ. Scimus enim quod viri iſti nec ſibi vixere, nec ſibi mortui ſunt; ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt: magis autem nobis omnibus propter illum. Quantum enim proderit nobis eorum juſtitia, quando ipſa quoque, ſicut oſtenſum eſt, tantum profuere peccata? Pro nobis facit eorum vita, eorum doctrina, etiam & mors ipſa: etenim in converſione continentiam, in prædicatione ſapientiam, in paſſione ſua patientiam nobis beati Apoſtoli contulerunt. Quartum uſque hodie conferre non ceſſant miſericordia pleni, quod eſt ſanctarum fructus orationum. Quamvis & in ipſa eorum vita adhuc invenias quod annumeres, fiduciam ſcilicet quam nobis miraculorum exhibitione præbuerunt. Et quis enumeret quam multa nobis per eos beneficia pervenerunt? Bene ergo de iis Scriptura loquitur: Quoniam *hi ſunt viri miſericordiæ*.

N. 6. *Cum ſemine eorum permanent bona.* Manent enim uſque hodie in nobis Apoſtolorum veſtigia: & eorum religio, quia ex Deo eſt, non poteſt diſſolvi ... *Hereditas ſancta nepotes eorum*. Idem profecto & ſemen ſunt, & nepotes .... Ergo per Evangelium ipſi nos genuerunt: non tamen ſibi, ſed Chriſto, quia per Evangelium Chriſti. Hinc eſt quod moleſte tulit Paulus *Ibid.* 12.

quos

2. Orandus Deus ut det nobis ipſe miſericors eamdem in fide & religione conſtantiam: paremque de hoſtibus ſpiritualibus triumphum. (C)

I. Quid

quoſdam eorum dici, a quibus geniti fuerant per Evangelium, indignans adverſus eos qui dicebant: *Ego ſum* 1.Cor. 1. 12. *Pauli, ego ſum Cephæ: ego Apollo;* Chriſti magis omnes & fieri volens & dici. Itaque ſemen Apoſtolorum ſumus per prædicationem; ſed per adoptionem & hereditatem ſemen Chriſti, & Apoſtolorum nepotes.

S. Joh. Chrysost. *de S. Joanne Apoſtolo, hom. 97. pag.* 607. Intuere mihi unum hominem Epheſi ſedentem, & mundum univerſum docentem: conſidera quam multæ in Oriente civitates, quam multæ regiones, quam multæ ſint Eccleſiæ: quam multæ rurſus ad ſolis occaſum, & magnam Romam ſimiliter, & ad latera parteſque auſtrales, & regionem Cappadocum, & quæ interjecta ſunt omnia, inſulas, deſerta, & fines terræ; cogita rurſus Eccleſiarum multitudines, clerum, & turbas populi, cum virorum tum mulierum, ſi forte dinumerare iſtos poſſis... Et hi omnes diſcipuli ſunt Joannis... Piſcatores piſcium, mox hominum piſcatores... Qui ſuis ſucceſſoribus ſagenas & retia tradiderunt, & poteſtatem quam acceperunt ab eo, qui poteſtatem habet omnem in cælo & in terra... His igitur in poteſtate & principatu & zelo ſuccedunt, ut ante dictum eſt, venerandi Doctores, ſacrorum Antiſtites, & Chriſti gregis Paſtores, veſtigiis Apoſtolos conſequentes, generoſi Trinitatis propugnatores, qui prætermiſſo legis ſtatu & vivifico Spiritu accepto, admodum aratri ſulcant, profunde excavant, & ſcrutantes, ſenſumque Scripturæ ſacræ omnibus aperte declarant, qui fidem illuſtrant, & prava dogmata exterminant, qui rectæ doctrinæ defenſores ſacris dogmatibus firmant, & doctrina minime ſana infectos jaculis divinis confodiunt, qui cum vinum compunctionis mixtum inveniſſent, ſitientem gregem potarunt, & aſſumpta tibia paſtorali divinis cantibus eum oblectarunt: miniſtri & cuſtodes, & operarii vineæ, ſacrorum dogmatum prædicatores, & gladii adverſus hæ- Act. 20. 28. reticos, qui poſiti ſunt a Spiritu ſancto Epiſcopi, ut ait ſanctus Paulus, Paſcere Eccleſiam Dei: qui ingruentes tribulationes non refugerunt, qui promiſſam coronam vitæ reportarunt, qui juveniles cupiditates evitarunt, & beatam ſpem hæreditate poſſederunt: magni Regis militiæ principes, Dei verbo divites, & ſpiritu pauperes, imitatores Apoſtolorum, & formæ fidelium, civitatum rectores, & orbis terrarum præcones, qui animas ſuas pro grege poſuerunt, & pro fide ſanguinem ſuum fuderunt.

Homil. 30. in SS. Petrum & Paulum, pag. 315. Certare inter ſe cælum terramque conſpicio de ſolemni Apoſtolorum memoria celebranda... Et in orbe terrarum, homines dignam, Apoſtolorum Principes exornando, laudationem proferre totis nervis ac viribus conantur, ut qui per eos ſalutem adepti ſunt... Neque enim dignam orationem invenio, qua laudes eas compenſem, quibus hi genus noſtrum tantopere honeſtarunt, qui terram omnem & mare colluſtrarunt, ſcelerum radices evulſerunt, pietatiſque ſemina infidelium cordibus injecerunt.. Qui ſancta prædicatione veſtra totum orbem terrarum illuminaſtis,... totumque terrarum orbem ſceleribus devinctum, veſtris ſalutaribus Epiſtolis ſolviſtis. Vos dæmonum phalangas præcipites egiſtis. Vos ubique terrarum Spiritus ſancti munera diffudiſtis. Vos erroris caliginem telluri compreſſiſtis. Vos dæmonum audaciam depreſſiſtis; altaria Gentilium vos diruiſtis, vos falſum omnem cultum in cinerem redegiſtis: vos ſejunctas a frumento zizaniorum ſordes ejeciſtis: & Eccleſiæ fruges quotidiana veſtra doctrina puras reddidiſtis. Quanam igitur gratiarum actione, tot tantoſque labores compenſabimus, quos noſtri cauſa pertuliſti... Omne itaque ſtudium, chariſſimi, adhibeamus precantes omnium Regem Chriſtum Deum noſtrum, ut nos pro ſuo in humanum genus amore dignos reddat, qui poſſimus illorum traditionibus atque doctrinis feliciter inſiſtere, ut conſequamur miſericordiam coram Tribunali ipſius.

Homil. 31. in SS. duod. Apoſt. O felicem illam & præclaram Apoſtoli veſtram & morum & animorum cum omni hominum genere conjunctionem, qua omnibus omnia facti eſtis gratia, non arundine, ſed ſermone hominum greges ſapienter expiſcati. Vos enim rectæ fidei immobiles eſtis columnæ, Eccleſiæ petra, regni petra, ſceptrum, & hujus maxime gregis vigiles præfecti, infirmitatis humanæ gratis medici, noſtræque verſus Deum pœnitentiæ, compatientes fidejuſſores. Tamquam enim

incudes quædam animatæ, dum feriremini, qui vos feriebant, eos ad intelligentiam fabrefeciſtis. Petrus hinc Romam erudit. Paulus inde mundo Evangelium annuntiat. Andreas Græciæ ſapientes corrigit. Simon Deum docet Barbaros. Thomas baptiſmate Æthiopas dealbat. Jacobi cathedram Judæa honorat. Marci thronum Alexandria ad Nilum complectitur. Lucas & Matthæus conſcribunt Evangelia. Joannes autem divina tractans myſteria, etiam poſt mortem tamquam vivus Epheſum curat. Bartholomæus Lycaonas ad temperantiam inſtituit. Philippus miraculis cuſtodit Hierapolim. Omnes ubique omnibus beneficia conferre non deſiſtunt... Ad quos ipſe Dominus prophetice loquitur: *Circumdate* hanc novam Sion, *& complectimini eam*, hoc eſt, conſervate, muris cingite, precibus munite, ut quando in tempore iratus fuero, univerſamque mundi machinam concuſſero, conſiderans immortale veſtrum ſepulchrum, quæque mei cauſa geritis æquo animo ſtigmata, iram miſericordia vincam: qua quidem ductus, en præmature veſtram admitto ſupplicationem. Sacerdotium enim & Regnum cum videro lacrymas fundere, quaſi dolorum conſors, ſtatim ad commiſerationem flectar, meæque illius vocis recordabor; Protegam civitatem hanc propter David ſervum meum, & Aaron ſanctum meum. Pſ. 47. 13. Iſ. 37. 35.

Homil. 32. in S. Thom. Apoſt. Omnes gentes feſtum hodie celebrant, ejuſque dictum Domino tamquam donum offerunt, *Dominus meus, & Deus meus*: Conſanguineus meus, & Creator meus; Redemptor meus, & Rex meus. Hæc enim docuit Thomas; hanc nobis tamquam filiis hæreditatem reliquit: tamquam theſaurum hunc ſermonem natura retinet: univerſum genus hoc dicto firmatur: hoc verbum ad Angelos uſque protenditur: Angeli tamquam anchoram confeſſionem hanc tenent: omnis creatura doctrinam hanc velut diadema circumfert. Solus Arrius hac oratione privatur... Ari, quid mihi blandiris? quid oleo caput meum impingnas? cur diem meum feſtum celebras, o neſarie..... Ne me honores, qui conditorem probro afficis: non ſuſcipio honorem ignominiam parientem. Si Dominum probris oneras, quomodo ſervum colis? Si meam fidem non tenes, quomodo memoriam feſto celebrabis? Si mecum non ſentis, quomodo ſepulchro meo communicas? Joh. 20. 28.

Porro omnium olim Apoſtolorum feſtivitas celebrabatur die primo Maii, teſte autore Microlog. *de Eccleſ. Obſervat. c.* 55. *tom.* 10. *vel* 18. Bibliothecæ Patrum. Sciendum autem quod antiqui de Sanctis communiter in Paſchalibus cantare ſolebant, onde & adhuc de uno quæ ad plures pertinent cantatur *alleluya*, *Gaudete*, *&c.* & Offertorium *Confitebuntur*, *&c.* & Reſponſorium *in ſervis ſuis*, *&c.* & hoc ideo, quia univerſali reſurrectione, cujus typus eo tempore agitur, communis eſt lætitia & feſtivitas juſtorum. Ideo etiam invenitur in Martyrologiis, ſive in Sacramentariis, feſtivitas ſanctorum Jacobi, & Philippi & omnium Apoſtolorum.

(C) S. Gregor. Naz. *Orat.* 18. *in S. Cypr. paulo poſt initium.* Cum multa nos ad melioris vitæ ſtudium ducant, atque ad virtutem erudiant, ratio, lex, Prophetæ, Apoſtoli, ipſique adeo Chriſti, primi Martyris, cruciatus, qui crucem conſcendit, meque ſecum duxit, ut peccatum meum affigeret, & de ſerpente triumpharet, & ſanctitatem ligno afferret, & voluptatem vinceret, & Adamum ſalute afficeret, ac prolapſam imaginem erigeret, atque inſtauraret: cum tot, inquam, tantaque habeamus, non minus tamen ad vitam recte inſtruendam nobis utilitatis afferunt Martyres.

Verſus finem. His majora offerte, qualiaque eos offerre par eſt, qui eum vere ac ſincere colunt, corporis ſcilicet macerationem, animæ aſcenſionem, vitii fugam, virtutis incrementum.

Orat. 2. de Machabæis. Machabæi non idcirco contemnendi ſunt, quia ante crucem extiterunt: verum quia ad crucis normam vitæ ſuæ rationes exegerunt, ideo laudandi, ac verborum honore celebrandi, non ut ipſorum gloriæ quicquam accedat.... ſed ut gloriam conſequantur qui eos laudant; ac virtutem æmulentur, qui audiunt, ejuſmodi nimirum commemoratione quaſi ſtimulis quibuſdam, ad eamdem ſtudium excitati.

S. Chrysost. *Homil. 40. ad popul. Antioch. in Juvent. & Maxim. Mart. pag.* 547. Non aliter priſcos, aliter recentiores colitis Sanctos; ſed eadem alacritate, eodem amore, eodem affectu colitis omnes & commeodatis.

PARS II. SECT. IV. CAP. II. §. 22.

Non enim exploratis tempus, ſed exquiſitis animi fortitudinem, pietatem, fidem invictam, zelum incitatum ac fervidum, & eas virtutes, quas præ ſe ferunt Sancti, ob quorum honorem hodie convenimus... Proinde magna fide, promptitudineque huc veniamus, qui & viſis Sanctorum monumentis, & conſideratis eorum præmiis, inde varios theſauros undequaque colligamus; & per præſentem vitam ita, juxta voluntatem Dei, tranſeamus, ut in portam æternitatis cum multis mercibus ingrediamur, & regno cælorum perfruamur, gratia & benignitate Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Hom. 41. ad pop. Antioch. de S. Pelag. Virg. & Mart. Laudetur, & ſummis præconiis celebretur Deus, quod mulieres etiam ipſæ, quin etiam puellæ mortem contemnant, ac derideant, virgineſque admodum adoleſcentes, & nuptiarum expectes, ultro inferorum ſtimulos invadant, neque ob id tamen aliquid grave patiantur. Omnia hæc bona per Chriſtum ipſum e Virgine genitum nobis allata ſunt; quandoquidem poſt beatum partum illum, & ortum maxime admirabilem, mortis vires diſſolutæ ſunt, & diaboli potentia ita enervata eſt, ut non a viris ſolum, ſed ab ipſis etiam mulieribus contemnatur, neque mulieribus tantum, ſed vel ipſis puellis ludibrio ſit.. Hanc igitur pro viribus & nos imitemur. Contempſit illa vitam hanc: contemnamus & nos delicias, irrideamus ſumptuoſos apparatus, abſtineamus a crapula & ebrietate, fugiamus voracitatem.

Homil. 42. ad pop. Antioch. in S. Mart. Ignat. Nec viri tantum accingunt ſe, ne ad naturæ infirmitatem feminæ confugientes probabilem habere videantur excuſationem: nec ſolæ feminæ ſe fortiter gerunt, ne virorum genus rubore perfundant: ſed & hinc, & inde multi publicantur victores, & coronas aſſequuntur. Ut ex ipſis operibus intelligas, in Chriſto Jeſu neque maſculum, neque feminam eſſe, nec ſexum, nec corporis imbecillitatem, neque ætatem, nec aliud quicquam ejuſmodi, pietatis curſum conficientibus, impedimentum afferre poſſe, modo generoſa alacritas, & promptus animus, & Dei timor ardens, atque inflammatus, in cordibus noſtris radices egerit. Idcirco & virgines puellæ, & viri, & juvenes, & ſenes, & ſervi, & liberi, & omnis ordo, atque ætas omnis, & ſexus uterque, ad hæc certamina accinguntur, nec ulli omnino ſua fruſtrantur ſpe, qui ſtrenuum animi propoſitum, ad hac pugnas attulerint ... Neque enim ſolis Romæ habitantibus, verum etiam omnibus in toto illo itineris ſpatio, civitatibus interjectis admirabilis magiſter extitit, præſentem vitam contemnendam docens, & ea, quæ concernunt, pro nihilo ducenda; futura autem diligenda, & oculos in cælum tollendos, nihilque quod in hac vita poſſit accidere, quantumvis grave, formidandum. Hæc enim & his plura, re ipſa factiſque comprobans iter faciebat.

Homil. 43. de S. Romano Mart. t. pag. 573. Rurſus Martyrum memoria, & rurſus dies feſtus & celebritas ſpiritalis. Laborarunt illi, & nos lætamur. Decertarunt illi, & nos exultamus. Illorum eſt corona & communis gloria; illorum ſunt præmia & certamina, & totius Eccleſiæ gloria, decus & gloriatio. Et quomodo, dicet quiſpiam, poſſet hoc fieri? Quod partes & membra noſtra ſunt 1. Cor. 12. 26. Martyres: *ſive autem patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra; ſive glorificatur unum membrum, cum eo lætantur membra omnia*. Caput coronatur, reliquum corpus exultat. Fit unus victor in ludis Olympicis, & totus gaudet populus, magniſque cum laudibus eum excipit. Si autem in Olympicis certaminibus, qui nihil ad illos ſudores contulerunt, tanta fruuntur voluptate: multo magis hoc fiet in athletis pietatis. Nos pedes ſumus, Ibid. 21. Martyres autem caput. Sed *non poteſt caput dicere pedibus, veſtri non egeo*. Glorioſa ſunt membra, ſed gloriæ excellentia non facit alienationem a conjunctione, quæ eſt cum reliquis partibus. Tunc enim fiunt maxime glorioſa, quando eam, quæ nobiſcum eſt conjunctionem, non abrupetint. Non oculus quoque, licet reliquo toto corpore ſit ſplendidior, ſuam tunc gloriam conſervat, quando a reliquo corpore non abſcinditur. Et quid de Martyribus dico? Si enim Dominus ipſorum noſtrum caput fieri non erubuit, multo magis ipſi eſſe noſtra membra non erubeſcunt. Habent enim radicatam caritatem: ſolet autem caritas ea, quæ ſunt disjuncta conjungere, & colligere, neque de dignitate admodum accurate inquirit. Quomodo ergo ipſi peccantibus nobis dolore ſimul afficiuntur, ita nos etiam ſimul cum eis in recte factis lætamur... Cum Dei quidem didicerimus benignitatem, Domino gratias agemus: Martyris autem cognita patientia, conſervum imitabimur... Pro his omnibus Martyri gratulemur; Deum glorificemus, qui hæc facit miracula: imitemur conſervi patientiam, gratias agamus Domino pro gratia: ex iis quæ dicta ſunt, ſufficientem in tentationibus conſolationem accipiamus: & Dei qui nos fecit potentiam & curam admirantes ac providentiam, omnia ex nobis afferamus, & quæ ex eo ſunt, omnino conſequemur, ſive homines, ſive dæmones, ſive diabolus adverſum nos depugnet, nihil proficient ii, qui nos oppugnant: modo promptum noſtram animi ſtudium oſtendamus, & quæ a nobis afferri oportet, omnia afferamus. Sic enim & hic Dei auxilium attrahemus, & in vita futura magna gloria & ſalute perfruemur.

Hom. 44. de SS. Machabæis pag. 588. Quis enim vir, quæ mulier, quis ſenior, aut quis juvenis, de cetero veniam poſſit accipere, aut excuſationem habere fragilitatis carnis, & timiditatis humanæ, ſi propter Chriſtum ſibi pericula videat inferri: quando mulier ſenectute confecta, & tot filiorum mater, & ante tempus gratiæ congreſſa, clauſis adhuc mortis januis, necdum in Domini Salvatoris adventu extincto peccato, neque morte devicta, tantis animis, & tanta virtute, tanta propter Deum pœnas ſuſtinuiſſe cernitur, & viciſſe cognoſcitur, ut Evangelicam perfectionem in temporibus legis impleverit? Hæc ergo omnia cogitantes, & mulieres, & viri, & juvenes, & ſenes, exemplum agonis hujus, tantorumque in filiis, in matre luctaminum, ſicut in tabula, ita in corde veſtro deſcribite, aſſidua vobiſcum exercitatione meditamini, contra omnem ſpiritualium inimicorum armaturam illius patientiam proponamus ad invictæ virtutis exemplum, ut iſtic æmulantes fortitudinem Sanctorum illorum, ſimiliter illic eorum coronam poſſimus adipiſci. Quantam illi patientiam in periculis corporalibus oſtenderunt, tantam nos in paſſionibus irrationabilibus continentiam demonſtremus: id eſt contra iram & avaritiam, vel corporum, vel inanis gloriæ, vel aliarum omnium ejuſmodi rerum concupiſcentiam divino timore muniti, ſenſibus repugnantes, & conſilia diaboli deſtruentes in nobis. Si enim cupiditatum ignes vicerimus, ſicut illi tyrannidis ignem vicerunt, poterimus juxta ipſos & matrem eorum, pari gloria conſtituti ſimiles haberi.

Homil. 46. in S. Lucianum Martyrem, pag. 599. Qui Martyrem recipit in nomine Martyris, mercedem Martyris accipiet. Tum vero quis Martyrem recipit, cum ad ejus memoriam convenit, cum ejus certaminum narrationis fiet particeps, cum facta collaudat, cum virtutes imitatur, cum apud ceteros præclara illius facinora prædicat. Hæc Martyrum hoſpitalia ſunt dona ... Hæc itaque nos etiam cum noverimus, pacis tempore bellicis in rebus nos exerceamus, ut cum belli tempus advenerit, illuſtre nos quoque trophæum erigamus. Famem contempſit ille; delicias & nos contemnamus, ac ventris tyrannidem evertamus: ut ſi tempus adveniat, quod tantam fortitudinem a nobis repoſcat, in minoribus antea rebus exercitati, præclari in ſcammate compareamus. Coram Principibus ille ac Regibus audacter loquutus eſt; hoc nos faciamus nunc quoque: ac ſi in opulentorum & illuſtrium Paganorum conventibus conſideamus, fidem cum fiducia profiteamur: irrideamus illorum errores. Quod ſi res quidem ſuas magnifice efferre, noſtras autem deprimere aggrediantur, ut taceamus, neve leniter feramus: ſed ipſorum turpitudinem detegentes, multa cum ſapientia fiduciaque res omnes Chriſtianorum laudibus evehamus: & quemadmodum Imperator in capite diadema, ſic & nos ubique confeſſionem fidei circumferamus. Non enim illum adeo corona, ut nos fides ejuſque confeſſio ſolet exornare: non verbis tantum, ſed etiam rebus ipſis id agamus, & vitam confeſſione dignam in omnibus exhibeamus: ut dogmata nequaquam improbitate dedecoremus, ſed in omnibus Dominum noſtrum glorificantes, cum hujus ſeculi, tum illius honore potiamur.

Homil. 47. ad pop. Antioch. in S. Julianum 2. pag. 612. Neque vero tantum miracula operatur, ſed philoſophari etiam ſuadet: ſive enim dives ſis, ac ſuperbias, & elato ſis animo, cum huc veneris ac Martyrem intuitus fueris, quantumque ſit inter divitias tuas, & hujus opulentiam diſcrimen, tecum ipſe reputaveris, elatos animos ſubito deprimes, & depoſito faſtu, ac tumore, multa cum animæ ſanitate diſcedes; ſive pauper ac deſpectus tibi eſſe videaris, cum huc veneris & divitias Martyris videris, contemptis & irriſis ſæcularium divitiis, multa inſtructus Philoſophia recedes, etſi contumeliæ, etſi damna, etſi verbera infligantur, cum te nondum tanta paſſum eſſe, quanta ſanctus hic Martyr pertulit, videris, magnam hinc capies conſolationem. Vides cujuſmodi radicum iſtarum ſint fructus? ut eripi nequeant? ut ſpirituales ſint? ut ad animam ipſam pertingant?

Homil. 48. ad popul. Antioch. quæ eſt de S. Mart.

Romano 2. *Vide ſupra* §. 3. *cap.* 2. *ſect.* 2. *bujuſce part. litt.* (H)

Hom. 46. *quæ eſt de SS. Machabæis* 2 *ad pop. Antioch* ... Prope ipſam matrem in die illa conſiſtamus Sanctæ precibus freti, ejusque liberorum, & Eleazari, ... magni generoſiqua ſanis, qui adamantium animum in adverſis præ ſe tulit. Id vero poterimus aſſequi, ſi una cum ſanctis illorum precibus, etiam quæ noſtrarum ſuut partium conſeramus, & ante bella, caſusque adverſos, paeis tampore perturbationes, quæ in nobis ſunt vincamus, incompoſitos carnis inſultus compeſcamus, ſuggillemus, & in ſarvitutem corpus redigamus. Sic enim fiet, ut ſive in pace vitam traducamus, ſplandidas gymnaſiorum coronas obtineamus; ſive ut idem certamen obeamus, benigno Deo viſum fuerit, in arenam parati deſcendamus, & cæleſtia bona conſequamur.

Homil. 50. *ad popul. Antioch. quæ eſt* 3. *de SS. Macchabæis* ... Imitari vero Martyrum fortitudinem ſtudeamus.

Homil. 58. *aa popul. Antioch. de S. Babyl. Mart. pag.* 727. Deo gratias agamus, quod & Martyres nobis ita generoſus largitus ſit, & Martyribus dignos Paſtores ad conſummationem Sanctorum, in ædificationem corporis Chriſti. *Cetera vide ſupra* §. 3. *cap.* 2. *ſect.* 3. *bujuſce partis, litt.* (H)

Lib. de S. Babyla contra Gentiles. Extant etiam nunc eum Babylæ cineribus compedes, Eccleſiarum Præfectos omnes commonafacientes, ut vinciri, ut jugulari, ut quidquid pati oporteat: certe omnia prompto atque alacri animo, ac magna item cum voluptate ſuſtinenda, ut concreditæ nobis libertatis ne leviſſimam quidam partem prodamus, aut contaminemus. *Cetera vide ſupra.*

Homil. 70. *ad popul. Antioch. in S. Mart. Ægypt.* Oculis noſtris ad Sanctos iſtos converſis, ad generoſos atque tolerantes athletas, qui nobis, ut quaſi faces præluceant, dati ſunt, ad horum tolerantiam atque patientiam vitam noſtram componamus, ut eorum precibus, poſtquam hinc exceſſerimus, cum illos videre, tum amplecti poſſimus, atque in illis cæleſtibus tabernaculis collocari.

Homil. 73. *ad popul. Antioch. de S. Martyre Barlaam, pag.* 893 Diſce igitur luctationes, ut victorias imiteris: aſpernare divitias, ac pecunias, & omnem reliquam ſæculi pompam. Ne beatos judicès eos, qui divites ſunt, ſed beatos eos judica, qui Martyrium patiuntur: non eos qui in deliciis, ſed qui in ſartaginibus verſantur: non eos qui opiparæ manſæ aſſident, ſed eos, qui in lebete torrentur: non eos, qui diurnis in balneis, ſed eos qui in diris ſunt fornacibus: non eos qui olent unguenta, ſed eos qui fumum ac nidorem uſti emittunt. Hic multo illo præſtantior & utilior eſt odor: ſiquidem ille ad ſupplicium illos qui eo fruuntur, hic autem ad præmia coronasqua cæleſtes abducit... Sic tu ſanctorum Martyrum utere memoria, dilectiſſima: cum obrepentes ſæculares curæ tuam mentem inobſcurarint, eam per Martyrum memoriam deterge. Si enim hanc in anima tua memoriam conſervaris, non opes ſuſpicies, non paupertatem deplorabis, non gloriam & potentiam laudabis, nihil denique ea rebus humanis, nihil eorum, quæ ſplendida ſunt, magnum eſſe quiddam arbitrabere, nihil aorum, quæ moleſta ſunt, intolerandum; ſed cum his omnibus ſuperior evaſeris, perpetuum ea imaginis hujus contamplatione capies documentum. Nam qui milites in bellis ac prælits ſtrenue ſe gerentes quotidie ſpectat, non deliciarum unquam cupiditate tenebitur, non delicatam & mollem vivendi rationem in pretio habebit; ſed aſperam & rigidam, atque ad certamen compoſitam... Miles Chriſti es, dilectiſſima; armate, non comere; athleta es generoſus, viriliter age, non concilia venuſtatem. Ita Sanctos iſtos imitemur; ita fortes bellatores, coronatos athletas, Dei amicos honoribus proſequamur: & cum per eamdem cum illis viam inceſſerimus, eamdem cum illis coronam conſequemur.

Homil. 74. *ad popul. Antioch. de SS. Martyribus pag.* 898. Ne oſcitanter audiamus quæ dicuntur, dum audimus ſubjectas fuiſſe corporibus virgis laceratis prunas; ſed cogitemus, quales, ubi febris nos invaſerit, ſimus. Vitam nobis injucundam & peracerbam putamus, ingemiſcimus, impatienter ferimus, tanquam parvuli infantes indignamur, ignem illum nihilo mitiorem gehenna putamus. At iſti non febre incumbente, ſed flamma illos undique obſidente, ac ſcintillis in ulcera proſilientibus, & quavis fera crudelius vulnera vellicantibus, perinde quaſi eſſent adamantini, & in alienis iſta corporibus fieri cernerent, ita generoſe ac tum ea, quæ illos decebat, fortitudine in confeſſionis verbis conſtantiſſime perſeverabant, & in omnibus his malis durantes, ſimul & animi ſui robur invictum, & Dei gratiam egregia præ ſe ferebant... Numquid non antehac Martyrium horrebatis? Numquid nun Martyrii vos nunc deſiderium capit? Numquid non doletis jam Martyrii tempus non adeſſe? Verum enim vero exerceamus nos, & paremus ad tempus Martyrii. Contempſerunt illi vitam? Contamne tu delicias. Projecerunt illi corpora in ignem? Projice tu pecunias nunc in pauperum manus. Prunas illi calcarunt? Tu cupiditatis flammam extingua. Laborioſa ſunt iſta & difficilia, ſed tamen & utilia valde. Noli ea quæ præſentia ſunt acerba ſpectare, ſed quæ jocunda futura: non quæ in manibus mala, ſed quæ in ſpe bona: non paſſiones, ſed præmia: non labores, ſed coronas: non ſudores, ſed mercedes: non acerbitates, ſed retributiones: non ignem urentem, ſed propoſitum regnum: non carnifices circumſtantes, ſed Chriſtum coronantam. Hæc expedita maxime ratio, ac via ad virtutem facillima non labores tantum intueri, ſed & præmia cum laboribus, neque ipſa tantum ſeparatim. Cum igitur eleemoſynam es impertiturus, noli pecuniæ impenſam attendere, ſed juſtitiæ coacervationem. *Diſperſit, dedit pauperibus: juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.* Ne raſpicias opes, quæ exhauriuntur, ſed theſaurum qui augetur. Si jejunes, non carnis ex jejunio macerationem conſidera, ſed relaxationem, quam ea illa maceratione conſequeris. Si noctem inſomnem traducas orando, non moleſtiam ex vigilia, ſed quam acquiris ex oratione fiduciam perpenda. Ita quoque milites faciunt: non vulnera intuentur, ſed præmia: non cædes ſed victorias; non mortuos cadentes, ſed coronatos victores... Martyrum tormenta ſuper cordis noſtris latitudinem deſcribamus... Depingamus ergo in anima noſtra hos jacentes in ſartagine, illos autem ſuper carbones extenſos; hos in lebetes dejectos, illos in mare demerſos; alios ungulis laceratos, alios in rota diſtortos, alios in præcipitium actos: atque hos quidem cum beſtiis depugnantes, illos vero in barathrum devolutos, ut cuique contigit mortem obeuntes: ut hujus picturæ varietate domum noſtram illuſtriorem cum reddiderimus, aptum cælorum Regi diverſorium præparemus. *Pſal.* cxi. 9.

S. AUGUST. *Serm.* 273. *alias de diverſis* tut. *cap.* 2. *n.* 2. Beati Sancti, in quorum memoriis celebramus diem paſſionis illorum: illi acceperunt pro temporali ſaluta æternam coronam, ſine fine immortalitatem: nobis dimiſerunt in iſtis ſolemnitatibus exhortationem. Quando audimus quomodo paſſi ſunt Martyres, gaudeamus & glorificamus in illis Deum.

Cap. 9. *num.* 9. Ideo, Cariſſimi, exultate in diebus ſanctorum Martyrum: orate, ut ſequamini veſtigia Martyrum. Non enim homines eſtis, & illi homines non fuerunt; non enim nati eſtis, & illi aliunde nati ſunt: non enim alterius generis carnem portaverunt, quam vos portatis. Ex Adam omnes ſumus, in Chriſto omnes eſſe conamur.

Serm. 280. *alias de diverſis* 103. *cap.* 6. *n.* 6. Solemnitates eorum, ſicut facimus, devotiſſime celebremus, ſobria hilaritate, caſta congregatione, fideli cogitatione, fidenti prædicatione. Non parva pars imitationis eſt, meliorum congaudere virtutibus. Illi magni, nos parvi: ſed benedixit Dominus puſillos cum magnis. Præceſſerunt, præminuerunt. Si eos ſequi non valemus *Pſ.* 113. 3.
actu, ſequamini affectu; ſi non gloria, certe lætitia: ſi non meritis, votis; ſi non paſſione, compaſſiona: ſi non excellentia, connexione. Non nobis parum videatur quod ejus corporis membra ſumus, cujus & illi quibus æquiparari non poſſumus... Sicut ille unus animam ſuam pro nobis poſuit: ita & imitati ſunt Martyres, & animas ſuas pro fratribus poſuerunt; atque ut iſta populorum tamquam germinum copioſiſſima fertilitas ſurgeret, terram ſuo ſanguine irrigaverunt. Fructus laboris ergo illorum etiam nos ſumus. Miramur eos, miſerantur nos. Gratulamur eis, precantur pro nobis.

Serm. 283. *alias de diverſis* 42. *cap.* 1. *num.* 1. *In natali Martyrum Maſſil.* Fortitudinem ſanctorum Martyrum ſic in eorum paſſione miramur, ut gratiam Domini prædicemus. Neque enim & illi in ſa ipſis laudari voluerunt, *Pſ.* 33. 3.
ſed in illo cui dicitur, *In domino laudabitur anima mea.*

Serm. 197. *alias de diverſis* 107. *cap.* 8. *num.* 11. Ergo, Cariſſimi, feſtum Sanctorum diem, qui adverſus peccatum uſque ad ſanguinem certaverunt, & Domino ſuo donante atque juvante vicerunt, ſic celebremos, ut amemus; ſic amemus, ut imitati ad eorum præmia pervenire mereamur.

Serm. 302. *alias de diverſis* 111 *In ſoll. Mart. Laur.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. Martyrum ergo veſtigia imitando ſectemur, ne ſolemnitates eorum inaniter celebremus.

Cap.

I. Quid agendum in feſtis Pontificum?

R. Idem fere quod in feſtis Apoſtolorum quorum Epiſcopos ſucceſſores eſſe nemo neſcit. (D)

D

I. Qui-

Cap. 10. *num.* 9. Impigre Martyres imitemur, ſi volumus nobis prodeſſe ſolemnitates, quas celebramus. Semper hæc admonuimus, Fratres, numquam ceſſavimus, numquam tacuimus. Vita æterna diligenda eſt, præſens contemnenda eſt. Bene vivendum eſt, bonum ſperandum eſt.

Serm. 306. *alias de diverſis* 112. *In natali Martyr. Maſſæ Candidæ, cap.* 11. *num.* 10. Ad vitam tendimus & *Joh.* 14. 6. veritatem. Ipſe Chriſtus eſt. Qua ire quæris? *Ego ſum*, inquit, *via*. Quo ire quæris? *Et veritas & vita*. Ecce quod Martyres amaverunt, ideo præſentia & tranſitoria contemſerunt. Nolite mirari fortitudinem, amor vicit dolorem. Maſſæ ergo Candidæ ſolemnitatem candida conſcientia celebremus; & veſtigia Martyrum ſectantes, caputque Martyrum & noſtrum intuentes; ſi ad tam magnum bonum venire concupiſcimus, iter durum non timeamus. Qui promiſit verax eſt, qui promiſit fidelis eſt, qui promiſit fallere non poteſt. Dicamus ergo *Pſal.* 16. 4. ei candida conſcientia, *propter verba labiorum tuorum ego cuſtodivi vias duras*. Quid times vias duras paſſionum & tribulationum? Tranſiit ipſe. Reſpondes forte, Sed ipſe. Tranſierunt Apoſtoli. Adhuc reſpondes, Sed Apoſtoli. Accipio. Reſponde: Tranſierunt poſtea & multi viri. Erubeſce: tranſierunt & feminæ. Senex veniſti ad paſſionem? Noli timere mortem, vel quia vicinus es morti. Juvenis es? Tranſierunt & juvenes, qui adhuc vitam ſibi ſperabant: tranſierunt & pueri, tranſierunt & puellæ. Quomodo adhuc via aſpera eſt, quam multi ambulando triverunt? Hæc ergo eſt ſolemnis & aſſidua commonitio noſtra ad vos, Fratres, ut ſolemnitates Martyrum, non vana ſolemnitate celebremus; ſed quos in ſuis ſolemnitatibus amamus, etiam fide ſimili imitari non formidemus.

Serm. 309. *alias* 12. *inter additos a Pariſ. In natali Cypriani Martyris* 1. *cap.* 4. *num.* 6. Quid ad hæc dicamus? quid ad hæc exultemus? Tanta conceptione gaudiorum, in quid erumpat cor noſtrum & os noſtrum, niſi in ipſam venerabilis Martyris ultimam vocem? Cum enim Galerius maximus decretum ex libello recitaſſet: *Taſcium Cy-* *Act. S. Cyp.* *prianum gladio animadverteris placet*. Reſpondit ille, *Deo gratias*. Habentes igitur de re tanta memoriam præſentis loci, feſtivitatem ſolemniſſimi diei, propoſitionem ſalubertimi exempli omnibus medullis noſtris dicamus & nos, Deo gratias.

Serm. 311. *alias de diverſis* 115. *In natali Cypriani Martyris* 3. *cap.* 1. *n.* 1. Celebratio ſolemnitatis Martyrum, imitatio debet eſſe virtutum. Facile eſt honorem Martyris celebrare: magnum eſt fidem atque patientiam Martyris imitari. Hoc ſic agamus, ut illud optemus: hoc ſic celebremus, ut illud potius diligamus. Quid laudamus in fide Martyris? Quia uſque ad mortem pro veritate certavit, & ideo vicit. Blandientem mundum contemſit, ſævienti non ceſſit; victor ad Deum acceſſit.

Cap. 2. *n.* 2. Sciebant pro qua vita contemnerent vitam: ſciebant pro qua felicitate ferrent tranſitoriam infelicitatem, pro quibus præmiis iſta damna contemnerent. Fides eorum cum toto mundo non appendere- *Mat.* 16. 26. tur. Audierant, *Quid prodeſt homini, ſi totum mundum lucretur, animæ ſuæ detrimentum patiatur?* Non retardavit illecebra ſæculi feſtinantes, tranſitura migrantes, quantumlibet & quomodolibet fulgens felicitas hic dimittenda, ad aliam vitam non transferenda, aliquando hic & a viventibus relinquenda.

Cap. 3. *num.* 3. Contemnite ergo ſæculum, Chriſtiani, contemnite ſæculum, contemnite. Contemſerunt Martyres, contemſerunt Apoſtoli, contemſit beatus Cyprianus, cujus hodie memoriam celebramus. Divites eſſe vultis, honorati eſſe vultis, ſani eſſe vultis: totum ille contemſit, ad cujus memoriam conveniſtis. Quid obſecro tantum amatis, quod contemſit quem ſic honoratis? Quem, niſi iſta contemſiſſet, non utique ſic honoraretis. Quare te invenio earum rerum amatorem, quarum venerari contemtorem? Certe illum, ſi hæc amaret, non venerareris. Et tu noli amare: non enim intravit, & oſtium contra te clauſit. Contemne & tu; & intra poſt illum. Patet qua intres: Chriſtus eſt janua. Et tibi eſt oſtium apertum, quando eſt latus ejus lancea perforatum. Quid inde manavit recole; & elige qua poſſis intrare. De latere Domini pendentis & morientis in ligno poſtea quam eſt lancea perforatum, aqua ſanguiſque profluxit. In uno eſt mundatio tua, in altero redemptio tua.

S. CÆSARII *ſerm.* 50. *in append. ſerm.* S. Aug. *ſerm.* 225. *alias de ſanctis* 47. *de Martyr.* 11. *num.* 1. Quotieſcumque, Fratres cariſſimi, ſanctorum Martyrum ſolemnia celebramus, ita ipſis intercedentibus exſpectemus a Domino conſequi temporalia beneficia, ut ipſos Martyres imitando accipere mereamur æterna. Ab ipſis enim in veritate ſanctorum Martyrum ſolemnia celebrantur, qui ipſorum Martyrum exempla ſequuntur. Solemnitates enim Martyrum exhortationes ſunt martyriorum; ut imitari non pigeat, quod celebrare delectat.

(D) S. PETRUS CHRYSOLOGUS *ſerm.* 126. *in Adelphum Epiſcopum*. Aperite ſenſus, corda dilatate, & gremium veſtræ mentis extendite; ut quidquid de cæleſtibus iſte theſaurus vobis largiter effuderit, ad æternam gloriam, & cenſum perpetem poſſidere poſſitis.

S. MAXIMUS Epiſc. Taurinenſis *Hom.* 1. *de S. Euſebio Epiſc. Vercellenſ.* Sanctorum Patrum memorias religioſis conventibus honorantes, Fratres cariſſimi, & propria eorum merita, & munera in eis divina miramur, qui idcirco nobis ſunt venerabiles, quia præſentis vitæ luce deſpecta, contemptoque ſuorum corporum cruciatu, ſævientem mundum Dei pro amore vicerunt.

Homil. 2. *de eodem*. Ad ſancti ac beatiſſimi iſtius Patris noſtri, cujus hodie feſta celebramus, laudes addidiſſe aliquid decerpſiſſe eſt. Si quidem virtutum ejus gratia non ſermonibus exponenda eſt, ſed operibus comprobanda. Cum enim dicat Scriptura: *Gloria pa-* *Prov.* 10. 1. *tris eſt filius ſapiens*: quantæ hujus ſunt gloriæ, qui tantorum filiorum ſapientia & devotione lætatur ... In Chriſto enim Jeſu per Evangelium ipſe nos genuit ... Illius ergo in quantum poſſumus veſtigiis inſiſtamus, quibus per illam nimis arctam viam ad cæli ampla feſtinans, qua eum ſequeremur, oſtendit.

S. BERNARD. *in tranſitu S. Malachiæ Epiſcopi ſerm.* 1. *num.* 2. Agimus itaque gratias Deo ſuper omnibus diſpoſitionibus ſuis, quod indignos nos beatæ mortis ejus honorare præſentia, quod pauperes ſuos pretioſiſſimo corporis ejus locupletare theſauro, quod infirmos nos tanta Eccleſiæ ſuæ voluit fulcire columna.

N. 5. Congratulemur itaque, Fratres, congratulemur ut dignum eſt Patri noſtro: quia & pium eſt defunctum plangere Malachiam, & pium magis Malachiæ congaudere viventi. Numquid non vivit? Et beate. Nimirum *viſus eſt oculis inſipientium mori*, ille *Sap.* 3. 2. autem eſt in pace.

N. 8. Ad hoc nos refrigerium, dilectiſſimi, tota animi aviditate curramus in odorem unguentorum hujus beati Patris noſtri, qui noſtrum hodie torporem in ferventiſſimum deſiderium viſus eſt excitaſſe. Curramus, inquam, poſt eum, crebrius illi clamantes: Trahe nos poſt te: & affectu cordis, & profectu converſationis devotas omnipotenti miſericordiæ gratias referentes, quod indignis ſervulis ſuis, quibus propria deſunt merita, aliena ſaltem voluit ſuffragia non deeſſe.

Serm. 2. *de S. Malachia*, *num.* 5. Lætemur quod Angelus noſter aſcendit ad cives ſuos, pro filiis captivitatis legationes fungens, corda nobis concilians beatorum, vota illis intimans miſerorum. Lætemur, inquam, & exultemus, quia cæleſtis illa curia ex nobis habet, cui ſit cura noſtri, qui ſuis nos protegat meritis, quos informavit exemplis, miraculis confirmavit.

N. 6. Sanctus Pontifex, qui in ſpiritu humilitatis hoſtias pacificas cælis frequenter invexerat, hodie per ſemetipſum introivit ad altare Dei, ipſe hoſtia & Sacerdos. Migrante Sacerdote, ſacrificii ritus in melius mutatus eſt, fons lacrymarum ſiccatus eſt, holocauſtum omne conditur in lætitia & exultatione. Benedictus Dominus Deus Malachiæ, qui tanti Pontificis miniſterio viſitavit plebem ſuam, & nunc aſſumpto eo in ſanctam civitatem, tantæ recordatione ſuavitatis noſtram non deſinit conſolari captivitatem.

N. 7. Sancte Malachia ſerva (*domum iſtam*) in ſanctitate & juſtitia, miſertus noſtri... Feſtivitas tua, quæ merito tuis virtutibus votiva impenditur, tuis nobis efficiatur meritis & precibus ſalutaris.

N. 8. Eſto nobis quæſumus, Malachia ſancte, alter Moyſes, vel alter Elias, impertiens & tu de ſpiritu tuo nobis... Fuga de cordibus noſtris virtutum ſplendoribus tenebras vitiorum.

Serm. in feſto S. Martini Epiſcopi, *n.* 12. Martinum non pigeat imitari; ſed imitari in eo quod eſt imitabile.

N. 13.

Digitized by Google

PARS II. SECT. IV. CAP. II. §. 22.

I. Quinam illi ſunt qui Confeſſores dicuntur?

R. Olim Confeſſores Chriſti dicebantur ii ſolum, qui cum teſtimonium perhibuiſſent veritati cum carceris, exilii, rei familiaris, ſuppliciorum ipſiusquo vitæ periculo, non tamen morti traditi fuerant. Confeſſores autem dicebantur propter glorioſam & publicam nominis Chriſti confeſſionem; Martyres quoque appellabantur propter
E exhibitum veritati teſtimonium. (E) Sed jam a multis ſæculis Confeſſores dicuntur ii omnes, qui Sanctorum albo adſcripti ſunt, nec ſunt Apoſtoli, vel Evangeliſtæ, vel Martyres. Idcirco autem Confeſſores dicuntur, quia omnes Chriſti fidem & veritatem, ſaltem vitæ ſanctitate, confeſſi ſunt. (F)

I. Quid agendum in Feſtis SS. Confeſſorum?

R. Sedulo cogitandum per quam ipſi viam ad ſanctitatem pervenerint, quas virtutes coluerint; F
& eorum interceſſione poſtulanda a Deo gratia ſtandi eorum veſtigiis. (G) G

I. Quid agendum in Feſtis ſanctarum Virginum?

R. Quæ nobis in corpore fragili ſanctæ Virgines dederunt exempla fortitudinis & virtutis, iis accendi debemus ad colendum Deum, & vincendum hunc mundum cum ſuis terroribus, erroribus, amoribus. (H) H

I. Quid

N. 13. Ut ergo ſit jucunda decoraque laudatio in admiratione, etiam vivant ex imitatione.

S. AUG. *ſerm.* 46. *alias* 165. *de tempore, qui eſt de Paſtoribus n.* 2 *&* 4. *Vide ſupra* §. 2. *cap.* 5. *ſect.* 3. *hujuſce partis litt.* (B)

N. 7. *Vide ſupra* §. 5. *cap.* 4. *ſect.* 2. *hujuſce partis litt.* (A)

(E) S. CYPRIANUS *Moyſi & Maximo Presbyteris & ceteris Confeſſoribus fratribus.* Quid enim de indulgenſia Domini, quod non impetrare mereamini, qui ſic Domini mandata ſervaſtis; qui Evangelicam diſciplinam ſincero fidei vigore tenuiſtis, qui incorrupto honore virtutis, cum præceptis Domini, & cum Apoſtolis ejus fortiter ſtantes, nutantem multorum fidem Martyrii veſtri veritate ſolidaſtis? Vere Evangelii teſtes, & vere Martyres Chriſti radicibus ejus innixi, ſuper petram robuſta mole fundati, diſciplinam cum virtute junxiſtis, ad timorem Dei ceteros provocaſtis, martyria veſtra exempla feciſtis. Opto vos, fortiſſimi ac beatiſſimi fratres, ſemper bene valere, & noſtri meminiſſe.

(F) S. GREGORII Epiſc. Turon. *lib. de gloria Conf. c.* 3. Omnia quæ ſub ditione baſilicæ ejus habentur, ita pia protectione conſervat, ne eainde quicquam auferatur ab aliquo. Nam videas inter hoſtes iniquos greges pecorum jumentorumque & ovium, nec penitus a quoquam adtingi, cum vox ſonuerit: CONFESSORIS ſunt hæc Euſebii.

Cap. 20. De oratorio autem noſtro, in quo reliquiæ S. Saturnini Martyris, ac Martini Antiſtitis, cum Illidio CONFESSORE, vel reliquorum Sanctorum conlocatæ ſunt, pro inſtructione credentium narrare aliqua non pigebit.

Cap. 26. Simeon vero CONFESSOR, qui in columna pagi Antiochenſis dicitur ſtetiſſe, frequenter incolis tribuit ſanitates.

Cap. 28. Puella quædam cui, neſcio quo exſiſtente peccato, manus una diriguit, ac digiti palmæ defixi erant, ad ejus (*S. Martialis*) ſepulcrum advenit; confiſa de virtute CONFESSORIS, quod poſſet ejus interceſſio manum aridam abſolvere, cujus prædicatio populum vanis ſuperſtitionum ritibus irretitum abſolvit. Celebratis ergo vigiliis in ipſa nocte feſtivitatis, dum adtenta juxta ſepulcrum orat, manum ſuam directis digitis populo teſte ſanatam miratur adtonita.

Cap. 29. Quidam eloquium emeruit hoc modo. Hic etenim, ut cruda operatur ruſticitas populorum, juramentum mendax in Eccleſia protulit. Mox rigente lingua mutus effectus eſt; ita ut non vocis humanæ, ſed bidentis mugitum ſimulare videretur. Adveniens autem ad hujus CONFESSORIS tumulum, proſternitur ad orationem, ſenſitque, ut poſtea adſerebat, tamquam ſi aliquis guttur ejus tangeret: quod, ut credo, virtus erat dominici CONFESSORIS.

Cap. 41. *de S. Germano Antiſſiodor.* Germanus autem glorioſus CONFESSOR in urbe Roma obiit.

Cap. 46. Romanus Presbyter .... naufragio perituros virtutis ſuæ ſalvat occurſa, proclamantes inter fluctus torrentis undoſi: Miſerere noſtri, ſancte Romane CONFESSOR Dei .... Exoratus beatus CONFESSOR obtinuit.

Cap. 51. Adveniente vero die, quo CONFESSOR (*S. Severus*) migravit a corpore .... beatus CONFESSOR profert novos flores a tumulo, qui cum Sanctorum reliquiis ut palma floret in cælo.

Cap. 54. *Eſt* De Lupiano CONFESSORE.

Cap. 55. Palla etenim erat linea, quæ ſanctum CONFESSORIS (*Melanii Redonenſis Epiſc.*) tegebat ſepulcrum.

Cap. 57. *de Martino Abbate Santonicorum.* Opitulante adjutorio CONFESSORIS.

Cap. 60. Haud procul ab hujus CONFESSORIS æde ... (*ſcil.* S. Trojani.)

Cap. 61. *De S. Niceto Lugdun. Epiſc.* Ad ſepulcrum beati CONFESSORIS multa miracula Chriſto auſpice tribuuntur.

Cap. 67. *De Mettia Aquenſium* CONFESSORE.

Cap. 81. *De Mariano recluſo.* Diligentiore cura CONFESSOREM Dei plebs cœpit excolere.

Cap. 83. Ante ſepulcrum beati Maximi CONFESSORIS.

Cap. 88. Viri memorati CONFESSORIS (S. Sequani) monumentum petierunt.

Cap. 97. *De Hoſpitio* CONFESSORE.

Cap. 99. *De Avito* CONFESSORE *Aurelianenſi.*

Cap. 101. Sancti, orare cœperunt, dicentes: O ſancte CONFESSOR (*Eparche*,) ſi tibi vita ſuperſtes eſſet in ſæculo, eruere potueras hunc pauperem de manu mortis.

Cap. 102. Poſt annum fere duodecimum invenerunt corpus beati CONFESSORIS (*ſcil.* S. Felicis Bituric. Epiſc.) ita inlæſum, ut nulla diſſolutio in corpore, nulla putredo reperiretur in veſte.

Lib. 1. *de Miraculis S. Martini cap.* 2. Non defuit perituro beati CONFESSORIS auxilium .... Cum quemdam ferire conaretur in atrio CONFESSORIS.

(G) *Vide ſupra hocce* §. *litt.* (C & D)

(H) S. GREG. NAZIANZ. *Orat.* 11. *de S. Gorgonia, num.* 11. Audite mulieres, quæcumque nimio oſtentationis ſtudio & deſidia laboratis, ac pudoris velum contemnitis. Quænam oculos ita frænavit? Quænam riſum ita ſtrinxit? adeo ut vel leniter ſubriſiſſe nimium pene ipſi videretur. Quænam auribus januas magis impoſuit? Quænam rurſus eas divino ſermoni magis patefecit? vel potius quænam linguæ ad exponendas Dei juſtificationes mentem ducem magis præfecit? Quænam oſtium labiis æque præſcripſit? &c.

S. JOH. CHRYSOST. *in decem virgines.* Quando tandem exierunt? Quando diſtractionibus ſæcularibus nuntium remiſerunt, quando per arctam & anguſtam viam incedere ſtatuerunt, quando voluntariam adamarunt duram educationem, quando ſe nuptiarum legibus non obſtrinxerunt, cum voluptates vitæ neglexerunt, cum optimam partem incorruptionis elegerunt, cum ſapientia conditos mores adamarunt, cum temperantiæ fœdus inierunt, cum ſancti ſponſi amore arſerunt, cum regni pulchritudinem deſiderarunt, cum omnem curam vitæ ſæcularis abjecerunt: tunc exierunt obviam ſponſo .... Unde autem dignoſcuntur prudentes? Ex eo nimirum quod eleemoſynam cum continentia copularunt, beneficentia virginitatem ornarunt, intellexerunt fidem ſine operibus mortuam eſſe, cenſuerunt non ſufficere rem unam laudabilem ad ſalutem: neque enim una ala ſeſe aquila in altum tollit. Recordatæ ſunt illius ſponſi vocis dicentis, *miſericordiam volo, non ſacrificium:* & rurſus, *Quoniam*
ſuper judicium miſericordia exaltat. Hæc ſecum recte Oſee 6. 6.
perpendentes impleverunt vaſa ſua oleo. Quænam autem Jac. 11. 13.
vaſa? Nimirum fame laborantium ventres, ſpiritualium nuptiarum conciliatores ſibi pauperes aſciverunt, compararunt ſibi miſerationum viaticum, fame laborantes nutriebantur, & lampades illuminabantur, mendici gratias agebant, & ſponſus delectabatur, eleemoſyna ſpargebatur, & quæ expectabatur merces præparabatur. Prudentes verba illa Davidis pronuntiabant: *Paratus ſum, & non ſum turbatus ... Date* enim Pſ. 118. 60

nobis

Digitized by Google

PARS. II. SECT. IV. CAP. II. §. 22.

I. Quid agendum in feſtis ſanctarum Mulierum, vel Viduarum, vel Nuptarum?

R. Agendæ gratiæ Deo, qui nullam conditionem, nullum vitæ ſtatum a ſanctitate repulerit. Et exemplo ſanctarum mulierum ſancte implenda officia illius ſtatus ad quem vocati ſumus: neque enim alia eſt ad ſalutem via. (I)

I

I. Quid

Mat. 25. 8. *nobis de oleo veſtro*, inquiunt, *quia lampades noſtræ extinguuntur*. Oportuit igitur, olim eas imitari, non autem jam obtreſtari.... Dicitis, date nobis de oleo veſtro, nemo alienis operibus exornatur; unusquisque ea quæ ſeverit, metit. Dare vos nobis oleum. His admoniti, fratres, nolite lingua laudare, ſed opera imitari: linguæ ſiquidem ſigillum eſt manus.

S. AUG. *de ſancta virginitate*, *cap.* 27. *num.* 27. Pergite itaque ſancti Dei, pueri ac puellæ, mares ac feminæ, cælibes & innuptæ, pergite perſeveranter in finem. Laudate Dominum dulcius, quem cogitatis uberius: ſperate felicius, cui ſervitis inſtantius: amate ardentius, cui placetis attentius. Lumbis accinctis & lucernis ardentibus expectate Dominum, quando veniat a nuptiis... Merito enim ſequimini virginitate cordis & carnis, quo-

1. Petr. 11. 21. cumque ierit. Quid eſt enim ſequi, niſi imitari? *Quia Chriſtus pro nobis paſſus eſt, relinquens nobis exemplum*, ſicut ait Apoſtolus Petrus, *ut ſequamur veſtigia ejus*. Hunc in eo quisque ſequitur, in quo imitatur.

Pſ. 75. 12. *Cap.* 25. *num.* 29. Præſumite itaque, fidite, roboramini, permanete, qui vovetis & redditis Domino Deo veſtro vota perpetuæ continentiæ, non propter præſens ſæculum, ſed propter regnum cælorum.

Cap. 29. *num.* 30. Vos etiam qui hoc nondum vo-

Mat. 19. 12. viſtis, *qui poteſtis capere, capite*, perſeveranter *currite*,

1. Cor. 9. 24. *ut comprehendatis*. *Tollite hoſtias* quisque ſuas, *& in-*

Pſal. 95. 8. *troite in atria Domini*, non ex neceſſitate, poteſtatem

Exod. 20. 13. & 14. habentes veſtræ voluntatis. Neque enim ſicut, *Non mœchaberis*, *non occides*, ita dici poteſt, Non nubes. Illa exiguntur, iſta offeruntur. Si fiant iſta, laudantur: niſi fiant illa, damnantur. In illis Dominus de-

Luc. 10. 35. bitum imperat vobis: in his autem ſi quid amplius

Iſai. 56. 5. ſupererogaveritis, in redeundo reddet vobis. Cogitate, quidquid illud eſt, in muro ejus locum nominatum meliorem multo quam filiorum atque filiarum. Cogitate illic nomen æternum. Quis explicat quale nomen erit? Quidquid tamen erit, æternum erit. Hoc credendo & ſperando & amando potuiſtis conjugia non devitare prohibita, ſed tranſvolare conceſſa.

(I) S. AUG. *de bono viduitatis*, *cap.* 16. *n.* 20. Prius illud moneo, ut quantamcumque tibi ineſſe ſentis piæ continentiæ dilectionem, beneficio Dei tribuas, eique gratias agas, qui de Spiritu ſuo tibi tantum largitus eſt, ut ejus in corde tuo caritate diffuſa, licitæ rei licentiam tibi amor melioris boni auferret. Donavit enim ne liberet nubere cum liceret, ut jam non liceret etiamſi liberet... Hæc dona Dei eſſe quanto magis noſti, tanto magis es eisdem donis beata: immo aliter non es, niſi quod habes noris a quo habeas... Tene igitur & habe quod accepiſti, & datori gratias age. Quamvis enim accipere & habere tuum ſit, id tamen habes, quod accepiſti: quoniam ſuperbienti, & ex eo quod habebat, quaſi a ſe ipſo haberet, impie glorianti veritas per Apoſtolum dicit, *Quid enim habes quod non acce-*

1. Cor. 4. 7. *piſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?*

Cap. 19. *n.* 23. Aurem igitur inclinemus Apoſtolo:

1. Cor. 7. 34. *Quæ innupta eſt*, inquit, *ſollicita eſt quæ ſunt Domini, ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu: quæ autem nupta eſt, ſollicita eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro*. Non ait, Sollicita eſt ea quæ ſunt mundi, ut ſancta non ſit: ſed certe minor eſt ea conjugalis ſanctitas ex ea parte curarum qua mundana cogitatur voluptas. Quidquid itaque intentionis animi etiam his rebus impenderetur quibus placendum eſſet viro, colligere quodam modo & redigere debet innupta Chriſtiana in eam intentionem qua placendum eſt Domino. Et vide cui placeat, quæ Domino placet: & utique tanto eſt beatior, quanto plus placet ei: quanto autem magis cogitat ea quæ ſunt mun-

Pſ. 44. 3. di, tanto minus placet. Placete itaque tota intentione ſpecioſo forma præ filiis hominum. Ejus enim gratia illi placetis, quæ diffuſa eſt in labiis ejus. Placete illi ea quoque parte cogitationis, quæ occuparetur mundo, ut placeretis viro. Placete illi qui diſplicuit mundo, ut placentes ei liberaremini ex mundo. Hunc enim ſpecioſum forma præ filiis hominum viderunt homines in cruce paſſionis, & *non habuit ſpeciem neque decorem, ſed fa-*

Iſai. 53. 3. *cies ejus abjecta & deformis poſitio ejus*. Ex hac tamen deformitate Redemptoris veſtri, manavit pretium deco-

Pſ. 44. 14. ris veſtri, ſed decoris interioris. *Omnis enim pulchritudo filiæ Regis intrinſecus*. Hac pulcritudine illi placeta: hanc pulcritudinem ſtudioſa cura & ſollicita cogitatione componite. Non amat ille fallaciarum fucos: veris veritas delectatur: & ille, ſi quod legiſti agno-

Joh. 14. 6. ſcis, veritas vocatur. *Ego ſum*, inquit, *via, & veritas & vita*. Currite ad illum per illum; placete illi ex illo, vivite cum illo, in illo, de illo. Affectibus veris & ſanctiſſima caſtitate a viro tali amate amari.

Cap. 21. *n.* 26. Deliciæ igitur ſpiritales deliciis carnalibus in ſancta caſtitate ſuccedant, lectio, oratio, pſalmus, bona cogitatio, bonorum operum frequentatio, ſpes futuri ſæculi, & cor ſurſum: atque de his omnibus gratiarum actio Patri luminum, a quo ſine ulla dubitatione

Jacob. 1. 17. *omne datum optimum & omne donum perfectum*, Scriptura teſte, *deſcendit*. Nam quando pro deliciis nuptarum quas in carne virorum habent, aliarum carnalium deliciarum tamquam in ſolatium uſus aſſumitur, quid ego dicam quæ ſequantur mala, cum breviter Apoſtolus di-

1. Tim. 5. 6. xerit, viventem mortuam eſſe viduam, quæ in deliciis vivit? Abſit autem a vobis ut divitiarum cupiditate capiamini pro cupiditate nuptiarum, & in cordibus veſtris nummus viri amori ſuccedat. Novimus enim hominum converſationem, ſæpe experti ſumus, in quibusdam laſcivia compreſſa creviſſe avaritiam. Nam ſicut in ipſis ſenſibus corporis acutius audiunt qui non vident, & tangendo multa diſcernunt, nec tanta vivacitate tangunt qui oculis utuntur; ubi intelligitur ea uno aditu, id eſt, luminum, repreſſa intentione ſentiendi, eam ſe in alios ſenſus promtiorem dignoſcendi acumine exſerere, tamquam ex altero conetur implere quod negatur in altero: ita etiam ſæpe carnalis cupiditas a concumbendi voluptate cohibita, majoribus viribus in pecuniæ ſe porrigit appetitum, & illinc averſa, huc ſe impetu ardentiore convertit. In vobis autem amor divitiarum ſimul frigeſcat cum amore nuptiarum; & pius uſus rerum quas poſſidetis, ad ſpirituales delicias conferatur, ut liberalitas veſtra magis ferveat adjuvandis egenis quam ditandis avaris. In theſaurum quippe cæleſtem non mittuntur dona cupidorum, ſed eleemoſynæ pauperum, quæ in immenſum modum orationes adjuvant viduarum. Jejunia quoque ac vigiliæ in quantum valetudinem non perturbant, ſi orando, pſallendo, legendo, & in lege Dei meditando inſumantur, in delicias ſpiritales etiam ipſa quæ videntur laborioſa vertuntur. Nullo modo enim ſunt oneroſi labores amantium, ſed etiam ipſi delectant... Intereſt ergo quid ametur. Nam in eo quod amatur, aut non laboratur, aut & laboratur, aut & labor amatur.

Cap. 23. *n.* 28. Agite itaque curſum veſtrum, & perſeveranter currite, ut comprehendatis; & exemplo vitæ exhortationisque ſermone rapite in eumdem curſum veſtrum quaſcumque potueritis... Secure itaque inſtate quibus poteſtis, ut fiant quod vos eſtis: & orare vigilanter atque ferventer, ut adjutorio dexteræ Excelſi & abundantia miſericordiſſimæ gratiæ Domini, & perſeveretis in eo quod eſtis, & proficiatis ad id quod eritis.

S. GREGOR. M. *Homil.* 4. *in Evang.* Conſideremus, Fratres, hanc feminam, conſideremus nos, qui membris corporis viri ſumus, in ejus comparatione quid exiſtimabimur. Sæpe namque agenda aliqua bona proponimus, ſed ſi unus contra nos vel leviſſimus ſermo ab ore irridentis eruperit, ab intentione actionis noſtræ fracti protinus & confuſi reſilimus. Ecce nos plerumque a bono opere verba revocant: felicitatem vero a ſancta intentione frangere nec tormenta potuerunt. Nos injuriam maledictionis in autem maledictoris impingimus; hæc ad regnum etiam per ferrum exiit, nihilque eſſe quod obſiſtebat, æſtimavit. Nos ad præcepta Dominica largiri noſtra ſaltem ſuperflua nolumus: hæc non ſolum Deo ſuam ſubſtantiam contulit, ſed pro illo etiam propriam carnem dedit. Nos cum ex divina juſſione filios amittimus, ſine conſolatione lugemus: hæc eos velut mortuos plangeret, ſi non obtuliſſet. Cum ergo ad illud terribile examen diſtrictus judex venerit, quid nos viri dicemus, cum hujus feminæ gloriam viderimus? De debilitate mentis ſuæ quæ tunc erit viris excuſatio, quando hæc oſtendetur, quæ cum ſæculo & ſexum vicit? Sequamur ergo, Fratres cariſſimi, diſtrictam & aſperam Redemptoris viam: uſu quippe virtutum ita jam plana facta eſt, ut per eam feminis libeat ambulare. Deſpiciamus cuncta præſentia: nulla

ſunt

Digitized by Google

1. Quid agendum in Feſtis Sanctarum Pœnitentium?
R. 1. Earum exemplo ſectanda humilitas, & ſtrenue vacandum operibus pœnitentiæ.

2. Quam ipſæ miſericordiam a Domino conſecutæ ſunt, ejusdem ſpe minime dubia, nihil non agendum ut vincantur libidines & pravæ cupiditates. (K) PARS II. SECT. IV. CAP. II.

§. 23. §. 22. K

ſunt etenim in hoc mondo, quæ tranſire poſſunt ... Quod ſi perfecte agimus, non ſolum imminentes pœnas evademus, ſed una cum martyribus gloria remunerabimur. Nam quamvis occaſio perſecutionis deſit, habet tamen & pax noſtra martyrium ſuum: quia & ſi carnis colla ferro non ſubdimus, ſpiritali tamen gladio carnalia deſideria in mente trucidamus.

Lege ſi lubet S. AUG. *Serm.* 3. *de SS. Perpet. & Felicit. ſaltem vide ſupra hocce* §. *litt.* (C)

(K) *In Vitis Patrum* P. ROSWEIDI Soc. JESU *Lib.* 1. *in vita Sanctæ Pelagiæ meretricis*, *auctore* JECOBO DIACONO, *pag.* 378. *cap.* 7. Accedens (S. Pelagia) ubi congregati erant Epiſcopi, jactavit ſe in pavimentum, & apprehendit pedes beati Nonni Epiſcopi, dicens: Rogo te, domine meus, imitare magiſtrum tuum Dominum Jeſum Chriſtum, & effunde ſuper me tuam bonitatem, & fac me Chriſtianam. Ego enim ſum, domine meus, pelagus peccatorum & abyſſus iniquitatis. Peto me baptizari.

Cap. 8. Cum vix eam perſuaſiſſet S. Nonnus Epiſcopus ſurgere a pedibus ſuis, cum ſurrexiſſet, dicit ad eam: Canones ſacerdotales continent non baptizari meretricem, niſi fidejuſſores præſtiterit, ut non ſe iterum in ipſis malis revolvat. Quæ audient talem Epiſcopi ſententiam, jectavit ſe iterum in pavimentum, & apprehendit pedes ſancti Nonni, & ipſos lacrymis ſuis lavit, & capillis ſuis extergebat, dicens: Rationem reddas Deo pro anima mea, & tibi adſcribam iniquitates factorum meorum, ſi diſtuleris me iniquam & turpiſſimam baptizare. Non invenias portionem apud Deum cum Sanctis, niſi me nunc feceris alienam malorum operum meorum. Neges Deum & idola adores, niſi me hodie in ſponſam Chriſti renaſci feceris, & obtuleris Deo. Tunc omnes Epiſcopi & Clerici qui convenerunt, videntes talem peccatricem pro Deitatis deſiderio talia loquentem, admirantes dicebant, numquam ſe talem vidiſſe fidem & deſiderium ſalutis, ſicut hujus meretricis.. Invenit eam, (Romena *Diaconiſſa*) adhuc ad pedes ſancti Nonni Epiſcopi, cui vix perſuaſit ſurgere a pedibus ſuis, dicens: Surge filia, ut exorcizeris. Dixitque ei: Confitere omnia peccata tua. Quæ reſpondit: Si per ſcrutata fuero ſcientiam cordis mei, non invenio in me aliqua opera bonorum actuum. Peccata enim mea ſcio, quod arena graviora ſint: aqua enim perparva eſt præ mola peccatorum meorum. Confido vero de Deo meo, quod dimittat pondus iniquitatum mearum, & reſpiciat ſuper me. Tunc dixit ad eam S. Nonnus Epiſcopus: Dic quod ſit nomen tuum? Quæ reſpondit: Naturali nomine Pelagia vocata ſum a parentibus meis: cives vero Antiochiæ Margaritam me vocant, propter pondus ornamentorum, quibus me adornaverunt peccata mea. Ego enim eram ornamentum & comptum ergaſterium diaboli. Iterum dicit ad eam ſanctus Nonnus Epiſcopus: Naturali nomine Pelagia vocaris? Quæ reſpondit: Ita domine. Quo audito, ſanctus Nonnus Epiſcopus exorcizavit eam, baptizavit, & impoſuit ei ſignum Domini, tradiditque illi corpus Chriſti.

C. 11. Tertia vero die, poſteaquam baptizata eſt ſancta Pelagia, rogavit puerum ſuum qui præerat rebus ejus omnibus, & dicit ad eum: Vade in veſtiarium meum, & ſcribe omnia quæ ſunt tam auro quam in argento, vel in ornamẽtis aut veſtibus pretioſis, & effer mihi. Puer fecit ſicut præcepit ei domina ſua, & omnem ſubſtantiam ſuam detulit. Quæ ſtatim vocavit S. Nonnum Epiſcopum per ſanctam Romanam commatrem ſuam, & omnem ſubſtantiam ſuã poſuit in manibus ejus, dicens: Hæ ſunt, domine, divitiæ, quibus ditavit me ſatanas: has trado in arbitrio ſanctitatis tuæ, & quod noſti expedire, facias ex iis: mihi enim optandæ ſunt divitiæ Domini mei Jeſu Chriſti. Qui ſtatim vocavit cuſtodem Eccleſiæ ſeniorem, & ipſe præſente, omnem ſubſtantiam ejus in manibus illius tradidit, dicens: Adjuro te per inſeparabilem Trinitatem, ne quid hinc in Epiſcopiũ aut in Eccleſiam ingrediatur: ſed magis viduis & orphanis & pauperibus erogetur, ut quod male attractũ eſt, bene diſtribuatur: & divitiæ peccatricis, fiant theſauri juſtitiæ. Si vero ſpreto ſacramento, ſive per te, ſive per quẽlibet alium ſubtraxeris de his quidquam, anathema ingrediatur domum ejus, & cum illis habeat partem, qui dixerunt: Crucifigatur, crucifigatur. Illa vero convocavit omnes pueros & puellas ſuas, & liberavit omnes: donavitq; sortos (*five* torques) aureos eis de manu ſua, dicens: Feſtinate, & liberate vos de hoc ſæculo nequam, pleno peccatis, ut ſicut fuimus in hoc ſæculo ſimul, ita ſimul permaneamus ſine dolore in vita illa, quæ eſt beatiſſima.

Cap. 12. Octava vero die, quando habebat depoſitionem albarum facere, ſurgens nocte, nobis ignorantibus, depoſuit veſtem Baptiſmatis ſui, & induit ſe tunicam ciliciam, & birrum S. Nonni Epiſcopi: & ex illa die nuſquam comparuit in civitate Antiochia. Quem ſancta Romena flebat amariſſime, & S. Nonnus conſolabatur eam, dicens: Noli flere filia, ſed lætare gaudio magno, quoniam Pelagia optimam portionem elegit, ſicut Maria, quam Dominus prætulit Marthæ in Evangelio. Illa autem abiit Jeroſolymam, & conſtruxit ſibi cellulam in monte Oliveti.

Cap. 14. Et inveni eam in monte Oliveti, ubi Dominus oravit, in modica cellula undique circumcluſa, & parvam feneſtellam habuerat in pariete. Et percuſſi oſtium feneſtellæ, & ſtatim aperuit mihi, & cognovit me, ego vero non cognovi eam. Quomodo enim poteram cognoſcere illam, quam antea videram inæſtimabili pulchritudine, jam facie marcidam factam præ nimia abſtinentia? Oculi vero ejus ſicut foſſæ videbantur. Quæ dicit ad me: Unde venis frater? Ego reſpondi & dixi: Miſſus ſum ad te, jubente Nonno Epiſcopo. Quæ ait ad me: Oret pro me, quoniam vere ſanctus Dei eſt. Et ſtatim clauſit oſtiolum feneſtellæ, & cœpit pſallere horam tertiam. Ego vero oravi juxta parietem cellulæ ejus, & receſſi, multum juvatus de Angelica viſione ejus.

Ib. Vita S. MARIÆ ÆG. *auct.* SOPHRON. *Hier. Ep.* p. 387. *c.* 14. *Poſtquam narravit auctor qua occaſione Zoſimas S. Mariam in ſolitudine invenerit, eamque de ante acta vita percontatus ſit; eam demum loquentem inducens hæc habet.* Stupeſco, quomodo meas mare illud ſuſtinuit iniquitatum luxurias, quomodo terra non aperuit os ſuum, & in infernum viventem me demerſit, quæ tantas in laqueum mortis induxi animas. Sed, ut arbitror, meam Deus, qui neminem vult perire, *ſed omnes fieri ſalvos*, requirebat pœnitentiam. Non enim vult mortem peccatoris, ſed longanimiter expectat, ſuſtinens converſionem. Sic itaque cum magna feſtinatione aſcendimus Jeroſolymam: & quantos quidem dies ante feſtivitatem in civitate commorata ſum, ſimilibus nequiſſimis vacavi operibus, magisque pejoribus. Non enim ſufficiens ſui juvenibus mecum in mari luxuriantibus & in itinere; ſed & alios multos peregrinos & cives in mei ſceleris actus congregans, coinquinavi ſeducens. 1. *Tim.* 2. 4. *Ezec.* 18. 23.

Cap. 15. Quando autem venit ſanctæ Exaltationis feſtivitas pretioſæ Crucis, ego quidem, ſicut & prius, præibam, juvenum illaqueans & capiens animas: vidi autem primo diluculo omnes ad Eccleſiam unanimiter concurrentes. Abij & ego, currens cum currentibus, & veni cum illis in atrium templi: & cum veniſſet hora Exaltationis divinæ Crucis, impingebam & impingebar, repellebarque quodammodo, feſtinans ingredi cum populo, coarctor uſque ad januam templi cum his qui ingrediebantur, cum magna laboris tribulatione appropinquans & ego infelix: quando autem ingredi volebam, illi quidem omnes ſine impedimento ingrediebantur: me autem divina aliqua virtus prohibebat, non indulgens introitum.

Cap. 16. Hoc ter & quater paſſa & facere conans, nihilque proficiens, deſperans de cetero, & amplius nuſquam progredi valens, factum quippe fuerat corpus meum a vi comprimentium valde confractum, recedens diſceſſi, & ſteti in quodam angulo atrii templi; & vix aliquando, ob quam cauſſam prohibebar videre vivificum lignum, in cogitationem reduxi. Tetigit enim mentem, & cordis mei oculos intellectus ſalutis, recogitans quia ſqualida actuum meorum ſcelera mihi introeundi aditum obſerabant. Cœpi itaque flens nimium conturbari & pectus tundere, atque ſuſpiria de profundo cordis proferens, & gemens ejulansque proſpexi in loco in quo ſtabam, furſum imaginem ſanctæ Dei genitricis ſtantem, & aio, ad eam intendens & declinanter attendens: Domina virgo, quæ Deum genuiſti ſecundum carnem, ſcio quia nec condecens nec opportunum ſit, me ſic ſordidam adorare imaginem tuam, vel contemplari oculis tantis ſordibus pollutis, quæ eſſe virgo dignoſceris & caſta, quæ corpus & animam habes immaculatam: juſtum eſt, me luxurioſam a tua puriſſima caſtitatis munditia abominari & projici. Tamen quoniam, ut audivi, ob hoc effectus eſt Deus homo, quem ipſa digna genuiſti, ut peccatores vocaret ad pœnitentiam; adjuva me ſolitariam & nullum habentem adjutorium, percipe confeſſionem meam, & mihi licentiam tribue

Eccleſiæ patefactum ingredi aditum, & non efficiat aliena a viſione pretioſiſſimi ligni, in quo adfixus Deus homo, quem concipiens ipſa virgo peperiſti, & proprium ſanguinem dedit pro mea liberatione. Jube, o Domina, & mihi indignæ ob divinæ crucis ſalutationem januam patefieri, & te ex te genito Chriſto digniſſimam do fidejuſſorem, quia nunquam ultra meam carnem coinquinabo per horrida immixtionum ludibria: ſed mox ut filii tui, Virgo ſancta, videro lignum, ſæculo & actibus ejus, & omnibus quæ in eo ſunt renuntio, & continuo egredior ubicumque ipſa ut fidejuſſor me duxeris.

Cap. 17. Hæc dicens, & quaſi aliquam ſatisfactionem recipiens fidei ſuccenſa calore, & de pietatis viſceribus Dei genitricis præſumens, movi me de eodem loco, in quo ſtans feci orationem: & veniens, iterum ingredientibus me miſcui, & ultra non erat qui me repelleret, neque qui me prohiberet appropinquare januis, quibus in templum introibant. Accepit ergo me tremor validus & extaſis, & tota ex omnibus tremebunda turbabar. Itaque conjungens me ad januam, cujus mihi aditus primo claudebatur, quaſi omnis virtus, quæ prius ingredi me prohibebat, poſt autem viam ingrediendi pararet, ita abſque impedimenti labore introivi, & ſic intra ſancta Sanctorum reperta ſum & pretioſi ac vivifici crucis ligni adorare myſterium digna habita ſum: & tunc vidi Dei ſacramenta, & qualiter eſt paratus ſuſcipere pœnitentes. Tunc projiciens me coram in terram, & ſanctum illud exoſculans pavimentum, exibam. Currens autem ad illam, quæ me fide dixit, veni reſtans. Conjunxi igitur me in illum locum, ubi fidedictionis conſcriptum erat chirographum, & genu curvans coram vultu ſanctæ Virginis Dei genitricis, his imprecata ſum verbis: Tu quidem ſemper, o benigniſſima Domina, tuam oſtendiſti pietatis miſericordiam: tu non indignam ſupplicationem projeciſti: vidi gloriam, quam peccatores merito non videmus: gloriam omnipotentis Dei, qui per te ſuſcipit peccatorum pœnitentiam. Quid amplius peccatrix & miſera valeo recordari aut enarrare? tempus eſt jam implere quæ fide dixi, fide dilectionis tuæ placita. Nunc ubi tibi complacet, dirige me. Eſto mihi ſalutis ductrix, & veritatis magiſtra, præcedens me in viam quæ ducit ad pœnitentiam. Et hæc dicens, audivi vocem alicujus a longe clamantis: Jordanem ſi tranſieris, bonam invenies requiem. Ego autem hanc vocem audiens, & pro me factam credens, lacrymans exclamavi, & ad Dei genitricis imaginem proſpiciens vociferavi: Domina, Domina, Regina totius orbis, per quam humano generi ſalus advenit, noli me derelinquere. Et hæc dicens, de atrio templi ſum egreſſa & feſtinanter ambulabam. Exeunte autem me, vidit me quis, & dedit mihi tres nummos, dicens: Accipe hæc, Nonna: ego autem accipiens, tres ex eis panes comparavi, & hos accepi benedictioni mei itineris congruos. Interrogavi eum qui panes vendebat, Unde & qualis via eſſe dicitur, homo, quæ ducit ad Jordanem? Et cognoſcens portam civitatis, quæ illa latera pergit, currens iter agebam plorans.

Cap. 18. Interrogationi autem interrogationem annectens, reliquum diei conſumpſi iter properans: erat autem hora diei tertia, quando pretioſam & ſanctam crucem videre merui. Et ſole jam ad occaſum declinante, Eccleſiam beati Joannis Baptiſtæ poſitam juxta Jordanem conſpexi, & in eodem templo ingreſſa adorans continuo in Jordanem deſcendi, & ex illa ſancta aqua manus & faciem lavi. Communicavi autem vivifica & intemerata Chriſti Domini ſacramenta, in eadem ſancta præcurſoris & Baptiſtæ Joannis Baſilica, & tunc unius panis medietatem comedi, & ex aqua Jordanis bibi, in terra nocte quieſcens. Luceſcente in craſtino in partem aliam tranſivi, & iterum petii ductricem meam ut me dirigeret, ubi ei placitum eſſet. Deveni autem in hanc ſolitudinem, &
Pſ. 54. 8. & 9. ex tunc uſque hodie *elongavi fugiens, expectans Deum meum*, qui ſalvos facit puſillos & magnos, qui convertuntur ad eum. Zoſimas dixit ad eam: Quot anni ſunt, o Domina, ex quo hanc inhabitas ſolitudinem? Reſpondit mulier: Quadraginta ſeptem anni ſunt, ut conſidero, ex quo de ſancta civitate egreſſa ſum. Dixit autem Zoſimas: Et quid invenire ad eſum potuiſti, o mi, aut invenis, Domina. Reſpondit mulier: Duos ſemis quidem panes Jordanem tranſmeavi deportans; & qui poſt modicum areſacti quaſi lapidei obdurati erant, & modicum quid uſque ad aliquos annos comedens tranſegi. Dixit autem Zoſimas: Et ſic abſque dolore tranſiſti tanti temporis longitudinem nihil repentinæ immutationis & conturbationis ſenſiſti calorem? Illa dixit: Rem nunc me interrogas, quam dicens valde contremiſco; ſi ad commemorationem venero tantorum quæ ſuſtinui periculorum, & cogitationum quæ inique perturbaverunt me; timeo enim ne ab eiſdem aliquam patiar tribulationem. Dixit Zoſimas: Nihil relinquas, o Domina, quæ non indices. Semel enim in hoc te manifeſtam cognovimus ordine, omnia te indiminute oportet nos edocere.

Cap. 19. Illa autem dixit ei: Crede, Abba, decem & ſeptem annis feris immanſuetis & irrationabilibus eluctans deſideriis, dum cibum initiabam, deſiderio mihi erant carnes, concupiebam piſces quos Ægyptus habebat; deſiderabam etiam vinum delectabile mihi; multum enim delectabar in vino, & ſuperabundantius uſque ad ebrietatem bibebam, & nunc mihi erat valde in deſiderio, eo quod multum uterer, dum eſſem in ſæculo. Hic autem aquam omnino non habens, vehementiſſime urebar, & ſuſtinebam neceſſitatis periculum. Fiebat mihi & de luxurioſis canticis nimium deſiderium, perturbans & reducens ad memoriam dæmoniorum cantica decantare, quæ in ſæculo didiceram. Mox autem lacrymans, & pectus meum percutiens, me ipſam ad memoriam reducebam de convenienti fidedictionis quam feceram, egrediens contra hanc ſolitudinem. Veniebam autem per cognitionem ante imaginem ſanctæ Dei genitricis, quæ me & in fide ſua ſuſcepit, & ante illam plorabam, ut effugaret a me cogitationes, quæ miſerrimam meam animam affligebant. Quando autem ſuperflue dolenterque lacrymabar, & viriliter pectus meum tundebam, tunc videbam lumen undique circumfulgens me, & ſerenitas mihi quædam ſtabilis mox fiebat. Cogitationes autem quæ ad fornicationem iterum compellebant me, quomodo tibi enarrare poſſum? Abba ignoſce. Ignis intus infelix corpus meum nimis ſuccendebat, & totam me per omnia exurebat, & ad deſiderium commixtionis pertrahebat. Dum ergo mihi talis aſcenderet cogitatio, proſternebam meipſam in terram, & lacrymis terram infundens, ipſam mihi veraciter aſtare ſperans, quæ me fidedixerat, minanti me comportatione exaggerare furentem, quaſi prævaricanti, & pœnas prævaricationis mihi imminentes ita mucruans contra me agentem. Non enim ante ſurgebam de terra, niſi prius illa dulciſſima lux illuminaret me ſolito, & cogitationes me perturbantes effugaret. Semper itaque cordis mei oculos ad illam fidejuſſorem meam ſine ceſſatione erigebam, deprecans eam auxiliari mihi in hac ſolitudine & pœnitentia. Habui ergo adjutricem & coadjutricem ipſam, quæ genuit caſtitatis auctorem, & ſic decem & ſeptem annorum curriculis cum multis, ut dixi, uſque hodie periculis aluctata ſum. A tunc ergo adjutoriam meum Dei genitrix aſtitit mihi, per omnia in omnibus me dirigens. Dixit autem Zoſimus: Non habuiſti cibum aut veſtimentum? Et illa dixit: Panes quidem illos, ſicut jam dixi, decem & ſeptem expendens annis, deinde nutriebar herbis quæ inveniebantur per ſolitudinem. Indumentum autem quod habui, tranſmeato Jordane nimia vetuſtatem ſciſſum & conſumptum eſt. Multam ergo glaciali frigore & æſtus ardore neceſſitatem ſuſtinui, concremata æſtus incendio, & nimio frigoris tempore gelu rigeſcens & tremens, multoties in terram cadens abſque ſpiritu jacebam immobilis, multis & diverſis neceſſitatibus & tentationibus immenſis eluctans, per omnia uſque in hanc diem virtus Dei multis modis miſeram animam meam & corpus meum cuſtodivit. Recordans enim de qualibus malis liberavit me Dominus, eſca nutrior inconſumabili, & ſatietatis poſſideo epulas ſpem ſalutis meæ. Nutrior autem & cooperior tegmine verbi Dei, qui continet omnia. *Non enim in ſolo* Matt. 4. 4.
pane non vivit homo, & non habentes operimentum petræ circumdati ſunt tegmine illi, qui ſe peccati expoliaverunt tunica.

Cap. 20. Audiens autem Zoſimas, quoniam Scripturarum teſtimonia proferebat, ex libris Moyſi videlicet & beati Job, ſive Pſalmorum, dixit ad eam: Pſalmos, o mater, didiciſti, vel alios libros ſacræ Scripturæ legiſti? Illa autem hoc audiens, ſubridens dixit ad eum: Crede mihi, non vidi hominem ex quo Jordanem tranſivi, niſi te hodie; ſed neque feram aut aliud animal qualecunque, ex quo in hanc deveni ſolitudinem. Litteras autem nunquam alicubi didici, ſed neque pſallentem aut legentem aliquem auſcultavi. Sermo autem Dei vivus & efficax intellectum Heb. 4. 12.
intrinſecus docet humanum. Huc uſque finis eorum quæ mea ſunt. Nunc autem obſecrans quæſo te per Incarnationem Verbi Dei ut ores pro me luxurioſa. Et cum hæc dixiſſet, cucurrit ſenex, & genuflexo ſe in terram proſternere, vociferans & dicens: Benedictus Dominus Deus qui facit mirabilia magna ſolus, glorioſa & vehementer ſtupenda quibus non eſt numerus. Benedictus es Domine Job 9. 10.
Deus qui oſtendiſti mihi quanta largiris timentibus te. Pſal. 11.
Vere enim non dereliquis quærentes te, Domine. Illa autem apprehendens ſenem, non permiſit in terram

per-

Digitized by Google

§. 23. *De Feſto Sanctorum omnium.*

I. Quandonam celebratur feſtum Sanctorum omnium?

R. Kalendis Novembris.

I. Cur hoc feſtum celebrat Eccleſia?

R. 1. Ut Sanctis omnibus tum ignotis quam cognitis, quibus feſtum ſpeciale non aſſignatur in anni decurſu, feſtum ſaltem generale aſſignetur.

2. Ut ſi quid in ceteris feſtis per annum peccatum eſt, in hac majori ſolemnitate reparetur.

3. Ut tot exempla virtutum exhibita ſimul in Sanctis omnibus cujuſque ætatis, ſexus & conditionis, moveant nos efficacius ad virtutem & ad ſpem certiorem triumphi.

Ut *divinæ propitiationis abundantiam multiplicatis interceſſoribus* impetremus. *Collecta Miſſ. Rom.*

5. Ut pro Sanctorum omnium victoriis & triumphis gratiæ ſimul agantur Deo. (A) A

I. Cur

perfecte proſterni, ſed dixit ei: Hæc quæ audiſti, homo, obteſtor te per Dominum Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, nemini dixeris, quoadusque Deus de vinculo carnis abſolvat me. His omnibus acceptis in pace, & iterum hoc eodem tempore adveniente anno apparebo tibi, & videbis me. Dei nos gubernante gratia. Fac autem propter Dominum, quod nunc tibi injungo, ut ſacris jejuniis recurrentibus anni venturi non tranſeas Jordanem, ut conſuetudinem habetis in monaſterio. Stupebat autem Zoſimas, audiens quoniam & canonem monaſterii inſcia quaſi quæ noſſet dicebat; nihilque aliud clamabat niſi gloriam Dei, qui majora quam petitur diligentibus ſe largitur. Illa autem dixit: Suſtine ut dixi, Abba, in monaſterio: neque etſi exire volueris quoquam, valebis. Veſpere autem ſacratiſſimo Dominicæ cœnæ, divini corporis & vivifici ſanguinis portionem in vaſe ſacto dignoque tanti myſterii affer, & ſuſtine me in parte Jordanis, quæ conjungitur ſæculo, & veniens vivifica accipiam dona. Ex quo enim in Eccleſia beatiſſimi Præcurſoris, priusquam tranſirem Jordanem, communicavi, deinceps uſque nunc numquam communicavi, numquam uſque nunc ſanctificationis hujus uſa ſum portione; & ideo deprecor, meam ne ſpernas petitionem, ſed per omnia ipſa vivifica atque divina myſteria affer in ea hora qua Dominus Diſcipulos divinæ cœnæ participes fecit. Hæc dicens, orationem a ſene poſtulando, in interiorem ſolitudinem velocius feſtinavit.

Cap. 21. Zoſimas autem proſternens ſe, oſculabatur terræ locum, in quo ejus veſtigia ſteterant, dans gloriam Deo: immenſasque gratias agens, reverſus eſt, laudans & benedicens Dominum Deum noſtrum Jeſum Chriſtum. ... Quando (*anno vertente*) reverſi ſunt Monachi ſacratæ cœnæ veſpere, fecit quod ei juſſum eſt: & mittens in modico calice intemerati Corporis portionem & pretioſi Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, poſuit in caniſtro caricas paucas & palmarum fructus, id eſt, dactylos, & parum lenticulæ infuſæ in aquis: & venit tarde, & ad ripam Jordanis ſedebat, adventum ſanctæ præſtolans.

Cap. 22. Ecce ſancta illa advenit, & in parte alia fluminis ſtetit, unde venerat. Zoſimas autem videns eam, ſurrexit gaudens, & exultans nimis glorificabat Deum. Lucta autem certaminis in ejus fluctuabat cognitionis intentione; quia non poteſt Jordanis tranſire fluenta. Et reſpiciens ſenex, vidit eam vexillo crucis aquas Jordanis ſignantem. Totius enim tunc noctis tenebras ſplendor illuminabat lunæ, quia tempus recurſus illius erat. Statim ut ſignum crucis impreſſit, aſcendit ſuper aquas: & ambulans ſuper liquidam æquoris fluctum, veniebat quaſi per ſolidum iter. Zoſimas autem ſtupens, & genua flectere nitens, clamans deſuper aquas prohibuit, dicens: Quid facis Abba, quia & Sacerdos Dei es, & divina portas myſteria? Qui ſtatim obedivit dicenti. Illa autem deſcendens de aquis, dixit ſeni: Benedic Pater, benedic. Ille autem magna feſtinatione reſpondit, ſtupor enim nimius invaſerat eum in tam glorioſo miraculo & dixit: Vere non mentitur Deus, qui pollicitus eſt ſibi ſimiles eſſe eos qui ſemetipſos purificant. Gloria tibi Chriſte Deus noſter, qui oſtendiſti mihi per ancillam tuam hanc, quantum mea conſideratione inferior ſum menſura veræ perfectionis. Hæc eo dicente, poſtulavit mulier ut ſanctum diceret ſymbolum, & ſic Dominicam inchoaret orationem. Et expleto *Pater noſter*, ſancta, ſicut mos eſt, pacis oſculum obtulit ſeni: & ſic vivifica myſteriorum ſuſcipiens dona in cælum extenſis manibus ingemiſcens cum lacrymis, ita clamabat: *Nunc dimittis, Domine, ancillam tuam ſecundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum*. Et ſeni dixit: Ignoſce, Abba, & aliud Luc. 11. 29. & 30.

meæ petitionis imple mandatum. Vade nunc ad monaſterium, Dei pace gubernatus: recurſu autem anni advenientis iterum veni in illo torrente, in quo tecum ſam prius locuta. Per omnia non omittas, ſed propter Deum veni: & videbis me iterum, qualiter Deus voluerit. Ille autem reſpondit ad eam: Utinam eſſet poſſibile nunc tua ſequi veſtigia, & tui pretioſiſſimi vultus viſione frui! Oro mater, ut unam ſenis petitiunculam facias, & modicum cibi ex eo quod huc attuli, digneris accipere. Et hæc dicens, oſtendit ei quod ſecum detulerat caniſtrum. Illa autem extremis digitis lenticulam contigit, & tria tollens grana proprio intulit ori, ſufficere dicens gratiam Spiritus, ut cuſtodiret animæ ſubſtantiam immaculatam. Tunc dicit ſeni: Ora pro me propter Deum, & meæ memor eſto ſemper infelicitatis. Ille pedes ejus ſanctos contingens cum lacrymis deprecabatur, ut oraret pro Eccleſia, & pro Imperio, & pro ſe, & ſic dimiſit eam abire flens & ejulans. Non enim audebat eam multum detinere, quæ nec, ſi vellet, poterat detineri.

Cap. 23. Illa autem crucis iterum impreſſione Jordanem ſignans, aſcendit ambulans ſuper liquidum elementum, & tranſivit ſicut ante veniens fecerat. Senex autem reverſus eſt gaudio & tremore repletus.

Cap. 24. Tranſacto autem eodem anni curſu...

Cap. 25. Pervenit ad locum, qui in ſimilitudinem fuerat deſignatus torrentis, & in extrema ejus parte ſuperiore vidit ſplendentem Solem: & adſpiciens, vidit ſanctæ mortuum jacens corpus, & manus, ut oportet, ſic compoſitas, & ad Orientem jacens corpus aſpiciens. Currens autem, lacrymis lavit beatiſſimæ pedes, non enim aliud corporis membrum audebat contingere. Lacrymans autem aliquandiu, & Pſalmos dicens tempori & rei congruentes, fecit ſepulturæ orationem, & dicebat ſibi ipſi: Forſitan non complacet ſanctæ hæc fieri. Hæc eo cogitante, deſignata ſcriptura erat in terra, ubi hoc legebatur: Sepeli, Abba Zoſima, miſeræ Mariæ corpuſculum. Redde terræ, quod ſuum eſt, & pulveri adjice pulverem. Ora tantum pro me propter Dominum.

(A) S. BRUN. *Serm.* 1. *in Feſto omnium Sanctorum*, *n.* 1. Feſtivitatem hodiernam Sanctorum omnium cum omni devotione dignum eſt celebrari. Nimirum ſi magna videtur, & eſt, beati Petri ſolemnitas, ſeu B. Stephani, aut cujuslibet ceterorum: quanta iſta eſt, quæ non unius tantum eſt, ſed univerſorum?

Serm. 2. *n.* 1. Sanctorum omnium feſtivam hodie, dilectiſſimi, omnique digniſſimam devotione memoriam celebramus. Agnita (vel ex parte aliqua) felici retributione Sanctorum, abundantiori deinceps ſolicitudine ipſorum inhærere veſtigiis; ut ferventiori deſiderio ad eorum ſuſpirare conſortia; propenſiori quoque devotione eorumdem nos commendare patrociniis ſtudeamus. Fidelis quippe ſermo, & omni acceptione dignus, ut quos ſolemni veneratione proſequimur, etiam ſimili converſatione ſequamur: quos beatiſſimos prædicamus, ad eorum beatitudinem tota aviditate curramus: quorum delectamur præconiis, ſublevemur eorum patrociniis. Nec ſane parum fructuoſa invenitur memoria feſtiva Sanctorum, languorem, teporem, errorem que depellens, cum eorum interceſſione juvetur infirmitas noſtra, conſideratione beatitudinis excitetur negligentia noſtra; ignorantia quoque noſtra ipſorum erudiatur exemplis.

Serm. 5. *n.* 1. Feſtiva nobis eſt dies hæc, & inter præcipuas ſolemnitates hodierna ſolemnitas numeratur; non unius alicujus ſingulariter, ſed pariter univerſorum.

N. 3. *verſus finem.* *Beati qui habitant in domo tua, Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te*. Noſtra ergo felicitas, noſtra interim feſtivitas in timore Dei: nam illorum magis in exultatione & laude verſatur. Pſal. 83. 5.

N. 4. Inde eſt quod ſecure laudantur homines, qui

I. Cur feſtum hoc tanta cum ſolemnitate celebrat Eccleſia?

R. Quia hoc feſto ſolemnitates aliæ omnes Sanctorum comprehenduntur. Eſtque hæc ſolemnitas imago illius quam Deus in cælo cum Sanctis in æternum agit. (B)

B

I. Quid agendum in hac ſolemnitate ex mente Eccleſiæ?

R. Id mox diximus, adductis in medium quinque rationibus, quibus Eccleſiæ mens in hujus ſolemnitatis inſtitutione & celebratione innoteſcit.

I. Quibus maxime rationibus accendi debemus ad imitationem Sanctorum?

R. His maxime, quod Sancti experti ſunt quas nos experimur carnis infirmitates, tentationes, difficultates: & tamen per fidem vicerunt omnia. Nos autem ejuſdem cum ipſis corporis membra, eumdem habemus Spiritum, idem caput, eumdem doctorem & magiſtrum & ducem, eadem auxilia, & ad eamdem vocamur felicitatem. (C)

C

§. 24. De die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum.

I. Cur Eccleſia ſolemnem omnium fidelium defunctorum commemorationem agit poſtridie ſolemnitatis Sanctorum omnium?

R. Ut hinc omnes intelligant quænam ſit inter omnia Eccleſiæ membra communio. Rem explico.

Eccleſia triplex, ut jam diximus, Triumphans, Patiens, & Militans. Hujus triplicis Eccleſiæ corpos idem, idem Spiritus, idem caput Chriſtus, una eademque felicitas; & ex triplici illa ſocietate Eccleſia una conſtat. Hæc jam omnia fuſe diſputavimus. Æternam felicitatem Eccleſia militans & P. 1. Sect. 2. c. 3. §. 1. 2.
patiens expectant; Eccleſia triumphans jam obtinet. Gratulatur ergo heſterna ſolemnitate Eccleſia militans Eccleſiæ triumphantis victoriis, quarum intuitu ſeipſam hortatur ad eandem felicitatem promerendam. Poſtridie vero fuſis ad Deum pro Eccleſia patiente precibus, hanc eandem felicitatem huic Eccleſiæ conatur impetrare.

I. Eſtne priſco in more Eccleſiæ poſitum orare pro mortuis?

R. Mos ille ab Apoſtolica traditione manavit,

non ſua jam vivunt vita, ſed Dei: nam hominum utique vita tentatio eſt. Eſt autem gemina quædam ſecuritas laudis hujus ... Siquidem non eſt quod laudare vereamur veriſſime certiſſimeque laudabiles: non eſt quod glorificare cunctemur ſic abſorptos in gloria; ut noſtra omnino nequeant laudatione moveri. Non enim eſt quo vanitas intret, ubi veritas jam totum occupavit. Sed quænam, inquies, gloria Sanctis? ...
1. Cor. v. 5. Ab Apoſtolo audiamus: *Tunc*, inquit, *unicuique laus erit*. A quo? *A Deo*. Magnus laudator, & vehementer ambienda laudatio. Felix commutatio laudis, ubi & laudare beatum eſt & laudari.

N. 5. Ad quid ergo Sanctis laus noſtra, ad quid glorificatio noſtra, ad quid noſtra hæc ipſa ſolemnitas? Quo eis terrenos honores, quos juxta veracem Filii promiſſionem honorificat Pater cæleſtis? Quo eis præconia noſtra? Pleni ſunt. Prorſus ita eſt, dilectiſſimi, honorum noſtrorum Sancti non egent, nec quicquam eis noſtra devotione præſtatur. Plane quod eorum memoriam veneramur, noſtra intereſt, non ipſorum. Vultis ſcire quantum intereſt noſtra? Ego in me, fateor, ex hac recordatione ſentio deſiderium vehemens inflammari; & deſiderium triplex. Vulgo dicitur: Quod non videt oculus, cor non dolet. Oculus meus memoria mea, & cogitare de Sanctis, quodammodo eos videre eſt. Sic nempe portio noſtra in terra viventium, nec modica ſane portio: ſi tamen, ut decet memoriam affectio comitetur: ſic, inquam, converſatio noſtra in cælis eſt; verumtamen non ſic noſtra, ſicut illorum. Ipſorum enim ſubſtantia ibi eſt, noſtra autem deſideria; ipſi per præſentiam, nos per memoriam ibi ſumus. Quando & nos addemus ad patres noſtros? Quando eſſentialiter præſentabimur eis? Hoc enim primum deſiderium, quod in nobis Sanctorum memoria, vel excitat, vel incitat magis, ut eorum tam optabili ſocietate fruamur, & mereamur concives & contubernales eſſe Spirituum beatorum... in omnium denique colligi & collætari communione Sanctorum.

N. 6. Singulorum quippe recordationes, quaſi ſcintillæ ſingulæ, imo quaſi ardentiſſimæ faces devotos accendunt animos, ut eorum & conſpectum ſitiant & complexum, adeo ut plerumque etiam inter eos eſſe ſe reputent: modo ad omnes ſimul, modo ad hos vel ad illos tota aviditate & vehementia corda vibrantes. Alioquin quid iſtud negligentiæ, quid pigritiæ, imo quid vecordiæ eſt, ut non crebris ſuſpiriis & ferventiſſima affectione abrumpere hinc, & in illa tam felicia agmina jaculari animos ſtudeamus? Væ nobis a duritia cordis noſtri, væ a peccato gentium,
Rom. 1. 31. quas Apoſtolus memorat *ſine affectione* fuiſſe. Præſtolatur nos Eccleſia illa primitivorum, & negligimus: deſiderant nos Sancti, & parvipendimus: expectant nos juſti, & diſſimulamus. Excitemur aliquando, fratres, reſurgamus cum Chriſto, quæramus quæ ſurſum ſunt, quæ ſurſum ſunt ſapiamus. Deſideremus deſiderantes nos; properemus ad præſtolantes nos, expectantes nos votis præoccupemus animorum. Ecce enim nihil in hac noſtra communione ſecuritatis, nihil perfectionis, nihil quietis: & tamen hic quoque quam bonum & quam jucundum habitare, fratres, in unum? Quidquid enim ſive interius, ſive exterius moleſtum occurrit, ipſo utique tam germanorum conſortio fratrum, cum quibus eſt nobis cor unum & anima una in Deum, tolerabilius invenitur. Quam dulcior erit, quam delectabilior, quam beatior unio, ubi nulla ſuſpicio eſſe poterit, nulla diſſenſionis occaſio, ubi omnes perfecta caritas indiſſolubili fœdere colligabit: ut ſicut Joh. 10. 30.
Pater & Filius unum ſunt, ſic & nos unum ſimus in ipſis?

N. 7. Non tantummodo ſocietas, ſed etiam felicitas nobis eſt optanda Sanctorum, ut quorum deſideramus præſentiam, gloriam quoque ferventiſſimis ſtudiis ambiamus. Neque enim perniciosa hæc ambitio, aut illius affectatio gloriæ ullatenus periculoſa eſt.

N. 10. Sane ut eam nobis ſperare liceat, & ad tantam beatitudinem aſpirare, ſummopere nobis deſideranda ſunt ſuffragia Sanctorum: *ut quod poſſibilitas noſtra non obtinet, eorum nobis interceſſione donetur. Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei.* Collecta in die S. Joseph. Job 19. 30.
Noſtis ipſi periculum noſtrum, noſtis figmentum noſtrum, noſtis ignorantiam noſtram, & dolos adverſariorum: noſtis eorum impetus & noſtram fragilitatem. Vobis enim loquor qui in eadem tentatione fuiſtis; qui eoſdem ſuperaſtis conflictus, eoſdem laqueos evaſiſtis; qui didiciſtis ex his, quæ paſſi eſtis, compaſſionem.

N. 11. Hæc igitur noſtra & eorum cohærentia eſt; ut nos congratulemur eis, ipſi compatiantur nobis; .... ipſi in nobis, & pro nobis militant pia interventione.

(B) S. AUG. *Serm.* 336. *cap.* 1. *n.* 1. *aliàs de temp.* 256. *in dedicat. Eccleſ.* 1. Domus Dei nos ipſi. Si domus Dei nos ipſi, nos in hoc ſæculo ædificamur, ut in fine ſæculi dedicemur.

Enarrat. in Pſalm. XLI. *n.* 9. *verſus finem.* In domo Dei feſtivitas ſempiterna eſt. Non enim aliquid ibi celebratur & tranſit. Feſtum ſempiternum, chorus Angelorum, vultus præſens Dei, lætitia ſine defectu. Dies hic feſtus ita eſt, ut nec aperiatur initio, nec fine claudatur. De illa æterna & perpetua feſtivitate ſonat neſcio quid canorum & dulce auribus cordis: ſed ſi non perſtrepat mundus. Ambulanti in hoc tabernaculo & miracula Dei in redemptionem fidelium conſideranti, mulcet autem ſonus feſtivitatis Pſal. 41. 4.
illius, & rapit cervum ad fontes aquarum.

(C) S. BERNARDUS. *Vide ſupra hocce paragrapho litera* (A.)

S. AUGUST. *Serm.* 325. *in natali viginti Martyrum, num.* 1. *&c. Vide ſupra §. decimo ſexto hujuſce cap. litt.* (E)

Id

Digitized by Google

A navit, cætamque eius veſtigia & certa argumenta in utroque Teſtamento. (A)

5. Orandumne eſt pro omnibus mortuis?

R. Non pro omnibus, ſed pro iis ſolum qui

(A) *Id fuſe probabimus infra in hujuſce operis parte 3. tum Sect. 1. cap. 5. §. 17. in quo agemus* de Purgatorio: *tum Sect. 2. cap. 1. §. 3. & cap. 7. §. 12. & 13. & §. 22. n. 24. ubi* de ſacrificio Miſſæ, &c.

2. Machab. c. 12. 43. (Fortiſſimus Judas) Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti miſit Hieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, bene & religioſa de reſurrectione cogitans. 44. (Niſi enim eos, qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur & vanum orare pro mortuis.) 45. Et quia conſiderabat quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam. 46. Sancta ergo & ſalubris aſt cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſolvantur.

1. Cor. 15. 29. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt; ut quid & baptizantur pro illis?

2. Timoth. 1. 18. Det illi Dominus invenire miſericordiam a Domino in illa die.

Estius *in 2. Machab. c. 12. 43. Offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, bene & religioſe de reſurrectione*, &c. Inculcat hic auctor diligenter, & confirmat dogma Catholicum, orandum & ſacrificandum eſſe pro mortuis; & multis verbis imprimis replicat de reſurrectione mortuorum; ſcilicet contra hæreſim Sadducæorum, quæ illo tempore, teſte Joſepho, exorta fuerat, & radices mittere cœperat in populo Judaico. Quomodo autem conſequens ſit, & ſuperfluam & vanam fore pro mortuis orationem, ſublata ſpe reſurrectionis mortuorum, vide noſtra 1. Cor. 15. ad illud: *Miſerabiliores ſumus omnibus hominibus, ſi reſurrectio non eſt*. Atque illud interim obſerva, quod ſicut apud Apoſtolum de ſola beata reſurrectione præcipua ejus diſputatio eſt, ita & hoc loco, cum dicitur; *Niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur, & vanum orare pro mortuis*. Nam reſurrectio quæ ſperatur, utique bona, & beata eſt; impiorum autem reſurrectio, quoniam ad æternam erit miſeriam, & cruciatum, non ſperatur, ſed creditur tantum. Proſunt autem defunctis in pietate, ſuffragia viventium, & ſacrificia, ad beatam reſurrectionem, quatenus illis proſunt ad miſericordiam, & veniam minorum delictorum & pœnarum reſtantium, ſine quibus beatæ reſurrectionis non poſſunt eſſe participes.

Tirinus *in eumdem locum. Duodecim millia drachmas argenti*, quas e collatitia pecunia *miſit* Judas *Jeroſolymam*, ut ea iis *Sacrificia* ibidem Deo *offerrentur* pro illo defunctorum *peccato* expiando, ſi Atticæ fuerint, faciunt *mille ſcuta aurea*: ſi Hebrææ, *duo millia ſcutorum*. En clariſſimum Scripturæ teſtimonium pro ſuffragiis defunctorum; en factum & exemplum nobiliſſimum Pontificis & Eccleſiæ illius temporis, ab auctore, id eſt, a Spiritu ſancto, non modo narratum, ſed & laudatum atque approbatum, ut Serarius, Bellarminus & alii Doctores fuſe explicant. Neque poſſunt id Hæretici negare, niſi vel Canonicam horum librorum auctoritatem convellendo; ſed hanc ante in præfatione ſtabilivimus: vel certe fingendo, ut fingit Munſterus, hanc coronidem non eſſe genuinam hujus capitis partem, ſed per audaculum quempiam textui inſertam vel aſſutam. Sed hoc Hæretici cerebri figmentum refellunt omnia, ſeu edita, ſeu manuſcripta librorum horum exemplaria etiam antiquiſſima: veterum item Patrum in præfatione citatorum teſtimonia, qui locum hunc ubique pro Canonica & genuina libri hujus parte agnoſcunt & citant. Quam vero iſtud ſplendidum Munſteri mendacium, non ſolere Judæos ad hunc uſque diem orare pro defunctis! Cui refellendo, non aliud argumentum depoſco, quam ipſiuſmet Munſteri tractationem, & Judæorum ipſorummet teſtimonium, quod per me licet, petatur vel ore ſuperſtitum, vel ex ſcriptis defunctorum, vel ex Ritualibus Judaicis, quæ hic ad verbum citant Serarius, Genebr. & Bellarm. & ego attigi Tob. 4. & fatetur Pagius, Witakerus & alii Hæretici.

Dormitionem acceperant. Mortui erant. Dicuntur hi Judæi cum pietate mortui, quia ceciderant in bello pro religione ſuſcepto, exiſtimabatque Judas eos ſceleris acceptorum denariorum pœnituiſſe, & ideo ſacrificiis, & precibus vivorum juvari poſſe.

Grotius *in eumdem locum & ipſe cum noſtris ſentire videtur. En ipſius verba: (Offerri pro peccatis mortuorum.)* Tale ſacrificium lege imperatum non erat; neque judicia poſt hanc vitam in lege fuerant revelata. Quibus cognitis Prophetarum indicio, ex paritate quadam rationis credidere Judæi recte fieri poſſe pro mortuis, quæ pro vivis fieri ſolebant. Levit. c. 5. 6. & 16. Pari fermè ratiocinatione inductus Baptiſmus pro mortuis, apud Chriſtianos, & oblationes pro mortuis: de quibus alias *Bene & religioſe de reſurrectione cogitans*, id eſt, firma fide credens futuram reſurrectionem, & in ea vitæ hic actæ repenſationem.

Estius *in 1. ad Cor. 15. 29. Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt?* Poſt demonſtratam mortuorum reſurrectionem ex Chriſti reſurrectione & regno, ſubnectit Apoſtolus ad idem probandum, alia quædam argumenta: quorum iſtud ſumitur ab exemplo eorum qui baptizantur pro mortuis. Quod utique non facerent, ſi mortuos non ſperarent aliquando reſuſcitandos ad vitam.

Sed quid ſit baptizari pro mortuis, obſcurum eſt, & ab auctoribus varie exponitur. Tertullianus libro de reſurrectione carnis capite 48. & apertius libro 5. contra Marcionem cap. 10. ſignificat fuiſſe tempore Apoſtolorum, qui quamvis vane & ex errore, pro amico qui forte ſine baptiſmo defunctus eſſet, ſe baptizandos curarent. Quod ſane illi non feciſſent, niſi mortuorum corpora, quibus, ut idem Tertullianus ſcribit, proficere volebant hujuſmodi lectionem, aliquando reſurrectura crediſſent. De his igitur poſt Tertullianum intellexerunt hunc locum Ambroſiaſter, Haimo, Hervæus, Aquinas, & in ſuis Paraphaſibus aliquis. Annuit & gloſſa tam ordinaria quam interlinealis. Dicunt igitur apud Judæos conſuetudine receptum fuiſſe, ut ſi quis legaliter immundus moreretur priuſquam ab ea immunditia ſecundum legem, Num. 19. ablutus eſſet, alius quiſpiam pro eo baptizaretur, id eſt, lavaretur; quod exiſtimarent hujuſmodi lotionem proficere mortuo ad emundationem. Id vero ita ſollicite ab illis ſolere fieri, ne quid ſpiritui hominis mortui noceret immunditia in qua mortuus fuerat, ſimul ut ea cærimonia proteſtarentur fidem immortalitatis animarum & reſurrectionis mortuorum, adverſus hæreſim Sadducæorum per id tempus in populo Judaico multos occupantem. Ac ſane non eſt incredibile, tale quid a Phariſæis, de quorum numero Paulus ſe fuiſſe teſtatur Act. 23. & Philipp. 3. odio ſectæ Sadducæorum fuiſſe factitatum. Nam & ex Evangelio conſtat, frequentes baptiſmos ſeu lotiones Phariſæis in uſu fuiſſe, ut Matth. 15. Marc. 7. Lucæ 11. Facit etiam nonnihil pro hoc intellectu, quod Apoſtolus ſubjungit, *ut quid & nos periclitamur omni hora?* Quaſi dicat, Non ſolum ex eo quod agunt Judæi, ſumitur argumentum pro reſurrectione mortuorum: verum multo magis ex eo quod nos patimur qui Chriſtiani ſumus. Affert hanc expoſitionem, Franc. Turrianus lib. 4. pro Epiſtolis Pontif. c. 14. eamque confirmat auctoritate quorumdam veterum, ſcilicet Ephrem Diaconi, qui in teſtamento ſuo, ſive in ſermone de morte ſua, locum Apoſtoli ſic intellexerit.

Item Apollinaris antiqui ſcriptoris, interpretatoris locum memoratum Numerorum; & Euſtratii presbyteri Conſtantinopolitani in libro de immortalitate animæ.

Quid facient? Quem reportabunt, *qui baptizantur pro mortuis*. Id eſt, qui purificantur ad ſacrificia quæ offeruntur pro mortuis; ſolebant enim Judæi purificari ante ſacrificia, preces, omnemque rem divinam. Vide Marc. 7. 4. Heb. 9. 12. & 10. 10. Si corpora omnino moriuntur, nec eſt reſurrectio, nec animæ ſuperſtites ſunt, ut dicebatur ſup. n. 18. fruſtra preces funduntur, & ſacrificia offeruntur pro mortuis.

Si mortui non reſurgunt omnino, ut quid pro illis baptizantur, tam Judæi, qui ut quotidie videmus, purificantur ad ſacrificia, & preces pro mortuis offerenda; quam Chriſtiani, qui metaphorico baptiſmo pœnitentiæ, afflictionum, lacrimarum, & orationum ſeſe immergunt, ut mortuis in Purgatorio detentis ſuffragentur & opitulentur? Imo ſic baptizantur etiam ipſi reſurrectionis hoſtes Cerinthus, & ejus Summiſtæ.

In 2. ad Timoth. 1. 18. Det ei Dominus miſericordiam quam optavit ab ipſo viciſſim *invenire*: juxta illam

Domi-

qui igne purgatorio torquentur. Nec enim vel Sanctis neceſſariæ, vel damnaria utiles eſſent, ſi quæ pro iis jam ab Eccleſia fierent ad Deum preces. (B)

B Non ergo orat Eccleſia pro Martyribus. *Injuria eſt enim*, inquit S. Auguſtinus, *pro Martyre orare, cujus nos debemus orationibus commendari*. Idem dicendum de non Martyribus, qui Sanctorum catalogo inſcripti ſunt ab Eccleſia, & de infantibus poſt ſuſceptum baptiſma morientibus. (C)

S. Aug. Ser. 159. al. 17. de verbis Apoſtoli, n. 1.

C Non orat Eccleſia pro mortois infidelibus Hæreticis, Schiſmaticis, Apoſtatis, Excommunicatis, quorum excommunicatio denontiata eſt, ſi in excommonicatione mortui ſint, horum enim omoium certa damnatio, nec poſſunt damnatorum ſupplicia finem accipere vel levamen. (D)

D Orat Eccleſia pro omnibus omnino fidelibus in ſinu Eccleſiæ morientibus, ſive ſanctiſſime illi vixerint, (donec enim eorum ſanctitas fuerit ſolemni Eccleſiæ judicio aſſerta, eſt quod ipſa timeatur; *Judicia* quippe *Dei abyſſus multa*;) ſive male vixerint quidem, ſed ante mortem ſigna pœnitentiæ dederint; imo etiamſi morte præventi nolla dederint ſigna pœnitentiæ, modo non ſint exterius excommunicati: multum enim Eccleſia præſumit de divina miſericordia, & in dubio ſatius eſſe ducit orare pro omnibus, quam exponere ſe periculo non orandi pro iis quibus poſſet per orationes afferri ſolatium. (E)

I. Pro quibus maxime mortuis orandum eſt in die commemorationis omnium defunctorum?

R. Quemadmodum Eccleſia pridie celebrat feſtum Sanctorum omnium, & non alicujus San-

Matt. 5. 7. Domini promiſſionem, *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.*

Quod addit, *in illa die*, more ſuo diem judicii ſignificat; quam alibi vocat *Diem Domini*. Sed quomodo illa die, qua quisque recipiet ſecundum opera ſua, quidam inventuri ſint a Domino miſericordiam, quæri poteſt. Chryſoſt. & Theophylactus annotant Apoſtolum precari Oneſiphoro miſericordiam a Deo in die illa tremenda: quoniam, ut ajunt, multa miſericordia opus erit etiam omnibus Sanctis; & nemo niſi per miſericordiam ſalvabitur. Quo pertinet quod ſcribit Auguſtinus libro de correpr. & gratia capite 13. illo judicio ſanctis a Deo coronandis neceſſariam fore miſericordiam. Atque hæc nonnulli referunt ad remiſſionem peccatorum, illam quæ, etiam poſt hanc vitam, uſque ad extremi judicii diem, præſtatur iis qui cum pietate obdormierunt. Nam toto illo tempore judicium exercetur occultum, ſed cum miſericordia erga eos qui miſericordiam fecerunt, dum peccata eorum per ignem purgantur.

Verum huic ſenſui videtur obſtare quod Apoſtolus homini adhuc viventi potius optare debuiſſet remiſſionem peccatorum in hac vita, quam eam quæ pœnis purgatoriis intervenientibus datur poſt mortem. Hanc enim remiſſionem defunctis uperare ſolemus, non viventibus.

HECERUS *Comment. in 1. ad Corinth. cap. XV. verſ. 29. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgant?* Juxta Chryſoſtomum in memoriam illis reducit Apoſtolus, qua fide quibusque juramentis ad Baptiſmi gratiam ſint admiſſi… Simplicius tamen ac probabilius eſt quod intelligit aſſertque D. Ambroſius de quorundam conſuetudine, qui tam erant de ſecutura reſurrectione ſecuri, ut etiam mortuorum vice vivi baptizarentur, ſi qui forte ante Baptiſma morte fuiſſent præoccupati, metuentes ne aut male aut non reſurgerent: quorum non factum, ſed fixam de reſurrectione fidem Apoſtolus comprobat.

Quidam nobis fere coætaneus longam texit diſputationem, quo doceat in perſona nos mortuorum baptizari, cum quia vetus noſter homo in Baptiſmate demoritur, & novus exſurgit, cum quia in morte tingimur Filii Dei, juxta id quod hic idem habet Apoſtolus Col. 2. *Conſepulti in Baptiſmo, in quo & reſurrexiſtis per fidem operationis Dei*. Verum ego Ambroſianæ malim ſubſcribere ſententiæ.

GROTIUS *Comment in 1. Corint.* XV. 29. Eſt novum argumentum ex ritu tunc per Eccleſias recepto, unde appareat ab omnibus creditam reſurrectionem. Nam ſi quis in ſtatu κατηχουμένου eſſet mortuus, erat qui ipſius vice ac nomine baptizabatur, ſic mortui fidem apud Eccleſiam obſignans. Tertullianus de reſurrectione carnis, *Si autem baptizantur quidam pro mortuis, videbimus an ratione. Certe illa præſumptione hoc eos inſtituiſſe contendit, qua alii etiam carni vicarium baptiſma profuturum exiſtimarent ad ſpem reſurrectionis, quæ niſi corporalis non alias ſic baptiſmate corporali obligaretur. Quid & ipſos baptizari*, ait, *ſi non quæ baptizantur corpora reſurgunt?* Idem adverſus Marcion. *Quid*, ait, *facient qui pro mortuis baptizantur, ſi mortui non reſurgant? Viderit inſtitutio iſta. Kalendæ, ſi forte, Februariæ reſpondebant illi pro mortuis petere. Noli ergo Apoſtolum novum auctorem aut confirmatorem ejus denotare, ut tanto magis ſiſteret carnis reſurrectionem quanto illi qui vane pro mortuis baptizarentur fide reſurrectionis hoc facerent.* Ambroſius, aut quiſquis eſt qui ſub ejus nomine ad hunc locum legitur, *In tantum ſtabilem & ratam vult oſtendere reſurrectionem mortuorum ut exemplum det eorum qui tam ſecuri erant de futura reſurrectione, ut etiam pro mortuis baptizarentur, ſi quem mors præveniſſet; timentes ne aut male aut non reſurgeret qui baptizatus non fuerat; vivus nomine mortui tingebatur*. Unde ſubjecit: *Quid & baptizantur pro illis? Exemplo hoc non factum illorum probat, ſed fixam fidem in reſurrectione oſtendit*. Marcionitas hoc more uſos tum ex Tertulliani verbis intelligitur, tum aperte id dicit Chryſoſtomus, & poſt eum alii. Volebant autem videri Marcionitæ omnium quæ Paulus aut inſtituerat aut probaverat ſeduli ſectatores. Mirari hunc ritum eo minus debemus, quod nonnullis in locis ipſa mortuorum corpora ſint baptizata, ut apparet ex Canone qui aliis eſt 18. aliis 19. Concilii Carthaginenſis, nec minus mortuis corporibus data Euchariſtia, ut nos docet idem Canon Carthaginenſis, & 83. Synodi in Trullo habitæ. Credo autem inter alia uſurpatum illum vicarium Baptiſmum, ut Eccleſia pro defunctis oraret. Non ſolebant enim publicæ preces fieri pro Catechumenis, quamquam eleemoſynas pro eis licebat dare.

(B) S. AUGUST. *De cura gerenda pro mortuis ad Paulinum, cap. 1. num. 1.* Quærens a me utrum proſit cuique poſt mortem quod corpus ejus apud Sancti alicujus memoriam ſepelitur… dicis videri tibi non eſſe inanes motus animorum religioſorum atque fidelium pro ſuis iſta curantium. Adjungis etiam vacare non poſſe, quod univerſa pro defunctis Eccleſia ſupplicare conſuevit: ut hinc & illud conjici poſſit, homini prodeſſe poſt mortem, ſi fide ſuorum humando ejus corpori talis provideatur locus, in quo appareat opitulatio etiam iſto modo quæſita Sanctorum.

N. 2. … Quodam vitæ genere adquiritur, dum in hoc corpore vivitur, ut aliquid adjuvent iſta defunctos; ac per hoc ſecundum ea quæ per corpus geſſerunt, ei quæ poſt corpus religioſe illis facta fuerint, adjuvantur. Sunt enim quos nihil omnino adjuvant iſta, ſive pro eis fiant, quorum tam mala ſunt merita, ut neque talibus digni ſint adjuvari; ſive pro eis, quorum tam bona, ut talibus non indigeant adjumentis. Genere igitur vitæ, quod geſſit quisque per corpus, efficitur ut proſint vel non proſint, quæcumque pro illo pia fiunt, cum reliquerit corpus. Nam meritum per quod iſta proſint, ſi nullum comparatum eſt in hac vita, fruſtra quæritur poſt hanc vitam. Ita fit ut neque inaniter Eccleſia, vel ſuorum cura pro defunctis, quod potuerit religionis impendat; & tamen *ferat unusquisque ſecundum ea quæ per corpus geſſit, ſive bonum, ſive malum*, reddente Domino unicuique ſecundum opera ejus. Ut enim hoc, quod impenditur, poſſit ei prodeſſe poſt corpus, in ea vita adquiſitum eſt, quam geſſit in corpore.

Cap. 4. n. 6. Vide hocce §. lit. (E)

Cap. 18. n. 22. Vide infra hocce §. litt. (F)

(C) *Vide* S. AUGUST. *Lib. de cura gerenda pro mortuis hocce §. litt.* (B, E, F.) *Et Lib.* 20. *contra Fauſtum cap.* 21. *Vide ſupra §. 3. cap. 2. Sect. 3. hujuſce partis, litt.* (H)

(D) *Vide* S. AUG. *toto hocce §.*

(E) S. AUGUST. *De cura gerenda pro mortuis, cap. 4. nu. 6.* Cum itaque recolit animus ubi ſepulcrum ſit cariſſimi corpus, & occurrit locus nomine Martyris venerabilis, eidem Martyri animam dilectam commendat recordantis, & precantis affectus. Qui cum defunctis a fide-

Digitized by Google

Sancti ſpecialiter; ita hac die commemorationem agit omnium omnino fidelium defunctorum in genere. Orandum ergo hodie ex mente Eccleſiæ pro tota Eccleſia patiente: in alios dies rejiciendæ ſunt preces ſpeciales pro defunctis propinquis vel amicis.

I. Solisne precibus affertur ſolatium defunctis?

R. Orationum nomine Sacrificium comprehenditur, quod eſt orandi genus perfectiſſimum. Sed poteſt præterea eleemoſynis aliisque piis operibus fidelium defunctorum animabus afferri ſolatium. F (F)

§. 25. *De Feſto Dedicationis Eccleſiæ.*

I. Quid eſt dedicatio Eccleſiæ?

R. Eſt ſacer ritus quo ædificium aliquod ſolemniter ab Epiſcopo conſecratur, ut ſit domus orationis, & ſolius Dei cultui ſerviat. A (A)

I. Cur ritus ille tanta ſolemnitate peragitur?

R. Quia dedicatio Eccleſiarum typus eſt ſolemnis illius dedicationis Eccleſiæ Sanctorum, quæ fiet olim in cælis a Chriſto Pontifice. Rem explico.

Mira eſt inter ædificium materiale, quod hic conſecratur ab Epiſcopo, & ædificium ſpirituale, quod in cælo conſecrabitur a Chriſto, convenientia. Ædificium autem ſpirituale eſt ſocietas Sancto-
1. Part ſect. 2. c. 3. §. 2. rum quæ, ut alibi diximus, appellatur Eccleſia triumphans, Jeruſalem cæleſtis, civitas Dei. Jam ergo videamus quænam ſit inter utrumque genus ædificii convenientia.

Antequam ædificetur domus, diliguntur ſinguli lapides ab Architecto, ejuſque juſſu dolantur; dolati collocantur in ſuo quique loco, ex eorumque compactione fit ædificium, quod tandem conſecratur ab Epiſcopo, qui prius ipſe primum lapidem in fundamento ſolemni ritu poſuerat. Typum tenes. Rem ipſam hoc Typo adumbratam intellige.

PARS. II. SECT. IV. CAP. II. §. 25.

Ædificii ſpiritualis viri lapides nos ſumus, Deus Architectus. Nos per miſericordiam diligit & aſſumit in ædificium. Delectos lapides dolat in terra tunſionibus, præſſuris, ſacramentis, adhortationibus, præceptis, internis & externis auxiliis. Hujus ædificii lapis primarius & angularis Chriſtus in fundamento poſitus; ſuper hunc ceteri vivi lapides ædificantur: inter ſe connectuntur fidei & caritatis vinculo. Inchoatur jam ædificium, ſed non niſi poſt conſummationem ſæculorum, idque in cælis ſolum perficietur: tum quia caritas tunc ſolum ſuam habebit perfectionem; tum quia poſt generalem ſolum corporum reſurrectionem lapides omnes ſuum habebunt locum in ædificio. Interea ex iis lapidibus alii nondum formati, alii nondum aſſumpti ab Architecto, alii nondum politi, alii nondum ad locum ædificii transvecti, alii jam ſuum in ædificio locum occupant. In fine ſæculorum ſuum quisque locum juxta mentem Architecti habebit in ædificio, eritque perpetuus inter ſingulos lapides nexus. Tunc Chriſtus Pontifex conſecrabit ædificium in æternum ad Dei cultum & habitationem; id eſt offeret Chriſtus *Eccleſiam* ſuam Deo Patri *non habentem maculam aut rugam*; unum cum ea corpus in æternum erit; magnitudinemque & miſericordias Domini cantabit in æternum Eccleſia. (B) B

I. Quid ſibi volunt preces & ritus quibus dedicatur Eccleſia ab Epiſcopo?

R. Id

fidelibus cariſſimis exhibetur, eum prodeſſe non dubium eſt iis, qui cum in corpore viverent, talia ſibi poſt hanc vitam prodeſſe meruerunt. Verum & ſi aliqua neceſſitas vel humari corpora, vel in talibus locis humari nulla data facultate permittat, non ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum: quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana & Catholica ſocietate defunctis etiam tacitis nominibus eorum ſub generali commemoratione ſuſcepit Eccleſia; ut quibus ad iſta deſunt parentes, aut filii, aut quicumque cognati vel amici, ab una eis exhibeantur pia matre communi. Si autem deeſſent iſtæ ſupplicationes, quæ fiunt recta fide ac pietate pro mortuis, puto quod nihil prodeſſet ſpiritibus eorum quamlibet in locis ſanctis exanima corpora ponerentur.

Cap. 18. *n.* 22. *Vide lit. ſeq.* (F)

(F) S. AUGUST. *Lib. de cura gerenda pro mortuis c.*
2. Macc. 12. 43. 1. *num.* 3.... In Macchabeorum Libris legimus oblatum pro mortuis ſacrificium. Sed & ſi nuſquam in ſcripturis veteribus omnino legeretur, non parva eſt univerſæ Eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret auctoritas, ubi in precibus Sacerdotis quæ Domino Deo ad ejus altare funduntur, locum ſuum habet etiam commendatio mortuorum.

Cap. 18. *& ultimo, n.* 22. Quæ cum ita ſint non exiſtimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus, pervenire, niſi quod pro eis ſive altaris, ſive orationum, ſive eleemoſynarum ſacrificiis ſolemniter ſupplicamus: quamvis non pro quibus fiunt omnibus proſint, ſed iis tantum quibus dum vivunt comparatur ut proſint. Sed quia non diſcernimus qui ſint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, ut nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſſint & debeant pervenire. Melius enim ſupererunt iſta eis quibus nec obſunt nec proſunt, quam eis deerunt quibus proſunt. Diligentius tamen facit hæc quisque pro neceſſariis ſuis, quam pro illo fiant ſimiliter a ſuis.

S. BERNARD. *Serm.* 66. *in Cant. n.* 9. Videte detractores, videte canes. Irrident nos quod baptizamus infantes; quod oramus pro mortuis; quod Sanctorum ſuffragia poſtulamus. In omni genere hominum atque in utroque ſexu feſtinant proſcribere Chriſtum, in adultis, & parvulis, in vivis & mortuis. Hinc quidam infantibus ex impoſſibilitate naturæ, inde vero adultis ex difficultate continentiæ præſcribentes. Porro mortuos viventium fraudantes auxiliis, viventes nihilominus Sanctorum qui deceſſerunt ſuffragiis ſpoliantes, &c.

N. 11. (Hæretici Apoſtolici) non credunt ignem Purgatorium reſtare poſt mortem: ſed ſtatim animam ſolutam a corpore, vel ad requiem tranſire vel ad damnationem: Quærant ergo ab eo qui dixit quoddam peccatum eſſe, quod neque in hoc ſæculo, neque in futuro remitteretur, cur hoc dixerit, ſi nulla manet in futuro remiſſio, purgatiove peccati.

(A) *Lege quæ dicemus infra, ubi ritus conſecrationis Eccleſiæ explicabimus, hujuſce operis parte* 3. *ſect.* 2. *cap.* 8. §. 7. *&* 8.

(B) EPHES. II. 20. Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu: 21. in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino. 22. In quo, & vos coædificamini in habitaculum Dei in ſpiritu.

S. AUGUST. 336. *alias de temp.* 256. *cap.* 1. *num.* 1. Celebritas hujus congregationis, dedicatio eſt domus orationis. Domus ergo noſtrarum orationum iſta eſt, domus Dei nos ipſi. Si domus Dei nos ipſi, nos in hoc ſæculo ædificamur, ut in fine ſæculi dedicemur. Ædificium, immo ædificatio habet laborem, dedicatio exultationem. Quod hic fiebat, quando iſta ſurgebant, hoc fit modo cum congregantur credentes in Chriſtum. Credendo enim quaſi de ſilvis & montibus ligna & lapides præciduntur: cum vero catechizantur, baptizantur, formantur tamquam inter manus fabrorum, & opificum dolantur, collineantur, complanantur. Verumtamen domum Domini non faciunt, niſi quando caritate compaginantur. Ligna iſta & lapides ſi non ſibi certo ordine cohærerent, ſi non ſe pacifice innecterent, ſi non ſe invicem cohærendo ſibi quodam modo amarent; nemo huc intraret.

Cap. 5. *nu.* 5. *Exiſtimemus nos mortuos eſſe peccato, vivere autem Deo, in Chriſto Jeſu Domino noſtro.* Ergo in illo cantamus, in illo dedicati ſumus. Quo enim caput præceſſit, & membra ſecutura ſperamus. *Spe enim ſalvi facti ſumus: ſpes autem quæ videtur, non eſt ſpes; quod enim videt quis, quid ſperat? ſi autem quod non videmus ſperamus, per patientiam exſpectamus*, per patientiam ædificamur.

Cap. 6. *n.* 6. Ergo dum novam conſtructionem ſanctæ

hujus

hujus Eccleſiæ libenter attendimus, quam divino nomini hodie dedicamus, invenimus a nobis deberi & Deo noſtro maximam laudem ... Quod hic factum corporaliter videmus in parietibus, ſpiritualiter fiat in mentibus: & quod hic perfectum cernimus in lapidibus & lignis, hoc ædificante gratia Dei perficiatur in corporibus veſtris. Principaliter ergo gratias
Jac. 1. 17. agamus Domino Deo noſtro, a quo *eſt omne datum optimum & omne donum perfectum*; & ejus bonitatem tota cordis alacritate laudemus, quoniam ad conſtruendam iſtam domum orationis fidelium ſuorum viſitavit animum, excitavit affectum, ſurrogavit auxilium ... Hanc enim Eccleſiam, quam fecit nomini ſuo conſtrui, fecit etiam ſanctorum Martyrum reliquiis amplius honorari.

Serm. 337. alias 36. inter additos a Pariſienſibus, in dedicatione Eccleſ. a. c. 1. n. 1. .. Iſta ædificia, quæ congregandis religioſis cœtibus exſtruuntur, cum oculo carnis inſpexerit, laudat interius quod cernit exterius, & viſibili accipit lumine, ad quod gaudeat inviſibili veritate ... Retribuet ergo Dominus fidelibus ſuis tam pie, tam hilariter, tam devote iſta operantibus, ut eos quoque ipſos in ſuæ fabricæ conſtructione componat, quo currunt lapides vivi, fide formati, ſpe ſolidati, caritate compacti. Ubi ſapiens illa Architectus Apoſtolus fundamentum poſuit Chriſtum Jeſum
1. Cor. 3. 10. 1. Pet. 2. 4. ſummum *ipſum lapidem angularem ... ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum & honorificatum*. Huic adhærendo paramur huic incumbendo firmamur. Simul enim eſt & fundamentalis, quia ipſe nos regit; & angularis, quia ipſe conjungit. Ipſa eſt pe-
Mat. 7. 24. tra, ſuper quam vir ſapiens ædificans domum ſuam, contra omnes hujus ſæculi tentationes tutiſſimus perſeverat: nec pluvia irruente labitur, nec flumina inundante ſubvertitur, nec ventis flantibus commove-
Epheſ. 2. 23. tur. *Ipſe eſt & pax noſtra, qui fecit utraque unum.*

Cap. 2. num. 2. Itaque ſicut hoc ædificium viſibile factum eſt nobis corporaliter congregandis; ita illud ædificium, quod nos ipſi ſumus, Deo ſpiritualiter ha-
1. Cor. 3. 17. bitaturo conſtruitur. *Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos*. Sicut hoc terrenis molibus conſtruimur, ſic illud bene compoſitis moribus erigamus. Hoc enim nunc viſitantibus nobis, illud in fine ſæculi Domino
1. Cor. 15. 53. Phil. 3. 21. veniente dedicabitur, quando *corruptibile hoc* noſtrum *induet incorruptionem, & mortale hoc* noſtrum *induet immortalitatem*: quia *corpus humilitatis noſtræ conformabit corpori gloriæ ſuæ*... Cum ædificamur, gemit ei humilitas noſtra; cum autem dedicabimur, cantabit ei gloria noſtra: quia in ædificatione labor eſt, in dedicatione lætitia. Dum cæduntur de montibus lapides, & ligna de ſylvis, dum formantur, dolantur, coaptantur; labor & cura eſt: cum autem perfecti ædificii dedicatio celebratur, gaudium & ſecuritas laboribus curiſque ſuccedunt. Sic etiam ædificatio ſpiritalis, cujus habitator Deus, non ad tempus, ſed in æternum erit, dum ex infideli vita homines ſegregantur ad fidem; dum quidquid in eis non bonum atque perverſum eſt, amputatur & cæditur, dum fiunt aptæ, pacificæ, piæque juncturæ; quantæ tentationes timentur quantæ tribulationes ſuſtinentur? cum vero advenerit dies dedicationis domus æternæ, cum dice-
Mat. 25. 34. Coloſſ. 3. 2. tur nobis: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab initio mundi*: quæ illa exultatio, quæ ſecuritas erit?

Cap. 4. num. 4. Eia ergo, Fratres, ... *Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſunt terram*. Ideo enim & Chriſtus fundamentum noſtrum ibi poſitus eſt, ut ſurſum verſus ædificemur. Sicut enim terrenis molibus conſtruendis, quarum gravia corpora non utique niſi ad ima devergunt, in imo ponitur fundamentum: ſic nobis e contrario ſurſum eſt poſitus lapis ille fundamentalis, ut ſurſum nos rapiat etiam pondera caritatis
1. Petr. 2. 5. .... *Et tamquam lapides vivi coædificamini in Templum Dei*. Tamquam ligna imputribilia de vobis ipſis facite domum Dei. Conquadramini, dolamini, in laboribus, in neceſſitatibus, in vigiliis, in negotiis, ad omne opus bonum paramini ut in æterna vita velut compage ſocietatis Angelorum requieſcere mereamini.

Cap. 5. n. 5. Nunc tamen ſit bonum temporale opus veſtrum, ut æterna ſit merces veſtra. Nunc fidei ſpeique domum ſpiritali dilectione conſtruite in omni opere bono... Fundamenta ergo in cordibus veſtris Apoſtolica, & Prophetica monita jacite, humilitatem veſtram ſicut pavimentum ſine offenſione proſternite; ſalutarem in veſtro corde doctrinam orationibus, & ſermonibus tamquam firmis parietibus communite, divinis eos teſtimoniis tamquam luminaribus illuſtrate, infirmos ſicut columnæ ſufferte, inopes ſicut tecta protegite; ut Dominus Deus noſter pro temporalibus bonis æterna reſtituat, & vos in æternum perfectos dedicatoſque poſſideat.

Lib. 17. de civ. Dei, c. 8. n. 2. & 3. vide ſupra Part. 1. ſect. 1. cap. 4. §. 17. litt. (E)

S. BERNARD. *Serm. 1. in dedicatione Eccleſiæ, nu. 1.* Feſtivitas hodierna, Fratres, tanto nobis debet eſſe devotior, quanto familiar eſt. Nam ſic nobis eſt propria, ut neceſſe ſit, vel a nobis eam, vel a nomine celebrari. Noſtra eſt, quia de Eccleſia noſtra: magis autem noſtra, quia de nobis ipſis..... Quid enim lapides iſti potuerunt ſanctitatis habere, ut eorum ſolemnia celebremus? Habent utique ſanctitatem, ſed propter corpora veſtra. An vero corpora veſtra ſancta eſſe quis dubitet, quæ templum ſancti Spiritus ſunt, ut ſciat unuſquiſque poſſidere vas ſuum in ſanctificatione? Itaque ſanctæ ſunt animæ propter inhabitantem ſpiritum Dei in vobis; ſancta ſunt corpora propter animas; ſancta eſt etiam propter corpora domus.

N. 4. In nobis proinde ſpiritualiter impleri neceſſe eſt, quæ in parietibus viſibiliter præceſſerunt. Et ſi vultis ſcire hæc utique ſunt: aſperſio, inſcriptio, inunctio, illuminatio, benedictio. Hæc quidem in hac viſibili domo fecere Pontifices, hæc *Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum* inviſibiliter quotidie operatur in nobis. Primo ſiquidem aſpergit nos hyſſopo, ut mundemur, lavemur, dealbemur... Lavat, inquam, nos in confeſſione, lavat nos lacrymarum imbre, lavat ſudore pœnitentiæ: magis autem lavat nos aqua illa pretioſiſſima, quæ de fonte pietatis, id eſt ab ejus latere, emanavit... Non ſolum autem, ſed inſcribit *digito Dei, in quo ejiciebat dæmonia*, haud dubium quia in Spiritu ſancto. Inſcribit, inquam, legem ſuam non jam in lapide, ſed *in tabulis cordis carnalibus*, propheticam implens promiſſionem, qua ſe pollicitus eſt ablaturum *cor lapideum, & carneum cor* eſſe daturum, id eſt, non durum, non obſtinatum, non Judaicum, ſed pium, ſed manſuetum, ſed tractabile, ſed devotum. Heb. 11. 11. Luc. 11. 20. 2. Cor. 3. 3. Ezec. 11. 19.

N. 5. Unde neceſſe eſt ut unctio ſpiritualis gratiæ adjuvet infirmitatem noſtram, obſervantiarum iſtarum & multimodæ pœnitentiæ cruces, devotionis ſuæ gratia liniens: quia nec eſt ſine cruce ſequi Chriſtum; & ſine unctione crucis aſperitatem ferre quis poſſet? Hinc eſt quod multi abominantur & fugiunt pœnitentiam, crucem quidem, videntes, ſed non etiam unctionem.... At poſtquam unctio gratiæ hujus præceſſerit, jam *lucernam ſuam Chriſtus non ponit ſub modio, ſed ſuper candelabrum*: quia tempus eſt *ut luceat lux noſtra coram hominibus, & videant opera noſtra bona, & glorificent Patrem noſtrum qui in cœlis eſt*. Luc. 11. 33. Mat. 6. 16.

N. 6. Jam vero benedictionem quidem expectamus in fine; quando aperiet *manum ſuam & implebit omne animal benedictione*.... Nam in quatuor præmiſſis merita conſtant, in benedictione ſunt præmia. In benedictione tota complebitur gratia ſanctificationis, quando jam in domum tranſibimus non manufactam æternam in cælis. Ipſa eſt quæ conſtruitur vivis ex lapidibus, Angelis ſcilicet & hominibus. Simul animæ ædificatio & dedicatio ipſa complebitur. Disjuncta nimirum ligna, & lapides domum non faciunt, nec in eis habitare quis poteſt; ſola vero conjunctio domum facit. Sic cæleſtium ſpirituum perfecta unitas, ſine ulla ſibi diviſione connexa integram & congruam Deo reddit habitationem, quam ineffabiliter beatificat inhabitans gloria majeſtatis. Pſ. 144. 16.

N. 7. Verum quia cohærere quidem ſibi domum illam & perfecte connexam eſſe jam diximus, ſupereſt ut juncturam & connexionem ipſum aliquatenus exprimamus. Legimus in Iſaja: *Glutino bonum eſt*. Duplici igitur ſibi cohærent lapides illi glutino, cognitionis plenæ, & perfectæ dilectionis. Tanto ſiquidem majori ad ſe invicem dilectione copulantur, quanto ipſi caritati, quæ Deus eſt, viciniores aſſiſtunt. Iſai. 41. 7.

Ivo Carnotenſ. Epiſcop. *Serm. 4. de ſacramentis dedicationis?* Quoniam ad dedicationem præſentis baſilicæ hodie devote conveniſtis, oportet ut, quod in his ſanctis manufactis fieri videtis, totum impletum eſſe in vobis cognoſcatis. Primo enim manibus Patrinorum ad Eccleſiam fuiſtis allati, & Sacerdotibus vel Exorciſtis ad

caibe-

Digitized by Google

R. Id explicabimus in tertia parte hujus operis.

I. Cur celebratur quotannis memoria dedicationis Eccleſiæ?

R. Celebratur & ratione ædificii materialis, & ratione ædificii ſpiritualis, de quo mox diximus. (C) C

Ratione ædificii materialis; ut agantur gratiæ Deo, qui adeſſe non dedignetur templis noſtris, ibique preces noſtras exaudire, & paſcere nos tum gratia ſua, tum verbo ſuo, tum Chriſti filii ſui carne & ſanguine. (D) D

Ratione ædificii ſpiritualis; ut meminerimus eſſe nos templum Dei, vocarique in partem ædificii cæleſtis, hujusque ſpei intuitu perferenda eſſe omnia adverſa, quia his adverſis veluti per manum artificis ex mandato Architecti perpoliti aptamur ad ædificium. (E) E

I. Cur tot accenduntur hodie juxta parietes templi luminaria?

R. 1. Ut ſic *glorıemur in ſpe gloriæ filiorum Dei*; id eſt, ut ſignificemus hoc lumine lætitiam de vocatione noſtra ad æternam Chriſti ædificium: ſimulque profiteamur quemadmodum hæc lumina in honorem Domini accenſa conſumuntur, ita & nos paratos eſſe noſtra omnia vitamque ipſam pro Dei honore profundere. Pars. II. Sect. IV. Cap. II. §. 25.

2. Lumina hæc juxta parietes accenſa typum gerunt Apoſtolorum, quos Chriſtus appellavit lucem mundi, & Paulus fundamenta Eccleſiæ. (F) Hæc fuſius alibi explicabimus. Epheſ. 11. 20. F

I. Quid agendum in hoc feſto ex mente Eccleſiæ?

R. 1. Cogitandum quanta debeatur reverentia templis quibus Deus ipſe adeſt.

2. Adeoque diligendus decor domus Dei, & ejus exteriori ornamento libenter providendum.

3. Cum ſit Eccleſia conſecrata ſpecialiter in domum orationis, orationes ibi fundendas libentius & frequentius. (G) G

4. Videndum ne violetur templum Dei quod nos ſumus.

5. Orandus Deus ut det nobis miſericorditer locum in ædificio cæleſti, & interea hic urat, hic ſecet, modo parcat & in æternam parcat. (H) H

catechizandum oblati. Qui dum vos catechizarent, dum Chriſti legibus initiarent, de maſſa antiqua prævaricatione corrupta præcidebant: & ipſa fidei profeſſio & pravorum morum abrenunciatio, quæ a vobis exigebatur, interiorem parturiebat in vobis novitatem, qua Chriſti imaginem de cælo portaretis, renati per gratiam, ſicut *antea portaveratis imaginem terreni* parentis, ex eo geniti per naturam. Hic documentis inſtructi acceſſiſtis ad aquam, & fonte ſalutis abluti eſtis, ubi ſecundum Apoſtolum per trinam merſionem *Chriſto conſepulti eſtis*: at quemadmodum ipſe ſemel carne eſt mortuus *& reſurgens ex mortuis, jam non moritur*: ita vos e peccatis abluti & prima reſurrectione regenerati, morti animæ, id eſt, peccato, non ſubjiciamini. Deinde oleo ſancto uncti fuiſtis in capite, ut caritas, quæ per Spiritum ſanctum datur, ſemper abundet in corde ... Accepiſtis etiam oleum ſanctum in pectore, ut vigeret in corde veſtro ſapientia. Accepiſtis & in humero dextro, ut in exercitiis bonorum operum indeficiens ferveret patientia ... Quia vero in humeris vigor conſtat portandi oneris, hujus partis unctione Chriſti athletæ dedicati eſtis ut ſcietis vos ad certamen eſſe vocatos, & per totum vitæ veſtræ curriculum contra antiquum hoſtem publicis & privatis congreſſionibus eſſe pugnaturos. Data eſt vobis ad ultimum veſtis candida, caput & membra cooperiens, quæ candore ſuo figuram præferebat acceptæ novitatis & ſpem futuræ immortalitatis, ad quam de ſpe ad ſpeciem venietis, ſi cum veſte candida, id eſt, vitæ innocentia ad nuptias Regis intraveritis. His ergo ſacramentis initiati & confirmati, facti eſtis templum Dei vivi fundati in fide, ſuperædificati in caritate, cumulati ſpe de promiſſa æternitate.

1. Cor. 15. 49.

Rom. 6. 4.

Ibid. 9.

Lapides qui ad hanc fabricam ædificandam comportati ſunt, aut de montibus ſunt præciſi, aut de locis ſubterraneis eruti, aut de agris collecti. Adhibita eſt dehinc cæmentariorum manus, quæ tundente frequenter ferro, ſuperjecta regula, ſcrupuloſitatem & informitatem lapidum complanaret, & ad debitam quadraturam, qua majores minoribus in paritate comparari poſſent, artis ſuæ diſciplina perduceret. Videmus hoc in ſancto Dei templo ſpiritualiter impleta, cum vos de omni genere hominum, ſublimium, humilium, mediocrium ad audiendum verbum vitæ conveniſtis, & cæleſtis diſciplinæ dolabro fortitudinem veteris vitæ deponere voluiſtis, ut in Dei beneficio tamquam perpoliti lapides ordinari poſſetis, ubi jam non aſpernaretur nobilis ignobilem, dives pauperem, quem cognoſceret ſecum in cælis eumdem habere Patrem. Addita eſt etiam complanatis lapidibus, cum in parietibus ad ordinem unius lineæ collocarentur, ſicut noſtris, cæmenti glutinoſa tenacitas, quæ lapides invicem conſtringeret, & ab impoſito ſibi ordine ſeparari non permitteret... & hoc in templo non manufacto fieri videmus, cum eos quos congregavit fidei unitas, ligat indiſſolubilis caritas: ne indignetur major de prælatione minoris, ne conqueratur major de correptione minoris. Cum dicat Apoſtolus: *Invicem onera portate & ſic adimplebitis legem Chriſti*. Ipſum templum primum ſuo modo & ſuo ordine baptizamus. Galat. 6. 2.

(C) *Vide ſupra hocce §. lit.* (B) SS. AUG. & BERNARD. *locis citatis.*

(D) DEUTERON. IV. 7. Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris.

3. REG. VIII. 39. Tu exaudies in cælo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies ut des unicuique ſecundum omnes vias ſuas, ſicut videris cor ejus (quia tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum.)

(E) *Vide* AUGUST. *Serm.* 336. *&* 337. *ſupra hocce §. lit.* (B)

(F) EPHES. II. 20. Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum.

(G) S. BERNARD. *Serm.* 4. *in dedicat. Eccleſ. n.* 4. Licet enim parietes hos & dici ſanctos, & eſſe faciat conſecratio Epiſcoporum, frequentatio Scripturarum, inſtantia orationum, reliquiæ Sanctorum, viſitatio Angelorum: minime tamen eorum ſanctitas propter ſe credenda eſt honorari, quos nec propter ſe certum eſt ſanctificari. Quinimo ſancta eſt propter corpora domus, corpora propter animas, animæ propter Spiritum inhabitantem.

Serm. 6. de dedicat. Eccleſ. n. 1. Domeſtica nobis celebritas dedicatio domus noſtræ ... Noſtra ſiquidem illa aſperſio, noſtra illa benedictio, noſtra conſecratio fuit. Jacob, & dormiens *vidit deſcendentes Angelos & aſcendentes*. Parum eſt hoc; etiam Dominum Angelorum adeſſe teſtatus eſt, dicens: *Vere Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam*. Miratur enim gratiam, & dignationis magnitudinem expaveſcit. Quam terribilior eſt iſte locus, quam evidentius certiusque Dominus eſt in loco iſto: ubi nimirum non modo duo aut tres, ſed tam multi in ipſius congregati nomine perſeverant. Nemo jam neſciat, nemo veſtrum ignoret. Terribilis plane locus & dignus omni reverentia, quem fideles viri inhabitant; quem Angeli ſancti frequentant: quem ſua quoque præſentia Dominus ipſe dignatur. Gen. 28. 12. Ibid.

N. 2. Ibi vere eſt, & vere Dominus eſt, ubi in ejus nomine Angeli ſimul & homines congregamur.

N. 3. Ceterum in loco iſto vere Dominus eſt, ſi tamen ſerviamus ei in ſpiritu & veritate ... Nos quomodo hic eſſe debemus, in quanta reverentia ſtare in loco iſto, ubi Deus eſt operans & ſervans.

(H) S. AUGUST. *Serm.* 336. *&* 337. & S. BERNARD. *Serm.* 1. *de Dedicatione Eccleſiæ. Vide ſupra hocce §. lit.* (B).

I. Eſtne veteri in more poſitum ut Eccleſiæ dedicentur?

R. Juſſu Dei ipſius facta eſt dedicatio templi Jeroſolymitani. Hunc eumdem ritum uſurpavit Eccleſia, ubi primum ipſi licuit templa conſtruere. Quidquid enim ad publicum religionis uſum deſtinatur, id Eccleſia ex Apoſtolica traditione benedixit ſemper, & ſolemni ritu conſecravit: Quanto magis Eccleſias? (I) I

I. Cujus rei typus fuit dedicatio templi Jeroſolymitani?

R. Ejuſdem rei, cujus noſtrarum Eccleſiarum dedicatio: id eſt, typus dedicationis templi cæleſtis (K) K

CAPUT TERTIUM.

De ſecundo Eccleſiæ Præcepto, ſcilicet de audiendo Sacro diebus Dominicis & Feſtis, & de Miſſa Parochiali.

I. Quodnam eſt alterum Eccleſiæ præceptum?

R. Ut ſingulis diebus Dominicis & feſtis feriatis, ſinguli fideles pie interſint integræ (A) Miſſæ. A

I. Eſt

(I) *Id fuſe probare conabimur in 3. parte hujus operis, ubi* de ritibus conſecrationis Eccleſiæ *agemus, ſect. 2. cap.* 8. §. 7.

(K) *Vide hæc ſupra part.* 1. *ſect.* 1. *cap.* 4. §. 17.

(A) CONC. AGATHENSE *can.* 47. *ann.* 506. *ſub Symmacho Papa*. Miſſas die Dominico a ſæcularibus totas teneri ſpeciali ordinatione præcipimus: ita ut ante benedictionem Sacerdotis egredi populus non præſumat. Qui fecerint, ab Epiſcopo publice confundantur.

CONC. AURELIAN. I. *can.* 26. *ann.* 511. *ſub Symmacho Papa*. Cum ad celebrandas Miſſas in Dei nomine convenitur, populus non ante diſcedat, quam Miſſæ ſolemnitas compleatur, & ubi Epiſcopus fuerit, benedictionem accipiat Sacerdotis.

S. CÆSARIUS *Hom.* 80. *in append. tom.* 5 S. Aug *Serm.* 281. *n.* 1. Rogo vos, Fratres cariſſimi, & paterna pietate commoneo, ut quotiens, aut in die Dominico, aut in aliis majoribus feſtivitatibus Miſſæ fiunt, nullus de Eccleſia diſcedat, donec divina myſteria compleantur; & quamvis multi ſint, de quorum fide & devotione gaudeamus, ſunt tamen plures minus de ſalute animæ ſuæ cogitantes, qui lectis divinis lectionibus ſtatim de Eccleſia foras exeunt. Cum tamen etiam dum ipſæ lectiones leguntur aliqui ex illis ita otioſis & ſæcularibus fabulis occupantur, ut eas nec ipſi audiant, nec alios audire permittant: iſti tales minus a nobis culparentur ſi ad Eccleſiam non venirent: quia illi probantur amplius Deum lædere, ubi peccatorum poterant indulgentiam promereri.

N. 2. Non tunc Miſſæ fiunt quando divinæ lectiones in Eccleſia recitantur, ſed quando munera offeruntur, & corpus vel ſanguis Domini conſecratur. Nam lectiones ſive Propheticas, ſive Apoſtolicas, ſive Evangelicas etiam in domibus veſtris aut ipſi legere, aut alios legentes audire poteſtis: conſecrationem vero Corporis vel Sanguinis Domini non alibi niſi in domo Dei audire, vel videre poteritis. Ideo qui vult Miſſas ad integrum cum lucro animæ ſuæ celebrare, uſquequo oratio Dominica dicatur & benedictio populo detur, humiliato corpore, & compuncto corde ſe debet in Eccleſia continere ... Si ergo etiam illi periclitantur qui intus ſunt ... quid de ſe cogitant illi quos aut inſatiabilis cupiditas, aut amor ſæculi iſtius ita detinet implicatos, ut eos unius horæ momento ſtare in Eccleſia non permittat? Quibus non ſufficit quod per totam hebdomadam aut pro neceſſitate, aut forte, quod verius eſt, pro cupiditate jugiter occupantur: adhuc inſuper poſt unius aut duarum horarum ſpatium, quo videntur magis corpore quam corde ad Eccleſiam convenire, mittentes dorſa ſacrificiis vel Sacerdotibus Dei, ad amplexandam voluptatem ſæculi hujus ſine mora aliqua revertuntur. Qui non agnoſcentes quid exſpectant, quid relinquant, ſequuntur tenebras, & deſerunt lucem; amplectuntur umbram, & deſpiciunt veritatem; dimittunt dulcedinem Chriſti, & requirunt amaritudinem mundi, diligentes vanitatem & quærentes mendacium. Vere ignorat quantum boni in celebrandis Miſſis agitur, qui de Eccleſia feſtinus egreditur.

N. 3... Quare de ſpirituali & divino convivio cito diſcedimus? .. Hoc ideo facimus, quia nec de cibo animæ curamus, nec Deum timemus, nec hominem reveremur. Et quia, Deo propitio ... multi inveniuntur qui cum grandi compunctione uſque quo benedictio ſuper populum detur, de Eccleſia non diſcedunt, & humiliter orare non ſolum pro ſe, ſed & pro aliis non deſiſtunt. Illis quibus tantam compunctionem Deus dedit, ut in Eccleſia perſeverent, retribuet mercedem; eos vero, qui negligentes ſunt, juſto judicio damnabit. Et ideo, Fratres, monete eos, qui nec orationem Dominicam dicere, nec benedictionem accipere volunt: & non deſinatis caſtigare, dicentes & diſtrictiſſime comminantes, quia nihil eis prodeſt quod divinas lectiones audiunt, ſi antequam divina myſteria compleantur abſcedunt. Illis autem qui in publicis neceſſitatibus occupantur, & eis qui aliqua infirmitate prohibente exſpectare non poſſunt, imputare non poſſumus nec debemus. Ipſi tamen videant in conſcientia ſua, utrum eos neceſſitas retrahat, an voluntas.

N. 4. Unde iterum atque iterum rogo pariter & conteſtor, ut omni die Dominico, & præcipue in majoribus feſtivitatibus, donec divina myſteria compleantur, nullus de Eccleſia diſcedat... Vere dico, Fratres, ſatis durum, & prope nimis impium eſt, ut Chriſtiani non habeant reverentiam diei Dominico, quam Judæi obſervare videntur in ſabbato. Cum enim ipſi infelices ita ſabbatum obſervent, ut in eo nihil terreni operis exercere præſumant; quanto magis illi qui non auro, non argento, ſed pretioſo ſanguine Chriſti redempti ſunt, debent attendere pretium ſuum, reſurrectionis die Deo vacare, de ſalute animæ ſuæ attentius cogitare. Ad extremum ſi toto die Dominico lectioni inſiſtere & Deo ſupplicare negligimus, non leviter in Deum peccamus; quantum mali eſt, ſi vel unius, vel duarum horarum ſpatio, dum divina myſteria celebrantur, in Eccleſia ſtandi patientiam non habeamus.

N. 5. Unde iterum rogo, ut nullus ex vobis de Eccleſia diſcedat, niſi cum divina myſteria ad integrum fuerint celebrata. Et ita vos in Eccleſia continete, ut nullus ex vobis otioſis aut terrenis ſe fabulis ſtudeat occupare.

Homil. 81. *in Append. tom.* 5. S. Aug. *E. B. Serm.* 282. *n.* 1. Si velletis agnoſcere & diligenter attendere, Fratres cariſſimi, quantus dolor & quanta amaritudo ſit in animo meo, quando vos video Miſſas ad integrum perexſpectare non velle; & in vobis & in me poteratis habere miſericordiam. Qui enim intelligit quid in Eccleſia agitur quando divina myſteria celebrantur, agnoſcit quantum malum faciunt illi qui de Eccleſia, non expletis Miſſis, ſine aliqua grandi neceſſitate diſcedunt. Et ideo ſi & me de tribulatione animæ liberare, & vos de peccato vultis abſolvere, nolite me contemnere ſupplicantem; timentes illud quod de Sacerdotibus Dominus dixit, *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit*. Nam qui de Eccleſia, non perexſpectatis Miſſis, cito diſcedere nec metuit nec erubeſcit, dupliciter ſe peccare non dubitet, dum divina myſteria deſerit, & Sacerdotem pro ſe ſollicitum contriſtat & deſpicit. Si ad exercenda aliqua terrena & laborioſa opera vos invitaret humilitas noſtra, credimus quod omnis obedientiam præſtaret caritas veſtra. Cum vero non ad terrena, ſed ad cæleſtia, nec ad temporalia, ſed in æternum animæ profutura vos ſtudia provocamus, nec aliqua lucra tranſitoria requirimus, ſed ad cæleſtes theſauros vos invitamus: conſiderate in quo periculo remaneant, qui nobis obedientiam accommodare diſſimulant. *Luc.* 10. 16.

N. 3.

I. Eſtne jam diu hoc ab Eccleſia præceptum?

R. Jam a primis Eccleſiæ ſæculis. (B) Patet ex Actibus Apoſtolorum conveniſſe jam tum Chriſtianos prima die cujuſcumque hebdoma-

N. 5. Et ideo vos, quibus Deus & timorem & amorem ſuum conferre dignatus eſt, & cum grandi compunctione ad Eccleſiam convenitis, eos qui venire huc uſque aut noluerunt, aut forte non potuerunt, frequentiſſime caſtigate, monentes eos & ſalubre conſilium dantes, ut illud timeant quod ſcriptum eſt, *Impedimenta mundi hujus fecerunt eos miſeros.* Non enim dicimus ut non debeant eſſe ſolliciti de victu & veſtitu ſuo: ſed hoc rogamus, ut unius aut duarum horarum ſpatio, dum lectiones leguntur, vel divina myſteria celebrantur, de Eccleſia non diſcedant; & vel tantum laborent pro anima ſua, quantum pro carne ſua laborare contendunt. Et quamvis multo amplius animæ quam carni debeant providere: quia melior eſt illa quæ ad imaginem Dei facta eſt, quam illa quæ de limo terræ formata eſt: nos tamen ad præſens hoc ſuademus, ut eis vel æqualiter quod opus habent providere contendant; carni præparent quod parvo tempore ſufficiat in hoc mundo, & animæ quod ſine fine opus eſt in æternum.

Serm. 82. *in Appendice tom.* 5. S. Aug. *E. B. Serm.* 283. *num.* 1... Gaudeo, Fratres dilectiſſimi, & Deo gratias ago, quia vos ad audiendas lectiones divinas video ad Eccleſiam fideliter currere. Sed ſi & profectum veſtrum & gaudium noſtrum complere ad integrum vultis, maturius convenire debetis. Nam in tam prolixis noctibus, quem non infirmitas detinet, non ſine reatu animæ ſuæ tardius ad Eccleſiam venit. Rogo vos, fratres, ſi ſutores, aurifices, fabri, vel reliqui artifices maturius vigilant, ut poſſint corporis neceſſaria providere; nos non debemus ante lucem ad Eccleſiam ſurgere, ut peccatorum indulgentiam mereamus accipere?.. Et ideo rogo vos, ut maturius veniatis, & cum veneritis, magis orare & pſallere, quam otioſis vos vel ſæcularibus ſtudeatis fabulis occupare. Qui enim ad Eccleſiam veniens verboſari voluerit, melius illi fuerat non veniſſe: quia dum ſe infructuoſis fabulis occupat, nec ipſe pſallit, nec alios pſallere, aut lectiones audire permittit. Qui talis eſt etſi cum parvo peccato ad Eccleſiam venit, cum majori ad domum propriam redit: quia ibi ſe verboſando ſtuduit vulnerare, ubi pſallendo, vel orando & ſibi & aliis medicamenta potuit providere.

N. 2. Ante omnia, Fratres cariſſimi, quoties orationi incumbimus, cum ſilentio & quiete ſupplicare Deo debemus: quia quicumque voluerit cum alta voce orare, omnibus juxta ſe ſtantibus orationis fructum videtur auferre. Rugitus tantum & ſuſpiria, vel gemitus audiantur. Nam oratio noſtra talis eſſe debet, qualis fuiſſe legitur ſanctæ Annæ matris beati Samuelis: ſic

1. Reg. 1. 10. & 13. enim de illa ſcriptum eſt, *quia flens orabat. Et labia ejus tantummodo movebantur, & vox penitus non audiebatur.* Audiant hæc omnes, & imitentur præcipue

Pſ. 37. 2. illi qui ita alta garrulitate ſine ulla verecundia cum ſtrepitu vocis orant, ut juxta ſe alios orare non permittant. Oremus ergo cum ſuſpirio, rugitu, vel gemitu, ſecundum illud propheticum: *Rugiebam a gemitu cordis mei.* Oremus non voce ſonante, ſed conſcientia ad Deum clamante.

N. 3. Orantes... quantum poſſumus, adjuvante Domino laboremus, ut nulla nobis extranea cogitatio ſubrepere poſſit; ne forte aliquid habeamus in corde, & aliud proferamus ex ore; ne forte dum lingua Deum rogat, cogitatio in rebus variis occupata ab oratione ſenſu diſcedat; & inde adquirat peccatum, unde potuit habere remedium ... Ideo unusquiſque antequam in oratione procumbat, omnes cogitationes ſuperfluas ab animi ſui intentione Deo auxiliante repellat: ut anima noſtra ſancti Spiritus fervore ſuccenſa, omne vitium compunctionis vel orationis igne conſumat.

N. 4.. Quantum mali erit... ſi in oratione poſiti, cupiditatem, ſi otium, ſi iracundiam, ſi luxuriam vel adulteria... ante cordis noſtri oculos proponamus.

CAN. Quando. *De conſecratione, diſtinct.* 1. *cap.* 70. Quando autem ſtamus ad orationem, Fratres dilectiſſimi, vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus: cogitatio omnis carnalis, & ſæcularis abſcedat: nec quidquam tunc animus quam id ſolum cogitet, quod precatur. Ideo & Sacerdos ante orationem præfatione præmiſſa parat fratrum mentes, dicendo: *Surſum corda*, ut dum reſpondet plebs *habemus ad Dominum*, admoneatur nihil ſe aliud, quam Dominum cogitare debere. Claudatur contra adverſarium pectus, & ſoli.

Cap. Dolentes. *Extra de celebrat. Miſſar. &c. l.* 3. *tit.* 41. *cap.* 9. Dolentes referimus,... ſunt & alii qui Miſſarum ſolemnia vix celebrant quater in anno, (& quod deterius eſt) intereſſe contemnunt: & ſi quando cum hæc celebrantur interſint, chori ſilentium fugientes, intendunt exterius collocutionibus Laicorum: dumque auditum ad indebitos ſermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad divina. Hæc igitur & ſimilia ſub pœna ſuſpenſionis penitus inhibemus, diſtricte præcipientes in virtute obedientiæ, ut divinum officium nocturnum pariter & diurnum, quantum eis dederit Deus, ſtudioſe celebrent pariter & devote.

Vide inſuper quæ diximus exponendo ſacrificium Miſſæ, *hujuſce operis part.* 3. *ſect.* 2. *cap.* 7. §. 20. & CONCIL. BURDIGAL. *infra hocce* §. *litt.* (G)

(B) S. JUSTIN. Mart. *Apolog.* II. *pag.* 98. Et Solis, qui dicitur, die, omnium qui vel in oppidis vel ruri degunt, in eumdem locum conventus fit: & Commentaria Apoſtolorum aut ſcripta Prophetarum, quoad tempus fert leguntur. Deinde, lectore quieſcente, Præſidens orationem, qua populum inſtruit, & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur, habet. Sub hæc conſurgimus communiter omnes & precationes profundimus: &, ſicut retulimus, precibus peractis panis offertur, & vinum, & aqua: & Præpoſitus itidem, quantum pro viribus ſua poteſt, preces & gratiarum actiones fundit; & populus fauſte acclamat, dicens: *Amen.* Et diſtributio communicatioque fit eorum, in quibus gratiæ ſunt actæ, cuique præſenti; abſentibus autem per Diaconos mittitur... Solis autem die communiter omnes conventum agimus: quandoquidem is primus dies eſt quo Deus tenebris & materia, quam prius creaverat, verſa mundum effecit; & Jeſus Chriſtus ſervator noſter eo ipſo die a mortuis reſurrexit. Pridie enim Saturni diei, ille in crucem actus eſt: & poſtridie ejuſdem, qui ſcilicet Solis eſt dies, Apoſtolis & Diſcipulis ſuis apparuit.

S. LEO *Epiſtol.* II. *alias* 81. *ad Dioſcor. Alexandr. c.* 1. *Vide ſupra* §. 1. *cap* 4. *ſect.* 3. *hujuſce part. litt.* (C) Et S. CÆSARII *Homil.* 80. *Vide ſupra hocce* §. *litt.* (A)

In Comment. CLERI GALLIC. *tom.* 4. *de Cultu div. part.* 3. *tit.* 2. *cap.* 1. §. 1. *ex* CONSTIT. APOST. *lib.* 2. *cap.* 59. Die Dominica qui eſt dies Reſurrectionis, ſtudioſius Templum Domini adite, ut Deum laudibus celebretis, qui fecit omnia per Chriſtum, quem ad nos miſit, & pro nobis mori permiſit, & a mortuis excitavit; quid enim apud Deum excuſare poterit, qui eo die ad audiendum verbum Dei ſalutare de reſurrectione non convenit? Quo quidem die precationes tres ſtantes facimus, memores ejus qui poſt triduum reſurrexit, in quo item adhibentur, lectio Prophetarum, Evangelii prædicatio, oblatio ſacrificii, & ſacri cibi donum.

Ex S. IGNATII *Epiſt. ad Magn.* Omnis Chriſti amator Dominicum celebret diem Reſurrectioni conſecratum Dominicæ, reginam & principem omnium dierum. Deo pateat, nec ſe hoſtem Dei, tempore orationis adire patiatur.

Ex EUSEB. CÆSAR. *Lib.* 4. *de vita Conſtant. cap.* 18. Diem vero precationibus congruum haberi conſtituit, eum qui primus eſt & caput ceterorum, & qui revera Dominicus eſt ac ſalutaris... Atque ob hanc cauſam cunctis ſub Imperio Romano degentibus præcepit, ut Dominico die feriarentur; utque diem qui eſt pridie ſabbati ſimiliter honorarent: in memoriam, ut videtur, earum rerum quæ a communi omnium Servatore illis diebus geſtæ eſſe perhibentur.

Ex SOZOM. *Hiſt. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 8. Die Dominico quem Hebræi quidem primum ſabbati appellant, Gentiles vero Soli conſecraverunt, & eo qui ſabbatum antecedit: cunctos a judiciis, aliiſque negotiis feriari præcepit, precibusque ac ſupplicationibus Deum colere, ac Dominicum quidem diem ideo honoravit quod Chriſtus eo die a mortuis ſurrexiſſet: &c.

Ex cod. JUSTINIAN. *Lib.* 3. *tit.* 12. *de Feriis.* Omnes Judices, urbanæque plebes, & cunctarum artium officia, venerabili die Solis quieſcant. Ruri tamen poſiti, agrorum culturæ libere, liceterque inſerviant, quoniam frequenter evenit ut non aptius alio die frumenta ſulcis, aut vineæ ſcrobibus mandentur, ne occaſione momenti pereat commoditas cæleſti proviſione conceſſa.

domandæ ad frangendum panem, id eſt celebrandam Miſſam. (C)

C *I.* Cur præcipit Eccleſia diebus Dominicis feſtis omnes ſacro intereſſe?

R. Quia his diebus Dei cultui conſecratis nihil agi

D ſanctius vel utilius poteſt Miſſæ ſacrificio. (D)

I. Quid hoc rei eſt *Pie* adeſſe Miſſæ ſacrificio?

E *R.* Id eſt modeſte, attente, & reverenter adeſſe, (E)

I. Cui Miſſæ adeſſe tenemur ex præcepto Eccleſiæ?

R. Tenetur unuſquiſque ex Eccleſiæ præcepto adeſſe diebus Dominicis & ſolemnioribus feſtis, Miſſæ potiſſimum Parochiali. (F) F

I. Peccatne qui his diebus abeſt a Miſſa Parochiali?

R. Peccat ſi abſit ſine legitimo impedimento. Siquidem pluribus in Conciliis tum antiquis cum recentioribus, excommunicandos eſſe judicavit Eccleſia eos qui nullo impedimento legitimo irretiti, tribus continuis diebus Dominicis a Parochiali Miſſa abfuerint. Non autem excommunicandos cenſet Eccleſia eos qui nullius peccati labe teneantur. (G) G

I. Quæ-

Ex Epiſt. S. AUG. 55. *aliàs* 119 *ad Januar*. Dies tamen Dominicus non Judæis, ſed Chriſtianis Reſurrectione Domini declaratus eſt; & ex illo habere cœpit feſtivitatem ſuam.

Ex Serm. 251. *de Temp. nunc Append.* 280. Dominicum diem Apoſtoli, & Apoſtolici viri ideo religioſa ſolemnitate habendam ſanxerunt, quia in eodem Redemptor noſter a mortuis reſurrexit. Quique ideo Dominicus appellatur, ut in eo a terrenis operibus vel mundi illecebris abſtinentes, tantum divinis cultibus ſerviamus: dantes ſcilicet diei huic honorem & reverentiam, propter ſpem Reſurrectionis noſtræ quam habemus in illa. Nam ſicut ipſe Dominus Jeſus Chriſtus & ſalvator reſurrexit a mortuis, ita & nos reſurrecturos in noviſſimo die ſperamus. Apparet autem hunc etiam in Scripturis ſanctis eſſe ſolemnem, ipſe enim eſt primus dies ſæculi, in quo formata ſunt elementa mundi; in ipſo creati ſunt Angeli; in ipſo quoque a mortuis reſurrexit Chriſtus; in ipſo de cælis Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos deſcendit; manna in eodem in eremo primum de cælo datum eſt. His enim ſpeciebus ac talibus judiciis, Dominica dies extat inſignis, ac ideo ſancti Doctores Eccleſiæ decreverunt omnem gloriam Judaici ſabbatiſmi in illam transferre; ut quod ipſi in figura, nos celebraremus in veritate; quia tunc erit requies noſtra, quando reſurrectio fuerit perpetrata, & remuneratio in anima, & corpore ſimul perfecta. Obſervamus ergo diem Dominicam, fratres, & ſanctificemus illam, ſicut antiquis præceptum eſt de ſabato, dicente Legislatore, *a veſpere uſque ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra*. Videamus ne otium veſtrum vanum ſit, ſed a veſpera diei ſabbati uſque ad veſperam diei Dominici ſequeſtrati a rurali opere & ab omni negotio, ſoli divino cultui vacemus. Sic enoque ſanctificamus rite ſabbatum Domini, dicente Domino, *omne opus non facietis in eo*. Veniat ergo quicumque poſſibile ſit ad veſpertinam atque nocturnam celebrationem, & oret ſibi in conventu Eccleſiæ pro peccatis ſuis Deum. Qui vero hoc non poſſit, ſaltem in domo ſua oret, & non negligat Deo ſolvere votum, ac reddere penſum ſervitutis. In die vero nullus ſe a ſacra Miſſarum celebratione ſeparet, neque otioſos quis domi remaneat, cæteris ad Eccleſiam pergentibus, neque in venatione ſe occupet, & diabolico mancipetur officio, circumvagando campos & ſilvas, clamorem & cachinnum ore exalans; non gemitum nec orationis verba ex intimo pectore ad Deum proferens. Adhuc quoque quod deteſtabilius eſt, ad Eccleſiam aliqui venientes, non intrant, non inſiſtunt precibus, non expectant cum ſilentio ſanctarum Miſſarum celebrationem: ſed quando lectiones divinæ intus leguntur, tunc ipſi foris, aut cauſas dicere, aut diverſi ſtudent calumniis impugnare, aut videlicet in alea vel in jocis inanibus inſudare... Nolite hæc facere, Fratres mei, nolite voſmetipſos decipere, nolite in conventu veſtro locum date diabolo: ſed magis voſmetipſos præparate hoſpitium Chriſto. Non ergo foris fabulis ſed intus pſalmodiæ & orationibus ſtudete. Nolite invicem in Eccleſia verboſari, ſed quieti eſtote; ſunt enim plurimi & præcipue pleræque mulieres, quæ ita in Eccleſia garriunt, ita verboſantur, ut lectiones divinas nec ipſæ audiant, nec alios audire permittant: Numquid talis conventus cum tali ordine in domo Dei debet fieri, aut aliter decet in conſpectu Dei & ſanctorum Angelorum ejus aſſiſtere? Adhuc quoque quod valde dolendum eſt, conqueri vobiſcum volo, quia ſunt aliqui & maxime potentes iſtius mundi, qui, cum veniunt ad Eccleſiam, non ſunt devoti ad laudes Dei celebrandas, ſed cogunt Presbyterum ut abbreviet Miſſam, & ad eorum libitum cantat: nec ei licet morem Eccleſiaſticum ſequi propter illorum gulam & avaritiam, quatenus unus punctus diei officium & reliquum divinum ſpatium cum nocte ſimul ad eorum deputetur voluptatem.

Ex CONCIL. TURON. III. *ann.* 813. *can.* 38. Sacerdotes debent fideles admonere, ut quando ad Eccleſiam conveniunt, ſine ſtrepitu ac tumultu eam ingrediantur; In qua etiam quamdiu orationis cauſa morantur, nequaquam inanes inter ſe proferant confabulationes; ſed & tempore quo Miſſarum ſolemnia celebrantur, non ſolum ab otioſis & inutilibus verbis, verum etiam a perniciosis cogitationibus funditus abſtinendum eſt...

S. CÆSARIUS *Homil.* 80. *Vide ſupra hoc* §. *lit.* (A)

(C) ACT. XX. 7. Unam autem Sabbati cum conveniſſemus ad frangendum panem, &c. *Vide quæ dicemus infra part.* 3. *Sect.* 2. *cap.* 7. §. 18. *ubi agemus de diebus* in quibus Miſſæ ſacrificium celebrare convenit.

(D) *Vide quæ dicimus infra part.* 3. *ſect.* 2. *cap.* 7. §. 9. *in quo* ſacrificii Miſſæ dignitatem, &c. *commendamus*;

(E) *Huic quæſtioni fuſe ſatisfacimus infra agendo de* ſacrificio Miſſæ, *in hujuſce operis parte* 3. *ſect.* 2. *cap.* 7. §. 20.

(F) CONCIL. TRIDENT. *Seſſ.* 22. *ann.* 1562. 17. *Septembris*, *Decreto de obſervandis, & evitandis in ſacrif. Miſſæ*. Moneant etiam eumdem populum (Epiſcopi) ut frequenter ad ſuas Parochias, ſaltem diebus Dominicis, & majoribus feſtis accedant.

Seſſ. 24. *cap.* 4. *de reformatione* 11. *Novembris* 1563. PIO P. IV. Prædicationis munus, quod Epiſcoporum præcipuum eſt, cupiens ſancta Synodus, quo frequentius poſſit ad fidelium ſalutem exerceri, canones alias ſuper hoc editos ſub felicis recordationis Paulo tertio, aptius præſentium temporum uſus accommodando, mandat ut in Eccleſia ſua ipſi per ſe, aut, ſi legitime impediti fuerint per eos quos ad prædicationis munus aſſument, in aliis autem Eccleſiis per Parochos, ſive iis impeditis, per alios ab Epiſcopo impenſis eorum qui eas præſtare vel tenentur, vel ſolent, deputandos in civitate, aut in quacumque parte Diœceſis cenſebant expedire, ſaltem omnibus Dominicis, & ſolemnibus diebus feſtis, tempore autem jejuniorum Quadrageſimæ, & Adventus Domini quotidie, vel ſaltem tribus in hebdomada diebus, ſi ita oportere duxerint, ſacras Scripturas, divinamque legem annuntient; & alias, quotieſcumque id opportune fieri poſſe judicaverint. Moneatque Epiſcopus populum diligenter, TENERI UNUMQUEMQUE PAROCHIÆ SUÆ INTERESSE, ubi commode id fieri poteſt, ad audiendum verbum Dei. Nullus autem ſæcularis, aut regularis etiam in Eccleſiis ſuorum ordinum contradicente Epiſcopo prædicare præſumat. Idem etiam, ſaltem Dominicis & aliis feſtivis diebus, pueros in ſingulis Parochiis fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum & parentes, diligenter ab iis ad quos ſpectabit, doceri curabunt; &, ſi opus ſit, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas compellent; non obſtantibus privilegiis, & conſuetudinibus.

(G) CONC. ELIBERITANUM, *Can.* 21. *ſub* MARCELLO Papa I. *ann.* 305. Si quis in civitate poſitus tres Dominicas ad Eccleſiam non acceſſerit, pauco tempore abſtineat, ut correptus eſſe videtur.

CONC. SARDICENSE Generale *Canone* XI. *ann.* 347. *ſub* JULIO Papa I. Oſius Epiſcopus dixit... Recordemini autem Patres noſtros in tempore præterito judicaviſſe, ut ſi quis laicus in aliqua urbe agens tribus diebus Dominicis, in tribus hebdomadibus non conveniat, (*alia verſio*) non *celebraſſet conventum*, a communione moveatur.

CONC. I. NAMNETENSE, *Can.* 1. Ut Dominicis & feſtis diebus Presbyteri antequam Miſſas celebrent plebem interrogent, ſi alterius Parochianus in Eccleſia ſit qui proprio contempto Presbytero ibi Miſſam velit audire. Quem ſi invenerint, ſtatim ab Eccleſia ejiciant, & ad ſuam Parochiam redire compellant.

Can.

Can. 2. Ut nullus Presbyter, alterius Parochianum, niſi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad Miſſam recipiat.

CONCIL. PONTIGON. *ann.* 876. *Can.* 7. Ut Epiſcopi ſecundum ſacram jeſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, prædicationem per ſe, vel per ſuos congruenter exerceant, & Presbyteros ſuos ut ſimiliter faciant inſtruere procurent. Et ut ſæculares & fideles laici diebus feſtis, qui in civitatibus ſunt ad publicas ſtationes occurrant; & qui in villis & poſſeſſionibus ſunt ad publicum officium in plebem feſtinent, & nullus latibulosa Miſſarum in ſuis domibus officia celebrare præſumat, ſine rationabili licentia Epiſcopi.

BOCHELLUS *Decret. Eccleſ. Gallic. lib.* I. *tit.* VII. *de celeb. Miſſ. cap.* 13. *Ex ſynod.* AYMERICI *Pictav. Epiſc. ann.* 1367. Prohibemus ne in Prioratibus eleemoſynarum vel Capellis, diebus Dominicis & feſtivis annualibus Miſſæ celebrentur, niſi quis coram infirmis voluerit celebrare, donec in Eccleſiis Parochialibus Miſſa prius fuerit celebrata: dum tamen ita tempeſtive celebretur, quod in ipſis Prioratibus & Capellis idonee poſtmodum valeat celebrare.

Cap. 14. Item ſub pœna excommunicationis prohibemus ne diebus Dominicis in Capellis, Prioratibus, aut aliis Eccleſiis, aliqui Parochiani ad Miſſarum ſolemnia admittantur, cum debeant ad ſuam matrem Eccleſiam qualibet die Dominica accedere, exceptis Religioſis tranſeuntibus, & peregrinis.

Cap. 37. *Ex* CONCIL. SENON. *Ant. a Prato ann.* 1528. Item ne populus diſtrahatur a Miſſa Parochiali, & ab auditione mandatorum Dei & Eccleſiæ: prohibemus ne in Capellis ab antiquo, etiam Epiſcoporum auctoritate fundatis, aliæ Miſſæ celebrentur, quam illæ quæ de fundatione extiterint. Et ſi quæ ſint Miſſæ, quæ ex tenore fundationis dici debeant die Dominica, non dicantur niſi poſt Miſſam Parochialem.

Cap. 28. Admonemus inſuper ſuffraganeos noſtros, ut ex cauſis præmiſſis, & præſertim hoc tempore, quo videmus multos adduci ad contemptum præceptorum Eccleſiæ, & Miniſtrorum ejusdem, non facile admittant fundationes Capellarum, quibus ordinatur celebratio Miſſæ Dominico die, ea potiſſimum hora, qua populus univerſus convenire debet ad audienda divina præceptaque Dei & Eccleſiæ.

Cap. 77. *Ex* SYNOD ROTHOM. *ann.* 1581. Quoniam videmus multos adduci ad præceptorum Eccleſiæ & Miniſtrorum ejusdem contemptum, non facile admittantur fundationes & erectiones capellarum & fraternitatum, in quibus ordinatur celebratio Miſſæ Dominico die ea potiſſimum hora qua populus univerſus convenire debet ad audienda divina præcepta Dei & Eccleſiæ. In Miſſis vero charitatum atque aliarum fraternitatum ab antiquo eo die conſtitutarum, ne aqua nec panis benedicantur: & intra illarum Miſſarum ſolemnia moneatur non eſſe prætermittendas Miſſas Parœciales, propter aſſiſtentiam, in ea Miſſa, quæ ex devotione & conſilio celebratur. Quisquis vero Presbyter in alia quam Parœciali aquam & panem benedixerit, ſit ſuſpenſus a divinis.

Cap. 78. Ne populus diſtrahatur a Miſſa Parœciali, & ab auditione mandatorum Dei & Eccleſiæ, optamus ne in capellis ab antiquo, etiam Epiſcoporum auctoritate fundatis, aliæ Miſſæ celebrentur, quam illæ quæ de fundatione extiterint: & ſi quæ ſint Miſſæ quæ ex tenore fundationis dici debeant die Dominico in Eccleſia Parœciali, aut ea devotione, non dicantur, niſi ante vel poſt Miſſam parœcialem, aut ſaltem poſt communionem factam.

Cap. 73. *Ex* SYNOD. SENON. *ann.* 1524. Nullus præſumat Miſſam diebus Dominicis celebrare ſine licentia Curati, aut Vicarii, ante Miſſam Parochialem, & maxime ante Pronum dictæ Miſſæ parochialis completum: ne per hoc revocentur parochiani ab audiendo ſuas Miſſas parochiales. Non tamen intendimus prohibere quominus primæ Miſſæ in aurora illis diebus multis Parochiis ab antiquo dici ſolitæ, celebrentur.

Cap. 74. *Ex* SYNOD CARNOT. *ann.* 1526. Nullus diebus Dominicis, feſtis beatæ Mariæ & aliis annualibus, in parochiali Eccleſia Miſſam celebrare præſumat ante Miſſam parochialem, & maxime ante Pronum dictæ Miſſæ, niſi de licentia Curati, aut ejus Vicarii, ne per hoc revocentur Parochiani ab audiendo ſuas Miſſas Parochiales. Non tamen intendimus prohibere, quominus primæ Miſſæ, in aurora illis diebus in multis Parochiis ab antiquo fundatæ, & dici ſolitæ, celebrentur.

Cap. 81. Ne populus diſtrahatur a Miſſa Parochiali & ab auditione mandatorum Dei, & Eccleſiæ, prohibemus ne in Capellis, etiam ab antiquo prædeceſſorum noſtrorum auctoritate fundatis, leproſariis, vel domibus Dei, campanis pulſatis Miſſæ dicantur publice die Dominico, aut feſtivo, ante magnam Miſſam Parochialem, niſi poſt Pronum ejusdem Miſſæ Parochialis.

Cap. 82. *Ex* CONCIL. BURDIGAL. *ann.* 1582. Dum publica & parochialis Miſſa celebratur, nullo modo in eadem Eccleſia ſacrum aliud facere liceat.

CONC. SENON. *ſeu* PARIS. *ann.* 1528. *in Decretis morum, Decr.* 12. Admoneant frequenter Curati ſuos parochianos, ut interſint Miſſæ parochiali diebus Dominicis & feſtis per hebdomadam occurrentibus. Et ut ad omnia illa quæ per ſingulos dies Dominicos in Pronis præcipiuntur, diligenter attendant. Quod ſi legitimo ceſſante impedimento, abſque licentia ſui Curati, per tres dies Dominicos neglexerint intereſſe Miſſæ Parochiali, denuncient ſtatim Promotoribus, ut pro menſura contemptus vel offenſæ puniantur.

CONC. TRIC. *ann.* 1229. *Can.* 25. Item ſtatuimus ut parochiani, dominus & domina cujuslibet domus, Dominicis & feſtivis diebus in quibus ab operibus eſt ceſſandum, teneantur ad Eccleſiam venire, auditur ibidem ex integro prædicationem & divinum Officium: nec inde receſſuri donec Miſſa compleatur omnino. Quod ſi alter ipſorum abſens fuerit extra villam, vel alia de cauſa rationabili præpeditus, alter ſaltem teneatur venire.

CONCIL. RHEMENSE *ann.* 1583. *tit. de diebus feſtis.* Diebus Dominicis & feſtis in ſuas parœcias populus conveniat, & Miſſæ, concioni, ac veſperis interſit. Nemini a propria parœcia liceat abeſſe ſanctiſſimis diebus Paſchæ, Pentecoſtes, & Natalis Domini, niſi quem infirmitas vel alia legitima cauſa, cum Parœci licentia, excuſabit.

Fraternitatum ſocietates ne diebus Dominicis hora Miſſæ parœcialis, quæ competenti hora celebretur, fiant: neve in iisdem panis, aut aqua benedicatur a Sacerdote ſub pœna ſuſpenſionis.

CONC. BURDIGALENSE *ſub* GREG. XIII. *ann.* 1583. *cap.* 5. *in fine.* Illa vero valde culpanda conſuetudo, ab elevatione venerabilis Sacramenti, vel ante peracta myſteria recedendi. Quare omnes moneantur ſedulo a Parochis, illos Eccleſiæ præcepto de audienda Miſſa non ſatisfacere: niſi forte, quod raro accidit, talis neceſſitas ſit quæ moram non ferat. Nulli ergo ante datam a Sacerdote benedictionem diſcedere liceat. Sed vetus etiam illud Decretum denuncient, quo propoſita excommunicationis pœna præcipitur, ne quis tribus continuis Dominicis a Parochialis Miſſæ celebratione abſit. Quod ut accuratius adhuc obſervetur, ſciſcitentur Confeſſarii a pœnitentibus, an huic officio ſatisfecerint, & peccati gravitatem, ut ab eo in poſterum arceantur, ipſis proponant.

CONC. NARBONENSE *ſub* JULIO III. *ann.* 1551. *Canon.* 30. Præcipimus Parochis omnibus eorumque vicem gerentibus a ſuggeſto, ſive Prono parochianos monere excommunicationis pœnam illis minitantes, ut unusquisque ad Miſſam parochialem veniat, diebus præſertim Dominicis, & domeſticos omnes ſecum ducat. Neque exeant, ut fit, aut concione habita, aut elevato corpore Chriſti; ſed expectent quousque Sacerdos auditoribus benedixerit: ne in excommunicationis ſententiam incidant. Eorum autem qui parere noluerint, ad Eccleſiaſticum Judicem, ſeu Officialem nomina deferent, ut illos tamquam refractarios & qui hæreſeos nomine ſuſpecti habeantur, puniat. Qui etiam vocato in auxilium profano, & ſæculari judice ad hæc præſtanda compellantur, ſi opus fuerit. Divinum officium pio & ſincero pectore audiant: non deambulantes neque per templum diſcurrentes, ſed genibus flexis orantes vel ſtent modeſte, vel ſedeant ut viros Chriſtianos decet. Quod ſi contempſerint, excommunicentur, niſi publice ſemel moniti deſiſtant.

CONCIL. TURONENSE *ann.* 1583. *c.* 15. Sanctorum Patrum antiqua decreta renovantes omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, ſuis Miſſis parœchialibus, & aliis ſuarum parœchiarum divinis officiis, ſingulis diebus Dominicis & feſtivis intereſſe diſtricte præcipimus: a quibus ſi per tres Dominicos continue ſequentes illos abeſſe contingat, niſi legitimo impedimento retineantur, pœnas a ſacris Canonibus indictas incurrere declaramus, quod illis ſui Rectores & Confeſſarii ſæpius inculcare non omittant.

COMMENT. CLERI Gall. *tom.* I. *pag.* 524. *c.* 2. *De cultu divin.*

diven. offic. n. 16. & tom. 4. tit. 1. cap. 4. § 22. Excerptum declarationis in forma mandati, Conventus Generalis Cleri, habiti anno 1625. confirmatæ alio Conventu anni 1645. illoque anni 1645. renovatæ, quæ vulgo appellatur, Mandatum de Regularibus. Cum neceſſe apprime ſit, oves quidem Paſtoris ſui vocem audire, Paſtorem vero gregem ſuum videre & noſcere, idque Eccleſiam impulerit ad præcipiendum, ut Fideles Miſſæ Parochiali, de tribus Dominicis diebus una ſaltem, intereſſent, poteſtate impertita Superioribus illos adigendi per Eccleſiaſticas cenſuras: Hæc Præcepto ſedulo eſt obſervanda, tum ut propriæ cujuſque Eccleſiæ id quod debetur reddatur, tum ut ibi Concio ſacra excipiatur, audianturque indictiones Feſtorum, jejuniorum, Monitoriorum, aliaque hujusmodi, quæ tenentur Fideles ſcire, quæque ibi traduntur. Quamobrem inhibentur Regulares conciones habere, ſeu quomodolibet docere, monitave porrigere, quæ huic Præceptioni adverſentur. Atque ut populus fidelis nullam prætendere poſſit cauſam, aut excuſationem, quominus Miſſæ Parochiali ſe ſiſtat, vetatur Regularibus ne Supplicationes (vulgo Proceſſiones) celebrent, neu Congregationes & Conventus publicos in ſuis Monaſteriis habeant, horis quibus Parochialis Miſſa perſolvitur, & quoad muneri huic Parochorum & fidelium fuerit ſatisfactum.

BOCHELLUS *lib.* 1. DECRET. ECCLES. GALLIC. *tit.* 6. *c.* 96. *Ex* SYNOD. CARNOT. Quilibet Chriſtianus Parochialem Miſſam audiat die Dominica in ſua Parochia. Quod ſi quis ſine cauſa per tres dies Dominicos immediate ſequentes Miſſam in ſua Parochia non audierit: hoc nobis ſeu curiæ noſtræ nuncietur.

Cap. 94. *Ibid. Ex* SYNOD. SENONENS. 1524. Omnibus Eccleſiarum Parochialium Rectoribus præcipimus, quatenus ſuos moneant Parochianos ac exhortentur, ſuam ſingulis diebus Dominicis viſitare Parochiam: ibique Miſſam Parochialem integraliter & devote audire, & Prono aſſiſtere, ut ſic excommunicatorum denunciationes, quas prædictis ſingulis diebus Dominicis fieri præcipimus, feſtorum ac jejuniorum ab Eccleſia indictorum, ac præceptorum Eccleſiaſticorum publicationes audiant, & ad eas diligenter advertant. Quod ſi aliqui legitimo ceſſante impedimento, tribus diebus Dominicis continuis prædictam ſuam Parochialem Eccleſiam viſitare ceſſaverint, Promotoribus noſtris denuncient. Quibus injungimus ut tales ea officio coram Officiariis noſtris evocent, pœnam debitam, prout delicti exegerit qualitas, recepturos.

Cap. 95. *Ex* SYNODO PARIS. 1557. Singulis Dominicis.

RIT. PARIS. *Juſſ.* EM. CARD. NOAILLII *editum ann.* 1697. *pag.* 502. Legitimos populi Chriſtiani conventus ad ſacra celebranda, ſub proprio Paſtore ſtatis diebus fieri ſolitus apud veteres Scriptores & antiqua Concilia per antonomaſiam *Conventus* appellatur. In ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio poſt acceptum ab Apoſtolis Spi-

Act. 2. 42. ritum Sanctum, *Erant* (Diſcipuli) *perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis & orationibus*. In ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio poſt acceptum Spiritum ſanctum ab Apoſtolis, Conventus ſuos celebrabant prima die poſt ſabbatum, quæ ab Apoſtolo Johanne vocatur, *Dies Dominica*. Id conſtat tum ex

Apoc. 1. 10. ſancto Luca his verbis. *Una* (id eſt *prima*) *Sabbati cum*

Act. 20. 7. 8. *conveniſſemus ad frangendum panem, Paulus* ... *protraxit ſermonem uſque ad mediam noctem; erant autem lampades copioſæ in cœnaculo, ubi eramus congregati*: tum etiam ex ſancto Paulo, ubi ſic ſtatuit: *De collectis quæ*

1. *Cor.* 14. 1. 2. *fiunt in ſanctos; ſicut ordinavi Eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite: per unam* (id eſt *primam*) *ſabbati unuſquiſque veſtrum apud ſe ſeponat, recondens quod ei bene placuerit*. Ad hos conventus vocabantur ſinguli fideles cujuſcumque eſſent conditionis, ut ſcribit S. Ignatius

Epiſt. ad S. Polycarp. his verbis: *Sæpe congregationes fiant, ex nomine omnes quære, ſervos & ancillas ne deſpicias*. Quid in illis agetur ſic narrat S. JUSTINUS Martyr. Apol. 2. ad Antoninum pium, *quam laudavimus ſupra hocce* §. *litt.* (B)

TERTULLIANUS ſic. „ Edam jam nunc ego ipſe negotia Chriſtianæ factionis. Corpus ſumus de conſcientia religionis & diſciplinæ unitate, & ſpei fœdere: „ coimus in cœtum & congregationem, ut ad Deum „ quaſi manu facta precationibus ambiamus orantes. „ Hæc vis Deo grata eſt. Oramus etiam pro Imperatoribus, pro Miniſtris eorum, ac Poteſtatibus, „ pro ſtatu ſæculi, pro rerum quiete, pro mora finis. „ Coimus ad Literarum Divinarum commemorationem, ſi quid præſentium temporum qualitas aut „ præmonere cogit, aut recognoſcere. Certe fidem „ ſanctis vocibus paſcimus, ſpem erigimus, fiduciam „ figimus, diſciplinam præceptorum nihilominus inculcationibus denſamus; ibidem etiam exhortationes, „ caſtigationes, & cenſura divina; nam & judicatur „ magno cum pondere, ut apud certos de Dei conſpectu; ſummumque futuri judicii præjudicium eſt, ſi „ quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis & „ conventus & omnis ſancti commercii relegetur.

ARNOBIUS *lib.* 4. *contra gentes*, „ Cur immaniter conventicula noſtra meruerunt dirui, in quibus ſummus „ oratur Deus, pax cunctis & veſtra poſtulatur, Magiſtratibus, exercitibus, Regibus, familiaribus, inimicis adhuc vitam degentibus, & reſolutis corporum vinctione.

CONC. ELIBERITANUM ſic ſtatuit *can.* 2. *Hunc vide ſupra hocce* §. *lit.* (G)

S. ATHANASIUS *Apolog.* 1. *ad Imperatorem Conſtantium*. „ Quid rectius putat particulatim, & diſſociatim populum ſynaxes facere, an potius ut in locum „ omnium bene capacem conveniat, & unam eamdemque ſine diſſonantia vocem reddat? Certe id rectius „ eſt, cum id concordiam unanimis multitudinis oſtendat, & Deum ad exaudiendum promptiorem habeat; nam ſi pro ipſius Salvatoris pacto in conſenſu duorum quodcumque petierint fiet; quid igitur „ futurum, ubi ex tot tantiſque populis in unum „ congregatis una vox reſpondeatur acclamantium, „ Amen? Quis hoc ipſum admiratione proſequatur, „ aut non inter felicia prædicet, cum videat tantam „ multitudinem in unum locum convenire?

CONC. SARDICENSE *ann.* 347. *can.* 14. *Vide ſupra hocce* §. *lit.* (G)

CONC. CONSTANTINOPOLITANUM *in Trullo ann.* 692. *can.* 8. „ Si quis Epiſcopus, vel Diaconus, vel „ eorum, qui in clero annumerantur, vel laicus, „ nullam habet graviorem neceſſitatem, vel negotium „ difficile, ut a ſua Eccleſia abſit diutiſſime, ſed in „ civitate agens tribus diebus Dominicis in tribus „ ſeptimanis una non conveniat, ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſi vero ſit laicus, ſegregetur.

THEODULPH. AURELIANENSIS *ann.* 797. *in Capitul. ad Paroch. ſuæ Sacerdotes*, *c.* 45. „ Ut Miſſæ, quæ per „ dies Dominicos peculiares a Sacerdotibus fiunt, non „ ita in publico fiant, ut per eas populus a publicis „ Miſſarum ſolemnibus, quæ hora tertia canonice „ fiunt, abſtrahatur.

GUILIELMUS PARISIENSIS *circa* 1240. *in Stat. Synod. art.* 11. *in Synodico Pariſienſi* „ Præcipitur quod „ Presbyteri parochianos ſuos qui tribus Dominicis „ continuis ſe ab Eccleſia ſua abſentaverint ſine juſta cauſa & neceſſaria, interdicant, & ad Epiſcopum mittant interdictos.

CONC. RAVENNATENSE *ann.* 1311. *a. Rubr.* 9. „ Monemus omnes & ſingulos parochianos, cujuſcumque „ parochialis Eccleſiæ, quod ſaltem in diebus Dominicis audiant Miſſam integram in ſua parochiali „ Eccleſia, a qua prius non recedant, quam benedictionem poſt Miſſam receperint: & quicumque „ contra fecerit, tertio admonitus, excommunicationis ſententia percellatur.

SIXTUS IV. *lib.* 1. *extrav.* communium *c.* 2. *de treuga & pace lib.* 6. *Decretal.* „ Fratres mendicantes non „ prædicent populos parochianos non teneri audire Miſſam in parochiis diebus feſtivis & Dominicis, cum „ jure ſit cautum illis diebus parochianos teneri audire Miſſam in eorum parochiali Eccleſia, etſi forſan „ ex honeſta cauſa ab ipſa Eccleſia ſe abſentarent.

Item: „ Quodcumque etiam ipſi Fratres in ſermonibus eorum non detrahant Prælatis, & Rectoribus „ parochialium Eccleſiarum; nec etiam populos a „ ſuarum Eccleſiarum parochialium frequentia & acceſſu abſtrahant, ſive retrahant quoquomodo.

STEPHANUS PONCHER. *init.* 16. *ſæc. in Stat. Syn. cap. de ſacram. Euchar. art.* 1. *in* SYNOD. PARIS. „ Hortamur vos omnes Chriſti fideles ſingulis diebus Dominicis & feſtivis Miſſam in Eccleſiis veſtris audire „ Parochialem, legitimo ceſſante impedimento. Vos „ etiam Curatos monemus in Prono Miſſarum veſtrarum hortari Parochianos veſtros, ſub pœna excommunicationis & emendæ audire, nec diſcedere antequam finiatur divinum officium.

EUSTACHIUS DU BELLAY *circa fin.* 16. *ſæc. can.* 3.

in

Digitized by Google

I. Quænam ſunt impedimenta legitima?

R. Id non determinavit Eccleſia. Sed ex ejus Sanctionibus ſatis liquet non licere abeſſe a Miſſa Parochiali niſi neceſſitate cogente, verbi gratia, ſi urgeat vis morbi, ſi tempore hiemali & pluvioſo ſit iter longum & arduum nec vehiculum adſit,
H poſſitque facilius adiri Eccleſia vicinior, &c. (H)

I. Quid cauſæ fuit cur ſanxerit Eccleſia fideles adeſſe Miſſæ Parochiali?

R. Duplici maxime triplicive de cauſa id ſanxit.

1. Ut ſingula cujusque Eccleſiæ Parochialis
I membra ſuo Paſtori adunata ſimul orent. (I)

2. Ut ſinguli fideles interſint expoſitioni verbi Dei, quam Paſtores intra Miſſarum ſolemnia facere tenentur. (K) K

3. Ut Paſtores ſinguli ſuas oves norint, quarum ſaluti tenentur invigilare *tanquam rationem pro animabus* ipſarum *reddituri*.

I. Numquid poſſunt fideles alibi audire verbum Dei, alibi doceri, & ad Deum dirigi?

R. 1. Paſtores tenentur ex officio oves ſuas paſcere, docere, pro iis orare & ſacrificium offerre; alii non tenentur. Tenentur ergo oves viciſſim Paſtores aſſidue audire, & ab iis accipere

in Syn. Par. „ Singulis diebus Dominicis Parochi parochianos ſuos moneant, ut, legitimo ceſſante impedimento, Miſſam parochialem, tam Dominicis, quam aliis diebus feſtis devote audiant. Quod ſi tribus Dominicis continuis eam audire omiſerint, eos noſtro Promotori denuntient debitam pœnam recepturos.

Conc. Paris. *aut* Senononse *ann.* 1527. & 1528. *in Decretis mor.* 12. *Vide ſuperius hocce* §. *litt.* (G)

Conc. Narbonense *ann.* 1551. *can.* 26. *Vide ibid.*

Conc. Trid. *ubi ſupra hocce* §. *litt.* (F) & *infra litt.* (K)

Conc. Rotomagense *ann.* 1581. *cap. de Curatorum officiis art.* 19. „ Curati diligenter animadvertant ſi parœciam Dominici aut feſtivis diebus divinis officiis interſint, & de abſentiæ cauſis inquirant; aut jubeant per aliquem puerum abſentes obſervari: ut, poſt admonitionem debitam, quos noverint pertinaces ad Epiſcopum deferant, & ab eo diſcant quid agendum.

Conc. Remense *ann.* 1583. *c. p.* 5. *de diebus feſtis.* „ Diebus Dominicis & feſtivis in ſuas Parœcias populus conveniat, & Miſſæ, concioni, ac veſperis interſit.

Conc. Burdegalense *eodem anno c.* 5. *de iis quæ in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio obſerv. vel cavenda ſunt. Vide ſupra hocce* §. *litt.* (G) *uti* &

Conc. Turonense *eodem ann. tit.* 15.

Henricus de Gondy *ann.* 1608. *In Stat. quæ renovata fuerunt in Synod. Pariſ. Stat.* 7. *in Synodico.* „ Parochi frequenter admoneant Parochianos ut ceſſante legitimo impedimento; Miſſam Parochialem, tam Dominicis, quam aliis diebus feſtis devote audiant. Quod ſi tribus Dominicis continuis audire neglexerint, eos noſtro Promotori deferant, debitam pœnam recepturos.

De Pronao. Pronaum quod Pronum dicitur, eſt ſermo, quem Parochus inter Miſſarum ſolemnia habet ad plebem, cujus tres ſunt partes. In prima parte, Parochus indicit preces pro ſingulis ordinibus Eccleſiæ, & pro univerſi populi Chriſtiani neceſſitatibus, & facit commemorationem ac commendationem eorum pro quibus orandum eſt, juxta Statutum Concilii Aurelianenſis apud Ivonem Carnotenſem.

Part. 2. *Decret. c.* 120. „ In diebus, *inquit*, Domicis vel feſtis poſt ſermonem intra Miſſarum ſolemnia habitum, plebem Sacerdos commoneat, ut juxta Apoſtolicam inſtitutionem omnes in commune pro diverſis neceſſitatibus preces fundant ad Dominum; pro Rege, & Epiſcopis, & Rectoribus Eccleſiarum; pro pace, pro peſte; pro infirmis, qui in ipſa Parochia lecto decumbunt, pro nuper defunctis: in quibus ſingulatim precibus, plebs orationem Dominicam ſub ſilentio dicat, Sacerdos vero orationes ad hoc pertinentes per ſingulas admonitiones ſolemniter expleat". Ut vero præ ceteris commemorentur fundatores & benefactores Eccleſiarum, decrevit Concilium Emeritenſe an. 666. can. 19. „ Cenſemus, ait, ut pro ſingulis quibusque Eccleſiis, in quibus Presbyter juſſus fuerit per ſui Epiſcopi ordinationem præeſſe, pro ſingulis diebus Dominicis ſacrificium Deo procuret offerre: & eorum nomina, a quibus eas Eccleſias conſtat eſſe conſtructas, vel qui aliquid his ſanctis Eccleſiis videntur aut viſi ſunt contuliſſe; ſi viventes in corpore ſunt, ante altare recitentur tempore Miſſæ; quod ſi ab hac diſceſſerint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur ſuo in ordine.

In 2. Parte, Parochus docet populum quæ ad fidem & mores pertinent, ut præſcribit Concilium Tridentinum Seſſ. 22. de ſacrificio Miſſæ cap. octavo. *Vide infra hocce cap. litt.* (K) & *Seſſ.* 24. *de reform. cap.* 7. „ Inter Miſſarum ſolemnia, aut divinorum celebrationem, ſacra eloquia & ſalutis monita vernacula lingua, ſingulis diebus feſtis, vel ſolemnibus explanent; eademque in omnium cordibus, poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus, inſerere, atque eos in lege Domini erudire ſtudeant.

In tertia parte Parochus denuntiat populo leges & præcepta Eccleſiæ, cujusmodi eſt illud de audienda Miſſa parochiali, cujus frequens denuntiatio facienda eſt; de communi & antiqua Eccleſiæ conſuetudine: feſta & jejunia ſervanda: monitiones excommunicationum ferendarum: excommunicationes latas: Indulgentias a ſummo Pontifice vel ab Epiſcopis conceſſas: eorum nomina qui ad ſacros ordines ſunt promovendi: demum contrahenda matrimonia, ut ſtatuit Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de reform. Matrim. c. 1.

In Rituali Lingonensi *eadem fere legere eſt. Operæ vero pretium in librum Gallicum legere, cui titulus* Miſſa Parochialis, la Meſſe de Paroiſſe, *in* 12. *Pariſ. apud Juſſet: in quo hac materia multis pertractatur probaturque argumentis.*

Clerus Gallican. *in Epiſt. encyclica ad Epiſc. Galliæ in comitiis general. ann.* 1655. *data Patris Bagoti doctrinam damnat his verbis.* Mandatum de Parochiali Miſſa, & inſtructionibus, quæ fiunt, cum unum ex antiquiſſimis Eccleſiæ mandatis ſit, Auctor hic dicere non eſt auſus, revera nos ad ſatisfaciendum mandato huic non teneri, ita tamen attenuat & imminuit, ut poſtquam ſcripſerit, legitimam excuſationem habere eos, qui Parochiam non frequentant, quin ipſis magis commodum eſt ad aliam Eccleſiam ire; ſtationem ad Parochialem Eccleſiam in eum tantummodo finem in Tridentino Concilio nobis præcipi, ut verbum Dei audiamus, non vero ut Miſſæ etiam parochiali interſimus; nos ſub peccato non teneri ad audiendum ſacrum in parochiali Eccleſia, dummodo Parochi, ſituſque parochialis Eccleſiæ expreſſe deſpectui non habeantur; Epiſcopos non poſſe, neque propria, neque Concilii auctoritate, cenſuras, aliasque ſpirituales pœnas iis, qui non interſunt, infligere: demum affirmet, in antiquioribus Canonibus, quibus Parochiarum frequentatio imperatur, eo nomine omnes Eccleſias indiſcriminatim intelligi; ni que ſe in veteri diſciplina, quæ cum ſua ſententia apertiſſime pugnat, tueatur, recentioribus legibus majorum, quam antiquis, vim ineſſe autumat, atque a Superiorum ſilentio abuſus auctoritatem ac robur accipere; non ſecus ac ſi ſomno illius, qui bonum ſemen ſeminavit in agro ſuo, lolium quod inimicus homo ſuperſeminat, minus exitiale ſperatæ meſſi redderetur; vel recentiores leges, Tridentinique Concilii exhortationes, quibus frequentia Parochiarum commendatur, obligationem a veteribus impoſitam non ſupponant, ratamque habeant.

(H) *Vide* Concilia *ſuper litt. hujusce paragraphi laudata.*

(I) S. Justinus *Apolog.* 2. *Vide ſupra hocce paragrapho litt.* (B)

(K) *Vide ſupra quæ exſcripſimus ex Comment.* Cleri Gallicani *tom.* 4. &c. *hocce* §. *litt.* (G) & *ex Concil. Trident. Seſſ.* 24. *cap.* 4. *de reformat. Vide ſupra hocce cap. litt.* (F) *uti* & *Decret de obſervat.* & *vitand. in celebrat. Miſſæ, Seſſ.* 22. *cap.* 8. Etſi Miſſa magna contineat populi fidelis eruditionem, non tamen expedire viſum eſt Patribus, ut vulgari lingua paſſim celebraretur. Quamobrem retento ubique cujusque Eccleſiæ antiquo & a ſancta Romana Eccleſia, omnium Eccleſiarum matre & magiſtra, probato ritu, ne oves Chriſti eſuriant, neve parvuli panem petant, & non ſit, qui frangat eis: mandat ſancta Synodus Paſtoribus, *Thren.* 4. 4.

& ſin-

Digitized by Google

PARS II. SACT. IV. CAP. IV. pere cæleſtis doctrinæ pabulum. Quod aliis in Eccleſiis docetur ſupererogationis eſt; quod in Eccleſia Parochiali, officii.

2. Adde quod multa ſunt quæ ſcire tenentur fideles, nec diſcunt niſi in Eccleſia Parochiali: verbi gratia, denuntiatio matrimoniorum, jejuniorum, feſtorum, excommunicationum, monita publica, Epiſcopales ſanctiones, & cætera id genus multa quorum ignorantia dat locum pluribus peccatis. (L) L

CAPUT QUARTUM.

De Tertio Eccleſiæ Præcepto, circa Confeſſionem Annuam.

I. Quodnam eſt tertium præceptum Eccleſiæ?

R. Ut ſemel ſaltem annis ſingulis ſinguli fideles, ubi diſcretionis annos attigerint, peccata ſua A confiteantur proprio Sacerdoti. (A)

I. Quinam cenſentur diſcretionis annos attigiſſe?

R. Quicumque capaces ſunt peccati mortalis.

I. Quo anni tempore tenentur fideles peccata ſua *Cap. ſeq.* confiteri proprio Sacerdoti?

R. Id Eccleſia non definivit; ſed ex præcepto communionis Paſchalis, de quo dicemus infra, liquet hanc mentam eſſe Eccleſiæ, ut annua hæc confeſſio ad Paſchalem communionem diſponat.

I. Cur Eccleſia quindecim dies quos Paſchales dicimus non definivit confeſſioni annuæ ſacræ & communioni?

R. Quia novit Eccleſia quamplurimis fidelibus dies quindecim non ſufficere, ut diſponantur ad communionem Paſchalem, eoſque vult vel jam ab initio Quadrageſimæ, vel etiam prius confiteri; ut pœnitentia maturiori & diuturniori præparentur ad communionem Paſchalem. (B) B

I. Si

& ſingulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Miſſarum celebrationem, vel per ſe, vel per alios, ex iis quæ in Miſſa leguntur, aliquid exponant, atque inter cetera, ſanctiſſimi hujus ſacrificii myſterium aliquod declarent, diebus præſertim Dominicis & feſtis.

(L) *Lege, ſi lubet, quæ dicemus infra de* Concione, *ſeu* (pronao) 3. *hujuſce oper. parte, ſect. 2. c. 7. § 22 n 8. dum ordinem precum & ceremoniarum ſacroſancti* Miſſæ ſacrificii *explicamus*.

(A) CONC. LATERAN. IV. *Generale ſub* INNOCENT. P. III. *ann.* 1215. *Can.* 21. Omnis utriusque ſexus, &c. *extra de pœnitent. & remiſſion.* Quem habes infra in Reſp. ſeq. textu.

CONC. TRIDENT. *Seſſ.* 14. *cap.* 5. Cum a ſanctiſſimis, & antiquiſſimis Patribus, magno unanimique conſenſu, ſecrete confeſſio ſacramentalis, qua ab initio Eccleſia ſancta uſa eſt, & modo etiam utitur, fuerint ſemper commendata, manifeſte refellitur inanis eorum calumnia, qui eam a divino mandato alienam, & inventum humanum eſſe, atque a Patribus in Concilio Lateranenſi congregatis initium habuiſſe docere non verentur. Neque enim per Lateranenſe Concilium, Eccleſia ſtatuit, ut Chriſti fideles confiterentur, quod jure divino neceſſarium & inſtitutum eſſe intellexerat; ſed ut præceptum Confeſſionis ſaltem ſemel in anno, ab omnibus & ſingulis, cum ad annos diſcretionis perveniſſent, impleretur. Unde jam in univerſa Eccleſia, cum ingenti animarum fructu obſervatur mos ille ſalutaris confitendi ſacro illo, & maxime acceptabili tempore Quadrageſimæ: quem morem hæc ſancta Synodus maxime probat & amplectitur, tamquam pium & merito retinendum.

Can. 21. Omnis utriusque ſexus, &c.

Canon. 8. *de Pœnitent.* Si quis dixerit, confeſſionem omnium peccatorum, qualem Eccleſia ſervat, eſſe impoſſibilem, & traditionem humanam, a piis abolendam: aut ad eam non teneri omnes, & ſingulos utriusque ſexus Chriſti fideles, juxta magni Concilii Lateranenſis conſtitutionem, ſemel in anno, & ob id ſuadendum eſſe Chriſti fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadrageſimæ, Anathema ſit.

Ibid. ut ſupra.

(B) CONC. TRIDENT. *Seſſ.* 14. *c.* 5. *&* *c.* 8. *de pœnit. Vide ſupra hocce cap. litt.* (A)

CONC. *Provinc.* MEDIOL. *Part.* 1. *de Sacram. Pœnitent. ſub* S. CAROLO *ann.* 1579. Ut ad ſanctum pœnitentiæ ſacramentum fideles ſollicite diligenterque accedant, id Parochus præſtet, ut in hebdomada quæ Quadrageſimam proxime præcedit, ad patrum familias ædes, quæ intra parochiæ ſuæ fines ſunt, ſigillatim eat; ac videat accurate, qui obligatione hujus ſacramenti ſuſcipiendi, & ſacræ Euchariſtiæ Paſchæ tempore ſumendæ devincti ſint, eorumque nomina recte deſcribat: ac ſingulos prætarea, eoſque præſertim qui perraro confitentur, moneat, ut ne confeſſionem differant in poſtremos illos Quadrageſimæ dies, quibus Sacerdotes, vel ob myſteriorum celebritatem aſſidua divinorum occupatione ab audiendis confeſſionibus impediuntur; vel frequenti tunc concurſu fidelium defatigati, ita in eo ipſo munere præſtando fere opprimuntur, ut tantum, tamque ſalutare miniſterium in confertiſſima multitudine, vix recte illis præſtare queant. Proinde Quadrageſimæ hebdomadas pro populi ſibi commiſſi ratione ſic partiri curet, ut alias huic, alias illi viciniæ, familiæve, aut partim viris, adoleſcentibus, & pueris, partim mulieribus, virginibus, puellisve præſtituat, quibus ad confitendum diſtincte, atque tempore accedant.

THEODULPHUS *in Capitul. ad Presbyteros Parochiæ ſuæ ann.* 835. *miſſis numer.* 36. Hebdomada una ante initium Quadrageſimæ confeſſiones Sacerdotibus dandæ ſunt, pœnitentia accipienda, diſcordantes reconciliandi, & omnia jurgia ſedanda, & dimittere debent invicem de cordibus ſuis, ut liberius dicant: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*. Sic ingredientes in beatæ Quadrageſimæ tempus mundi & purificatis mentibus ad ſanctum Paſcha peraccedant, & per pœnitentiam ſe renovent, quæ eſt ſecundus baptiſmus. Sicut enim baptiſmus peccata, ita pœnitentia purgat: & quia poſt baptiſmum peccator denuo non poteſt baptizari, hoc medicamentum a Domino pœnitentiæ datum eſt; ut per eam vice baptiſmi peccata poſt baptiſmum diluantur. *Mat. 6. 12.*

BOCHELLUS *Decretorum Eccleſ. Gallic. l.* 2. *titulo* 7. *de pœnitentia, cap.* 4. *Ex* SYNODALIB. *Eccleſiæ* TRECENS. Sacerdotes frequenter moneant laicos, & alios parochianos ſuos venire ad confeſſionem, & præcipue in principio Quadrageſimæ: quia jejunium vel eleemoſyna facta ab illo qui eſt in peccato mortali parum prodeſt. Nam per Concilium generale ſtatutum eſt, & hoc obſervari præcipimus, quod quilibet fidelis utriusque ſexus, poſtquam habuerit diſcretionem, ſaltem ſemel in anno, omnia peccata ſua ſolus integre confiteatur ſuo proprio Sacerdoti; & ad minus in ſanctum Paſcha ſacratiſſimum Corpus Chriſti recipiet reverenter, niſi de licentia ſui Superioris, vel ſui proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab hujuſmodi perceptione corporis Chriſti duxerit abſtinendum. Alioquin ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur dum vivit; & mortuus careat Eccleſiaſtica ſepultura.

Cap. 13. ODO *Pariſ. Epiſcopus in Synodo*. Frequenter presbyteri moneant ad confeſſionem, & præcipue ab initio Quadrageſimæ inſtanter præcipiant venire generaliter ad confeſſionem.

Cap. 15. *Ex* SYNODO AQUENS. 1585. *De pœnitent.* Innocentii tertii conſtitutionem in generali Concilio edi-

Digitized by Google

I. Si diebus Paſchalibus ſolum ad confeſſionem accedant, qui diuturniori indigent probatione & pœnitentia, non poſſunt ergo ii ſatisfacere huic præcepto Eccleſiæ?

R. Poſſunt. Siquidem in proprii Sacerdotis poteſtate poſitum eſt, ut abſolutionem ac communionem Paſchalem differat in aliud tempus iis, qui tempore Paſchali nondum ſanctificati ſunt. (C) Cujus rei veſtigium extat in veteri teſtamento: qui enim præ immunditia legali non poterant comedere Paſcha die quarta decima menſis primi, tenebantur interim rite ſanctificari, & quarta decima menſis ſecundi Paſcha comedere. (D)

D

I. Proprii Sacerdotis nomine quis intelligitur?

R. Vel Epiſcopus vel Parochus, id eſt Paſtor quocumque nomine appelletur; vel Sacerdos alius de Epiſcopi vel Parochi ſeu Paſtoris licentia, modo ſit rite approbatus. (E)

E

Ideo

editam, qua ſancitum eſt ut fideles ſaltem ſemel in anno proprio Parocho peccata ſua confiteantur, inviolata omnes ſervent.

Cap. 20. *Ex* Synodalib. *Eccleſ.* Trecens. Quoniam multi ſunt nimis rudes in confeſſione facienda, inſtruendi ſunt publice a ſuis Presbyteris in principio Quadrageſimæ, & aliis temporibus opportunis, quomodo confeſſio ſit facienda.

Cap. 21. *Ex* Synod. Senon. 1524. Quoniam adteſtante experientia hominum labilis eſt memoria, periculoſiſſimumque ſit diutius in peccato remanere mortali, ac etiam damnoſum, cum bona opera in mortali peccato ad ſalutem directe non proſint: ſtatuimus ut Curati de cetero ex parte noſtra diligenter parochianos ſuos moneant, & hortentur, ut ſua frequenter, & præſertim in feſtis ſolemnibus confiteantur peccata, in feſto ſcilicet Paſchæ, Pentecoſtes, Aſſumptionis B. M. V. & in feſto omnium Sanctorum, Natalis Domini, & Dominica prima Quadrageſimæ. Præcipimus talem exhortationem, ſeu monitionem fieri ſingulis diebus Dominicis præfatas feſtivitates immediate præcedentibus. Et ut devoti Chriſtiani ad confitendum peccata ſua, ut eorum jejunia & alia opera ſint fructuoſa, facilius inducantur, omnibus & ſingulis illis diebus, vel aliquo quatuor dictorum dierum præcedentium, vel ſequentium prædictas feſtivitates, vere pœnitentibus & confeſſis xx. dies indulgentiarum in Domino miſericorditer impertimur. Inſuper ſingulis diebus Dominicis Quadrageſimæ moneant & inducant eoſdem parochianos ſuos, ut nullus eorum qui per annum confiteri diſtulit peccata ſua, uſque ad diem mercurii hebdomadæ ſanctæ confiteri differat, vel expectet, comminando eis & dicendo, quod ſi quis eorum abſque excuſatione notoria & juſta iſta confiteri diſtulerit, prædicto die elapſo non admittetur. Prædicti vero Curati taliter confiteri negligentibus, ceſſante tamen periculo poterunt denegare ſacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, differendo uſque poſt diem Paſchæ.

Cap. 23. *Ex* Synod. Carnotens. 1526. Parochiales Presbyteri parochianos ſuos hortentur, ut in ſolemnibus feſtis anni, videlicet Pentecoſtes, Aſſumptionis B. M. feſti omnium Sanctorum, Natalis Domini, & Dominica prima Quadrageſimæ ad confeſſionem devote & reverenter accedant. Et faciant Curati hujuſmodi exhortationem ſingulis diebus Dominicis, præfatas ſolemnitates immediate præcedentibus, & cum hoc illis ſignificent, quod nos, ut devoti Chriſtiani facilius inducantur ad confitendum peccata ſua, ut eorum jejunia & alia opera ſiat fructuoſa, conceſſimus & relaxavimus, concedimus & relaxamus quadraginta dies, de injunctis pœnitentiis omnibus qui prædictis diebus, aut aliquo trium dierum dictas ſolemnitates præcedentium, contriti & confeſſi fuerint. Eis nihilominus præcipiantes juxta Concilium generale, ut ſemel ad minus in anno proprio Sacerdoti, aut ab eo commiſſo peccatorum confeſſionem faciant.

Cap. 25. *Ex* Synod. Lingon. *ann.* 1404. Singulis diebus Dominicis Quadrageſimæ in Miſſarum ſolemniis, moneant populum ut confiteantur, & quod tenentur in Paſcha confiteri, & recipere corpus Domini, illi qui habent annos diſcretionis.

Cap. 35. *Ex* Concil. Bituric. 1584. Omnes Chriſtiani cujuſcumque ſexus peccata ſua, ſaltem ſemel in anno ad diem Paſchæ proprio Sacerdoti confiteantur. Qui ſemel atque iterum moniti neglexerint, communione Eccleſiæ priventur.

Lib. 15. *c.* 41. *Ex* Concil. Bituric. *ann.* 1584. Qui curam animarum habent, veram confitendi rationem populo ſuo exponant, præſertim tempore Quadrageſimæ & adventus Domini, necnon circa ſolemniores feſtivitates anni: & ab initio Quadrageſimæ confeſſiones incipiant audire, ut adveniente feſto Paſchæ omnes fideles Euchariſtiam ſuſcipiant.

Cap. 153. *Ex* Synod. Galonis *&* Simonis *Legatorum.* *Tom. I.*

ter. Decernimus, maxime ante Quadrageſimam, ut omnes utriuſque ſexus poſtquam ad annos diſcretionis pervenerint, omnia ſua fideliter confiteantur peccata, ſaltem in anno ſemel proprio Sacerdoti, & injunctam ſibi pœnitentiam ſtudeant pro ſuis viribus adimplere: ſi quis autem alii Sacerdoti voluerit juſta de cauſa confiteri peccata, licentiam primo poſtulet, & obtineat a proprio Sacerdote, cum alter non poſſit eum abſolvere & ligare.

Cap. 185. Johann. Leguisier *Epiſc. Trecenſ. in Synod. ann.* 1427. Quia hominum labilis eſt memoria, adeo quod quis poteſt vix recordari eorum quæ fecit a mense citra: Et cum periculoſum ſit diu remanere in peccato mortali, immo & damnoſum valde, cum opera charitatis facta in peccato mortali directe non proſunt ad animarum ſalutem: ſtatuimus ut de cetero Curati diligenter moneant ex parte noſtri & hortentur parochianos ſuos ut confiteantur ſaltem in feſtis ſolemnibus, ſcilicet in Paſcha, Pentecoſte, Aſſumptione Beatæ Mariæ, feſto omnium Sanctorum, Natali Domini, & in capite jejunii. Et præcipimus talem fieri inhortationem, ſeu monitionem ſingulis diebus Dominicis immediate præcedentibus dictas feſtivitates, & ut devoti Chriſtiani præcipue in capite jejunii inducantur ad confitendum peccata ſua, ut eorum jejunia & alia opera ſint fructuoſa omnibus & ſingulis, illa die, vel aliquo trium dierum ſequentium vere pœnitentibus & confeſſis de injunctis ſibi pœnitentiis triginta dies in Domino relaxamus. Et præcipimus ſub pœna arbitrio noſtro infligenda ut Dominica in Quinquageſima dictæ indulgentiæ ex parte noſtri denuncientur per Curatum vel Presbyterum Parochialem.

(C) Canon. *Omnis utriuſque ſexus, &c.* Niſi forte de conſilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abſtinendum.

(D) Num. ix. 4. Præcepitque Moyſes filiis Iſrael ut facerent Phaſe. 5. Qui fecerunt tempore ſuo: quartadecima die menſis ad veſperam, in monte Sinai. Juxta omnia quæ mandaverat Dominus Moyſi, fecerunt filii Iſrael. 6. Ecce autem quidam immundi ſuper anima hominis, qui non poterant facere Phaſe in die illo, accedentes ad Moyſen & Aaron, 7. dixerunt eis: Immundi ſumus ſuper anima hominis: quare fraudamur, ut non valeamus oblationem offerre Domino in tempore ſuo inter filios Iſrael? 8. Quibus reſpondit Moyſes: State ut conſulam quid præcipiat Dominus de vobis. 9. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 10. Loquere filiis Iſrael: Homo qui fuerit immundus ſuper anima, ſive in via procul in gente veſtra, faciat Phaſe Domino. 11. In menſe ſecundo, quartadecima die menſis ad veſperam: cum azymis & lactucis agreſtibus comedent illud. 12. Non relinquent ex eo quippiam uſque mane, & os ejus non confringent: omnem ritum Phaſe obſervabunt. 13. Si quis autem & mundus eſt, & in itinere non fuit, & tamen non fecit Phaſe, exterminabitur anima illa de populis ſuis, qui ſacrificium Domino non obtulit tempore ſuo: peccatum ſuum ipſe portabit.

(E) Canon. *Omnis utriuſque ſexus, &c.* Confiteatur ſaltem ſemel in anno proprio Sacerdoti.

Concil. Mediolan. *Provinciale I. Part. 2. Quæ pertinent ad Sacramenti pœnitentiæ adminiſtrationem, ann.* 1565. Innocentii tertii Conſtitutionem in generali Concilio editam, qua ſancitum eſt, ut fideles ſaltem ſemel in anno, proprio Parocho peccata ſua confiteantur, inviolate omnes ſervent.

Bochellus *Decret. Eccleſ. Gall. Lib.* 2. *Tit.* 7. *de ſacram. Pœnit. cap.* 38. *Ex* Synodal. *Eccleſ.* Trecens. Si quis parochianus alii Sacerdoti quam ſuo proprio Sacerdoti aliqua rationabili cauſa voluerit confiteri ſua peccata, licentiam prius poſtulet a ſuo proprio Sacerdote: cum aliter ipſe illum non poſſit abſolvere, nec ligare: niſi habeat a Superiore licentiam ſeu poteſtatem.

Cap. 69. Ex SYNOD. PARIS. *ann.* 1557. Parochis noſtris prohibemus ne alienum recipiant parochianum, ut eum in confeſſione abſolvant, aut illi quodvis aliud ſacramentum adminiſtrent, niſi Parochi, cui alienus ille ſubditus eſt, licentia id fiat, & is de ſui Parochi conſenſu fidem faciat.

Cap. 71. Ex CONCIL. RHEMENS. *ann.* 1583. Nemo exiſtimet ſibi licere cuicumque volet Sacerdoti confiteri, ſed proprio tantum Parœco. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit juſta de cauſa, ſua confiteri peccata, licentiam poſtulet, & obtineat a proprio Sacerdote, cum aliter ipſe illum non poſſit abſolvere, vel ligare. *Idem iiſdem fere verbis decreverat* CONCIL. BAJOCENSE *ann.* 1300. *can.* 80.

Cap. 87. Ex SYNOD. SENON. *ann.* 1524. Interrogent Sacerdotes pœnitentes ad confeſſionem accedentes, an ſint Parochiani, maxime ſi de illo dubitant: quia non debent abſolvere, nec audire in confeſſione niſi ſuos Parochianos.

CONC. *Provinc.* NARBON. *ann.* 1501. *ſub* JULIO III. *can.* 50. Quia omnibus Chriſtianis præceptum eſt, ut ſemel in anno ſacroſanctum Eucharistiæ ſacramentum percipiant, & Parocho ſuo peccata confiteantur: voluit & decrevit Concilium ut poſthac nemo audeat ſanctiſſimo die Paſchæ peccata ſua confiteri, aut ſanctificum Euchariſtiæ ſacramentum ab alio accipere quam ab ipſo Parocho, vel in ejus locum ſuffecto, niſi exorata a Parocho venia: quam illi ſcriptam, quoad Euchariſtiæ ſuſceptionem, conceſſerit. Confitendi itaque licentiam non deneget, ſed gratis tradat, & omnia quorum licentiam dederit, in codicem referat. Similiter qui cœnobiis præſunt, qui Priores, & Gardiani vulgo dicuntur, eorum nomina ſcribant qui tam confitendi quam accipiendæ Euchariſtiæ a Parocho veniam impetrarint, ſuumque codicem cum Parochi libello conferant, &c.

THEODULPHUS Autel. Epiſc. *in ſuo Capitul. edito anno* 797. *cap.* 15. Nullus Presbyter Fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ de alterius Presbyteri Parochia perſuadeat, ut ad ſuam Eccleſiam concurrant relicta propria Eccleſia.

CAPIT. *lib.* 7. *cap.* 68. Nullus Sacerdos in alterius civitate vel Diœceſi pœnitentem vel ſub manu poſitum Sacerdotis, vel qui reconciliatum ſe eſſe dixerit, ſine conſenſu & literis Epiſcopi vel Presbyteri in Parochia Presbyter aut Epiſcopus in civitate ſuſcipiat.

Secunda part. Decret. Diſt. 6. De Pœnitentia, cauſa 33. *Quæſt.* 3. *cap.* Placuit. Jubet, ut deinceps nulli Sacerdotum liceat quemlibet commiſſum alteri Sacerdoti ad pœnitentiam ſuſcipere, ſine ejus conſenſu, cui prius ſe commiſit, niſi pro ignorantia illius cui pœnitens prius confeſſus eſt. Qui vero contra hæc ſtatuta facere tentaverit, gradus ſui periculo ſubjacebit.

INNOCENTIUS IV. *in Conſtitutione edita Neapoli* 11. *Kalendas Decembris anno* 12. *Pontificatus*. Nihil novum in veſtrum inducendo gravamen, ſed antiqua & moderna jura in medium deducendo, univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus parochianos alienos diebus Dominicis & feſtivis non recipiatis de cetero in veſtris Eccleſiis, ſeu oratoriis temere ad Divina, nec ipſos, ſine Sacerdotis ſui licentia ad pœnitentiam ullatenus admittatis: cum ſi quis alieno Sacerdoti juſta de cauſa ſua voluerit confiteri peccata, ſecundum ſtatuta Generalis Concilii, licentiam prius poſtulare & obtinere debeat a proprio Sacerdote, vel ſaltem ſibi primo confiteri & recipere beneficium abſolutionis ab eodem. Aliter namque ab ipſo ſolvi non poterit; cum duplex in judicando funiculus, ſcilicet poteſtatis & ſcientiæ, requirntur, quorum alterum conſtat in alieno deficere Sacerdote. *Proprium Sacerdotem vocat*, inquit hic NATALIS ALEXANDER, *quem Parochianus habet continuo præſentem, & hunc opponit alieno, qui judicandi poteſtatem non habet*.

MARTINUS IV. *Conſtitutione quæ incipit*: Ad uberes, *data quarto Idus Januarii*, *Pontificatus anno primo*, *id eſt* 1281. Volumus autem quod ii qui Fratribus confitebuntur eiſdem, ſuis Presbyteris parochialibus confiteri ſaltem ſemel in anno, prout Concilium Generale ſtatuit, teneantur: Quodque iidem Fratres eoſdem ad hæc diligenter & efficaciter, ſecundum datam eis a Domino gratiam, exhortentur.

BENEDICTUS II. *In Extravag. quæ incipit*, Inter cunctas. Diſtricte injungimus ut Fratres ipſi confitentes attente moneant, & in ſuis Prædicationibus exhortentur, quod ſuis Sacerdotibus ſemel confiteantur in anno, aſſerendo id ad animarum profectum proculdubio pertinere.

CONCIL. ARELAT. *Provinc. a* FLORENTINO *Archiep. ann.* 1260. *celebratum*, *Can.* 16. Quia propter imbecillium & impotentium & pauperum occupationes & penuriam, aliquando per villas & oppida conſuaverunt Pœnitentiarios ſuos in Quadrageſima deſtinare, ut eos a caſibus, qui majoribus reſervantur, abſolvant: frequenter accidit, ut magna pars Chriſtianorum, occaſione hujuſmodi pœnitentiariorum, propriis Sacerdotibus ſuper confeſſionibus illudant, aſſerentes ſe dictis pœnitentiariis fuiſſe confeſſos, cum tamen per hujuſmodi Confeſſores vix aut nunquam poſſit pars populi modica ſuorum peccatorum confeſſionibus generaliter expediri. Ut ergo de cetero populares, occaſiones hujuſmodi frivolas non prætendant: inhibemus ne Confeſſores hujuſmodi, qui mittuntur ſolummodo ad prædicta, ſuper villas & Parochias Diœceſis diſcurrentes, generalibus Parochianorum confeſſionibus audiendis ſe occupent, niſi de mandato Prælati, & licentia Curati: ſed eos ad proprios remittant Sacerdotes: & a caſibus, pro quibus mittuntur, Pœnitentes abſolvant: Ne ipſi Parochiani mandatum de confitendo ſaltem ſemel in anno propriis Sacerdotibus ſimulatorie & doloſe ſe gaudeant evaſiſſe.

CONCIL. SENON. *ann.* 1269. *Can.* 4. Statutum Concilii Generalis de viventibus arcendis ab ingreſſu Eccleſiæ, & morientibus qui Chriſtiana debent ſepultura carere, niſi ſaltem ſemel in anno peccata ſua confeſſi fuerint proprio Sacerdoti, & ad minus in Paſcha ſuſceperint reverenter Euchariſtiæ ſacramentum, niſi forte de proprii Sacerdotis conſilio, ob aliquam rationabilem cauſam, ab ejus perceptione ad tempus abſtinendum duxerint, obſervetur firmiter, & frequenter in Eccleſiis publicetur. Caveant Sacerdotes ne ad Communionem Altaris aliquem admittant, niſi ſibi, vel alii idoneo de ſua licentia, omnia peccata ſua ſit confeſſus.

CONCIL. ARELAT. *anno* 1275. *a* BERTRANDO *de ſancto Martino*, *Arelat. Archiepiſc. celebratum*, *Can.* 21. Et quoniam Parochialibus Presbyteris curam animarum habentibus ſpecialiter & præcipue cura commiſſa eſt animarum: ſtatuimus inhibentes, quod infirmorum Confeſſiones, nonniſi per ipſos Parochiales Presbyteros, ſi haberi potuerint, vel per alios Presbyteros ſeculares vel Religioſos, de ipſorum licentia, audiantur: quam licentiam dari volumus & præcipimus ab eiſdem liberaliter & libenter, cum fuerint requiſiti.

SYNOD. COLON. *a* SIFFRIDO *Archiepiſcopo celebrata ann.* 1280. *cap.* 8. Si quis tamen alieno Sacerdoti, vel alicui Religioſo, juſta de cauſa, voluerit confiteri, licentiam primo poſtulet & obtineat a proprio Sacerdote: ita tamen quod ſemel ad minus in anno proprio Sacerdoti plene & integre confiteatur.

SYNOD. NEMAUSENSIS *ann.* 1284. *ſub* BERTRANDO *Epiſc. Tit. de Pœnitentia*. Statutum eſt, quod omnis utriuſque ſexus Fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenit, omnia peccata ſua ſolus confiteatur fideliter ſaltem in anno ſemel proprio Sacerdoti..... Quod & de Clericis, ſcilicet quod confiteantur proprio Sacerdoti, in cujus Parochia commorantur. Si quis autem Clericus vel Laicus alieno Sacerdoti juſta de cauſa voluerit ſua peccata confiteri, licentiam prælens poſtulet & obtineat ab ipſo Sacerdote. Præcipientes diſtricte ne aliquis Presbyter ſub hoc requiſitus præſumat alicui malitioſe licentiam ejuſmodi denegare.

SYNOD. LINGONENS. *ann.* 1452, *a* PHILIPPO *Epiſcopo habita*. Mandamus ſingulis Eccleſiarum Rectoribus, quod ſingulis diebus Quadrageſimæ Dominicis habeant illud ſtatutum ſalutare ſuis Parochianis, *omnis utriuſque ſexus*, in Concilio generali editum, publicare & exponere, ſobrie tamen loquendo quod vult effectu: Quod omnis utriuſque ſexus fidelis ſemel in anno a ſuo proprio *Curato* Sacerdote Penitentiam debet recipere, & ſacramentum Euchariſtiæ ad minimum in Paſchate.

SYNOD. CAMERAC. *eodem anno celebrata*, *tit.* 4. *de Pœnitentia*. Sacerdotes moneant ſubditos ſuos, ut omnes a quatuordecim annis & ſupra, & præſertim in Quadrageſimali tempore, & ante Dominicam in Ramis Palmarum, ad confeſſionem frequenter accedant, ſeu veniant, & ſaltem ſemel in anno confiteantur proprio Sacerdoti, id eſt, presbytero parochiali: Qui ideo ma-

Ideo Eccleſia proprii Sacerdotis nomine utitur in hac lege, non Parochi vel Paſtoris nomen uſurpat; quia multi ſunt qui non ſubſunt Parochis, verbi gratia Monachi & Moniales, aliique non pauci. Sed proprii Sacerdotis nomine intelligitur Paſtor quivis quocunque nomine appelletur, vel Paſtoris vices gerens. (F)

F

I. Ergo peccat qui ſemel in anno non confitetur proprio Sacerdoti?

R. Peccat utique, niſi confiteatur alieno de proprii Sacerdotis licentia.

I. Eſtne invalida confeſſio facta Sacerdoti alieno ſine proprii Sacerdotis licentia?

R. Eſt invalida. Rem definivit Eccleſia his verbis: *Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit juſta de cauſa, ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet & obtineat a proprio Sacerdote;* Cum aliter ille ipſum non poſſit ſolvere vel ligare.

Conc. Lateran. IV. Can. 21. Concil. Baſil. cap. 8. Con. Rhem.

I. Nova narras & inaudita. Hactenus hanc ignoravimus legem. Totam ergo hanc ſanctionem proferas velim.

R. Lubens proferam, Is canon eſt 21. Concilii IV. Lateranenſis, œcumenici, habiti anno 1215.

Omnis utriusque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter, ſaltem ſemel in anno proprio Sacerdoti, & injunctam ſibi pœnitentiam ſtudeat pro viribus adimplere; ſuſcipiens reverenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ ſacramentum: niſi forte de conſilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abſtinendum; alioquin & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Unde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in Eccleſiis publicetur; ne quisquam ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit juſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet & obtineat a proprio Sacerdote; cum aliter ille ipſum non poſſit ſolvere vel ligare.

Sacerdos autem ſit diſcretus & cautus, ut more periti medici ſuperinfundat vinum & oleum vulneribus ſauciati; diligenter inquirens & peccatoris circumſtantias & peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi conſilium debeat exhibere, & cujusmodi remedium adhibere, diverſis experimentis utendo ad ſanandum ægrotum.

Caveat autem omnino, ne verbo, vel ſigno, vel alio quovis modo prodat aliquatenus peccatorem; ſed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſque ulla expreſſione perſonæ caute requirat; quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio ſibi detectum præſumpſerit revelare, non ſolum a Sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam, in arctum Monaſterium detrudendum.

I. Cur

magis proprie Proprius dicitur Sacerdos, quia non ſolum confeſſiones audit & abſolvit, ſed etiam miniſtrat alia Eccleſiaſtica Sacramenta.

Concil. Burdigal. *anno 1624. celebratum, can.* 3. Sæpiſſime fideles ad ſacratiſſimæ Euchariſtiæ ſumptionem cum omni devotione, & compunctis cordibus accedere peroptamus. Sed ne omittant tempore Paſchali id in propria Parochia præſtare, ſacris Canonibus inſiſtentes ſtatuimus eo tempore omnes Chriſti fideles, tum ad confeſſionem peccatorum Proprio Parocho, aut alii de ejus licentia faciendam, tum ad ſacram Euchariſtiam in eadem Eccleſia percipiendam teneri & obligari, nulloque alias præcepto Eccleſiæ ſatisfeciſſe.

Concil. Paris. *ann.* 12.2. *can.* 12. Ne quis Sacerdos ſine mandato Superioris, aut ejus qui in aliqua Parochia curam animarum gerit confeſſiones recipiat, omiſſis propriis Sacerdotibus, vel contemptis, niſi in articulo neceſſitatis.

Concil. Tolos. *ann.* 1529 *can.* 13. Omnes autem utriuſque ſexus poſtquam ad annos diſcretionis advenerint, confeſſionem peccatorum faciant ter in anno proprio Sacerdoti, vel alii de voluntate ipſius, vel mandato. *Idem ſanxit* Concil. Albiense *ann.* 1254. *can.* 29. *iiſdem fere verbis.*

Concil. Claromont. *ann.* 1268. *can.* 7. *de Pœnitentia.* Alienos autem Parochianos Presbyteri ad confeſſionem non recipiant, niſi forte cum quis eſt vagabundus, ut ſunt pauperes mendicantes, vel niſi quis vadat in peregrinatione, vel in ſimbilibus caſibus.

Clerus Gallicanus *in Comitiis general. ann.* 1543. *calculo ſuo approbavit* Censuram Sacræ Facultatis Paris. *circa quaſdam propoſitiones quarum nona propoſitio.* " Securius & ſalubrius eſt peccata Regularibus " quam Paſtoribus confiteri. Hæc propoſitio eſt falſa, ſcandaloſa, temeraria & ordinis Hierarchici deſtructiva.

Sequentes etiam propoſitiones damnavit Clerus Gallicanus *in Comitiis General. ann.* 1655. *num.* 4. " Nulla nos conſcientiæ obligatione tenemur ad paro-" chiales Eccleſias accedere, vel pœnitentiæ ſacra-" mentum recepturi, vel parochiales Miſſas, & Paro-" chi hortationes, deque fide, & bonis moribus do-" ctrinam, Catechiſmos, & ſermones audituri.

" N. 5. Epiſcopi, & Concilia Provincialia & Natio-" nalia ad hoc cogere nullo modo poſſunt, neque pœ-" nas aut cenſuras Eccleſiaſticas ſtatuere iis, qui huic " præcepto non ſatisfacient. Prædictas propoſitiones temerarias, ſcandaloſas, falſas, erroneas, in hæreſim & ſchiſma inducentes, Sedi Apoſtolicæ, Conciliis tum œcumenicis tum provincialibus, & præcipue ſacro Tridentino, & ordini Epiſcoporum Apoſtolico injurioſas & contrarias, Eccleſiaſticæ Hierarchiæ deſtructivas, reſpective judicamus. Nulli igitur fideles hæc doceant, ne in via Cain abeant, & errore Balaam effundantur, & in contradictione Core pereant, dignique habeantur qui tradantur ſatanæ, in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini noſtri Jeſu Chriſti, ad quem flectimus genua, ut det ſecundum divitias miſericordiæ ſuæ hujuſmodi erroribus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem.

Vide ſupra hocce §. *lit.* (B) *Can.* Synod. Tarcsne. Synod. Aquensis. 1585. Synod. Carnot. *ann.* 1526. *can.* 23. *ſub finem, ex* Synod. Galonis & Simonis.

(F) *Id ſi probatione indigeret, probaret certe* Claromont. Synod. *ann.* 1263. *can.* 7. Proprium autem Sacerdotem dicimus duobus modis; ex officio, utpote Papam; Epiſcopum, Curatos; vel ex commiſſione; ſicut FF. Prædicatores, & Minores, & quibus Epiſcopus commiſerit vices ſuas.

Clerus Gallican. *in Comitiis General. ann.* 1657. *in Epiſt. ſua encyclica ad Epiſc. Galliæ cenſura notat Autorem qui contrarium, adverſus P. Bagot ſcribens, docuerat.* Neque magis neceſſe erat, ad probandum, juxta Lateranenſe Concilium ſemel in anno ſuo Parocho peccata confiteri oportere, aſſerere, ipſum ſolum eſſe proprium Presbyterum, omneque adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ jus hac qualitate comprehendi, cum ad Pontificem & Epiſcopos digniori & excellentiori ratione pertineat, hocque erroneum principium eum in abſurdam opinionem traxit, Pontificem & Epiſcopos proprios eſſe Fidelium Presbyteros ſolummodo quoad Confirmationem & Ordinem, & caſus, quos ſibi reſervant.

Legeſis R. P. Natalis Alexandri Dominic. *Diſſert.* 4. *in Hiſt. Eccleſ. ſæc.* 13. & 14. *in qua* quoscumque Sacerdotes vel a ſummo Pontifice, vel ab Epiſcopis approbatos, proprii Sacerdotis nomine deſignari *vult*, etiam ſi invitis Parochis confeſſiones excipiant. *Certe contrarium ſtatuit* Concil. Rothom. *ann.* 1299. *can.* 6. Ceterum animarum ſaluti conſulere, ac earum periculo obviare volentes ſtatuimus, quod Prælati fratribus Prædicatoribus, aut Minoribus, aliisve Religioſis quibuslibet, poteſtatem abſolvendi ſubditos a peccatis ſuis de cetero non committant in caſibus, qui de jure vel conſuetudine reſervantur eiſdem, niſi certis perſonis & notis dumtaxat, quarum Prælati indu-

Pars II. Sect. IV. Cap. V.

I. Cur præcipit Eccleſia ſingulos fideles ſemel ſaltem in anno confiteri?

R. Ne quis forte diutius jaceat in ſordibus peccatorum; ſed ut omnes convertantur ad Dominum.

I. Satisne eſt ſi quis ſemel in anno confiteatur?

R. Satis eſt quidem ad executionem præcepti Eccleſiæ. Sed experientia docet vix in Chriſtianæ vitæ ratione diu permanere eos qui ſemel tantum in anno confitentur; ideo plurimum hortatur Eccleſis (G) Chriſtianos ut ſæpius accedant ad pœnitentiæ ſacramentum. G

I. Quæ maxime regula in eo tenenda?

R. Sunt qui ſæpius, ſunt qui rarius accedere debeant: aliis expedit ſemel qualibet hebdomada confiteri, aliis ſemel intra dies quindecim, aliis ſufficit ſi ſemel in menſe confiteantur. Hic habenda ratio propriæ infirmitatis, neceſſitatis. Conſulat ea de re unusquisque moderatorem conſcientiæ pium, prudentem, doctum, & in animarum regimine exercitatum.

CAPUT QUINTUM.

De Quarto Præcepto Eccleſiæ circa Communionem Paſchalem.

I. Quodnam eſt quartum Eccleſiæ præceptum?

Can. 21. *R.* Ut *omnis utriusque ſexus fidelis ſtatim atque ad annos diſcretionis pervenerit, ſuſcipiat reverenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ ſacramentum, niſi forte de conſilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abſtinendum*. Verba ſunt Concilii Lateranenſis IV.

I. Qua in Eccleſia ſuſcipiendum eſt ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum in Paſchate?

R. In Eccleſia Parochiali, vel (ſi quis forte Eccleſiæ Parochiali non ſubjiciatur) in Eccleſia quæ Parochiæ locum tenet. Sic interpretati ſunt Concilii Lateranenſis mentem omnes Epiſcopi in libris Ritualibus vel in Synodalibus decretis. (A) A

I. Ergo non ſatisfacit Eccleſiæ præcepto qui in alia Eccleſia quam Parochiali vel quaſi Parochiali communicat?

R. Non ſatisfacit, niſi id fiat cum expreſſa proprii Sacerdotis, vel Epiſcopi licentia.

I. Teneturne omnes ipſo Paſchatis die communicare?

R. Sufficit ſi communicent ſemel intra dies quindecim qui majori hebdomada & Paſchæ octavis comprehenduntur.

I. Si quis per id tempus ægrotaverit?

R. Præcepto Communionis Paſchalis ſatisfacere tenetur ſtatim atque per valetudinem licuerit. Si quis tamen lecto decumbens ſacram communionem intra id temporis ſpatium ſuſcipiat a proprio Sacerdote, vel ab alio quovis ejus vices gerente, hac Communione ſatisfit præcepto Eccleſiæ.

I. Si quis de conſilio Sacerdotis ob rationabilem cauſam a Communione ad tempus abſtinuerit, quomodo ſe debet interea gerere?

R. Debet ſerio converti ad Dominum, dignos fructus pœnitentiæ facere; & poſtea cum per proprium Sacerdotem licuerit, communicare in Eccleſia Parochiali.

I. Qua ætate tenentur fideles hujus præcepti lege?

R. Ubi ad annos diſcretionis pervenerint, hoc eſt ubi quis proprii Sacerdotis judicio, ſatis habuerit rationis & intelligentiæ ad communicandum cum fructu.

I. Quæ pœna propoſita iis qui huic Eccleſiæ præcepto non ſatisfecerint?

R. Si quis huic præcepto non ſatisfecerit, & *vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura*. Verba ſunt Concilii Lateranenſis in Canone 21. ſupra laudato.

I. Sufficitne ſi quis ſemel in anno communicet?

R. Sufficit quidem ad præceptum Eccleſiæ: ſed qui ſemel tantum in anno communicant parum illi ut plurimum videntur de propria ſalute ſolliciti. Sic itaque vivendum ut poſſit eſſe communio multo frequentior: id peroptat Eccleſia. (B) B

(Quæ ſint ad ſacram communionem diſpoſitiones infra dicemus, ubi de ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento.) Part. 3. ſect. 1. c. 4. §. 8.

CA-

duſtriam duxerint eligendam in certis caſibus in conceſſione, vel commiſſione eis facta ſpecialiter inferantur: quodque ipſa commiſſio ad caſus in quibus tenetur Catholicus quilibet confiteri ſemel in anno (*ſcil.* tempore Paſchatis) peccata ſua proprio Sacerdoti, nullatenus extendatur, niſi ipſius Sacerdotis habita ſuper hoc voluntate.

(G) Rituale Paris. *ann.* 1697. *pag.* 90. Parochus fideles ſibi commiſſos hortetur, ut ad Pœnitentiæ ſacramentum non ſolum cum præcepto eccleſiæ tenentur, ſed quam frequentiſſime accedant. Moneat inſuper pœnitentiæ radices quidem amaras eſſe, ſed fructus ſuaviſſimos; doceat nihil nobis optatius eſſe debere, quam in Dei gratiam reſtitui, animam quovis ſcelerum pondere oppreſſam ſublevari, conſcientiæque pacem & tranquillitatem tribui, quæ omnia ſacramenti Pœnitentiæ beneficio conſequitur.

Speculum Curatorum *Eccleſiæ Rothomagenſis, de Pœnit. ann.* 1506... Quæritur quando eſt facienda confeſſio. Reſp. Quod ad minus ſemel in anno ſub pœna novi peccati, ſed ſecurius eſt confiteri, habita opportunitate. Circa hoc moneant Curati ſuos Parochianos ſæpe confiteri maxime diebus feſtis.

Idem docent omnes Rituales *libri, quos conſulere potes. Id etiam docent pleræque* Synodi *&* Concilia *ſuperius laudata litt.* (B) & (E) & *morales* Libri de ſacram. pœnit. *editi*.

(A) *Id probant varii* varioa. Conciliorum *Canon. quos ſupra laudavimus §. præced. tit.* (B) & (E)

(B) S. Cyprianus *de oratione Dominica, ann.* 252. *in fine pag.* 146. *edit. Oxonii, in fol. ann.* 1682... Panis vitæ Chriſtus eſt, & panis hic omnium non eſt, ſed noſter eſt: & quomodo dicimus *Pater noſter*, quia intelligentium & credentium Pater eſt; ſic & *panem noſtrum* vocamus: quia Chriſtus, noſter (qui corpus ejus contingimus) panis eſt. Hunc autem panem dari nobis quotidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum abſtenti & non communicantes a cæleſti pane prohibemur, a Chriſti corpore ſepa-

Digitized by Google

CAPUT SEXTUM.

De Quinto Præcepto Eccleſiæ, circa Jejunia.

§. 1. *De Jejunio in genere.*

I. Quodnam eſt quintum Eccleſiæ præceptum?

R. Ut ſancte obſerventur Jejunia Quadrageſimæ, quatuor temporum, & vigiliarum.

I. Quid eſt Jejunium?

R. In eo poſitum eſt Jejunium Eccleſiæ, ut abſtineatur a certis ciborum generibus, fiatque ſemel in die refectio, (A) qua hora dicemus infra, hocce paragrapho.

I. A quibusnam cibis abſtinendum eſt in diebus Jejunii?

R. A carnibus animalium & volatilium, quæ

paremur; ipſo prædicante & monente: *Ego ſum pa-*
Joh. VI. 51. & 52. *nis vitæ qui de cœlo deſcendi. Si quis ederit de meo pane, vivet in æternum. Panis autem, quem ego dedero, caro mea eſt pro ſæculi vita.* Quando autem dicit in æternum vivere, ſi quis ederit de ejus pane, ut manifeſtum eſt eos vivere, qui corpus ejus attingunt, & Euchariſtiam jure communicationis accipiunt: ita contra timendum eſt & orandum, ne dum quis abſtentus ſeparatur a Chriſti corpore procul remaneat a ſalute; comminante ipſo & dicente: *niſi ederitis*
Ibid. 54. *carnem Filii hominis, & biberitis ſanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis.* Et ideo *panem noſtrum*, id eſt Chriſtum dari nobis quotidie petimus, ut qui in Chriſto manemus & vivimus, a ſanctificatione ejus & corpore non recedamus.

S. AMBROS. *lib. 5. de Sacramentis c. 4. n. 24.* Panem noſtrum da nobis hodie... Dixi vobis quod ante verba Chriſti quod offertur, panis dicatur: ubi Chriſti verba deprompta fuerint, jam non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Quare ergo in oratione Dominica, quæ poſtea ſequitur, ait: *Panem noſtrum*. Panem quidem dixit, ſed ἐπιούσιον, hoc eſt *ſuperſubſtantialem*. Non iſte panis eſt, qui vadit in corpus; ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit.

N. 25. Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis, quemadmodum Græci in Oriente facere conſuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi proſit. Sic vive, ut quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur poſt annum accipere. Quomodo Job ſanctus pro filiis ſuis offerebat quotidie ſacrificium, ne forte aliquid vel in corde, vel in ſermone peccaſſent? Ergo tu audis, quod quotieſcumque offertur ſacrificium, mors Domini, Reſurrectio Domini, Elevatio Domini ſignificetur & remiſſio peccatorum: & panem iſtum vitæ non quotidianum adſumis? Qui vulnus habet medicinam requirit. Vulnus eſt, quia ſub peccato ſumus, medicina eſt cæleſte & venerabile ſacramentum.

N. 26. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Quotidie ſi accipis, quotidie tibi *hodie* eſt. Si tibi hodie eſt Chriſtus, tibi quotidie reſurgit.

S. AUG. *Epiſt.* 54. *alias* 118. *ſeu lib.* 1. *ad inquiſit. Januarii cap.* 3. *n.* 4. Peccata ſi tanta non ſunt, ut excommunicandus quiſquam homo judicetur, non ſe debet a quotidiana medicina Dominici corporis ſeparare... Et ille honorando non audet quotidie ſumere, & ille honorando non audet ullo die prætermittere. Contemtum ſolum non vult cibus iſte, ſicut nec manna faſtidium.

S. CYRIL. ALEXAND. *lib.* 3. *in cap.* VI. *Joh. verſ.* 11. *cap.* 4. *pag.* 324. Quidnam ergo Chriſtus pollicetur? Nihil quidem corruptibile, ſed Eulogiam potius illam quæ eſt in participatione ſanctæ carnis, ac ſanguinis, quæ integrum hominem ad incorruptionem revocat... Vivificat igitur ſanctum Chriſti corpus eos in quibus fuerit, & in incorruptione conſervat, noſtris commiſtum corporibus... Quæ cum ita ſint, intelligant demum quicumque baptizati ſunt, divinamque gratiam guſtarunt, ſi cunctanter & vix Eccleſias adeant, & longo temporum ſpatio Eulogiam quæ per Chriſtum frequentare deſinant, & ex eo quod nolunt ei myſtice communicare, damnoſum metum ac religionem prætexant, æterna vita ſeipſos excludere, dum vivificari renuunt: & recuſationem illam, tametſi a metu ac religione profecta videtur, in laqueum cedere & ſcandalum. Enim quippe magis eos omni ſtudio, ac viribus deceret, ut a peccato ſtatim mundentur, honeſtumque ac probum vitæ inſtitutum amplexi, ad vitæ participationem demum magna cum fiducia properent. Sed cum Satanæ variæ ad decipiendum ſint artes, ad ſaniorem mentem eos revocari non ſinit, verum poſtquam eos malis inquinavit, ipſam quoque gratiam cogit exhorreſcere, per quam a voluptate quæ ad vitium inducit, tamquam a vino & crapula ad ſobrietatem revocati, quid utile ſit perſpicere queant. Ruptis igitur illis vinculis, & excuſſo jugo tyrannico, in timore Domino ſerviamus, ut ſcriptum eſt, & carnis voluptatibus per temperantiam ſuperatis, ad divinam ac cæleſtem gratiam accedamus, & ad ſanctam Chriſti participationem aſcendamus. Sic enim, ſic fraudem diabolicam ſuperabimus, & divinæ facti conſortes naturæ, ad vitam & immortalitatem evehemur.

Lib. 4. in Joh Evang. cap. 6. verſ. 57. pag. 365. Si vitæ æternæ amore flagramus, ſi largitorem immortalitatis in nobis habere cupimus, ne, quod quidam negligentiores faciunt, Eulogiam ſuſcipere recuſemus, caveamusque neve laqueum nobis & tendiculam Diabolus inſigniter fraudulentus ſtruat, damnoſam nempe religionem ac metum. At enim ſcriptum eſt, inquies; *Qui manducat ex hoc pane, & de calice bibit indigne, judicium ſibi manducat & bibit:* Ubi vero probavi meipſum, indignum me eſſe video. Quandonam ergo dignus eris, o quiſquis hæc dicis, quandonam teipſum Chriſto ſiſtes? Nam ſi te peccata uſque deterreant, ſibi autem ceſſaturus ſis numquam:.. vacuus omnino comperiere ſanctificationis illius quæ in æternum nos ſervat. Quare pie apud te ſtatuas recte honeſteque degere, atque ita Eulogiæ particeps ſias, credens eam non mortis ſolum, verum etiam morborum noſtrorum depellendorum vi pollere. Chriſtus enim exiſtens in nobis, ſopit ſævientem in noſtris membris carnis legem, & pietatem in Deum exſuſcitat, perturbationes mortificat, delicta in quibus ſumus nobis non imputans, ſed potius ut ægrotos ſanans. Confractum enim alligat, erigit lapſum, ceu paſtor bonus, & qui animam ſuam ponit pro ovibus ſuis.

CONC. TRIDENT. *Seſſ.* 22. *cap. 6. de ſacrificio Miſſæ. Sub* PIO IV. 17. *Septembris* 1562. Optaret quidem ſacroſancta Synodus, ut in ſingulis Miſſis fideles adſtantes, non ſolum ſpirituali affectu, ſed ſacramentali etiam Euchariſtiæ perceptione, communicarent, quo ad eos hujus ſanctiſſimi ſacrificii fructus uberior proveniret. *Vide* CANONES *laudatos §. ſuperiori litt.* (B) & (G)

(A) R. P. THOMASSIN Cong. Orat. D. N. J. C. Presbyter, *Tract. de Jejun. part.* 1. *cap.* 10. *n.* 1. Jejunium in eo præcipue conſiſtit, ut a vino & obſonio abſtineamus, & ſemel in die ſub veſpera manducemus.

Cap. 15. *num.* 1. Sancti Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, & Caſſianus, & omnes denique antiqui Scriptores duo verba *prandere* & *jejunare*, tamquam oppoſita uſurpant, quia jejunare nihil aliud erat quam non prandere, ſed in noctem comeſtionem differre.

N. 2. D. Hieronymus ait, Monachos, cum ſemel in die, ut cœperant, cibum ſumere ſemper perſeverarent, ſeque uſui Eccleſiæ accommodare cuperent, quo jejunium per quinquaginta poſt Paſchæ feſtum dies vetitum erat, cœnas in prandia commutaſſe. *A Pentecoſte* Ad Euſtoc. de cuſtod. virgin.
cœnæ mutantur in prandia; quo & traditioni Eccleſiaſticæ ſatisfiat, & ventrem cibo non onerent duplicato. Monachi itaque jejunium ſervare ſe non exiſtimabant *Pentecoſtes* tempore, poſt Pentecoſtem, vel inceptos quinquaginta dies, hoc eſt, poſt Paſcha, quia prandebant, licet nullam aliam comeſtionem facerent. Itaque unica comeſtio non faciebat jejunium, ſed in

veſpe-

quæ terra vel aere nutriuntur. Præterea autem tempore Quadrageſimæ, ab ovis, lacticinus & caſeo, niſi eorum uſum Epiſcopi indulgeant. (B)

B

I. Cur

veſperam comeſtionis protractio. Jejunare erat cœna ſine prandio; qui prandebat non jejunabat, licet cœnaret; vel non cœnaret.

N. 5. Caſſian. lib. 3. inſtit. cap. 12. *Quod ſcilicet extraordinaria ſit inter monachos iſta refectio; nec omnes ad eam convenire cogantur, niſi aut peregrini, qui ſupervenerint fratres, aut hi quos infirmitas corporis aut propria invitat voluntas.* Ex hoc exemplo ſatis patet, unitatem comeſtionis diebus jejunii neceſſariam fuiſſe; quia ipſis diebus, quibus jejunium ſervari non poterat, nempe diebus Jovis & Dominicis, & quinquaginta poſt Paſcha diebus, Monachos fere numquam bis per diem cibum ſumpſiſſe. Verum aut unica refectione prandii hora contenti erant loco cœnæ, quemadmodum ii, de quibus D. Hieronymus ſuperius verba faciebat; vel ſi veſperi cœna parabatur, quemadmodum in locis, de quibus Caſſianus, id in hoſpitum & ægrotum gratiam fiebat; hæcque comeſtio inſolens & quaſi furtiva erat. Hoc Caſſiani loco manifeſte etiam apparet, unicam refectionem diei jejunii veſpertinam cœnam fuiſſe, prandere vero & non jejunare idem prorſus fuiſſe.

Part. 2. cap. 9. Antiquiores Patres in unica poſt veſperas comeſtione poſitum eſſe volebant jejunium; quo unitas & hora refectionis complectebatur.

N. 2. Alexander Alenſis hanc quæſtionem proponit; num Latinorum, qui ſemel in die ſufficientem cibum ſumunt, jejunium perfectius ſit, an vero Græcorum, qui ſæpius quidem per diem, ſed admodum modico utuntur cibo. Ipſe ſtat pro Latinorum jejunio ea ratione permotus, quod jejunium ab aliis ſobrietatis & temperantiæ actibus per hanc refectionis unitatem diſtinguitur: parum cibi ſumere, licet ſæpius, eſt eſſe ſobrium, non jejunare; homo ſiquidem tum jejunus eſt, cum ſingulis diebus neque manducavit, neque bibit: demum Eccleſia jejunium principiens unitatem comeſtionis jubere poterat; verum cibi quantitatem, quam quiſque ad ſui ſuſtentationem ſumere debet, præſcribere minime poterat, cum nulla generalis lex fieri poſſit de eo, quod neceſſitati, viribus, ætati, corporis habitui debet aptari. His præcipue rationibus nititur Theologus hic, qui addit, cum D. Hieronymus, aliique veteres vitæ ſpiritualis Directores affirmarunt præſtare parum cibi ſæpius ſumere, quam rarius ad ſatietatem edere, de diebus jejunii locutos non fuiſſe, vel de iis tantum verba feciſſe, qui plures dies ab omni omnino cibo abſtinebant.

N. 6. Stephanus Toncherus, qui Pariſienſi Eccleſiæ ſtatim poſt annum 1500. præfuit, in ſuis Synodalibus ſanctionibus populum ſuum ad Quadrageſimæ obſervationem, ad carnis, ovorum, & lacticiniorum abſtinentiam, ad cibum ſemel in die, & quidem meridiei hora capiendum hortatur: *ſemel in die refectionem corporis aliis cibis non vetitis corporibus veſtris capiatis:* Et ſi tempus congruum habueritis, ut Sanctus Thomas & alii Doctores nos inſtituunt, circa meridiem capiatis. Statutum hoc aliquam credendi anſam præbet, jentacula a nobis nunc fieri ſolita veſperi diebus jejunii in uſu minime fuiſſe circa annum 1400. hortationeſque in univerſum fieri ſolitas omnibus Fidelibus, ut ſemel tantum in die jejuniorum tempore cibum caperent, cum cæteræ jejunii leges præſcriberentur.

Synodic. Part. p. 243.

Accipe nunc SS. PP. & Script. Eccleſ. ea de re teſtimonia.

Auctor CONSTIT. APOSTOL. *lib. 5. cap. 17. de Hebdomada ſancta loquens hæc habet:* Abſtinete his diebus vino & carne. dies quippe luctus, & non feſti ſunt. Sexta tamen feria & ſabbato ex toto manete jejuni, qui ita firmis viribus eſtis ut ferre poſſitis, nihil prorſus guſtantes uſque ad nocturnum galli cantum.

Cap. 18. Quamobrem monemus vos, ut his diebus jejuni maneatis uſque ad veſperam... Reliquis vero diebus ante ſextam feriam, edite hora nona, aut veſpere, aut pro ratione virium.

TERTULL. *Lib. de jejunio paulo poſt initium.* Arguunt nos quod ſtationes plerumque in veſperam producamus.

S. PAULIN. *Ep. 6, ad Amand.* Quotidiana jejunia non refugit, & pauperem menſulam VESPERTINUS conviva non horruit.

S. GREG. NYSS. *Orat. in princip. jejunii, frigidiorum Chriſtianorum queſtus ob jejunia referens, hæc habet.* Gravantur, ſole tardius ad occaſum tendente Dies ſolito longiores appellant.

S. JOHAN. CHRYSOST. *ad popul. Antioch. Homil. 5. prope finem.* Ecce hodie totam jejuni diem exegimus, & menſam in veſpera apponemus.

Serm. S. AMBROS. *adſcript. Serm. 33. ex Catechiſmo* CANISII. Illud etiam, fratres, ad perfectionem jejunii tacendum non eſt, ut qui abſtinemus & minime prandemus, hoc tempore prandia noſtra pauperibus erogemus.

Serm. 23. in Quadrag. 7. num. 2. Dicite enim mihi, interrogo vos qui in Quadrageſima prandetis, ſi non in conſcientiis veſtris rei eſtis, quod abſtinente toto populo, vos ſoli contra præceptum Domini devoratis: ſi non vobis rubor eſt cum exitis in publicum, ne quis vobis jejunus occurrat: aut ſi non cogitatis, cum ad Eccleſiam proceditis, quemadmodum pacem Epiſcopo porrigatis, ne forte ipſo ſpiritu oculi veſtri vos reprobet.

N. 3. Audio complures... fideles alternis in Quadrageſima hebdomadis abſtinere, & conſecratum illum dierum numerum gulæ intemperantia violare; hoc eſt *prandere* ſeptem dierum curriculo, & ſeptem dierum ſpatio *jejunare, &c.*

Serm. 21. in Quadrag. 5. n. 4. Qualis ergo apud conſcientiam tuam Chriſtianus es, cum Chriſto pro te eſuriente, tu *prandes?* Cum Salvatore pro te jejunante, tu reficis? *Ergo prandere idem eſt apud hunc Auctorem, quiſquis ille ſit, ac non jejunare.*

S. BERNARD. *Serm. 3. de Quadrag. n. 1.* Haſtenus uſque ad nonam jejunavimus ſoli: nunc uſque ad veſperam jejunabunt pariter univerſi, Reges & Principes, clerus & populus, nobiles & ignobiles, ſimul in unum dives & pauper.

THEODULPHUS Epiſc. Aurelian. *cap. 39.* Nullatenus jejunare credendi ſunt, ſi ante manducaverint quam veſpertinum celebretur officium.

PETRUS BLESENSIS *Serm. 11.* Temporibus jejuniorum differtur Miſſæ officium poſt ſextam, ut uſque ad nonam protrahatur abſtinentia ciborum. In Quadrageſima vero etiam uſque poſt nonam differtur Miſſale officium, ut etiam uſque poſt veſperas refectio differatur.

IVO CARNOT. *Part. 4. Decret. cap. 45. ex* CONCIL. ARAUS. *cap. 2.* Ut in ſabbato ſancto, hoc eſt in vigilia Paſchæ jejunium ante noctis initium, niſi a parvulis aut infirmis, non ſolvatur.

Cap. 45. ex CONCIL. CABIL. *cap. 5.* Solent plures, qui ſe jejunare putant, in Quadrageſima mox ut ſignum audierint ad horam nonam, manducare. Qui nullatenus jejunare credendi ſunt, ſi ante manducaverint quam veſpertinum celebretur officium. Concurrendum eſt enim ad Miſſam, & auditis Miſſarum ſolemnibus & veſpertinis officiis, largitis eleemoſynis, ad cibum accedendum eſt. Si vero aliquis neceſſitate conſtrictus fuerit, ut ad Miſſam venire non valeat, æſtimata veſpertina hora, completa oratione ſua, jejunium ſolvat.

S. THOM. 2. 2. *Quæſt. 147. art. 6. in concluſ.* Rationabiliter Eccleſiæ moderatione ſtatutum eſt, ut tantum ſemel in die a jejunantibus comedatur.

In corpore. Reſpondeo dicendum quod jejunium ab Eccleſia inſtituitur ad concupiſcentiam refrænandam; ita tamen quod natura ſalvetur. Ad hoc autem ſufficere videtur unica comeſtio, per quam homo poteſt & naturæ ſatisfacere, & tamen concupiſcentiæ aliquid detrahit, diminuendo comeſtionum vices. Et ideo Eccleſiæ moderatione ſtatutum eſt, ut ſemel in die a jejunantibus comedatur.

Ad. 1. Dicendum quod quantitas cibi non potuit eadem omnibus taxari, propter diverſas corporum complexiones, ex quibus contingit quod unus majori, alter minori cibo indigeat: ſed ut plurimum omnes poſſunt naturæ ſatisfacere per unicam comeſtionem.

(B) R. P. THOM. Cong. Orat. D. N. J. C. Sacerd. *Tract. de jejun. part. 1. cap. 10. n. 3.* Abſtinentia a carne lex erat communis omnibus jejuniis.

N. 8. Poſtquam multa Veterum ad hanc theſim probandam teſtimonia laudaſſet, ex his concludit 1. Animadverti potuit, abſtinentiam carnis & vini fuiſſe ab omnibus

Digitized by Google

I. Cur præcipit Eccleſia abſtinentiam ab illis cibis?

R. Pœnitentiæ cauſa, ut caro mortificetur; ſunt enim illi cibi ceteris meliores.

I. Videtur hoc præceptum pugnare cum eo quod ait Apoſtolus, *omne quod in macello venit, manducate?* 1. Cor. 10. 25.

R. Non pugnat ullatenus. Loquitur enim ibi Apoſtolus de iis qui præ conſcientia non audebant ullas in macello carnes emere, ne exponerent ſe periculo Idololothyta comedendi. Eccleſia autem nullum cibi genus prohibet, niſi diebus Jejunii vel abſtinentiæ; idque non conſcientiæ ſed pœnitentiæ cauſâ ſolum.

Rem fuſius explico.

Ex Corinthiis ad quos ſcribit Apoſtolus, alii Idolothyta ſine ſcrupulo manducabant, aliis eo usque religio erat Idolothyta manducare, ut nullas auderent emere carnes in macello, ne forte ex iis quædam fuiſſent idolis immolatæ. Horum ut ſcrupulo occurrat Apoſtolus ait, *omne quod in macello venit manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam . . . 27. Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire; omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. 28. Si quis autem dixerit: Hoc immolatum eſt idolis, nolite manducare*, ne lædatur infirmorum conſcientia. 1. Cor. 10. 25.

bus receptam, præcipue vero Quadrageſimæ tempore. 2. Judicia & leges mitiores eſſe circa abſtinentiam vini, quam carnis; tum quia D. Paulus in diſcipulo Timotheo exemplum dedit, tum quia revera ſtomachus ſæpius male ſe habet ex aquæ potu, quam ex obſonii abſtinentia. 3. Quia carnem & vinum prohibendo; omnes guſtus delicias, & excogitata ſenſus irritamenta vetare mens fuit. Abſtinentia enim virtus, jejunium vero præcipuum abſtinentiæ exercitium eſt. At virtus non tantum ad detrahendum corpori alimentum ſuum tendit, quantum ad auferendum animæ & corpori omnes voluptatum ſenſualium illecebras. Itaque vinum prohibendo, omnes potûs delicias prohibere mens fuit; carnem vetando omnia condimenta & embammata damnantur. 4. Vulgaris jejunantium menſa leguminibus, fructibus, pane, & aqua ad potum conſtabat. Exquiſitæ etiam condiendi legumina rationes improbabantur; necnon nimia fructuum exoticorum conquirendi cura; demum aquæ, quæ potius exquiſiti liquores dicendæ erant. 5. Vinum potius, quam exquiſiti hi liquores, permiſſum fuit, dummodo vinum commune eſſet, & quidem parum, ut ſtomachi imbecillitati remedio eſſet.

N. 9. Severiores jejunii obſervatores piſcem æque ac carnem a ſua menſa longe amandarunt. Verum quia generale interdictum carnem tantummodo & vinum diebus jejunii vetabat, conſequens eſt, piſcem vetitum minime fuiſſe.

N. 11. Dicit maxime adverſam eſſe Theologorum, qui vini hauſtum extra cœnam jejunii legibus non contrarie autumant, ſententiam, legi huic adeo univerſali prioribus ſæculis, quæ vinum vetabat, non minus ac obſonia, quæque duplici hac abſtinentia jejunium conſtare volebat.

N. 12. Ipſis diebus Dominicis licet non jejunabatur, a carne & vino nihilominus abſtinebatur.

Chap. 11. n. 5. Abſtinentia carnis & vini jejunii Eccleſiaſtici character erat.

2. Part. cap. 6. n. 6. De ſola carnis abſtinentia nulla omnino quæſtio erat, cum per totam Eccleſiam Quadrageſimæ tempore in uſu eſſet.

Idem probant plurima SS. PP. teſtimonia quæ hic exſcripſimus.

S. Johan. Chrysost. *Homil. 1. in Gen.* Coquorum diſcurſus, & pecudum mactationes e medio tolluntur, &c.

Homil. 2. Nusquam hodie tumultus vel clamor, vel carnium conciſiones, vel coquorum diſcurſus.

S. Aug. *lib. 30. contra Fauſtum Manich. cap. 5.* Et Chriſtiani, non hæretici, ſed catholici, edomandi corporis cauſa, propter animam in orationibus amplius humiliandam, non quod illa eſſe immunda credant, non ſolum a carnibus, verum a quibusdam etiam terræ fructibus abſtinent: vel ſemper, ſicut pauci; vel certis diebus atque temporibus, ſicut per Quadrageſimam fere omnes, quanto magis quisque vel minus ſeu voluerit ſeu potuerit.

Theodoretus *in epitome divin. Decret. cap. de abſtin.* A vino autem, & ab eſu carnium, & ab aliis ejuſmodi abſtinentiam, non ſimiliter ac Hæretici amplectitur Eccleſia.

S. Maximus Taurin. *Hom. 3. de jejun. Quadrag.* Quale illud eſt autem, quod non verseris carnibus, & de ore tuo omni eſca ſordidius egreditur maledictum? Quale eſt, quod ſanctificatur venter jejunio, & polluitur lingua mendaciis? Recte ſane, frater, frequentabis Eccleſiam, ſi greſſus tuos letalibus laqueis avida illa non implicet, & involvat uſura.

Recte orabis Dominum tuum, ſi precibus tuis obvia tibi cordis non obſiſtat invidia. Recte contundes manibus pectus, ſi omnem inde furorem malignæ voluntatis excuſſeris. Juſte etiam dabis denarium pauperi, ſi alii illud pauperi non tuliſti. Hæc ergo eſt, chariſſimi, religioſa eſuries: hic fidelium paſtus animarum, ut jejunium noſtrum ſanctificet caſtitas: ornet patientia, benignitas foveat, miſericordia lætificet, commendet humilitas.

Auctor *Serm. in Append.* S. Aug. 143. *de Quadrag. 4. alias de temp. 64. n. 2.* Illa eſt in Quadrageſimæ diebus grandis utilitas, quod dum etiam a licitis abſtinemus, magis ac magis admonemur illicita vitare. Qui enim abſtinemus nos a carnibus quibus aliis diebus uti licet: qui nos abſtinemus a vino, quo moderate uti licet: qui ergo iſta vitamus, quæ aliquando licent, imprimis peccata fugiamus, quæ omnino numquam licent.

N. 3. Itaque ſi volumus bene jejunare a cibis, ante omnia jejunemus & a vitiis. Sic ergo ut diximus, jejunemus a cibis, ut multo magis jejunemus a vitiis, ut ſanctorum morum ubertate ſaturemur, & ut in futuro mereamur ipſorum operum retributione ſatiari.

Auctor *Serm. 144. Append.* S. Aug. *alias de temp. 65. in Quadrag. 5. n. 4.* Ceſſent lavacra, vina vel carnes; non quod creaturam Dei judicemus eſſe damnandam; ſed qui toto anno nobis viximus, ſaltem vel paucos dies vivamus & Domino. Sed jejunia noſtra ut plena ſint & ſuffarta, miſericordiæ pinguedine ſaginentur; demus eſurientibus prandium noſtrum. Nec putes jejunia ſola ſufficere ad ſananda vulnera peccatorum, ni medicamento eleemoſynæ recreentur. Jejunium ergo tuum te caſtiget, ſed lætificet alterum; & ita fructuoſæ erunt anguſtiæ tuæ, ſi alteri lætitudinem præſteor. Sic jejuna, ut in alio manducante prandiſſe te gaudeas. *Hilarem enim datorem diligit Deus.* 2. Cor. 9. 7. Nam manducante paupere de bonis tuis, prandet Chriſtus, qui ſe in paupere eſurire teſtatur.

Ivo Carnot. *part. 4. Decreti cap. 29. ex* S. Greg. M. *ad Auguſt. Anglorum Epiſc. Epiſt.* Par autem eſt, ut qui his diebus a carnibus animalium abſtinemus, ab omnibus quoque quæ ſementivam carnis trahunt originem, jejunemus a lacte videlicet, caſeo, & ovis.

Capitularia Theodulphi Epiſc. Aurelian. *cap. 40.* Abſtinentia vero in his diebus omnium deliciarum eſſe debet, & ſobrie & caſte vivendum. Qui vero ovis, caſeo, piſcibus, & vino abſtinere poteſt, magnæ virtutis eſt. Qui autem his aut infirmitate interveniente, aut quolibet opere abſtinere non poteſt, utatur: tantum ut jejunium uſque ad veſperum celebret ſolemniter, & vinum non ad ebrietatem, ſed ad refectionem corporis ſui ſumat. A caſeo vero, lacte, & butyro, & ovis abſtinere & non jejunare dementiſſimum eſt, & ab omni ratione remotum. Vini enim ebrietas & luxuria prohibita ſunt, non lac & ova: non enim ait Apoſtolus, nolite comedere lac aut ova, ſed *nolite inebriari vino in quo eſt luxuria.* Ephes. v. 18.

S. Hieron. *in Epitaph. Marcellæ.* Moderata jejunia, carnium abſtinentia, vini odor magis quam guſtus, propter ſtomachum & frequentes infirmitates.

In Epitaph. Paulæ. Quæ exceptis diebus feſtis vix oleum in cibo caperet: ut ex hoc uno æſtimetur, quid de vino, & liquamine, & piſcibus, & melle, & ovis, & reliquis quæ guſtui ſuavia ſunt, judicarit.

Concil. Tolet. VIII. *can. 9.* Qui eſum carnium præſumpſerit attentare, ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat gulam.

PARS II. SECT. IV. CAP. VI. §. 23.

tia. (C) Nec nihil ad nos, ut per ſe patet. Eccleſia enim a nullo abhorret cibi genere, omnibus cum gratia participat, pro omnibus ciborum generibus gratias agit Deo. Quoſdam cibos comedi prohibet diebus Jejunii non ut malos, ſed ut meliores ceteris; ab iis abſtinet quidem, ſed ad coercendum appetitum, ad carnem affligendam: isque perpetuus Eccleſiæ mos fuit. Hunc morem Chriſtus ipſe approbavit, laudando miram Joannis Baptiſtæ abſtinentiam, cujus cibus erant locuſtæ & mel ſylveſtre. (D) Adeoque Neoterici, quos Proteſtantes dicimus, alieni ſunt a perpetuo uſu Eccleſiæ, & Chriſto ipſi contradicere non verentur, dum & ſua agunt Jejunia ſine ulla a carnibus abſtinentia, & Eccleſiam ſuperſtitionis arguunt propter præceptam in jejuniis abſtinentiam. (E)

C

D

E

I. Po-

CONCIL. GERUNDENS. *ann.* 517. A carnibus & vino decrevimus abſtinendum.

STEPHANUS PONCHER *in Epiſc. Pariſ. aſſumptus ann.* 1503. *in Synod. Pariſ. pag.* 243. Hortor vos, & moneo Quadrageſimam congrue jejunare; & veluti cenſuerunt ſacri Canones a carnibus, lacte, caſeo, butyro, & ovis.

CONCIL. CONSTANT. *in Trullo can.* 56. Accepimus in Armeniorum regione & in aliis locis, in ſabbatis & Dominicis ſanctæ Quadrageſimæ quoſdam ova & caſeum comedere. Viſum eſt ergo & hoc, ut omnis Dei Eccleſia, quæ eſt in univerſo terrarum orbe, unum ordinem ſequens, jejunium perficiat, & abſtineat, ſicut ab omni mactabili, ſic ab ovis & caſeo, quæ quidem ſunt fructus & fœtus eorum a quibus abſtineamus.

C

S. THOM. 2. 2. *Quæſt.* 147. *art.* 8. *in corp.* Reſpondeo dicendum quod ſicut ſupra dictum eſt (*art.* 6.) jejunium ab Eccleſia eſt inſtitutum ad reprimendas concupiſcentias carnis, quæ quidem ſunt delectabilium ſecundum tactum: quæ conſiſtunt in cibis & venereis: Et ideo illos cibos Eccleſia jejunantibus interdixit, qui & in comedendo maxime habent delectationem, & iterum maxime hominem ad venerea provocant. Hujuſmodi autem ſunt carnes animalium in terra quieſcentium, & reſpirantium, & quæ ex eis procedunt, ſicut lacticinia ex greſſibilibus, & ova ex avibus. Quia enim hujuſmodi magis conformantur humano corpori, plus delectant, & magis conferunt ad humani corporis nutrimentum. Et ſic ex eorum comeſtione plus ſuperfluit ut vertatur in materiam ſeminis; cujus multiplicatio eſt maximum incitamentum luxuriæ: Et ideo ab his cibis præcipue jejunantibus Eccleſia ſtatuit eſſe abſtinendum.

Ad tertium, dicendum quod ova & lacticinia jejunantibus interdicuntur, in quantum ſunt ex animalibus exorta carnes habentibus. Unde principalius interdicuntur carnes quam ova vel lacticinia. Similiter etiam inter alia jejunia ſolemnius eſt Quadrageſimale jejunium; tum quia obſervatur ad imitationem Chriſti; tum etiam quia per ipſum diſponimur ad redemptionis noſtræ myſteria devote celebranda. Et ideo in quolibet jejunio interdicitur eſus carnium. In jejunio autem Quadrageſimali interdicuntur, univerſaliter etiam ova & lacticinia. Circa quorum abſtinentiam in aliis jejuniis diverſæ conſuetudines exiſtunt apud diverſos: quos quisque obſervare debet ſecundum morem eorum inter quos converſatur. Unde Hieron. (Epiſt. 20. ut ſupra) dicit de jejuniis loquens: *Unaquæque provincia abundet in ſuo ſenſu; & præcepta majorum leges Apoſtolicas arbitretur.* Hinc licet olim in jejunio non a carnibus tantum ſed & a vino abſtinere, præſertim vero in jejunio Quadrageſimæ, Chriſtiani ſolerent, facilius tamen ſubinde circa vini abſtinentiam quam carnium generaliter diſpenſatum eſt, ut jam uti liceat vino, ſed non carnibus, quarum uſus licitus communiter omnibus numquam fuit. Quod autem ſimul cum carnium abſtinentia conjungeretur olim abſtinentia vini, patet ex verbis Auguſtini dicentis Dominica 1. Quadrageſimæ ſerm. 1. *Qui abſtinemus nos a carnibus quibus* (*aliis diebus*) *uti licet, qui nos abſtinemus a vino quo moderate uti licet, qui vitamus quæ aliquando licent, inprimis fugiamus peccata quæ numquam licent.* Et ſerm. 2. *Ceſſent vina vel carnes, ut qui nobis viximus toto anno, ſaltem per paucos dies vivamus & Domino.* Item ex verbis Hieronymi ſuper 10. cap. Danielis, ubi dicitur panem deſiderabilem non comediſſe nec introiſſe vinum aut carnem in os ejus: *Hoc exemplo docemur, tempore jejunii a cibis delectationibus abſtinere* (*quod ego nunc puto dici* panem deſiderabilem) *nec carnem comedere, nec vinum bibere.* Item ex verbis Baſilii homil. 1. de jejunio (quo jejunium Quadrageſimæ intelligit) *Carnes non edis, & a vino abſtines, &c.* Item ex verbis Theophili Alexandrini Epiſt. 3. Paſchali univerſis Ægypti Epiſcopis directa: *Nequaquam in diebus Quadrageſimæ vini poculum ſuſpiremus, nec in procinctu belli ubi neceſſarius labor & ſudor eſt, edulio carnium delectemur: Qui autem legum præcepta cuſtodiunt, ignorant vinum in jejuniis, eſum carnium repudiant.* Ac licet addat ſocios Danielis in Babylone abſtinentes exemplum nobis fortitudinis reliquiſſe, *ut omnem deinceps ætatem docerent ſed jejuniorum tempore a carnibus & vino abſtinendum*, abſtinentia tamen carnium magis viſa eſt Eccleſiæ neceſſaria quam abſtinentia vini ad jejunii rationem, & ſic in vino non in carnibus diſpenſavit. Unde abſtinentia vini modo in jejunio conſilii tantum eſt non præcepti, ſicut & abſtinentia piſcium, a quibus tamen olim abſtinuiſſe Chriſtianos in jejunio illo Chryſoſtomus indicat homi. 3. ad populum; & ſimiliter aridi cibi, hoc eſt panis & aqua, quibus ultima hebdomada Quadrageſimæ ante Paſchatis dies veſcebantur. Cum ſola ergo abſtinentia generali carnium in præcepto remanſit, ut a lacte, caſeo, & ab ovis in jejunio Quadrageſimæ communiter debeat abſtineri; quia nimirum par eſt ut qui per illos dies a carnibus animalium abſtinemus, ab omnibus etiam quæ ſementivam carnis trahunt originem, jejunemus, ſicut in 4. parte Decretorum cap. 29. loquitur Ivo Carnotenſis. Quamvis nunc ſatis communiter in aliquibus locis propter neceſſitatem in lactis & caſei abſtinentia diſpenſetur.

(C) 1. COR. x. 19 Quid ergo? Dico quod idolis immolatum ſit aliquid? aut quod idolum ſit aliquid? 20. Sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, & non Deo. Nolo autem vos ſocios fieri dæmoniorum: non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: 21. Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum. 22. An æmulamur Dominum? Numquid fortiores illo ſumus? Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. 23. Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. 24. Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius. 25. Omne quod in macello venit manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. 26. Domini eſt terra, & plenitudo ejus. 27. Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire: omne, quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. 28. Si quis autem dixerit: Hoc immolatum eſt idolis, nolite manducare, propter illum, qui indicavit, & propter conſcientiam. 29. Conſcientiam autem dico non ſuam, ſed alterius. Ut quid enim libertas mea judicatur ab aliena conſcientia? 30. Si autem cum gratia participo, quid blaſphemor pro eo quod gratias ago?

(D) MATTH. III. 4.... Eſca autem ejus erat locuſtæ & mel ſylveſtre. *Vide ſupra cap.* 2. §. 21. *hujusce ſect. lit.* (F) *Comment. in hunc locum.*

(E) R. P. THOMASSIN. *Tract. de Jejuniis. Vide ſupra hocce §. lit.* (B) *Id multis probat argumentis.*

in Neotericos ſacri jejunii impugnatores ſcripſiſſe videtur S. AUG. *lib. contra Adimantum Manichæi diſcip. c.* 14. *cum ait*: De carne autem non manducanda & non bibendo vino, quod ait Apoſtolus, non quia illa immunda arbitratus eſt, hoc præcipit, ſicut iſti exiſtimant, & errantes in errorem præcipitant, quibus talia perſuaſerunt: ſed cum ipſe poſuerit cauſam, cur hoc dixerit, non eſt nobis hæc interpretanda vel exponenda ſententia. Sufficit enim ipſum de Apoſtoli Epiſtola totum locum huic ſermoni contexere, ut & cauſa manifeſte appareat, cur hoc Apoſtolus dixerit, & iſtorum fraus, qui particulas quasdem de Scripturis eligunt, quibus decipiant imperitos, non connectentes quæ ſupra & infra ſcripta ſunt, ex quibus voluntas & intentio ſcriptoris poſſit intelligi. Sic ergo Apoſtolus ait: *Infirmum autem in fide recipere, non in diſceptationibus cogitationum, &c.* Numquid eget cujusquam interpretatione, ut intelligatur cur hoc Apoſtolus dixerit: & quanta illi malitia de Scripturis certa quæque diſcerpunt, quibus circumveniant imperitos? Nam & munda eſſe omnia dicit Apoſtolus ſecundum fidem: & ei eſſe immunda, qui putat immunda: & tunc eſſe ab eis temperandum, cum per offenſionem accipiuntur: id eſt, cum aliquis infirmus putat ſibi ab omnibus carnibus tempe-

Rom. 14. 21

Rom. 14. 1.

ran-

Pars. II. Sect. IV. Cap. VI. §. 1.

J. Poteſtne liquido demonſtrari præceptum olim ab Eccleſia fuiſſe ut fieret in diebus Jejunii abſtinentia a carnibus, quibus alioqui veſci liceret?

R. Tam id certum eſt quam quod certiſſimum. Neque Solem lucidum dicet, qui id negaverit. In omnibus Jejuniis Eccleſiaſticis, & maxime in Quadrageſimali Jejunio præceptam fuiſſe abſtinentiam a carnibus & a vino teſtes ſunt Sanctus Baſilius, S. Gregorius Nyſſenus, S. Chryſoſtomus, S. Cyrillus Hieroſolymitanus, Theophilus Alexandrinus, S. Hieronymus, Sanctus Auguſtinus, Julianus Pomerius, S. Fulgentius &c. (F) Erant & Jejunia ſanctiora in qui- F

randum ne incidat in carnem immolatitiam: & ideo eum qui manducat, poteſt arbitrari in honorem idolorum id facere: & ex eo graviter offendi, cum ipſa immolatitia caro, ſi ex fide a neſciente accipiatur, neminem maculet. Unde alio loco idem Apoſtolus interrogari vetat, cum quid de macello emitur, vel ab aliquo infideli quiſquam vocatus, in menſa ejus exhiberi ſibi carnes videt, quas iſti immundas arbitrantur, non propter immolationem, ſed quia carnes ſunt, cum Apoſtolus clamet omnia munda eſſe, & omnem creaturam Dei bonam eſſe, & omnia ſanctificari per verbum & orationem: & tamen temperandum ab eis, ſi quis forte infirmus offenditur. Et quodam loco apertiſſime iſtos ſignificavit, cum dicit: *In noviſſimis temporibus* futuros quoſdam *prohibentes nubere, abſtinentes a cibis quos Deus creavit.* Hos enim proprie deſignat, qui non propterea temperant a cibis talibus, ut aut concupiſcentiam ſuam refrenent, aut infirmitati alterius parcant; ſed quia ipſas carnes immundas putant, & eorum creatorem Deum eſſe negant.

1. Cor. 10. 25.

Rom. 14. 20.

1. Tim. 4. 1. & 3.

S. Hieron. *lib.* 2. *Comm. in Epiſt. ad Galat. cap.* 4. Dicat aliquis: Si dies obſervare non licet, & menſes, & tempora, & annos, nos quoque ſimile crimen incurrimus quartam ſabbati obſervantes; & Paraſceven; & diem Dominicam; & jejunium Quadrageſimæ.

S. Leo Mag. *Serm.* 86. *de Jejunio ſeptimi menſis* 3. *c.* 2. Divinatum namque reverentia ſanctionum, inter quælibet ſpontaneæ obſervantiæ ſtudia, habet ſemper privilegium ſuum: ut ſacratius ſit quod publica lege celebratur, quam quod privata inſtitutione dependitur. Exercitatio enim continentiæ, quam ſibi quiſque proprio arbitrio indicit, ad utilitatem cujuſdam pertinet portionis; Jejunium vero quod univerſa Eccleſia ſuſcipit, neminem a generali purificatione ſejungit: & tunc fit potentiſſimus Dei populus, quando in unitatem ſanctæ obedientiæ omnium fidelium corda conveniunt, & in caſtris militiæ Chriſtianæ ſimilis ex omni parte præparatio, & eadem eſt ubique munitio.

Cap. 3. Ad hujus ergo invictæ unitatis potentiam, Dilectiſſimi, etiam hoc nos ſolemne jejunium ſeptimi menſis invitat: ut a curis ſæcularibus actibuſque terrenis liberos ad Dominum animos erigamus. Et quia hanc intentionem ſemper neceſſariam non omnes poſſumus habere perpetuam, ſæpiuſque per humanam fragilitatem a ſupernis in terrena recidimus: iſtis ſaltem diebus, qui nobis ad ſaluberrima ſunt remedia præſtituti, mundanis nos occupationibus ſubtrahamus, & aliquid temporis, quod proſit ad bona æterna, furemur. *In multis enim*, ſicut ſcriptum eſt, *offendimus omnes:* licet quotidiano Dei munere, a diverſis contaminationibus emundemur: inhærent tamen incautis animis plerumque maculæ craſſiores; quas oportat diligentiori cura ablui, & impendio majore deleri. Pleniſſima autem peccatorum obtinetur abolitio, quando totius Eccleſiæ una eſt oratio, & una confeſſio. Si enim duorum vel trium ſanctorum pio conſenſui omnia quæ popoſcerint Dominus præſtanda promittit, quid negabitur multorum millium plebi, unam obſervantiam pariter exequenti, & per unum Spiritum concorditer ſupplicanti?

Jac. 3. 2.

Matt. 18. 20.

Cap. 4. Magnum eſt & in conſpectu Domini, Dilectiſſimi, valde pretioſum, cum totus Chriſti populus, eiſdem ſimul inſtat officiis & in utroque ſexu, omnes gradus, omneſque ordines eodem cooperantur affectu; cum in declinando a malo ac faciendo bonum, par cunctorum & una ſententia eſt: cum in operibus ſervorum ſuorum glorificatur Deus, & totius pietatis auctor in multarum gratiarum actione benedicitur. Aluntur eſurientes, veſtiuntur nudi, viſitantur infirmi, & nemo quod ſuum eſt quærit, ſed quod alterius, dum ad relevandam alienam miſeriam unicuique menſura ſua ſufficit, & facile eſt invenire hilarem largitorem; ubi modum operis ratio temperat facultatis. Per hanc autem Dei gratiam, *quæ operatur omnia in omnibus*, communis fidelium fructus & commune fit meritum: Quoniam quidem poteſt & eorum par eſſe animus, quorum impar eſt cenſus: & cum alter de alterius lætatur largitate, cui æquari non potuit impendio, æquatur affectu. Nihil in tali populo inordinatum, nihilque diverſum eſt, ubi ad unum pietatis vigorem omnia ſibi totius corporis membra conſentiunt; nec de ſua tenuitate confunditur, qui de aliorum opulentia gloriatur. Decus enim univerſitatis, eſt excellentia portionis: & cum Dei ſpiritu omnes agimur, non ſolum illa noſtra ſunt, quæ ipſi gerimus, ſed etiam illa, de quibus in aliorum actione gaudemus.

1. Cor. 12. 6.

Serm. 87. *de Jejunio* 7. *menſis* 4. *cap.* 2. Quamvis unicuique noſtrum liberum ſit voluntariis caſtigationibus proprium corpus afficere, & nunc moderatius, nunc vero diſtrictius repugnantes ſpiritui carnales concupiſcentias edomare: quibuſdam tamen diebus ab omnibus oportet pariter celebrari generale jejunium, & tunc eſt efficacior ſacratiorque devotio, quando in operibus pietatis totius Eccleſiæ unus animus & unus eſt ſenſus. Publica enim præferenda ſunt propriis: & ibi intelligenda eſt præcipua ratio utilitatis, ubi vigilat cura communis. Teneat igitur diligentiam ſuam obſervantia ſingulorum, & contra nequitiæ ſpiritualis inſidias, implorato divinæ protectionis auxilio cæleſtia quiſque arma arripiat. Sed Eccleſiaſticus miles, etiam ſi ſpecialibus præliis poſſit fortiter facere, tutius tamen & felicius dimicabit, ſi contra hoſtem palam in acie ſteterit: ubi non ſuis tantum viribus certamen ineat, ſed ſub invicti regis imperio, fraternis conſociatus agminibus, bellum univerſale conficiat. Minore enim diſcrimine plures confligunt cum hoſte, quam ſinguli: nec facile patet vulneri, quem oppoſito ſcuto fidei, non ſua tantum, ſed etiam aliorum fortitudo defendit: ut ubi una eſt omnium cauſſa, ſit una victoria.

Quid luculentius adduci potuit ad retundendas falſas cavillationes noſtri temporis Hæreticorum, qui Eccleſiam accuſant ſuperſtitionis quod certos dies ſolemnibus jejuniis deputarit?

(F) S. Basil. *Hom.* 1. *de Jejunio*, *pag.* 327. Nullum animal deplorat mortem, nuſquam ſanguis, nuſquam ſententia ab inexorabili ventre adverſus animantia pronuntiata. Ceſſat machæra coquorum, menſa contenta eſt ſponte naſcentibus... Da reſpirationem coquo tuo, da otium menſarum apparatori, quieſcat manus pocillatoris, ſit aliquando reſpiratio variorum, bellariorum ac cupediarum architectis. Conquieſcat tandem ipſa domus ab infinitis tumultibus, a fumo, a nidore, ab his qui ſurſum deorſum curſitant, ac ventri velut imperioſæ dominæ miniſtrant. Vide ne qui nunc aquas reſpuis, in poſterum exemplo divitis illius, ſtillam aquæ concupiſcas. Nemo per aquæ potum lapſus eſt in crapulam, nulli caput unquam doluit aqua gravatum. Nullus eguit alienis pedibus cum aquæ potu familiaritatem habeas. Nullum ſui pedes deſtituerunt, nullæ manus factæ ſunt inutiles, quæ aqua irrigantur... Cave tamen ne jejunii utilitatem ſola eſcarum abſtinentia metiaris. Verum jejunium eſt ab omnibus vitiis eſſe alienum. *Solve omne vinculum iniquitatis, condona proximo;* ſi quid dolet animo condona illi debita. Nolite ad contentiones ac lites jejunare. Carnes non edis? ſed comedis fratrem tuum. A vino abſtines? ſed ab injuriis tibi non temperas. Expectas veſperam ut cibum capias, ſed diem totum abſumis apud tribunalia. Væ his qui ebrii ſunt, non a vino.

S. Greg. Nyssen. *Serm. in principio jejunii.* Faſtidioſe ad ſeveram menſam accedunt, murmurant contra olera, convicia jaciunt in legumina... Uno anhelitu aquam extrahunt, quaſi eſſet amara a medicis præbita potio. Multi etiam vinum ingenioſe imitantur, ſuamque cupiditatem factitiis quibuſdam potionibus conſolantur. Alii etiam in oleribus delicias quærunt, fiuntque miri cupediarum ſtructores & artifices. Quod valde fatuum arbitror, cum jejunium voluntariæ mentis ſit.

S. Chrysost. *Hom.* 4. *ad pop. Antioch.* Quidam ſunt inter ſe ciborum abſtinentia æmulantes, & hi quidem integros duos dies tranſigunt jejunii: hi vero non vini tantum & olei, ſed & omnis ferculi uſum a ſua menſa rejicientes, pane & aqua utentes, dumtaxat Quadrageſimam omnem expediunt.

PARS. II. SECT. IV. CAP. VI. §. I.

quibus abſtinebatur non ſolum a carnibus & lacticiniis & ovis, ſed & piſcibus & ab omni coctorum ciborum genere. (G) Tale erat Jejunium majoris hebdomadis, quæ propterea dicebatur Hebdomeda
G Xerophagiæ. (H) Eſt enim Ξηροφαγία juxta vim no-
H minis, crudorum & ſiccorum ciborum eſus. Sæculis ſexto & ſeptimo circa abſtinentiam & vino in diebus Jejunii indulgentium actum eſt, ſed non ubique. Sæculo tandem octavo omnibus licitum fuit uti vino, cujus uſus concedebatur antea iis ſolum qui præ debilitate ſtomachi hoc ſolatio indigebant. Fuit ergo poſtea conſilium non præceptum abſtinentia a vino (I) Sed abſtinere a carnibus diebus Je- I
junii ſemper fuit ad noſtra uſque tempora ex Apoſtolica traditione præceptum.

I. Qua hora frangere Jejunium licet?

R. Olim Quadragesimale Jejunium ad veſperam uſque continuebatur. Cetera autem minora

Homil. 8. apud popul. Antioch. Quid difficilius non jurare, an per totum diem medium pati, & aquæ potu & tenui victu ſiccari? Certum eſt quod hoc illo gravius; ſed tamen conſuetudo res & tam facilis & expedita, quod adveniente jejunio, etſi millies quis exhortetur, & infinita crucient & cogant vinum delibare, vel aliud quid lege jejunii non conceſſum deguſtare, omnia quis mallet pati, quam prohibitum tangere nutrimentum.

Hom. 8. de Pœnit. tom. 5. Cum eſca abſtinemus, peccato non abſtinemus; cum carnibus quidem non veſcimur, devoramus tamen pauperum domos: cum vino quidem haud inebriamur, inebriamur vero pravis deſideriis: cum quidem inedia totam tranſigimus diem, atque eamdem impudicis in ſpectaculis conſumimus.

S. CYRILLUS HIEROS. *Cath. 4. tit. de cibis.* Jejunamus enim & a vino, carnibuſque nos abſtinemus, non ea quaſi piacula abhorrentes, ſed mercedem expectatores.

THEOPHILUS Archiepiſcopus Alexand. 3. *Epiſt. Paſchal.* Nequaquam diebus Quadrageſimæ, ſicut luxurioſi divites ſolent, vini poculum ſuſpiremus: neque.. carnium edulio delectemur ... Qui legum præcepta cuſtodiunt, ignorant vinum in jejuniis, carnium eſum repudiant... Neſcientes quod etiamſi hominum conſcientiam fugiant, & clauſis parietibus veſcantur carnibus, atque aves altiles diebus Quadrageſimæ & propinquante Paſcha immundis manibus lacerent, triſti vultu foris jejunia promittentes, corripiat hujuſmodi Dominus & dicat, Iniquitates magnas faciunt iſti, ut recedant a ſanctis meis.

S. HIER. *Epiſt. 34. alias 2. ad Nepot.* Fortiſſimum jejunium eſt aqua & panis.

Epiſt. 57. alias 7. Ad Lætam de Inſtit. Filiæ, In Quadrageſima continentiæ vela pandenda ſunt... Cibus ejus oluſculum ſit, & ſimila: raroque piſciculi.

Epiſt. 49. alias 13. ad Paulinum. Sit vilis & veſpertinus cibus, olera & legumina, interdumque piſciculos pro ſummis ducas deliciis.

S. AUG. *Serm. 205. alias de div. 68. in Quadrag. 1. n. 2.* Nemo ſub abſtinentiæ ſpecie, mutare affectet potius, quam reſecare delicias; ut pretioſos cibos quærat, quia carne non veſcitur; & inuſitatos liquores, quia vinum non bibit; ne per occaſionem quaſi domandæ carnis, magis agat negotium voluptatis.

Serm. 207. alias de diverſ. 71. in Quadrag. 3. num. 2. Jejunemus etiam humilitate animas noſtras, appropinquante die qua magiſter humilitatis humiliavit ſemetipſum... Imitemur ejus crucem, abſtinentiæ clavis edomitas concupiſcentias configentes. Caſtigemus corpus noſtrum, & ſervituti ſubjiciamus: & ne per indomitam carnem ad illicita prolabamur, in ea domanda aliquantum & licita ſubtrahamus. Crapula & ebrietas etiam per dies ceteros devitanda. per hos autem dies etiam conceſſa prandia removenda... His autem diebus a conjugibus temperandum eſt. Facile tibi obtemperabit caro, ne inhæreas alienis, quæ refrenari conſueverit & a ſuis. Sane cavendum eſt ne mutes, non minuas voluptates. Videas enim quoſdam pro uſitato vino, inuſitatos liquores exquirere: & aliorum expreſſione pomorum, quod ex uva ſibi denegant, multo ſuavius compenſare. Cibos extra carnes multiplici varietate, ac jucunditate conquirere ... parcimonia jejuniis conjungatur. Sicut ventris caſtiganda ſaturitas, ita gulæ irritamenta cavenda ſunt... Carnalis eſt delectatio refrænanda. Eſau non pingui vitulo, vel volatilibus, ſaginatis, ſed immoderate concupita lenticula reprobatus eſt. S. David aquam plus juſto deſideraſſe pœnituit.

JULIAN. POMER. *Lib. de vita contempl. Vide infra hocce §. litt.* (BB)

S. Fulgent. lib. de Fide ad Petrum, cap. 3. A carnibus & vino abſtinent, in quantum corpus valetudo permittit.

Vide etiam loca SS. PP. ſupra allata hocce paragrapho lit. (B)

(G) S. EPIPHAN. *in expoſit. fidei r n. 22.* Sex illos Paſchatis dies Xerophagiis, hoc eſt arido victu tranſire populus omnis aſſuevit; hoc eſt panem dumtaxat cum ſale & aqua ſub veſperam adhibere. Immo nonnulli ad biduum.

CONSTITUT. APOSTOL. *lib. 5. c. 17.* Sex diebus Paſchæ pane tantum, ſale, oleribus, & aqua menſæ adhibitis jejunate. Abſtinete his diebus vino & carne: dies quippe luctus & non feſti ſunt.

TERTULL. *de jejunio.* Quod etiam Xerophagias obſervemus, ſiccantes cibum ab omni carne, & omni jurulentia, & uvidioribus quibuſque pomis, ne quid vinoſitatis, vel edamus, vel potemus. Lavacri quoque abſtinentiam congruentem arido victui ... Ecce convenio vos & interdum pane & aqua victitantes, ut cuique viſum eſt. Denique reſpondetis hæc ex arbitrio agenda, non ex imperio.

CASSIANUS *collat. 2. cap. 19.* Diſcutientes continentias diverſorum, qui vel ſolis leguminibus, vel oleribus tantum, vel pomis vitam jugiter exigebant, præpoſuere cunctis illis refectionem ſolius pomi, cujus æquiſſimum modum in duobus paximatiis ſtatuerunt, quos parvulos panes, vix libræ unius pondus habere certiſſimum eſt.

THEODOR. BALSAMON. *in Canon. Apoſt. 69. hæc habet.* Nam & in iis ſimiliter ac in Quadrageſima juſſi ſumus aridis viſci.

PETRUS DAMIAN. *Epiſt. ſeu Tract. de jejun. ad Erem. tom. 3. Opuſculor. Opuſc. 14. & 15. in quo eadem rurſus inculcat, cap. 6.* Jejunare autem illos diximus, qui panem cum ſale & aqua percipiunt; ubi autem præter hæc aliud aliquid additur, perfectum jejunium non vocatur.

Et paulo poſt: In ſabbato ſancto necnon & vigilia Natalis Domini, ut labor Eccleſiaſtici releuetur officii, totum panem qui voluerint comedunt. alium vero cibum ſive laici ſive Monachi non admittunt.

Opuſc. 15. cap. 6. In Quadrageſimæ principio omnes Monachi, necnon & laici triduanum jejunium diſtricte conſervant: ita ut qui a percipiendis alimentis omnino ſe compeſcere nequeunt, ſolo tamen pane ſimul & aqua contenti vivant.

Cap. 15. Si aliquando tanta debilitas acciderit, hyberno etiam tempore die ſabbati aut leguminibus infuſis, aut herbarum radicibus, ſive etiam pomis ſolitum licebit aliquantiſper temperare jejunium.

(H) S. EPIPHAN. *Hæreſ. 70. n. 12. & Hæreſ. 75. num. 3.* Hebdomada Xerophagiæ & Paſchatis, quæ vocatur ſancta.

(I) R. P. THOMASS. Congr. Orat. D. J. Sacerd. *Tract. de Jejun. part. 2. c. 6. n. 3.* Evidens eſt, magnam ante annum 800. circa vini, ovorum, & lacticiniorum uſum remiſſionem factam fuiſſe, hæcque non tantum ægris conceſſa, ſed & iis, qui omni alio cibo, quo vires laboribus feſſas reficerent, carebant; demum jejunii eſſentiam in eo eſſe ſitam, ut caro interdiceretur, ſemelque in die poſt veſperam cibus ſumeretur.

PETRUS DAMIAN. *Epiſt. ſeu Tract. de Jejunio ad Erem. tom. 3. Opuſcul. Opuſc. 14.* A vino autem ut noſtis aliquanto tempore continuimus; ita ut neque extrinſecus venientes, vel etiam in Paſcha Domini aliquid hic præter aquam biberent: neque vinum hic niſi pro ſacrificio haberetur. Sed quoniam & hic manentes cœperunt ægrotantes deficere, & quidam ad eremum tranſire cupientes, hujus rigoris obſervantiam penitus abhorrere: fraternæ, vel ut verius dicam, communi imbecillitati diſpenſatione condeſcendentes, indulſimus, ut vinum ſervato ſobrietatis moderamine biberetur; ut quod cum Joanne non poſſumus ex toto relinquere, ſaltem cum Timotheo Pauli diſcipulo ſtudeamus infirmo ſtomacho ſobrie

nora Jejunia ad nonam uſque. Si quis hodie veterem hunc Jejunii ritum ſervare velit, laudabile eſt. Sed juxta ritum hodiernum licet Jejunium frange-
K re circa meridiem, nec prius. (K)

I. Dixiſti ſuperius in eo poſitum eſſe Jejunium, ut ſemel in die refectio fiat: non licet ergo ſumere cœnulam, quæ collatio dicitur?

R. Dum viguit antiquus jejuniorum ritus, ſe-
L mel ſolum in die cibum ſumere fas fuit. (L) Nunc ex quo circa meridiem frangere jejunium licet, fas eſt & ſumere cœnulam, modo parciſſime cibus ſumatur, nec manducentur carnes, piſces, ova, lac,
M butyrum. (M)

I. Lac negas in cœnula comedi licere: ſunt tamen multi etiam viri pii, qui lac in cœnula diebus jejunii comedere non dubitant.

R. Nulla Lex Eccleſiaſtica definivit, quibus Pars II. Sect. IV. Cap. VI. §. 1.
cibis veſci liceat in cœnula diebus jejunii, quia cœnula iſthæc non lata Lege, ſed ſolo uſu tandem obtinuit. Hanc autem cœnulam tacite indulget ſeu tolerat Eccleſia, habita ratione neceſſitatis, ex quo jam a meridie frangere jejunium non vetat. Fatentur omnes, cœnulam iſtam non proprie refectionem diei, & parciſſimam eſſe oportere. Quod pertinet ad qualitatem ciborum, quibus in ea veſci licet, alii mollius, alii ſtrictius ſe gerunt. In his rebus, in quibus non agitur de jure naturali vel divino, ſtandum eſt iis, quæ uſu publico, & ab Epiſcopis locorum approbato recepta ſunt. Nobis vero idcirco videtur abſtinendum a lacte in cœnula, quia cum lactis uſus Quadrageſimali tempore prohibeatur omni-

ſobrie & humiliter miniſtrare: & qui prorſus abſtemii eſſe non poſſumus, eſſe ſaltem ſobrii ſtudeamus. *Idem etiam habet Opuſc.* 15. *cap.* 6. *paucis verbis mutatis. Ex quibus verbis hæc elicit* THOMASS. *loco ſupra citato*. Si Petrus Damianus indulgens adeo poſt experimenta fuit, ut vini uſum Religioſis omnis Eccleſiæ auſteriſſimis permitti debere crediderit, inſolens nobis videri non debet, Eccleſiam eadem indulgentia uſam erga filios ſuos, inter quos nonnulli ſemper ægritudinibus laborant, iiſque, quod alias vetitum, vini uſum diebus jejunii conceſſiſſe.

(K) *Vide ſup. lit.* (A) *hocce* §. *SS. PP. ea de re Teſtimonia, quibus nunc pauca addimus*.

PETRUS BLES. *Serm.* 11. *in Quadrageſ.* Etiam uſque poſt Nonam differtur Miſſale officium, ut etiam uſque poſt Veſperas refectio differatur.

ABAELARDUS *Oper. pag.* 165. Poſt Sextam prandendum eſt, niſi jejunium fuerit. Tunc enim Nona expectanda eſt; & in Quadrageſima etiam Veſpera.

MICROLOG. *de Eccleſiaſticis obſervationibus*, *cap.* 49. *pag.* 760. BIBLIOTH. PATRUM, *Pariſ. ann.* 1624. *de Divinis Officiis*. In capite jejunii Miſſam dicimus ad Nonam, & omnia facimus ut in Quadrageſima. Cum enim illi quatuor dies pro complemento Quadrageſimalis jejunii recipiantur, neceſſario Quadrageſimalem obſervantiam obtinebunt, videlicet ut tandem poſt Veſperam jejunium ſolvatur, ſicut in Canonibus præcipitur; quod tamen alio tempore ſtatim poſt Nonam ſolvitur, cum & Miſſa ad Sextam celebratur. In hoc enim Quadrageſimale jejunium ab aliis differt diebus, quod in aliis poſt Nonam, in hoc autem poſt Veſperam reficere debemus. Nec juxta Canones Quadrageſimaliter jejunare cenſemur, ſi ante Veſperam reficimur. Ergo & in quatuor diebus ſimiliter jejunare debemus, ſi cum iis Quadrageſimale jejunium adimplere volumus. Unde & Miſſa in iis diebus non ad Sextam, ſed ad Nonam merito celebratur. Eſt enim Eccleſiaſtica conſuetudo, ut ad Nonam reficiamur, cum ad Sextam Miſſam celebramus; ad Veſperam autem cum ad Nonam ſacrificamus: ut ergo & in iis diebus uſque ad Veſperam jejunemus, Canonicum eſt, ut & Miſſam ad Nonam differamus.

S. THOM. 2. 2. *quæſt.* 147. *art.* 7. Sed contra eſt, quod Concilium Cabilonenſe dicit *cap. Solent*, *diſt.* 1. *de Conſecrat.* in Decretis. *In Quadrageſima nullatenus credendi ſunt jejunare, qui ante manducaverint, quam veſpertinum celebretur Officium*: Quod Quadrageſimali tempore poſt Nonam dicitur: Ergo uſque ad Nonam eſt jejunandum.

Concluſio. Ut jejunantes circa horam Nonam cibum ſumant convenienter eſt conſtitutum.

Reſpondeo dicendum, quod ſicut dictum eſt (*art.* 1. 3. 5.) jejunium ordinatur ad deletionem & cohibitionem culpæ. Unde oportet, quod aliquid addat ſupra communem conſuetudinem; ita tamen quod per hoc non multum natura gravetur. Eſt autem debita & communis conſuetudo comedendi hominibus circa horam ſextam: tum quia tunc videtur eſſe completa digeſtio, nocturno tempore naturali calore interius revocato propter frigus noctis circumſtans; & diffuſio humoris per membra, cooperante ad hoc calore diei uſque ad ſummum Solis aſcenſum: tum etiam quia tunc præcipue natura corporis indiget juvari contra exteriorem aeris calorem, ne humores interius adurantur. Et ideo ut jejunans aliquam afflictionem ſentiat pro culpæ ſatisfactione, conveniens hora comedendi taxatur jejunantibus circa horam nonam. Convenit etiam iſta hora myſterio paſſionis Chriſti, quæ

completa fuit hora nona, quando *inclinato capite tradidit* Job. 19. 30.
ſpiritum. Jejunantes enim dum ſuam carnem affligunt, paſſioni Chriſti conformantur; ſecundum illud ad Galat. *Qui autem Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis*. Galat. 5. 24.

Ad ſecundum, dicendum, quod ad jejunium requiritur hora determinata, non ſecundum ſubtilem examinationem, ſed ſecundum groſſam æſtimationem: ſufficit enim quod ſit circa horam nonam; & hoc de facili quilibet cognoſcere poteſt.

Ad tertium, dicendum, quod modicum augmentum, vel etiam modicus defectus non multum poteſt nocere: non eſt autem magnum temporis ſpatium, quod eſt ab hora ſexta, in qua communiter homines comedere conſueverunt, uſque ad horam nonam, quæ jejunantibus determinatur. Et ideo talis taxatio temporis non multum poteſt alicui nocere, cujuſcumque conditionis exiſtat: vel ſi forte propter infirmitatem, vel ætatem, aut aliquid hujuſmodi, hoc eis in magnum gravamen cederet, eſſet cum eis in jejunio diſpenſandum, vel ut aliquantulum prævenirent horam.

(L) *Vide ſupra hocce* §. *lit.* (A) *plurima in hanc rem Teſtimonia*.

(M) R. P. THOMASSIN. Congr. Orat. Presbyter *Tract. de Jejun. par.* 2. *c.* 11. *n.* 1. Latini diebus jejunii unicam tantum comeſtionem faciebant; Græci contra plures per diem cibum capiebant, ſuæque abſtinentiæ laudem in eo reponebant, quod parum cibi ſingulis vicibus ſumerent. Relaxatio hæc in Græca Eccleſia antiqua erat, medioque undecimo ſæculo Humbertus Cardinalis eam Græcis exprobrat in conſultationibus cum ipſis habitis.

N. 2. Theodorus Balſamon Patriarcha Antiochenus Marci Alexandrini Patriarchæ conſultationibus reſpondens veritatem hanc confirmat, uſumque vini roborat, jejunium in eum finem inſtitutum dicens, ut paſſiones cohiberentur, non vero ut homines necarentur. *Jejunium affecticida, non homicida vocatur*. Itaque eos, qui regularia Eccleſiæ jejunia obſervant, minime vituperandos, ſi jentaculo indigent. *Si ergo qui continenter vi-* Juris Orig.
vunt, ad corporis ſuſtentationem ſecundaria menſa indi- pag. 389.
grant, præjudicium non patientur. Ceterum hanc veſpertinam commeſſationem continuata per diem temperantia comitari debebit. *Omnino tamen nec ipſi tota die continuatam temperantiam per veſpertinam intemperantiam deformabunt. Id enim ſi fecerint, corrumpuntur*.

N. 3. Cardinalis Robertus Pullus (ante Alexandrum Alenſem) aſſeverat, non ſervari jejunium ab eo, qui bis in die cibum ſumpſiſſet. *Ergo jejunaturum bis in die* 2. 2. q. 147.
edere rationem non puto. S. Thomas id in uſu ſuo tem- art. 6.
pore fuiſſe, tanquam morem Chriſtianis omnibus communem, *Eſt communis conſuetudo populi Chriſtiani*; quia ad vitam conſervandam unica tantum in die refectio ſatis erat: *ſufficere videtur unica comeſtio, per quam poteſt homo naturæ ſatisfacere*. Hinc Eccleſiæ lex profecta, ne plus quam ſemel in Quadrageſima cibus per diem capiatur. *Et ideo Eccleſiæ moderatione ſtatutum eſt, ut ſemel in die a jejunantibus comedatur*.

N. 4. S. Bonaventura tyrones inſtruens, ut ad jentaculum diebus jejunii duabus vel tribus vicibus bibant permittit. *Ad collationem tempore jejunii faciendam, dua-* Specul. diſcipl. ad Novit. part. 1. cap. 21.
bus tantum, vel tribus, ſi indiget, bibere vicibus, temperantiæ congruit & honeſtati.

S. Bonav. verba de eſu non facit ad jentaculum. Gerſ. in ſuis To. 2. p. 25.
Regulis moralibus ejus mentionem facit, & ut conſuetudo ſervetur concedit, innuitq; ad jentaculum aliquos tantum-

modo

omnino, nec niſi per indulgentiam concedatur ad cœnam Quadrageſimalem, idque non ubique, ſed in quibuſdam ſolum diœceſibus; multo magis æquum & neceſſarium eſt lacte abſtinere in cœnula, in qua alioqui ſatentibus omnibus non licet uti piſcibus, quibus ubique & ſine indulgentia veſci licet in cœna etiam Quadrageſimali.

I. Tenemurne a potu non ſecus atque a cibo abſtinere diebus jejunii?

R. Tenemur ſitim non ſecus ac famem tolerare diebus Jejunii; ad hoc enim jejunium inſtitutum eſt, ut affligatur caro fame & ſiti. Utrum autem, hauſto extra cœnam aquæ calice, frangatur Jejunium Eccleſiaſticum, non definivit Eccleſia; & variæ ſunt ea de re Theologorum ſententiæ. (N) N

I. Quinam tenentur jejunii lege?

R. Qui

modo fructus conditos ſumi ſolere. *De comeſtionibus ſpecierum & ſimilibus conſuetudo teneatur, & delectationis nimia libido vetetur.* Antequam Fortunatæ Inſulæ notæ eſſent, aliæque Americæ regiones, quæ ad nos ſaccharum abunde mittunt, bellaria ex aromatibus conficiebantur; hinc latinum nomen poſtremi temporis profectum. Theologi, qui quæſtionem movebant, an diebus jejunii extra prandii tempus bibere liceret, illud etiam quærebant, an parum bellariorum ſumere fas eſſet, non ad ſe nutriendum, vel guſtui ſatisfaciendum, ſed ad roborandum ſtomachum, concoctionemque juvandam. Itaque ipſe D. Thomas, poſtquam unam tantum diebus jejunii comeſtionem fieri debere probavit, ex Lege Eccleſiæ, fideliumque conſuetudine, bellariorum & medicamentorum ſumtione jejunium non frangi declarat; quia licet hæc corporum nutritioni aliquantum proſint, procurandæ concoctioni præſertim inſerviunt. Jejunium nihilominus frangeret, qui ea quantitate ſumeret, ut non medicamentum, ſed nutrimentum videretur.

2. 2. Quæſt. 147. art. 6, ad 3.

Electuaria etiamſi aliquo modo nutriant, non tamen principaliter aſſumuntur ad nutrimentum, ſed ad digeſtionem ciborum. Unde non ſolvunt jejunium, ſicut nec aliarum medicinarum aſſumptio, niſi forte aliquis in fraudem electuaria in magna quantitate aſſumat per modum cibi.

N. 5. Si regula a D. Thoma præſcripta ſervata ſemper fuerit, quemadmodum etiamnum pulveres digeſtionem procurantes, vel alia aromata ad eumdem finem, adhibentur, nullo modo ad jentacula duorum poſtremorum ſeculorum ventum eſſet. Gerſonius conſuetudini, hoc eſt, Eccleſiæ tolerantiæ inhærens, parca minime fuiſſe ſatis innuit.

In Lib. 3. Decr. part. 2. p. 346. 347.

N. 6. Fagnanus ſatis aperte demonſtravit univerſalem Eccleſiæ morem eſſe legum Canonicarum interpretem, hæcque jentacula, ſi moderationis finibus contineantur, nullum injicere hominibus ſcrupulum poſſe. Idem Bellarminus affirmat. Et D. Carolus in regulis ad ſuos domeſticos quadrageſimali tempore ad jentaculum panis unciam cum dimidia, & vini poculum, ſi opus habeant, permittit. *Semel tantum in die poſt meridiem, cibum capiant. Quod ſi aliquid alicui amplius opus erit, veſperi panis unciam cum dimidia, & vini poculum tantum capere liceat.* Admirabilis hic diſciplinæ & moralis eccleſiaſticæ reformator jentacula hæc, quæ neceſſitatis ergo, & cum moderatione fiant, non improbavit. Revera ſi Religioſi viri poſt annos 80. quadrageſimalia jejunia, vinum veſperi cum opus haberent bibendo, lenire potuerunt, mirum non eſt laicos lenitatem hanc probaſſe, & promoviſſe.

Act. Eccleſ. Mediolan. p. 812.

(N) R. P. THOM. Congr. Orat. Sacerd. *Tract. de jejuniis par. .... cap. 13. n. 3.* Cum D. Gregorius Nyſſenus famem & ſitim tolerandam eſſe aſſerat: *Amarum eſt jejunium, ſed dulcis Paradiſus. Moleſta eſt ſitis, ſed prope eſt fons, ex quo qui biberit, non ſitiet in æternum:* nonne jejunium in famis & ſitis tolerantia conſiſtere teſtatus eſt?

Orat. in princip. jejun.

Homil. 4. t. 1.

N. 5. Cum ſolitarii, quos D. Chryſoſtomus tot laudibus affecit, adeo ſolliciti eſſent, ut in comeſtione fieri ſolita jejunii diebus pane & aqua ad ſatietatem non replerentur: cum præciperent ut e menſa ſurgerent ita paſti & poti, ut aliquid famis & ſitis adhuc reliquum eſſet; hæcque præcepta hominibus per totum anni tempus jejunantibus data eſſent; credi ne poteſt libertatem bibendi aquam ſingulis diei horis jejunii legibus non contraire?

N. 8. Ruffinus refert, Abate Silvano viſitandi Monaſterii gratia cum comite diſcipulo iter faciente, & ante profectionem cibum ſumere coacto, dum reverterentur, ab ipſo diſcipulum ex aqua inventa ſumere volentem bibere prohibitum, quia jejunium ea die ſervari debebat. *Diſcipulus invenit aquam, & volebat bibere. Cui Abbas Silvanus, Zaccharia, jejunium eſt hodie.* Diſcipulus illi in memoriam reduxit, quod jam manducaſſent: verum ſapiens hic & prudens magiſter ipſum docuit, caritate ad edendum coactos fuiſſe, verum poſtea ſervandum jejunium eſſe. *Illa eſca charitatis erat, fili; nos autem noſtrum jejunium teneamus.* Invictum ecce argumentum ad probandum, abſtinentiam ab ipſa aqua extra prandii horam ad jejunii integritatem, & eſſentiam neceſſariam fuiſſe.

Lib. 3. c. 45.

N. 11. Prudentius in elogio ſancti Martyris Fructuoſi Tarraconenſis Epiſcopi mire nos docet, quod circa hæc primorum ſæculorum Epiſcopi ſentirent. Cum ad Martyrium duceretur, quidam illi aliquid ad bibendum obtulit; ſanctus Epiſcopus recuſavit, quia dies jejunii erat, & hora meridiei nondum advenerat; ſuaque ſiti Filii Dei ſitim ante mortem toleratam honorare voluit.

Jejunamus, ait, recuſo potum. *Peri Steph. Hymn. 6.*
Nondum nona diem reſignat hora;
Nec mors ipſa meum ſacrum reſolvet.
Sic Chriſtus ſitiens crucis ſub hora
Oblatum ſibi poculum recuſans,
Nec libare volens ſitim peregit.

Neque clarius, neque fortius explicari poterat obligatio tolerandi ſitim diebus jejunii potius quam bibendi ante horam prandii. Tertullianus maxime indignatur in eos, qui extra jejunii dies domo exeuntes ante prandium vinum ſumebant. Atque ita intelligenda ſunt verba *jejunii matutini tempore*. Quando ergo ferre potuiſſet eos, qui vinum qualibet diei hora bibendi licentiam cum jejunio pugnare negarent?

Epiſt. de cibis Judaic.

N. 12. In uno ex ſequentibus capitibus dicemus, ſaltem in Occidente communionem fieri ſolitam omnibus jejunii diebus, tam ſtationum, in quibus Miſſa poſt meridiem inchoabatur, quam quadrageſimæ, quibus veſperi celebrabatur. S. Ambroſius nos docebit, communionem fidelibus propoſitam tanquam rationem, qua jejunium violare prohiberentur. Jejunium itaque Quadrageſimæ cum communionis jejunio unitum erat, omnemque potum ante jejunii finem excludebat.

N. 13. S. Ambroſius ridiculas eorum excuſationes rejiciens, qui jejunare non poſſe dicebant, neque rigente hyeme, quia cibo cavere non poterant, quo ſe parum calefacerent; neque media æſtate, quo tempore potu ad temperandos ſitis ardores egebant. *Dicunt enim: Æſtivis menſibus dies longa eſt, torrentior Sol eſt, ſitim ferre non poſſumus, poculis nos refrigeramus;* hic dicere eſt contentus S. Doctor parva hæc incommoda ſalutis negotio poſtponenda eſſe, perque hos fauces & ſitis ardores ab inferni æternis ardoribus nos liberandos eſſe: verum S. Pater cætera humanus & indulgens, cum opus eſſet, numquam dixit, bibendo homines diebus jejunii, jejunium non violare, neque in diſcrimen ſuam ſalutem adducere; imo neque eo deſcendit, ut ipſis aquæ potum iis diebus concederet. Nulla verborum ambiguitate uſus ipſos admonet, ſitis ardorem torrere minus, magiſque tolerabilem eſſe, quam æterni flammam ignis. *Numquid æſtus, quem ſuſtentaturus es torrentior eſt gehenna?* Ingenium & calamus D. Ambroſii lenitatis & moderationis veſtigia in ſcriptis ſuis reliquerunt. Verbis mitioribus uſus eſſet, niſi in Scriptura legiſſet, in celebri Ninivitarum jejunio aquam bibere fuiſſe interdictum. *Non guſtent quidquam, nec paſcantur, & aquam non bibant;* Eſdramque, cum ſuum jejunium referret, ſe ab omni cibo, & aquæ potu abſtinuiſſe dicere: *Panem non comedit, & aquam non bibit, lugebat enim tranſgreſſionem eorum.* Demum cum D. Ambroſius jejunium deſcribit, debitum non minus ſitis quam famis tolerandæ comprehendit. *Cum abſtinentia macerſ. it caro, ſiti pallor obducitur.*

Serm. 30.

Jon. III. 7.

1. Eſdr. x. 6.

Serm. 37.

S. THOM. 2. 2. *Quæſt. 147. art. 6.* Ad ſecundum, dicendum, quod duplex eſt jejunium: Unum quidem naturæ, quod requiritur ad Euchariſtiæ ſumptionem: & hoc ſolvitur per quemlibet potum, etiam aquæ, poſt quem non licet Euchariſtiam ſumere. Eſt autem aliud jejunium Eccleſiæ, quod dicitur jejunium jejunantis. Et iſtud non ſolvitur niſi per ea quæ Eccleſia interdicere intendit inſtituendo jejunium: Non autem intendit Eccleſia interdicere abſtinentiam potus; quia magis ſumitur ad altera-

R. Qui annum vigeſimum primum ætatis expleverunt, niſi legitimam habeant excuſationem.
O (O)

I. Quinam ſolvuntur lege jejunii?

R. Nutrices; prægnantes; ægroti; ſenes debiliores; qui tenentur ad opera vel exercitationes, cum quibus ſtare jejunium nequit. Uno verbo quicumque ſine gravi ſanitatis diſpendio jejunare ne-
P queunt. (P)

I. Qua ætate ſolvuntur lege jejunii?

R. Ætatem non definivit Eccleſia. Nec tam habenda ratio ætatis, quam debilitatis, quæ cum
Q ſenectute ut plurimum conjuncta eſt. (Q)

I. Quid facto opus iis qui præ infirmitate, vel alia quavis neceſſitate jejunare nequeunt?

R. 1. Non temere exiſtimandum verſari ſe in ejuſmodi neceſſitate, ſed res mature & cum gravi conſilio ponderanda.

2. Ubi de neceſſitate conſtiterit, poſtulanda ſi fieri poteſt a Superiore Eccleſiaſtico diſpenſatio. (R) R

3. Si nequit omnino ſervari jejunium, ſervandum ſaltem aliquatenus: ſervanda ſaltem abſtinentia a carnibus. Si forte non jejunium, ſed abſtinentia a carnibus ſervari nequeat, jejunandum ſine abſtinentia a carnibus. Si neutrum fieri poteſt, ſervanda ſaltem maxima in cibo ſobrietas, & abſtinendum a condimentis ſuperfluis, & a cibis lautioribus.

4. In locum jejunii ſubſtituenda alia opera pœnitentiæ, verbi gratia, eleemoſynæ largiores, orationes frequentiores, major ſolitudo, & ce-

terationem corporis, & digeſtionem ciborum aſſumptorum, quam ad nutritionem, licet aliquo modo nutriat. Et ideo licet pluries jejunantibus bibere: Si autem quis immoderate potu utitur, poteſt peccare, & meritum jejunii perdere, ſicut etiam ſi immoderate cibum in una comeſſione aſſumat.

In Epiſt. 1. ad Corinth. cap. 11. l. 4. Quia vero aqua non ſolvit jejunium, æſtimaverunt quidam, quod poſt potum aquæ poſſet aliquis ſumere hoc ſacramentum Euchariſtiæ; præſertim quia, ut dicunt, aqua non nutrit, ſicut nec aliquod aliud non nutriat, & ob hoc non ſolvat jejunium Eccleſiæ, ſecundum quod dicuntur aliqui jejunantes: nutrit tamen aliis admixta.

In 4. Sent. diſt. 15. qu. 3. art. 4. Quamvis aliquis potus aliquo modo nutriat, tamen de ſe non ordinatur ad nutriendum... Unde ſumptio potus manducatio non dicitur, & ideo ille qui potat extra horam unicæ comeſtionis, non dicitur bis manducare, & propter hoc nec ſtatutum Eccleſiæ frangit... Aqua aliquo modo nutrit, non tamen ſolvit jejunium Eccleſiæ, quia Eccleſia non attendit in ſtatuendo jejunio, id quod quocumque modo nutrire poteſt, ſed id quod principaliter ad nutriendum ordinatum eſt.

Contra hæc S. Thomæ *verba, ſic argumentatur* R. P. THOMASS. *Tractat. de Jejuniis, part. 2. cap. 7. num. 4.* Ex his ſequeretur vinum largius hauſtum, ceteroſque liquores nutritioni maxime aptos jejunium haud frangere, ſi quis tantum biberet, non vero ederet extra prandium aut cœnam; quod maxime morali Chriſtianæ adverſum videtur.

(O) R. P. THOMASS. *Tract. de Jejun. part. 1. cap. 17.* ex S. BASIL. *Homil. 2. de jejunio.* Nec ulla eſt inſula, nec ulla terra continens, non civitas, non gens ulla, non extremus mundi angulus, ubi non ſit auditum jejunii edictum. Quin & exercitus, & viatores, & nautæ, & negotiatores omnes pariter audiunt edictum, & ſummo gaudio excipiunt. Nemo igitur ſemet excludat a numero jejunantium, in quo omne hominum genus, omnis ætas, omnes dignitatum formæ cenſentur.... Dives es, ne jejunium affeceris contumelia, ne ex condemnatione ad longe majorem inediam adigaris.... Qui pauper eſt, ne ſimulatione utatur erga jejunium, quum illud jam olim habeat & domus & vitæ ſocium. Porro mulieribus quam eſt naturale reſpirare, tam eſt conveniens jejunium. Pueri velut plantæ lætiores, aqua jejunii irrigantur. Senibus levem reddit laborem jam olim contracta cum jejunio familiaritas: ſiquidem labores quibus diutino uſu aſſueveris, minus offendunt... Jam viatoribus expeditus itineris comes eſt jejunium. Quemadmodum enim luxus cogit illos onuſtos incedere, nimirum ea, quibus ſe ingurgitarunt circumferentes; ſic jejunium eos & leves reddit, & expeditos... Jejunium ſervat parvulos, ſobrium reddit juvenem, venerabilem facit ſenem, venerabilior enim eſt canities jejunio decorata. Jejunium feminis ornatus eſt congruentiſſimus; ætate ac robore vigentibus pro fræno eſt. Jejunium matrimonii cuſtodia eſt, virginitatis nutritius.

Ex S. JOHAN. CHRYSOST. *in cap. 1. Geneſ. Hom. 1. pag. 10.* Jejunium enim eſt animarum noſtrarum tranquillitas, ſenum decor, adoleſcentum pædagogus, continentium magiſter, quod omnem ætatem & ſexum quaſi diademate quodam ornat.... Non magiſtratuum tantum, ſed & privatorum: non liberorum tantum, ſed & ſervorum: non virorum tantum, ſed & mulierum: non divitum tantum, ſed & pauperum: non eorum tantum, qui Græcam lingua edocti ſunt, ſed & barbarorum. Sed quid dico Magiſtratuum & privatorum? Etiam ejus, qui diadema geſtat, ſimiliter ut aliorum, conſcientiam ad hanc obedientiam inflexit. Et hodie nullum diſcrimen inter menſam divitis & pauperis; ſed ubique frugalis victus eſt.

Ex CONCIL. GANGRENSI *Can. 19.* Si quis eorum qui exercentur abſque corporali neceſſitate, ſe inſolenter gerat, & tradita jejunia, quæ communiter ſervantur ab Eccleſia, diſſolvat, perfecta in eo reſidente ratione, anathema ſit.

Ex S. JOA. CHRYSOST. *Tom. 5. Serm. 52.* Nos quidem ſi toto anno clamare ac jejunium prædicare non ceſſemus, nemo verbis noſtris animum attendit. Quod ſi tantum Quadrageſimæ tempus advenerit, licet cohortetur nemo, licet conſilium det nemo, etiam is qui negligentiſſimus fuerit, excitatur, & oblatum ab ipſo tempore conſilium & cohortationem admittit.

(P) *Vide* R. P. THOMASS. *ſupra. Lege inſuper, quæ de ea re habentur in doctiſſimo pioque libro celeberrimi Medici Facultatis Pariſienſis* D. HECQUET de Diſpenſ. in Quadrag. *qui proſtat Pariſ. apud Fournier.*

(Q) *Eoſdem Auctores conſule ibidem ut ſupra hocce §. lit.* (O).

(R) CONCIL. TOLETAN. VIII. *Can. 9. ann. 653. ſub* MARTINO I. Cum Quadrageſimæ dies anni totius decimæ deputentur, quæ in oblatione jejunii Domini conſecrantur, quibus etiam ſaluberrime conditio humani generis expiatur, dum a quatuor Mundi partibus ad hanc homo religionem crediturus adducitur, quatuor elementis formatus propter tranſgreſſionem Decalogi quatuor decies convenienter affligitur: illi auſu temerario hæc omnia contemnentes, voracitatis ingluviem non frænant, &, quod pejus eſt, Paſchalia feſta illicitorum eſuum præceptione profanant. Quibus ex hoc adeo acerrime interdicitur, ut quiſquis abſque inevitabili neceſſitate, atque fragilitatis evidenti languore, ſeu etiam ætatis impoſſibilitate, diebus Quadrageſimæ uſum carnium præſumpſerit attentare, non ſolum reus erit reſurrectionis Dominicæ, verum etiam alienus ab ejuſdem diei ſancta communione. Et hoc illi cumuletur ad pœnam, ut ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat gulam: quia ſacris diebus abſtinentiæ oblitus eſt diſciplinam. Illi vero, quos aut ætas incurvat, aut languor extenuat, aut neceſſitas arctat, non ante prohibita violare præſumant, quam a Sacerdote permiſſum accipiant.

CONC. NARBONENSE *ann. 1609. cap. 10. de obſervatione jejuniorum ſub* PAULO V. Cum Quadrageſimale jejunium a traditione Apoſtolorum habeat Eccleſia, illud ſancte a fidelibus obſervandum eſt. Nam jejuniis ſiccatur vitiorum ſentina, marcet petulantia, languet concupiſcentia, & fugitivæ obeunt voluptates. Ideo præfatum Quadrageſimale jejunium, vigiliæ, & quatuor tempora per abſtinentiam, & ciborum delectum obſerventur. Dictis temporibus cibi venales vetiti non exponantur, ſed pro neceſſitate ægrotantium, clam & ſine ſcandalo miniſtrentur, habentibus expreſſam ab ordinario in ſcriptis licentiam: quam non niſi nota neceſſitate, & ſi fieri poſſit Medicorum atteſtatione inſpecta conferent. Medicos vero omnes quibuſdam diebus ante Quadrageſimam Epiſcopi ad ſe venire mandent, & moneant ne propriæ ſalutis immemores facilitate nimia, cujuſpiam

mala

Pars II. Sect. IV. Cap. VI. §. I.

& cetera id genus: nemo quippe lege pœnitentiæ ſolvitur. (S) S

5. Dolendum maxime, quod præ neceſſitate non poſſit cum univerſa Eccleſia ſervari jejunium, cujus, ut ex Scripturis patet, tanta vis eſt & efficacia, maxime ad impetrandam remiſſionem peccatorum. (T) T

I. Cur inſtitutum eſt jejunium?

R. Ut affligatur caro: & fiat Deo ſatisfactio pro peccatis. (V) V

I. Quia

male affectam teſtentur ſanitatem, ne ſibi parent gehennam alios nimia adulatinoa perdentes.

(S) Le P. Thomassin, *Traite de Jeunes, Part. 2. chap. dern.* Verum cum certa, & conſtans Eccleſiæ voluntas ſit a primis ſæculis ad noſtra uſque tempora, diſpenſationes, ne ſæcæ diſſipationes evadant, aliis pœnitentiæ, vel pietatis exercitiis compenſari debere, quæ in locum eorum, quorum diſpenſatio datur, ſuccedant; hæc juſta compenſatio debitum eſt & obligatio, quæ remitti non poteſt, omnibus Fidelibus communis, qui hanc divinæ juſtitiæ compenſationem negate minime poſſunt.

Eccleſiæ Patres omni tempore declararunt, quadrageſimale jejunium non in eo ſitum eſſe, ut abſtineatur a carne & vino, & ſemel tantummodo in die circa veſperam capiatur cibus, verum in eo, quod juſtæ refectionis qua caremus cum jejunamus, pretium pauperibus demus, orationi multum vacemus, Eccleſias frequentemus, officiis & Concionibus interſimus, & prophanos cœtus & ludicros fugiamus, Confeſſionis & Communionis Sacramentis nos ſæpe muniamus, litibus & diſſenſionibus finem faciamus; demum continentiam ſervemus, ut jejunare poſſimus, & jejunemus, ut caſti eſſe poſſimus.

Avis donnez par ordre de S. E. Monſeig. le Cardinal de Noailles, Archev. de Paris, touchant ce que doivent faire ceux, qui ont permiſſion de manger de la viande en Careme. Nos facultatem concedimus N. ex noſtra parochia, cujus indigentia nobis nota eſt, carnem edendi præſentis anni quadrageſima, ſub hiſce tamen conditionibus, quas juſſu Domini Archiepiſcopi huic ſubjicimus.

1. Qualibet die, qua hac permiſſione utetur, eum hortamur ad penſandum hunc abſtinentiæ defectum aliquo pietatis actu, præcipue vero eleemoſyna; de qua re Confeſſarium ſuum conſulet.

2. Hac conceſſione utetur quandiu neceſſe erit, iiſque tantummodo diebus, quibus opus erit.

3. Si ante quadrageſimæ finem convaluerit, abſtinens ſtatim ſit, & jejunium ſervet.

4. Sexta & ſeptima cujuſque hebdomadæ die abſtinentiam ſervet, ſi per annum ſervare ſit ſolitus, nec non feria quarta, & alia etiam, ſi ſine gravi incommodo fieri poſſit, ad quod tamen ſtrictius tenetur hebdomada Paſſionis & Sancta.

5. Non manducabit cum aliis, cum carnem edet, ſed ſolus ſeorſim cibum capiet, dolebitque non poſſe ſervare abſtinentiam & pœnitentiam toti Eccleſiæ communem. Si cui ex eadem familia hæc permiſſio conceſſa fuerit, ſimul cum eo edere poterit.

6. Ab omni embammate, & eſquiſitiori cibo vel ſuperfluo abſtinebit, nihilque capiet, quod ægrum vel infirmum non deceat.

7. Ceterum quoad poterit abſtinentiam & quadrageſimæ jejunium ſervabit, ſemelque tantummodo cibum capiet, ſi ſine gravi incommodo id fieri queat, vel prandio parvum jentaculum adjiciet, quod Eccleſia concedit iis, qui abſtinentiam ſervant & jejunium.

8. Toto quadrageſimæ tempore ſpectaculis & ludis omni tempore vetitis non interſit; & ſi fieri poteſt, neque iis, qui aliaa permitti ſolent.

9. Curabit, ut pauperibus Xenodochiorum & Parœciæ diſtribuatur quidquid obſonii & juris ſibi ſuperfuerit, vel iis, qui eadem edendi facultate muniti erunt.

(T) S. Gregor. *Dialog. lib. 3. cap. 23.* Cum quodam tempore in Monaſterio poſitus inciſionem vitalium paterer, crebriſque anguſtiis per horarum momenta ad exitum appropinquarem (quam Græci moleſtiam Græco eloquio ſyncopem vocant:) & niſi me frequenter tractes cibo reficerent, vitalis mihi ſpiritus funditus intercidi videretur: Paſchalis ſupervenit dies, & cum ſacratiſſimo ſabbato, in quo omnes & parvuli pueri jejunant, ego jejunare non poſſem, cœpi plus mœrore quam infirmitate deficere. Sed triſtis animus conſilium citius invenit, ut Eleutherium virum Dei ſecreto in oratorium ducerem, eumque peterem, quatenus mihi ut die illo virtus ad jejunandum daretur, ſuis apud omnipotentem Dominum precibus obtineret: quod & factum eſt, nam mox ut oratorium ingreſſi ſumus, humiliter ſe ſe cum lacrymis in orationem dedit, & poſt paululum completa oratione exiit, & ad vocem benedictionis illius, virtutem tantam meus ſtomachus accepit, ut mihi funditus a memoria tolleretur cibus, & ægritudo. Cœpi mirari quis eſſem, quis fuerim: quia & eum ad animum redibat infirmitas, nihil in me ex his quæ memineram recognoſcebam. Cumque in diſpoſitione monaſterii mens occupata fuiſſet, obliviſcebar funditus ægritudinis meæ; ſi vero, ut prædixi, rediret ægritudo ad memoriam, cum tam fortem me eſſe ſentirem, mirabar ſi non comediſſem. Qui ad Veſperam veniens, tantæ me fortitudinis inveni, ut ſi voluiſſem, jejunium uſque ad diem alterum transferre potuiſſem.

(V) S. Basil. *Homil. 1. de jejunio, tom. 1. pag. 321.* Ex Iſaia didicimus jejuniorum gratiam, qui ut Judaicum jejunandi modum deteſtatus eſt, ita verum jejunium oſtendit demonſtravit: *Nolite ad contentiones & lites jejunare, ſed diſſolve omne vinculum iniquitatis;* & Dominus: *Nolite fieri triſtes, ſed lava faciem tuam, & unge caput tuum.* Sic igitur animis affecti ſimus, quemadmodum ſumus edocti, ac dies inſtantes haudquaquam triſti animo, ſed alacri affectu excipiamus, ſicuti decet ſanctos. Nemo dejectæ mentis coronatur, nemo mœrens trophæum ſtatuit. Noli triſtis eſſe dum curaris: abſurdum fuerit ſi ob cibos ſubtractos contriſtemur, ac non potius ſuper animæ ſanitate lætemur: ſicque videamur plus tribuere voluptati ventris, quam curæ mentis. Satietas enim in ventrem defert delectationem, ſed jejunium in animam ſubvehit lucrum. Sis hilari animo, quod tibi a medico datum eſt pharmacum efficax abolendo peccato. Quemadmodum enim vermes puerorum inteſtinis germinantes pharmacis quibuſdam vehementer acribus, & amaris excutiuntur; ita peccatum in intimis receſſibus habitans extinguit, enecatque, ſimul atque in animam ſupervenerit jejunium, ob hoc ipſum ſuo dignum nomine, quod inedia purget animæ viſcera.... Si a ligno jejunaſſet Eva, nequaquam hoc nunc jejunio opus haberemus. *Neque enim qui valent, egent medico, ſed qui male habent.* In morbum incidimus per peccatum, ſanemur per pœnitentiam. Sed pœnitentia ſine jejunio otioſa & infrugifera eſt. Maledicta terra ſpinas & tribulos progignet tibi. In triſtitia vivere juſſus es, non indulgere deliciis. Per jejunium ſatisfacito Deo... Quoniam non jejunavimus exulamus e paradiſo. Jejunemus igitur, ut ad illum poſtliminio revertamur. An non vides quomodo Lazarus per jejunium ingreſſus eſt paradiſum?... Ne cauſeris corporis infirmam valetudinem, ne dixeris te jejunium ferre non poſſe; neque enim mihi iſtas excuſationes profers, ſed juxta proverbium ſcienti loqueris, nimirum Deo, quem nihil fugit. Age dic mihi, jejunare non potes, & potes expleri edulis, potes conficere corpus eſcarum pondere? Atqui infirmis, non variam ciborum copiam, ſed inediam & abſtinentiam, a Medicis ſolere præſcribi ſcio. Qui fit igitur, ut cum iſta poſſis, illa te non poſſe cauſeris? Utrum ventri facilius eſt, tenui victu transmittere noctem, an copia ciborum gravatum jacere... Hæc utraque inter ſe componito: Hinc quomodo jejunium adjungat Deo, illinc quomodo luxus ſalutem verterit in exitium... Quæ res Eſau alienavit a Deo, fratrique in ſervitutem tradidit, niſi unicum edulium cujus gratia vendidit jus primogeniti? Jam Samuelem nonne deprecatio cum jejunio conjuncta donavit matri? Quæ res fortiſſimum Samſonem inexpugnabilem reddidit? An non jejunium? Cum jejunio in utero matris conceptus eſt, cum jejunio educatus eſt, jejunio in virum adoleſcit, quod jejunium Angelus matri indixerat: *Quidquid proficiſcetur e vinea ne edat, vinumque & ſiceram ne bibat.* Jejunium Prophetas generat, parentibus addit robur. Jejunium legumlatoribus ſubminiſtrat ſapientiam, bona animæ cuſtodia, corpori tutus convictor, armatura fortiter belligerantibus, athletis exercitium. Hoc tentationes depellit, hoc ungit ad pietatem, vigiliæ familiaris comes, ſobrietatis architectus. In bellis addit fortitudinem, in pace docet quietem. Nazaræum ſanctificat, Sacerdotem numeris omnibus abſolvit, neque enim fieri poteſt, ut hic abſque jejunio ſanctum miniſterium cum fiducia peragat... Jejunium Heliam magni illius miraculi ſpectatorem fecit, cum Quadraginta dierum jejunio repurgaſſet animam, ita demum in ſpelunca quæ eſt in Choreb promeruit videre Dominum, quatenus quidem ho-

Iſai. 58. 4. & 6.
Matt. 6. 16. & 17.
Luc. 5. 31.
Gen. 25. 33.
1. Reg. 1.
Jud. 13. 14.
3. Reg. 19.

Digitized by Google

I. Qua maxime ratione valere plurimum in conſpectu Dei jejunium poteſt?

R. Si jejunium adjunctam habeat orationem & cætera bona opera, maxime vero eleemoſy-nam. (X)

I. Quinam peccant contra jejunii legem?

R. 1.

X

Id. 17. 22. homini videre datum eſt. Jejunans viduæ filium ſuum reſtituit, adverſus ipſam etiam mortem robuſtus factus per jejunium vox ab ore jejunio proficiſcens populo tranſgreſſori clauſit cælum annos tres, ac menſes ſex… &
Ibid. adegit omnem populum ad jejunium ingraveſcente fame, videlicet ut malitiam, quam e deliciis vitaque diſſoluta contraxerant, abſtinentia corrigerent:… Eliſæus autem cujuſmodi victu eſt uſus? Quomodo apud Sunamitidem
2. Reg. 4. hoſpitio refocillatus eſt? Quomodo ipſe Prophetas excepit? nonne agreſtia olera ac farinæ pauxillum hoſpitalitatis munus expleverunt?… Atqua ut ſemel omnia dicam reperies quotquot fuere ſancti, omnes per jejunium ad vitam Deo dignam fuiſſe inſtitutos… Porro
Matt. 4. qui caput eſt omnium… Dominus noſter non prius in carne, quam pro nobis adſumpſerat, diaboli inſultus excepit, quam eam jejunio communiſſet, ſimul & nos erudiens, ut noſmet adverſus tentatoris conflictus exemplo Palæſtritarum ungamus & exerceamus… Proinde ſi cupis mentem reddere validam, fac carnem domes jejunio… Moſes dum alteram accepit legem altero jejunio
Exod. 34. opus habuit. Niſi apud Ninivitas ſimul cum hominibus jejunaſſent & bruta animantia, haud quaquam effugiſſent
Jonas. 3. ſubverſionem quam Deus per Jonam fuerat comminatus.

Homil. 2. *de jejunio.* Ebrietas inimica eſt Deo, jejunium pœnitentiæ initium eſt. Itaque ſi cupis per confeſſionem reverti ad Deum, fugito temulentiam, ne magis etiam abs te Deum alienet. Attamen ad hoc, ut laudem promereatur jejunium, non eſt per ſe ſatis temperare a cibis, ſed jejunemus jejunium acceptabile, Deo gratum. Verum jejunium eſt a vitiis immunem eſſe, continentia linguæ, iræ cohibitio, concupiſcentiarum amputatio, obtrectationis, mendacii, perjurii. Ab his abſtinere verum eſt jejunium. In his igitur honeſtum ac bonum eſt jejunium. Ceterum delectemur erga Dominum in meditatione ſpiritualium eloquiorum, inque ſuſcipiendis ſalutaribus præceptis, denique in cunctis dogmatibus quibus emendantur animi noſtri… Ne veniat in nos jejunium quod Deus
Amos 8. 11. comminatur Judæis: *Ecce enim dies venient, dicit Dominus, & inducam in terram famem, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Domini.*

S. CHRYSOST. *hom. de Jejunio & Eleemoſyna, quæ eſt 71. tom. 6. pag. 34. edit. Pariſ.* 1624. Bonum eſt jejunium. Oſtende mihi, an cum iracundus eſſes lenis factus ſis, & cum eſſes crudelis, benignus evaſeris, quoniam ſi ebrius iracundia ſis, quid carnem affligis? Si totus ſit invidia & avaritia, quid prodeſt aquæ potus? Non quæro nunc qualis ſit menſa, ſed an malæ mentis facta ſit mutatio. Si domina nimirum anima fornicatur, cur ancillam ventrem flagellas? Si anima ſeducitur, cur corpus maceras? Hæc autem dico, non ut vos accuſem, ſed propter negligentes… Si ergo velis excipi apud Deum, jejuna quemadmodum Ninivitæ, mi frater… Noli igitur otioſum jejunium exhibere, non enim ſolum jejunium in cælum aſcendit, niſi ſororem habeat ſuam eleemoſynam.

Homil. 1. *in Geneſ. initio* Communis noſter omnium Dominus, veluti pater filios indulgenter amans, cupiens ea quæ unquam peccavimus nos abluere, hanc nobis, quæ per jejunium fit, curationem adinvenit.

Homil. 8. *poſt med.* Abſtinentia a cibis propter hoc recepta eſt, ut vigorem carnis refrænet, & equum moderando facile parere faciat.

Homil. 3. *ad popul. Antioch.* Aggredere iter in cælum ferens, aſperam & anguſtam viam attinge & ambula. Quomodo autem poteris & attingere & ambulare? Caſtigans corpus tuum, & in ſervitutem redigens: ubi enim via anguſta, magnum impedimentum eſt carnis ex crapula obeſitas. Abſurdarum undas concupiſcentiarum reprime, repella improbarum hyemem cogitationum… Horum autem omnium nobis materia jejunium & magiſter eſt.

Hom. 53. *paulo poſt initium.* Si in paradiſo jejunium neceſſarium fuit, extra paradiſum multo magis. Si ante plagam utilis medicina fuerat, multo magis poſt plagam. Si necdum bello cupiditatum inſurgente nobis arma fuerant opportuna, multo magis tantum poſt cupiditatum vitiorumque prælium a dæmonibus nobis illatum. Igitur neceſſaria nobis a jejunio ſunt auxilia.

S. AUGUST. *Serm.* 205. *alias de div.* 68. *in Quadrag.* 1. *num.* 1. Vobis ſolemniter etiam exhortatio noſtra debetur; ut Dei ſermo per noſtrum officium miniſtratus, jejunaturos corpore paſcat in corde; ac ſic interior homo cibo ſuo refectus, exterioris caſtigationem poſſit agere, & robuſtius ſuſtinere. Congruit enim noſtræ devotioni, ut qui Domini crucifixi paſſionem jam propinquantem celebraturi ſumus, reprimendarum carnalium voluptatum crucem nobis ipſi etiam faciamus, ſicut dicit Apoſtolus: *Qui autem Jeſu Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum paſſionibus & concupiſcentiis.* *Galat.* 5. 24.

Serm. 207. *alias de diverſ.* 31. *in Quadrageſ.* 3. *num.* 2. Jejunemus etiam humiliantes animas noſtras, appropinquante die quo Magiſter humilitatis *humiliavit ſemetipſum, factus ſubditus uſque ad mortem crucis.* Imitemur ejus crucem, abſtinentiæ clavis edomitas concupiſcentias configentes. Caſtigemus corpus noſtrum, & ſervituti ſubjiciamus: & ne per indomitam carnem ad illicita prolabamur, in ea domanda aliquantum & licita ſubtrahamus. Crapula, & ebrietas etiam per dies ceteros devitanda: per hos autem dies etiam conceſſa prandia removenda. Adulteria & fornicationes ſemper exſecranda atque fugienda: his autem diebus & a conjugibus temperandum eſt. Facile tibi obtemperabit caro, ne inhæreat alienis quæ teſtæ nati conſuevetit & a ſuis. *Philip.* 2. 8.

Serm. 208. *alias de diverſ.* 72. *in Quadrag.* 4. *num.* 1. Aliquo genere ciborum etiam conceſſorum atque licitorum, cauſa caſtigandi corporis abſtinetis… Cum corpus caſtigatur, & ſervituti ſubjicitur, reſtringendæ ſunt deliciæ, non mutandæ.

Serm. 209. *alias de diverſ.* 73. *in Quadrag.* 5. *num.* 3. Quod enim fit in hujuſmodi obſervationibus (Quadrageſimalibus *ſcilicet*) ſana doctrina, non fit cauſſa immunditiæ devitandæ, ſed concupiſcentiæ refrenandæ.

Serm. 210. *alias de diverſis* 74. *in Quadrag.* 6. *cap.* 2. *nu.* 1. Solemne tempus advenit, quod amplius quam per anni cetera ſpatia, nos orationibus atque jejuniis animam humiliare, & corpus caſtigare commoneat.

N. 4. Omnis qui recte jejunat, aut animam ſuam in gemitu orationis, & caſtigatione corporis humiliat ex fide non ficta, aut ab illecebra carnali inopia aliqua ſpirituali veritatis, & ſapientiæ, delectatione ſuſpenſa ad famem ſitimque ſentiendam deſcendit ejus intentio.

Serm. de utilitate jejun. cap. 2. *num.* 2. Ne quiſquam forte hoc faciens (*ou. eſt* jejunans) Eccleſiæ conſuetudine, cogitet apud ſe, & dicat ſibi, aut ſuggerentem intrinſecus audiat tentatorem: Quid facis, quia jejunas? Defraudas animam tuam, non ei das quod eam delectat, tibi ipſi ingeris pœnam, tuus ipſe tortor & cruciator exſiſtis. Deo ergo places, quia te crucias? Ergo crudelis eſt, qui delectatur pœnis tuis. Reſponde hujuſmodi tentatori: Excrucio me plane, ut ille parcat: do de me pœnas, ut ille ſubveniat, ut placeam oculis ejus, ut delectem ſuavitatem ejus. Nam & victima excruciatur, ut in aram imponatur. Minus premet mentem meam caro mea. Et tali diſſuaſori malo, ſervo ventris, reſponde per hanc ſimilitudinem, & dic: Si jumento forte inſideres, ſi equo utereris, qui te geſtiendo poſſet præcipitare, nonne ut ſecurus iter ageres, cibaria ferocienti ſubtraheres, & fame domares quam freno non poſſes? Caro mea jumentum meum eſt: iter ago in Jeruſalem, plerumque me rapit, & de via conatur excludere: via autem mea Chriſtus eſt: ita exſultantem non cohibebo jejunio? Si quis hoc ſapit, etiam ipſo experimento probat, quam utiliter jejunetur.

S. LEO MAG. *Serm.* 12. *de jejun.* 10. *menſ.* 2. Quid enim poteſt efficacius eſſe jejunio, cujus obſervantia appropinquamus Deo, & reſiſtentes diabolo, vitia blanda ſuperamus? Semper virtuti cibus jejunium fuit. De abſtinentia prodeunt caſtæ cogitationes, rationabiles voluntates, ſalubriora conſilia. Et per voluntarias afflictiones caro concupiſcentiis moritur, virtutibus ſpiritus innovatur.

(X) ISAI. LVIII. 1. Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum & domui Jacob peccata eorum. 2. Me etenim de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt: quaſi gens quæ juſtitiam fecerit, & judicium Dei ſui non dereliquerit, rogant me judicia juſtitiæ: appropinquare Deo volunt. 3. Quare jejunavimus, & non aſpexiſti: humiliavimus

vimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce in die jejunii invenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. 4. Ecce ad lites, & contentiones jejunatis, & percutitis pugno impie. Nolite jejunare uſque ad hanc diem, ut audiatur in excelſo clamor veſter. 5. Numquid tale eſt jejunium, quod elegi per diem affligere hominem animam ſuam? Numquid contorquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum, & cinerem ſternere? Numquid iſtud vocabis jejunium, & diem acceptabilem Domino? 6. Nonne hoc eſt magis jejunium, quod elegi? Diſſolve colligationes impietatis, ſolve faſciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos, & omne onus dirumpe, 7. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. 8. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam juſtitia tua, & gloria Domini colliget te. 9. Tunc invocabis, & Dominus exaudiet; clamabis, & dicet: Ecce adſum.

TOB. XII. 8. Bona eſt oratio cum jejunio, & eleemoſyna, magis quam theſauros auri recondere: 9. quoniam eleemoſyna a morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit invenire miſericordiam & vitam æternam.

S. JOH. CHRYSOST. *tom.* 5. *Serm.* 52. In his diebus omnes per preces, per eleemoſynam, per jejunium, per vigilias, per lacrymas, per confeſſionem, ac per cetera omnia diligenter expurgati pro captu noſtro cum conſcientia pura accedemus.

S. AUG. *Serm.* 205. *alias de diverſ.* 68. *in Quadrageſ.* 1. *num.* 2. Quod vobis demitis jejunando, eleemoſynis addite prærogando. Corpus quod carnalibus affectibus ſolvebatur, puris precibus proſternatur. Manus quæ amplexibus implicabantur, orationibus extendantur. Vos autem qui etiam per alios dies jejunatis, per hos augete quod facitis. Qui per alios dies perpetua continentia crucifigitis corpus, per hos Deo veſtro crebrioribus & intentioribus inhærete orationibus. Omnes unanimes, omnes fideles fideliter, omnes in hac peregrinatione unius patriæ deſiderio ſuſpirantes, & amore ferventes.

Serm. 206. *alias de diverſ.* 70. *in Quadrag.* 2. *nu.* 2. Sed orationibus noſtris, quibus ad Deum facilius volando perveniant, eleemoſynis & jejuniis pennas pietatis addamus. Hinc autem intelligit animus Chriſtianus, quantum remotus eſſe debet a fraude alienæ rei; quando ſentit ſimile eſſe fraudi ſi ſuperflua ſua non tribuerit indigenti.

N. 3. Ita oratio noſtra humilitate & caritate jejunando & dando, temperando & ignoſcendo, bona tribuendo & mala non retribuendo, a malo declinando & bona faciendo, quærit pacem, & conſequitur eam. Volat enim talibus oratio pennis adminiculata virtutum: & quo Chriſtus pax noſtra præceſſit, facilius perfertur in cælum.

Serm. 207. *alias de diverſ.* 71. *in Quadrag.* 3. *num.* 1. Exerceamus itaque eleemoſynas noſtras tanto impenſius, tantoque frequentius, quanto propinquior fit dies, qua nobis prærogata eleemoſyna celebratur. Quia jejunium ſine miſericordia ei nihil eſt qui jejunat.

N. 3. His diebus adminiculis piarum eleemoſynarum, & frugalium jejuniorum oratio noſtra in ſuperna ſuſtollitur.

Serm. 208. *alias de diverſ.* 72. *in Quadrag.* 4. *n.* 1. Ipſum tempus, etiam tacentibus nobis, ſatis vos admoneat & hortetur; ut jejuniis & orationibus & eleemoſynis ſolito inſtantius & alacrius ferveatis.

N. 2. Jam vero eleemoſynas his diebus augere, quodam modo ex debito eſt. Ubi enim juſtius quam miſerendo impenditur, quod vobis abſtinendo demitis? Et quid iniquius, quam ut quod minus erogat abſtinentia, ſervet permanens avaritia, aut conſumat dilata luxuria? Intendite itaque quibus debeatis quod vobis denegatis: ut quod detrahit temperantia voluptati, addat miſericordia caritati.

Serm. 209. *alias de diverſ.* 73. *in Quadrageſ.* 5. *nu.* 2. Ut autem noſtræ orationes congruis adminiculis adjoventur, quoniam in his diebus ferventiores eas habere debemus; etiam eleemoſynas ferventius erogemus. Ipſis adjiciatur, quod nobis jejunando & a cibis ſolitis abſtinendo detrahitur. Quamvis eas debeat largiores habere, qui propter aliquam neceſſitatem corporis ſui & conſuetudinem alimentorum non poteſt abſtinere, ut hoc addat pauperi, quod ſibi detrahit; ſed ideo plus det pauperi, quia ſibi non detrahit; ut quoniam minus poteſt orationes ſuas caſtigatione corporis adjuvare, abundantiorem in corde pauperis includat eleemoſynam, quæ pro illo poſſit orare. De Scripturis ſanctis hoc eſt ſaluberrimum amplectendumque conſilium: *Include*, inquit, *eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit.* Eccl. 24. 15.

N. 3. Eſtote ergo his diebus & crebrius jejunantes, & vobis parcius impendentes, & egenis largius tribuentes.

Serm. 210. *alias de diverſ.* 74. *in Quadrageſ.* 6. *cap.* 6. *n.* 9. Nunc itaque in perſona Chriſti, ne circumveniamini a ſatana exhortor vos, Dilectiſſimi, ut quotidianis jejuniis, largioribus eleemoſynis, ferventioribus orationibus Deum propitietis.

Cap. 10. *n.* 12. Præcipue ſane pauperum mementote, ut quod vobis parcius vivendo ſubtrahitis, in cæleſti theſauro reponatis. Accipiat eſuriens Chriſtus, quod jejunans minus accipit Chriſtianus. Caſtigatio volentis, fiat ſuſtentatio non habentis: voluntaria copioſi inopia, fiat neceſſaria inopis copia.

S. LEO. MAG. *Serm.* 11. *de jejun.* 10. *menſis cap.* 4. Tria vero ſunt, quæ maxime ad religioſas pertinent actiones, oratio ſcilicet, jejunium, & eleemoſyna, quibus exercendis, omne quidem tempus acceptum, ſed illud eſt ſtudioſius obſervandum, quod Apoſtolicis accepimus traditionibus conſecratum... Oratione enim propitiatio Dei quæritur, jejunio concupiſcentia carnis extinguitur, eleemoſynis peccata redimuntur; ſimulque per omnia Dei in nobis imago renovatur, ſi & in laudem ejus ſemper parati, & ad purificationem noſtram ſine ceſſatione ſoliciti, & ad ſuſtentationem proximi indeſinenter ſumus intenti. Hæc triplex obſervantia omnium virtutum comprehendit effectus. Hæc ad imaginem & ſimilitudinem Dei pervenit, & a Spiritu ſancto inſeparabiles facit. Quia in orationibus permanet fides recta, in jejunio innocens vita, in eleemoſynis mens benigna.

Serm. 12. *de jejun.* 10. *menſ.* 2. Sed quia non ſolo jejunio animarum noſtrarum ſalus acquiritur, jejunium noſtrum miſericordiis pauperum ſuppleamus. Impendamus virtuti, quod ſubtrahimus voluptati. Fiat refectio pauperis abſtinentia jejunantis, ſtudeamus viduarum defenſioni, pupillorum utilitati, lugentium conſolationi, diſſidentium paci. Suſcipiatur peregrinus, adjuvetur oppreſſus, veſtiatur nudus, foveatur ægrotus, ut quicumque noſtrum de juſtis laboribus auctori bonorum omnium Deo ſacrificium hujus pietatis obtulerit, ab eodem regni cœleſtis præmium percipere mereamur.

Serm. 14. *de jejun.* 10. *menſ.* 4. *cap.* 1. Curandis igitur læſionibus quas ſæpe incidunt, qui cum inviſibili hoſte confligunt, trium maxime remediorum eſt adhibenda medicina. In orationis inſtantia, in caſtigatione jejunii, in eleemoſynæ largitate: quæ cum pariter exercentur, Deus propitiatur, culpa deletur, tentator eliditur.

Serm. 15. *de jejun.* 10. *menſis* 5. *cap.* 2. Efficaciſſima pro peccatis deprecatio eſt in eleemoſynis atque jejuniis, & velociter ad divinas conſcendit aures talibus oratio elevata ſuffragiis.

Serm. 78. *de jejun. Pentecoſtes* 3. Sanctæ continentiæ delicias appetentes, aliquantulum nobis de terrenorum ciborum abundantia ſubtrahamus: ita ut proficiat eleemoſynis, quod non impenditur menſis. Tunc enim demum ad animæ curationem proficit medicina jejunii, cum abſtinentia jejunantis eſuriem reficit indigentis.

S. GREG. *Reg. Paſtor. part* 3. *cap.* 19. *alias cap.* 43. *admon.* 20. Admonendi ſunt abſtinentes, ut noverint quia tunc placentem Deo abſtinentiam offerunt, cum ea quæ ſibi de alimentis ſubtrahunt, indigentibus largiuntur... Non enim Deo, ſed ſibi quiſque jejunat, ſi ea quæ ventri ad tempus ſubtrahit, non egenis tribuit, ſed ventri poſtmodum offerenda cuſtodit.

CONCIL. TIBUR. *ann.* 895. *cap.* 35. Diebus Quadrageſimæ, & jejuniorum ſumma devotione jejunandum; & omni intentione eſt orandum, atque unicuique pro facultatibus ſuis eleemoſynæ tribuendæ.

S. BERN. *Serm.* 4. *in Quadrag.* Oratio virtutem impetrat jejunandi, & jejunium gratiam promeretur orandi. Jejunium orationem roborat, oratio ſanctificat jejunium, & Domino repræſentat. Quid enim jejunium nobis proderit, ſi relinquatur in terra? quod abſit. Sublavatur ergo jejunium penna quadam orationis.

THEODULF Epiſc. Aurelian. *in inſtruct. Paſtor. c.* 38. Diebus vero jejunii eleemoſyna facienda eſt, & cibum vel potum, quo quiſque uti debuit, ſi non jejunaret, pauperibus eroget. Quia jejunare, & cibos prandii ad cœnam reſervare, non mercedis, ſed ciborum eſt incrementum.

Cap. 39. (*Quadrageſimali tempore*) conveniendum eſt ad Miſſas, & auditis Miſſarum ſolemnibus, ſive veſ-

R. 1. Qui his diebus prohibitos cibos comedunt. Y
(Y)

2. Qui extra refectionis tempus comedunt, imo & qui bibunt liquores in quibus eſt aliquid alimenti. (Z) Z

3. Sunt Theologi qui contendant ipſo aquæ potu, ſi ſine neceſſitate extra tempus refectionis ſumatur, frangi jejunium. (AA) AA

4. Qui in ipſa refectione legitima vel nimis vel lautius comedunt. (BB) BB

5. Qui plus æquo comedunt in cœnula, quæ quidem, ut diximus, non cenſetur eſſe re-

veſpertinis officiis, eleemoſynis ad cibum accedendum eſt.

Cap. 43. Abſtinendum eſt in his ſacratiſſimis diebus a conjugibus, & caſte & pie vivendum, ut ſanctificato corde & corpore iſti ſancti dies tranſigantur, & ſic perveniatur ad diem ſanctam Paſchæ. Quia pene nihil valet jejunium, quod conjugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliæ, & eleemoſynæ non commendant.

Auctor. *Vide Ludovici Pii Imperat. apud* Quercet. *tom.* 2. *pag.* 318. 319. Quadrageſimale jejunium inchoavit, &c. Solitus erat hoc tempus pſalmorum decantatione, orationum inſtantia, Miſſarum celebratione, eleemoſynarum liberalitate, cum ſumma devotione totum ſolemne reddere, ita ut vix uno, aut duobus diebus propter exercitationem equitationi indulgeret.

S. Ratherius *in Serm.* 1. *de Quadr.* Spicileg. *tom.* 2. *pag.* 283. Fac eleemoſynam, jejuna, & ora. His enim niſi duobus alis jejunia noſtra vehantur, cælum non valent conſcendere: orationum videlicet & eleemoſynarum juvamine.

Convent. Melodun. *ann.* 1579. *cap. de jejunio.* Ornentur Chriſtianorum jejunia precum aſſiduitate, victus honeſta tenuitate, & eleemoſynarum pia largitione, juxta illud Auguſtini, *Sic jejuna, ut in alio te prandiſſe gaudeas.*

Hanc doctrinam hauſerat Thomass. *noſter ex* S. Leon. Magn. *Serm.* 85. *cap.* 3. In hac ſane obſervantia, Dilectiſſimi, quamvis omnes nos unanimiter oporteat eſſe devotos, ſi qui tamen ſunt quorum voluntati aliqua obſiſtat infirmitas, laborem qui ſupra vires eſt corporum, redimant impendiis facultatum. Multa enim ſunt opera pietatis, quæ ipſam edendi neceſſitatem, merito ampliore commendent (*forte* compenſet,) ſi jejunantium purificationem ſtudio benignitatis acquirunt. Nam cum ii qui nihil omittant de humiliatione jejunii, ſub ſterili fatigatione deſudent, niſi ſe eleemoſynarum, qua poſſunt erogatione ſanctificent; dignum eſt, ut in alimoniam pauperum abundantior ſit eorum largitio, quorum ad abſtinendum minor eſt fortitudo. Quod ergo in ſua ſibi infirmitate non denegat, alienæ inopiæ libenter impendat: & propriam neceſſitatem faciat ſibi cum indigente communem. Non culpatur infirmus jejunium ſolvens, a quo cibum accipit pauper eſuriens: nec eſcam ſumendo polluitur, qui eleemoſynam impertiendo mundatur, dicente Domino: *Date eleemoſynam, &*
Luc. 11. 41. *ecce omnia munda ſunt vobis.*

(Y) *Vide autoritates* SS. Patrum *infra hocce §. litt.* (BB) *quibus patet curam maximam adhibuiſſe fideles ne carnibus jejuniorum tempore veſcerentur: ex quo liquet eſum carnium ſemper æſtimatum fuiſſe piaculum maximum.*

(Z) *Id patet ex* S. Thom. 2. 2. *Quæſt.* 147. *art.* 6. *cujus verba laudavimus ſupra hocce §. litt.* (M) *&* (N) *etenim S. Doctor* eos tantum liquores permittit, qui ad nutritionem minus conferunt; & electuaria quæ non alimenti inſtar ſed medicinæ tantum ſumuntur.

(AA) *Id probavimus ex* R. P. Thomass. *imo ex SS. PP. placitis ab eo in medium allatis ſupra hocce §. litt.* (N)

(BB) S. Hieron. *Epiſt. ad Nepot.* Audio quoſdam contra rerum hominumque naturam, aquam non bibere, nec veſci pane: ſed ſorbitiunculas delicatas, & contrita olera, betarumque ſuccum, non calice ſorbere, ſed concha. Proh dolor! Non erubeſcimus iſtiuſmodi ineptiis, nec tædet ſuperſtitionis! Inſuper etiam, famam abſtinentiæ in deliciis quærimus.

Epiſt. ad Furiam de viduitate ſervanda. Inde eſt quod nonnulli vitam pudicam appetentium in medio itinere corruunt; dum ſolam abſtinentiam carnium putant, & leguminibus onerant ſtomachum, quæ moderate parceque ſumpta innoxia ſunt.

Julian. Pomer. *de vita contemplat. lib.* 2. *c.* 23. Illi autem qui... gloriam ſibi velut de abſtinentia diſtinctione conquirunt, ſic ab omnibus animalibus judicent temperandum, ut peregrinis pomis, ceteriſque ſorbitiunculis delicatis immanem ſui corporis implicant appetitum... Illi quoque qui negata ſibi vini perceptione, diverſorum poculorum potionibus inundantur, nequaquam mihi abſtinentiam videntur implere... In vini enim uſu, non a vino tantum ſed ab omnibus quæ accipientes inebriant, vel ab aliis quæ etſi non ebrietatem, ſuavitatem certe percepta conciliant, abſtinebit: ut ſit veritate abſtinentiæ perfecte conſummatus, non ejus imagine foris ſplendidus, intus cavus.

S. Isidor. Hispal. *Sentent. lib.* 2. *cap.* 44. Spernitur jejunium, quod in veſperum repletione ciborum reficitur. Neque enim reparanda eſt abſtinentia, ut ubi fuerit ſaturitas ventris ſubſecuta. Spernitur jejunium, Iſai. 58. 3.
quod in veſperum deliciis compenſetur: dicente Iſaia Prophete, Ecce in die jejunii veſtri invenitur voluptas veſtra. Voluptas enim deliciæ intelliguntur. Sicut enim repetitio debiti, & lites, & contentio, & percuſſio, ita & deliciæ improbantur a Propheta in jejunio.

S. Aug. *Serm.* 205. *alias de diverſis* 68. *in Quadr.* 1. *n.* 2. Nemo ſub abſtinentiæ ſpecie, mutare affectet potius, quam reſecare delicias, ut pretioſos cibos quærat, quia carne non veſcitur, & inuſitatos liquores, quia vinum non bibit: ne per occaſionem quaſi domandæ carnis, magis agat negotium voluptatis.

Serm. 207. *alias de diverſis* 71. *in Quadrag.* 3. *num.* 2. Sane cavendum eſt ne mutes, non minuas voluptates. Videas enim quoſdam pro uſitato vino, inuſitatos liquores exquirere, & aliorum expreſſione pomorum, quod ex uva ſibi denegant, multo ſuavius compenſare; cibos extra carnes multiplici varietate ac jocunditate conquirere; & ſuavitates quas alio tempore conſectare pudet, huic tempori quaſi opportune colligere: ut videlicet obſervatio Quadrageſimæ non ſit veterum concupiſcentiarum repreſſio, ſed novarum deliciarum occaſio. Hæc, Fratres, ne vobis perſuaſa ſubrepant, quanta poteſtis vigilantia providete. Parſimonia jejuniis conjungatur. Sicut ventris caſtiganda ſaturitas, ita gulæ irritamenta cavenda ſunt. Non humanorum alimentorum genera deteſtanda, ſed carnalis eſt delectatio refrenanda. Eſau non pingui vitulo vel volatilibus ſaginatis, ſed immoderate concupita lenticula reprobatus eſt. Sanctum David aquam plus juſto deſiderâſſe pœnituit. Non operoſis ergo neque pretioſis, ſed in promptu poſitis & quibuſque vilioribus alimentis eſt corpus a jejunio reficiendum, vel potius ſuſtentandum.

Serm. 201. *alias de diverſis* 72. *in Quadrag.* 4. *num.* 1. Fidelium corpora cum ſervituti ſubjiciuntur, proficit ſpiritali ſaluti, quidquid corporali minuitur voluptati. Ideoque cavendum eſt, ne pretioſas eſcas, vel pro aliis alias, vel etiam pretioſiores ſine carnibus animalium requiratis. Cum enim corpus caſtigatur, & ſervituti ſubjicitur, reſtringendæ ſunt deliciæ, non mutandæ. Quid enim intereſt in quali cibo concupiſcentia immoderata culpetur? Non utique de ſolis carnibus, ſed etiam de quibuſdam pomis & agriculturæ alimentis Iſraelitarum concupiſcentia divina voce damnata eſt. Et Eſau non propter offam ſuillam, ſed propter lenticulam deſricatam, ſua primogenita perdidit.

Serm. 209. *alias de diverſis* 73. *in Quadrag.* 5. *num.* 3. Qui ſic ſe a carnibus temperant, ut alias eſcas & difficilioris præparationis & pretii majoris inquirant, multum errant. Non enim eſt hoc ſuſcipere abſtinentiam, ſed mutare luxuriem.

Serm. 210. *alias diverſ.* 74. *in Quadrageſ.* 6. *cap.* 8. *num.* 10. Sunt quidam obſervatores Quadrageſimæ delicioſi potius quam religioſi, exquirentes novas ſuavitates magis quam veteres concupiſcentias caſtigantes; qui copioſis pretioſiſque apparatibus fructuum diverſorum, quorumlibet obſoniorum varietates & ſapores ſuperare contendunt: vaſa in quibus coctæ ſunt carnes tamquam immunda formidant, & in ſua carne ventris, & gutturis luxuriam non formidant; jejunant, non ut ſolitam temperantiam minuant edacitatem: ſed ut immoderatam differendo augeant aviditatem. Nam ubi tempus reficiendi advenerit, opimis menſis tamquam pecora præſepibus irruunt; numeroſioribus ferculis corda obruunt ventreſque diſtendunt; artificioſis, & peregrinis condimentorum diverſitatibus gulam, ne vel copia compeſcatur, ir-

reſectio. Nam jejunare idem eſt quam ſemel in die refici, nec ante meridiem. (CC)

CC 6. Contra jejunii legem peccant & domini ſive qui diebus jejunii famulos ſuos ſine neceſſitate adigunt ad opera cum quibus ſtare jejunium nequit. (DD)

DD

§. 2. *De Quadrageſimali Jejunio.*

I. Quis Quadrageſimale jejonium inſtituit?

R. Jejunium hoc ab Apoſtolica traditione manavit; & ab Apoſtolis ad noſtra uſque tempora per omnes Eccleſias continua ſerie obſervatum eſt. (A) A

I. Cur

irritant. Deniqoe tantum capiunt manducando, quantum digerere non ſufficiant jejunando.

Cap. 9. nu. 11. Sunt etiam qui vinum ita non bibunt, ut aliorum expreſſione pomorum alios ſibi liquores, non ſalutis cauſſa, ſed jocunditatis, exquirant: tamquam non ſit Quadrageſima præ humilitatis obſervatio, ſed novæ voluptatis occaſio. Quanto enim honeſtius, ſi ſtomachi infirmitas aquam potare non tolerat, vino uſitato & modico ſuſtentetur, quam quærantur vina quæ vindemiam neſciunt, quæ torcularia non noverunt; non ut potus mundior eligatur, ſed ut frugalior improbetur? Quid autem abſurdius, quam tempore quo caro arctius caſtiganda eſt, tantas carni ſuavitates procurare, ut ipſa faucium concupiſceutia nolit Quadrageſimam præterire? Quid inconvenientius, quam in diebus humilitatis, quando pauperum victus omnibus imitandus eſt, ita vivere, ut ſi toto tempore ſic vivatur, vix poſſint divitum patrimonia ſuſtinere? Cavete iſta, Dilectiſſimi: cogitate quod ſcriptum eſt, *Poſt concupiſcentias tuas non eas*. Quod ſaluberrimum præceptum ſi omni tempore obſervandum eſt, quanto amplius his diebus, quando ita turpe aſt ſi cupiditas noſtra ad inuſitatas laxetor illecebras, ut merito culpetur qui non reſtrinxerit uſitatas.

(CC) *Vide ſupra lit.* (N) *hocce* §.

(DD) S. BASIL. *Homil. de jejun.* Sit jejunium famulis requies a perpetuis laboribus, qui tibi per totum annum inſerviunt.

Homil. 2. Eacipite (*jejunium*) ſervi, ut reſpirationem a perpetuis ſervitii laboribus.

CONCIL. AURELIAN. I. *ann.* 5111. *can.* 27. Rogationes, id eſt Litanias anta Aſcenſionem Domini, ab omnibus Eccleſiis placuit celebrari: ita ut præmiſſum triduanum jejunium in Dominicæ Aſcenſionis feſtivitate ſolvatur: per quod triduum ſervi & ancillæ ab omni opere relaxentur, quo magis plebs univerſa conveniat. Quo triduo omues abſtineant, & quadrageſimalibus cibis utantur.

(A) S. AUGUST. *Epiſtol. 36. alias 86. ad Caſulam. cap.* 11. *num.* 25. In Evangelicis & Apoſtolicis litteris, totoque inſtrumento quod appellatur Teſtamentum novum,... video præceptum eſſe jejunium. Quibus autem diebus non oporteat jejunare, quibus oporteat præcepto Domini vel Aopſtolorum non invenio definitum.

Vide infra hacce litt. CASSIAN. *collat.* 21. *cap.* 30.

TERTULL. *Lib. de jejuniis paulo poſt initium.* Certe (Pſychici id eſt Catholici) in Evangelio dies illos jejuniis determinatos potant, in quibus ablatus eſt ſponſus; & hos eſſe jam ſolos legitimos jejuniorum Chriſtianorum, abolitis legalibus, & Propheticis vetuſtatibus... Itaque de cetero indifferenter jejunandum ex arbitrio, non ex imperio novæ diſciplinæ, pro temporibus & cauſis uniuſcujuſque: ſic & Apoſtolos obſervaſſe, nullum aliud imponeotes jugum certorum, & in commune omnibus obeundorum jejuniorum.

S. HIERON. *Epiſtol.* 54. *ad Marcellum*. Nos unam Quadrageſimam ſecundum traditionem Apoſtolorum toto anno tempore nobis congruo jejunamus.

Epiſt. 18. *alias* 22. *ad Euſtochium, pag. 46. edit. PP. BB.* Jejunirm totius anni æquale eſt, excepta Quadrageſima, in qua ſola conceditur diſtrictius vivere.

Epiſt. 57. alias 7. ad Laetam ad inſtit. filiæ. In Quadrageſima continentiæ vela pandenda ſunt.

S. ATHANAS. *in Encycl. ad Epiſc. Epiſtol. num.* 4. Hæc autem in ipſa ſancta Quadrageſima circa feſtom Paſchæ geſta ſunt, quo tempore fratres quidem jejunabant, præclarus autem illa Gregorius Caiphæ mores imitatus, cum Pilato duce adverſus pios Chriſti cultores debacchabatur.

CONCIL. LAODICENUM *can.* 50. Quod non oportet in Quadrageſimæ poſtrema ſeptimana jejunium ſolvere feriæ, quintæ, ſed oportet totam Quadrageſimam jejunare aridis veſcentes.

S. GREG. NYSS. *Serm. in princip. Jejunii, tom. 2. pag.* 253. Habeat igitur corpus decem menſes, & paulo plus. Concedat mihi Quadrageſimam, & quidem ſolidam, ut pauliſper ex cœno liberer.

S. LEO MAG. *Serm. 38. de Quadrag. 1. cap.* 4. Nos itaque, divinis inſtitutionibus eruditi, ad agonem præſantis certaminis ſcienter accedimus.

Serm. 43. de Quadrag. 6. cap. 2. Apoſtolica inſtitutio Quadraginta dierum jejuniis impleatur, non ciborum tantummodo parcitate, ſed privationa maxime vitiorum.

Serm. 46. de Quadrag. 9. cap. 1. Devotionem noſtram præſentes vel maxime dies exigunt, quos illi ſublimiſſimo divinæ miſericordiæ ſacramento ſcimus eſſe contiguos. In quibus merito a ſanctis Apoſtolis per doctrinam Spiritus ſancti majora ſunt ordinata jejunia: ut per commune conſortium Crucis Chriſti etiam nos aliquid in eo quod propter nos geſſit, ageremus.

S. JOH. CHRYSOST. *Homil.* 12. *in Geneſ.* Ob hoc jejunium, & Quadrageſima, & tot diarum ſynaxes, anditiones, preces, & doctrinæ ſuſceptæ ſunt, ut abſterſis ſceleribus per iſtius modi ſtudium, quæ nobis hoc anno quocumque modo illita inhæſerunt, cum ſpiritali ſecuritate, illius incruenti ſacrificii participes efficeremur.

Homil. 11. Ita & nunc qui in hac quadrageſima jejunii curſum ſuſcepere, quaſi ſtationes & diverticula, & littora, & portus per duos hebdomadæ dies Dominus quietem largitus eſt: ut & corpori aliquantulum jejunii labores remittantur, & animam reſocillent jejunantes, & eaactis illis duobus diebus in pulchra cœpto itinere alacriter pergant.

S. AMBROS. *Lib. 3. de virginitate.* Debet eſſe aliquid, quod Quadrageſimæ diebus addatur, ſed ita ut nihil oſtentationis cauſa fiat, ſed religionis.

Lib. de Elia & jejun. cap. 10. Quadrageſima totis præter ſabbatum & Dominicam jejunatur diebus.

S. AUGUST. *Lib. 2. ad inquiſit. Januarii ſeu Epiſt. 55. alias 119. cap. 14. num.* 27. Hæc & ex auctoritate divinarum Scripturarum, & univerſæ Eccleſiæ, quæ toto orbe diffunditur, conſenſione, per anniverſarium Paſcha celebrantur, in magno utique ſicut jam intelligis ſacramento. *Quæ verba tam ad ea quæ dixerat ſupra, quam ad ſequentia referri debere exiſtimo. Si quidem mox addit.*

Cap. 15. nu. 28. Quadrageſima ſane jejuniorum habet auctoritatem, & in veteribus libris ex jejunio Moyſi & Eliæ, & ex Evangelio, quia totidem diebus Dominus jejunavit, demonſtrans Evangelium non diſſentire a lege & Prophetis. In perſona quippe Moiſi, lex; in perſona Eliæ, Prophetæ accipiuntur.

Serm. 125. de verbis Evangelii Joban. 5. alias 15. ex Sirmondianis, nu. 9. Ante Paſcha quadraginta diebus jejonamus. Signum enim eſt ante Paſcha vitæ hujus noſtræ laborioſæ, ubi in laboribus & ærumnis, & continentia implemos legem.

Serm. 209. alias de diverſis 73. in Quadrageſ. 5. n. 1. Hi ſunt enim quadraginta dies ſacratiſſimi toto orbe terrarum, quos propinquante Paſcha univerſus mundus, quem Deus in Chriſto reconciliat ſibi, prædicanda devotione concelebrat.

Serm. 210. alias de diverſis 74. in Quadrageſ. 6. c. 6. n. 8. Hoc totum corpus Chriſti per totum orbem diffuſum, ideſt, tota hoc agit Eccleſia, & illa unitas quæ dicit in Pſalmo, *a finibus terræ ad te clamavi, dum angeretur cor meum*. Unde jam nobis elucet cur Quadrageſima inſtituta ſit hujus humiliationis ſolemnitas. Quæ enim a finibus terræ clamat, cum angitur cor ejus, a quatuor orbis terræ partibus, clamat, quas frequenter etiam Scriptura commemorat Oriente & Occidente, Aquilone & Meridie. Per hoc totum ille Decalogus legis, jam non per litteram tantummodo metuendus, ſed per gratiam caritatis implendus, judictus eſt.

AUCTOR *Serm. 23. S. AMBROS. adſcrip.* Si quiſquam unam diem abſtinendo prætermiſerit, totam Quadrageſimam violaverit.

Serm. 25. Non enim, Fratres, lava peccatum eſt fidelibus inductam Quadrageſimam a Domino jejunare,

I. Cur inſtitutum eſt hoc jejunium?

R. 1. Ad imitationem jejunii quod Chriſtus in deſerto poſt Baptiſmum per dies Quadraginta ſervavit.

2. Ut

re, & jejunia conſecrata ventris voracitate diſſolvere... Chriſto pro te eſuriente tu prandes? Salvatore jejunante tu reficeris? Non igitur ut dixi leve peccatum eſt indictum violare jejunium.

Serm. 34.... Sicut reliquo anno jejunare præmium eſt, ita in Quadrageſima non jejunare peccatum eſt. Illa enim voluntaria ſunt jejunia, iſta neceſſaria; illa de arbitrio veniunt, iſta de lege; ad illa invitamur, ad iſta compellimur.

Serm. 36.... Qui conſtitutum numerum una die mandocando præterit, non ut unius diei violator accuſatur, ſed ut totius Quadrageſimæ tranſgreſſor... Hæc non tam Sacerdotum præcepta quam Dei ſunt.

S. CÆSARIUS Archiepiſcopus Arelat. *Serm.* 2. *alias* 62. *de tempore apud* S. AUGUST. Aliis diebus jejunare, aut remedium, aut præmium eſt; in Quadrageſima non jejunare peccatum eſt; alio tempore qui jejunat accipiet indulgentiam; in his diebus qui poteſt, & non jejunat ſentiet pœnam.

Fatendum eſt tamen variis veterum teſtimoniis adductos fuiſſe quoſdam ut crederent prioris Eccleſiæ temporibus, jejunium ante Paſcha varie celebratum fuiſſe, ac I. EUSEBIUS *Hiſt. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 24. *ex* S. IREN. *ad Victor. Epiſt.* Quidam exiſtimant, unico die ſibi eſſe jejunandum, alii duobus, alii pluribus, nonnulli etiam quadraginta horis, diurnis ac nocturnis computatis diem ſuum metiuntur. Atque hæc in obſervando jejunio varietas non noſtra primum ætate nata eſt, ſed longe antea apud majores noſtros cœpit.

SOCRATES *Hiſt. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 22. *pag.* 286. Hoc loco de variis Eccleſiarum ritibus pauca ſubjicere, nequaquam erit intempeſtivum. Primum igitur jejunia illa quæ ante Paſcha fiunt, aliter apud alios obſervari reperias. Nam qui Romæ ſunt tres continuas hebdomadas ante Paſcha exceptis ſabbato & Dominico die jejunant. Qui vero in Illyrico & per univerſam Achaiam, & qui Alexandriæ degunt, ſex ante Paſcha ſeptimanas jejunant; idque jejunium Quadrageſimam vocant. Alii rurſus diverſum ab aliis morem ſecuti, ſeptima hebdomade ante Paſcha jejunium ordiuntur; ac tres dumtaxat ſeptimanas, quinque dierum ſingulas per intervalla jejunantes, nihilominus hoc tempus ipſi quoque Quadrageſimam appellant. Ac mihi quidem mirari ſubit, qua ratione iſti licet de numero dierum inter ſe diſſentiant, eodem tamen nomine Quadrageſimam vocent. Hujus autem appellationis pro ſuo quiſque ingenio alius aliam rationem affert.

S. CHRYSOST. *Hom.* 16. *ad pop. Antioch.* Conſuetudinem omnes habent per Quadrageſimam interrogare, quot quiſque ſeptimanas Quadrageſimæ jejunavit; & dicentes audire licet, hos quidem quod duas, hos vero quod tres, illos vero quod omnes jejunaverunt ſeptimanas. Si alius dicat, Totam jejunavi Quadrageſimam; dic tu, Inimicum habebam & conciliatus ſum... Si ciborum jejunium jejunamus, præteritis quadraginta diebus præterit & jejunium; ſi vero peccatis abſtineamus, jejunium continuum erit.

At R. P. THOMASS. *Tract. de jejun. part.* 1. *cap.* 8. *n.* 2. *ſupra laudata S. Irenæi verba explicat.* D. Irenæus nihil aliud voluit dicere in loco ab Euſebio relato, *Neque enim de die ſolum controverſia eſt, ſed etiam de forma ipſa jejunii.* Hoc eſt, diſcrimen politiæ inter Eccleſias non de die Paſchæ, ſed de jejunio, & ipſius forma eſt. *Quidam enim exiſtimant unico die ſibi eſſe jejunandum.* Hoc eſt, quoſdam hebdomada ſancta jejunaſſe, quod eſt Paſchæ jejunium, ſingulis diebus ſemel veſperi cibum ſumſiſſe; itaque jejunium unius tantum diei erat. Alii duobus, alii pluribus; alii altero quoque die ſemel edebant; alii nonniſi tertio quoque die comedebant. Nonnulli etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem ſuum metiuntur. Alii exquiſitam hanc pietatem adeo affectabant, ut nonniſi poſt horas quadraginta ſemel manducarent; atque ita ſua abſtinentia non modo per quadraginta quadrageſimæ dies ſed etiam per quadraginta horas, quibus quodlibet hebdomadæ Paſchæ jejunium compoſitum erat, celebrior fieret. Clarum itaque mihi videtur eſſe, D. Epiphanium D. Irenæi verba tantummodo illuſtraſſe.

Sententiam ſancti Irenæi aſſecutum eſſe auctorem doctum, & falli Socratem abunde probant Sozomenus & S. Epiphanius quorum hæc ſunt verba.

SOZOMENUS *lib.* 7. *cap.* 19. Quadrageſimam in qua populus jejunare ſolet, alii quidem ſex dierum ſeptimanis computant, ut Illyrii, & Occidentales, totaque Africa & Ægyptus & Paleſtina. Alii vero ſeptem hebdomadas computant, ut Conſtantinopoli & per cunctas in circuitu provincias, uſque ad Phœnicem... Nonnulli e ſex aut ſeptem illis hebdomadis, tres per intervalla jejunant; alii tres ſimul hebdomadas Paſchale feſtum proxime antecedentes continuant: quidam duas tantum ut Montaniſtæ.

S. EPIPHAN. *in Expoſit. fidei, num.* 22. Ceterum ante ſeptem Paſchatis dies Quadrageſimam obſervare, atque in jejuniis perſeverare eadem conſuevit Eccleſia: Dominicis vero nullis omnino, adeoque nec ipſius quidem Quadrageſimæ jejunare ſolet. Præterea ſex illos Paſchatis dies Xerophagiis, hoc eſt arido victu, tranſigere populus omnis aſſuevit: hoc eſt panem dumtaxat cum aqua ſub veſperam adhibere. Imo vero nonnulli ad biduum, vel triduum, vel quatriduum uſque jejunia prorogant. Alii totam hebdomadem aduſque ſequentis Dominicæ gallicinium ſine cibo tranſmittunt. Pervigilia vero ſex obeunt, ac totidem ſynaxes; quæ tota Quadrageſima poſt horam nonam ad veſperam uſque celebrantur.

Porro ſacram Quad. velut totius anni decimas jejunio conſecr. fuiſſe docet CASSIAN. *Collat.* 21. *cap.* 24. *Germ. interrogante:* Quid cauſæ eſt ut ſex hebdomadibus Quadrageſima celebretur, licet in quibuſdam provinciis religionis forſitan propenſior cura, adjeciſſe hebdomadam etiam ſeptimam videatur, cum neuter numerus die Dominico ſabbatoque ſubtracto, quadraginta dierum impleat ſummam? Sex enim & triginta dies in ipſis hebdomadibus tantummodo concluduntur.

Cap. 25. *Reſpondet Theonas:* Evidentiſſimam hujus etiam rei percipere rationem, ut manifeſtius approbetis nihil irrationabile noſtros tradidiſſe majores. Lege Moſaica univerſo populo generalis eſt promulgata præceptio: *Decimas tuas & primitias offeres Domino Deo tuo.* Itaque qui ſubſtantiarum noſtrarum, omniumque fructuum decimas offerre præcipimur, multo magis neceſſe eſt, ut ipſius quoque converſationis noſtræ, & humani uſus operumque noſtrorum decimas offeramus, quæ profecto in ſupputatione Quadrageſimæ evidenter implentur. Omnis enim dierum numerus, quibus revolutus in orbem annus includitur, triginta ſex ſemis dierum numero decimatur: in ſeptem vero hebdomadibus, ſi dies Dominici, & ſabbata ſubtrahantur, quinque & triginta ſuperſunt dies jejuniis deputati; ſed adjecta illa vigiliarum die, qua uſque in gallorum cantum illuceſcente Dominica jejunium ſabbati protelatur, ſolum ſex & triginta dierum numerus adimpletur, verum etiam pro decimis quinque dierum, qui reſidui videbantur, ſi illud quod ſupereſt adjectum noctis ſpatium computetur, plenitudini totius ſummæ omnino nihil deerit.

Cap. 29. *Int.* Hac igitur Quadrageſimæ lege qui juſtus atque perfectus eſt non tenetur; nec exigui hujus canonis ſubjectione contentus eſt, quem profecto illis qui per totum anni ſpatium deliciis, vel negotiis ſecularibus implicantur Eccleſiarum Principes ſtatuerunt: ut vel hac legali quodammodo neceſſitate conſtricti, his ſaltem diebus vacare Domino cogerentur, ac dierum vitæ ſuæ, quos totos quaſi fructus quoſdam fuerant voraturi, vel decimas Domino dedicarent.

Cap. 30. *Reſp.* Sciendum ſane hanc Quadrageſimæ obſervantiam, quamdiu Eccleſiæ illius primitivæ perfectio inviolata permanſit, penitus non fuiſſe. Non enim præcepti hujus neceſſitate, nec quaſi legali ſanctione conſtricti arctiſſimis jejuniorum terminis claudebantur, qui totum anni ſpatium æquali jejunio concludebant. Verum cum ab illa Apoſtolica devotione deſcendens quotidie credentium multitudo ſuis opibus incubaret... Id tunc univerſis Sacerdotibus placuit, ut homines curis ſæcularibus illigatos,... ad opus ſanctum canonica jejuniorum indictione revocarent, & velut legalium decimarum neceſſitate compellerent.

S. GREG. *Homil.* 16. *in Evang.*... Quaſi anni noſtri decimas Deo damus.

S. CHRYSOLOGUS *Serm.* 166. Si ergo quadraginta dierum ſimplex, purum, æquale, tantis teſtimoniis, ſui tanti numero ſacramenti traditum nobis a Domino jejunium perdocetur, unde iſta varietas, unde novitas iſta, unde hebdomadæ nunc reſolutæ, nunc

PARS II. SECT. IV. CAP. VI. §. 2.

2. Ut Quadraginta dierum pœnitentia & jejunio diſponamur ad Paſchalem ſolemnitatem. (B)

B I. Cur prima dies Quadrageſimæ vocatur dies cinerum?

R. Propter impoſitionem cinerum quæ ſolemni ritu fit hac die.

I. Antiquusne eſt ille ritus?

R. Antiquiſſimus. Imponebantur olim ex vetuſtiſſimo ritu per Epiſcopum vel Presbyterum Pœnitentiarum cineres capitibus pœnitentium, qui ſolemni pœnitentiæ addicebantur,

rigidæ, nunc indulgentes nimium, nunc ſeveræ?.., Certe qui jeiunare non poteſt, non præſumat inducera novitatem, ſed fateatur eſſe fragilitatis propriæ, quod telazat; & tedimat eleemoſynis, quod non poteſt ſupplere jejuniis.

Capitular. CAROLI MAGNI *tom.* 1. *pag.* 251. Si qui ſanctum Quadtageſimale jejunium pro deſpectu Chriſtianitatis contempſarit, & carnem comederit, morza moriatur. Sed tamen conſideretur a Sacerdota, ne cauſa neceſſiratis, hoc cuilibet proveniat, ut carnem comedat.

DITMAR. *lib.* 8. Quicumque poſt ſeptuageſimam earnem manducaſſa invenitur abſciſſis dantibus graviter punitur. Lex namque divina in bis regionibus novitar exorta, poteſtate tali melius, quam jejunio ab Epiſcopis inſtituru corroboratur.

THEODULPHUS Epiſcopus Aurel. *cap.* 37. Ipſa antem Quadrageſima cum ſumma obſervatione cuſtodiri debet, ut jejunium in ea præter dies Dominicos, qui abſtinentiæ ſubtracti ſunt, nullatenus reſulvatur; quia ipſi dies decimæ ſunt anni noſtri, quos cum omni religione, & ſanctitate tranſigere debemus. Nulla in his occaſio ſit zaſolvendi jejunii; quia alio tempore ſolet jejunium caritatis cauſa diſſolvi, iſto varo nullatenus debet. Quia in alio jejunare in voluntate & arbitrio cujuslibet poſitum aſt, in hoc vero non jejunare præceptum Dei tranſcendere eſt: & in alio tempore jejunare præmium abſtinenti acquirere eſt, in hoc vero præter infirmos & parvulos, quisquis non jejunaverit, pœnam ſibi acquiret: quia eosdem dies Dominus & per Moyſem & per Eliam & per ſemetipſum ſacro jajunio conſecravit.

(B) S. GREGOR. NYSS. *orat. in princip. jejun. in appen. ejus oper. pag.* 257. Ego quidem Chtiſtianus & crucifixi ſervus graviter in jejuniis me exerceo, ſive ut ad ſpem reſurrectionis me ipſum expurgem, ſive ut Domini amans ſervus cruciatibus Domini mei compatiar.

S. AUG. *Serm.* 205. *alia. de diverſis* 68. *in Quadr.* 1. *nu.* 1. Congruit enim noſtræ devotioni, ut qui Domini crucifixi paſſionem jam propinquantem celebraturi ſumus, reprimendarum carnalium voluptatum crucem nobis ipſis etiam faciamus, ſicut dicit Apoſtolus, *Qui autem*
Galat. 5. 24 *Jeſu-Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum paſſionibus & concupiſcentiis*: In hac quidem cruce, per totam iſtam vitam quæ in mediis tentationibus ducitur, perpetuo debet pendere Chriſtianus... Unde & Moiſes & Elias & ipſe Dominus quadraginta diebus jeiunaverunt: ut inſinuaretur nobis, & in Moiſe & in Elia & in ipſo Chriſto, hoc eſt, in lega & Prophetis & in ipſo Evangelio, id nobiſcum agi, ne conformemur & hæreamus huic
Rom. 13. 13. & 14. ſæculo, ſed crucifigamus hominem veterem, *non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione* agentes; *ſed induamus Dominum Jeſum; & carnis curam ne feceritis in concupiſcentiis*. Sic ſemper hic vive, Chriſtiane: ſi terreno limo greſſus non vis immergere, noli de iſta cruce deſcendere. Si autem hoc faciendum eſt per hanc totam vitam, quanto magis per iſtos Quadrageſimæ dies, quibus non ſolum agitur, verum etiam ſignificatur hæc vita?

N. 2. Per alios ergo dies *non graventur corda veſtra*
Luc. 21. 30. *in crapula & ebrietate*: per hos autem etiam jeiunate.

Serm. 206. *alias de diverſis* 70. *in Quadrag.* 2. *num.* 2. Orationibus, jeiuniis, eleemoſynis & alia quidem tempora debent Chriſtiano fervere: verumtamen & illos qui diebus aliis in his pigri ſunt, debet iſta ſolemnitas excitare: & ii qui per alios dies ad iſta ſont alacres, nunc ea debent ferventius exercere. Tempus quippe humilitatis noſtræ vita in hoc ſæculo eſt, quam dies ſignificant iſti, Domino pro nobis Chriſto, qui ſemel moriendo paſſus aſt, velut annis omnibus revoluta ſolemnitate paſſuro. Quod enim ſemel in toto tempora factum eſt, ut vita noſtra novaratur, celebratur annis omnibus, ut in memoriam revocetur. Si ergo veraciſſimæ pietatis affectu, toto peregrinationis hujus tempore, quo in mediis tentationibus vivimus, humiles corde aſſa debemus: quanto magis his diebus, quibus ipſum tempus humilitatis noſtræ non ſolum vivendo agimus, ſed etiam celebrando ſignificamus.

Serm. 207. *alias de diverſis* 71. *in Quadrag.* 3. *num.* 1. In adjutorio miſericordiæ Domini Dei noſtri, tentationes ſæculi, inſidiæ diaboli, mundi labor, carnis illecebra, turbulentorum temporum fluctus, & corporalis omnis atque ſpiritalis adverſitas, eleemoſynis, & jeiuniis, atque orationibus ſuperandæ ſunt. Hæc cum per totam vitam ferveta debeant Chriſtiano; tum maxime propinquante ſolemnitata Paſchali, quæ ſuo reditu anniverſario noſtras excitat mantes, innovans in eis memoria ſalutari, quod Dominus noſter unicus Dei Filius miſericordiam præſtitit nobis, jeiunavit oravitqua pro nobis... Exercamus itaque eleemoſynas noſtras tanto impenſius, tantoque frequentius, quanto propinquior fit dies qua nobis prærogata eleemoſyna celebratur. Quia jeiunium ſine miſericordia ei nihil eſt qui jeiunat.

N. 2. Jeiunemus etiam humiliantes animas noſtras, appropinquante dia quo magiſter humilitatis humiliavit ſemetipſum, *factus ſubditus uſque ad mortem crucis*. Philip. 2. 8.
Imitemur ejus crucem, abſtinentiæ clavis edomitas concupiſcentias configentes.

Serm. 210. *alias de diverſis* 74. *in Quadrag.* 6. *cap.* 4. *n.* 5. In tam periculoſa & tentarionibus plena hujus ſæculi nocte, quis non timeat, quis non medullis omnibus contremiſcat, ne dignus judicetur qui devorandus dimittatur in fauces tam crudelis inimici? Unde jaiunandum & orandum eſt.

Cap. 7. *n.* 6. Et quando potius, quando inſtantius, quam propinquante ipſa Dominicæ paſſionis ſolemnitate, qua celebritata anniverſaria quodammodo nobis ejusdem noctis memoria reſculpitur, ne oblivione deleatur, ne nos non corpore, ſed ſpiritu dormientes, illa rugiens davorator inveniat.

Cap. 7. *num.* 9. Quadraginta diabus jeiunavit Moiſes legis adminiſtrator, quadraginta Elias excellentiſſimus Prophetarum, quadraginta ipſa Dominus teſtimonium habens a lege, & Prophetis. Inde cum his duobus in monte ſa oſtendit. Nos autem qui tam longum jeiunium perpetuare non poſſumus, ut per tot dies & noctes nihil alimentorum, ſicut & illi, accipiamus, ſaltem quantum poſſumus faciamus, ut exceptis diebus per quos certis de cauſſis mus Eccleſiæ prohibet jeiunare, Domino Deo noſtro vel quotidiano vel crebro jeiunio placeamus.

CASSIAN. *Collat.* 21. *cap.* 28. Tempus hoc quo anniverſariæ, ut dictum eſt, decimæ Deo triginta, & ſex ſemis jeiuniis offeruntur, Quadrageſimæ nomen accepit, quod fortaſſe vel propter hoc viſum ſit hoc vocabulo debere cenſeri, quod Moiſes, vel Helias, vel ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus quadraginta diebus jeiunaſſe traduntur.

S. LEO *Serm.* 40. *de Quadrag.* 3. *cap.* 1. Semper quidem nos, Dilectiſſimi, ſapienter & juſte vivare decet, & in id voluntates noſtras actionesque dirigere, quod divinæ novimus placara juſtitiæ: ſed cum ii appropinquant dies, quos illuſtriores nobis ſalutis noſtræ ſacramenta fecerunt, diligentiore ſolicitudine corda noſtra ſunt mundanda, & ſtudioſius exercenda eſt diſciplina virtutum: ut ſicut ipſa myſteria quadam ſui parte majora ſunt, ita & noſtra obſervantia ſuperet in aliquo conſuetudinem; & cui feſti vitas eſt celebranda ſublimior, ipſe quoque in ea raperiatur ornatior. Si anim rationabile, & quodammodo religioſum videtur, per diem feſtum in veſtitu nitidiore prodire, & habitu corporis hilaritatem mentis oſtendere; ſi ipſam quoque orationis Domum propenſiore tunc cura & ampliore cultu, quantum poſſumus, adornamus: nonne dignum eſt, ut anima Chriſtiana, quæ verum vivumque Dei templum eſt, ſpeciem ſuam prudenter adornet; & redemptionis ſuæ celebratura ſacramentum, omni circumſpectione præcaveat, ne ulla eam macula iniquitatis obfuſcet, aut duplicis cordis ruga dedecoret? Nam quid prodeſt honeſtatis formam præferens cultus exterior, ſi interiora hominis aliquorum ſordeant contaminatione vitiorum? Omnia igitur quæ animi puritatem & ſpeculum mentis obnubilant, abſtergenda ſedulo, & quadam elimatione radenda ſunt. Scrutetur quisque conſcientiam ſuam, ſeque ante ſe ſtatuat proprii cenſura judicii. Videat, ſi in ſecreto cordis ſui illam,

bantur, ut vel ex hoc ritu intelligerent agendam eſſe pœnitentiam Ninivitarum inſtar in ſacco & cinere ad flectendam Dei iram. (C)

Ideo autem cineres imponit Eccleſia capitibus

lam, quam Chriſtus dat, invenit pacem, ſi deſiderium ſpiritus nulla concupiſcentia carnis impugnat, ſi humilia non ſpernit, ſi alta non appetit, ſi iniquo non delectatur lucro, ſi immoderato rerum ſuarum non gaudet augmento, ſi denique aliena felicitate non utitur, aut inimici miſeria non lætatur. Et cum harum perturbationum nihil in ſe forte repererit, ſincero diſquirat examine, qualium cogitationum ſpecie frequentetur, & utrum nullis vanitatum imaginibus acquieſcat, vel quam cito animum ab iis, quæ noxie blandiuntur, abducat. Nam nullis illecebris commoveri, nullis cupiditatibus titillari, non eſt iſtius vitæ, quæ tota tentatio eſt, & qua omirum vincitur, qui vinci ab eadem non veretur.

2.Cor. 6. 2. *Serm. 41. de Quadrag. 4. cap. 1. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.* Quamvis enim nulla ſint tempora, quæ divinis non ſint plena muneribus, & ſemper nobis ad miſericordiam Dei per ipſius gratiam præſtetur acceſſus; nunc tamen omnium mentes majori ſtudio ad ſpiritales profectus moveri, & ampliori fiducia oportet animari, quando ad univerſa pietatis officia, illius nos diei, in quo redempti ſumus, recurſus invitat: ut excellens ſuper omnia Paſſionis Dominicæ ſacramentum purificatis & corporibus & animis celebremus. Debebatur quidem tantis myſteriis ita inceſſabilis devotio & continuata reverentia, ut tales permaneremus in conſpectu Dei, quales nos in ipſo Paſchali feſto dignum eſt inveniri: ſed quia hæc fortitudo paucorum eſt, & dum carnis fragilitate auſterior obſervantia relaxatur, dumque per varias actiones vitæ hujus ſolicitudo diſtenditur, neceſſe eſt de mundano pulvere etiam religioſa corda ſordeſcere; magna divinæ inſtitutionis ſalubritate proviſum eſt, ut ad reparandam mentium puritatem quadraginta nobis dierum exercitatio mederetur, in quibus aliorum temporum culpas, & pia opera redimerent, & jejunia caſta decoquerent.

Serm. 42. de Quadrag. 5. cap. 4. Quando autem opportunius, Dilectiſſimi, ad remedia divina decurrimus, quam cum ipſa nobis ſacramenta redemptionis noſtræ temporum lege referuntur? Quæ ut dignius celebremus, ſaluberrime nos quadraginta dierum jejunio præparemus.

Cap. 4. Confugiamus igitur ad præſentem ubique miſericordiam Dei, & ut ſanctum Paſcha Domini digna obſervantia celebretur, cunctorum fidelium corda ſanctificentur. Miteſcat ſævitia, manſueſcat iracundia, remittant ſibi omnes culpas invicem ſuas, nec exactor ſit vindictæ, qui petitor eſt veniæ.

Serm. 43. de Quadrag. 6. cap. 1. Cum ad iſtos recurritur dies, quos ſpecialius reparationis humanæ ſacramenta ſignarunt, & qui vicino ordine atque contiguo feſtum Paſchale præcedunt, diligentius nobis præparatio religioſæ purificationis indicitur.

Cap. 3. Celebraturi igitur Paſcha Domini, Dilectiſſimi, ita vos ſanctis exercete jejuniis, ut ab omnibus perturbationibus liberi ad feſta ſacratiſſima veniatis. Superbiæ ſpiritus, de quo ſunt omnia orta peccata, humilitatis amore pellatur; & qui elatione tumuerant, manſuetudine mitigentur. Quorum vero animos aliqua exaſperavit offenſio, reconciliati ſibimet in unitatem ſtu-

Rom. 12. 17 deant redire concordiæ: *Nemini malum pro malo reddentes,*

Eph. 4. 32. *& donantes invicem vobis, ſicut Chriſtus donavit vobis.*

Serm. 47. de Quadrag. 10. cap. 1. Cognoſcimus ad celebrandum Paſchæ diem, merito nos quadraginta dierum jejunio præparari, ut digni poſſimus divinis intereſſe myſteriis.

Serm. 48. de Quadrag. 11. c. 1. Appropinquante autem feſtivitate Paſchali adeſt maximum ſacratiſſimumque jejunium, quod obſervantiam ſui univerſis fidelibus ſine exceptione denuntiat.

Serm. 49. de Quadrag. 12. cap. 1. Appropinquante, Dilectiſſimi, ſolemnitate Paſchali, præcurramus eam conſueto jejunio, quod nos quadraginta dierum numero ad ſanctificationem corporis & mentis exerceat. Suſcepturi enim feſtorum omnium maximum feſtum, ea nos debemus obſervantia præparare, ut in cujus ſumus reſurrectione conreſuſcitati, in ipſius inveniamur paſſione commortui, dicente beato Paulo Apoſtolo: *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cum*

Col. 3. 3. *Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.* Quæ vero nobis eſt mortis cum Chriſto participatio, niſi ut deſinamus eſſe quod fuimus? Aut quæ ſimilitudo reſurrectionis, niſi depoſitio vetuſtatis? Unde qui ſacramentum ſuæ reparationis intelligit, carnis ſe vitiis debet exuere, & omnes ſordes abjicere peccatorum: ut intraturus nuptiale convivium, ſplendeat veſte virtutum. Quamvis enim benignitas ſponſi cunctos ad communionem regiarum invitet epularum, ſtudendum eſt tamen univerſis vocatis, ut ſacrorum ciborum munere non inveniantur indigni.

Bochellus *Decret. Eccleſ. Gall. lib. 4. tit. 12.* Ex Synod. Senon. 1528. *cap. 52.* Cum in omnibus Eccleſiaſticis conſtitutionibus, utilis quædam honeſtas & ſpiritualis profectus incrementum eluceſcat: in indicendis tamen jejuniis inſigniter emicuit, quibus nihil aptius retondendæ carnis petulantiæ potuit inſtitui; cum id genus dæmoniorum (ut ipſum dictum Chriſti refera- Mat. 17. 20.
mus) jejunio tantum & oratione pellatur. Nec ſane quippiam exemplo Moyſi, promovendæ mentis puritati commodius, aut demum exemplo Ninivitarum, ad impetrandum, aut iram Dei placandam efficacius, ab Eccleſiaſticis quondam præſidibus potuit ordinari. Quæ res Apoſtolos impulit, ut Quadrageſimale jejunium ſanctificarent, quo Chriſti fideles, non tam Moyſem aut Heliam quam Chriſtum imitati, totius anni decimam exolverent. Quæ vero a Caliſto martyre in quatuor anni partes diſcreta ſunt jejunia: quarti, quinti, ſeptimi, & decimi menſis legem referunt, ac figuram adimplent. Et velut quædam noſtri temporis primitiæ, ſub illis quatuor anni partibus offeruntur: ea quidem obſervantia, ut duodenarius dierum numerus, duodecim menſium numero reſpondeat. Neque diſſimili religione ſtatura ſunt cetera vigiliarum jejunia: quo puriores ſacris ſolemnitatibus accedamus. Ceterum quod ad ciborum delectum attinet: etſi jam olim exoleverit vetus Moſaycæ legis ſervitus (quam, *umbram futurorum*, Apoſtolus Hebr. 10. 1.
appellat) nec jam aliquid commune dicendum ſit aut immundum: nihil tamen ſanctius, nihil utilius potuit inſtitui, quo pruriens carnis laſcivia frenaretur: quam ut jejuniorum ſtatutis ab Eccleſia abſtinentiæ diebus, a carnium eſu temperantes, cibis tantum aridioribus veſceremur. Neque profecto minor eſſe debet apud nos ſacroſanctæ matris Eccleſiæ auctoritas, quam apud filios Rechab, morituri patris imperium: qui ne patris edictum violarent, a vino perpetuo abſtinuerunt. Si quis igitur Arrianorum hujuſmodi errorem, mille ab hinc annis damnatum, & a Joviniano, Vigilantio, Valden- Jer. 35. 6.
ſibus, Wiclevo, Huſſitis, ac noviſſimis iſtis diebus a Luthero & ſequacibus ſuſcitatum, ſequutus, quadrageſimale jejunium, non tam terrena cogitatione initiatum, quam cæleſti majeſtate conſecratum: & cetera Eccleſiaſtica jejunia, vel præſcriptas a Patribus abſtinentias non obſervaverit, aut non obſervandas duxerit: ſacrorum Conciliorum auctoritate, anathema ſit.

Ex Conc. Bitur. 1584. *cap. 31.* Bona quidem eſt diurna meditatio, nocturna eſt efficacior: quia per diem variæ neceſſitates obſtrepunt, & occupationes diſtrahunt mentem: nox autem quieta & ſecreta opportunam ſe præbet orationibus, aptiſſimam vigilantibus; quia collectum hominem divinis conſpectibus ſiſtit. Unde David: *In noctibus extollite manus veſtras in ſancta:* & *Memor* Pſ. 133. 2.
fui nocte nominis tui, Domine: & *media nocte ſurgebam ad confitendum tibi:* & *erat* Dominus noſter *pernoctans* Pſ. 118.
in oratione. Ut autem elevata mens ad orationem, purior ſit, & Deo acceptior, ſanctiſſime Eccleſia Ca- Ibid. 62.
tholica Apoſtolorum traditionem ſequuta, Jejunia Chri- Luc. 6. 12.
ſtiana exemplo Domini inſtituit: & Moyſes montem aſcendit, Dei majeſtatem vidit, & legem a Domino accepit Jejunio quadraginta dierum præparatus: & Helias nonniſi ejuſdem temporis Jejunio præmunitus ad montem Dei Oreb pervenit. Chriſti ergo Domini noſtri Gen. 24.
exemplo, Patrum etiam, Sanctorum omnium imita- 3. Reg. 18. 8.
tione, Catholica Eccleſia fidelibus jejunia indixit.

(C) Jonas iii. 6... Surrexitque Rex de ſolio ſuo, & abjecit veſtimentum ſuum a ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere... 7... Homines... non guſtent quidquam: nec paſcantur: & aquam non bibant. 8. Et operiantur ſaccis homines:... & clament ad Dominum in fortitudine, & convertatur vir a via ſua mala, & ab iniquitate, quæ eſt in manibus eorum. 9. Quis ſcit ſi convertatur, & ignoſcat Deus, & revertatur a furore iræ ſuæ, & non peribimus. 10. Et vidit Deus opera eorum, quia converſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Dominus

minus ſuper malitiam, quam locutus fuerat ut faceret eis, & non fecit.

MORINUS Congregat. Orat. D. J. Presbyter. *Tract. de Pœnit. Lib. 6. c. 2. n. 12.* In iſta potiſſimum ſtatione, in proſtratione ſcilicet veſtem lugubrem induere ſolebant Pœnitentes, ut facile colligitur ea humilibus actionibus quas illis tum imponi probavimus. Ideo ut plurimum cilicio, & cinere ſordidati, capillos tonſi aut intonſi pro regionum more... totique ad movendam miſericordiam compoſiti; pœnitentiam in eo loco agebant.

N. 13. Hæc omnia graphice deſcribit S. Hieronymus Epiſt. 20. ad Oceanum. „ Quis hoc crederet, ut poſt mor-
„ tem ſecundi viri in ſemetipſam reverſa, ... ſaccum in-
„ dueret (*Fabiola matrona Romana*) ut errorem publice
„ fateretur, & tota urbe ſpectante Romana ante diem
„ Paſchæ in Baſilica quondam Laterani ... ſtaret in or-
„ dine pœnitentium, Epiſcopo, Presbyteris, & omni
„ populo collachrymantibus; ſparſum crinem, ora lu-
„ tida, ſqualidas manus, ſordida colla ſubmitteret?

N. 14. Hujus miſerabilis habitus rationem reddit S. Hieronym. in c. 3. Lament. „ In cilicio quippe aſperitas
„ & compunctio peccatorum, in cinere autem pulvis
„ oſtenditur mortuorum. Et idcirco utrumque hoc ad-
„ hiberi ad pœnitentiam ſolet, ut in compunctione cili-
„ cii agnoſcamus quid per culpam fecimus, & in favilla
„ cineris perpendamus quid per vitium facti ſumus. Con-
„ ſiderentur ergo in cilicio pungentia vitia: conſideren-
„ tur in cinere per mortis ſententiam, ſubſequens juſta
„ pœna vitiorum. Quia enim poſt peccatum carnis con-
„ tumeliæ ſurrexerunt, videat homo in aſperitate cili-
„ cii, ſuperbiendo quid fecit; videat in cinere uſque-
„ quo peccando pervenit... " Prima tamen iſtius tam lugubris habitus, & Europæis tam inſolentis cauſa eſt antiquorum Judæorum imitatio, qui in veteri teſtamento vel pœnitentiam de criminibus agentes, vel dolorem maximum teſtantes, vel periculum imminens avertere apud Deum ſatagentes, ſemper cum cinere & cilicio, & ſacco, veſte lacerata nobis exhibentur.

Lib. 4. cap. 16. n. 2.... Ultra omne Eccleſiæ tectum in area, & ſpatio ante portas Eccleſiæ & ipſi contrigun ſcelerum reos pœnitentiam ambientes aliquandiu diſtinebant, ubi omnibus fidelibus Eccleſiam ingreſſuſis, ſaccum, cineremque & miſerabilem habitum induti advolvebantur, eos rogantes, ut non modo Deum ipſis inſenſum exorarent, ſed etiam ut apud Epiſcopum & presbyterium univerſamque fraternitatem intercederent, quo Pœnitentiæ donum & benedictio ipſis concederetur.

Ex S. CYPRIAN. *de Lapſis, in fine* ... Orare oportet impenſius & rogare, diem luctu tranſigere, vigiliis noctes ac fletibus ducere, tempus omne lacrymoſis lamentationibus occupare, ſtratos ſolo adhærere cineri, in cilicio & ſordibus volutari, poſt indumentum Chriſti perditum nullum hic jam velle veſtitum.

Ex EUSEB. *in fine lib. 5. hiſtor.* Natalius quidam Chriſti confeſſor... mane ſurrexit cilicio & ſacco indutus, cineribus aſperſus, cum magno mœrore & lachrymis ad pedes Zephirini Pontificis ſe ſupplicem abjecit, & non modo ad Cleri, ſed ad Laicorum etiam genua advolutus eſt.

MORINUS *de Pœnit. lib. 4. c. 17. n. 2.* Suſcepturus pœnitentiam eo lugubri & humili habitu coram univerſa Eccleſia comparebat concineratus, conciliatus, ut loquitur Tertullianus, cum dedecore & horrore compoſitus, in medium ſeſe proſternens ante viduas, ante Presbyteros, omnium lacrymas ſuadens, omnium veſtigia lambens, omnium genua detinens. Pœnitenti ad miſericordiam alliciendam ſic compoſito, univerſa fideli plebe pro eo Deum rogante, atque apud Epiſcopum intercedente, manus in pœnitentiam imponebat Epiſcopus, variaſque ſuper ipſum genuflexum & proſtratum fundebat preces, quibus Dei miſericordiam & benedictionem in eum alliciebat.

Ex TERTULL. *c. 9. de Pœnit.* De ipſo quoque habitu, atque victu mandat, ſacco & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare.

Ex CONC. AGATHENS. *Can.* XV. Pœnitentes tempore quo Pœnitentiam petunt, impoſitionem manuum, & cilicium ſuper caput, a Sacerdote ſicut ubique conſtitutum eſt, conſequantur; ſi autem comas non depoſuerint, aut veſtimenta non mutaverint, abjiciantur.

Ex CONC. TOLETAN. III. *Can.* 12.... Quicumque ab Epiſcopo ſanus, vel infirmus Pœnitentiam poſtulat, id ante omnia Epiſcopus ſervet & Presbyter, ut ſi vir eſt, ſive ſanus, ſive infirmus prius eum tondeat, & in cinere & cilicio habitum mutare faciat, & ſic pœnitentiam ei tradat: ſi vero mulier fuerit, non accipiat pœnitentiam niſi prius velata fuerit, aut mutaverit habitum. D

Ex S. AMBR. *Lib. ad Virginem lapſam, c.* 8. Lugubris tibi accipienda eſt veſtis, & mens ac membra ſingula digna caſtigatione punienda... Amputentur crines, Gen. III. 15.
qui per vanam gloriam occaſionem luxuriæ præſtiterunt... Denique totum corpus incuria maceretur, cineri aſperſum & opertum cilicio perhorreſcat.

Ex S. ISIDOR. *Lib. 2. de Eccleſ. offic. c. 16....* Hi vero qui pœnitentiam agunt, ... in cilicio proſternuntur... cinere aſperguntur, vel ut ſint memores, quia cinis & pulvis ſunt, vel quia pulvis, id eſt impii facti ſunt ... Idcirco in utroque pœnitentiam agimus: ut & compunctione cilicii agnoſcamus vitia, quæ per culpam commiſimus, & per favillam cineris perpendamus mortis ſententiam, ad quam peccando pervenimus. E

Hinc ortus mos in capite jejunii capitibus Pœnitentium cinerem imponendi, quem ex antiquis Pontificalibus, Ritualibus, Sacramentariiſve exſcribit Morinus noſter.

MORINUS *Lib. 4. de Pœnit. cap. 18. num. 3. ex Sacram.* S. GREGORII. Ordo agentibus publicam pœnitentiam. „ Suſcipis eum (Pœnitentem) quarta feria
„ mane in capite Quadrageſimæ, & cooperis eum ci-
„ licio, oras pro eo, & includis uſque ad cœnam
„ Domini... " Eadem habet Sacramentarium Ecberti Eboracenſis Epiſcopi.

N. 4. Ita quidem pro impoſitione pœnitentiæ publicæ. Pro privata autem idem fere erat ordo, ſi excipiat ſolemnitatem, id eſt, quod fieret in capite Quadrageſimæ, & coram univerſa plebe convocata, cilicium quoque, & publicam coram omnibus ab Eccleſia expulſionem. Imponebatur quoque pœnitentia publica extra tempus quadrageſimale; ſed hujuſmodi Pœnitentes poſtea tenebantur in capite quadrageſimæ cum pœnitentiam ſuſcepturis iterum ſeſe Epiſcopo præſentare ad novam ſuſcipiendam pœnitentiæ benedictionem.

N. 10. Sacerdos facit crucem ex cinere ſuper pectus ejus, & imponit cilicium deſuper, & dicit orationem, *Deus qui neminem vis perire*, &c.

N. 15. *Ex antiquiſſimo Codice* ORDINIS ROMANI, *in Biblioth. Abbatis Conſtantini Gaetani*. Feria quarta in capite jejunii... mittendus eſt cinis ſuper caput Pœnitentis, dicens: *Memento homo quia pulvis es & in* Gen. III.
pulverem reverteris; ſtatimque imponendum eſt cilicium 15.
dicendo: Contere cor tuum, & humilia animam tuam
in cinere & cilicio, *cor enim humiliatum Deus non* Pſal. 1. 19.
deſpicit.

N. 16. REGINO Abbas *in Col. Can. Lib.* 1. *Can.* 291. *ex* CONCIL. AGATHENS. *refert*: In capite Quadrageſimæ omnes Pœnitentes qui publicam ſuſcipiunt aut ſuſceperunt pœnitentiam, ante fores Eccleſiæ ſe repræſentent Epiſcopo civitatis, ſacco induti, nudis pedibus, vultibus in terra proſtratis, reos ſe eſſe ipſo habitu & vultu proclamantes: ... & ſecundum modum culpæ pœnitentiam per præfixos gradus injungat ... manus ei imponat, aquam benedictam ſuperſpergat,
cinerem prius mittat, & ſicut Adam projectus eſt de Exod. 33.
Paradiſo, ita & ipſe ab Eccleſia ob peccata ejiciatur.

N. 18. In antiquiſſimo & Longobardico Abbatiæ S.
Remigii Rhemenſis codice poſt Dominicam in Quin- 4 Reg. 11.
quageſima ſic legitur: „ Ordo agentibus publicam pœnitentiam. „ Suſcipit eum (Pœnitentem) quarta fe-
„ ria mane in capite Quadrageſimæ, & cooperit eum
„ cilicio, cum cinere ſparſo capite.

N. 19. In Bibliotheca Eccleſ. Metrop. Sanctæ Mariæ Rhemenſis eſt antiquum & parvum Manuale, quod ſcriptum videtur ante annos circiter quingentos & aliquid amplius. „ Dum pſalmi pœnitentiales dicun-
„ tur, imponitur cilicium ſuper infirmi pectus: ....
„ deinde incipiat Sacerdos ſeptem pſalmos pœniten-
„ tiales & orationes, & preces dicat ſuper pœniten-
„ tem, faciens crucem ex cinere ſuper pectus ejus,
„ & imponens cilicium.

N. 20. In alio ejuſdem Bibliothecæ codice, qui mihi non videtur trecentis annis antiquior ... „ In capite
„ Quadrageſimæ, qui publicam ſuſceperunt, aut ſuſci-
„ piunt pœnitentiam, ante fores Eccleſiæ ſe repræſen-
„ tent Epiſcopo Civitatis ſacco induti, nudis pedibus,
„ vultibus in terram proſtratis: .... manus eis imponat,
„ aquam benedictam ſuper eos ſpargat, cinerem prius
„ mittat, deinde cilicio capita eorum cooperiat.

N. 21. In Eccleſiæ Metropolitanæ Rothomagenſis Bibliotheca eſt antiquum Pontificale annorum circiter quingentorum, quod pro Eccleſia Remenſi ſcriptum eſt.

„ Ordo

Digitized by Google

tibus ſingulorum fidelium ;

1. Ut intelligant Quadrageſimale tempus, pœnitentiæ publicæ tempus eſſe omnibus & ſingulis. (D)

D

2. Ut mortis recordatione revocentur homines
Gen. III. 15. ad pœnitentiam. *Memento homo quia* PULVIS ES, ET IN PULVEREM REVERTERIS, inquit Eccleſia.

I. Qua mente accedendum eſt ad cineres?

R. In ſpiritu humilitatis & in animo contrito, cum ſincero propoſito totam Quadrageſimam agendi, Deo dante, in exercitiis pœnitentiæ. (E)

E

I. Quid agendum ex mente Eccleſiæ per totam Quadrageſimam?

R. 1. Jejunandum. Eroganda copioſius eleemoſyna. Abſtinendum a frequentiori hominum conſortio. Prolixius & ſæpius orandum. Vacandum aſſidue publicis Eccleſiæ officiis, & concionibus ſacris, & privatim piis lectionibus, & vigiliis.

2. Abſtinendum a peccatis, a jocis, a luſibus, ab omni prophanorum ſpectaculorum genere.

3. Jam ab ineunte Quadrageſima facienda coram Sacerdote peccatorum exomologeſis, ut maturiori pœnitentia ſi opus ſit, ad Paſchalem communionem diſponamur. (F)

I

I. Qua

„ Ordo impoſitionis pœnitentiæ in capite jejunii . . „ ceteris ſimilis. Pœnitentes ſacco indutos ſuſcipit „ ante fores Eccleſiæ . . manus illis ante abſidam im- „ ponit, cinerem in eos mittit, ab Eccleſia eos ejicit.

N. 22. Joannes Abrincenſis Epiſcopus, qui ante annos circiter ſexcentos ſcribebat de officiis Eccleſiaſticis. „ In capite jejunii . . . cinerem cum aqua be- „ nedicta tribuat (*Epiſcopus*).

(D) *Vide ſupra hocce* §. *lit.* (A) *plurima in eam SS. PP. teſtimonia.*

S. BERNARDUS *Serm.* 1. *in capite jejunii*, *num.* 1. Hodie, Dilectiſſimi, ſacrum Quadrageſimæ tempus ingredimur, tempus militiæ Chriſtianæ. Non nobis ſingularis eſt hæc obſervatio; una omnium eſt, quicumque in eamdem fidei conveniunt unitatem. Quidni commune ſit Chriſti jejunium omnibus Chriſtianis? Quidni caput ſuum membra ſequantur? Si bona ſuſcepimus ab hoc capite, mala autem quare non ſuſtineamus? An reſpuere triſtia volumus, & communicare jucundis? Si ita eſt, indignos nos capitis hujus participatione probamus. Omne enim quod patitur ille, pro nobis eſt. Quod ſi in opere ſalutis noſtræ ei collaborare piget, in quo deinceps coadjutores nos exhibebimus illi?

Serm. 3. *de Quadrageſ. num.* 1. Hactenus uſque ad Nonam jejunavimus ſoli: nunc uſque ad veſperam jejunabunt nobiſcum univerſi Reges & Principes, Clerus & populus, nobiles & ignobiles, ſimul in unum dives & pauper.

N. 2. Sed quid de his loquor, quos habemus in hac jejunii obſervatione conſortes, quaſi non multo excellentiores habeamus in ea duces, immo & conſecratores? Quanta devotione ſuſcipiendum eſt nobis quod a ſancto Moyſe tamquam hæreditario jure traditur, cui ſpeciali præ ceteris Prophetis prærogativa, facie ad faciem Dominus loquebatur? Quanto fervore amplectendum eſt, quod Helias ille commendat igneo curru raptus in cælum? Ecce enim quam multa millia a diebus illius generalis conditio mortis evaſit: Helias tamen uſque adhuc conſervante Domino manus ejus evaſit. Jam vero ſi commendant jeju-
Exod. 33. nium præſens Moyſes & Helias, quamvis magni; tamen conſervi noſtri: quantum commendat illud Je-
4. Reg. 11. 2. ſus Dominus noſter, qui & ipſe diebus totidem jejunavit? Qualis ille eſt, non dicam Monachus, ſed Chriſtianus, qui minus devote jejunium ſuſcipit, quod ei tradidit ipſe Chriſtus? Denique tanto devotius imitandum nobis eſt, dilectiſſimi, Chriſti jejunantis exemplum, quanto certius eſt, propter nos eum jejunaſſe, non propter ſeipſum.

N. 4. Propterea ſi forte diebus ceteris ſtudia veſtra aliquatenus intepuerant, dignum eſt ut nunc in fervore ſpiritus recaleſcant. Quod ſi gula ſola peccavit, ſola quoque jejunet, & ſufficit. Si vero peccaverunt & membra cetera, cur non jejunent & ipſa? Jejunet ergo oculus qui deprædatus eſt animam: jejunet auris, jejunet lingua, jejunet manus, jejunet etiam anima ipſa. Jejunet oculus a curioſis adſpectibus & omni petulantia, aut bene humiliatus, coerceatur in pœnitentias, qui male liber vagabatur in culpa. Jejunet auris nequiter pruriens, a fabulis & rumoribus, & quæcumque otioſa ſunt, & ad ſalutem minime pertinentia. Jejunet lingua a detractione & murmuratione, ab inutilibus vanis, atque ſcurrilibus verbis: interdum quoque ob gravitatem ſilentii, & ab ipſis quæ videri poterant neceſſaria. Jejunet manus ab otioſis ſignis, & ab operibus omnibus, quæcumque non ſunt imperata. Sed & multo magis anima ipſa jejunet a vitiis & propria voluntate ſua. Etenim ſine jejunio hoc, cetera a Domino reprobantur, ſicut ſcriptum eſt: quia *in diebus* Iſai. 54. 3.
jejuniorum veſtrorum voluntates veſtræ inveniuntur.

(E) S. BERNARDUS *ſerm.* 2. *in Capite jejunii*, *num.* Joel. II. 12.
4. Cum dixiſſet, *Convertimini ad me in toto corde veſtro*, adjunxit protinus *in jejunio*, quod utique corporis eſt. Volo tamen vos admonitos eſſe fratres meos, obſervandum illud non ab eſcis tantum, ſed & ab omnibus illecebris carnis, & univerſa corporis voluptate: immo vero jejunandum eſt longe amplius a vitiis quam a cibis. Sed & panis a quo vos jejunare nolo, ne forte deficiatis in via; & ſi neſcitis, panem dico lacbrymarum; ſequitur enim, *in jejunio & planctu*. Exigit enim planctum a nobis pœnitentia præteritæ converſationis: exigit fletum deſiderium futuræ beatitudinis: *Factæ ſunt mihi lacbrymæ meæ panes* Pſal. 41. 4.
die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Ubi eſt Deus tuus.

N. 5. Addit deinde Propheta, *& ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* Joel. II. 13.

N. 6. Scindamus itaque corda noſtra, quatenus integra proinde veſtimenta ſervemus: veſtes enim noſtræ virtutes ſunt. Bona veſtis caritas: bona veſtis obedientia eſt: beatus qui caſtodit veſtimenta hæc, ut non ambulet nudus . . . . Poteſt tamen & aliter hæc ſciſſio cordis intelligi, ut ſiquidem parvum fuerit ſcindatur ad compunctionem, ſi durum ad compaſſionem. Quidni ſcindatur ulcus ut ſanies effluat? Quidni ſcindatur cor ut viſceribus effluat pietatis? Utilis prorſus utraque ſciſſio, ut nec clauſum lateat peccati virus in corde, nec indigenti proximo claudamus viſcera miſericordiæ: ut & ipſi conſequamur miſericordiam a Domino noſtro Jeſu Chriſto.

(F) *Vide ſupra* §. 1. *hujaſce cap lit.* (G) *Vide etiam ſupra hocce* §. *lit.* (A B E)

S. GREG. NYSS. *Orat. de Benefic. p.* 236 *Append. ad ejus opera.* Si vino & carne temperantes, obſtrictos vitiis animos habuerimus, nihil quidquam nobis, cum aliter animo quam extrinſecus affecti ſimus, aut aquam, aut olera, aut menſas ſine ſanguine ſtructas profutura prædico atque teſtificor.

Pag. 238. His neceſſaria victui ſuppedita tu, qui jejunas. Erga fratres calamitoſos benignus eſto. Quod ventri ſubtrahis, tribue eſurienti. Exæquet omnia juſtus Dei timor. Duas inter ſe contrarias affectiones, tuam videlicet ſatietatem, & fratris famem, modeſta continentia tempera atque moderare. Sic enim faciunt & medici. Alios exinaniunt, alios replent, ut acceſſione deceſſioneque uniuſcujuſque ſanitas conſervetur.

S. LEO MAGNUS *Serm.* 38. *de Quadrageſ.* 1. *cap.* 5. In iſto jejuniorum ſtadio non eo tantum ſimus contenti, ut ſolam ciborum abſtinentiam putemus eſſe ſectandam. Parum enim eſt, ſi carnis ſubſtantia tenuatur, & animæ fortitudo non alitur. Afflicto paululum exteriore homine, reficiatur interior; & ſubtracta carni ſaturitate corporea, ſpiritualibus mens deliciis roboretur. Circumſpiciat ſe omnis anima Chriſtiana, & ſevero examine cordis ſui interna diſcutiat. Videat, ne quid ibi diſcordiæ inhæſerit, ne quid cupiditatis inſederit. Caſtitas incontinentiam procul pellat, tenebras ſimulationis lux abigat veritatis: *Quia* Sap. 1. 11.
os, quod mentitur, animam mentientis interficit. Detumeſcat ſuperbia, reſipiſcat iracundia, comminuantur jacula noxarum, & obtrectatio linguæ frænetur. Ceſſent vindictæ, & oblivioni mandentur injuriæ. *Omnis* Matt. 15. 13.
poſtremo *plantatio, quam non plantavit Pater cæleſtis, radicibus auferatur.*

Serm. 39. *de Quadrag.* 2. *c.* 4. Quia ergo, Dilectiſſimi, ſicut Redemptoris noſtri magiſterio edocti ſumus,

non

Digitized by Google

PARS II. SECT. IV. CAP. VI. §. 2.

I. Qua mente excipiendum eſt verbum Dei e ſacro ſuggeſtu?

R. Cum fide & reverentia & docilitate & cordis compunctione. Non ut curioſitas expleatur: non ut notentur concionis vitia.

I. Cur veſperæ ante meridiem canuntur Quadrageſimali tempore?

R. Olim fiebat cœna quadrageſimalis poſt officium veſpertinum, & canebantur more ſolito veſperæ horis pomeridianis ſub Solis occaſum. Labente paulatim diſciplina factum eſt, ut anticiparetur cœna quadrageſimalis: ſed ſimul anticipatum, & officium veſpertinum; ut nonniſi poſt veſperas more veteri cœna fieri diceretur. Ætate S. Thomæ Aquinatis, hoc eſt ſæculo decimo tertio, complebantur veſperæ quadrageſimales hora ſolum poſt meridiem tertia, tuncque ſolvebatur jejunium. Poſtea rebus in laxitatem paulatim deſcendentibus, eo uſque Jejuniorum diſci-

plina

non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo Dei; Matt. 4. 4. Deut. 8. 3. dignumque eſt ut populus Chriſtianus in quantacumque abſtinentia conſtitutus, magis deſideret ſe Dei verbo, quam cibo ſatiare corporeo... Prompta devotione & alacri fide ſuſcipiamus ſolemne jejunium, non in ſterili media, quam plerumque & imbecillitas corporis & avaritiæ morbus indicit, ſed in larga benevolentia celebrandum: ut ſcilicet ſimus de illis, Matt. 5. 6. de quibus ipſa veritas dicit: *Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.* Deliciæ igitur noſtræ ſint opera pietatis, & illis cibis, qui nos ad æternitatem nutriunt, impleamur. Lætemur in refectionibus pauperum, quos impendia noſtra ſatiaverint. Jucundemur in veſtitu eorum, quorum nuditatem indumentis neceſſariis texerimus. Sentiant humanitatem noſtram ægritudines decumbentium, imbecillitatem debilium, labores exulum, deſtitutio pupillorum, & deſolatarum mœſtitudo viduarum, in quibus juvandis nemo eſt qui non aliquam poſſit exequi benevolentiæ portionem. Nulli enim parvus eſt cenſus, cui magnus eſt animus: nec de rei familiaris modo menſura pendet pietatis. Nunquam merito caret, etiam in tenui facultate, bonæ voluntatis opulentia. Majora quidem impendia ſunt divitum, & minora mediocrium; ſed diſcrepat fructus operum, ubi idem eſt affectus operantium.

Cap. 5. In iſta autem, dilectiſſimi, exercendarum opportunitate virtutum, ſunt & aliarum inſignia coronarum, quæ nullo horreorum diſpendio, nulla diminutione pecuniæ capiantur: ſi repellatur laſcivia, ſi abdicetur ebrietas, & carnalis concupiſcentia caſtitatis legibus edometur: ſi odia tranſeant in dilectionem; ſi inimicitiæ convertantur in pacem; ſi tranquillitas extinguat iram; ſi manſuetudo remittat injuriam; ſi denique dominorum atque ſervorum tam ordinati ſint mores, ut & illorum poteſtas mitior, & iſtorum ſit diſciplina devotior. Hac igitur obſervantia, Dilectiſſimi, obtinebitur miſericordia Dei, & abolito peccatorum reatu, religioſe venerandum Paſcha celebrabitur.

Serm. 41. *in Quadrag.* 4. *cap.* 2. Non enim in ſola abſtinentia cibi ſtat noſtri ſumma jejunii, aut fructuoſe corpori eſca ſubtrahitur, niſi mens ab iniquitate revocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Sic ergo nobis edendi eſt moderanda libertas, ut etiam aliæ cupiditates eadem lege frænentur. Manſuetudinis & patientiæ, pacis & tranquillitatis hoc tempus eſt: in quo excluſa omnium contaminatione vitiorum, perpetuitas nobis eſt obtinenda virtutum. Nunc piarum mentium fortitudo donare culpas, negligere contumelias, & oblviſci aſſueſcat injurias. Nunc fidelis animus per arma juſtitiæ a dextris ſe exerceat & ſiniſtris: ut *per gloriam & ignobi-* 2. Cor. 6. 8. *litatem, per infamiam & bonam famam*, ſecuram conſcientiam conſtantemque probitatem nec laudes inflent, nec opprobria defatigent. Religioſorum modeſtia non ſit mœſta, ſed ſancta: Nec inveniantur in eis ullarum murmura querelarum, quibus nunquam deſunt ſanctorum ſolatia gaudiorum. Non timeatur inter opera miſericordiæ terrenarum diminutio facultatum. Semper dives eſt Chriſtiana paupertas; quia plus eſt quod habet, quam quod non habet. Nec pavet in iſto mundo indigentia laborare, cui donatum eſt in omnium rerum Domino omnia poſſidere.

Serm. 42. *de Quadrag.* 5. *cap.* 3. Utamur igitur, Dilectiſſimi, ſaluberrimi temporis venerabilibus inſtitutis, & ſolicitiore cura cordis noſtri ſpecula tergamus.

Serm. 43. *de Quadrag.* 6. *cap.* 1. Conſiderandum eſt hoc in tempore attentius, quæ vitia, quæ ægritudines, quantaque ſint vulnera, quibus auſterior ſit adhibenda medicina: ut illius ſacramenti, per quod ſolvuntur opera diaboli, non inveniantur alieni.

Serm. 44. *de Quadrag.* 7. *c.* 4. Debiti enim tui eſt, ut ei, qui pro omnibus paſſus eſt, paratus ſis compati: quoniam pia vita Sanctorum nunquam aliena eſt Crucis Chriſti, dum continentiæ clavis deſideria carnis configit, & corporeas cupiditates virtute Spiritus in ſe habitantis interficit. Difficile eſt quemquam in ſe non habere quod perimat. Extinguenda eſt iracundia, mortificanda eſt ſuperbia, deſtruenda luxuria, radix quoque avaritiæ altius perſequenda eſt: ut omnium malorum germen excidi valeat, ſi eorum potuerit fomes evelli.

Serm. 45. *de Quadrag.* 8. *c.* 4. Et quamvis omni tempore ſtudendum ſit ſanctificationi & mentis & corporis, nunc tamen in iſtis quadraginta dierum jejuniis, ſolicitioribus vos pietatis operibus expolite, non ſolum in diſtribuendis eleemoſynis, quæ magnam habent emendationis effectum; ſed etiam in remittendis offenſionibus, & peccatorum reatibus relaxandis: ut conditio, quam inter ſe & hominem Deus poſuit, non reſiſtat orantibus. Dicentes enim ſecundum doctrinam Domini: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut &* Matt. 6. 12. *nos dimittimus debitoribus noſtris*, debemus toto corde implere quod dicimus. Tunc enim fiet omnino quod in conſequentibus poſtulamus, ut & *in tentationem non* Ibid. 13. *inducamur, & a malis omnibus liberemur.*

Serm. 49. *de Quadrag.* 12. *c.* 1. Quia univerſitas fidelium ad perfectam innocentiam, & ad plenam debet tendere puritatem, ut eorum conſortio mereatur adſcribi de quibus dicitur: *Beati mundo corde, quoniam* Matt. 5. 8. *ipſi Deum videbunt*, omni inſtantia & virtute nitendum eſt, ut quidquid ſecretum conſcientiæ maculat, quidquid aciem mentis obſcurat, diligentiſſimis emundationibus deleatur.

S. JOHANN. CHRYSOST. *ad populum Antiochenum*, *Homil.* 3. *pag.* 51. Jejunium honoremus: honor enim jejunii non ciborum abſtinentia, ſed peccatorum fuga. Itaque ciborum abſtinentia tantum jejunium definiens, hic eſt qui maxime ipſum vituperat. Jejunas? Demonſtra mihi per ipſa opera. Qualia, inquis, opera? Si pauperem videris, miſerere; ſi inimicum videris, conciliare, ſi amicum laudabiliter agentem videris, ne invideas; ſi mulierem videris ſpecioſam, prætereas. Non enim os tantum jejunet, ſed & oculus, & auditus, & pedes, & manus, & omnia corporis noſtri membra jejunent. Jejunent manus a rapina & avaritia mundæ: jejunent pedes ad illicita ſpectacula curſum reprimentes: jejunent oculi diſcentes nunquam formoſis obtutibus inſilire, nec alienas curioſe pulchritudines ſpectare. Cibus enim oculorum ſpectatio; ſed ſi illegitima ſit & prohibita, jejunio nocet, & omnem animæ ſalutem ſubvertit: ſi vero legitima & conceſſa, ornat jejunium. Etenim abſurdiſſimum eſſet cibum ſumendo etiam a conceſſis abſtinere eſca per jejunium, oculis autem utendo etiam prohibitam attingere. Non comedis carnes? Neque laſciviam per oculos haurias. Jejunet & auris: aurium autem jejunium detractiones & calumnias non ſuſcipere: Auditum enim vanum non ſuſcipies, inquit. Exod. 23. 1. Jejunet quoque os a verbis turpibus & conviciis. Quæ enim utilitas cum avibus quidem & piſcibus abſtineamus, fratres vero mordeamus & comedamus? Detrahens fraternas carnes comedit, proximi carnem momordit: propterea & Paulus terruit, dicens: *Si au-* Galat. 5. 15. *tem vos invicem mordetis & comeditis, videte ne ab invicem conſumamini.* Non infixiſti dentes carni, ſed animæ maledictum, improbam ſuſpicionem infixiſti, vulneraſti, innumeris affeciſti malis & teipſum, & illum, & alios plures.

Homil. 10. *paulo poſt init.* Jejunium vero non ciborum abſtinentiam tantum dico, ſed & peccatorum fugam magis quam illam: quoniam & convivatus, & hæc cum modeſtia perfectus congrua, non multo a jejunante vincitur: ſicut viciſſim jejunans, nec cum ſtudio & diligentia his quæ dicuntur attendens, nihil ex hoc jejunio magnum lucrabitur. Comedens enim, & concionis ſanctæ congruo

ſtudio

Digitized by Google

plina prolapſa eſt, ut circa meridiem ſolvi Jejunium jam Eccleſia patiatur, ſimulque ut ſervetur ſaltem diſciplinæ veteris veſtigium, veſpertinum
G officium ante meridiem celebratur. (G)

§. 3. *De quatuor temporum, & Vigiliarum Jejuniis.*

I. Quid ſunt quatuor tempora?

R. Hoc nomine appellantur jejunia illa quæ trino quoque menſe ab Eccleſia celebrantur feriis quarta, ſexta, & ſabbato unius hebdomadæ. PARS. II. SECT. IV. CAP. VI. §. 3.

I. Quis illa Jejunia instituit?

R. Jejunia hoc ſæculo quinto in Eccleſia Romana antiquiora eſſe conſtat. Quin & S. Leo Romanus Pontifex, qui eo ſæculo floruit, vult ex Apoſtolica Traditione manaſſe. (A) A

I. Cur inſtituta ſunt hæc Jejunia?

R. 1.

ſtudii participem ſe faciens, nihil comedente & abſente multo melior eſt. Non enim tantum nos inedia adjuvare poterit, quantum prodeſt & bonum affert ſpirituali diſciplinæ intereſſe. Ubinam alibi hæc audies, quæ hic meditaris? Si in forum iveris, titæ ibi & pugnæ, &c.

AUCTOR *Serm. 27. inter adſcriptos* S. AMBROS. *de Quadrag. 11. qui videtur eſſe* S. MAXIMUS, *n.* 4. Quiſquis verbo Chriſti paſcitur, terrenum pabulum non requirit; nec enim poteſt ſæculi panem cupere, qui pane reficitur Salvatoris. Habet enim Dominus ſuum panem, immo pa-
Joh. 6. 41. nis ipſe Salvator eſt, ſicut docuit dicens: *Ego ſum panis, qui de cælo deſcendi.* De quo pane dicit Propheta:
Pſ. 103. 15. *Et panis cor hominis confirmet.*

N. 5. Quo ergo mihi panem, quem offert diabolus, cum habeam panem quem Chriſtus impartit? Ille ergo eſca nobis neceſſaria eſt, quæ vitam præſtat, quæ animum paſcit; poſt quam ſequitur Chriſtus, inimicus excluditur.

N. 6. Quam bene autem jejuniorum tempore Verbum Dei dixit eſſe, quod reficit; ut oſtenderet jejunia noſtra non debere ſæculi actibus occupari, ſed ſacris literis exerceri? Negligit enim famem corporis, qui pabulo lectionis intendit: nec ventris curam habere poterit, qui alimentum verbi cæleſtis adquirit. Ipſa eſt enim refectio quæ ſaginat animam, quæ impinguat viſcera; cum de divinis Scripturis cibum eloquii perennis accipimus. Ipſa eſt eſca, quæ vitam æternam tribuit, & inſidias a nobis diabolicæ tentationis excludit. Quod autem ſacrarum literarum lectio vita ſit, Dominus teſtatur dicens: *Verba quæ ego locutus ſum vobis Spiritus & vita ſunt.*

S. BERNARD. *Serm. 4. in Quadrag. n.* 1. Jejunii Quadrageſimalis tempus advenit, quod tota devotione ſuſcipere moneo caritatem veſtram... (*Jejunio*) quidem eo quod ab ipſis quoque licitis abſtinemus, ea nobis quæ prius commiſimus, illicita condonantur. Quid vero eſt condonari commiſſa, niſi jejunio brevi jejunia redimi ſempiterna?.. Bonum ergo & ſalutare jejunium, quo redimuntur jejunia ſempiterna & ſupplicia, dum rediruntur hoc modo peccata. Non ſolum autem eſt abolitio peccatorum, ſed extirpatio vitiorum: non ſolum obtinet veniam, ſed & promeretur gratiam: non ſolum delet peccata præterita quæ commiſimus, ſed & repellit futura quæ committere poteramus.

N. 2. Jejunium orationi devotionem & fiduciam donat... Oratio virtutem impetrat jejunandi, & jejunium gratiam promeretur orandi. Jejunium orationem roborat, oratio ſanctificat jejunium, & Domino repræſentat. Sublevetur ergo jejunium penna quadam orationis. Verum huic, ne forte minus ſufficiat, alteram
Eccli. 35. 21 quoque neceſſe eſt ſociari. *Oratio juſti*, ait Scriptura, *penetrat cælos.* Sint ergo jejunio noſtro, ut facile cælos penetret, alæ duæ, orationis ſcilicet, atque juſtitiæ... Omnino ſolliciti eſtote, ut alas duas habeat je-
Hebr. 12. 14 junium veſtrum, *ſanctimoniam* ſcilicet *& pacem ſine qua nemo videbit Deum.*

Serm. 7. in Quadrag. n. 4. Maxime vero hoc ſancto tempore in omni, obſecro, puritate converſari ſtudeamus. Tibi & certus & brevis dierum numerus poſitus eſt, ne deſperet humana fragilitas:.. nunc autem monemus brevi dierum numero omnes aliorum temporum negligentias emendare: ut vel ſic guſtemus dulcedinem perfectæ puritatis, & omni deinceps tempore in converſatione noſtra ſanctæ hujus Quadrageſimæ veſtigia clara reſplendeant. Conemur ergo, fratres, ſanctum hoc tempus tota devotione ſuſcipere, & nunc magis arma ſpiritualia reparare.

(G) BOCHELLUS *Decret. Eccleſ. Gallic. lib. 4. tit.* 12. *Ex* SYNOD. LINGON. *ann.* 1404. *cap.* 51. Sacerdotes debent cibum & potum temperate ſumere, tam in tempore quam in quantitate, ut in diebus jejuniorum ſemel in die.

§. *ſuper litt.* (K. L. M.) *videſis hæc fuſius pertractata.*

(A) S. AUG. *Epiſt. 36. alias 86. ad Caſul. c. 4. n.* 8. Chriſtianus qui quarta & ſexta feria & ipſo ſabbato jejunare conſuevit; quod frequenter Romana plebs facit.

Cap. 8. n. 19. Videat... quanta afficiat contumelia ipſam Romanam Eccleſiam, ubi & bis hebdomadibus, in quibus quarta & ſexta feria, & ſabbato jejunatur, tribus tamen diebus continuis, Dominica ſcilicet & deinde ſecunda & tertia prandetur.

Verba hæc FREQUENTER *&* HIS HEBDOMADIBUS *luculenter videntur innuere quatuor temporum jejunia.*

S. LEO MAGN. *Serm. 8. de Jejunio 10. menſis, cap. 4. verſus finem.* Quarta igitur & ſexta feria jejunemus; ſabbato autem apud beatiſſimum Apoſtolum Petrum vigilias celebremus, qui & orationes & jejunia & eleemoſynas noſtras precibus ſuis dignabitur adjuvare.

Eadem fere clauſula Sermones ſuos de jejunio 10. menſis, & ſeptimi & Pentecoſtes concludit.

Serm. 14. de jejun. 10. menſis 4. cap. 2. Decimi hujus menſis ſolemne jejunium, quod non ideo negligendum eſt, quia de obſervantia veteris legis aſſumptum eſt, tamquam hoc de illis ſit, quæ inter diſcretiones ciborum, inter baptiſmatum differentias, & avium pecudumque hoſtias deſtiterunt. Illis enim, quæ rerum futurarum figuras gerebant, impletis, quæ ſignificaverunt finita ſunt. Jejuniorum vero utilitatem novi Teſtamenti gratia non removit: & continentiam corpori, atque animæ ſemper profuturam pia obſervatione ſuſcepit.

Serm. 15. de Jejun. 10. menſ. 5. cap. 1. Sicut ergo pro ſpe futuræ felicitatis, ad quam per fidem currimus, gratias Deo agere debemus, quod ad perceptionem tantæ præparationis evehimur: ita pro iis quoque commodis, quæ ſingulorum annorum revolutione conſequimur, Deus honorandus atque laudandus eſt, qui ſic terræ fœcunditatem ab initio dedit, ſic pariendorum fructuum leges, in quibusque germinibus & ſeminibus ordinavit, ut numquam ſua inſtituta deſereret, ſed in rebus conditis benigna conditoris adminiſtratio permaneret. Quidquid ergo ad uſus hominum ſegetes, vineæ, oleæque pepererint, totum hoc ex divinæ bonitatis largitate profluit: quæ elementorum qualitate variata, dubios agricolarum labores clementer adjuvit, ut utilitatibus noſtris, venti & imbres, frigora & æſtus, dies noctesque ſervirent. Non enim ſibi ad effectus operum ſuorum humana ratio ſufficeret, niſi plantationibus, & rigationibus ſolitis Deus incrementa præberet. Unde plenum pietatis ac juſtitiæ eſt, ut de his quæ nobis cæleſtis Pater miſericorditer contulit, nos quoque alios adjuvemus.

Cap. 2. Huic autem operi, dilectiſſimi, cum omnia opportuna ſint tempora, hoc nunc præcipue aptum eſt atque conveniens, in quo ſancti Patres noſtri divinitus inſpirati, decimi menſis ſanxere jejunium: ut omnium fructuum collectione concluſa, rationabilis Deo abſtinentia dicaretur, & meminiſſet quiſque ita uti abundantia, ut & circa ſe abſtinentior, & circa pauperes eſſet effuſior.

Serm. 16. de Jejun. 10. menſis 6. cap. 1. Evangelicis ſanctionibus, Dilectiſſimi, multum autoritatis præbet doctrina legalis, cum quædam de mandato veteri ad novam obſervantiam transferuntur, & ea ipſa Eccleſiaſtica devotione demonſtratur, quod Dominus Jeſus Chriſtus *non*
Matt. 5. 17. *venit legem ſolvere, ſed adimplere.* Ceſſantibus enim ſignificationibus, quibus Salvatoris noſtri nuntiabatur adventus, & peractis figuris, quas abſtulit illa præſentia veritatis: ea quæ vel ad regulas morum, vel ad ſimplicem Dei cultum ratio pietatis inſtituit, in eadem apud nos forma in qua ſunt condita, perſeverant: & quæ utrique teſtamento erant congrua, nulla ſunt commutatione variata. Ex iis autem eſt etiam decimi menſis ſolemne judicii, quod a nobis nunc annua eſt conſuetudine celebrandum:

C R. Quia plerumque populi ſalus a Paſtoribus pendet. Hos bonos concedit Deus propitius: malos permittit iratus. (C)

I. Qua mente jejunandum in quatuor temporibus?

R. Ex mente Eccleſiæ mox expoſita jejunandum, & jejunio adjungenda oratio, ſolitudo, bona opera, &c.

I. Quid ſunt jejunia Vigiliarum?

R. Sunt jejunia, quæ in feſtorum ſolemniorum vigiliis præcipiuntur ab Eccleſia.

I. Cur præcipiuntur?

R. Ut per Jejunium & pœnitentiam diſponant ſe fideles ad illas ſollemnitates.

I. Cur dies illi vocantur Vigiliæ?

R. Quia pridie majorum ſollemnitatum ad multam noctem olim conveniebant fideles in Eccleſiam ad celebrandas Dei laudes, ut fit etiamnum in vigilia Nativitatis Domini. (D) D

I. Cur

Serm. 88. *De Jejunio, ſeptimi menſis* 5. Sed quia inſidiæ diaboli etiam inter talia ſtudia non quieſcunt, rectiſſime in quibuſdam articulis temporum, vigoris eſt noſtri reparatio inſtituta: ut ubi de clementia cæli & ubertate agri poteſt mens præſentium bonorum avida gloriari, & in ampla horrea fructibus congregatis animæ ſuæ dicere: *Habes multa bona, epulare*:
Luc. 12. 19. ibi quandam increpationem divinæ vocis accipiat, audiatque dicentem: *ſtulte, hac nocte repoſcunt animam*
Ibid. 20. *tuam a te, quæ autem præparaſti, cujus erunt?*

Serm. 93. *De Jejunio, 7. menſis 9. cap.* 3. Ideo enim ipſa continentiæ obſervantia, quatuor eſt aſſignata temporibus, ut in idipſum totius anni redeunte decurſu, cognoſceremus nos indeſinenter purificationibus indigere, ſemperque eſſe nitendum, dum hujus vitæ varietate jactamur, ut peccatum, quod fragilitate carnis & cupiditatum pollutione contrahitur, jejuniis atque eleemoſynis deleatur.

Vide etiam ſupr. litt. (A) *hocce* §. *Serm.* 15. 18. & 19.

(C) S. GREG. MAG. *Paſt. curæ Part.* 1. *cap.* 1. Sunt nonnulli qui intra ſanctam Eccleſiam per ſpeciem regiminis gloriam affectant honoris; videri doctores appetunt, tranſcendere ceteros concupiſcunt, atque, atteſtante veritate, *primas ſalutationes in foro, primos*
Mat. 23. 6. & 7. *in cœnis recubitus, primas in conventibus cathedras* quærunt: qui ſuſceptum curæ Paſtoralis officium miniſtrare digne tanto magis nequeunt, quanto ad humilitatis magiſterium ex ſola elatione pervenerunt. Ipſa quippe in magiſterio lingua confunditur, quando aliud dicitur & aliud docetur. Contra quos Dominus per Prophetam queritur, dicens: *Ipſi regnaverunt: & non*
Oſee 8. 4. *ex me: principes extiterunt, & non cognovi.* Ex ſe namque, & non ex arbitrio ſummi Rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus nequaquam divinitus vocati, ſed ſua cupidine accenſi, culmen regiminis rapiunt potius, quam aſſequuntur. Quos tamen internus judex & provehit, & cognoſcit: quia quos permittendo tolerat, profecto per judicium reprobationis ignorat. Unde ad ſe quibuſdam & poſt miracula venientibus
Luc. 13. 27. dicit: *Recedite a me operarii iniquitatis, neſcio qui eſtis.* Paſtorum imperitia voce veritatis increpatur, cum per Prophetam dicitur: *Ipſi paſtores ignoraverunt intelligentiam.* Quos rurſus Dominus deteſtatur, dicens: *Et te-*
Iſa. 56. 27. Jerem. 12. 8. *nentes legem neſcierunt me.* Et neſciri ergo ſe ab eis veritas queritur, & neſcire ſe principatum neſcientium proteſtatur: quia profecto hi qui ea quæ ſunt Domini neſciunt, a Domino neſciuntur, Paulo atteſtante qui
1. Cor. 14. 38. ait: *ſi quis autem ignorat, ignorabitur.* Quæ nimirum Paſtorum ſæpe imperitia meritis congruit ſubjectorum: quia quamvis lumen ſcientiæ ſua culpa exigente non habeant, diſtricto tamen judicio agitur, ut per eorum ignorantiam hi etiam qui ſequuntur offendant. Hinc namque in Evangelio per ſemetipſam veritas dicit: *ſi cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foveam cadunt:*
Mat. 15. 14. Hinc Pſalmiſta non optantis animo, ſed prophetantis miniſterio denuntiat, dicens: *obſcurentur oculi eorum*
Pſ. 68. 24. *ne videant, & dorſum illorum ſemper incurva.* Oculi quippe ſunt, qui in ipſa honoris ſummi facie poſiti, providendi itineris officium ſuſceperunt: quibus hi nimirum qui ſubſequenter inhærent, dorſa nominantur. Obſcuratis ergo oculis dorſum flectitur; quia cum lumen ſcientiæ perdunt qui præeunt, profecto ad portanda peccatorum curvantur opera qui ſequuntur.

Epiſt. lib. Epiſt. 7. ad Petrum, &c. Præterea aſſiduis inſiſtere Fraternitas veſtra precibus debet, ut omnipotens Deus in prædicto fratre & conſacerdote noſtro bene cœpta cuſtodiat, & ſemper ad meliora perducat. Hoc ſanctiſſimis vobis, hoc ſubjecto ei populo ſemper orandum eſt. Nam ita ſibi regentium merita connectuntur, & plebium, ut ſæpe ex culpa Præſidentium deterior fiat vita ſubjectorum, & ſæpe ex merito plebium delinquat vita Paſtorum. Quia enim mala actio Præſidentis valde noceat ſubditis, teſtantur Phariſæi, de quibus ſcriptum eſt: *Clauditis regnum cælorum ante homines. Vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis in-*
Mat. 23. 13. *trare.* Et quia culpa plebium multum nocet vitæ Paſtorum, in David facto cognoſcimus. Ille enim Deo
2. Reg. 11. 14. atteſtante laudatus, ille ſupernorum myſteriorum conſcius, tumore repentinæ elationis inflatus, populum numerando peccavit, & tamen vindictam populus, David peccante, ſuſcepit. Cur hoc? Quia videlicet ſecundum meritum plebium diſponuntur corda regentium. Juſtus vero judex peccantis vitium ex ipſorum animadverſione corripuit, ex quorum cauſa peccavit. Sed quia ipſe ſua ſcilicet voluntate ſuperbiens, a culpa alienus non fuit, vindictam culpæ etiam ipſe ſuſcepit. Nam ira ſæviens, quæ corporaliter populum perculit, Rectorem quoque populi intimo cordis dolore proſtravit. Hæc itaque conſiderate invicem, & ſicut is qui vobis, plebibuſque prælatus eſt, intercedere pro omnibus, ita pro ejus converſatione, & moribus orare omnes debetis, ut apud omnipotentem Deum, & vos illius valeatis imitatione proficere, & ille meritis veſtris adjuvetur.

(D) *En antiquiſſimum vigiliarum apud Chriſtianos uſitatarum exemplum* Act. xx. 7. Una autem ſabbati cum conveniſſemus ad frangendum panem, Paulus diſputabat cum eis profecturus in craſtinum, protraxitque ſermonem uſque in mediam noctem.... 11.... Frangenſque panem & guſtans, ſatiſque allocutus uſque in lucem, ſic profectus eſt.

CONSTIT. APOST. *Lib.* 1. *cap.* 18. Sabbato uſque ad galli cantum jejunium producite, pervigilantes uſque ad galli cantum, & in Eccleſia in unum congregati preces & ſupplicationes Deo in pernoctatione veſtra adhibentes. Item legem, & Prophetas, Pſalmos uſque ad galli cantum legentes, & Catechumenos baptizantes, &c.

S. EPIPHAN. *in expoſ. fidei*, *n.* 22. *circa medium*. Pervigilia vero ſex obeunt, ac totidem ſynaxes. Quibuſdam in locis in ea ſolum nocte quæ quintam feriam ſequitur, & in feriam ſextam deſinit; atque in ea quæ Dominicam antecedit pervigilant.

TERTULL. *Lib.* 2. *ad uxor. cap.* 4. Quis nocturnis convocationibus, ſi ita oportuerit, a latere ſuo adimi libenter feret? Quis denique ſolemnibus Paſchæ abnoctantem ſecurus ſuſtinebit?

His nempe argumentis utitur ad abducendas virgines Chriſtianas a nuptiis cum pagano contrahendis. Quod frequentes fuiſſe tunc temporis vigilias probat, maxime vero perſecutionis tempore.

AUCTOR. *Serm.* 33. *ſeu* 41. *apud* AMBROS. *in Append.* S. AUG. 146. *in Quadrag.* 7. *ex Vigner.* 13. *n.* 2. An putas illum jejunare, qui primo diluculo ad Eccleſiam non vigilat?

N. 4. Surgentes primo diluculo ad Eccleſiam feſtinemus, referamus Deo gratias.

AUCTOR *Serm.* 34. *num.* 23. *in Append.* S. AMBR. *de Quadrag.* 7. *n.* 3. Ille enim facit Quadrageſimam, qui jejunando & vigilando aſcendit ad Paſcha.

S. HIERON. *Epiſt.* 7. *alias* 7. *ad Lætam. de Inſtit. Filiæ, pag.* 594. *linea ult.* Vigiliarum dies & ſolemnes pernoctationes ſic virguncula noſtra celebret, ut ne tranſverſo quidem ungue a matre diſcedat.

S. AUG. *Epiſt.* 65. *alias* 236. *ad Xantippum, num.* 1. (*Presbyter*) convictus atque confeſſus eſt die jejunii Natalis Domini, quo etiam Gippitana Eccleſia ſicut ceteræ jejunabat, ... prandiſſe & cœnaſſe.

N. 2. Ego certe Presbyterum qui die jejunii, quo ejuſdem loci etiam Eccleſia jejunabat, ... prandere & cœnare auſus eſt, ... removendum ab officio Presbyterii arbitratus ſum, timens ei deinceps Eccleſiam Dei committere.

S. PAULIN. *Natal.* 7. *de S. Felice.*

Noſtis eum morem, ut jejunare ſolemus
Ante diem & ſero libatis veſpere ſacris
Quiſque ſuas remeare domos. Tunc ergo ſolutis

Cœtibus a templo Domini, poſtquam datu ſeſſis
Corporibus requies, ſumota dape, cœpimus hymnos
Eaultare Deo, & Pſalmis producere noctem.

S. BERNARD. *Serm. in vigilia S. Petri & Pauli, nu.* 1. In ſanctorum vigiliis neceſſe eſt vigilare hominem ſpiritaalem, qui ſolemnitates eorum celebrare deſiderat in ſpiritu & veritate. Aliæ enim carnalium, aliæ ſpiritualium vigiliæ. Illi & nitidiores cultus, & epulas præparant lautiores; & fortaſſis in ipſis vigiliis ope- *Prov.* 13, 14. tantur opera tenebrarum, *lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis*. Vos non ita didiciſtis Chriſtum, qui Chriſtum ſecuti eſtis, ... qui vigilanti oculo vigiliarum nomen debetis attendere. Ad hoc enim vigiliæ proponuntur, ut evigilemus, ſi in aliquo peccato vel negligentia dormitamus, & præoccupemus faciem Sanctorum in confeſſione. Non ſic filii hujus ſæcu- *Iſai*, 5. 22. li, non ſic, *qui potentes ſunt ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem*, qui obdormiunt in flagitiis & facinoribus ſuis ... Et fruſtra ſonat eis nomen vigiliarum ſanctarum, cum ipſi magis dormire ſtudeant quam vigilare. Vos autem non eſtis filii noctis, neque tenebrarum, ſed lucis & diei, ut non vos præoccupent natalitii Sanctorum dies, & inveniant imparatos.

Legere operæ pretium eſt Congr. R. P. THOMASS. *Congr. Orat. Gallic. Sacerd. Tract.* de jejun. *part.* 1. *cap.* 18. & *part.* 2. *cap.* 14.

L. BOCHELLI *Decret. Eccleſ. Gallic. lib.* 4. *tit.* 12. *de vigiliis & jejuniis*. *Ex* CONCIL. AUTISSIOD. *ann.* 614. *cap.* 9. Non licet compenſas in domibus propriis, nec vigilias in feſtivitatibus Sanctoram facere, nec inter ſentes aut arbores ſactivos, vel ad fontes vota exolvere: ſed quicumque votum habuerit, in Eccleſia vigilet; & matricolæ ipſum votum, aut pauperibus reddat, nec ſubtilia aut pede, aut hominem lineo fieri penitus præſumat.

Ex eod. Concil. cap. 10. Non licet in vigilia Paſchæ ante horam ſecundam noctis, vigiliam expedire: quia in illa nocte non licet poſt mediam noctem bibere, nec in Natali Domini, nec in reliquis ſolemnitatibus.

Ex eod. Concil. cap. 11. Omnino & inter ſupradictas conditiones, vigilias, quas in honore Domini obſervant, omnibus prohibemus.

Ex SYNODALIB. *Eccleſiæ* RHEMENS. *cap.* 13. Præcipiant Sacerdotes ſtatuta jejunia ſervari, videlicet jejunium Quadrag. jejunium quatuor temporum, omnium vigiliarum ab Eccleſia ſtatutarum ad jejunandum. Quia, qui non jejunat his temporibus, & diebus, poſtquam annos pubertatis compleverit, niſi ea cauſſa canonica fuerit excuſatos, mortale peccatum incurrit.

Ex SYNOD. Galonis & Simonis *Legator. cap.* 14. Sacerdotes præcipiant omnibus habentibus adultam ætatem inſtituta jejunia obſervare, ut jejunium Quadrageſimæ, quatuor temporum, vigiliaram Nativitatis Domini, Aſſumptionis B. Mariæ, B. Joannis-Baptiſtæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, Andreæ, Jacobi, Beati Matthæi, Simonis & Judæ, Laurentii Martyris, & omnium Sanctorum, jejunium in Letania majori, ſcilicet die B. Marci Evangeliſtæ, & in vigilia Aſcenſionis & Pentecoſtes. Si qua autem de vigiliis prætaxatis die Dominica evenerit, indicendum eſt jejunium ſabbati præcedentis.

Ex CONCIL. BITUR. 1584. *cap.* 34. Servetur vigilia Nativitatis Domini, ad imitandum pietatem paſtorum, qui Chriſto Domino ea nocte adorationis munus impenderunt. Reliquæ vigiliæ pro more locorum, & ea mandato Catholicæ Eccleſiæ cum celebratione proprii cujuſque Eccleſiæ officii ſerventur. Ideoque ſemper Dominica præcedente in Eccleſiis proclamentur, ne vitio ignorantiæ ea a laicis ſolvi contingat.

ODO Pariſ. Epiſc. *in Synod. cap.* 35. Omnes præcipiant inſtituta jejunia ſervari, ut jejunium Quadrageſimæ, quatuor temporum, vigiliarum, niſi ex magna & rationabili cauſa contra fiat, & feriæ ſextæ; ex debito enim tenentur facere talia jejunia.

Ex SYNODALIB. *Eccleſiæ* TRECENS. *cap.* 18. Sacerdotes debent inducere populum ad hoc, ut omnes habentes ætatem legitimam obſervent jejunia ab Eccleſia inſtituta, ſicut eſt jejunium Quadrag. quatuor temporum, vigiliæ Nativitatis Domini, ſancti Joannis Baptiſtæ, S. Laurentii, Aſſumptionis B. M. Virginis, omnium Sanctorum, Pentecoſtes, Apoſtolorum, & maxime illorum qui in his verſibus continentur.

Petrus, & Andræas, Paulus, cum Simone Judas,
Ut jejunemus nos admonet atque Matthæus.

In aliis autem Apoſtolis conſuetudo loci ſervetur; & de aliis jejuniis. In feſto S. Marci nullus carnes comedat, & multum eſt ſalubre jejunare. Et ſi in hebdomada Paſchæ dictum feſtum evenerit, non celebretur donec in hebdomada poſt Quaſimodo. Et die qua celebrabitur, ab eſu carnium abſtineatur; & jejunetur ad minus quouſque proceſſio fiat.

Ex iiſd. Synodalib. cap. 20. Sanctorum vigiliæ, quorum feſtivitates feria ſecunda occurrerint, non ſunt die Dominica jejunandæ, ſed in præcedenti ſabbato.

Ex SYNOD. PARIS. 1557. *cap.* 49. *Quæ jejunia ſolita ſint obſervari*. Jejunium Quadrageſimale. Jejunium quatuor temporum ut ſupra deſignatorum. Vigilia Nativitatis Domini. Vigilia Pentecoſtes. Vigilia Nativitatis Joannis-Baptiſtæ. Vigilia S. Laurentii. Vigilia Aſſumptionis B. Mariæ. Vigilia omnium Sanctorum. Vigilia Sancti Petri & Pauli Apoſtolorum. Vigilia B. Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ. Vigilia Beatorum Apoſtolorum Simonis & Judæ. Vigilia Sancti Andreæ Apoſtoli. Diebus Sancti Marci Evangeliſtæ & Rogationum, a carnibus abſtinendum. Si feſtum Sanctæ Crucis, & B. Luciæ die Mercurii evenerint, jejunium quatuor temporum in ſequentem hebdomadam transferendum eſt. Quoniam vero die Dominica non jejunatur, vigiliæ feſtorum die lunæ occurrentium, ſabbato præcedente jejuniis religioſe ſunt tranſigendæ. Si feſtum S. Marci die Dominica evenerit, in feriam ſecundam jejunia & ſupplicationes transferantur. Toleramus etiam uſum carnium diebus ſabbati a feſto Nativitatis Domini uſque ad feſtum Purificationis B. M. V. Aliis vero temporibus tam diebus veneris quam ſabbati prohibemus; ac permittimus ægrotantes, & imminenti periculo laborantes, carnium & ovorum uſum retinere tam in Quadrageſima, quam ceteris diebus ab Eccleſia prohibitis; ſed de duorum medicorum conſilio, veniaque prius a nobis petita & obtenta, aut a Parocho ſuo, ſi propter locorum diſtantiam nos adire commode non poſſint.

D. EDM. MARTENNE e Congr. S. Mauri *Tract. de antiqua Eccl. diſcipl. in divinis celebrand. offic. cap.* 7. *n.* 1. Quanta ſit nocturnarum vigiliarum utilitas fuſe hic exponere non eſt animus; cum teſte Niceto Epiſcopo tractatu de vigiliis ſervorum Dei cap. 4. ipſa ſentiri magis poſſit per exercitium, quam loquentis ſermone narrari. Quis enim explicare valeat, ut ait idem auctor, quantus vigilando mentis ſtupor excutitur, quanta lux animam vigilantis illuſtrat, quæ gratia, quæ ſana viſitatio membra univerſa vigilantis lætificat? *Vigilando*, inquit, *timor omnis excluditur, fiducia naſcitur, caro maceratur, vitia tabeſcunt, caſtitas roboratur, cedit ſtultitia, accedit prudentia, mens acuitur, error obtunditur, criminum caput diabolus gladio ſpiritus vulneratur, &c.* Cum ergo tanta ſit nocturnarum vigiliarum utilitas, haudquaquam mirum videri debet, ſi tam in veteri quam in novo Teſtamento veris Dei cultoribus tanto fuerint in pretio. David *media nocte* ſurgebat *ad confitendum Deo ſuper judicia juſtitiæ ſuæ*. *De nocte vigilat ſpiritus meus ad te Deus*, inquit Iſaias. Ipſe Dominus Jeſus pernoctabat in oratione. Paulus & Silas media nocte ſurgebant ut divinis laudibus operam darent. Horum exemplo primi Chriſtiani ſacris ſe vigiliis toti dediderunt, teſtimonium præ hujus obſervationis perhibentibus ipſis etiam Ethnicis: Nam Plinius junior lib. 10. Epiſt. 97. ſcribens de Chriſtianis ad Trajanum, *affirmabant*, ait, *hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ, vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire, carmenque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum invicem*. Clarius Lucianus in Philopat. Chriſtianos loquentes inducens: *Ad hymnos tota nocte decantandos vigilantes talia ſomniamus*. Et Ammianus Marcellinus lib. 28. *In ſtatione primis tenebris obſervata cuſtodum abſentia, qui die feſto Chriſtiani ritus in Eccleſia pernoctabant*. Hæc cum ita perſpicua ſe habeant, quid juvat plura veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum teſtimonia hic congerere ad probandas ſolemnes primorum Chriſtianorum vigilias? Quid Lactantium commemorem, qui in lib. 7. de divinis inſtitutionibus cap. 19. *Nocte*, inquit, *vigilias celebramus propter adventum Regis ac Dei noſtri; cujus noctis duplex eſt ratio, quod in ea & vitam tunc recepit, cum paſſus eſt, & poſtea orbis terræ regnum recepturus eſt*. Quid Cyrillum Hieroſolymitanum in cujus catecheſi 9. hæc lego: *Quid nocte ad ſapientiam? Nam in ea ſæpe de Deo cogitamus, in ea divinorum oraculorum lectionem & contemplationem meditamur. Quandonam majori mens noſtra contentione Pſalmos ca-*

Pſ. 118. 62. *Iſai.* 26. 9. *Luc.* 6. 12. *Act.* 16. 25.

nit

Digitized by Google

I. Cur aguntur multæ vigiliæ ſine jejunio?

R. Quia erant olim feſta quædam quorum vigiliæ nocte agebantur in Eccleſia ſine jejunio. (E)

E

I. Cur jam non celebrantur noctu vigiliæ illæ in Eccleſia?

R. Jam diu conventus illos nocturnos ſuſtulit Eccleſia, propter abuſus inde ſæpius erumpentes. Solam Nativitatis Domini vigiliam nocte celebrat. (F) Sunt tamen etiamnum Eccleſiæ nonnullæ in quibus vigilia Paſchatis & ſollemnitatum aliquot aliarum nocte aguntur.

F

I. Præter Jejunia Quadrageſimæ, quatuor temporum & vigiliarum, numquid & alia obſervantur?

R. Je-

nit & preces fundit? Nonne noctu? Quid Socratem Scholaſticum lib. 2. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 11. de populo Alexandrino loquentem in hæc verba: *Jam dies vergebat in veſperam, & populus in Eccleſia pernoctabat, eo quod collecta expectaretur.* Et libro 6. cap. 7. loquens de S. Joanne Chryſoſtomo, *Primus*, inquit, *precationes quæ in nocturnis hymnis fieri ſolent amplificavit.* Idem Chryſoſtomus, teſtante Palladio in ejus vita, *hortabatur populos ut in nocturnis precibus aſſidui eſſent, horum autem uxores domi remanerent, eas interdiu orare exhortans, quod viri interdiu non vacarent.* Ejus exhortationem inanem ſane aut vacuam haud quaquam fuiſſe diſcimus ex Sozomeno: nam ut ipſe ſcribit lib. 8. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. 7. *Exinde populus Conſtantinopolitanus matutinis & nocturnis hymnis promptius uti cœpit.* Quæ verba uti & ea quæ in Socrate retulimus, oſtendunt vigilias non minus laicorum quam clericorum exercitium fuiſſe. Paulo ante Chryſoſtomum ſub Ambroſio Antiſtite primum antiphonæ, hymni & vigiliæ in Eccleſia Mediolanenſi celebrari cœperunt, uti ſcribit Paulinus in ejus vita. Quantus fuerit Zenonis Majumenſis Eccleſiæ præſulis zelus in explendo hoc ſervitutis penſo tradit Sozomenus libro 7. cap. 28. his verbis: *ajunt certe, imo nos quoque ipſi vidimus eum cum Majuma Eccleſiam gubernaret jam ſenem ac centum annos circiter natum, numquam a matutinis aut veſpertinis hymnis aut a reliquo divino officio abfuiſſe niſi morbus detineret.* Ex Epiſtola quoque Pelagii Papæ ad Joannem Defenſorem, vigilias in Eccleſia quotidie celebratas fuiſſe diſcimus. Pluribus Gregorii Turonenſis teſtimoniis idem comprobare poſſemus: puta ex libro 2. Hiſtoriæ Francorum cap. 23. ex lib. 9. cap. 6. ex lib. 10. cap. 31. ubi vigilias a S. Perpetuo inſtitutas commemorat, ex libro 8. de vitis Patrum cap. 8. atque ex Fortunato lib. 2. carm. 10. S. Cæſarius quoque Arelatenſis Epiſcopus ſerm. 140. Appendicis S. Auguſtini plebem ſuam alloquens, *Rogo vos*, ait, *Fratres cariſſimi, ad vigilias matutinas ſurgite... nullus ſe a ſancto propoſito ſubtrahat, niſi quem infirmitas aut publica utilitas, aut forte certa & grandis neceſſitas tenuerit occupatum.*

N. 3. Neque vero exiſtimandum eſt hæc fuiſſe primorum dumtaxat Chriſtianorum exercitia, cum calens adhuc Servatoris noſtri ſanguis ipſos ad omnia pietatis opera excitaret. Idem ſubſecutis ſeculis fervor extitit, eadem diſciplina, in Cathedralibus præſertim Eccleſiis, imo & in Parochialibus. Certe inter Capitula quæ ineunte ſæculo 9. Ahito Baſileenſis Epiſcopus ſuæ Diœceſis Presbyteris dedit, cap. 24. ſtatuit ut *horas canonicas tam nocturnas quam diurnas nullatenus prætermittant.* Wala qui circa annum 887. Autiſiodorenſem rexit Eccleſiam, *nocturno non modo ipſe minime deerat officio, ſed & abſentes nominatim requirebat, fratres, puerosque,* uti legimus in Hiſtoria Epiſcoporum Autiſiodorenſium cap. 39. ſæculo 9. Ratherius Veronenſis Eccleſiæ Præſul in Synodica ad Presbyteros epiſtola ſcribebat: *Omni nocte ad nocturnos ſurgite.* Sæculo 12. Guibertus Abbas in libro de vita ſua, loquens de matre ſua, *nocturnis*, inquit, *officiis vix aut numquam deerat.* In ſequenti ſæculo 12. Jacobus a Vitriaco in Hiſtoria Occidentali capite 34. parochum ita alloquebatur. *Procuret in quantum commiſſi ſibi gregis permittit frequens miniſterium, ut nocturnum officium nocte peragatur.* In Synodo Rothomagenſi anni 1236. hæc etiam legimus: *Præcipimus quod quilibet Sacerdos in Parochia ſua, ſeu capellanus in capella ſua dicat matutinas de nocte.* Et in Concilio Ravennenſe anni 1286. cap. 5. *Campanæ horarum in nocte & die tantum pulſentur, quod omnes confratres ſe poſſint parare ad intrandam Eccleſiam.* Denique in Florentina Eccleſia eadem vigebat diſciplina ſæculo 15. quoad annum 1459. Apud Raynaldum S. Antoninus Florentinus Archiepiſcopus, *ſurgebat noctu ſemper admodum ſollicite, ut ſignum matutini officii Cathedralis Eccleſiæ præveniret.*

N. 4. Quid quod nec ipſi Imperatores, Reges aut Principes nocturnis vigiliis deeſſe voluerunt? Carolus Magnus, teſte Eginardo, *Eccleſiam mane & veſpere, item nocturnis horis & ſacrificii tempore quoad eum valetudo permiſerat, impigre frequentabat.* Geraldus Comes Auriliacenſis, ut ſcribit S. Odo ejus vitæ lib. 2. cap. 16. *nocturno tempore cunctos in Oratione diutius prævenire ſolebat: quo expleto, ſolus remanere ſolitus erat.* Alfredus Rex Anglorum, teſtante Willelmo Malmesburienſi, *inter bella & præſentis vitæ frequentia impedimenta, necnon paganorum infeſtationes & quotidianas corporis infirmitates, inter regni gubernacula, nihilominus Miſſam quotidie audire, pſalmos quoſdam & orationes, & horas diurnas & nocturnas celebrare, & Eccleſiam nocturno tempore orationis cauſa clam a ſuis adire ſolebat.* Sanctus quoque Ludovicus, ut diſcimus ex auctore coævo, *omnes horas canonicas, & de glorioſa Virgine, ſemper cum nota audiebat: ſubmiſſe tamen eaſdem inter ſe & capellanum ſuum, & pro defunctis novem lectiones quotidie dicebat. Media nocte ſurgebat ad confitendum Domino, & Regina bonæ memoriæ aliquando eum propter frigus de veſtimento aliquo operiebat.* Denique ut prætereamus S. Hedwigim Poloniæ Duciſſam, & S. Elizabeth Hungarorum Regis filiam, Ferdinandus cognomento Magnus Legionis & Caſtellæ Rex *Eccleſiam veſpere & mane, nocturniſque horis, & ſacrificii tempore frequentabat, interdum cum clericis in Dei laudibus modulando, interdum etiam vices cantoris explebat,* ut ſcribit Rodericus de rebus Hiſpanicis lib. 6. cap. 13. His adjicio exemplum Godefridi Bulonii, de quo Willelmus Tyrius lib. 6. cap. 9. *Adduxerat peregrinationem ingreſſurus de clauſtris bene diſciplinatis monachos viros religioſos, & ſancta converſatione inſignes, qui toto itinere horis diurnis & nocturnis Eccleſiaſtico more divina illis miniſtrabant officia.*

N. 5. Jam vero ſi quis reſcire deſiderat quænam potiſſimum noctis hora ad perſolvendas Domino laudes delecta ab antiquis fuerit: Reſpondemus eam in Eccleſia per plurima ſæcula præſertim obſervatam fuiſſe, quam in veteri Teſtamento David, in novo Paulus ſuo exemplo præmonſtrarunt, hoc eſt duodecimam: uterque enim media nocte ad confitendum nomini Domini ſurrexiſſe memoratur. Hinc S. Joannes Chryſoſtomus homilia 26. in Acta, *non ideo*, inquit, *facta eſt nox, ut per totam dormiamus, & otioſi ſimus. Teſtantur hoc opifices & nautæ negotiatores. Eccleſia Dei mediis ſurgit noctibus, &c.* Et S. Baſilius in Regulis fuſius diſputatis cap. 37. *De tempore autem dimidiæ noctis, quod id ad orationem neceſſarium ſit, traditum nobis eſt a Paulo & Syla: in Actis ſcriptum eſt enim ſic:* „ Circiter autem mediam noctem Paulus & Silas laudabant Deum. „ Atque hæc quidem etiam Auctor Pſalmorum confirmat, ſic dicens: *media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper judicia juſtitiæ tuæ.* Eamdem regulam Demetriadi virgini ſervandam propoſuit S. Hieronymus ad ipſam ſcribens in hæc verba: *nunc tantum ad virginem loquar, id eſt, non ea, quæ extra te, ſed in te ſunt, tantum conſiderans. Præter Pſalmorum & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, ſexta, non, ad veſperum, noctis medio, & mane ſemper eſt exercendum, ſtatue quot horis ſanctam Scripturam ediſcere debeas.* Et inſtitutæ in Paulæ monaſterio diſciplinæ rationem referens in ipſius vita, *mane*, inquit, *hora tertia, ſexta, nona, veſpere, noctis medio per ordinem pſalterium canebant.* His adjunge Gregorii Turonenſis teſtimonium & exemplum qui in lib. 9. Hiſtoriæ Francorum cap. 6. de ſeipſo ita habet: *Nos vero ignari facti media nocte ſurgentes ad reddendas Domino gratias, &c.* Hæc ille Pariſiis exiſtens; unde colliges non clericos ſolum propriis reſidentes in Eccleſiis, ſed peregre etiā profectos media olim nocte ſurrexiſſe. Pſ. 118.62.

N 6. Sæculo 8. ab hac inſtitutione paululum deflexit Grodognagus Metenſis Epiſcopus; *atque deinceps collapſa Eccleſiæ diſciplina, refrigeſcente in dies non populi modo, ſed & clericorum pietate, omnes fere Eccleſiæ (aliquot tantum exceptis, imprimis Metropolitana Pariſienſi Eccleſia quæ nocturnas hodie vigilias media nocte celebrat,) veſpere vel mane officium nocturnum perſolverunt: atque ita abolitæ ſunt apud clericos vigiliæ, quæ apud populos ob ſcandala ſublatæ fuerant; ut ex infra allatis teſtimoniis patet, hujuſce §. litt.* (G)

(E) LANFRANCUS *in Stat. Ord. S. Bened. ſect. 2. cap. 1.* In vigilia Epiphaniæ non jejunetur.

(F) R. P. THOMASS. *Tract. de jejun. part. 2. c. 14. n. 18.*

Coo-

Digitized by Google

R. Jejonabatur olim per totum Adventum in quibuſdam Eccleſiis. (G) Olim qualibet feria ſexta, & ſabbato jejunium præceptum erat, ſicuti nunc abſtinentia a carnibus. (H) Et Eccleſiæ nonnullæ non ſabbato ſed feria quarta jejunabant. (I) Plures Quadrageſimæ

G

Concilium ſub Stephano Cantuariæ Archiepiſcopo an. 1222. Easdem fere vigilias ad vigilandum notat, *Hæ ſunt vigiliæ ſtatutæ ad vigilandum*. Jejunia tamen potius ſunt, quam vigiliæ, quæ Concilium præcipere vult, eam diem ſancti Marci & Rogationes includat. Pentecoſte vigilia item erat. Quoad Apoſtolos, non habentur aliæ præter eas quæ Conſtitutionibus Synodalibus Galliæ continentur, de quibus verba fecimus, & illam D. Thomæ.

N. 12. Quoniam mentio incidit hujus ſtatuti Concilii Oxfordienſis, quo apparet, vigilias in univerſum ad vigilandum fuiſſe ſtatutas, dicemus revera tranſigi ſolitas ſaltem ex parte in Eccleſiis, vigilando, orando, pſallendo. Concilium Valentiæ habitum Valliſoleti an. 1322. cui S. Sedis Legatus præerat, nocturnas hasce vigilias in Eccleſiis prohibuit, ob turpia quæ committebantur. *Quia igitur nocturnis vigiliis, quas in Eccleſiis fieri aliquorum ſimplicium devotio introduxit, nefanda ſæpe & enormia ſub hac boni ſpecie committuntur, ipſas fieri de cetero firmiter prohibemus*. Inter quæ illud erat, quod Mauri infideles cum muſicis inſtrumentis in Eccleſiam inducebantur, ut prophanos cantus cum Eccleſiaſticis pſalmodiia conjungerent. *Infideles vero quoſcumque ad vigilias illas adducere, vel procurare: ut quibuslibet inſtrumentis*, &c. Quia vero Concilium inquit, ſimpliciores tantum homines hiſce vigiliis interfuiſſe, credibile eſt, fidelium indevotione, Paſtorumque interdictis abolitas fere fuiſſe. Guaterius Epiſcopus anno 1280. prohibuerat, quia magna peregrinantium turba adveniente, Eccleſiæ ſæpe vel ſanguinis effuſionibus, vel obſcœnitatibus polluebantur: *Cum ex nocturnis vigiliis, quæ a peregrinantibus in Eccleſiis fieri conſueverunt, plerumque contingat Eccleſias ipſas ſanguinis vel ſeminis pollutione fœdari, & alia enormia committi*, &c. Verum eſt, hac prohibitione eas tantummodo vigilias vetari, quæ peregrinantium multitudine frequentarentur. At cum aliæ vigiliæ nihilo honeſtiores eſſe poſſent, vero ſimile eſt, nihilo plus duraſſe. D. Carolus in ſuo primo Mediolanenſi Concilio omnes omnino vigilias in Eccleſia, præter illas Natalis, damnavit; Principumque operi petiit, qua Laici in Eccleſiis noctes agere prohiberentur. Itaque, ut malorum uſuum occaſio tolleretur, antiquiores devotiones negligere neceſſe fuit.

BOCHELLUS *Decret. Eccleſ. Gallic. lib.* 4. *tit.* 12. *Ex* SYNOD. *Galon. & Simon. Legator. cap.* 16. Item præcipimus quod Eccleſiarum Rectores, vel Priores in ſuis Eccleſiis vigilias a laicis fieri non permittant, cum ex ipſis non proveniat niſi malum, niſi forſan in illis Eccleſiis in quibus de devotione fidelium cauſa peregrinationis vigiliæ tales ab antiquo conſueverunt fieri.

(G) BOCHELLUS *Decret. Eccleſiæ Gallic. lib.* 4. *tit.* 12. Ex MATISCON. CONC. I. *ann.* 582. *cap.* 7. Ut a feria ſancti Martini uſque ad Natalem Domini, ſecunda, quarta, & ſexta ſabbati jejunetur, & ſacrificium debito, quemadmodum Quadrageſimale, ordine celebretur, in quibus diebus canones legendos eſſe ſpeciali definitione ſancimus, ut nullus ſe fateatur per ignorantiam deliquiſſe.

Ibid. ex SYNOD. ECCLESIÆ TRECENSIS *cap.* 19. In adventu Domini eſt multum commendabile jejunium illis quibus Dominus dederit voluntatem pariter & facultatem & maxime Clericis.

Jo. LESGUISIER Trec. Epiſc. *in Syn. ann.* 1427. *c.* 24. Quia multi contemnunt Eccleſiæ præcepta & mandata ſervare, propter quod ira Dei plerumque ſuper populum Chriſtianum deſcendit: ſtatuimus & diſtricte præcipimus quatenus de cetero Dominica ante principium Quadrageſimæ Curati & Eccleſiarum Rectores inducant & hortentur Parochianos ſuos ad jejunandum Quadrageſimam: quia non poteſt prætermitti unus dies ſine peccato mortali, niſi ſit rationabilis cauſa, & fiat cum auctoritate Prælati. Et hoc idem fieri volumus de aliis jejuniis ab Eccleſia conſtitutis. Indocant etiam populum dicti Curati vel Presbyteri ad jejunandum, vel ſaltem ſobrie vivendum tempore Adventus Domini: quia tunc eſt tempus acceptabile & devotione annum, quod a militante Eccleſia Quadrageſimali tempori aliqualiter æquiparatur.

S. PETR. DAMIAN. *lib.* 3. *Epiſt.* 10. Initio illius Quadrageſimæ quæ Nativitatem Domini ea inſtitutione Eccleſiaſtica præcedit.

Cetera vide infra hocce §. litt. (L)

H

(H) INNOCENT. I. PP. *Epiſt.* 1. *cap.* 4. Non ergo nos negamus feria ſexta jejunandum, ſed dicimus & ſabbato hoc agendum, quia ambo dies triſtitiam Apoſtolis, vel his qui Chriſtum ſecuti ſunt induxerunt.

S. ISIDOR. HISPAL. *lib.* 1. *de Eccleſ. offic. cap.* 42. Omni ſexta feria propter paſſionem Domini a quibuſdam jejunatur, ſed & ſabbati dies a pleriſque, propter quod in eo Chriſtus jacuit in ſepulchro, jejunio conſecratus habetur, ſcilicet ne Judæis exultandum præbeatur, quod Chriſtus ſuſtulit moriendo... præſertim cum Apoſtolica Sedes hanc regulam ſervet.

BOCHELLUS *Decret. Eccleſ. Gallic. lib.* 4. *tit.* 12. *ex lib.* 6. *Capitul.* CAROLI M. *Capit.* 184. *cap.* 29. Præter hæc autem legitima tempora jejuniorum omni VI. feria propter Paſſionem Domini jejunetur. Sed & ſabbati dies a pleriſque propter quod in eo Chriſtus jacuit in ſepulchro, jejunio conſecratus habetur.

I

(I) R. P. THOMASS. *Tract. de jejun. part.* 1. *cap.* 19. *n.* 1. Hæc jejunia vel media jejunia quartæ & ſextæ feriæ antiquiſſima ſunt in utraque Eccleſia, hoc tamen diſcrimine, quod in Eccleſia Latina pietatis & devotionis ergo ſervabantur, in Oriente vero a lege jubebantur. In eo tamen conveniebant in duabus Eccleſiis, quo meridei hora terminabantur, atque hinc media jejunia dicebantur; alia vero jejunia uſque ad finem veſperarum differebantur, quæ diei finibus claudebantur.

TERTUL. *Lib. de jejun. paulo poſt initium*. De cetero differenter jejunandum ex arbitrio, non ex imperio novæ diſciplinæ, pro temporibus & cauſis uniuſcujuſque, ſic & Apoſtolos obſervaſſe, nullum aliud imponentes jugum certorum & in commune omnibus obeundorum jejuniorum (*præter Quadrageſ.* de quibus ſupra egerat;) proinde nec ſtationum, quæ & ipſæ ſuos quidem dies habeant quartæ feriæ & ſextæ: paſſive tamen currant, neque ſub lege præcepti, neque ultra ſupremam diei, quando & orationes fere hora nona concludat de Petri exemplo, quod Actis refertur.

S. CLEMENS ALEX. *Stromat. lib.* 7. *pag.* 744. Novit ipſe jejunii quoque ænigmata horum dierum, quarti, inquam, & ſexti. Dicitur autem ille quidem Mercurii, hic vero Veneris.

CONSTIT. APOST. *lib.* 5. *cap. ult.* Præcipimus vobis quartis & ſextis feriis jejunare.

Lib. 7. *cap.* 24. Jejunia veſtra ne ſint cum hypocritis communia. Jejunat enim ſecunda hebdomadis feria & quinta. At vos aut quinque diebus jejunate, aut quarta & ſexta feria.

S. EPIPHAN. *Hæreſ.* 75. *quæ eſt Aerii*, *n.* 6. Quis eſt uſpiam terrarum, qui non in eos conſentiat, quartam ſextamve feriam ſolemni in Eccleſia jejunio conſecratam? Quod ſi ex Apoſtolorum conſtitutione repetenda nobis authoritas eſt, cur illis quartæ ſextæve feriæ jejunium perpetua lege ſancitur, excepta Pentecoſte.. Qui ante nos teſtes extiterunt, quique ante nos camdem traditionem in Eccleſia tenuerunt, quam & ipſi a parentibus ſuis acceperant, & ipſorum parentes a majoribus ſuis didicerant.

In Expoſ. fid. Cathol. n. 22. Sacri porro conventus, & ſynaxes ab Apoſtolis inſtituti ſunt his potiſſimum diebus; quarta ſextaque feria & Dominica. Item quarta ſextaque feria jejunium ad horam uſque nonam indictum, propterea quod quarta feria comprehenſus eſt Dominus, & ſexta in crucem ſublatus.. Iſtiuſmodi jejunium toto anno in Eccleſia Catholica diligenter obſervatur: quarta, uti dixi, ſextaque feria ad horam uſque nonam... Pro illis vere conventibus qui ad horam nonam quartis ſextiſve feriis celebrari conſueverunt, per illos dies perinde ac Dominica die, matutinæ ſynaxes obeuntur.

ORIGENES *Hom.* 10. *in Levit.* Habemus Quadrageſimæ dies jejuniis conſecratos; habemus quartam & ſextam ſeptimanæ dies, quibus ſolemniter jejunamus. Eſt certe libertas Chriſtiano per omne tempus jejunandi, non obſervantiæ ſuperſtitione, ſed virtute continentiæ.

PETRUS Archiepiſcopus Alexand. *can.* 15. Non reprehendet nos quiſquam quartam & ſextam feriam obſervantes, in quibus nobis jejunare ſecundum traditionem præceptum eſt.

FERNAND. Diacon. *in vita S. Fulgentii cap.* 29. Per ſin-

Digitized by Google

K ſimæ quibuſdam in locis cum jejunio olim actæ ſunt. (K) Sua ſunt Orientalibus Eccleſiis peculiaria jejunia, quæ non agimus. Agimus & nos jejunia quædam ipſis incognita. Poteſt quilibet Epiſcopus in ſua diœceſi jejunia quædam pro variis neceſſitatibus præcipere: poteſt & jejunia præcepta abrogare. (L) Suus cuique diœceſi mos eſt & ritus, quem obſervare tenentur quicumque ibi vel tranſeundo commorantur, juxta S. Auguſtini ſententiam. (M)

PARS II. SECT. IV. CAP. VI. §. 3.
L
M

CAPUT SEPTIMUM.

De Sexto Præcepto Eccleſiæ, circa dies Abſtinentiæ.

I. Quodnam eſt ſextum Eccleſiæ præceptum?

R. Ut ſingulis feriis ſextis & ſabbato abſtineamus a carnibus.

I. Cur hanc abſtinentiam præcepit Eccleſia?

R. Ut hebdomas nulla ſit a fructibus pœnitentiæ vacua.

I. Cur

ſingulas ſeptimanas omnes clericos & viduas & quicumque potuiſſet ex elesieis quarta & ſexta feria ſtatuir jeiunara.

S. ISIDOR. HISPAL. *Origin. Lib. 6. cap.* 19. Quartæ feriæ & ſextæ jejunium, ex veteri lege præceptum.

RATRAM. *Lib. 4. cap. 3. Spicil. tom. 2. pag.* 119. Nec tameo boc jeiunium quod quarta ſive ſabbati ſaxta celebratur, ab omnibus Eccleſiis, vel Orieotalibus, vel Occidentalibos peragitur: ſed a quibusdam, qoibus id placuit obſervare. Nec tamen proptarea qui jeuoant his dicbus reprebenduntur ab eis qui prandent; ſed tenet unaquæque Eccleſia morem quem a majoribus ſuis ſuſcepit. Qua de re mirandum cur a Græcis Romani reprehendantur ſuper jeiunio ſabbati, cum non redarguantur ab eis vel Alexandrini, quarta ſextaque feria jeiunantes, vel reliqui per Orientem Chriſtiani: cum conſtet Conſtantinopolitanos quarta ſiva ſexta ſabbati ut jeiunent nulla lege, vel conſuetudine conſtringi.

NIGOLAUS I. *Reſp. ad Conſult. Bulg. cap.* 4. In ſexta feria omnis hebdomadæ, & in vigiliis cunctis inſigoium feſtivitatum a carnium eſu ceſſandum & jejuniis incumbendum ... Quarta autam feria quamvis a ceteris diebus præter fetiam ſit amplius mœroribus incumbendum, tamen ſi quis veſtrum vuls eodem die poteſt omnino carnes comedere.

(K) CONSTIT. APOST. *Lib. 5. cap. ult.* Poſt celebratam Peotecoſten celebrate bebdomadam unam. Poſt illam jeonate item unam. Æquum enim eſt, tum lætitiam de dono Dei capera, tum poſt relaxationem corporis rurſus jeiunare.

CONCIL. TURON. II. *ann.* 567. *can.* 17. Poſt Quinquageſimam (*id eſt Pentecoſten*) tota bebdomada es aſſe jeiunent... De Decambri uſque ad Natale Domini omni dia jeiuncut.

BOCHELLUS *Decret. Eccleſ. Gallic. lib. 4. tit.* 12. *ex lib. 6. Capitul.* CAROLI MAGN. *cap.* 29. Iterum admoneant Sacerdotes, ut jeiunia tria legitima in anno agaotur, id eſt, 40. dies anta Nativitatem Domini, & 40. ante Paſcba, ubi decimas anni ſolvimus, & poſt Pentecoſtan 40. dies. Quamquam enim nonnulla ax his canonica priventur auctoritate, nobis tamen omnibus ſimul propter coosuetudinem plebis, & parentum ooſtrorum morem hæc obſervare coovenit.

NICOLAUS I. PP. *in reſp. ad conſult. Bulgaror. illis quatuor ad jejunandum aſſignat tempora.* Quadrageſimaſi videlicet tempore, quod eſt ante Paſcha, jeiunio poſt Pentecoſten, jeiunio aote ſolemnitatem Aſſumptionis ſanctæ Mariæ Dei genitricis, necnon jeiunio ante Natalis Domini feſtivitatem: quæ jeiunia, *inquit*, ſancta Romana Eccleſia ſuſcepit antiquitus & tenet.

AMALAR. *lib. 1. de Eccleſ. offic. cap.* 36. Duas varietates babemos in Eccleſia noſtra de jeiunio, quod fit poſt Reſurrectionem Domini. Aliqui ſecundum noſtrum vulgarem uſum, ſtatuont terminum Quadrageſimalis jaiunii in feſtivitata Sancti Jobannis. Illi qui hoc faciunt, oon poſſunt ſemper dies Pentecoſtes axcludera a jeiunio. Aliqui volunt ſecundum traditiooes ſanctorum Patrum ... omnes dies Pentecoſtes habera in lætitia. Qui hoc faciont, non poſſunt ſemper terminum hujus Quadrageſimæ facere in faſtivitata ſancti Jobannis, &c.

Lib. 4. cap. 37. Nos obſervamus tres Quadrageſimas, id eſt, ante Paſcha Domini, circaque feſtivitatem ſancti Jobannis, & ante Nativitatem Domini.

VENERAB. BEDA *Hiſt. Angl. lib. 3. cap.* 27. Addidit votis (Eghettus) quæ diximus, ut in Quadrageſima ſemper non plus quam ſemel in die reficeretur: non aliud quam panem ac lac tenuiſſimum, & hoc cum menſura guſtaret ... Cujus modum contineotiæ etiam quadragiota diebus anta Nativitatam Domini, totidem quoque poſt peracta ſolemnia Pantecoſtes, hoc eſt, Quadrageſimæ obſervare ſolebat.

(L) S. AUG. *Epiſt. 36. alias 70. ad Clauſ. cap.* 14. *n.* 32. Quoniam contingit maxima in Africa, ut una Eccleſia, vel unius regionis Eccleſiæ alios habeant ſabbato prandentes, alios jeiunantes, mos eorum mibi ſequendus videtur, quibus eorum populorum congregatio regenda commiſſa eſt ... Epiſcopo tuo in hac re ooli reſiſtere, & quod facit ipſe, ſine ullo ſcrupulo vel diſceptatione ſectare.

Ex SYNOD. TURON. III. *ſub Carolo Magno cap.* 12. Jeiunia quando generalitar pro aliqua neceſſitate indicuntur, diligeoter ab omnibus cuſtodienda ſunt & obſervanda. Nec ſa aliquis improbitate gulæ patiatur corrumpi; ut de communi conſortio ſequeſtratus, effectum jeiunii, quem cum ceteris abſtinando conſequi debuis, ingluvia vantris victus, turpiter amitrat.

Ex lib. 1. Capitul. CAROLI MAGNI *cap.* 26. In Concilio Gangrenſi præcipitur, ut Eccleſiaſtica a Sacerdotibus jeiunia conſtituta ſine oeceſſitate rationabili non ſolvantus.

Ex lib. 5. eorumd. Capitul. cap. 27. Si quis indictum jeiunium ſuperbiendo contempſerit, & obſervare cum ceteris Chriſtianis noluerit, in Gangrenſi Concilio præcipitur ut anathematizetur, niſi emendare ſtudeat. *Ea lex ex* CONCIL. MOGUNT. *ann.* 813. *can.* 35. *videtur deſumpta.*

Ex CONC. BITUR. 1584. *cap.* 50. Cum res poſtulabit, Epiſcopi indicant jeiunia ex veteri Eccleſiæ Catholicæ ritu: & ea ſub pœna Eccleſiaſtica & Canonica ſervara teneantur ii, quibus indicta fuerint.

AHYTO *aut* ATTO Baſileenſis Epiſc. *Spicil. tom. 6. pag.* 693. Indictum vero jeiunium quando a Palatio, vel a Domo fuerit denunciatum, ab omoibus genaraliter obſervatur.

Cap. LUDOVICI PII *ann.* 813. Jeiunia ab Epiſcopia communiter indicta teverentar obſatvent, & ſuos obſarvara doceans & compellant.

CONCIL. SALINGESTAD. *ann.* 1022. *can.* 15. Decretum eſt etiam ut omnes bannitum jeiunium io quocumqua Epiſcopio celebratum diligentiſſime obſervent; & ſi qois illatum ioterdictarum octo rerum aliquam redimete voluerit, unum pauperem pro ut facultas fuerit eadem die reficiat.

(M) S. AUG. *Epiſt. 54. alias 118. ſeu lib. 1. ad inquiſit. Januar. c. 2. n. 2.* Alia varo quæ per loca terrarum regionesque variantur, ſicuti eſt quod alii jeiunant ſabbato, alii non, alii quotidie communicant corpori & ſaoguini Domini, alii certis diebus accipiunt: alibi nullus dies prætermittitur, quo non offetatur, alibi ſabbato tantum & Dominico, alibi tantum Dominico: & ſi quid aliud hujuſmodi animadverti poteſt, totum hoc genus rerum liberas haber obſervationes: nec diſciplina ulla eſt in bis melior gravi prudentique Chriſtiano, quam ut eo modo agat, qoo agere viderit Eccleſiam, ad quam forta devenerit. Quod enim neque contra fidem, ne-

Digitized by Google

I. Cur feria ſexta potiſſimum & ſabbato præcepit abſtinentiam?

R. Feria ſexta quidem ob memoriam mortis Chriſti, ſabbato vero tum ob memoriam ejus ſepulturæ, tum ut hujus diei pœnitentia diſponamur ad
A ſolemnitatem diei Dominicæ. (A)

I. Antiquusne eſt hujus abſtinentiæ ritus?

R. Ex Apoſtolica traditione deſcendit. Sed olim his diebus conjunctum erat cum abſtinentia jejunium. Et Eccleſiæ nonnullæ, ut jam diximus,
B non ſabbato ſed feria quarta jejunabant. (B)

I. Cur feria quarta?

R. Quia feria quarta cœperunt Judæi conſilium occidendi Chriſtum, & hac ipſa die pactus eſt cum iis Judas Iſcariotes de eo tradendo. (C) C

I. Numquid ſunt & alii dies quibus præcipiatur abſtinentia?

R. Præcipitur & triduo Rogationum, & in feſto S. Marci: ſed non in omnibus Eccleſiis. (D) D

I. Quid facto opus his diebus in quibus abſtinentia non ubique præcipitur?

R. Tenendus is ritus qui obſervatur eo loci in quo nunc ſumus. Si jejunatur ibi, jejunandum, ſi abſtinentia præcepta ſit, abſtinendum.

neque contra bonos mores eſſe convincitur, indifferenter eſt habendum, & propter eorum inter quos vivitur ſocietatem ſervandum eſt.

N. 3. Credo te aliquando ex me audiſſe, ſed tamen etiam nunc commemoro. Mater mea Mediolanum me conſecuta, invenit Eccleſiam ſabbato non jejunantem, cœperat perturbari & fluctuare quid ageret, cum ego talia non curabam; ſed propter ipſum conſului de hac re beatiſſimæ memoriæ virum Ambroſium: reſpondit mihi nihil ſe docere me poſſe, niſi quod ipſe faceret; quia ſi melius noſſet, id potius obſervaret. Cumque ego putaſſem, nulla reddita ratione auctoritatis ſola ſua nos voluiſſe admonere ne ſabbato jejunaremus, ſubſecutus eſt, & ait mihi: *Cum Romam venio, jejuno ſabbato: cum hic ſum, non jejuno. Sic etiam tu, ad quam forte Eccleſiam veneris, ejus morem ſerva, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quemquam tibi.* Hoc cum matri renuntiaſſem, libenter amplexa eſt. Ego vero de hac ſententia etiam atque etiam cogitans, ita ſemper habui, tamquam eam cœleſti oraculo acceperim. Senſi enim ſæpe dolens & gemens multas infirmorum perturbationes fieri, per quorumdam fratrum contentioſum obſtinationem, vel ſuperſtitioſam timiditatem, qui in rebus hujuſmodi, quæ neque Scripturæ ſanctæ auctoritate, neque univerſalis Eccleſiæ traditione, neque vitæ corrigendæ utilitate, ad certum poſſunt terminum pervenire, (tantum quia ſubeſt qualiſcumque ratiocinatio cogitantis, aut quia in ſua patria ſic ipſe conſuevit, aut quia ibi vidit, ubi peregrinationem ſuam quo remotiorem a ſuis eo doctiorem factam putat) tam litigioſas excitant quæſtiones, ut niſi quod ipſi faciunt, nihil rectum exiſtiment.

De his omnibus vide R. P. THOMASSINI *Congreg. Orat. Gallic. Presbyter.* Tract. de jejuniis *part.* 1. *cap.* 19. 20. 22. 23. 24. 25. *& part.* 2. *cap.* 15. 16. 19. 20. 21. 22.

(A) *Vid.* §. *ſup. litt.* (I)

S. AUG. *Epiſt.* 36. *alias* 86. *ad Caſulanum cap.* 1. *n.* 2. Quod ergo me conſulis, utrum liceat ſabbato jejunare: Reſpondeo, ſi nullo modo liceret, profecto quadraginta continuos dies nec Moiſes, nec Elias, nec ipſe Dominus jejunaſſet. Verum iſta ratione concluditur etiam Dominico die non illicitum eſſe jejunium. Et quiſquis tamen hunc diem decernendum putaverit, ſicut quidam jejunantes ſabbatum obſervant, non parvo ſcandalo erit Eccleſiæ; nec immerito. In his enim rebus de quibus nihil certi ſtatuit Scriptura divina, mos populi Dei, vel inſtituta majorum pro lege tenenda ſunt. De quibus ſi diſputare voluerimus, & ex aliorum conſuetudine alios improbare, orietur interminata luctatio, quæ labore ſermocinationis cum certa documenta nulla veritatis inſinuet, utique cavendum eſt, ne tempeſtate contentionis ſerenitatem caritatis obnubilet.

Cap. 8. *n.* 20. Si Urbicus dicit. In Urbe (*Romæ*) plebs pendens ex Paſtoris arbitrio cum Epiſcopo ſuo jejunat ſabbato ... non tibi perſuadeat urbem Chriſtianam ſic laudare ſabbato jejunantem, ut cogatis orbem Chriſtianum damnare prandentem.

Cap. 9. *n.* 21... Sicut itaque inter ſe vixerunt concorditer Petrus & condiſcipuli ejus, ſic inter ſe concorditer vivant ſabbato jejunantes quos plantavit Petrus, & ſabbato prandentes quos plantaverunt condiſcipuli ejus.

Cap. 12. *n.* 27. Et de die quidem ſabbati facilior cauſa eſt, quia & Romana jejunat Eccleſia, & aliæ nonnullæ, etiamſi paucæ, ſive illi proximæ ſive longinquæ.

Cap. 13. *n.* 31. Sequitur ſabbatum, quo die caro Chriſti in monumento requievit, ſicut in primis operibus mundi requievit Deus die illo ab omnibus operibus ſuis. Hinc exorta eſt iſta in regimine illius veſte varietas, ut alii ſicut maxime populi Orientis, propter requiem ſignificandam mallent relaxare jejunium, alii propter humilitatem mortis Domini jejunare, ſicut Romana & nonnullæ Occidentis Eccleſiæ. Quod quidem uno die, quo Paſcha celebratur propter renovandam rei geſtæ memoriam, quam Diſcipuli humanitus mortem Domini doluerunt, ſic ab omnibus jejunatur, ut etiam illi ſabbati jejunium devotiſſime celebrent, qui ceteris per totum annum ſabbatis prandent, utrumque videlicet ſignificantes, & in uno anniverſario die luctum Diſcipulorum, & ceteris ſabbatis quietis bonum.

Lege ea de re R. P. THOMASS. *Congreg. Orator. Gall. Presbyter.* Tract. de Jejuniis, *part.* 1. *cap.* 19. 20. *& part.* 2. *cap.* 15. *&* 16.

BOCHELLUS *Decret. Eccleſ. Gallic. lib.* 4. *tit.* 12. *ex* CONCIL. BITURIC. *ann.* 1584. *cap.* 37. Omnibus diebus jejuniorum, ut & diebus veneris & ſabbati prohibetur uſus carnium: tempore autem Quadrageſimæ ab ovis aliiſque cibis prohibitis omnes abſtineant, niſi adverſæ valetudinis cauſa, cum licentia Epiſcopi, aut ejus Vicarii.

GRATIANUS *de conſecrat. lib.* 5. *c.* 31. Quia dies ſabbati apud SS. Patres noſtros in obſervantia celebris eſt habitus, nos eorumdem auctoritatem ſequentes ſalubriter admonemus, ut quicumque ſe Chriſtianæ religionis participem eſſe deſiderat, ab eſu carnium, eadem die niſi majore feſtivitate interveniente, vel infirmitate impediente abſtinear.

(B) *Id probavimus* §. *ſuperiori litt.* (K) *Lege etiam ſupra laudata Tract.* de Jejun. *cap.* 24. *part.* 1. *&* 21. 2 *part.*

(C) S. AUG. *Epiſt* 36. *alias* 86. *ad Caſulan. c.* 13. *n.* 30. Cur autem quarta & ſexta maxime jejunet Eccleſia, illa ratio reddi videtur, quod conſiderato Evangelio, ipſa quarta ſabbati, quam vulgo quartam feriam vocant, conſilium reperiuntur ad occidendum Dominum feciſſe Judæi... Deinde traditus eſt ea nocte quæ jam ad ſextum ſabbati, qui dies Paſſionis ejus manifeſtus eſt, pertinebat ... Ex quo colligitur quartam ſabbati fuiſſe, quando ait Dominus: *Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur ut crucifigatur.* Ac per hoc dies ipſe jejunio deputatus eſt, ſicut Evangeliſta ſequitur *Matth.* 26.
& dicit: *Tunc congregati ſunt principes Sacerdotum & ſeniores populi in atrium principis Sacerdotum, qui dicebatur* Caiphas, *& conſilium fecerunt ut Jeſum dolo tenerent & occiderent.* Intermiſſo uno die, ..., paſſus eſt *Ibid.* 3. *&* 4.
Dominus, quod nullus ambigit, ſexta ſabbati, quapropter & ipſa ſexta recte jejunio deputatur.

Lege etiam ſupra laudata Tract. de jejunio *Capit.*

(D) *Lege* R. P. THOMASS. *Congr. Orator. D. N. J. C. Sacerdotis Tract.* de Jejuniis *cap.* 24. 1. *part.* *& cap.* 21. 2. *part.*

CONC. AURELIANENS. I. *ann.* 511. *can.* 27. Rogationes, id eſt Litanias ante Aſcenſionem Domini, ab omnibus Eccleſiis placuit celebrari; ita ut præmiſſum triduanum jejunium in Dominica Aſcenſionis feſtivitate ſolvatur: per quod triduum ſervi & ancillæ omni opere relaxentur, quo magis plebs univerſa conveniat, quo triduo omnes abſtineant, & Quadrageſimalibus cibis utantur.

Can. 28. Clerici vero qui ad hoc opus ſanctum adeſſe contempſerint, ſecundum arbitrium Epiſcopi Eccleſiæ ſuſcipiant diſciplinam.

CONC. MOGUNTINUM *ſub Carolo Magno & Leone* III. *P. M. ann.* 813. *can.* 32. Litaniæ autem Græco nomine appellantur quæ Latine dicuntur Rogationes. Inter Litanias autem & exomologeſes hoc differt, quod exomologeſes pro ſola peccatorum confeſſione aguntur: Litaniæ ve-

Digitized by Google

dum. Si nulla ibi abſtinentia ſervetur, licet uti carnibus, modo illuc non in fraudem legis ſed bona fide venerimus. (E) E

I. Quid hoc rei eſt non in fraudem legis ſed bona fide venire aliquo?

R. Rem ſubjecta exempla planam efficient. Apud Montem-Peſſulanum fit abſtinentia a carnibus in triduo Rogationum, non item apud Coloniam Nemauſenſem: illis diebus Nemauſum proficiſcor e Monte-Peſſulano negotiorum cauſa. Ubi extra limites Montis-Peſſulanenſis Diœceſis pervenero, poſſum licite veſci carnibus quibus in mea diœceſi veſci non licet: quia huc bona fide perveni. Quadrageſimali tempore proficiſcor ab Italia in Britanniam, multas iter faciens percurro diœceſes. In his licet ova comedere; in illis non ab ovis ſulum, ſed & a lacte abſtinendum. Poſſum licet in prioribus lac & ove comedere, non poſſum in poſterioribus.

Quod ſi ideo proficiſcor ut eximam me a lege abſtinentiæ, quæ in mea diœceſi viget, non in alia diœceſi vicina; ſi non aliam ob cauſam, verbi gratia, Nemauſum e diœceſi Montis-peſſulanenſi me conferam, quam ut in triduo Rogationum poſſim impune veſci carnibus; in fraudem legis, non bona fide profectus ſum: adeoque tunc nec in diœceſi Nemauſenſi his diebus mihi carnibus veſci licet. (F) F

Sunt qui affetant poſſe unumquemque vivere ſecundum ritus qui in ſuo communi domicilio ſervantur, etiam dum alio ſe transfert. Sed manifeſte pugnant illi cum ſancto Auguſtino, cujus ſententiæ ſtandum omnino. (G) G

I. Cur

vero indicantur propter rogandum Deum, & impetrandum in aliquo miſericordiam ejus.

Can. 33. Placuit nobis, ut Litania major obſervanda ſit a cunctis Chriſtiania diebus tribus, ſicut legendo reperimus, & ſicut ſancti Patres noſtri inſtituerunt, non equitando, nec pretioſis veſtibus induti, ſed diſcalceati, cinere & cilicio induti, niſi infirmitas impedierit.

AMALARIUS *lib.* 1. *de offic. Eccleſ. c.* 37. Triduanum jejunium in vigilia Aſcenſionis.

HERARDUS Archiepiſc. Turon. *Cap.* 95. In diebus Rogationum ut reverenter ac ſtudioſe abſque turpibus jocis ac verbis celebrentur, ut nullus in eis prandia, comeſſationes, diverſaſque potiones per diverſa loca ſacare præſumat.

BOCHELLUS *Decret. Eccleſ. Gallic. lib.* 4. *tit.* 12. *Ex* SYNOD. LEMOVIC. *Seſſ.* 3. *ann.* 1028. *cap.* 33. De Litaniis indicendis ſive jejuniis, ſic in libro Capitulorum Caroli inſertum eſt: „ Quando tribulatio ſuper „ populum venerit, ſive mortalitatis, ſive hoſtilitatis, „ ſive famis, aut intemperantiæ aeris, vel ſi quid „ hujusmodi, & non fuerimus præſentes nullus no„ ſtrum exſpectet edictum, ſed mutuo ſe exhortantes „ Clerici ſive Monachi una cum populo feſtinent in „ Lætaniis, jejuniis miſericordiam Domini ſuper re„ gnum noſtrum inclinare. “ Igitur ſi talia ſine Sedis conſultu, neceſſitate, non temeritate, vel quod abſit, typho ſuperbiæ, ab alia Eccleſia inſtituta fuerint, nihil eſt quod indignentur Clerici Sedis. Tamen ita cuncta concordantia moderentur in invicem inter omnes vicinas congregationes, ut pax & unitas inter Sedem & alias Eccleſias permaneat inconvulſa.

Ex SYNOD. CARNOT. 1526. *c.* 38. Præcipimus abſtinentiam a carnibus tribus diebus ante feſtum Aſcenſionis Domini, cum proceſſionibus.

JOAN. DAMBOISE Epiſc. Lingon. *in Synod.* 1491. *c.* 39. Ad tollendum dubia per quosdam Curatos & Vicarios Eccleſiarum Parochialium noſtræ Diœceſis hactenus facta: præcipimus & pœna excommunicationis injungimus omnibus & ſingulis nobis ſubditis noſtris per civitatem & Diœceſim noſtras conſtitutis, quatenus in diebus Rogationum in quibus proceſſiones generales ab Eccleſia fieri ordinatæ ſunt, dictis proceſſionibus interſint, ſi fuerint conjugati, aut ſaltem eorum alter interſit, & quouſque dictæ proceſſiones factæ & completæ fuerint, ab omnibus operibus, negotiationibus, ac profanis occupationibus, ceſſent, & penitus abſtineant.

(E) S. AUG. *Epiſt.* 36. *alias* 86. *ad Caſulan. c.* 9. *n.* 22. Sit ergo una fides univerſæ, quæ ubique dilatatur, Eccleſiæ, tamquam intus in membris, etiamſi ipſa fidei unitas quibusdam diverſis obſervationibus celebratur, quibus nullo modo quod in fide verum

Pſ. 44. 14. eſt impeditur. *Omnis enim pulchritudo filiæ regis intrinſecus:* illæ autem obſervationes quæ varie celebrantur, in ejus veſte intelliguntur. Unde ibi dici-

Ibid. 15. tur, *in fimbriis aureis circumamicta varietate*. Sed ea quoque veſtis ita diverſis celebrationibus varietur, ut non adverſis contentionibus diſſipetur.

Cap. 11. *n.* 26. Verumtamen in hujus ſabbati jejunio ſive prandio, nihil mihi videtur tutius pacatius-

Rom. 14. 3. que ſervari, quam ut *qui manducat non manducantem non ſpernat, & qui non manducat, manducantem non judicet:*... cuſtodita ſcilicet eorum inter quos vivimus, & cum quibus Deo vivimus, in his rebus inoffenſa ſocietate. Sicut enim quod ait Apoſtolus verum

eſt, *malum eſſe homini qui per offenſionem manducat:* *Ibid.* 20.

ita malum eſt homini qui per offenſionem jejunat. Non itaque ſimus eis ſimiles, qui videntes Johannem

non manducantem, nec bibentem, dixerunt: *dæmo-* *Mat.* 11. 18

nium habet. Sed nec rurſus eis, qui videntes Chriſtum

manducantem & bibentem dixerunt: *Ecce homo vorax* *Ibid.* 19.

& vinoſus, amicus publicanorum & peccatorum. Rem quippe valde neceſſariam his dictis Dominus ipſe ſub-

jecit atque ait: *Et juſtificata eſt ſapientia in filiis ſuis.* *Ibid.*

Qui ſint autem iſti ſi requiris, lege quod ſcriptum eſt: *Filii ſapientiæ Eccleſia juſtorum:* ii ſunt, qui

quando manducant, non manducantes non ſper- *Eccli.* 3. 1.

nunt, quando non manducant, manducantes non judicant; ſed eos plane, qui per offenſionem non manducant, ſive manducant, vel ſpernunt, vel judicant.

Cap. 24. *num.* 32. *Quando hic ſum, non jejuno ſabbato; quando Romæ ſum, jejuno ſabbato: & ad quamcumque Eccleſiam veneritis*, inquit Ambroſius, *ejus mores ſervate, ſi pati ſcandalum non vultis aut facere.* Hoc reſponſum retuli ad matrem, eique ſuffecit, nec dubitavit eſſe obediendum: hoc etiam nos ſequuti ſumus. Sed quoniam contingit maxime in Africa ut una Eccleſia, vel unius regionis Eccleſiæ, alios habeant ſabbato prandentes, alios jejunantes; mos eorum mihi ſequendus videtur, quibus eorum populorum congregatio regenda commiſſa eſt. Quapropter ſi conſilio meo, præſertim quia in hac cauſa plus forte quam ſatis fuit, te petente atque urgente, loquutus ſum, libenter adquieſcis: Epiſcopo tuo in hac re noli reſiſtere, & quod facit ipſe, ſine ullo ſcrupulo, vel diſceptatione ſectare.

Epiſt. 54. *alias* 118. *ad Januar. cap.* 2. *Vide §. præcedenti lit.* (I)

(F) CONC. MEDIOLAN. PROV. I. *Part.* 2. *de jejun.* Edicimus præterea, ut in Provincia noſtra, proxima quarta feria poſt Quinquageſimam, omnes Quadrageſimalis obſervantiæ initium faciant; præter civitatem Mediolanenſem, easque Diœceſis partes, ubi ex Divi Ambroſii inſtituto divina officia celebrantur. Illorum vero damnamus ingluviem qui primis quinque Quadrageſimæ diebus Romanæ Eccleſiæ more inſtitutis, Mediolanum ſe conferunt, patriæ ritum in jejunio & ciborum abſtinentia fugientes.

(G) S. AUG. *Epiſt.* 54. *alias* 118. *ſeu lib.* 1. *ad Inquiſit. Januar. c.* 2. *Vide §. ſuper lit.* (I)

Cap. 4. *num.* 5. Sit aliquis peregrinus in eo forte loco, ubi perſeverantes in obſervatione Quadrageſimæ, nec quinta ſabbati lavant relaxantve jejunium: Non, inquit, hodie jejunabo. Quæritur cauſſa: Quia non fit, inquit, in patria mea. Quid aliud ille, niſi conſuetudinem ſuam conſuetudini alterius præponere conatur? Non enim mihi de libro Dei hoc recitaturus eſt, aut univerſæ, quacumque dilatatur, Eccleſiæ plena voce certabit, aut oſtendet iſtum contra fidem facere, ſe autem ſecundum fidem, moresque hinc optimos aut illum violare, aut ſe cuſtodire convincet. Violant ſane quietem & pacem ſuam de ſuperflua quæſtione rixando. Mallem tamen in rebus hujusmodi, ut & ille in hujus, & hic in illius patria ab eo quod ceteri faciunt non abhorreret. Si vero etiam in aliena patria cum peregrinaretur, ubi major & frequentior & ferventior eſt populus Dei, vidit, verbi gratia, bis offerri quinta ſabbati hebdomadæ ultimæ Quadrageſimæ, & ma-

I. Cur in diebus Rogationum & in feſto ſancti Marci fit pluribus in locis abſtinentia a carnibus?

R. Propter ſolemnes ſupplicationes, quas Litanias vocant, quæ fiunt illis diebus, maxime ut Deus optimus maximus fructus terræ dare & con-
H ſervare dignetur. (H) Fruges enim illa tempeſtate valde periclitantur. Eccleſia autem accedente ad orationem abſtinentia condit ſe facilius impetraturam eſſe quod poſtulat. (De ſupplicationibus quæ Proceſſiones & Litaniæ dicuntur, agemus infra in tertia parte hujus operis.)

I. Cur non jejunium ſed abſtinentia ſolum præcipitur in triduo Rogationum, & in feſto Sancti Marci?

R. Quia dies illi occurrunt ſemper tempore Paſchali, quo ex veteri lege Eccleſiæ jejunare non licet propter Paſchale gaudium.

Cum tamen inſtitutæ ſunt ſolemnes Rogationum ſupplicationes, gravibus & publicis calamitatibus id poſtulantibus, præceptum eſt tempore licet Paſchali alicubi hoc triduo jejunium, (I) quod poſtea ſublatum eſt remanente ſola abſtinentia, quæ & ipſa multis in diœceſibus dehinc abrogata eſt.

Nonnulli etiamnum Epiſcopi, eodem quo ſancta Eccleſia ſpiritu afflati, ac mentem piiſſimæ hujus fidelium matris ſequentes, temporibus difficillimis ad flectendam Divinam miſericordiam tribus his diebus ſolemne Jejunium edicunt.

CON-

& mane & ad veſperam, veniensque in patriam ſuam, ubi in fine diei mos eſt offerri, male atque illicite fieri contendat, quoniam alibi aliter ipſe viderit, puerilis eſt, iſte ſenſus, cavendus in nobis, tolerandus in aliis, corrigendus in noſtris.

Cap. 5. num. 6. Faciat ergo quiſque quod in ea Eccleſia in quam venit, invenerit. Non enim quidquam eorum contra fidem fit, aut contra mores, hinc vel inde meliores. His enim cauſſis, id eſt aut propter fidem, aut propter mores, vel emendari oportet quod perperam fiebat, vel inſtitui quod non fiebat. Ipſa quippe mutatio conſuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat. Quapropter quæ utilis non eſt, perturbatione infructuoſa conſequenter noxia eſt.

Epiſt. 55. alias 119. ſeu lib. 2. ad Inquiſ. Januar. c. 18. n. 34. Minor ſane quid ita non in his ſaluberrima regula retinenda ſit, ut quæ non ſunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, ubicumque inſtitui videmus, vel inſtituta cognoſcimus, non ſolum non improbemus, ſed etiam laudando & imitando ſectemur, ſi aliquorum infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum ſit. Si enim eo modo impediat, ut majora ſtudioſorum lucra ſperanda ſint, quam calumniatorum detrimenta metuenda, ſine dubitatione faciendum eſt.

(H) R. P. THOMASSINUS *Congr. Orat. Gall. Presbyt. Tract.* de Jejuniis *1. part. cap. 24. num. 2.* Sidonius Apollinaris quemdam ex amicis ſuis ad Rogationum ſolemnitatem invitans, inquit quod ante laudatum Mamertum Viennæ Epiſcopum *vagæ, tepentes,*
Lib. 5. Epiſtol. 14. *infrequentesque ſupplicationes* agerentur; quod pauciſſimi jejunarent; *ſæpe interpellantium prandiorum obicibus hebetarentur*; quod a Deo impetrandæ pluviæ, vel ſerenitatis, prout opus eſſet, cauſa celebrarentur, maxime aut imbres, aut ſerenitatem deprecaturæ: verum quod S. Mamertus alias ferventiores *invenit, inſtituit, invexit*; in quibus jejunabant, orabant, flebant, *jejunatur, oratur, pſallitur, fletur*. Ipſe Sidonius Apollinaris Claromontanus Epiſcopus, ut deſolationem, quam Gothi Alverniæ minabantur, averteret, in ſua diœceſi ipſas Rogationes incœpit, epiſtolamque ad ipſum Mamertum earum primum inſtitutorem ſcripſit. In hac epiſtola terræmotus, aliasque publicas calamitates, quibus Viennenſis provincia afflicta maxime erat, recenſet, cum D. Mamertus Dei indignationem mitigare ſtuduit jejuniis, quæ præcipue Senatoribus Viennenſibus præcepit: *Paucis noſtri ordinis viris indicis jejunia*; per preces publicas & Litanias, quas ipſe populus demum amplexatus eſt, eosque qui præceſſerant, fervore ſuperavit.

Lege etiam ſupra laudati R. P. THOMASS. *Tract. part. 1. c. 24. & partis 2. c. 21.*

(I) R. P. THOMASS. Congr. Orat. D. J. Presb. *Tract. de Jejun. part. 2. c. 21. n. 2.* Parva inter jejuniorum Litaniarumque triſtitiam & Paſchalis temporis lætitiam convenientia omnibus his Synodalibus deliberationibus locum dedit. Ceterum eodem modo dicendum eſt de magnarum harum Litaniarum, ac de Rogationum jejunio; aliqua adhibita cura eſt, ut Fideles ad jejunium inducerentur, verum cum tempus minus conveniens eſſet, urgere ceſſatum eſt, abſtinentiaque, quæ parvum jejunium, ſufficere credita.

N. 5. Stephanus Poncherus, Epiſcopus Pariſienſis, in ſuis Synodalibus Conſtitutionibus, parum ante ann. 1500. editis, antiquum Canonem Concilii renovavit circa Rogationes, quæ Aſcenſionem præcedunt; abſtinentiam ſervari voluit quadragesimali omnino ſimilem, dominosque juſſit ſervis & ſervabus ceſſationem a laboribus concedere, ut ſolemnitas celebrior eſſet, *Syn. Pariſ.*
omneque tempus ſalutis operibus impenderetur. *Per* *pag. 247.*
quod ſervi & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs univerſa conveniat &c. D. Carolus his contentus non fuit in ſuo primo Provinciali Concilio, & jejunium, juxta antiquam conſuetudinem, per tres Rogationum dies præcepit: *Ut triduo Rogationum poſt Aſcenſionem* *Ad Eccleſ.*
Domini, ex veteri inſtituto in Mediolanenſi Eccleſia jeju- *Mediolan.*
nium adhibeatur. Singulare hoc Eccleſiæ Mediolanen- *p. 12.*
ſis fuit, ut ea hoc Decreto videre eſt, quod parvæ Litaniæ, vel Gallicæ Rogationes tribus primis hebdomadæ poſt Aſcenſionem diebus fierent. D. Carolus etiam in Inſtructionibus & Paſtoralibus epiſtolis, quas edidit, id clarius juſſit, ut antiqua Fidelium pietas hoc tempore reviviſceret. Specialis hæc conſuetudo eo præſtabat, quod hoc jejunium opportunum erat & *Ibid. p. 784.*
officii plenum poſt aſcenſionem in cælum divini Eccleſiæ ſponſi, & prævia diſpoſitio ad petendum & accipiendum Spiritum Sanctum Pentecoſtes die. D. Carolus ſtatutum hoc in epiſtola ad Parochos inculcat, quibus imponit, ut præcedenti Dominica tres Rogationum dies & jejunandi omnibus debitum annun- *Ibid. p. 335.*
tient. Quoad magnas diei S. Marci Litanias, D. Carolus in ſua Diœceſi abolitas invenit, & in ſua altera Diœceſana Synodo renovavit. Gloſſanus quod dici- *Lib. c. 11.*
mus confirmat, addit que, ſanctum hunc Archiepiſcopum Rogationum Proceſſionibus ſemper interfuiſſe; ipſas ante diem per Cinerum receptionem incœpiſſe, ac ad tres vel quatuor poſt meridiem horas duraſſe; ſingulis diebus ſermonem ad populum habuiſſe, quo eum ad pœnitentiam hortabatur, Miſſam ſolemni cantu celebraſſe, aqua & pane jejunaſſe, numquam paſſum eſſe ut aliquis ex Eccleſiaſticis huic adeo ſanctæ ceremoniæ deeſſet.

D. EDM. MARTENNE *lib. de antiq. Eccleſ. Diſcipl. in div. celeb. off. c. 27. n. 1.* Solemnes ſolet Eccleſia ſupplicationes agere in feſto S. Marci, quas Litaniæ majoris nomine appellare placuit; ſolemnes iterum triduo ante Aſcenſionem, quæ in quibuſdam antiquis Sacramentariis Litaniæ minores, in nonnullis etiam Litaniæ majores, vulgo Rogationes nominantur. Primus inſtituiſſe fertur S. Gregorius, tametſi illo antiquiores haud obſcure videatur indicare Gregorius ipſe in principio lib. 2. Regiſtri, ubi tamquam de re jam inſtituta annuam illarum Litaniarum celebritatem indicat his verbis: *Solemnitas annuæ devotionis nos, Fratres dilectiſſimi, admonet, ut Litaniam quæ major ab omnibus appellatur, ſollicitis ac devotis debeamus, auxiliante Deo, mentibus celebrare*. Sed hanc forte cum Litania ſeptiformi, quam ipſe ſanctus Pontifex ob ingruentem peſtilentiam inſtituit, illi confundunt. Nam cum ad Sedis Apoſtolicæ thronum evectus eſſet, graſſantemque luem in dies populum vehementius devaſtantem videret, habita ad plebem publica concione, ad avertenda per pœnitentiam iræ Dei flagella, fideles hortari cœpit.

N. 2. De auctore ſupplicationum ſeu Rogationum, quæ triduo ante Aſcenſionem Dominicam fiunt, longe certior conſtantiorque eſt traditio, eas nimirum a Mamerto Viennenſi Præſule inſtitutas: nam præter Aviti Viennenſis antiſtitis & Sidonii Apollinaris lib. 1. Epiſt. 7. & lib. 7. Epiſt. 14. ſuffragium, id cum multis aliis Auctoribus aſſerit Gregorius Turonenſis in Hiſtoria Francorum lib. 2. cap. 34. ubi inſtitutionis illius cauſam modumque deſcribit his verbis: *In his temporibus fuit in Viennæ urbe terræmotus maximus, ubi multæ Eccleſiæ & domus multorum concuſſæ fuerunt & ſubverſæ, ubi hoſtiæ multæ*

ober-

Digitized by Google

CONCLUSIO HUJUS SECUNDÆ PARTIS.

De Perfectione vitæ Chriſtianæ, & de Conſiliis Evangelicis.

I. Hactenus expoſuiſti omnia & ſingula officia vitæ Chriſtianæ; demonſtraſti abſtinendum eſſe ab omni peccato, amplectendas virtutes omnes, Deo & Eccleſiæ obtemperandum: id qua ratione fieri poſſit, ex ſuperius dictis patet omnino: nihil ergo jam ſupereſt ea de re quod doceas?

R. Adhuc unum ſupereſt graviſſimum illud quidem, nimirum ut agamus de perfectione vitæ Chriſtianæ.

I. In quo ergo poſita eſt perfectio vitæ Chriſtianæ?

R. In perfectione caritatis. Quo quis magis alienus eſt a mundi concupiſcentia, & magis adhæret Deo, eo perfectior eſt. Quo quis magis adhæret mundo & magis alienus a Deo eſt, eo pejor eſt, eo alienior a perfectione. Ad caritatem enim referuntur omnia ad religionem pertinentia. (A) A

I. Qua ratione pervenitur ad vitæ Chriſtianæ

aberrantes, lupi, urſi acerbi ingreſſi per portam civitatis devorantes plurimos, per totum annum hoc faciebant. Nam veniente ſolemnitate ſanctæ Paſchæ, ſanctus Mamertus qui in ea urbe erat Epiſcopus, dum Miſſarum ſolemnia ipſa vigilia celebraret, palatium quoque regale, quod in ea civitate erat divino igne ſuccenſum eſt. Cumque hæc agerentur, appropinquante Aſcenſione Domini, induxit jejunium vir ſanctus Dei triduanum in populo cum gemitu & contritione. Et paulo poſt addit: *Tunc ceſſavit ipſa tribulatio & ſubverſio. Deinceps omnes Eccleſiæ Dei & Sacerdotes hoc exemplum imitantes uſque ad præſens, ipſas Litanias ubique celebriter colunt.* Ubi quod ais Gregorius omnes Eccleſias Viennenſis exemplum ſequutas fuiſſe, id de Gallicanis præſertim intelligendum eſt, quæ ex præſcripto Concilii I. Aurelianenſis anno 511. celebrati eamdem inſtitutionem ſuſceperunt. In eo ſiquidem Concilio canone 27. ſtatutum hoc lego: *Rogationes, id eſt, Litanias ante Aſcenſionem Domini ab omnibus Eccleſiis placuit celebrari, ita ut præmiſſum triduanum jejunium in Dominica Aſcenſionis feſtivitate ſolvatur, per quod triduum ſervi & ancillæ ab omni opere relaxentur, quo magis plebs univerſa conveniat. Quo triduo omnes abſtineant, & Quadrageſimalibus cibis utantur.* Huic decreto paruiſſe univerſas Galliæ Eccleſias, haud quaquam dubitare licet. Certe S. Quintianus Epiſcopus, qui quinquennio poſt Concilium Aurelianenſe ad Arvernenſem Sedem evectus eſt, a Gregorio Turonenſi libro de vitis Patrum cap. 4. laudatur, quod Rogationes illas quæ ante Aſcenſionem Dominicam aguntur devotiſſime celebraret: *in quibus*, inquit, *die tertia cum jam portæ civitatis appropinquarent, ſuggerunt ei ut ipſe dignaretur imponere.* Impoſuit autem *ſi clauſero cælum.* Et Concilium Turonenſe II. anno 567. celebratum can. 17. a Paſcha ad Pentecoſten prandia permittit Monachis, *exceptis Rogationibus.* Hinc S. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus ſermone 173. in appendice tom. 5. Operum ſancti Auguſtini novæ editionis, hortatur fideles, ut *præcipue iſtis tribus diebus, quos regulariter in toto mundo celebrat Eccleſia, nullus ſe a ſancto conventu ſubducat.* Verum quod per totam Galliam aliaſque forte nonnullas regiones obſervari videbat Cæſarius, id in *toto mundo* & quidem *regulariter* celebrari exiſtimavit. At Romæ Litaniæ Rogationum minime receptæ fuerunt ante Pontificatum Leonis tertii, qui Pontifex *conſtituit, ut ante tres dies Aſcenſionis Dominicæ Litaniæ celebrentur*, teſtante Anaſtaſio, & poſt eum Orderico Vitali lib. 2. Hiſt. Eccleſ. pag. 454. Tardius etiam in Hiſpania receptas fuiſſe Rogationum ſupplicationes facile colligi poteſt ex S. Iſidori libris de divinis Officiis, in quibus nullam earum mentionem fieri deprehendimus, atque hinc forte Belethus eas non celebrari aſſerit *niſi in Eccleſia Ciſalpina.* In Mediolanenſi non ante Aſcenſionem, ſed ſequenti hebdomada recoluntur, haud dubium quin propter illa Evangelii verba, *quamdiu cum eis eſt ſponſus non poſſunt jejunare.* Sed in Breviario Mozarabum poſt Dominicam infra Aſcenſionis Dominicæ octavam hæc legitur Rubrica: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti incipit officium jejuniorum. Obſervantur quarta Feria & quinta Feria & ſexta Feria & ſabbato ante Pentecoſten, ad exorandum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum pro peccatis noſtris, ac pacem impetrandam; vel pro ſanctis lectionibus audiendis, & ut veniat Spiritus Paraclitus, & munda noſtra reperiat habitacula Eccleſiam Dei frequentemus.*

Marc. 2. 19.

(A) S. AUGUST. *Enchirid. ad Laurent. c. 121. n. 32. Tom. I.*

Omnia igitur præcepta divina referuntur ad caritatem, de qua dicit Apoſtolus: *finis autem præcepti eſt caritas, de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta.* 1. Tim. 1. 5. Omnis itaque præcepti finis eſt caritas, id eſt, ad caritatem refertur omne præceptum. Quod vero ita fit vel timore pœnæ, vel aliqua intentione carnali, ut non referatur ad illam caritatem quam *diffundit Spiritus ſanctus in cordibus noſtris*, Rom. v. 5. nondum fit quemadmodum fieri oportet, quamvis fieri videatur. Caritas quippe iſta Dei eſt & proximi, & utique *in his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ.* Matt. 22. 40. Adde Evangelium, adde & Apoſtolos: non enim aliunde vox iſta eſt, *finis præcepti eſt caritas*, 1. Tim. 1. 5. & *Deus caritas eſt.* 1. Joh. 4. 16. Quæcumque ergo mandat Deus, ex quibus unum eſt, *non mœchaberis*: Matt. 5. 27. & quæcumque non jubentur, ſed ſpiritali conſilio monentur, ex quibus unum eſt, *bonum eſt homini mulierem non tangere*: 1. Cor. 7. 1. tunc recte fiunt, cum referuntur ad diligendum Deum & proximum propter Deum, & in hoc ſæculo, & in futuro, nunc Deum per fidem, tunc per ſpeciem, & ipſum proximum nunc per fidem. Non enim ſcimus mortales corda mortalium, tunc autem *illuminabit Dominus abſcondita tenebrarum & manifeſtabit cogitationes cordis; & laus erit unicuique a Deo:* 1. Cor. 4. 5. quia id laudabitur & diligetur a proximo in proximo, quod ne lateat, ab ipſo illuminabitur Deo. Minuitur autem cupiditas caritate creſcente, donec veniat ad tantam magnitudinem, qua major eſſe non poſſit: *majorem enim caritatem nemo habet, quam ut animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis.* Joh. 15. 13. Ibi autem quis explicet quanta caritas erit, ubi cupiditas quam vel coercendo ſuperet nulla erit? quoniam ſumma ſanitas erit, quando contentio mortis nulla erit.

Lib. 83. qq. q. 36. n. 1. Caritatem voco, qua amantur ea quæ non ſunt præ ipſo amante contemnenda: id eſt, quod æternum eſt, & quod amare ipſum æternum poteſt. Deus igitur & animus quo amatur, caritas proprie dicitur purgatiſſima & conſummata. Si nihil aliud amatur, hanc & dilectionem dici placet. Sed cum Deus magis diligitur, quam animus, ut malit homo ejus eſſe quam ſuus, tunc vere animo ſummeque conſulitur conſequenter & corpori, nobis id non curantibus aliquo appetitu ſatagente, ſed tantum prompta & oblata ſumentibus. Caritatis autem venenum eſt, ſpes adipiſcendorum aut retinendorum temporalium. Nutrimentum ejus eſt, imminutio cupiditatis: perfectio nulla cupiditas. Signum profectus ejus, imminutio timoris: ſignum perfectionis ejus nullus timor: quia & *radix eſt omnium malorum cupiditas*, 1. Tim. 6. 10. & *conſummata dilectio foras mittit timorem.* 1. Joh. 4. 18. Quiſquis igitur eam nutrire vult, inſtet minuendis cupiditatibus. Eſt autem cupiditas, amor adipiſcendi aut obtinendi temporalia: hujus minuendæ initium eſt, Deum timere, qui ſolus timeri ſine amore non poteſt. Ad ſapientiam enim tenditur, & nihil verius eo quod dictum eſt, *initium ſapientiæ timor Domini.* Prov. 1. 7. & 9. 10. Pſal. 110. 10. Nemo eſt quippe qui non magis dolorem fugiat, quam appetat voluptatem.

N. 2. Jam vero cum aliqua non peccandi conſuetudo, quod onеroſum putabatur, facile eſſe perſuaſerit; incipiat guſtari dulcedo pietatis, & commendari pulchritudo virtutis, ut caritatis libertas præ ſervitute timoris emineat. Tunc jam perſuadendum eſt fidelibus præcedentibus regenerationis ſacramentis, quæ neceſſe eſt plurimum moveant, quod interſit inter duos homines, veterem & novum, exteriorem & interiorem, terrenum & cæleſtem, id eſt, inter eum qui bona carnalia & tempo-

 ſtianæ perfectionem?

R. Facilem nobis viam Chriſtus ad perfectionem demonſtravit, nimirum conſilia Evangelica. (B)

B

J. Quid

ralia, & eum qui ſpiritualia, & æterna ſectatur: monendumque ne peritura beneficia & tranſeuntia expectentur a Deo, quibus & improbi homines abundare poſſunt; ſed firma & ſempiterna, pro quibus accipiendis omnia quæ in hoc mundo bona putantur & mala penitus contemnenda ſunt.

N. 3. At ubi fuerint carnalium voluptatum illecebræ ſuperatæ, cavendum eſt ne ſubrepat atque ſuccedat cupiditas placendi hominibus, aut per aliqua facta mirabilia, aut per difficilem continentiam ſive patientiam, aut per aliquam largitionem, aut nomine ſcientiæ vel eloquentiæ: in eo genere eſt & cupiditas honoris. Contra quæ omnia proferantur ea, quæ ſcripta ſunt de laude caritatis, & de inanitate jactantiæ: doceaturque quam ſit pudendum eis placere velle, quos nolis imitari. Aut enim boni non ſunt, & nihil magnum eſt a malis laudari: aut boni ſunt, & eos oportet imitari. Sed qui boni ſunt, virtute boni ſunt; virtus autem non appetit quod in aliorum hominum poteſtate eſt. Qui ergo imitatur bonos, nullius hominis appetit laudem: qui malos, non dignus eſt laude. Si autem placere hominibus ideo vis, ut eis proſis ad diligendum Deum; non jam hoc, ſed aliud cupis. Qui autem placere cupit, neceſſariam adhuc habet timorem: primum, ne occulte peccando inter hypocritas a Domino computetur; deinde, ſi benefactis placere appetit, ne hanc mercedem aucupans perdat quod daturus eſt Deus.

N. 4. Sed devicta iſta cupiditate, cavenda ſuperbia eſt. Difficile eſt enim ut dignetur conſociari hominibus qui eis placere jam non deſiderat, & plenum ſe virtutibus putat. Itaque adhuc neceſſarius eſt timor, ne illud etiam quod videtur habere, auferatur ab eo, & manibus ac pedibus ligatis mittatur in tenebras exteriores. Quapropter Dei timor non ſolum inchoat, ſed etiam perficit ſapientiam. Is eſt autem qui ſumme diligit Deum, & proximum tamquam ſeipſum.

S. THOM. 2. 2. *q.* 184. *art.* 1. Sed contra eſt quod dicitur ad Col. 3. *ſuper omnia caritatem habete, quæ eſt vinculum perfectionis*: quia ſcilicet omnes alias virtutes quodammodo ligat in unitatem perfectam.

Concluſio. Omnis Chriſtianæ vitæ perfectio ſecundum caritatem attendenda eſt.

In corpore. Reſpondeo dicendum, quod unum quodque dicitur eſſe perfectum, in quantum attingit proprium finem, qui eſt ultima rei perfectio: caritas autem eſt quæ unit nos Deo, qui eſt ultimus finis humanæ mentis; quia *qui manet in caritate in Deo manet, & Deus in eo*, ut dicitur 1. Joan. 4. Et ideo ſecundum caritatem ſpecialiter attenditur perfectio Chriſtianæ vitæ.

Ad 2... Vita autem Chriſtiana ſpecialiter in caritate conſiſtit, per quam anima Deo conjungitur; unde dicitur 1. Joan. 5. *Qui non diligit manet in morte*, & ideo ſecundum caritatem attenditur ſimpliciter perfectio Chriſtianæ vitæ: ſed ſecundum alias virtutes, ſecundum quid: & quia id quod eſt ſimpliciter, eſt principaliſſimum &, maximum reſpectu aliorum, inde eſt quod perfectio caritatis eſt principaliſſima reſpectu perfectionis quæ attenditur ſecundum alias virtutes.

Art. 3. Sed contra eſt quod dicitur, Deuter. 6. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*: & Levit. 19. dicitur, *Diliges proximum tuum ſicut teipſum; hæc ſunt duo præcepta*, de quibus Dominus dicit, Matth. 22. *In his duobus præceptis univerſa lex pendet & Prophetæ.* Perfectio autem caritatis, ſecundum quam dicitur vita Chriſtiana eſſe perfecta, attenditur ſecundum hoc quod Deum ex toto corde diligamus, & proximum ſicut nos ipſos: ergo videtur quod perfectio conſiſtat in obſervantia præceptorum.

Concluſio. Caritatis perfectio principaliter & eſſentialiter conſiſtit in præceptis; ſecundario autem & inſtrumentaliter in conſiliis.

In Corp. Per ſe quidem & eſſentialiter conſiſtit perfectio Chriſtianæ vitæ in caritate; principaliter quidem ſecundum dilectionem Dei; ſecundario autem ſecundum dilectionem proximi. Non autem dilectio Dei & proximi cadit ſub præcepto ſecundum aliquam menſuram... & hoc ideo eſt quia finis præcepti caritas eſt, ut Apoſt. dicit 1. ad Timoth. 1. In fine autem non adhibetur aliqua menſura, ſed ſolum in his quæ ſunt ad finem... Et ſic patet quod perfectio eſſentialiter conſiſtit in præceptis... Secundario autem & inſtrumentaliter perfectio conſiſtit in conſiliis, quæ omnia ſicut & præcepta, ordinantur ad caritatem, ſed aliter & aliter: Nam præcepta alia a præceptis caritatis ordinantur ad removendum ea quæ ſunt caritati contraria; cum quibus ſcilicet caritas eſſe non poteſt: conſilia autem ordinantur ad removendum impedimenta actus caritatis, quæ tamen caritati non contrariantur, ſicut eſt matrimonium, occupatio negotiorum ſæcularium, & alia hujuſmodi; unde Aug. dicit in Enchirid. cap. 121. *Quæcumque mandat Deus; ex quibus unum eſt, Non mœchaberis, & quæcumque non jubentur, ſed ſpeciali conſilio monentur, ex quibus unum eſt*, bonum eſt homini mulierem non tangere, *tunc recte fiunt cum referuntur ad diligendum Deum, & proximum propter Deum, & in hoc ſæculo & in futuro.* Et inde eſt quod in Collationibus Patrum dicit Abbas Moiſes Collat. 1. cap. 7. apud Caſſianum: *Jejunia, vigiliæ, meditatio Scripturarum, nuditas, ac privatio omnium facultatum, non perfectio, ſed perfectionis inſtrumenta ſunt*; quia non in ipſis conſiſtit diſciplinæ illius finis, ſed per illa pervenitur ad finem. Exod. 20. 14. 1. Cor. 7. 1.

Ad 1. Ergo dicendum, quod in illis verbis Domini aliquid ponitur, quaſi via ad perfectionem; hoc ſcilicet quod dicitur, *vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus*; aliud autem ſubditur, in quo perfectio conſiſtit; ſcilicet quod dicit, *& ſequere me.* Unde Hieronymus dicit ſuper Matthæum, quod *quia non ſufficit tantum relinquere, Petrus adjungit, quod perfectum eſt, & ſecuti ſumus te.* Ambroſius autem ſuper illud Luc. 5. *ſequere me*, dicit: *ſequi jubet, non corporis greſſu, ſed mentis affectu*, quod fit per caritatem. Et ideo ex ipſo modo loquendi apparet, quod conſilia ſunt quædam inſtrumenta perveniendi ad perfectionem, dum dicitur: *ſi vis perfectus eſſe, vade &c.* quaſi dicat: Hoc faciendo ad hunc finem pervenies. Mat. 19.

Ad 2. Dicendum, quod ſicut Aug. dicit in libro de perfectione juſtitiæ, *perfectio caritatis homini in hac vita præcipitur: quia non recte curritur, ſi quo currendum eſt, neſciatur. Quomodo autem ſciretur, ſi nullis præceptis oſtenderetur? Cum autem id quod cadit ſub præcepto diverſimode poſſit impleri, non efficitur tranſgreſſor præcepti aliquis ex hoc quod non optimo modo implet, ſed ſufficit quocumque modo impleat illud.* Perfectio autem divinæ dilectionis univerſaliter quidem cadit ſub præcepto, ita quod etiam perfectio patriæ non excluditur ab illo præcepto... ſed tranſgreſſionem præcepti evadit, qui quocumque modo perfectionem divinæ dilectionis attingit. Eſt autem infimus divinæ dilectionis gradus, ut nihil ſupra eam, aut contra eum, aut æqualiter ei diligatur. A quo gradu perfectionis qui deficit, nullo modo implet præceptum. Eſt autem alius gradus perfectæ dilectionis qui non poteſt impleri in via... a quo qui deficit, manifeſtum eſt quod non eſt tranſgreſſor præcepti; & ſimiliter non eſt tranſgreſſor præcepti, qui non attingit ad medios perfectionis gradus, dummodo attingat ad infimum.

Ad 3. Dicendum quod... eſt quædam perfectio caritatis pertinens ad ipſam ſpeciem caritatis; ut ſcilicet Deus ſuper omnia diligatur, & nihil contra eum ametur. Eſt autem alia perfectio caritatis etiam in hac vita, ad quam aliquis per aliquod ſpirituale augmentum pervenit; ut puta cum homo etiam a rebus licitis abſtinet, ut liberius divinis obſequiis vacet.

(B) S. PAULIN. *Epiſt.* 24. *alias* 1. *ad Sulpit. Severum*, *n.* 1. Cur audeas nobis, ut decertato agone victoribus palmam perfectionis adſcribere, quod omnem terrenæ poſſeſſionis ſarcinam expoſuiſſe videamur: te contra adhuc infelicem, & in luto fæcis infernæ adhærentem ingemiſcas, quod vel unum, ut ſcripſiſti, prædiolum non vendidiſſe videaris; cum ipſum quoque æque ut vendita a tuo jure præſenti alienaveris: ut majoribus fidei fructibus his devotus exſiſteres Deo: diverſo mercimonii opere, ſed uno vitæ lucro intra ejuſdem præcepti terminos venditor largitorque fundorum, & ideo ſine animi captivitate poſſeſſor: quia & quæ reſervaſti, Eccleſia te ſerviente poſſidet.

N. 2. Vide nunc quantum in ea tibi donaverit Deus: cui & in illorum ſorte tribuit portionem, qui in lege perfecti vixerunt, ita poſſidentes, ut non poſſiderentur a poſſeſſionibus ſuis, neque ullam aut rerum aut neceſſitudinum caritatem, ut in Job, & Abraham & Lot oſtenditur, Dominicæ caritati & diſciplinæ anteponerent: ſed & eorum ſis particeps, quod Evangelica plenitudo conſummat: qui majoris opulentiæ & illecebræ prædia vendidiſti.

N. 3.

Digitized by Google

N. 3. Cum utraſque... Sanctorum occupaveris partes: nec in reſervatis prædiis poſſeſſor, & perſectus in venditis. Itaque & in quo poſſeſſor videris, ſoluta a poſſeſſionum vinculis mente perfectus es: qui collecti temporis memor illud Apoſtoli comples, ut habens non habeas; quia non tibi, ſed non habentibus habes. Domus tuæ hoſpes es, ut ſis hoſpitum domus: patriæ tuæ peregrinus es, & conſul iſtius mundi; ut ſis incola paradiſi, & patriæ civis antiquæ. Non tricliniis tua tecta occupas, neque ſupellectilis aut pecuniæ molibus ſtipas; ſed peregrinis & egentibus, unius ipſe metator anguli, comples, tuorumque conſamulus vernularum temporale habitaculum tui tecti, non ut paterfamilias uſurpas, ſed ut mercenarius vel inquilinus inanis ſtipendium, quaſi precariæ manſionis Domino altiſſimo penſitans de ſocia & corporis tui & animi ſervitute.

N. 4. Quod ſi juxta operis modum porrigenda eſt vel contrahenda merces, & compenſatio quædam facti infectique facienda eſt, æque ratio perfectionis animi tui cum eorum opere ducetur, qui omnia vendiderunt: quia nec tu tibi aliquid vel in jure, vel quod eſt amplius in animo reliquiſti: qui ſic uteris mundo, quaſi non utaris... In cælo ſepeliſti vitam tuam, quam in Chriſto abſcondiſti... Negare non potes, fortius eſſe manentibus, quam alienatis rebus carere; & ſpernare quod habeas, quam non habere quod ſpernas.

N. 6. Nunc opus eſt ut quæ vere noſtra ſunt dependamus Deo, hoc eſt, cor & animam, *& corpora noſtra* (*Rom.* 12. 1.) *exhibentes in hoſtiam vivam Domino; noſque ipſos ædificantes ei in templum ſanctum, in ipſo lapide angulari*, (*Epheſ.* 2. 20.) qui nobis ſanctificationis noſtræ formulam in ſemetipſo dedit, & ait: *ſancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum.* (*Lev.* 11. 44.) Quæ igitur nobis gratia ſi in alieno tantum fideles fuerimus, niſi de proprio ſerviamus? id eſt, de libero voluntatis arbitrio, ex toto corde noſtro, & ex totis (*Luc.* 10. 27.) animæ noſtræ, ut ſcriptum eſt, viribus diligentes Deum? In quem nos affectum laceſſit Propheta, qui dicit: (*Pſal.* 53. 3.) *Voluntarie ſacrificabo tibi. Hoc enim* acceptum & placitum coram Deo, *ut bonum noſtrum ſit voluntarium.* (*Philem.* 14.)

N. 7. Quamobrem temporalium, quæ in hoc ſæculo habentur, bonorum relictio ſive diſtractio, non decurſus ſtadii, ſed ingreſſus, nec ut meta, ſed janua eſt. Non enim athleta tum vincit, cum exuitur: qui ideo nudatur, ut incipiat dimicare, cum legitime certaverit coronandus.

N. 8. Video tamen nobis & in beato Patriarcha Jacob hujus expeditionis ordinem proluſiſſe; cum illum lego (*Gen.* 32. 24.) poſteaquam torrente tranſmiſſo, præmiſſis eorarum ſuarum oneribus, id eſt, facultatum corporalium & neceſſitudinum impedimentis, ſolus in tabernaculi loco remanſerat, Deo colluctatum, cum extorquenda benedictione prævaluit... Illo videlicet exemplo intelligamus, non poſſe nos aliter idoneos ad congrediendum Deo: cui utique congredimur, cum verbum ejus implere nitimur, & in virtutes divinas imitatione ipſius prævalere conamur. Itaque, ad corripiendam vitæ viam, capiendumque Dei verbum, & prævalendum in *regnum cælorum*, quod *a diebus Johannis vim patitur*, & *a diripientibus* obtinetur, (*Mat.* 11. 12. *Luc.* 16. 16.) idonei eſſe non poſſumus, niſi omnia quæ vel amore vel cura, ſi in itinere iſtius ſeculi nobis adhæreant, impediunt & retardant, ante obitus noſtri veſperam præmittamus: & inde per totam hujus ſeculi noctem apprehendere & tenere Chriſtum ſollicita ſpiritalium operum ac ſtudiorum contentione luctemur: nec divellamur a caritate Chriſti, ſicut Jacob ab ejus amplexu, niſi extorqueamus benedictionem.

N. 9. Sed nihilominus & nobis cavendum eſt, ne ſteriles appareamus in conſpectu Domini, neve debili pede in ejus itinere claudicemus: & ut potius corporeis fructibus infecundi, illum de divinæ manus ictu femoris paterni ſtuporem ad continentiæ rigorem trahamus; ut enerves cupiditatibus, quibus virtus fidei ſubnervatur, confirmemus animam caſtitate: quam, ut Apoſtolus docet, etiam carnales athletæ diligenter tuentur: quo nobis impenſiore ſtudio ſervanda eſt pro illa immarceſſibili corona luctantibus, (1. *Cor.* 9. 25.) cum etiam pro temporali & fragili corona decernentibus excolatur. Quare ſub hominum & Angelorum ſpectaculis in hujus mundi theatro ante Dominum dimicaturi, exuamur oneribus adverſis, ut medicis oneribus induamur. In hoc enim ipſum nos præparari vult qui dicit: *Veni, ſequere me*, (*Matt.* 8. 22.) ut apprehendamus eum, in quo apprehenſi ſumus ab ipſo. Qui nos illo vocat, ubi *ſedens ad dexteram Dei* in gloria Patris, (*Marc.* 16. 19.) omnibus dicit: *Venite ad me onerati & laborantes, & invenietis requiem animabus veſtris.* (*Mat.* 11. 28.) Omnem enim quantum in ipſo eſt hominem ſalvum fieri vult, qui fecit omnes. Nam & idcirco deſcendit ad nos ut ad illum aſcendere-mus. Ideo conformatus eſt corpori carnis noſtræ, quæ peccato ſerviebat, ut nos conformaret corpori carnis ſuæ, peccatum non fecit, ut vere ad originalem gloriam reformemur, ſi divinam ſimilitudinem Chriſti ſurrentione capiamus... Hic ergo pro nobis dolens, & propter nos *obediens factus uſque ad mortem crucis*, (*Philip.* 2. 8.) viam vitæ nobis perfectionemque virtutis, non in vendendis tantum prædiis erogandis, ſed in ſectatione propoſuit. Et quia dixerat: *Cum exaltatus fuero, omnia ad me traham*; (*Joh.* 12. 32.) ideo dicit: *Veni, ſequere me.* (*Mat.* 19. 21.) Beatus qui tam proximo intervallo ſequitur, ut dicat: *Adhæſit anima mea poſt te.* (*Pſ.* 62. 9.) Quod illa tantum caritas dicere poteſt, quæ *finis præcepti & plenitudo legis eſt*, (*Rom.* 13. 10) id eſt *de corde puro & bona conſcientia, & fide non ficta* ſe ita inſerit, & affigit Deo, (1. *Tim.* 1. 5.) ut nihil extra Deum amans, dicat: *& ego ſemper tecum.* (*Pſ.* 72. 23.) Quare totus labor, & plenum opus nobis in obſervantia & expoliatione cordis noſtri eſt: cujus tenebras vel abſtruſas in eo inimici latebras videre non poſſumus, niſi deſæcato ab externarum rerum curis animo, & intus ad ſemetipſum converſo, non enim fruſtra dictum eſt, *omni cuſtodia ſerva cor tuum.* (*Prov.* 4. 23.)

N. 10. Credo jam expertus ſis quam laborioſum nobis, & aſſiduum vel quotidianum, cum hoc hoſte certamen ſit, & quantæ in eo verſentur inſidiæ: quæ illic vitiorum virtus, quanta virtutum infirmitas ſit; quam prona ejus ad pravitatem relapſio, quam piger ad Deum niſus. Nunc mihi illa prius clauſa intra me diſcordia diverſæ legis aperitur; tunc ſentio vim legis adverſæ, quæ velut injecta manu, captivum me trahere contendit in legem peccati: & recognoſco quoniam beatus ille vir (*Rom.* 7. 23.) mea potius infelicitate utitur, & de mea affectione pro me dolens clamat: *Infelix ego homo! Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* (*Ibid.* 24.) Sed idem Magiſter me recreat & reficit oſtendens mihi exitum ſalutarem, ſi tamen velle adjaceat mihi, ut perfectionem merear invenire, *gratia Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum*; qui exorandus eſt, ut prævaleat inimicis noſtris, & tenebris ſuperabundet; deſtruat in nobis aliena, vel noſtra, & ædificet ſua. Quod etiam amicos Dei orando meruiſſe cognoſcimus, qui utique cor ſuum patiebantur, cum dicerent, *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.* (*Pſ.* 1. 12.) Quo exoratu jam ſecurus dicit, *Proba me Domine, & ſcito cor meum, & vide ſi via iniquitatis in me eſt.* (*Pſ.* 137. 23.) Sed ne hanc ſui confidentiam ſua magis virtute, quam Dei gratia meruiſſe videatur, idem dicit: *Quia tu Domine poſſediſti renes meos. Nihil* enim, ut Dominus ipſe dixit, *ſine eo facere* poſſumus: Quia ipſe eſt *vitis vera*, & nos ſarmenta ejus. (*Joh.* 15. 3.) Si in ejus dilectione maneamus, non areſcemus, viventes ſucco radicis æternæ: nec ad ignem amputabitur ita, ſed ad fructum putabimur diſciplina, purgante nos Evangelicæ falcis acie: ut caſtigata luxurie palmitis noſtri fructuoſius pullulemus.

N. 11. Ergo inchoaturus agriculturam in nobis ſuam dicit: *Ignem veni mittere in terram*: (*Luc.* 12. 46.) quo videlicet cor noſtrum peccatis obſitum, quaſi agrum ſpinis horridum, purget urens nos in vitiis, & in ſenſibus luminans. Vaterumque in nobis actuum ſtirpes ſalutari falce pius cultor inſequitur, ut reſiduam meſſia vetuſtæ ſtipulam ſermo igneus accendat, & animam noſtram quaſi campum novæ ſationi præparet: qui lætam virtutum ſegetem eradicatis impreſſo divini verbi vomere ſpinis, liber effundat, dignaſque cæleſtibus horreis fruges peremta graminum noxiorum ſtirpe multiplicat. Sed quia non agricultura tantum, ſed ædificatio Dei ſumus, (1. *Cor.* 3. 1.) qui gratia & ſpiritu ejus ac verbo colimur, & ſtruimur, (*Epheſ.* 2. 21.) ædificaturus nos eo itinera, quo poſt ſe vocat, iſto opere præparat, quo venditis rebus, abſolvi prius ſuadet, quarum cura vel amor, quoniam mentis ipſius præſtringit aciem, & animam ab interioribus ſuis abluctam, ad exteriora ſollicitat, dicit etiam nobis per Prophetam: *Vacate & videte quoniam ego ſum dominus.* (*Pſ.* 45. 11.) Nonne & hic videtur dicere, *non poteſtis duobus dominis ſervire?* Non enim otium nobis ſuadet hoc verbo, qui inſtanter orare, & vigilare nos monet, ne (*Mat.* 6. 24.) intremus in tentationem, ſed vacare a ſæculo, ut occupemur ſibi, vacare ab his negotiis, quibus implicati otiamur Deo. (*Mat.* 26. 41.)

N. 12. Itaque novitatem vitæ in nobis ædificantes, neceſſe eſt ut vetuſtatem deſtruamus, & quia nullum tenebris cum lumine & mammonæ cum Chriſto poteſt eſſe commercium, oportet ut novis vetera mutemus; & occupationis pariter ac vacationis genere converſo, implicemur, quibus vacavimus; & viciſſim vacemus, quibus fuimus implicati: moriamur, quibus viximus; & vivamus viciſſim his operibus ac ſtudiis, quibus mortui fuimus. Cum vivis, eſſemus mortui; & mortificantia ge-

rentes,

Digitized by Google

CONCLUS. PARS II. tentes, in mortuis viveremus. Unde ſanctus magiſter Rom. 6. 13. *humanum* & æquum poſtulat, *ut ſicut exhibuimus membra noſtra, ſervire iniquitati, ita nunc exhibeamus eadem miniſtra juſtitiæ*: mutatis Dominis, & ſtudia mutemus. Neque enim aut ſervitutem, aut libertatem deponimus commutatione dominorum; ſed tantum felicitatem acquirimur, & ſervitute in melius & libertate mutata, quando vinculum iniquitatis rumpimus, & juſtitiæ jugo ſubdimur, ac divino timore frenamur, incipientes verſa in directum via liberi eſſe a peccato, cui ſerviebamus in libertate miſera, juſtitiæ rebellantes.

N. 13. Nunc igitur viciſſim Deo ſervi, & huic mundo rebelles, aggredimur agonem; & ipſum, cui ſerviebamus hoſtem freti Domino provocamus. Recognoſcis profecto, mi frater, nam ea perta communitet, ut com- Epheſ. 6. 12. militoni loquor, quanta nobis diſcordia, & quantus eſt hoſtis in nobis, non carnis & ſanguinis, ſed inviſibilium poteſtatum, & nequitiæ, ut Apoſtolus ait, ſpiritalis, Epheſ. 5. 8. quibus carnalium vitiorum miniſteria conjurant. Unde & principes tenebrarum dicuntur, quia ſecundum Apoſtolum tenebræ appellantur peccatores, quibus, ut ſui 1. Cor. 7. 31. ſimilibus dæmonia principantur, ſed & tota *hujus mundi figura*, quæ *præterit*, & per oculos corda prolectat, zabulicis prætenta retibus, in qualibet ſui ſpecie laqueus Pſ. 22. 4. & 30. 5. mentis & gladius eſt. Credamus Prophetæ quia in medio muſcipularum ambulamus, & inter opertos letalibus dolis gladios vita tranſigitur. Excipit nos mundus iſte variis voluptatibus florens, & fallentibus venenatus il- Virg. 7. Æneid. 5. 324. lecebris. Excipit nos innumeris anguis inſidiis *cui nomina mille, mille nocendi artes*. Ac ſæpe aperto certami- Pſ. 119. 4. ne violentus aggreditur, & candentibus petit telis, ſi latentibus non capit laqueis. *Saggitæ* enim *potentis acutæ cum carbonibus deſolatoriis*: quæ videlicet noxiis cupiditatum ignibus animam noſtram perurant, & a Spiritus ſancti habitatione deſolent. Quod cum accidit diverſi Matt. 10. 36. nos hoſpites ſubeunt, & *fiunt inimici hominis domeſtici ejus*: qui nunc ambitionis vento inflant, nunc libidinum faces admovent; nunc avaritiæ catenis alligant. Quæ una omnibus armata criminibus, vel ſi ſola nos capiat, & zabulo ad malitiam, & homini ad mortem ſufficit.

N. 14. Quid ergo agis infelix homo inter tantos miſſus hoſtes? Quomodo repugnabis infirmus fortibus, armatis inermis? Clamat beatus Job multis zabuli telis ſine Job. 1. 21. cordis vulnere ſauciatus: *nudus exivi de utero matris meæ*. Quis ergo me armabit contra tot agmina hoſtis Pſ. 26. 1. aerii, ne *nudus*, ut veni, *revertatur in terram*? Ecce reſ- Juſt. 70. pito, conforror, adſurgo: *Dominus illuminatio mea, Dominus defenſor vitæ meæ: ſi conſiſtant adverſum me caſtra, non timebit cor meum*. Nec ſi propriæ opis armis egeo, diffidam. Habeo armamentarium Chriſti de quo arma lucis uſurpem, quibus principes tenebrarum, & agmina noctis expugnem in cæleſtibus mihi adverſantia: videlicet in converſatione ſpiritali, quam terrenis debellare nituntur illecebris. Sed adverſum hos mihi ille armiger, ille ſignifer erit, qui vas electionis Deo. Ille lombos meos cingulo caſtitatis adſtringet, capiti meo ga- Epheſ. 6. 14. leam ſalutis aptabit, lorica juſtitiæ meum pectus incindet. Ille me totum proteget ſcuto fidei, & dexteram Pſ. 90. 7. meam, immo me totum in dexteram Chriſti factum, gla- Epheſ. 6. 15. dio ſpiritus & verbo veritatis armabit: ut *cadant a latere meo mille, & dena millia a dextris meis*. Ille *pedes* meos *in Evangelii præparationem calcabit*, ut preſſo impune veſtigio ſuper ſpinas & tribulos iſtius terræ ambulem, & per aſpera itineris anguſti munito pede tutus ingrediar. Gen. 3. 15. Nec a morſu metuens, ſubditum ſerpentis inimici caput, ipſo, quod inſidioſus obſervat, calcaneo conteram. Quod quidem non meæ infirmitatis audacia arrogans mihi vendico; ſed omni fideli de virtute Chriſti promiſ- Rom. 4. 17. ſo. *Qui ſicut vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ* 1. Cor. 1. 27. *ſunt*, ita potens eſt & de infimis, & humilibus ſuis, ut ſemper fecit & facit fortia mundi iſtius & alta deſtruere. Ideo nobis magiſtrum dedit, quem imitatorem habebat, per quem ad ipſius Domini imitationem pervenire poſſimus. Nam ipſe ma magiſter in acie ſtare, in ſtadio currere, in agone luctari docet, lividum faciens corpus Phil. 3. 13. ſuum, *& quæ retro ſunt obliviſcens, & in priora ſe extendens*.

2. Cor. 12. 10 *N.* 15. Atque ita fundatus in petra, ut etiam *in infirmitatibus glorietur, & cum infirmatur, tunc potens ſit*, omnia potens ut ipſe profitetur *in eo qui confirmat ſuos*, Chriſto ſcilicet, qui pro nobis pugnat, & vincit in no- 1. Cor. 9. 24. bis; quæ cauſa dicendi Apoſtolo fuit, *Sic currite ut apprehendatis* omnes, quod in agone terreno contra eſt, ubi Rom. 12. 15. non poteſt lucta niſi diſpari luctantium ſorte finiri, ut unius gloria, alterius ignominia ſit; *In Chriſto* autem, *quia multi unus ſumus*, omnes ut unius currimus: & omnium curſus ad unum bonum curſus eſt: & ideo dicitur nobis: *ſic currite ut comprehendatis* omnes, quia ſciſſura, ut idem ait, in corpore eſſe non poteſt, cui caput Chriſtus eſt; quem ut communem ſibi apicem una membrorum ſuorum compago comitatur. Quæ quoniam ſibi diſcrepare non poſſunt, curramus pariter ut apprehendamus omnes, ſine æmulatione invidiæ, cum æqualitate victoriæ; ut ſicut in contentione currendi labor Chriſti ſumus, ita in perveniendi fine Chriſti triumphus eſſe poſſimus *& benedicat nos in corona anni benignitatis ſuæ*. Pſal. 64. 12.

N. 16. Video autem quod in hoc certamine non magis vincere nobis quam vinci expedit: quia in nobis & hoſtis & amicus habitant. Quis autem mihi amicior, quam ſpiritus qui adverſatur carni, ne me trahant in legem pec- Galat. 5. 17. cati? aut quis inimicior nobis quam *caro* quæ *adverſum* Rom. 7. 23. *ſpiritum* pro interitu *concupiſcit*? Itaque *meliora* mihi *amici vulnera* quæ Chriſtus accepit ut ſanaret me, *quam* Prov. 27. 6. *voluntaria inimici oſcula*, quibus mihi per illecebras delectationum ſuarum caro male ſuada blanditur, ut me, Sec. 70. quaſi illo parricidiali Judæ oſculo, paratis in captivitatem Mat. 26. 49. meam prodat inimicis: quod tamen oſculum Dominus non ideo ſuſcepit, ut pacem proditoris acciperet, ſed ut ſuam ab alienato reciperet. Quamquam & illud ad intuendum perfectæ bonitatis exemplum teneri ſalubre ſit, Matt. 5. 44. ut eo affectu, quo & inimicos diligi jubet, amicum oſculum dederit pacis inimico, dilectionem reddens pro odio, qui pro ſua dilectione odium recipiebat. Ibid. 40.

N. 17. Præſtat... vinci bono, quam vincere malo. Itaque vinci videtur in hoc ſæculo, cui tunicam ſuam alter abſtulerit: at in Chriſto triumphat, qui tunicam auferenti remittit & pallium. Vicem injuriæ reddere humana ultio eſt: at inimicum etiam diligere, vindicta cæleſtis eſt. Vendere patrimonia & donare pauperibus, ſtultitia huic ſæculo, ſed ſapientia Deo eſt: at contra divitiis incubare, pecuniam fœnore augere, poſſeſſione, auctionibus, terminos dilatare violentia, induſtria & quæſtus apud hoc ſæculum, ſed apud Deum crimen & pœna eſt. Ita ſi malo vincas, victor victus es, quia cum ſcelere viceris, cupiditate ſuperatus es. Victus vero vinces, ſi juſto cedas, & tuæ voluntati voluntas divina prævaleat. Evacuemur ergo noſtris viribus ut divinis impleamur. Vincamur corpore, ut vincamus ſalute. Meminerimus 2. Pet. 2. 23. ejus nos eſſe membra, qui vicit cum judicatus eſt, qui cedendo ſuperavit, & cadendo in mortem, reſurrexit in gloriam, de ſuæ paſſionis occaſu ortum noſtræ reſurrectionis inſtituens.

N. 18. Hunc Dominum vocantem ſequamur, qui nos doceat cedendo vincere, & moriendo viveſcere mortificiens in nobis, quo mortificamur, & vivificans quo vivamus. *Hic nobis Deus, non æſtimabitur alius ad eum*: qui Baruc. 3. 36 *in terris viſus eſt, & inter homines converſatus eſt*. Quod & 38. quia non poteſt nobis *caro & ſanguis revelare*, ideo di- Mat. 16. 17. cit, *vacate & videte quoniam ego ſum Deus*. Pſal. 45. 11.

N. 20. Ne exiſtimes jam & comparaſſe nos gemmam, quia vides pretium præparaſſe, neque ædificaſſe jam domum, qui ædificandæ locum fecimus, cum viſibiles divitias, ſupellectiles, pecuniam, patrimonia, velut ſordidos aggeres & importunum rudus, egeſſimus, ut in eo de purgato, quaſi in terra viva, firmius ſtabilioris ædificii fundamenta jaceremus. Sed ſicut exhauſtione ruderum nudata humo, ſub immundis molibus multa aut pudamenta truncorum, aut reſidua ruinarum, aut pleraque noxii generis animalia, & præcipue fetus aut cubilia viperarum deprehenduntur; ſic remota a noſtro pectore temporalium rerum poſſeſſione & cura, jam nobis inſpectione cordis noſtri vacantes ab his quæ nos foras extrahebant, inveteratorum criminum nodos, & inimicorum ſpiritalium latebras in noſtris ſenſibus invenimus.

N. 21. Intellige hæc, & cura noſtri anxio corde ſuſpira, providens, quia laus in exitu canitur, quo cœpimus, ejusdem Domini gratia perficiamur; & uſque ad finem præcepti pareamus, cui videmur in capite conſilii paruiſſe. Conſilium enim dat, non præceptum, qui non dicit: Eſto perfectus; ſed, *Si vis eſſe perfectus*: quia libertas Mat. 19. 21. voluntatis, quæ bona cum eſt ſupra legem eſt, non cogitur, ſed ſuadetur, & ipſa tibi lex eſt. Quantum autem ſit Chriſtum ſequi potes de Apoſtoli ſententia colligere, qua ait: *Qui dicit ſe Chriſtum ſequi, debet, ſicut ille ambulavit, &* 1. Joh. 2. 6. *ipſe ambulare*. Quomodo autem ambulaverit Chriſtus, docet alius magiſter: *Qui peccatum*, inquit, *non fecit, nec do-* Iſai. 53. 9. *lus inventus eſt in ore ejus: qui cum malediceretur, non remale-* 1. Pet. 2. 22. *dixit, tradebat autem ſe* ad mortem *judicanti injuſte*. & 23. Sed & ex ipſius actione & præceptis ſcire poſſumus quomodo ambulaverit. Ad hoc enim venit ut vitam ſuam nobis in formulam & ſpeculum vitæ proponeret. *Non* Matt. 5. 17. *veni*, inquit, *legem ſolvere, ſed adimplere*: & quæ a- Ibid. 20. dimpleta ſit, etiam docet ipſe dicens: *Niſi abundaverit*

ju-

Digitized by Google

I. Quid conſilia Evangelica?

R. Conſilia Evangelica ſunt res quædam eximiæ, quas fieri a Chriſtianis Chriſtus hortatus eſt, non præcepit.

Hoc ergo intereſt inter conſilia & præcepta, quod præcepta omnibus de neceſſitate ſint ſalutis; conſilia non item, niſi forte quis ad conſiliorum obſervationem ſe voto obſtrinxerit, (C) CONCLUS. PARS II. C

I. Quænam ſunt conſilia Evangelica?

R. Præcipua ſunt caſtitas, paupertas, & obedientia. (D) D

Ca-

[Exod. 20. 13. Matt. 5. 22. Deut. 5. 18. Matt. 5. 28.] *juſtitia veſtra ſuper juſtitiam Phariſæorum, non intraibitis in regnum cælorum.* Hoc enim eſt adimplere, quod deſit adjicere. Lex dixit: *Non occidas*, at ipſe: *nec iraſceris ſine cauſa fratri tuo.* Lex adulterium interdicit, at ipſa veritas curioſum in feminas damnat aſpectum. Ea quo vides, quanto maior ſit lege fides, cujus laus [Rom. 2. 29.] non ex hominibus, ſed ex Deo eſt: quia legis circumciſio in aperto eſt, fidei in occulto. Lex ramos peccati præfringit, fides radices eruit: quæ nos non operibus tantum, ſed & ſenſibus immaculatos facit: ut vere ad primordialem dignitatem, hoc eſt, Dei ſimilitudinem reformemur, non ſolum corpore, ſed & corde mandati. [Coloſ. 3. 10.] Unde & Apoſtolus depoſita terreni hominis ſpecie cæleſtem nos induere teſtatur; & idem alibi, jam [1. Cor. 11. 7.] at indutum Chriſto virum, gloriam Dei eſſe pronunciat.

N. 22. Vide ergo quantam nobis agendum ſit, ut non perfecti, ſicut dicis, ſed inchoati, ut probamus, [Matt. 5. 20.] itineris ſpatium peragamus; qui juſtitiam legis jube[2. Cor. 5. 21.]mur excedere, *ut efficiamur juſtitia Dei*: neque in lege nobis actio, ſed in voluntate ſua ſit. Chriſtum ſequi, Deum imitari eſt. Et qui nos lege ipſa juſtitiæ ſuæ juſtiores, & juxta Patrem ſuum vult eſſe perfectos, non ſolum humanas fugere culpas, ſed & divinas poſcit implere virtutes. Quod quia tantæ difficultatis eſſe perſpicis in agone verſantibus, quantæ gloriæ eſt exhauſta decertatione victoribus: noli interim, dum in ſcammate ſumus, dum *foris pugnæ, intus terrores*, al[2. Cor. 7. 5.]ta pro nobis ſapere, aut loqui: ſed potius time, & [Rom. 11. 20.] laborantibus collabora ſpiritu, & cooperare orationi[Pſal. 8. 3.]bus; ut per nos quoque *deſtruat inimicum & defenſo[1. Cor. 1. 27.]rem*, qui *elegit infirma mundi, ut confundat fortia.*

[Pſal. 31. 8.] *N.* 23. Poſce ſupplicitet, ut intelligendum det nobis, [Pſal. 45. 11.] in via hac, qua nos vocat, ut videamus, quia ipſe eſt [2. Cor. 13. 4.] Deus qui *crucifixus eſt ex infirmitate noſtra, ſed vivit ex virtute Dei*: infirmet in nobis virtutem peccati, ut confirmet virtutis ſuæ ſpiritum: convertat & inopiam, & abundantiam noſtram; ut juſtitia, qua indigemus, abundemus; & iniquitate, qua abundamus, egeamus. Nubemur criminibus, & virtutibus veſtiamur. Ferat [Rom. 1. 24] nobis opem contra voluntates noſtras, nec *tradat nos deſideriis cordis* noſtri: & adverſus carnem & ſanguinem, [Gen. 14. 15.] zabulum & mortem det nobis victoriam, ſicut Abrahæ dedit adverſus quatuor reges, quos ille fidei pater hoc [Pſal. 50. 14.] myſterio ſuperavit: quo fides noſtra, ſi confirmata ſit ſpiritu principali, totidem corporis noſtri elementa verbo Dei ſubiget. Et ſicut ille pro fratre quinque in Regibus victo victor: ita & fides pro anima, quæ totidem ſenſibus viget, victrix de exteriore homine triumphabit, in quo de totidem elementis compoſito quatuor Regum forma concluditur. Sed ſicut ille, non multitudine nec virtute legionum, ſed jam tum in ſacramento [Gen. 14. 14.] Crucis cujus figura per litteram T Græcam numero trecentorum exprimitur, adverſarios principes debellavit: cujus myſterii virtute, trecentis in longum ſtrata cu[Gen. 6. 15.]bitis, ſuperavit arca diluvium, at nunc Eccleſia hoc ſæculum ſupernavigat: ita & nos non noſtris operibus aut viribus freti, ſed unica crucifixi ſcientia, elevemus ad ipſum oculos noſtros, ut *mirificet ſupra nos mi[Pſal. 16. 7.]ſericordias ſuas, qui ſalvos facit ſperantes in ſe.* Quia ipſe eſt *Dominus conterens bella, potens in prælio*: qui [Pſal. 45. 10. & 33. 8.] nobis & fiduciam dimicandi & viam vincendi dedit, eum jam triumphantem in ſe ipſo naturam hominis [Joh. 16. 33.] portans ait: *Confratres eſtote* quoniam *ego vici mundum.*

S. THOM. 2. 2. *art.* 3. *ad* 1. *Vide ſupra litt.* (A) *hocce* §.

(C) S AUGUST. *Enchirid. cap.* 121. *n.* 32. *vide ſupra hocce* § *litt.* (A)

Enar. in Pſ. LXXXIII. *n.* 4 Unuſquiſque autem, Fratres cariſſimi, de loco itineris ſui, ad quem proficiendo pervenit, & quem vovit Deo, inde reſpicit retro, cum ipſum dimiſerit. Verbi gratia, ſtatuit caſtitatem conjugalem ſervare, inde cum incipit juſtitia, receſſit a fornicationibus, & ab illa illicita immunditia: quando ſe ad fornicationes converterit, retro reſpexit. Alius ea munere Dei majus aliquid vovit, ſtatuit nec nuptias pati: qui non damnaretur, ſi duxiſſet uxorem; poſt votum quod Deo promiſit, ſi duxerit damnabitur: cum hoc faciat, quod ille qui non promiſerat; tamen ille non damnatur, iſte damnatur. Quare, niſi quia ille reſpexit retro? Jam enim ante erat, illoc nondum pervenerat. Sic virgo, quæ ſi nuberet, non peccaret, ſanctimonialis ſi nupſerit, Chriſti adultera deputabitur. Reſpexit enim retro de loco quo acceſſerat. Sic quibus placet relicta omni ſpe ſæculari & omni actione terrena, conferre ſe in ſocietatem Sanctorum, in communem illam vitam, ubi non dicit aliquis aliquid proprium, ſed ſunt illis omnia com[Act. 2. 44. & 4. 34.]munia, & eſt illis anima una, & cor unum in Deum; quiſquis inde recedere voluerit, non talis habetur qualis ille qui non intravit. Ille enim nondum acceſſit, iſte retro reſpexit. Quapropter, cariſſimi, quomodo [Pſal. 75. 12.] quiſque poteſt, vovete & reddite Domino Deo veſtro, quod quiſque potuerit, nemo retro reſpiciat, nemo priſtinis lais delectetur, nemo avertatur ab eo quod ante eſt, ad id quod retro eſt: currat donec perveniat; non enim pedibus ſed deſiderio currimus. Nullus autem in hac vita perveniſſe ſe dicat. Quis enim [Philip. 3. 13. & 14.] poteſt tam perfectus eſſe quam Paulus? & ait tamen; Fratres, ego me non arbitror apprehendiſſe: unum autem, quæ retro oblitus, in ea quæ ante ſunt extentus, ſecundum intentionem ſequor ad palmam ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Jeſu. Vides Paulum jam currere, & te jam exiſtimas perveniſſe.

De ſancta Virginitate, c. 14. *n.* 14. Præſens ergo eſt vitanda neceſſitas, ſed tamen quæ aliquid bonum impedit futurum: qua neceſſitate vita cogitur conjugalis cogitare quæ mundi ſunt, quomodo placeat vir uxori, vel uxor viro. Non quod ea ſeparent a regno Dei, ſicut ſunt peccata, quæ ideo præcepto, non conſilio cohibentur, quia Domino præcipienti non obedire damnabile eſt: ſed illud quod in ipſo Dei regno amplius haberi poſſet, ſi amplius cogitaretur quomodo placendum eſſet Deo, minus erit utique cum hoc ipſum minus conjugii neceſſitate cogitatur. Ideo *de virginibus*, inquit, *præ[1. Cor. 7. 25.]ceptum Domini non habeo.* Præcepto enim quiſque non obtemperat, reus eſt, & debitor pœnæ. Proinde quia uxorem ducere vel nubere peccatum non eſt, ſi autem peccatum eſſet, præcepto vetaretur, propterea præceptum Domini de virginibus nullum eſt. Sed quoniam devitatis remiſſiſve peccatis, adeunda eſt vita æterna, in qua eſt quædam egregia gloria, non omnibus in æternum victuris, ſed quibuſdam ibi tribuenda, cui conſequendæ parum eſt liberatum eſſe a peccatis, niſi aliquid ipſi liberatori voveatur, quod non ſit criminis non voviſſe, ſed voviſſe ac reddidiſſe ſit laudis: *Conſilium*, inquis, *do tamquam miſericordiam conſecutus a Deo, ut* [Ibid.] *fidelis eſſem.* Neque enim invidere debeo fidele conſilium, qui non meis meritis, ſed Dei miſericordia ſum fidelis. Exiſtimo *itaque hoc bonum eſſe propter præſentem* [Ibid. 26.] *neceſſitatem.* Hoc, inquit, unde præceptum Domini non habeo. ſed conſilium do, hoc eſt de virginibus, exiſtimo bonum eſſe propter præſentem neceſſitatem. Novi enim quid præſentis temporis, cui conjugia ſerviunt, neceſſitas cogat, ut ea quæ Dei ſunt minus cogitentur, quam ſufficit adipiſcendæ illi gloriæ, quæ non erit omnium, quamvis in *vita æterna* a ſalute manen[1. Cor. 15. 4.]tium. *Stella enim ab ſtella differt in claritate ſic & re[Ibid. 7. 26.]ſurrectio mortuorum. Bonum eſt ergo homini ſic eſſe.*

Serm. 355. *alias* 49. S. HIERONYM. *Epiſt.* 7. *alias* 150. *ad Hedibiam.* S. BASIL. *de inſtituto Monach. Vide infra hocce* §. *litt.* (F)

(D) MATTH. XIX. 12... Sunt eunuchi, qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cælorum. Qui poteſt capere capiat.

1. COR. VII. 8. Dico autem non nuptis & viduis. Bonum eſt illis ſi ſic permaneant, ſicut & ego.. 25. De virginibus autem præceptum Domini non habeo: conſilium autem do, tamquam miſericordiam conſecutus a Domino, ut ſim fidelis. 26. Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe.

MATTH. XIX. 21. Ait illi Jeſus: ſi vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni ſequere me.

LUC.

Digitized by Google

E *Caſtitas* Evangelica, eſt propoſitum perpetuæ virginitatis vel continentiæ. (E)

Paupertas Evangelica, eſt abnegatio voluntaria divitiarum, ut ſequamur perfectius veſtigia Chriſti pauperis. (F) F

Obedientia Evangelica, eſt abnegatio propriæ

LUC. XIV. 33. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renontiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Mat.10.38. IX. 23. Dicebat autem (Jeſus) ad omnes: ſi quis
& 16. 24. volt poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat
Marc.8. 34. crucem ſuam quotidie, & ſequatur me.

XIV. 26. Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres,
Mat.10.37. & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

(E) 1. COR. VII. 8. *Vide ſupra hocce §. litt.* (D).

S. CYPRIAN. *de habitu virginum. Vide ſupra cap. 7. ſect. 3. hujuſce partis, litt.* (B)

S. GREG. NAZIANZ. *Carm. 42. ad virginem, & Carm. 3. Præcepta ad virgines. Vide ibid.*

S. BASIL. *ad virgin. lapſ. Vide ibid.*

Epiſt. ad Amphil. 2. *Can.* 18. Virgo nominatur quæ ſe ſua ſponte Domino obtulit, & matrimonio renuntiavit, & vitam in ſanctificatione prætulit. Profeſſiones autem ab eo tempore judicamus, quo ætas rationis complementum habuerit. Non enim pueriles voces omnino in his eſſe ratas exiſtimare oportet: ſed eam quæ ſupra ſedecim vel ſeptemdecim annos nata fuerit, rationiſque compos, & diu examinata probataque perſeveraverit, & ut admittatur precibus contendat; tum oportet in ſacrarum virginum catalogum referri, ejuſque confeſſionem comprobare, & illius infirmationem inexorabiliter punire.

S. AMBROS. *Lib.* 1. *de virginibus, cap.* 6. *n.* 30. *Lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 7. *c.* 4. *n.* 24. *Lib.* 3. *c.* 3. *n.* 13. *de lapſu virgin. conſecr. c.* 4. *n.* 11. *Vide ſupra cap.* 7. *Sect.* 3. *hujuſce part. litt.* (B)

S. HIERON. *Lib.* 2. *adverſ. Jovinian. Vide ibid. & litt.* (C)

Epiſt. ad Ruſtic. Vide hujuſce part. Sect. 1. *cap.* 2. §. 3. *litt.* (G)

S. AUG. *de Virginit. c.* 11. *n.* 11. *Vide ſupra c.* 7. *Sect.* 3. *hujuſce partis, litt.* (B)

De Bono conjugali, n. 3. 4. 6. 7. 8. 11. 12. 18. 21. *Vide ibid. litt.* (C)

De bono viduitatis, n. 11. 20. 28. *ibid. litt.* (E)

S. ATHANAS. *De Incarn. Verb. Dei, num.* 51. *pag.* 92. Quia igitur hominum poſt mortem, vel etiam per vitam, virginitatem docuit, ac non potius hanc virtutem acquiri ab hominibus non poſſe? At Salvator noſter omniumque imperator Chriſtus in illa ſuadenda virtute tantum pondus habuit, ut etiam pueri legitimam ætatem nondum adepti, virginitatem, quæ quidem ſupra legem eſt, profiteri non vereantur.

Ad Imperat. Conſt. Apol. n. 33. *pag.* 317. Dei Filius, Dominus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus, propter nos homo factus, qui mortem abrogavit, noſtrumque genus a ſervitute corruptionis liberavit, cum aliis omnibus ſuis illud quoque nobis impertivit, ut Angelorum imaginem in terra haberemus, nempe virginitatem. Eas ſane quæ hac virtute præditæ ſunt ſponſas Chriſti vocare conſuevit Catholica Eccleſia: has Ethnici cum vident ut templum Verbi admirantur; certum quippe eſt nuſquam hanc venerandam ac cæleſtem profeſſionem excoli, niſi dumtaxat apud nos Chriſtianos. Hoc enim maximum eſt argumentum, certam ac veram apud nos eſſe religionem.

S. ATHANAS. *ſeu* AUCTOR *Lib. de virginit. n.* 2. *pag.* 111. *tom.* 3. Si enim qui mundo copulantur, relinquunt patrem & matrem, ut mortalibus hominibus copulentur; quanto magis virgo continens relinquere debet terreſtria omnia, & Domino ſoli agglutinari? Hujus mei dicti teſtis
1.Cor.7.34. & ipſe Apoſtolus, ita loquens: *Mulier innupta ſolicita eſt eorum, quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Nupta vero ſolicita eſt eorum, quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro, & diviſa eſt.* Hoc igitur dico, quod omnis virgo, aut vidua continens, ſi curam ſuam collocet in hoc mundo, ejus rei cura illi pro marito eſt: ſive poſſeſſiones, ſive alias ſubſtantias poſſideat, ipſa ſolicitudo contaminat ejus animam. Ut enim per virum corpus contaminatur, ita quoque habitus mundani, & animam & corpus continentis conſpurcant, neque jam eſt ſancta corpore & ſpiritu. Quæ autem curat opus Domini, hujus ſponſus eſt Chriſtus. Ea enim, quæ coaptatur viro corruptibili, voluntatem viri ſui facit... Quæ autem conjungitur cæleſti ſponſo, voluntatem ſui ſponſi facit.

N. 3. Ea autem eſt voluntas Chriſti, ut is qui ipſi conglutinatus eſt, nihil ſecum omnino hujus ſæculi ferat, nihil terreſtria curet; ſed ſolum ut Crucem ejus, qui pro ſe crucifixus eſt, bajulare velit: curamque ac ſolicitudinem gerat, die ac nocte, ut perpetuis hymnis, & glorificationibus eum celebret, illuminatum habeat mentis oculum, ſciat illius voluntatem, & ei obſequatur, cor ſimplex poſſideat, & mentem puram.

N. 11. *Pag.* 116. Ne exuaris ad uſque nuditatem: nocte dieque veſtis tegat carnem tuam. Numquam te alia femina nudam videat, niſi in ſumma neceſſitate: neque te ipſa conſideres, nudo corpore. A quo tempore enim ſtatuiſti Deo caſta eſſe, corpus tuum ſanctificatum & templum Dei eſt. Non debet igitur templum Dei ab ullo retegi.

N. 22. *pag.* 123. Non confidas in tua caſtitate, ne cadas; ſed time: quanto tempore timebis non peccabis.

N. 23. Nam timentibus Dei præcepta non ſunt difficilia. Nulla hora deficiat oleum in lampade tua; ne veniens ſponſus, eam extinctam inveniat. Ignoras enim qua hora venturus ſit, primone ſomno an mane. Parata igitur eſto, ut cum venerit, una cum prudentibus obviam ipſi venias, habens oleum in lampade tua, hoc eſt, bona opera tua.

(F) MATTH. XIX. 21. & LUC. XIV. 33. *Vide ſupra hocce §. litt.* (D)

S. BASIL. *De inſt. Monach. Serm. pag.* 300. Porro ad hujuſm. iſ ſtudium mire conducit & cooperatur virginitas, ſi qui eam recta ratione coluerit. Neque enim in hoc tantummodo virginitatis donum conſiſtit, ſi quis in eo abſtinens fuerit, ut progignendis liberis operam non det: ſed ut quis id recte aſſecutus dici poſſit, victus ipſe omnis, vita quoque, omniſque animi motuum conformatio virginitatem ſervent oportet: nullumque eſſe in eo ſtudium debet, in quo non perpetuo cælibis integritatem præ ſe ferat. Si quidem fieri poteſt, ut quis ſermone etiam ſcortetur, & oculis adulter ſit, & auditu polluatur, & cor inquinandum præbeat: immodiceque edendo potandoque temperantiæ finibus egrediatur. Qui enim adhibita in his temperantia, ſe intra virginitatis limites continuerit, vere hic abſolutiſſimum ſe habere virginitatis donum declarat. Quamobrem ſi per vitiorum evacuationem ad Dei ſimilitudinem animæ noſtræ characterem componere nobis in animo eſt, & hac ratione ſempiternam nobis vitam acquirere, danda omnino nobis ſedulo opera eſt, nequid quoque pacto profeſſione noſtra indignum faciamus, neve ſimili, atque Ananias, judicio efficiamur obnoxii. Licebat enim ipſi Ananiæ poſſeſſiunculam ſuam Deo non polliceri ac vovere: ſed poſtquam humanæ gloriæ cupiditate inductus, quicquid in bonis habebat per profeſſionem Deo conſecravit, quo videlicet egregio iſtiuſmodi facto hominum de ſe admirationem excitaret: de pretio autem callide poſtea neſcio quid intervertit, ejuſmodi adverſum ſe indignationem Dei provocavit, cujus Petrus miniſter fuit, ut ne ad pœnitentiam aditum invenire potuerit. Quocirca ante religioſæ iſtius vitæ profeſſionem liberum eſt unicuique, quatenus per Dei indulgentiam leges permittunt, commune cum ceteris vivendi morem ſequi, ſibique uxorem adjungere: ubi vero jam quis ſponte ſua ipſe profeſſus eſt, hic Deo cuſtodire ſeipſum debet, veluti eorum aliquid, quæ dicata ſunt Deo, ne ſacrilegii judicium incurrat; cum videlicet corpus, quod ſemel Deo conſecravit, miniſterio rurſum communis vitæ contaminet. Atque hoc dico, non unum tantummodo vitioſæ affectionis genus ſpectans, quemadmodum opinantur quidam, qui perfectam habere ſe virginitatem exiſtimant, ſi caſtum modo corpus ſuum cuſtodierint: ſed ut doceam eum, qui Deo ſervare ſe integrum velit, nulla debere prava affectione mundana inquinari juxta omnem vitioſæ affectionis modum. Nam iracundia, invidia, & præteritarum injuriarum tenax memoria, mendacium item, & ſuperbia, & elatio ſpiritus, & intempeſtiva locutio, & in oratione facienda lentitudo, & rerum quæ nullæ ſunt cupiditas, mandatorum negligentia, in veſtitu nimio plus exquiſitus ornatus, oriſque ad venuſtatis ſpeciem compoſitio, congreſſioneſque ac colloquia non habita vel decori, vel neceſſitatis ratione, hæc omnia adeo diligenter ab eo ſunt cavenda, qui per virginitatem Deo ſeipſum conſecra-

ſectavit, ut par ſibi propemodum eſſe periculum intelligat, ſi in aliquo iſtorum lapſus ſit, atque ſi in veritum proprie peccatum incurrat. Siquidem cuncta, quæ cum vitioſa animi affectione ſunt, ea animi quodammodo candorem contaminant, & ad divinam vitam impedimento ſunt. Ad hæc igitur omnia reſpiciat oportet, qui ſeculo nuncium remiſit, ut videlicet nullo modo, poſteaquam jam divinum veluti vas factus ſit, vitioſo ſe uſu pollui patiatur.

Pag. 394. Apotheca vero communis omnium ſit, neque proprium alicujus quicquam nominetur, non veſtimentum, non calceamentum, non denique aliud quippiam eorum quæ ad neceſſarium corporis uſum ſpectant. Sed ea poteſtas Antiſtitis ſit, ut ea iis quæ in communi poſita fuerint, ut quodque cuique aptum eſſe ad uſum judicaverit, ita ab eo illis pro tempore aſſignetur; idque juxta Præpoſiti ſententiam.

Pag. 397. Qui ad excellens hoc & ſublime vitæ genus aſpirat, is pecunia ſua omni ſe ſpoliet. Siquidem earum rerum, quæ ſunt cum materia conjunctæ, ſolicitudo, procuratioque magnopere mentem atque animum diſtrahunt. Quoties igitur plures inventi fuerint, qui eodem ſibi cunctis propoſito fine, vitam una inter ſe agere decreverint, hoc cum primis firme tenere illi debeat, ut cunctorum una omnino mens ſit, & voluntas una, & eadem prorſus deſiderium, & ut juxta legem quam ſancit Apoſtolus, omnis quæ in unum convenerit multitudo, corpus unum efficiatur, ex diſſimilibus inter ſe membris coagmentatum. Hoc autem aliter nullo modo legimus confici poſſe, niſi apud eos illud probe ſtabilitum teneatur, ut nihil quicquam ſuum cujuſquam eſſe præciſe & peculiariter dicatur, non veſtimentum, non vas, non aliud quippiam eorum, quæ ad ſocietatem vitæ conducunt, ea re, ut ſingula hæc utilitati communi, non autem privato ſibi vendicantis commodo ſerviant. Et quemadmodum veſtimentum quod contractius eſt, amplioris ſtaturæ corpori convenire non poteſt, itemque contra, quod juſtæ ſtaturæ habile eſſet, id exiguo corpori non convenit; ſed quicquid unicuique aptum eſt, id utile eſt, & commodum: item quoque ſervari in reliquis rebus idem debet, ut lectus videlicet, ut ſtragulæ veſtes, ut calidum indumentum, calceamentumque ejus ſint, quibus valde his opus ſit, non autem ejus qui illa poſſideat. Ut enim medicamento non is utitur, qui ſanus eſt, ſed qui ſaucius; ſic iis etiam, quæ levandi cauſa corporis inventa ſunt, is uti debet, non qui delicatulus eſt ſed qui imbecillus.

Lib. Regul. Interrog. 7. *pag.* 425. Illud autem, *ſi quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum*, quomodo unquam conſequi poterit is, qui rebus ſit iſtiuſmodi diſtentus? Siquidem oportet, ut nos ipſos primum abnegemus, & crucem ſuſtollamus, ac tum demum illum ſequamur. Nihil eſt autem aliud ſui ipſius abnegatio, niſi ſumma rerum omnium vitæ ſuperioris oblivio, atque a ſuis ipſis voluntatibus receſſio.

Interrog. 8. *pag.* 430. Nunquid homini omnia relinquenda ſint prius, atque ita poſtea ad eam quæ ſecundum Deum eſt, vitam accedendum? *Reſponſio.* Cum Dominus noſter Jeſus Chriſtus poſt multa, eaque multis ex rebus geſtis firmiſſime a ſe tradita documenta, ad omnes

Mat. 16. 24. loquatur, ac dicat: *ſi quis venit ad me, abneget ſemeti-*

Luc. 14. 33. *pſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*: & item: *ſic igitur quicumque ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*: Nos præceptum hoc ad plura arbitramur pertinere, quorum necesſaria alienatio ſit... In ſumma denique cui propter Chriſtum mundus totus crucifixus eſt, & ipſe Chriſto, quomodo poteſt particeps eſſe amplius eorum quæ in mundo ſunt: cum Dominus noſter Jeſus Chriſtus rem ipſe ad ſummum prorſus faſtigium perducat, nempe odium

Ibid. animæ, & ſuimet ipſius abnegationem, quando dicit: *ſi*

Luc. 14. 26. *quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam*: tumque ſubjungit: *Et ſequatur me*. Et rurſus: *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, inſuper & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus*. Perfecta igitur renuntiatio in eo conſiſtit, ſi quis id affecutus fuerit, ut paſſionibus omnibus careat, & nec ad

2. Cor. 1. 9. vitam ipſam affectu inclinetur, eſto *habeat mortis reſponſum, ita ut nihil ſibi confidat*. Porro ejuſcemodi renuntiatio initium ſumit ab alienatione rerum externarum, veluti poſſeſſionum, inanis gloriæ, conſuetudinis vitæ ſuperioris, ad res inutiles affectionis, quomodo ſane ut faceremus, exemplo ſuo admonuerunt nos ſancti Domini Diſcipuli, Jacobus quidem & Joannes, relicto patre ſuo Zebedæo, ipſoque de quo tota illorum victus ratio

pendebat, navigio... Quamquam quod dico, quid aut rationibus a nobis inventis, aut ſanctorum virorum e- CONCLUS. PART. II.

xemplis attinet confirmare? Cum ipſa Domini noſtri verba in medium liceat afferre, iiſque ipſius religioſum ac Dei timentem animum magnopere commovere, quibus ille palam ac citra controverſiam teſtificans, ſic dicit: *ſic* Luc. 14. 32.

igitur quicumque ex vobis ne renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et alio in loco, cum poſt oblatam conditionem illam, *ſi vis perfectus eſſe*, ver- Mat. 19. 21.

ba illa ſubjeciſſet, *vade, vende, quæ habes, & da pauperibus*, poſt illud adjecit, *veni, ſequere me*. Atque etiam ſimilitudinem illam de negotiatore huc quoque manifeſte ſpectare nemo non (modo æquus interpres) intelligit. *Simile* enim *eſt*, inquit, *regnum cælorum homini* Matt. 13. 45

negotiatori quærenti bonas margaritas. Inventa autem una 46.

pretioſa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Planum eſt enim pretioſam margaritam cæleſte regnum ſignificare hoc in loco. Quod regnum nos eſſe poſſe Dominus negat, niſi omnia ſimul quæ habemus, divitias, gloriam, genus, & ſi quid ſit aliud eorum quibus plerique ambitioſius inhiant, pro eo parando, neglexerimus. Deinde illud etiam fieri non poſſe, ut illud obtineamur, quod cupitur ſtudioſius, ſi mens diverſis ſit curis diſtracta, idem Dominus aſſeruit, cum dixit:

Nemo poteſt duobus dominis ſervire: itemque; *Non poteſtis* Mat. 6. 24.

Deo ſervire & mammonæ. Quæ cum ita ſint, ſine dubio Ibid.

unum nos diligere theſaurum convenit, nempe illum cæleſtem, in quo mentem habeamus defixam. *Ubi enim eſt*, Ibid. 21.

inquit, *theſaurus tuus, ibi & cor tuum erit*. Ex quo intelligitur, quandocumque vel peculiarem poſſeſſiunculam aut certe exuberantem opum copiam, terrenam quidem illam & corruptelæ expoſitam nobis reſervamus, in his mente noſtra veluti in cœno quodam conſepulta, neceſſe ſit, animo ad rerum divinarum contemplationem aditum præcludi, eumque ita jacere ut de cæleſtibus ac promiſſis nobis a Deo bonis cogitare non poſſit. Quæ bona non poſſumus aſſequi, niſi ad ea petenda individua & vehemens nos quædam cupiditas inflammet, ac rapiat, quæ ſuſceptos pro iis adipiſcendis labores faciat leves. Eſt igitur, quemadmodum docuimus, renunciatio nihil aliud quam vinculorum craſſæ hujus ac temporariæ converſationis abſolutio, quæ nos dum emancipat ſemel ac ſubducit anxiis & humanam vitam comitantibus negotiis, expromptiores ac magis idoneos reddit ineundæ viæ ad Dei contemplationem recta provehenti. Renunciatio ejuſmodi citra ullius impedimenti remotam ſubſidio eſt nobis nec mediocri, ad parandam poſſeſſionem uſumque rerum pretioſiſſimarum, nempe ſuper aurum & lapidem pretioſum multum; utque breviore compendio circumſcribam, renuntiatio eſt cordis ab humano vivendi ritu, ad eum tranſcriptio qui in cælis eſt, adeo ut

jure optimo dicere poſſimus: *Noſtra converſatio in cælis eſt.* Phil. 3. 20.

S. HIERON. *Epiſt.* 5. *alias* 1. *ad Heliod. ſub initio.* Nolo priſtinam neceſſitatem recorderis. Nudos amat eremus. Nolo te antiquæ peregrinationis terreat difficultas. Qui in Chriſtum credis, & ejus crede ſermo-

nibus. *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia appo-* Matt. 6. 33.

nentur vobis. Non pera tibi ſumenda, non virga eſt. Affatim dives eſt, qui cum Chriſto pauper eſt.

Et paulo poſt. Animadverte, frater, non tibi licet de

tuis quidquam habere rebus. *Omnis*, inquit Dominus, *qui* Luc. 14. 33.

non renuntiaverit cunctis, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Cur timido animo Chriſtianus es? Reſpice Mat. 4. 20.

Petro relictum rete: reſpice ſurgentem de teloneo Publi- Id. 9. 9.

canum, ſtatim Apoſtolum. *Filius hominis non habet, ubi* Id. 8. 20.

caput reclinet: & tu amplas porticus, & ingentia tectorum ſpatia metiris? Hereditatem exſpectans ſæculi, coheres Chriſti eſſe non poteris... Sed forſitan dicturus es: Quid ergo? Quicumque in civitate ſunt, Chriſtiani non ſunt? Non eſt tibi eadem cauſa quæ ceteris. Dominum auſculta

dicentem: *ſi vis perfectus eſſe, vade vende omnia tua &* Mat. 19. 21.

da pauperibus, & veni ſequere me. Tu autem perfectum te eſſe pollicitus es. Nam cum derelicta militia, *te caſtraſti* Ibid. 12.

propter regnum cælorum, qui aliud quam perfectam ſequutus es vitam? Perfectus autem ſervus Chriſti, nihil præter Chriſtum habet. Aut ſi quid præter Chriſtum habet, perfectus non eſt. Et ſi perfectus non eſt, cum ſe perfectum fore Deo pollicitus ſit, ante mentitus eſt. *Os autem quod men-* Sap. 1. 11.

titur occidit animam. Igitur, ut concludam: Si perfectus es, cur bona paterna deſideras? ſi perfectus non es, Dominum feſelliſti. Divinis Evangelium vocibus conſonat: *Non* Luc. 16. 13.

poteſtis duobus dominis ſervire, & audet quiſquam mendacem Chriſtum facere, Mammonæ & Domino ſerviendo? Vociferatur ille ſæpe: *ſi quis vult poſt me venire, ab-*

neget ſemetipſum ſibi, & tollat crucem ſuam, & ſe- Luc. 9. 23.

CONCLUS. PART. II. *quatur me*. Et ego onuſtus enro arbitror me Chriſtum ſequi: *Qui dicit ſe in Chriſtum credere, debet quomodo ille ambulavit, & ipſe ambulare*.

Comment. in Matth. cap. XIX. 21. *ſi vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni ſequere me*. In poteſtate noſtra eſt, utrum velimus eſſe perfecti. Tamen quicumque perfectus eſſe voluerit, debet vendere quæ habet: *Act.* 5. & non ex parte vendere ſicut Ananias fecit & Sapphira, ſed totum vendere: & cum vendiderit, omne dare pauperibus, & ſic ſibi præparare theſaurum in regno cælorum. Et hoc ad perfectionem non ſufficit, niſi poſt contemtas divitias Salvatorem ſequatur, id eſt, relictis malis, faciat bona. Facilius enim ſacculus contemnitur, quam voluptas. Multi divitias relinquentes, Dominum non ſequuntur. Sequitur autem Dominum, qui imitator ejus eſt, & per veſtigia illius graditur. *1. Joh.* II. 5. *Qui enim dicit ſe in Chriſto credere, debet quomodo ille ambulavit & ipſe ambulare*.

Epiſt. 7. *alias* 150. *ad Hedibiam Tom.* IV. *part.* I. *col.* 169. *in edit. BB. Quæſt.* I. Interrogas, quomodo perfectus eſſe quis poſſit, & quomodo vivere debeat, vidua, quæ ſine liberis derelicta eſt. Hoc idem in Evangelio legis Doctor interroget: *Matt.* 19. 16. *& ſeqq.* *Magiſter, quid faciens vitam æternam poſſidebo?* Cui reſpondit Dominus: *Mandata noſti?* Dicit ille: *Quæ?* Jeſus autem dixit: *Non homicidium facies, non adulterium, non furtum, non falſum dices teſtimonium: honora patrem & matrem, & diliges proximum tuum ſicut teipſum*. Et illo dicente: *hæc omnia feci*, Dominus intulit: *Unum tibi deeſt. Si vis eſſe perfectus, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & veni ſequere me*. Itaque & ego tibi Domini noſtri reſpondebo ſermonibus: ſi vis eſſe perfecta; & tollere crucem tuam, & ſequi Dominum Salvatorem, & *Marc.* 10. 28 imitari Petrum dicentem: *Ecce nos dimiſimus omnia & ſecuti ſumus te*, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere Salvatorem. Non dixit, Da filiis, da fratribus, da propinquis, quos etiam ſi haberes, jure his Dominus præferretur: ſed, *da pauperibus*; imo da Chriſto, qui in pauperibus paſcitur.

Et multo poſt: Dicunt Apoſtoli ſe omnie quæ ſue fuerant dimiſiſſe, & mercedem pro hac virtute endacter expoſcunt. *Mat.* 19. 29. Quibus reſpondit Dominus: *Omnis qui relinquit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit*. O quanta beatitudo, pro parvis magna recipere, æterna pro brevibus, pro morituris ſemper viventia; & habere Dominum debitorem! Si qua autem vidua habet liberos, & maxime ſi nobilis familiæ eſt, egentes filios non dimittat; ſed ex æqualitate, ut meminerit primum animæ ſuæ, & ipſam putet eſſe de filiis & partiatur potius cum liberis, quam omnia filiis derelinquat; imo Chriſtum filiorum ſuorum faciat cohæredem. Reſpondebis, Difficile eſt, durum eſt, & contra naturam. Sed Dominum audies tibi reſpondentem: *Ibid.* 12. *Qui poteſt capere capiat*. Et ſi vis eſſe perfecte, non tibi jugum neceſſitatis imponit, ſed poteſtati tuæ liberum concedit arbitrium. Vis eſſe perfecte, & in primo ſtare faſtigio dignitatis, fac quod fecerunt Apoſtoli, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere Salvatorem, & nudam ſolamque crucem, nuda ſequaris & ſola. Non vis eſſe perfecta, ſed ſecundum vis tenere gradum virtutis, dimitte omnia quæcumque habes, de filiis, de propinquis. Nemo te reprehendit, ſi inferiora ſecteris, dummodo illam ſcias tibi jure prælatam, quæ elegerit prima. Dices, Hoc Apoſtolorum eſt & virorum: mulierem autem nobilem non poſſe omnia vendere, quæ multis adjumentis hujus vitæ indigeat. Audi igitur Apoſtolum commonentem: *2. Cor.* 8. 14. *Non ut aliis refrigerium; vobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate, veſtra abundantia illorum ſuſtentet inopiam; ut & illorum abundantia, veſtra ſit ſupplementum*. Unde, inquit Dominus, *Luc.* 3. 11. *Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti*. Quid ſi Scythiæ frigora ſint, & Alpium nives, quæ non duabus & tribus tunicis, ſed vix pecudum pellibus repelluntur? Quidquid ergo corpori noſtro ſufficere poteſt, & humanæ ſuccurrere imbecillitati, quos nudos natura profudit, hoc una appellanda eſt tunica: & quidquid in præſentibus alimentis neceſſarium eſt, hoc unius diei victus appellatur. *Mat.* 6. 34. Unde præceptum eſt: *Non cogitetis de craſtino*, hoc eſt, de futuro tempore. Et Apoſtolus: *1. Tim.* 6. 8. *Habentes*, inquit, *victum & veſtitum, his contenti ſimus*. Si plus habes quam tibi ad victum veſtitumque neceſſarium eſt, illud eroga, & in illo debitricem eſſe te noveris. *Act.* 5. Ananias & Sapphira Apoſtoli metuere ſententiam, quia ſua timide reſervaverunt. Ergone, inquies, puniendus eſt qui ſua non dederit? Minime. Ideo puniti ſunt, quia mentiri voluerunt Spiritui ſancto, & reſervantes neceſſaria victui ſuo, quaſi perfecte ſæculo renuntiantes, vanam gloriam ſectabantur. Alioqui licet libere vel dare, vel non dare. Quemquam ei qui cupiet eſſe perfectus, præſens paupertas futuris divitiis compenſanda ſit.

Epiſt. 15. *alias* 4. *ad Ruſticum. Vide ſupra hujuſce partis Sect.* 1. *cap.* 2. §. 3. *lit.* (G)

Et in fine. Si perfecta deſideras, exi cum Abraham de patria, & cognatione tua, & perge quo neſcis. Si habes ſubſtantiam, vende, & da pauperibus. Si non habes, grandi onere liberatus es: nudum Chriſtum, nudus ſequere: Durum, grande, difficile, ſed magna ſunt præmia.

S. AUG. *Serm.* 355. *alias* 49. *de diverſ. cap.* 1. *num.* 2. Noſtis omnes, aut pene omnes, ſic nos vivere in ea domo quæ dicitur domus Epiſcopii, ut, quantum poſſumus, imitemur eos ſanctos, de quibus loquitur liber actuum Apoſtolorum, *nemo dicebat aliquid proprium, ſed erant illis omnia*. Quia forte aliqui veſtrum non ſunt tam diligentes vitæ noſtræ ſcrutatores, ut hoc ſic noverint, quomodo volo vos noſſe; dico quid ſit, quod breviter dixi. Ego, quem Deo propitio videtis Epiſcopum veſtrum, juvenis veni ad iſtam civitatem, ut multi veſtrum noverunt. Quærebam ubi conſtituerem monaſterium, & viverem cum fratribus meis. Spem quippe omnem ſæculi reliqueram, & quod potui, eſſe nolui; nec tamen quæſivi eſſe quod ſum: *Elegi in domo Dei mei abjectus eſſe magis quam habitare in tabernaculis peccatorum*. Ab eis qui diligunt ſæculum, ſegregavi me: ſed eis qui præſunt populis, non me coæquavi. Nec in convivio Domini mei ſuperiorem locum elegi, ſed inferiorem & abjectum: & placuit illi dicere mihi: Aſcende ſurſum. Uſque adeo autem timebam Epiſcopatum, ut quoniam cœperat eſſe jam alicujus momenti inter Dei ſervos fama mea, in quo loco ſciebam non eſſe Epiſcopum, non illo accederem. Cavebam hoc, & agebam quantum poteram, ut in loco humili ſalvarer, ne in alto periclitarer. Sed, ut dixi, Domino ſervus contradicere non debet. Veni ad iſtam civitatem propter videndum amicum, quem putabam me lucrari poſſe Deo, ut nobiſcum eſſet in Monaſterio; quaſi ſecurus, quia locus habebat Epiſcopum. Apprehenſus, Presbyter factus ſum, & per hunc gradum perveni ad Epiſcopatum. Non attuli aliquid, non veni ad hanc Eccleſiam, niſi cum iis indumentis quibus illo tempore veſtiebar. Et quia hoc diſponebam, in monaſterio eſſe cum fratribus, cognito inſtituto & voluntate mea, beatæ memoriæ ſenex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc eſt monaſterium. Cœpi boni propoſiti fratres colligere, compares meos, nihil habentes ſicut nihil habebam, & imitantes me: ut quomodo ego tenuem paupertatulam meam vendidi, & pauperibus erogavi, ſic facerent & illi qui mecum eſſe voluiſſent, ut de communi viveremus; commune autem nobis eſſet magnum & uberrimum prædium ipſe Deus. Perveni ad Epiſcopatum: vidi neceſſe habere Epiſcopum exhibere humanitatem aſſiduam quibuſque venientibus, ſive tranſeuntibus: quod ſi non feciſſet Epiſcopus, inhumanus diceretur. Si autem iſta conſuetudo in monaſterio permiſſa eſſet, indecens eſſet. Et ideo volui habere in iſta domo Epiſcopii mecum monaſterium clericorum.

Cap. 2. Ecce quomodo vivimus. Nulli licet in ſocietate noſtra habere aliquid proprium: ſed forte aliqui habent. Nulli licet: ſi qui habent, faciunt quod non licet.

N. 3. Venit ad nos etiam Presbyter Januarius, qui videbatur ſua honeſte erogando quaſi conſumſiſſe, ſed non conſumſit. Remanſit illi quædam pecunia, id eſt, argentum quod diceret eſſe filiæ ſuæ. Filia ipſius, Deo propitio, in monaſterio feminarum, & bonæ ſpei eſt... Et quia infra annos erat, & de ſua pecunia nihil facere poterat: (quamvis enim videremus fulgorem profeſſionis, tamen lubricum timebamus ætatis:) factum eſt ut ipſum argentum quaſi puellæ ſervaretur, ut cum ad legitimos annos veniret faceret inde quod virginem Chriſti deceret, quando optime jam facere poſſet. Dum hæc exſpectantur, cœpit ille morti propinquare: qui diu reniquam de ſuo, jurans quia ipſius erat non filiæ, teſtamentum fecit. Teſtamentum, inquam, fecit Presbyter & ſocius noſter, nobiſcum manens, de Eccleſia vivens, communem profitens, teſtamentū fecit, heredes inſtituit. O dolor illius ſocietatis! o fructus natus non de arbore quam plantavit Dominus! Sed Eccleſiam ſcripſit heredem? Nolo munera iſta, non amo amaritudinis fructum. Ego illum Deo quærebam,

Digitized by Google

ham, ſocietatem profeſſus erat, hanc teneret, hanc exhiberet, nihil haberet, teſtamentum non faceret. Habebat aliquid? Non ſe noſtrum ſocium quaſi Dei pauperem fingeret. Magnus inde mihi dolor eſt, fratres. Dico caritati veſtræ, propter hunc dolorem ſtatui hæreditatem ipſam in Eccleſia non ſuſcipere. Filiorum ipſius ſit quod reliquit, ipſi inde faciant quod voluerint. Videtur enim mihi, quia ſi eam ſuſcepero, in iſto facto, quod mihi diſplicet, & quod doleo, ejus particeps ero. Hoc volui non latere caritatem veſtram.

N. 4. Tamen rogo vos, nemo me reprehendat, quia ejus hæreditatem nolo ſuſcipiat Eccleſia. Primo quia factum illius deteſtor: deinde, quia inſtitutum meum eſt.

Cap. 4. *n.* 5. Entecham nobis habere non licet: non eſt enim Epiſcopi ſervare aurum, & revocare a ſe mendicantis manum.

N. 6. Sane etiam hoc noverit caritas veſtra dixiſſe me fratribus meis, qui mecum manent, ut quicumque habet aliquid, aut vendat & eroget, aut donet, & commune illud faciat. Eccleſiam habet, per quam nos Deus paſcit. Et dedi dilationem uſque ad Epiphaniam, propter eos qui vel cum fratribus ſuis non diviſerunt,... vel nondum de re ſua aliquid egerunt, quia exſpectabatur ætas legitima. Faciant inde quod volunt: dum tamen ſint pauperes mecum, ſimul exſpectantes miſericordiam Dei. Si autem nolunt, qui forte nolunt, certe ego ſum qui ſtatueram, ſicut noſtis, nullum ordinare clericum, niſi qui mecum vellet manere: ut ſi vellet diſcedere a propoſito, recte illi tollerem clericatum, quia deſereret ſanctæ ſocietatis promiſſum cœptumque conſortium. Ecce in conſpectu Dei & veſtro muto conſilium: qui volunt habere aliquid proprium, quibus non ſufficit Deus & Eccleſia ejus, maneant ubi volunt, & ubi poſſunt, non eis aufero clericatum. Nolo habere hypocritas. Malum enim eſt, quis neſciat? Malum eſt cadere a propoſito: ſed pejus eſt ſimulare propoſitum. Ecce dico, audite: qui ſocietatem communis vitæ jam ſuſceptam, quæ laudatur in Actibus Apoſtolorum, deſerit, a voto ſuo cadit, & a profeſſione ſancta cadit. Obſervet judicem, ſed Deum, non me. Ego ei non aufero clericatum. Quantum ſit periculum ante oculos ejus poſui: faciat quod vult. Novi enim, quia ſi aliquem hoc facientem degradare voluero, non ei deerunt patroni, non ei deerunt ſuffragatores, & hic & apud Epiſcopos, qui dicant, Quid mali fecit? non poteſt tecum tolerare illam vitam: extra Epiſcopum vult manere, & de proprio vivere, ideone debet perdere clericatum? Ego ſcio quantum malum ſit profiteri ſanctum aliquid, nec implere.
Pſ. 65. 12. *Vovete*, inquit, *& reddite Domino Deo noſtro*: & me-
Eccleſ. 5. 4. *lius eſt non vovere, quam vovere & non reddere*. Virgo etſi numquam fuit in monaſterio, & virgo ſacra eſt; illi nubere non licet, quamvis eſſe in monaſterio non compellitur. Si autem cœpit eſſe in monaſterio & deſeruit, & tamen virgo eſt; dimidia ruit. Sic & clericus duas res profeſſus eſt, & ſanctitatem, & clericatum: interim ſanctitatem; nam clericatum propter populum ſuum Deus impoſuit cervicibus ipſius, cui ma-
Pſ. 106. 43. gis onus eſt quam honor; ſed *quis ſapiens & intelliget*
Pſ. 132. 1. *hæc*? Ergo profeſſus eſt ſanctitatem, profeſſus eſt communiter vivendi ſocietatem; profeſſus eſt *quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum*; ſi ab hoc propoſito ceciderit, & extra manens clericus fuerit dimidius, & ipſe cecidit. Quid ad me? Non eum judico. Si foris ſervat ſanctitatem, dimidius cecidit: ſi vero intus habuerit ſimulationem, totus cecidit. Nolo habeat neceſſitatem ſimulandi. Scio quomodo homines ament clericatum: nemini eum tollo nolenti mecum communiter vivere. Habet Deum, qui mecum manere vult. Si paratus eſt paſci a Deo per Eccleſiam ipſius, non habere aliquid proprium, ſed aut erogare pauperibus, aut in commune mittere, maneat mecum. Qui hoc non vult, habeat libertatem: ſed videat utrum habere poſſit felicitatis æternitatem.

S. Joann. Clim. *Scal. Paradiſ. Grad.* 2. *pag.* 20. Qui Deum ex animo diligit; qui ad cælum toto pectore adſpirat; qui in lapſibus ſuis emendandis vehementer deſudat: qui futuri judicii ſupplicia ſempiterna pertinaci memoria revolvit; qui aſſidue verſatur in formidine & expectatione animi a corpore digreſſionis, is omnem affectum & ſtudium erga pecunias & opes, erga parentes & humanam gloriam, erga fratres & amicos, erga omnia denique mortalia, quæ terram ſapiunt, non ſolum procul habet abjicitque, ſed omnem ſenſum, omnemque curam de his excuſſam abjectamque, & cum his ſuum ipſius quoque corpus odio perſequitur, nudusque & omni cura vacuus impigre Chriſtum ſequitur ſemper ad cælum anhelans, & promiſſum inde auxilium ex oracu-
lo Vatis expectans: *Adhæſit anima mea poſt te*; & alte- Conc. Lug. Part. II. Pſ. 62. 9.
rius numquam tacendi vatis: *Ego autem non ſum fatigatus te ſequendo; nec diem, neque requiem hominis quæſivi*. Jer. 17. 16. Turpiſſimum eſt omnino, nos abjectis omnibus, quæ ſupra memoravimus, poſt vocationem, qua non homo nos, ſed Dominus ad militiam evocavit, quærere aliquid, quod nobis in ultimæ neceſſitatis articulo, & deceſſu non hilum proſit. Hoc enim eſt quod monet Domi- Luc. 9. 62.
nus, ne convertamur retrorſum, & fiamus inepti ad regnum Dei. Dominus haud ignarus noſtræ tironum inconſtantiæ, & quam facili negotio, ex uſu, & familiaritate externorum, ad ea quæ ſprevimus, revertamur, petenti illi, uti ſibi copiam faceret patris ſui ſepeliendi:
Dimitte, inquit, *mortuos ſepelire mortuos ſuos*. Ibid. 60. Suggerunt nobis dæmones poſt rerum humanarum abdicationem, ut beatos prædicemus illos, qui in egentes ſunt benigni, noſque miſeros dictitare, quod ejuſcemodi miſericordia omni virtute deſtituti ſimus. Conſilium autem hoſtium eſt, uti nos per demiſſionis ſpeciem, aut ad profanam ſæculi vitam retrahant, aut in religione perſeverantes ad deſperationis laqueum adigant. Sunt qui alios in ſæculo verſantes per animi elationem præ ſe contemnunt; ſunt qui eoſdem abſentes deſpiciunt, ut ipſi non deſperent, & animum ampliore ſpe firment. Audiamus Dominum adoleſcenti illi, qui divinorum præceptorum leges fere omnes cuſto-
dierat, ſuadentem: *Unum tibi deeſt, ut vadas & vendas* Matt. 19. 21.
omnia quæ poſſides, & des pauperibus, ut ipſe pauper aliorum miſericordia indigeas, & ſtipem accipias.

Et paulo poſt. Nullus religioſus in cæleſtem thalamum ad coronam immortalitatis referendam admittetur, qui non & primam, & alteram, tertiam abdicandi ſe rationem obſervar: ut omnibus, inquam, rebus, hominibus, parentibuſque nuncium remittat: voluntatem inde ſuam proſcribat & recidat; ac demum inanis gloriæ, quæ ex obedientiæ obſequio naſci ſolet, acumen retundat. *Exite*
e medio eorum, ſeparamini, & immunda ſæculi nolite tan- Iſai. 52. 11.
gere, inquit Dominus.

S. Bernard. *Serm.* 48. *de diverſis*. Paupertas enim dum putatur miſera, aliena caret invidia; & quia eſt voluntaria, nemini quidquam invidet.

Epiſt. 42. *ad Attonem Trecenſ. Epiſc. n.* 1. Nobilis revera titulus paupertatis, quam ipſe Deus ore commendans
prophetico, *Ego ſum*, ait, *vir videns paupertatem meam*, Thren. 3. 1.
ſuper omnes regios theſauros. Hic vos titulus nobilitat amplius, & reddit illuſtres.

Serm. 35. *de diverſis, num.* 4. *Qui volunt divites fieri*,
(non ait qui ſunt, ſed *qui volunt fieri*,) *incidunt in* 1. Tim. 6. 9.
tentationes & in laqueum diaboli. Sed & illud quid refert, ſi forte, quod abſit, non quidem divitias, ſed ea ipſa quæ paupertatis ſunt, tanto affectu deſideres aut etiam ardentius, quam divitias cupiant ſæculares? Quid diſtat quæcumque ſubſtantia deſideretur, dum æqualiter ſit corruptus affectus?

In Appendice Epiſt. 418. *alias* 385. *num.* 7. Feſtinate ergo fieri pauperes ſpiritu, & inopes rebus, ut Dominus ſit ſollicitus veſtri. Hujuſmodi enim paupertatis, voluntariæ videlicet, & ex voluntate neceſſariæ, via ſecura & recta eſt: alioquin Chriſtus eam non fuiſſet ingreſſus... Dico vobis in veritate, quæ Deus eſt, & experto credite: quia hæc via quanto arctior, quanto moleſtior invenitur ingreſſu, tanto lætior, tanto jucundior invenitur in progreſſu. In ingreſſu exigit meritum, in progreſſu rependit præmium. Etenim non ſolum *vitam æternam poſſidebitis, ſed & in præſenti centuplum ac-*
cipietis, non ſolum in bonis ſpiritualibus, ſed & in Mat. 19. 29.
temporalibus, ſi cor non appoſueritis; ipſa ſiquidem bona temporalia ſunt, ſi non amantur, licita; ſi amantur, illicita. Sive autem amantur, ſive non amantur, non multum expediunt, quia quadam ſui dulcedine cor poſſidentis cito ſubvertunt. Quæ nobis dubitandi occaſio? Pauca relinquitis cum ſollicitudine, totum mundum aſſumetis in poſſeſſionem ſine ſollicitudine. *Omnia*
enim veſtra ſunt, ſive mundus, ſive vita, ſive mors, ſive 1. Cor. 3. 22.
præſentia, ſive futura.

Epiſt. 100... Si quem miniſterium prohibet eſſe pauperem, adminiſtratio probet pauperum amatorem. Non enim paupertas virtus reputatur, ſed paupertatis amor.
Denique *beati pauperes* non rebus, ſed *ſpiritu*. Matt. 5. 3.

Serm. in Circumciſ. Domini, n. 4. *vide ſupra §.* 6. *cap.* 2. *ſect.* 4. *hujuſce partis litt.* (F).

S. Bernard. *ſeu* Auctor *Sermon. in Evangel.* Ecce nos reliquimus omnia, *qui quidem* Guerricus Abbas *creditur, num.* 2. Dixit enim Simon Petrus ad Jeſum, *Ecce nos reliquimus omnia*. Bene, optime, & non ad inſipientiam tibi. Nam & mundus tranſit, & concupiſcentia ejus; & relinquere hæc magis expedit, quam

CONCLUS. PART. II. priæ voluntatis, & propoſitum ſubjiciendi ſe in omnibus voluntati Superioris alicujus. (G)

I. Si conſilia hæc neceſſaria non ſunt ad ſa- G

relinqui, *Ecce*, inquit, *nos relinquimus omnia, & ſecuti ſumus te*. Nimirum quia *exultavit ut gigas ad currendam viam*, nec currentem ſequi poteras oneratus. Sed nec inutilis commutatio, pro eo qui ſuper omnia eſt, omnia reliquiſſe. Nam & ſimul cum eo donantur omnia, & ubi apprehenderis eum, erit unus ipſe omnia in omnibus, qui pro ipſo omnia reliquerunt. Omnia ſane dixerim, non tantum poſſeſſiones, ſed etiam cupiditates, & eas maxime: plus enim concupiſcentia mundi, quam ſubſtantia nocet. Et hæc fugiendarum cauſa divitiarum præcipua eſt, quod aut vix, aut nunquam ſine amore valeant poſſideri. Limoſa ſiquidem, & glutinoſa nimis non modo exterior, verum etiam interior ſubſtantia noſtra videtur; facile cor humanum omnibus, quæ frequentat, adhæret. *Pſal. 18. 6.*

N. 3. Age ergo qui relinquere diſponis omnia, te quoque inter relinquenda numerare memento.

(G) MATTH. XVI. 24. Tunc Jeſus dixit Diſcipulis ſuis: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

LUC. IX. 23. *Vide ſupra hocce §. litt.* (D)

S. JOHAN. CLIMAC. *Scal. Parad. Grad. 4. pag.* 41. Obedientia eſt perfecta animæ propriæ per corporis officia demonſtrata abdicatio. Aut contra fortaſſe obedientia eſt ſeſuum in anima viva mactatio. Obedientia eſt motus ſimplex, & inexcuſſus, voluntaria mors, incurioſa vita, ſecurum periculum, expedita apud Deum defenſio, mortis ſecuritas, navigatio ſine periculo, dormiens peregrinatio. Obedientia eſt animi in morte ſecuritas, ſepultura voluntatis, excitatio humilitatis, quæ non obloquitur, non dijudicat, nec bona tanquam mortua, nec vulgi opinione mala ſentit. Qui enim animam ſuam religioſe mortificaverit, de omnibus ſe ſe ipſe purgabit ac defendet. Obedientia eſt judicii cum ſummo judicio abdicatio. Principium hujus religioſæ mortis quà voluntate animi, quà corporis ſenſu & membrorum, habet laborem. Medium alias adhuc laborioſum eſt, alias caret labore. Finis jam vacat omni ſenſu laboris, & motu perturbationis... Tum primum perbeatus hic idemque vivus juxta, atque mortuus ſentit laborem & dolorem, cum animadvertit ſuum ſe voluntatis ſenſum ſecutum, ex quo ſui pondus judicii reformidat. Quicumque ad religioſæ profeſſionis ſtadium decurrendum veſtem paratis ponere: quicumque jugum Chriſti in cervicem veſtram vultis tollere: quicumque ab hoc ipſo puncto temporis impedimenta ſarcinarum in alterius humeros rejicere conamini: quicumque vos ipſos in ſervitutem tranſcribere & emancipare properatis, ut pro illa veram in libertatem afferamini: quicumque manibus alienis levati, hoc ingens mundi pelagus trajicere cupitis, ſcitote vos aſperam quidem, ſed compendioſam viam inſiſtere, quæ unum dumtaxat, & unicum in ſe continet erroris labyrinthum;... ſi pro tui nempe ipſius judicii ſenſu, ſine ductu alterius velis progredi, quam qui cautus omnino declinarit: hic vero priuſquam iter eſt ingreſſus, jam ad metam eorum, quæ honeſta, religioſa, & Deo grata videntur, pervenit. Obedientia quippe nihil aliud eſt, quam ſibi in omnibus per omnem vitam ad mortem uſque diffidere. Quicumque cervicem jugo Domini ſubjicere, & ſubmiſſionis ac ſalutis ſtudio noſtræ ſalutem alteri in Domino vere committere volumus, ante ingreſſum religionis (ſi qua tamen in nobis eſt mica ſalis, aſtutiæ inquam & prudentiæ,) gubernatorem diligenter ante exploremus, & excutiamus, atque ut ita loquar, totum pertentemus, ne pro navarcha in remigem, pro medico in ægrum, pro perfecto in vitioſum, & affectibus obnoxium incidamus; adeoque dum portum quærimus, in ſcyllam & charybdim cum certo naufragii exitio impingamus. Cæterum ubi ſtadium pietatis, & obedientiæ ingreſſi fuerimus, bonum præſidem noſtrum nequaquam amplius judicabimus, neque illius mores ulla ratione ad judicii noſtri cenſuram revocabimus; quamvis nonnullas, ut in homine, labes maculaſve exiguas notaverimus: alioqui nullum ex obſequendi ſtudio fructum operæ referemus. Prorſus neceſſe eſt, ut qui bonæ mentis conſtantiam erga ſuos majores inconcuſſam tueri ſtatuit, recte facta illorum & virtutes intimis animi ſenſibus reponat, nec unquam ex memoria deleat, ſed fixa æternaque cuſtodiat; ut ſi quando ſatores malorum dæmones diffidentiæ ſemina contra cœnobii Antiſtites in nobis ſparſerint, ex prætetitæ vitæ recordatione cerberorum ora retundamus. Nam quo magis fides in animo ſubjecti erga religioſos patres effloruerit, hoc promptius ad omnia corpus officia diſcurret. Quicumque vero ad diffidentis animi ſcopulum offenderit, labetur; immo jam lapſus eſt. Quicquid enim non ex fide agit, peccatum eſt. Ubi te cogitationum turba impulerint, ut in Præſidem tuum, aut inquiras, aut eum damnes, ab illis tanquam ab ſtupro reſili; neque deceptus huic viperæ ullam fidem præbe, neque locum da, nec aditum, nec ullum principii veſtigium. Quin te excetram illam ſic compella: audin humani tu generis proditor? Non ego Præſidis in me judicium, ſed meum ipſe in ſe ſuſcepit: non illius ego, ſed meus ille judex eſt. Majores noſtri arma religionis dixere pſalmodiam; mœnia, preces; balnea, ſinceras lacrymas: ſanctam vero obedientiam confeſſionem eſſe judicarunt, ſine qua nemo, vitiis obnoxius, ad Dei conſpectum admittetur. Subjectus adverſus ſeipſum fert ſententiam. Nam ſi in gratiam numinis perfecte obedierit, quamvis non videatur perfecte id facere, judicio tamen ſe liberavit. Quod ſi quacumque in re pro ſuæ voluntatis arbitrato quid fecerit, etiamſi obſequi videatur, divini tamen judicii diſcrimen adibit. Si tamen ipſum cœnobii Præfectus aſſiduo verborum jurgio everberare non ceſſabit, nondum eſt conclamatus. Si vero Cœnobiarcha tacuerit (tanquam de deſperato) non habeo quod dicam. Qui in Domino cum ſimplicitate ſubjecti, per curioſam rerum imperatarum diſquiſitionem inſidias, & artes dæmonum in ſe non concitant, feliciter vitæ ſtadium decurrunt.

Et pag. 68. Qui loquendo non ſubmittit ſe, certe nec agendo ſe ſubmittet. Qualis in modico eſt, talis eſt in omnibus, fruſtraque laborat, & ex ſancta obedientia nihil niſi grave, & mortiferum judicium ſibi reportat. Qui ſeipſum ſincera, & pura conſcientia perfectiſſime religioſi patris obedientiæ ſubjecit, mortem deinceps intrepidus velut ſomnum, ſeu potius vitam quotidie expectat, certus in exceſſu vitæ non a ſe, ſed a Præſide ſuo rationem exactum iri. Qui officium miniſterii ab religioſo Patre in Domino delatum ultro, non coactus recipit, & in ea re poſtea quid peccaverit aut offenderit, culpa recipienti arma, non danti adſcribetur. Accepit enim gladium ut in hoſtem pugnaret, quem ipſe in ſuo ipſius pectore defixit. Si autem invitus, & ſuam virium imbecillitatem præfatus, & Præſidi conteſtatus, propter Dominum tamen officium ſuſcepit, bono animo ſit, etiamſi deliquit, non enim mortuus eſt. *Legeſis ibidem mira quæ refert Monachorum ſui temporis obedientiæ exempla.*

CASSIAN. *de inſtitut. Monach. lib.* 2. *cap.* 3. Non enim quiſquam conventiculo fratrum, ſed ne ſibi quidem ipſe præeſſe conceditur, priuſquam non ſolum univerſis facultatibus ſuis reddatur externus, ſed ne ſui quidem ipſius ſe eſſe dominum vel poteſtatem habere cognoſcat. Ita namque renunciantem huic mundo quibuslibet facultatibus ac divitiis præditum neceſſe eſt cœnobii commorationem expetere, ut in nullo ſibi ex his quæ reliquit, aut intulit monaſterio, blandiatur: ſic obedire cunctis, ut redeundum ſibi ſecundum ſententiam Domini ad infantiam priſtinam noverit, nihil ſibi conſideratione ævi vel annorum numeroſitate præſumens, quam in ſæculo inaniter conſumptam ſe reputat perdidiſſe; ſed pro rudimentorum merito & tyrocinii novitate, quam ſe gerere in Chriſti militia recognoſcit, ſubdere ſe etiam junioribus non moretur. Operis quoque & ſudoris aſſuetudinem ita ſubire compellitur, ut propriis manibus, juxta Apoſtoli præceptum, quotidianum victum, vel tuis uſibus, vel advenientium neceſſitatibus præparans, & faſtus vitæ præteritæ poſſit, & delicias oblivisci, & humilitatem cordis, contritione laboris acquirere. Ideoque nullus congregationi fratrum præfuturus eligitur priuſquam idem qui præficiendus eſt, qui obtemperaturis oporteat imperari, obediendo didicerit, & quid junioribus tradere debeat, inſtitutis ſeniorum fuerit aſſecutus. Bene enim regere vel regi, ſapientis eſſe pronunciant, ſummumque donum, & gratiam ſancti Spiritus eſſe definiunt. Nam neque ſalutaria præcepta quempiam poſſe obtemperantibus præſtituere, niſi eum qui prius univerſis virtutum diſciplinis fuerit inſtructus, nec obedire quemquam ſeniori poſſe, niſi eum qui conſummatus timore Dei & humilitatis fuerit virtute perfectus.

Lib. 4. cap. 8. Cujus (*ſenioris, ſeu Magiſtri novitiorum*) hæc erit ſollicitudo & eruditio principalis, per quam

Digitized by Google

quam junior introductus aſcendere conſequenter etiam culmina perfectionis ſumma prævaleat, ut doceat eum primitus ſuas vincere voluntates; quem ſtudioſe in his ac diligenter exercens, hæc illi ſemper imperare de induſtria procurabit, quæ ſenſerit animo ejus eſſe contraria. Multis ſiquidem experimentis edocti tradunt, Monachum, & maxime juniores, ne voluptatem quidem concupiſcentiæ ſuæ refrenare poſſe, niſi prius mortificare per obedientiam ſuas didicerint voluntates. Ideoque pronunciant nullatenus prævalere, vel iram, vel triſtitiam, vel ſpiritum fornicationis extinguere, ſed nec humilitatem cordis veram, nec cum fratribus unitatem perpetuam, nec firmam diuturnamque poſſe retinere concordiam, ſed nec in cœnobio quidem diutius permanere, eum qui prius voluntates ſuas non didicerit ſuperare.

Cap. 9. His igitur inſtitutis eos, quos initiant, velut elementis quibuſdam, ac ſyllabis imbuere ad perfectionem, atque informare feſtinant, per hæc ad liquidum diſcernentes, utrum ficta & imaginaria, an vera ſint humilitate fundati.

Cap. 10. Poſt hæc tanta obſervantia obedientiæ regula cuſtoditur, ut juniores abſque Præpoſiti ſui ſcientia vel permiſſu, non ſolum non audeant cella progredi, ſed ne ipſi quidem communi, ac naturali neceſſitati ſatisfacere ſua auctoritate præſumant. Sicque univerſa complere quæcumque fuerint ab eo præcepta, tanquam ſi a Deo ſint cælitus edita, ſine ulla diſcuſſione feſtinant, ut nonnumquam etiam impoſſibilia ſibimet imperata ea fide ac devotione ſuſcipiant, ut tota virtute, ac ſine ulla cordis hæſitatione perficere ea, aut conſummare nitantur; & ne impoſſibilitatem quidem præcepti pro ſenioris ſui reverentia metiantur.

Cap. 12. Itaque conſidentes intra cubilia ſua, & operi, ac meditationi ſtudium pariter impendentes, cum ſonitum pulſantis oſtium, ac diverſorum cellulas percutientis audierint, ad orationem eos ſcilicet, ſeu ad opus aliquod invitantis, certatim e cubilibus ſuis unuſquiſque prorumpit; ita ut is qui opus ſcriptoris exercet, quam repertus fuerit inchoaſſe litteram finire non audeat; ſed in eodem puncto, quo ad aures ejus ſonitus pulſantis advenerit, ſumma velocitate proſiliens, ne tantum quidem moræ interponat, quantum cœpti apicis conſummet effigiem, ſed imperfectas litteræ lineas derelinquens, non tam operis compendia lucrava ſectstur, quam obedientiæ virtutem exequi toto ſtudio atque æmulatione feſtinet. Quem non ſolum operi manuum, ſeu lectioni, vel ſilentio, & quieti cellæ, verum etiam cunctis virtutibus, ita præferunt, ut huic judicent omnia poſtponenda, & univerſa diſpendia ſubire contenti ſint, dummodo hoc bonum in nullo violaſſe videantur.

Cap. 41. *circa finem*. Stultum te ſecundum Apoſtoli
1.Cor.3.18. ſententiam facias in hoc mundo, ut ſis ſapiens: nihil ſcilicet diſcernens, nihil dijudicans ex his, quæ tibi fuerint imperata; ſed cum omni ſimplicitate ac fide obedientiam ſemper exhibeas, illud tantummodo ſanctum, illud utile, illud ſapiens eſſe judicans, quidquid tibi, vel lex Dei, vel ſenioris examen indixerit. Tali enim inſtitutione fundatus, ſub hac diſciplina poteris durare perpetuo, & de cœnobio nullis tentationibus inimici, nullis factionibus devolveris. *Lege etiam ejuſdem libri cap.* 23. *& ſequent. ad* 31. *in quibus mira invenies obedientiæ exempla.*

S. GREGOR. MAGN. *lib.* 2. *cap.* 4. *in* 1. *Reg.* Vera obedientia nec Præpoſitorum intentionem diſcutit, nec præcepta diſcernit; quia qui omne vitæ ſuæ judicium majori ſubdidit, in hoc ſolo gaudet, ſi quod ſibi præcipitur, operatur. Neſcit enim judicare, quiſque perfecte didicerit obedire.

Homil. 32. *in Evang.* Fortaſſe laborioſum non eſt homini relinquere ſua; ſed valde grave eſt relinquere ſeipſum: minus quippe eſt abnegare quod habet, valde autem multum abnegare quod eſt.

Lib. ult. Moral. cap. 10. Per victimas aliena caro, per obedientiam propria voluntas mactatur.

S. BASIL. *de Inſtitut. Monach. ſerm. pag.* 393. Hujus autem (Abbatis *ſcilicet*) poteſtas ea ſit, ut parenti ipſi ex
Rom.13.2. libera animi inductione, ſummiſſioneque, fratrum conventu, eorum nemini ejus voluntati liceat adverſari, in his, quæ ad ſuſceptæ vitæ honeſtatem & exactiorem quemdam cultum facienda ille ſuadeat. Sed, ut Apoſtolus ait, nullo modo conſtitutis a Deo poteſtatibus eſſe reſiſtendum, quando male illi multentur, qui Dei ordinationi reſiſtunt: item hic quoque animum in eo ſuum expleſſe, ac ſibi perſuaſiſſe fratres reliqui omnes debent non fortuito, neque caſu, ſed Dei voluntate hujuſmodi poteſtatem Antiſtiti ſuo fuiſſe delatam, ut quæ ſecundum Deum in virtute progreſſio eſt, ab impedimento libera eſſet: quippe cum & ille quicquid ad utilitatem, ac fructum animarum pertineret, proponeret, iſtique viciſſim libentes ac morigeri data ſibi ab eo conſilia caperent. CONCLUS. PART. II.

Pag. 398. Delata igitur ad unum quempiam de communi omnium conſenſu, poteſtate, privatæ cujuſque ſeparatim omnes faceſſere voluntates debent, ſeſeque cuncti deinceps ad magiſtri ſui mentem conformare, & Ibid. 5. præcepto Apoſtoli obtemperare, qui excellentioribus poteſtatibus ſubjectos eſſe omnes jubet, qui cum ipſis reſtiterint, ipſi ſibi ipſis damnationem inveniant. Porro vere perfectaque ſubjectorum adverſus Moderatorem ordinis obedientia in eo cernitur, ſi quis ex ejus conſilio non a rebus modo flagitioſis abſtineat; ſed ſi, ne ea quidem, quæ laudabilia ſunt, ſine ſententia illius faciat. Nam abſtinentia, & omnis corporis incommodorum perpeſſio utiliter hæc quidem comparata ad aliquid ſunt, at ſi quis propriæ obſequens voluntati, ſpretis conſiliis Antiſtitis ſui, id facere voluerit, quicquid ipſi collibitum ſit, hic plus erit quod faciet mali, quam quod boni. *Qui enim poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*, & præ- Ibid. mium obedientiæ majus debetur, quam recte facto cum continentia.

Lib. Regul. fuſius diſputat. Interrog. 24. *pag.* 459. Cum Apoſtolus dicat, *omnia honeſte, & ſecundum ordinem fiant*: 1.Cor.14.40. equidem illam ego exiſtimo honeſtam, & ex ordine eſſe vivendi in communi fidelium ſocietate rationem, in qua membrorum inter ſe corporis ſimilitudo conſervatur: ut videlicet alius ſit, qui oculi locum obtineat, cui ſcilicet regendæ totius ſocietatis delata procuratio ſit, quique & quæ jam facta ſint, aut probet, aut improbet, & quæ facienda ante provideat, diligenterque conſideret. Alius item, qui aurium, ac manus, in iis audiendis, tractandiſque, quæ audiri, ac tractari conveniat, qua in re ſinguli ex ordine, ſingulorum inter ſe membrorum ſimilitudinem attingant. Noſſe igitur oportet, quia quemadmodum in corpore munus ſuum ſine periculo deſerere unumquodque membrum non poteſt, aut non alio uti ad eam rem, cujus cauſa ab ipſo conditore Deo fabricatum eſt, (quandoquidem ſi aut manus, aut pes oculum habere ducem recuſent, neceſſario & illa res ſibi pernicioſas cum univerſi corporis interitu attrectabit, & hic aut impinget, aut in præceps etiam deferetur. Sive contra oculus ita ſe operuerit, ut nihil aſpiciat, neceſſario ipſe quoque una cum reliquis membris, quibus ex uſu veniant, quæ diximus, interibit:) ſic nihilominus intelligendum eſt, non eſſe extra periculum, qui ceteris præſit, ſi negligentes ſe gerat, cum futurum ſit, ut omnium in judicio cauſam ſuſtineat. Similiterque qui eſt ſub alterius ditione, eum ſcire convenit, ſe, ſi contumax fuerit, nequiquam id impune laturum: in majore autem periculo verſari, ſi alios etiam præterea ſcandalizet. Quemobrem debet unuſquiſque eo in loco, in quo eſt, ſtudium ſuum, abjecta prorſus omni cunctatione, alacriter præ ſe ferre. Siquidem hoc modo obtemperans præcepto Apo- Rom.12.11. ſtoli, qui dicit, ſtudio non pigri, animi parati, promptique laudem nanciſcetur. Contraque ſi lanteſcens ignavia neglexerit officii ſui munia, hoc eſt, miſeri appellationem incurret, audietque illud, Væ. Maledictus enim, inquit, qui facit opus Domini negligenter.

S. HIERON. *Epiſt.* 95. *alias* 4. *ad Ruſticum.* Nulla ars abſque magiſtro diſcitur. Etiam muta animalia ... ductores ſequuntur ſuos... Singuli Eccleſiarum Epiſcopi, Archipreſbyteri, ſinguli Archidiaconi, & omnis ordo Eccleſiaſticus ſuis Rectoribus nititur. In navi unus gubernator: In domo unus dominus: In quamvis grandi exercitu, unius ſignum exſpectatur. Et ne plura replicando faſtidium legenti faciam, per hæc omnia ad illud tendit oratio; ut doceam te, non tuo arbitrio dimittendum, ſed vivere debere in monaſterio ſub unius diſciplina Patris, conſortioque multorum, ut ab alio diſcas humilitatem, ab alio patientiam. Hic te ſilentium, ille doceat manſuetudinem: non facias quod vis; comedas quod juberis; veſtiare quod acceperis; operis tui penſum perſolvas; ſubjiciaris cui non vis; laſſus ad ſtratum venias, ambulanſque dormites, & necdum expleto ſomno ſurgere compellaris. Dicas Pſalmum in ordine tuo; In quo non dulcedo vocis, ſed mentis affectus quæritur, ... ſervias fratribus, hoſpitum laves pedes; paſſus injuriam taceas; Præpoſitum monaſterii timeas ut dominum, diligas ut parentem. Credas tibi ſalutare quidquid ille præceperit, nec de majorum ſententia judices, cujus officii eſt obedire, & implere quæ juſſa ſunt, dicente Moyſe: *Audi Iſrael & tace.*

S. BERNARD. *de gradibus obedientiæ, ſeu de diverſ.* Exod.14.15. *Serm.* 41. *num.* 3. Si homo ille, quem impoſuit Deus ſuper capita noſtra, aliter ſentire voluerit, ponens tenebras lucem, & lucem tenebras, ut præcipiat prædicta

bona

Digitized by Google

CONCLUS. PART. II. bona relinquere, vel malis præfatis adhærere; audacter refutandum eſt præcipientis imperium, & libera voce
Act. 5. 29. dicendum: *Obedire oportet magis Deo, quam hominibus.* Hæc eſt ſpecialis obedientia ad Deum, quæ nequaquam eſt hominis arbitrio temperanda, ſed immutabili conſervanda propoſito. Certam igitur regulam tene, ut nec imperio Prælatorum prædicta bona relinquas, vel facias mala. Inter ſumma vero mala & ſumma bona, quædam media ſunt quæ ad alterutrum ſe habentia, boni malique nomen aſſumunt. Media ſunt ambulare, ſedere, loqui, tacere, comedere, jejunare, vigilare, dormire, & ſi qua ſunt ſimilia: quæ ſi Paſtoris licentia fiant, ſummam expectant retributionem. In his igitur mediis ſubditi eſſe & obedientes debemus ad nutum Præpoſitorum,
1. Cor. 10. 27 *nihil interrogantes propter conſcientiam:* quia in his nullum præfixit opus Deus, ſed Prælatorum dereliquit imperio diſponenda. Non autem te moveat magiſter imperitus, indiſcreta poteſtas, ſed memento quia *non eſt*
Rom. 13. 1. *poteſtas niſi a Deo;* & qui reſiſtit poteſtati, reſiſtit Dei ordinationi. Hæc eſt propria hominis obedientia quam homini debemus, qui homini ſubditi ſumus. Communis eſt etiam iſta inter Deum & hominem: quia quicquid obedientiæ Prælatis exhibetur ei exhibetur qui dicit: *Qui*
Luc. 10. 16. *vos audit, me audit.* Cum magna igitur cautela hoc tramite dicimus incedendum: quia & multi gradus ibidem deliteſcunt, quorum qui unum reliquerit, cæteros ſine retributione tenebit.

Pſ. 53. 8. *N. 4.* Primus autem gradus eſt *obedire libenter*... Unde *voluntarie* (inquit) *ſacrificabo tibi.* Sola ergo voluntas eſt, quæ totius operis ornat affectum, ſine qua nec bene aliquid agitur, etiamſi bonum eſſe videatur. Ea voluntate igitur ſuſcipienda ſunt imperia Prælatorum, & ipſum cor a ſuis voluntatis reflexionibus abducendum, donec propria voluntas mactata mandatum diligat imperantis. Hoc eſt ergo libenter obedire, Prælatorum voluntatem voluntarie adimplere.

Prov. 10. 9. *N. 5.* Secundus gradus eſt *obtemperare ſimpliciter.* *Qui ambulat ſimpliciter ambulat confidenter*... Multos videmus poſt præcipientis imperium multas facere quæſtiones: Cur, quare, quamobrem, ſæpius interrogare, crebras ingeminare querelas; quærere, quare hoc præcipit, unde hoc venit, quis hoc adinvenit conſilium. Inde murmuratio, inde verba murmurationem & indignationem ſonantia, & redolentia amaritudinem. Inde frequens excuſatio, ſimulatio impoſſibilitatis, advocatio amicorum. Non ſic Abraham. Audi quid Dominus de
Pſ. 17. 45. ſimplici populo proteſtetur: *In auditu,* inquit, *auris obedivit mihi,* ut videlicet oſtenderet uno eodemque momento proceſſiſſe & imperantis imperium, & obſequium ob-
Gal. 6. 7. ſequentis: *Nolite errare, Deus non irridetur*... Incede igitur ſimpliciter in mandatis obedientiæ, addens voluntati ſimplicitatem, intentioni illuminationem. *Fortitudo* enim *ſimplicis via Domini,* quæ obedientia eſt. Fortitudinem igitur induunt qui obedientes ſunt, & ſimpliciter incedunt.

2. Cor. 9. 7. *N. 6.* Tertius gradus eſt *hilariter obedire.* *Hilarem* enim *datorem diligit Deus.* *Non ex triſtitia,* inquit Apoſtolus, *aut ex neceſſitate.* Serenitas in vultu, dulcedo in ſermonibus, multum colorant obedientiam obſequentis... Cernis igitur, quam neceſſaria & conveniens ſit hilaritas in obedientiæ executione. Quis enim imperat homini libenter, triſtitiam exſufflans? Si vis ergo perfectus eſſe, hilariter, & cum magna vultus alacritate ſuſcipe jubentis imperium, ut voluntati cordis, ſimplicitati operis, vultus hilaritatem adjungas.

N. 7. Quartus gradus eſt *obſecundare velociter.* *Velo-*
Pſ. 147. 15. *citer currit ſermo Dei,* & velocem habere deſiderat ſequentem. Vides cum quanta velocitate currat ille qui dicit:
Pſ. 118. 32. *viam mandatorum tuorum cucurri.* Fidelis obediens neſcit moras, fugit craſtinum, ignorat tarditatem, præripit præcipientem, parat oculos viſui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itineri pedes; totum ſe colligit, ut imperantis colligat voluntatem. Vide Dominum feſtinanter præcipientem, & hominem feſtinanter obe-
Luc. 19. 5. 6. dientem. *Zachæe,* inquit, *feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere.* *Et feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens.* Animadvertiſti quia & feſtinanter deſcenderit, & gaudenter exceperit. Audiſti obedientiam, audi & obedientiæ remunerationem: *Quia*
Ibid. 9. *hodie ſalus huic domui facta eſt.* Intuere etiam ea occaſione hujus obedientiæ concluſionis grande myſterium, & obſignatam ſignaculo miſericordiæ ſententiam: *Venit*
Ibid. 10. *enim,* inquit, *filius hominis quærere, & ſalvum facere quod perierat.* Nonne legiſti quod filiis Iſrael præcipitur
Exod. 12. 11 ut agnum comedant *feſtinanter?* Feſtinanter quippe veri agni comeſtio ſignatur implenda: quia verba illa, quæ per legem dedit, quæ per ſemetipſum præſens exhibuit, quæ per Eccleſiæ Præpoſitos tradenda reliquit, veloci ſunt obedientia conſummanda. Et tu ergo cum voluntatem cordi, ſimplicitatem operi, hilaritatem vultui conjunxeris, adde & velocitatem; ut ſis juxta Apoſtolum Jacobum, *velox ad audiendum, & ad implendum velocior.* Jac. 1. 19.

N. 8. Quintus gradus eſt *adimplere viriliter.* *Viriliter* Pſ. 30. 25. *agite, & confortetur cor veſtrum, omnes qui ſperatis in Domino.* Non eſt fortitudinis ire ad inobedientiam, ſed ab obedientia non abduci. Si tribulatio intonat, ſi perſecutio reſultat, ſi peccatores tibi laqueum ponunt, ſi maligni tuum iter impediunt: tu obedientiæ viam non deſeras, ſed dic: *Paratus ſum, & non ſum turbatus, ut cu-* Pſ. 118. 60. *ſtodiam mandata tua.*

N. 9. Sextus gradus eſt *humiliter obedire.*

N. 10. Septimus gradus eſt *indeſinenter obtemperare.* Matt. 10. 22 Non qui incœperit, ſed *qui perſeveraverit, hic ſalvus erit.*

De præcept. & diſpenſat. cap. 6. num. 12. Perfecta obedientia legem neſcit, terminis non arctatur: neque contenta anguſtiis profeſſionis, largiori voluntate fertur in latitudine caritatis, & ad omne quod injungitur ſpontaneo vigore liberalis alacriſque animi, modum non conſiderans, in infinitam libertatem extenditur. Hæc eſt illa, de qua ſignanter Apoſtolus Petrus, *caſtificantes,* 1. Pet. 1. 22. inquit, *corda veſtra in obedientia caritatis;* pulchre ipſam per hoc ſequeſtrans ab illa inerti, & ſervili quodammodo obedientia, nec caritati prompta, ſed obnoxia neceſſitati. Huic juſti illius, cui lex poſita non eſt, propria eſt: non quod vel ille perfectus vivere debeat ſine lege, ſed quia non ſit ſub lege; minime quippe contentus voto ſuæ cujuſcumque profeſſionis, quam ſuperat animi devotione. Quamquam nec iſtam Regula ipſa tacuerit, ubi monet, ſi fratri impoſſibilia injunguntur, *ut confidens de adjutorio Dei, obediat ex caritate.* In eadem denique Regula *tertius humilitatis deſcribitur gra-* Reg. S. Bened. c. 68. *dus, ut omni obedientia monachus ſe ſubdat majori.* Di- Ibid. c. 7. cens quippe omni, non vult nos in obediendo menſura eſſe contentos profeſſionis, non attendere promiſſi debitum, non de pacto ſumere modum, ſed tranſire alacriter etiam votum, & obedire in omnibus. Eſt ſane quidam obedientiæ limes ſecundum tempus ipſa temporis extremitas, ut is ſit terminus obedientiæ, qui & vitæ. Hunc nobis maxime unigeniti Dei commendat exemplum, qui *factus eſt Patri obediens uſque ad* Phil. 2. 8. *mortem.*

Cap. 7. n. 16. Bonus quidem obedientiæ gradus eſt, ſi juxta Magiſtri noſtri ſententiam, propter metum gehen- S. Bened. næ, ſeu propter profeſſionem ſanctam quam profeſſus eſt Reg. c. 5. quiſpiam obedierit; melior tamen cum ex Dei amore obeditur, illa quippe obedientia neceſſitatis eſt, iſta caritatis. Illum autem optimum dixerim obedientiæ gradum, cum eo animo injunctum opus recipitur, quo & præcipitur. Cum enim ex voluntate jubentis pendet intentio exequentis, fit ut nec majus minoribus, nec minus majoribus conſilie (ut aſſolet) ad implendum quod injungitur, ſubjectis ſtudium impendatur. Sed moderante animo quæque pro ſua dignitate imperia, modum ſciat utrobique ſervare, tam in obſervando videlicet juſſa, quam in cavendo prohibita: non quod vel minimum horum quæ jubentur, contemnendum putet, etſi tamen minimum quod minimum eſt, reputet, ſed minimum eſt ex comparatione majorum. Norit verus humiliſque obediens & minima non contemnare, & maxime curare quæ maxima ſunt, intimo quodam devoti ſincerique animi ſapore diſcernens, quibus de mandatis ei qui præeſt, ſuis quodammodo factis reſpondeat cum Propheta: *tu* Pſ. 117. 4. *mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.*

Cap. 10. num. 23. Et quidem non nego difficultatem tantæ ineſſe perfectioni, ſed cum ipſa corde imperfecto præſumitur; porro imperfecti cordis, & infirmæ prorſus voluntatis indicium eſt, ſtatuta ſeniorum ſtudioſius diſcutere, hærere ad ſingula quæ injunguntur, exigere de quibuſque rationem, & male ſuſpicari de omni præcepto, cujus cauſa latuerit; nec unquam libenter obedire, niſi cum audire contigerit, quod forte libuerit: aut quod non aliter licere, ſeu expedire monſtraverit vel aperta ratio, vel indubitata auctoritas. Delicata ſatis, imo nimis moleſta eſt hujuſcemodi obedientia. Non plane hæc illa eſt, quæ ex Regula traditur, *obe-* Reg. S. Bened. c. 5. *dientia ſine mora.* Diſputare profecto hoc eſt in actu cordis, non in auditu auris obedire. Hujuſmodi ergo carnalem animam non modo premi, ſed etiam opprimi pondere præſumptæ perfectionis neceſſe eſt: quia non poteſt portare caro infirma, quod ſolus ſpiritus promptus aſſeritur jugum eſſe ſuave, & onus leve. Chriſti quippe jugum & onus eſt, & omnino importabile, niſi Chriſti

æque

ſalutem, cur ergo propoſuit ea Chriſtus?

R. Propoſuit ea ut res ex natura ſua eximias, quæ ducunt ad perfectionem, & faciliorem reddunt executionem præceptorum.

Conſilia Evangelica ſunt quid eximium. Id per ſe patet. Nemo non intelligit nihil fieri poſſe Deo gratius quam oblationem & veluti ſacrificium ſui corporis, ſuæ voluntatis, ſuæ pecuniæ & fortunæ. Id autem fit per Evangelicam caſtitatem, obedien-
H tiam, & paupertatem. (H)

Conſilia Evangelica ducunt ad perfectionem, cum Chriſtiana perfectio in eo poſita eſt, ut diximus, ut alieni ab omni peccato, Deo uni adhæreamus perfecta caritate. At nihil eſt quod ad hunc ſtatum animi nos ducat felicius quam Evangelica caſtitas & obedientia & paupertas. Alieni enim efficimur per caſtitatem Evangelicam a concupiſcentia carnis; per paupertatem Evangelicam a concupiſcentia oculorum; per obedientiam Evangelicam a ſuperbia vitæ. Hæc autem triplex concupiſcentia, fons & origo peccatorum omnium, ſola cauſa eſt cur non adhæreamus Deo ut par eſt. (I) CONCLUS. PART. II.

Tan-

æque ſpiritui. Huic itaque ſi dicitis legem Regulæ ſubintraſſa, ut abundaret delictum; verum dicitis. Ceterum hoc culpa non eſt datæ legis, aut dantis legem: ſed improvide profitentis, & impie prævaricantis. Mandatum quidem ſanctum & juſtum, ſed
Rom. 7. 14. tu ta noris eſſe carnalem, *venumdatum ſub peccato*. Verum hoc ante prævidiſſe debueras, quo turris hujus Evangelicæ non prius jaceres fundamentum, quam ſedens computares, ſi haberes ſumptus ad perficiendum. Nunc autem quid reſtat, niſi ut aut correctus obedias ſenioribus, aut confuſus audias ab illuſoribus:
Luc. 14. 30. *Hic homo cœpit ædificare & non potuit conſummare.*

Serm. 1. in Converſ. S. Pauli, num. 6. Quam pauci inveniuntur in hac perfectæ obedientiæ forma, qui ſuam ita abjecerunt voluntatem, ut ne ipſum quidem cor proprium habeant, ut non quod ipſi ſed quid Dominus velit, omni hora requirant, dicen-
Act. 9. 6. 1. tes ſine intermiſſione, *Domine quid me vis facere?*
Reg. 111. 10. Et illud Samuelis: *Loquere Domine, quia audit ſervus tuus.*

Serm. 32. in Cant. num. 6. In diſciplina diſcis inferior eſſe, in natura par, in gratia ſuperior: hoc eſt, ſub alio, cum alio, ſuper alium: vel ſic ſubeſſe, coeſſe, præeſſe. Primo ergo diſcis eſſe diſcipulus, ſecundo ſocius, tertio & magiſter. Et quidem omnes homines æquales natura genuit: & quoniam bono naturæ in moribus ſuperbia depravato facti ſunt homines æqualitatis impatientes, contendentes, invicem ſuperiores conſtitui, atque alterutrum ſupergredi cupientes, invicem provocantes: primo omnium in cella priori jugo diſciplinæ inſolentia morum domanda eſt, quouſque duris ac diutinis ſeniorum attrita legibus humilietur, & ſanetur cervicoſa voluntas, bonorum in ſe naturæ, quod ſuperbiendo amiſerat, obediendo recipiat: dum ſolo jam naturali affectu non metu diſciplinæ, cum univerſis naturæ ſuæ ſociis, id eſt, cum omnibus hominibus ſocialiter quantum in ſe eſt, quieteque ſeſe habere didicerit.

S. Aug. *De Morib. Eccl. Cathol. lib. 1. c. 31. n. 65.* Accipite, Manichæi, perfectorum Chriſtianorum, quibus ſumma caſtitas non laudanda tantum, ſed etiam capeſſenda viſa eſt, mores & continentiam ſingularem. Quis enim neſcit ſummæ continentiæ hominum Chriſtianorum multitudinem per totum orbem in dies magis magiſque diffundi, & in Oriente maxime atque Ægypto, quod vos nullo modo poteſt latere.

N. 66. Nihil de iis dicam quos paulo ante commemoravi, qui ſecretiſſime penitus ab omni hominum conſpectu, pane ſolo, qui eis per certa intervalla temporum affertur, & aqua contenti, deſertiſſimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæſerunt, & ejus pulchritudinis contemplatione beatiſſimi, quæ niſi Sanctorum intellectu percipi non poteſt. Nihil, inquam, de his loquar; videntur enim nonnullis res humanas plus quam oporteret deſeruiſſe, non intelligentibus quantum nobis eorum animus in orationibus proſit, & vita ad exemplum, quorum corpora videre non ſinimur... Admonendi ſunt, qui ſeſe *inaniter* jactant, in tantum proceſſiſſe temperantiam & continentiam ſanctiſſimorum Catholicæ fidei Chriſtianorum, ut reſtringenda nonnullis, & quaſi ad humanos fines revocanda videatur, uſque adeo ſupra homines illorum animos evaſiſſe, ab iis etiam quibus id diſplicet, judicatur.

N. 67. Sed ſi hoc excedit noſtram tolerantiam, quis non illos miretur & prædicet, qui contemptis atque deſertis mundi hujus illecebris, in communem vitam caſtiſſimam ſanctiſſimamque congregati, ſimul ætates agunt, viventes in orationibus, in lectionibus, in diſputationibus; nulla ſuperbia tumidi, nulla pervicacia turbolenti, nulla invidentia lividi: ſed modeſti, verecundi, pacati; concordiſſimam vitam & intentiſſimam in Deum, gratiſſimum munus, ipſi offerunt, a quo iſta poſſe meruerunt. Nemo quidquam poſſidet proprium, nemo cuiquam oneroſus eſt. Operantur manibus ea, quibus & corpus paſci poſſit, & a Deo mens impediri non poſſit. Opus autem ſuum tradunt, eis quos decanos vocant eo quod ſint denis præpoſiti, ut neminem illorum cura ſui corporis tangat, neque in cibo, neque in veſtimento, neque ſi quid aliud opus eſt, vel quotidianæ neceſſitati, vel mutatæ, ut adſolet, valetudini. Illi autem decani cum magna ſolicitudine omnia diſponentes, & præſto facientes quidquid illa vita propter imbecillitatem corporis poſtulat, rationem tamen etiam ipſi reddunt uni, quem Patrem appellant. Hi vero Patres non ſolum ſanctiſſimi moribus, ſed etiam divina doctrina excellentiſſimi, omnibus rebus excelſi, nulla ſuperbia conſulunt iis quos filios vocant, magna ſua in jubendo auctoritate, magna illorum in obtemperando voluntate.

Enarrat. in Pſal. cxxxii. *n.* 2. Unde illi centum vi- Act. 11. 1.
ginti, qui ſimul erant in uno loco poſt Reſurrectionem Domini & Aſcenſionem in cælum, quibus in uno loco conſtitutis ſupervenit Spiritus ſanctus die Pentecoſtes miſſus de cælo, ſic miſſus, ſicut promiſ- Act. 4. 34.
ſus? Omnes inde erant: (*ſcilicet* ex Judæis) & ipſi primi habitaverunt in unum, qui omnia quæ habebant vendiderunt, rerumque ſuarum pretia ad pedes Apoſtolorum poſuerunt, ſicut in Actibus Apoſtolo-
rum legitur; *& diſtribuebatur unicuique ſicut cuique* Ibid. 35.
opus erat, & nemo dicebat aliquid proprium, ſed erant illis omnia communia. Et quid eſt, *in unum?* Et *erat illis*, inquit, *anima una & cor unum* in Deum. Ergo
ipſi prius audierunt, *Ecce quam bonum & quam jucun-* Ibid. 32.
dum, habitare fratres in unum. Primi audierunt, ſed Pſ. 132. 1.
non ſoli audierunt. Non enim uſque ad illos iſta dilectio & unitas fratrum venit. Venit enim & ad poſteros iſta caritatis exultatio, & votum Deo. Vovetur enim aliquid Deo, & dictum eſt, *vovete, & red-*
dite Domino Deo veſtro. Melius eſt autem *non vovere*, Pſ. 75. 12.
quam vovere & non reddere. Sed debet eſſe impiger Eccleſ. 5. 4.
animus, ut & voveat, & reddat; ne cum ſe minus idoneum putat ad reddendum piger ſit ad vovendum. Plane nunquam reddet, ſi de ſuo ſe putaverit redditurum.

N. 6. Quare ergo & nos non appellemus Monachos,
cum dicat Pſalmus, *Ecce quam bonum & quam jucun-* Pſ. 132. 1.
dum habitare fratres in unum? μόνος enim unus dicitur: & non unus quomodocumque; nam & in turba eſt unus, ſed una cum multis unus dici poteſt, μόνος non poteſt, id eſt ſolus: μόνος enim unus ſolum. Qui ergo ſic vivunt in unum, ut unum hominem fa-
ciant, ut ſit illis vere quod ſcriptum eſt, *una anima,* Act. 4. 32.
& unum cor; multa corpora, ſed non multæ animæ; multa corpora, ſed non multa corda, recte dicitur μόνος id eſt, unus ſolus.

(H) Matth. xvi. 24. xix. 12. & 21. *Vide ſupra hocce §. litt.* (D & G)

Ibidem 27. Tunc reſpondens Petrus, dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? 28. Jeſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſrael. 29. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

Luc. 14. 33. *Vide ſupra hocce §. litt.* (D)

(I) S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 186. *art.* 7. *in Concluſ.* Religionis ſtatus quatenus eſt quoddam holocauſtum, quo quis ſe totum Deo offert, & quaſi immolat, ex tribus

votis,

Digitized by Google

Tandem conſilia Evangelica faciliorem reddunt executionem præceptorum, Id demonſtrare juvat in ſupradictis tribus conſiliis Evangelicis.

Omnibus hoc præceptum eſt, ut uni Deo ſerviant nec claudicent in duas partes, ita ut partem unam cordis Deus, partem alte-
K ram creatura poſſideat; (K) Deus toto corde diligendus. Atqui uni Deo ſervire longe facilius eſt ei qui vitam agit cælibem, qui ſine conjuge eſt, quam ei qui matrimonio eſt impli-
L catos. (L)

Omnibus præceptum eſt habere cor alienum a
M divitiis. (M) Atqui illud facilius eſt cum divitiæ abjiciuntur omnino, quam ubi conſervantur.
N (N)

Omnibus præceptum eſt abnegare ſemetipſos,
O frænare ſuperbiam, ſibi ipſi mori. (O) Atqui illud longe facilius eſt illi qui Superioris alicujus voluntati in omnibus ſubjicitur, quam illi qui in ſuo arbitrio poſitus, facit quod lubet.
P (P).

I. Quomodo affectos eſſe oportet eos qui conſilia ſequuntur Evangelica?

R. Tria hæc omnino neceſſaria, alioqui nihil confert ad ſalutem conſilia Evangelica amplecti.

1. Rectus finis. Nihil aliud ſibi proponendum in animo, quam placere Deo ipſiusque ſervire gloriæ.

2. Magna humilitas. Non propterea exiſtimandum eſſe ſe meliores & perfectiores iis qui non amplectuntur conſilia Evangelica.

3. Magna in mandatorum obſervatione fidelitas. Præceptum debet prius obſervari quam conſilium. Alioqui inutilis prorſus obſervatio conſilii.
(Q) Q

I. Ergo fieri poteſt ut qui præcepta ſequuntur non conſilia, perfectiores ſint iis qui conſilia Evangelica amplexi ſunt?

R. Si magis alieni ſint ab omni cupiditate, magis conjuncti Deo per caritatem, magis de præceptorum obſervatione ſolliciti, qui ſui juris ſunt, & copulati matrimonio, quam qui conſilia Evangelica ſequi ſe profitentur, (quod non raro accidit) tunc perfectiores ſunt

votis, obedientiæ videlicet, continentiæ & paupertatis integratur, in iiſque votis religionis perfectio conſiſtit.

Reſpondeo dicendum, quod Religionis ſtatus poteſt conſiderari tripliciter. Uno modo, ſecundum quod eſt quoddam exercitium tendendi in perfectionem caritatis. Alio modo ſecundum quod quietat animum humanum ab exterioribus ſollicitudinibus: ſecundum illud 1. ad Corinth. 7. *Volo vos ſine ſollicitudine eſſe.* Tertio modo, ſecundum quod eſt quoddam holocauſtum per quod aliquis totaliter ſe & ſua offert Deo; & ſecundum hæc, ex his tribus votis integratur religionis ſtatus. Primo enim quantum ad exercitium perfectionis, requiritur quod aliquis a ſe removeat illa per quæ poſſet impediri, ne totaliter ejus affectus tendat in Deum in quo conſiſtit perfectio caritatis. Hujuſmodi autem ſunt tria: primum quidem cupiditas exteriorum bonorum, quæ tollitur per votum paupertatis. Secundum autem eſt concupiſcentia ſenſibilium delectationum, inter quas præcellunt delectationes venereæ, quæ excluduntur per votum continentiæ. Tertium autem eſt inordinatio voluntatis humanæ, quæ excluditur per votum obedientiæ. Similiter autem ſollicitudinis ſæcularis inquietudo præcipue ingeritur homini circa tria. Primo quidem circa diſpenſationem exteriorum rerum: & hæc ſollicitudo per votum paupertatis homini aufertur. Secundo circa gubernationem uxoris & filiorum, quæ amputatur per votum continentiæ. Tertio circa diſpoſitionem propriorum actuum: quæ amputatur per votum obedientiæ, quo aliquis ſe alterius diſpoſitioni committit. Similiter etiam holocauſtum eſt, cum aliquis totum quod habet offert Deo, ut Gregor. dicit ſuper Ezech. (Hom. 20.) Habet autem homo triplex bonum ſecundum Philoſophum (in 1. Ethicor. c. 12. & 13.) primo quidem, exteriorum rerum: quas quidem aliquis Deo offert, per votum voluntariæ paupertatis. Secundo autem bonum proprii corporis, quod aliquis proprie offert Deo per votum continentiæ, quo abrenuntiat maximis delectationibus corporis. Tertium autem bonum eſt animæ, quod aliquis totaliter Deo offert per obedientiam, qua aliquis offert Deo propriam voluntatem, per quam homo utitur omnibus potentiis & habitibus animæ: & ideo convenienter ex tribus votis ſtatus religionis integratur.

(K) MATTH. VI. 24. Nemo poteſt duobus dominis ſervire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſervire & mammonæ.

(L) 1. COR. VII. 32. Volo autem vos ſine ſollicitudine eſſe. Qui ſine uxore eſt, ſollicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. 33. Qui autem cum uxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori, & diviſus eſt.

(M) LUC. XIV. 33. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

(N) S. AUG. *de Morib. Eccleſ. Cathol. lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 42. Neque illum memorabo virum, a quo in magnis cruciatibus corporis & horribili tabe membrorum, non modo ſuſtinentur humana, ſed divina etiam diſputantur. In cujus ſingulis vocibus ſatis elucet ſi quis æquo animo attendat, quanti pendenda ſint iſta, quæ cum volunt homines per dominationem tenere, ab his ipſis potius per cupiditatem tenentur, & rerum mortalium ſervi fiunt, dum imperite domini eſſe deſiderant. Amiſit namque ille omnes divitias, & factus repente pauperrimus, tam inconcuſſum animum tenuit, & infixum Deo, ut ſatis demonſtraret, non illas ſibi fuiſſe magnas, ſed ſe illis, ſibi autem Deum. Quo animo ſi eſſe poſſent noſtri temporis homines, non magnopere in novo Teſtamento ab iſtorum poſſeſſione prohiberemur, ut perfecti eſſe poſſemus. Multo enim mirabilius eſt, non inhærere iſtis quamvis poſſideas, quam omnino ea non poſſidere.

Cap. 31. *Vide ſupra hocce §. lit.* (G.)

S. PAULINUS *Epiſt.* 24. *ad Severum. Vide ſupra hocce lit.* (B)

(O) MATTH. XVI. 14. *Vide ſupra hocce paragraf. litt.* (G)

LUC. IX. 23. *Vide ſupra litt.* (D) *hocce §.*

(P) *Vide* AUCTORES *ſupra laudatos hocce Paragrafo litt.* (G)

(Q) S. AUG. *Lib. de ſancta Virginit. c.* 33. *num.* 33. Cum ergo Chriſtianis omnibus cuſtodienda ſit humilitas... tum maxime virtutis hujus ſectatores & conſervatores eos eſſe convenit, qui magno aliquo bono ceteris eminent, ut magnopere curent illud quod primitus poſui, *Quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam.* Proinde quia perpetua continentia, maximeque virginitas, magnum bonum eſt in ſanctis Dei, vigilantiſſime cavendum eſt ne ſuperbia corrumpatur.

Cap. 36. *num.* 37. Reſpice (*Domine*) agmina virginum, puerorum puellarumque ſanctarum.. propter regnum cælorum ſe ipſos... quia hortatus es, caſtraverunt.

Cap. 37. His inclama, hi te audiant, quoniam mitis es & humilis corde. Hi quanto magni ſunt, tanto humilient ſe in omnibus, ut coram te inveniant gratiam.

Cap. 39. *n.* 40. Et quæ magis membra corporis ſancti, quod eſt Eccleſia, curare debent, ut ſuper ea requieſcat Spiritus ſanctus, quam virginalem profitentia ſanctitatem? Quomodo autem requieſcit ubi non invenit locum ſuum? quid aliud quam cor humiliatum quod impleat, non unde reſiliat; quod erigat, non quod deprimat? cum apertiſſime dictum ſit, *ſuper quem requieſcet Spiritus meus? ſuper humilem & quietum & trementem verba mea.* Jam juſte vivis, jam pie vivis, pudice, ſancte, virginali caſtitate vivis: adhuc tamen hic vivis, & non humiliaris audiendo, *numquid non tentatio eſt vita humana ſuper terram?* Non te a præfidente elatione reverberat, *væ mundo ab ſcandalis!* Non contremiſcis, ne deputeris in multis quorum refrigeſcit caritas, quoniam abun-

Iſai. 66. 2.
Job 7. 1.
Mat. 18

Digitized by Google

ſunt illi qui non conſilia ſed præcepta Evangelica ſequuntur, quam hi qui cum conſilia Evangelica amplexi ſint, præcepta negligunt. (R) R

Nam perfectio non in conſiliorum Evangelicorum executione poſita eſt, ſed in perfectione caritatis, quam abſolute ſine conſiliis Evangelicis, licet difficilius, aſſequi poſſumus. (S) S

abundat iniquitas? Non, percutis pectus cum audis,
1. Cor. x. 12. *Quapropter qui ſe putat ſtare videat ne cadat?* Inter hæc divina monita & humana pericula, itane adhuc virginibus ſanctis humilitatem perſuadere laboramus?

Cap. 41. *n.* 42. Quapropter hæc prima ſit induendæ humilitatis cogitatio, ne a ſe ſibi putet eſſe Dei virgo quod talis eſt, ac non potius hoc donum optimum
Jacob. 1. 17. deſuper deſcendere a Patre luminum. *Sequentia lege in ipſo libro; nam hanc ipſam materiam ad finem uſque libri perſequitur.*

S. LEO *Epiſt. ad Demetriad. cap.* 16. Vigilant tentatoris inſidiæ, ut ubi proficit devotio, ſurrepat elatio; & ut homo de bono opere in ſe potius quam in Domino glorietur: ſed ſolicitudo nos Apoſtoli contra
Philip. 11. 12. & 13. hoc periculum monet, dicens: *Cum timore & tremore veſtram ſalutem operamini. Deus eſt enim qui operatur in vobis, & velle, & operari pro bona voluntate.* Quanto ergo excellentius in mandatis Dei quique proficiunt, tanto majores habent cauſſas formidinis & tremoris: ne de ipſis probitatis argumentis mens ſibi conſcia, & laudis avida, in ſuperbiæ rapiatur exceſſus, & fiat immunda vanitate, dum ſibi videtur clara virtute. Sed contra hoc periculum quid beatus Petrus in pri-
1. Petr. IV. 11. ma Epiſtola prædicet, audiamus: *Si quis* inquit, *loquitur, tamquam ſermones Dei, ſi quis miniſtrat, tamquam ex virtute quam adminiſtrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Jeſum Chriſtum, cui eſt gloria &*
2. Petr. 1. 3. & 4. *imperium in ſecula.* Item in Epiſtola ſecunda: *Gratia*, inquit, *vobis adimpleatur in recognitione Domini noſtri Jeſu Chriſti, quia nunc omnia nobis divina virtute ſua, quæ ad vitam & pietatem pertinent, donavit per agnitionem ſuam, qui vocavit nos propria gloriæ virtute, per quam maxima nobis & precioſa promiſſa donavit: ut per hæc efficiamini divinæ conſortes naturæ, fugientes ejus, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem.* Si ergo omnia quæ ad vitam & pietatem pertinent, Deus nobis divina ſua virtute donavit; nihil magis fugiendum eſt quam appetitus hujus concupiſcentiæ, quæ virtutem negat divini operis, amore propriæ dignitatis: & cum aliæ cupiditates ea tantum bona quibus adverſantur, imminuant, hæc dum omnia ad ſe trahit, ſimul univerſa corrumpit. Cum itaque totius ſuperbiæ generale nomen odioſum ſit: ſive illa de honore ſuo, ſeu de nobilitate, vel immodicis opibus intumeſcat: hæc pars ipſius omnibus tentationibus nocentior invenitur, quæ videtur iis quas perditas cupit, amica eſſe virtutibus. Sed quia ſublimiora quæque gravius corruunt: gaudet princeps ſuperbiæ, eos quos potuerit ſua impulſione proſternere, ad celſiora creviſſe.

Cap. 21. Hinc autem corruptiſſimum peſtilentiæ ipſius ſtatum, ſpiritus veræ humilitatis, & veræ caritatis excludit: in nullo enim hæ virtutes ab invicem dividuntur, & ambarum tam indiſcreta connexio eſt, ut qui in una earum conſtruitur, ſimul utraque potiatur. Sicut enim pars caritatis eſt humilitas: ita pars humilitatis eſt caritas. Et ſi illa recolamus, quæ ſine bono caritatis infructuoſa eſſe Apoſtolus definivit, inveniemus eadem ſimilem habere vanitatem, ſi eis humilitas vera defuerit. Quem enim fructum habebit, aut cum inflatione ſcientia, aut cum humana gloria fides, aut cum jactantia largitas, aut cum elatione martyrium? Unde quia in deſtructionem ſuperbiæ, & humilitas tendit, & caritas; de utraque habeatur dictum, quicquid de una eſt diſputatum.

(R) S. AUG. *de bono Conjug. cap.* 23. *n.* 28. Res ergo ipſas ſi comparemus, nullo modo dubitandum eſt meliorem eſſe caſtitatem continentiæ quam caſtitatem nuptialem, cum tamen utrumque ſit bonum: homines vero cum comparamus, ille eſt melior qui bonum amplius quam alius habet. Porro qui amplius ejuſdem generis habet, & id quod minus eſt habet: qui autem tantummodo quod minus eſt habet, id quod eſt amplius non utique habet. In ſexaginta enim ſunt & triginta, non in triginta ſunt & ſexaginta. Non operari autem ex eo quod habet, in diſtributione officiorum poſitum eſt, non in egeſtate virtutum: quia nec bono miſericordiæ caret, qui non invenit miſeros quibus poſſit miſericorditer ſubvenire.

N. 29. Huc accedit, quia non recte comparantur homines hominibus ex uno aliquo modo. Fieri enim poteſt ut alius non habeat aliquid quod alius habet, ſed aliud habeat quod pluris æſtimandum eſt. Majus enim bonum eſt obedientiæ quam continentiæ. Nam

connubium nuſquam noſtrarum ſcripturarum auctoritate damnatur, inobedientia vero nuſquam abſolvitur. Si ergo proponatur virgo permanſura, ſed tamen inobediens, & maritata quæ virgo permanere non poſſet, ſed tamen obediens, quam meliorem dicamus? Minus laudabilem quam ſi virgo eſſet, an damnabilem ſicut virgo eſt? Ita ſi conferas ebrioſam virginem ſobriæ conjugatæ, quis dubitet eamdem ferre ſententiam? Nuptiæ quippe & virginitas duo bona ſunt, quorum alterum majus: ſobrietas autem & ebrioſitas, ſicut obedientia & contumacia, illa bona ſunt, hæc mala. Melius eſt autem habere omnia bona vel minora, quam magnum bonum cum magno malo.

N. 30. Recte plane quæritur, non utrum omnimodis inobediens virgo conjugatæ obedienti, ſed minus obediens obedientiori, comparanda ſit; quia & illa nuptialis caſtitas eſt, & ideo bonum eſt, ſed minor quam virginalis. Tanto ergo minor in bono obedientiæ, quanto major in bono caſtitatis, ſi altera alteri comparetur, quæ præponenda ſit judicat, qui primo ipſam caſtitatem & obedientiam comparans, videt omnium virtutum quodam modo matrem eſſe obedientiam. Ac per hoc ideo poteſt eſſe obedientia ſine virginitate, quia virginitas ex conſilio eſt, non ex præcepto. Obedientiam vero illam dico, qua præceptis obtemperatur. Ideoque obedientia præceptorum ſine virginitate quidem poteſt, ſed ſine caſtitate eſſe non poteſt. Ad caſtitatem namque pertinet non fornicari, non mœchari, nullo illicito concubitu maculari; quæ qui non obſervant, contra præcepta Dei faciunt, & ob hoc extorres ſunt a virtute obedientiæ. Virginitas autem propterea poteſt eſſe ſine obedientia, quia poteſt fœmina conſilio virginitatis accepto, & cuſtodita virginitate, præcepta contemnere: ſicut multas ſacras virgines novimus verboſas, curioſas, ebrioſas, litigioſas, avaras, ſuperbas; quæ omnia contra præcepta ſunt, & ſicut ipſam Evam inobedientiæ crimine occidunt. Quapropter non ſolum obediens inobedienti, ſed obedientior conjugata minus obedienti virgini præponenda eſt.

De Civit. Dei, lib. 16. *c.* 36. Iſte Patriarcha (Iſaac) nec uxorem habuit aliam, nec aliquam concubinam .... Nec ideo tamen iſtum patri ejus (Abraham) præferre debemus, quia ille nullam fœminam præter
Gen. XXII. 16. unam conjugem noverat. Erant enim procul dubio paternæ fidei & obedientiæ merita potiora, in tantum ut propter illum dicat Deus, huic ſe facere bona quæ facit ... Ut etiam hoc noverimus, non ex bonis ſingulis inter ſe homines comparare, ſed in unoquoque conſideremus univerſa. Fieri enim poteſt, ut habeat aliquid in vita & moribus quiſpiam quo ſuperat alium, idque ſit longe præſtabilius quam eſt illud unde ab alio ſuperatur. Ac per hoc ſano veroque judicio, cum continentia conjugio præferatur, melior eſt tamen homo fidelis conjugatus, quam continens infidelis. Sed infidelis homo, non ſolum minus laudandus, verùm etiam maxime deteſtandus eſt. Conſtituamus ambos bonos; etiam ſic profecto melior eſt conjugatus fideliſſimus & obedientiſſimus Deo, quam continens minoriſque obedientiæ: ſi vero paria ſint cetera, continentem conjugato præferre quis ambigat?

S. PAULIN. *Epiſt.* 24. *ad Severum. Vide ſupra hacce Concluſione, litt.* (B)

(S) S. AUGUST. *de moribus Eccleſ. Cathol. lib.* 1. *c.* 33. *n.* 73. Caritas præcipue cuſtoditur, caritati victus, caritati ſermo, caritati habitus, caritati vultus aptatur; coitur in unam conſpiraturque caritatem: hanc
1. Cor. XIII. 3. violare tamquam Deum nefas ducitur: huic ſi quid reſiſtit, expugnatur atque ejicitur; hanc ſi quid offendit, unum diem durare non ſinitur. Sciunt ita commendatam eſſe a Chriſto & Apoſtolis, ut ſi hæc una deſit, inania; ſi hæc adſit, plena ſint omnia.

Epiſt. 157. *alias* 89. *ad Hilarium, cap.* 4. *num.* 24. Hic utique dicunt, ideo patres antiquos non vendidiſſe omnia quæ habebant, & dediſſe pauperibus, quia hoc eis non præceperat Dominus .... Poſtea vero quam magnum pietatis ſacramentum manifeſtum eſt in carne, & vocandis omnibus gentibus Chriſti adventus illuxit, in quem etiam illi patres crediderant, ſed hujus fidei olivam ſuo tempore manifeſtandam, in illius arboris, de qua Apoſtolus

loquitur, tamquam radice ſervabant, dictum eſt diviti, *Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælis, & veni, ſequere me.* Rom. xi. 17. Matt. xix. 21.

N. 25. Hæc ſi dicunt, videntur aliquid rationabiliter dicere: ſed totum audiant, totum advertant, non in parte aures aperiant, in parte ſurdeſcant. Cui enim Dominus hæc præcepit? Profecto illi diviti, qui vitæ æternæ conſequendæ conſilium quærebat accipere. Hoc enim Domino dixerat, *Quid faciam, ut vitam æternam conſequar?* Ille autem non ei reſpondit, Si vis venire ad vitam, vade, vende omnia quæ habes: ſed, *Si vis venire ad vitam, ſerva mandata.* (Ibid. 16.) Quæ juvenis cum ſibi a Domino ea lege commemorata ſe ſervaſſe dixiſſet, & quæſiiſſet quid adhuc ſibi deeſſet, reſponſum accepit, *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* (Ibid. 17.) Et ne ſe illa, quæ multum amabat, hoc modo perdere exiſtimaret; *Et habebis*, inquit, *theſaurum in cælis.* (Ibid. 21. Matt. x. 21.) Deinde addit, *Et veni, ſequere me*: ne cuiquam cum hæc fecerit, aliquid prodeſſe exiſtimetur, ſi non ſequitur Chriſtum . . . Veromtamen magiſter bonus mandata legis ab iſta excellentiore perfectione diſtinxit. (Luc. xviii. 22.) Ibi enim dixit, *Si vis venire ad vitam ſerva mandata*: hic autem, *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes*, &c. Cur ergo negamus divites, quamvis ab illa perfectione abſint, venire tamen ad vitam, ſi mandata ſervaverint, & dederint ut detur illis, & dimiſerint ut dimittatur illis?

Luc. vi. 38.

Cap. 4. n. 33. Hac quippe lege & conditione, non illi tantum qui mentis excellentia perfectionis conſilium receperunt, ut vendita ſua pauperibus diſtribuerent, & humeris ab omni ſæculi hujus ſarcina liberioribus levem Chriſti ſarcinam ferrent; ſed etiam quiſquis infirmior, & illi glorioſiſſimæ perfectioni minus idoneus, qui tamen meminerit ſe veraciter eſſe Chriſtianum, (Matt. xi. 30.) cum audierit ſibi proponi, quod niſi hæc omnia dimiſerit, dimiſſurus eſt Chriſtum, apprehendet potius *turrim fortitudinis a facie inimici*: quia cum eam in ſua ædificaret fide, *computavit ſumtus quibus perfici poſſet*, id eſt, eo animo acceſſit ad fidem, ut huic ſæculo non ſolum verbis renuntiaret: (Pſ. lx. 4. Luc. xiv. 28.) quia & ſi *emit* aliquid, *tamquam non poſſidens* erat; & *ſi utebatur hoc mundo*, *tamquam utens* erat; non ſperans in incerto divitiarum, ſed in Deo vivo.

1. Cor. vii. 30. & 31.

N. 34. Cum enim omnis qui renuntiat huic ſæculo, ſine dubio renuntiet omnibus quæ ſunt ejus, ut poſſit Chriſti eſſe diſcipulus: ipſe enim cum de ſumtibus ad turris ædificium neceſſariis, & de bello adverſus regem alterum præparando, ſimilitudines præmiſiſſet, adjunxit ſic, *Qui non renuntiat omnibus quæ ſunt ejus, non poteſt meus eſſe diſcipulus*: (Luc. xiv. 33.) profecto renuntiat etiam divitiis ſuis, ſi quas habet; aut ſic ut eas omnino non diligens, totas diſtribuat indigentibus, & ſuperfluis exoneretur ſarcinis: aut ſic, ut plus diligens Chriſtum, ſpem ab eis transferat in ipſum, atque ita utatur illis, ut facile tribuens & communicans, theſaurizet in cælo; paratuſque ſit quemadmodum parentes, & filios, & fratres, & uxorem, hoc modo & iſtas relinquere, ſi talis conditio propoſita fuerit, ut niſi dimiſſo Chriſto eas habere non poſſit. Nam ſi aliter huic ſæculo renuntiat, quando acceſſit ad fidei ſacramentum, facit quod de lapſis beatus Cyprianus ingemit, dicens: *Sæculo verbis ſolis renuntiantes, & non factis.* De hoc quippe dicitur, cum veniente tentatione, magis iſta metuit amittere, quam Chriſtum negare, Ecce *homo qui cœpit ædificare, & non potuit perficere.* (Luc. xiv. 30)

N. 35. Sed non ſunt tales divites Chriſtiani, qui licet illa teneant, non tamen ab eis ita tenentur, ut hæc Chriſto anteponant; quia veraci corde ſæculo renuntiarunt, ut nullam ſpem in talibus ponant. Hi uxores & filios univerſaſque familias ad Chriſtianam religionem tenendam ſana erudiunt diſciplina. Horum domus hoſpitalitate ferventes recipiunt juſtum in nomine juſti, ut mercedem juſti accipiant. Frangunt eſurienti panem ſuum, nudum veſtiunt, captivum redimunt, theſaurizant ſibi fundamentum bonum in futurum; ut apprehendant veram vitam. Et ſi forte pro fide Chriſti pecuniaria damna perpetienda ſunt, oderunt divitias ſuas: ſi ſuorum orbitates vel ſeparationes pro Chriſto minatur hic mundus, oderunt parentes, fratres, filios, uxores: poſtremo ſi de ipſa hujus temporis vita cum adverſario paciſcendum eſt, ne deſertus deſerat Chriſtus, oderunt inſuper animam ſuam. De iis quippe omnibus mandatum acceperunt, quod aliter diſcipuli Chriſti eſſe non poſſint.

N. 36. Nec tamen quia præceptum eſt eis, ut oderint pro Chriſto & animas ſuas, vendendas eas habent, aut illatis ſibi manibus effundendas: ſed parati ſunt eas amittere pro Chriſti nomine moriendo, ne mortui vivant Chriſtum negando. Sic etiam divitias, ad quas vendendas parati non fuerunt monente Chriſto, ad perdendas eas debent parati eſſe pro Chriſto, ut cum eis pereant perdito Chriſto.

S. THOM. 2. 2. *q.* 184. *art.* 3. *Vide ſupra hacce Concluſione, litt.* (A).

FINIS SECUNDÆ PARTIS.

FIRENZE - BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
PROGG. - 2.1.78 I° (74)
RESTAURO - 1998
LABORATORIO - RAIMONDO MILIO
RESTAURATORE PROGETTISTA - CLAUDIO MONTELATICI

SINTESI DELLE OPERAZIONI EFFETTUATE:

controllo numerazione, pulizia a secco con pennello morbido, risarcimento con montaggio a scarnire con carta giapponese di adeguato spessore e colore, Vanrow, velatura con velo giapponese 502 e Tylose MH300P al 2%, carte di guardia Ingres struttura F, cucitura su n. 5 nervi di spago, indorsatura con tela di mussola e pelle di capra scarnita, capitelli cuciti su anima di spago e fili di lino neutro e colorato, incartonatura dei quadranti in cartone accoppiato al durevole, nuova legatura in piena pelle di capra al vegetale (Scaricaciottoli) con dorso attaccato, adesivi Tylose MH300P e Vinavil 59 al 15%.

COLLAUDATORE
DATA DEL COLLAUDO

LAB. RESTAURO LIBRI R. Milio

005654708